Digitized by Google

8
8° N°
22

Digitized by Google

B
S. 1.
n. 6.

J
IX
8

Garcia
Concionator
evangelicus

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



EVANGELICVS
CONCIONATOR,
ET
NOVI HOMINIS INSTITVTIO
EX DOCTRINA VERBI

Dei { Patris in veteri Testamento, Filij in Euangelio, Spiritus sancti in Paulo, Canonicis & Apocalypsi.

Omnia ad prædicationis functionem spectantia complectens.

Auctore
FRANCISCO GARCIA del Valle Calaguritano, e Soc. IESV.

Seriem operis prima post Approbationes pagina exhibet.

Nunc primùm in lucem prodit.

Cum Priuilegio Regis.

LVGDVNI.

SVMPTIBVS IACOBI CARDON ET PETRI CAVELLAT

M.DC.XXII.

fratrum Capuccinorum Romæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMAN. II

Digitized by Google

Digitized by Google

APOSTOLICIS,
METROPOLITANIS
CATHEDRALIBVSQVE
SANCTÆ
CONGREGATIONIS
REGNORVM CASTELLÆ
AC LEGIONIS ECCLESIIS
FRANC. GARCIA DEL VALLE
F. & M.

NOVVM quidem HOMINEM, & EVANGELICVM insuper ECCLESIASTEN, quem Verbum Dei in apertam lucem proferre studet, nec Leuana[a] deficiet, quæ humi recèns natum iacentem attollat, nec Rumina, quæ mammam appetenti immulgeat, nec verò lumen, quo illius oculi collustrentur, & mundus insuper, etsi perspicaces, oculos nihilominus diducat, quo magis perspectum eundem cognitúmque habeat. Tu siquidem, Mater alma, diuino munere in locum celebrem bonis auspiciis congregata ex tot adeò illustribus viris, qui doctrina clari, concionandi peritia nobiles, dignitate amplissimi, sacrificalibus etiam redditibus, honoribúsque quibus cumulati sunt, dignissimi, florémque ipsum decoris præferentes specimen exhibent conditionis Ecclesiasticæ, indicationem nec incertam nec obscuram mercium pretiosarum, quæ in cuiusque sacris penetralibus exuberant referentes: Tu, inquam, non planè de sinu abiicies tenerum, non certè imbecillitatis humani ingenij, sed Verbi Dei fœtum, illius, inquam, Verbi, quod homines à perenni calamitate vindicauit, Christi vicem gerit, poténsque radici-

[a] Augustinus lib. 4. de ciuit.

† 2 tus

tus orbem conuellere, serere, demoliri, instaurare rursus, & in pristino splendore reponere. Hic iterum quem vidit Ioannes inter candelabra aurea ambulantem, filius ille hominis conspicuus erit, astánsque inter Ecclesias Hispanas, ob candorem videlicet spectatissimæ fidei ex auro obryzo, doctrinæ nimirum sublimioris splendore fulgentes, pietate & sanctitate nitentes, obedientia verò & superioris lampadis, hoc est, Romani Pontificis obseruatione inclitas, pietate insuper ac fidelitate omnium primas. Animaduertite, ô Christi Ecclesiæ, nam ad vos iam sermonem conuertam, quòd si NOVVS hic HOMO & CONCIONATOR Christiana est agricultura, Verbi substructio atque ædificium, illius quidem Verbi, quod, referente Nazianzeno Antistite [a], *tenebras depulit, lucem produxit, terram firmauit, cælum tornauit, stellas constituit, aërem sparsit, mari limites imposuit, fluuios traxit, animantes vita donauit, hominem ad formam suam effinxit, ornatum omnibus rebus attulit*; vobis etiam vi huius Verbi datum subsistere est, antiquitate item præstare, prædicationis huius gratia viuere, quibus decus & ornamentum concionatores olim Euangelici contulerunt. Hi siquidem vocis inclamantis virtute vos ipsas plantarum instar conseuerunt, ablaquearunt, educantésque erexerunt. Necesse igitur est vt omnes pariter æs istud, tanti scilicet pretij, támque diu alienum dissoluamus. Vobis ego par referam, vos autem, ô Verbi Ecclesiæ, gloriam nominis vestri illi tribuatis, cuius in mancipio & nexu estis. Certè ego quidquid sim, omne id vobis acceptum ferre debeo. Vt enim inde exordiar, fera quædam, mitis tamen & generosa, Leonina videlicet Ecclesia, vestri quidem numeri pars non pœnitenda, ea ipsa est, cuius à sanguine feliciter propagato maiores nostri genus duxerunt. Quædam satis duplici Legionensium Martyrum ornatu insignis natale mihi solum fuit, eadem fidem, eadem salutem mirabiliter ac perspicuè diuinitus receptam, precibus ad binos istos Christi milites Marcelli filios fusis, publicè contulit. Vetus alia genitrix, quę integram parturiit effudítque Salmanticensem Academiam, humanioribus me instruxit disciplinis. Alia præterea, Valeria quondam dicta, edito præcipitíque loco quasi pendula sita, primo nos imbuit lacte Societatis, vbi & nostri instituti tyrocinio nomen dedimus. Alia autem velut thesaurus arcanus nobilitatis literarúmque atque armorum domicilium Orospedanam tradidit Philosophiam. Sacra verò Minerua, cuius in cathedra virgo sedet residétque Maria, Theologiam docuit Complutensem. Ali demum (vt apertiùs loquar) vera scilicet Carthago, Placentina, vobísque omnibus gemella, nulla re autem inferior Cæsaraugustana sedes, libenter attentas aures præbuerunt, id quod, ob earum

Apoc. 1. 20.

a Oratione quadam.

Leonina Ecclesia.

Calagurritana.

Palentina.

Conchensis.

Abulensis Ecclesia.

Toletana.

Digitized by Google

rum dignitatem & præstantiam (regnant enim & imperant) magni muneris loco meritò semper æstimandum duxi. Sed quid refert accepta hæc vobis seorsim retulisse? quando & vir sanctissimus Parens Ignatius vestra hodie causa miris modis enitescit, & nos soboles eius in Domino labores & scripta nostra quòd viuant vobis etiam debemus. Pilei nimirum nostri nónne vos præ reliquis rationem habetis? lineum quo superinduimur amiculum suggestum ascensuri, quis non vestrûm veneratur? labores diu noctúque exantlatos pro fide propugnãda & propaganda, quam pedibus conculcat hæresis, nec planè Ethnicus percepit, fouetis, collaudatis, &, ne labascant, his quasi firmamentis stabilitis. Vobis denique Hispania, vnici antiqui, dignissimi, tutelaris ac Patroni S. Iacobi post sacratissimam Virginem Deiparam, in cuius etiam tutela nos esse idẽ Apostolus precibus est cõsecutus, debet gloriã, testibus nimirum locupletissimis atque integerrimis, quarum amplissimo testimonio compertum est; nec fidem alium quàm Iacobum priorem docuisse, nec præter ipsum Hispaniæ liberos *plures patres* (vt ait Paulus) nec genitores olim habuisse, nec hostes alio inuocato Numine superandos, sed Iacobi nomine inuocato, quod hactenus victricem tibi, ô Hispania, laurum magna cum laude aptauit, orbi autem horrorem terrorémque incussit insolitum, & planè solicitum. Nunc igitur Verbo quod vnum debetis soluite, illius vos sub dominio præsidióque stare fatentes, en diuini Verbi concitati Isaiæ oraculum extat: *Apprehendent septem mulieres virum vnum*, hoc est, plures Ecclesiæ. Verbum Dei sibi in sponsum adsciscent, nullos videlicet alios nuptiarum sumptus & apparatus appetentes, quàm quod ipsæ edisserunt, *tantummodo inuocetur nomen tuum super nos*, solo Verbi Dei sponsi nomine contentæ super nos inuocato erimus.

B. Ignatij lus ab Ecclesiis.

Vnicum Patronum Hispaniarum post, beatissimam Virg. B. Iacobum congregatio sancta vindicauit, asseruit.

Isai. 4. 1.

VERBI DEI ET ECCLESIARVM
AB IPSO CONDITARVM
ELOGIA.

S. TOLETANA ECCLESIA.

NAM cui, rogo, sancta ac tremenda TOLETANA ECCLESIA (vt interim verbis vtar Pontificiis [a]) primaria tua sedes, cui templum magnificum, cælestis pridem Reginæ puluinar augustissimum, originem & amplitudinem debet? cui sacer chorus nobilitate heroicus, Angelicus verò concentu, cui sacrarium celebre exteriùs artificiosissimè elaboratum, interiùs cælestis arcani repositorium, sanctorúmque corporum velut pergula & officina viuorum opificia expectantium, vt expleto demum fratrum numero (vt habetur in Apocalypsi [b]) Toleti alterius triumphantis in æthereis olim sedibus inania, sed parata occupent sedilia? Vnde nemus istud frondosum erupit, quibus è stirpibus germinauit, nisi è tantillo terra obruto semine & seminatore, Eugenio scilicet, qui cùm vitam tibi, verbum spiritúmque impertiret, cruore simul profuso largiter irrigauit. Hic ille est qui dum vndantis paludis vorticibus haustus, per mille ibidem amplius annos demersus iacuit, tunc verò sursum te arcæ illius Noeticæ instar in montem istum præcelsum extulit, quasi instaurati orbis matrem, secundámve Romam, Patriarcharúmque habitaculum, quale diu Iacobi senis Patriarchæ nouimus extitisse. Siquidem vt Ægypti moderatorem adornares, & amplissimæ clientelæ magistratum, non tibi opus fuit ab exteris accersere colonos, sed iuxta Dei Opt. Max. præcepta *de numero fratrum tuorum* eleuasti manipulum, vt alter Ioseph, vnum nimirum de fratribus ipsis tuis, vnum de doctoribus, quos tibi sanctè Complutensis educat Academia, vt sint nempe inter alios arcanæ sapientiæ magistri, oracula omnibus consulenda, veræ fidei custodes, & thesauri locupletissimi. Quid de octoginta & octo Archiepiscopis tuis prædicem incertus sum, non tamen Ildephonsus, Rodericus, Simenius, Ægidius Albornozius, Sanctius Castellæ, & alter Aragoniæ infans, Ægidius Carrillus, Petrus Gundisaluus, Mendocius, Franciscus Simenius, Albertus Archidux Austriæ Cardinalis cum aliis silentio sunt inuoluendi. Illud de Præsulibus tuis satis erit prædicasse, Eugenium scilicet vnum gladio splendorem addidisse, capulo ornamenta Ildephonsum, extremam manum Ferdinandum Austriacum imposuisse. Te quatuordecim dignitatum tituli; Canonici beneficiarij quadraginta; quinquaginta portionarij, & extra ordinem Canonici viginti, octo & quadraginta sacellani à choro nuncupati, sacerdotes stipendia merentes septem & triginta, sacellorum capellani centum nonaginta quatuor decorant & illustrant. Sed Rex insuper Hispaniarum post omnem gloriam suam, post tot sceptra, tot regna & imperia nihil sibi antiquius honorificentiúsque ducit, quàm tuis istis opibus augeri & ornari, adeò vt choro isti tuo adesse de more teneatur, alioqui, quæ absentibus irrogatur, multam nullo discrimine commissurus. Hoc ipsum de sacris Romanis Pontificibus asserere non ausus, verba Archipresbyteri historici transcribere libuit. *Peruenit ad aures Vitaliani Romensis Papa fama miraculi de cælesti cappa, qui (vt fertur) mittit Toletum Deodatum & Domnionem Cardinales, qui re tanta diligenter per illos comperta, vestem venerarentur, sacrósque Pontifices Romanos*

Sanctorum corporum repositorium. S. Eugenius Martyr primus Episcopus.

D. Aluarez de Villegas.

Archiepiscopi.

Dignitatum & Canonicorum numerus.

Reges Hispaniarum Canonici sunt, qui si absunt statis diebus, mulctantur.

a Vitalianus Papa. refert Iulianus Perez Archipresbyter Ecclesiæ sanctæ Iustæ, &c. & P. Franciscus Porto Carterius in libello aureo de descensione beatissimæ Virginis, & vita Ildefonsi.

b Cap. 6. 11.

manos & Imperatorem, voluntate quorum, & poscente eodem, facerent Canonicos & fratres tam tremendæ Ecclesiæ.

S. HISPALENSIS ECCLESIA.

VIRES, me Hercule, deficiunt, orbis miraculum sacratissima HISPALENSIS ECCLESIA, cùm mihi te laudandi munus impositum video. Te enim potiori iure admiraretur Regina Saba, quàm regiam Salomonis. Quis enim dubitat ab ore te sermonéque Apostolico initium sumpsisse, cùm tuorum olim luminum pupillæ fuerint Iusta & Rufina, quibus te Deum, illum verò te intueri comperiamus? Cuius & Isidorus caput, & Laurianus ceruix pulcerrima, Leander solidissimi roboris brachium aduersùs Arrianam perfidiam hauddubiè extiterit? Quid dicam de Episcoporum choros, Archiepiscoporúmque sanctissimorum vicissitudine, qui sibi gloriosè succedentes, cum splendorem circumquaque diffundunt, vt è nimio tanquam vicini Solis fulgore lumina perstringantur, & oculis caligo oboriatur? Quàm sunt omni laude prædicandæ vndecim tuæ istæ dignitates, quadraginta Canonici, qui haud aliter atque cælites ipsi, scientia nimirum, altitudine, nobilitate reuerentive quodam timore præcellentes, Regi astant sæculorum, cuius & lectum apparitorum more custodiunt! Quàm dignis honoribus afficiendi quadraginta portionarij, totidem sacellani, centum septuaginta beneficiarij veterum ædicularum istarum! Quàm augustum regium sacellum, quámque ab aliis toto officiorum munere diuersum! Quàm egregij sexaginta adolescentes ad altaris ministeria deputati: iuuentus eo loco dignissima optiméque suo munere persungens! Quàm canori ad concentum chori! quot ministri sæcularis conditionis quouis encomio honorandi? *Non habebat vltrà spiritum.* Regum tamen reuera non est admirari; nihilominus cùm ordinem intuetur istum, stupet Sabæorum Regina. Respice, attentiúsque contemplare, animaduerte, inquam, verbum Dei tibi quòd subsistas in causa fuisse, *portans omnia verbo virtutis suæ.* Quis enim abacos istos & scrinia dignissimis locupletauit diuitiis? Quisnam Christianam istam contulit auxítque maiestatem? aurum istud fidei, argentum diuinæ eloquentiæ, lapidicinam istam sapientum, inundationésque nouorum orbium, nouas gentium scaturigines, thesauros nunquam alibi repertos quis tradidit, nisi vnum Verbum Dei, quo vbi ex isto fulgurauit tonuítque suggestu D. Iacobus, totus circumsonuit orbis, &, vt alios omittam, hinc ille humili Francisci indutus amictu Alfonsus Lupus, clarissimus Dei præco iudiciique venturi grandisona terribilisque extitit tuba; vide quales filios parias Verbi sponsa, Verbi ministros.

[Margin: 3. Reg. 10. 5. — *Primus concionator.* — *Sancta Tutelares.* — *Numerus Archiepiscoporum.* — *Dignitates & Canonici reliquique beneficiary.* — *Sacellum Regium.* — 3. Reg. 10. 5. — *Verbi Dei potentia & maiestas.* — *Fr. Alfonsus Lupus.*]

S. COMPOSTELLANA ECCLESIA.

SANCTITATE & celebritate nominis [a] reliquis es totius orbis præferenda sacrariis, ô ECCLESIA COMPOSTELLANA, ad cuius olim incrementum concionabundus venit Apostolorum primus, qui suo sanguine fidem Christi confirmauit. Ille qui veri Dei filio, vero Deo atque homini fuit à secretis, nimirum ex quo humanitate assumpta [b] orbi illuxerat post annum sextum & trigesimum. Quod adeò certum indubitatúmque est [c], *vt qui de istiusmodi aduentu dubitaret, Ecclesiæ Hispanæ traditione recepto, inter Catholicos habendus non esset.* Constans enim sæculorum omnium traditio indubitatus Episcoporum Metropolitanorum, qui illius fuerant discipuli, aduentus, scriptorúmque Hispanorum insignium vigiliæ & testimonia, hanc iam diu veritatem luce ipsa meridiana [d] clariorem effecerunt. Quorum è numero Episcopi illi fuere, quos præcessit Torquatus Episcopus Accitanus. Nam quæ priuilegia, quas res magnitudine præstabiles, quas dignitates reipsa non obtines à Regum pietate & Pontificum benignitate profectas, qui velut Romam alteram te semper ante omnes coluerunt, & præferendam censuerunt? Omitto viginti, quibus fulges, dignitates, quatuor & triginta Canonicos, portionarios, sacellanos & cantores, rectáque tendo vt flexis demissè genibus corpus sacrum D. Iacobi venerabundus adorem, qui Hispanorum fide quasi nauigio magistri ope eiusdem securo, cámque ipsam tutantis, vectus est ad extrema vsque terrarum, & in ipsos orbis desinentis fines. Constitutis ergo ad vtrumque latus corporibus duorum discipulorum Athanasij atque Theodori, totum quà patet orbem ad publicos accersiuit conuentus. Conueneruntque populi ad inuisendum Patronum, singularémque tutorem atque magistrum.

[Margin: *Primus concionator.* — *Aduentus D. Iacobi in Hispaniam.* — *Antiqua & summa dignitas Ecclesiæ Compostellanæ.* — *Dignitates & Canonici.* — *Sanctorum reliquiæ & corpora.*]

a Alon. Archiepiscopus Treuirensis in suo Martyrologio ante 500 annos.
b Dexterus Hispanus.
c P. Martinus del Rio Disquisitionum Magicarum q. 16. sect. 5. ad initium.
d P. Mariana opusc. epist. ad Paulum 5.

Quæ

Quæ quidem visitatio adeò est vetustatis nomine insignis, vt Nicolaus Lyranus [a] affirmarit, Deum Carolum Magnum orbi dedisse, vt sanctitate, pietate & potentia viam purgaret & sterneret ad D. Iacobi monumentum. Nec verò nimis exaggerauit Lyranus, certius enim multo est, in extruendis pontibus viisque stratis muniendis D. etiam Dominicum ab eisdem operibus, cognominatum *de la Calcada*, elaborasse. D. itidem Ioannem Ortigiam, vt expeditiùs hoc iter fieret, non frustrà è cælo vocatum, & luce stellisque distinctum constat. Huc huc ergo properate nationes exteræ, huc regna iter arripite. O sacratissima Ecclesia, ô sedes in qua quiescit Apostolus ille quem tantopere persecutus est; quis verò? Herodes, recreauit autem & multis affecit beneficiis Christus. O læta hilarisque festiuitas, ídque adeò vt B. Gertrudi reuelatum fuerit gaudium hoc cæleste, addita causa alacritatis, *quòd nimirum maiore D. Iacobus afficeretur in calestibus præ cæteris honore Apostolis, quoniam primus ex eorum numero martyrio coronatus fuisset.* Vnus potuit hæreseos furor piissimam & antiquam visitationem irrumpere & impedire, quæ iura omnia etiam pietatis rescindit, & omnes Christianæ religionis cultus delet, & restinguit affectus.

Visitatio D. Iacobi celebris.

Hæresum causa elanguit deuotio populorum.

[a] Apoc. 16. 7. in commentatio.

S. Gertrudis lib. 4 insinuationis diuinæ pietatis.

S. GRANATENSIS ECCLESIA.

TV quoque Metropolitano principatu gloriaris, GRANATENSIS ECCLESIA, nulli secunda, vel loci celebritate, vel conditorum sanctitate, vel perenni gloria indigenarum. Te viridantium camporum pulcritudo, te irriguæ conualles, te circumiacentium stantiúmve regiarum ædium turritæ moles cohonestant. Noti erant pridem quinque & septuaginta Episcopi qui tibi præfuere, antiquis moribus & prisca sanctitate inclyti, qui ante annos plus minus ter centum Concilium Iliberitanum adierunt. Creuit insuper & aucta mirandum in modum gloria illa tua est, tot dignitatum, Canonicorum, beneficiariorum ministrorúmque honoribus suffulta, quos & ipsa foues amantissimè, & tuis impensis alis liberaliter. Omitto præclaros pietate viros, quos literis instruis, à quibúsque maximis vicissim afficeris ornamentis. Tu Christo nil se efferentem, clarúmque virum Ioannem à Deo ipso cognominatum, quo tempore Petrus ille tuus Archiepiscopus Guerrerius floruit, mirabilem proximísque vtilem peperisti. Tu orbi doctorem Hispaniæ Christianum Tullium, vitæ spiritualis ducem atque magistrum Fr. Ludouicum Granatensem dedisti, quem sapientes admirantur, laudant omnes, & ipse Potentissimus Hispaniarum Rex Philippus Secundus intra priuatos parietes inuisit, consuluit ac pro dignitate coluit. Tibi etiam originem natalésque suas è nostris vnus debet Franciscus Soarius, qui existimatione aliorum alter Hieronymus, editorum copia voluminum Abulensis, perspicuitate Thomas, vitæ innocentia Basilius habetur, sua verò ipsius æstimatione nihil; nil quippe illo demissius, nil doctius, nil humanius & à morositate quorundam alienius fuit. Non libet quæ pridem pullulare istic dicuntur virgulta calamo attingere: nondum eiusmodi arcanis prodendis assueui, quæ si tandem ad iustam altitudinem succreuerint, cunctorúmque assensus vero ipso præeunte sustinuerint, quódque prius est si caput illud supremum diuino Numine concitatum singulis annuerit, te vnam in orbe eximiam sublimi vt ferias sidera vertice, verè fideliterque augurer futuram. Non est animus antiquas prosapias quibus illustraris percensere, vel eos qui te Christo instaurarunt æterna quamuis memoria dignissimos enumerare. Satis hæc sunt literarum monumentis consignata, quibus autoritas Verbi Dei qui te eripuit de potestate tenebrarum, noménque tuum per totum terrarum orbem diffusum verissimè propagatur.

Soli amœnitas ac fœcunditas.

Episcoporum numerus.

Dignitates.

Viri insignes sanctitate, & doctrina.

Mysterium pretiosi monumenti sancti recens inuentum prope vrbem.

Ciuium nobilitas.

S. BVRGENSIS ECCLESIA.

VERBI etiam Dei fœtus sobolésque es, BVRGENSIS ECCLESIA, Mater sanctissima, te licèt Sextus olim Alphonsus mirum auxerit in modum, & Vrbanus etiam Secundus consecrarit, sedique Apostolicæ proximè subiici voluerit. An decus istud tuum non latè subtiliterque exprimit octo dignitatum consessus? Nónne choro præsunt quatuor & viginti Canonici? Non quadraginta insuper sacellani ædiculis versantur in istis tuis? & nullo etiam præ multitudine numero comprehensi ministri? Nónne etiam illud maiestatis miraculum & pietatis illicium est, vt cùm singula ferme sacella templi vices integri explere possint, septem simul (nam tot sunt numero) musicis instrumentis canentiúmque vocibus ad concentum redactis septem sacris

Dignitates. Beneficiarij.

Rodericus in historia. D. Alphonsus de Carthagena.

sacris simul operentur, ita vt cæli penetralia coniunctim sacrificia, cantus & piæ preces conscendant? Nec procul hinc abscessit apparuitque Angelorum Reginæ veneranda prorsus imago, cuius omnium ore laudes crebro eò adeuntium concursu celebrantur. Propiùs tamen pignora gemmásque vel instar annuli habes palàm, & absolutum vndique sanctorum corporum decus. Vbi Centolla, Helena & Victoria, fœminæ sanctitatis nomine & martyrio celebres, diuersantur. Vndecim millium virginum capita quatuor coluntur. Diui etiam brachium Indaletij, quem bene nouit Almericensis Ecclesia, cùm bis centum & quinquaginta particulis reliquiarum sacrarum, quas Cardinalis pridem Patiecus seruandas in tuis istis adytis deposuit, custodiendásque curauit. Quid de Archiepiscoporum antiquitate, grauitate & auctoritate rebúsque gestis præclarissimorum dicam? Palàm est de D. Alphonso è Germanica legatione redeunte illud Eugenij Pontificis extare elogium, cùm in ipso Cardinalium consessu hoc ipsum effatus perhibetur: *Si Archiepiscopus Alphonsus Burgensis curiam hanc nostram adierit, nónne pudibundi in hac sacra sede considemus?* Beneficiarium tuum illum insignem prætereo Ioannem, cui à sancti Facundi nomine impositum cognomen est. Spolia omitto vexilli opima planè, viuúmque monumentum prælij illius memorandi cùm ad nauas quas vocant Tolosates, de Sarracenis gloriosissimus ductus triumphus est. Quis pro dignitate prædicet nobilitatem quæ in tuis sancti Baptismi quinque mille crateribus sacris lauacris intincta fuit, vbi originarij criminis sordibus elutis miro candore refulsit? Viuit certè adhuc nullis intermoritura sæculis Roderici Viuarij, cognomento Cid, gloria, triumphis nobilis. Comitis etiam Ferdinandi Consalui bellicæ virtutis ornamentum superest. Noni Rasuræ, Lainique Calui, iudicúmque Castellæ longæua nunquam intercidet memoria: necdum septem laræ infantium palatia nominaque obsoleuerunt, extant enim, nominísque amplitudine Nili pyramides facilè & dignitate & diuturnitate superant. Quid de tuis sacris Heroibus expectare iubemur, dum hæc quæ prophana quia iuxta te sunt duratura æternùm non falsò existimat?

Septem sacrorum celebratio eodem tempore.
Reliquiæ sanctorum.
Viri insignes.
Garibay lib. 17. c. 4.
Quinque mille crateres Baptismi numerantur.
Duces strenui.
Heroum nobilitas.

S. LEGIONENSIS ECCLESIA.

RVGIRE, vel infremere noli ECCLESIA LEONINA potius quàm LEGIONENSIS, satis enim orbi nota es. Temporius scilicet, quàm tu multo euigilauit Dei Verbum, & cùm primo diluculo auditus est tonitrui filius, latiúsque vox illius quàm tuus ipse rugitus exauditus exceptúsque fuit. Caput quidem habes corona redimitum, *& dignitate celebris Episcopali Gothis imperantibus Apostolicæ tantùm sedi subiecta fuisti.* Castellæ hauddubiè Legionísque Rex in tuis etiam beneficiariis numeratur. Qui dum intra chori cancellos versatur, ipse seorsum chorum, reliqui omnes Ecclesiastici chorum alterum constituunt. Rex olim Ferdinandus huius nominis Primus, inter cæteros choreumatum præcentores sacras laudes publicè concinebat; in pompis autem supplicationibúsque debitum sibi locum tuebatur. Quid quòd noster Philippus Tertius vt subsellij tui, ab obitu Philippi parentis deserti, possessionem occuparet, nullam interponendam sibi moram putauit. Qua sanè in re maiestatis tuæ sanctissimæ apparatus cum Hispaniarum potentia & gloria pariter occurrerunt, pariter concertarunt. Vbi finita pompa ad sacra limina regium Hispaniæ culmen iureiurando se astrinxit sanctiones concordiámque inter clerum & Episcopum, nec non statuta de Ecclesiastici generis maculis non sustinendis obseruaturum. Subsellium præterea Marchioni Asturicensi perinde atque Canonico vltrò concedis; mercedem quam olim meruit Primipilus, seu Vexillifer Villaloborum stirpis domúsque arbiter in prælio quoad oppidum vel campum vulgo *Clauijo* regnante pugnanteque feliciter Ranimiro cum Saracenis dimicatum est. Celso splendes nimirum in loco, quando præcipuis his capitibus, sedis istius fastigium si attigerint satis honorificum arbitrantur. Multa te Regum corpora cineresque custodire comperimus, qui dum viuerent vt suam simul liberalitatem magnificentiámque illustrarent, multis te muneribus ac diuitiis locupletarunt, multis auxerunt redditibus, vectigalibus, annuísque pensionibus statis diebus repræsentandis ornarunt. id ex vndecim dignitatibus cæterísque Canonicis, baccalaureis, presbyteris, sacellanísque manifestè perspicitur, quorum quisque intra chorum istum Legionensem cælestem quandam præsefert maiestatem. Præclarè te agere cernimus, dum B. Antonini nobilissimi sanctissimíque Martyris pro Christo cæsi sanguinem celebras ac veneraris, qui vel hodie altius quàm ille Abelis

Prædicator Iacobus.
Regia corona regni.
Metropolitana.
Rex Hispaniæ beneficiarius Canonicus.
Pietas Ferdinandi Regis.
Religio & pietas Philippi Tertij.
Asturicensis Marchio Canonicus Legionensis.
Regum sepulcra.
Memoria anniuersaria.
Dignitates Canonici, & Baccalaurei Presbyteri.
Reliquiæ.

lis

lis inclamat. Opulenta præterea es, D. Isidori summi Hispaniæ concionatoris, Martini etiam D. Aluiti Canonici, nec non Vincentis Abulensis thesauro. Fidei tamen vox & Christi confessio, quæ Generosum Leonem Marcellum, Nonámque cum vndecim simul prolibus è Legione Tingim vt mortem paterentur, propulit, tibi eosdem restituit, vt viuentes scilicet mortuíque omnes in Domino & per Ecclesias vrbésque dispersi metu concuterent tyrannos, cælum ciuibus augerent, terram ditarent, tibíque, ô sancta & felix Ecclesia Legionensis, iste Leo fauum dulcissimum constantis fidei ore præberet hiante: Castellæ autem nobilitatem Hispaniæ stemmata stabiliret, orbi terrorem, non tam Legionis, quàm Leonis Hesperij fidelis Catholicíque nomine iniectum curaret.

Marcellus & Nona cum duodecim filiis Martyribus.

S. PALENTINA ECCLESIA.

Colendi loci sacri in quibus sancti Martyres delitescebant, vel vincti tenebantur. Amplitudo templi. Antiquitas. Viri præclari sanctitate & literis. Dignitates. Canonici. Diuini cultus religio & maiestas. Academia olim translata Salmanticam. Schola & studia. Seminarium.

FAs non est in adyta isthæc penetrare, PALENTINA ECCLESIA, his qui priùs sacris istis liminibus oscula non defixerint, quíque subterraneos meatus, carceres tenebricosos specie venerandos eximia non adorauerint: quibúsve nondum lumina puluere & tenebris caliginosorum istiusmodi locorum Patroni perillustris vestri Martyrísque præclarissimi Antonini obducantur. Attollens tamen oculos, vt cernam parietes istos augustissimos regia magnificentia incrustatos instauratósque, alteram mihi Ecclesiam desiderare videor, cuius memoria nunquam obliuionis iniuria delebitur, quæ nimirum antiquitate cum Legionensi & præcipuis quibúsque totius regni Ecclesiis de primo loco possit certare. Nónne gremium istud multiplici sobole graue conspeximus cùm sapientiæ atque eruditionis Castellanæ docendæ munere fungebaris? Nónne tu genitrix Academiæ Cluis Salmanticensis? Non chorum istum refertum, nedum plenum dignitatibus, canonicísque sapientiæ nomine claris, adeò vt quilibet pastoralis apicis dignus esset candidatus, admirati sumus? Vbi, quæso, Deus Opt. Max. maiore populi & sacerdotum pietate ac celebritate colitur? Vbínam terrarum suauioribus hymnis celebratur? Vbi sacra intra abditas occultásque ædiculas profundiore vnquam silentio, sedatiore aut tranquilla magis animi intentione peraguntur? Necdum tamen à materno prorsus officio immunis es. Iuuentutem scilicet adhuc educandam curas, & humanioribus, quas tibi etiam debeo fateórque, disciplinis imbuis accuratissimè. Fulges tandem vbique locorum, & priuato splendore, & eo, quo Antistites isti, à quibus ornaris, splendescunt. Minimæque IESV Societati impensè noctu diéque fauens, quotidie magis magísque non suffragiis modò, sed largis etiam muneribus demereris.

S. CORDVBENSIS ECCLESIA.

Ferax ingeniorum Corduba. Iacobi prædicatio. Martyres. Viri & sanctitate & literis præclarissimi. Olim Metropolitana. Structura mirabilis.

CORDVBA doctorum nutrix fœcunda virorum tibi sortitò obtigit, sacrosancta ECCLESIA CORDVBENSIS, frugúmque vberrima tellus, nec minus ingeniorum ferax præstantium, perspicacium ac Dædaleorum. E tuis olim pomœriis, Senecæ, Lucani, Sextilij poëticis numeris nobiles oriundi floruerunt, sub iisdem postca Auerroes & plerique clarissimorum doctrina Arabum inclaruere. Ista tamen fœcunditas nihil ad eam collata est, quam tibi Iacobi contulit prædicatio, cùm diuinum latè verbum proseminauit, cura peruigiliúmque senioris Isidori, quibus exculta tum splendor procuratióque beatissimi & magni nominis Hosij, quibus administrata illustrataque fuisti; sanguis insuper Aciscli & Victoriæ quo irrigata fœcundataque extitisti. *Nobilissima quoque ciuitas Cordubensis* (ait Baronius [a]) *duorum germanorum Aciscli & Victoriæ martyrio maiori claritudine illustratur. Præerat tunc Ecclesiæ Cordubensi magnus ille Osius toto orbe Christiano notissimus, qui his ipsis persecutionis temporibus, vt par erat, Christi fidem magna constantia coram præside confessus est.* Quid mirum igitur ex eiusmodi te cultu cathedralem metropolitanámque ortam fuisse, id quod ni Gothi obstitissent hauddubiè perstitisses. Quid mirum te horum lauriferorum Martyrum fœcundissimum, cælíque triumphantis theatrum cum festis illorum quotánis celebritatibus euasisse? Vnis tantummodo in castris [b] (hoc est, in D. Petri Ecclesia) septendecim corpora sanctorum continere gloriaris. Non est ergo quòd quis miretur orbis te esse foréque miraculum, si iaspidum marmoreas mille ampliùs columnas inspiciamus, vel sancta quædam sanctorum, vbi Arca fœderis, non palmarum ramulis frondentibus redimita, & aligeris circumsepta Cherubinis, sed cælestibus inclytísque

a Anno 303.

S. Dionysius Papa in decretali ad Seuerum Episcopum.

b In Ecclesia parochiali S. Petri.

triumphis

triumphis, cētúmque ac quinquaginta beneficiariis ac sacellanis cum summis primisque dignitatibus vallata. Os meum sancti Spiritus obstupefacit eloquiū, Doctor nēpe ille tuus Eulogius Archiepiscopus Toletanus designatus, mihique è manibus calamū excutit. Chronicorum Ecclesiasticorum conditor Baronius[a], cùm inquit: *Omnia quæ eiusmodi* (idest, Eulogij) *ita scripta sunt vt in pyxide Spiritus sancti calamum intinxisse videatur.* Silentio prætereo ornamenta, sacrarium immensæ opulentiæ pompámque qua cælestis militiæ Imperator in aureo throno ad ægrotantes incedit. Dixisse sit satis supérque septendecim te Archiepiscopis & Episcopis ex teipsa ortos eodem tempore in diuersis orbis regionibus viuentes gregésque minantes vidisse, quod vix Romanæ Ecclesiæ nedum vrbi contigit. Societatique IESV (vt alios clarissimos taceam viros) Patrem Franciscum Toletum, Cathedræ moderandæ Toletum, Romæ Toletum, septem Pontificibus concionatorem Toletum, Ecclesiæ Cardinalem suum Toletum, orbi tandem Toletum magistrum atque Doctorem dedisse.

[a] De sancti Eulogij libro.

Ornamenta splendida.

Viri insignes.

S. OVETENSIS ECCLESIA.

SPECIOSVM habuisti sponsum forma præ filiis hominum, OVETENSIS ECCLESIA, nec verò te diluculo quæsiuit tantùm, vel precibus solicitauit, cùm adhuc laboris ros ille qui ex concionibus hauritur, quémve nox persecutionis elicit, super cincinnos ceciderat tui & Apostolorum capitis. Siquidem Pater ille est, *à quo omnis paternitas* (idest, familia) *in cælis & in terra nominatur*, qui te matrem reddidit familias, atque inter cæteras Ecclesias Metroplitanam. Quantum verò hæreditatum, quàm latè patentes tractus tui istius Archiepiscopatus tibi cōtulit? Quanti pretij Prælatorum numerum? Quàm præstanti virtute viros? Quam literaturam? Quod generis decus? Quæ cimelia, quæ lararia spoliis plena eius pro nobis acerbæ perpessionis, & gloriosissimorum qui illum sunt æmulati sanctorum Martyrum? Diligenter inspiciatur camera ista sanctissima, thesauri accuratiùs euoluantur, non dubito quin cum sponsa alacres intuente mensas paratas ad celebrandas nuptias identidem dicas: *Ordinauit in me charitatem*, id est, contra me; castrorum acies, machinæ & instrumenta bellica hæc sunt, perij. *Vexillum eius super me charitas.* Notum sit omnibus me illi subditam fidelémque adeò præstare, vt si in reliquo fides defuerit orbe terrarum, in me tamen vexillum habeat excelso in loco constitutum expansúmque quod sequatur. Quàm tenerè Christi Vicarius te vnam dilexit, cùm diuidendæ distribuendæque fuere sanguinis illius particulæ, quam Christi Redemptoris imago impio transuerberata vulnere vbertim profudit, tibi vtpote charissimæ partem illam impertitus est, quæ religiosissimè in sacratissima cellula asseruatur cum corpore D. Eulogij, quod vnum suffecerat ad maiestatem; sed addo cum corpore itidem D. Lucretiæ virginis ac Martyris, cum eo, quod est sanctæ Eutaliæ Emeritensis, & comitis ipsius D. Iuliæ, cum corporibus B. Pelagij pueri pro Christi nomine excarnificati; S. Iuliani Archiepiscopi Toletanæ Ecclesiæ, S. Vincentis Martyris, sanctique Claudij Legionensis Abbatis; cum duobus adhuc sanctorum Innocentium corpusculis. Vbi etiam apud S. Claudij fanum Raymiri corpus sanctissimum diligenter custoditur, & magna colitur veneratione. Qualia igitur putabimus corpora viuentium dignitatum & Canonicorum, quæ his vita iam functis interseruntur, associantur, & officij causa quotidie præstò sunt? Quantam arbitremur necesse est pulcritudinem tuam & eximium artificium tam in parietibus exterius, quàm etiam interiùs in ædificio ingeniosè elaborato; exteriùs enim opus politum & elegans res quidem est inter omnia templorum ornamenta singularis à quouis æstimanda.

Antiquitas.

Latitudo hæreditatis.

Camera sancta reliquiarum.

Prærogatiua.

Dignitates. Canonici.

Pulcritudo templi tam exterius quàm interius.

S. SEGVNTINA ECCLESIA.

GLORIOSA dicta sunt de te vt olim de Ierusalem, ECCLESIA SEGVNTINA, duabus caput redimita coronis, sæculi altera, altera verò Ecclesiastica. Haud immeritò capita isthæc adeò cælum excoluit, quæ sic clara illustriaque reddidit, quorum vnum purpura induit duobus supra viginti titulis insigne, præclaris quidem illis, quique singuli optimum quemque possent honestare, eximiúmque reddere: ille autem Spinosa extitit Cardinalis. Quid de cæteris si eorum recolatur memoria putabimus? Hinc tamen sanctitatis istius, qua polles, coniecturam facio. Monstro nam simile esset si egregiis capitibus, corpus vsquequaque non congruisset aptissimè. Non chorus

Principatus sæcularis.

Præclarissimus Spinosa & multis titulis insignis.

ized by Google

Dignitates. rus consonasset, non dignitates respondissent, non Canonici, non beneficiarij, sapientia, religione & sanctitate clarissimi, coaptarentur. Aurei istiusmodi sunt Cherubim si nobilitatem spectemus, oleagina materia attefacti si clementiam & pietatem respiciamus. Cùm autem dignitate adeò extollantur & insurgant, Regi sæculorum astant; nec fallor, nam & sacrarium D. Liberatæ repositorium, septémque illius insuper sororum domicilium respiciunt, quæ quidem regio è sanguine ortæ pro Christi fide necem perpessæ olim fuere. *Patroni & Tutelares.* Eiusmodi etiam principum D. Sacerdos Patronus, capellani munus dignisimè obiit. B. insuper Martinus ex instituto monachali vir omni laude superior. Haud aliter etiam suspicio magnum illum Alphonsum Episcopum, cuius opera & pietate inter frigida, sed pulcra marmora, pretiosa inclusa est margarita, *Reliquia.* Alodia, inquam, virgo martyrque sanctissima. Non persequor iucundam cuiusdam è tuis Episcopis memoriam, qui abiecto pastorali scipione hastam arreptam vibrauit, *Academia.* progressúsque in aciem te aduersùs Barbarorum insultus tutatus est. Quæ zeli pietas vehenda in cælum eo tempore fuit, & nunc magnis est etiam laudibus extollenda. Omitto Academiam istam tuam, collegium seminariúmque, vnde tanquam ex equo Troiano innumeri Principes viri sibi vniuersóque regno honorifici vtiléſque ante omnes extiterunt.

S. CONCHENSIS ECCLESIA.

EX incendio Hispanicæ vastitatis, ardentisque fidei velut fornace Regum etiam cura & solicitudine, composita insuper è residuis fidei lignorum strue egressa es, ô CONCHENSIS ECCLESIA, Phœnicis more rediuiua & speciosa, atque ex *Olim Valeria.* Valeria concha tandem euasisti. Hinc tibi cum hac Orientis volucri commune est veterem esse & nouam, vnicam, raram, sanctam præterea, atque ab incunabulis ipsis Verbi vnius diuini ope vel cum Valeria conderis, vel cum concha instauraris, magnam sicut Phœnix facere cuiuis admirabilitatem. Illud tamen aduertendum, ô mater sanctissima, inprimis est, Verbi scilicet vi diuini, quo cæli firmati sunt, te pendere, *Subsistit verbo Dei.* hærentem firmiter scopulosis istis rupibus, nullo alio nixam subsidio. Inde etiam videre est vniuersam istam magnitudinis tuæ molem diuitiarúmque cumulos, opes & facultates, ab Episcoporum verbo ac dignitate, chori ministerio, Ecclesiasticísque *Præsules.* scriptoribus pendere, verbo enim, voce, & calamo pendula fixaque Deo gloria tua manet. Nam, vt reliquos festinans prætermittam Antistites verbíque mi- *S. Iulianus.* nistros, omnium velut compendium attingam illustri nomine insignem Iulianum. Ardentissimi etiam amoris vigilísque accurationis fomitem, pauperem ditissimum, miraculorum patratorem, prodigio parem, qui se demittere, populos autem docere dilucidè ac diligenter nouit, qui didicit inopes alere, cælum promercari. E ministrorum *Chantor illustrissimus & sanctitate clarissimus.* tuorum numero perquam illustrem Nonium Aluaridem Chantrem, vt cum vulgo loquar, seu præcentorem, sortita es. Iciunio ille maceratus ab ortu, D. Virginis religioni pietatique inprimis addictus adoleuit; auctus est deinde literis, sodalitiis chantris, seu præcentoris munere: misericordia identidem egenis impartienda, castitate, circunspectione, & corpore duris castigando suppliciis delectatus, donec in ipso proficiendi pauperibus infantibus, omníque ope destitutis conatu ac desiderio inter fra- *Viri insignes literis & sanctitate.* grantissima ingenitæ pietatis odoramenta decessit. E scriptoribus vnum te habuisse præcipuum seriò potes gloriari, cuius penna plura multo quàm gladius anceps amputauit, more Angelico subuolans, eò vsque pertendens volucri pernicitate, donec diuinam venaretur sapientiam, pacémque atque concordiam, Deo aspirante, inter gratiam liberúmque nostrum arbitrium conciliaret. Zelo bene operandi Ambrosium, *Scriptores.* Theologorum huius sæculi Antesignanum, luculentum voluminum editorem, Patrem, inquam, Patrum, religionísque exemplar, Molinam. Aptauit etiam calamum ad linguæ Hispanæ vernaculæ splendorem choro præfectus dignissimus, vt languenti scriptioni mederetur, & accentibus restituendis præstò esset scholæ dictus Magister, Canonicus Couarruuias; quique bonis cœpit & progreditur auspiciis è nostratibus P. Ferdinandus Salazarius.

S. GIENENSIS ECCLESIA.

Specialis dilectionis prerogatiua & donum sponsi. ETSI in celso regni totius culmine constituta non esses, ô Christi sponsa, ECCLESIA GIENENSIS, ex apparente in te sponsi similitudine, quam hactenus præfers,

præfers, non ignobilis aut ignota fores æstimanda. Hic sanè apertè & palàm videmus quod à diuino etiam spiritu dictum est: *Mulieris bonæ beatus vir.* aliter: *Mulier bona beatrix viri*; vehemens enim amor est tuus in sponsum, & sponsi in te, & reciproci amoris causa faciei similitudo. Vnde cùm quod apud te est vestigium vultus Dominici visuri pergunt faciem sponsi tui Christi, sic intuentur vt & simul contemplentur tuam. Quamuis enim temporis iniuria residuis hisce monumentis, quæ B. Veronicæ vocantur, non sine miraculo pepercerit, tantam tamen adhuc retinet auctoritatem, tàmque expressa exemplaris prototypique vestigia, vt his ipsis nostri Theologi, licèt alia defuissent argumenta, impietatis hæreticos non arguerent solùm, sed conuincerent, negantes adorationem, sanctarum imaginum insigniúmque reliquiarum nostri Redemptoris. Ibi te vtinam vidissem perfide hæreseos propugnator, cùm diuinæ illius faciei velum expansum in conspectu innumeræ vtriusque sexus multitudinis corda mouet, vehementer lacrymas exprimit, & flebiles extorquet clamores, Ecclesiámque adigit, etsi cruentis liuidísque vibicibus sponso fœdato subinde dicere: *Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.* Argumento sint eximiæ magnitudinis tuæ tot Canonicatus, dignitates, ministríque sacrarij istius diuini ac memorandi. Testentur id satis quinque & quadraginta è tuis Episcopi, qui in censum venire potuerunt, quorum ne vnum quidem pro dignitate commendare vllus poterit. Quis enim de tuo illo Euphrasio D. Iacobi discipulo dignè loquetur? Cui profluens eloquium satis erit ad efferendum quæ tuorum præsulum septimo vigesimo, Gundisaluo nimirum à Stunica è Placentinorum ducum familia oriundo accidit aliquando. Cùm is enim templum D. Virgini sacrum pompa præeunte supplicantium inuiseret, te quoque prodeunte eodem comitatu beneficiorum ad D. Ildephonsi delubrum, visa est altera Reginæ cælestis supplicatio cum numeroso virginum sanctissimarum comitatu. Testes igitur ibi locupletissimi perspexerunt beatissimam Dei genitricem matutinis hymnis præesse, quos Angelorum chorus decantabat. Ibi septem simul cruces in altum sublatæ præcedebant, viginti quidem vestibus ornati candidis incedebant. Apparebat Regina vestium longo syrmate explicato, laciniísque nec non capillis expansis pulcerrima, alba insuper stola vestita, inque illius gremio magnus thesaurus, puer nempe diuinus, considebat. Sequebantur à tergo plures quàm trecentum mares fœminæque: præcedebant mulieres, viri sequebantur: præsidio autem custodiæque intenti erant centum viri armis vndique instructi crepitantibus. Huius diuinæ visionis admonitu anno 1430. sanctus ille Episcopus Calagurim commigrauit, ibíque vitam cum morte commutauit. Quænam sufficiet sermonis vbertas vt de Francisco tuo sarmento digna satis eloquia profundere cogitemus? Quis sanus Dn. Sanctium de Auila adhuc in viuis agentem laudare ausit? Magnum præterea Theologum virúmque experta sanctitatis Franciscum Martinium, vel perillustrem illius successorem, qui purpura vt te sua cohonestet in procinctu est, quis meritis encomiis celebrabit.

Episcoporum numerus.

Viri præclari.

Pompa cælestis.

S. PLACENTINA ECCLESIA.

PINGVIS, florens, necnon genialis ager tibi sorte obuenit, ECCLESIA PLACENTINA, nec fœcunda minus insignium virorum hactenus habita es, quàm pingue istud solum frugum variorum multipliciúmque ferax. Nolim priscæ vetustatis tuæ quæ hauddubiè annosa est, meminisse, cùm ad maiestatem claritudinémque templi istius recèns instaurati innouatíque oculos conuerto. Sed è vestigio aures demulcet cælestis concentus modulatio; uererique; subit & colere grauitatem authoritatémque tuorum beneficiariorum, dignitatum, Canonicorum, cùm vel custodes ipsi qui bacillis astant teretibus innixi timorem incutiant reuerentiámque, vel oppidò profanis & à religione nimis alienis extorqueant. Quid igitur censes futurum si postea in sex & triginta Episcoporum seriem fortè inciderimus? Quid si attentis oculis vnius Ioannis Caruaiali bis ac vigesies legati vultum agnoscens intueare? Qui cùm princeps militiæ esset Hungaricæ, quo tempore Calixtus eius nominis tertius Ecclesiæ Romanæ præerat, ausus dicere Pontifex confidenter est, oportere vt regnum illud Hispaniæ curam gereret armorum, quòd ad consulendum capessendámque doctrinam ter mille ac septingentos viros literarum gloria celebres Ecclesia nancisceretur. Quid iam de alumno illo quem tibi Corduba priùs, deinde Mirobrica parentis pastorísque loco misit eloquar? Petrum Pontium à Leone intelligo, iuuenem adhuc è classe inquisitoria

Amœnitas vrbis & soli feracis.

Instaurati templi amplitudo & dignitas.

Dignitates.

Ministri.

Episcopi.

Viri præclari literis.

iudicem, Concilij autem Tridentini non infimi subsellij suffragium, cùm Mirobricensi antè Episcopatui, deinde tuo isti præesset, post obitum Domini Guterij Caruaiali nostri egregij collegij Societatis, multorúmque operum conditoris ef-

Insignis prælatus.

fectorísque magna illa sua animi magnitudine dignissimorum. Petrus nimirum Pontius iste tuus D. certè Eulogij opera edenda curauit in lucem, quæ iam pridem cum tineis & blattis rixabantur. At multos insuper cùm libros in vnum comportasset, vindicasset, bibliothecámque numerosam condidisset, placidè obdormiuit in Domino. Equidem dubito num ante vel post tantum virum, alium quempiam sortita fueris Episcopum magnificentiorem, quíque plus tibi contulerit beneficiorum, iucundiorémve de se memoriam posteris reliquerit, id quod ipsa elogio fateris, eius tumulo inscripto, & testamento euulgato, quod hæc eadem testatur, scilicet, *Episcopatus pauperes heredes relictos & virgines orphanas in perpetuum honestissima dote innatas.* Omitto viros magni pleníque prudentiæ consilij, quos

Nobilitas & amœnia.

Celeberrima sacratissimi Corporis Christi celebritas.

intra chorum istum versari sæpius viderim. Taceo Stunicarum Heroum nobilitatem æmulam, quod ad magnitudinem religionémque attinet, Caruaialiæ. Nihil dicam de ludis ingeniosè excogitatis, & eorum solemnitate, insignive comicorum apparatu, quibus lucem sacratissimæ Eucharistiæ sacram celebrare hilaréque es solita. Mitto viros illustres quos hactenus etiam aliò emisisti, quíque alibi aliarum viuunt sub tela præsidióque Ecclesiarum, quando nec percensere animus est quot regi, regno, bellísque gerendis aptos fortissimósque viros diuersis tem-

Strenui duces.

poribus dederis, à quibus hostes profligatos & imperij terminos prolatos longiùs constat.

S. ZAMORENSIS ECCLESIA.

QVANTVMVIS sanctitate multis aliis antecellas, illustrissima ECCLESIA SIPONENSIS, seu ZAMORENSIS, te sancta nihilominus æmulatio, inuidaque, sed laudanda cupiditas Maximi templorum Toletani, ob eximium

Prærogatiua singularis.

istum D. Ildephonsi thesaurum, quem possides, nimis extollit. Fulges quidem pollésque nouem modò dignitatibus, huic tamen nihil obstrepit maiestati Tole-

Dignitates. Canonici.

tum. Habes quatuor & viginti Canonicos, quos tibi certè non inuidet. Duodecim præterea portionarios, beneficiarios, infantésque, qui pueri nobiliores ma-

Ministri.

gnæ isti Basilicæ inseruiunt, habere facilè sinit. Multos in famulitio nacta es, plures tamen Ecclesia Toletana est adepta. At caret Ildephonso quo triumphas, hoc illam malè habet, hoc tibi vnum satis supérque est, vt excellas. Nam cùm octo supra octoginta sortita sit Pontifices Solis splendoris æmulos, absente Ildephonsi iubare, sibi prorsus in tenebris versari, ac densa quadam caligine circumfundi videtur. Non enim dubium est quin cùm sacrum eius habeas sacellanum, Mariam etiam principem, cui ille famulatur, tecum habeas; & filium à quo nunquam diuertit mater simili etiam modo, & necessaria itidem consecutione curiam habes vniuersam militiámque cælestem, Reges videlicet suos, & Principes sub-

Bellatores antiqui celebres.

sequentem. Possunt quidem nemine obnitente veteres tui bellatores illustrésque ciues gladium pro anathemate, Dauidísque instar sacro amiculo implicitum Deo consecrare. Ferientur oportet armorum præsidia, cùm hostium animi maiore quodam terrore perculsi conciderunt. Nunc habet mœnia, nunc armentarium Sipona, seu Zamora.

Ensis in offensis erat Abbas Agaliensis.

S. Ildephonsi vis contra hæreses.

Nunc ensis iste aciem habet præacutam, & penetrale prorsus acumen. Nunc prædicat dilaudátque Virginis incorruptam virginitatem, conceptionémque immaculatam extollit, vindicat. Hodie reuera ex omnibus triumphat hæresibus quas è cariosis sepulcris, fumosísque cauernulis perfidi consceleratique hæretici effoderunt. Maximi ergo pende thesaurum istum qui minoris faciendus videretur, nec locuples adeò æstimandus, nisi illius prima Ecclesia inuidia teneretur. Nam nec amor quò prosecutus Mariam Deiparam Ildephonsus est, magnus haberetur, nisi priùs zelotypia illum vehementiùs accendisset. Ex isto enim tumulo sicut tu è sanctissimo choro seu castrorum acie ordinata, plura faciet secunda prælia quàm Cid ille belli potens balsamis conditus, & Maurorum oculis pro terriculamento obiectus olim; cùm præsertim latus tanti Pontificis claudat alter omni laude maior sanctissimus Episcopus Atilanus.

S. SAL

S. SALMANTICENSIS ECCLESIA.

NON à Teucro Salaminio, viro planè strenuo, propugnata es, ECCLESIA SALMANTICENSIS, opima grandisque, quam paucis complectar, messis insignium Doctorum, Martyrum, Antistitum, Ducum, illustrium fœminarum, familiarumque antiqui generis, quibus enitescens meritò gloriaris: hauddubiè enim tibi manum porrigens opportunè opem tulit Diuus olim hoc sanè nomine nulli secundus concionator Abulensis, idémque tutelaris. Saltim (Dextro præsertim suffragante) istic è viuis excedens ad superos euolauit circa annos Domini 306. Iuuencus Presbyter optimus Poëtarum, qui Christo nomen non frustrà dederunt. Circa verò 330. eodem teste, excarnificati in Africa sunt quinque numero Martyres illustrissimi atque inuictissimi Salmantini ciues, Arcadius nempe, Paschualis, Probus, Eutychianus, & Paulinus. Hinc gloriosa numerosaque Episcoporum tibi contigit series à Leuterio ad Ponemundum vsque & Hispaniam ab Afris vastatam propagata. Ab hostium verò faucibus erepta iterum prouincia, in pristinámque libertatem vindicata, subsecuta primordia sunt memoriæ præsulum tuorum periucundæ, quorum Gundisalui potissimùm primi suauis extat recordatio. Huius namque ætate, cùm sol Hispaniarum fulgentissimus Isidorus Hispali decedens Legionensem ad curiam properaret, vt Salmanticam peruentum est, per eámque Solis appellatur, portam irrumpens corpus illius sanctissimum diffusis vndique radiis coruscantibus multa operabatur visu, dictu, cognitúque mirabilia, profligata morborum phalange, saluteque periculosè decumbentibus diuinitus impartita, *& sanitas in pennis eius.* Mox igitur cùm inde vellent, qui deducebant, promouere, nullis viribus id efficere, licèt quàm maximè obniterentur, potuerunt, donec votis conceptis sese templum illi ædificaturos polliciti sunt, eodem quo immobile perstitit loco. Nihil igitur tibi, ô planta cælesti rore perfusa, ad fœcunditatem deesse videmus, solum tibi vberrimum non frugum modò, sed ingeniorum, Martyrum cruore largiter fluente irrigatur, sole Hispaniarum Isidoro collucente illustratur, nubibus sanctissimorum præsulum inumbrantibus, & imbribus doctrinarum perenniter compluentibus fœcundatur. Quare mirandum non est te iam ab eo tempore tot tantísque dignitatum, Canonicorúmque copiis locupletatam fuisse, nec in his sex & sexaginta beneficiarios ministerio Pontificum Regúmque, insuper legibus atque opibus collegiis à fundamentis erectis ad æterni prædicationem temporis insignes floruisse. Sustine autem, maius opus moueo, prodiit quippe in luminis oras pulcer quidam fœtus, & vndique erumpit fœcunditas. Soror namque gemella Ecclesia PALENTINA te nutricem gerulámque constituit integræ, imò integerrimæ Academiæ omnium sanè quæ toto orbe sunt, aut fuerunt, vel futuræ putantur florentissimæ præstantissimæque. Obstetricante enim manu Noni illius Alphonsi Legionensium Regis clarissimi eductus est partus iste felicissimus. Eia igitur Episcoporum iubar effulgens Ordonie magnificentissime, sinus expande, obuiísque vlnis assurge tantæ felicitati. Vos itidem ex ordine Antistites, túque inprimis Ecclesia sanctissima, ad idipsum te accinge. Propior enim cùm sis, & primis libaminibus & decumanis prouentibus nobilium quoque totius orbis ingeniorum promiscuè & cupidè, addo liberè & palàm, tuóque iure perfrueris.

Gloria antiqua. — *Primus prædicator.* — *S. Martyres.* — *Euentus mirabilis.* — *Nulla re caret & omnibus ad fœcunditati opportunioribus plena est.* — *Dignitates.* — *Academia celeberrima.* — *Ecclesia primitiis ingeniorum fruitur.*

S. MALACENSIS ECCLESIA.

HINC etiam despicitur, obuersatúrque intuentium luminibus ECCLESIA MALACENSIS, tui istius celsitas maiestásque delubri, sed inprimis prisca, qua excellis, antiquitas, sanctitas & opulentia, scilicet in agro celebri & feraci vrbis conderis primariæ. Locum certè istum amplissimum efficiunt dignitates octo, Canonici septemdecim, quatuor & viginti beneficiarij, nam portionarios omnes mihi religio est dicere. Quódnam autem dicemus primum tritici granum vnde felix ista luxuriauerit fœcunditas? credibile sanè est vel magnum illum Indaletium fuisse, vel aliud quodpiam è seminibus illis, quæ magnus ipse cælestísque agricola primus istic sparsit; deinde verò

Templi amplitudo & dignitas. — *Dignitates. Canonici.* — *Prædicator.*

rò apud nos disseminauit. Atque inde est, quòd qui tibi fuerunt Episcopi sanctissimi, confestim præstò fuere sacris Conciliis ac Synodis, puta Illiberitanis, Toletanis ac Hispalensibus. Quis autem felicius opportuniusque segetes herbescentes irrigaret, & ad maturitatem prouocaret; quàm Cyriacus & Paula Martyres; gloria, quàm apud superos nanciscuntur, dignissimi? Quis adyta isthæc locupletius ditaret, quam reipsa Beatus, ille, Verissimus? Quos bene adeò subacta tellus priores procreasset peperisśetque quàm Lucinium Episcopum geminósve Archiepiscopos; alterum nempe Salernitanum, Montis Regalis alterum, consobrinúmque illius Ludouicum Torresium, Montis eiusdem Regalis Archiepiscopum, & insuper Cardinalitio galero insignem? Nónne Decanus istic fuit Alphonsus Torresius, qui de perfecto sacerdote doctissimum Romæ edidit volumen? vir planè pius, & Cardinalis eiusdem auunculus? Nunquam certè ex hominum recordatione obliterabitur Episcopus ille tuus Bernardus Maurricus; non Franciscus Blancius postmodo Archiepiscopus Compostellanus. Non item Franciscus Pariecus, aliique non pauci. Quamuis autem pulcra es tota, proceraque *sicut turris Damasci*, perstringunt oculos tamen, exterréntque hostes mille ex te pendentes clypei, mille, inquam, procerum domicilia, qui quod ad fidem attinet, ex te vna pendent asśidui, tu contrà ex ipsis, dum eorum opera tuta es, & ab inimicorum incursu acerrimè propugnaris.

Martyres. *Viri præclari.* *Nobilitas ciuium & ad bella & incursus ardor, studium, disciplina.*

S. CAVRENSIS ECCLESIA.

CVM Christi Regnum mundo discussa caligine patens illuxit, apertúmque ex omni parte constitit mortalibus, tunc, inquam, cùm primo diluculo iubar magni Constantini oriebatur, in lucem suscepta es sancta ECCLESIA CAVRENSIS, quæ vigilis instar, rosei nitentisque syderis stellas præ se ducentis egressa palàm es, antequam Solis altiùs orbis extolleretur, Siluestri videlicet fulgor, qui terris, morum sanctitate inclytus, Phœbea tum lampade splendentior affulsit. Hinc factum est vt ipsa iam tunc firmamento similis duobus & quinquaginta præsulibus, tanquam stellis promicantibus distinguaris. Colluces præterea Cardinea Francisci illius Mendocij, Bobadillisque purpura, & pluribus quàm octo & viginti literarum laude splendentibus viris enitescis. Historicis duodecim antiquitatum indagatoribus, thesauris planè ipsissimæ veritatis, & fraudis mendacissimæ iuratis hostibus coruscas. Octo fulges dignitatibus, decem gloriaris Canonicis, sex item sociis aliisque beneficiariis vallata illustraris. Magnis reliquiarum opibus nouisque ornamentis pollens poténsque, etiam illud tibi honorificum ducis, inter videlicet Canonicos istos tuos, olim Martinum Siliceum natum educatúmque, qui tandem Archiepiscopus esset (vt fuit) inaugurandus Toletanus.

Antiquitas. *Præsules.* *Viri insignes.* *Reliquia.*

S. SECVBIENSIS ECCLESIA.

PAVCIS antiquitatis gloriæque tuæ magnalia complectar, ECCLESIA SECVBIENSIS, augustiora multo quàm fortè vel ipsa hactenus inaudieris, perceperisque, quod vtinam credere persuasúmque habere possis. Primum nacta es concionatorem Diuum Secundum, qui præsapiens diuinitus tuam istam futuram magnitudinem, numerosámque Dei familiam, ad te ex Abula viciniore diuertit, quasi granum sinapis diuinum, ambitiosè ramulos circumquaque diffundere gestiens, & terram occupans. Ideóque sicut Romam medio Petro petebat, Byzantium Andrea, Mediolanum Barnaba, Lutetiam Dionysio, Braccaram D. Iacobo vrbem principem, conuentum scilicet Romanorum, ita etiam Diuus Secundus tui oblitus non est, nec sine causa adeundam putauit. Audi igitur rem, paucis priorum, auditam, prædicasse videlicet apud te, quod Flauij Dextri testimonio comprobatur, primum Hispaniarum solem nitidissimum; amoris incendium, fornacem spiritus Apostolici, virtutum clarissimarum clacindicem, seu scrinium, Apostolum, & postremo Episcopum tuum Hierotheum, quem sexaginta Episcopi subsequuntur. Ab ea igitur parte quam Dexter appellat *Blitabri*, S. Auditum crudeliter pro Christo cæsum, à montoso etiam loco S. Fructum, & fratres eius Martyres itidem habere tibi contigit. Post hunc ergo præsulem

Antiquitas. *Concionator.* *Primus præsul.* *Martyres.*

Dextrus, & obseruauit etiam D. Magister Ægidius Gonzalez Dauila.

sulem quos tibi Antistites percenseam? quos viros celebres enumerem? Apud cœnobium Diuæ Virginis, cui cognomen à niuibus, D. Petrum Bonauenturam, Pastorémque à rupe seu lapide cognominatum, Doctorémque, nec non Mirobricæ seu Ciuitatensis Antistitem, deinde tuum Couarruuiam, laudare licet? Delitias tamen extremæ huius ætatis non prætermittam. Apud Baleares enim (vulgo Mallorcham) & Societatem IESV, morum cãdore notum, & miraculis clarum, adepta est, ex his quos nondum initiatos germanos nuncupamus, Alphonsum Rodericum alumnum illum tuum: Coadiutoris temporalis gradum quidem tenentem, sed sapientia propè cælesti Doctorem eximium, animi demissione cinerem puluerémque, pietate & religione erga Virginem Deiparam filium; reuelationibus autem, seu illustrationibus electum Dei, magnorúmque mysteriorum amanuensem, domanda carnis peruicacia petulantiaque compescenda illis parem, qui auersi ab vrbibus deserta coluerunt, morum comitate perurbanum Secubiæ vrbis alumnum. Omitto beneficiarios tuos & dignitatum titulos, qui soli abundè suffecerint tantam pietatem magnitudinémque non ad culmen perducere amplitudinis modò, sed ad fastigium sublimitatis aggerare.

Viri præclari eruditione.

Dignitates. Canonici.

S. CARTHAGINIENSIS ECCLESIA.

QVAMQVAM velociter currit sermo Dei, ô ECCLESIA CARTHAGINIENSIS, apparet non obscurè, haud postremam te fuisse quam peruaserit, téque præ antiqua dilexisse & honorasse Carthagine non temere auguramur. Cùm enim orbem diuinis spargeret seminibus, nouísque viuis radicibus pangendis, surculisque serendis tantum opus auspicaretur, (sibi tamen nec difficile, nec operosum) te sibi Ecclesiam designauit primis illis concionatoribus fundamenta iacientibus, quam deinde sanguinis affluxu rigauit, è cæsis Martyrum sanctissimorum faucibus erumpente, Sperati nimirum, Natalis, Cirini, Beturij, Felicis, Aquilini, Lætarij, Ianuarij, Generosæ, Besiæ, Donatæque secundæ. Ex irrigua eiusmodi fœcunditate natæ sunt duæ oleaginæ stirpis arbores frondosæ, pulcherrimæque proceritatis, Seuerianus scilicet, & Theodora, è quibus deinceps, vtpote sacris propaginibus, ô quales filij orti sunt? Leander inprimis, Isidorus, Fulgentius, Florentina, Hispalensísque Regina Theodora D. Hermenegildi Martyris parens. Quales igitur fuisse existimas olitores Episcopósve, qui ex vno tantùm stipite pullulantes tot ramos per orbem sese expandentes viderunt, exterrentes hæreticos, inumbrantes vindices fidei, & tenera eiusdem germina protegentes? Septem & triginta nouimus Episcopos, inuita reluctanteque temporum iniuria, quos ea sanctimoniæ decorauit opinio, is Ecclesiæ zelus accendit, vt plerosque ad Archiepiscopatus, vel cæli culmen, immortalium magnitudo prouexerit meritorum. Certè ex istorum numero ad summi Pontificatus apicem ascendit Alexander eius nominis Sextus. Alius Stephanus Almeida nuncupatus, Societatis IESV collegium fundauit, fouítque amantissimè. Sedecim quidem dignitates & Canonici, quatuor & viginti sacellani. Multipléxque vocum suauissimarum varietas cælesti pænè modulationi par, chorum istic quendam constituit Angelorum. Ornauit honorauítque priscam tuam antiquitatem, illustrissimus, idémque eruditissimus Pater reuera tuus Dominus, Sanctius Dauila, facundúsque in suggestu isto concionator Alphonsus Coloma: circundant lectum pariter tuum nobiles fortésque viri, qui tibi pacis tempore decori sunt atque ornamento: sæuientibus autem bellorum procellis & Turcarum incursibus præsidio tutelæque legitimæ.

Antiquitas.

Dominus Sancius Dauila Episcopus Seguntinus in lib. de veneratione reliquiarũ fol. 254.

Martyres.

Doctores sanctissimi.

Pontifices.

Dignitates. Canonici.

S. ASTVRICENSIS ECCLESIA.

ETSI vetustatem ab Asture vsque repetis, Græci generis homine, vrbs augusta ASTVRICENSIS, manifestò tamen patet vniuersam istam magnitudinem, familiarúmque numerum innumerum ad eam quam tibi verbum Dei contulit olim amplitudinem referri debere. Vt enim Flauius testatur Dexter, istic Diuus olim Iacobus concionatus est apertis diuinæ doctrinæ thesauris, idémque primum tibi destinauit Episcopum perillustrem Martyrem Ephrem. Siquidem granum sinapis verbi cælestis semper haud vulgari more voluit excoli & spargi, sed adhibita potiùs cultus veneratione

Verbi Dei prædicatio antiqua.

Primus prædicator.

Digitized by Google

tractari; assiduéque populorum multitudinem, atque inprimis Regum sibi curias duxit celebrandas. Tuis enim similes hominum cœtus, ciuitatésque tibi ædificiorum ciuiúmque frequentia æmulas, vbi potissimum iuridici conuentus indicuntur aguntúrque, prædicatio primas sibi adeundas iudicabat. Atqui Augustæ nomen ne graueris in sacerdotale cognomentum immutare, *Tua sacerdotalis dignitas.* eo enim te Archiepiscopus nobilissimus Garsias Loaysa insigniuit, quandoquidem pluribus abundat sacerdotibus, sacrorúmque ministris tua isthæc Ecclesia, quàm ille murorum ambitus incolarum ciuibúsque. *Templum amplissimum.* Templum enim artificiosissimæ ac propè diuinæ cuiusdam architecturæ in Hispania exemplar vnicum & singulare, *Dignitates. Ministri.* quatuordecim continet dignitates, Canonicos verò quinquaginta; cantorum, sacellanorum, ministrorúmque aliorum quantum satis est. *Sacella pulchra.* Quid de sacellis triginta numero commemorem? hæc ego animorum sedes & à prophanis turbidísque rebus diludia, effugia atque auocaménta verùs indigitauerim. Quid de magnarum opum affluentia? sacris vestibus ornatissimis, vasis aureis, poculis argenteis ad inseruiendum altari celebrandaque sacra destinatis dicam? *Reliquiæ.* Quid de sanctorum reliquiis, quæ si in statera appenderentur, vnica diui Christophori maxilla quatuordecim librarum cum dimidia pondo inueniretur. Quid memorem antiqua Regum priuilegia, quibus tu regifico ritu sexies & trigesies quotannis parentas, memoriásque dote ad hoc assignata agis, vt illorum liberalitatem non lacessere modò, sed etiam superare videaris? Quis tandem dignè octo tuos & octoginta laudauerit *Antistites.* Antistites? atqui illi nec numero, nec pietate, nec antiquitate, nec re vlla inferiores Toletanis censendi sunt.

S. TVDENSIS ECCLESIA.

Antiquitas. NVLLAM quidem iacturam fecisti, cæleste superûm Tentorium ECCLESIA TVDENSIS, cùm vel temporis iniuria, vel atrocis bardíque Mauritani vi compulsa, (vti & illud Dei tabernaculum in deserto) loco cessseris amœno, populóque frequenti celebri, quo te olim Ætolus Diomedes Tydei filius bonis auibus statuerat, vt ad vallem felicem, seu Bonauenturæ descenderes, indeque ad munitum difficilémque expugnatu locum, quem tenes, demum emigrares. Quemadmodum enim diuisum velut in membra tabernaculum, cùm denuo ponendum figendúmque foret, totum iterum è diuersis particulis compaginabatur, diuinique Numinis aura suis inde clientibus aspirabat; sic quoque ex quo intra tua ista pomœria vt in Callaicorum metropoli, & altera quasi Antiochia splendida *Primus prædicator.* & magnifica D. Iacobus ad populum conciones habuit, in cathedralem Apostolicámque inaugurata Ecclesiam, cunctis iure optimo præluxisti. Turmatim igitur confluant Sueui, irrumpant Gothi, beneficiarios inde tuos turbent, diripiant, funditus euertant Sarraceni, nihilominus fidem tu pristinam religionémque tueris ac propugnas, gloriámque prælustrium Martyrum tuorum, Epitaci *Martyres sancti.* scilicet prioris istic Episcopi gloriosissimi pro Christo detruncati propagas. Diui etiam Pelagij Martyris & indigenæ tuæque parœciæ vel viciniæ ciuis, Theotonij confessoris nomen, totum diffundis in æuum. Maturiùs autem festinarunt Crispulus & Restitutus, vt has Ecclesiæ velut areolas fuso cruore fœcundarent. *Virgines sanctissimæ.* Nec mora, secutus est nouem tenellarum virginum chorus, quæ martyrium constantissimè passæ, sui sanguinis aspersione fidem mundo sanxerunt, vel sartam tectámque reliquerunt. Atque ille non à te procul, ô Tudensis Ecclesia, vno parturientis editæ nixu ad æternam beatitudinem euolarunt. Quòd si te puellæ, inadultæ propè ætatis, ad id gloriæ fastigium *Episcopi.* euehunt, quantum tibi decoris cumulabunt nouem ac sexaginta Episcopi, tot amplissimæ dignitates, sapientissimi sanctissimíque Canonici, aliaque sanctorum monumenta tuorum, qui te alteram constituunt Ierosolymam, quandoquidem, *sicut lætantium omnium exultatio est in te.* Populus pacis bono & gaudio dignissimus es, ob tot perpessas ærumnas, vastationes & calamitates, fidei firmiter tuendæ causa, quam nullæ vnquam minæ, nullæ violarunt secures, nullæ fraudes supplantarunt. Hanc verò tibi tranquillitatem seriò pollicetur B. Erasmi, vulgo *Santelmo*, *Reliquiæ.* corpus venerandum, quod non segni cura custodiendum iure arbitraris, vt nautis vectoribúsque miserè periclitantibus

clitantibus in vitæ discrimine subsidio sit, sedatisque furentis pelagi procellis opem ferat optatam.

S. OXOMENSIS ECCLESIA.

IAM inde ab eo tempore, quo mœnia isthæc oppidò vetusta, eodem quo nunc perstas loco, veneranda ECCLESIA OXOMENSIS, demolita deturbataque fuisse memorantur, perinde atque Calagurritana, quæ nec vetustate, nec fidelitate minus inclyta Romanorum effrænato præcipitique furori, violentiæque simul Pompeianæ fortiter restiterunt, cuius suspicari procliue fuit, & certo quasi vaticinio augurari futurum fuisse, vt concionatorem, instauratorémque sortirere Apostolorum Principis discipulum D. Saturninum, cuius sermo potens ad serendum restituendúmque, te Romæ sanctitate, copiis, pietate ac maiestate parem vel æmulam fecit. Etenim cùm parietes istos aream que quam nunc occupas, Virgo Deipara metata est, sibique manu velut asseruit; tum eorundem ea ipsa prima iecit fundamenta, inque illorum incrementis iure suo suspici postulat, colique frequentissimè & castissimè. Nec verò quia longæuæ senectutis annoso marcore tota canescis minus sponso places, quàm cùm Synodo Nicææ interfuisti, quæ B. Siluestri, constantissimique Imperatoris, cognomento Magni, ætate, in Spiritu sancto legitimè congregata fuit. Quatuor certè præcipuæ istius magnitudinis moles columnis nititur, quatuor scilicet Ecclesiis collegiatis, quarum quælibet te parentem agnoscit vnicam, hæresque proinde est eiusdem sanctitatis, grauitatis & soliditatis inconcussæ, nisi fortè, (sed quis credat) imbecillam, infirmam & ruinæ obnoxiam columnam veterem Numantiam libeat æstimare, eiúsque Ecclesiam, cuius in baptisterio cælestis gratiæ lumine perfusæ sunt innumeræ veterésque illustri sanguine ortæ familiæ. Neque enim generis nobilitas absque vllo satu ne dicam luxuriari, sed nasci vnquam visa est. Vnde, si Dextro, vt oportet, fides habeatur, primus Episcopus istic dignitate perfunctus venerabilis Astorgius tibi sanguinem suum libauit, cui comes pius Trofimus & Ouantius fuit. Sanctum etiam Episcopum Exuperantium Deus è militari sago ad ecclesiasticam poderem transtulit; ensem itaque abiectum pastorali baculo mutauit. Hunc qui post tragicam Hispaniæ calamitatem subsecuti sunt, plures nominantur. Ac primi quidem duo, gladiorum, pennarum, sermonúmque acies districtas aduersùs errores hæretici Elipandi gerunt fidenter. Petrus enim sanctissimus ense deposito ancipiti ad Archidiaconatus Toletani culmen euasit, inde ad præcelsum tui istius Episcopatus thronum euectus est, condito idem verbo tenus testamento, vnica, quam reddere valuit, tantùm voce, se tibi sponsæ charissimæ restituendum enuntiauit, vt iure illum venerari colereque ante omnes videare: quando & summorum Pontificum authoritate sancitum sit, vt qui Oxomensem istum Antistitem venerationis causa inuiserint, indulgentiarum fiant participes plurimarum, quos & Diuus ipse indulgentia prosequitur singulari, dum magnis mirabilibúsque operibus admirabundos participat. At cùm quis arbitrare posset ad fundum rerum magnarum & præclaræ existimationis peruenisse; ecce iterum Didacus Azebedius Episcopus, è campestri quam vulgo appellant *Plaga*, vt aureum Solis iubar exoritur, sub quo tanto præsule & in hac Ecclesia sub Regulæ cancellos redacta, Concionatorum Pater, hæreticorum malleus, patriæque præsidium clarissimum, D. Dominicus sedem tenuit, illustrémque toto orbe effecit. O fortunata felixque supra tribum Gad Ecclesia, *quæ vidit principatum suum quòd in parte sua doctor esset repositus.* Abundas quidem sacris indumentorum variorum ornatibus, sanctorúmque reliquiis exuberas, quibus D. Chrysostomi brachium licet annumerare; splendes dignitatibus canonicis, sacellanis, sed de hoc ipso honoris & gloriæ tuæ fastigio nihil vltrà dicendum, quàm eiusmodi gemmas non alio debuisse includi loculamento, nec eiusmodi Ecclesiæ digniorem beneficiarium accenseri.

Antiquitas. — *Primus prædicator.* — *Ecclesiæ templi exordia ac fundamenta.* — *Ecclesia suffraganea.* — *Familiæ nobiliss.* — *Episcopi.* — *S. Petrus & eius veneratio.* — *Præclari viri Ecclesiastici.* — *S. Dominicus Patriarcha.* — *Reliquiæ.* — *Dignitates.*

Digitized by Google

Antiquitas.

PRIVATVM certè, nullíque tecum commune decus istud est, ECCLESIA sanctissima ABVLENSIS; neque enim symbola aut stemmata tantam attulerunt gloriam, nec tibi hoc ipsum necesse fuit ab ensiferorum Heroum, familiarúmque illustrium classibus emendicare, nec ab ipsa Martis cruenti potestate, qua rutilus eius fulgor ciues afflat Abulenses, commodato vnquam accipere.

Apostolica Ecclesia.

Primus prædicator.

Omne robur à verbo Dei.

Christo enim de sponsa Ecclesia Apostolica, corúmque, qui primi in ipso Castellæ meditullio Christianæ familiæ nomen dederunt, mater clarissima, quæque primum sortita patrem est Diuum Secundum Iacobi tutelaris Hispaniarum discipulum, vnico verbo Dei fulcitur vniuersa, in id tota incumbit, ab eo robur virésque acquirit prævalidas omnino atque infractas; non à mucronis fulminei fatiferique acie, non à bellica virtute, quæ tot istic peperit magnanimos, Hectoreæque fortitudinis æmulos duces. Ideo enim pro stemmate Agnum cruce vexillifera insignem, solémque in summo stantem circumfers.

S. octo Martyres.

Vis præterea ista, gloriaque qua triumphas, ad calamum, ad fœminam, chorúmque viris doctis, inermibus, probatissimis verò moribus præditis constantem, referenda proculdubio est. *Terribilis sicut castrorum acies ordinata.* (Cant. 6. 3.) Iccirco tyranna rabies furiataque potentia à Talabricæ pomœris huc deriuauit adduxitque, non fortes, bellicis artibus & nobilitate clari ibidem nati atque educati propugnatores: sed Sabina atque Christeta geminus quasi genarum candor qui pulcher cùm sit, omni tamen virium præsidio destitutus purpurascere tantùm, patique nil præterea possit. Has inter medius, nasi venustè protuberantis, vel potiùs turris Damasci instar, ipsarum frater Beatus vtique Vincentius, pudicitiæ sororiæ custos, viriúmque succumbentium tibicen, magno tibi ad incrementum vsui fuit.

Gloria eius non tam in ducibus, quàm in sanctis Episcopis & scriptoribus resplendet.

Sed quatuor & quadraginta ciuium numerus, quem mihi obiicis, negotium facessit, qui regiæ Regníque gubernaculis admoti vtrobique inclaruerunt. Hæc verò regiæ humanæque potentiæ præstantia ô quantum ab illa virtutum abest excellentia, qua duodecim viri è domesticis veri summíque Regis olim floruere. Milites igitur sub signa vocentur, acies instruantur, explicentur cohortes, atque eorum qui ex Abulensi ciuitate orti exercitibus integris præfuerunt, quæ fiat summa videamus. Vndecim ergo prodeant Imperatores, seu Principes militiæ, tribuni militum acierúmque instructores septem & viginti: centum supra quindecim Hyparchi, seu cohortium præfecti, signiferi quatuordecim referantur; his tamen omnibus fortiter opposuerim illorum manum, qui cùm Patriarchæ fidei propugnandæ autores, Euangelicíque fuerint concionatores, singuli separatim, (vt de Iacob inquit Hieronymus) maioris fuere autoritatis, pluribúsque perfuncti magistratibus, quam vniuersa istorum multitudo.

Scriptores

Date igitur locum, facessite, adest quippe scriptorum Ecclesiasticorum ordo vicenis quaternis constans auctoribus, quos ducant Hispaniæ claritudinis religionísque faces feruidæ ac promicantes, hac Episcopus quidem tuus, sed orbis vniuersi Doctor & magister; filius, inquam, tuus, sed veræ sapientiæ Pater & antistes, cuius erectum vexillum supra eos omnes qui hactenus scriptis voluminibus nobiles habentur, hac inscriptione insignitur,

Abulensis, seu Tostatus nobilissimus scriptorum.

Hic stupor est mundi, qui scibile discutit omne:

S. Mater Teresia.

illac Theresa IESV mater sanctissima Virgoque, Numinis afflatu magistra, ducis etiam fungitur officio, cuius similiter vexillum hinc gloriæ corporis eius velificat, his vocibus, *Ostentum gloriæ:* inde verò beati spiritus omnibus numeris absolutæ sanctitati, *Aut moriendum, aut patiendum*, præfert. Nec verò exhaustas nobis iam vires quisquam flaccescere putet: ecce enim numerosi progrediuntur manipuli Patrum, pastorúmque sex & quinquaginta, quorum quisque adeò strenuus, adeò felici sydere natus est, vt ab aliis seiunctus vice agminis esse, signúmque præferre, cum rerum præclarè gestarum insignibus possit.

Dignitates.

Templi maiestas, antiquitas, materies.

Tu autem postremum agmen claude, Ecclesia sancta Abulensis, cuius templo sublimi cùm regni Alphonsíque Regis pietas magnificentiam adhibuerit, hoc ipsum tamen vltra excisionem marmorum artificiosam, selectionémque iaspidum accuratè diligentem non progrediatur. Ad viua tandem marmora gradum faciamus, ad octo scilicet tuas istas dignitates, quas Christi Agni benignitas, cui sacra es, circumplectitur, eíque adstant.

Canonici.

Quatuor & viginti Canonicos dispiciamus, è quorum

Digitized by Google

è quorum numero Doctores, Episcopi, Archiepiscopi ad inquirendum de religione vindices, præsides, pluresque legati, siue oratores Principum extitere. Nec tamen vel properans, Magni illius Francisci Gotmanij obliuiscar, qui ab illustri Capituli consessu venia impetrata, huc se demisit, vt Societatis Iesu simili toga indueretur, qua præcinctus Apostolico docendæ pueritiæ munere laudabiliter perfunctus est. Nec silentio inuoluemus portionarios musicósve insignes, aliósque sacræ istius ædis molísque præclaræ ministros. Inter quos vnum gemellæ tuæ sororis Salmanticensis portionarium Ægidium Gundisaluum Regis Philippi Tertij Historicum & Historicorum regem non silendum putaui. Abulensis etenim victrix bellatrixque ciuitas huiusmodi Cæsare Historico, Hispaniarúmque gloria, mascula dictione, veritate duce & structura mirabili ac forti post Ioannem Marianam indigebat. Laudis tuæ summa sit Epigramma tholi, turris ciuitatísque gloriam extollens, *Abila del el Rey.* Sed cui superest addendum *del cielo*; eiusmodi enim beneficiis, ea gratia, studióque prosecutus vrbem est Abulensem Rex Regum Dominúsque virtutum qui in cælis habitat, vt eius causa omnia hactenus voluisse videatur.

Episcopi. *Viri insignes.* *Magister Ægidius Gundisaluus Dauila.* *Præclara inscriptio.*

S. CALAGVRRITANA ECCLESIA.

GENÆ tuæ, ECCLESIA CALAGVRRITANA, pulchræ fuso duorum illustrium Legionensium Emeterij Celedonísque perfusæ cruore indeque purpurantes, oculos ad se rapiunt conuertúntque nostros. Chorus autem octoginta constans beneficiariis, dignitatibus & Canonicis, suaui cælestique propemodum concentu trahit aures, sensúsque permulcet. Quamuis autem genæ sunt, *sicut fragmen mali punici*, nihilominus in te spectandum est id etiam quod obliuione vetustateque obrutum obsitúmque obsoleuit; *absque eo quod intrinsecus latet.* Nónne hoc certissima fide compertum, vocem te Apostolicam consecuisse, quando illustris adeò generosúsque sanguis irrigauit? Nónne densè stolonibus fidei virtutisque frutificantibus siluescere visa es? cùm primus Episcopus ille tuus Siluanus [a] moderari te ante omnes cœperat, secutúsque illum D. Didymus, qui sanctum Æmilianum sacris ordinibus initiauit? Dein Munius, qui tertio Concilio Toletano, & Gabinius, qui quarto interfuit? floruere postea Crimius, Potamius, Audericus, Viliedus & Felix; quamuis potiori iure infelix nuncupandus, quando ipso in viuis agente, Hispania in potestatem Sarracenorum venit. Nónne post tragicam hanc calamitatem quadraginta tibi præfuerunt Episcopi, quorum alij indidem nati, Monachi alij sanctissimi Benedictini, alij nobilitate generis clari, alij demum aliarum Ecclesiarum decora & ornamenta? Honestissimum in his locum habuit Bernardus Diaz Lucensis huius nominis vndecimus, doctissimus facundissimúsque concionator, qui eloquentiæ fontes cùm aperuisset, editis voluminibus, mirabilibus præceptis ac documentis tenebras plusquam cimerias offudit, iis quæ Fabius Quintilianus, ciui quondam tuus, Romæ tradiderat ediscenda. Quid de splendore & pulcritudine tui istius templi dicam? Quid de diuini cultus dignitate pietateque in pauperes? Quid de parœciis illustribus, clericorum cœtibus plenis in te ipsa natis, educatis, commeatibus alimoniísque, tui etiam Antistitis consuetudine perfamiliari suffultis? quæ omnia tecum vno veluti fraternitatis nexu cohærent, ita vt publicè, cùm opus est, non Ecclesiam quampiam Toletanam, sed pompam quandam cælestem referant ex decem & octo millibus (quis credat) presbyterorum constantem, quos sub te vno dumtaxat moderatore præsule iam pridem habes. Gaude & lætare Mater charissima eiusmodi fructibus diuini verbi exuberantibus, iis protectoribus Martyribus, iis liberis, eóque doctorum virorum prouentu, qui omnium scientiarum & facultatum cognitione te semper illustrarunt, quorum è numero sunt Quintiliani, Prudentij, Sanctorij, Garciæ, Carrerij & alij, quorum grauida nunc mox maiorum eorum dignitati exæquaberis. Exulta, imò superbi, si loqui licet, nobilibus patriciis & ingenuis familiis, quæ vt integra etiam ornent, condántve imperia, non fœcunditas, non virtus, non ipsa iis deerit nominis amplitudo.

Pulchra facies & genæ rubentes sanguine Martyrum. *Antiquitas.* *Primus prædicator.* *Primus Episcopus.* *Præsulum series.* *Insignes viri* *Claritas templi.* *Parochiales insignes.* *Incredibilis presbyterorum numerus.* *Doctorum gloria Martyrum.* *Auctores antiqui.* *Viri docti.* *Nobilium plusquam trecenta familia.*

[a] In epistolis Ascanij Metropolitani Terraconensis, quas scripsit ad Hilarium Papam anno 464.

S. CALCIATENSIS ECCLESIA.

Animorum coniunctio, & fraterna duarum Ecclesiarum cathedralium concordia.
Antiquitas.

NACTA eundem sponsum es, ECCLESIA CALCIATENSIS (sic enim te à vulgari viæ, seu calciatæ stratæ appellatione liber nuncupare) quem scilicet Verbum Dei, gemella tua soror Calagurritana habuit aliquando. *Nónne vnus fecit, & residuum spiritus eius est?* Idem vos animus moderatur, idem etiam plantauit spiritus. (Malachiæ 2. 15.) Cùm Ioannes Petreius Episcopus Calagurritanus huius nominis primus pietate & religione erga Dominicum vestrum Diuum incitatus, annuente etiam Gregorio Nono Cathedralem transtulit sedem ad istud D. Dominici nomine oppidum insigne, anno à Christo nato 1234. vix illa ablata cum Calagurri restituta est. Postquam igitur germanam autoritate muniuit, Calagurri perpetuò consedit, geminúsque titulus vni cessit pastorali vindici, qui vnicam sibi despondit Ecclesiam bipartitam, vbique tamen integram & sibi constantem, & episcopali indiuiduæ dignitati gemina Cathedræ incubuit solicitudo. Tibi ergo dignitates adsunt tres numero, Canonici decem, octo portionarij, sacellani autem quatuor & viginti, additis aliquot ministris. Tertius inde Ioannes claustrum tibi elaborauit. Quæ omnia si vnus excitauit Dominicus, cuius, quæso, sanctimoniæ oportet eundem esse, quem sancti colunt, cui fabricantur delubra, cathedras erigunt, petræ sensus expertes obediunt, ipsaque arborum lignorúmque siluestris arduaque proceritas obtemperat, ad domicilia rerum omnium conditori extruenda? Quandoquidem messoriæ falcis fragmento vix dum manubrio cohærenti arduos picearum truncos sternebat, frondentibus deinde ramis nudabat, materiam demum leuigatam politámque suis locis aptabat; iter etiam salebrosum & limo impeditum ad D. Iacobum planum explicitúmque reddebat: Ecclesiæ tandem sanctæ ac perillustri ciuitatique nobilissimæ asciuit nomen quod nulla abolebit ætas, ac de suo lumine addidit lumen; in isto igitur sanctitatis theatro non ita pridem Archidiaconus Petrus ille Mansus emicuit Archiepiscopus Cæsareæ Indorum Patriarcha, sanctioris supremique Regis consilij præses dignissimus.

Dignitates.

S. Dominici sanctitas mirabilis.

Viri præclari.

S. PANPELONENSIS ECCLESIA.

Antiquitas Apostolica Ecclesiæ.

FIERI non poterat, felix ECCLESIA PAMPELONENSIS, vt id quod tibi minimè suppetebat, aliis suppeditares. Non enim verbi Dei concionabundos præcones per totum diffundere terrarum orbem licuisset, nisi priùs hæc ipsa ab Apostolorum Principis Petri discipulo S. Saturnino canora Christianæ religionis tuba, copiosè quidem accepisses, sancti insuper Firmini, cuius tantæ æstimationis caput censetur, vt à Regina Elisabetha Pacis cognomine clara sodalitio seu monasterio Minimorum, qui sub instituto D. Francisci Paulatis Madriti militant, munus certè regio splendore & magnificentia dignissimum, traditum constet. Nihil est quod de religione, vigilantia, grauitate aut modestia beneficiariorum tuorum multa in medium afferam. Vnum illud affirmasse satis erit, eos custodiisse obseruasseque admodum diligenter regularem, quam vocant, disciplinam Canonicorum, quæ multis olim in Ecclesiis floruit, admirationeque virtutis omnium oculos in se conuertit. Nunquid non sufficit inter Episcopos D. Firminum enumerasse, aut Cardinales, Bernardum scilicet Sandualium fato nuper functum, aut Serenissimum Zapatam adhuc superstitem, siue Antonium Vanegam Figueroam? non illum, quo iure hodie exultas, Prudentium Sandualium, qui fida calami velociter scribentis perseuerantia, contentóque studio historiam condidit omnibus veri præsidiis suffultam, perspicuam elegantémque, qua etiam Ecclesias, quibus præfuit, ab obliuionis iniuria vindicauit? Sed apage tantis per viuentes verè inter mortuorum greges connumerandos, si cum vno Martino Azpilcueta Nauarro conferantur, Magistro mediusfidius, Doctore, generísque humani consiliario, is verùm Moralis Theologiæ oraculum retulit, ad huius sensum tanquam ad lapidem lydium omnis sanæ doctrinæ ratio exploratur, acris enim exactíque iudicij velut attritu cuiusmodi sit rerum maiorum scientia bonitatis arguitur. Quod tamen

Præsules antiqui & recentiores.

Præclarissimi viri Apostolici.
Doctor insignis.

Digitized by Google

men pluris æstimandum, non modò sacrorum Canonum fuit coryphæus ac antesignanus, sed reliquis vbique terrarum Doctoribus vitæ innocenter actæ præiuit exemplo. Resideat nunc bellici furoris æstus, absistat Mauortius horror, classicum siquidem canit, milites ad arma vocat, instruitque acies Societatis IESV nouus ille Iacob, Ignatius Loyola, qui saucius ab istis mœnibus quasi ab æthereis arcibus bonus aliquis genius delapsus est, vt orbem solutioris disciplinæ vitio nutantem restituat, qua sola de causa festinanter properat, properantérque festinat. Sed obstupescant iam tuæ istæ acerræ constrata arcuataque membra, templum Pampelonense, quæ nauium nomine vulgus vsurpat: obmutescant naucleri, quantumuis artis nauiculatoriæ periti, facessántque, conscendit enim Indica vastæ molis nauigia plenus fidei, sanctíque Spiritus nomine concitatus, virtutum insuper mirabilium maximarúmque peculio ac pondere onustus, vel onere grauis à te progenitus Franciscus Xauier, qui vel Græco Hercule maior, Christiani nominis in Iaponica plaga sub ipsis orientis Solis carceribus columnas statuit, nullis vnquam insultantis dæmonis viribus technísve conuellendas. Prouocat insuper nouos ipse Alexandros, qui quòd plurium sibi haud subigant orbium imperia minimè lacrymentur, sed quærant noua, & ad Christi imperium adiungant. Apostolica ergo eluis Ecclesia Pampelonensis, siquidem hac tam corrupta támque à virtute abhorrenti tempestate, omnique probatorum morum præsidio destituta, viribus iis polles, virtuteque adeò fœcunda, vt Apostolorum noua sobole in lucem edita, totum vel complecas, vel circumuoles orbem terrarum.

S. Patriar. Ignatius.

S. Franciscus Xauerius.

Apostolica ... quos filios patris Apostolos.

S. AVRIENSIS ECCLESIA.

TVI etiam citius possessionem inuasit, soliúmque te sibi delegit Verbum Dei, ô ECCLESIA AVRIENSIS, tota iure optimo aurea censenda, antiquæ & constantissimæ fidei causa. Tibi quidem sponsus arrhabonis loco sanctissimam Euphemiam tribuit, quæ primum apud te locum inuenerat. Sponsum dedit, & præducem S. Martinum, cuius nomini templum consecratum in æterna memoria viget. Nec procul isthinc B. Marinæ (quæ se tibi magistram factis comprobauit) caput amputatum, Paulini illius instar, ter cùm subsiliisset, tres aquæ puræ liquidæque scaturigines elicuit, quarum ab vndis purè profluentibus stolas dealbant suas tot Episcopi, dignitates & Canonici, quorum priscæ sanctitatis auctoritas, te cæteris venerandis Ecclesiis non inferiorem facit, sed cunctis nominis claritate parem & gemellam, maximè cùm mille plus crateres ad eluendas originariæ sordis maculas habeas, & sexaginta nobiliorum familias.

Prærogatiua amoris.

Episcopus Patronus Tutelaris.

Dignitates.

Crateres S. Baptismi plusquam mille nobilitatis domus.

S. LVCENSIS ECCLESIA.

DIGNA quæ peculiari cultu venerationis afficiaris hauddubiè es, gloriosa simul & antiqua ECCLESIA LVCENSIS, vel eo nomine quòd vehementissima animi contentione pietatis velut incendio grassante sponsum colas tuum summúmque Pontificem. Quandoquidem quadam maiestatis prærogatiua peculiarique indulgentia tibi priuatim licet augustissimum altaris Sacramentum nullis velaminibus supra aram ipsam maximam obtectum habere, sed aspectabile populo bipatentibus diu noctúque tabernaculi foribus constituere. Siue quia disceptatio cum Arrianis de consecratione istic finem inuenerit, quæque Synodus ea de causa fuerat congregata seditionum fluctus lite composita, victàque contra nitentium impietate sedarit. Siue quia Hispania, nondum Barbarorum bellis oppressa, vniuersè in omnibus Ecclesiis nullis operimentis sacra Synaxis velata conspicienda atque adoranda exhiberetur, cúmque ciuitas Lucensis tua ista sanctitate consecrata clueret, Deóque optimo maximo eius incolumitati prospiciente nunquam in potestatem venerit Mauritanorum, idcirco nec priuilegio aperta in luce faciem æterni Regis contemplandi, tot annorum curriculis inueterato; vllo vnquam tempore viduata fuit. Quam inusitati splendoris gloriam, tibi quantumcumque est Callaicorum regnum inuidet vehementer, quando æmulationis quodam studio stemmatum loco calicem hostiámque sacram adumbratim ostentat, vt saltim symbolum circumgestet

Prærogatiua singularis antiquissima & sanctissima Ecclesia.

Eucharistia stemmata Callaicorum.

Dignitates. Canonici.

Regia ciuitas olim. Nec minus hodie illustris corona Ecclesiastica redimita.

gestet eius, quod tu reipsa summa cum gloria possides, sacramenti. Aulici quidem Proceres Regis Ætherei apud te sunt duodecim dignitates, totidem Canonici, magnúsque aliorum beneficiariorum numerus. Te Lucense Concilium aliquando Metropolitanam sua sponte nobilitauit. A te itidem, vt à Iosue optimo Imperatore, facta est Episcopatuum, tribuum videlicet Domini, in castella diuisio ac distributio. Tecum summum Principatus decus diadema diu Sueuorum temporibus effulsit. Nec tamen caducis hisce ornamentis opus tibi fuerat; quamobrem etsi Regum euanuit sceptrum tuorum, in ea nihilominus gloriæ amplitudine perstas, quam tibi Verbum Dei suppeditauit.

S. CADICENSIS ECCLESIA.

Antiquitas.

Maior gloria Ecclesiastica quàm Ethnica.

Mira cæcitas Gaditanorum Gentilium.

ICNOGRAPHICA quadam efformatione, ductis carbonum lineolis Hercules olim futuræ istius magnitudinis & sanctitatis specimen exhibuit, ECCLESIA GADITANA, honorificentissima quæque monumenta veterum Gadium tua isthæc velut per nebulam, adumbrasse videtur. Heros ille monstrorum domitor Leonis pellem indutus, clauáque obarmatus trabali, immortuum quoddam est sigillum & vmbratilis icuncula, eius qui istic verbum Dei palàm prædicauit, téque illi viuo veróque Numini consecrauit. Ac dij quidem illi quos insula suspiciebat, veneratióque qua illos prosequebatur, tenuia quædam exritere summæ istius religionis verique Dei cultus lineamenta. Ex omnibus itaque antiquitatis honestamentis illud vnum censeo memorandum in primis, coluisse videlicet Gaditanos D. Paupertatem, rogatósque à Romanis qua de causa in eam religionem proni ducerentur, respondisse: *Ideo Gaditani paupertatem colunt, quia in bonis moribus homines detinet.* Quo tamen apertiùs intucare quantis illi in tenebris versabantur, senectutem cunctis mortémque simul venerari mos fuit, iis fana extruebant, aras dicabant, sacrificia identidem offerebant. Flamines candidis vestibus ornabantur, informibus autem squalentium morum turpibúsque supra modum maculis fœdabantur. Thus adolebant, cruorem tamen violenter effundebant. Pedes calceis, non animos turbidis affectibus viduabant.

Pes nudus tonsæque comæ castúmque cubile,

Verbum Dei supra Herculem.

Episcoporum dignitas.

Presbyterorum claritas.

Ministrantium sanctitas.

Fides Gaditana vt Pharo.

Poëta scripsit, mendosè tamen, quæ nec ipse vidit, nec vera fuisse comperiuntur. In te autem vna, ô alma Ecclesia, Verbum Dei nec leonis pelle horrens, nec minantis ropali terrore metuendum, templum constituit, non Paupertatis, sed Pluti, idest, opum, quotquot in toto terrarum orbe sunt, maximarum. Vbi Episcoporum, dignitatum, Canonicorum, Dominicique cultus ministrorum auctoritate, concursu & ornatu, tum reliquiarum maiestatísque venerandæ amplitudine sic excellis, vt præ te quidquid vnum, vel etiam duos commendat Hercules, ludus, fabula, meraque somnia iudicentur. Te fides sibi delegit Tabernaculum, istic orta, istic præterea firmis radicibus hæret illud quo Hispaniarum decus viget perennátque æternùm. Ex ista itidem Pharo nocturnæ vigilésque flammæ assiduè coruscant, nautarum cursus ad noui orbis inuestigationem prouocantes, atque ad veri Numinis agnitionem Elysiásque reipsa sedes nullis ambagibus, sed rectà, viáque prorsus compendiaria ducentes.

S. GVADICENSIS ECCLESIA.

Antiquitas.

Primus Prædicator.

Deuotissima & felicissima fœmina Guadicensis.

FAVSTE feliciterque tibi euenisse nullus inficietur, ECCLESIA sacrosancta ACCITANA, cùm Doctorem primum D. Iacobi discipulum nancisci contigit, qui prior in Christi verba iurârit, quémque ante alios tonitrui filius vocali sonore exterritum respicere ad cælestis nuntij vocatum seriò compellentem adegit. Cùm verò verbi Dei strenæ prælustres flosculíque vernantis religionis decerpendi potiùs sinúque fouendi quàm taciturnitatis vitio obscurandi lædendíve sint, in pij religiosíque sexus muliebris gratiam, silendum non est, Matronam quandam prænobilem cælesti lumine collustratam, & miraculi recentioris admiratione stupefactam, virum sanctissimum Torquatum, & quosdam eiusdem satellitij ad se accersendos curasse, quos simul ac præsentes vidit, déque religione coràm differentes attentiùs audiuit, & animum subdidit Euangelicis eiusmodi apparitoribus, & caput diuini lauacri aspersioni incunctanter obiecit. Huius ergo pietate atque opera factum est (vah indelebile

Digitized by Google

indelebile grandeque fœminarum decus) vt primi isti fidei propagatores templum Christo Seruatori, orbísque vel mundi potiùs totius Imperatori dicarint, quod vel secundum, vel ad summum tertium numero putatur eorum, quorum in arcanis penetralibûs apud Hispanos Diuinum Regis æterni Numen cœptum coli est: cui quidem Torquatus Episcopalibus infulis inauguratus præfuit. Quis igitur sedilibus istis institerit deinceps, qui scientiæ singularis & admirandæ cognitione Cherubicos cælitum conuentus non æmuletur: de amore autem charitatísque incendio cum Seraphicis ipsis legionibus certare non possit? Qui ab omni labis concretione purus & integer non ita sit, vt Angelorum similis etiam habeatur? Sex quidem ornaris dignitatibus primos illos, qui te adiere, parentes morum doctrinæque excellentia referentibus. Sex etiam Canonicis, totidémque portionariis decoraris. A vocum autem suauissimarum concentu, abacorum splendoribus, & reliquiarum thesauris lautitiísque, quàm vlla æqualium, paratior, verbo Dei, cuius opus cluis, non anniuersarium de more solùm consueuisti, sed iuge etiam laudum sacrificium ritè perpetrare.

Templum Saluatori dicatum. *Dignitates.* *Canonici.* *Abaci splendentes supellex splendida.*

S. PACENSIS ECCLESIA.

PACIS augustæ pignus es sanè magnum, ECCLESIA PACENSIS, neque enim dubito ciuitati nobilissimæ, vbi tandiu Romani imperij conuentus agerentur, quempiam ex D. Iacobi fidis sacrísque satellitibus pacifera laurea redimitum, pacem attulisse, ad eámque ciues cohortatum, inter animos tandem conciliare cunctorum, panxisse præterea, & æternam constituisse. Tibi enim confestim præstò fuit Pater indulgentissimus, qui filios nutriret, quíque circa Nicenæ Synodi tempora Concilio interesset Sardicensi, *Domitianus Episcopus ciuitatis Augustæ.* Geminum intercessit sæculum adusque Apricium, quem sex & sexaginta sunt Episcopi subsecuti, Ecclesiæ lumina nulla vmquam temporum circunscriptione extinguenda. Deinde à Mauritanorum tyrannide asserta demum ciuitate splendere, primùm visa es sex istis dignitatibus, quindecim Canonicis, portionariis apparitoribúsque regiæ istius cælestis, quæ canoris laudum præconiis vndique personat, diuitiarum abacibus apparatioribus cumulatur: mensæ autem cælestis Analectis sanctorúmve spoliis locupletatur; cubicularibus præterea velut lectis, quibus equestri dignitate illustres viri tum Ecclesiastici sanctitate & sapientia inter primos referendi, moderandóque vtriusque reipublicæ clauo præpositi, placidè incumbunt, completur propemodum: è quibus etsi dulcissimo iam pridem somno consopitis, aliquot in præsentiarum excitandi sunt. Et quidem è tuis istis beneficiariis vnus extitit Garsias Loaysa Philippi nostri Tertij Regis inuictissimi institutor, & tandem Archiepiscopus Toletanus. Istinc Ioannes à D. Clemente cognominatus auspicatò ad Compostellanum appulit Archiepiscopatum; ac vitæ quidem ille morúmque exemplar omnibus proponendum. Tuus etiam fuit quem vulgus *Paniagua*, ego Panaqueum dixerim, alumnus. Tuus item Sanctus Attus Generalis instituti Vallis Vmbrosæ minister, Pistoriensísque apud Italos præsul. indidem Vincentius Stephanius Episcopus tuis istis sacrorum arcanis præfectus. Tibi etiam ascribuntur qui ex felici isto fundo in lucem eruperunt, Ioannes nempe Martinus Siliceus Archiepiscopus Toletanus, Petrus Guerrerius Archiepiscopus Granatensis, Ioannes Belthranus à Gueuara Archiepiscopus antè Salernitanus, ac tandem Compostellanus Antistes, Petrus Portocarrerus inquisitoriæ classis Præses, Gometius à Figueroa Episcopus Gaditanus primò, deinde Secubiensis. Accipe quin etiam è Doctorum ordine duos, pluribus tamen aliis, multis nominibus præferendos, Benedictum, inquam, Ariam Montanum cruce D. Iacobi rubra insignem, quo viro præstantiorem, doctiorem, eruditiorémque suo sæculo in his sacris litteris Ecclesia vix habuit. Nisi fortè quoniam de sacrorum monumentorum explicatione atque enodatione agitur, Saffrensis prodeat in medium, P. Ioannes Maldonatus è Societate IESV, omniúmque Montanus ipse Arias calluit idiomatum peritissimus, & in concertatoria Theologia adeò exercitatus, eóque progressus, vt cùm olim in Parisiensi Academia eius facultatis arcana recluderet, Gymnasio tot theologicorum candidatorum multitudinem neutiquam capiente, necesse foret, in publica interdum via & in ipsis ciuitatis plateis locísque patentioribus prælectiones ab illo haberi, audientibus, cúmque trepidatione frementibus hæreticis, catholicis autem auditoribus admiratione obstupefactis vniuersis.

Antiquitas. *Primus prædicator.* *Episcopi.* *Dignitates. Canonici.* *Supellex splendida & locuplex.* *Insignes viri.* *Præclarissimi præsules.* *Benedictus Arias Montanus.* *P. Ioan Maldonatus.*

S. ALMERICENSIS ECCLESIA.

Antiquitas citissimè Christo desponsata. Prædicator Apostolicus. Dignitates. Canonici. Olim numerosior, hodie gloriosior. Fides eius vt Pharo Gentium oculis Turcarum & Iudæorum. Formosa ac nomine nobilis.

SACRA quidem, & Apostolica Christi sponsa, Euangelicæque persuasionis tuba, ECCLESIA est ABDERITANA, siue, vt vulgi more loquar, ALMERICENSIS. *Adducentur enim virgines post eam*, annulum digito inseret D. Iacobi discipulus Indaletius, secúmque reliquas cum Pastoribus suis venerandas trahet sponsas. Quàm pridem, Mater alma, sex istæ dignitates, totidem Canonici, seniquę portionarij nocturnorum illorum ignium, qui fideles nauiculatores cæterámque turbam naualem ad portum diuinæ habitationis dirigunt, vice funguntur? *Nigra eras, sed formosa.* Hoc vult, citius erit formosa quæ subnigra est. Te enim, quamuis cum frequenti populo celebrabaris, agrestis Ethnicorum & idolorum decolorauerat fucus, confestim tamen luculenta forma & specie induit liberali verbum Dei. Quot iam sæculis igitur gloria frueris venustatis: cúmque ad aliarum consortium sponsarum concedis, quàm es decenti oris dignitate & vultus decore miranda? Pulchra mirabili templi structura, ædificiorum multitudine magnifica, in omnibus ad gratiam composita, vt & promontorium, quod in vicinia ab Achatum lapillorum fodinis hodie nomen habens ob istam ipsam formositatem charidemum à Græcis indigitabatur.

Psal. 44. 15. *Cant. 1. 5.*

S. MINDONIENSIS ECCLESIA.

Antiquitas. Prædicator primus. Mirabili fructu ac prouentu Asturum genti scolit. Dignitates. Canonici. Episcopi. Reliquiæ.

MIRABILI semper magnitudine præstitisti, Glandomirum, quo faciliùs intra pomœria isthæc sanctam antiquissimámque ECCLESIAM GLANDOMIRENSEM, vel, vt hodie vocant, MINDONIENSEM veteris Asturum fidei nobilitatísque matrem charissimam complectens sinu foueres indulgentissimè. Nam quis dubitet participem te fuisse nundinalium conuentuum, minimè quidem vectigalium, sed immunium, quos Verbum Dei in proximis tibi Ecclesiis sæpius per Apostolum eiúsque discipulos indixit, qui quondam fidem quam susceptura erat Hispania prænuntiarunt? Ex eo in edocendæ instruendæque Asturum gentis munere perstas indefessa, indomitæque ceruicis populi ingenua liberaque colla, quæ ingruenti Barbarorum impotentiæ fortissimè restiterunt, sacro Baptismatis fonte perluis indesinenter. Nec tamen id pacem interturbat vsque tuam, quominus Regum Regi duodeno appareas dignitatum præstantissimarum freta contubernio, Canonicorum sanctissimorum cœtu comitata, satellitum attentis animis ad manus oculósque Domini respectantium commilitio munita, sanctissimorum Episcoporum serie nunquam ferè interrupta; thesauros igitur apud te repositos omnibus & custodis & recludis, arcanas, inquam, reliquias diuinæ benignitatis habitacula, quibus sanctorum fides apertè demonstratur, tuaque identidem palàm prædicatur, apud quam sospes depositum post tot sæcula videmus asseruari.

S. CIVITATENSIS ECCLESIA.

Ferax concionatorum. Et fœcundia virorum illustrium. Viri præclari. Primus Prædicator.

HAVD parca sanè in te, nec sera sparsit semina manu diuinus olim agricola ECCLESIA MIROBRICENSIS, vel, si magis arridet appellatio, CIVITATENSIS, quando gloriosissimæ opimæque messis Euangelicorum concionatorum vberrimos fructus percepit. Istis enim velut in veruactis subactísque noualibus satus adultúsque Antonius Ciuitatensis instituti Franciscani sodalis Apostolatus munia vnus apud Indos diligentissimè obiit, atque præclarissimè. Alter Franciscus Crucius Augustiniani Ordinis Monachus, Historini ciuis non postremum, Indicos etiam populos docendo, promeruit locum. Plures multo ex te Cardinalitiæ dignitatis apices, Episcopi, Senatores, Præsides, hæreticæque prauitatis Inquisitores, quàm ex equo Troiano sagaces belli duces extitere, nec verò vt euerterent aut obscurarent, sed vt acutis, syderum more, vallati radiis orbem retexerent, & illustrarent. Interius igitur, ô Arca sanctissima, penetremus, quàm in medios calamitatum turbulentissimarum fluctus Ferdinandus nomine quondam adegit, vt alter Noe, Rodericúsque princeps prioris illius satis dissimilis. Videbimus penes te primam sanctissimorum Regum tuorum fidem Iacobæam, sic enim appellatur fides Hispanica, cuius scilicet D. Iacobus primus apud nos autor Doctórque habetur. Penes te intuebimur septem dignitates,

Digitized by Google

dignitates, quatuor & viginti Canonicos, quos inter Doctor Michael Palatios lectorali, quem vocant, canonicatu ornatus fuit, mutuóque ipsum ornauit. Norunt enim probè virum fuisse doctissimum quicumque sacræ Scripturæ interpretamenta, quæ feliciter in vulgus edidit, attentiùs perlegerunt. Septem & quadraginta numeramus Episcopos, qui sibi in cathedræ istius professione inuicem successerunt, quorum singuli ad sublimiorem quandam Ecclesiæ sedem meritis aspirarunt. Primus ipse nobilitate generis illustrissimus fuit, instituti verò Benedictini splendor clarissimus. Aditu ergo ab Episcopo religiosissimo, sanctissimo fauentissimóque patefacto, paulo pòst vt pariter tecum laborarent, accessere Principes familiæ, Franciscana scilicet, ac Dominicana, quæ mox & loco & antiquitate excelluerunt. Debebatur id autem sanctimoniæ charissimorum Heroum, è quibus viuens Franciscus iter aliquando isthac habuit. Quare sic vniuersam ciuitatem demeruit, eo numine locum afflauit, vt tempore procedente Petrus Diazius Episcopus precibus meritisque Seraphici Patris illius è lethi faucibus ereptus atque in vitam reuocatus viginti totos dies rursum in viuis egerit, vt paratior inde expeditiórque (cùm priùs vitæ anteactæ valdius pœnituisset, opibúsque pauperibus erogandis vacasset) ad mortem, non iam temporariam, aut dubiam, sed reliquis mortalibus consentaneam seriò subeundam fuisset. Quid iam de Alphonso tuo Paradina D. Bartholomæi collega dicam? is verò plura aulæ Episcopali adiunxit ornamenta, ædiúmque laxauit angustias Vetertimarum. Cúmque eum Hispania quantacumque est non caperet, velut propago quædam sese diffundens Romam vsque peruasit, vbi Hispanorum nomine templum magnificentissimum D. Iacobo ab imis fundamentis excitatum consecrauit. Petrum etiam tuum Pontium in hunc censum vocarem, ni iure vindiciarum ad se traxisset sponsa illius secunda Ecclesia Placentina. Quid verò de Didaco à Couarruuia dici amplius possit, quàm illum ingens Hispanis exemplar, Toleto natali speculum sacrarum largitionum primipilum, munificúmque proinde inopiæ subsidiarium, iustitiæ normam acerrimam iudicibus, senatúsque Principibus præscriptum iuris, Doctoribus magistrum, Regibus consiliarium, stuporem exteris, Synodo ad corrigendos impiorum mores fidissimum administrum, viuum Episcopis Euangelium, sanctarum reliquiarum venerabundum præconem extitisse? Quanti igitur fecisse existimandus est, vel D. Ianuarij Martyris inuicti brachium, vel corpus à morte rediuiui rursúsque rapti Episcopi, quod apud te depositum summè mirificéque ipsissimam istam beat felicitatem.

Viri insignitores sanctitate & literis.

Primus Episcopus.

Mirabilis ad vitam reductio Episcopi Petri Diazij.

Præsules illustrissimi nominis.

Couarruuia elogium.

Reliquiæ.

S. ORIOLANA ECCLESIA.

VIRIDANS fruticantis humi fœcunditas, viciniaque Carthaginienses Ecclesiæ verbum Dei propemodum allexit, te vt in ista loci vernantis amœnitate pangeret, ECCLESIA sancta ORCELITANA, vel ORIOLANA, quo in duorum Regnorum confinio vicem turriti Castri, aut Fidei munitissimi propugnaculi, nec non speculæ in Celtiberis Batestanísque cuncta prospectantis exhiberes. Tu dignitatum mitem comémque grauitatem, beneficiariorum religiosam sedulitatem, Sacerdotum conuentum, qui tecum diuinis laudibus decantandis nauiter insistunt, venerandúmque in primis sodalitium Lyceum collegiúmque Dominicanum, quibus honoris & religionis insignibus magnopere & meritò gloriaris, clarissima luce perfundis. Media igitur inter duo Regna velut arbitrium pacis inter vtrumque sustentandæ factura, vtrimque fructus percipis non pœnitendos, vt magno tandem colono laxare granaria & grauidarum frugum copia feliciter complere possis. Qui tibi Episcopi hactenus obtigere, non tam numero, etsi plures illi quidem, quàm vitæ sanctimonia censentur. Quorum in senatu censuque Iosephus Stephanus non ita pridem enituit, reconditorum planè monumentorum antiquitatúmque ad sacra Ecclesiæ iura spectantium diligens custos: commentariorum autem quibus Machabææ gentis res præclarè gestæ continentur, enarrator censórque grauissimus.

Antiquitas. Situs amœnus. In occursum infidelium posita quasi firmissima turris & fidei specula. Dignitates. Collegium, Dominicanum & Academia. Arbitra pacis inter duo regna. Episcopi. Auctores insignes.

S. VALLISOLETANA ECCLESIA.

Gloriosa est Vallisoletana Ecclesia quinque Episcopis.

Antiqua testimonio Conciliorum quæ in ea coaluerunt.

Dignitates. Canonici.

Maria imperatrix ibi nata & alij.

QVAMQVAM Filius Hominis, prout Ioannes contuitus est Deo charissimus, septem modò stellas in manu præferebat, totidem nimirum Episcoporum symbolum, comæ tamen niueæ albidiorísque velleris instar candicantes Ecclesiæ antiquitatem arguebant. Non aliter & tu alma VALLISOLETANA ECCLESIA, quinque dumtaxat Episcopis vt annulis gemmantibus digitorum induis articulos teretis, candidæque manus ornamentis haud sanè cum multis comparandis, hos tamen nobilitate numeri paucitatem pensare, sapientia atque animi candore anteire nemo non inuidus inficias ibit. Canos ergo, quibus nunc in statione compositis ornaris, venerabundi suspicimus, gloriam nihilominus à conditore tibi partam admirantes. Extat Concilium Vallisoletanum apud viros eruditionis ac doctrinæ nomine celebres, vnde priscam istam tuam vetustatem licet agnoscere, quantique ab aliis fieres Ecclesiis non obscurè coniectare. Habitum peractúmque eiusmodi Concilium sub Papæ Ioannis vigesimi secundi pontificatu est, anno 1322. quarto Nonas Augusti. Quibus ita constitutis, non recentioris tantùm, sed prisci etiam sæculi decora fuisse comperiuntur penes te septem dignitates, duo prætereà & viginti Canonici, decem & octo portionarij, cæteraque choro ministrans multitudo, collegiíque sodales. Ex istis etiam penetralibus progressa in luminis oras est Maria Augusta Imperialis huius Madritani Collegij Societatis IESV mater & author. Indidem ortus est, (Papæ ingentem diuitiarum thesaurum!) Philippus ille secundus Regum potentissimus & prudentissimus. Istic quoque Princeps noster Philippus eiusdem nepos, vt sol recens exortus suo lumine vndequaque horrentes discutit vmbras. Sed iam receptui canendum esse nemo non videt. Proinde multis aliis mirandis præclarísque laudum accessionibus supersedeo, quæ te illustriorem & fama super æthera notam per totum solidissimæ telluris ambitum circumferunt, indeque diffiso nequaquam die per ora hominum diffundunt.

S. CANARIENSIS ECCLESIA.

Prophetia Isaiæ antiquitate licet minus nobilis illustris est.

Dignitates. Canonici.

Auctores & scriptores insignes.

Præclari sanctitate viri.

Poësis laudandus auctor.

VATICINANTIS Isaiæ prædictionibus & oraculis compertum est, Verbum iam Dei velut in procinctu fuisse, sacra CANARIENSIS ECCLESIA, quo te in mediis fluctuantis pelagi procellis quasi tyrum constitueret alteram *in corde maris*, præ illa tamen longè pulcherrimam, quippe quæ post tot decoris & amplitudinis incrementa non fidei veracis anchora fundata, sed graui fuit stabilitatis pondere destituta. *Me insulæ expectant.* Expectans ergo expectasti diuini vocem Numinis, manúmque seminantis coloni, qui licèt nobis censentibus seriùs venerit aliquanto, tempore tamen in ipso, vt ex paucorum sæculorum vsura constat, præstò fuisse liquet. Quis putarat istic fidei tabernaculum fore constituendum, cui perpetuò excubias agerent dignitates octo, Canonici sedecim, duodecim autem portionarij, Pastorésque peruigiles, venerandíque Antistites, non tam ad pacis literarúmque otium, quàm ad belli munia prompti & alacres Imperatores? Quódque in primis laudandum tanti interdum Theologi, vt quod tibi persuasissimum est, verissimè possim affirmare, vnum Melchiorem Canum suspicienda monachalis togæ auctoritate, acumine ingenij in differendo constantia atque felicitate argumentorum multiplici nexu vinctorum robore, in ipsa Doctorum instituti Dominicani Academia, potuisse integræ classis vicem præstare. Quid prætereà de Turriano Complutensi Doctore prædicem istic Episcopo cognomento Canariensi? Certè inter concentus auicularum Canariensium istarum dulciter mediusfidius suauitérque canentium diuinis modulationibus Ecclesiam auscultantem permulserunt, tum Diuus ille Didacus Complutensis, tum nec minore ad harmoniam pollens iucunditate, paulo tamen ad humani sensus familiaritatem captúmque propior, Poëtarum nostri temporis clarissimus Canonicus Cairascus, cuius militantis templi cōcinnitati respondant siluæ, antra resultant, plaudit aliàs inuidus Poëtarum chorus, nemo non bonus fasces submittit, structuram miratur orbis, cælum autem renidentium syderum fulgore, vultúque sereno ac ridenti pietatem commendat, probátque vehementer. Reliqua mirabilium tuorum decora quid attinet prædicare quando vna illis omnibus antistas.

SED

SED iam post istam animi contentionem dum repetendis tantarum rerum primordiis, peragendísque (licèt compendio) tot laudum præconiis insistimus, receptui canendum est.

VIDISTIS igitur hactenus apertè, ECCLESIÆ SANCTISSIMÆ, id quod non coniectura, sed oculis ac manibus tenetur, ipsissimum Euangelicæ veritatis vos esse opificium, speculi nimirum læuis, nullàque labis aspersione infecti, opus antiquum & arte summa elaboratum. Ego itaque Orbísque vniuersus in vos tanquam in speculum intuebimur. Quantumuis enim Romana Ecclesia vti & speculum ipsum, vna eadémque prorsus est, tamen in partes compactiles secari quodammodo diuidive non ægrè sustinet. Quælibet autem istarum partium splendidissimum est speculum. Itaque septem & triginta Ecclesiæ vnam duntaxat præstant Ecclesiam, quod iccirco dictum velim, vt hæreticorum peruicaciam omni cura liberem, vmbratiles quæritandi excogitandique Ecclesias. Ecce enim illis ipsas omni opere perfectas vetustate commendabiles gratuitò impertimur, fundatásque magnis sanctorum hominum laboribus, non quidem pro libidine superbissimæ ambitionis, sed virtute ipsa *Verbi Dei* stabilitas, quod cùm principio careat, *nec à silentio incipiat*, *neque in silentio* (iuxta Chrysostomum) *desinat*, manet in æternum.

Plur. vnam Eccl. sium efficiunt, vnà cum Romana.

Non est, vt nouas adinueniat Ecclesias hæreticis, cùm habeat antiquas & canas ac sanctitate exaggeratas.

Finis Elogiorum Congregationis status Ecclesiastici in hac curia Regia Madriti habita anno Domini 1619.

††† 3 APPRO

APPROBATIO OPERIS EX SVPREMI *Regiíque Senatus Hispaniarum præscripto.*

QVAM venustissimè EVANGELICVS CONCIONATOR, HOMINEM hunc NOVVM, P. Francisci Garciæ è Societate IESV institutum exponat, & vidi, & legi, & intento animo scrutatus sum. Quem si circumcirca prospicias, nihil quod displiceat, quod tædium offundat, quódque cui intellectus humanus sacram sitiens doctrinam non inhiare contenderit, inuenies. Verè Nouus Homo, qui innouandis hominum moribus aptus, verè Nouus, qui graphicè descriptus, & quasi Phrygionum opera apprimè elaboratus. Quid non ex pluteis sanctorum Patrum quo phaleratus in lucem prodeat non exhausit? Quid nõ ex Scripturæ sanctæ muliebri mundo quo comptus appareat sibi vendicauit? Quid ex vtroque Testamento quod ad Euangelicum Concionatorem attineat intactum transiliit? Quæ denique sunt ex selectissimis quibúsque tergeminæ paginæ locis, quorum copias non recenseat, & à quorum explicatione non commendetur? Nouus Homo ab Euangelico Concionatore noua præcepta mundo tradens, venit in mundum, eruditos perfecit, imperfectos erudit, omnibus denique Tantali Philotesiam cælesti scaturientem nectare propinat. Ad hanc animorum species, sicut ad Alcibiadis faciem, Deorum Hermas conflare debemus. Auidè lege, attentè meditare, cordatè percipe, patulum hunc liliorum campum inoffenso pede percurres, dum nullum tibi cespitandi, nedum illabendi locum relictum animaduertes. Gaudeat vsura lucis supremi Senatus facultate, qui, omnibus facem præferens, lucem administrat. Dignior quidem est, quàm qui nos eius beneficio deuincti, debitas authori suo grates rependere possimus. Madriti ex cœnobio sanctissimæ Trinitatis quarto Calendas Maij, Anni 1619.

FR. DIDACVS DE ORTIGOSA Præsentatus.

Approbatio P. Marci Antonij del Arco Societatis IESV Theologi & Concionatoris.

P. FRANCISCI Garsiæ *Euangelicum Concionatorem, Nouúmque Hominem* sapienter inuentum, accuratè dispositum, pulcrè constitutum, perfectissimè ornatú vidi: in quo si formam speculeris architecti diuini manum iuxta diuinitatis archetypum hominem efformantis agnosces: si aptissimam membrorum omnium & partium cohærentiam consideres, gratiæ diuinæ potentiam naturam perficientis deprehendes: si vestes quibus tegitur, inuenies, nihil non ex diuino opificio, Scriptura sacra scilicet mutuatum: si demum ornamenta, quid sancti Patres in thesauris suis æstimabile cognouerunt, quod totum huic *Nouo Homini* ornando non contulerint? Dicam vno verbo, opus est re & nomine speciosum & plenum; plenum, inquam, ingenio, plenum arte, plenum operis, plenum sententiis, plenum doctrina

doctrina, plenum denique ad Ambrosij leges succo virili. Quod ad stilum attinet consultò auctor supremo dicendi genere abstinuit; neque enim decebat *Hominem* diuino verbo formatum humanis verbis fucare, ne videretur à Deo datam pulchritudinem verborum lenocinio alter Theopompus deturpare. Videat opus lucem, quod omnino faciendum censeo, & omnium iudiciorum calculis certò probandum exponatur. Sic censeo Madriti 26. Iannuarij, Anni 1619.

MARCVS ANTONIVS DEL ARCO

Facultas R. P. Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Lugdunensi.

EGO Bartholomæus Iacquinotius Societatis IESV in Prouincia Lugdunensi Præpositus Prouincialis, librum qui inscribitur, *Euangelicus Concionator, & Noui Hominis institutio, Auctore Francisco Garcia del Valle Calaguritano,* iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Christianissimis Henrico III. 10. Maij, 1583. Henrico IV. 20. Decembris, 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante, 14. Februarij, 1611. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab hominibus nostræ Societatis compositos, absque Superiorum eius permissione imprimant, permitto IACOBO CARDON & PETRO CAVELLAT Lugdunensibus Bibliopolis, vt ad sex primos annos imprimere, ac liberè diuendere possint. Datum Lugduni die 28. Decembris, 1620.

B. IACQVINOTIVS

Approbatio Theologorum.

NOS infrà scripti S. Theologiæ Doctores fidem facimus, vidisse, & perlegisse librum, cui inscriptio, *Euangelicus Concionator, & Noui Hominis institutio, Auctore Francisco Garcia del Valle Calaguritano,* omniaque in illo iuxta orthodoxam Catholicæ, Apostolicæ, ac Romanæ Ecclesiæ, & sanctorum Patrum sanam doctrinam accuratè exponi. Lugduni 22. Ianuarij. 1620.

FR. ROBERTVS BERTHELOT Episc. Damasci.

DEVILLE.

R. D. D. de Meschatin la Faye huius libri imprimendi facultas.

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus, & Camerarius Ecclesiæ Lugdunensis, in suprema Dombarum Parlamenti Curia Consiliarius, Galliarum primatiæ Officialis, & in Archiepiscopatu Lugdunensi Vicarius Generalis, librum inscriptum, *Euangelicus Concionator, & Noui Hominis institutio, Auctore Francisco Garcia del Valle Calaguritano,* & à Theologis recognitũ, typis mandari permittimus. Lugduni 9. Nouemb. 1621.

MESCHATIN LA FAYE.

SVMMA PRIVILEGII REGIS *Galliarum & Nauarræ Christianißimi.*

LVDOVICI XIII. Galliæ, & Nauarræ Regis auctoritate sancitum est, atque patentibus literis cautum, ne quis in Regno suo, aliísve locis ditioni suæ subiectis, intra proximos annos decem, à die impressionis primæ inchoandos, ac numerandos excudat, excudendum, vendendúmque quouis modo, & ratione curet librum, qui inscribitur, *Euangelicus Concionator, & Noui Hominis institutio*, *Auctore Francisco Garcia del Valle Calaguritano*, præter IACOBVM CARDON, & PETRVM CAVELLAT, Bibliopolas Lugdunensis, aut illos, quibus ipsimet concesserint. Prohibitum insuper eadem auctoritate Regiá omnibus suis subditis, eundem librum extra Regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicunque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dictorum IACOBI CARDON, & PETRI CAVELLAT. Idque omne sub confiscatione librorum, aliísque pœnis originali Diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisiis die 27. Februarij, 1620.

De mandato Regis,

Signatum,

LE BOSSV.

PROLO.

Digitized by Google

PROLOGVS,

in quo

ECCLESIASTICO CONCIONATORI TOTIVS OPERIS RATIO, FORMA ET PARTITIO PROPONITVR.

FINIS totius operis est HOMINEM DEI, quem vocat Paulus, per singulas ætates ad omnem virtutem erudire, verbo Dei, Patris in veteri Testamento, filij in Euangelio, Spiritus sancti in epistolis Pauli, & aliis Canonicis & Apocalypsi: simûlque formare nouum concionatorem, qualem suum Quinctilianus oratorem voluit, Rhetor in forma prolixus, in materia breuis. Contrarium ego sequor, sic docendum ratus.

MATERIES vt in omnibus artibus copiosissima est, & forma perbreuis, ex illa hîc apposui quod auidum concionatorem, & famelicum satiet, modò expressè & latè, modò summatim, inuolutè. Offero triplicem concionum seriem ad tempus quadragesimale, totidem discursus in Aduentum, plura in dies Christo & Virgini sacros: necnon paræneses, & sermones qui haberi solent vespertino tempore, quæ omnia dabit Tabula prima thesauri manifesti. cætera quæ ad materiam hîc per capita subiecimus. nam,

Primò in Apparatu continentur,

Noui Hominis mysticæ ætates.
Oratio D. Gregorij Nazianzeni.
Varia disciplina verbi Dei.
Eiusdem Noui Hominis institutio, & instaurandi ratio.
Verborum Dei apparatio.
Institutionum, seu exhortationum syllabus.

Apparatum istum præmisimus, vt videas facilè hanc dispositionem à Doctoribus sacris acceptam, illi inseruire totam Scripturam, & ab illa fuisse deprompta; & cuilibet ætati singulas morales materias aptari.

Secundò Præludia huius institutionis.

1.	De materia.	pag. 1.	*Hîc agitur de difficultate renouationis.*
2.	De forma.	6.1.	*Agitur de reformanda Dei imagine.*
3.	De efficiente.	10.2.	*Agitur de efficacitate verbi Dei.*
4.	De fine.	15.2.	*Agitur de finali causa Noui Hominis.*
5.	De exemplari.	21.1.	*Agitur de exemplari causa sui idea.*
6.	De instrumento.	26.1.	*Agitur de munere concionatoris verbi Dei.*
7.	De triplici verbo.	42.1.	*Agitur de triplici verbi Dei diuisione.*
8.	De Verbi potestate.	46.1.	*Agitur de Verbi incarnati potestate.*

9. De

Digitized by Google

9. De Verbi prouidentia. pag. 54. *Probatur verbũ nunquã homini defuisse.*

In quolibet præludio aliquid ad tuam vtilitatem comperies; sed in postremo totius sacræ Scripturæ ordinem, & acoluthia dedi, nec non Chronologiam ab Adamo vsque ad Christum, valde tibi opportunam, ne ignorare contingat quo tempore regnarint Reges, quo sua dederunt vaticinia Prophetæ, quoties, & quando captiuitas populi, & cetera memoranda contigerunt.

Tertiò Institutiones sexaginta duæ.

INSTITVTIONES ante discursus, quibus syncera doctrina, & Sanctorum authoritate insigni, huic Nouo Homini suademus omne virtutum genus secundùm mysticas, quas suprà vidisti, ætates.

Quartò Discursus centum octoginta sex.

DISCVRSVS omnes persuadent, singulæque illorum partes seorsim diuersum sacræ Scripturæ locum ad exordium, seu introductionem inducunt, Euangelium proprium minimè deserentes, ea tamen arte vt vnum sine altero possis assumere: & si vtrumque velis, nec harmonia deficiet, nec proportio. Diuisio, & membra discursus margini annotantur, vt queas faciliùs artus neruósque discernere.

Quintò Indices Thesaurorum quatuor.

1. Thesauri manifesti. *Continet concionum seriem ad omnia tempora, & festa Sanctorum.*
2. Thesauri absconditi. *Continet citatam doctrinam Sanctorum, & in centum amplius Euangelia copiosissimè digestam.*
3. Thesauri locorum Scripturæ. *Continet sacræ Scripturæ insigniora loca, præfiguntur, & subsequuntur auctores, qui vel in librum illum commentati, vel aliqua eiusdem loca peculiariter interpretati sunt.*
4. Thesauri rerum. *Continet res in toto opere notabiliores, maximè autem vitiorũ & virtutũ: loca insuper Scripturæ, & Auctores, qui verbũ illud ex professo tractarũt.*

His addita est in extremo operis, SERMONARIORVM COLLECTIO, quantam nobis eam suppeditauit memoria. & hæc de materia.

FORMA celat materiam, & ad hoc nata calluit iam diu concionantium mores & ingenium, qui plagiarij cùm sint velint latere prædam. honesti fures, quibus si raptum placet, rapuisse displicet. iuuat etiam sic tectè loqui, maximè hortantem, alioquin peccator execrabitur sapientiam, & oculi Ecclesiæ, qui mysticè Concionatores dicuntur, ex eo commendantur, quòd semiuelati sint, absque eo quod intrinsecus latet; non enim debent se totos conspiciendos exponere. gratiores oculi, quos aurea coma contegit à fronte pendula.

GENVS ORATIONIS suasorium est, nec vanum & inefficax: & licèt hic solùm affectus depinxerim, quasi ossa arida in campo iacentia vitam capient ad Prophetæ vocem, spiritu spiritum inclamantis.

SACRA SCRIPTVRA vnà cum libro incipit, vnà desinit continenti filo à prima Genesi vsque ad Apocalypsim vltimam. Ea est animæ vita, diuinæ principium, mũdi sensibilis Dea, Regina sapientiæ: illius libris è cælo scriptis diuersæ Noui Hominis ætates erudiũtur, vt tabula prima thesauri manifesti te docebit, & verborum Dei apparatio.

SANCTI

Digitized by Google

SANCTI atque DOCTORES ex hoc perenni fonte biberunt: quapropter illos damus quasi pædagogos huius formandi Hominis, eorum doctrinam vbiuis inuenies, in institutionibus præsertim, quæ nimium vario flore vernant. in discursibus testes eos induco, & sisto, quando tamen ipsi suâ sponte fatentur; indecens enim esset torquere tantos viros, & in meam sententiam, & sensa inuitos trahere.

LATINA qualiacumque offero. Latinissimis, & criticis scio iam hiantia obsoleta, & subrancida fore. ignaris, seu imperitis difficilem viam straui: sed qui hæc Latina ignorant, cur conciones habeant ad Christianum populum, in Ecclesia maximè Latina? offero saltem aliis nonnimium religiosis Mineruæ cultoribus.

SERMONE patrio non scripsi, animos, non numos lucrandi cupidus, perdidissem si fecissem aliter: ab omnibus legerer, contemnerer à pluribus. Hæc Nazianzeni mens oratione 16. *de pauperum amore: Quidquid facile percipitur, facile quoque in contemptum venit: atque id omne quod desiderium nostrum fugit, cupiditatem exercet.*

HISPANA verba quæ interseruntur non ægrè feres, plus mihi licet quàm Scripturæ interpretibus: passim illi loquuntur Hispanè, vt elegantiùs exprimant quod nesciunt Latinè. Non erubeam fateri mihi magna, diuersa & affectu plena loquenti Latinam maiestatem sæpius deficere, & ad propriam accurrisse dialectum, vt vi maternæ linguæ meliùs affectum panderem, non frustratus effectu.

Animum probes oportet, si minus, probes ingenium, nec conatum aspernari potes; si parum respondet euentus, non meum crimen est, non esse felicissimum. Nullum in me vitium, scribendi audacia cum loquendi munere fungar: doctrinam ad calamum traduxi non exulem, vtrobique in patria sua est. Stultus ille sit qui assuetus stolidè loqui scribere præsumat: dabit orbi quasi in ære cælata deliria duratura æternùm, & census imponet sibi soluendos nunquam.

Nec terret huius æui criticorum nasus, & censoria frons: cogit potiùs illorum acumen, vt illi fiat satis acri scribendi genere, quo simul perstringantur mores; quòd si meos nondum composui ad eam frugem Nouo Homine *dignam, loquendo tamen concionator seipsum excitat, vt dormientes assolent, si semel linguam soluerint.*

Vnum erat quod frænare posset & inhibere cursum: inter tot tantósque è Societate doctissimos viros rauco gutture inter cygneas voces numerosum tentare cantum, sed nulli noceo, nulli iniuriam irrogo, nec temerarius sum; quidquid enim in illis tibi placet, arrisit etiam mihi: omnes euolui & perlegi; inde velut è topiario cultissimo flores hosce decerpsi, ex his maximè, quos meos magistros ingenuè fateor. Deus de mandibula asini aquam Samsoni dedit, & fuit Samsoni grata gingiua asini, sanie tabóque sordens mandibula cruore impuro præputiatorum deturpata; quid dicam? Ego tibi tubus, mea lingua canalis: aspernari, & dedignari me potes, non verò verba verbi Dei, quibus Hominem Dei instituo, & cui rudis adhuc ego seruio. VALE.

Digitized by Google

Tropologica Noui Hominis structura.

Ex qua consentanei vnicuique ætati mores adstruuntur.

E x

OEconomia Ederi. *Ætates hominis*	D. Aug. lib. de vera relig. c. 23. *Veteris &*	D. Aug. ibid. *Noui, qui ex*	D. Greg. Nisseno orat. de Christi natiuit. *Deo natus est*	*per verba & opera Dei.*
NATIVITAS. Nascitur nascente mundo, & vniuersa rerum natura ex verbo Dei perfecta, & confirmata.	Hæc est vita hominis viuentis ex corpore & cupiditatibus rerum temporalium colligati; primò enim cuiuslibet hominis nascentis natura & eruditio cogitatur.	Iste dicitur nouus homo & interior, habens & ipse proportionem non annis, sed profectibus distinctas quasdam spirituales ætates.	Apparuit alia generatio, alia vita, alius viuendi modus, quę nō ex sanguinibus, sed ex Deo facta est, fœtus hic per fidem concipitur, & Baptisma, & Fides, Spes, Charitas, } docentur.	Genesis.
INFANTIA. Incipit à primis illis parentibus nostris Adam & Eua vsque ad tempus Noe.	Infantia in nutrimentis corporalibus agitur penitus obliuiscenda crescenti.	Infantia in vberibus vtilis historiæ nutritur, & sacris alitur exemplis.	Nutricem habet Ecclesiam, huius doctrinam, & instituta exugit. Timor Dei, Oratio, Lex diuina, Religio, } suadentur.	Exodus. Matthæus. Leuiticus. Marcus. Lucas. Ioannes.
PVERITIA à Noe vsque ad tempora Abrahæ, & sub Abrahamo vsque ad Moysem.	Pueritia infantiam sequitur, vnde incipimus aliquid meminisse.	Pueritia obliuiscitur humana, ad diuina tendit, & ad summam incommutabilem legē passibus rationibus nititur.	In pueritia iam illi cælestis panis & cibus datur. Docilitas, Solertia, Iustitia, } suadentur.	Numeri. Actus Apostolor. Deuteronomion.
ADOLESCENTIA. A Moyse, & lege sub tutoribus, & pædagogo degit vsque ad Iosue, & terræ promissæ ingressum.	Adolescentia iam pueritiam sequitur, cui propagationem prolis natura permittit, & patrem facit.	Adolescentia rationis robur, qui carnalem appetitum maritat, & quadam coniugali dulcedine menti copulat, & velamento pudoris obnubilat.	Adolescentia est sublimis viuendi ratio, nuptiæ, &c Fortitudo, Temperantia, Patientia, Paupertas, &c. } suadentur.	Iosue. Ad Rom. Iudicum. Corinth. 2. Ruth. Galatas. Regum. Ephesios. Paralipom. Philippenses.
IVVENTVS, quando nondum exemptus à cura pædagogi accepit à Prophetis clarissimas de Christo eiúsque Regno reuelationes.	Iuuentus adolescentiam excipit iam exercenda muneribus publicis, & domanda sub legibus, in qua ætas, & vehementior prohibitio acriores impetus gignit carnalibus animis, & omnia commissa congeminat.	Iuuentus multo firmiùs ordinatiúsque virum perfectum componit, aptum, & idoneum omnibus etiam persecutionibus, & mundi huius tempestatibus, ac fluctibus sustinendis atque frangendis.	Iuuentutem hæreditas, regnum, & opulentia sequuntur, &c. Verecundia, Abstinentia, Castitas, Virginitas, } commēdantur.	Esdras. Colossenses. Tobias. Thessalonic. 2. Iudith. Timotheum 2. Esther. Titum. Iob. Philemonem. Hebræos.
VIRILITAS ab inductione præfata vsque ad Machabæos quando arma, vires, bella & regni contentiones vigebant.	Post labores autem iuuentutis viro pax nulla conceditur, & ambitio maior, & vsque ad mortem deterior ætas, ac decolor, hominem perducit.	Contrà verò vires colligit, & vitam obtinet pacatam, atque ex omni parte tranquillam, in opibus & abundantia incommutabilis Regni, summæ atque ineffabilis sapientiæ.	Virilitas delitiis Paradisi delectatur, &c. Continentia, Clementia, Prudentia, Mansuetudo, Modestia, Humilitas, Silentium, } Cōmendantur.	Psalterium. Iacobi. Prouerbia. Petri 2. Ecclesiastes. Ioan. 3. Cantica Cantic. Iudæ. Sapientia. Apoc. Ecclesiasticus.
SENECTVS. Ætas perfecta à Christo, vbi venit plenitudo temporis vsque ad omnimodam mutationem in æternam vitam transeunte vitæ temporalis imperfecta forma, quę facta est ad imaginem Dei.	Iam vetus homo, & terrenus, eam, quam vulgus vocat *felicitatem*, in bene constituta terrena ciuitate obtinet, humanis fruitur, & morte denique prima, & secunda clauditur.	Perfecta iam quies ęterna est, & nullis ætatibus distinguenda, beatitudo perpetua: vt enim finis veteris hominis mors est, sic finis noui hominis vita æterna.	Finis, non mors, sed vita illa quæ dignis parata est, beatissima & sempiterna. Prouidentia, Vigilantia, Perseuerantia, Status perfectionis, Episcopalis, Gloriæ, } suadētur, & commendantur.	Isai. Ionas. Ierem. Michæas. Baruch. Nahum. Ezechiel. Habacuc. Daniel. Sophonias. Osee. Aggæus. Ioel. Zacharias. Amos. Malachias. Abdias. Machabæorum.

Ecce quàm decenter diuina prouidentia procuratione salus hominis administratur, vt ars ineffabilis medicinæ ipsam vitiorum fœditatem in nescio quam sui generis pulcritudinem vertat. D. Aug. lib. de vera Religione, cap. 23.

NOVAM

Digitized by Google

VNIVERSAM INSTAVRANDI HOMINIS RATIONEM PER VERBVM, ET VERBA DEI D. GREGORIVS NAZIANzenus luculenta oratione expressit, *Apologetic.* 1.

Deus fit Homo,	*vt fiat*	*Homo Deus.*
Huc magistra, lex tendit,	*vt* instar pædagogi postea fide iustificemur. *Gal.* 3.	D. Petrus Chrysologus concinit Nazianzeno *serm.* 118. & 16.
Huc inter legem & Christum interiecti Prophetæ,	*vt* per tristia, & lætiora regenerationis spem fidémque concipiat.	*Et* sauciati taliter per Christi gratiam à lege mortis absoluimur,
Huc spiritualis legis perfector Christus,	*vt* legem adimpleat, qui legis finis est.	& homo legis libertatem cœpit quærere per auctorem, salutem per veniam, per Christum gratiam.
Huc exinanita Deitas,	*vt* toti naturæ copulata Deitas inspiret in faciem hominis vitam.	& primus Adam à secundo factus animam consecutus est vt viueret.
Huc assumpta caro, huc noua illa mixtio, Deus, inquam, & homo,	*vt* noua hæc mixtio sine confusione vnum hominem Deo attemperet.	& ex vtero pretioso Virginis hic procedit, vt caro promoueatur in Deum.
Idcirco generatio & virgo,	*vt* sublimior, & sine labe generatio præpurgatum Adæ figmentum instauret.	& in hac generatione sanguis siluit, caro stupuit, soporata sunt membra.
Idcirco Præsepium & Bethleem virgo propter mulierem,	*vt* Bethleem instauret Edem, id est, Paradisum, virgo mulierem.	& virgo concepit, virgo parturit, virgo permanet.
Idcirco stella præiens, & Magi sese prosternentes,	*vt* idolorum cultus toto terrarum orbe euertatur.	& quos origo limosæ stirpis profuderat terrenos, cælestes pariat.
Idcirco Iesus Baptismi aqua tingitur,	*vt* in regnum inauguratus filios spiritu principali regeneret.	& iam renati, iam reformati, portemus imaginem cælestis.
Idcirco ieiunat & tentatur,	*vt* vincentem Adamum vincat, & tentatione hominem consummet.	& nos de concupiscentia nati concupiscentiam valemus euitare.
Idcirco dæmones eiiciuntur, & morbi depelluntur,	*vt* manus conferens cum dæmone hominem ad bella instruat.	& qui coacti sumus illecebrarum turpitudinem sustinere, vincere docemur.
Idcirco magnæ prædicationis munus paruis hominibus committitur,	*vt* cum laude administrantes Verbi cooperatores efficiantur.	& qui captiui fuimus malis ad instar Christi reparati liberi efficimur.
Idcirco lignum aduersùs lignum,	*vt* mortem per mortem destruat.	& quos vtrique concepit virgo, viuificauit spiritus, portauit pudor, ad cælestia aspiramus.
Idcirco manus extensæ, & clauis confixæ,	*vt* incontinenter extensas & dissolutas in officio contineat.	& quos genuit integritas, nutriuit innocentia, edocuit sanctitas, virtus exercuit.
Idcirco sublimitas aduersùs lapsum, hoc est, Crux,	*vt* per crucem exaltet hominem.	& quos Deus adoptauit in filios, imaginem totam nostri portemus auctoris.
Idcirco mors aduersùs mortem,	*vt* omnium saluti, vitæque consulat.	& cesset vitiorum pruritus pestifer, delictorum blandimenta vincantur.
Idcirco sepultura,	*vt* illam in terram, reuersionem ad spem immortalitatis reuocet.	& appetatur paupertas Christi, tota sanctitas animæ custodiatur.
Idcirco resurrectio propter resurrectionem,	*vt* totum prorsus hominem ad sempiternam vitam refingat, & reparet.	& imago creatoris portetur, & clarescat in nobis, & finem delictorum se gaudeat (homo) consecutum.

Epilogus.

Pars est autem cum nos reclamare (**Verbum**) id est, Christum, qui pro suo in nos amore dux est nobis vitæ optimè degendæ (Verbum enim ipsum apertè caro factum est, eandem simul virtutem actiuam, & contemplatiuam ostendens, atque adeò eius sermonem, præcepta & monita legem existimantes, cognoscamus, quæ sunt breues, & directæ viæ ad æternitatem.) Persuasione enim eius sunt plena præcepta, non timore. Clemens Alexand. *lib.* 1. *pædagogi cap.* 3.

Epilogus.

Hæc omnia erga nos diuinæ cuiusdam disciplinæ loco erant, infirmitatisque nostræ velut medicina quædam veterem Adamum eò vnde exierat reducens, & ad illud vitæ lignum adducens. Ac nos medicinæ ministri, & adiutores sumus, quicumque aliis præsidemus, vel superiori loco sedemus. Greg. Nazianz. *Apolog.* 1.

Epilogus.

Vide, ô Homo, his admonitus exemplis æstima quis sis, quantum sis, qualis sis. Petri Chrysolog. vbi supra.

†††† VARIA

Digitized by Google

VARIA VERBI DEI DISCIPLINA PRO DIVERSA DOCENDI RATIONE.

D. HIERONYMVS ad Demetriadem.

In sacra Scriptura prohibentur mala, præcipiuntur bona, conceduntur media, suadentur perfecta.

VARIA.

- Politica.
  - Genesis.
  - Exodus.
  - Leuiticus.
  - Numeri.
  - Deuteronom.
  - Euangelia.
- Chronica.
  - Iosue.
  - Iudicum.
  - Ruth.
  - Regum 4.
  - Paralipom. 2.
  - Esdræ 4.
  - Tobias.
  - Iudith.
  - Esther.
  - Machab.
  - Acta Apost.
- Poëtica.
  - Psalmi.
  - Threni.
  - Cantica
  - Mariæ,
  - Zachariæ.
- Dialectica.
  - Iob Eccl.
  - Ecclesiastes.
  - *Epistola*
  - Paulinæ,
  - Canonicæ.
- Oratoria.
  - Isaias.
  - Ierem.
  - Ezechiel.
  - Daniel.
  - Oseas.
  - Amos, &c.
  - Apocalypsis.
- Ethica, siue moral.
  - Prouerbia.
  - Sapientia.
  - Ecclesiasticus.

D. AVG. LIB. I. DE Genes. c. 1.

In libris omnibus sanctis intueri libet quid ibi æterna intimentur, quæ facta narrentur, quæ futura prænuntientur, quæ agenda præcipiantur.

VERBA ENIM DEI sunt certa.

A dignitate authoris Spiritus sancti, eo potissimum missus nomine, vt nos omnem veritatem doceret.

Antiquitate, qua nulla maior.

Prænuntiatione. Prophetica, solus enim spiritus diuinus futura præuidere nouit. Ioan. 16. 13. *& quæ ventura sunt, annunciabit vobis.*

Euentu infallibili, eorum quæ prædicta sunt, vt not. Aug. 22. *de ciuit. c.* 10.

Consensu scriptorum doctrinæ constanti & perpetuo, &c. à disiunctis loco & tempore eodem afflatis spiritu. Aug. 18. *de ciu. c.* 41.

Integritate scribentium ac summæ sanctitatis viris (ait Aug. 2. *de ciuit.*) hæc nobis sunt tradita. Richard. *de Trin. c.* 2.

Conuenientia & æqualitate, vel consonantia cum ratione, cui nihil magis consentaneum, quàm Deum reuereri, & proximum diligere, vnde tota lex pendet, *Matth.* 22.

Inconuenientia errorum, quos singuli sibi hæretici somniarunt, & Dei verba ex proprio commenti sunt figmento: vt felicitatem, & fœtidum coitum promittere.

Martyrio, & sanctitate eorum qui pro hac fide mortem oppetere non dubitarunt.

Miraculorum virtute multifariam doctrinam verbi Dei confirmante: sed illud maximum totius orbis amplitudinem religioni, carni, & sanguini repugnantem nomen dedisse nulla vi subiugatam. Aug. *de ciuit. lib.* 22.

Inconcussa Ecclesię authoritate testimoniis aduersariorum Iosephi 18. *Antiquitat.*

D. GREG. HOMIL. VI. super Ezech.

Sacra Scriptura in vtroque Testamento monendo est recta, promittendo est alta, minando est terribilis.

EFFICACIA.

Pariunt enim,
Notitiam diuinæ voluntatis.
Notitia timorem.
Timor reuerentiam.
Reuerentia amorem.
Amor peccati odium.
Odium, pœnitentiam, contritionem.
Contritio remissionem peccatórum.
Remissio peccatorum consolationem.
Consolatio tranquillitatem conscientiæ.
Tranquillitas spem vitæ æternæ.
Spes denique numquam confundit, sed saluos facit omnes credentes, ad *Rom.* 5.

VTILIA.

Ad redargutionem falsorum.
Ad correptionem vitiorum.
Ad institutionem hominis Dei.
Ad docendum, 2. Tim. 3.
Ad consolandum, Rom. 15.
Ad delectandum, Psalm. 118.
Ad stimulandum, Eccl. 12.
Ad illuminandum, 2. Petr. 19.
Ad inflammandum, Prou. 30.
Ad tuendum, Prou. 30.
Ad gignendum in Christo, Iacob. 1.
Ad alendum animum, Matth. 4.
Ad vitam æternam, Ioan. 5.

VIVA, ET NECESSARIA.

D. Cyrillus: In quoduis absurdum prolabitur hominis natura, nisi contineat illam Saluatoris gratia. At nutrit robur spirituale, panis viuens, hoc est, *Verbum Dei*, scriptum est enim, *Panis confirmat cor hominis.* lib. de adoratione in Spiritu sancto.

NOVI

NOVI HOMINIS EX DEI VERBO INSTITVTIO, ET INSTAVRANDI RATIO EX VETERI ET NOVO TESTAMENTO DEPROMPTA, cum totius institutionis forma, & apparatu.

TOMVS PRIMVS.

PRÆLVDIA.

I. QVODNAM noui Hominis exordium, principium, materia. 1
II. Secundùm quam formam Homo Dei instaurandus. 6.1
III. A qua effectrice causa innouatio hominis veniat, & de mirabili seminis verbi Dei efficacitate. 10.2
IV. In quem finem tendat, & cuius gratia factus Dei homo? Verbo duce, & luce, iter ad finem suum facilius tutiúsque, quàm primò peragendum impellitur. 15.2
V. De exemplari causa, siue idea in hominis reparatione imitanda. 21.1
VI. De instrumentali causa verbum Dei exequente, h.e. de Concionatore. 26.1

Epideigmata, seu documenta pro instituendo verbi Dei concionatore. 29.1

Munus. §. 1. ibid.
Concionator. §. 2. ibid. 2
De voce, & corporis motu concionatoris. §. 3. 30.2
Concio, & finis eius persuasio. §. 4. 32.1
De natura, & proprietatibus partium discursus persuasorij. §. 5. 34
Praxis discursus persuasorij, ex D. Gregorij Nazianzeni verbis oratione 16. concinnata. §. 6. 35.2
De affectu timoris excitando eodem discursu, ex S. Zenone Episcopo Veronensi, & Martyre, tom. 2. Biblioth. antiq. Patr. §. 7. 37.1
Forma discursus persuasorij contra nimiam de Dei misericordia præsumptionem. §. 8. 38
De genere exornatiuo, siue laudatiuo. §. 9. 40
VII. Triplicis verbi Dei ex modo nostro intelligendi partitio, & cuinam præcipuè salus nostra assignanda. 42.1
VIII. Verbum Dei omnia præhabet quibus hominem renouet. 46.1
IX. Verbum vbique homini lapso præstò fuit, afflictum erexit, perditum recreauit. 54
Datur Acoluthia & ordo totius sacræ Scripturæ, Concionatoribus opportunissima. ibid.

INSTITVTIONES, ET DISCVRSVS.

CREATIO.

INSTITVTIO I.

Hominis secundùm Deum creatio, siue agricolatio, eius dignitas, & gratia. 65

DISC. I. Noui Hominis institutor, & spiritalis vitæ sator exit à principio seminare, diuinamque (ex D. Paulo) agriculturam, atque regenerationem instituit. 71
II. Inserendo, & adoptando nouum Hominem incarnatione, & prædicatione instaurat & renouat. 75.1
III. Vitam in nouo Homine plantat, & incorruptibili semine verbi ad vitam, ad gratiam & ad gloriam reuocat. 79.2

REGENERATIO.

INSTITVTIO II.

Noua mater, & fortis mulier Maria sanctissima, eius Homo Dei obsequio, & deuotioni mancipatur. 84

IV. Mariæ viuentium matri ab omni originali contagione exemptæ nullam filiorum Adæ maculam imputandam, ratione, auctoritate, & congruentia suadetur. 94
V. Vestitur vndique gratiâ Maria sanctissima, eius splendido amictu Christus fulget: præteritas, & futuras generationes candidissima veste contegit, & honestat. 100.2
VI. Virginem ab instanti conceptionis suæ sanctam Satanæ potestati nunquam subditam, sed Christum præliberatorem habuisse suadetur. 106.1

NATIVITAS.

INSTITVTIO III.

Natus in Christo nouus Homo in assertoris sui cognitionem vocatur, & in amorem inducitur. 112

Digitized by Google

VII. Nouus Homo nascitur in Christo, à quo vitam, & viuendi sumit exemplum. 117
VIII. Nascendo genus nostrum reddit illustre: nouum Hominem in filium adoptat, stirpis splendorem, gratiæ dignitatem, verbis & factis multifariam persuadet. 123.2
IX. Nouum Hominem nimis honorificat, confortat eius principatum in filium adoptat, amplissimis & singularibus honoribus auget. 131.1

INFANTIA.

INSTITVTIO IV.

Ad timoris domum perductus tria maximè timere docetur, & præclaris sub probatissimo Verbi magistro moribus eruditur. 137

X. Diuinæ prouidentiæ argumenta exhibet, qua Noë nouus Christus rempubl. gubernat sapientia, iustitia, beneficentia atque potentia. 141
XI. Nouus homo in typo diluuij, & arca, regenerandus per Baptismum, & in arca Ecclesiæ præfiguratur. 148.2
XII. Nauim Ecclesiæ conscendit homo fide, spe, tolerantia & pietate optatum portum, Christo gubernatore feliciter tenet. 153.1

INSTITVTIO V.

Prima religionis elementa, vota semel Deo nuncupata fideliter adimplenda à Dei Verbo suscipit. 158

XIII. Fœdus cum Abrahamo initum signaculo circumcisionis consignatum in Christo Iesu reserat atque rescindit. 162
XIV. Diuino infuso nomine, & pretioso effuso sanguine, spem homini summæ virtutis affert, sibique sapientissimi, fortissimi, summæ æquitatis, & munificentiæ existimationem comparat. 169.1
XV. Dei benignitate, & filij circumcisione, pacta pacis inita salutem sedulò, & maturè procurandam demonstrat. 176.1

INSTITVTIO VI.

Diuina iura seruare, supremaque legis præceptis obtemperare, infantia in cunabilis simul cum lacte docetur. 182

XVI. Præfinito tempore legis filius offertur, in templo stat immolandus, interim felici partu enixa lex gratiæ dat nobis Saluatorem, verum Dei cultum, lumen gentium, omnia ludis excipiuntur, & celebrantur. 190
XVII. Dum in templo præsentatur, diuinum cultum in spiritu & veritate docet, & noui verique adoratores Iudæum ad salutem, Gentilem ad lumen, hominem ad legis obseruantiam alliciunt & permouent. 196.1
XVIII. Deus fidem suam liberat in medio templi sui: vna hostia legem hostiarum consummat, & vna primogeniti oblatione ad sui mysticam mactationem, verámque religionem omnes Ecclesiæ gradus & sexus inducit. 201.2

PVERITIA.

INSTITVTIO VII.

Vt parentis præripiat benedictionem, ad solertiam, feruorem, laborem, multo mane excitatur. 208

XIX. Filios suos exemplo Iacob anteuertere, & benedictionem præripere ab incunabulis docet, atque persuadet. 213
XX. Socordiam hominis torpore & desidia deprauari excitat, vrget ratione, & exemplo permouet. 219.2
XXI. Ætates omnes sedulitatem, & diligentiam adhibere, vt benedictionem præripiant, adhortatur. 225.1

INSTITVTIO VIII.

Puerilis ætas doctrinâ fidei liberaliter eruditur, ipsaque veris distincta notis in matrem fidelibus datur. 231

XXII. In Ioseph ab Ægyptiis & fratribus regio atque augusto cultu venerato, in Magorum etiam adoratione, futurum Noui Hominis regnum læto præmonstrat augurio. 236
XXIII. Iurgia cum gentilitate, & contendentem Synagogam, ad pacem & concordiam reuocat, & fœdere copulatas ad præsepe ducit, alteram vt ad se alliciat, alteram vt in sponsam ducat. 241.2
XXIV. Deum stetisse promissis, meritò in sponsam duxisse Ecclesiam: qualiter ipsa sponsum inuestigauerit, quæsiuerit, adorauerit, tenuerit, ostenditur, persuadetur. 248.1

INSTITVTIO IX.

Fraterna ac diuturna odia pueritia Christianâ fortitudine superat, & animi hostes strenuè fortitérque deuincit. 254

XXV. Odium & inuidia fraterna in Christum & in hominem ardent: magnas & tristes tragœdias excitant, quas Dei Verbum exprimit ac repræsentat. 258
XXVI. Et innocentium nece crudelissima, in Natali Christi, suauissima harmonia, & publicum præconium personat. 264.1
XXVII. Noua germina, & botros vineæ falce mortis carpi & vindemiari finit: in quo tamen summam gloriam, fortitudinem, pietatem & æquitatem prodit. 270.1

INSTITVTIO X.

Christo optimo institutore vera sapientiæ ludus aperitur, pueritia litteris & moribus expolitur. 275

XXVIII.

Digitized by Google

XXVIII. Sub typo Ioseph, Christum à Patre missum Doctorē & Regem longè omnibus sapientiâ & doctrinâ antecellere, verbo & exemplo demonstrat. 279.
XXIX. Homo sapientiæ & sanctitatis splendore affulget mundo, quo nouum Hominem ad regis & magistri assumit insignia, Christo præduce. 286.1
XXX. In Ioseph Christi typo suam sapientiam mirificè commendat, quę in tribulatione, absentia sua, & peccato immensa animarum lucra elicit. 292.1

INSTITVTIO XI.

Numero & fortitudine crescens rectæ rationis imperio se dare, & motus nomini concitatos edomare & frangere docetur. 298

XXXI. Ex typo Ioseph Christum morte vitam, iactura animæ veram salutem, seruitute & famulatu honorem & coronam lucrari nobis posse ostendit. 302
XXXII. Noua filiorum Dei soboles, noua viuendi lucrandique animam ratio, noua denique obtinendæ gloriæ semita à Christo tradita pretioso Martyrum sanguine consignatur. 308.2
XXXIII. Quatuor salutis nostræ inimicos perimit, & rebus specie quidem dissimilibus, salutem, pacem, resurrectionem reipsa contineri persuadet. 314.2

ADOLESCENTIA.

INSTITVTIO XII.

Verbi pædagogio, instituendo docendóque prudentissimo, legis & obedientiæ præclaris documentis informatur. 321

XXXIV. Puerum suum altiore disciplina amoris inimicorum imbuendum nemo Pædagogo Christo tradit. 325
XXXV. Verus Doctor Amor domus suæ gloriam, rem amplam, & splendoris insignia ostentat, vt faciliùs amorem inimicorum eorum persuadeat. 330.2
XXXVI. Nouum hominem, Christus verus eius Pædagogus, aurea dilectionis lege præcingit. 336.1

INSTITVTIO XIII.

Intuenda & colenda Dei amicitia, & gratia conseruanda, stabilitas & constantia suadetur. 342

XXXVII. Diuinæ disciplinæ lumen à Iudæo ad Ethnicum populum migraturum, & ante noctem mortis sedulò propriæ saluti incumbere persuadetur. 346
XXXVIII. Hominem amplissimis beneficiis obstringit, sui amoris & operum scopum efficit: nullis ille remorari potest impedimentis, quominus accepti beneficij se memorem gratúmque præstet. 352.2
XXXIX. Obstinatio & finalis obduratio Synagogæ persequentis Ecclesiam, libello repudij relegatur, eius loco gentium Ecclesia sufficitur, fidei lumine, virtute & constantia ornatur. 359.2

INSTITVTIO XIV.

Sublatis crassioribus legis cibis, diuinis epulis in Christi mensa reficitur, & dignas habere gratias docetur. 365

XL. Principem ingenuè & liberaliter educandum, pane cælesti nutriendum, diuinis moribus ad vitam immortalem imbuendum docet, persuadet. 370
XLI. Solus vitæ auctor Christus vitam cibo, & potu suo nouo Homini impertit. 375.1
XLII. Ornatur cœna magna Dei, accumbunt reginæ, saturantur cælesti pane, declamatione trium peracta præmia vnicuique deferuntur. 382.1

INSTITVTIO XV.

Exemplo Christi secessum & solitudinem amat, vbi orationis & contemplationis secretioris studio sub ratione magistra veræ sapientiæ incumbit. 387

XLIII. A vero Iosue metu dæmonis liberatur, & cælesti disciplina instructus peccati occasionem & ipsum vitat. 392
XLIV. Nostri gratia dimicationem cum dæmone non detrectat, sed percepto mortalium hoste ad bella spiritualia instruit. 397.1
XLV. Virtutum armis tectus, ac verbi Dei gladio præcinctus ad arma contra dæmonem venit. 403.1

INSTITVTIO XVI.

Sibi attendere, nullius nomini honestatique detrahere, nec aliorum famam lacessere monetur. 408

XLVI. Vera & plena Christi religio in quo sita sit, quo cultu, & honore diuino venerandi parentes, iustis vndecumque supremæ legis obtemperare mandatis suadetur. 415
XLVII. Mores domesticorum ad sæuiorem disciplinam reuocat, sed errantibus à recto viuendi tramite, rectam, quæ in cælum ducit, viam persuadet. 419.2
XLVIII. Honori suorum domesticorum prospicit, obiurgat tacitus eorum vitia, detractorum peccata redarguit. 425.1

INSTITVTIO XVII.

Æquitatem iuris habere, fidem Deo seruare, ad proximos fidelitatem tenere, cælesti doctrina informatur. 432

XLIX. Animum à rebus humanis seuocare, filiorum educationi ante mortem prospicere, viriliter pro veritate certare, ac tandem munus Euangelicum cumulatè explere persuadet. 436
L. Mirabili vocis ac lyræ consonantia tolerantiam docet, & in dicendo Christianam libertatem exemplo Baptistæ persuadet. 442.1
LI. Summi Regis fidelis dispensator, veritatis cultor, fidei laude cōmendatus veraci Christi

oraculo super omnes extollitur, & ante mortem laudatur. 447.1

INSTITVTIO XVIII.

Diuino verbo se præbet auditorem attentum: & qui surdas aures reddit veritati, increpatur. 451

LII. In vrbium Ecclesiarúmque euadit principatum: & sub infirma specie triumphum gloriámque mirabilem reportat. 456

LIII. Regia fides sub ænigmate & forma sinapis, melius quàm Regina Saba, Christum gloriámque veri Salomonis, inuenit, reserat, admiratur. 461.1

LIV. Milites suos ad bellum instruit, & gloriosam reportare victoriam docet: verbo suo, & virga, sublato mortis timore, gentes regendas esse & subiugandas prædicit. 464.1

INSTITVTIO XIX.

Conscientiæ puritas Deo iucundissima, homini maximè expetenda; cordis impuritas omnino execranda. 469

LV. Homo, cui se dæmon non regem, sed tyrannum præbuit, in salutem reuocatur, verus mundi Saluator cognoscitur, laudatur. 473

LVI. Animam prædam dæmonis effectam omnibus impedimentis superatis recuperat, & ad thronum pietatis & confessionis reducit. 480.1

LVII. Ad Ecclesiæ bella & salutem incumbit, & audacissimi dæmonis arma extorquet, & retorquet in ipsum. 486.1

INSTITVTIO XX.

Augustissimi Eucharistiæ sacrificij dignitatem, firmitatem, pretiúmque æstimat, ac eius sacræ celebrationi adesse fide & speciali hostia digna. 492

LVIII. Arcanum fidei ænigma non nisi sponsæ pandit fortissimus Sanson: quid in eo mirabile, quid amabile, & quid terribile, nouo manifestat ænigmate. 496

LIX. Sub nouo ænigmate mysteriorum maximum penetrat: priuilegia amoris, celsa dignitas, vitæ fons, gloriæ pignus reserantur. 501.2

LX. Aberrantes ac deuios à recto viuendi tramite, ad scopum & metam omnium consiliorum ac desideriorum dirigit atque destinat. 510.1

INSTITVTIO XXI.

Christi veri Samsonis exemplo, crucis amore flagrans nouus Homo, inuita carne, sibi in sponsam ducit, adoptat in matrem. 516

LXI. Asini mandibula mortis despicabili genere, & maledicto ligno, absconditam fortitudinem, & liberationem perpetuam prodit. 520

LXII. Sub specie crucis obscura, præbet se potentem, benignum atque munificum, præclaraque ac diuina documéta relinquit. 525.2

LXIII. Decreto ornatissimo sponsam obscuram & contemptibilem amat, ducit, ornat & illustrat. 530.1

INSTITVTIO XXII.

Inuidiæ liuorem præuentI, euellere radicitus ex animo studet, & inuidentia veneno salutari amoris antidoto medetur. 534

LXIV. Christus mortis sententia vltrò se vinciendum tradit, sed omni populo Gentium consulens concussis columnis Synagogam demolitur ad instar Samsonis. 538

LXV. Ad superanda dæmonis odia, & Pharisæorum dolos, amoris certamina subit, ipso in prælio occumbens animas arctiori amoris lege deuincit. 545.2

LXVI. Capitali decreto mortis suæ saluti hominis consulit: Concilij terreni à iuris æquitate deflectentis vitia manifestat. 551.2

INSTITVTIO XXIII.

Consortia fœminarum periculosa, earum familiaritatem cautè fugiendam, & commorationem omnino vitandam, persuadet. 558

LXVII. Fœminarum obscuratam dignitatem Mariæ natiuitate illustrandam, nuptiæ Ruth & Booz læto præmonstrant augurio, & præsignant mysterio. 562

LXVIII. Honestissimo & summo splendore nata B. Maria generi nostro amissam honorem præstat, & fœminarum obscuratam dignitatem restituit. 568.1

LXIX. Mariæ natiuitate noua lux orbi affulget. Digna Dei mater destinatur; qualis erga homines futura sit ostenditur. 575.1

INSTITVTIO XXIV.

Animæ dignitatem omnibus rebus anteferendam, & in ea lucranda viriliter insudandum docet. 580

LXX. Fœminarum genus amanter fouet, verbo allicit, desponsat sibi, donis cælestibus cumulat, quibus verum animarum Saluatorem esse manifestè probat. 584

LXXI. Fœminas ad se diligendum omni arte, blandimentis, donis, & pollicitationibus allectare & rapere studet. 591.1

LXXII. Peccatricem turpitudini & leuitati deditam mira industria, humanitate & facilitate allectat ad se, & pertrahit. 596.2

INSTITVTIO XXV.

Christianam humilitatem nequaquam imbecillam, aut ignobilem iudicandam; sed quæ omnium laudem & amorem conciliat, Deo gratam, homini necessariam, & sedulò procurandam esse suadetur. 603

LXXIII. Destinatur Rex, diuina in Baptismo præsignatus electione ad bella gerenda. 608

LXXIV.

Digitized by Google

LXXIV. Iesus aqua Baptismi tingitur, nouus Homo profundæ demissionis exemplo eruditur. 613.2

LXXV. Nouus Homo à vero Dei filio vicarius in sui locum sufficitur, qui crucis trophæum Romæ inferens principatus coronam triumphúmque reportat. 617.1

INSTITVTIO XXVI.

Superbiæ regnandique cupiditati, veritas, quasi lethali & pestilenti morbo occurrit: & qualis adhibenda sit prophanis principibus medicina docet. 623

LXXVI. Immane ambitionis monstrum exprimit, comprimit, perimit. 628

LXXVII. Ambitionis coërcendæ causa diuini honoris vindex Michaël in documentum proponitur, & quantum eius ope indigeamus ostenditur, & superbia nostra retunditur. 636.1

LXXVIII. Verus Salomon Christus in Regem inauguratur, sedantur tumultus, profligatur ambitio, Angelorum custodia in ministerium deputatur. 642.1

INSTITVTIO XXVII.

Ambitiosa iuuentutis mortis suæ reuocata memoria frænatur, & quantum commodi in hac recordatione sit ostenditur. 647

LXXIX. Paterno affectu iuuenis conatus, ambitionem & petulantiam fræno iniecto comprimit, compescit. 652

LXXX. Mortem intentat in hominem, quia facilius in mysticam mactationem ieiunij, demissionis, & eleemosynæ inducat. 657.2

LXXXI. Paternum omnino affectum Christus in suos commendat, ieiunij, eleemosynæ antiquitatem, seueritatem cum pietate coniunctam persuadet. 664.2

INSTITVTIO XXVIII.

Sacratissimæ passionis Christi memoria ad omnes tentationes superandas proponitur, & contra omnes affectiones corporis & animi commendatur. 670

LXXXII. Christus Ierosolymam pergit, futuræ mortis obiter ærumnas refert, vt oculos & animos ad miserationem inflectat, atque ambitionis audaciam & sitim reprimat. 674

LXXXIII. Ad amoris Christi, patientiæ & ærumnarum æquam æstimationem inducit. 682.1

LXXXIV. Quæstoris munus agat in causa mortis mitissimi Agni: disquisitione facta peccatorum, torquet vinculis charitatis; ad recogitandum, tolerandum, amandum & commoriendum cum Christo obligat, & persuadet. 687.2

VIRILITAS.

INSTITVTIO XXIX.

Diuinis precibus vacare præclarum renouationis instrumentum, atque omni munere præstantissimum ad vitam, honestatem, commodum & delectationem, ostenditur. 693

LXXXV. Augustissimi templi, plusquã Salomonici dedicatio fit, in tympano & choro, in chordis & organo: omnísque spiritus ad laudandum Deum accenditur. 697

LXXXVI. Tutelam Ecclesiæ, & promissionem omnibus factam firmat Christus, & ab omni querela vindicat, atque in æternum mansura gaudia postulare persuadet. 703.1

LXXXVII. Triplex bonum in oratione perfectè inueniri persuadet, atque diuinæ prouidentiæ rationẽ erga homines ostendit. 707.1

INSTITVTIO XXX.

Nihil præstantius gratitudine, nihil ingratitudine iniquius homini posse contingere suadetur. 711

LXXXVIII. Regis Christi sacramenta homini reuelat, & alta mente æstimanda quæ in sua passione gessit per se, & per Angelum Christus edocet. 715

LXXXIX. Homini à cæcitate liberato amoris argumenta, beneficia mysteriaque pandit, & in suum obsequium ingratos arctissimo amoris nexu deuincit. 721.2

XC. Aduersùs Christi sanguini ingratos declamat, tres mortis reos conuincit, atque seuerè vindicat. 727.1

INSTITVTIO XXXI.

Spiritualibus medicamentis tristitia morbus depellitur, veri gaudij, veræque lætitiæ fontes aperiuntur. 732

XCI. Mœrentes discipulos incredibili explet gaudio, veræ pacis, veræque lætitiæ fontes aperit, signaque & vulnera ad illustre charitatis monimentum fixa ostentat. 736

XCII. Perempto mortalium hoste spem homini Christus pacis & immortalitatis affert. 743.1

XCIII. Mundus qui longè à Deo distabat Christo pacificatore ad mutuam concordiam redijt, & hi qui longè, & hi qui propè ad fidem & gratiam traducti sunt. 748.2

INSTITVTIO XXXII.

Obstinationi, & ex desperatione contemptui antidota dantur, & duris corde ingens & æternum malum denuntiatur. 753

XCIV. A cælesti spiritu mundi vindice spe bonorum cælestium erigitur, mœroris causa tollitur peccatum, ad instar Holofernis digna pœna mulctatur. 757

XCV. Instante iam almi Spiritus aduentu, dignitas

gnitas eius, maiestas, pietas, vt ad illum digne suscipiendum homo se comparet, describitur & commendatur. 762.1

XCVI. Vera Iudith verbi gladio Saulũ perimit, & repente à genitrice gratia, Ecclesiæ gloriatio, totius orbis cor, communis Pater seruorum Christi Paulus luce, verbo & aqua, in lucem editur, fitque vniuersi orbis gloria, & plausus. 763.2

INSTITVTIO XXXIII.

Finis sua renouationis, qui in perfectione charitatis consistit, admonetur, omnia ad eam consequendam auxilia dantur, impedimenta amouentur. 769

XCVII. Vera Esther, vera etiam pulchritudo, humana & carnali repudiata summo Deo ducitur præsentanda; creatur Regina, & prima inter formosas, virgo & mater Dei mente & ventre constituitur, laudatur. 773

XCVIII. Vnus Deus religione dignus; vera Deo digna mater: vera Dei cultrix, verbi Dei custos, ostenditur. 781.1

XCIX. Replet omni gaudio gentes quæ radicem Iesse expectabant, summi Patris & virg. Mariæ desideria cumulatissimè explentur. 788.1.

INSTITVTIO XXXIV.

Commisso prælio, & de carne reportata victoria, Christiana castitas triumphi honore decoratur; Christo & Virgini gloria à cunctis decantatur. 793

C. Salutem mundi diu expectatam verbo, prudentia, atque humilitate Mariam sanctissimam obtinuisse describit. 797

CI. Deus cum homine pacem facit, & fœderatus Deo orbis, Mariæ totus addictus & mancipatus manet. 803.2

CII. In montana pergit Maria, ibi Ioannem gratia, matrem sancto Spiritu ante ortum eius replet Christus, atque sanctificat. §. 1. 809.2

Nouo hymenæo Ioanne Baptista, Christi gratia sanctificato & nato, gaudio cælesti gestiunt vniuersa: natalem eius diem piæ mentes & impiæ gaudiis omnibus & lætitiis instaurant. §. 2. 813.2.

INSTITVTIO XXXV.

Beata iustorum mors, quæ peccato moriuntur, iustitia viuant: bona propter requiem, melior propter vitæ nouitatem, optima propter securitatem. 819

CIII. Ad summum Principem Deum assumpta sanctissima Virgo Maria, spem gloriæ potiundæ præstat. 824

CIV. Vnum illud maximè homini necessarium, Mariæ diuina obuenisse sorte, probatur, suadetur. 829.2

CV. Maiestas gloriæ Mariæ quo pacto inuestiganda, & eius actionis & contemplationis vestigiis nobis insistendum docet. 835.1

INSTITVTIO XXXVI.

Iræ & cupiditati fræna iniicere, mores per mansuetudinem componere, nullum perturbationi locum dare, exemplo Christi docetur, suadetur. 839

CVI. Ære alieno peccati hominem liberat: pecuniam de suo sanguine numerat Christus. 843

CVII. Triplici ligno crucis peccati grauitas penditur, & verbum Dei audiendi vtilitas, & necessitas ponitur. 848.2

CVIII. Publica actione peccatum damnatur, & morte crucis in Christo seuerè punitur. 855.2

INSTITVTIO XXXVII.

Sublimem Philosophiam scire Iesum, & hunc crucifixum, fasciculum dolorum colligare, & passionis eius miseratione commoneri, & exemplo Iobi & aliis multis suadetur. 860

CIX. Christus ad mortem graditur, & in crucem actus, suum ipsius instaurat peremptorem. 865

CX. Quanta nostri causa Christus in oratione & agonia potitus pertulerit, describitur. 879.2

Lapsus Petri, & ad medelam animarum quatuor medicamenta & vis maxima lacrymarum describuntur, præscribuntur. §. 1. 886.1

Emendatum ergo illum dimittam. *Luc.* 23. 16. §. 2. 292.1

Et (milites) plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius: & genuflexo ante eum illudebant ei. *Matth.* 27. 29. §. 3. 897.1

CXI. Septem verba Christi in cruce expenduntur. 901.2

INSTITVTIO XXXVIII.

Verbum Dei recti sermonis auctor, linguæ, taciturnitatis, & sermonis diuini frænum iniicit, & vitia corrigit. 917

CXII. Christi ad vitam reducis gloris, & exultantis Ecclesiæ ter maxima lætitia, & spes immortalitatis describitur, decantatur. 922

CXIII. Trinam eius natiuitatem ad vitam & gloriam in nostram vtilitatem redundasse, & aditum ad cælestia per labores & mortem reserasse ostendit. 928.1

CXIV. Vrbem lætitiæ Christus resurgens ædificat. Alleluia vbique cantatur. Verba, vestes, gaudia cum cælestibus miscentur, & dotes corporis mysticæ animæ præbentur. 933.1

INSTITVTIO XXXIX.

Vera contritio quæ sauciat animam, ad confessionem, compunctionem & vindictam excitat, verámque tristitiam, gaudium & sanctitatem infert. 939

Digitized by Google

CXV. Radicem spei sanat, diffidentes in peccatis suis confirmat: fœminis addit animos, blandè allicit, lacrymas elicit, facilè indulget. 944

CXVI. Vera Magdalenæ pœnitentia omni festinatione & compendio properandum nobis esse ad Christum docet: charitatis igne itineris ardua & aspera facile superari persuadet. 951.2

CXVII. Lapsum hominem in fletum adducit, veras lacrymas exemplo Magdalenæ à peccatricibus excutit, peccatis nobilem, meritis, laude & gloria cumulat. 957.2

INSTITVTIO XL.

Virginitate laudata, turpitudinis spectacula dantur, & exprimuntur, vt prauitate morum offensus Dei Homo, honestatis excolendæ præclarissima documenta sumat, & virginitatem, si potest capere, capiat. 964

CXVIII. Nuptiarum & ducendæ vxoris leges à Christo & Ecclesia perdiscit in Canticis. 969

CXIX. Ad onera grauia matrimonij sustinenda cælestibus donis coniugalis thalamus, quasi columnis fulcitur, & floribus ac malis nouæ legis gratiæ stipatur. 975.2

CXX. Exemplo illustri, vxoris ducendæ, & præclarissima formula coniugij Ioseph cum Maria, amorem, puritatem ac temperantiam docet. 981.1

TOMVS SECVNDVS.

SENECTVS.

INSTITVTIO XLI.

Peccati confessio quæ plurimum semper ad innouationem hominis contulit, suadetur: discussionis, pudoris, doloris atque satisfactionis forma datur. 1

CXXI. Errantem hominem per verba Prophetarum ad pristinam spem & dignitatem reuocat. 6

CXXII. Ore præcursoris collapsa respubl. instauratur, mores corriguntur, Regnum Dei, eiúsque in carne aduentus mundo immundissimo denunciatur. 11.2

CXXIII. Et opportuna præcursoris voce homo vocatur ad pœnitentiam, & orbis sub iniquis principibus sordidatus Baptismo expiatur. 17.1

INSTITVTIO XLII.

Deum propter seipsum diligendum, nihil iustius, nihil fructuosius clamat intus innata, & non ignota rationi iustitia; & ex toto se illum diligere debere, cui se totum debere non ignorat, suadetur verbo, mandatur præcepto. 23

CXXIV. Amore rerum creatarum, & legis ignoratione turpiter aberrat à Christo, præcursoris testimonio ad meliorem mentem, ad Christum & salutem redit. 28

CXXV. Fallacem creaturarum speciem, cuius causa homo à Deo & Messia aberrauerat, clarissimè detegit: tribus documentis duntaxat obseruatis rectà ad Deum tendit. 35.2

CXXVI. Bellum contra dæmonem profligare, fidem conseruare, ex Ioannis Baptistæ documento astus deuincere docet. 41.2

INSTITVTIO XLIII.

Tuba iudicij classicum canit, eius præmeditatione Hominis Dei pectus instruitur, omnésque conscientiæ examine, & horrenda Dei sententia excussa, venturi iudicij diem præcauet. 47

CXXVII. Certo iudicis aduentu ac præmeditatione timorem & solicitudinem excitat. 51

CXXVIII. Tempus terrificum extremi iudicij denuntiatur: iræ iudicis signa, peccatorum angustiæ: potentiæ & diuinæ iustitiæ seueritas omnium rerũ finis & sors describitur. 58.2

CXXIX. Extremam sententiam, terribilem expectationem iudicij, & veritatis thronum omnipotentiámque describit. 65.2

INSTITVTIO XLIV.

Dei ab anima discessus valde formidandus. Immensi mali causas in ipso homine ortum habere atque impensè præcauere & vitare docetur. 73

CXXX. Peccatorum pondere & numero expleto Ierosolymam ruisse in interitum, casu eius cautiorem in posterum futuram vineam Ecclesiæ ostendit. 77

CXXXI. De ter maxima iniquitate conuincitur homo; vrgetur confessione, sed superexaltat misericordia iudicium. 83.1

CXXXII. Victoriam de Ierosolyma atque Roma agit: auaritiam & malitiam punit, & Ecclesiæ vineam aliis locat agricolis colendam. 90.1

INSTITVTIO XLV.

Comem se, facilémque omnibus præstat, nullum alienum malum putat, bonum autem suum omne quod alicui vtile futurum est, amat. Humanitate & affabilitate viduas & pupillos suscipiendos docet. 96

CXXXIII. Summus Princeps Christus se mitem, facilem & humanum infirmis & infimis præbet. 100

CXXXIV. Nouam salutem, noua post Christi in terram descensum mirabilia hominis causa patranda promittit. 105.1

CXXXV. Abdicato Iuda ab Apostolatu in Episcopum sufficitur Matthias. Cælestis Ecclesia electionẽ probat, electo plaudit. 109.1

INSTI

INSTITVTIO XLVI.

Eleemosynæ dignitas atque præstantia ostenditur: bonum item misericordiæ in homine præclarum & excellens esse, & quamdam propriam quasi notam Deitatis, donorum suorum munerúmque copiam prolixè impertientis. 114

CXXXVI. Diuina sua prouidentia, consilio, manu, oculis, nunquam homini defuisse, contra diffidentiam euincit. 120

CXXXVII. Solum Deum verè munificum, iustos & egenos liberalitate complecti; principibus, & eorum ministris largitatis documenta præstantissima ostendit. 127.1

CXXXVIII. Recondita doctrina de celsissima Dei prouidentia, ne homo vlla de causa, vel indigentia peccato se committat, reseratur, persuadetur. 132.2

INSTITVTIO XLVII.

Christi amantissimi nostri congressu, & amoris commisso certamine, Homo Dei sui deditionem facit, amor ardens repetitò bello regnum humani cordis occupat, & in sempiternum obtinet. 139

CXXXIX. Diuinus amoris artifex, sacro, humili, liberali & constanti dilectionis igne sublimes sacrósque ministros, exemplum consummatæ demissionis, sacramentum summæ charitatis, mortem perfectissimi amoris conflat, atque politissimè fabricat. 145

CXL. Ardentissimi amoris argumenta exhibet; omnem diligendi modum excedit, & pari beneuolentia redamari postulat. 152.1

CXLI. Christus ad Patrem rediens consummata demissionis & amoris documenta præbet: tantis officiis infinito amore soluendis teneri hominem persuadet. 158.1

INSTITVTIO XLVIII.

Hominem lapsum in fletum adducit; animæ iustæ interitum luctu & mœrore prosequendum, nusquam de salute desperandum, sed conceptum spe veniæ alacriùs & velociùs ad virtutem exurgendum persuadet. 165

CXLII. Antichristi extremum & exitiale bellum sub vmbra Antiochi prænunciat, & præsentis sæculi morbos perituri mundi signa impendentia describit. 170

CXLIII. Triplici desolatione denunciata hominem terret; tranquillat fide, & diuinæ misericordiæ super omnia opera sua præclara manifestatione confirmat. 175.2

CXLIV. Serui vigilis, & in pertrahendis ad Christi societatem gentibus, operam, industriam & patientiam laudat, & in documentum proponit. 181.2

INSTITVTIO XLIX.

Festinissimus tribulationis dies, & iucundissimus ludus agitur Deo, Angelis & hominibus. Cur amicos exerceat, & inimicos, diuersa vtrorumque præmia & lucra tribulationis aperiuntur. 187

CXLV. Ore Prophetarum metu mortis hominem corripit: sed resurrectionis & renouationis per Christum spe sustentat. 192

CXLVI. Prælio cum morte inito gloriam Patri, iuuentuti medelam, patientiam iustis, spem animis, fidem incredulis, sibi existimationem peperit, & gloriosè reportauit. 119.1

CXLVII. Vtriusque resurrectionis, potestatis insignia præfert Christus, claues: quantum in vtraque resurrectione difficultatis sit, quantum benignitatis ostendit. 205.2

INSTITVTIO L.

Ne in multorum se consuetudinem immergat, fidelis & virtute præditi coniunctionem & amicitiam contrahat; tunc vera voluptate cælestis æmula qua ratione frui possit, instruitur. 213

CXLVIII. Blandimentis, donis & pollicitationibus animam ad amorem suum pertrahit: ingratam & adulteram æterno ludibrio & neglectui exponendam persuadet. 217

CXLIX. Hominem lucri cupidum, præmio proposito gloriosis laboribus, & veræ amicitiæ Christi legibus, & exemplis ad spem æternorum reuocat. 223.1

CL. Gloria sui specimen præbet, vt æterno proposito gaudio fides, spes, charitas certamen ineant, palmam arripiant. 229.1

INSTITVTIO LI.

Almi Spiritus expectatio, omnium virtutum ornamenta postulat: donorum Dei æstimatio ad maiora suscipienda præparat, & diffusam diuinam charitatem spiritu, feruore, & amore recipere conatur. 234

CLI. Igne amoris sancto renouationem spiritualem Hominis instituit: spiritu & gratia omnia opera Christi renouat; & quia in Deo vero sunt facta, manifestat. 239

CLII. Personæ Spiritus sancti originem, dignitatem, effectus, atque fidei obsequio colendam Deitatem aperit atque persuadet. 246.2

CLIII. Viuificatoris aduentus describitur: amor, dona & vita largè impenduntur Ecclesiæ, quo ardeat, quibus niteat, & qua spiret, vitámque insuper in æternitatem producat. 251.2

INSTITVTIO LII.

Correctio ex charitate profecta quibus incumbat, & quænam conditiones adesse debeant in corripiente, amoris, zeli, sapientiæ, puritatis & innocentiæ, ac tandem ordo correptionis seruetur vt effectum sortiatur. 258

Digitized by Google

CLIV. Regno terræ subiugato, & profligato hoste, thronum Dauidicum in æternum instaurat: vocat ad comitia, & postulatis à regno libens acquiescit. 263

CLV. Mirabili arte hominem secum ad cælum sustollit, corripit paternè discipulos, & prædicationis formam, signaque quibus verba confirment, concedit. 269.1

CLVI. Christus in sua ascensione Pontifex declaratur, verum tabernaculum construitur in terra, & de tali Pontifice firma homini spes datur. 274.2

INSTITVTIO LIII.

Qualis erga subditos præsul, quanta vigilantia, zelo, exemplo ac prouidentia, quanta erga eum obtemperantia, cultu & obsequio, subditus esse debeat. 279

CLVII. A pastore optimo exturbantur idola, nunciatur vera fides, vnum ouile colligitur, vigilantiam, sapientiam & mansuetudinem pastores suos Christus docet. 284

CLVIII. Pastor animarum, pietatis, bonitatis & sapientiæ plenus à Dauide prædicitur, à Patre designatur, à Christo Domino describitur, & qualis debeat esse monstratur. 288.1

Verbo Abdiæ Saluatores prædicuntur; diuina præsignantur, electione postulante, & orante Christo, Apostolorum nomen sortiuntur. 291.1

CLIX. Legati salutis mittuntur, Trinitatis personarum in vna Deitate arcanum in Baptismo reserantes: quales ipsi erga homines, & quales homines erga Deum trinum & vnum, fide, spe & charitate se debeant exhibere ostenditur. 294.2

INSTITVTIO LIV.

Spiritualis cæcitas post agnitionem veritatis timenda: quot modis contingat, quáve medicina curanda. 300

CLX. Argumentis damnationis vrget & perterret hominem, signo verò Ionæ in spem veniæ erigit. 305

CLXI. Obstinatam Iudæorum sententiam obiurgat, seuera ira flagrat, defigit in oculis omnium eorum crimina, se verò Salomonem verum prædicat. 310.2

CLXII. Versutia dæmonis, per simulationem miracula poscens, iram concitat Saluatoris; qui eius insidias nudat & detegit. 316.1

INSTITVTIO LV.

Suffragia sanctis animabus, quæ in Purgatorio sunt, exhibita, fidem, spem, & charitatem eximiè ostendunt & promouent. Ad ea defunctis præstanda omnes instigantur. 323

CLXIII. Iacentem in sordibus hominem iterum verbo, sanguine & pœnitentia suscitat. 329

CLXIV. Sacros dies agere, ægris & indigentibus subuenire, ex peccato graues offensiones vitare, nec de integro iterum in culpam incidere persuadet. 335.2

CLXV. Veteris hominis recreatio, & mirabilis restitutio in Publicani conuersione describitur & commendatur. 341.2

INSTITVTIO LVI.

Proximorum charitas actionum bonarum summa, salus morum, finis cælestium præceptorum suadetur. Vnde eius obligatio oritur, quinam seruandus modus, quanaque onera subleuanda, explicatur. 347

CLXVI. Summus Rex Christus discutit seruos, & rationum summam colligit: salutem promittit, & fraternam dilectionem iniungit. 352

CLXVII. Misericordia iustitiam temperat, & rationes conferens cum seruis suis pietatem cum summa æquitate coniungit. 358.1

CLXVIII. Fraternam dilectionem triplicis boni vtilitate proposita homini congruentissimam, Deoque gratissimum docet atque persuadet. 363.1

INSTITVTIO LVII.

Quid patientia, quanta eius laus, quæ eam acquirendi ratio, quantaque animi æquitate cuncta sint toleranda. 369

CLXIX. Tenebras ignorantiæ propellit: noua vitæ ratione instituit hominem, ea maximè quæ per patientiam exhibetur. 374

CLXX. Multiplicem Dei prouidentiam ad inferendam animis longanimitatem & tolerantiam describit, atque persuadet. 378.2

CLXXI. Post modicum vitæ æternæ hæreditatis, & copiosæ mercedis in cælo, spe erigitur & confirmatur. 382.2

INSTITVTIO LVIII.

Damnationis discrimen timorem facit homini; spes tamen salutis formidinem leuat, atque ad portum beatitudinis alis spei & pietatis diuinæ subleuat. 388

CLXXII. In filij Dei nuptiis, amorem, zelum, & extremam iram ostendit, damnationis denique animæ timorem incutit. 393

CLXXIII. Gaudere & timere iubent iam pridem homini dilectionis Dei argumenta præstita: naturam humanam ducit, mensas & supellectilem ab exordio mundi ad nuptias adornat, vocantur ætates hominum, spernunt conuiuium, & debito supplicio ingratitudo punitur. 399.1

CLXXIV. Sub specie parabolæ quantis debeat excellere dotibus Christi sponsa, quantis item discrepet à fatua & imprudenti detegit. 403.1

INSTITVTIO LIX.

Negotium salutis animum ab aliis negotiis expeditum poscit, & negotiatio spiritualis omnem solicitudinem & studium exigit. 410

CLXXV.

Digitized by Google

CLXXV. Populo Dei veri templi ædificatio demandatur, quòd Deus spiritualiter inhabitet, religio templi iniungitur, domus & bona cuncta Zachæi publicani, Christo consecrantur. 415

CLXXVI. Zachæus conuertitur, domus salutem obtinet, Roma Christo subiugatur, Ecclesia veraque religio mundo affulget. 419.1

CLXXVII. Christus Ecclesiæ fundamenta firma ac fortia ponit, ædificia initia, progressus & magnificentiam verbo incipit, gratia promouet, & consummat gloria. 425.1

INSTITVTIO LX.

Modestia exemplo summi Regis, in vultu, actione, cultu & ornatu, docetur: regij mores & sene digni in spirituali regno animi præscribuntur. 431

CLXXVIII. Veri Regis Christi aduentum optatissimum homini nuntium affert, à quo diu spectatam salutem habebat, per mortem & passionem obtinet. 435

CLXXIX. Christus de dæmone, de peccatore, prosperitate & morte, triumphum amplissimum agere ostenditur. 441.2

CLXXX. Semel inita cum Christo societate, nihil homini formidandum docet, cui vera superest gloria, vita beata, mors expetenda, Christi vestigia, exempla, merita. 447.1

INSTITVTIO LXI.

Extremi mali & æterni cruciatus denuntiatio, non vt mæreat nouus Homo, sed vt caueat, non ad magnitudinem pœnæ, sed ad grauitatem culpæ vitandam, describitur, suadetur. 451

CLXXXI. Quantum intersit inter iustum & impium, & iniustum diuitem post mortem sempiternis inferorum ignibus damnari persuadet. 456

CLXXXII. Iudicij seueritatem, peccatorum extirpationem, vltimámque iustorum ab impiis diremptionem, vt ad illam Homo Dei se compararet, denuntiat. 462.1

CLXXXIII. Larga Dei manus in talentorum distributione, tenacitatem & illiberalitatem hominis damnat: talenta tribus personarum gradibus, quibus parare sibi possint æterna lucra, largitur. 467.2

INSTITVTIO LXII.

Cælestis beatitudinis, & sedis æternæ à constitutione mundi nouo Homini præparatæ, pulcritudo & splendor, describitur: & infinitæ felicitatis pro modulo nostro inuestigatio fit. 475

CLXXXIV. Peccata contra pietatem à templo Dei illuminanda: innouatio Ecclesiæ à vero duce Christo verbo atque opere absoluenda describitur. 480

CLXXXV. Deambulantis in porticu templi, vltimam hominis innouationem meditatur. Eucæniorum gloriæ pondus & altitudinem ferrea & aurea virga dimetitur, & expendit. 487.1

CLXXXVI. Vltima renouatione in cælesti Ierosolyma perficienda opus noui Hominis consummat: absolutam vndequaque gloriæ felicitatem qualem Ioannes viderat, contemplatur. 494.2

VERBO

Digitized by Google

VERBORVM DEI PATRIS, FILII, & SPIRITVS S.

APPARATIO.

Iuxta ordinem Bibliorum.

EX VETERI TESTAMENTO.

EX GENESI.

1.1. IN principio, &c. 1.71
3.20. Et vocauit Adam, 1.94.
4.26. Sed & Seth natus. 1.117
6.13. Finis vniuersæ carnis. 1.141.
17.7, 13. Et statuam pactum meum. 1.162
22.9. Venerunt ad locum. 1.196
27.36. Iustè vocatum est nomen eius Iacob. 1.213
37.6. Audite somnium meum quod vidi. 1.236
19. Ecce somniator venit. 1.258
41.43. Fecit eam ascendere super currum. 1.279

EX LIB. EXODI.

1.6. Quo (Iosepho) mortuo. 1.302
20.13. Non occides. 1.325
33.20. Non poteris videre faciem meam. 1.346

EX LEVITICO.

11.2. Hæc sunt animalia. 1.370

EX NVMERIS.

27.18. Tolle Iosue filium Nun. 1.392

EX DEVTERONOMIO.

5.1, 16. Audi Israel. 1.413
10.6. Aaron mortuus ac sepultus est. 1.436

EX IOSVE.

6.20. Igitur omni populo vociferante. 1.456

EX LIB. IVDICVM.

3.17. Hæ sunt gentes. 1.473
14.12. Proponam vobis problema. 1.496.
15.16. In maxilla asini. 1.520
16.30. Concussisque fortiter columnis. 1.538

EX LIB. RVTH.

1.10. Vnde mihi hoc. 1.584
4.14. Dixerùntque mulieres ad Noëmij. 1.562

EX I. REGVM.

16.13. Tulit ergo Samuel cornu olei. 1.608

EX II. REGVM.

15.1. Fecit sibi Absalon currus. 1.652
30. Porrò Dauid ascendebat cliuum oliuarum. 1.674

EX III. REGVM.

1.5. Adonias autem filius Haggith. 1.628
8.28. Respice ad orationem serui tui. 1.697

EX TOBIA.

11.13. Tunc sumens Tobias de felle piscis. 1.715

EX LIB. IVDITH.

13.13. Dixit Iudith à longè custodibus murorum. 1.736
14.1. Audite me fratres, 1.757

EX LIB. ESTHER.

2.8. Cúmque percrebuisset regis imperium. 1.773.
17. Et adamauit eam rex. 1.797
15.4. Die autem tertio deposuit vestimenta. 1.84

EX LIB. IOB.

2.12. Cúmque eleuassent procul oculos. 1.865
7.20. Peccaui, quid faciam. 1.843
42.10. Addidit Dominus omnia quæcumque fuerant Iob. 1.922

EX PSALMIS.

50.1. Miserere mei Deus. 1.944

EX CANTICIS.

5.2. Ego dormio, & cor meum vigilat. 1.969

EX ISAIA.

6.1. In anno quo mortuus est rex Ozias. 2.6
9.1. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon. 2.28
26.21. Ecce enim Dominus egredietur de loco suo. 2.51

††††† EX

EX IEREMIA.

19. 1. Hæc dicit Dom. Vade. 2.77

EX BARVCH.

3. 36. Hic est Deus noster. 2.100

EX EZECHIELE.

1. 3. Factum est verbum Dom. ad Ezech. 2.110
10. 1. Et vidi, & ecce in firmamento. 2.149

EX DANIELE.

5. 5. In eadem hora apparuerunt digiti. 2.192
11. 26. Et ciuitatem & sanctuarium. 2.170

EX OSEA.

2. 14. Propter hoc, ecce ego lactabo eam. 2. 217

EX IOELE.

2. 28. Et erit post hæc effundam spiritum meum. 2.239

EX AMOS.

9. 6. Qui ædificat in cælo ascensionem suam. 2. 263

EX ABDIA.

V. 5. 17. Et in monte Sion erit saluatio. 2.284

EX IONA.

1. 1. Factum est verbum Dom. ad Ionam. 2. 305

EX MICHÆA.

6. 8. Indicabo tibi, ô Homo, quid sit bonum. 2.329

EX NAHVM.

2. 1. Ascendit qui dispergat coram te. 2.552

EX ABACVC.

3. 1. Oratio pro ignorantiis. 2.374

EX SOPHONIA.

3. 14. Lauda filia Sion. 2.393

EX AGGÆO.

1. 2. Populus iste dicit: Nondum venit tempus. 2.415

EX ZACHARIA.

9. 9. Exulta satis filia Sion. 2.435

EX MALACHIA.

3. 18. Conuertimini. 2.456

EX I. MACHABÆORVM.

4. 36. Dixit autem Iudas. 2.480

EX NOVO TESTAMENTO.

EX MATTHÆO.

1. 1. Liber generationis. 1.100.1. & 568.1
2. 1. Cùm natus esset Iesus. 1.241.2
13. Ecce Angelus Dom. 1.264.2
3. 13. Tunc venit Iesus à Galilæa. 1.613.1
4. 1. Ductus est Iesus à spiritu. 1.397.1
5. 44. Ego autem dico vobis. 1.330.2
6. 16. Cùm ieiunatis. 1.657.2
8. 1. Cùm ascendisset Iesus. 2.105.1
11. 1. Cùm audisset Ioannes in vinculis. 1.441.1
12. 38. Magister volumus à te signum videre. 2. 310.2.
13. 30. Colligite primùm zizania. 2.462.1
31. Simile est regnum cælorum. 1.461.1
15. 2. Quare discipuli transgrediuntur traditiones seniorum. 1.419.2
17. 1. Assumpsit Iesus Petrum. 2.223.1
18. 23. Assimilatum est regnum cælorum homini regi. 2.358.1
20. 1. Simile est regnum cælorum. 1.219.2
18. Ecce ascendimus Ierosolymam. 1.682.1
21. 4. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur. 2.441.2
33. Homo erat paterfam. 2.83.1
22. 2. Simile est regnum cælorum homini regi. 2.399.2
24. 15. Cùm videritis abominationem. 2.175.2
27. 35. Postquam autem crucifixerunt eum. 1. 879. 2

EX MARCO.

16. 14. Nouissimè recumbentibus illis vndecim. 2.269.1

EX LVCA.

1. 26. Missus est Angelus Gabriel. 1.803.2
47. Et ait Maria: Magnificat. 1.809.2
2. 11. Natus est vobis hodie. 1.123.2
21. Postquam consummati dies. 1.169.2
22. Postquam impleti sunt dies. 1.196.1
42. Cùm factus esset annorum duodecim. 1.286.1.
3. 1. Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris. 2.11.2
7. 36. Rogabat Iesum quidā de Pharisæis. 1.951.2
10. 38. Intrauit (Iesus) in quoddam castellum. 1. 829. 2

11. 14.

Digitized by Google

11. 14. Erat (Iesus) eiiciens dæmonium. 2. 480.1.
27. Factũ est autem cùm hæc diceret. 1.782.1
18. 35. Factum est autem, cùm appropinquaret Iericho, 1.721.2
19. 1. Ingressus (Iesus) perambulabat Iericho. 2.419.1
21. 25. Erunt signa in sole. 2. 58.2
22. 24. Facta est contentio inter eos. 1. 636. 1
24. 13. Ecce duo ex discipulis. 1.924.1

EX IOANNE.

1. 1. In principio. 1.75.2
19. Hoc est testim. Ioannis. 2.35.2
2. 1. Nuptiæ factæ sunt. 1.975.2
3. 1. Erat autem homo ex pharisæis. 1.525.2
5. Amen, amen dico tibi. 1.148.2
16. Sic Deus dilexit mundum. 2.146.2
4. 1. Venit (Iesus) in ciuitatem Samariæ. 1. 591.1
5. 2. Est autem Ierosolymis probatica piscina. 1.335.2
6. 1. Abiit Iesus trans mare Galilææ. 2.127.1
56. Caro mea verè est cibus. 1.375.1.& 501.2
8. 46. Quis ex nobis arguet me de peccato. 1. 848. 2
9. 1. Præteriens Iesus. 1.352.2
10. 14. Ego sum Pastor bonus. 2.288.1
22. Facta sunt autem encænia. 2.487.1
11. 1. Erat quidam languens Lazarus. 2.199.1.
47. Collegerunt Pontifices. 1.545.2
12. 24. Nisi granum frumenti. 1.308.2
13. 1. Ante diem festum paschæ. 2.152.1
15. 26. Cùm autem venerit paraclitus. 1.762.1
16. 17. Modicum, & non videbitis me. 1. 378.2
23. Amen, amen dico vobis. 1.703
20. 19. Cùm serò esset die illo. 1.742.2

EX ACTIS APOSTOLORVM.

9. 1. Paulus autem adhuc spirans minarum. 1. 763.2
17. 22. Viri Athenienses. 1.510.1

EX EPIST. PAVLI AD ROM.

1. 7. Gratia vobis & pax. 2.294.2
20. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi. 1.835.1
3. 25. Quem proposuit Deus propitiationem. 1. 855.2
6. 19. Humanum dico. 1.596.2
9. 6, 30. Non autem quod exciderit verbum Dei. 1.247.2
11. 33. O altitudo diuitiarum. 1.291.1
12. 2, 12. Nolite conformari. 1.153.1
15. 12. Et rursus Isaias ait: Erit radix Iesse. 1. 788.1

AD CORINTHIOS I.

1. 9. Fidelis Deus, per quem vocati estis. 1. 446.2
4. 1. Sic nos existimet homo. 1.447.1
9. 24. Nescitis quòd ij qui in stadio. 1.125.1

AD CORINTH. II.

4. 6. Quoniam Deus qui dixit de tenebris. 1.575.1

AD GALATAS.

4. 1. Quanto tempore hæres paruulus est. 2.182.2

AD EPHESIOS.

1. 22. Et omnia subiecit sub pedibus. 2.274.2
2. 14. Ipse est pax nostra. 1.748.2
4. 7. Vnicuique nostrûm data est gratia. 2.467.2
5. 32. Sacramentum hoc magnum est. 1.981.1

AD PHILIPPENSES II.

2. 5. Hoc enim sentite in vobis. 1.176.1

AD COLOSSENSES.

3. 14. Super omnia autem hæc charitatem habete. 2.363.1

AD THESSALONICENSES.

5. 23. Ipse autem Deus pacis. 1.106.1

AD HEBRÆOS.

1. 2. Locutus est nobis in filio. 1.617.1
4. 1. Tanto melior Angelis effectus. 1.642.1
10. 5. Hostiam & oblationem voluisti. 1.201.2
12. 2. Aspicientes in auctorem fidei. 1.530.1.
3. Recogitate. 1.687.2

EX I. PETRI.

1. 23. Renati non ex semine 1.79.2
3. 18. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. 1.514.2

EX II. PETRI.

1. 9. Cui enim non præstò sunt hæc. 2.17.1

EX I. IOANNIS.

3. 1. Videte qualem charitatem. 1.131.1

EX APOCALYPSI.

1. 5. Qui dilexit nos. 1. 901.1
13. Vidi similem filio hominis. 1. 336.1.& 664.2
15. Et pedes eius similes aurichalco. 2.158.1
16. Habebat in dextera sua stellas septem. 1. 403.1.& 425.2.
17. Noli timere. 2.205.2
2. 26. Et qui vicerit, & custodierit. 1.464.1
3. 3. Si non vigilaueris. 2.131.2
4. 1. Ecce ostium apertum. 1.707.1
2. Et statim fui in spiritu. 1.551.2
6 Et in medio sedis. 2.132.2
11. Dignus es Domine Deus. 2.341.2
5. 6. Et vidi: & ecce in medio throni. 1.727.1
12. Dignus est Agnus. 2.109.1
7. 2. Et vidi alterum Angelum ascendentem. 2. 251.2

Digitized by Google

10. 1. Vidi alium Angelum fortem. 2.425.2
11. 15. Et septimus Angelus tuba cecinit. 1. 359. 2
12. 3. Et visum est aliud signum in cælo. 2. 41.2
7. Et factum est prælium magnum. 1.486.1
13. 11. Et vidi aliam bestiam. 2.316.1
14. 18. Mitte falcem. 1.270.1
17. 3. Et vidi mulierem sedentem super bestiam. 1.957.1
19. 1. Post hæc audiui quasi vocem tubarum. 1.933.1
7. Gaudeamus, & exultemus. 2.403.2
11. Et vidi cælum apertum. 2.90.1
17. Vidi vnum Angelum stantem. 1.382.1
20. 11. Et vidi thronum magnum. 2.65.2
21. 9. Veni, & ostendam tibi sponsam. 2.229.1.
1. Et vidi cælum nouum. 2.494.2

INSTI

Digitized by Google

INSTITVTIONVM, SEV EXHORTATIONVM SYLLABVS.

Ad ordinem Alphabeti.

A

ABSENTIA *Dei, vide* Dei absentia.
Affabilitas, vide Benignitas.
Amicitia & vera voluptas. instit. 50. 2.212
Amor animarum, earúmque dignitas. instit. 24. 1.580
Amor crucis, vide Crucis amor.
Amor Dei erga nos. instit. 47. 2.139
Amor nuptiarum spiritualium, vide Nuptiarum spiritualium amor.
Animarum amor & dignitas, vide Amor animarum.
Animarum purgatorij suffragia. instit. 55. 2.323
Appetitus honoris, vide Superbia.

B

BEneficiorum Dei æstimatio. instit. 30. 1.711
Benignitas & affabilitas. instit. 45. 2.96

C

CÆcitas spiritualis. instit. 54. 2.300
Castitas. instit. 34. 1.793
Charitas proximi. instit. 56. 2.347
Christi cognitio. instit. 3. 1.112
Christi passio. instit. 28. 1.670
Cognitio Christi, vide Christi cognitio.
Colloquia Dei, vide Sermo Dei.
Compassio passionis Christi, vide Passionis Christi compassio.
Conscientiæ puritas. instit. 19. 1.469
Consortium fœminarum, vide Fœminarum consortium.
Contemplatio passionis Christi, vide Passionis Christi contemplatio.
Contemtus rerum, vide Paupertas.
Contemtus rerum temporalium, vide Res temporales.
Continentia contra luxuriam. instit. 40. 1.964
Contritionis vis & forma. instit. 39. 1.939
Cordis durities & obstinatio. instit. 32. 1.753
Correptio fraterna. instit. 52: 2.258
Crucis amor, & Christi imitatio. instit. 21. 1.516
Cura salutis, vide Saluationis cura.

D

DAmnationis timor. instit. 58. 2.388
Decalogus, vide Præcepta decalogi.
Deus vnicè diligendus. instit. 42. 2.23
Dei absentia propter peccata. instit. 44. 2.73
Dei amor, vide Amor Dei.
Dei beneficia, vide Beneficiorum Dei æstimatio.
Dei timor, vide Timor Dei.
Detractio. instit. 16. 1.408
Deuotio B. Mariæ, vide B. Mariæ deuotio.
Dignitas animarum, vide Amor animarum.
Dignitas hominis, vide Hominis dignitas.
Diligendus Deus, vide Deus diligendus.
Durities cordis, vide Cordis durities.

E

EDucatio puerorum. instit. 10. 1.275
Eleemosyna. instit. 46. 2.114
Eucharistia. instit. 14. 1.365
Exemplum exhibendum à prælatis. prælud. 5. 1.21.1

F

FEruor spiritualis. instit. 7. 1.208
Fidelitas ministrorum Dei. instit. 17. 1.432
Fides. instit. 8. 1.231
Finis hominis, vide Hominis finis.
Finis vltimus inquirendus. prælud. 4. 1.15.2

*Fœminarum consortium. instit.*23. 1.558
*Fortitudo Christiana. instit.*9. 1.254

G

Gloria cælestis vltima renouatio. instit. 61. 2.475
*Gratia conseruanda. instit.*13. 1.342
Gratia & dignitas hominis, vide Hominis dignitas.
Gratiarum actio post communionem. instit. 14. 1.365
*Gratitudo. instit.*30. 1.711

H

Homo nouus, vide Nouus homo.
*Hominis dignitas & gratia. instit.*1.1.65
Hominis finis. prælud. 4. 1.15.2
Hominis renouatio, vide Renouatio hominis.
Hominum lapsus, vide Lapsus hominum.
Honoris appetitus, vide Superbia.
Humanitas & visitatio infirmorum. inst. 45. 2.96
Humilitas. instit. 25. 1

I

Imitatio Christi, vide Crucis amor.
*Inferni pœna. instit.*61. 2.451
Infirmorum visitatio, vide Humanitas.
*Inuidia. instit.*22. 1.534
Iustorum mors, vide Mors iustorum.
Iustorum tribulatio, vide Tribulatio iustorum.

L

*Lapsus hominum. instit.*48. 2.165
*Lætitia spiritualis. instit.*31. 1.732
Legum obseruantia, vide Obseruantia legum.
Luxuria, vide Continentia.

M

*Mansuetudo. instit.*36. 1.839
B. Mariæ deuotio. instit. 2. 1.84
Memoria mortis, vide Mortis memoria.
Ministrorum Dei fidelitas, vide Fidelitas ministrorum Dei.
Ministrorum obedientia, vide Pædagogi.
*Missæ sacrificium. instit.*20. 1.492
Modestia in vsu rerum. instit. 6. 2.431
*Mors iustorum. instit.*35. 1.819
*Mortis memoria. instit.*27. 1.447
*Mortificatio. instit.*15. 1.387

N

Nouus homo per Christum. instit. 1.1.65
Nuptiarum spiritualium amor. instit. 40. 1.964

O

Obedientia. instit. 12. 1.321
Obediẽtia ministrorũ, vide Pædagogi.
*Obseruantia legum. instit.*6. 1.182
Obstinatio cordis, vide Cordis durities & obstinatio.
Obstinatio peccatorum, vide Peccatorum obstinatio.
*Obstinationis antidota. instit.*32. 1.753
*Oratio. instit.*29. 1.693

P

*Pædagogi & ministrorum obedientia. instit.*12. 1.321
Passio Christi, vide Christi passio.
Passionis Christi compassio. instit. 37. 1.860
Passionis Christi contemplatio. instit. 28. 1.670
*Patientia in tribulatione & longanimitate. instit.*57. 2.369
Paupertas, & rerum contemtus. instit. 60. 2.431
Peccatorum obstinatio & supplicium. instit. 32. 1.753
*Perfectio spiritualis. instit.*33. 1.769
Perfectionis status, vide Status perfectionis.
Pœna inferni, vide Inferni pœna.
*Pœnitentiæ sacramentum. instit.*41. 2.1
*Præcepta decalogi. instit.*6. 1.182
Prælati, vide Exemplum à prælatis.
Prælatorum charitas & vigilantia, vide Vigilantia.
Præparatio ad Spiritum sanctum. instit. 51. 2.234
Præparatio Spiritus sancti, vide Spiritus sancti præparatio.
Proximi charitas, vide Charitas proximi.
Puerorum educatio, vide Educatio puerorum.
Puerorum sapientia & educatio, vide Sapientia puerorum.
Puritas conscientiæ, vide Conscientiæ puritas.

R

Renouatio gloriæ cælestis vltima, vide Gloriæ cælestis renouatio.
Renouatio hominis. instit. 1. 1.65
Rerum contemtus, vide Paupertas.
Rerum temporalium contemptus. instit. 60. 2.431

S

Sacramentum Pœnitentiæ, vide Pœnitentiæ sacramentum.
Sacrificium Missæ, vide Missæ sacrificium.
*Saluationis cura. instit.*59. 2.410
Sapientia puerorum, vide Educatio puerorum.
*Sermo Dei & colloquia. instit.*38. 1.917
*Solitudo & tentatio. instit.*15. 1.387

Spes

Digitized by Google

Spes iustorum, *vide* Tribulatio.
Spes salutis, *vide* Damnatio.
Salutis spes, *vide* Damnatio.
Spiritus sancti præparatio. inst. 51. 2.234
Status perfectionis. inst. 33. 1.769
Suffragia animarum purgatorij, *vide* Animarum purgatorij suffragia.
Superbia, *& honoris appetitus. inst.* 26. 1.623.
Supplicium peccatorum, *vide peccatorum* Supplicium.

T

T*Entatio*, *vide* Solitudo.
Timor damnationis, *vide* Damnationis timor.
Timor Dei. inst. 4. 1.137
Tribulatio iustorum, & spes in Deo. inst. 49. 2.187
Tristitia medicina, *& remedia. inst.* 31. 1.732

V

V*Erbum diuinum. inst.* 18. 1.451
Vigilantia & charitas Prælatorum. inst. 53. 2.279
Virginitas. inst. 40. 1.964
Visitatio infirmorum, *vide* Humanitas.
Voluptas vera, *vide* Amicitia.
Votorum impletio, & renouatio. Inst. 5. 1.158

Hæc in summa. minutiora vide in peculiaribus ad finem operis Indicibus, vbi de iis quæ Concionatorem, quæ item loca Scripturæ hinc inde explicita, quæque res omnes spectant insigniores, ordine & accurate.

ECCLE

Digitized by Google

EVANGELICVS CONCIONATOR, ET NOVI HOMINIS INSTITVTIO.

Quódnam NOVI HOMINIS *exordium, principium, materia.*

PRÆLVDIVM PRIMVM.

1. *Difficultas renouationis.*

OPVS quidem graue, & arduum nouitatem inueterati hominis prætendere, dignitate excellentis, & conditoris sapientia absolutissimi, verùm vitiorum labe turpissimi, & eò miseriarum tum vitæ, tum status deducti (post tot, tantósque sumptus diuinæ bonitatis, & innocentissimi sanguinis) vt cumprimum illius renouationem aggredi velimus, instructa in nos vitiorum, hominum, dæmonúmque acies obsistat. Res tanti momenti, tantæ difficultatis, vt D. Cypriano [a] vix fieri posse videretur:

a Epist. 1.

nam cùm in tenebris iaceret, & salo iactantis sæculi, vt ipse ait, nutabundus, ac dubius fluctuaret, difficile prorsus, ac durum opinabatur, *vt quis renasci denuò posset, atque in nouam vitam lauacro aquæ salutaris animatus, quod priùs fuerat exponeret.* Nam improbum esse facile semper fuit (inquit Theologus Nazianzenus [b],) verùm ex malo, solo verbo bonum

b Apolog. 1.

reddere captum excedit humanum: *cùm res quædam ad imitandum prona, & expedita sit improbitas, neque quidquam tam facile sit, quàm malum fieri, etiamsi nemo ducem se nobis ad vitium præbeat; rara tamen, & ardua est virtutis adeptio, quamlibet etiam multa sint, quæ nos ad eam trahant, & inuitent.*

Vrget difficultas innouationis.

2. Et sicut paruo quidem lapide submoto, flumen totum in pronum trahitur, eiusdem autem impetus firmissimo etiam aggere cohiberi, reprimíque vix potest, per hoc facilitas ostenditur, qua ad malum prolabimur, *& hoc sine magistro,* (addit Cyprianus [c]) *sine exemplo, & doctrina, statim à pubescentibus annis imbuimur, & docemur.* Hoc verbum *denuò nasci,*

c Serm. de natiuitate Domini in Prologo.

locupletissimum, ac nobilissimum Pharisæum grandæuum terruit Nicodemum, hîc hæsit, de hoc sæpenumero interrogauit: *Quomodo potest homo nasci, cùm sit senex?*

Ioan. 3. 4.

Quare Christus Dominus agens cum homine Pharisaicis moribus inueterato, nihil illi accommodatius, sed nihil difficilius dicere potuit, quàm mutandam illi esse pellem, iterum esse nascendum, si saluus esse vellet. Quapropter difficile, & laboriosum opus est istud, vt Nazianzenus [a] notat, *tum materiæ natura, tum artis facultate, tum actus fine*; fragilem enim, ac labentem materiam habemus, vitiis fœdatam, & corruptam: ex alia parte excellentem, nobilem, pretiosam, & æternam, adamantis instar, qui & difficile cælatur, & si vel minima exciderit particula, graue est detrimentum, cùm tanti sit pretij.

Vnde oriatur difficultas innouandi hominem.

a Apolog. 1.

Verumenimuero rei magna difficultas, & ingens magnitudo sæpissimè impellit animos, vt eam aggrediantur; & non leui ducti coniectura, ex ipsius hominis prima formatione quanta sit illius dignitas consequi possumus: nam dixit Deus, *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*; ædificium quoddam regale, & magnificum extruamus, mundum magnum (hominem ita vocat Nazianzenus) construamus. 3.

Gen. 1. 26.

Ex magnitudine operis facilis videtur innouatio.

Veluti quando locupletissimus rex ingens mole templum erigit, aut palatium, dicunt omnes, vt regem decet, ædificat sibi, vt ibi habitet: sic Deus, sublimem extruamus aulam, splendentem lumine intellectum, longè latéque patentissimum atrium voluntatem, cubiculum, & scientiarum [b] matrem memoriam: ædificemus veluti nobis; aliquando enim ibi sedem nostram collocabimus, *& mansionem apud eum faciemus. Faciamus,* inquit, *hominem; & manu fecit* (ait Tertullianus [c]) *ne vniuersitati creaturarum compararetur, sed magna esset differentiæ ratio, siquidem homini fiebant,*

b Plato August. ventrē animæ appellauit memoriam.

Ioan. 14. 23.

c Lib. de resur.

bant, cui mox à Deo addicta sunt: meritò igitur ve famula iussu, & imperio, & sola vocali potestate vniuersa processerant. O la pajes, sacad hachas: mox sol, & luna splenduerunt. *Pored velas en essa sala:* mox fulgidæ stellæ emicuerunt; *contrà verò homo vt dominus eorum in hoc ab ipso Domino extructus est, vt dominus esse posset: desde luego al hombre le tratò como a señor formandole con la mano. Itaque toties honoratur, quoties manus Dei, quæcunque sunt, tangunt, deducunt, effingunt.* Hunc verò hominem esse palatium iucunditatis illius, & quietis, ex ipsa sacra pagina colligit S. Ambrosius [a]: *Gratias ago Domino Deo nostro, qui huiusmodi opus fecit, in quo requiesceret; fecit cælum, non lego, quòd requieuerit; fecit solem, lunam, & stellas, nec ibi lego quòd requieuerit; sed lego quòd fecerit hominem, & tunc requieuit, habens cui peccata dimitteret.* Si verò

Dignitas hominis præ cæteris animantibus.

Homo palatium iucunditatis Dei.

a Lib. 6. exaëm. cap. 10.

4. hæremus adhuc, conuertamus oculos ad summum Imperatorem nostra ingredientem limina: venit enim, vt suum palatium inuisat. Hæc namque causa est, cur admiratione perculsus regius Vates cecinerit, vt aliqui interpretantur: *Quid est homo, quòd memor es eius; aut filius hominis, quoniam visitas eum?* Quemadmodum si rex plebeium hominem inuiseret, cogitandi causam haberent cæteri, & dicendi: Sine dubio non contemnendus vir ille, magni momenti est, nobili genere natus, à rege inuisitur; sic Gregorius Nazianzenus [b]: *Quidnam hoc nouum circa me mysterium? paruus sum, & magnus, humilis, & excelsus, mortalis, & immortalis, terrenus, & cælestis.* Et Elias Cretensis: *Quid tantum est homo, quod tantam prouidentiam, & curam, tantaque bona diuinitùs consecutum est?* Et D. Augustinus [c]: *Nobilis* (inquit) *& illustris princeps est, aut futurus, cùm Imperator summus illum inuisat.* Ita est: nam hic vetus homo renouabitur. *visitale, no porloque es, sino porloque puede ser;* mutatione enim vitæ, & gratiæ regeneratione fiet, vt filius hominis terreni, filius Dei appelletur: *hunc verò visitat, quem præsens illustrat vultu suo. hazele grande, y illustre con visitarle, de essotro hombre viejo harto es acordarse: & de hoc intellige, quid est homo, quòd memor es eius?*

Psalm. 8. 5.

b Orat. 10.

c In Psalm. 8. 5.

5. Præterea etiam ad opus istud suscipiendum iuuat, atque compellit inceptam quasi hanc imaginem à Deo Opt. Max. relictam esse; id enim significant verba illa Dauidis: *Minuisti eum paulo minus ab Angelis.* Egregia laus! si hominem extollis, cur minuis, & deprimis illum? quæ enim laus ea potest esse, quæ per diminutionem datur? Illud est sine dubio vidisse Dauidem inceptam fabricam, & incohatam picturam, nec ausum esse de re magna futura ferre iudicium; cæterarum enim perfectio ex munificentissima manu deriuata est tota simul: nam naturalis est, non arbitrio comparata. Verùm hominis perfectio, quæ fit gratiæ incremento, non simul omnis collata, sed quasi prima lineamenta posita fuerunt; imaginis instar illius Deæ, cui vltimam manum imponere egregius artifex noluit, vt alij etiam pictores opus operi adderent, & ipsa imago quasi rationis particeps perfici, & viuis decorari coloribus posceret; id fortè voluit exprimere Moyses: *Benedixitque Deus diei septimo; quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit Deus, vt faceret.* Vt faceret, inquis? si creata sunt, quid superest faciendum? Sed superest creandus homo, cui hæc creata sunt, cui adhuc non vltima manus impo-

Alterum, quod minuit difficultatem.

Gen. 2. 3.

Pignora dedit Deus hominis renouandi.

sita, vt viuis gratiæ coloribus in dies magis, ac magis illustretur. *Si quis verò percontetur* (inquit Chrysostomus [a]) *cur non ab initio ipsum tale, & omnino perfectum fecit Deus?* Respondet: *Ego quidem ad maiorem te vocabam honorem; tu verò teipsum munere indignum reddidisti, paradiso excidens: verumtamen neque sic te despiciam, sed tuum peccatum corrigens in cælum reducam. hay mas, que hazer en lo por hazer, que en lo hecho. Etenim propterea te tabescere, & corrumpi tantum temporis dimisi, vt in temporis prolixitate stabilis tibi fiat humilitatis disciplina, & nunquam priorem resumas mentem. Cesiò, y tardò paraque la obra fraguasse, y hiziesse assiento en la humildad.* Ecce non vacat mysterio puluerem appellasse, *puluis es:* non imaginem suam vocauit, vt in principio; nec *magnum miraculum*, vt Mercurius Trismegistus; nec vt Plato, *diuinum genus hominibus inest*; nec vt Plotinus, *homo est quoddam omne*; nec velut Pythagoras, *homo est dominus mortalis*; nec vt Gregorius, *homo est omnis creatura*; nullo horum nominum insigniuit: nihil enim præstabant emolumenti ad finem propositum consequendum, qui quidem erat, ædificium fundare, & confirmare, vt stabilis fieret homo. *puluis es*; nam ibi fundatur opus. Vnde Ecclesia Spiritus sancti gubernata consilio, quando salutis nostræ opus iteratò aggreditur, non hominem honoris, & gloriæ nominibus compellat, non fœnum, non folium, non florem vocat, non vaporem, non vmbram appellat, hæc enim metaphoricè dicta; sed *puluerem*, & cinerem: hoc enim est illi maximè proprium, aptè & ad rem dictum: nam veluti fundamentum hoc est, & vltima hominis resolutio: & hæc fundamenta iacienda sunt, antequam gratia superædificet, & vt spem concipias recipiendi perfectionem omnem ab eo, qui te ex nihilo finxit: *idoneus enim est reficere, qui fecit* (ait Tertullianus [b]) *quanto plus est fecisse, quàm refecisse, initium dedisse, quàm reddidisse; ita restitutionem hominis faciliorem credas institutione.* licèt obsistat *materia, finis* excelsus, & *ars* difficilis, & pæne diuina.

a Ad Populum homil. 12. colum. vltim.

Hominis nomina innouationem præsagiebant.

6.

b De resurrectione.

Prima igitur difficultas, & ad virtutem non leue impedimentum, vt notat Nazianzenus [c], *ex materia stoliditate prouenit, ex præpostero nostri amore, & quòd facile cuique cedere nescimus, nec sustinemus: non enim eadem rationes, nec idem animorũ impetus sunt maris, & fœmina, senectutis, & adolescentia, diuitiarum, & paupertatis, eruditorum, & indoctorum*; cuique sua innata natura est, illi cera molliores, verùm mutabiles; alij veluti ex subere constati, tenaces, & parum splendidi; alij vitrei, qui primo ictu franguntur, resiliunt, excandent. Iam deinceps non adibo conciones, quia leniter vitia eius obiurgauit concionator; nunquam per confessionem peccata delebo, quousque sim morti proximus, nulla alia de causa, nisi, quia tenui animaduersione exprobrauit eius crimina confessarius; vitrei sunt isti. Alij quasi ex robore, aut quercu firmi, tenaces, pertinaces, & in scelere perseuerantes. Alij bona indole, genio, & ingenio leni, sereno animo, & præseferentes æternæ prædestinationis non leue testimonium. Alij vt vites obliquæ, nodosæ, & sinuosæ, quibus illud Prophetæ non immeritò adaptes: *Quid fiet de ligno vitis?* O quàm difficile erit huic homini beatarum mentium iungi consortio! *parece, que se cria para el fuego.* Verùm hac de causa materia nulla reiicienda

Prima difficultas renouationis ex materia.

c Apolog. 1.

7.

Ezech. 15. 2.

Google

reiicienda est: quoties enim agricola videt truncum aliquem iacentem, & igni, flammísque adiudicat? eundem auidus sculptor intuetur, quàm aptus (inquit) truncus iste ad D. Francisci imaginem efformandam; ideo Augustinus [a], *Proximum tuum* (inquit) *debes putare omnem hominem, etiam antequam sit Christianus: non enim nosti quid sit apud Deum, quomodo illum præscierit Deus ignoras. Aliquando irrides adorantem lapides, conuertitur, & adorat Deum, fortasse religiosius, quàm tu, qui eum paulo ante irridebas.* Itaque nulla est reiicienda materia: superant enim omnem difficultatem tum artifex Verbum, tum verba eius. De artifice dilucidè eloquitur Isaias: *Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum, & ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam. labrarè en todas materias, y mesorare los naturales, y trocarè sus inclinaciones, y de terrenos los hare celestiales.* Hanc eandem mutationem cecinit Dauid, teste Hilario, Psal. 68. in finem pro his, qui immutabuntur. *Euangelicæ spei fideles significantur, qui aut ex legis obseruatione, aut ex gentis impietate ad cognitionem Dei demutati, tanquam renascentes incorrupto æternitatis candore florerent.* Hæc Hilarius. Hanc multiplicem rerum varietatem, hanc metallorum diuersam conditionem superant etiã Dei verba, ignis instar, qui, si obseruas, artibus omnibus inseruit: ita diuinum Verbum nobilitatis aurum figurat, & variat, diuitis argentum, ferrum, & ferreum pectus peccatoris emollit, frigidum marmor impij persistentis in scelere, mollem, & effœminatæ naturæ ceram, vitrúmve firmat, & roborat, fragiles nempe, & delicatos animos magnos, fortes, & viriles reddit. Ideo Dauid *ignitum vocat Dei verbum*: multipliciter enim, & vi magna instar ignis diuersa hominum ingenia reficit, & instaurat. Ignaris suo splendore affulget; vnde Salomon, *Quoniam lucerna, mandatum legis, & lux, & via vitæ, & increpatio, & disciplina*, ferreis pectoribus efficacitate superior fit: verbum enim Dei animas conuertit, & Spiritui sancto resistentes euincit; miserè iacentes in vitiorum sordibus, peccatorum senio confectos, atque consumptos erigit, nostros mores, & vitam informat, vt semper ad brauium æternæ vocationis tendamus, & conuersatio nostra in cælis sit. Ignis denique iste diuinus graues, & scelerum graui pondere pressos summa celeritate dimouet suis locis, rapit, & extollit, vt flamma concepta in cuniculis arces reuellit à fundamentis. D. Petrus tria millia habita concione inflammauit: nónne D. Paulus inter se longè dissitas, & remotas orbis oras, Solis instar splendidis Euangelij, & doctrinæ radiis lustrauit, & illustrauit? quis per spineta errantes hominum greges in læta Domini pascua reduxit? Paulus; quis pecudum more viuentes homines Christianis moribus formauit? Paulus; quis munitissimas Imperatorum Romanorum arces subiecit? sapientissimorum Græcorum agmina vicit? elatos, & superbos Hispanos edomuit? Verbum Dei, quod est velut clauus ignitus; *verba sapientum vt stimuli boum, & vt claui ignei*: sic enim legit, & interpretatur Nissenus [b]; ad hoc enim datus est sermo Dei, tum scriptus, tum non scriptus, vt eo tanquam aculeo quodam animi vicissim inter nos ad laborem arationis, & sementis bonorum operum in

Nemo mortalium contemnendus ad opus sanctitatis.

a In præfatione in secundam enarrationem Psal. 25.

Cap. 60. 17. *Verbi diuini efficacitas.*

Prou. 6. 23.

8.

Eccl. 12. 11.

b In eius comment.

spem vitæ æternæ faciendæ incitaremur; scientes quòd quæ seminauerit quis, vt ait Apostolus, hæc & metet. Hoc ergo aculeo vult nos incitari, ne tardi, & inertes in carne seminantes de carne metamus corruptionem. Lapides ignis domat: *Nónne verba mea quasi ignis, & quasi malleus conterens petras?* mortuos ignea vi ad vitam reuocat: vnde Macharius Ægyptius [a]. *Vides non dari, vt viuat alibi, quàm ea, qua quisque natus est ratione: medio verbo Dei in lucem fuisti editus, eodem sese dante vitam es recuperaturus.* Similiter acutè notauit Salmeron [b], carentiam scilicet verbi Dei Ecclesiæ mortem esse; inquit enim, *prædica verbum*, Græcè *hoc verbum*: hoc namque deficiente interibunt animæ, quæ ex ipso natæ, & nutritæ sunt. Denique D. Dionysius [c], *Ecce genus sacræ sermocinationis omnem sacram operationem, & vt summatim dicam, continet omnes actus sacros*; & Cyrillus Hierosolymitanus [d], *Omne genus peccati curat, quod per animam, & corpus consummatur, materias omnes informat, & perficit: atque hoc opus filio Dei attribuitur; verbo enim suo materiam disponit.*

Multiplex Verbi Dei virtus.

Ier. 23. 29.

a Hom. 47. tom. 2. Biblioth. fol. 431.

b In hæc verba Pauli.

c Citatus à P. Turriano de dogmaticis characteribus.

d Catechef. 18.

Ex parte formæ hominis, qui renouandus est, maius nunc surgit opus, maior oboritur difficultas. Quî fieri poterit, vt contritam, & consumptam vestem resarciamus, atque ædificium solo æquatum funditus euersum exædificemus, efficiamúsque, vt iterum formam imaginis Dei filij referat, qui peccato in nihilum redactus est, teste Augustino [e], *Nihil homines sunt, cùm peccant.* Anselmus etiam [f], *Quoties à bono deuias, à Verbo te separas, & quia ipsum est bonum, ideo nihil efficeris.* Bernardus item [g], *Redacti ad nihilum iteratò creati sumus, vt simus initium aliquod creaturæ eius*; in quibus verbis mellifluus Pater medelam nostris malis affert, *iteratò creati sumus*, nobis nouus quærendus est Creator, hoc est, qui animam nostram denuò creet, vt inquit Dauid, *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis*; & sponsa, *Osculetur me osculo oris sui*, id est, obsecro, vt iterum spiraculum vitæ infundat, & spiritu suo vitam, spiritúmque restituat, os suum ori pallenti, & frigenti huius emortuæ statuæ admoueat. Idipsum Christus Dominus Nicodemo hæsitanti, & de hoc nouo renascendi modo dubitanti dixit, vt acutè P. Maldonatus [h]: Quid mirum, si non intelligas ô Nicodeme, quomodo homo ex Spiritu sancto queat regenerari, cùm vix intelligas qua ratione ex naturali isto Spiritu, quo viuit, generetur? Noua certè, & mirabilia ab anima, & forma materiali proueniunt: *nam vbi vult, spirat*, hoc est, quæ vult, animat corpora, & ex mortuis viua reddit, si rectè disposita sunt: sicut pullus, qui ex ouo gallinæ supposito regeneratur; *& vocem eius audis. mira como comiença à piar el pollito, à hablar el hombre, à relinchar el cauallo*: & dum ipsam quodammodo loquentem animam audis; *nescis tamen, vnde veniat, aut quò vadat*; quia ignoras quomodo anima in corpus ingrediatur, & quomodo egrediatur è corpore: ex hac ergo tua ignoratione corporali disce spiritualem, & inuisibilem renouationem: nam quemadmodum in corpus animam infundit, aut ex potentia materiæ educit, sic te poterit nouo quodam spiritu informare, qui te ad vitæ nouitatem reuocet, sicut artifex ipse promisit per Ezechielem: *& spiritum nouum tribuam*

9. *Secunda difficultas ex parte formæ.*

e Soliloq. cap. 1.

f In Paul.

g Lib. 1. de considerat. c. 10. D. Paulus, *nihil sũ*, & D. Thom. *secundùm esse gratiæ nihil sum*, Caiet. *secundùm esse diuini consortij nihil sũ. en pecando rematadas son cuentas con Dios.*

Psal. 50. 12.

Cant. 1. 1.

Exempla renouationis.

h Super Ioã. 3. 6.

Cap. 11. 12. & ibi P. Prado.

Cap. 18. 31. *buam in visceribus eorum*; &, *Faciam vobis cor nouum.* Fit autem hæc regeneratio ad instar compositi naturalis: nam sicut materia, & forma Socratem componunt, tanquam duo principia, præter quæ est aliud principium, nempe priuatio, ratione cuius in mutatione materia migrat ad formam, veteri spoliata; sic in spirituali regeneratione à vetustate ad nouitatem, à priuatione gratiæ ad gratiæ dignitatem transeundum est: quia, vt ait Chrysostomus [a], *non potest fieri homo nouus, nisi desierit esse vetus; priùs enim oportet mala dimittere, & sic bona suscipere.* Et D. Ambrosius [b], *Qui de luxuria, vel qualibet immunditia transit ad castitatem, vitam suam renouauit: quia qui erat membrum diaboli malè viuendo, incipit esse in corpore noui hominis Christi Domini nostri per fidem rectam, & bonam operationem.*

Desinat esse vetus, qui incipit fieri nouus.

[a] In cap. 6. Matth.

[b] Lib. 3. de sacram. cap. 1. tom. 4.

10. Hoc igitur opus vitæ, & spiritus recuperandi, sancti Spiritus munus est, sicque vaticinatus est Isaias futurum esse: inprimis ad Spiritum sanctum tanquam ad primam causam; deinde ad concionatores verbi Dei, veluti instrumenta, pertinebat, Isai. *A facie tua Domine concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus Spiritum salutis.* Nos, inquam, non sine dolore, & timore Dei, sed cum fletu, & lacrymis: sicut quæ concepit, cùm appropinquabit ad partum, dolens clamat; sic noua desideria Spiritu in nobis formante, & fœtum maturante ad partum, vbi grauissimus dolor est, fœtum produxit: idem enim, à cuius facie concepimus operi suo intento, & quasi obstetricante quod ab ipso fuerat formatum, atque animatum in spiritum, hoc est, in hominem spiritualem, vel in hominem Dei, vt vocat Paulus, conuertit. O rem arduam, & mirabilem (ait Theophylactus [c]) adeò vitiis eramus immersi, vt opus esset regeneratione. *Hombre tan achacoso mejor fuera hazerle de nueuo, que no curarle: nam iterata generatio alteram natiuitatem, nouámque formationem desiderat. Vt enim domum ruinosam, & planè veterem non fulcimus, verùm ad fundamenta vsque demolimur, nouámque reficimus: sic Deus non superstruxit nos, sed cælitùs construxit, & reparauit. quomodo? ne quæras medium: spiritus enim totum transegit. Vnde hoc perspicuum? ex eo quòd effudit eum abundè super nos: postquam enim mundauit nos, tunc & de Spiritu sancto suo nos impleuit. Diuina raçon; assi como la venida del Verbo tan humilde no fue en balde, sino para hazer vn hombre Dios en Maria; assi la venida tan abundante de la tercera persona fue a hazer hombres nueuos en el vientre de la yglesia.* Et Guerricus Abbas [d] hæc eadem contemplans: *Gratias tibi ago sancte Spiritus, qui vbi vis, spiras; video in munere tuo non vnam, sed innumeras fidelium animas illo generoso germine grauidas.*

Auctor viuificandi spiritus.

Cap. 26. 18.

[c] In epist. ad Titum 3. vers. 4.

[d] In Annuntiatione B. Mariæ serm. 2.

11. Verùm, vt huic spirituali generationi fidem adhiberemus (inquit Hieronymus [e]) priùs quosdam nouos homines spirituales effinxit, ignaros priùs, insipientes, prophanos, animales, quos cùm in spirituales conuertisset, nos rei nouitate perculsi illos repentè mutatos contemplando, vi, & potentia Spiritus, & Verbi diuini, etiam renasci denuò posse consideremus, si ipsis benignas, & attentas aures accommodaremus: ideo Apostolici viri ministri Euangelij sunt, & Christi cooperatores, & eò incumbunt, vt homines ab eo concipiant sobolem tanto genitore dignam, & neglectis laboribus constanti animi magnitudine spiritum parturiant, & in hoc munere obeündo quid non aggressus, quid non pertulit, quos labores non exantlauit Paulus: qui, vt Christus formaretur in discipulis, dolores parturientis sustinuisse dicit. *Filioli mei, quos iterum parturio,* & reformo. Rem totam explicat cum Latino Hieronymo Græcus Methodius Martyr, qui intuens illam Euæ fabricationem ex latere Adæ, & locum Pauli ad Ephesios explicans de Ecclesia: *Latus* (inquit [a]) *Verbi dici potest septiformis spiritus veritatis, ex quo concipiens Deus post ecstasim Christi, id est, post Incarnationem, & mortem, eidem fecit adiutorium, despondens ei animas, & Ecclesiam perfectiorum; qui enim præstantiores sunt, & liquidiùs veritatem hauserunt, hi propter perfectam purgationem, & fidem, exutis absurdis operibus carnis, Ecclesia fiunt, & adiutrix Christi Virgo, vt fœcundum semen excipientes cooperentur deinceps adiuuantes prædicationem ad reliquorum salutem; imperfecti autem, & qui discere incipiunt, parturiuntur, & formantur tanquam à matribus, donec editi in lucem regenerentur. Sic Paulus cùm nondum perfectus est, in Christo regeneratur, & lacte alitur, euangelizante, & renouante cum Anania per Baptismum: postquam autem factus est vir grandis, in perfectionem spiritualem reformatus, factus est adiutor Verbi, & semina vitæ excepit; quia per Euangelium (inquit) ego vos genui.* Hactenus Methodius. Et S. Martialis Martyr [b]: *De illuminatione nostra illuminatio vestra manat; quia dum potentia sua Rex regum nos instruere curauit, per nos æternam vobis charitatem misit.* Quare Isaias his matribus spiritualibus tribuit, & vt culpam assignat, orbem vniuersum, cunctásque animas Dei Verbo non esse subiectas. *Salutem non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terræ*; ideo persistunt, & perstant in impudentia perditissimi homines, & mundus nitore, & splendore caret: nam, vt Martialis aiebat, *de illuminatione nostra illuminatio vestra manat*; vnde enim quæso mundus senio spirituali consumptus est, nisi quia nos Spiritui sancto malè vertimus fœtum animarum: *mallogramos le el parto à Dios.* Verùm huic etiam malo subueniendum est; præstat remedium iam, altera Trinitatis persona.

[e] In verba Isai. citat.

Exempla nouorum hominum rem arduam credibilem reddunt.

Galat. 4. 19.

Concionator mater regenerans animas.

[a] In Symposio decem Virgi. relatus ex Græco à nostro P. Francisco Turriano de characteribus dogmaticis.

[b] Tom. 3. biblioth. antiquorum PP.

Isai. 26. 18.

12. Eò iam deducta res est, vt nec impediat materia, quam diuinum Verbum disponit, nec forma, quæ gratia est, & noua forma viuendi, noui mores, quæ omnia Spiritus sanctus largè donat; sed quia virtus nulla est, vt feliciter prodeat in lucem NOVVS HIC HOMO, qui animo conceptus est, & vita nouis informata moribus elucescat, ad rei difficultatem superandam, & quodammodo leniendam, Pater æternus præclara inuenta excogitauit, quæ pulchrè attigit Isaias. Primum inuentum est laboribus hominem frangere, debilitare, vexare doloribus, & illum tanquam ad extremas facti lineas, sepulturæ, inquam, admouere, vt expergiscatur dolorum stimulis agitatus, & ad se quasi consepultũ vertens oculos supplex à Deo oret & obsecret, vt nouæ vitæ restituatur; hoc est quod dicit Vates, *In tribulatione murmuris doctrina tua eis*: efficiã ego, vt nec mussitare, nec plangere audeant, sed rebelles, & veluti alto sopore oppressos tribulationis stimulis excitabo; quod facile effecturum probat resurrectionis spe, & diuino mysterio: *viuent mortui, interfecti mei resurgent.* Ego per tribulationem expurgabo, ego ad futuram vitam

Infirmitatem & imbecillitatem nostrã iuuat Pater æternus.

Isai. 26. 16.

Egregia, & felicior vitæ commutatio.

tam spiritualem expediam; mei enim interfecti sunt. Sicut enim ego corporis tantùm mortem amplexus sum; sic isti, qui eodem mortificationis genere vitam veterem, & veteres mores interficiunt, *viuent*, resurgent; quia hæc mors sicut resurrectio, teste Bernardo, vitam non aufert, sed transfert in meliorem: qua autem ratione hæc à supremo Parente fiant, paucis explicabo.

13.

Duo confert Pater necessaria, vt nouus prodeat in lucem homo.

Duo sunt necessaria, vt NOVVS HOMO formetur, & quasi renascatur: inprimis essentia, vitaque spiritualis, qua vmbra mortis, peccato videlicet liberetur: secundò opus est, vt diuinam, & cælestem quodammodo naturam induat, oppositam terrenæ, qua ad sublimia peruolet; *a menester ser nueuo espiritual, y alas para bolar alo alto, y celestial.* Hæc duo munia Pater æternus obit, vt verus Pater: vt enim auis ex frigido ouo pullum educit calore, noua vita, & mox illa fouente alatus redditur, & vita, quæ ibi abscondita erat, explicatur, & proditur per motum; sic Pater æternus verbo suo incendit, inflammat, illuminat, & fouet veterem hominem, vt in lucem prodeat, & libero cælo peruolet; & vt vtrisque satisfaceret, Aquila, & Gallina appellari voluit. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans*; &, *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos*; sicut gallina nempe, vt primò illos in lucem ederet. Ad hæc Augustinus [a] ingenij aciem exacuit. *Scapulis suis obumbrabit tibi*, alis suis obumbrabit illis; ergo in pectore quiescent? *& sub pennis eius sperabunt*? Et quid sperat ouum à pennis matris suæ? vt sicut naturam sui incohatam accepit, perfectum esse ab eadem accipiat. Homines ergo sub alis Dei resurgent, si non Dij, saltem Dei filij, non aliter, quam pullus ex ouo excluditur sub pectore cubantis auis; si enim iam natus matris gremio fouetur, nihil mirum, si cùm pullus ingressus fuerit, pullus etiam egrediatur: at verò illud mirabile est, vt frigidum, & emortuum ouum gallinæ suppositum animetur, & viuat, & in pullum transformetur. Ita similiter *Angelos nusquam apprehendit*, illi simul exclusi sunt, & in illam mirabilem lucem editi, semper filij Dei perseuerant, non mutantur. Verùm nos apprehendit mortuos, frigidos, terrenos, Adæ, & peccati filios, & in vmbra mortis iacentes; paterno gremio nos fouit calore suo, & ardentis amoris visceribus à morte ad vitam reuocauit: & licèt verum sit nostram non mutari substantiam, ita vt Dij reddamur, nam ex gallinæ ouo pullus gallinaceus fit, non aquilæ; verùm medio hoc calore, spiritu, & luce, sicut primus homo terrenos potuit nos reddere, ita secundus cælestes; *quoniam cælestis est.* ille nos tenebrarum filios, hic fecit & lucis; hoc est quod cecinit Vates: *Sit nomen eius benedictum in sæcula*, vbi *nomen & generatio*, seu *posteritas*. *Fiant nati eius in interitum, & in generatione vna deleatur nomen eius. Et perdam nomen, & reliquias, & germen*, &c. *Tendrà vna posteridad de benedicion de Dios.* Quare? quia *ante solem permanet nomen eius*: Hebraicè, *ante solem filiabit nomen eius*, hoc est, splendore, & calore diuinitatis nasci faciet filios suos: Hebr. נין *nin* [b], Hispanè *niños*, *sacrarán a luz sus niños resucitados, y renacidos*, eos nempe, qui *sub pennis eius sperant*; illos denique, quibus *orietur sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius.* Quæ sanitas? Paulus respondet, Christi sanitas, quem expectamus, *qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.* Quare filij lucis erunt omnes, rationem reddit Isaias; *quia ros lucis, ros tuus*: ideo nempe interfecti Dei resurgent; quia Verbum Dei quacumque macie confectum hominem sordidatum, & pæne consepultum reperiat, lætum, alacrémque filiabit, & regenerabit; sicut piissima gallina scapulis suis obumbrans.

Deuter. 32. 11.

Matth. 23. 37.

Industria Spiritus sancti amoris, & charitatis plena.

a In Psalm. 90. 4.

Hebr. 2. 16.

Terrenus in cælestem transmutatur.

Psal. 71. 17.

Psal. 108. 13.

Isai. 14. 22.

b A radice ינון ynnon, videndus est Lorinus hic & 1. Ioan. 3. 1.

Philip. 3. 21.

Munus insuper aquilæ piâ, vt ita dicam, crudelitate obit, quam in Christiana Philosophia mortificationem vocamus; qua postquam nobis suum esse communicauit, & vitam tribuit gratiæ, mores cælestes, & vitam quasi diuinam traducere facit. 14. Nam sicut aquila non modò in rupibus inaccessis oua fouet; verùm etiam adunco rostro, & vnguibus frangit, & curat (ô pietas) vt pullus extendat alas, lucem videat, deglutiat etiam aliquid, vt prodeat vita illa, quæ quodammodo inuoluta, & consepulta erat, & quasi mortua; sic sæpe euenit, nos gratia viuos esse. Verùm pietas summi Parentis nos adhuc imbecilles, sine operibus cæcos, & veluti consepultos videns, quid molitur? quid facit? *super eos volitans* rostro mortificationis frangit, & debilitat corpus, hunc morbo vexat, alium pauperie affligit, illius honorem minuit, lasciuientem voluntatem comprimit: *pica en la salud, honra, y contentos*, vt non solùm spirituales, & NOVI HOMINES, sed cælestes, & diuini reddamur. Et verbis vrget (vt ait Augustinus [a]) dicens: *Calca mortuum, transi ad viuum, calca iacentem, confige cum resistente: mortua est enim vna delectatio, sed viuit altera; si enim spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Picales el cascaron, y hazeles desplegar las alas, y arguyeles su pereza. Carnis curas ne feceritis: no hagais caso dela carne pedigueña hombre viejo, y saldreis nueuo. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis: estende essas alas en la oracion ambicioso, y no aspireis a honras carnales. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram: ea muger regalada quebrad esse cascaroncillo del cuerpo, aunque mas blanco, y delicado os parezca, y sadreis nueua en gracia, y amor de Christo, como Magdalena*: nam verum est, *omnes quidem resurgemus* verbo, & voce filij Dei, cùm horrifica tuba omnium pulsabit aures, surgite mortui; verùm qui ex ouis terreni Adæ nascuntur, terreni, & graues prodibunt; ideo addit, *sed non omnes immutabimur*. Nam Christus Dominus instar aquilæ fundauit Ecclesiam; aquila autem à nido pellit, & odit oua aliqua; vel quia minora, vel frigidiora; hos excipit aquila ossifraga, *el quebranta huessos*; & asciscit in nidum, & aquilas edit, sed imbecillas, pigras, & terrenas. Omnes ab aquila nostra Christo essentiam, & naturam à Deo participamus: at verò frigidos, inertes, ac desides derelinquit, nec sub alis collocat, vt foueat in vitam æternam. Hos suscipit dæmon, & in die mortis excludit oua, & in diem iudicij edit ea, quam ille indidit, forma, de quibus intellige, *Humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis: arrojaste nos de tu nido, y caimos en el de lucifer, y de su sombra saldremos viuos en la resurreccion; pero con accidentes de muertos.* contià

Mortificationis vtilitas.

a Serm. 13. de verbis Apost. Rom. 8. 13.

Rom. 13.

Coloss. 3. 5.

Bona mors, quæ vitam instaurat.

15.

Psal. 43. 10.

Digitized by Google

trà verò prædestinatos, & supponit alis, & excludit Aquila nostra. Quòd si aliquando in aliquo degeneres, peccatum turpat eos, & inutiles reddit, amoris ardore, sudore, sanguine, gratia refouet, donec accidentia illa mortis depellant, & filiorum Dei mores induant: *ponelos en su nido, y los fomenta con mas calor, paraque pierdan lo guero, que del peccado, y del demonio seles pegò.* Sic filiauit, & peperit Magdalenam, Petrum, Latronem, Augustinum, & te etiam homo Dei, exsuscitabit, & alis Aquilæ exies obuiam Christo in aera, & sanctitate vitæ, morúmque candore agnoscéris.

16. *Finis renouationis hominem sibi mancipare.*

Verumenimuero quid Deus tam arduum opus, & tantorum sumptuum aggredi tentat? Duplicem finem sibi proposuit. Primum dicit Tertullianus [a], vt altam de se imbibat opinionem, alta animi cogitatione perpendens profusos sumptus in sui renouatione, & reformatione impensos à summo Deo, qui antea tam facile formauerat. Incipias tibi, ô homo, placere, cuius artifex tantus est, qui cùm nihil esses, diuina arte, & industria nouam, & felicem creaturam reddidit. Datum est esse aliquid origine generosius, & de mutatione felicius: *medrado haueis en vuestra renouacion.* Secundum finem attigit sanctus Gregorius Nazianzenus [b], vt scilicet sese intuens ex nihilo renouatum, & renatum (nihil enim mancipium est domus Dei: *esclaua de Dios la nada*) se seruum tanti Domini reputet: nam partus sequitur ventrem, & ex nihilo nihil fieri putauit ille [c], & inde prouenit esse nihil. Verùm ex Deo, & gratia filium esse Dei, hoc magnum illud mysterium designat, hoc nobis Deus, qui nostra causa carnem suscepit, ac pauper factus est, vt iacentem carnem erigeret, & incolumitatem imagini afferret, hominémque instauraret, vt solam Dei, ob quam creati sumus, notam in nobis geramus, tantum ab eo informati, & impressi, vt ab ipso solo agnoscamur: *que de ninguno otro nos dexemos herrar, que seria gran yerro;* sed nosmetipsos instar D. Pauli defendamus. *De cætero nemo mihi molestus sit: dexame mundo, que no soy tuyo, cuyo soy, estas señales lo dizen. ego enim stigmata Domini mei Iesu Christi in corpore meo porto.* & D. Cyprianus [d]: *Seruiamus illi, cuius esse iam cœpimus.* Et iterum Paulus: *Non estis vestri; empti enim estis pretio magno.* O felicissimum seruum! nec te hoc nomen abiiciat, princeps es, Dei filius, deinceps talem te suspiciam, verbisque honorificis, vt decet principem, prosequar, & Dei verbo, meisque institutionibus id vnum conabor, quasi pædagogus nobilissimi principis te moribus informare pro dignitate tui ortus, & renascentiæ, quam Verbum Dei verbo, Spiritus halitu suo, & Pater pia crudelitate peregit, atque in lucem edidit gratiæ, vt in sempiternam lucem excedas gloriæ.

a De resurrectione carnis.
b Oratione 10. de morte Cæsarij.
c Aristot.
Gloriosa nota noui hominis.
d Tract. de disciplina, & habitu Virginum.
1. Cor. 6. 20.
Felix seruitus.

Secundùm quam formam Homo Dei instaurandus.

PRÆLVDIVM II.

1. *Imago Dei.*

PRIMVM igitur, quod aggredimur tuæ redintegrationi necessarium, ô mi homo, (iam enim te alloquor postquam summa Dei bonitas ex nihilo te produxit, qui priùs formauerat te) erit imaginem, & formam renouare, quam in te expressit Conditor tuus, quando verbis illis, quæ reuerenter pensanda sunt, ad creationem se comparauit, dicens, *Faciamus hominẽ ad imaginem, & similitudinem nostram;* vt videlicet quia rationalis creatura condebatur, quasi cum consilio facta videretur. Gen. 1. 26.

Imaginis finis est, illum intuentium oculis proponere cognoscendum, cuius est imago, diuturnam eiusdémque memoriam conseruare: finis igitur hominis ad imaginem Dei efformati erit, exemplar esse viuum, & ipsius æternum monumentum. Vnde Theodoretus [a] inquit Deum Opt. Max. cùm hanc mundi amplissimam ciuitatem condidisset, sexto die hominem creasse, quasi sui imaginem spirantem, & viuam statuam collocasse, in qua supremum Numen agnosceretur, & obseruaretur, ad instar regis, qui in media platea vrbis, quam condidit, sui simulacrum, & statuam erigit. Quàm verò ægrè ferret rex, & quàm acerbè, si illius erecta statua summo loco deiiceretur? quid tandem foret si infensissimi hostis simulacrum in eiusdem loco reponeretur? Immo Cyrillus Alexandrinus [b] addit summopere expediisse hominem à Deo procreari, non solùm vt Deum coleret, sed vt seipsum rerum omnium, ac principem constitutum permagni faceret, & se omnibus rebus præponeret: nam illæ omnes vestigia sunt veluti Conditoris, *initium viarum Dei.* Verùm homo imago est, quæ contendit dignitatem diuinæ naturæ mente, & voluntate imitari; itaque tantum ipse propriè est imago, teste D. Thoma, atque adeò ipsi cura demandata est in se quasi referre Deum, sicut in imagine; vt pulcherrimum vas summa arte fictum artificem tacitè, mirè commendat, & extollit.

a In Gen.
b Lib. 1. in Gen.
Iob 40. 14.

Verùm, in quo posita est hæc imago, vt illius dignitatem agnoscamus? D. Chrysostomus [c] in principatu sitam asserit. *Quid est* (inquit) *ad imaginem nostram? principatus imaginem dixit, vt quemadmodum nullus in cælo est Deo superior, sic super terram nullus sit homine superior, non hæreditaria potestate, sed naturali. Sicut leo potitur sua, & inter animantia dominatur, nunquam amittens principatum y este imperio fue sin pension de trabaxos annejos al imperio: fue mero señorio, y benignidad diuina.* Cui fauet ipse textus: *Posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum: opus* enim Hebræis aliquando ponitur pro fructu, vnde *operari* hoc loco, est fructus colligere, fructibus potiri: *pusole en el parayso, paraque le desfrutasse.* & quia *opus* Hebræis significat aliquando hæreditatem, Isai. *& opus illius coram illo*, ideo *operari* hìc est hæreditare; & *custodire* ponitur pro custodem esse, mutatis verbis adiectiuis pro nominibus ab eis deductis, vt Paulus, *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur*, id est, iam non est mortalis, & *custodes* vocantur reges Gentium, Ier. *Auditum est custodes venire de terra longinqua;* ergo rex naturali dignitate, & quæ amitti nequit, constitutus est, vt illa potiretur, & eius custos esset, ac dominus, & imago summi Imperatoris. S. Augustinus putat similitudinem in eo esse, quòd illi intellectum, & rationem diuinæ naturæ similem communicauerit. D. Ambrosius [d] distinguit similitudinem ab imagine; sed reipsa Scriptura promiscuè his vocibus vtitur, aliquando vtrumque vocabulum coniungens: vt, *Ad similitudinem Dei fecit illum;* ad imaginem

2. *Quid nomine imaginis intelligendum.*
c Hom. 6. ad Populum.
Gen. 2. 15.
Cap. 40. 10.
Rom. 6. 9.
Cap. 4. 16.
d Lib. de dignitate conditionis humanæ, c. 3.
Gen. 5. 1.

uem quippe Dei factus est homo; itaque hæc duo naturalem imaginem ostendunt. Alia verò est, de qua idem loquitur Ambrosius, supernaturalis, & accidentalis gratiæ, & iustificationis, quæ demum gloria plene solidabitur, perficieturque; & per gratiam, & iustificationem iterum recipitur, & restauratur, 2. Corinth. 3. vt infrà videbimus; &, *Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundùm Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis*, id est, sanctitate vera. Ephes. 4. 23.

3. *Hac dignitate* (inquit Cyrillus [a]) *fuit insignitus diuina similitudine, & Deiformis homo.* Verùm Deo contigit, quod Domino pulcherrimam, & spirantem imaginem habenti euenire solet, quam incurio, & ignaro seruo tradidit, vt in suo loco reponeret: at famulus ignarus non firmauit clauum, & ecce ruit, frangitur, disrumpitur pictura, omnis illa pulchritudo deperit; sic homo credidit se clauo parùm firmo, *eritis sicut Dij*; cecidit imago, separatur anima, corpus sepulturæ mandatur, actum est de diuina imagine? *minimè* (inquit Cyrillus [b];) *impudenter quidem ille lapsus est, Deo interim prouidente, quòd inciderit commodiùs homini fore: mors enim veluti remedium quoddam opportunum excogitatio est, non vt corpore, & anima simul periret, sed vt potiùs de integro restauraretur.*

a Cõtra Iulian. lib. 2. *Dignitas ex imagine Dei, & eius casus.*

b In Ioan.

4. Arduum opus erit hanc solidare fracturam, cum Minerua (vt aiunt) manus quoque mouenda erit. Diuina, & humana opera est necessaria, Deus ad perfectionem, finémque Dei opus perducat; homo verò vt instrumentum ad hoc opus perficiendum coniungatur. Obseruauit peringeniosè Rupertus [c], cur hoc opus tam longas moras trahat: *Non dixit Scriptura, fiat homo ad imaginem, &c. sicut dixit, fiat lux; quare? videlicet, quia non repentè, sed operosè agendum erat, vt consummatus homo staret ad creatoris sui imaginem, & similitudinem, & miserantis Dei recreatione erat innouandus.* nam si aliorum opificum artem, & industriam præstantiorem, & maiorem comparare, & conferre voluerimus cum singularibus naturæ parentis operibus, liquidò comperiemus artem discipulam esse naturæ, & imitatricem fidelem, verùm nunquam æquare potest: quis enim insignis pictor eò artis, & industriæ deuenit, vt oculo, quem pingebat, visum tribueret, aut brachio motum? tantummodo fingunt, vt possunt, oculos videre, brachium erigi. Quis statuarius *viuos duxit de marmore vultus*? ideo nempe; quia cùm effectus nunquam possit superare causam, sic nullus tribuere potest id, quod naturale est, si id à natura sibi inditum non est. Ideo pictor, & statuarius filios generare possunt animatos, & viuos; verùm illos cum vita pingere minimè possunt. Deus autem vt auctor visum dat oculis, quos fingit, vitam cordi tribuit: nam ipse est vitæ fons, sapientiam communicat; quia summa sapientia est. *Nónne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? vitam, & inspirationem tradidisti mihi?* Vnde fit, vt cùm accidentia, figura, physiognomia, & color manent à natura specifica, & ipsam in indiuiduo comitentur, qui nequit penicillo naturam dare, nequit etiam perfectas figuras, & accidentia rerum efformare. Quare nunquam imago visa fuit, quæ viuam hominis faciem æquaret, nunquam rosa, aut betonica coronaria serica ea arte, & opere elaborata est, quæ naturalium pulchritudini, & viuis coloribus æquiparari possit. Inde patet causa, cur statuarij, & egregij pictores quanto præstantiores, & excellentiores sunt, tanto exactiùs opera expoliant, & perficiant, corrigant, & emendent, lambant penicillo per singulas horas, nec sibi satisfaciant, neque vltimam manum imponant, nec ipsam de tabula tollant, illuc redeant, & stupidi perseuerent à sensibus abstracti, quousque tandem fatigati partim verecundantur, partim sese efferentes, & iactantes, vt non cogantur ingenuè confiteri, nulla ratione, arte, & industria magistram naturam consequi, se non finem imposuisse fingunt, & ita subscribunt, *faciebat, pingebat, sculpebat.* Verùm rerum omnium auctor, & molitor Deus infinita sapientia, & potentia sine extrinseco exemplari, quod imitari posset, ex nihilo, in hanc claram, & apertam lucem asserebat, absoluebatque, non faciebat, sed *fecit*, subscripsit; *fecit Deus firmamentum, fecit Deus luminaria*; vltimam manum imposuit, ita vt illius oculos rapuerint tam perfecta opera. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Vt primùm productæ fuerunt, vltimam etiam perfectionem acceperunt, vt acute obseruauit Nissenus [a]: *Creaturarum natura vi Numinis esse cœpit vnà cum principio sine vllo temporis spatio; finis etiam, perfectióque rei coniunctus fuit, cum vniuersa de nihilo producta cum principio perfectionem etiam suam consequerentur*: itaque res creatæ vnà cum principio finem accepit; quare *fecit*, non faciebat, subscripsit Moyses.

c De operibus Trinit. lib. 2. c. 4. *Sapientia Dei.*

Æneid. 6.

Iob 10. 10.

Gen. 1.

a In Cant. hom. 15.

5. Verùm summe Deus, quid est (quæso) cur operibus naturalibus potentissimus, & sapientissimus vltimam manum imposuisti; opera verò gratiæ, & similitudinem illam, qua nihil sublimius non omnino perficis, & absoluis? Quare non renouas, sicut creasti, sed cunctaris, & pedetentim expolis, neque vsquam adhibes illud *fecit*, sed *faciebat*. Ierem. *Et ecce faciebat opus suum super rotam.* Huic dubio dupliciter satisfacere possumus. Primò; quia Deus hominum tarditatem, & tepiditatem expectat, libero arbitrio locum concedendo, quod est veluti discipulus insignis magistri, quod quando à Deo vocatur, vt manum quoque admoueat, impedimento potius est, quàm adiumento: *ayudad me aqui estorua*; potiùs illius manum retardamus, & ideo pedetentim vlteriùs procedit. Isai. *Expectat Dominus, vt misereatur vestri*; reliqua verò opera, quorum ipse solus auctor existebat, statim atque illa fecit, perfecit, factaque semel non indigent aliena manu; quapropter dicitur benedixisse diei septimo; *quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit Deus, vt faceret. faceret*, inquit, quia non sicut annulus statim digitum ornat tuum, & quiescit manus aurificis, ita fecit omnia, non enim desinit conseruare opus, & tenue vitæ filum deducere, quam in globum veluti quendam formasti, & tuis manibus rotundasti; opus quidem Deo dignissimum non sinere in mortem, & in nihilum labi, quæ semel in lucem asseruit. Secundam rationem addit D. Gregorius Nissenus, & D. Ambrosius; quia scilicet hæc imago cùm perfectissima sit, non vnius diei spatio renouatur, nec Dei opera tantùm, sed ministrorum eius. Primum manifestè declarat Nissenus [b]: *Posteaquam humana natura excidit, non*

Cap. 18. 3.

Cap. 30. 18.

Conseruatio. Gen. 2. 3.

b Supra

Forma & ratio renouationis.

non perinde vt in ortu primo perfectionem subitò recuperat, sed via quadam ad maius progreditur, idque consentanea ratione, & ordine, dum paulatim adfectionem, ad contraria proclinem extinguit, in prima creatione nihil erat, quod impediret. Et ita, inquit Ambrosius, Deum quieuisse, vbi condidit hominem; quia iam quem amaret, habebat, hanc ille rationem assignat; *quia habebat iam, cui peccata dimitteret.* Hoc autem opus non requiem, sed operosam industriam, & laborem postulat, & ita creauit, *vt faceret: el os darà enque entender.* Innuit verbum illud *faceret*, sicut Eccl. *Qui transfert lapides, affligetur:* Hebræa habent, *faciet*; est enim animarum poliendarum munus, veluti opus secandi, & poliendi lapides, callebunt manus, lassabuntur, & fatigabuntur: Septuaginta, *dolebit in eis*, desudabit, & gemet, & illius pectora disrumpentur. Eodem verbo vsus est D. Paulus, cùm opus istud arduum condonandi peccata pertractaret, *purgationem peccatorum faciens*; opus erit difficile, & laboriosum: sanguinem sine dubio ipse fundet, vt imaginem hanc depingat, hoc significat facere, sacrificare, sanguinem emittere. *Hoc est, quod facies in altari, agnos*, &c. Non audisti inuentum fuisse Publium Claudium habitu vestitum muliebri in palatio, dum pro populo fieret, quando Vestales immolabant, & Bonæ Deę sacrificaretur. Procul hęc testimonia, licèt magni momenti sint; percipe verba illa cælorum magistri, *Hæc quotiescunque feceritis*, id est, sacrificaueritis, quot, & quanta insumet, vt peccati imaginem deleat expressam in naturali facie, ad sui similitudinem efformatam: nam peccatum (inquit Nissenus[a]) binas facies in eodem subiecto depingit, vt assolent pictores aliquando. *Videre est* (inquit) *quasdam effigies, in quibus duplex est expressa forma singentibus artificibus geminas vultuum formas, quarum altera longè ab altera dissideat: nonnunquam enim ipsa ratio sic obbrutescit, vt ab affectione erga brutam partem victa, quod est in homine præstantissimum, vi deterioris obruat*; igitur in delendo primam, & in exprimendo secundam formam multum est operis.

Cap. 10. 9.

Heb. 1. 3. Difficile opus renouationis.

Exod. 29. 38.

Luc. 22. 19.

a Suprà. Simile.

6. Doctores prius renouandi quàm renouare incipiant.

Illud verò hanc imaginem diu, multúmque remoratur, scilicet in illorum opificum manibus expositam, quos oportet priùs arte pingere, formarique, rebus omnibus instrui, & ornari virtutibus, quas ipsi postea in imagine sunt expressuri: vtpote postea daturi imagini vitam, lucem, & viuos virtutum colores; illa etiam, quibus carent cæteræ imagines, quæ quidem sunt loqui, operari, ambulare, bona tribuere, & opere exequi. Hac de causa vocauit diuinus opifex illos seorsum, & dixit, *Vos estis sal terræ*; quia ego dico, vos estis; quod enim dico, hoc & facio. estis sal, & vita ipsius terræ; quia gratiæ estis administratores. *Vos estis lux*, vt illi, qui vobis benignas aures accommodarint, colorentur, & illustrentur natura filiorum lucis: at verò vt opera mea & statuæ, quas fingo, mortuæ non sint, vos priùs opere exequimini, quæ dicturi estis, & hoc docti exemplo cæteri, eadem vestigia sectantes verbis, & operibus splendebunt, *vt videant opera vestra bona.* Et qui verba operibus, & verbis opera confirmabit, hic egregius pictor, & simillimus, qui ea, quæ dixi, feci, & quæ feci, dixi, hic aptus erit ad formosam hanc imaginem renouandam, & illustrandam, quam ego formaui.

Matth. 5. 16.

Quòd si aliquid horum desit vobis, meis, inquam, instrumentis, opera gratiæ lente procedent, & manus meas retardabitis, quas ego huic operi perficiendo admoui.

Verùm cùm concionatores solummodo instrumenta sint, totum Christo tribuitur opus, & renouatio imaginis paternæ, cuius est ille character, & figura substantialis. Quare cùm dixit illis, *Vos estis sal terræ: sois la vida, el ser, y alma del mundo*; ideo affirmat, quia ipse gratiam illis tribuit, & quia ipse sal mundi fuit, & illos verbo suo quasi sale condiuit, & præseruauit. Nam quemadmodum, vt primùm aliquod animal interiit, corruptio, fœtor, vermes in illud quasi facto impetu irruunt: si verò statim sale conspergatur, non corrumpitur, aliter enim mox computrescit, nec prodest aliquid sal, teste Chrysostomo[a]; sal etenim occulta, & sibi innata virtute intima penetrat, & in partibus omnibus quasi imbibitur, animæ partes agit in odore, colore, & sapore conseruando: sic etiam abstulit Deus ab homine animam, & spiritum, quo vniuersa caro viuebat; *Non permanebit spiritus meus in homine, quoniam caro est.* Quid inde? *Omnis quippe caro corruperat viam suam.* Voluit illud sale condire; ad id verò quasi granum salis virum iustum Noemum reseruauit, & veluti renouandi orbis animam, & spiritum fecit: periit enim mundus, & corruptus est. Verùm tandem constituit ira Dei, ne terram etiam consumeret, ideo D. Petrus Damianus[b] Moysem salem regni Ægypti appellauit, quod quidem impio rege imperante non funditus euersum; quia Moyses ibi erat. Nonne sic Pharao est immanitate barbarus in operibus iniungendis iis, quos tu liberari mandaueras? nónne pertinax, & obduratus tantis editis miraculis? nónne fraudulentus, mendax, qui verbis non stetit, quæ legato tuo promiserat? éstne aliquis toto orbe peior? aliúsne futurus scelestior? ita. quis? idem quando egredietur Moyses, qui sal est: hoc enim quasi anima, & spiritu rex, & regnum respirauit sine corruptione. Verùm vt primùm exierit Moyses, agè mortalia cymbala concrepent: *doblad à muerto tocad à enterrar al Rey, hagase vn publico entierro de todos.* Sint pharetra currus, sepultura maria. *Currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare.* Dum Moyses fuit in Ægypto, propter Moysem pepercit Deus Pharaoni, & exercitui eius; postquam verò egressus est, currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare: sal verò istud, & vitam per Christum habemus, qui de sinu Patris, vt ait Hieronymus, saliuit in terras, vt corruptionem nostræ carnis detineret, & sustineret. *Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius in redemptionem, & in sustentatione Dei.* Dixerat desiderari salem: *Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum: no hay sal de gracia, que preserue de corrupcion al mundo desalmado.* In hoc autem venit Dei filius, ait Cardinalis Toletus[c], *in sustentationem Dei*, vt liquidum fieret tandiu tulisse Deum tantam peccatorum tabem vsque ad Verbi Dei aduentum; ideo fuisse, quia expectabat iustitiam, quæ manifestanda erat in hoc tempore, iustitia nempe Euangelij, quæ est per Christi fidem; *vt sit ipse iustus: en si sea sal: & iustificans eum: y pueda salar, y darnos gracia*; & vt pateat etiam hanc scilicet vitam imagini eius defuisse, & hæc Deus erat, à quo si vita non deriuatur,

Christus renouat.

Simile.

a In Matth. cap. 5.

Gen. 6. 3.

b Citatus in laurea Euãgelica.

Virtus animæ iusta.

1. Ioan. 4. 10.

Rom. 3. 26.

c In Epist. ad Rom.

riuatur, mortuum dicito orbem, & quemlibet hominum. *Attende ergo* (inquit Ambrosius) *non quales lacertos habeas, & possessiones, sed qualem animam; anima enim nostra ad imaginem Dei est, in hac totus est homo; quia sine hac nihil est, sed es terra, & in terram resolueris.*

8\. *Pater renouat.*

Secundò bono lumine indiget imago; igitur *vos estis lux mundi*, vt exprimatis imagines mihi simillimas, & lucis filios: nam oportet vos esse filios lucis dono gratiæ, & dignitatis, sicut ego naturâ lucem esse habeo. Propterea primum,
Gen. 1. 3. quod produxit, fuit lux, *fiat lux*: nam sicut Deus lux est, *quoniam Deus lux est*; cúmque omnis artifex nomen suum in calce vasis subscribit; sic Deus initio voluit opera sua notare, & insignire, vt diuina esse constaret, non in fine operis, sed in prima fronte lucem producendo, *fiat lux.* Obseruent omnes statim opus meum: *respecten desde luego mis obras*; *fiat lux*, vt eluceat illum fore simillimum, cui ego vel lucere fecero, vel in luce regenerauero. Ideo primò nomen meum do.
Simile. Peruenit cataphractus dux ad præsidium aliquod militum lustrandum, & antequam imperare incipiat, seipsum debet manifestare, apertâ paululum galeâ, sui quasi lucem præfert, quis sit, vel symbolum, tesserámve dat. Sic etiam, vt omnia supremi legislatoris præceptis obsecundarent, seipsum aperuit Deus lucem condendo, *fiat lux*; ego sum
Lucem amat Deus. auctor rerum harum, ego molitor omnium, hoc nomen meum; *quoniam Deus lux est.* Ideoque vt primùm procreatus à Deo fuit homo, patuit esse similitudinem diuinæ lucis, & vultum
Psalm. 4. 7. illius, qui lux est: *Signatum est super nos lumen vultus tui: no hay negar, que lleua esta imagen el nombre de su auctor, y el marco, y quilate*; vt illi, qui ministri sunt huius renouationis, & illi, qui renouati sunt, à suscepto opere non desistant, quousque filij lucis euadant, & id operibus confirment: *vt filij lucis ambulate; fructus autem lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate*, o-
Ephes. 5. 9. mnia diuinæ voluntati conformantes, *probantes, quod sit beneplacitum Deo, & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum.* Sit igitur in vobis trina lux, in ore veritas, in corde bonitas, in operibus iustitia.

9\. *Lux Deus luce sepsit hominem.*

Verùm cùm difficile sit hanc triplicem lucem alios aliis communicare, ille summus Dominus, qui vera lux est, & lux carne tecta, & verus sol est, sibi assumit opus illustrandi imaginem lucis splendore. Id, quod Bernardi oratio dixit [a]: *Repræsentemus ergo in nobis imaginem eius in appetitu pacis, in intuitu veritatis, & in amore charitatis.* Hanc lucem nobis tribuit, quando in illum oculorum aciem intendimus, & quando ipse, vt splendidissimus sol, & lux viua nos placidè intuetur; testatur altè, & obscurè Paulus, qui postquam affirmauerat nec legem, nec legislatorem antiquum potuisse filios lucis procreare; immo potiùs illo velo Mosaicæ faciei obcæcatos in obscuræ sapientiæ morte mansisse, addit: Contrà ve-
2. Cor. 3. 18. rò, *nos omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem.* Vide, quasi dicat, facilitatem, qua filios, hoc est, imagines lucis efficit Deus; vide etiam proprietatem: nam *speculari* hìc ab
Anselmus. *speculo* sumitur, vt notarunt Doctores. Ea ergo facilitate, qua species hominis resplendet in speculo, ea quidem in Christum transformamur, si eius adsumus contemplationi; & quod mirum est, *à claritate in claritatem: nos figura sin faltar facion, ni atributo; sicut pellem pro pelle, & gratiam pro gratia*, id est, omnem pellem, & omnem gratiam: ita hic *à claritate in claritatem* refundit in nos omnes suas perfectiones, sapientiam, potentiam, veritatem, lucem. Vel sensus est, ita in eandem Christi imaginem transformamur, vt simus non solùm filij Dei, sed ministri, in quibus Christi lumen effulgens filios Dei generet; vtramque verò gloriam Spiritus Domini in nobis efficit, tanquam à Domini Spiritu. Optimus quidem sensus; sed quia dixit *omnes*, fideles oportet intelligi hac ratione innouari ad imaginem Christi. Nam vt ceram croceam Soli oppositam radij solares mutato colore candidam reddunt, non alia ratione quam vna & altera claritate lumen & calorem in eam iaculando, quod Paulus dixit à claritate in claritatem; ita fideles omnino dissimiles, & primo parenti Adæ similes, iuxta Solis huius radios positi, iuxta virtutum splendorem, semel, & iterum hoc lumine perculsi in pristinum candorem, pulchritudinem, veritatem, sanctitatem, atque immortalitatem reuocantur. Quibus virtutibus maximè splendent, & quasi quidam Christi fiunt participatione. Quomodo fit hoc? à claritate in claritatem; & hæc in concionatoribus ex reflexione resultat: ita vt Paulus sine iactantia dixerit, *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.*

a Lib. de anima, seu in meditatio. de human. conditio.

Bern. Serm. 52. de quiete animi in contemplatione. Coniugum verò similitudinibus speculando non inuolui, angelicæ puritatis est. *Milagro es no conuertirse en carne el que trata con carnales, y siempre como espejo distante de ellos.*

Spiritus renouat.

Simile.

10\. Illud tandem tertium Dei imaginem desiderabat, operari videlicet, & illa facta patrare, quæ dignitas tantæ imaginis postulabat, quæ omnia ad Dei gloriam referri possint; *vt videant* Mat. 5. 16.
opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Hoc diuinum opus concionato- *Concionator.*
ribus demandauit; in quibus, vt primùm opera voce confirmata cernuntur, vt imagines viuæ ipsius Dei coluntur, & obseruantur, atque etiã Dij habentur: sicut euenisse legimus Paulo, & Barnabæ, cùm fidei conciones haberent apud eos, quibus lux nondum oborta fuerat veritatis: nam cùm ipsi eloquentiæ Deum venerarentur Mercurium; alium verò gestorum auctorem Iouem eximio cultu obseruarent: & illum tanta vi, & dicendi copia agentem, alium inaudita miracula patrantem viderent, statim illis cultum diuinum, & summam religionem exhibere voluerunt. Quod etiam Moysi contigit, quem Deus cùm sui vicariam dignitatem dedit, potestatem, & dignitatem diuinam non in loquendo (hoc enim Aaroni commisit) sed in operando constituit; & quando Aaron elocuturus fuit semel, Moyses dedit illi virgam miraculorum effectricem: nam verba sine operibus, & *Verba & opera.*
signis non rectè Deum repræsentant, nec eximio cultu, & adoratione diuina obseruanda sunt. Vnde manifestè videbimus eisdem illis rebus, quæ nos Dei imagines reddant, obstringi nos ad opera aggredienda excelsa, & diuina; noluit enim Deus aliquod sui simulacrum reperiri, quod Dagonis instar capite, manibúsque careret: nam cùm in summo fastigio dignitatis, & sublimiori gradu naturæ positus erat Deus, cùm ad ipsum gradum homines prouexit ratione, gratia, sapientia, felicitate, non timebat ipse futuram aliquam creaturam sibi similem. Igitur cùm ad tantam dignitatem euectus sis, tamquam proximus diuinæ naturæ humilem, & rusticanum

num animum in operibus exhibebis? hac te imagine cęterę creaturæ colunt, *Terror vester sit super cuncta animalia terræ*, ne dedignarentur stellæ homini inseruire, Angeli ministrare; ideo etiam lumine vultus sui insigniuit,& decorauit: manu ergo eadem, qua regium sigillum exhibes, opera contra regem tuum committes, & aduersùs conditorem tuum conspirando turpissima opera obsignabis. Hac imagine omnia bona sua tibi concessit, insuper autem te libertate donauit, vt disponas omnia: hanc verò libertatem tam altè, & tenaciter sigillo obsignauit, vt auferri nullo modo possit; in tuum ergo parentem optimum insurges,cuius imago es? in tuum Dominum, cuius stigmata in genis expressa gestas? contra tuum imperatorem, cuius stipendiis frueris? contra herum, cuius œconomus es? Positus es denique veluti spirans imago,& simulacrum naturæ, & virtutum illius, qui te formauit, qui solus te perficere potest exornando, & venustando per iustificationem, absoluendo per glorificationem. Vide ergo qualem te exhibes, vt in te pulchritudinem opificis laudent, & extollant, in te Deum agnoscant omnes in tua iustitia, diuinam in tua castitate Trinitatis puritatem, munditiam & splendorem venerentur, in tua tolerantia cælestem, & diuinam obseruent. Ad hoc natus es frater amantissime, hæc si non præstas, quid præstas, quid moliris, quid cogitas? Econtra verò si vitam scelerum notis infectam, & labefactatam traducis, dicis quodammodo in Deo peccatum esse, & ex in summa bonitas, & natura diuina obscuratur. Id probo; siquis in effigie egregiè delineata pulcherrimum principis næuum in fronte depingeret, aut maculam in facie exprimeret, hic manifestè diceret principem illum næuo notatum esse. Igitur quando peccati labes vitæ tuæ inuris, dicis vtique eadem macula notatum esse Deum, qua labefactatur Dei imago. Itaque omne peccatum est veluti blasphemia: nam blasphemia est auferre Deo id, quod habet, aut tribuere illi, quod non habet; igitur qui peccati maculam contrahit, næuo sceleris Dei imaginem fœdans, dicit in Deo reperiri maculam. *Propter vos nomen Dei blasphematur inter Gentes.* Et expressiùs Ezech. *Polluerunt nomen sanctum meum, cum diceretur de eis: Populus Domini iste est: este es el puello de Dios? mirad de que criados se sirue*; similis absque dubio illis Dominus est. *Populus Domini iste est, & de terra eius egressi sunt.* De hoc eodem crimine læsæ maiestatis accusatur Dauid, qui næuo illo suo, & peccato,næuum in Deo esse, facto suo dixisse videtur; *eo quòd blasphemare fecisti populum meum Israël.* Quare postea ex peccatore prædicator factus declamat, *Filij hominum vsquequo graui corde*, Hebraicè, *vsquequo gloriam meam ad ignominiam:* vsquequo filium Dei pedibus proteritis, & conculcatis, & sanguinem testamenti pollutum (hoc est, vulgarem) ducitis, in quo sanctificati estis? Exeat de tenebris, qui nobis facem præferat, vt nostram contemplemur pulchritudinem. *Deus* (ait Trismegistus) *in verbo sancto clamauit vos, quibus mentis portio concessa est, genus recognoscite vestrum, vestrámque naturam immortalem considerate.* Et hinc manauit illud Apollinis, *Nosce teipsum*, hoc est, generosos, & sublimes spiritus; & cogitatione suscipe, tuam venerandam immortalem Deiferam naturam in imagine contemplare, *honorémque diuinæ similitudinis, ad cuius formam creatus es* (vt ait Ambrosius [a]) *nobilitate morum, exercitio virtutum, dignitate meritorum habere contende, vt quando appareat qualis sis, tunc similis ei appareas, qui te mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabiliúsque in secundo reformauit.*

Gen. 9. 2. — II. Peccatum blasphemia est. — Rom. 2. 24. Cap. 3. 8. — Psal. 4. 3. — Dignitas hominis. — a Libello de dignitate conditionis humanæ.

A qua effectrice causa innouatio hominis veniat, & de mirabili seminis verbi Dei efficacitate.

PRÆLVDIVM III.

QVAMVIS diuersimodè loquuntur reges; verbum tamen illorum semper magnum aliquod Sacramentum reputatur,& præsefert regalem quamdam auctoritatē,vt colatur,& obseruetur. Quare ne mireris HOMO, si modò in manibus diuini Verbi te collocauero, & tuorum bonorum causam ipsum nuncupauero; loquitur enim Deus vt est omnipotens, *Virtutis Dei plena verba in salutem omni credenti*: vt probant effectus. Et primò rex cum ipso loquitur. Hoc modo locutus est Deus ipse secum in Verbo, vt ait Augustinus [b]: *Apud se semel Deus locutus est; quia vnum Verbum genuit Deus, in quo simul sunt omnia.* Secundò loquitur cùm per contignationes obscuras deambulat,& è vestigio iubet accendi faces, præstò sunt famuli, parent domino. Sic pingitur diuinum Verbum ad extra veniens, & dum terram videt tenebris obrutam, inanem, & vacuam, inquit: *Fiat lux*; mox faces accenduntur, sol, & luna pariter splenduerunt. Tertio modo loquuntur reges quando per epistolas iubent famulo, qui à manu, & à secretis est, vt ad alium, & alium regem epistolas mittat. Sic Verbum æternum imperauit, vt præscriptiones, & mandata, non iam regni sui finibus terminarentur, sed à Iudæa in gentes deferrentur. Quare in Babylonia, Tyro, & Israële per manus Prophetarum scriptum Verbum suum diuinum esse patefecit. Quartus modus loquendi amicorum est, illis fauendo: hoc autem fit inter priuatos parietes, sine arbitris, mentem bonam, bonaque consilia illis iniiciendo: id præstitit summus Rex cum familiaribus Samueli, Iacob, Ioseph, erga quos inspiratio sancta Verbi multum valuit. Tandem alloquitur filium suum rex, aut alium optimatem, quando illum delegat ad aliquod regnum suæ ditioni,potestatique subdendum; qui modus potentissimus est, si diuinum idioma consideras, quo tandem mundum alloqui dignatus est Deus. Hac ratione filio suo locutus est, teste Paulo, *Nouissimè locutus est nobis in filio*, verbum tanti ponderis, tantæ auctoritatis, vt Iobus postquam aures accommodauerat, cæteris verbis, cæteris (inquam) operibus inauditis summi Dei, ex hac rerum fluxarum concretione oculos auertens, & ad cælestia attollens, sacrosanctum Incarnationis opus intuens dixerit, *Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius*, hoc cælum, hoc mare, hæc multiplicia animalia iam visa sunt, *& cùm vix paruam stillam sermonis eius audierimus*, hoc est, & cùm nostras aures veluti ros matutinus, rosas, summo

I. Multiplex Dei loquendi modus. — Rom. 1. 16. — b In Psal. 61. — Gen. 1. 3. — Heb. 1. 2. — Iob 26. 14.

mo silentio hæc opera resperserint: *Encarnarse Dios fue con el silencio y secreto conque la mañana cirne & rocio sobre las rosas.* Nos tamen admiratione defixos, attonito similes tenent: *quis tandem poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?* Accipere, inquam, auribus, *Verbum caro factum est*, quis expectet? quis mente, & ingenio consequatur, vt illud valeat explicare? Vocat *tonitruum* opus maximè supra naturam, quod Deus hominis causa patraturus erat in terris, ita vt tonitruum sit vita Dei in terris; modus humanæ redemptionis, eius resurrectio, verbi mirabilis prædicatio, omnes Ecclesiæ euentus, Gentium conuersio, mundi finis, iustorum gloria, impiorum pœna, & fulmen istud à nube humanitatis missum, *Ite maledicti in ignem æternum*; quæ quidem antequam fierent, nulli ne in mentem quidem venerant: semel autem facta instar tonitrui improuisa vox humanum terruit genus, & in admirationem incredibilem raptus ait, *Quis poterit? vinò de repente, pasmò las gentes, y en los coracones de los mortales pusò pauor, y reuerentia*; & vt primùm sonuit, *Verbum caro factum est*, cælorum potestates prostrauit, hoc verbum potentissimos reges ad præsepe rapuit, sapientes ad ignorantiam, diuites ad paupertatem, ignaros ad sapientiam, pauperes ad veras diuitias, ciues ad vastas solitudines traxit, virginum agmina claustris conclusit. Ad mortem Martyres, Apostolos ad crucem, & tormenta vocauit efficax verbum, & quod præsefert Deum in eo contineri, *Omnipotens sermo tuus à regalibus sedibus venit. trahia vn Rey en el cuerpo quando vino en palabra.* Quintò denique rex loquitur, iura scilicet, legésque dando, cùm videlicet ad condendas leges sedet in senatu, in splédido, & magnifico solio regis, insignibus ornatus, & publica voce præconis lex & statuta vulgantur. Sic in Thabore locutus est Pater inito ibi concilio illo summi status Christum verũ Principem antiqua, & noua lege, sacramento confirmante, & tanti magisterij fidem imperante sonora buccinæ voce proponi. Cuius fidei vim quis explicet, quanta fuerit potentia, ait Clemens Alexandrinus [a], tot hominum mentes, & ingenia vnius fidei subdere obsequio, & id verum efficere verbo, quod figmenta Poëtarum Orpheo quondam tribuebant, mores licèt barbaros, atque efferatos non modò Christiana pietate fuisse mansuefactos, sed in alios propè cælestes, ac diuinos penitùs immutatos? Quare inquit Paulus, *Obedistis autem in eandem formam doctrinæ, in quam traditi estis*; & recentes legunt, *in quam traducti estis.* vel cum Theophylacto, *à Deo producti estis: trocados del todo de piedras en hombres, vt scilicet iusti habeamini.* Tres alios loquendi modos affert Eliud, *Semel, inquiens, loquitur Deus; & secundò idipsum non repetit.* Audi Iob, qua spe innixus in arenam descendere cum Deo vis, qui propter incredibilem naturæ præstantiam nequaquam obstringitur sui, aut suarum rerum reddere rationem, nec si ipse redderet, tu perciperes: tuam enim ingenij aciem prætervolant; quid? *non ad omnia verba respondebit tibi*, id est, *todas sus palabras no hablara, esto es no dara cuenta de sus obras.* Quare insanæ mentis est proculdubio iudicia illius velle inuestigare. Mox addit: *Semel loquitur Deus, & secundo idipsum non repetit:* Hebræi, *En vna hablara Dios, y en dos nomirara à ella.* quasi dicat, verba Dei desideras, nonne semel iterum, atque iterum loquitur vnicuique mortalium? Ter loquitur Deus, semel, & secundò, hoc est, bis, enumerat tres modos (quos alibi expendam) aut inter somnia, & per inspirationem, aut morbis, & doloribus, aut denique concionatoribus; & tamen homo aliò diuertet: *nomirarà à ella, a esotra puerta:* non attendet nec ad prima, nec ad tertia monita. *Si fuerit* (inquit) *pro eo Angelus loquens*, Tigurina, *si obtigerit ei: si tal ventura tuuiere*; vt vir adeò eloquens vnus de mille, electus ex millibus, sermone claro, & elegante, quod æquum, & honestum sit, admoneat, & illius mentem doctrinæ radiis illustret, ita vt ad seipsum reuocet, & voluntas virtutis amore allecta renouetur. Hæc, quam Eliud vltimam vocat diligentiam, beneficiorum summum, & quasi non plus vltra potentiæ diuini verbi, tibi ô mi Homo, felici sorte obtingit experienda, verba Dei diuinam in se efficacitatem continere, & semel ori mortali concessa vim hominis renouandi nullo obsistente habere. Sed iam mitto verba, vt exemplis dicta confirmem.

2. (margin, beside "tueri? Accipere")

Sap. 18. 15.

a In exhortatione ad Gentes.

Rom. 6. 17.

3.

Iob 33. 14.

Primus inimicus verbi Dei, & in quo superando vim suam ostendit, est *via*; *aliud cecidit secus viam.* Homines, inquit Chrysostomus [a], otio dediti, ignaui, ad nefas omne parati, qui si inuitant ad ludendum, eamus, inquiunt, ad comœdias: *como los bienes mostrencos, que dize el Español, y la ley, que son delque primero los encuentra: bona cuilibet obuia, quæ primi occupantis sunt.* Hi verò *via* ex euentu vocantur: euenit enim, vt verbum Dei recipiant, verùm ignauia, & socordia aditum aperiunt, vt accedat diabolus in auibus significatus, qui diuini verbi semen eripit. & inquit, *venit*, nam dum verbum Dei in te manet, domus animæ non inanis, non vacua, sed bonis abundans est: si verò ipse perniciem aliquam illaturus est, opus est venire; cur verò aduentu suo voti compos euadat, id Dominus per Matthæum testatur; verbum enim Dei accipiunt, sed illud non percipiunt. Omnis (inquit Toletus [b]) qui audit, non intelligit, id est, non assequitur tale verbum, non est hominum, sed Dei verbum. *O no creen, o no le respectan como palabra de Dios.* Itaque damnum horum hominum est, quòd verbum Dei audiunt sine vlla distinctione, aut discretione facta à verbo hominum. 4.

Pugnat verbum contra otio deditos, &c.

Luc. 8. 5.

a Hom. 45. in Matth.

b Luc. 8. annot. 25.

Agè diuinum verbum, fac, vt vis, & potentia tua victrix semper, valdéque ab humana distincta perspiciatur. Vt mundi opifex (inquit Isidorus [c]) verbum istud, quod in ore resonat nostro, diuinum esse patefaceret; primùm voluit in ore hominum infirmorum, & humilium collocare, vt mirabiles verbi effectus orbis totus prospectans acclamaret: Hi homines sunt, & imbecilles; hoc autem verbum omnino diuinum est. Hæc est causa, cur non ministros suos constituit inuictos, & infractos Romanos, non Athenienses scientiis omnibus informatos, non oratoria laude præclaros: volebat enim sine mixtione huius medicinæ vim incredibilem experiri, & hæc seorsum semina hominum mandare telluri. Sicut cùm virgo aliqua, quæ flores seminat, dubitat de natura huius, & illius seminis, ad hoc distinctè percipiendum, hoc in illo vase, aliud in alio seminat, vt primùm nasci cœperint, videbimus quid vnumquodque sit. Si Christus Dominus verbi diuini semina inter arma 5.

Efficacitas verbi.

c De summo bono lib. 3. c. 13.

Digitized by Google

ma Romani imperij sparsisset, cresceretque inter gladios, & militum armatas acies, mortales, proculdubio, orbis vniuersi conuersionem armis tribuissent. Si inter Athenarum Philosophos litteris, si inter Tullios, & Hortensios, verborum elegantiæ victoriam falsò ascripsissent: non igitur ita fiet, sed semen mandabimus fractis, & apertis Iudæorum testis fictilibus, nec sapientiæ laude illustres erunt, nec viribus, & armis potentes, nec eloquentia præstabunt, vt cùm Christi crux victrix euadat, fides imperatrix, Ecclesia orbis regina, mundus subiugatus, clament omnes: Virtus Dei est, eloquia sacra

a Ibidem.

(inquit Isidorus [a]) exteriùs incompta, verbis apparent, intrinsecus autem mysteriorum sapientia fulgent: vnde & Apostolus,

2. Cor. 4. 7.

Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus; & ita, inquit, Spiritus sanctus excogitauit, vt illud semen seorsim seminarent. Ideo enim libri sancti simplici sermone conscripti sunt, vt non in sapientia Verbi, sed in ostensione Spiritus homines ad fidem perducerentur: nam si Dialectici acuminis versutia, aut Rhetoricæ artis eloquentia editi essent; nequaquam putaretur fides Christi in Dei virtute, sed in eloquentiæ humanæ argumentis consistere, nec quemquam crederemus ad fidem diuino spiramine prouocari, sed potiùs verborum calliditate seduci. Propterea illos imbecilles, debiles extrinsecus, elegit, cùm internam illis ad patranda miracula virtutem communicauerit, vt intelligerent vim verbi in semine esse, non in Paulo, aut in Apolline; &

Ephes. 1. 13.

hoc est, quod inquit Paulus, *Cùm audissetis verbum auditus Dei; accepistis illud, non vt verbum hominum, sed sicut est verè verbum Dei.* Vnde qui non attenderunt miracula, mirabilésque verbi effectus, non intellexerunt verbum esse Dei: vt autem intelligerent, effecit, vt verbum esset efficax, ipsi verò imbecilles. Conceptus est iste

b Hom. 1. ad Populum.

Magni Chrysostomi [b], posuisse verba sua in ore imbecillorum hominum, vt diuina esse crederentur.

2. Cor. 12. 9.

Sufficit tibi, ò Paule, *gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Tunc* (inquit) *mea potentia demonstratur, quando vos in imbecillitate estis, & per vos, qui videmini esse debiles, prædicationis verbum augetur, & vbique dispergitur. Quando igitur in carcerem innumeris susceptus verberibus deductus fuit, carceris custodem vinxit. Cernis quomodo ipsius virtus in infirmitate perficitur? remane vinctus, & commoueantur parietes vndique, & soluantur compediti, vt magis virtus mea euidens sit, dum per te constrictum, & colligatum omnes vincli soluuntur*; hoc enim verba sua Dei esse demonstrat. Callidus tamen hostis satanas quantum

Act. 3.

potuit conatus est, vt illic (Lystris videlicet) tanquam Deos colerent Paulum, & Barnabam. Quid intendunt aues istæ? inducere in illorum animos, Paulum, & Barnabam esse Deos, vt vnici Dei, quem ipsi prædicabant, fidem, & cultum extinguerent. Percommodè autem Spiritus sanctus seorsim dedit Paulo, vt miracula patret; non verò ita eleganter eloquatur. Barnabas verò omnium animos vt variè delectet, impellat, inflammet; miracula verò non tanta edat. *Ideo* (inquit Chrysostomus) *permisit eos Deus continuè pelli, flagellari, in varios incidere morbos, vt nimia corporis imbecillitas persuaderet, quòd homines erant, nihilque de suo afferebant, sed nuda gratia per illos operebatur: agora si, que se vera a solas, y depursi la fuerça dela palabra de Dios.*

Habeo tamen, pace tua Domine, quid tibi obiiciam, si verbum fructus non affert, quia 6.
hoc hominum genus illud non capit, aut si capit, infensissimus hostis quasi auis semina rapit, cùm hæc non fiant illorum culpa; quare tu hæc illis vitio vertis? cur igitur damnantur? Sed quis tam amens audeat affirmare diuinum verbum non capere, crimen non esse? nónne in culpa est ille, qui acie pollens oculorum in media luce cæcutit, & solem non videt? Cùm igitur verbum Dei conceptum animo retinere beatitudo quædam sit, *& qui tenuerit eam, beatus*, &

Prou. 3. 18.

sole splendidior fit; sic oscitantem suscipere, & sinere, vt rapiat dæmon, qua ratione culpæ non dabitur? nam licèt verum sit diabolum esse, qui damnum hoc inferat; verùm tua manu aditus illi aperitur, & pessimis cogitationibus, vt Isaias describit:

Isai. 51. 23. *Mala otiosi animi.*

Dixerunt animæ tuæ: Incuruare, vt transeamus: & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus. Sacra pagina huiusmodi animas cauponæ patenti omnibus viatoribus, hoc est, cogitationibus comparat. Dauidi regi Nathan Propheta parabolam illam proposuit ouis vnicæ à pastore dilectæ, alter verò cùm multas haberet, hospitem quendam conuiuio recipiens alienam rapuit, quid meretur? Reus est mortis. tu es iste ô rex, sit ita. Verùm poterat rogare Dauid, quando ego hospitem habui? Percommodè rogas rex, ea die, qua turpis illa cogitatio animum tuum inuasit, animam tuam veluti cauponam inuenit, ad illa sese collegit, & id, quod placuit ante oculos tuos, proposuit, hæc tibi fatalem calamitatem importauit; quia otiantem domum inuenit: vnde Chrysostomus [a],

a In Matth. 21. hom. 40. tom. 2. *Quo pacto perit ab anima sanctum Dei verbum.*

Definitio amoris hæc est, animæ vacantis passio: nam occupatio virilium solicitudinum suggestionem voluptates plurimùm excludit; vnde proprium est hoc adolescentium nihil agentium. Cogitationes enim sunt veluti mulieres illæ, quæ amphoram portare visæ sunt à Zacharia, &

Zach. 5. 9.

in ipsa iniquitas delitescebat. Operto ore, ingenti plumbi pondere, iuxta culpæ mensuram: nam culpa, & pœna sæpius ab ipsis cogitationibus pendet. *Ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum; alæ verò erant quasi miluui:* nam turpis cogitatio sensim blandiendo animum titillat, audacia pulsat, vt postea facto impetu irruat, *y como milano se buelue al regosto*: regustare tentat pertinacissimè. Si verò timor Domini has rapaces aues non fugat, ex timidis miluis accipitres audaces, & humipetæ rapidi furentes fiunt; sic Græci legunt, *habebant alas quasi herodij.* Verùm quando audacia, & insolentia armati voti compotes non euadunt, fictam speciem vpupæ ferunt; quare secundùm Septuaginta: *habebant alas quasi vpupæ: la abubilla.* Hæc auis versicoloribus ornata pennis, & distincta gratissimam præbet speciem; verùm infimæ naturæ est, & sordes amat, ad stabula, & stercora celerrimè peruolat pupu, cautu exprimendo, vbi? quando? O calamitatem non ferendam! iam misera anima nihil tale sentiens, libens tamen, & volans in consensum cogitationis se coniecit. Hoc permittit Deus huiusmodi hominibus, vt miseri cadant, vt saltem strepitu, graui somno excitentur, & expergiscantur.

Sap. 1. 5.

Spiritus disciplinæ effugiet fictum; euolat almi spiritus columba, *& aufert se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu*: prosilit enim ex nido fœdarum cogitationum, scorpiones videns, *& corripietur à superueniente*

niente iniquitate, abrirà los ojos con la culpa. Me miserum, peccaui, temerè feci, graue sceleris maculam contraxi: quid restat faciendum? Abraham imitare; abigebat volucres Abraham: *hojear essas aues con el temor de Dios*; & in cordis arcanis verbum diuinum conseruare expedit, quod S. Thomas [a] vocat beneficium verum, aut sacrum amuletum in intimis cordis penetralibus recondere, ne pecces, vt inquit regius Vates, in corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.

a 2.2. q. 96. art. 4.

7. *Vincit lapidea corda verbum.*

Secundo loco nobis aduersantur lapides, qui quidem deliciæ sunt, & carnis oblectamenta, verbo Dei inimica, turpitudo, auaritia, cupiditas, ignauia, & tepiditas, atque durities. *Et noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentes, & cor suum posuerunt, vt adamantem.* Sanctus Irenæus [b]: *Hi (inquit) homines sunt brutorum more bibentes.* Iam nec verbis, nec verberibus stimulantur, obcalluerunt iam, & illorum ferrea pectora, & adamantina corda nullis verbi diuini ictibus franguntur, aut emolliuntur: perstant in impudentia, immoti manent veluti Marpesia cautes. huiusmodi homines in vltimas terras exportentur, exulent ab Ecclesia. Ideo delinquentes in Ecclesia, proiiciuntur de terra confessionis: frustrà enim laboramus, etiamsi illis atrocissima inferorum supplicia miniteris; licèt ipse D. Paulus cælo lapsus concionetur, & habeat orationem de ipso extremo orbis terræ iudicio, quod alij leui facta mentione tota mente horrent, & contremiscunt, & fractis animis, & vitiorum debilitatis viribus peccata deserunt. Hæc itaque virtus terrorem non incutit auribus illius lasciui iuuenis, aut auari, quem auri cupido semel accepit. Perpendite ad hoc noua mentis acie factum illud Præsidis Felicis, qui cùm audiret Paulum de iudicio Dei disserentem, vexatus angustia tremere cœpit, & percommodum esse iudicauit, vt concionis illa molestia solueretur, misit Paulum, illum ad priuatum colloquium vocans, & disserente tanto concionatore, & de extremo die; tunc iste auri cupiditate raptus cogitabat, an forsan huic concionatori sit aliqua pecunia; & solus Apostolum alloqui expetebat, sperans se aliquid ab eo pecuniç extorturum. O peccator, blandas aures quidē habes, cor autem ferreum, & adamantinum; cum adamantibus mihi pugnandum est? ita. *O arduum munus* (inquit Chrysostomus [c]) *cum lapidibus ipsis pugnare. Attamen opus iam ipsum aggrediamur. Audite lapides; quantum enim potero, voce contendam, vt audiatis, quid iactatis, nec Dei voce flectendos, aut emolliendos esse. Nec sic quidem desistemus apud vos, quod rectum est, consulere, quandoquidem & aquarum venæ, & si nullus veniat aquatum, manant tamen, & fontes quamuis hauriat nemo, tamen scatebras emittunt; & amnes etiamsi nemo bibat, nihilo secius fluunt; sic oportet & illum, qui concionatur, quamuis nullus auscultet; tamen præstare quid quod in ipso situm est.* Vide, quia lapides sunt, parùm interest: ait enim Deus; *Nónne verba mea quasi ignis, & quasi malleus conterens petras?* priùs diuini amoris incendio conflagrabunt; postea primo mallei ictu soluentur in puluerem. Dicetis tamen, bene seipsum consolari vult concionator: apage; *non hæc loquor mei consolandi, deliniendive gratia: nam meo quidem ipsius animo persuasi quoad spirauero hoc implere ministerium. Desine monere, nolunt tibi auscultare; immo cum risu dicebant, scilicet omnino persuasi sunt? nemo prorsus*

Zachar. 7. 12.

b Lib. 4. cap. 31. & 70.

Actor. 24. 26.

c Serm. de Lazaro tom. 2.

Efficacitas verbi in obstinatos.

Ierem. 23. 29.

8.

cauponam ingressus est? omnes sobrij sunt redditi? Quid ais, homo? videlicet istud polliciti sumus nos vno die omnes illos reti capturos? nam si decem modò persuasi fuerint, si quinque tantùm, si vnus, nónne hoc nobis sufficit ad consolationem? Præterea etiam in corde semen verbi Dei deferunt, quòd licèt lapides sint, illos in filios Abrahæ conuertet. Vidistíne aliquando passerculum, qui alios in ficulnea exultantes audit, saltitat, celer ficui insidet maturiori, vtrumque latus rostro aperit, dulcia, & mellita viscera vorat, quousque totum rostrum, oculos, capútque immittit intra ficum, postea lætus, & alacer euolat ad inaccessam rupem, vel arcem altissimam, ibi rostrum exacuit, extergit, contingit verò in rostro secum deferre minuta ficus grana, quæ quidem intra arcis, aut rupis lapides disperguntur, mox adueniente pluuia humida redduntur saxa; horrido, & duro gremio fouetur semen, ficus enascitur in summo vastæ rupis fastigio, altas agit radices, penetrat intima saxa, firmatur, patulis diffunditur ramis. Admiratione defixi homines obstupescunt inscij, & ignari, quis in tam vasto, & inculto loco ficum plantauerit? O incredibilem vim, inauditámque potentiam verbi diuini! patet enim in te diuinam inuolui virtutem: nam aliquando nihil tale cogitans Christianus orator è rostro, veluti ex ore verbum aliquod profert, inter petras obdurati alicuius hominis cadit, aut sceleratæ Magdalenæ, soluitur in lacrymas, pellit à se mundi amorem, repudiat futilia hominum verba, atque sententias, restituit aliena, propria pauperibus larga manu tribuit, hæc mundi delicias, & carnis oblectamenta respuit, mundum muliebrem, calamistratos capillos, vestes aureas aspernatur; parentum domo nuncium remittit, ad monasterij septa confugit, ibi altissimas agit radices, fit solidus, & ingens sanctæ vitæ truncus, virtutum firmitate, folia, florésque erumpunt spiritualium gaudiorum fructus copiosissimi. In admirationem rapiuntur omnes, qui illos intuentur. Quis nobilissimum ciuem in vasta solitudine plantauit? Quis lectissimam virginem deliciis affluentem in horridis, & asperis montibus collocauit? illam, quæ inter delicatas, & blandas vestes, inter chirothecas, & suffitus omni circumfluens voluptate degebat; quis? tu diuini verbi virtus, triumphatrix etiam durissimarum petrarum; quia *in te virtus Dei est in salutem omni credenti.*

Simile.

Virtus verbi Dei.

9. *Spinas diuitum superat verbum.*

Restat adhuc spinas excutiamus, quæ quidem in cordibus distractis fluxarum rerum curis, verbi Dei mortem intentant: hi enim dum in negotiis solicitudinem omnem, & cogitationes defigunt, pacem, & quietem in summa perturbatione, & turbulenta tempestate positam habent, id vnum pungit illos, & exagitat, quod ait Oseas. Ephraim seipsum alloquitur: *Verumtamen diues effectus sum, inueni idolum mibi*; derelinquat me Deus: non enim illius ope, aut opera indigeo, mea me diligentia, & industria diuitem, & locupletem constituit, non Deus. Ita habent Hebræi: *contingit mihi ditescere.* Septuaginta rationem reddunt; *inueni requiem mibi: hè hallado vn Dios, que me da libertad de conciencia.* Et quis est iste Deus? Diuitiæ, ideo alij legunt, *inueni vim mibi*, id est, auri multitudinem: *esto es lo que me pica, aqui estan todos mis cuidados.* Videtur Propheta aures præbuisse, & irridendo dixisse, vt explicat Carthusianus: *Si*

Cap. 12. 8.

B *Galaad*

by Goo

Galaad idolum, ergo frustrà erant in Galgal bobus immolantes. Si qui habitant Galaad terram opimam, diuitias quasi idolum venerantur; ergo frustra hi, qui in Galgalis sunt, alios deos venerantur: quis enim non videat horum amorem & cultum in diuitiis esse positum, & mentes in auro, & argento esse defixas? Sacras imagines, altaria remouete, scindite pulpita, ne erga istos defatigemini, templa isti adeunt consuetudine ducti, adsunt corporibus, non mente, non animo; corda in diuitiis posita non sinunt illos paululum quiescere, *inueni vim mibi.* Id notauit D.Basilius [a] in Soliloquio illo diuitis epulonis: *Anima mea comede, bibe, & epulare.* Non dixit animæ suæ, vt dulces caperet somnos: quies enim illis nulla conceditur, quibus inter spinas viuere charum est. Quis enim eorum, quæ mundi sunt, sollicitus, séque immergens multimodæ distractioni carnis, attendere possit verbis Dei? Nónne vides, quòd in spinas delapsum verbum à spinis suffocatur? Eia diuina vox, si aliqua medicina tantis horum hominum malis restat, si vis in te est ad has spinas comburendas. Ita, respondet Chrysostomus [b]; librum aperi, lege, Dei verbum audi: licèt enim te vxor prouocet, filius contristet, hostis inuideat, amicus, & vicinus insectetur, & commilito supplantet, & iudex minetur, & paupertas sit molesta, & domesticorum amissio luctum adferat, & prosperitas inflet, & aduersitas contrahat, vnde necesse ex Scripturis armaturam sumere; munire te docet verbi Dei flamma, & vide, quid efficiat mirabilis eius virtus.

a In Psal. 45. Hoc idem Greg. lib. 1. moral. c. 4.

b 1. Tom. concione 3. de Lazaro.

10. Quid obstinatius Iudæo? quis à Dei adoptione remotior? Vide tamen, vt vidit Ioannes venientes ad se ait, *Progenies viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira?* Ne hoc maledictum putes (inquit Chrysologus [c]) sed veritatem. *No es maldicion, si no que en hecho de verdad en vn punto de hijos de viuoras, vió que nacieron hijos de Dios*; vipera enim, quæ conceptus sui tempore intra os suum caput coniugis refertur abscindere, dignè parit filios carnifices sui sceleris: matris namque vterum viperæ dicuntur excindere. Vides in vipera Synagogam, vides sponsi Christi inter amplexus, & oscula caput expetere, sanguinem postulare, *Crucifige, crucifige*: vides pignora, hoc est, filios, sanguine concepta. Potéstne esse salus filiis sic conceptis? O mira verbi Dei virtus! ideo miratur Ioannes, dum videt sola Dei voce, & verbo eius repentè ex progenie viperina ad diuinam filiationem transire, vt disrupto Synagogæ vtero ad vocem Ioannis concurrerent, & regenerarentur ad Dei progeniem. Hoc demiratus est. Quis ostendit vobis solo verbo Dei, & voce à ventre vipereo ad vbera gratiæ venire? Nec minus mirabile est, quod refertur *Actuum* 5. ad Principem Apostolorum Ananias intrauit, & diuitiarum idolum domi relinquebat, cui Petrus: *Non es mentitus hominibus, sed Deo*; putant enim isti sæculi negotiatores confessarium fallere, sed falluntur ipsi. Tunc Petrus ex ore suo verbum emittit, coruscantis fulminis instar, quod quidem lucet, ardet, comburit, occidit, & ita fuit radianti lumine plenum, vt testetur Origenes [d]: *Cruciatus in se à Deo est, compunctus, vt etiam expirauerit verbis sancti Petri catechizantibus animam eius*; ea enim oborta luce, qua graue commissum scelus agnouit, eadem percullsus dolore patrati criminis spiritus intercludente, mortuus est, & idem verbum, quod catechizauit, & illustrauit mentem, idem ipsum felicissima morte beauit: vt si his verbis barbarum Turcam vellem informare, *Christus est verus Deus*, & vt primùm ipse audiret, crederet, & ingenti terrore perculsus de Dei benignitate gloriosa morte decumberet; quis posset huic effectui verbi Dei comparari? Idem igitur præstitit verbum Petri. Sed quare, obsecro, mortem Ananiæ & conuersionem coniunxit, & conuersioni subita mors subsecuta est? cur? Quia si numati homines statim eisdem diuitiarum laqueis irretiuntur, verbum Dei suffocantes, aptum remedium est, mortem illorum domibus, quasi ignem immittere, *subtus gloriam eius ardebit succensa combustio ignis*; lingua enim ignis aptissima loquela est sentibus, & spinis. Digna Chrysostomo [a] cogitatio, & descriptio. Nónne verba mea quasi ignis, aiebat Deus, ipsa vtique patefacient, quàm vanæ diuitiæ sint. Quando patebit? In diuitis morte. Videre est nemus aliquod spinetis, & vepribus horridum, quod cùm intuetur agricola, quot, inquit, serpentes, quot animalcula in istis cuniculis latent: bene est, nullam vtilitatem spinæ important, terram occupant; agè, succindantur, flammam iniicit, recipit se, vt videat, quomodo venenata animalcula flammæ crepitantis ardore compulsa prosiliunt. Inde versicolor lacertus, hinc sibilans anguis erumpit, illic celer cuniculus saltitat. Quid cogitatis (inquit Chrysostomus) domum diuitis esse, nisi vepretum, aut spinetum, quod fœcundiori terræ dominatur, quod pungit transeuntes, stipendia famulorum sibi reseruat, velleribus pauperum ditescit, erecto collo, elato supercilio, neminem præter se hominem putat, pungit verbis, lacerat iniuriis, totus ipse conflatus spinis. Te expecto, cùm ad supremas fati lineas fueris admotus, aut cùm Dei verbum in te veluti in Balthasarem impetum fecerit, cùm inquiet Dominus: *Crememus ergo spinas diuitiarum.* Eia mors hunc diuitem aggredere, flammam iniice febris ardentis; ecce scortum egreditur inde, & nothus, hinc male partæ diuitiæ, æs alienum, furta commissa. *Hic mihi considera mensas argento circuntectas, lectos, tapetia, ornamenta, quæ tota in domo sunt, omnia vnguenta, aromata, vini meri copiam, eduliorum varietates, ciborum delicias, coquos, adulatores, ac reliquam vniuersam pompam, strepitúmque extinctum, marcidúmque factum, vbique cinis, vbique fauilla, & puluis, lamenta, luctus, nemine succurrente. Verè omnis caro fœnum: sed verbum Domini manet in æternum.* Solum verbum permanet, vincit, & triumphat; *virtus enim Dei est in salutem.*

c Ser. 137. de Bapt. prædicatione.

Act. 5. 4.

d Hom. 8. super Matthæum.

Isai. 10. 16.

a Hom. 2. concione 2. de Lazaro post medium.

Simil.

Mors diuitis.

Verbi potestas.

Verùm si diuinum verbum fortissimos quosque, adamantinos, obduratos vincit, flectit, emollit, quid in mansuetis cordibus aget? quid in illis, qui sunt facilis, & aptæ naturæ? Si ex petris, ex spinis, ex incultis viis fructus colligit, quos, & quantos ex oblimato, emollitóque solo accipiet? quod in corde bono, & optimo suscipit verbum, ex his vberrimos fructus percipit in patientia significatos; *& fructum afferunt in patientia.* Hanc diuini verbi vim, & potentiam prænunciauit Isaias: *Et percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium.* Virga correptionem significat; significat ergo his verbis quid spiritus fortitudinis in Christo esset

11. Blanda sed efficax verbi Dei virtus.

Cap. 11. 4.

esset patraturus, percutiendam videlicet esse terram, & impios sermonis libertate esse percutiendos; quia terrenorum hominum vitijs non parcet illa vox diuino halitu animata, acriter obiurgans, & verberans sceleratos. Hoc igitur armatus ense descende Domine in pugnam, bene cinctus procedis, *erit iustitia cingulum renum eius: Saldrà acompañado de ministros santos, y predicadores justos.* Et quis finis belli? quis scopus? quis prælij futurus euentus? quæ tormenta bellica? qui sulphureus puluis? qui gladij parantur in bellum? Respondet: *Habitabit lupus cum agno*; illos mansuefaciam, omnia æquo animo ferent; quibus armis? *Puer paruulus minabit eos*; verbum meum carne tegam, gloriam meam nuditate operiam, summam maiestatem in præsepio veluti in regia sede collocabo, & inde quid aliud erit necessarium, nisi lacrymari; quod verbum potentius? ad tantam humanitatem quæ non deprimetur potentia? quæ non mansuescet crudelitas? quæ denique saxea durities non patietur fingi se ad quamcumque naturam velit, ad tam dulcis pastoris vocem, ad tam humani regis imperium? Nam si Deus, qui antea sæuissimus leo erat, cuius feroci rugitu orbis vniuersus contremiscebat; sic, inquam, agnus est factus, & inter agnos versatur, vt homines ferocitate leones, rapacitate lupi, veneno, atque versutia serpentes, naturam iam meditentur agnorum, & cum ipsis libenter, atque iucundè viuant? Hæc de causa mirati homines tam nouum seminandi genus sanguinis, lacrymarum, concionum, veritatis, & vitæ. Quid hoc est? *quod exprobrauerunt tibi Domine, quod exprobrauerunt commutationē Christi tui. Que fruto pudo cojer quien hà muerto entre ladrones, de sementera de lagrimas, y sangre?* Hæc est mundi stultitia vim diuini verbi prorsus ignorantis, quo animæ excusso durissimo peccati iugo in libertatem asseruntur, ex deliciarum laqueis eripiuntur.

Semen spargens.

Ps. 88. 52.

12. Testetur id delicatior, ditior, & pulchrior omnibus sponsa cælestis, num in Canticis diu, multùmque rogata fuit? (*Que las señoras nobles no salian a qualquiera requesta, ni dauan ventana à qualquiera musica, o seña.*) Accidit igitur sanctissimam sponsam non solùm è lecto surrexisse postea, & ex cubiculo prodiisse: verùm etiam ex domo exiisse, & reserando fores per vicos citatis passibus, amore stimulante cucurrisse, & forsan discalceatam, & vix indutam rapuit illam vis diuini amoris. Res inaudita hæc est, flagitat reuera, vt ratio cumulatissima reddatur. Itáne est, vt comitissa, aut regis lectissima filia discalceata incedat, diuitiis abundans saccum induat cilicinum? Domina charissimis parentibus valedicat? Illustris maiorum sanguine intra priuatos inclusa parietes septis angustis monasterij augustissima teneatur? Nouum, & magnum quid est; huius rei causam attingamus: fateatur ipsa ingennè, *vox dilecti mei pulsantis*; me vocauit pro foribus stans, & voce, pessulique stridore somno me excitauit dilectus meus. Quam aliam causam audire vultis? Si verò aliquantisper me continui, adhuc minimè voce contendebat: verùm quando intenta voce dixit; *quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium*: quando illius vigilantiam animaduerti, & humido rore madidos capillos vidi, quando conantem aperire fores sensi, tot, tantósque labores mei amore tolerantem, *venter meus contremuit, ad tactum*

Cant. 5. 2.

eius animum meum reseraui. Septuaginta, super ipsum cor meum loco suo dimotum fuit, ea verba intima pectoris arcana penetrarunt; vt primùm auribus accepi, Deum vexari laboribus, *surrexi, vt aperirem.* Siste diuina sponsa, ne nudis pedibus insistas, domestici tui omnes lacrymabuntur; vide, quid agas, crucem petis? Nihil interest, illuc rapior, vbi meus amor alloquitur, nónne huius dulcis, & mellitæ vocis sono cera cordis mei liquefacienda? O viuum, & efficax verbum! illius verbis te alloquar, quibus te tam dignè alloquutus est tuus ille præco Nazianzenus [a]. *O verbum, quod tenebras depulit, lucem produxit, terram firmauit, cælum ternauit, stellas constituit, aërem sparsit, mari limites imposuit, fluuios traxit, animantes vita, atque anima donauit, hominem ad formam suam effinxit, ornatum omnibus rebus attulit. Habeo tecum, nanciscor, & eò adducor, vt non verborum tantùm superficiem spectem, sed vlteriùs progrediar à lumine lumen inueniens, corpore pungor, templúmque Dei capax efficior, atque instrumentum musicum à spiritu pulsatum, diuinámque gloriam, & potentiam decantans, hoc reconcinnor, & componor, & in alium virum migro, diuinitúsque immutor.* Est enim in te virtus in salutem omni credenti. Amen.

Verbi Dei laus, & virtus mirabilis.

a Oratione 4. contra Iulian. & oratione in laudem Basilij.

In quem finem tendat, & cuius gratia factus Dei Homo? Verbo duce, & luce, iter ad finem suum facilius tutiúsque quàm primò peragendum impellitur.

PRÆLVDIVM IV.

1. ACcinge te, nobilis creatura, para te in viam patriæ, peregrine cælestis, aptatis etiam vtrique pedi calcaribus: necessariò enim hoc iter agendum est verbo Dei duce, longè præstantiori Angelo Tobiæ, cuius finis est tuum consequi finem; qui quidem in eo positus est, vt Dei Opt. Max. iucundissimo conspectu ad omnes æternitates perfruaris. Ratio enim ipsa postulabat (inquit Nazianzenus) vt conditor tam sapiens, aut ipsa potiùs sapientia nobilius, & excellentius opus sine fine minimè procrearet: hoc enim vix etiam ignaro datur artifici. Rationi præterea consentaneum est à tali, tantóque artifice creatura producta in illum gratam conuertat aciem oculorum, & mentis, & prima basis, & primum veluti fundamentum sit tantum conditorem æternis celebrare laudibus, sanctè, piéque venerari, & nutum illius diligentissimè obseruare, cuius voluntati nec scientia, nec scientiæ defuit infinita potentia, vt te ex nihilo in hanc claram, & apertam lucem assereret. *Enimuerò* (ait Nazianzenus [b]) *certum sibi vitæ genus constituere, ego tanti momenti esse duco, vt totius vitæ, vel rectè, vel malè traducendæ fundamentum in eo positum esse putem.* Tu, qui princeps, prodis in lucem, cui iure hæreditario obuenit æterna beatitudo, vide ne iaciendis fundamentis erres, in quibus vita, salúsque consistit. Finem hominis *fundamentum* vocat: nam quemadmodum architectus summa arte, & industria primum politum lapidem

Consequendi finem studium.

b Oratione 23.

Finis fundamentum salutis extruendæ & ædificandæ.

Simile.

Digitized by Google

ponit ad perpendiculum; illi enim innitentur alij lapides, quos ad amussim dirigit, vt ne tantillum quidem à primo discrepent, & si id non præstaret, tortuosus paries erigeretur, & ædificium totum falsò niteretur. Sic hominis finis basis est, in qua omnia eiusdem finis media, status, vita, diuitiæ, sapientia, negotia firmanda sunt: aliter enim animæ domus rimas aget, ruinam minabitur, ita vt in illam iactare possint omnes, quod de meretricis domo Spiritus sanctus testatur,

Prou. 2. 18. *Inclinata est ad mortem domus eius: esta alma se ha de condenar; porque va desplomada de su fundamento, y fin.*

2. PARTES INSTITVTIONIS.

Necessitas huius suscipiendæ prouinciæ ex altissimis principiis oritur, nempe ex natura, & essentia Dei, ex tua, ex gratitudinis lege, ex graui periculo, à vero scopo, & fine aberrandi, ex sumptibus etiam, quos fecit. Prima ratio ex nobili nostro principio ducitur, quod attingimus naturali lumine: nam, teste Philosopho, ad huius vniuersi gubernationem maximè est necessarius connexus, & coniunctio corporum: nam si detur vacuum, non possunt influxus superiorum in inferiora deriuari.

Necessitas finem consequendi & inquirendi.

Hac mutua vnione, hoc miro dignitatis ordine, influxus sine immutatione, aut adulteratione inferioribus communicantur, quod quidem nulla ratione fieri posset, si inter illa vacuum esset, aut aliquod corpus terrestrius interponeretur. Hoc, inquam, necessarium duxit, vt vocauit Aristoteles: idem prorsus in hoc orbe spirituali disposuit omnium opifex, & molitor Deus, ita vt summa bonorum omnium hominis posita sit in vnione cum Deo, suprà stet Deus, ipsi subiiciatur homo, huic creaturæ omnes. Deus primo loco, vt finis, homo hunc finem expectans, creaturæ sub pedibus tamquam media, quæ illum erigant, & extollant, quousquè per summam animi iucunditatem in Deo quasi in amplexu conquiescat. Hoc, inquam, est, quod Christus Dominus necessarium appellauit: *porrò vnum est necessarium.*

In quantum liceat creatis rebus vti & frui.

Quia verò illa anima (Magdalena) virtutibus ornata Christi pedibus hærebat, & quasi vnita erat, dixit:

Luc. 10. 42. *Maria optimam partem elegit*; quia verò Marthæ rerum fluxarum curis fluctuabat animus, & à mediis rectà ad finem tendentibus quasi deflectebat, *turbationem* Christus Dominus nuncupauit: quoniam ea, quę supra terram sita sunt, ait Elias Cretensis [a], hoc est, *potentia, & diuitia cùm media instrumentalia sint, nec cum iis, qui ea habent, in perpetuum manent: & vtplurimum malos efficiunt, non ob suam naturam, sed ob eorum, qui eis abutuntur, voluntatem, animique inductionem, ab eis luxus extimendus est*; & maximopere expedit, ea omnia pedibus proterere, atque conculcare: hunc enim ordinem in rebus Deus ipse constituit. *Quid est homo, quòd memor es eius: gran cosa deue ser, pues vos le traheis tan cerca de vos*; & sub pedibus eius, & sub eius potestate cætera omnia subiugasti. Quare in hoc ordine, & apta dispositione seruanda sita est nostra beatitudo, vt notauit sanctus Ambrosius [b]: *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum*, ait: *Ibi feruet iniquitas, cùm dominatur, super caput nostrum sese extollens, & locum occupans, ne ea Christus teneat.* Et D. Chrysostomus [c], *Inter nos & Christum nihil sit intermedium: nam si intermedium sit aliquid, statim perimus.* Peracutè rationem reddit apta similitudine: *Ipse est caput, nos autem corpus; inter caput, & corpus nullum potest esse interstitium: aun laboja de vna delicada espada no sufre.* Nam inter creaturam, & finem suum nihil interponendum est; *vnum est necessarium.* Hac de causa Christus Dominus ea nocte suprema, qua omnia collocata erant in manibus eius; *sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus,* Ioan. 3. 5. illa omnia Apostolorum pedibus supposuit quodammodo, dicens: Hîc creaturæ omnes sedem propriam habent, vos rerum domini super illas; super vos autem Deus, ipse finis vester: aliter enim rectus inuerteretur ordo, & suis sedibus, locísque dimotus, & auulsus concidet vniuersus.

a Super orationes 23. Nazian.

b In illud Psalm. 37. 5.

c 1. Cor. 3.

Secundò vrget, & stimulat eadem natura hominis, vt citatis passibus ad Deum properemus; 3.

Properandum est ad finem nostrum.

quæ quidem natura durare non potest, nisi ipsi Deo quasi fulcro innitatur. Quare D. Basilius [a] hoc respirationi comparauit: *Sicut enim corpus nisi respiret, viuere nequit; ita nec anima nisi conditorem agnoscat, subsistere poterit, cùm ignoratio Dei mors animæ sit.* Si verò natura, & vita sine huius agnitione veritatis perseueret, agrestis potiùs, barbara, terrena, & animalis vita nuncupanda est. Hac de causa summo ingenij acumine Rupertus [b] animaduertit, quod dixit Moyses de homine iam numeris omnibus absoluto, *Et factus est homo in animam viuentem.* Gen. 2. 7. Quare non dicis ad imaginem Dei? quare ergo tantum honoris huius creaturæ detractum est? Videtur (inquit) Moyses præsaga mente diuinasse, & descripsisse, quod contingit regis filio, qui primogenitus hæres regni futurus est, qui vt primùm natus, delatus est in oppidum, vbi nullis imbuitur moribus, non magnis, & excelsis spiritibus informatur, vitam agrestem, & incultam traducit, nobilis immemor maiorum sanguinis, & regalis propaginis inscius, laceratus, & communi vestitu, vt quilibet rusticanus: *anda con gaban, y abarca como los grosseros rusticos.* Verùm si rusticanum istum moneret regem esse, quos spiritus sumeret, quomodo elato collo, erecto supercilio ligneos perones reiiceret, tibialia laxa globulis adstricta repudiaret, regium palatium, aureum thronum, cui natus fuit, recognosceret? *Simile.* Qui sanguinis feruor ille regalis, qui venis inclusus æstuat, & ebullit, stimulat, & pungit animum, quàm agitata pectoris præcordia, quousque originis, & ortus regalis naturæ auido fruatur aspectu. Vidit hominem Moyses à prima nobilitate degenerasse, & creaturam rationalem brutorum more sese exhibuisse, & vtprimum producta est, illi Moyses pecudis lacernam imposuit, nec imaginem Dei, sed animam viuentem appellat; *videlicet quia qui factus est homo, rationis dono non bene vsus est, & honorem suum non intellexit, sed comparatus est iumentis insipientibus, rectè illi iam formato à scriptore detractum est illud, quo superior est iumentis. Quod sentiens Apostolus, factus est* (inquit) *primus homo in animam viuentem; nouissimus vero in spiritum viuificantem*, duos distinguens homines. Sed tu, ô princeps, hæres es regni, tu primogenitus; & licèt ab Adamo miseram nactus sis sortem, tamen per Christum, & illius agnitionem æternæ veritatis rex es: & sicut qui principi suæ inscio dignitatis, regem esse denunciaret, verè iste regem illum effecisse dicitur; ita hoc præstat fides, nos reges credendo, reges esse, efficere; vt Nazianzenus [c]: *Genus nostrum*

Impensius post Christum ad finē suum properent mortales.

a Exhortatione ad Baptismum in principio.

b In Gen. lib. 2. c. 22.

c Orat. 23.

Digitized by Google

strum (inquit) *propter vitij accessum à bono deturbatum, atque deiectum, per familiarem illam vitæ consuetudinem, quam nobiscum habuit, ad pristinam dignitatem Christus reuocauit: y nos dixo, eramos dela real alcuña, y casta dela Trinidad, y summo bien; à quo conditi sumus, ab eòque propter ignauiam nostram prolapsi, vt per studium, ac diligentiam, vitaque purgationem aditu, ad ipsum rursus subuehi, aut reuehi possimus.* Vide quanta diligentia, & maturatione opus sit, vt finem consequaris.

4. Tertia magni momenti ratio lex gratitudinis est, in creatura rationis participe ita necessaria, vt non dubitauerit Rupertus eam summopere exaggerare. Quid illud esse potuit, rogat, quod primi hominis animum gratiæ insignibus ornatum, orbis dominum constitutum, ad scelus, & nefas tantum facilem reddit? Perpendite alta mente, nullum piaculum antea præcesserat: nec enim est peccatum ante primum; fuit tamen incuria nescio quæ, tarditas, & inurbanitas, quam regius Vates delictum vocat. *Priusquam humiliarer, ego deliqui.* Verùm in quo positum fuit hoc delictum? Audi. Primum Adamum Deus procreauit orbis generosum dominum, variísque gratiæ donis ornatum, &, quod caput est, mentis compotem, rationis participem, vt festinaret, & quæreret finem suum, & pro acceptis beneficiis immortales Deo gratias ageret: verùm in hanc admirabilem lucem editus nescio, quas traxit moras, non mox primos gressus direxit ad Deum, non ad finem sibi propositum properauit. Quare aliquantulum aditum aperuit non crimine, sed inurbanitate, & ansam præbuit miserando casui, & fatali calamitati. *Sed priusquam humiliarer, ego deliqui (subauditur secundùm Adam) id est, priusquam compararer iumentis, & similis fierem illis, ego in honore positus non intellexi: non auctorem honoris mei Deum glorificaui, aut gratias egi; quin & præceptum eius transgressus sum, & in hoc deliqui.* Hæc opportunè Rupertus. Hoc sine dubio fuit in causa, vt Angelicus Doctor affirmaret creaturam rationis participem obligari, vt primum intellectus lumen affulget, diuinum Numen agnoscere, illique se dicare, & consecrare, quod si non ageret, quamprimum scelus graue committere, hócque esse primum peccatum, liceat nobis non peccatum, sed primam inurbanitatem, & inscitiam huius nobilis creaturæ esse; quæ tamen iumenti instar nascitur, malè composita, sui officij ignara, quæ quidem bonis moribus, & vrbanis informanda est, & finis illi ante oculos proponendus, ad quem properare tenetur.

Tenebatur homo ad finem suum Deum statim per gratitudinem properare.

Psal. 88. 118.

Rupert. de operibus Trinit. in Gen. lib. 3. c. 1. in principio.

D. Thom. 1. 2.

5. Quare quarta sit ratio eiusdem Doctoris Angelici, non ita seuera, sed non minus acuta, & excellens. Audiuit Christum Dominum dicentem, *Vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quò vadis?* Et sanctus Doctor [a] his verbis hoc axioma statuit: *Vnaquaque res perficitur, cùm ad suum principium reuertitur.* Hac de causa orbicularem figuram perfectam nuncupamus; quia in illa finis principio iungitur, & principium fini, & finem principium consequitur: omnia opera creationis in singulari ita perfecta summi artificis verbo prodierunt, vt dicat Deus: *Vidit, quòd essent bona valde: à esto no hay, que añadir, esto queda como ha de quedar.* Verùm vniuersali operi, mundique machinæ manus vltima non fuit imposita, quousque vltimum, & maximum opus huius creationis homo, sese principio suo coniunxit, quod erat Deus, sicque factum est, cùm corporatus, & carne tectus ad nos venit, nósque sibi, & Patri coniunxit in Christo. Quare ipse Dominus Iesus hunc esse finem sui in terras aduentus dixit, nimirum, *facere voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opera eius.* Ratio est; quia creaturæ perfectio in eo consistit, vt conditorem suum agnoscat: nam cùm ipse Deus hominem procreauit, ni reddat conditori suo, quod accepit, debito non satisfecit. Præterea rebus in omnibus pendet ab ipso, nec in natura sua persistere potest, ni ipse illam conseruet, atque sustentet. Deum igitur recognoscant, & ab ipso tanquam à principio pendeant vniuersi.

Finem nostrum Deum inquirendi quænam obligatio, & vnde ortum habeat.

Ioan. 7. 33.
a Ibidem.

Ioan. 4. 34.

6. Quod videre est in triplici exitu filij Dei, qui quidem primò à Deo dicitur manasse, & quasi exiisse, *in principio erat Verbum.* Ecce illuc repetit mox, *& Verbum erat apud Deum.* Secundò cùm humanos induit artus, *à Deo exiuit;* statim verò *ad Deum vadit.* Tertiò in morte exisse videtur; redit tamen per resurrectionem ad Patrem. *Ego hodie genui te*, vt D. Paulus interpretatur, & D. Ambrosius: nam virtus Dei fuit; immo diuinitas, quæ illum excitauit à mortuis, & statim rediit ad Patrem, & de hac dicit; *quia vado ad Patrem*, in quo hanc obligationem declarauit, cùm dixit; *quia vado ad Patrem:* nam quis filius, qui non properet, & conuertatur ad patrem, à quo ter, modo explicato, genitus fuit? Quis verò homo est, qui non ad Dominum suum festinanter accedat, à quo tot, & tanta accepit beneficia, ad eum, qui tot sumptibus, & expensis illum à durissimo seruitutis iugo liberauit, & tot gratię donis perfecit, & ornauit, vt inquit Nazianzenus [a]; *totum prorsus hominem ad sempiternam vitam refingens.* Quo sumptu: quibus expensis? *Ad hoc, verba Dei Propheta Christi, cruciatus, per quos omnes citra vllam exceptionem instaurati sumus, qui eidem Adamo participauimus;* ingentes quidem sumptus consumpti, & quasi profusi, & profundit indies: adhuc enim in rota est figulus iste; quare sicut refectionis, & regenerationis spem, fidémque concepimus, ita ad eum quàm citissimè gradum faciamus.

Ioan. 1. 1.

Ioan. 13. 2.

a Orat. 23.

7. Ad huius securitatem itineris, Deus ducem, & lucem homini tribuit; dux verò lux quædam interna est, & quasi vita quædam, quæ illum excitat, & ad eum mouet, *spirauit in faciem eius spiraculum vitæ;* Hebræa habet, *vitarum*, vel ad triplicem vitam significandam, quam Physici distinguunt, & ne aliqui hallucinati, & falsis imaginibus elusi tres animas esse cogitarent; id vulgaris interpres abstulit, & in singulari dixit *vitæ.* Antiqui verò autumant, Hebraicè dictum esse *vitarum*, vt duas vitas in homine significarent, alteram corporis, alteram animæ: ambæ tamen sunt in anima rationali; illa quidem in vi quadam naturali, in potentia, actione, & motu, quæ in corpus ab anima deriuantur: alia spiritualis, quæ summo Dei beneficio, & eiusdem auxilio roborata spiritualem vitam seruat, & purum hominem, quæque ducit illum ad clarum prospectum finis sui, & ad altissimum mysteriorum intuitum extollit, quod vt patet, *Lux orta est iusto:* lux sata est iusto. Significat à Deo optimo lucem quamdam

Lumen ad iter agendum.

Psalm. 96. 11.

Digitized by Google

quamdam veluti sparsam esse, seminis instar, quæ quidem lux vita est è cælo animæ communicata, quam synderesim appellare solemus, qua suadente propriæ res nobis etiam displicent, si turpes; colimus verò, & suspicimus aliena, si virtuti consona fuerint, etiam in inimicis, ne ad Deum iter deflectamus. Quare D. Chrysostomus [a] mulierem illam Putipharis alloquitur, quæ castissimi Iosephi pallium tenuit manibus, vociferans ad illam, similésque callidas fœminas conuertit orationem. *Habe tu mulier detestanda vestimenta, quæ tenes, habe apud te vestimentum pudici victoris; finge falsas calumnias, à tuo marito persuade: conscientiam tuam non fallis, qua superatam te ab innocente cognosceris.* Erras toto cælo illustris fœmina, & ductrix interna monet te decipi, & in errorem induci; hæc est, à qua etiam hominum corda turbantur, atque torquentur, cùm aberrantem corrigit. O anima, quò raperis, Deum tuum fugis, erras insana, & ab scopo aberras tuo; redi, redi: siste gradum. Fidelis hæc ductrix est, & comes itineris nostri.

a De Ioseph.

Conscientia.

8. Duplicem, non vnam tantùm lucem, impertitus est Deus: nam sicuti in nobili domo veniente nocte, bina accensa candelabra ponuntur in mensa, & quare bina? nónne sufficeret, si vnum tantùm arderet? minimè; oportet enim si egredienti lucem præferre opus sit, alterum maneat in mensa; aut si puer manu graui, & minus docta fungum remouendo extinguit, aliud splendeat, & vicem eius suppleat. *Ponense dos velas paraque la vna sea sustituta de la otra, y ambas lucen mas.* Sic Deus hominem vt nobilissimum in huius vniuersi curia magnificè habet, & quasi orbis dominum, & vix domum huius vniuersi extruxerat, quando ad propellendas tenebras binas in cælo faces accendi imperauit; solem videlicet in cælo, & ignem in terra, quem nos accendimus, & è duro silice apposito fungo excutimus, fitque, vt occidente sole substituat loco eius, & splendeat ignis. Sed est discrimen; sol enim è cælo illuminat, ignis è terra, sol oritur non nostri petitione, occidit etiam nemine impediente: at liberum est nobis ignem accendere, aut extinguere. Ita etiam in hoc ingenti Ecclesiæ palatio duo luminaria constituit. Primum fidei, & impulsus diuini, nobis ad ea, quæ bona sunt, facem præmittendo, & ad illa impellendo; hæc verò lux nobis nihil tale cogitantibus, affulget, & occidit etiam, nec eam retinere diu possumus; ideo oratio somno comparatur. *Ego dormio, & cor meum vigilat*; nam somnum captare, ni ipse se dederit, nec si abierit, retinere vllus potest; non est reditus nobis debitus, sed merum beneficium; hæc lux significata fuit in Magorum stella, quæ voluntati parens diuinæ, iam radios suos contrahebat, iam sese ductricem viæ dabat. Alia verò lux est naturalis, quæ quidem in animis, mentibúsque nostris manu conditoris fuit impressa, & in silice naturæ rationalis delitescit; hæc lux faciei ipsius Dei, quæque rationis, & meditationis primo impulsu relucet, & scintillas emittit, de his duabus regius Vates cecinit: *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Depoposcerant ab ipso lucem, viámque iustitiæ peccatores; *quis ostendet nobis bona? por donde và este camino para nuestro fin?* Respondet Dauid, vt notarunt Doctores: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*; & D. Paulus, *Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis: Deus enim illis manifestauit*: quibus verbis vtramque lucem coniunxit; primam illis verbis, *manifestum est in illis*, rationis lumine: addit protinùs alteram; *Deus enim illis manifestauit*; hoc est, in illis ipsis est lux rationis. Hanc autem superiori lumine Deus & adiuuit, & confirmauit, vt expresse asserit Anselmus [a]; clariùs Hugo de sancto Victore [b]: *Et non dicit, manifestum est illis; sed in hoc profectò, quod ait, manifestum est in illis, planè ostendit, quod in illis erat, vnde Deum noscere poterant: cùm verò subiungit, Deus illis reuelauit, ostendit quod ratio humana per se insufficiens esset, nisi reuelatio diuina illi in adiutorium adesset.* Vnde tu Domine (inquit Dauid) vnam lucem nobis quasi de vultu tuo demonstrasti, & intra nos quasi ducem viæ cælestis indidisti, & faciem, hoc est, partem superiorem, qua ad te respicit animus, face tui luminis illustrasti; quòd si latet quasi in silice sacræ meditationis, ferro excussorio erumpet flamma, quæ me illuminet, *& in meditatione mea exardescet ignis.* Vsus verò horum luminum talis est: si enim Barbarus, aut Turca rationis lumen peccatorum tenebris obscurat, vt contingit (inquit Augustinus [c]) manet in tenebris, vt pauper, in cuius mensa vnum tantùm erat candelabrum. Verùm tu Christiane, cùm duo lumina accensa habeas, si sceleribus rationis lumen extinguis, remaneat fides, te admonens, vt te colligas, & videas, quis sis, ne fias *sicut equus, & mulus* (Gentilis) *quibus non est intellectus.* Si verò fides patiatur eclipsim, vt in hæretico, naturale lumen affulget, quod perstringit oculos, & à visibilibus ad diuina, & æterna contemplanda, mentem erigit, torpentem animum excitat, vt in hoc itinere tanti momenti lux tibi non desit, & videas cui viæ te committas: in hoc enim Christiani bonum omne consistit.

Simile.

Lumen duplex rationis, & fidei.

Cant. 5. 2.

Psal. 4. 3.

Basil. Haymo.

Bellarm. in Psal. 4. 3.

Rom. 1. 19.

Lumen naturæ & gratiæ.

9.

a In c. 1. ad Rom.

b In sum. sent. tract. 1. c. 3.

c Lib. de cognitione veræ vitæ tract. 9.

Psal. 31. 9.

10. Omnes isti apparatus ad hoc iter peragendum sunt necessarij; verùm plura adhuc requiruntur: oportet enim summopere, vt videas, quam eligas, quámque teneas viam, ne in errorem omnium maximum turpiter dilabaris, teste Philosophorum principe, qui quidem *errorem in principio* pessimum omnium vocat. Variæ, & multiplices viæ creaturæ sunt, quas sacra Scriptura *vias* vocat, *initium viarum Dei*: status etiam vitæ cuiuscunque via est, quæ ad Deum nos dirigit; igitur in creaturarum vsu operæpretium est, vt minimè quidem rapiatur animus, sed electione vtatur, & eas tantummodo amet, quæ permansuræ sunt, & ad finem nostrum nos adducturæ. Quod sapientissimè affirmauit NOVVS ille VIR Spiritus sancti flammis conflatus in aureo sacrarum commentationum libello, cælesti sapientia redundante, Ignatius (inquam) parens meus, inquiens [d]; *Consentaneum est ex omnibus* (creatis rebus) *eadem, quæ ad finem ducunt, eligere, ac desiderare*; hîc est sapientia, hîc scopus operum bonorum, hîc mentis conatus conferendi, hoc nobis expediens, & maximè quadrans negotium suscipiendum. Ea demum, inquit, inducamus in animum, & extremam firmemus tandem mentem illa eligendi, & auidè expetendi, quibus ad Deum patet aditus, cuius consequendi gratia cætera nobis facta, dataque sunt. Eligamus mansura, & æterna cæteris præponamus. Aristippus

Vsus creaturarum.

Iob 40. 14.

d In libro exercitiorum. pag. 1.

Plutarchus. A fimili.

stippus disciplinæ Socraticæ discipulus cùm naufragium fecisset, nudus ipse, & socij prodierunt Rhodi insulæ portum tenentes, ad publica gymnasia seminudus se contulit, cumque difficiles quæstiones explicaret, inito scientiarum certamine, perspecta eorum sapientia, illis & sociis vestes & bona largè effuséque dederunt. Cùm verò sodales repeterent in patriam, rogabant ab ipso Philosopho, quid vellet, amicis suis renunciarent; meo nomine, inquit, illos monete, vt illis scientiis filios imbuant suos, & informent, quæ minimè naufragentur; licèt ipsi miserrimi naufragium patiantur, sed iis artibus erudiant, quibus omnes calamitates facilè depellere possint, & fortunæ malis mederi. Scinde rudentes, anchoram recupera, pande vela HOMO CÆLESTIS, tuæ nauigationis scopus Deus felix tibi attingendus est portus, & tandem dulce tibi celeusma cum beatis illis mentibus lætantium more nautarum cantandum est.

11. Volat irreuocabile tempus, vita currit Euro velocior, blandè spirat aura Fauonij, Spiritus sancti flatus se dat modò secundus, Dei te vox compellat, expectant cælestes ciues, naufragium tandem faciendum est, quassata tandem, & confracta nauis corporis ad terram allidet, & bonis omnibus sæculi huius denudatus animus portum æternitatis attinget; tunc solùm quisque patrata secum bona opera deferet: *Opera enim illorum sequuntur illos.* (Apoc. 14. 13.) In quo ergo felicitas, & prouidentia nostra posita est? (*Summa prudentia, summa salutis in quo sit.*) In eo nimirum, vt felicissimi nostri finis dulces portus contingamus; & iis modò scientiis imbuamur, iisque virtutibus noster locupletetur animus, quæ nullo naufragio pereant, nullis fluctibus obruantur; nec in tristi sepultura iaceant sordidata, vbi aureæ sceptra, vbi distincta lapillis diademata, vbi clarissimorum ducum insignia, vbi sacræ mitræ, vbi omnis fastus, orbis splendor, & gloria vniuersi consepeliuntur, & obliuioni mandantur; hoc est illud, *consentaneum est,* quod dixeram, quod etiam Nazianzenus [a] peracutè monstrauit: *Delitias tanquam grauissimam afflictionem, diuitias tanquam extremam paupertatem, ac potentiam tanquam summam imbecillitatem respuit;* & hoc consilium vocat, *magnum reuera, & generosum, & multorum mentem excedens.* Reddit rationem huius contemptus; *nihil enim bonum esse iudicabat, quod neo habentes meliores efficit, quin potiùs magna ex parte peiores, nec ad extremum vsque cum ipsis permanet.* Nihil post naufragium permanet, vna tantùm te tabula delectabit, fidei in anima, crucis in manibus, quando in lecto decumbens exhalaturus animam lumina claudas. Illic mox mortis satellites, & custodes viæ pecuniis exaggeratos bonis omnibus spoliant; nam *Domini, Domini, sunt exitus mortis.* (Psal. 67. 21.) Illud tibi consilium modò capiendum, vel omnia, quæ agis, discutias attentè, & rationem rerum, quibus vteris, exigas: *registrar, y tener razon de todo loque hazes, y llenas;* vel *ambulare cum Domino Deo tuo,* (Michæ. 6. 8.) quem custodes viarum agnoscunt, & obseruant.

[a] Oratione 23.

12. (*Voluntas permouenda ad consecutionem finis.*) Sat lucis intellectus habet, iam sanum consilium, non tam ab illo, quàm à voluntate petendum est, quæ viam, & statum, quem mauult, eligit, & creaturis vtitur ad finem consequendum: *multos enim esse videmus* (inquit Bernardus) *in filiis hominum, qui in bonis inferioribus sensibilis mundi huius tota sensualitate depressi totos se dederunt his, quæ facta sunt, quònam modo, vel ad quid facta sint negligentes;* & ambo lumina fidei, & naturalis luminis modio propriæ voluntatis supponunt, & a fine suo longe aberrant, Deo videlicet & fruendo, & glorificando. Hoc tibi volunt verba illa Christi Domini, vt explicat B. Laurentius Iustinianus [a]: *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; si autem nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* (Luc. 11. 34.) Percipite quæ dicam, inquit Dominus, idipsum, quod oculi lucidi, vel obcæcati in vobis præstant, idem facit intentio, & oculus, quem in fine defigitis, & sicuti quando apertis oculis omnia agitis, bene diriguntur, ita quando simplici mentis oculo, & pura mente huis vestri comparandi opera, statum, & creaturas, & reliqua in Deum dirigitis, exitum felicissimum habent omnia. Quando verò hæc mens, & intentio vitiorum tenebris obscuratur, & scopum finis vestri minimè intuemini, cæca caligine vita omnis obducitur, mille scelerum inficitur maculis, ad omne piaculum, & ad inferorum cruciatus præceps agitur. Finis itaque ille est, (*Error in electione mediorum circa finem.*) quem regius Vates dixit, *Oculi mei semper ad Dominum.* (Psal. 24. 15.) Et clariùs D. Paulus, *In Christo sorte vocati sumus, &c. vt simus in laudem gloriæ eius.* (Ephes. 1. 6.) Inde verò fiet, quod ipse testatur: *Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* (1. Cor. 10. 31.) Ecce vbi aberrant mortales, ecce scopulos, Syrtes, & Charybdes, vbi respublicæ, regna omnia, summi, infimique miserrime naufragantur.

[a] De gradibus perfectionis.

13. Legum studia aggreditur adolescens; quia auunculus bibliothecam Bartholis, & Baldis redundantem reliquit: conuertit statim aciem oculorum in turpe lucrum, dat operam litteris Ethnici instar, moribus profanis imbuitur; vt primum imperialia Instituta memoriæ mandat, erigit animos, onera iam, & honores ambit, negotia, ex quibus lucrum futurum expectat, velis, & remis procedunt; ea verò, ex quibus parum vtilitatis capturum putat, æterna sunt. Infanda scelera non cohibentur, subornationes, repetundæ, fraudes, doli, tricæ, technæ, mille scelerum modi exundant: solùm enim de alta opinione senatus regij curat, cætera omnia iaceant, pereant, naufragium faciant: *tenebrosum erit; ganeyo credito, y dinero, lo demas vaya con la malaicion:* scopus enim, quem sibi proposuit, lucrum fuit. Ducit vxorem alius flamma cupidinis, & libidinis incensus, finis nullus præter egregiam formam, matrimonio iungitur, breue oblectamentum, cum fallace fœmina sequenti die iam displicet, arridet alia, filios procreat, nec curam illorum gerit, nec familiæ, nec diuitiarum, nec honoris ratio habetur; ipsa easdem vices illi reddit, par pari refert. Quid hoc est? quæ monstra? quæ portenta? hæc rerum perturbatio vnde ducit exordium? vnde? mentis enim oculi à recto fine aberrarunt, & pro ratione vna imperauit voluntas, reliquum omne tenebrosum erit, malus perdit omnia: *lo demas vaya con la maldicion.* Num silentio prætermittam illum, qui ducturus erat vxorem, & redditibus Ecclesiæ ductus fastigium sacerdotij ascendit? Quid aliam misellam puellam commemorem, quæ cùm indecoram, & deformem, aut labe aliqua fœdatam se viderit, religionis, & monasterij claustra petiuit? O miseram humani generis conditionem! ô finem vitæ, supinæ, & turpi obliuioni tradi-

tum! ô scopum bonorum omnium amissum! ô nauigationem infelicissimam ad fatalis interitus, & calamitatis æternæ scopulos tendentem! ô Ecclesiæ nauis tot, tantisque iactata fluctibus, quos portus attinges, cùm tam diuersos fines sibi fingunt vectores, finem sola voluptate metientes! qui poteris perseuorare respublica sedibus dimota, & auulsa tuis? cùm vltimo & excelso suo fine destituti homines in mille inducantur errores; corpus Ecclesiæ quomodo spiritum ducere potes, cùm nec colligata, nec compacta sibi adinuicem hæreant vniuersa membra, sed à naturali loco omnia expulsa? Infelix HOMO, cùm æternæ felicitati natus sis, vide te densis peccatorum tenebris obcæcatum; quia si cæcus non esses, alia operum species, alius decor actionum splenderet in corpore tuo. Non vides sanguinolentas manus proximorum infectas cruore? deuios, & errantes pedes, non cernis sensus hos, alios ex fraudibus, dolisque conflatos, alios ignem spirantes? cor quasi scortans in creaturarum deliciis, & rerum fluxarum curis, animum ipsum dirissimæ addictum seruituti, tenebrosum erit. O te miserum, & infelicem! errasti toto cælo, & te errante, orbis terrarum errat vniuersus, & machina hæc misero casu labefactata concidit suis quasi reuulsa fundamentis: nescierunt, neque intellexerunt, finem suum prorsus ignorant; quare sequitur, *errauerunt ab vtero*, nec quærunt, nec inuestigauerunt illum, neque intellexerunt, placet illis tenebris obrui: in tenebris ambulant. Quid inde? *mouebuntur omnia fundamenta terræ.* Iam sine dubio fatalis extremi iudicij calamitas mundo imminet, iam funus vniuersi ponitur contemplandum; vnde Daniel, *Auerterunt sensum suum: à esforra puerta; & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cælum; tan poco esta se abre, ne recordarentur iudiciorum iustorum: dieronle con la puerta en los ojos a la memoria del inicio, y del fin de su vida.* Finis enim mensura est mediorum, & sicut mensura, vlnáve imposita panno vix admouetur, cùm defectus, aut fallacia manifestatur; ita cùm ad finem peruenerit sceleratus, tunc subitò agnoscet errorem; errasti, falleris, falleris. O finem æternæ beatitudinis amissum! ô casum miserandum! ô iacturam deplorandam! ô secessum à Deo in omne tempus duraturum! Hi sunt verè inferorum acerbissimi cruciatus animam sine Deo esse, creaturam sine vltimo fine. O furialem rabiem! ô inexplebilem animi desperationem! Quæ verò, & quanta sis, barathrum solummodo nouit, fingite animis vestris venaticum canem, & sagacem; *perro ventor de lindo olfatto*, in angulo domus alligatum, qui prandij, & epularum odorem persensit, mensarum strepitum, seruorum, & patinarum cognouit, quoties stat, & impetu facto prosilit, si forsan vinculis liberari possit; siste, siste bellua, non vides te catena præpediri: iteratò repetit, tentat appetitu raptus, & ciborum odoratus; & hic cogit illum vinculorum esse immemorem. Verùm non soluitur, sed videre est illum præ rabie vlulare. Talis verò odor est finis extremi, vt nares animi, & cælicolarum gaudiis, & suauitatibus perfundat æternis & quasi opiparis dapibus corda eorum exsatiet. Quid, inquam, Iobum etiam morantem in terris odor iste reficiebat, & ab omni crimine conseruabat; *donec superest halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem*, &c. *Nunca en mi lengua se fornara mentira, en quanto huuiere olor de Dios en mi*; & sponsa: *Memor es vberum tuorum, aly odorabimur amores tuos: preuinò: el amor de fin arrebata m.. que el vino oloroso.* Cùm ergo miser peccator suppliciis mactatus æternis finem suum odoret, quo cælites in paradiso perfruuntur, qui motus ille? qui cursus, & recursus voluntatis? quæ rabies? Rapitur æterni boni magnete tactus, & licet sua videat colla deprimi æterno annulo ferreo, & catena; cùm tamen Dei afflatur odore, & appetitu ducitur rationali, omni conatu sese contendit vinculis liberare, rabiéque confectus in illa verba desperata voce prorumpit: *Non videbo Deum in terra viuentium.* Itáne est me nunquam peruenturum ad finem? hi sunt acerbissimi cruciatus in inferno cuique rationali creaturæ pertimescendi.

Error circa finem.

Psalm. 57.4.

Psalm. 81.5.

Cap. 9.11. & 13.9.

14.

Simile.

Odor summi boni rapit animum. Iob 27.3.

15. Summi negotij æstimatio.

Quo remedio igitur, qua industria opus est, dum tempus, & occasio datur? Sit primum perpendere hoc summum esse negotium, cui natus es, quod quidem nullus curat præter te; vnde Paulus: *Vt negotium vestrum agatis*; sunt lites inter vos tam difficiles, támque labyrintheæ, vt illis finem imponere, in curia vnius anni spatio, sit veluti diei vnius interuallo expediuisse causam; res erat magni momenti. Agè verò dic, quod maius negotium, & maioris ponderis, quàm finem tuum, & beatitudinem consequi sempiternam? quod tempus breuius hac vita? Igitur qui fieri potest, vt vitam quàm breuissimam dicatam grauissimo tuæ salutis negotio peragendo in litibus parui momenti, & futilibus causis consumas, & conteras? in quo prorsus ignoras, si forsan dæmon tibi parabit laqueos, quando iam non liceat aliud adire tribunal; nunc ergo solicitudine, & diligentia opus est.

1. Thess. 4.11.

Nihili facienda omnia vt finem obtineamus.

Secundò Apostolorum principes itineris nostri duces audire iuuat, qui monent, vt in neutram partẽ vos detis in hoc rerum fluxarum vsu: nam creaturæ nihil aliud sunt, quàm tabulata quædam, & gradus solummodo facti, inquit Petrus, vt homo cælos conscendat, tabulæ, scalæ, postésque isti mundi, elementa videlicet omnia inseruiunt, vt hunc lapidem viuum, politum cælo accommodent, & hæc breui cuncta peritura; *cùm igitur hæc omnia dissoluenda sint*: sicut oui testa solùm facta quousque pullus excludatur, ita nec mundus iste, cælique alia de causa cõditus est, quàm ad filios Dei in claram lucem edendos; *quales ergo oportet vos esse in sanctis conuersationibus, & pietatibus.* Clariùs autem D. Paulus; *præterit enim figura huius mundi, ideo & qui habent vxores, tamquam non habentes, & qui vtuntur hoc mundo, tamquam non vtantur.* Viuite, & quærite finem quasi iter agentes, & viatores, à quibus omnia veluti figura reputantur; qui licèt in oppido, in quo veniente nocte se colligunt, funus aliquod efferri videant, licèt lacrymas, & fletus audiant, parum, aut nihil excruciat illos, nec lætantur, si nuptias celebrari intueantur, nec aliorum paupertate mouentur, nec diuitiis aliorum extolluntur: igitur hoc iter peragentes, inquit Paulus, quasi in biuio hæreant, neutro animo persistentes in creaturarum amore parati ad illas pedibus, vt aiunt, proterendas, & conculcandas, quotiescunque diuino nutui, & æterni Numinis voluntati aduersantur: quoniam verò particeps rationis creatura es cælo facta, cælo destinata, in cælum conuerte

2. Petri 3.11.

16. Ibidem.

uerte aciem oculorum, & diuinarum legum sectare vestigia, vt in fine docet Basilius [a]; *tu quoque oculos ad cælum attollens secundum eum, qui ait: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis, ne dederis somnum oculis tuis, & palpebris tuis dormitationem, vt idoneum itineris cursum ex diuinis præceptis habeas. Amen.*

a Exhortatione ad Baptismum.

De exemplari causa, siue idea in hominis reparatione imitanda.

PRÆLVDIVM V.

1\. NVLLVM remedium reliquit intactum, omnem tentauit aleam ad tuum (ô nobilissime princeps) bonum, omnes suas curas, cogitationésque contulit, ad tui restaurationem omnes conatus effudit, omnem euoluit lapidem ille, qui semel te formauit, & sanguine suo libertate donauit, æternum, inquam, Verbum, & omnipotens; exacue mentis aciem (inquit Clemens Alexandrinus) ad singularem sapientiam, & admirandā naturæ artem, qua hominem in ventre materno fingit, in cuius natura exprimenda, ne erret, exemplar ponit ante oculos, quod Ideam vocamus. Atque homo quidem, qui est in genere fingitur ex idea spiritus, qui est congenitus: neque enim informis, & figuræ expers creator in officina naturæ, vbi hominis generatio mysticè perficitur. Sicut enim in mente diuina rerum omnium ideæ, quæ ineffabili modo, quem vocat mysticum, hominis, & rerum omnium effectrices, non qua ideæ sunt, sed ratione diuinæ artis, ad quam pertinent, & quatenus reipsa idem sunt cum essentia diuina; eundem modum seruat in noui hominis instauratione: nam licet doctrina (vt ipse inquit) hominem concinnat, & componit: & sicut à natura efficitur talis; à disciplina tamen transformatur: hominem enim facit per creationem; hæc verò, nempe doctrina, per recreationem, & renouationem, quæ fit ex testamento: post hæc autem inuentum quoddam inauditum excogitauit, quam vocat *fidei inuentionem*, quæ quidem in eo posita est, vt noua quædam doctrina non mortua, sed spirans, & viua constetur, præclaris illustrata gestis, & vt exemplo sit aliis ad imitandum, hanc proponit omnium oculis contemplandam, vt NOVVS HOMO simillimus Deo reddatur, & alter per communicationem Deus euadat, diuinæ factus particeps naturæ, hoc modo fieri potest, vt qui est cognitione præditus iam Deus euaserit; *Ego dixi: Dij estis.* Hoc præclarum inuentum Christo Domino tribuit; multis autem modis iuuans pædagogus, qui est clemens, & benignus, alia quidem suasit, alia exprobrauit. Et primo loco, vt ait Hie-
2\. ronymus [b], seipsum, Christus, fecit exemplar, & ideam hominis reformandi; ait enim Paulus: *Renouamini, & induite nouum hominem; iste homo*, inquit, *Christus est: quid enim in homine, qui à saluatore nostro assumptus est, non nouum fuit? conceptus, natiuitas, partus, infantia, doctrina, vita, virtutes, vt sit mansuetus, sicut ille mansuetus fuit, & humilis corde, vt verberatus non respondeat.* Secundò aliorum sanctorum exempla proposuit imitanda; *neque enim parui ad salutem momenti* (inquit Alexandrinus) *sunt exempla, per quas imagines, & similitudines alios ad tolerantiam fundauit, alios à vitio repressit; alios verò etiam curauit per contemplationem eius, quod est simile, traductos ad id, quod est melius.* Hoc ipsum ex Christiano Gipnalio Plato subripuisse videtur; *qui in coniuio* (vt ait Clemens [a]) *dicit, omnibus quidem esse immixtum naturalem amorem generandi simile, & hominibus quidem solùm homines; viro autem bono similem: hoc autem non potest vir bonus efficere, qui non perfectas habeat virtutes, per quas eruditurus sit iuuenes, qui ad eum ventitant: hic autem generabit, & homines efficiet; alios enim procreare corpore, alios verò anima.* Huius verò Philosophiæ fundamentum est: nam nihil ita viro bono naturale est, vt bonum facere, aliósque reddere bonos; & quia maius bonum, & excellentius, quod in alium conferri potest, est illum bonum efficere: cætera enim omnia instar minimi habenda esse iudicantur. Inde manifestè patet proprium, & innatum homini bono esse, omnibus communicare bonitatem, & id magis magísque, quò magis bonus ipse est. Propterea Spiritus sanctus, qui infinita bonitas est, & primum, & summum hoc maximè exoptat, ipse Christi Domini, Apostolorum, & sanctissimorum virorum desiderium incendit, & inflammauit, vt tot vias, aditúsque ad virtutem aperirent, nulla pericula recusarent, labores exantlarent, difficultates omnes exsorberent, vitam, sanguinémque profunderent, vt tot expressa vestigia sanctitatis diuini verbi semine vbique sparso relinquerent, & verba eximiis virtutum operibus, præclara gesta diuino eloquio confirmarent; quod quidem diuinum inuentum est (teste Clemente) vt nouam virorum sobolem Christianæ fidei decus, & ornamentum procrearent.

3\. Hac de causa Apostolos, & concionatores *lucem* appellat; quia illuminatio apud Hebr. idem est, quod regeneratio; hi verò, qui ex sancto vitæ exemplo filij nascuntur, filij lucis nuncupantur, & dicuntur illuminari; quare dixit opera eorum nec posse, nec oportere in tenebris delitescere, quos ad fastigium dignitatis euexerat, & matres filiorum lucis constituerat, *vt videant opera vestra bona.* Idque animaduertit D. Chrysostomus [b]; nimirum in feruentis amoris nocte, quando illorum pedes, & sordes lauit, illi operi Patrum, magistrorum, & præsulum proprio statim nomen imposuisse: *exemplum enim dedi vobis: esto se llama dar exemplo*; non vt spectatores solummodo sitis; minimè, sed vt imitatores eisdem insistatis vestigiis, *vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*: hoc enim opus splendidissimæ lucis emittit radios; nihil enim vile, nihil parui momenti, quando fit, vt exemplum aliis exhibeatur. Videte filij, modò cælestem illam, & diuinam formo *mulierem* Ecclesiam; nunc in vobis *solem* effingo, Martyres, inquam, fulgentissima sydera, & stellas, vos videlicet, Apostolos: *lunam* fingo, hoc est, illustres sanctitate vitæ confessores, & propriæ carnis hostes acerrimos; non vt hæc lux in vobis inclusa otiosa perseueret, sed vt luce crastina ingenti tumeat aluo prægnans Ecclesia, nouo fœcunda partu; nunc Romam vniuersam in lucem edat; mox totam Græciam in claram afferat Euangelij lucem: ea enim conditione vobis lucem impertior, vt exemplo virtutum omnium eam lucem præferatis, quæ filios lucis in mea Ecclesia procreet: hoc enim est, quod homini

Vide Aug. lib. 83. quæst. quæst. 46. & Clem. Alex. 4. Stromatum, D. Th. de veritate q. 3. art. 1. & Boet. de cōsolatione, metro 9. *Tu, inquit, cuncta superno Ducis ab exēplo pulchrum pulcherrimus, ipse Mundum mente gerens.* loquens de mundo archetypo. *Idea & exēplar.*

Verè nouus homo Christus.
b Rom. 13. Ephes. 4. 23.

a Lib. 5. Stromat.

Heruetus in Clem. Stromat. 5.

b Hom. 70. super Ioan. & Cyrillus Alexan. in cœna Domini.
Doctrina & exemplum.
Ioan. 13. 15.

Apoc 12. 1.

Exemplum mater est non infœcunda filiorum lucis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

hominibus vitam restituit, doctrina scilicet, & exemplum. Hoc est præclarum inuentum doctrinam exemplo confirmare: sola namque doctrina nullum partum in lucem edit; his satisfit illi communi admirationi, cur Herodes videns tres amplissimos, & ditissimos reges ex longè dissitis regionibus concurrere, natum Regem summa solicitudine conquirentes, qui tyrannus erat, & regium diadema sibi vsurpauerat, non sese itineri dedit, neque aliquos delegauit, qui puerum quærerent. Ratio hæc est; nam Magi stella ductrice peragebant iter, quæ quidem animata videbatur proprio impellente motu, sistentibus illis sistebat, properantibus properabat, *antecedebat eos*, simul docebat, & festinando exemplo præibat. Herodes verò nec pedes loco mouit, quia mortuos libros consuluit, in quibus elucet veritas aptis expressa sententiis. Verùm non opere antecedunt, nec properant, sed in mensa iacent operti puluere, adsunt sapientes consiliarij, & peritissimi in libris euoluendis tantùm, non id, quod legunt, opere exequentes, & exemplo præeuntes. Hic fons, & origo est perniciei nostrarum rerum publicarum, & vrbium, quæ legibus quidem abundant, senatoribus florent, statutis, & institutis præclaris ad dignitatem, auctoritatémque vrbis confirmandam, quæ nec Lycurgus quidem cogitando inuenit: verùm tum nouæ, tum perantiquæ leges ad virtutem, honestatémque spectantes quasi graui somno oppressæ in tenebris delitescunt, virgis quibusdam non vigilantibus curam omnem isti committunt, omnia consumpta, & vetustate confecta, omni splendore, & nitore carentia, ita vt ferrea iam sæcula rediisse, abiisse aurea doleamus, ferrea quidem quæ Deus malleo iræ suæ mille ferit ictibus nostris sceleribus debitis. Quid hoc est? nulla videlicet virtutis, nulla sanctitatis apparent exemplorum expressa vestigia: licèt enim splendeant disciplinarum omnium, & liberalium artium officinæ, gymnasia, Academiæ, & voluminibus repleatur orbis; tamen hîc sistunt, nec pergunt vlteriùs exempla præferentes: inuentio autem summi magistri non est nisi operibus doctrinam confirmare, & aliis exemplo præire, quod omnes sectentur, digitum intendentes, hæc est via, & onus etiam suis humeris imponere. Hac de caussa Christus Dominus, vt crucem sibi imponerent non imperauit, quousque dixit, se etiam viæ ducem esse, & pompæ cruce etiam sibi imposita: *Qui vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me.*

Matth. 2. 9.

4.

Pernities reipublicæ.

Matth. 16. 24.

5. Hæc cogitatio ortum suum ducit ex diuinis nostri sancti Petri verbis alta mente perpendendis: *In hoc enim vocati estis; quia Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Ad hoc Christo nati estis, ad tolerandos labores, ad conuitia pro beneficiis perferenda. Vnde, quæso, nati sunt huiusmodi patientes homines? Respondet; *quia Christus passus est pro nobis*; id nempe ex Christo Domino, & eius inaudita patientia didicerunt. In hoc maximè singulare gratiæ donum elucet; idioma Græcum habet: *hæc vobis est gratia: ay esta la gracia:* videtur namque D. Petrus suo quasi innitens baculo aciem conuertisse oculorum in nostram miseram ætatem, & calamitosissima Ecclesiæ tempora, quando flagitiorum nostrorum densæ vmbræ tot, & tantos obcæcarant, qui fideles videbantur: *vt non effulgeat illuminatio Euangelij gloriæ magni Dei.* Quando Hispaniarum Ecclesia millies mille filios abortiuos eiecit, totidem tortuosa cauda Draconis in Septentrione exturbauit, Anglia barbaris, & efferatis legibus homines innocentissimos tamquam furciferos dilacerat, & secat, & illorum se sanguine satiat, qui nihil aliud agunt, nihil aliud cogitant, nisi Euangelij lucem ipsi afferre, rapitur ad interitum Ecclesia, desæuiunt lupi rapaces, & ardentia furiarum agmina in Christi oues impetum faciunt. Quî poterit Ecclesia maiora indies videre incrementa? Hæc cælestis Pastor diligenter intuetur, & inquit: *Christus passus est pro nobis.* Nónne Christus pro nobis labores perpessus? nónne mortem ipsam acerbissimam subiit, *nobis relinquens exemplum*, & in sanctissimæ crucis monumento exempli sui reliquit expressa vestigia? nónne in illa spirans adhuc cernitur amor, zelus? Igitur ne pertimescatis, crescit Ecclesia hoc solo confirmata exemplo. Probè tenet ipsa, *Dixi, ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius*, interpretatur Theodoretus [a], *apprehendam elatas eius*, quod ipse intelligit de dactylorum spathulis masculæ palmæ (nam marem, & fœminam esse inter eas certum est) qui racemi dactylorum non solùm in altiori, & excellentiori loco nascuntur, verùm etiam citiùs maturescunt, & influunt, vt fructus fœminæ palmæ maturi reddantur; quare qui harum arborum curam gerunt (inquit Theodoretus) spathulam palmæ masculæ colligunt, & si vel procul ad prospectum palmæ minoris admouent, hoc solùm fructus maturescunt, & decoquuntur. Inquit ergo Ecclesia, non in alicuius mentem veniat me sterilem esse, & infœcundam, propter discessum charissimi mei sponsi ad cælos; non spem generosæ prolis habendæ amisi; *dixi*, mecum ipsa cogitaui, me imbecillem crudelissimi hostes insectantur; verùm quandiu crux Domini mei stabit, quandiu erit, & illius exempla præclara memoria tenaciter adhærebunt, *ascendam in palmam*. Insudandum est mihi, vt ad crucem ascendam, sed inde iucundo illius fruar conspectu, & innumera filiorum multitudine, & fructuum copia beabor: *vobis relinquens exemplum*, illic flagrantissimi amoris expressum, & viuum exemplum cernitur; illuc figent aciem oculorum potentissimi reges, & suorum regalium diadematum firmitatem in Christi diademate capiti infixo contemplabuntur; illic, & in ipsius integra, & sancta fide, nullo fortunæ casu, aut labentis temporis vicissitudine labefactata regna firma perseuerant; illuc sacrosancta illa terga dilacerata verberibus intuebuntur, qui templa, & domestica sacella se verberibus cædentes cohonestant sanguine suo; inde sanctissimis illis pedibus doctus, suos discalceatos Franciscus relinquet; inde sese religiosi viri tribus clauis affigent; inde lectissima Virgo delicata membra macerabit, & pallorem rubicundæ induent genæ; inde nobilissimus eques mansuetudine turbulentas frænabit iras; inde qui in lecto decumbit longo morbo oppressus patientiam; inde liberalitatem, pauperum amicus discet; minimè mortuus est sponsus meus dilectissimus: illic pendet sponsus tamquam spathula dactylorum ad aspectum, vt me fœcundam reddat. Ita perantiquum, & vetus hoc in Ecclesia idioma, vt D. Clemens D. Petri discipulus Pontificem, & quem

1. Petr. 2. 21.

Reparatio Ecclesiæ per exempla & documenta virtutis.

2. Cor. 4. 4.

Cant. 7. 8.

a Ibid.

6.

In Christo omniũ exempla virtutum & ruina remedia.

quemcumque alium, cui cura sit demandata animarum, moneat in hunc modum [a]: *Nosce creationem diuersam, quæ per Christum cœpit, & sabbatissmum agitabis, propter eum, qui creare qsidem desiit, sed non desiit prouidere.* Vide modum filios procreandi, quem Christus seruat, nouum quidem, & admirabilem: modus hic est, filios suos ad templum vocat, vt sabbato, & quiete fruantur, & ipsum contemplentur; creationem verò vocauit propter miram subtilitatem, qua exemplaris causa operatur. Sicut etiam Isaias de Deo asserit, *faciens bonum, & creans malum*, id est, permittens malum: *mali* autem *creationem* vocat, quia ex nihilo homines ansam mali arripiunt; igitur sicut vt malum creetur, parum, aut nihil opus est, præsertim si ad illud exhibeatur exemplum, ita etiam bonum, & virtus, si obuersetur ob oculos, exemplum creari, & oriri derepentè videtur: vnde inquit, *creationem faciens, quæ per Christum cœpit*: hanc verò mentem esse, & sensum huius sanctissimi Pontificis, P. Franciscus Turrianus testatur [b]; quia sicut *primus homo de terra terrenus, ita secundus homo de cælo cælestis, qualis & terrenus, tales & terreni*: sicque illud D. Pauli, *Facti sumus participes Christi; si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum teneamus*, explicat: Si imaginem & imitationem illius hominis Christi conseruauerimus, quandiu ante oculos nostros exemplum eius nobis propositum ad imitandum sit, tandiu participes Christi erimus, & filij eius. Vbinam hæc exempla sunt? Aptè quidem rogas. Dicat sponsa: *Ascendam in palmam*, in illis, qui capita sunt, & Ecclesiæ sponsi, & veluti mariti fortissimi, in his exempla elucere debent. Hi sunt veluti custodes reliquiarum Christi, *relinquens exemplum*; in his virtus recondita filios procreandi, & roborandi fractam virtutem aliorum, quorum curam gerendi hi constricti tenentur, officio præeundi alios sanctitate vitæ, morum integritate, virtutibus, numeris omnibus absolutissimi: aliter enim ridiculum est populum suum velle bonis moribus informare, & ouile Christi augere, quod sibi demandatum est, & lucem hanc fixis oculis intuetur; hanc, inquam, Doctorum lucem, quę in se virtutem continet instaurandi animas.

a Constitut. Apostolicar. cap. 36.

Cap. 45. 7.

Noua creatio seu renouatio.

b In constitutio. Aposto. cap. 36.

Heb. 3. 14.

8\. Vnde non leui coniectura colligere potestis, quod damnum illud sit, quod superior infert, si malus fuerit: nam omnes Dei filios ad fatale vocat exitium, & maiorem iniuriam ipsi infert, quàm verbis dici, aut mente possit cogitari; illius enim honorem, Ecclesiam, filios adulterat, defraudat, & eam matrem sterilem reddit, quæ sponsum habet fœcundissimam columbam, contra quam peccat hoc hominum genus. Adulter in Deum, & in maritum peccat, hunc etiam filiis orbat, quos naturaliter genuisset, idipsum malo exemplo committitur. Id probatur post hominum memoriam inaudito casu. Quid auidius Synagoga optauit, quàm filium illum, Christum inquam; quæ erant omnium vota, precésque, quæ desideria illius populi tam virorum, quàm fœminarum? ad quid aliud omnis natura fundata? quid omnis creatura, orbis vniuersus, nisi ad huius filij fœturam, & partū? quid aliud Israël, & Iudæa, nisi populus destinatus ad palmas vtrasque in cælum tollendas, vt Messiam Deum vlnis suis exciperet; *parate viam Domini. aparad, tomad le, que viene ya Dios*: accipite, iam terris illabitur, quem sanctissimi Vates rorem nuncupabant, *quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis*; Euangelia da, exultaque filia Sion; *ecce rex tuus venit tibi*; iam domi tuæ Deum habes filium, filium nacti sumus; *puer natus est nobis, & filius datus est nobis.* Quid hunc filium à Hierusalem surripere poterit? quid? malum regis exemplum; videte reges vrbem ingredientes, percontantes, *vbi est, qui natus est Rex Iudæorum?* quæ vox cùm illorum animos, & linguas concitare debuisset, vt in lætas, & iucundas voces prorumperent, principem iam habemus, *viuat Rex*, illos attonitos reddit, & stupidos. Quid hoc est? *Turbatus est Herodes, & omnis Ierosolyma cum illo.* Quid plura? eò deducta res est, vt cùm impius rex hunc è medio tollere desiderabat, tantam infantium multitudinem acerbissima morte multauerit, ciuitas ipsa deinde cùm iam quem optabat, innocentissimum feliciter nacta esset, non dubitarit illum ipsum filium optatissimum ignominiosè tractare, & turpissima morte afficere, iniqui regis docta exempla. Quis tantum scelus aggredi ausus esset? quis tantum filium Israëlitici populi desiderium, spem totius orbis perdidisset? ita: nam Christus aut verbo, aut exemplo filios procreat. Quare concionator his, qui verbum Dei quasi fuco oblinit, falsat, aut abscondit, verbo virtutem adimit, adulterium committit: *adulterantes verbum Dei.* O crudelem, & immanem diuini honoris carnificem, qui vt gloriolæ vanæ auram aucuperis, emollis, effœminas, debilitas, & frangis diuini verbi vires, vnde profani, & adulterini filij generantur, & prodeunt Poëtæ loquaces, vani, populari plausu elati, *mente corrupti*, vt inquit Paulus, ex quibus sancti, & spirituales viri nasci debebāt.

Praui exempli incommoda.

Vt periit à Synagoga Christus.

Luc. 3. 4.

Ier. 31. 16.

Adulterantes verbum Dei. 2. Cor. 2. 17.

9\. Modus alius est filios procreandi medio exemplo; qui verò malum exhibet, adulter est. Prophetarum primus Oseas tonat horrendum, rugit, manibus in pugnum contractis, & veluti mare furens, & feruens tempestate ingreditur, quantum potest voce contendens euaginato gladio: *in domo Israël vidi horrendum.* Quid hoc est? in domo mea scelus inauditum, ignominiæ nota inusta sempiterna? nefandum adulterium ab ea patratum, quæ præ omnibus cordi erat? *ibi fornicationes Ephraim, contaminatus est Israël*, fœda labe Dei sponsa maculata est. Domine quid noui? à te supplex oro, & obsecro, quid factum est? tuarum curarum fac me participem. Modò nullatenus tempus tacendi, ait, recede: *nam Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ, nec aquiescet precibus.* Quid vidisti? *Horrendum vidi, fornicationes Ephraim*; nefandum crimen, scelus detestandum Ieroboam, qui exemplo suo me innumera filiorum sobole priuauit, quam decem tribus continent, quas ipse idololatria conspurcauit, & solus homunculus meæ gratiæ, meo honori inimicatus est, infœcundam, & sterilem reddidit Israël, & lectissimam Dei sponsam fœda labe conspersit.

Ose. 6. 10.

Prou. 6. 34.

10\. Vt verò hæc causa agatur stricto iustitiæ iure, & æquitati quidquid suū est tribuendo, animaduertamus Christum Dominum ita pro certo habuisse infinitam filiorū multitudinē, superiorum exemplis fore procreandam, vt ad hunc scopum semper collimarit, & huc omnes suas curas, cogitationésque contulerit. Eia Petre, cruce prodi insignitus; Bartholomæe excoriatus; Stephane lapidibus petitus; Francisce discalceatus abi. Eia lectissima Clara auream tonde comam;

Vis exempli virtutis.

his

his enim exemplis ad imitandum propositis diues, & locuples fiam, & multorum filiorum pater. Ad rem quidem D. Gregorius [a] factum illud singulare Iacob virgarum excorticatarum ingenij sui lance ponderat. Res ita se habet in Genesi. Animaduerte, inquit Iacob, ô Laban, me tot annorum spatio in tuis pecoribus diligenter obseruandis sine mercede aliqua perseuerantor insudasse, id modò tantùm exigo, vt agnos omnes varios, & versicolores, qui ex masculis, & fœminis albis enascentur, mihi pro mercede exhibeas; additque Iacob (quem prudentiæ Patrem appellat Ambrosius) *respondebit mibi cras iustitia mea: yo se, que de oy a mañana me responderà mi justicia.* D. etiam Hieronymus nobis fauet. Hunc modum, ait, natura seruat, vt ex masculis variis fœtus etiam varij, & versicolores oriantur. Verùm cùm probè teneret diuinam illam inuentionem causæ exemplaris, ante ouium oculos in ipsis canalibus, detracto cortice virgas albicantes, & virides posuit, vim, & potentiam exempli non ignorans, quo natura etiam ipsa à gratia, & iustitia vinceretur: vnde, inquit, naturæ lex est, vt ex ouibus coloris eiusdem similes filij in lucem prodeant; verumtamen *respondebit mibi cras iustitia mea*; dum pro te natura, pro me verò gratia stabit, & iustitia, quæ præstantiores, & potentiores leges habet, quas quidem exercet cùm ante subditorum, & ouium ora, & oculos eximiæ virtutis exempla præclara obuersantur, quibus virtutem concipiant, & sanctitatem; è contra verò cùm mala exempla proponuntur, certum est virtutes, & splendentes colores in vitiorum maculas fore commutandos; *quare ditatus est homo supra modum, pecoribus, & armentis locupletissimus effectus.*

a Lib. 21. moral. c. 1.

Gen. 30. 33.

11. *Quot fructus exemplum parit.*

Inde igitur aptè quidem inferre possum adeò exigi veros Ecclesiæ filios Patri cælesti simillimos, quando ponit ob oculos populi sui, iudicis virgam, pastorale baculum, regis sceptrum, ducis scipionem, aut Pontificis insigne, pileum, cucullum, Doctoris insignia: ad hoc enim proponit, vt sint quasi ideæ exemplares, & filiorum Christi progenitores; ipsique rationem reddituri sunt Deo, cur tam exiguus sit numerus, támque pauci virtutis colores in republica inueniantur. Idipsum explico, & ex nascentis mundi primordiis conclusionem elicio. Primus homo Adam, secundus Cain, tertius Abel, Cain occidit iustissimum Abel; quid fecisti sceleratissime nequam? quæ cædes ista? qui exercitus iste mortuorum? vnum ego solummodo occidi. O perditissime fili damnationis æternæ! agè, dic, quot filios habuit Adam; tu verò quot habiturus? nónne totidem habuisset frater tuus Abel, & plures etiam; quia iustus erat, cuius generatio ad omnia sæcula perseuerat. Vide quid feceris, *vox sanguinis clamat ad me de terra*, Septuaginta, *vox sanguinum clamat ad me.* Omnes filios, qui ab Abel procreandi erát, omnes hos interfecisti, & sanguis omnium vindictam exposcit contra te. Acumen est D. Augustini [b], contra illos, qui non verentur, mulieres familiariter conuenire, & illarum frequenti delectari alloquio; *illorum animæ, quæ pereunt, ab illis in die iudicij requirendæ sunt, qui illis exemplum perditionis ostendunt.* Petrus item Damianus cùm cognouisset virum quemdam à virtute desciuisse, & à desiderio religionis, eo quòd in quibusdam religiosis nescio quam libertatem, & defectum viderat, acriter per litteras increpat [a]. *O quantis sanguinis reus est, qui sub sacri habitus schemate talem se per susceptæ professionis iniuriam exhibet, vt quærentes accedere peruersè viuendo disturbet*; alludit proculdubio ad verba Gen. *vox sanguinum*; & Chaldæus clarissimè de futura sobole, quam habiturus erat Abel, interpretatur: *vox sanguinis generationum, quæ futuræ erant, succedere de fratre suo.* Audi horribilius verbum, quàm cuiuis Prælato, aut Præsidi dictum vmquam antea fuit; seuerissimus enim iudex, & æquissimus die orbis extremo inquiet: Accede huc Præsul, Antistes rationem 12.
redde non solùm tui muneris, sed etiam filiorum, quos si exemplo præiuisses, mihi, & Ecclesiæ procreasses; redde rationem non modò vectigalium, & reddituum, quos profudisti, sed etiam eleemosynarum, quas huius populi diuites dedissent, si te munificum, pium, & liberalem erga pauperes exhibuisses. Nonne Christianam humilitatem quasi extulisti, & inflasti, & maiorum tuorum, piscatorum, & Apostolicorum mores, & vsus in profanos, & plenos fastu, & superbia reddidisti? redde rationem eques non solùm mandatorum meorum, quæ violasti, sed etiam homologesewn, & sacri cibi sumptionum, & communionum populi huius, quas sine dubio frequentasset, si tu, qui princeps, & caput extitisti, certum sacerdotem habuisses, qui tibi confitenti aures dedisset, si ibi publicè sacram Synaxim sumisses, & non in angulis, & semel in anno. Eia fœmina, quæ mundos muliebres, vanam supellectilem, ornatum vestium, comptos capillos ostentasti; redde rationem earum, quæ circumspectæ modestiæ, honestatisque cultrices extitissent, si te honesto, & decenti habitu ornatam, & non pedisequarum, & & assectarum magna caterua stipatam vidissent, & tuo exemplo vilissimæ, & pauperrimæ mulieres superbire, & elatos spiritus attollere minimè didicissent; iustitia, iustitia (inquit Christus) seruetur, iustitiam imploro, vinclis sempiternis addicantur, *cras respondebit mibi iustitia mea*: vobis confirmo, & iuro non impunè abituros, *vox sanguinis clamat ad me.* Hæc omnia bona suffocasti, & perdidisti tamquam filios ante partum, & ipsi clamant ad me: nam Christus ditissimus Pastor extitisset ingenti ouili animarum; & modò pauperrimus est, ita vt ipsius ministri inaccessos montes, & profundas valles adeant, Indorum, inquam, longè dissitas, & remotas orbis oras, vt à vipretis errorum ad læta Domini pascua traducant animas miserorum, à dirissimo seruitutis iugo cacodæmonis asserant in Christi Euangelij libertatem.

Gen. 4. 10.

b Lib. de honestate mulierum.

a Epist. 5.

Seuera ratio exigenda à prælatis, &c.

Omnis ista iustitiæ, æquitatisque seueritas duabus in rebus fundatur. In primis potentissimum est malum exemplum ad sceleratissimos filios gignendos; bonum verò ita potens est, vt naturam omnem excedat, & illius leges longè superet. De primo, de filiis, inquam, exempli mali, Ezechiel agit in duobus locis: *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* Quare, quæso, filij Israël Amorrhæi dicuntur? nónne filij naturales ex illa toties repetita Israëlis propagine suam trahunt originem? nónne ex Abraham, Isaac, & Iacob suum ducunt exordium? nónne excisi ex rupe Abrahæ, & è cauerna Saræ producti? Hic Origenes [b] acutè respondit, Hieronymus etiam, & Theodoretus meritò illorum filij

13. *Prauum exemplum.*

Cap. 16. 3.

b Hom. 6. in Ezechiel.

filij appellantur, quorum impietatem sectati sunt, & propter deprauatos mores simul cum isto genere sortiti sunt hæreditates; meritò enim eius parentis quis dicitur filius, cuius mores æmulatur, & viuendi rationem tenet: quoniam Hebræi patrem vocare solent, non tantùm eum, qui genuit, sed etiam eum, qui instituit,
Cap. 4. 22. vt in Genesi videre est: *Ipse est pater malleatorum, vel canentium cithara.* Et per Isaiam Christus
Cap. 9. 6. prædicitur appellandus *Pater futuri sæculi*, id est, nouæ vitæ spiritualis, scilicet institutor; eadem ergo ratione eius dicitur filius, cuius mores æmulari videtur. Vnde Abrahæ filij natura, & imitatione inueniuntur Amorrhæi: bene enim quis potest in media Hispania viuere, & Turcæ filius deprauatis suis moribus existere, & Romæ esse potest hæreseos labe, & vitiorum contaminatus.

14. Idipsum magis exaggerant verba Ezechielis,
Cap. 19. 2. *Quare mater tua leæna inter leones cubauit, nutriuit catulos, & didicit prædam, hominésque comedere?* Hic elucent omnes circunstantiæ, quæ incredibilem vim, inauditámque potentiam exempli
1. Paralip. 25. mali exaggerant. De quo enim, quæso, agit ibi præter alios reges? de Iosaphat vtique, alio nomine Sellum, qui quidem spatio trium mensium solummodo gubernacula Israëlitici populi pertractauit, populo, vt credo, tumultuante electus, & expectante propediem Pharaonis irruptionem in vrbem; à quonam occidere, & prædari didicit? quomodo ex homine repentè
Cap. 23. 32. factus est leo? Habetur hoc in lib. 4. Regum: *& fecit malum coram Domino iuxta omnia, quæ fecerant Patres eius.* Inclytus princeps Iosias, qui nihil mali fecit, immo quid non fecit boni, cuius memoria relicta est Ecclesiæ Dei pro odorata compositione; hæc omnis vnius mali exempli exaggeratio: inprimis quot mala trium mensium breui interuallo rex potest importare, si sceleris, si turpitudinis exemplum exhibeat?
Egregia ponderatio praui exempli. Secundò quàm potens est populus, qui lymphatus, & amens rapit arma violenta cùm agnum filium regis mansuetissimi in furentem leonem conuertat, tollendo solummodo vocem, arma, furor, impetus, ardor, illum bellatorem effecerunt. Tertiò tribus mensibus imperij non opima pace fruentis, sed furentis, bello imminente Pharaonis, qui tunc Iosiam, & Ioannam fratres interimebat: tamen breui temporis spatio, fatali iam impendente ruina, & extrema belli calamitate facinora patrauit, idololatriam fouit, innocentissimos quosque trucidauit, vt ex omnium scelerum colluuione nati maiores sui Manasses, & Achaz antea præstiterant. Quartò cùm adhuc virtutis, & rerum gestarum expressa vestigia, cùm spirantia, & viua sanctitatis exempla cerneret, paternæ pietatis, quam oculis viderat, manibus tractauerat, & econtra vix ad illius peruenerat aures impietas prauorum, eáque iam obliterata, & deleta penitus Iosiæ patris religione; & tamen impium, & efferatú esse didicit à maioribus, quos ignorabat: domestica autem disciplina nihil omnino profuit. Quintò, ita alicuius filius dicitur quis, cuius vitam, moresque sectatur, vt illius, à quo fuerit procreatus: sacra enim pagina religiosissimi, & piissimi regis Iosiæ Ioachaz perditissimorum patrum filium appellat: *fecit malum sicut omnia, quæ fecerant patres eius*, patres intelligens auctores scelerum. Sextò, ita perniciosum est malum exemplū vni ciuitati, vt serpendo indies latiùs occupet vniuersa, & redundet in commune damnum, & quia hic idololatra leonis instar crudelissimi desæuiebat, Hierusalem omnis, prædatrix, barbara, immanis leæna vocatur: *mater tua leæna*; & reges omnes præteri- 15.
tos ferocissimos leones nuncupat, inter leones *Mala exempla è medio tollenda.*
cubauit. Quare sicut Deus rerum humanarum curam gerens has immanes feras, & lupos rapaces occidit, & qui lupam cubantem, aut grauidam interficit, magnum commodum affert, & præmio dignus est; ita etiam Deus Opt. Max. semper curam habet in ipsis exordiis mala exempla è medio tollendi, aut quando peccati filios erant productura extinguendi. Hac de causa mandauit, vt notauit Theodoretus [a], vt lapidibus obrueretur is, qui ligna colligebat in die sabbati, quod Iosuæ opere executus est; quia primus legis violator erat, & maiori supplicio plectendus; quia sine malo exemplo delinquebat, & in eius quasi in lupæ ventre cæterorum mala exempla delitescebant; & hac de causa nefas ille, totúsque ex fraude compositus Iudas, vt primùm se suspendit, crepuit medius, & dispersa sunt viscera eius per terram; quia primus fuit, qui ausus est indignè Iesu Christi sacrosanctum corpus illis accipere, & tamquam detestandus acceptor sacramenti, & quasi lupa ferox deuorato sacramento in ventre suo tot indignas huius sacramenti sumptiones in virtute continebat; mox statim voluit Deus, vt disrumperetur, & omnia huiusmodi scelera omnino illic etiam occumberent, tantam vim, tantámque potentiam ad malum, malum exemplum habet.

a Quæst. 31. in Numeros. Saluianus lib. 6. de prouidentia ad medium.
Actorum 1. 18.

Verumenimuero potentior est Dominus, qui verbo suo commisso viris exemplaribus, illustriora opera patrat; illis sustentat Ecclesiam, vt antea miraculis idipsum præstabat. Quod quidem notat primus Chrysostomus [b]; vtilius enim Ecclesiæ fuit à Petro retia contemni, & petulantes animi motus ab Apostolis coërceri, quàm ab ipsis mortuos ad vitam reuocari: *nam si hoc non habuissent, si passionibus veluti nos seruiissent, & si innumeros homines suscitassent, non solùm nihil vtilitatis fecissent, verùm etiam deceptorum, & seductorum nomina non effugissent.* Quæ denique sit hæc inuentio, quæ mens ista, & cogitatio filios procreandi Christo similes, D. Bernardus attigit: ideo enim Pater æternus ad imaginem Verbi fecit nos, vt exemplari, & prototypo similes redderemur: *oportet itaque id, quod ad imaginem est, cum imagine conuenire, & non in vacuum nomen imaginis participare; repræsentemus ergo in nobis imaginem eius, in appetitu pacis, & intuitu veritatis, & in amore charitatis.* Ad hoc inuenit quosdam homines, tamquam crystallina specula, sapientes, veraces, in quibus splendor Christi, & sol iustitiæ elucescat, & illos reliqui omnes obseruent, imitentur, & colant, & cum Paulo dicant, *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*, &c. nam ad concionatoris formam intuentes, ad opera bona excitantur, & Christo quàm simillimi redduntur; ideo animam tanto muneri præparandam ipse vocat Christus, vt ait D. Gregorius Nissenus [c]: *Surge, veni, propinqua mea, pulchra mea, columba mea. Appropinquare iubet humanam naturam ad Christum, vt sicut speculum diuinæ formæ accipiat simulacrum, & diuina similitudine informetur, vt quæ serpentis habuit*

16. *Exempla & sanctorum documenta Ecclesiam sustentant.*
b Hom. 47. in Matth.
Philip. 3. 17.
c In Cant. 2. 10. & 13.

buit speciem ad primariam, & exemplarem pulchritudinem conformetur. Ex hac luce, & similitudine mox fit columba, *columba mea*, fœcunda, quæ spirituales filios Christo simillimos procreat, cuius luce concipiunt: *à facie tua concepimus, & parturiuimus spiritum salutis*, & filij lucis prodeunt, & gratiæ, nec non & gloriæ.

Isai 26. 18.

De instrumentali causa verbum Dei exequente, h. e. de Concionatore.

PRÆLVDIVM VI.

1.

QVALE sit Christiani munus oratoris, & concionum scopus, ex diuino Dionysio Areopagita, qui primorum Episcoporum exempla secutus fuit, & illorum concionatorum æternæ veritatis recentia adhuc inuenit, impressa vestigia facilè colligemus. *Pontificalis ordo* (inquit) *non perficere solùm, sed illuminare, & purgare nouit.* Qui suis humeris imponunt onus animarum, & pastorale munus aggrediuntur, intelligant, sui officij esse corda emundare: oculos doctrinæ, & exempli radiis illustrare: tandem bonis moribus ad perfectionem vsque subditos imbuere, & ad virtutem, honestatémque informare. Et cùm diuinæ veritatis sibi consonæ maximè sint, & adinuicem quibusdam quasi nexibus colligantur, annulorum instar, & ansarum tabernaculi, cortinarúmque, quæ omnes sibiipsis mirificè respondebant, *vt ansa contra ansam veniat, & altera alteri possit copulari.* Quare verbis Dionysij ipsius magistri sententiarum, videlicet Pauli diuinitùs consonat, *Nos annunciamus Christum, corripientes omnem hominem*, (quod ad emundationem animæ pertinet) *& docentes omnem hominem* (hoc est illuminare) *vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu*; id est excolere,

Dionys. de Ecclesiastica Hierarch. c. 5. vide etiam cap. 7.
PARTITIO PRÆLVDII.
Exodi 26. 5.
Colos. 1. 28.

2.
expolire, & ad exemplar Christi Domini viuis virtutum coloribus illustratæ imagini vltimam, vt aiunt, manum imponere; inde, & ex antecedentibus D. Thomas [a] non leui ductus coniectura prædicationis Euangelicæ, ministerij præstantissimam, & altissimam colligit dignitatem. Primò propter materiæ præstantiam singularem, in qua sese exercet, scilicet in adoptione animarum, & in administratione thesaurorum Dei, & hoc est, *Traditum est mihi secundùm dispensationem*, actiuè, id est, *vt dispensem vobis diuina, fideliter tradens ea, & hæc potestas data est mihi*; vel passiuè, id est, *secundùm quod mihi dispensatum est à Deo*; quæ quidem duo magni momenti sunt, mihi videlicet omnes thesauros credidisse tamquam diuitiarum suarum administratori, quæ tot annorum cursu, per tot sæcula antea latuerunt. Secundò propter finem, *vt impleam* (verbis Dei) *ministerium, quod absconditum fuit à sæculis.* Quæ rerum humanarum, diuinarúmque peritia, quæ virtus, qui animus ad talem, tantámque prouinciam suscipiendam erit necessarius? Tertiò ex praxi, & vsu, qui tria maximè difficilia complectitur: vtpote purgare, & sanare putrida, & fœtida vulnera mortalium omnium, corripientia omnem hominem, tot, tantásque tenebras propulsare, quæ solem ipsum iustitiæ omnino reueritæ non fuerunt, & ad formam, & imaginem Christi informes homines figurare, idque solis verbis efficere, quod Christus tot exantlando labores, vitam, sanguinémque profundendo, fuit consecutus. In hæc quoties summe Deus, mentis aciem conuerto, toties exalbesco, & toto corpore, totisque artubus contremisco, hîc mihi pulsibus quasi euanescentibus, spiritus, & vox intercluditur, quando video id à me onus subeundum, vires exsuperans humanas, Angelis etiam ipsis formidandum, tui, inquam, sempiterni filij, & incarnati Verbi esse instrumentum. Et secundò pro viribus conari, vt alij tam arduum opus aggrediantur, & ingens onus suis humeris imponant, in quo illud maius solatium est Deum ipsum huic rei natum esse corporatum, & carne tectum, in quo vno obtinendo fortiter dimicauit, & in cruce tandem occubuit. In quo chariores etiam amicos expendens illos his difficultatibus obiecit: quales sunt, quas Paulus de se, & aliis Prophetis enumerat; egòne temerarius, & audax, impudens, & imprudens tale, tantúmque munus talis, & tantillus aggrediar, quod semper tuam decuit, atque adeò postulauit maiestatem?

a In hæc verba Pauli.
Col. 1. 25.
Colos. 4. 17.
Munus concionatoris.
Ingens onus prædicationis.

3.
Quadam die nuncio tuæ maiestati opus fuit, qui pergeret ad certiorem populum reddendum de exitio, & vrbis vastitate, & totius sanctissimæ Triados concilium congregatum est ad illum eligendum. *Quem mittam, & quis ibit nobis?* Suscepti consilij nostri quem socium idoneum eligemus, qui trium personarum honori consulat? si dicas, *quis ibit nobiscum?* quis tanti negotij particeps esse poterit? quis cursu æquabit tantum Redemptorem, qui citatis passibus celerrimus venit in terras, & Euro velocior cucurrit, & omnia largè, effuséque vitam quoque donauit, & sanguinem; *quis ibit nobiscum?* quis ibit, qui nostram gloriam quærat, non suam aucupetur, vt notarunt Thomas, & Hugo, acquisitiuè legentes *nobis*; egóne audebo? id mihi credam homini vanitate composito, & lucro propriæ laudis conflato? qui vitam duco papilionis instar, variatas mille coloribus alas ostentando, ac splendorem, & lucem reipublicæ munerum, ad popularem auram, & vanum vulgi plausum, vbi *omnes, quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi.* Quòd si etiam his, qui à Deo ornati sunt, & multis instructi donis ad Apostolicum ministerium, non tutò committitur Euangelium, & animarum causa, & sanguinis, verbíque dispensatio, quinimmo purificatis igne tanti Prophetæ labiis, & perillustri visione confirmato adhuc deliberat Deus, qui mitti possit, *quis ibit?* quis sese insinuabit, & ingeret tanto ministerio? quis audet dicere, *Ecce ego, mitte me?* Difficilius adhuc est secundum, scilicet breui quadam instructione multos idoneos eiusdem Domini, eiusdem causæ, eiusdem verbi velle ministros efficere, vt infrà ex Nanzianzeno [a] subiiciam. Verùm diffidentes, & spe iam cadentes discipulos seruator noster erexit, & confirmauit, dicens, *Vos estis sal terræ*, ad emundandum; *vos estis lux mundi*, ad docendũ; vos *ciuitas* in perfectionis fastigio collocata, ad excolẽdos, & perficiendos animos: *vos estis: pues lo digo lo sois*; is namque sum, qui ea, quæ dico, facio, & dicendo facio. Æstimate munus, sed non deponatis.

Isai 6. 8.
Philip. 2. 21.
a Apoleg. 1.
Erigit animos concionatorum Christus.

4.
Primum est *purgare*, hic nostri ministerij, atque etiam verbi Dei finis. Ierem. *Si separaueris*

Cap. 15. 19.

pretiosum

Digitized by Google

pretiosum à vili, quasi os meum eris. Sensum litteralem infra explico; mystico fauet Rabbi Ionathas: *Si conuertes impios, vt fiant iusti, beneplacitum verbi mei complebis*; immo ipse filius *beneplacitum Patris* nuncupatur: ad hoc enim venit in mundum. Patet hoc ex verbis, quæ labores, & acerbissimam in cruce mortem perpessus dixit stans in medio discipulorum, & inflicta vulnera ostendens inquit: Pergite modò discipuli amantissimi, peccata condonate; hic enim scopus vitæ meæ, & vestrarum concionum debet esse, *vt deleatur iniquitas*, & finem accipiat peccatum, idque semper ante oculos nostros obuersari debet, & *hic est omnis fructus*, vt auferatur peccatum, hic laborum fructus, hinc feliciores prouentus metiri debet concionator, non multitudinis concursu, & plausu, ad hoc spiritum suum insufflauit. Verùm quare

5. piissime Domine, vulnera illis ostendis in die summæ gloriæ, atque lætitiæ? & quare ipsi ita incredibili perfusi sunt voluptate vulnera intuentes sui magistri, vt dicat Euangelista, *Gauisi sunt discipuli viso Domino*, non videtis vulneratum accedere, quid gauderis? Sed potiùs hoc illorum animos exhilarat. Sua ipsis vulnera patefecit, quando illos ad concionandum, & dimittenda peccata delegat, vt illorum oculis sui ministerij viuam, & spirantem proponat imaginem, & exemplar, quod est apostemata purgare, & cordium mederi vulneribus, licèt labores tolerentur, pericula adeantur, crux, mórsque ipsa perferatur; & delibuti sunt gaudio Christi cernentes vulnera. *Gauisi sunt discipuli viso Domino.* Huius noui gaudij rationem reddamus: numquámne in mentem venit, quid sit in causa, cur quando vulneri alicuius medentur, quod ipsum maximè cruciauit, & manantem ex vlcere saniem molli linteo chirurgus diligenter emundat, statim ad linteum conuertat oculos? Idem contigit, quando scinditur vena, statim sanguinem videre cupit, licèt omnes adstantes corruptum esse dicant; problema est Philosophorum principis Aristotelis. Huius verò lætitiæ causa ea est, quia natura cum oblectatione alio in loco videt id, quod tanto opere ipsam affligebat, & vexabat. Sic discipuli lætati sunt viso Domino, eius vulnera contemplantes: nam in illo candido linteo sacrosancti corporis pœnam omni dolore liberi, saniem sine suo damno videbant, quæ tot cruciatibus, & doloribus naturam affecerat humanam. O mi Christe, quid aliud cruci suffixus eras, nisi linteum expansum, in quod fœtentem saniem mea culpa proiecit, hi sunt liuores, & vibices, saliuæ, & verbera, vulnera, & mors, quæ omnia tuum innocentissimum corpus, quasi purissimam byssum fœdarunt, & peccatorum nostrorum maculis resperserunt, quas ex te nullatenus extrahere potuisti, in te vnum quasi omnium peripsema acerbissimos dolores nostros, & multiplices labores proiecimus, tu apostemata nostra suscepisti. Hinc iam totus meus liquescit animus voluptate, cùm in te præsertim muneris, quod mihi credidisti, exemplar intuear, vt sim ego candidum linteum, in quo nauseante, & stimulante conscientia, animæ peccata

6. proiiciant. Hoc onus meis humeris impositum, hæc est causa Christiane, cur quando per confessionem peccata deles, pacato, & tranquillo animo prodeas lætabundus; acerbo verò quasi

Rabbi Ionathas.

Dan. 9.24.

Isai. 27.9.

Gaudium super Christi vulneribus vndenam ortum.

Ioan. 20.20.

Simile.

Quid Christus in cruce nobis sit.

illato vulnere lacrymabundus manet sacerdos; Ratio est; quia ipse quasi linteum criminum manantem saniem excepit, & iam liber, & graui solutus periculo, tu ipse in alio iam hiantia vulnera cernis. Ne conqueraris perdite, ne conqueraris quando concionator vulnera premit, atque constringit, vt fluat sanies: id enim fit, vt dolor omnis, malum omne pellatur, & in se veluti transferat: plus enim ipsum, quàm te excruciat, & torquet, ne sis aspidis instar *surdæ, obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter*, quæ recusat diro veneno liberari, & aures obtrudunt etiam ad Christi vocem, quem Alexandrinus Clemens [a] *incantatorem animarum* nuncupat. Inde etiam Christianus orator discat se nullo modo suo muneri satisfacere, & salis instar esse euanescentis, si animas non assiduè purget, & mundet à peccatorum sordibus, sua vi, & virtute fugans scelerum corruptionem, hoc illud est, *quod si sal euanuerit, in quo salietur?* Quid 7.
inde mali, mi Christe, si sal in aërem conuertatur, cùm etiam partim ex ipso conflettur? Ingens (inquit Dominus) malum est: sal enim ex aëre, igne, & aqua conflatur, ad rem magni momenti, scilicet ad corruptionem vitandam; si id verò non præstiterit, euanescit: quemadmodum si sulphureus puluis, qui fit, vt efferatis Turcis, & perfidis hæreticis mors inferatur, si in nihilum redigatur, sine strage, & cæde multorum, nihil valet: nam licèt consumatur, tamen id non efficit, ad quod fuit conflatus. Hæc secum altiùs rimetur concionator, & qui consitentibus aures accommodat, sui muneris esse, nullum non modò malum, sed summum bonum committere expiando, mundando hominum animos, & illos à tenebris ad lucem, à morte ad vitam reuocando. Et licèt sit venator excellens, egregius scriba, rhetor insignis, præclarus Astrologus, & cæteris artibus polleat, si in his omnibus prouinciæ sibi demandatæ non respondet, veluti sal euanescit; nec conciones habitas longo annorum decursu, ne concursum omnium ordinum ad illas factum garrula lingua iactemus: inde enim inaudita damna deriuantur in tantum munus, in talem tantúmque hominem, nempe *vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus*, vt is, qui virorum corda piabat, tanquam sordidus, & impurus ab Ecclesia expellatur. Hoc S. Gregorius simili aquæ sacri lauacri explicuit, quod prodigium maius, & miraculum, quàm vulgaris aquæ inaudita præstantia, quæ quidem in sacro Baptismate Dei verbis coniuncta prorsus admirandam mutationem efficit, ita vt animam diaboli seruituti addictam derepentè in Euangelij asserat libertatem, cacodæmonis filiam Dei filiam reddat, & nigrum coruum in candidam columbam conuertat Deo gratissimam, & charissimam. *Y despues de hauer hecho tantas limpiezas: statim in cloacam mittitur:* nam postquam hæc præclara munera obierit, venit propulsandus, & proterendus, vt conculcetur ab hominibus. Esto sal mordens, & cor- 8.
rodens, vt sanes, ne antiquitatibus prophanis delecteris, ex quibus stillatici conceptus prophanum quid, & mendosum redolere videntur, & hic roseus vapor ex huiusmodi floribus extractus semimortuum peccatorem non sanat. Sicut neque illum tot vulneribus saucium, Ouidiano carmine, ingenioso emblemate ad vitam

Ps. 57.5.

a Lib. 1. Pædagogi.

Math. 5. 13. *Si sal euanuerit quæ incommoda inde promanant.*

Simile.

Luc. 10.30.

Varius corripitur concionator. reuocares. O rem horrendam visu, auditu detestandam, monstrum immane, & crudele! ô infatuatum, & euanescentem salem! ô truces carnifices animarum, qui flosculis, verbiolis animas in suo se sanguine, & sorde volutantes sanare autumant! Diuinus ille Samaritanus i-
Luc.10.34. mitandus, qui videns eum *misericordia motus, & appropians alligauit vulnera eius; appropians* (inquit) debet enim concionator propè accedere rebus dicendis; quæ enim afferuntur, & verba, & res debent esse percommodæ; Hispanè *appropiadas* affectui, & effectui proximæ: nam ex Horatij carmine, aut Valerij narratiuncula vsque ad excitationem animæ in peccato iacentis quot leucæ sunt interpositæ? quantum adhuc distat à scopo concionis, qui talia pro concione audet effutire? *alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum*; amara dulcibus, asperis suauia tempera, nec solum oleum infundas, sed vinum purgans vulnera, salem paululum mordentem tuam doctrinam illibatam, integrámque omnibus exhibe, vt inquit Paulus. At inquies, asperitas nimia, inurbanitas, furor multis videbatur. Iam his satisfecit Chrysosto-
a Hom. 70. tom. 5. mus [a]; *me namque melius est audacem à vobis, immitem & insolentem putari, quàm quæ Deo placent, vos non facere: vehementiùs autem locuti sumus ad cautelam maiorem*; nequaquam enim prætermittam id, cui natus, cui factus, cui destinatus, quod est *purgare*.

9.
Illuminandi munus. Secundus effectus est *illuminare & docere*, munus hoc ipsius Dei est, creatoris summi est, & nouæ prolis instauratoris; & apud Hebræos illuminare, & regenerare idem sunt. Vnde quemadmodum eo tempore, quo vniuersitatis machina condebatur, quando adhuc horrida, & inculta iacebant; primum, quod rerum omnium
Gen. 1. molitor Deus imperauit, fuit; *fiat lux*, quod quidem fuit sui quandam speciem efformare, & quasi cassidem erigere, & dicere: Ego sum, qui ingentem machinam ædifico. Et quis Domine? ego Deus, ego lux; *quoniam Deus lux est*: sic etiam, vt manifestet se in renouatione, & instauratione mundi spiritualis adesse illis dicit: *Vos estis lux mundi*; ego meum nomen, & vicariam fidem vobis committo, & hanc tenebricosam materiam, & cæca peccatorum caligine obductam in claram lucem edite, & luce vestra filios lucis Deo similes efformate. In quo munere obeundo duo vobis contingent, quæ egregiè
b In cap. 39. Iob lib. 30. c. 9. & 10. Gregorius [b] adnotauit: in primis ingentes dolores, & cruciatus torquebunt vos, parturientis instar ceruæ, & ingrati futuri sunt filij vestri:
Iob 39. 1. *Labores & dolores in concionandi munere subeundi.* *numquid parturientes ceruas obseruasti? Pensate, quis labor sit in prædicationibus Patrum, quantis doloribus, quasi quibusdam conatibus animas in fide, & conuersatione parturiunt: Deus verò ad retributionis gloriam non solùm effectum considerat, sed etiam momenta cogitationum signat; & ideo dicitur ad Iob: Dinumerasti menses conceptus eorum*; qui enim in lucem lucis filium editurus est, veluti mulier illa Apoc. tota luce circunfusa; futurus est totus splendore circundatus: *curantes summopere vt contra iram patientiæ luce resplendeant, contra carnis luxuriam etiam cordis munditia fulgescant,*
10. *contra torporem zelo candeant, contra fusos præcipitationis motus serena grauitate rutilent, contra superbiam vera humilitate luceant, contra timorem radiis auctoritatis clarescant*. Post hæc autem intelligat, post suspiria, post gemitus, & dolores nulla gratitudinis signa futura in filiis *egrediuntur, & non reuertuntur ad eas*: sed sicut ceruarum filij *pergunt ad pastum* illarum, iam obliuione capti. Veluti etiam pisces piscatoribus nulla gratitudinis signa exhibent, neque nutrientibus illos; nec enim sine causa piscatores in prædicatores côuertit, quorum labor grauis est erga ingratas bestiolas. *Cur piscatores ad prædicationem traduxit.* Porrò si viderit aliquorum animos ad interitum ruere voluntarium, ne mœrore conficiatur; neque enim verbum Dei perit, nec ipse concionator cùm mala, & aspera denunciat populo, ideóque nos comparat Gregorius [a] nuntiis Iob, a Lib. 2. Moral. in c. 1. Iob.
qui dixerunt: *Ego euasi solus; quis est iste nuntius, qui aliis pereuntibus solus euadit, nisi propheticus sermo, qui dum sunt mala, quæ prædixit, quasi sanus ad Dominum redit.* Sicut etiam custos Angelus post multam custodiam tristitia omni liber est, etiamsi videat animam ad sempiternos cruciatus rapi, sed eadem fruitur beatitudine.

Tertium opus est, *vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu.* Nimis ô Paule, Coloss. 1. 28.
11. *Alios ad perfectionem permoueat.*
in sublimi loco scopum statuisti, coges me nunc in dubium vertere, vtrùm Christiana plebs ad perfectionem anhelare indies constringatur, nécne? inde enim liquidò pateret, ad quid nos teneamur. Hoc sibi dubium D. Thomas [b] proposuit, & ait: *Sed nunquid quilibet tenetur ad perfectionem? non, sed intentio prædicatoris ad hoc debet esse. Est autem duplex perfectio charitatis, vna de necessitate, præcepti scilicet, vt in corde nihil admittas contrarium Deo*, Matth. 22. *Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo*, &c. *Alia de vtilitate consilij, vt abstineas etiam à licitis, & hæc supererogationis*; & ad hanc Paulus hortabatur, & huius rei causa armis se instruxit, & miles fortis euasit, vnde inquit, *In quo laboro certando.* Terribilia quidem verba, & quæ concionatorem strictissimis vinculis obstringunt; itáne mei muneris est, omnes homines ad perfectionem ductare, suæ salutis, suarúmque rerum oblitos? quis enim excipiat eos ab audiendo, & obtemperando Euangelio, vt Magnus Basilius [c] statutum vult; *An non tibi, quæso, videntur etiam matrimonio iunctis lata fuisse Euangelia?* nónne per Euangelium omnium causæ discutiendæ à supremo iudice? nónne æquale periculum, imò maius sæcularibus, quàm religiosis viris impendet: nam si vrbs aliqua dum obsessa tenetur, die, noctúque vigilat, personant belli tympana, bellica tormenta displodunter, vt sciat hostis somno depulso vigiles omnes perseuerare. Si tantopere his intra mœnia metuentibus, alij muros extrà liberè vagarentur, & admoniti responderent, non in nos dirigit arma, nec contra nos hostis est, sed in ciuitatem. O amentiam! ô temeritatem, si eundem hostem tu, & monachus nacti estis, & armorum palæstra communis, & ipse inuigilat, pernoctat, cilicinas vestes induit, preces fundit, sacra commentatione animum munit. Tu, qui eundem hostem habes, dices, non contra me immanis bellua rugit, eremitas, moniales, monachos quærit solummodo; nónne hæc insana temeritas? *Non est igitur, quòd tu* (inquit Basilius) *qui ad vxorem animum applicare maluisti, desidia te dedas, quasi ideo liceat tibi mundum amplecti: quinimo eo maiore tibi labore, contentione, & vigilantia vt salutem compares, quippe qui sedem delegeris in mediis laqueis, & in media hostium ditione, vbi peccatorum irrita-*

b In verba Pauli Coloss. 1.
Vide 2. 2. q. 184. art. 3.
2. Tim. 2. 9. Col. 1. 29.
c Sermone de rerum abdicatione. Vide etiam D. Chrysost. apud P. Hieron. Plati. lib. 2.
Simile.
12. *Socordes & inertes corripiuntur.*

menta assidua ante oculos posita habeas, vbi diabolus assiduè circumire, & perambulare solet, quasi rabiosus canis quærens quem deuoret. Certè hic infensissimus hostis communis est, & si illum effugere vis, in alium mundum migrare poteris, etiam nouas leges, & noua quærere præcepta debes: nam illorum summa est Deum super omnia, proximum sicut teipsum diligere, nullo certo designato gradu amoris. Hæc igitur te admonere oportet, &, vt ait D. Thomas, *intentio prædicatoris ad hoc debet esse.* O durum verbum! ô graue dictum! ô opus arduum, & difficile! solùm verbo signum belli dare, voce classicum succinente, in mundo toto ex fraudibus dolisque composito, qui contrarium semper molitur, cui nomina mille, mille nocendi artes, qui omnia vna voluntate, & voluptate metitur; hícne ad verbum nostrum bona repudiabit sibi charissima, & peritura abiiciet, vt capiat, quæ non videt? hícne crucem tollet, qui crucis etiam ipsius nomen reformidat, quam Antonius vt monachus, Franciscus vt mendicus, Petrus vt Apostolus, Christus vt Dei filius fuit amplexus? fierine potest, vt ad id omnes curas, cogitationes meas sim collocaturus, vt homines ad perfectionis culmen ducam, qui nec Decalogi præcepta nouerunt, qui adhuc legem ipsam naturæ ignorant, quam iam olim priscis temporibus Abraham pater credentium obseruabat? Si in vnaquaque arte (inquit Chrysostomus [a]) instrumenta conflare priùs opus est, quis audebit hominem huius diuinæ artis instrumentum summi Dei in re tam ardua, & difficili constituere, qui pro viribus conari tenetur, vt ita sit arte politum, industria elaboratum opus, vt simillimum Deo esse videatur: quis hic homo futurus, qui veterem hominem confectum senio, informem renouet, & instauret; qui animus ille tam purus, & candidus vita, sanctitate, morum integritate, qui tot poterit sordes eluere, tot maculas detergere peccatorum? Vnde Nazianzenus [b], *Opus est spiritu, & animi puritate, quin ad id potius & nunc, & semper opus fuit spiritu, per quem solum Deus & intelligitur, & exponitur, & auditur: puri enim dumtaxat est id attingere, quod purum est, suique semper dissimile.* Verùm ne ab incepto opere deterreamur, & idipsum forti, magnóque animo prosequamur; hæc pauca ex ore patrum cum reuerentia excipe.

Opus arduum concionandi munus.

a Tom. 2. concion. 3. de Lazaro.

b Orat. 1. Apologet.

A SVMMIS DOCTORIBVS epidegmata, seu documenta pro instituendo verbi Dei Concionatore lata, nunc denuò in summam concinnata.

Munus. §. 1.

1. D. Greg. Nazian. *Dignitas muneris.*

QVIS est, qui veritatis propugnatorem vnius diei spatio velut è luto statuam fingit? illum, inquam, qui cum Angelis stabit, qui cum Christo sacerdotio fungetur, figmentum instaurabit, superno mundo opificem aget, & vt quod maius est dicam, Deus erit, aliósque Deos efficiet.

2. *Opus & scopus.*

Concionatoris scopus est animæ pennas addere, ac mundo eam eripere, Deóque dare, diuinámque imaginem aut manentem conseruare, aut periclitantem fulcire, aut dilapsam in pristinum statum reuocare, gloriam Deo tribuere, & animos sanctitatis, & virtutum coloribus illustrare.

Greg. Nazian. orat. 1. Apolog.

3. Greg. Nazian. orat. 1. Apolog. *In sui innouatione alios discat instaurare.*

Ex instaurandi opere suam ediscat innouationem: nam certè alios docere aggredi non debemus, priusquam ipsi satis edocti simus, ac vt solet dici, *in dolio discere*, hoc est, antequam dolia effingat, vascula minora discat contingere: nam puerilem doctrinam, & qua seipsum excolat, addiscamus prius, quàm aliorum saluti procurandæ incumbamus; in aliorum animabus artem, & pietatem meditari valdè stultorum est.

4. Greg. Nazian. Apolog. 1. D. Hieron. lib. 13. in Ezech.

In tribus rebus periculum versatur; *in mente concionatoris, in sermone, atque in auditu*: aut enim mens minimè illuminata est, aut sermo elanguit, aut denique auris minus grata, & beneuola renuit audire, aut non satis purgata verbum excipit.

5. *Tres difficultates.* Gregorius Theolog. Cassian. col. 14. cap. 10. *Superatur prima difficultas.*

Primò enim res diuinas mente consequi arduum; quas tamen assequi poterit, si veras in mente possideat virtutes, si non maleuolam animam, nec immundam mentem, sed puram, & quam non horret sapientia pretioso liquori sapientiæ infundendo exhibeat: *& in ore fideli abundabit* sapientia, *& dominator dabit eam illi.*

6. Eccl. 15. 10. Quintil. lib. 12. cap. 1. *Superatur secunda difficultas.*

Humana eloquentia alta Dei, & profunda explicare difficile: hanc autem & sibi, & rebus tractandis conuenientem poterit cum insigni virtute nancisci. Sit bonus, vt bene loquatur; qualis quisque est, ita loquitur: bonis nunquam honestus sermo deficiet, titubat eloquentia, quoties ab animo verba dissentiunt.

7. D. Gregor. Mag. hom. 11. in Ezech. *Industriæ quibus tertia muneris difficultas superatur.* Nazian. orat. 17. pag. 1.

Purgatas aures, & hominum gratiam nancisci nónne donum Dei est? Verùm iuuat pensare, quid loquaris, cui loquaris, qualiter, & quantum loquaris. Aures autem, & animos lucraberis, si hæc tria obseruas. Inprimis te concionantem desiderent omnes, te petant, & expectent, ne te facilè vendites. Secundò operæpretium est, vt philosophicam vitam agas, tete colligas, & rerum fluxarum curis animum subtrahas. Tertiò resplendeat in te elegans dicendi modus, & flexanima eloquentia ex prophana in sacram, & diuinam versa magnarum rerum, & sententiarum pondere grauis.

8. Ex actibus Concilij Mediolanens. part. 4. *Alia industria ad leniendum muneris difficultatem.*

Hæc præterea: Vim illam dicendi vehementem, & concitatam ne affectes importunè. Eiusdem rei repetitionem vitabis: quoniam molesta est, & affectum restinguit. Cùm de peccatis ad luxuriam pertinentibus ages, cautionem adhibe, ne imprudens in obscœna verba incidas, & ne loquendo turpes cogitationes inicias; nullo sic capiuntur carnales animi, quàm dicendi honestate. Ad omnia autem Spiritus sancti auxilio ferri, non affectatione, nec puerili aliorum imitatione oportet.

Concionator. §. 2.

1. D. Paulus ad Gal. 10. *Cùm autem placuit ei*, & ad Rom. S. Chrysost. homil. 30. in Acta. B. P. Ignatius lib. 5. vitæ suæ.

ECCLESIASTICVS noster, qui Angelorum comminister est, ad tanti muneris celsitudinem, non nisi iussus, vocatus, vel præsignatus accedat, vt diuina sic auctoritate

Vocatus à Deo, vel aliquo modo præsignatus. Quintil. procem li. 1. D. Gregor. part. 2. Pastor. cap. 3. D. Aug. 4. de doct. Christi. cap. 27.

tate prouectus ad cathedram nec absconditi talenti reus fiat, nec stimulet, & pungat illum ratio reddenda animarum, quæ perierint, aut infelici rerum exitu excrucietur, Angelorum instar, nec de eo, quòd mittatur ad euangelizandum pauperibus, vti de se fatetur Dei filius, & prima nato Domino prædicatio pastoribus facta testatur.

2\. *Vera sanctitate præluceat.* 1. Thessalo. 2. & D. August. de doctrina Christia. li. 4. c. 15. Gregor. 2. Pastor. c. 8.

Debet inprimis sacer concionator prophanas vitiorum sordes, quibus Scribæ, & Pharisæi, & omnes oratores Ethnici scatebant, horrere, & imaginem quandam viuis virtutum coloribus illustratam in se exprimere, quibus alios informare contendit; habet enim, vt obedienter audiatur quantacunque granditate dictionis maius pondus vita docentis, & sic nos debet existimare homo vt ministros Christi.

3\. S. Paulus 1. Cor. 13. Quintilian. *Recta intentio alia virtutes.* D. Chrysost. lib. 4. de sacerdotio, & li. 5. D. Aug.

Recta in Dei gloriam intentione feratur, eóque studia procedant; eiusdem amore ferueat, & Christi imitatione, factorúmque eius illuminatione transformatus, orationi, & verbo semper intentus: in proximos materno affectu, erga omnes cordis, & oris humilitatem cum casta verecundia, quæ omnes honestat virtutes, atque audientium animos, gratiámque conciliat; his se præstet amabilem, & minimè superba grauitate formidabilem.

4\. de catechizandis rudibus c. 2. *Spes & fiducia in Deo.* D. Bern. lib. 4. de consideratione, in initio. Tullius in Rhetor. Clau. Aquauiua.

Fidat maximè Deo, & in eo spes omnes suas, & cogitationes defigat, habet enim contra se instructam inimicorum aciem veritatis aduersarios, alij ad gratiam, alij ad inuidiam dicenti sicut in theatris aures accommodant: ob quæ animo deiici ne cœperis, mœstitia enim nihil generosum parere potest, quin animi vim prosternit, neque facilè mouearis, eo quòd sæpe tibi abiectum sermonem, fastidiosúmque habere visus sis; ne de fructu animum despondeas, fac, quod tuum est, planta, riga, & tuas explesti partes, dabit incrementum Deus.

5\. Seneca ep. 2. D. Chrysost. hom. 17. in c. 5. ad Eph. Matth. 10. *Conuersationis exemplũ.* Concil. Tol. IV. c. 24. Clau. Aquauiua.

Caueat diligentissimè ne quos præseferat minus rectè compositos animi motus, ne nimiam corporis curam, ne ambitionem honoris, aut quemlibet alium immoderatum affectum: ne apud sæculares aliquid de concionatoris nomine, & existimatione depereat: in tantum se dedat in familiaritatem externorum, quatenus id eorum postulabit vtilitas: nam quæ propiùs inspectantur, ea quoque manifestiùs quid in se habeant vitij, manifestant.

6\. August. lib. 4. de doctri. Christiana. *Studia calleat & sacrã Scripturam, Aquinas doctor Angelicus ad conciones aptior & promptior est.* P. Ignatius constit. part. 4. cap. 8.

Sua habere ordinata studia curabit, vt solidam nanciscatur doctrinam, tutéque loqui valeat, ne timidior reddatur, & ad dicendum impeditior, si quod dicit non adeò exploratum habet. Nihil familiarius habeat, quàm veriusque Testamenti volumen, quod veram sapientiam, veram eloquentiam suggerit concionanti, laboret in sensibus indagandis ne legat, & negligat: nam prædicare, quæ non intelligas, etiam ex aliquo scripto desumpta, temeritatis est: quæ non rectè calles, satius erit non attingere. Ama Aquinatem copiosum, eruditum, multiplicem.

7\. Carolus Reg. Seneca c. 2. ad Lucill. & epist. 45. Bernard. ad fratres de monte Dei.

Patres legendi, sed seligendi priùs qui legantur, & singulorum modus animaduertendus. In Augustino acumen, in Hieronymo copia sententiarum, visque sermonis, in Gregorio modestia, prudentia ad omnes morales actiones, in Leone grauitas, in Chrysostomo aptissima ad persuadendum eloquentia, his, vel potiùs vni eorum inhærendum per multos dies, ne vagus, & instabilis multa percurras, & nulla digeras. Ingeniosus semper Rupertus, mysticus, & mellitus Bernardus, Nazianzenus Theologus grauis, sicut nec vehemens Basilius prætereundi sunt. Similiter nec recentiores, in quibus floret antiquitas, clarescit veritas, dulces, ac suaues epulas, fastidienti sæculo subministrant, & quibus mandare per tempus non licet, ab his extenuantur difficultates, manditur, molitur, & conficitur cibus.

Lectio sanctorum Patrum. *Recentiorum Latinorum lectio.*

8\. P. N. Ignatius. Claud. Aqua. Carolus Regius ex August. 4. de doctrina Christia. c. 3. & lib. 4. cap. 29. *Imitatio aliorum, & qui deligendi habendi.* Quintilia. lib. 1.

Ne multus sis, nec ingenium, & ætatem, & fortè numos insumas in conscribendis aliorum concionibus, sed bonos audi concionatores (& si in hoc iudicio opus est, ne ad eos accurras, à quibus vitia potiùs addiscas) doctos, prudentes, senes, probatos, qui ad cor loquuntur; homo enim ex consuetudine loquentium fit loquens, & ex consuetudine eloquentium eloquens. Itaque imitabere eos, qui cum pietatis ardore Christianam facundiam ostendunt, non eos, qui varietatem inanem rerum, & memoriam ostentant, & celeritate, ac volubilitate sermonis, diserti oratoris nomen aucupantur, illa imitare, quæ natura, ingenio, & viribus potes attingere.

9\. D. Thom. in opusculis. *Summa verè obseruandorum.*

Hæc ex D. Thoma excipe consilia. Tardiloquum te esse iubeo, conscientiæ puritatem amplectere, orationi vacare non desinas, cellam diligas, omnibus te amabilem exhibe; nihil quæras penitus de factis aliorum, discursus super omnia fuge, de dubiis te certifices, altiora te ne quæsieris. Quod ad artem attinet, hæc pauca tibi habeto: si narrationem sedatam, postea ferueutem, seriam, & voci accommodatam exerces, semper gratus, & secundis auribus excipieris. Si ex animo dixeris, & cum viua rerum, grauique repræsentatione, affectus excitabis; si te ad persuadendum comparas, & comparatum senserint, aures, animos, & animas Deo lucraberis. Hæc vera eloquentia est, & experientia non mediocriter confirmata.

Ex experientia. *Sedata narratio.* *Dicere ex animo.* *Viua rerum repræsentatio.*

De voce, & corporis motu concionatoris. §. 3.

1\. De his, quæ habentur in Synodo Mediol. par. 4. ex S. Carolo Borromeo. *Motus qui seligendi & imitandi.*

MVLTA quidem de pronuntiatione, gestu, actione ab antiquis Rhetoribus tradita sunt, vtpote quæ vim habeant ad docendum, mouendum, denique persuadendum; quæ tamen exquisito quodam studio perinde consectari quasi in his ipsis bene concionandi finis positus sit, hoc longéque alienum esse debet à concionatore verbi Dei; cùm hi præsertim corporis motus, aliquos commonstrarint non modò leues, pueriles, sed planè histrionicos, ob eámque rem indignos & persona concionantis, & auctoritate suggestus, qui locus grauissimus est: ex his autem quæ ad oris, grauitatisque laudem in singulari expectant, hæc obseruanda veniunt.

Quintil. lib. 11. cap. 4. Carolus Borr. par. 4. Actorũ. Au-

2\. gust. S. Basil. oratione 6. de instit. & admonitione. Ambr. 1. de officiis. c. 15. *Pronuntiatio qualis.* *Qui motus.*

Sit pronuntiatio emendata, seu pura, dilucida, ornata, & apta: fiet autem pura, si vox sit facilis, vrbana, non absona, non rustica, non aspera, & dura. Cùm motus etiam membrorum vrbanus sit, modestus: si ita temperauerit vocem, & actionem, vt non ex arte petere, sed verè ex animo dicere videatur. Pro mensura auditorij voce vtatur, vt neque lenitate sua auditum effugiat, neque intentionis magni

magnitudine sit molestus; sed vox clara, non obtusa, sonora, & quæ omnes syllabas, ac voces, non tamen putide exprimat; sit vox plena succi virilis, etiam cùm intiocenda est in exclamatione.

3. Carolus Borr. par. 4. actorum Concil. Mediolan. *Varia & ornata pronuntiatio.* *Toni qui, & quid in illis obseruandum.* Arist. in problematib.

Pro rerum, quas dicit, varietate, voce, & gestu vario vti studebit: ne fortè res mediocres, aut etiam fortasse leues, magna contentione tractet: at verò quæ magna sunt, imminuat; aut cuidam recitanti potius quàm ex animo dicenti videatur. Vox ergo erit aliquando lenis, aliquando vehementior, modò intercisa, & lenior, modò accelerata, modò tranquilla, modò concitata, & Tres, qui vulgo *Toni* dicuntur, & vocis gradus sunt, fient ita, vt nempe grauis cum sedata voce pronuntietur; medius, cùm loquimur clara voce; acutus, qui habet acrimoniam, & pro rerum varietate distingui, & exerceri debent, vt infrà patebit.

4. Carolus Borr. Carolus Regius Sen. ep. 40. S. Hieron. ad Nepotianum ep. 2. Seneca vbi suprà. *Varietas in assumenda voce.* Nos infrà, vbi de persuasione. *Nota.*

Ita illud vitium quoque cauebit, ne vno vocis sono tota constet oratio, quod satietatem pariet. Vocis mollitiem, vel suauitatem quamdam, magnitudinem item ne affectet, ne item in quouis genere nimiam contentionem. Vt nimiam tarditatem quasi verba difficile veniant, ita nimiam celeritatem fugiat: non enim proficit oratio ita effusa, sed quasi animos auditorum prætervolat. Itaque pro rerum opportunitate nunc tardè, nunc celeriter eloqui curabit. Facilitatem habeat, non celeritatem, quid enim raptim potest expoliri? quod vitium extirpari. De vocum varietate vide vbi de persuasione agimus.

5. Carolus Borr. Carolus Regius. *Gestus varij & modesti.*

Similiter etiam neque eodem gestu semper vtetur; neque manu eodem modo composita; neque vno brachio tantùm; neque eodem motu corporis, & eadem vultus moderatione: meminerit se ibi agere, non satagere; quare ne importunè suggestum palmis feriat, sed cùm rei magnitudo poscit, non per suggestum quasi volitabit nunc ex hoc, nunc ex illo angulo prosiliens.

6. Carolus Borrom. *Actio sua tempora habet.*

Initium dicendi hiemi persimile sit, vbi manus frigescunt, necdum ad actionem explicantur. Verno iam tempore hilarior, & productior vultus, concitatior vox, & viuida gestus, & manus proferuntur: æstus autem concionis sicut acriorem, & concitatiorem vocem, sic & manus, & corporis gestus feruentiores, & instantes exposcit. Autumno denique pars extrema comparatur, quæ temperatiores, & sedatiores: graues autem, & vincentis persimiles, & triumphantis. Ideoque in medio suggestu consistat, vultu verecundo potius, quàm libero, & arroganti, *nihilque agat, quod ex conceptu, affectu non proficiscatur.*

Maximè notandum.

7. Carolus Borrom. *Defectus gestuum.*

Denique in suggestu numquam corpore minuatur, sed rectus stet, aut sedeat, neque deiecto, ne supino, ne præduro, ne in latus inclinato capite sit, sed planè recto: neque supercilia contrahat, ne diducat, ne remittat, ne nares corruget, ne moueat, ne inflet, ne plena manu resupinet, ne labra lambat, ne mordeat, ne mentum corpori affigat, ne brachium tanquam gladiator, neque leuam nisi rarò iactet, ne super oculos attollat, ne dimittat infra pectus, ne pedibus supplodat, nisi opportunè in summa contentione; ne tussiat, ne exputat crebrò, ne loquendo per nares maiorem partem spiritus effundat, ne crebro anhelitu iumenta imitari videatur, onere laborantia; in consilium ad hæc, & alia adhibeat prædicatores vsu peritos.

Circa actionem autem pauca hæc à Quintiliano accipe. Cùm magna pars est exhausta orationis vtique afflante fortuna (Deo inquam) pæne omnia decent, sudor ipse, & fatigatio, & negligentior amictus, & soluta, ac velut labens vndique toga. Tria autem præstare debet pronuntiatio: conciliet, persuadeat, moueat; quibus natura cohæret, vt etiam delectet. Conciliatio ferè, aut commendatione morum (qui nescio quo modo ex voce etiam, atque actione pellucent) aut orationis suauitate constat. Persuadendi vis asseueratione, quæ interim plus ipsis probationibus valet (Cicero Callidio) *an ista si vera essent, sic à te dicerentur?* &, *Tantum abest, vt inflammares nostros animos, somnum isto loco vix tenebamus.* Fiducia igitur appareat, & constantia vtique, si auctoritas subest. Mouendi autem ratio, aut in repræsentandis est, aut imitandis affectibus; ergo dicendi ora, & copia facta leniter consurgendum, tum in componenda toga paululum est commorandum, vt & amictus sit decentior, & protinus aliquid spatij ad cogitandum. Sed non protinus est erumpendum, sed danda breuis cogitationi mora: mirè enim auditurum dicturi cura delectat, & iudex se ipse componit. Præcipit hoc Homerus Vlyssis exemplo, quem stetisse oculis in terram defixis, immotóque sceptro priusquam illam eloquentiæ procellam effunderet, dicit: Vultus sit seuerus, non mœstus, nec stupens, nec languidus, gestu manus quàm modestissimo velut expectantis quando incipiendum sit: vitiosa enim sunt illa perfricare faciem, & quasi improbam facere, tendere confidentia vultum, capillos contra naturam retro agere, vt sit horror ille terribilis. Procemio frequentissimè lenis conuenit pronuntiatio: *nihil est enim ad conciliandum gratius verecundia.* Narratio magis prolatam manum, amictum recidentem, gestum distinctum, *vocem sermoni proximam*, ac tantùm apertiorem. Probatio maximè varia: argumentatio enim plerumque agilior, & acrior, & instantior gestum postulat fortem, & celeritatem. Imitatio, *videbar videre alios intrantes, alios exeuntes, quosdam ex vino vacillantes.* Accendendi iudicis multi gradus: *quid enim tuus ille Tubero in acie Pharsalica gladius agebat?* Epilogus si enumerationem rerum habet, desiderat quandam concisorum continuationem, vel ad incitandos iudices, vt dixi, si ad placandos lenitatem, si ad misericordiam commouendos, flexum vocis, & flexibilem suauitatem, qua præcipuè franguntur animi; hinc etiam fusca illa vox, qualem Cicero fuisse in Antonio dicit, mirè facit. Accommodanda denique sententiis pronuntiatio; immo & verbis: *misellus, & pauperculus*, summissa, atque contracta: ista verò *fortis, & vehemens, & latro*, erecta, & concitata voce dicenda sunt; accedit etiam vis, & proprietas rebus tali adstipulatione, quæ nisi adsit, aliud vox, aliud animus ostentat. Ac denique caput artis est, decere quod facias, norit se quisque, & ex natura sua capiat consilium formandæ actionis; vide vt omnia calluit, & docuit bonus hic Oratorum institutor.

8. Quintilianus diuersis in locis institutionū. *Tria ad pronuntiationem.* *Ad conciliationem.*

9. *Ad persuasionem.*

Ad fiduciam & constantiã. *Ad mouendum viua repræsentatio, imitatio viua affectus.*

10. *Ante loquendũ tempus breuis mora.*

11. *Vultus seuerus.*

Affectationes.

12. *Proœmium.* *Narratio.*

13. *Probatio.* *Imitatio.*

Excitandi & accendendi modi.

14. *Epilogus varius.*

Fusca vox & summissa mouet affectum.

15. *Vox accommodata rebus.*

Maximè notanda.

16.

17.

18. Carolus Regius.

Peccata autem concionantis fateri fas sit, quæ se ipsa produnt, & in publicum prodeunt. Eloqui delectandis auribus, non componendis mori

Peccata & defectus qui corrigendi. moribus, vitium. Certum scopum non sibi in
initio deligere, in quem ipse pariter, & audito-
res ferantur. Moralia, & vtilia in postremam
19. concionis partem remittere, tentatio dæmo-
Moralia prætereo. nis est, nónne legatione fungeris? nónne ne-
Facetia. gotium de æternitate agis? facetias fugito, dum
ridet concio, diabolus ridet, & Deus irride-
20. tur. Non item laborare in excitando, & com-
mouendo auditorio; consultius foret domi se
continere omnes, illi legendo, iste tacendo.
Multa congerere. Multa ex sacris Scripturis congerere loca, &
explicare paucissima, multa coaceruatim re-
Venditare memoriam. ferre, venditare memoriam, & confundere
alienam. Denique naturalem vocem peruer-
21. tere, vel tumore, vel tono, vel narrationem,
Narrationem nusquam attingere. quæ frequentior est, nec agnoscere, nec illi as-
suescere, nec ad illam facilè redire tyronis est,
vel audiendi sensu carentis.

Concio, & finis eius persuasio. §. 4.

1. Ex actibus Concilij Mediola. parte 4. & aliis.
MATERIA sacræ concionis doctrina sit
Euangelica, sanctorum Patrum doctri-
nis, & exemplis contexta. Historiæ comme-
morationem non nisi raró omittet, nec nisi ra-
ró aliud argumentum sumet. A veteri vulgatá-
Materia concionis. que Bibliorum editione ne discedat. Ne sacram
Scripturam ad suos sensus contorqueat: subti-
Subtiliores quæstiones. liores quæstiones apud imperitam multitudi-
Hæreticorum nomina. nem ne attingat. Ne hæreticorum nomina
portenta illa quidem, & monstra in vulgus
Allegorias nouas ne afferat. proferat; ne nouas allegorias comminiscatur;
ne futurorum prædictionem, vt de Antichri-
sto, & iudicij tempore sibi sumat. Ex propha-
Ethnicorum doctrina. nis libris nihil in medium afferat; Ethnicorum
autem doctrinam nec sæpius, nec vbi primùm
concionem aggreditur, sed post sacrarum litte-
Ne longas sententias Sanctorum citet. rarum testimonia. Ne sanctorum Doctorum
prolixas sententias, sed breues Latino sermo-
ne recitet; ne vitiis exagitandis quasi furen-
Ne nimis excandescat. ter iratus excandescat nimis; ne obtrectatio-
nibus, quæ aliquando fiunt, & querimoniis
Ne conqueratur. de suggestu respondeat; ne de suggestu vn-
quam conqueratur, non adesse sibi sequentium
Inferni cruciatus. auditorum coronam. Cruciatus, tormenta-
que perennia, ac sempiterna damnatorum
exaggeret; immodestum, ac parum pium
Contractus. quorumdam accessum ad Ecclesiam: tot con-
tractuum genera, quæ excogitata sunt in
fraudem legis omnem vsuram prohibentis:
effusam virorum, ac mulierum impensam,
Luxus. & luxum, & omnem intemperantiam: o-
mnia denique vitia increpatione exagitet,
ad virtutem omnem persuadendo inducat.

2. Multa denique de concionum materia fe-
Persuasio omnes numeros explet. rè omnes agunt, quæ ego libens prætermit-
to (seges enim copiosissima semper materia
artium est) hoc solo contentus si de fine, &
Hæc persuadendi ratio ante omnia habenda. forma, vt par est, egero. Sit igitur pro ma-
teria persuasio, sit pro forma suadendi discur-
sus, sit denique finis. Igitur de persuasione
agendum: priùs tamen in hoc vno rem ani-
marum, causámque saluandorum contineri, &
Thema. Suadetur ipse ipsius concionantis priùs suadendum esse exi-
stimaui.

3. *Persuadendi modus, & forma.* Finem cuiuslibet oratoris esse auditoris per-
suasionem, nemo est, qui non doceat, ne-
mo, qui inficietur. Tu ergo Christiane Eccle-
siastes sine fine, tantum munus obire, tantam
suscipere prouinciam, minimè patiare: munus
namque tuum pro Christo est, & pro sempi- *Applicatio.*
terna animarum gratia, & salute tuenda.
Quis autem tanti Regis legationem, qua af- *Probatio à ratione.*
fici debet auditor, vt virtutem amet, animum
excolat, Deum diligat, multis rhetorum floscu-
lis ineptè pingit? periodos rotundat? leuissi-
mas descriptiones alieno artificio, & putido
intexit? Certè qui incertum nullo persuasionis *A comparatione.*
scopo proposito verbo disperdit, piscatori in-
felici persimilis est: ad inanem enim auram re-
te prædicationis extendit, quòd si fortè aquas
rete contingat, eum crede (vt ait Hugo) non
pisces, sed ranas expiscari. Nónne inanis hic *Confirmatio.*
labor? nónne probris exposita oratio, non di-
co Doctorum sapientissimorum, vel Ethnico-
rum rhetorum iudicio, & exemplis damnata,
explosa, exsibilata? O animarum seruator, vi- *Apostrophe.*
de quos habeas verbi ministros, sanguinis tui
dispensatores; éstne tuus hic, qui loquitur,
præco salutis, qui illa verba tanti magistri
ignorat? *Ego posui vos, vt eatis, & fructum* 4.
plurimum afferatis, & fructus vester maneat; *ma-*
neat dixit, non autem euanescat in plausus, &
cum verborum sonitu prætereuolet. O linguam
præscindendam! ô singularem vecordiam! ô *Increpatio.*
deplorandam nostram ætatem non aliquando
erubescemus? Quid contendit hæc tua corrupta
eloquentia? placere auditoribus? ingenium
ostentare? causam animarum diuino dignam
patrocinio derelinquere? Lege Prophetarum *Ab authoritate Prophetarum.*
vaticinia, perlege Pauli epistolas, percurre o-
mnes sanctos Patres, an fortè inuenies quem-
quam, qui mutato ordine dicendi aliud, quàm
persuasionem, aut dissuasionem morum com-
ponendorum prætenderit? Audi eloquens, quæ
sit ambitionis tuæ æquissima pœna, ea nempe,
vt nec tuæ sapientiæ, immo nec mentis com-
pos sis, neque linguæ. *Perdam sapientiam sa-* 1.Cor.1.19.
pientum, & prudentiam prudentum reprobabo.
Vbi sapiens? vbi scriba? O graue supplicium! *Epiphonema.*
heu sal infatuatus in cogitationibus tuis eua-
nescens, caue ne foras mittaris, & ab homini-
bus conculceris. Ergo agè (Dei instrumen- *Exhortatio.*
tum) sonet persuasio in ore tuo, quæ paret
Domino plebem perfectam, quo nihil nobi-
lius, nihil Deo gratius esse puta. Quid inanis *A contrario.*
eloquentia contulit? quid boni attulit subtilis
disputatio suggestus: moratum autem dicendi
genus vitæ, morúmque institutionem. Quòd 5.
si hæc vera, & Deo grata, his assuescere cu- *Epilogus.*
rabis, huc tua referes studia, & vota, breui-
que experientia disces, in magno vitio mul-
tùm laborare, qui non suadent; te verò magno
tui laboris lucro animorum salutem compa-
rasse.

Esto, vt breuiter dicam, sic prædicator, sic- 6.
ut orator: nescit enim concionari, qui nescit *B.P. Ignatius vbi orare, & meditari docuit artem persuadendi commonstrat.*
meditari. Qua re vbi libellus ille pressæ, &
Christianæ eloquentiæ, animam suiipsius ora-
tricem, accusatricem esse, sapientissimè do-
cuit, apprimè etiam omnem persuadendi artem, *Conclusio documentorum.*
vímque rectè nobis aperuit, quam ego breuiter
explicabo.

Nam sicut mentalem orationem salutatio, 7.
hoc est, exordium præcedit, & summum Re- *Ars persuadendi ars est meditandi.*
gem; quem adeò petiturus veneror, & mecum
cogito, quem, & de quibus alloqui aggredior, *Ingressus ad orandum & concionandū persimiles.*
& sinceram intentionem illius operis ad Dei
gloriam, & cultum refero. Pariter conciona-
tor,

tor, se, suámque concionem Deo deuoueat: sic enim fiet, tum vt studium in eas res dicendas conferat, quas pro captu, & necessitate auditorum conquisiuit, excitans in se motus, quos excitare in auditoribus intendit: tum etiam hoc fine proposito etiam non præmeditata eloquentia optima erit; numquam enim vehementi affectui etiam in rusticis hominibus verba desunt.

8. *Compositio loci & rerum repræsentatio viua.*

Post hæc autem compositio (quam vocant) loci, siue viua apprehensio loci, in quo mysterium vel meditandum, vel res effingenda est, quam auditoribus conatur repræsentare, qua tacitè, & quasi obiter sic res ante oculos obiiciat actione, gestu, & verbis, vt auditores quasi præsentes cogat adesse Hierosolymæ, vel templo maximo, vel Caluariæ loco, vbi illud mysterium peractum est: quæ res tanti momenti est, vt sicut mortem meditantes, post compositionem moribundi, qui lecto decumbit morti proximus, qui pænè sensibus, amicis, medico derelictus extremum edit spiritum, & cadauer iam sandapila vestitum feretro imponitur, pullati veniunt, vt vsque ad fossam funus cohonestent: hac sola loci, & personarum visione, quam cogitatione depinxerunt, præcipuè his, quibus vis cogitationis acris, & vehemens inest: sola, inquam, hac cogitatione terrentur, persuadentur, & variè afficiuntur. Sic etiam valde iuuat historiam, locum, résque ita significanter ore, gestúque depingere, vt si inibi essent, & ab omnibus inspectari possent, quasi præsentes.

Quàm efficax sit viua rerum significatio.

9. *Petitio & fructus doctrina moralis optandus.*

Atque hinc rursus ex hac repræsentatione oritur petitio, quæ statim adiicienda est, nempe vt id postulem, quod exopto, iuxta propositæ contemplationis argumentum, si de resurrectione lætitiam, si de passione lacrymas, pœnas, & angores. Similiter in concione proposita historia statim elucet, quidnam illud sit, quod persuadere oportet: id ergo dicendum, statuendum, & viriliter proponendum, & eo se animo venisse, vt vincens vincat: sic enim auditor incipit vel affici, vel saltem eò cogitationem dirigere, & clauum perspicere, in quem verbi Dei malleus ictus omnes repetet suos: licèt enim oratoris interest tegere artem, & retia verbi Dei; tamen scopum orationis proponere veritatis dignitas, & auditoris vtilitas est, cui persuadere contendo, non imponere, à statu suo deiicere; non verò supplantare, & fallere.

Sequitur iam historiæ meditatio, in qua 10.
quidem exequenda, & dilatanda, hic modus à nobis infrà scriptus obseruari poterit, ita vt vel vnam rem tota concione, & integra persuasione obtinere intendam, vel sæpius in eadem concione persuadendi partes peragam, vel saltim punctum vltimum concionis, in quo victoria est, & vberior fructus, integra persuasione concludam. Non enim est concionatoris varias doctrinas afferre, diuersas voces Euangelij sine fructu expendere, quasi duos insequens lepores neutrum capiens: inde enim concio, & libri concionibus referti fiunt veluti campus ille, quem fuit Ezechiel contemplatus, plenum ossibus disiunctis, & diuisis, in quæ nisi spiritus intrasset, arida, & mortua omnino iacuissent; in his etiam iacent conceptus mortui, & quasi cadauera, quæ si spiritus non animet, & viuidos reddat, & illos dirigat ad propositum scopum (qui quidem persuasio est, & commotio animorum) frigidus discedit auditor, friget oratio, munúsque susceptum, conceptum, quem arripit, quasi mortuum excitet, erigat, brachia sustentet, vt spiritu, & vita ad propositum persuasionis finem moueatur, armetur, hastam sumat, & impium confodiat, hoc est meditari, hoc item concionari.

Meditatio & ponderatio germana sunt.

Ossa frigida conceptusque minimè ad persuadendum proponuntur.

Ne desistat à doctrina quousque vim inferat audienti & suadeat, sin minus persuadeat.

Et sicut in oratione colloquium subiicimus, 11.
vt docet B. P. Ignatius exquisitis studiosè verbis: diuinas enim personas non licet alloqui verbis qualibuscunque; sic in concionis colloquiis talia verba subiiciam, quæ Deo digna sint, & apta, vt afficiantur audientes; vel amore, vel commiseratione tandem ad id, quod suadet, etiam media ad finem consequendum afferat.

De



De natura, & proprietatibus partium discursus persuasorij. §. 5.

1. *Thema.* THEMA, seu propositio quæstionis, quæ statim fit clare, & distinctè, vel in progressu de ipso Euangelio excitatur, vel ex diuisione in exordio facta resultauit; generatim proponatur, non enucleata omni rei substantia: nam sic audiens se præbet attentum, & cum auiditate explicationem expectat; sicut si suadere vult audiendum esse verbum Dei, sic propositionem excitabit: *Qui ex Deo est, verba Dei audit; propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* O tremenda verba! ô fulmen à prærupta nube Euangelij cum horrendo fragore quasi ruentis ætheris in caput peccatoris iaculatum! Quis mortalium vocem istam tonantis verbi Dei non perhorrescit? in his enim verbis salutis signa, & damnationis indicia non obscura continentur, audite; tunc discursum à capite incipiat, & ab omnibus suis partibus se expediat, vt passim in quouis discursu nostro videre licebit.

DECLARATIO doctrinæ id exigit, vt si 2.
quid

Declaratio, seu narratio extensior. quid doctrinæ, si quid de bona Theologia, & fide ad perspicuitatem desideratur, dilucidè, breuiter, & popularibus verbis explicetur. Sicut si ad verba illa, *propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis*; explicationem attexat sic: Nemo vestrûm desperans de salute hinc discedat; hæc enim damnandorum signa ex D.Thomæ sententia secundùm præsentem iustitiam dicta intelliguntur. Superest saluti locus, resipiscentiæ, & emendationi: ob hoc enim sæpius inclamabat hæc dicens Dominus, *Qui habet aures audiendi, audiat:* nondum enim desperata est salus eius, ad cuius aures verbum mittitur, salutis nuncius: sic de cæteris expositionibus sacræ Scripturæ.

3. *Applicatio doctrinæ propositæ.* APPLICATIO doctrinæ propositæ medici peritiam ostendit: ad hoc enim valde vtile est naturam animi humani voluntatis eius affectionem, omnémque virtutum, & vitiorum harmoniam interni, ac spiritualis hominis perspectam habere, vt ex ipsius quasi visceribus vim doctrinæ persuadendæ deducat, & suo quasi gladio iugulet. Vide exemplum in praxi D.Gregorij Nazianzeni *in applicatione doctrinæ, fol. seq.*

4. *Probatio à rationibus.* PROBATIO à rationibus. Hoc opus, hic labor est: omnem enim spem persuadendi in sola probatione sitam esse comperies. Itaque ad probationem nostræ doctrinæ, & ad confutationem contrariæ quærendæ sunt optimæ rationes, vt sententiam propositam validissimè communiamus, & comprobemus. Ab vna ratione in aliam transitio varietur, sed non affectetur aliqua leui sententiola, sed more arguentis mascula dictione, & virili robore probet, procedat, & excitet ad nouam attentionem auditorem. Confutatio item fiet quando insurgat aduersùs prauas vulgi opiniones, & falsas boni apparentis rationes.

5. *Digressiones.* DIGRESSIONI si locus est, maximè hîc est dandus: nam etsi persuadendi discursus quasi sagitta ad signum intenditur, & collimatur; tamen vtilitatis gratia, vel necessitatis hîc possunt, & debent fieri digressiones: nam sacri tractator eloquij (inquit D. Gregorius [a]) morem fluminis debet imitari; fluuius quippe dum per alueum fluit si valles concauas ex latere contingit, in ea protinus sui impetus cursum diuertit, cúmque illas sufficienter impleuerit, repentè se in alueum diffundit: sic concionator iuxta positam occasionem congruæ doctrinæ, & ædificationis ad vicinam vallem linguæ vndas detorqueat, & cùm subiectæ instructionis campum infuderit, ad sermonis propositi alueum recurrat.

a In epist. quæ præmittitur ante lib. in Iob cap. 2.

6. *A comparatione, & similibus.* A COMPARATIONE: similium enim inuentio, ait Quintilianus, ad inferendam rebus lucem reperta. Aristoteles, magni esse ingenij similia videre. Alius inquit, in leuamen memoriæ adducenda; sicut puella, quæ de multitudine gemmarum anxia qua ratione seruet, eas perforat, & traducto filo, colligit, & collo, vel brachio secura appendit. Sic ne dispersa doctrina dispereat, proposita, & apposita comparatione memoriæ etiam rudiorum hominum commendatur. Petantur autem ex rebus nobilibus, audientibus notis, de musica inter peritos, de agro inter agricolas, & de rebus inexpectatis iucundiores sunt. Huc parabolæ, fabulæ, & exempla faciunt: vim enim habent rationis, & probationis.

7. *Descriptio.* DESCRIPTIONI locum non darem ob aliquorum abusum, qui in rerum inutilium descriptione laborant: quæ tamen si breuis est, & in seria, & graui materia magnam vim ad commouendos animos habet; si in applicatione negligentia non sit, neque affectatio: talis, inquam, sit vt ab illa ad Christum, eiúsque mysteria, quæ in expolitione subsequuntur, transitus esse possit, vt patet in discursu D. Gregorij Nazianzeni infra subiiciendo *in descriptione, & expolitione.*

CONFIRMATIO exemplum Christi præcedit, & coaceruatio est, & repetitio plurimarum rationum, quibus argumentum expolitur, & quasi concertatio; blanda tamen, & quæ parum distet ab exclamatione. 8. *Confirmatio, & expolitio.*

APOSTROPHE, seu exclamatio à concionatore fiet, sic diuino affectu ardore, sic verbis exquisitis maiestate, & reuerentia plenis, vt corda penetret, permulceat, & alliciat. Fiet autem exclamatio mitissimis, sedatissimis vocibus, lentis, & productis; non tamen fœmineis, sed virilibus: sicut si exclamaret miles coram suo duce, dux coram rege, ciuis ad principem, vetulas, & mulierculas non imitetur. 9. *Apostrophe.*

INCREPATIO acris, & instanti vultu, non irato, sed excandescentis persimili; verè tamen excandescentis, non dissimulantis, non risum cohibentis, sed omnino serio, & ex animo dicentis, ita vt ab increpatione incepta vsque ad exhortationem, nulla vultus seueri mutatio fiat, nec in lenitatem inclinet. 10. *Increpatio.*

EPIPHONEMA breuissimum, sensu plenum, stupore, & admiratione efferatur, vimque omnem, spiritum, & verba quasi iam defuisse ad tantæ rei magnitudinem exprimendã, ostendat. 11. *Epiphonema.*

EXHORTATIO paterno affectu, viuida voce, virili, & blanda, & instantissimè fiet, exempla in D.Paulo, & Chrysostomo inuenies. 12. *Exhortatio.*

PERORATIO autem, seu Epilogus adhortatione fit alicuius virtutis, vel amplificatione rei disputatæ; fuge tamen repetitionem, quæ ardorem conceptum restinguit, fastidij plena est, memoriam ostentat, parum ædificat. Vel absoluenda erit oratio colloquio; si finem facias dicendo ad Christum, vel concludes cum aliqua graui sententia, vel auctoritate Sanctorum selectissima, vel orando aliquid à peccatoribus, vel summa excandescentia semiuerba effundens magna & vehementissima actione, & gestu irato. Aliàs interrogatione, creditis hoc? aliàs repentè abrumpens filum dicendi, & quasi deficiant vires, halitus, spiritus; aliàs mitissimè, & verbis familiari sermoni proximis; qui modus frequentior, grauissimus est, & cui maximè auditores plaudunt. 13. *Epilogus.*

Praxis discursus persuasorij, ex D. Gregorij Nazianzeni verbis oratione 16. concinnata. §. 6.

Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. *Psal.* 40. 2. *Thema, seu propositio quæstionis.*

HIS verbis ab ipsa Dei sapientia misericordiæ studiosi inter alios primi Beati prædicantur: inducamus tamen animum vocari intelligentes, super egenum sagaces, & animaduertentes, quæ officij sui sunt; intelligens quippe profectò is est, qui animaduertit, quæ de paupe 1. *Declaratio extensior.*

paupe

pauperibus facto opus sunt. Vel intelligere dicitur super egenum, dum Christum intra pauperem intuetur, ac veneratur, & hic inter omnes Beatus prædicatur: nam etsi pulchra res est fides, cuius testis est Abraham, ex qua iustitiæ laudem consecutus est: pulchra spes, teste Enos, qui primus spe ductus est, vt Domini nomen inuocaret: pulchra charitas, teste Apostolo, qui Israelis causa anathema esse à Christo aduersum se proloqui non dubitauit; sed tamen ex ipsius etiam Christi Domini sententia, charitatis præceptum omnium primum, maximúmque censendum est, cuius præcipuam partem in eo esse comperio, vt pauperes amore, ac beneuolentia complectamur. *Applicatio doctrinæ propositæ.* Cùm itaque omnes vnum in Domino simus, siue diues, siue pauper, siue seruus, atque omnium caput, ex quo omnis, Christus; cùm etiam nostri secundùm Deum fratres sint pauperes (etsi nolitis) qui eandem nobiscum naturam nacti sunt, atque ex eodem luto compacti, qui etiam, vt maiora dicam, imaginem diuinam, perinde ac nos acceperunt, & meliùs fortè tuentur; quid igitur de his cogitabimus? an vt mortuos, & execrabiles, ac perniciosissimos serpentes, ac feras deseremus? Nequaquam, fratres, alienum hoc à nobis est, qui Christi oues sumus, boni illius pastoris, qui errantem ouem deducit, & perditam conquirit.

2. *Probatio à rationibus.* Alienum item ab humana natura, quæ commiserationem veluti lata lege sanxit, meique proprium, quod carnibus meis, meæque infirmitati, hoc in aliorum calamitatibus condolescens facere. Et licèt ex Domini præcepto (quo cum gaudentibus gaudere, & cum flentibus flere iubemur) omnibus pauperibus viscera aperire, & stipem conferre debeamus; his tamen, quibus vna cum carnibus, & laboris suscipiendi, & ad necessarios sibi vsus opem ferendi facultas erepta est, his, quorum paupertati morbus accedat, alterum malum, & quidem atrocissimum, quis non opem ferat, nec naturæ, nec pietatis legem effugere posse autumet? *A comparatione.* Quisquis nauigat, naufragio propinquus est, eòque magis, quò erectior incedit; dum secundo vento nauigas, ei qui naufragium fecit, manum porrige. Dum sanus, & locuples, afflicto fer opem, ne expectes dum quantum sit malum inhumanitatis in teipso discas, quantúmque bonum viscera egentibus aperire. *Ab exemplo.* Rerum enim præteritarum historia pauperes venerari docet, ne fortè Iob quispiam inter ægrotantes lateat, multo his, qui corpore sani sunt, præstantior, ac venerabilior: *Homo quidam erat diues*, qui mollibus, &

3. circumfluētibus vestibus, telisque ex tenuissimo lino, ac sericis contextis lasciuiebat, splendidus splendidè recumbebat; interim tamen asperis, & laceris pannis obrigescens præ foribus mendicus Lazarus iacebat languens, fame laborans, & nemo illi dabat: at iniquas opes non repudiabimus, propter quas meritò diues ille in flamma cruciatur, & exiguam aquæ guttam, qua linguam refrigeret, supplex petit; & rursum paupertatem amplectamur, laudemus, & grati animi affectu suscipiamus, cum qua Lazarus salutem assequitur, atque in Abrahæ sinu requie locupletatur. *Confirmatio, & expolitio.* Quòd si quam brutis curam exhibes, his, qui tecum eadem dignitate præditi sunt, renuis concedere, si minutiora, cibum, detritum pannum, medicamentum, bona saltem verba, vel si nihil habes, lacrymas, & animi promptitudinem, ac miserationem non præstas; si Deo gratitudinis ergò nihil tribuis; si hoc, quo nihil diuinius homo habet, quàm de aliis bene mereri, ac Deum fieri ad opem ferendam, necdum te commouet, si non inflectunt animum miserabilium cantionum artifices; si quibus tamen vox ipsa superest. Proponitur tibi ob oculos graue, ac miserandum spectaculum, nec nisi his, qui norunt, credibile, homines mortui, ac viuentes plurimis corporis partibus mutilati, qui ex veteribus oris lineamētis agnosci nequeunt, spoliati pecuniis, genere, amicis, adeóque corporibus ipsis, vt non satis constitutum habeant, vtras corporis partes magis deplorent, præcisásne, & extinctas, an in corpore adhuc manentes. 4. *Descriptio.* Inter quos vna Iesu Christi vox viscera commoueat inclamantis, memento paupertatis meæ, & fellis. *Apostrophe, seu exclamatio.* O mitissime Iesu, ô huius figmenti plasmator, & conditor; tu inter pauperes venis numerandus? tu sitis? tu nudus es? tu vinculis distineris? Christus alendus est? Christus curandus? Christus colligendus? Christus honorandus? ille quidem, qui districtus iudex misericordiæ rationes tandē exagitabit? *Increpatio.* Quomodo extremam illā iram effugiet, qui pauperes modò aduersatur? qui Christo miseranti misericordiam denegat? O ingentem stultitiam! ô singularem vecordiam iudicaturo Christo non porrigere, quod iumento sub onere laboranti concedis. Quid si iudicaturus exurgat? 5. *Ab auctoritate Prophetæ.* Audi Prophetam: *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.* Et alio loco, *Exurge Domine Deus meus, & exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperum.* Quis exurgentem Dominum non extimescat, & manum illam aduersùs inobedientes, & contumaces se extollentem, peruicaces exitio afficientem, & vociferantem, iuxta id, quod in Psalmo est: *Non exaudierunt vocem Domini, & eleuauit manum suam, vt prosterneret eos in deserto.* 6. *Epiphemena.* O miseri, in quos Omnipotens manum suam vindicem ad inferendam plagam sustollit! *Exhortatio.* Vbi consilium est, vbi prudentia? Agite iam diuites, qui in lectis eburneis lasciuitis, (vt ait Amos) qui comeditis agnum de gregibus, & ad vocem organorum applauditis, bibentes vinum defecatum, & super contritionem Ioseph nihil patiebamini, & dum illi præclarè secum agi putarant, si vel aqua expleantur; vos autem vini pocula vsque ad temulentiam haurietis? vos auido, & ingrato ventri malorum auctori, belluæ prorsus insaturabili instructis epulis grauem sarcinam instruitis, atque istis necessaria quidem alimenta non suppetent? O profusas meas delicias! ô grauem illorum afflictionem. At tu legem illam Creatoris tibi propone, naturæ pro viribus succurre, teipsum verere, morbo subueni, ægrotanti solatium affer. 7. *A contrariis.* Sic enim fiet, vt si tibi in animo confractio, liuor, & plaga tumens sit, vel vlla animi lepra per misericordiæ officia purgentur, & te salutis auctorem alloquentem audies: *Dic animæ tuæ: Salus tua sum, & fides tua te saluum fecit.* Saluum dixi, immo beatum: beatus est enim, qui intelligit super egenum, & pauperem; & quem extremi iudicij sinistra illa manus, & æterna damnatio non terret? *Epilogus.* O animi securitas, & tranquillitas! ô super omnes diuitias æternitatis pignus, quanta est pietatis merces, quàm citò sanitas tua ad matutinum orietur, & misericordiæ opera, cùm hinc

hinc excesseris, in æterna tabernacula recipient.

De affectu timoris excitando eodem discursu, ex S. Zenone Episcopo Veronensi, & Martyre, tom. 2. Biblioth. antiq. Patr. §. 7.

Thema. Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. *Psal.* 33. 12.

1\. *Eloquentissima persuasio & omnibus numeris absoluta.* TIMORIS quidem vocabulo, fratres, timor à timore discerni debet; vnus enim timor Dei est, alter naturæ: naturæ in homine nascitur; Dei autem sanctus est, & discitur, & docetur: ideo suos edocendos filios vocat Sapientia: *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos.* Quasi diceret, existit quippe diuersis modis timor, aut cùm hostilis imminens manus gladio salutem premit, aut cùm viantis itineri erectus in morsum incensus, & tumidus sese anguis opponit; aut cùm præter morem terrifico fragore intonans concrepat cælum. His tamen scito, quid Dominus requirat à te, nempe, vt timeas Dominum Deum tuum; timor enim de Domino debet esse, & de æstuantis aliquo peccato conscientiæ: ideo dicit, *timorem Domini docebo vos;* *Applicatio doctrinæ.* quia vbi peccatum est, timor abesse non potest. Hæc cùm ita sint, quomodo non ea pertimescis,
2\. homo audacissime, qui propter honorem, diuitias, & liberos peccator cùm sis, nihil mali *Probatio à ratione. D. Basil. in principio cap. Prouerb.* sustinere posse existimas: nam etiamsi alia, quæ tibi impendent mala, cum passibilitate sui transeunt; timor tamen conscientiæ non deletur, quin potiùs quasi clauus configit cor, & tenet hominem, ne se commoueat contra Deum. Quid enim aliud est peccare, quàm Dei imaginem delere, aut deturpare, & satanæ faciem aduersarij eius animo turpiter imprimere; illius, inquam, Dei magni, potentis, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera: illius, inquam, qui adeò peccatum odit, vt pœna æterna puniat; illius, inquam, qui sat multa peccantibus irrogauit supplicia, non Sodomæ solùm, non Ægypto, sed orbi toto per diluuium, sed Israëli, sed primis mundi parentibus, sed ipsis etiam Angelis: illius, inquam, qui armat creaturas aduersùs iniustos, qui mortis incertæ virulentam sagittam iudicis extremi, seueritatem inferni, sempiternum dolorem comminatur; si de propeciato peccato consultissimùm est sine metu non esse; quis de non expiato, quis de non confesso, quis de emortua anima, quis de sanguine Christi conculcato, de irato Deo, de æterna in eum lata sententia, non ingenti pa- *A comparatione.* uore suffunditur, & tu securus es? Sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant; quam securitatem habere potest castel-
3\. lum munitissimum in prærupto, edito loco collocatum, quod obsessum habet inimicus, & tormentis muros quatit, librat, displodit, & vt vno momento subuertatur, cuniculos agit, vt puluetis tormentarij vi deturbetur, & in infimam vallem præcipitetur: quomodo non pertimescent, qui in castello sunt? O diues in peccatis, quid contra te est Deus, nisi expugnator acerrimus? qui cùm sæpe abundauit in miserendo, vt auerteret iram suam, hoc est, sæpius auertit, & reuocauit, iam tandem finita lucta, &

agone molestissimo iustitiæ, & misericordiæ non secus atque tormentum æneum concepto
igne, displosa pila prorumpet. Vel, quod terribilius est, subtus gloriam eius ardebit succensa 3.
combustio ignis: *debaxo de tres cofres rico, debaxo de tu trono rey està y a la poluora, que te ha debolar.* *Ab exemplo.* Quam enim tranquillitatem haberet etiam fortissimus, & sanctus Dauid, qui sibi infensissimum habeat Saulem, etsi iniquum regem, ne nimium potentem; hunc tamen exhorrescens
dicebat; *Viuit Dominus, quòd vno tantum gradu ego, mórsque diuidimur?* Quid igitur pertimescen- 4.
dum tibi erit? contra quem Omnipotens hastam vibrat, armat creaturam, bellum irrefragabile denunciat? Quòd si hæc timorem tibi non incutiunt, si casus eorum, qui ceciderunt, non commouet, si cautus sanctorum timor cautiorem non reddit, quare non saltem commissa in tantum Seruatorem cruci suffixum non cruciant, *Confirmatio, & expolitio.* túne aduersùs Christi sacrificium cum tuis piaculis? túne bellum aduersùs pacem? túne manum aduersùs eam, quæ & pro te, & propter te clauis transfixa est? túne aduersùs fel gustum tuum? aduersùs crucem trophæum? aduersùs mortem oppressionem? aduersùs resurrectionem insurrectionem, & rebellionem post Herodem persecutor, & post Iudam proditor, post Pilatum
Christicida, post Iudæos Dei hostis? O mitissime Dei Agne, ô clementissime, & suauissime animæ sponse, homo Deus, percussus vt sanes, mortuus vt resuscites peccatorem. Quis te non timeat; quoniam bonus es, immo quia in tantum bonus es; *& quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem?* ait Apostolus, in quam partem te premes, qui tantam bonitatem, & 5. *Apostrophe, seu exclamatio.* *Increpatio.*
pietatem despicis? O pectora marmorea! ô quoddam in natura monstrum, malũ degenere animo peius! Quid frontis habet, qui summam non erubescit maiestatem? Quid igitur facies? quò se conferet, qui inimicum habet sibi eum, qui vniuersum orbem sua implet maiestate? Ideo clamat Propheta Amos, *Si descenderint vsque ad infernum, inde manus mea educet eos; & ascenderint vsque ad cælum, inde detraham eos, &c. Et ponam oculos meos super eos in malum, & non in bonum.* *Ab authoritate.* Horrendum est fratres, ait cum Propheta Nazianzenus, in Dei viuentis manus incidere. Horrendus vultus Domini super facientes mala; horrenda auris Domini Abelis vocem etiam per tacitum cruorem sentiens; horrendi pedes improbitatem cursu assequentes; horrenda vniuersi orbis impeditio, ita vt nemini vsque Dei commotionem effugere liceat. Non si in cælum 6.
auolauerit, non si in infernum se contulerit, non si ad Orientem profugerit, non si in profundos, & extremos maris sinus sese abdiderit. Vide quid dicat: *Ponam oculos meos super eos in malum, & non in bonum.* Hei vobis, in quos Dei oculi in desolationem coniecti sunt. Ne ita fili, ne ita, velut quodam loco aiebat Heli sacerdos suos filios in Deum peccantes increpans. Melius est sententiam mutare, timore Dei concuti, ad meliorem mentem voce parentis redite. *Venite filij, audite me, timorem doceo, vt benè sit tibi.* Timor enim in Dei amore consistit, præceptis omnibus fideliter obtemperat. Inchoatus innocenter viuit, iustitiam colit, sine fine studet timere, sine illo alia vniuersa tenet peccator. Contrà verò huius suffragio Daniel terribilem inermis draconem necat, leonibus obiectus in 7. *Epiphonema.* *Exhortatio.* *A contrario.*

periculo prandet, qui solet extra periculum ieiunare. Et Ionas timens Deum, spontaneum non timet adire naufragium, ceto hiante miserabiliùs sepelitur; felix magis sepulchro, quam naui Petrus æstu marino fertur, non naufragus, sed viator. Thecla pariter inter tot instrumenta mortis spectatore metuente secura calcat genera vniuersa terrorum, & inter ipsa pericula, cùm te consumptum putaueris, vocem sponsi audies: *Spiritus, & sponsa dicunt; Veni Domine Iesu,* Apoc. 22. O lætissima spes, ô necessarius timor, qui nihil aliud agit, nisi vt beatos efficiat; qui timet arte, non casu, voluntate, non necessitate, religione, non culpa, qui Deum metuit, non naturam, cuius stipendium est gratia, cuius finis est tranquillitas gloriæ sempiternæ.

FORMA DISCVRSVS PERSVASORII CONTRA nimiam de Dei misericordia præsumptionem. §. 8.

Forma del discurso persuasorio de la verdadera esperança en Christo. §. 8.

1. *Thema.* Ne dicas: Miseratio Domini magna est: misericordia enim, & ira ab illo citò approximant, & in peccatores respicit ira illius. *Eccli. 5. 6.*

2. *Declaratio extensior.* SPIRITVS sanctus impios alloquitur, qui iacent scelerum obliuione consepulti, Dei misericordiæ fidentes, & inquit, post malè expensam misericordiam, mox feruens ira festinat, & sese colligens misericordia, vt bonos foueat, iustis faueat facto, quasi impetu in sceleratos ardens ira desæuit, illis dira vulnera infligit. Hæc duo prædixit vox regij Vatis, *Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum: vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* (Psal. 33. 16.)

3. *Applicatio doctrinæ.* Quì igitur fieri potest, si mentis compotes estis, vt Dei minitante vobis potentis iræ horrenda bombarda, quam in vos dirigit, non reformidetis? Non toto corpore, totis artubus contremiscatis? non manifestum vitæ æternæ periculum imminere mente præsentiatis, dum vana confidentia nitimini: nam licèt in Deo iustitia pariter, & misericordia mutuo quasi vinculo, immo eodem coniungantur; verùm tibi, qui peccati maculam contraxisti, summopere timendum est, ne iustitia sola in te tapida conuertatur. Hoc est quod regius Vates frequenter in memoriam reuocabat; *memorabor iustitiæ tuæ solius.* forsan enim misericordia sese subtrahet, & in seueræ iustitiæ solius manus incidam.

4. *Probatio à rationibus.* Nam quando viri integri confidant, & vitam iucundam, & beatam traducant, nihil mirum: verùm tu quid confidis? qui Dei imaginem ipsius gratiæ penicillo egregiè depictam deleuisti, & infensissimi hostis satanæ figuram informem expressisti. Tu, cuius viuum corpus mortuum gestat animum sceleris lethali veneno, quod hausisti, qui Christi Domini innocentissimum sanguinem pedibus conculcasti, & ius redemptionis, & veræ libertatis, quod tibi sua morte comparauerat, repudiasti, abiecisti. Tu, contra quem ipse pietatis parens Deus acerrimus hostis factus insequitur, petit, oppugnat; æternæ damnationis est prolata sententia; patent iam inferorum portæ, &, quod quidem maius est, illa acris, & vehemens ira, illa inaudita iustitia in filium ipsius Dei exercita est, vt dicat Paulus, *eum, qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecisse.* (2. Cor. 5.) Quid hoc significat? planè quod exponit sanctus Chrysostomus *, nempe non solum Christum satisfecisse pro peccato per mortem, sed subiisse mortem acerbissimam, &

* Hom. 10. in 2. Cor. 5.

1. *Thema.* Mulier, vbi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnauit? Neque ego te condemnabo. *Ioan. 8. 10.*

2. *Declaratio extensior.* CON *estas dulces, y amorosas palabras dichas a vna triste muger comprehendida por los Phariseos en adulterio, alienta el Saluador alos desmayados peccadores, que aun despues de su penitencia no confian, como deuen en su misericordia; y en suma les dize, despues de hauer hecho de vuestra parte el conuertiros ami, no temais à ninguno, pues en esta causa yo soy el Iuez, yo el testigo, y soy la parte, por donde, si yo vna vez perdonare, quien cõdenarà:* Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est, qui condemnet? *Dize tambien san Pablo.*

3. *Applicatio doctrinæ.* *Pues como es possibile, si tienes fee, que estando Dios de tu parte, y aquel Dios, que como añade san Pablo:* est Christus Iesus, qui mortuus est, immo, qui & resurrexit, & qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. *Con vna nueua como esta no se alegre tu alma, y confie, que nadie te ha de apartar dela charidad, que Christo te tiene, que es loque concluye san Pablo:* Quis nos ergo separabit à charitate Christi? *Que cosa haura, que haga, que el no nos ame? que enfermedad, que no sane? que pleito, que por el se pierda?*

4. *Probatio à rationibus.* *Esta es la razon, conque Eliud queria conuencer à Iob 34. 16.* Si habes ergo intellectum, audi quid dicitur: Numquid qui non amat iudicium, sanari potest? *En las quales palabras enuoluio mil razones. La primera, por ventura fuera Dios Rey, y señor vniuersal, si su officio fuera hazer llagas, y no curarlas, si no supiera cubrir, vendar, y sanar? Otra, mira, que si no sanares, serà portu culpa, que el mismo, que es Iuez, es medico; y si juzga, es para sanar. Otra, mira, el cuidado, conque en nuestros males, y necessidades corporales nos cura, y nos sana, y se haze como çirujano de nuestras podridas llagas, como es possible, que en loque toca al punto de justicia no guarde fuero, ni ley, el que de suyo es tan misericordioso? Dios en nuestras necessidades nos remedia, y en nuestras males nos cura luego en nuestras causas, y pleitos tambien nos guarda justicia. Prueuolo, pues mas es andar Dios hecho çirujano con amor de Padre, que perdonar como Iuez al arrepentido; para lo vno nos diò à su hijo; para lo otro no nos darà su misericordia?* Quomodo non omnia nobis cum ipso donabit?

Si

5. A comparatione.

Si vn Rey, cuya palabra es vn gran sacramento, supiesse, que està en la horca para ser derribado de ella vn triste hombre, y sin pedirlo el, le embiasse vn auiso, que le prometia su real palabra, y le jura, y le dà firmado el perdon, y la vida: que hiziera esse Rey, quando viesse al mismo hombre con el dogal al cuello entrar dando vozes, y gracias alque con su palabra le librò. Tu eres el condenado, el oluidado, Dios fuè, el que te embiò auisos, elque te inspirò, te tocò el coraçon, te despertò dormido, te conuertiò estando auerso, y con la espada de su cruz cortò el dogal, y con su sangre borrò el processo, y te jurò el perdon: Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris. *Agora, que entras a darle gracias, y voces de alabança no te hauia de perdonar?*

6. Ab exemplo.

Era Achab vn hombre tan peruerso, que se dize de el 3. Reg. 21. qui venundatus erat, vt faceret malum. *que es dezir, que era vn hombre arrojado, y dispuesto para todo mal, y con sola vna penitencia como pintada, y vna sombre del verdadero dolor no la despreciò Dios, antes quisò (como notò san Gregorio) que no quedase oculta, si no que se publicasse, y assi le dixò Dios a Helias Tesbites:* Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? *no has visto Achab humillado delante de mi? y dixolo de preterito, no has visto? como lleuando mal, y mostrando disgusto de que Helias huuiesse tardado en mirar vn hombre penitente, y humillado, quanto gustara de tu penitencia verdadera?*

7. Confirmatio, & expolitio.

Pero si estas razones no te mueuen, si la voz del amado dicipulo no te alienta, que dize: Filioli nolite peccare, sed etsi quis peccauerit, aduocatum habemus Iesum Christum. *Y si por ser muchos desmayas del perdon? no ves lo que le dize Christo a su mayordomo:* Non dico tibi septies, sed septuagies septies. *si por ser graue el crimen, no te da brio, y te anima ver los infinitos meritos de nuestro Abel, y el clamor de su sangre. Si el ser culpa heredada de Eua, no se borra con acordarte de Maria Madre santissima:* Si barathro incipias absorberi tristitiæ (*dixe san Bernardo*) desperationis abysso, cogita Mariam, non recedat ab ore, non recedat à corde. *si esto no te anima.*

8. Apostrophe, seu exclamatio.

Mira a aquel clementissimo señor, y manso cordero muerto en vna cruz. O Iuez clementissimo, o sagrado, y refugio de peccadores; muy perdida sera la causa y pleyto, que siendo vos el Iuez se perdiere, con solo ver essas llagas se me trasluce mi saluacion, tus entrañas, y tu amor. Patent mihi viscera per vulnera, per foramina corporis, patent mihi arcana cordis: *esto (os dixò san Agustin) por essas llagas veo vuestro amor, veo vuestra immensa charidad, de essas aberturas se ase mi confiança, y se cenderà mi desconfiança. Y san Bernardo sermone de passione:* Quid enim tam ad mortem, quòd non tua morte saluetur. *Quien*

ignominiosam, quasi ipse esset verè peccator; immo quasi esset Christus ipsummet peccatum. Viuis tutus? viuis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam?

Quî poterit non incendi, & securus esse sulphureus puluis, aut linum, licèt madefactum, aut humidum, si ignis iuxtà appositus sit? Non parua quidem scintilla magnum excitabit incendium; licèt viridi, & florida ætate vigeas, viribus polleas? *Ignis in domo impij*, Michææ 6. Latet flamma, sed decorem omnem, viroremque omnem exsiccabit, & in barathrorum, & inferni arida, & mox ardentia ligna conuertet. Isai. cap. 1. *Erit fortitudo vestra vt fauilla stupæ.* Quî poterat esse securus Isaac opertis oculis vita super lignorum struem, solus in monte denudato collo vinctis manibus, & pedibus, patre, carnificis instar, ignem sinistrâ gestante, gladium dextera vibrante. Siste, siste: inquit enim Paulus, *Vnde in parabolam accepit*, & timor Isaac prouerbialiter dictus est: adumbrauit enim quasi timorem tuum, & vim iustitiæ, quæ in te irruet nihil tale opinantem, sola vindex, & districta: *memorabor iustitiæ tuæ solius.* 5. *A comparatione.*

Cùm Saül impius rex, & imbellis inimicaretur Dauidi, & in illum aperto Marte pugnaret, timore perterritus, ipse Dauid aiebat: *Viuit Dominus, quòd vno tantùm gradu ego, mórsque diuidimur*, 1. Reg. 20. De te verò quid sentiendum, quid iudicandum est? quem ipse Deus omnipotens petit, cuius nutu, & imperio terrarum, cælorúmque orbes debita gubernantur dignitate: viuit Dominus quòd tu, & mors æterna nec latum quidem vnguem diuidimini. 6. *Ab exemplo.*

Verùm si vos non stimulant, & pungunt animi vulnera; quia illa non videtis: si vltionis diuinæ pœnas non perhorrescitis; quia adhuc non desæuit: si acerbissimos inferorum cruciatus ad omnem æternitatem duraturos non pertimescitis, quia latere videntur; vos flectant, & emolliant cruci affixi dira vulnera; illam crucem saltem timete misericordiæ thronum: tribunal tamen modò factum grauis, & seueræ iustitiæ, vbi eodem sanguine, quo mundus in libertatem asseritur, Iudæi dilabuntur, corruunt, & damnantur; & eodem tempore, quo latro seruatur, perit, & damnatur Apostolus; quomodo tuam sortem non formidas, cùm cernas oculis ipsam positam in crucis pondere, & lance libratam, quarum vna latronem beatorum sedibus adiudicat: iustitiæ verò alia Apostolum suppliciis addicit æternis: pondus, & statera iudicia Domini sunt. 7. *Confirmatio, & expolitio.*

O Patrem, ô iudicem, ô piissimum, & seuerissimum, ô Agnum, & leonem, ô amabilis, & formidabilis, hæc vulnera quasi præconio misericordiam declarant, & eadem, si nimis confido, veluti origo iustitiæ sunt, iræ, & damnationis fontes. 8. *Apostrophe, seu exclamatio.*

Digitized by Google

9. *Increpatio.* Quid moliris? quid cogitas? imprudens, & impudens, in quo ipsem tuam reponis, vt tandiu in scelere persistas? num in eo, quod inquis: Dabit mihi quoque veniam Deus; & si eam non præstat? Quòd (inquis) bonus est Deus, fateor; sed nónne etiam est iustus? quid futurum, si in te infinitæ iustitiæ potentiam exerceat? Morti iam proximus (ais) me ad meliorem vitæ frugem conuertam. Num te de hac hora certiorem aliquis fecit? quæ omnino dubia, & incerta est? Quis tibi veram pœnitentiam, & ex imo cordis affectu dolorem tunc promisit, aut sacerdotem, qui confitenti benignas aures accommodet; nodos, & nexus peccatorum ita constrictos, ita colligatos quis liberè, quis bene, & omnino poterit dissoluere?

10. *Ab auctoritate Prophetæ.* Non audis Augustinum, qui quantum potest voce contendit, vt exaudiatur: *Hac punitione punitur peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei.* Et Prou. 7. *Vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret, &c. ego quoque in interitu vestro ridebo.*

11. *Epiphonema.* O dementiam! ô insaniam non ferendam! itáne est, vt res tanti momenti, tanti ponderis volubilibus, & incertis casibus innitatur. O mortalium phrenesim, & irreparabile damnum, ex summa Dei misericordia propriam damnationem conflare, ipsam dulcedinem in fel conuertere, & infinita clementia abuti.

12. *Exhortatio.* Vbi, fratres, mens? vbi ratio? vbi iudicium? quid agitis? quid molimini? tempus aduenit, dies illucescit, hora est scelerum maculas salutari lacrymarum limpha piare: labes eluite, corrigite mores, vitam emendate. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis,* 2. Cor. 6. Hoc vitæ tempore lacrymæ, dolor, pœnitentia diuini Numinis iram placant, veniam merentur; dies salutis vestræ affulsit, quo Christus Dominus ligno suffixus, actis in crucem brachiis, & extensis vos expectat. Accurrite, aduolate, antequam contrahantur, & iustitiæ gladium vibret.

13. *A contrario.* Summa pace, & tranquillitate iustorum sic perfruemini, illa, inquam, animarum in Deo omnem fiduciam habentium, non sese efferentium, quæ blandè amantissimum sponsum appellant, dulciùs inuitant, *Veniat dilectus meus in hortum suum, dilectus meus mihi, & ego illi.*

14. *Epilogus.* O lætam, iucundámque confidentiam! ô certam beatitudinis datam prærogatiuam! ô vitæ æternæ pignus in diuina misericordia fiduciam omnem ponere: non verò negligenter amittere, quod tantus amor efflagitat, quod tot commissa scelera expostulant, vt tam atrocia crimina gratia expiet, & veram confidentiam donet præmio sempiterno, & gloria, quam, &c.

tan desauçiado, que de tu muerte nó espere salud?

9. Increpatio. *Que dizes hombre desconfiado, en quien confias, si en este señor no confias? Quieres tu agotar el mar de clemencia, poner cercas al reyno dela piedad? no haras hombre sin coraçon, mira loque dize bramando contra ti san Leon:* Misericordiæ Domini nec mensuras possumus, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera conuersio, dicente Spiritu Dei per Prophetam: (Leo Magnus.)

10. Ab auctoritate Prophetæ. Lauamini, mundi estote, & venite, & arguite me, dicit Dominus. *Y Isaias*, non clamabit, neque accipiet personam; *y en el original:* non vociferabitur, & non eleuabit. *No pregonarà el pecado, no lo encaramarà:* neque audietur vox eius foris. *No pondrà a la verguença el pecado, ni lo publicarà, el amor le harà callarlo:* silebit in dilectione tua. (Isai. 42. 2.)

11. Epiphonema. *Ay mayor locura, que desconfiar de vn amor tan grande, de vn Iuez Padre, y esposo amoroso?*

12. Exhortatio. *Quien te ha hechisado Christiano; quien te ha ensordecido, y cegado para no ver aquellos braços abiertos, y aquella dulce boz:* tu autem fornicata es cum amatoribus multis; verumtamen ad me reuertere, dicit Dominus. (Ierem. 3. 1.)

13. A contrario. *Mira quien te exorta, el señor,* Dominus, *mira, quien te llama,* Dominus, *quien es esse señor? aquel tan riguroso con otros que escriue sus pecados en bronze y con pluma de hierro: pero los tuyos en el poluo;* digito scribebat in terra: *donde se los lleua el aire. Quien no se aprouecha de esta ocasion? quien no se va tras esta pecadora al tribunal de clemencia? y mas llamando el señor:* Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis.

14. Epilogus. *O boz de saluacion, o consuelo de la alma pecadora, oir dezir al Pontifice sumo,* nemo te condemnauit? *ninguno te ha condenado? pues yo tam poco te condeno; si no te saluo, te perdono, te abraço aqui con mi gracia, y despues para siempre en mi gloria, Amen.*

De genere exornatiuo, siue laudatiuo. §. 9.

Exornatiuum genus quo pacto reducitur ad suasorium. EXORNATIVVM genus dicendi, seu laudatiuum, Aristoteli, Ciceroni & Quintiliano videtur cæteris etiam subseruire. Quapropter cùm de suasorio seu deliberatiuo egerimus, de

Digitized by Google

de hoc etiam tanquam illius adminiſtro breuiter agendum erit. Nam, vt Ariſt. docet [a], quæcumque orator ſuadere nititur, eadem mutatis paululum verbis laudare poteſt & contra. Vnde colligo etiam, non tantùm de bono honeſto (vt Fabius etiam ſenſit) laudatiuum genus agere, verumetiam de vtili iucundoque. Concionatori autem qui ſemper virtutem pro ſcopo habet, hæc tria bona eatenus tractanda ſunt, quatenus ad virtutem obſequiique diuini amorem ac ſtudium excitandum valeant.

a Lib. 1. ad Theodectem, cap. 9.

Perſuadendi & laudandi ars eadem & finis.

Quid laus vel vituperatio.

Laus ergo (vt definiunt) eſt oratio, quæ rei vel perſonæ cuiuſquam bona vel mala tum explicat, tum pro dignitate extollit. Explicare namque hiſtorici eſt, tollere atque amplificare oratoris, ſeu concionatoris. Quamuis autem latiſſimum hoc genus ſit, & ad res omnes ſeu laudabiles, ſeu vituperabiles pertineat, potiſſimè autem poſt Deum Creatorem & Angelos ſpectat ad homines, ſiue illos qui iam in termino ac beatitudine, ſiue illos qui adhuc in via ſunt. In Deo quidem bona ſunt omnia, eaque ineffabilia, niſi vel per negationes, vel per quaſdam ſimilitudinum noſtrarum adumbrationes, tum illius attributa, perfectiones quæ ſunt & immenſæ & innumeræ, proſequamur. Iam verò effecta ſeu beneficia illius amoris & prouidentiæ, tum auxilia, tum præmia & hæreditatem bonis omnibus confertiſſimam quis valeat percenſere? Quis etiam filij Dei Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti & gratiam, & dotes, & merita, & virtutes, & miſerationes, & beatitudinem, vt par eſt, dicet? vide aliquale exemplum hîc *inſtitut. 3. in fine diſcurſ. 6.* Quis item conſimilia bona, quæ in Matre ipſius ſanctiſſima elucent? vide exemplum *inſtitut. 2. in fine diſcurſ. 3.* In Angelis autẽ conſideranda tum naturæ præſtantia, tum gradus, tum ordo, dignitas, gratia, munus, beneficentia in homines: tum magnitudo pulchritudo, robur, celeritas, ſapientia, efficacitas, cæteraque attributa; vide *diſcurſ. 8.*

Laudare quos propriè debemus.

Dei attributa quomodo laude proſequamur.

Chriſti Domini laudes quomodo in concione tollenda.

Mariæ laus.

Angelorum laus.

Sed vt ad hominem veniamus, qui rerum omnium laudabilium habet inſtar; eius laus (vt Quintilianus docet) habet tria tempora, nempe ante vitam dum vixit, & poſtquam fato functus eſt; in primo enim, vaticinia, & præſagia, & ſigna, & ſimilia, quæ illius ortum portenderunt, ad laudem faciunt, aut etiam vituperationem, vt in D. Ioanne Baptiſta, vt in Antichriſto: vt liquet in concione S. Ioan. *diſcurſu* 102. & de Antichriſto *diſcurſu* 142. Viui autem hominis laus (vt ait idem Fabius) ex animo & corpore, & ex extrà poſitis peti debet. Vnde illa Eccleſiaſtes noſter laudabit quæ vel virtutes ſint, vel adiumento ſint virtutibus: cætera namque, vt ait Hieronymus, nec admirari nec laudare debet concionator verbi Dei, gloriam, diuitias, nobilitatem, aut terrenam dignitatem. In animo & corpore interna bona ſunt, cætera quæ à fortuna dicuntur fluere, bona appellantur externa, ſeu fortunæ. Ad animum ſpectant ingenij dotes, animi propenſiones, habitus mentis atque voluntatis: tum præclarè perpenſa, dicta, cogitata, decreta, itémque facta; vel etiam ea quæ in corpore ſunt forma, vires, valetudo, ſtatus, velocitas, compoſitio, & affabilitas, & ad capeſſendas ſcientias, & ad exercendos artium bonarum actus. Contingit autem vt bona hæc (quæ Ariſtoteles vocat *corporis virtutes*) virtutis actus ipſos reddant commendatiores, vt in Bernardo caſtitas cum præſigni forma, & elegantia, in Thoma humilitas cum ingenij mirabili acumine, in Ioanne virginitas cum lenitate ingenij. Quocirca Virgilius eleganter ait *lib. 5.*

Hominis laus vnde & qua ratione incipienda.

Viui & præſentis laudem quo pacto Eccleſiaſtes proſequatur.

Tutatur fauor Euryalum, lacrymæque decoræ,
Gratior & pulchro veniens è corpore virtus.

Externa verò bona ſunt quæ homini extrinſecus accedunt, vt locus, tempus, vel naſcendi vel agendi, vel quidquam perpetiendi: tum parentes, gens, cognatio, affinitas, educatio, inſtitutio, ſodalitas, amicitiæ, fauor, gratia, fama, exiſtimatio, diuitiæ, honores, hæreditates, victoriæ, tituli, & ſimilia, quibus omnibus qui honeſtè vſus fuerit (vt Quintilianus notat) idcirco dumtaxat laudandus erit. *Nam diuitiæ (ait) & potentia, & gratia, cùm plurimum virium dent in vtramque partem, certiſſimum faciunt morum experimentum: aut enim meliores propter hæc, aut peiores ſumus. Animi ſemper vera laus.*

Cautè laudanda externa bona.

Quoad ordinem laudandi ex his omnibus idem Fabius addit: *Sed non vna per hoc opus via ducitur. Namque alias ætatis gradus, geſtarúmque rerum ordinem ſequi ſpecioſius fuit: vt in primis annis laudaretur indoles, tum diſciplina, poſt hoc operum, id eſt, dictorum factorúmque contextus. Alias in ſpecies virtutum diuidere laudem fortitudinis, iuſtitiæ, continentiæ, cæterarúmque, ac ſingulis aſſignare quæ ſecundùm quamque earum geſta erunt. Vtra ſit via vtilior, cum materia deliberabimus.* Hæc Fabius.

Qui ordo tenendus in laudibus & commendatione ſanctorum.

Addo tertium ordinem, nempe qui alicui loco de Scriptura ſacra propoſito rectè cohæreat per partes; ſit tibi, ſi placet, in exemplar *diſcurſu* 75. locus *Iſaiæ* 28. 16. quem ibi D. Petro inuenies accommodatum.

Addo quartum ordinem qui cohæreat ſimilitudini, aut parabolæ, aut figuræ, ſeu hiſtorico exemplo, aut etiam ſententiæ cuipiam inſigni: vt habes *in eodem diſcurſu* 75. verba Ruperti plena ſenſu, & D. Petri laudibus aptiſſima.

Poſt vitam hominis ſequuntur decreti honores, & præmia, ſiue in terris, ſiue (quod optabilius eſt) in cælis. Tum monimenta, annales, memoria, deſiderium illius, & ſimilia.

Notandum autem ex Quintiliano ſeligenda quæ magna ſunt, non enim quæuis ad laudem trahenda. Deinde ex Ariſt. tum ad Theodectem *lib. 1. cap. 9.* tum ad Alexandrum *cap. 4.* vtendum eſſe in laudibus exaggeratione, & amplificatione, atque vtriuſque modus neque paucos, neque contemnendos in vtroque loco legere commodum erit, vt Cardinalem Petrum Damianum de S. Ioanne Euangeliſta, quem videre licet *in diſcurſu 9.*

In laudem ſeligenda quæ magna ſunt.

Res autem cæteræ quæ hominem aliqua ratione contingunt, ſimili modo ex bonis honeſto, iucundo, vtili commendari poſſunt: adde etiam ex facili, citra iacturam, citra periculum ex iuſto, æquo, legitimo, decoro, laudabili, glorioſo, excipiendo cum gratitudine, cum gratulatione: tum ex eo quod permagni interſit: tum ex neceſſario, vel abſolutè, vel ex ſuppoſitione, vt liquet exemplis paſſim, maximè *in inſtitut. 1.* de hominis dignitate, de gloria virginitatis, de neceſſitate & iucunditate orationis, & aliis quamplurimis: vt *inſtitut.* 15. de bono ſolitudinis, ex his omnibus locis ſuaſio conſtet, ex eiſdem, iuxta Ariſtotelem & Quintilianum, mutatis paululum verbis, laus conſtare poterit.

Res ſingulares & vniuerſales quo pacto commendanda.

Digitized by Google

Diuos inter se componere vitium est oratoris.

Vnum vel alterum in diuorum laudibus exploratum satis & vtile tibi obseruare velim. Primum ne beatos, & minus multo Apostolos inter se compares, sanctitatis arbiter Deus est, ipse distinctis sedibus & merita & iustos collocat. Quare ne putes multum extolli sanctos cùm Trinitati similes temere feceris. Sat est si Christo familiares, propinquiores & gratiores effeceris. Hoc nos summæ prudentiæ parens edocuit Ignatius [a]. Secundum cùm concio funebris incidat, caute nimis & parcè laudes defuncti efferes. Rarò omnibus placet nimis effusa oratio, & quæ inter diuos collocat, quem vermes adhuc erodentes, & detractorum linguæ tuæ concioni longè diuersa prædicantes in dubium vertunt, quæ tu prædicator veritatis nec de regibus, nec Pontificibus, nisi certissima & exploratissima, vsquam circumferre debuisses.

a In lib. exercitiorum.

Artis persuadendi conclusio.

Ecce qua ratione e pluribus rerum capitibus duo, vel tria præcipuè tibi deligere oportebit, quibus insistas, & quæ persuadenda tibi constituas: errat enim, qui frustrà vagatur, nihil habens certum, quod petat oratio, & quò ictum dirigat, vacuique abscedunt auditores, nihil domum reportantes, quod secum ipsi, vt oporteret, meditentur. Hic autem modus expendendi Scripturas, amplificandi, exaggerandi, inculcandi, ad obtinendum, & persuadendum non solùm inopiam non arguit, sed potiùs vbertatem, & abundantiam, nisi ieiunos sermones velis appellare, quos huius artis persuadendi præstantissimus magister perorauit, & scripsit Chrysostomus: Obtura aures vaniculis, & sciolis homunculis, qui nouitati student, & sanctos Patres imitari dedignantur. Hæc obserua, & euades quidem, nec infructuosus, nec contemnendus concionator, &, quod caput est, non damnandus: opus enim est, vt videat, qui pro suggestu stat, ne sicut cæteri cadat, & periculosius, quàm reliqui. Attende ergo tibi, & doctrinæ.

Score & vani iuuenes nō audiendi, in hoc inexperti plausum & circumfusam multitudinem audientium aucupantur.

Triplicis verbi Dei ex modo nostro intelligendi partitio, & cuinam præcipuè salus nostra assignanda.

PRÆLVDIVM. VII.

1\.

QVAMQVAM tenui nostra dictione Dei verba distinguamus, non ideo (existimes) fontem diuidi, ex quo illa deriuantur: nam, vt ait Nazianzenus [b], *diuina, & simplex Dei essentia indiuisibilis vtriusque forma est; cæterùm ad salutem animarum nostrarum, & vtilitatem, partitionem quoque propter appellationes subire videtur, diuisionisque necessitati subiici.* Itaque verba Patris nuncupamus ea, quæ Deus ante incarnatum Verbum in nostram vtilitatem protulisse, aut dictasse videtur; eadem tamen, & Patris sunt, & Filij, & Spiritus sancti, vt eleganter Origenes [c] prosequitur. Velim tamen altiùs rimari duo, quæ in verbis Dei perfectissimè continentur, Dei scilicet agnitionem, & earum rerum cognitionem, quibus ipse maximè colitur, & obseruatur: nam ita inter se mutuò nectuntur, & copulantur vniuscuiusque rei vis & natura, eiusdemque cognitio, vt Philosophus naturæ rerum acerrimus indagator, omnium ore laudatum axioma protulerit: *sicut res se habent ad esse, ita se habent ad cognosci.* Quare cùm sacra pagina Dei sit agnitio, necessariò Deo simillima est, atque conformis. Vnde primò sicut Deus complet terrarum orbem absque eo quòd ipse terminis vllis circumscribatur, sic pagina sacra ingenia complet, nec ipsa omnino attingitur. Et sicut Deus locum occupat omnem, & totus in toto est, & in qualibet parte totus: sic eiusdem vera cognitio graphice descripta est in tota sacra Scriptura, & miro Spiritus sancti stilo in quolibet mysterio, & qualibet illius parte tota splendet, & elucet; ita vt quemadmodum quando Gigas in pariete descriptus est longa cortina tectus, si ex infima parte aperiatur, & pes tantummodo conspiciatur, dicimus: Gigas est iste; si digiti tantùm promicent, si frons, aut capilli videantur, Gigas est iste: nam proportio debet esse partis ad totum in egregia pictura suis mensuris aptè disposita. Sic etiam experimur, quauis ex parte sacræ Scripturæ cortinas moueamus, quæ immensitatem, & infinitatem Dei operiunt, nos in agnitionem æternæ veritatis perducunt. Quare cùm constitit diuinum Verbum, & elephantem procreauit, sic argumentari debemus: Creatura ista dicitur. *Principium viarum Domini: assentò el pie la palabra de Dios, y dexò la huella criando vn elefante ta maño.* Magnus ergo est Deus iste. In principio etiam *creauit cælum: veis alli la frente alta con la cabellera rubia del sol de medio dia.* Ecce frontem auream sparsa coma radiorum pomeridiani Solis: vtique Gigas est Deus iste. *Et terram*, videte pedem, immensus est Deus iste, *qui cælos palmo ponderauit.* Vide quàm ingens est manus ista? sine dubio cortina hæc sacræ Scripturæ ingentis magnitudinis Gigantem contegit Deum. Acumen istud ingenij est D. Pauli; *ex parte enim cognoscimus; & ex parte prophetamus: cùm autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.* Nunc, inquit, quasi ex pede, vel manu colligimus Deum esse; quando totus patebit, non nobis erit præsaga mente diuinandum, non ex partibus nobis facienda erit coniectura. Huic etiam adnectetur alia Spiritus sancti subtilitas in suis scriptis: sicuti enim in sacra pagina Dei nobis cognitio proponitur, ita etiam simul aperitur, quo pacto illum venerari, & inseruire debeamus, & in qualibet eius parte reperimus, quod nobis necessarium est ad negotium nostræ renouationis, & salutis peragendum, totum in tota Scriptura, & totum in qualibet parte illius. Propterea Dei sapientia illam speculo similem esse dixit, *Speculum est sine macula*; in speculo integram faciem tuam vnam intueris, si confringatur, in vnaquaque parte integram faciem contemplaberis. Quare addidit Paulus: *Videmus nunc per speculum in ænigmate*, &c. nam vel inquirit Dei naturam, potentiam, proprietatem, & in his fides, spes, charitas commendantur; vel practicè docet, quæ necessaria sunt ad mores cum bene, beatéque viuendi ratione componendos, in quibus satis vitæ disciplina monstratur. Quædam sunt, vt credantur, *In principio creauit Deus*: quædam iussa, vt obseruentur: *Honora patrem tuum*, &c. quædam prohibita, ne fiant; vt, *Non mæchaberis.* Ecce cauenda

b Ad Euang. de diuinis.

c Lib. 1. Periarchon. cap. 3.

Mirabile sacræ Scripturæ artificium.

Simile.

Iob 40.14.

2\.

Isai. 40.12.

1\. Cor. 13.9.

Sacra Scriptura speculo similis in qualibet parte quid nobis expediat resplendet.

Sap. 7. 26.

1\. Cor. 13. 12.

uenda prænunciantur; nulla denique Euangelij pars est, vt in his, quæ dicam, patebit, vbi non numeris omnibus absolutissima ea inuenias, quæ ad tui perfectam renouationem diriguntur. Nunc huius diuisionis triplicis verbi Dei rationem reddam.

3. *Partitio verbi Dei secundùm rationem nostram.*

Vnum est verbum, quod est vnius Dei, quódque veritatem includit æternam, & ad vnum scopum, Christum scilicet, dirigitur. Verùm idipsum tam varium est, & multiplex ad nostram vtilitatem (vt aiebat Nazianzenus,) vt liceat cum Origene alia verba Patris dicere, alia Filij, alia Spiritus sancti nuncupare. Nam, sicut sanctissima Trias inter se disposuit, teste D. Leone [a], *& diuisit sibi opus nostræ reparationis misericordiosa Trinitas, vt Pater propitiaretur, Filius propitiaret, & Spiritus sanctus igniret*; sic etiam ad hoc opus humanæ instaurationis per verbum suum diuisio ex materia sumitur, & ex distinctione personarum verba ad extra nunciata distinguuntur: *habent enim* (inquit Origenes [b]) *à Patre, vt sint; à Filio, vt vera, & rationabilia, & viua; ab Spiritu sancto habent, vt pura, sincera, & sancta sint.* Nam ipsa sacra Scriptura agit de Deo Patre vt Creatore, Filio vt Redemptore, Spiritu sancto, vt gubernatore, & sanctificatore; ita vt Patris verba appelletur vetus Testamentum, Filij Euangelium, Spiritus sancti epistolæ Pauli, & Canonicæ, mirabilisque illa Apocalypsis reuelatio, in qua ratio totius diuinæ prouidentiæ symbolicè designatur. Hoc ipsum notauit Augustinus [c]. *Hic prius per Prophetas, deinde per seipsum, postea per Apostolos, quantum satis esse iudicauit, locutus: etiam sacram Scripturam condidit, quæ Canonica nominatur, eminentissimæ auctoritatis.* Quare in ipsamet Scriptura tribus personis cælestis doctrina attribuitur; Patri, *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me*; &, *Qui misit me, verax est, & ego, quæ audiui ab eo, loquor in mundo.* Filio similiter tribuitur, *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem his*; &, *Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo, post hæc in terris visus est.* Sancto etiam Spiritui attribui inuenio doctrinam cælestem; quia tam sublimia docere magnum est bonitatis, & charitatis opus, & ita credendum proponit Ecclesia, *qui locutus est per Prophetas*, ex D. Petri etiam sententia, qui ait; *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.* Et ipse Saluator testatur, *Paraclitus autem Spiritus sanctus, &c. ille vos docebit omnia.* Per hoc autem non tollitur, vt verba illa, quæ vel à Christo Domino prolata, vel à Patre profecta, vel à Spiritu sancto inspirata, & scripta sunt, quoad verborum substantiam trium personarum sint: nam effecta à diuinitate, quæ vna est Patris, & Filij, nihilque efficiebat Filius, quod non faceret Pater: tamen quantum ad significationem Filio tribuebantur; quia persona filij erat vnita humanitati illi, non autem persona Patris: & hac ratione Christus dicebat se esse Filium Dei, non autem dicebat se esse Patrem; quamuis verbum hoc factum esset à Filio, & Patre, quia à Filio procedebat per humanitatem; tanquam instrumentum suæ personæ coniunctum: & à Patre per eandem humanitatem; sed tanquam instrumentum separatum, respectu personæ Patris. Itaque verba Dei & Patris sunt creantis, & Filij redimentis, & Spiritus sancti gubernantis.

a Serm. de natiuitate.

b 1. Periarchon. c. 3.

c Lib. 11. de ciuit. cap. 3.

Ioan. 7. 16.

Ioan. 8. 26.

Deut. 18. 18.

Baruch 3. 39.

2. Petr. 1. 21.

Ioan. 14. 16. Toletus in Ioan. 14. verba, *Quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor*, id est, ostendunt non me esse hominem merum, sed Dei Filium à Patre procedentem.

4. *Expenditur cuinam personarum salus nostra maximè tribuenda sit, gratitudinis causa, cùm æqualiter à quolibet proueniat.*

Verùm in opere nostri boni, & optatæ salutis negotio, cui magis debeamus, verbòne Patris, aut verbo Filij, aut Spiritus sancti, gratitudinis ergò, expendendum est. Nam si in memoriam reuocamus concilium illud, quod in æternitate habitum fuit, in quo de nostre bono actum est, æquè omnibus, & vnicuique debemus hoc opus: sic Rupertus [a] altè rimatus est: *Magnum planè consilium in illo sapientiæ concilio, in illo talium personarum Patris, & Filij, & Spiritus sancti non tam senatu, quàm soliloquio venerando de nobis peccatoribus habitum est, planè ibi omnis nostra in medio causa proposita est; mors, vel perditio nostra, quæ futura erat, illic perspecta est, & inde totum consilium habitum, vt vnaquæque persona suam operis partem susciperet: vt scilicet Pater conderet, Filius perditum redimeret, Spiritus sanctus remissionem peccatorum, & carnis resurrectionem perficeret: repleatur os nostrum laude, & tantam Trinitatis gloriam decantemus.* Hanc eandem trium personarum attributionem luculenter Theologus Nazianzenus [b] exposuit; agens enim de diuina natura ait: *Vocatur autem illa Deus, tametsi in tribus maximè consistat, in causa* (quod nos *principium* vocamus, Græci *causam* vocant, idem tamen est, vt notauit D. Thomas) *in opifice, in perfectore; omnia enim ex Patre per Filium in Spiritu sancto cooperantibus sunt: non tanquam vnusquisque eorum efficere nequeat omnia; sed quia propter modis omnibus perfectam æqualitatem alij in aliis sint.* Verùm non hac de causa solùm hæc munera illis tribuuntur, sed etiam vt nos nostris instauratoribus gratos exhibeamus; vt si tres herbarij mutuò conuenirent ad aliquam potionem salutis; ille herbam legit, hic medicinam parat, alius applicat: ita etiam in hominis salute procuranda medicinam dedit Pater. *Sic Deus dilexit mundum.* Christus Dominus triginta trium annorum spatio parauit; Spiritus sanctus gratia sua illam applicat, & gratias, quas simul omnibus habere nescimus, vnicuique personæ sigillatim, quas possumus, referamus. Ideo contentionem istam instituo, & in dubium reuoco, quod certissimum est.

a De operibus Trinitatis lib. 1. cap. 1.

b Oratione de Trinit.

Ioan. 3. 2.

5. *Pater renouat hominem.*

Et primò quidem formatus nouus homo, non terrenus (hunc enim finxit Adam,) sed spiritualis, Patris Verbo debetur; Deus enim summum, & excellentissimum, & veluti summam etiam creaturarum hominem condidit: nam ad illius creationem omnium rerum bona, & ea præstantiora contulit vniuersa. Vnde in Euangelio vocatur *omnis creatura*, vt exponit D. Gregorius [c]. Ambrosius item ex Paulo vocat *nouissimum*. Exoptat pictor egregius imaginem aliquam numeris omnibus absolutissimam viuis coloribus illustrare; non illi iam officinæ exemplaria sufficiunt, nec ingenij acumen, nec ars ad delineandam tantam pulchritudinem; pergit ad templi fores accepto carbone, & papyro, & figit aciem oculorum in lectiores, & pulchriores fœminas, quæ exeunt; obseruat diligentissimè, quò maximè vnaquæque alias vincat; ex illa viuaces, & lætos oculos quasi subripit, ex hac tenuè nigricans, & in iridem recurrens supercilium; ex alia nasum paruum, acutum, tenerum; ex illa in se collecta labra, purpu

c Hom. in Euangel.

Simile.

purpureo perfusa colore, & imaginem suam in medium profert, ita vt verè possit affirmare, hæc est summa quædam pulchritudinis, & venustatis totius populi: *esta es la hermosura de todo el lugar.* Voluit Deus (inquit Ambrosius) hominem depingere, & sui imaginem quandam præstantissimam in hanc lucem edere, quæ res omnes creatas longè superaret; & mox quasi perrexit, vt pulchriora, & excellentiora, quæ in aliis splendebant, colligeret. Ex lapide accepit esse, ex planta vitam, ex animalibus sensum, ex Angelis intellectum; igitur dici percommodè potest *omnis creatura. Rectè ergo nouissimus dicitur*, (inquit Ambrosius [a]) *quasi totius summa operis, quasi causa mundi, per quem facta sunt omnia, quasi omnium habitator elementorum; inter feras viuit, cum piscibus natat, super aues volat, conuersatur cum Angelis, terram inhabitat, & cœlo militat, sulcat mare, aëre pascitur, cultor soli, viator profundi, piscator in fluctibus, in aëre auceps, in cœlo hæres, Christi cohæres.*

a In verba Pauli 1.Cor. 5.

6. Verùm quidpiam aliud abscondit vocari nouissimum: nam non sine causa creauit illum Deus die extremo, & in illo operibus suis finem posuit: nam se gerere voluit Deus vt artifex, qui imaginem amplissimo Regi depingere molitur; pingit vnam, sed non placet; aliam perficit, non arridet; tertiam, & quartam delineat, quibus manus habiles, & peritas reddit; tandem quintam illustrat, spirat imago, & viuos refert vultus: tunc audet Regem adire, & illi proponere imaginem contemplandam. Vt Deus perfectionem hominis ostenderet, verbi sui penicillum accepit, sese quasi exercens, & soluens manum quinque dierum spatio, quousque die sexto liquit penicillum. Hæc vera est, & spirans imago: *esta si, que es imagen: omnis creatura, & nouissima.* Vt homo permagni faciat nobilitatem suam, nec audeat scelerum maculis conspurcare tantum decus dedecoris inusta nota & peccati; nec se vitiorum monstrum effingat, mala ex creaturis, & defectuosa legens, leonis superbiam induens, lasciuiam, & libidinem vrsi, lupi rapacis gulam, calliditatem, & malitiam vulpis, simiæ inuidiam, & quemadmodum is, qui solo eum verbo creauit, & omnem finxit creaturam, intuens illum malis omnibus conflatum, atque compositum, illum renouat iterato verbo suo; sic etiam modò mittit ministros suos, qui eidem Euangelium nuncient: *Prædicate euangelium omni creaturæ.* Hoc tuum fuit exordium, hic tuus extitit instaurator; *nam vita alia non est præter eam, quam habet per verbum Dei* (inquit Macharius [b] agens de homine animali conflato ex animalibus) *non percipit ea, quæ sunt spiritus.* Domine iam nec gallinam comedere potest infirmus iste, nauseat iam ad dulciaria, aut sacchàro condita; quid est in causa? *stultitia enim est illi*; iam inurbanus factus est; quòd si aliquid comedit, mox euomit, nec audit verbum Dei, nisi ad hoc, vt impellente nausea foras proiiciat salutarem cibum: *factus est illis sermo Dei quasi vomitus.* Ita se res habet. Iam mortuus est hic homo, sepulturam aperite; vides non dari, vt viuatur alibi, quàm ea, qua quisque natus est ratione; nihil ita nobis innatum est, quàm id, quo nascimur; verbo Dei nati fuimus, hoc etiam victuri sumus: aliter enim mortuus est homo, & in illa omnis creatura; quia Pater æternus ad illum efformandum contulit vniuersa.

Marci 16. 15.

b Hom. 47. tom.2. Biblioth. 1.Cor.2.14.

Verbi Dei necessitas.

Attamen D. Paulus Seruatori tribuit, & verbo suo hanc renouationem. Sic explicat egregius quidam Doctor [a] verbum illud: *In capite libri scriptum est de me*; aduertite mundi exordium habuisse à verbo, à verbo etiam instaurandum esse, & meo quidem verbo, hac de causa in principio de me agitur, *in capite libri*, id est, in principio Genesis; bene se res habet: *nam vt per ipsum omnia sunt condita, ita per ipsum erant instauranda*; idipsum Paulus dicere voluit: *Vnus mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.* Deus vnus est, inquit, & non est secundus, qui ipsi æquiparetur; ita etiam *vnus mediator Dei, & hominum, qui semetipsum tradidit*; vnus solus ipse. Licèt enim Angeli iuuent, sanctorum preces interponantur, & ministri concionatores disponant, & tanquam instrumenta ad hoc negotium peragendum admoueantur: sed tamen ipse solus est præcipuus mediator, qui ad finem vsque opus istud perduxit, *homo Christus Iesus*; quia tamquam verum medium vtriusque extremi particeps est effectus, & naturam diuinam iunxit humanæ, res inter se tam distantes, & longè dissitas copulando in vno, eodémque supposito, *homo Christus Iesus*; talem enim decuit homines conciliare, præcepta illis dando, vt Deus, & ad Deum preces fundendo, vt homo, & Deus. *Gratificauit nos in dilecto filio suo.* Verùm quid sibi vult dicere *mediator*? nam D. Paulus ait, *mediator autem vnius non est*; ergo inter duos est pugna ad minus; qui sunt isti? *Dei, & hominum*, inter Deum, & hominem pax est conciliãda. Hoc munus antiqui alio vocabulo Latino Sequester significabant, cui vtriusque partis depositum committebatur, & dicitur à sequendo, quia vtraque pars fidem illius tertij interpositi sequitur. Tertullianus [b] hoc vsus est verbo. *Hic* (videlicet Christus) *sequester Dei, & hominum appellatus, ex vtriusque partis deposito sibi commisso; arrhabonem enim, vt nobis spiritus reliquit, ita carnis à nobis accepit, & vexit in cœlum*; factus est depositarius spiritus Dei, & carnis humanæ. Reddit verò rationem. *In deposito caro est apud Deum per fidelissimum sequestrem Dei, & hominum Iesum, qui vt homini Deum, vt Deo hominem redderet, carni spiritum, & spiritui carnem, vtrumque in semetipso fœderauit.* D. etiam Augustinus [c] hanc metaphoram attigit. *Si non iaceres, mediatorem necessarium non haberes; quoniam verò iaces, & surgere non potes, mediator Deus quodammodo tibi porrexit brachium suum.* D. Paulus magis explicuit, dicens, *Nusquam Angelos apprehendit*; attingit hic, quod contingere solet, quando quis ira succensus currit, & alius illum consequi conatur, vt primùm illi fit proximus, manum admouet, & pallium illi tenet; ira succensus est Deus in Angelum, & vnusquisque in partem suam abiit, & discessit: sed nullus fuit, qui pallium Dei teneret. At cùm rixati sunt Deus, & homo, Verbum æternum adfuit tamquam sequester, & tenuit Deum, & sistere fecit hominem. Eia facessant iræ, cesset ô Pater indignatio. Vide quomodo iuxta hæc verba Dei salutem nostram debemus. *Vnus mediator*; mediatio enim ista in magnam gloriam eius redundabat, vt ponderat Augustinus [d]. *Idem ipse à Patre missus est, ne ad iniuriam eius pertineret, si opus per eum factum, per alterum reformaretur*, ipsi gratiæ debentur: appre-

7.

a P. Salmeron in hunc locum. Psal 39. 9.

Verbum instaurat hominem.

1.Tim.2.5.

Ephes.1.6.

Galat.3.20.

b Lib. de resurrect.

Ibid. in fine libri.

c De verbis Apostoli c. 13.

8.

1.Tim.2.5.

d Tom.4. lib. quæst. vet. Test. q. 113.

Digitized by Google

apprehendite disciplinas, Hieron. *adorate pure*, Heb. *osculamini filium*, vel *puritatem*: *besad le la mano a mi hijo, que el os quito dela horca, os libro del crimen de lesa Mageſtad*; ipſe enim cruce te & furca liberauit, & crimine læſæ Maieſtatis, ipſi tui ſtatus, & gratiæ inſtauratio debetur; *qui ſolo verbo ſuo reſtaurat vniuerſa.*

9. Sol Christus. Hieron. in Ezechiel. c. 16.

Verumenimuerò Spiritus ſanctus ſibi, ſuóque verbo vult hoc opus tribuere: licèt enim Filius ſeipſum tradiderit, & Pater illum miſerit; tamen Spiritus ſanctus id ſolicitauit, vt fieret, diligentem nauauit operam. Quidam enim appellauit Chriſtum ſalem: *Ego ſum ſal cæli*; & aptè quidem nuncupatur ſal, vt ex eiuſdem verbi effectibus maximè liquet, in inſtitutione, doctrina, vita, quam huic corpori communicauit, iam mortuo, & illud quaſi animans continuit, ne corrumperetur. Verùm quomodo ſal iſte cæleſtis in terram exiliit? Aptè quidem rogas, hoc opus ignis amoris fuit, qui ignis inſtar compulit illum, vt veniret in terras. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret*; proſilit in terram vi amoris cogente, vt veluti communis omnium vita omnes etiam animaret, vt oſtendat ſacra pagina quantum indigebat homo ad ſui renouationem Spiritu ſancto, duo nomina, & quaſi ſymbola eidem Spiritui accommodat. Solem primò vocat. *In principio creauit Deus cælum, & terram; terra autem erat inanis, & vacua, & Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* (Gen. 1.) Videamus quis ſit, qui vitam tribuere incipiat, hic ſapiet proculdubio damna eius vitæ reſarcire, & fractam inſtaurare. *Spiritus Domini*; nomine *ſpiritus* ſolem intelligit, & illum tenebris opponit, de quibus antea dixerat, *& tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*: iam terra, & aqua producta erant; ſed denſiſſimis tenebris occultabantur, *& ſpiritus*, *&* pro donec, *ſpiritus* pro ſole, qui ſpiritum, ſiue vitam ferè tribuit iis, quæ terra gignit, omnia fouet, omnia recreat; ſic vſurpatur à Salomone, *Luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus*, vt exponit D. Hieronymus [a]. *Dei* ponitur pro à Deo; & ſenſus eſt, iam condita erant duo elementa terræ, & aquæ, & cæca quadam caligine obducebantur, donec ſol à à Deo adductus eſt in orbem, id eſt, donec ſol cōditus eſt, qui depulit tenebras. Per *terram* Pater ſignificatur, per *aquam* Filius, Spiritus ſanctus per *aërem*, & *ſolem*; quia hæ res quodam veluti veſtigium harum perſonarum adumbrant; ideo vbi Salomon confortatus à Deo Patrem, & Filium manifeſtare cupit, antequam diceret tres eſſe perſonas, & antequam rogaret, *quod nomen eius, & quod nomen filij eius, ſi noſti* [b], tria hæc ſymbola præmiſit terræ, aquæ, & aëri, vt opera Trinitatis exprimeret, & in creatione rerū opera renouationis adumbrarentur: nam cùm Pater terram creaſſet longè, latéque patentiſſimam, firmam, ſtabilem, & Filius aquam ſui ſimilitudinem eſſe dixit (*ego quaſi fluuius aquæ*;) tamen hæc omnia deliteſcebant nigris obruta tenebris, quouſque ſol Spiritus ſancti ſymbolum, radiis ſuis terram, & aquam illuſtrauit, & calefecit, & vitam, & lætitiam orbi attulit. Sic etiam Eccleſia verbis Patris, & Filij, & anima beneficiis à Deo acceptis diues eſt, rebus omnibus abundat. Verùm ad opera, ad fidem illi vita deeſt; hæc igitur eſt Spiritus ſancti communicatio, ſol in mundo, lux in Eccleſia, lætitia in anima, quæ miſerum hominem renouat, & Dei cognitione carentem illuſtrat: *ille vos docebit omnia.* Illic erant expreſſi characteres; legi tamen non poterant: ſol namque deſiderabatur; illic virtutes, at in tenebris iacebant; illic fides, ſed frigida, exanimis; illic corpus erat Eccleſiæ, ſed vita, & ſpiritu carebat: ſol iſte vitam tribuit; *ferebat omnia*: nomen verò, quod Salomon illi indidit, eſt *ſpiritus*; aëri namque illud comparat, vt patefaciat, quàm proprium ſit huius ſpiritus nouum genus hominum conflare verbo ſuo, aëris inſtar, ſumma ſubtilitate, omnes illi portæ patent, Dauidi obſeſſo in montibus, in viis viam fecit, pueros in fornace ſaluos ſeruat, Danielem in lacu incolumem cuſtodit, nullum ſuo conſilio negotium deſperatum, neque eſt cæcus, & ſtrictus nodus ſuæ ſapientiæ, *omnia tibi poſſibilia ſunt*, aëris inſtar, quia illius verbum blandè aliquando ferit; aliàs impetu quaſi turbinis irruit: nam aliquando ſufficienti auxilio iuuat, vt cum Petro, & Ioanne actum eſt: aliàs omni conatu robuſta gratia, & petenti virtute, ita vt tandem voti compos euadat; *conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet*; vt cum Paulo, & Magdalena contigit. Et vos attendite, ambaſque aures date verbo Dei; ſalus enim in aëre commiſcetur: *mane erigit mihi aurem, & ego non contradico*: *ola que os quiero hablard, eſtad attento*; aëris inſtar quem cùm non videris mirabilia patraſſe, reſpicis, altas quercus deiicit, pinum altam confringit, & proſternit, radicitus euellit arbores, domos ſolo æquat, rupes, & ſaxa locis ſuis dimouet. Quas lacrymas ciet verbo ſuo, & ſaxeo corde Saulis, quem metum, quem horrorem incuſſit Achab, ita vt cilicinas veſtes indueret? Quomodo Nabuchodonoſor proſtrauit, à ſummóque regiæ maieſtatis faſtigio deturbauit, & afflatu ſuo in vaſtas ſolicitudines eiecit, aëris inſtar, qui naturæ legibus non tenetur, *ſpiritus vbi vult ſpirat. Miſerebor cuius miſerebor: cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.* Nullus illi homo ætate, ſenióque confectus; nullus ita graui morbo laborat, cui non medeatur: ruſticanum hominem Prophetam conſtituit, publicanum in Apoſtolum, piſcatorem in Eccleſiæ principem, blaſphemum, & hoſtem acerrimum in electionis vas conuertit, veluti ventus, qui ex qualibet parte perflat, vt vitam influat. O ſpiritus animarum inſtaurator, corporum reſurrectio, orbem circumſpice vniuerſum, vt campum, quem vates tuus Ezechiel vidit plenum oſſibus pallidis, disiunctis, frigidis, eaſdem preces ſupplex ad te fundo ex imo cordis affectu. *A quatuor ventis veni ſpiritus, vndequaque veni Domine*; non enim certis terminis teneris circunſcriptis, *inſuffla ſuper interfectos iſtos.* D. Ambroſius [a] Spiritum ſanctum eſſe interpretatur. Sine te enim irritus labor meus foret, hoc tuum munus, nimirum viuificare: ſicut enim hoc communi aëre fruendo vitam conſeruamus corporis; ſic *noui hominis* vita Spiritu ſancto ſuſtentatur. *Primus homo factus eſt in animam viuentem, ſecundus in ſpiritum viuificantem.* Experiamur an viuat hic homo. Cadit quis derepentè apoplexia percuſſus: actúm eſt de illo? minimè: dato ſpeculum, admouebo naribus, ſi tingitur halitu, reſpirat adhuc: ſi verò non, mortuus eſt. Summe Deus, vnice opifex reſtituendæ vitæ, ecce VETEREM HOMINEM, ab Adamo vſque hæc calamitoſiſſima tempora, in vitiorum lecto decumbentem, vide

Sol dicitur ſpiritus & noui hominis inſtaurator.

Eccl. 1. 6.

a In commenta in illum locum.

NOTA. Die primo ſolem fuiſſe creatum nomine lucis, qui poſtea nomine luminaris; quarta die integrè formatus eſt, ſententia eſt multorum, & Pereira tom. 6. lib. 1. in hæc verba.

b Prou. 30. 4.

10.

Effectus & opera Spiritus.

Iſai. 50. 4.

11.

Ioan. 3. 8. Rom. 9. 15. & 18.

Ezech. 37. 9.

a Lib. 3. de Spiritu ſancto.

12.

montem

montem constructum ex ossibus; *putásne viuent ossa ista?* tu Domine scis; *Dabo vobis spiritum, & viuetis.* Id ego miraculum patrabo, & spiritu meo potero vobis insufflare vitam, & spiritum, vt renouemini, in vobis ponam signum meum, sigillum meum, nomen meum. Ioannes me fecit, *& scietis; quia ego Dominus*: Patri enim æterno essentiam, & naturam debes, salutem, & redemptionem Filio, mihi renouationem, & resurrectionem. Tu verò ô Dei Homo, remanes seruus stigmate, & signo Domini tui inustus; quare si deinceps rogatus fueris, quis tuus herus: dices: *Ego Dominus.*

Verbum Dei omnia præhabet, quibus hominem renouet.

PRÆLVDIVM VIII.

1. Pace tua, Sacrosanctum Dei Verbum corporatum iam, & carne tectum, in hoc sanctissimum almi Spiritus sacrarium penetrabo: vbi vitæ, salutisque meæ causa diuinitas cum humanitate, & humanitas cum diuinitate coniuncta pariter commorantur. Tutus ingredior sociis, & ducibus quatuor excelsis cherubinis diuinarum suarum mentium alas contrahentibus, dum ego hæc sacra limina deosculor, istud nempe præsepe Dei mei, in terris solium maiestatis adoro. Primvs est sanctus Euangelista Ioannes, de cuius virginali anima veritas eadem, quæ de terra orta est, carnem de Virgine assumens, generatur, vocem corpoream induens, vt pro nobis contra omnem hæreticam prauitatem dimicet. Hodie humanitatis plena verba profundit, & suam quasi corpoream reddit orationem, dum ait, *& Verbum caro factum est*, corporeæ se hominum imbecillitati accommodans, dum te ô æterni Patris sempiternum Verbum corporatum iam videt, & carne tectum. Hæc eadem verba ego pariter quasi pannis inuoluam, molli fascia cingam, & vt potero, & vt fert humani tenuitas ingenij, omnium oculis Verbum proponam contemplandum. Secvndvs est Angelus ille è summo cælo delapsus, qui læto concentu Ioannis voci mirificè consonat, & tibi (ô homo) iucundum Pascha prænunciat, Pascha nempe Christianum, nouo homine dignum; *quia natus est vobis Saluator*:
2. Pascha, inquam, quod lætum reddit summum bonum, cæleste gaudium, diuinum, certum, quod nemo tollet, æternum, quia de fine sempiterno est; commune, *quod erit omni populo*, & omnes liquida voluptate perfundit. Tertivs est Dionysius Areopagita, qui acutè notauit his Euangelistæ verbis bonorum omnium nostrorum summam quamdam contineri, & catum omnium rerum, quibus ad tui renouationem (ô homo) indigebas; in principio enim Deus omnia in seipso præhabet, exulta gaudio, triumpha homo: hodie enim Ioannes ostendit omnia, quæ necessaria erant ad tuum remedium à Deo multum ante tempus præhaberi, & asseruari. Ideo hac anticipatione vtitur, & tot diuini Verbi præconia Ioannes intexit, vt causam explicet; quamobrem, nisi Verbum caro factum esset, nemo hominum viuere, nemo lucem illam recipere potuisset: illo autem incarnato omnia nobis profutura constituta, & asseruata esse, vitam, lucem, gratiam, &c. Qvartvs est magnus Augustinus, verè scientia redundans cherubinus; quorum præeunte lumine, facis instar fidenti, & securo animo ingredior, has tenebras voti compos euasurus.

In Christi natiuitate nona nostra salutis primordia patuerunt, & multis instauratorem esse Verbum, quod in principio erat.

Rupert. in Ioan. c. 1.

Quatuor cherubims Christo nascenti assistunt eius maiestatem colentes & prædicantes.

Luc. 2. 11.

Dionys. de diuinis nominibus.

Svmma discvrsvs.

P. Maldon. in Ioan.

In principio erat Verbum. Verbum idem est, 3.
ac ille conceptus, & quasi expressa imago, & forma, Hispanè *modelo*, quæ menti inhæret, illius rei, quam postea loquendo exprimimus, cuius officium est declarare, & exponere, quod mente concepimus: vt, quemadmodum verbum vocale nostrum mentis, voluntatisque nostræ interpres est, ita *Verbum* dicitur, quod nobis interpres est diuinæ voluntatis, atque sententiæ: quæ expositio placuit Clementi Alexandrino [a], & aliis è sanctis Patribus: quoties enim sacra Scriptura Deum nobiscum inducit loquentem, & auxiliantem, aut versantem, Hebræum verbum *Iehoua*, quod Dei nomen est, Chaldaicus Paraphrastes reddit *Verbum*, Hebraicè מלה, intelligens hoc de filio, & ideo Hebræi *Verbum* appellant filium Dei, quòd persona hæc Dei nobiscum loquitur, etiamsi specie Angeli appareret, vt ex nostris Tertullianus, & Hilarius multis in locis existimarunt: immo in ore Pauli in idem recidunt Verbum loquens filius, & Verbum Patris. Dixerat enim Deus, *Iuxtà est sermo valde in ore tuo*, &c. &, *Hoc est verbum fidei, quod prædicamus*, id est, Christus, & quod Dauid petit, *Constitue Domine legislatorem super eos*, Christum intelligit, cúmque *Doctorem* vocat, quem noster interpres *legislatorem* vertit. Appellat igitur D. Ioannes *Verbum concionatorem*, illum filium Dei diuinæ voluntatis interpretem, quia licèt in tempore interpres fuerit, in æternitate dum non erant homines Verbum erat; quia natura sua interpres erat, quia sapientia erat Patris: sicut lingua dicitur bona, 4.
& vera, licèt non loquatur modò; quia auditores non habeat, nec laudet aliquem: sic ab æternitate dicitur *Verbum* ille, qui futurus erat concionator, & cum hominibus æterni Patris interpres, qui postea natura indutus humana inter homines vitam degit. Hoc igitur Verbum, quod erat in æternitate [b], *in principio*, hoc est, in Patre (vt aliis placet [c]) mundi huius opificium condidit; homo tamen non erat, qui operaretur terram: *era el mundo como vn clauicordio de lindas cuerdas, lazoz, teclas bien cortadas falta la mano que le toque por sus quintas y octauas.* Tunc mundus erat veluti clauichordium sonoris constans chordis, pulcherrimis nexibus, sectarum pinnatum eminentium debito interuallo distinctarum. Peruenustum quidem apparet, & numeris omnibus absolutum; verùm nisi illius pulsentur canoræ fides, non patefacit harmoniam, & concentum: at si digitos musicus admouerit, acuta grauibus temperarit (*tocandolas teclas por sus quintas, y octauas*;) tunc elucet artificis ingenium. Sic visebatur mundus vniuersus multiplici rerum, naturarúmque varietate ornatus, quæ omnes suis libratæ ponderibus mirabili ordine dispositæ tenebantur: deerat tamen homo cælo factus, cælo destinatus, qui visibiles quodammodo has chordas pulsans ad cælestium rerum arcana, & diuinam naturam mentis oculo contemplan

Ioan. 1. 1.

Ecphrasis Euangelij.

a Apud P. Maldon. & P. Barrad.

Deut. 30. 14.
Rom. 10. 8.
Psal. 9. 21.

Filius Dei concionator.

b Cyrillus Alex. in Ioã. Basil. lib. 2. contra Eunomium. Theophyl. qui ait: Non in principio filium, vt intelligas sẽpiternũ fuisse Verbum, & non posterius conditum, vt vos hæretici nugamini. Sic etiam Hilar. de Trinitate lib. 2. D. Thomas in Comment. in Ioan. Ambr. lib. 1. de fide c. 5. Nazian. & Caiet.

c Orig. tom. 1. in Ioan. D. Cyril. In principio, siue, In principio erat Verbum.

Rom. 1. templandam penetraret, vt ait D. Paulus, & hiſce, quaſi gradibus ad diuina, & inuiſibilia luſtranda animo conſcenderet in æterni Numinis cognitione conquieſcens. Quare decreuit: *Faciamus hominem:* qui fruatur mundi huius organo, & clauichordio, & in illo tanti operis auctorem agnoſcat, & extollat; *Quia delectaſti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo:* ad illum ſpectat opificem commendare; veluti quando munificus rex inſignia aliqua nobilitatis filio equitis concedit, puerulus gratias agere prorſus ignorat pro tãto beneficio accepto; agit tamen eo modo, quo poteſt, geſtando ſcilicet aſſuta inſignia crucis togæ, & habitus militiæ; verùm pater ipſius, cuius cauſa paruulus hoc eſt ornamento decoratus, ad regalem curiam proficiſcitur, & ob beneficium collatum in filium regi gratias habet immortales: mutæ quidem, & elingues creaturæ ſunt, nihil aliud agunt, quàm habitum quaſi geſtare, & ſui conditoris munificentiam oſtendere; cælum diſtinctum ſtellis maieſtatem præſefert, mare profunditatem, firmitatem terra, & ſoliditatem oſtendit; ſuauitatem aër, vim & viuacitatem ignis; pyropus viuo quaſi ſanguine rubet; albicante candore rutilat adamas; iucundo viridi ſplendet ſmaragdus; cæleſti cæruleo intermicat cyanus, ſuaues odores ſpirant pulchri flores, hinnit equus, leuitate ceruus exultat, celeritate viget vrſa, pollet elephas firmitate, vendicat ſibi fortitudinem leo. *Effudit illam* (hoc eſt, ſapientiam) *ſuper omnia opera ſua.* Verùm tua intereſt (ô homo) huius clauichordij tam bene compactas, & diſpoſitas pulſare pinnas, tua intereſt gratias quàm maximas ſummo conditori Deo agere, habere, & ſi quo modo potes referre; ipſæ enim infantes ſunt, & lactentium inſtar, lallare poſſunt, loqui non poſſunt: *Pueden las criaturas mudas declararſe por ſeñas pero no habllar. Confiteantur tibi omnia opera tua: mueſtren loque tienen deti tus obras.* Verùm *Sancti tui benedicant tibi*, ideo ſæpius repetit *tua*, & *tue*, vt nos doceat omnia in laudem tanti auctoris certatim conſpirare; iſte ergo homo ſuper omnia conſtitutus paulo ab Angelis minoratus per peccatum imaginem Dei mille fœdauit maculis: *lleno de lunares, y manchas la imagen de Dios*; non tamen omnia in ruinas lapſa fuerunt, ait D. Ioannes, & notauit D. Thomas [a]: ipſe enim, qui viua, & ſpirans imago eſt, te gratiæ ſimilitudine, & virtutum coloribus illuſtrabit; & hac de cauſa qui te condidit per verbum, imaginem primam apud ſe tamquam exemplar reſeruauit, quod eſt Verbũ: *& Verbum erat apud Deum: quedoſe el Padre con el modelo.*

Gen. 1. 26.

Pſal. 91. 5.

Simile.

5.

Pſal. 144. 10.

a 1. p. q. 93. art. 2.

6.

Apud Deũ, ait Rupert. non quemadmodum apud diuitem aurum longè ab eius ſubſtãtia, ſed quomodo apud ſapientem ſapientia, apud fortem fortitudo, apud artificẽ idea.

b Ioan. 1. 3.

c Ioan. 1. 4.

Verùm cùm difficile videretur, & captum humanum excederet intelligere hoc Verbum ſubſtantiale eſſe apud Patrem, & Deum eſſe, & ab ipſo miſerum hominem in priſtinum felicitatis ſtatum poſſe reſtitui, ita eſſe teſtatur, & probat; quia ipſe fuit rerum omnium conditor, ipſe fons perennis huius operationis, ex quo creaturarum riuuli dimanarunt. *Omnia per ipſum facta ſunt* [b]; & quia tot malis, fatalis etiam calamitas mortis ſpiritualis animæ iungebatur, poſtquã breuiter attigit ea, quæ verbo inerant, quæque hominum cauſa fecerat, & illius in terras aduentum, docet propterea veniſſe, vt mortuos reuocaret ad vitam; *Quoniam & in ipſo vita erat* [c].

Id tamen in graue periculum vocabatur, ne homines tam obcæcati, & peccatorum tenebris obruti, in media luce cæcutirent, & naturæ Parentem Deum in denſa errorum caligine, quaſi ignotum derelinquerent eum, qui ab Angelis auguſte, & ſancte colebatur; igitur addit non ſolùm, vita erat apud Patrem, ſed, *vita erat lux hominum*, Gentium, Iudæorum, peccatorum, & iuſtorum.

Radius iam æternæ lucis affulget, iam ſe ad imaginem Dei fictum agnoſcit homo: verùm quid conſilij capiendum? quomodo ad egregiam illam formam, & priſtinam venuſtatem reuocanda? quî poterit oblitterata imago ſine exemplari adumbrari? quî poterit conſperſa vitiorum maculis viuis picturæ coloribus illuſtrari, ſi non proponitur ad delineandum, & imitandum exemplar. Ad hoc autem ſumma bonitas inuiſibilis Dei, expreſſa imago, ſubſtantia immenſæ gloriæ lucem temperans, carnis, & mortalitatis vmbris proponitur, vt inde ſimilitudinem noſtram exprimamus. Auguſtinus: Deus ſequendus erat, qui videri non poterat. *Vt ergo exhiberetur homini quod videret, & quod ſequeretur, Deus factus eſt homo.* Quia verò homo per gratiam ſimilis Deo eſt, (ſicut filius ſolus Dei naturalis viua eſt imago Patris, atque adeò filius,) oportuit, vt homo, qui ſimilis Deo debet eſſe, ſit etiam quodammodo filius: atqui poterit eſſe ſine Patre, & ſine matre; igitur celebrentur nuptiæ, vt filij Dei, gratiæ inſignibus ornati, procreentur: ſit ſponſus Verbum, fides pronuba, paranymphus Angelus, mater caro exiſtat, aut potiùs dicam gratia, quæ nobis per hanc coniunctionem communicata eſt, qua nos in filios adoptamur; hoc denotant hæc nuptialia verba, *Verbum caro factum eſt* [a]. Hic nobis quaſi ianua aperitur ſanctitatis, & gratiæ, illo verbo, *& Verbum caro factum eſt*: legi enim poteſt, & legit D. Chryſoſtomus [b], quia Verbum caro factum eſt: fuit enim mater, fuit & virgo Maria, quæ Deum ipſum noſtræ carnis veſte donaret, ſunt & Dei filij, eſt & generoſa propago ſanctitatis; & gratia nulli denegatur, vt ea die, qua Deus homo, magnus futuri ſæculi parens hominibus innoteſcit, huius etiam ſæculi magna mater nouæ ſobolis filiorum ſpiritualium, mundo declaretur; nempe quia *Verbum caro factum eſt*: ex Maria, & ita turmatim nuntiorum multitudo præconum ſummi huius boni pernici paſſu feſtinant Angeli. *Ecce euangelizo vobis gaudium* [c]. *Paſtores tranſeamus in Bethleem, & videamus hoc Verbum* [d]: *Veamos como ha cumplido Dios ſu palabra*; ſigna vagientis pueri inſinuantur, *inuenietis infantem pannis inuolutum* [e], & vera quidem ſunt; *quia reclinauit eum mater in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio.* Omne bonum noſtrum ad oculos in ſtabulo proponitur, vt nos illius iucundiſſimo conſpectu tamquam beſtiolæ perfrui poſſimus. Quare expedit iterum in illum aciem oculorum intendere; & quoniam ipſe caro, & fœnum factus eſt, ruminemus illum, & attenta mentis cogitatione contemplemur.

7.

a Ioan. 1. 14.

b Hom. 10. & Theoph. Vt verba hæc ſint cauſa præcedentis ſententiæ, ideo dedit poteſtatem filios Dei fieri, quia Verbum caro eſt.

MATER NOVI HOMINIS MARIA.

c Luc. 2. 10.

d Luc. 2. 15.

e Luc. 2. 7.

f In Ioan. 1. item D. Leo Serm. 6. de nat. Gregor. hom. 6. in Ezech. Tanta autẽ hæc dignitas generoſitatis nos admonet: etenim generoſos eſſe oportet tanti patris filios: regis enim filius magna meditatur, magna molitur, bella, triumphos, trophæa, ad viles, ſordidáſque artes animum nõ demittit; Dei filius multo altiora animo voluat, prælia contra dæmonem mente tractet, victorias, lauréaſque æternas ſperet: ergo ex tanto parente quãtus euaſerit, ſtatum ediſcat.

In principio erat Verbum. Poſthumi filij (inquit Rupertus [f]) qui matre vidua, extincto patre naſcuntur, lætiſſimum ſibi Paſchatis diem illuxiſſe arbitrantur, quando amantiſſima mater remotis arbitris illis arcanum aperit, eos nimirum eſſe regali ſobole, ducere genus ab illuſtri ſanguine patris, nobiliſſimi principis, vt ſtatim ſumant

memoriam paſſim reuocans, hi nobiliſſimo illi viro parantur. Virgini Nazareæ multum quidem debemus, quæ poſt nouem menſes elapſos, in Bethleem hunc puerum affert, & quod maius eſt, triginta annorum ſpatiò enutrit, fouet, confirmat, corde, & mente ſæpenumero repetens, hic totus hominibus deſtinatus: *Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: nobis datus, nobis natus ex intacta Virgine.* Verumenimuero, ſi te ſapientem iudicas, ſi bene compoſitum te exiſtimas eſſe, altiora paululum cogitatione rimare, quod quidem maximum eſt: conſcende ad ſacroſanctum illud pectus æterni Patris, vbi per æternitatem verſatus fuit, & illic, illic, inquam, Pater ſemper filio largè, effuſéque donat, & filius ſeipſum dat Patri, & bona noſtra excogitat, & quaſi meditatur, crucem ſubire non dubitat, acerbiſſimos perferre dolores expetit. Amor ille tam ab alto repetitus, *in principio,* æternum depoſcit amorem, & hac de cauſa oportuit eſſe apud Patrem, eum, qui in principio erat Verbum. *Et Verbum erat apud Deum.* Quis vnquam adduci poterit, vt id credat, Verbum apud Patrem fuiſſe; quis? ille nimirum qui audiet illa verba, *Omnia per ipſum facta ſunt.* Quis enim crederet Verbum apud Deũ in principio extitiſſe, cùm hoc verbum nec auditum, ſed ſecretum in mente Patris æternaliter fuerit, ſed per ea, quæ ab ipſo facta ſunt; hoc etiam cognitu non eſt difficile. Quando aliquis architectus, inquit Auguſtinus [a], ſeipſum colligit, & ingentem molem aliquam erigere, palatium extruere, templum orbe toto celeberrimum ædificare machinatur, adhuc alios in ſui admirationem non rapit, nec cernitur illius operis dignitas, & magnitudo, quando ſolùm adumbrat: verùm quando iam elaboratum induſtria, ingenio perpolitum, ingens magnitudine ſurgit opus numeris omnibus abſolutiſſimum; quando iam marmorea fundamenta miro ſectorum lapidum ordine laquearia tecta ſuſtentant, omnes tunc operis diſpoſitionem admirantur, commendant opificem, & ſecum philoſophantur, nónne mirabile eſt; hæc omnia mente ſeruabat homo tam paruulus. Magnum quidem eſt auribus accipere *Verbum Dei* figuram paternæ ſubſtantiæ coæternum, id tamen homines in tantam admirationem non rapiebat, cùm mente Patris, & arcano aſſeruabatur conceptu: at poſtquam eodem Verbo mentis ex nihilo productam mundi machinam oſtendit, non aliunde petita materia, non alio circino, aut regula, vel aliis ferramentis ingentem molem erectam oſtendit, fornices, & cæleſtes ſphæras, elementorum firmiſſimas columnas, hæc iacta fundamina terræ, iſta camporum florum varietate conſperſa cœnacula, hæc prata, hæc periſtromata variis picturata coloribus, ſplendentes laternas, lucidiſſimas faces: nunc omnes admirantur hoc vniuerſitatis opus *per ipſum,* & cùm eſſet *apud Deum,* facta fuiſſe; in Patre enim erat, per quem hæc Pater moliebatur: nam malè poterit puer, qui Toleti eſt, characteres efformare iuxta formam, quæ Hiſpali eſt. Erat ergo apud Deum Verbum, per quod facta ſunt omnia. Sed neque hoc doctrina vacat: arguit enim loquaciores, qui non ſine magno periculo errandi, quidquid in buccam venit proloquuntur: nam ſi Verbum dicitur conceptus, quem quiſque mente componit, illius rei, quam vult lingua exprimere, & Deus ipſe ne in vno proferendo verbo videretur errare, illius imaginem viuam efformauit: *hizò modelo, por el qual hablaſſe las demás coſas*; qui multum loquitur, neceſſe eſt, vt paſſim erret; fieri enim non poteſt, vt tot conceptus earum rerum, quas tam celeriter dicit, mente priùs effingat: *quare in multiloquio non deerit mendacium: no dexara de mentir el hablador de ventaja.* Deinde diſcant principes, & elati potentia petulantes animi motus coërcere; opera ratio præcedat, & conſequatur, non ſemper voluntati ſuæ veliſicentur, nec audeant dicere, ſit pro ratione voluntas, ſed voluntas rationi pareat: ſic notat D. Ambroſius [a], *Omnia per ipſum facta ſunt, & Verbum erat apud Deum, & tu imitator eſto Dei. Quomodo imitator? numquid cælum, & terram potes facere, aut mare? non vtique, ſed omnia per Verbum facias, nihil ſine verbo, omnia cum ratione, nihil ſine ratione, quia non es irrationalis, ô homo, ſed rationalis*; non temerè iactent, ſit pro ratione voluntas, *que es vn quid pro quo*: quod quidem mille principibus mortem attulit, omnia Verbum gubernet, quod erat apud Deum.

Iſai. 9. 9.

11. Ioan. 1. 1.

Ioan. 1. 3.

Simile.

a Lib. 6. de Trinitate, cap. 10. & in Ioan. cap. 1. Priùs cor generat cõſilium, vt aliquam machinam conſtruas attendunt homines mirabilem fabricam, & mirantur conſilium fabricantis; conſilium

12. Dei eſt Verbum Dei, & tunc cognoſces quale ſit Verbum, quando videbis mirabilem fabricam.

Moralis doctrina.

Prou. 10. 19.

a Serm. 14. in Pſalm. 118.

13. *Et Deus erat Verbum.* Nunc maior ſurgit difficultas hoc de illo affirmare, de quo poſt breues lineas inquit, Verbum caro factum eſt: at hæc ſoluitur difficultas dum audio, *omnia per ipſum facta ſunt*: nam ſi rex deſcendit aliquando in ludicrum certamen haſtarum, inſignibus, & armis aliis equitibus ſimilis, ſi corporis viribus non pollet, ſi bonis non conſtat lateribus, ab infima plebecula facile dignoſcitur, quæ conſpicit alios equites haſtarum cuſpides aliò de induſtria inflectere, non in illum impetum dirigere, ad latus petere, ne rex ex ephippio deiiciatur: verùm ſi magnanimus, & infractus eſt rex, corpore validus, viribus potens, ſe contemni putaret, ſi ipſum non impeterent ictus, hunc gens popularis non agnoſcet, niſi aduerteret [b] ad nutum ipſius infinitam hominum multitudinem locum conceſſiſſe [c]: illuc direxiſſe aciem oculorum, móxque accenſæ faces lucent [d], equóque deſcendere velle indicat, & mox aduolat ſeruorum multitudo aperto capite, ad ſtapedæ is obſequium deſcendens, itáne? omnes huius voluntati parent; nutum obſeruant? rex eſt abſque dubio. In noſtram Dei Verbum deſcendit arenam, intrat palæſtram fragilis, & caducæ vitæ armis cinctus, & externa veſte, eiuſdem coloris indutus: *hechada la viſera del todo*: caput obnubens; in ipſum labores omnes primi parentis Adæ irruerunt, in ipſum omnes tela direxerunt, & contorſerunt haſtas, in præſepi frigus, nuditas media nocte brumali, lacrymæ, & gemitus, vt primùm natus, in circuncisione ferrum, in itineribus calor, & ſitis, in vaſta ſolitudine fames, in cruce acerba mors; nulla fuit creatura, quæ ſe continuerit, cuius non illum haſta petierit, nec illa vltima barbari militis manus, quando impetu facto totis viribus adnitendo *partiendo de carrera*, irruit curſum, egrediens haſtam direxit, pectúſque transfixit, præſentes aderant homines, & impudentes, imprudentéſque iactabant, non dignoſcitur rex. Blaſphemarunt Arriani, & dixerunt: Quomodo hic conſubſtantialis eſt Patri, neque aliter Deus eſt, quàm Moyſes, Deus vocatus eccu paſſibilitate ſicut cæteri probatur. At Ioannes vno ſolo verbo regiam perſonam, & auctoritatem

Ioan. 1. 1.

Similis.

b *Voluio el roſtro y apartoſe la gente.*
c *Hizo ſeñas y truxeron hachas.*
d *Moſtrò, que verſe a pear y acudieron al eſtriuo los pajes y criados el Rey es ya le hemos conocido.*

Profligatur Arriana hæreſis.

ritatem describit, vt ab omnibus dignosci possit.
Ioan.1.3. *Omnia per ipsum facta sunt.* Nónne videtis quomodo breuiter, & quasi obiter verbo solo aquas separat, confluunt in vnum locum, & sese colligunt ab aperta, & siccata terra? annuit cælorum orbibus, emicant splendidissimæ faces, sol, & luna, vt opera Dei cernantur. Vult in Bethleemiticum antrum descendere, accurrunt mox aromatibus, & muneribus tres munifici reges, præeunte quasi serua lucida stella. Agite iam, quis stellam hanc finxit, reliquas efformauit? *Vtique Deus erat Verbum.* Quid igitur intendit Dominus modò sese occultando? & si latere

14. *Consulit dignitati Virginis Mariæ.* voluit, cur modò sese ostendit? Voluit, ni fallor, Virginis, & matris honori, dignitatique consulere, hominum animos ad se rapere, corda allicere: nam quemadmodum in cruce, vt primùm creaturæ Deum esse conspexerunt, sol passus fuit eclipsim, petræ mutua concussione confractæ sunt, & patuit tunc illam matrem esse Dei, quæ forti, magnóque animo iuxta crucem perseuerabat; crucem verò Dei sponsam, quam nec dubitarunt, sicut ipsum Christum, eximio cultu venerari, in qua spiritum emiserat ipse Deus: sic etiam vt primùm Deus labitur, in præsepe vox hæc auditur: *Deus erat Verbum,* vt statim illius lectissimam matrem obseruemus, & non leui ducti coniectura inferamus: Hæc igitur Dei mater est, hoc præsepe thronus Dei, hæ paleæ maiestatis sedes, vnóque hoc verbo *Deus erat*, omnium corda illius subdantur imperio, quandoquidem qui Deus erat, tanta pro te passus est. *Alzale la visera à esse Dios humanado*; agnosce obductam faciem nube humanitatis: *Deus erat Verbum.* Deus ipse puerulus denuò in terris visus est; ergo Dei mater hæc est; ergo lacrymæ, frigus, fasciæ, panniculi isti Dei sunt; ideo Ioannes honori diuini Verbi consuluit, & matris eius, vt paleas magni facias, quæ Dei sunt, & omnia hæc magna sunt, quia Dei sunt, & quia Verbum Deus, *& Deus erat Verbum.*

15. *Fons vitæ.* *In ipso vita erat.* Iam Verbi officia declarat, munus quippe regia maiestate dignum viuificare. Hac de causa in ipso vita spiritualis stagnauerat. *Por esso hizo estanco de vida espiritual en simismo*; poterat enim quispiam dicere, cur non semper mansit apud Deum, quando meliore conditione, ac loco esse non poterat? Sed ait propterea venisse, vt vitam nobis afferret, quæ in ipso erat, & in hoc negocio exinaniuit semetipsum, vt vitam, & lucem hominibus afferret, quæ in ipso erat. *ibanos la vida*, & munus hoc regia erat maiestate dignum, qui auctor videri vult vitæ corporalis, & spiritualis. Quando aliquæ mercaturæ in regno multum expenduntur, assolent reges earum rerum venditionem sibi vsurpare, & nemini copiam facere eas vendendi, vt in Hispania est sal, piper, chartæ pictæ: mercatura, quæ magis consumitur, vita est, non vestes, non cibis illi æquiparari possunt; nam multi, aut nudi vitam degunt, aut tantummodo pane, & aqua vitam tolerant, aut pauperrimis vestibus vtuntur, vt inquit Paulus,
1.Tim.6.8. *habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus*: at vita ab omnibus, & omni tempore consumitur; nemo enim viuit, qui vita non vtatur: nihil vita spirituali pretiosius, nihil carius, nihil sic deperditur: vnus est enim, qui vitam impertit Deus; mortis verò animæ principia quis enumerabit? *nascimur vno modo, morimur multis*, de morte corporali dixit quondam Seneca, quod de spirituali melius morte dixisset, *morimur multis.* Ille ergo rex summus sibi vitam spiritualem asseruari impertiendam decreuit, vt locuples fieret? minimè, sed vt plena manu tantum bonum conferret hominibus: *nam quod maximè bonum, id maximè penes Deum, neque alius id, quàm qui possidet dispensat, vt cuique dignatur*, Tertull.[a] Et ne quis a De Pœnit. cap.1.
diffidat se posse vitam spiritualem ducere, cùm Verbum vita sit, & in ipso sit vita, ideo vitam in pane condidit, & manducandum præbuit: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis*; vitam in verbis suis proposuit: Ioan.6.55. *Qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam.* Immo & ipse Ioan.5.24. Ioannes cælestes has merces sub hasta collocat, dicens: *Annunciamus vobis vitam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis; quia in ipso vita erat.* 1. Ioan.1.2.

Et vita erat lux hominum. Anteuertit obie- 16.
ctionem Ioannes, quomodo est vita Verbum, & Ioan.1.4.
lux hominum; quandoquidem multi post eius aduentum in tenebris adhuc, & morte manserunt? His satisfacit, dicens, lux & Verbum, & vita: at oblatam sibi recipere noluerunt; quòd enim Deus lux sit, & lucis amator, facile ostendam: nam in his, quæ quis facit quasi imprudens, & non sentiens primo ipsum rapiente ductu naturæ, qualis sit manifestè cognoscitur, *in studiis suis cognoscitur puer.* Primum ergo Verbi Prou.20.11. opus, & primus quasi motus fuit: *fiat lux*; Gen.1.3. imperare lucem ergo Deus lux est, & lucem amat: vitam autem non frustrà cum luce coniunxit, vt notauit D. Chrysostomus[b]: *vita* b Hom.6.in Ioan.tom.3. *enim adueniente, nobis solutum est mortis imperium, & luce lucente nobis non vltrà sunt tenebræ, sed semper manet vita, quam mors superare non potest, nec tenebræ lucem.* Cúmque omnes Verbi natiuitates vitæ nostræ inseruiant, ita etiam lucem afferunt. Tres natiuitates habet Deus, vt quidam *Triplex natiuitas Verbi.* Doctor testatur, *semper, sæpe, & semel: semper* nascitur de Patris intellectu, semper genitus, & licèt qui tali generatione producitur, est candor lucis æternæ, & emanatio substantiæ ipsius, hominum oculis cerni non potest: immo inuisibilis est, nisi fidei tenebris temperetur, percipiatur, & credatur; & huic natiuitati respondet sacrum, quod fit ad primum galli cantum: nam licèt Theologus veluti gallus contendat, & adnitatur, licèt alas explicet ingenij, & altiora huius mysterij rimari conetur, *quis enarrabit*, Isai.53.8. canere prorsus ignorat, ductu ipsius fidei, & instinctu Spiritus sancti, vt gallus, qui non ex eo, quòd solem videat Antipodas tunc illustrantem, sed arcano ipsius naturæ ductu præcinit. Alia est *sæpe*, cùm nascitur in iustorum animis: nam toties nascitur in cordibus, quoties inflammato animi desiderio, & voluntatis ardore concipitur, & fidei, & spei sanguine in intimis cordis penetralibus veluti in ventre crescit, alitur, & confirmatur gratia, in lucem prodit per opera charitatis, & virtutum lacte nutritur: verùm quia hæc natiuitas non ita clara est, & manifesta, vt dubium omne expellat, simne ego filius Dei, an non, aut si in meo corde moratur, nescit si fructus eleemosynæ inanis gloriæ ventus rapuit, hac de causa Sacrum aurora nascente celebratur. Tertiò tandem nascitur *semel*[*], vt hodie Solis instar ex virginea aluo, & ita huic respondet

respondet sacrum lucentis diei: verùm dices, si Solis hic ortus erat, cur media nocte? & si media nocte fit, cur meridiana luce celebratur? Ratio est, quia Solis ortus est, & quocumque tempore oriatur, semper dies est, quod Angelus testatus est pastores monens, qui cùm noctu nunciaret ait: *Quia natus est vobis hodie saluator*; & diuus Ioannes, *& lux in tenebris lucet*: nascitur ergo vita cum luce, & sicut per vitam operamur, per lucem opera lucis peragamus vitæ nostræ similia, quæ quidem *vita erat lux hominum*.

Luc. 2. 11. Cap. 1. 5.

17. *Nuptiæ ad nouã prolem filiorum Dei.*

Et Verbum caro factum est. Dixerat procreandam esse generosam sobolem filiorum, & innumeram, & vt intelligeremus quot, & quanti futuri erant, & quomodo, nuptias proponit. Vox igitur hæc popularis est, & plausibilis, plena gaudio, nuptialis est, & summa quædam nostræ lætitiæ, vti imperauit Assuerus *conuiuium permagnificum preparari cunctis principibus*, tam splendidum, & opiparum, vt nimium plerisque visum fuerit. Interrogantibus tanti festi causam, vna omnium vox lætissima respondebat, *pro coniunctione, & nuptiis Esther.* Cum humanitate nostra Deus matrimonium contraxit lætitia triumphante, facto ad hoc Psal. 44. & eius titulo, quem legit D. Hieron. *Pro victoria* 70. ad faciendum audiri, ad incitandum Batab, ad tollendam vocem, ad plausum, ad lætitiam, ad vocum contentiones, & ita toti orbi vox clara insonuit, & rei nouitate perculsus mundus obstupuit vniuersus. *Nuptiæ, ò mortales*; cuius? *Dei*; quorum? *cum nostra carne Verbum caro factum est*; itáne est? *Factum est: absoluta res est.* Quid verò intendit? *& habitabit in nobis, nobiscum vitam traducere.* Num filios procreabit? & qui fieri poterit? *Tot filios habebit, quot credent fidem operibus confirmando, dedit eis potestatem filios Dei fieri*, siue Græcis, siue Hebræis, infimis, & summis. Quid verò visum fuit illis de his nuptiis? *Quid? miselli Iudæi dixerunt, scandalum esse*: cùm enim auari, & parui animi semper fuissent, illis visum fuit nimiam, & effusam Dei largitatem, & charitatem extitisse. Quid verò barbaris Gentilibus? Hi deliramenta, & stultitiam; *y no se porque llamaron à esta obra necedad, que arto buenas las hizieron ellos*: nam ipsi semper falsis elusi imaginibus ligno, & lapidi diuinitatem tribuerunt. Si Deus naturam lapidis, aut ligni contraxisset, ipsum eximio cultu in genua prouoluti coluissent, veluti Mercurium, aut Iouem; quia verò corporatus, & mea carne vestitus humanos induit artus, stultitiam esse iactant. Reliquis verò iustis quid visum fuit? Iustis autem & vocatis, *Dei sapientia, & virtus*; summam esse virtutem, miram omnipotentiam dixerunt.

Esther 1. 18.

Ioan. 1. 14. Rupertus in Ioan. P. Toletus.

Ioan. 1. 12.

18. Verùm hos populos inscios, & ignaros prætermittamus, iam ipsi suam fatentur ignorantiam, & pecudum more viuunt; iam ad præsepe concurrunt, ecce adest Christo bos Iudaismi, & asellus Ethnicus: barbarie enim, & ruditate omnia plena sunt, vbi fidei radius non affulget; vocati autem à Deo pastores, primas deferunt cognitionis, Hierosolymam superant, & Athenas, sicut modò patebit, quia addit Ioannes, *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre.* Quomodo se res habuit? Prætereo consultò alias occasiones, quibus se filium Dei esse patefecit: hæc enim, in qua pastores ipsum viderunt, magnum quoddam portendit mysterium.

Sapientia pastorum iuxta præsepe.

Cap. 1. 14.

Videamus hoc verbum, quod factum est. Sistite, sistite pastores horrido capillo, inculta barba aduertite quid dicatis: verbum non videtur, sed auditur; agite verò si Verbum æternum intelligitis, & quòd in principio erat Verbum, genitum, & non factum, quomodo ergo dicitis *quod factum est*? dicas esse Hebraismum, & *verbum* idem erit, ac dicere, *miraculum*, portentum: nam hoc illud significat; *non erit impossibile apud Deum omne verbum*, & vos dicere soletis: *Pedro es vn hombre, que haze verbos*; quare de more linguæ suæ aiunt: Pergamus ad miraculum omnium maximum: conferamus nos ad intuendam Virginem, quam non Euæ dolores excruciarunt, festinemus ad miraculum, ad Deum exercituum, vinctum fasciis, ad illum, inquam, oculis cernendum, in præsepio iacentem, quem non capit cælorum ingens ambitus: ad portentum illud, *Ecce Virgo concipiet.* Eamus ad contemplandam floridam Aaronis virgam, fructum diuinum ostentantem, non ad miraculum ardentis rubi, & incombusti, sed ad Deum, qui ignis est, in paleis iacentem: non ad videndum qua ratione Deus ficto armorum sonitu tot Assyriorum millia cataphracta agmina fuget, *siquidem Dominus audiri fecerat sonitum in castris Syriæ curruum, & equorum, & exercitus plurimi*: non hoc, inquam, non furore, non impetu, non bellico bombo, sed lacrymulis, & vix articulatis voculis fuget satanam, & inferna contremiscant, quæ totum orbem obsidione oppresserant: *Antequam sciat puer vocare patrem, aufertur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ, coram rege Assyriorum.* Si verò non Hebræo idiomati attribuamus: agitè non dubitemus affirmare Spiritum sanctum illos cælesti doctrina informasse, & quasi Doctorum insignibus decorasse, non fuit operæpretium, vt adirent Salmanticam, aut Parisiensem Academiam frequentarent, sed *eamus, videamus Verbum, quod erat in principio Deus*, quod modò caro factum est, *y si no ala prueua*; probauit euentus: aiunt enim, *Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre.* Quid dicitis intonso capillo, agresti lingua; scitis ne forsan, quid est Verbum Dei? *Emanatio est claritatis omnipotentis: vn rocio, y destello de la claridad del omnipotente; candor lucis æternæ*, immensæ lucis radij, qui semper emittuntur à Patre, *vapor enim virtutis Dei est: vn hijo hecho como agua de Angeles de las flores de aquel campo eterno*; filius quasi ex suauiolenti Angelorum aqua concretus: ex gemmantibus floribus amœnissimi, & æterni viridarij, vt vno verbo dicam: *Vidimus gloriam eius, & gloriam filij Dei.* Quid iactatis? non audis rusticos se vidisse gloriam Dei, & ipsum filium Dei? *han visto? dizen, que vieron ellos la gloria de Dios, y al hijo de Dios: de quando aca?* Videamus tamen quid sibi velint. Quando tres Hebræi pueri in fornacem ardentem coniecti sunt, carbones in flores versi, flammæ in leniter spirantem auram, ignis quasi rationis particeps (teste Chrysostomo) hos recreabat, illos consumebat, extincta erat flamma, & non extincta, quia corpora non adurebat; & viua, quando ligamina dissoluebat. Huius rei nouitate perculsus rex ipse accessit, & Angelum vidit, qui defendebat, & tres adolescentes confirmabat: illum autem *quasi filium Dei, & similem filio Dei appellauit.* Improbe, & barbare rex, nosti tu aliquem filium Dei, vt istum simi-

Tenens pastores desgreñados mirad lo que dezis, que tiene barrancos esse proposicion, no ay mas que dezir hemos visto al verbo, hemos visto la gloria de Dios?

Isai. 7. 14.

19.

4. Reg. 7. 6.

Isai. 8. 4.

20. *Pastores diuino spiritus sapientia eruditi.*

Luc. 2. 15.

Ioan. 1. 14.

Sap. 7. 25.

Dan. 3. 93.

21. *Quã gloriam in terra vidisse narrant pastores.*

Digitized by Google

lem illi diiudices, & cum illo componas ? Certè
non viderat Dei filium, at tali specie, & fulgo-
re vestitum Angelum vidit, vt dicere voluerit:
Si filium Deus habet, hic præfesert esse filium
Dei; ita Pastores fatentur, se vidisse gloriam
Dei. Quid dicitis Pastores? si qua gloria est,
si filium Deus habet, idem est absque du-
bio cum eo, quem nos vidimus: vidimus
Mari Christi descriptio. enim lectissimam Virginem omnium gratia-
tiarum genere decoratam, fouentem gremio, &
teneris brachiis amplexantem, quem nec cæ-
lum omne complectitur; vidimus illam pendu-
lam comam capillos de viuido colore cum Feli-
cis Arabiæ auro certantes super sacratissimum
puerum sparsos: vidimus fouentem, ac nutrien-
tem, vberibus constringentem, & appensum
collo regium insigne, *el tuson real*; verum agnum,
qui ex æterni Patris pectore pendet; vidimus
quando dulcia figebat oscula labris, purpurei
tenelli pueri genis veri Dei materno amore, an-
cillæ tamen reuerentia, & obseruantia, pax dul-
cissima ipsi paci obuiabat, & sempiterno amo-
ris fœdere iungebantur, ipsa Virgo à pacificato-
re pacem accipiebat, Quis vidisset pueri lacry-
mas, quæ ex glaucis ocellis, vnionum instar, &
nitidorum lapillorum, fluebant per roseas genas
liliorum candore tinctas. Quis intuitus esset
22. dulci fruentem pace, prementem oscula, & to-
tam ipsius respergi faciem ditissima supellectile,
lapillis, inquam, & minutissimis granis vagien-
tis infantis; & instar cæli his, & suis os Virgi-
nis splendere. Verùm non sicci sunt pellucidi
fontes Hesebon Virginis oculi: ex illis enim
blandè crystallinæ guttæ erumpebant, quæ fa-
ciem pueri venustabant, & cum minutis puelli
lacrymulis miscebantur, & adinuicem mille af-
fectus amoris exprimebant, quos mutua lingua
simulabat, & intima cordis arcana sentiebant.
O Deus bone! ô mater pueri Dei! ô veras deli-
tias! ô liquidas voluptates! Gloriáne maior ex-
cogitari potest his diebus, quam vitium fugere,
virtutem amplecti, sistere paulùlum iuxta has
nitidorum fontium perennitates, colligere vnio-
nes, lacrymas lambere, natare in hoc dulcedi-
nis vasto, & immenso pelago, puerum, & ma-
trem intueri, & illorum iucundissimo conspectu
recreari? hæc est gloria tanta, quanta potest esse
Ioan. 1. 14. maxima. *Vidimus gloriam, & gloriam eius:* nam
Simile. si in regiam intres, & principem recens natum
intuearis, patentes illæ contignationes auro &
argento fulgentes, seruorum multitudo, cubi-
cula variis ornata tapetibus, nutrix ipsa reginæ
instar, lectissimæ adstantes fœminæ, stratus le-
ctus, prunaria, suffitus, stragula, acupicta pul-
uinaria, rerum omnium apparatus, sunt pueri
principis; verùm ille ita paruulus est, vt non
modò præesse iis, sed ne vti quidem posse videa-
tur, & huc illúcque manus admouendo, & ten-
tando quæreres, vbinam princeps est, nisi pusio
ipse querula vocula vagiret, lacrymásque pro-
funderet. Omnis hæc gloria & ornatus illius
non est, neque enim ex ipso prouenit, & ignorat
quid sit. Verùm quemadmodum Magi fulgi-
dam stellam ducentem, mox appellauerunt:
Matth. 2. 2. *Vidimus stellam eius*, dignam Deo, & eius sapien-
tia. Ita pastores tantam principis gloriam con-
23. templantes, mox clamant, *Vidimus gloriam eius:*
hæc gloria pueri est, non mutuata, non humani
fastus, nulla splendent ornamenta, sed summa
paupertas; emicant tamen diuinæ faciei radij

lucis æternæ, erat ibi Virgo, & mater, intacta,
& illibata post partum, luna veluti perfecta
solem intuendo. Vir ille quadratus, & sanctis- Sic D. Augustinus.
simus, à corporis sensibus abstractus ecstasim Homines
patiebatur, Angeli miro vocum consensu præ- (inquit) im-
eminentes, pastores mysticæ Theologiæ arcana pii propter
penetrabant, pecudes veluti rationis participes, peccata te-
paleæ tamquam aurum purissimum, præsepe nebræ sunt,
throni instar. Dei: hæc vere gloria eius, *vidimus* iuxta illud
gloriam eius: In hoc tam celebri, & iucundo die Pauli ad
tristitiæne locus erit? ita: *& mundus eum non co-* Ephes. *fui-*
gnouit, & tenebræ eum non comprehenderunt. O *stis aliquan-*
miserum, & obcæcatum peccatorem! ô nigram *do tenebræ.* &
caliginem! ô mundum ebrium! itáne tantum epist. 120. ad
bonum possides, & ignoras? Pastores Deum Honora-
agnoscunt Patris sapientiam, & Athenæ quasi tum.
ignotum Deum reputent? & diuites, principes, sa- Ioan. 1. 10.
pientia pollentes ignorantiores sint? Quando in
Ægypto sanctus Ioseph tanto fratrum amori
succumbens (vt auctor est Philo) se fratrem esse
diu latere non est passus, mox seipsum manife-
stauit, cùm generosus adolescens se ad fastigium
dignitatis, & honoris erectum videret, auro, &
purpura splendidum; è regione verò vndecim
fratres adstantes, subrusticos, montana habi- *Pinte ello:*
tantes, barbitio intonsos, timidos, & elingues, *grosseros her-*
à quibus quondam morti propè traditus, & ser- *manos, caya-*
uituti fuerat addictus: sacrarium pectoris resera- *dos, gabanes,*
re contendit, in lacrymas erupit, & sentiens *trençadas, cape-*
iam impetum rapientis naturæ, amoris inflam- *ruças groseras*
matum affectum, cùm vix iam se, & lacrymas *barbas aber-*
continere posset, imperauit, vt Ægyptij opti- *cas tosicas con-*
mates foras egrederentur, aperto paululum *calosrios, y te-*
ostio, solus cum fratribus mansit: nam soli illi *mores de*
percepturi erant, quod ibi agendum erat. Quan- *fobre salto,*
do vocem illam emisit: *Ego sum Ioseph frater ve-* *que nos quer-*
ster, nolite timere, & eleuauit vocem cum fletu, *ra ¿que es*
quam audierunt Ægyptij, riuulos profudit la- *esto?*
crymarum, flebilem vocem attollens, quam au- 24.
dierunt Barbari, verùm non intellexerunt, nec Gen. 44. 4.
dulces affectus fraterni pectoris amoris incendio
æstuantis, nec dulces amplexus, & oscula, pur-
purea labra, niueas genas horridis, & hispidis
faciebus admouebat, calidis ex osculis mananti-
bus guttis, frigida ora, & exangnia, terrore, &
pauore pallentia irrigabat: Dulcissimam vocem
nolite pauere, pro salute enim vestra misit me
Dominus; non perceperunt Ægyptij & aulici,
nec suauissimam illam actionem post hominum Gen. 45. 5.
memoriam inauditam intellexerunt, *tenebræ* Ioan. 1. 5.
enim eum non comprehenderunt. Idem ferè in 25.
antiquis nuptiis accidebat: nam sponsi, & con-
ciues, & fœminæ in cœnacula, & domus pene-
tralia sese conferebant, illic lauta, & opipera
cœna parabatur, illic saltatio ad numerum ha-
benda, illuc confluebant lectissimæ virgines,
lampadas trahentes, omnia fronde, flore, luce,
gaudióque redundabant: interea verò domus
atria tristitia obscura in primis aulæis serui con-
sepulti, humi cubantes, nec oculis, nec auribus
percipientes interna illa gaudia, & voluptates,
res ita misera, & luctuosa, vt Christus Domi- Matth. 13.
nus æternam inferorum tristitiam volens propo- *Vnum vestido*
nere, hoc simili visus fuerit: nam de illo, qui *de negro,*
in conuiuium sine nuptialibus vestibus venerat quod teste
dixit, *Mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit* Cicerone in
fletus, & stridor dentium. O tenebras exteriores! Vatinium,
carcerem etiam denotant: vt, *Sedentes in tene-* malũ omen
bris, & in vmbra mortis, vincti in mendicitate, & erat.
ferro, sic habet paraphrasis Chaldæa: &, *Vt di-* Psalm. 16. 10.
Isai. 49.
ceres

Digitized by Google

ceres his, qui vincti ſunt, exite, & his, qui in tenebris, reuelamini, & exteriores vocantur, & fletus, & ſtridor: nam carcer erat (vt ſacræ Scripturę more loquamur) laqueus, aut puteus tenebroſus, & omni horrore, anguſtiaque refertus, qui fortè erat (vt ait auctor ex noſtris) extra ciuitatis pomœria prope Caluariæ locum, in quem carcerem extremo, ac ſummo digni ſupplicio coniiciebantur; illi denſa caligine, & cæcis tenebris, fame, & frigore confecti obruebantur: cúmque ciuitas gaudio, & communi omnium lætitia geſtiret, illi acerbiſſimis ſuppliciis mactabantur.

Villalp. part. 1. tom. 3. pag. 90. Videtur aſſentiri Origen. Matth. 25.

Miſera ſors peccatoris qui naſcēte Chriſto in peccatorum tenebris & vinculis iacet.

O perditum, & ſceleratum hominem! quàm triſte Paſcha tibi paraſti, qui ſceleri inſeruis, dum te lacerat acerba recordatio, & amariſſimum Paſcha: cùm enim Chriſtus Dominus ruat in amplexus animarum, cæleſti idiomate illas alloquendo: Tu Ægyptius, tu Barba-
26. rus, tu profanus, non percipis blanda colloquia pueri, tenebræ tuæ lucem non comprehenderunt, caſtos amores, liquidas voluntates ab orbe condito inuiſas. Fierine poteſt, vt quando mundus vniuerſus incredibili gaudio perfunditur, audita voce: *Et Verbum caro factum eſt*, & aduentant reges, paſtores choreas agunt, *hazen ſus ſus mudanças*; *tranſeamus vſque Bethleem*, cælites concinunt, & cælum omne ſtellis pro facibus ſplendet: tu vinculis conſtrictus proiiciaris in tenebras? Quando felici ortu principis filij Dei ergaſtula interni, vincula peccatorum diſſoluuntur, manicæ, & compedes rumpuntur, æratæ ſeræ ab Adamo franguntur, ferratæ portæ reſerantur. Tu, qui proximus, in tenebris, in ſordibus, catenarum pondere preſſus, iaceas, priuatus ſplendida luce huius lucis, vita huius periucundæ vitæ? ſine ſpe huius comparandæ gloriæ? hoc publicum gaudij, & pacis præconium non audiens? Deus ipſe ad extremas amoris lineas admotus, tu ad fatalem calamitatem, & ſummam malorum. Eia fili tanti parentis, exacue hodierna luce ingenij aciem, & oculorum ad generoſam propaginem; leo magnus rugit, tonat Ioannes: *In principio erat Verbum*; agnoſce ô Chriſtiane dignitatem tuam, & diuinæ conſors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuerſatione redire; & licet poſthumus ſis, regiis tamen moribus obſtrictus, & egregiis factis reſpondere teneris, te collige, vide quis ſis, rex es, regíſque filius, te fides vocat, charitas adoptat, gratia te exornat, & tuto, & ſecuro animo potes ingredi, vt teneri infantis oſculis, & amplexibus oblecteris; ibi videbis gratiam eius, qui te condidit, & gloriam eius, qui te ſaluum fecit.

Ioan. 1. 14. Ioan. 1. 1.

VERBVM VBIQVE HOMINI lapſo præſtò fuit, afflictum erexit, perditum recreauit.

PRÆLVDIVM IX.

Datur acoluthia & ordo totius ſacræ Scripturæ, Concionatoribus opportuniſſima.

PATRIARCHÆ.

1. *Acoluthia totius ſacræ Scripturæ.*

ITA Deus Opt. Max. tuam ſalutem amauit, vt hac procuranda totum ipſum Creatorem occupatum liceat contemplari; te verò quaſi diuinarum curarum, & inuentorum ſcopum, quò ipſe omnes ſuas cogitationes collimet, Tertulliano teſte [a], qui te *curam diuini ingenij* nuncupauit. *Recogita* (inquit) *totum Deum occupatum ac deditum, manu, ſenſu, opere, conſilio, ac prouidentia.* Eloquentiſſimus Doctor breuiter his verbis longum temporum decurſum in ſummam quandam redegit, quo Deus contentionem omnem induſtriæ, & theſaurorum effuſionem ad hominum ſtatum fortunandum, atque ſecundandum ſummâ contulit liberalitate. *Manu* [b] creatio exprimitur, ſecundùm illud [c], *Tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam.* *Senſu* [d] lex naturalis exprimitur, quæ in cordibus carnalibus impreſſa quaſi ſenſu, & inſtinctu hominem ducebat, & gubernabat. *Opere* [e] iam humanitatis, & clementiæ (opus denotatur redemptionis, & gratiæ per Chriſtum humanis artibus indutum) vitam in tuam ſalutem collocauit. *Conſilio* ſemina diuini verbi, Euangelium, & Spiritu ſancto afflati viri Apoſtolici deſignantur. *Prouidentia* in Apocalypſi expreſſiùs declaratur, vbi ea declarantur arcana, in quibus ſic Deus Eccleſiæ proſpicit, & tuetur, quouſque illam ſolutam laboribus, tranquilla quiete beet, & ciuitate donet ſempiterna. Quæ vt liquidiùs conſtent, ſit in exemplum homo ille infelix, qui triginta & octo annorum ſpatio iuxta piſcinam ſcriptæ legis ſalutem expectauit; qui rogatus, ſi vellet ſalutem recuperare, reſpondit: *Hominem non habeo.* Huic verbo aduerſatur ſapientia Dei, potentia, bonitas, ſacra pagina, quidquid factum à Deo, dictúmque vſquam eſt à ſummo Conditore. Quare res quatuor probare aggredior. Primam, hoc verbum, *hominem non habeo*, mendacium fuiſſe ſolemniſſimum. Secundam, nullam grauiorem contumeliam Chriſto vnquam illatam ab hominibus, quàm in præſentia ipſius affirmare ægrotum, *hominem non habeo.* Dicam tertiò quemlibet hominum ſibi in culpa eſſe propriæ damnationis, neque Deum accuſare poſſe. Tandem finem imponam, demonſtrando hanc communem hominis medelam nullas traxiſſe moras, licet diu fuerit immorata: nec enim diuina pharmaca remorantur, licèt triginta & octo annis iacere videatur ægrotus.

Adã creatur à Deo an. mũdi 1. cùm genuit Seth erat 130. annorum: vixit autem annis 930. *Gen. 5. v. 3. 5.*

a Lib. de reſurrect. carnis.

b Lib. 3. contra Marcio. Iuſtinus contra Tryphon. Athanaſius ſerm. contra Arr. S. Irenæus; *Dei autem plaſmatio eſt homo.* Ambr. *Me tuis manibus feciſti, figuraſti.*

c Pſal. 138. 5.

d Baſil. hom. 11. Exaëmeron.

PARTITIO DISCVRSVS.

e Ambroſ. Luc. 6. *Si Deus maiori quodam ſtudio te creauit, cur ipſe tui ſtudium*

2\. *dereliquis: ſi Deus in te laborauit, qui laborare non nouit, cur ipſe fugitans tui laboris, quid te oporteat facere in anima tua ſalute, quando Chriſtus pro te in oratione pernoctat.*

Qui antea fuerat humus, homo derepentè factus, à Deóque fuit plaſmatus. *Iam homo, qui adhuc limus*, inquit Tertullianus; non verò quolibet modo efformatus, ſed Deo Opt. Max. quàm ſimillimus: ſub qua imagine, inquit D. Gregorius Niſſenus, omnia bona intellige, quæ figmento recens animato, & homini facto poterant conferri. Cúmque vitam hauſiſſet ore Domini inſufflante, & cùm viuum illud ſimulacrum ad auctorem vitæ ſuæ rapi debuiſſet amore, vt illi gratias ageret, aliò diuertit ingratum animum (vt alibi ex Ruperto notauimus) & quaſi promeruit gratiæ inſignibus expoliari, & felici ſtatu deturbari. Quare ſummus ille Deus, *qui aufert ſpiritum principum*, vitam ſpiritúmque ademit. Quam vitam, & inſpirationem ægra illa anima deſiderare confitetur, dicens [f]: *Oſculetur me oſculo oris ſui*, iterum Deus accedat, vt iterum mihi mortuo vitalem auram inſpiret; vitâ mihi diuina opus eſt, Deo indigeo, qui homo ſit, qui in faciem inſpiret, & animam meam conuertat ad vitam; *que me buelua el alma al cuerpo, que ſin ſu eſpiritu ſoy todo terreno: primus homo de terra terrenus*, veniat cæleſtis, porrigat manum, & me à lecto ſuſcitet.

Adam moritur anno 56. vitæ Lamech. Hinc habemus traditione conſeruatam ab initio doctrinam, quam Lamech ab Adamo (cum quo vixit) acceptam tradidit Noë filio, & Sem nepoti, de religione, rebúſque diuinis.

Creatio.

f Cant. 1. 1.

Renouatio.

Statim atque cecidit homo, excogitauit Deus virum mittere, qui iacentem erigeret, & iuſtorum hominum pater exiſteret. Hic fuit proximus Adamo pius Seth, de quo Eccli. [g] *Seth, & Sem apud homines gloriam adepti ſunt, & ſuper omnem animam in origine Adam.* nam cùm frater eius Caim pater eſſet impiorum, poſt Adam primus piæ generationis Seth auctor extitit, & pater vſque ad diluuium.

3\.

g Cap. 4. 19. *Primus mittitur Seth ad opus renouationis.*

Ex Noë, & arca ad mundi ſalutem prodiit Sem filius Noë: nos autem putamus Melchiſedechum appellari; expectauit enim Dominus diem criticum, & iudicialem eius, qui iacebat, ægroti, vt iniuſtis hominibus ſalutem, & vitam inſtauraret, ſicque poſt Adam Seth natus eſt iuſtorum parens, à Seth vſque ad Noë

Vbique temporum Verbum præſto fuit homini ſanando.

Seth naſcitur anno 130. cùm genuit Enos erat 105. annorum, & vixit annis 912. *Gen. 5. v. 6. & 8.*

Sem naſcitur an. 1558. eſt hic annus 98. ante diluuium; Sem verò erat 100. annorum cùm genuit Arphaxad, biennio poſt diluuium, *Gen. 11. v. 10.* & vixit omnino annis 600.

Digitized by Google

Noë aliæ ſeptem generationes numerantur; à Semo vſque ad Abraham aliæ ſeptem. Fuit autem Melchiſedech, qui ſuperuixit Abrahamo triginta quinque annos: omnes autem anni eius 600. vt ſentit Hieronymus ad Euagrium. Fuit item Rex Salem, & ſacerdos Dei altiſſimi, qui ſine patre, & ſine matre dicitur; quia à nullo ſacerdotium accepit, neque aliquando peribit; quia eius ſacerdotium Chriſtus (æterna promiſſione confirmata à Patre donatum ſacratiſſima panis, & vini oblatione, & conſecratione) mirificè comprobauit. Dicitur ergo Rex iuſtitiæ, cuius ſignificationis meminit Sapiens, ac præterea cuius rei figuram præferat, ſubindicat his verbis: *Cùm perirent ſuperbi gigantes*, inundantibus diluuij aquis vniuerſam terram, *ſpes orbis terrarum* (Noë, Sem, Cham, & Iaphet cum vxoribus) *ad ratem confugiens remiſit ſæculo ſemen natiuitatis*, id eſt, quo poſſet genus hominum iterum propagari, *quæ* (inquam, ratis) *manu tua gubernata. benedictum eſt lignum, per quod fit iuſtitia*, id eſt, ſalus, incolumitas, & enatatio: quam *iuſtitiam* appellat ob Melchiſedechum fortaſſe iuſtum, qui inde è naufragio euadens rex, doctor, ac magiſter iuſtitiæ: ac multo magis ob Chriſtum verum iuſtitiæ, ac pacis Regem, & Sacerdotem, qui homini lapſo ſalus, & orbi terrarum ſpes fuit, & ſpiritus oris noſtri, quique ad ratem confugiens crucis, remiſit ſæculo ſemen natiuitatis, & Noe regenerationis ſemina.

Sap. 4. 16.

4. Ecce Abraham nouus ſanctitatis parens ab Oriente ſuſcitatur, *Qui ſuſcitauit ab Oriente iuſtum*, id eſt, nouum Abrahamum de Vr Chaldæorum eductum, *vt ſequeretur ſe*, &c. *Quis hæc operatus eſt, & fecit, vocans generationes ab exordio?* id eſt, quando vocabit initium Hebraicæ generationis Abrahamum: *Ego Dominus primus & nouiſſimus, ego ſum*; quæ verba verbis Apocal. conſona ſunt: *Ego ſum α, & ω, principium, & finis.* Ego, qui ſemper idem ipſe ſum: *miradme alas manos*; ego enim ſum, qui hæc admiranda tunc operatus ſum, atque in nouiſſimo quoque in Eccleſia opere complebo. De Abrahamo illud ſingulare prædicat Iſaias [a], *Confortauit faber ærarius* (Melchiſechum iuſtum) *percutiens malleo eum, qui cudebat tunc temporis, dicens: Glutino bonum eſt, & confortauit eum clauis, vt non moueretur*, id eſt, ſuperuixit Sem Abrahamo, vt poſſet malleo ſuæ artis illum ad meliora producere, & dicere ei: Bonum eſt, vt timore Domini glutineris, & iungaris ei, *& confortauit eum clauis*, ſiue ſolidauit in clauis ſolidorum præceptorum Domini, *vt non moueretur*, ſed in timore illius permaneret; hac enim de cauſa Deus viros annis, & virtutibus exaggeratos, ætate maturos conſeruat, vt quaſi malleo poſteros ſuos Deo affigant. Quæ res vt tanti momenti illis verbis exprimitur, *& confirmauit eum clauis*, &c. ſimile enim aurificis attingit, quo explicet mentem, animúmque Dei in tanto Abrahamo: quando enim aurifex in nundinis, aut pro foribus abacum apponere cupit aurea ſupellectili pendente, gemmis coruſcantibus, vt firmiter hæreat, clauum figit malleo, neque ictibus tantùm ſecuro eſt animo, ſed manum admouet, probat, ſi forſan agitatione loco dimoueatur: *bueno eſtà, y firme*; bene ſe habet. Seruabat Deus omnium diuitiarum, omnium theſaurorum abacum, vt ex Abrahamo veluti ex clauo penderet Iſaac inprimis, Iacob, verus ille Agnus Dei, & illa puriſſima margarita, *de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.* Ideoque præclarum iuſtorum artificem, & magiſtrum ſexcentorum annorum ſpatio reſeruauit, vt ſupra triginta annis Abrahamum mallearet, & ictibus verbi Dei eiuſdem timorem incuteret, & confirmaret. Verùm non ſibi ſatisfecit: *ſed tentauit Dominus Abraham*, tentatione maxima, quæ manu fit. Cúmque illum immotum, firmúmque inueniret, Patrem filiorum Dei conſtituit, & virum numeris omnibus abſolutum; labor enim nouos, perfectóſque homines reddit; *ideo de dextera iuſti mei*, vt ait Iſaias, *ſuſcepit illum, & confortauit eum in clauis, vt non moueretur*, ne homo infirmo homini deeſſe videretur.

Iſai. 41. v. 2. & 4.

Abraham in lege Domini confortatus & firmatus in timore Domini ad renouationem eligitur.

a Cap. 41. 7.

Simile.

5. Mox alium hominem, Iacob appellatum, induxit, de quo D. Gregorius Nazianzenus.

Verùm ingrediente Moyſe, quis mundum homine carere audeat affirmare? licèt ille ſeruituti ſit addictus; de quo ſic Nazianzenus oratione 26. *Quem autem virum dicam, qui Pharaonis Deus erat: qui tantam hominum multitudinem ductabat: qui tantam miraculorum vim demonſtrauit: qui aquam de petra extudit: mare virga diſrupit; qui populum per aquam tanquam per aridam tranſmiſit: qui hoſtes fluctibus obruit.* Forſan cogitabitis hunc veſtrum eſſe Seruatorem? minimè; vtque hoc clariùs eluceſceret, tragœdiam quandam Deus propoſuit, cuius actus primus fuit, quando ſeipſum Deus in ardenti rubo viſendum præbuit: vetuit tamen ad ignem, ad ſpinas Moyſem intrare; ſignificare volens ad ſe tantùm pertinere Iſraelitas, qui Ægyptiorum ſpinoſis flagris verberabantur, & igne tribulationum vexati ingemiſcebant, eripere, & ſaluare. Hæc Theodoretus *in quæſtionibus in Exod.* Ne appropies: *pon te ala mira no mas*: circumſpice tantummodo, & videbis hunc infirmum haudquaquam homine deſtitutum eſſe.

Venit ad ſalutem hominum Moyſes, ſed non ſaluator.

6. Huius tragœdiæ perſonæ ſunt immanitate, & ſuperbia elatus rex, qui leonis ferocientis inſtar rapacibus vnguibus populum integrum laniabat. Secunda Angelus veluti Aquila Euro velocior deſcendit volans, & omnes primogenitos Ægyptiacæ ſobolis interfecit. Tertia, populus, qui nocte parat iter arripere, vt vero Deo holocauſta immolet. Quartus, mutus, & elinguis vitulus, aut agnus, qui

Exitus de Ægypto, tragœdia, perſonæ nomen, & inſignia Redemptoris.

Noë naſcitur an. 1056. filius Lamech, tempore diluuij erat annorum 600. ex *Gen. 7. v. 6.* vixit autem poſt diluuium annis 350. quare omnino vixit annis 950. *Gen. 9. v. 28* vixit 58. cum Abrahamo, moritur anno 2006. mundi, h. e. anno poſt diluuium 350. *Gen. 9. v. 28.* ac proinde anno ætatis Abrahę 58. Cum genuit Sem, erat annorum 502. quem genuit 98. annis ante diluuium, vt patet ſubductis annis *Gen. 11. v. 10.*

Diluuium incidit in annum 1656. quod incohatum eſt exeunte anno 1655. (ſi annus 1056. eſt verè primus Noë) & inde creuerunt aquæ per quinque menſes, h. e. à 17. Nouembris anni 600. *Gen. 7. v. 12.* vſque ad 14. ſequentis Aprilis. Porro vſque ad tempus illud areſactæ terræ, ſcil. ad 27. diem ſecundi menſis anni 601. ex *Gen. 8. v. 14.* ab hoc diluuio vſque ad natiuitatem Abrahæ an. 1122.

Abraham anno 1978. naſcitur in Vr Chaldæorum vrbe, *Gen. 11. v. 26. 28* cùm verò genuit Iſaac filium ex Sara, erat 100. *Gen. 21. v. 5.* vixit omnino annis 175. h. e. 75. annis cum filio, immo & 15. ex illis annis cum nepote Iacob. habetur *Gen. 25. v. 7* de eius peregrinatione, & vita.

Anno 1978. ortus Abrahæ ponitur regnum Ægyptiorum; de cuius initio, & dynaſtiis antiquioribus, vide Gordonium.

Anno 2060. profligatis quatuor regibus, Abraham dat decimas Melchiſedecho, vide Pereiram.

Anno 2070. Geryones, reges in Hiſpania, Hercules Libyus.

Anno 2077. Circuncisio inſtituitur, & Abraham circunciditur. *Gen. 17.* paulo pòſt promittitur Saræ filius: deletur Sodoma *c. 18. v. 19.*

Anno 2078. Iſaac natus eſt, anno 100. patris (in vrbe Gerara, quæ erat regia Palæſtinorum) *Gen. 21. v. 1.* Cùm verò genuit Iacob, & Eſau, ex Rebecca, erat 60. annorum, *Gen. 25.* vixit annis 180. atque hinc iam ad Exodum ſunt anni 405. oblatus an. 2015. anno ſuæ ætatis 27. Pereira, anno 2118. duxit Rebeccam vxorem.

Iacob naſcitur anno 2138. cum Eſau, anno patris 60. *Gen. 25.* hinc ad natiuitatem Ioſeph ſunt anni 91. moritur anno 2285.

Ioſeph naſcitur anno patris 91. & poſt annos 30. factus eſt princeps Ægypti.

Moyſes naſcitur an. 2403. in Ægypto: nam tempore Exodi erat annorum 80. *Exod. c. 7. v. 7.* vixit autem annis 120. *Deut. 34. v. 7.* Hinc vſque ad Exod. anni 80. *Exod. c. 7. v. 7.*

Anno 2439. Iosue natus putatur, cùm nomen Iesu veri assertoris natum pariter est, nuncupante se Deo Iehouam, Redemptorē, Saluatorem. Vide hic infra. Nam nomen Iesu in nomine Iehoua continebatur, & quasi in ænigmate concludebatur.

Anno 2443. inuisit fratres suos Moyses in Ægypto, & occiso Ægyptio, fugit in Madian.

Iosue natus putatur, vt suprà dixi, anno 2439. annis ferè 36. post natum Moysem, tempore Exodi, erat 44. annorum: vixit annis 110. *Iosue vlt. v. 28 29. Iudic. 2. v. 6. 7.*

Egressio filiorum Israël ex Ægypto sub Moyse duce anno 2483. mense Nisan. *Exod. 12. v. 2.* qui est primus, & ita mense 1. die lunæ 14. primum Pascha in Ægypto celebratum est.

IVDICES.

Obiit Iosuë hoc, vel sequenti anno 2549. fuit interregnum apud filios Israël circiter annis 10. vsque ad Othonielem iudicem; interim Israël seruit regi Mesopotamiæ aliquot annis, *Iudic. 3 v 8.*

Othoniel, filius Cenez fratris Caleb, iudex fuit in Israël anno 2559. iudicat 40. annis, annumerando annos seruitutis, de quibus proximè egi, fuit de tribu Iuda.

Aod filius Gera de tribu Benjamin, anno 2599. iudicat ann. 80. *Iud. 3. v 26.* hic ambidexter Moabitarum regis Eglon excussit iugum.

Debora Prophetissa vxor Lapidoth cum Barac, anno 2679. iudicat annis 40. *Iudic. 5. v. 31.* hæc superat Sisaram ducem regis Iabin.

Gedeon anno 2719. qui & Ierobaal de tribu Manasse de Madianitis victoriam reportauit, iudicat ann. 40. *Iudic. 5.*

Abimelech filius Gedeonis anno 2759. iudicat 3. annis. *Iudic. 9. v. 22.* Israël post mortem Gedeonis percussit fœdus cum Baal, vt esset ipsorum Deus *Iudic. c. 8. v. 33.*

Thola filius Phua de tribu Issachar anno 2761. iudicat annis 23. *Iudic. 10 v. 3.*

Iephte Galaadites ex tribu Manasse ann. 167. iudicat ann. 6. *Iudic. c. 12. v. 7.* vicit Ammonitas, filiam immolauit. Vide P. Serarium.

Abesan ex tribu Iuda oppido Bethleem ann. 2814. iudicat annis 7. *Iudic. 12. v. 9* huius tempore floruit Sibylla S. dicta Erithræa. Lactan. *lib. 1. de vera religione.*

Elom an. 2820. vel Ahialon ex tribu Zabulon iudicat annis 10. *Iudic. c. 12. v. 11.*

Abdon Pharathonites ex tribu Ephraim ann. 2830. iudicat annis 8. *Iudic. c. 12 v. 14.*

Heli ex tribu Leui generis Ithamar, princeps sacerdotum ab Othoniele iudex 14. ann. 2838. vel 2858. iudicat annis 20. ex *1. Reg. 4. 18.* vide Gordonium.

quidem victima est, quam sacrificantes cædunt. Drama fuit datum, vt ipsa Sapientia exponit huius tragœdiæ inuentrix: *cùm enim quietum silentium tenerent omnia: para mas aulla tan granae baya silencio; omnipotens sermo tuus* (ecce Angeli persona) *à regalibus sedibus venit; vino como vna aquila: imperium tuum portans; como quien trahe vn Rey en el cuerpo; & stans repleuit omnia morte: sin perder su estacion como soldado valiente. Suscepta est autem* (vt ait paulo antè) *à populo tuo sanitas quidem iustorum, iniustorum autem exterminatio*, &c. Ecce alia persona, populus nempe; *absconsè enim sacrificabant iusti pueri.* Ecce alia persona, victima videlicet immolata. Sic denique omnia peracta sunt, vt Dominus triumphantis more Moysi, & principibus duodecim in monte Sinai se visendum monstrarit post 50. dies exitus de Ægypto; & vt tantæ victoriæ memoria posteritati traderetur, vt de spe Redemptoris non caderet, imperatorum more insignia, & stemmata vbique in templo cælari, insculpi, & acu pingi imperauit; binosque cherubinos, quasi signiferos suæ prouidentiæ constituit. *Rey es de armas, que llenan el escudo real à vista de todos*; vt homines saluatos facies hominis exprimeret; sacrificium, vitulus; regem truculentum, leo ferarum princeps: Angelum verò percutientem aquilam symbolicè figuraret. Sicque factum est, vt ait Iosephus, vt si quatuor satellites sui exercitus personati quaternis faciebus, vel harum rerum quaterna similitudine: *con las armas hechas de estos quatro quarteles*, leo, aquila, homo, vitulus, verus hic Saluator ab omnibus deinceps dignosci posset. Vnde etiam more Imperatorum ex hoc facinore magnum Saluatoris nomen traxit. *Hæc dicit Dominus Redemptor vester*; & ex tunc nomen sui proprium à futuro facinore vindicauit: nam suum Moysem alloquens sibi nomen imposuit, dicens, *Ego sum, qui sum; sic dices filiis Israel: Qui est, misit ad me vos*: Hebraicè, *Ero, qui ero, misit me ad vos.* Nam id sonat nomen Iehoua, à futuro *ihiu*, à verbo *haiah*, quod est esse; vt optimè obseruauit P. Prado. Quasi diceret, sum, qui futurus sum, sum, quem iam experimento dicere licebit, seruator, assertor vester, verus homo vester, immo Iehoua vester.

Sap. 18. 14.

Facies quatuor vna... tum significationē habuerint.

Isai. 43. 14.

Exod. 3. 14.

7. Ne iam in his explicandis longior sim, veniam ad Iesum Naue, qui typum Domini non solùm gestis, verùm etiam nomine præfert, vt ait Origenes *hom. 1. in lib. Iesu Naue.* Iam vastum pelagus aperitur, & populus duce, principeque Iosuē progreditur: iam promissa tellus exploratur, vbi in tabernaculo Magni Dei, in serpente æneo, in ligno posito, vt etiam ab inuitis cerneretur, in mansionibus etiam, in quadraginta duabus generationibus, quæ in tempus omne excursuræ erant vsque ad aduentum Christi Domini, semper ea salutis spes fuit adlata infimo, vt possit non leuiter adduci, vt crederet minimè se carere homine.

Typus Christi Saluatoris Iosue.

8. Æquissimi iudices aut seruatores populi nónne homini opē, auxiliúmque tulerunt? nónne ad hoc à summo Deo creati, & destinati fuerunt, vt iacenti misero dexteram porrigerent? vt rectè D. Chrysostomus: *Diuina* (inquit) *prouidentia non solùm singulis hominibus quasi priuatim, sed vniuerso generi humano tamquam publicè consulit. Quid autem cum singulis agatur, Deus scit, qui agit, atque ipsi, cum quibus agitur, sciunt: quid autem agatur cum genere humano per historiam* (*Iudicum*) *commendari voluit, & per prophetiam.* lib. de vera religione, cap. 25. & alia in quæstion. ex vtroque Testamento, cap. 119. nam siue de rege loqui velis, ecce Rex, siue de militibus, siue de re familiari, siue de publicis, ciuilibusque negotiis, videbis in sacris Scripturis omnium magnam copiam. Huiusmodi commemorationes maximam adferunt vtilitatem: impossibile est enim; impossibile, inquam, est animum in hoc genus historiæ versantem à cupiditatibus superari; Iudices autem suo ordine margines dabunt.

Iudices seu defensores & saluatores.

9. Ruth Moabitidis historia prætereunda non est; ad hæc enim tempora pertinere videtur anno 2640. in qua veræ illæ nuptiæ Dei antiquissimi dierum cum paupercula humanitate, ne hominum salus abrumperetur, & diutius moraretur, omnium plausu pallium extendente Spiritu sancto in Virginem, thalamo Mariæ celebratæ sunt. Vt nobiscum Deus, Emmanuel noster, homo noster esset.

Prænia nuptia Ruth & Booz ante veras Christi cum carne nuptias.

10. Vides iam exurgentem Dauidem hominem ex humili radice, vt humani generis adiuuet infirmitatē: ex humili etenim conditione natis parentibus ortus radix regni Christi esse promeruit, donec erumperet flos de radice Iesse, *Isai. 11.* Sicut enim Abrahamo filiorum multitudo promissa fuit; sic Dauidi perpetuum regnum, in quod postea Rex ille regum succederet, qui saluum faceret populum suum. Quæ promissio Iudæis sic tenaciter in animo inhærebat, vt omnes etiam vulgo scirent Messiam filium Dauid esse oportere. *Matth.* 22. 42. interrogati à Christo Pharisæi, *Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est?* incunctanter respondent; *Dauid*, & turba, *Hic est filius Dauid*, Matth. 12. 23. Et, *Osanna filio Dauid*; & omnes, qui ad Christum beneficia petituri veniebant, cum priùs Dauidis filium appellabant, vt significarent eum illum esse Messiam, qui populum suum beneficiis esset cumulaturus. Hæ illæ sunt voces, *Miserere mei fili Dauid*, Matth. 9. 27. 15. 22. 20. 30. & quoties salutem populo, & nullatenus delaturum promittit Deus, non propter Dauidem, sed propter Abrahamum, qui radix erat populi, cui perpetuum germen promissum erat, id se facturum dicit, vt *Isai.* 51. 2. Cùm autem regnum se non extincturum dicit, non propter Abrahamum, sed propter Dauidem facturum testatur, 3. *Reg.* 11. 12. vt ex tunc sciat homo, hominem Saluatorem habere.

Dauid eligitur secundùm cor Dei.

Reges

Reges Iuda à Dauide, & anni regni, & Prophetæ, qui eorum tempore prophetarunt; ex P. Ribera in Preludio expositionis omnium Prophetarum minorum. Vide D. Athanasium in Synopsi.

REGES IVDA, & PROPHETÆ.

11. *Series Regum & Prophetarum.*

SAVL anno 2898. primus Rex Israëlitarum creatur à Samuele; cœpit regnare tempore messis triticeæ, vir de tribu Beniamin, 1. *Reg.* 10. & 13.

Dauid [a] regnat	annis 40. 3. *Reg.* 2.
Salomon [b]	an. 40. 3. *Reg.* 11.
Roboam [c]	an. 17. 3. *Reg.* 14.
Abias	an. 3. 3. *Reg.* 15.
Asa	an. 41. 3. *Reg.* 15.
Iosaphat	an. 25. 3. *Reg.* 22.
Ioram post mortem patris	an. 6. 4. *Reg.* 8.
Ochozias, siue Ioachim	an. 1. 4. *Reg.* 8.
Athalia mater Ochoziæ	an. 6. 4. *Reg.* 11.
Ioas filius Ochoziæ	an. 40. 4. *Reg.* 12.
Amasias post mortem patris	an. 28. 4. *Reg.* 14.
Ozias [d], seu Azarias	an. 52. 4. *Reg.* 15.
Ioathan [e]	an. 16. 4. *Reg.* 15.
Achaz	an. 16. 4. *Reg.* 16.
Ezechias [f]	an. 29. 4. *Reg.* 18.
Manasses [g]	an. 55. 4. *Reg.* 21.
Amon	an. 2. 4. *Reg.* 21.
Iosias [h]	an. 31. 4. *Reg.* 22.
Ioachaz	mens. 3. 4. *Reg.* 23.
Eliacim, seu Ioacim	an. 11. 4. *Reg.* 23.
Ioachim [i]	mens. 3. 4. *Reg.* 24.
Sedechias [k], siue Mathanaias	an. 11. 4. *Reg.* 24.

Inde ad extremum annum captiuitatis Babylonicæ anni 52.

A primo anno libertatis vsque ad Saluatoris aduentum 559. Eusebio aliisque doctissimis viris: & vide infrà ex Gordonio.

Decimoseptimo, aut decimooctauo anno à libertate Babylonica prophetarunt Aggæus, & Zacharias, paulo pòst Malachias.

[a] Anno mundi 2919. regnante Isboseth super Israël, 2. *Reg.* 2. regnauit in Hebron 7. annis; & 6. mensib. Hierosolymæ 33. vixit annis 70. 2. *Reg.* 5.

[b] Anno mundi 2959. vixit annis 60. anno 4. regni sui ædificat templum, qui fuit quadringentesimus egressionis ex Ægypto, 3. *Reg.* 6.

[c] Huius regni initio diuisæ sunt decem Tribus à duabus, & à domo Dauid, 3. *Reg.* 12.

[d] Huius tempore cœperunt prophetare Oseas, Isaias, Ioel, Abdias, Ionas.

[e] Huius tempore cœpit Michæas, ab orbe condito vsque ad Ioathan annum primum anni 3315. ab egressu ex Ægypto 736.

[f] Anno 6. Ezechiæ captiuitas decem Tribuum, 4. *Reg.* 18. sub eodem cœpit Nahum.

[g] Sub Manasse Habacuc.

[h] Sub Iosia Sophonias, Ieremias.

[i] Quinto anno transmigrationis Ioachim prophetat Ezechiel.

[k] Vndecimo anno Sedechiæ excidium Hierusalem, & captiuitas duarum Tribuum, 4. *Reg.* 12. Quinto anno ab hoc excidio prophetat Baruch, octauo Daniel.

Oseas. Isaias. Ioel. Abdias. Ionas. Michæas.

Nahum. Habacuc.

Sophonias. Ieremias.

Ezechiel.

Baruch. Daniel.

Aggæus. Zacharias. Malachias.

12. *Salomon.* Florentissimus autem Dauidici regni principatus decrescere, & sicut luna mutari cœpit in filio Salomone, de cuius electione, confirmatione, deuotione erga Deum, sapientia in iudicando, magnificentia in familiis, sanctimonia in cultu Dei, opulentia in diuitiis, 3. *Reg. cap.* 3. ornata gloria, qua clarus, & conspicuus fuit, *cap.* 4. ædificiis, *cap.* 5. templo, *cap.* 6. &c. verùm humano generi non manum, sed stylum, & sapientiam porrigit: *Hombres deshonestos no leuantaron de la cama al enfermo.*

13. Vides qualiter Dei verbum suum hactenus nouum instruxit hominem, vt nihil quidem illi ad consequendam perfectam salutem vlla ratione desideretur. Sed hoc parum videbatur maiestati suæ, nisi etiam eorum, qui à præmissarum legum obseruatione quoquo modo cecidissent, singularem haberet curam. *Tanta est enim diuina*

Samaria anno 3264. capitur à Salmanasare anno 3. à prima obsessione, & annis hic notatis ex 4. *Reg.* 18. *v.* 10. translatæ sunt 10. tribus Israël in Assyriam. 4. *Reg.* 17. *v.* 23

Sennacherib anno 3268. obsidet Hierusalem. 4. *Reg.* 18. *v.* 13.

Tobiæ paulo antè incidit historia.

Iudith historia anno 3307. circa hæc tempora accidit, &

Digitized by Google

tempore Manassis, fortè anno hoc orbis redit ille è Babylone. 2. *Paral* 33. v 13

Anno 3374. Captiuitas Babylonica annorum 70.

diuina natura sua bonitas, atque clementia, vt nullo vnquam tempore mortem velit peccatoris, sed magis, vt conuertatur, & viuat, Ezech. 18. *Hanc suam voluntatem humano generi per sacrosancta Prophetarum aperuit oracula: nam etsi peccatorum pertinacia eo vsque diuinam adigat iustitiam, vt pœnam multoties emeritam decernere cogatur; non facilè tamen suam exequitur sententiam, sed inuitat prius per Prophetas suos ad pœnitentiam omnes antequam puniat.* Origenes *in Ierem. hom.* 1. Verumenimuero hos omnes Prophetas venisse vt sordidatum hominem erigerent, ad hócque vnum, voces, vitam, sanguinémque profudisse; testatur D. Paulus, *Omnia* (inquiens) *vestra sunt*, hic mundus vniuersus à summo molitore Deo huic homini conditus; & quod addit hoc longè maximè superat, *siue Petrus, siue Cephas, siue Paulus, siue mundus*, &c. *vos autem Christi*; Christus autem Dei omnes sapientissimos, & sanctissimos concionatores in medium rerum omnium discrimen vocauit, vinculis addixit, morte affecit, vt planè dignoscatis, quantum Deo Opt. Max. debeatis. Et Oseas, *Dolaui eos in Prophetis*; digito legem meam expressi, illos vexaui, legem in illis quasi in viuis, & animatis tabulis describendo, ille sectus, alius lancinatus obiit. Quid faciam tibi Ephraim, num conqueri poteris, hominem non habere? verùm si in media luce tui cæcutiunt oculi, Prophetas intuere, quomodo tibi assistentem Deum hominem vident, & prædicant.

1. Cor. 3. 21. Prophetæ.

14. Sed quemadmodum cùm respublica gubernatore orbatur, dicitis passim hominem non habere; ita vt id Hierosolyma dicere non audeat, etiamsi rex suus fœdatus lepra, & à summo Deo punitus sit, & doleat populus crudelibus vulneribus sauciatus; vt ait Isaias, *Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata*, & ne homine carere videatur qui blandas manus admoueat, & tantis malis medeatur, sese huic Prophetæ Isaiæ Deus maiestate summa, & incredibili gloria visendum præbet, ministri, & serui, qui Dominum comitantur, ingeminant, *sanctus, sanctus, sanctus*; alati verò erant, vt significarent pernicibus alis volare Deum, vt huius populi bono consuleret, & illi vitam restitueret.

Cap. 1. 5. Visio Isaiæ Prophetæ.

Captiuitas Babylonica accidit, & inchoatur hoc anno 3374. anno 1. Nabuchodonosoris: quando ille regem Ioachimum (quem tamen post tres annos restituit regno) cum Daniele, & aliis duxit in Babylonem, *Daniel. 1. v. 2. & 4. Reg. 1.*

Ioachim tribus mensibus regnat, dictus Iechonias filius Ioachimi. Vide suprà *Reges Iuda.*

Captiuitas secunda Babylonica accidit an. 3384. eodem 8. Nabuchodono. anno, quando post 3. regni menses Ioachim ductus est in Babylonem. *2 Paralip. 36. v. 9. 10. & 4. Reg. 24. v. 11. 12.* Tunc captus est Ezechiel. Post ergo Ioachimi, seu Iechoniæ translationem (qui se spontè tradidit *Ieremia* 24.) Nabuchodonosor præfecit regno Mathaniam tertium Iosiæ filium, quem vocauit ille Sedeciam: regnat autem an. 11. ex *4. Reg. 24. v. 18. 2. Paralip. 36. v. 11. & Ierem. 52. v. 1. & 3. Esdra 1. v. 46.*

Annus 3388. est annus ille trigesimus *Ezechiel.* 1. & deportati Iechoniæ quintus.

15. Diuellitur iam ab amplexu patriæ populus, & miserrimæ seruituti Filij Dei addicuntur. Cúmque iam Babylonæ decem tribus captiuæ tenerentur, & quæ erant Hierosolymæ eandem sententiam contra se latam pertimescebant, vt infirmi populi vires, spémque reficiat, erigit Deus bina pulpita, Ezechielem in barbara ciuitate Babylonica, Ieremiam in Hierusalem. Hi ambo graui morbo vexatum ad salutem inuitabant; amens verò infirmus nulli fidem habuit. Nam cùm Ezechiel confirmaret Ieremiæ prædicationem, & sua vaticinia litteris tradita in Iudæam transmitteret, & cùm legisset Sedecias, hac potissimùm de causa nec illi, nec Ieremiæ credidit, quòd cùm vterque captiuitatem prædicaret, in eo tamen dissentire viderentur, quòd Ieremias diceret, Sedeciam Babylonem captiuum ducendum; Ezechiel verò negaret eum Babylonem visurum, *Ezech.* 12. 11. quod vtrumque verum esse euentus comprobauit: nam ductus quidem est Sedecias Babylonem captiuus; sed oculis orbatus, ita vt eam videre non posset.

Captiuitatis tempore affligitur, sed nō deseritur homo.

Captiuitas secunda.

16. Ecce personat strepitus citati instar exercitus, & horrendi turbinis, panditur intereà cælum, & semimortuus Ezechiel ad genua prouoluitur, spirauit Aquilonaris aura vehemens, & concitatissima, quam consecuta est atra nubes, in huius medio splendidus visebatur currus quaternis rotis immensæ altitudinis, ignitis illis quidem atque vita præditis constructus, circunstabant currum quaterni iuuenes alati, leoninis thoracibus vestiti, atque vngulis calceati vitulorum, toti flammantes, & scintillantes gestabant singuli quaternas alas, quarum binis velabant fœmora, binis volabant non secus atque aquilæ, fragorémque volatu edebant castrorum similem, cùm collatis signis cominus dimicatur, vel qualem reddere solet exundans fluuius, cùm sese per saxa præcipitat ex alto; seu qualis esse solet mugitus ætheris, cùm sublime tonat. Supra animalium (vt vocat Propheta iuuenes alatos) pennas, videbatur cælum extensum, pellucidum quasi crystallus, cui impositum erat sublime solium regale, atque in eo sedens conspiciebatur quidam humana facie, corpore ad lumbos vsque instar aurichalci accenso, deorsum ignitus totus, atque iride splendenti circumamictus. Alia vide apud P. Prad. *hom. 1. in c. 1. Ezech. sect. 6.* Quid hoc portendit? nónne vt infirmo homini demonstretur, *hominem habere*; hunc verò esse Deum seruatorem antiquum, qui semel iam, vt vidimus, dira Pharaonis seruitute liberauerat. Hac de causa quatuor Cherubini quadriformes stipatores currus sunt, & stemmata Redemptoris Moysi præostensa referunt; ipse autem superstat, & fertur filius hominis ex electro conflatus ignito, propter mixtionem argenti cum auro significat Christum Dominum, in quo diuina, & humana natura in hypostasim vniuntur, vt ait D. Gregorius: hoc enim significat nomen eius *Emmanuel*, id est, *nobiscum Deus*, Isai. 7.

Ezechiel solatur ægrotum & ipse diuina illustratur visione. Fabrica currus.

Quid afferat homini visio hæc.

Captiuitas tertia Babylonica anno 19. regni Nabuchodonosoris, & mundi 3391. quando euersis vrbe, & templo Nabuzardan intulit extremam desolationem. *4. Reg. 25. v. 8. 9. 10. 11.* & cessat regnum vsque ad Aristobulum. Vide *Iere. 29. & 52.* & Iosephum *lib. 10. antiquit. c. 9.* est autem annus prophetantis *Ierem.* 45.

17. Hoc idem Danieli præostensum est: nam cùm in initio captiuitatis, (vt ait P. Prado *in Ezech.*) duodecim annos antequam Ezechiel fuisset Babylonæ viginti minimum ætatis habebat. Et cùm Ezechiel anno captiuitatis sexto prophetiam illam scripsit, & inauditam diuini Numinis de iuuene, laudem nempe, si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas. Relinquitur sex & viginti minimum annos habuisse, cùm illum Ezechiel cum Iob, & Noe connumerauit. Vidit ergo iterum similem filio hominis, id est, qui

Captiuitas tertia.

Daniel datur in solatium, sed non est saluator.

qui diuinitatem simul, & humanitatem præferebat: tali enim opus erat medico, qui labore, & ærumna mundum in libertatem, & valetudinem asserere posset: quod in ipso Danielis labore adumbratum videas *Dan.* 14. Nam cùm Angelus lacum leonum, in quo Dei Propheta erat inclusus, Abacuc ex Iudæa in cincinno capitis, vt cibum præberet famescenti, extulit; num ingressus est Angelus lacum? at nihil erat, quod timere Angelus posset. Num ingressus est Abacuc, vt afflictum Danielem post longum iter sua causa arreptum sermone mutuo leuaret? minimè, ex ostiolo loquens escas exhibuit, & recessit. Rem teneo, significare Deus voluit non esse Angeli, aut hominis hominem in periculis constitutum liberare, id ad se pertinere, nobis indicauit: ipse enim obiit difficultates, solus impedimenta, & discrimina perrupit, & penetrauit carceres, vincula, mortem, sepulchra, vt ægrotantem liberaret, solus lauare pedes potuit, solus emundare crimina. *Quis enim mundum faciet de immundo conceptum semine? nonne tu, qui solus es?* ait Iob 14. 4.

18. Noua Pontificum gubernatio Esdræ libris continetur, de quo hæc Iosephus: Erat autem in Babylone vir iustus, & magna gloria politus apud multitudinem. Primus populi sacerdos, nomine Esdras, qui cum legum Moysis integram haberet experientiam, Xerxi regi amicus factus est, quem in litteris suis lectorem nominat legis Dei, deditque ei plenam veræ religionis instituendæ facultatem, sic ei scribens inter cætera: Sed etiam tu Esdra secundùm Dei scientiam censores ordina, qui Syriæ, & Phœniciæ tuam legem scientibus indicent, eámque discendam ignorantibus trade. Sed quia quis homo fuerit, dubitat Glosa, & Beda alium hominem non facile prætereundum, satisque notum prouidit Deus.

19. Nehemias etenim Artaxerxis Persarum permissu vrbem instaurat, Esdræ 2. *Et vinum erat ante eum, & leuaui vinum, & dedi regi*, suiipsius interpres ait capite præcedenti: *Ego enim eram pincerna regis: era de la copa.* Loquitur autem Nehemias, qui proprio quasi ex nomine dici potuisset instaurator vrbis; de quo Beda sic scribit: Nehemias interpretatur Latinè consolator Dominus, vel consolator à Domino, qui & vocabulo, & opere, & persona sua non inconuenienter mediatorem Dei, & hominum hominem Christum Iesum designet, qui se ad consolationem pauperum spiritu missum insinuat, cùm ascensurus in cælum ait: *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum*, hoc est, consolatorem, *dabit vobis*, &c. *Vinum ergo erat ante me*, vt legunt Septuaginta, nempe ad prægustandum: *para haζer la salua*, dicit Hispanus, labores, & ærumnas captiuitatis audiens, *Sedi, & fleui*, mœrore confectus, *dixitque mihi rex: Quare vultus tuus tristis est, cùm te ægrotum non videam? non est hoc frustrà, sed malum nescio, quod in corde tuo est.* Bene animatus rex, qui percontatus, minimè rogatus, & miserorum desideria quasi obstetricat: *el buen Rey partea los desseos de los miserables, paraque no aborten sus peticiones.* Aut forsan suspicio, & timor regem inuasit, si poculis venenum immixtum hauriendum præbeat; in quos miseros libeat eos compellare principes, quos neque vita ipsa omnibus animantibus communi liberè frui, suspicio sinit: *& ait mihi rex: Pro qua re postulas?* Munificentia, & liberalitas inaudita, quam ex liberalitatis fonte Verbi æterni hausit, quòd quadam die filiorum Zebedæi matri dixit: *Quid vis?* & inuitauit, vt peteret: Quid à me petis, quod solatio, ac voluptati tibi sit futurum? *Et oraui Deum cæli* oratione interna, & breui, vt ait Dionysius Carthusianus, vt dirigeret me in petendo, regémque inclinaret ad consentiendum, quæ verba sic intellexit Iosephus *lib.* 11. *c.* 5. *de antiquit.* Exemplum quidem orandi, omnibus causidicis imitandum, & regum aulis degentibus, & denique omnibus variis negotiis occupatis: primum enim syngraphum Deo Opt. Max. sunt delaturi: *el primero memorial le han de dar a Dios.* Exemplum item omnibus negotia gerentibus, vt possint officij sui rationem egregiè persoluere ab orationis exercitatione, ne se subtrahant quasi per tempus, & negotia non sibi liceat orare: quàm breui enim temporis spatio, & oratio fieri, & exaudiri potest? siquidem inter regis interrogationem, & serui responsum efficacissima apud Deum intercessit oratio, qua supplicem libellum regi dandum, priùs cælesti Regi regum porrexit, & ab eo signatum, concesso, inquam, quod petebatur, recipit; ac tandem terreno opere complendum, quod Deus concesserat præstitit: *& dixi ad regem: Si videtur regi bonum, & si placet sermo tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iudæam ad ciuitatem sepulcri patris mei, & ædificabo eam, dixitque mihi rex, & regina, quæ sedebat iuxta eum*, &c. facultatem reædificandi ciuitatem concessit.

Nehemias, hoc est, consolator Dominus datur homini.

Hier. epist. ad Paulam tom. 2. Beda in Nehemiá in principio Eccli. 49.

Initium hebdomadarum Danielis.

Orationis vis.

20. Morbus ipse videbatur latiùs indies serpendo ad summum vsque venisse: quando iam liberator, & verus medicus appropinquabat. Malum hoc non obscuro symbolo prædictum fuerat ab Ezechiele *c.* 5. ex tribus enim partibus capillorum, quos igni comburere, gladio concidere, & cædere iussus est, paruum numerum in summitate pallij ligare præcipitur; *& abrasa adhuc vna parte, proiicies eos in medio ignis.* Et addit maximè notanda verba, *ex eo egredietur ignis in omnem domum Israël.* Nam, vt notat Apollinaris, prædicit Propheta potissimum illorum in Christum Dominum furorem, & interitum vniuersalem post Christi crucem, & in omnes terras dissipationem: eadem penè habet Hieronymus, & ita, *ex eo*, id est, ex hoc paruo igne: *de estos pocos hombres appassionados guardados como reliquias por mano de Dios*

Antiochi abominanda desolatio.

Machabæi dantur in auxilium.

DVCES IVDÆORVM.

Anno 3445. Zorobabel dux Iudaicus transmigrationis in reditu à captiuitate. 1. *Esdr.* 2. v. 2. Dux annis 58. Philo Anno Mercator.

Redeunt ex captiuitate an. 4. 3560. exceptis seruis, & ancillis. 1. *Esdræ* 2. restituit Cyrus vasa templi. *ibid. c.* 1.

PONTIFICES.

Esdras.

Nehemias.

Anno 3540. mundi Artaxerxes Longimanus μακρόχειρ occiso Artabano regnat annis 40. Diodorus hic remittit Esdram anno 3538. mundi, & paulo pòst Nehemiam. Eusebius putat hunc Longimanum fuisse maritum Esther. Vide anno 3643. Gordonium nostrum.

Annus 3560. est verus annus vigesimus Longimani, quando egressus est sermo regis vt instauraretur Hierusalem mense Nisan, *Nehemiæ* 2. v. 1. 3 6. Præest Nehemias, populo, & instaurationi murorum, iubente rege, annis 12. *Nehemiæ* 5. v. 14.

SEPTVAGINTA HEBDOMADES.

Hîc collocatur initium Septuaginta hebdomadum Danielis: nam ab hoc exitu sermonis vsque ad Christi annum 34. quo passus est, fluxerunt anni illius hebdomadibus expressi, vt ostendit Gordonius. De hoc exitu sermonis vide citatum lib. Nehemiæ, qui vulgo secundus Esdræ.

MACHABÆI.

Anno 3833. Antiochus Epiphanes in Syria cœpit regnare, qui rediens à prima expeditione Ægypti, excipitur Hierosolymis à Iasone. 2. *Machab.* 4. Postea Menelaus legatus à Iasone ad Antiochum sibiipsi sacerdotium obtinet, & Iason exulat. Interim Menelaus curat occidi Oniam Antiochiæ. 2. *Machab.* 4.

Anno 3836. Antiochus rediens à secunda expeditione Ægypti, anno Græcoi. 143. & vrbis conditæ 585. spoliat templum post captam dolo vrbem. Ex quo videri potest anno 3836. planè cessasse regnum Macedonicum, scilicet anno vrbis conditæ 585. *Aqui hizò una pausa el Reyno Macedonico;* hic cessauit regnum Macedonicum, vt per hæc regnandi interualla imperium summi, & numquam intermissi imperij potestas diuina declaretur.

Anno 3838. Antiochus expoliauerat templum post captam ciuitatem armis, scilicet anno mundi 3836. post duos inde annos facta est desolatio, h. e. anno Græcorum 145. & mundi 3838. mense Decembris. Iam ergo Mathathias Antiocho se opponit. *1. Mach. 2.*

Anno 3839. Mathathia mortuo, qui ferè vno anno præfuit, succedit filius Iudas Machabęus anno Gręcorum 146. ex *1. Mach. 2. in fine.* Præest Iudas ferè annis 6. Deinceps duces sunt etiam Pontifices, post biennium circiter à morte Mathathiæ. Purgatur, & renouatur templum anno Gręcorum 148. & ferè mundi 3841. & 3. anno incohato à prophanatione. *2. Mach. 1.*

Præcursor. Vide infrà anno 4000.

Maria sanctissima, vide infrà 4001. & 4002.

CHRISTVS Filius Dei, & Mariæ, nascitur homo sub Augusto 13. & Syluano anno mundi 4001. exeunte.

Baptizatus est Dominus *Ioan. 1.* anno Tiberij 14. mense 4. die 12.

APOSTOLI.

Electi *Marci 3. Luc. 6.* anno Christi 32. anno Tiberij 16. mittit binos ad prædicandum. *Matth. 10.*

Anno Christi 33. res à Christo gestæ; promissio Petro; transfiguratio.

Lazarus resuscitatus, cœna, & Eucharistia, anno Christi 34. Tiberij 18.

Dios del captiuerio: saltarà la centella de su vltimo mal: illa, videlicet discordiarum scintilla, de qua sermo habetur in lib. Machab. nam ex Antiochi tyrannide exijt scintilla discordiarum inter principes sacerdotum, vnde incendium flagitiorum omnium, & grandinis exarsit, *Machab. 1. & 2. lib. cap. 4. & Ezech. 22. v. 6.* Quando igitur iam omnia in interitum ruebant voluntarium, clarissimos viros mittit Deus, illum præsertim portenti similem Iudam Machabæum, & reliquos omnes sacerdotes, qui rebus suis diffidentem populum confirmarunt, iacentem erexerunt, & sancta sanctorum in pristinum locum restituerunt, & extinctum sanctarum rerum cultum instaurarunt.

Præconis iam verbi vox clara personat: adsunt enim (ait Nazianzenus *orat. 21. in exordio*) quæ circa Christi incarnationem, seu humanitatis assumptionem contigerunt; nimirum lucerna illa ante lucem, vox ante sermonem, mediator ante mediatorem, hoc est, eximium illum Ioannem, missus vt salutis nuncius mœrorem ægroti leuaret, & Euangeliis tanti nuntij primus inter mortales afficeretur: *gano se las albricias dela cercana salud, que venia al mundo.* 21.

Præcursor salutem prænunciat.

Sed iam salus nostra, & vita foribus adest, vtque nullus dubitationi sit locus, & Deum hominem esse, & hominem nobis verum adesse, felici omine, & auspicio exorditur D. Matthæus: *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid,* & colophonem imponit, *de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* O sacratissimam Mariam! ô auroram auream horam, qua veniente aurea tempora sæcula nostra bearunt. O pulcherrimam auroram roris cælestis horam, quæ te felices vexere quadrigæ? faustus sit aduentus tuus, fugas tenebras, reddis lucem, te iam infirmus ardenter optabat: vbi enim non est mulier, ingemiscit infirmus, emittit suspiria, qui decumbit in lecto, infirmus tete auebat homo: & si vir non sis, es virago; quia de te viri humanitas sumpta est. Omnes à seruitute in libertatem, à morte in vitam vindicasti. Tu vna inter fœminas venis salutem allatura. Quare consultò factum existimo nullam aliam fœminam sanctam in hac euangelica oratione præter Mariam proprio nomine nuncupatam: hæc enim vna hominis salutem procurat. Ex parte autem, & ingenio fœminarum alia ratio non leuis occurrit, earum infirmitate, & leuitate considerata. Nam si diligenter animaduertitis, D. Lucas retrogrado modo generationes enumerat ab homine, qui est Ioseph, vsque ad Deum, *qui fuit Dei.* Et S. Matthæus à Deo descendit vsque ad hominem, qui fuit Ioseph: & neuter illorum fœminam sanctam numerauit, quin potiùs S. Lucas, ascendendo ad Deum, nullius prorsus fecit mentionē: S. verò Matthæus descendendo à Deo aliquas scelerum maculis infectas inseruit; quasi digito intendendo, vt ascendat homo ad Deū, & iuuet Paraliticum, nullam opem præstare præter matrem Dei Mariam: vt autem à Deo decidat, & misero casu in terram vsque labatur, & in peccati lecto decumbat, omnes, & faciles, & paratas esse, & bene doctas, vt Thamar, Raab, Bersabee, vt inde iam notum, liquidumque fiat sceleribus, & maculis omnibus esse aptissimas, bono verò minus aptas. Quod etiam probari potest ex Gen. 2. *Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi,* Hebr. vt ait Nicolaus, *adiutorium contra ipsum:* nam mulieris auxilium, vtpote fœmineum, & caducum, ad hoc vt quis beatorum sedes conscendat, ruinam potiùs & lapsum molitur, &, vt fert Castellana parœmia, *ayudame aqui esserua.* Tu tamen beatissima Virgo excipienda es, quæ decus, & ornamentum fœminarum cùm sis, si qua virtutis cultrix existit (inter tot, & tantas sanctitate, & nobilitate præstantes) ideo est, quia tuis vestigiis insistens similitudinem quandam tui veræ, & sanctissimæ fœminæ moribus conatur exprimere; ideo inter tot viros te vnicam fœminarum elegit, vt iacentem hominem erigeret. 22.

Matthæus vitam salutem aduentasse ingeniosè & verè probat.

Maria affulget.

Maria verò hominis auxiliatrix.

23.

Infirmum à reliquis fœminis auxilium petitur.

Matthæus itaque finem imponit, dicens: *Omnes itaque generationes,* diuidens illas in tres tesseradecades; & licèt hoc causam, & rationem expostulat, tamen, quod mirum maximè est, quod factum admonuit, dicens, *Omnes itaque generationes ab Abraham, vsque ad Dauid generationes quatuordecim. Paraque epilogais santo Euangelista,* hoc enim genus epilogi admirationem potius, quàm ædificationem parit, & satietatem: nihil enim repetitum delectat, præcipuè cùm seriem totam generationum lector facilè possit aduertere numerando. Varias rationes affert Maldonatus noster, hanc eius cæteris antefero. Medici quartumdecimum diem criticum vocant, & iudicialem, & omnium in morbis periculosissimum esse dicunt; videtur igitur Deus congruenter naturæ decimoquarto quoque sæculo populi sui statum mutare voluisse, vt vna republica quodammodo mortua, alia nasceretur melior, & clarè perspiceret, illi nec hominem deesse, nec vigilantissimum medicum diutius immorari, sed grauioris morbi dies, & horam obseruasse, vt tantis malis medelam afferret. Quod etiam significauit Matthæus, dum tres illos regēs versu octauo prætermisit, eo quòd hæredes Achab quodammodo mortui, & capite minuti erant ob crimina Achab. Quemadmodum si medicus præteriens contignationem aliquam nosodochij binos, aut ternos non inuiseret, nec arteriarum pulsus pertentaret, nec medicamentum aliquod præscriberet; hi namque aut integram valetudinem recuperarunt, aut mortui sunt. Ex sanis neminem D. Matthæus prætermisit; tres omnino reliquit, quia infelici morte peccatorum patrum suorum miserrimè obierunt: viuis enim non deest medicus; vtque id maximè eluceret, verbum illud 24.

Epilogatio illa Matthæi quid mysterij contineat.

Cura est industria diuini medici.

Instituta imperialia.

Designatur homo Deus. illud est positum, *qui vocatur Christus*, vt Hierusalem hominem suum, verúmque Seruatorem agnosceret.

25. *Verus saluator seipsum prodit.* Hinc factum est, vt in ipso Hierosolymæ ingressu aciem oculorum in Christum defigens, omni ex parte Christum,& Seruatorem inuenerit; asello enim ingredientem agnoscunt filium Dauid, vtpote qui faciem hominis mitissimi gerebat; *Osanna filio Dauid*, fatentur Regem sibi missum, *benedictus, qui venit in nomine Domini*. Postulant ab eo salutem de cælis, vtpote à Deo: *salua nos.* Quarta verò facies vituli ostendit, quando tanquam agnus portatur ad victimam, & inter lupos commoratur: nam eadem porta vrbis (vt notat P. Prado) eodem tempore agnorum turmæ ad sacrificia paschalia inferebantur, vt in idem mysterium cum Christo concurrerent, qui quatuordecima deinde luna immolabantur, & ex quadruplici facie hominis, leonis, aquilæ, & vituli verus homo noster, & Emmanuel agnosceretur adesse.

Intrat mortis iniurias,& Hierosolymam exeunte Martio post ann. 30. mens. 3.

Passus est ergo anno 18. Tiberij inchoato, h. e. anno 17. mense 7. die 12. anno mundi 4035.

26. *Clarius in passione noster homo elucet.* Sed quia Hierosolymæ insania, & obdurata sæuitia eò vsque prorupit, vt salutem execraretur, Deúmque hominem fateri nequaquam vellet sibi auxiliatorem adesse, post pretiosorum annorum coronidem, quos traduxit benefaciendo, & sanando, perpessionem instituit suam,vt sese hominem,& diuinum medicū ostenderet.Quare illud non omittendum in omnibus sacræ passionis,aut summę gloriæ mysteriis nunquam notam singularem *ecce* apponi, sed tantùm in tribunali impij Pilati. Ratio verò est eadem, qua ducuntur, qui parant antidotum theriacæ magnæ: cùm enim ex illa tot mirabiles pendeant effectus, &, si bene est dispositum, certissimi; oportet, vt simplicibus non falsis, & suppositiciis medicamentis componatur, sed naturalibus, & propriis. *Ecce homo cur publicè intento digito designatur.* Idque viginti dierum spatio in medium proferunt supra mensam simplicia, vt ante omnium ora, oculósque medicorum, pharmacopolarum, popularium obseruentur. Præsides ipsius ciuitatis, & gubernatores adsunt, quando pharmaca immiscentur,vt nullus conqueri possit,non consultum fuisse reipublicæ in communi bono.Seruator noster imaginis instar expresse dolorū omnium oculis propositus erat, communis officina omnium malorum nostrorum. *Estaua ya en casa de Pilato hecho vn retablo de duelos, y vna botica de nuestros males.* Hierusalem graui morbo laborabat, vt antea vidimus, nec aliquis reperiebatur, qui vulnera saltim vitta fasciaret, contra diuitias, & vestium ornatus sanctissimorum membrorum nuditas pugnabat: ignominiis, & contumeliis petitus, vt elatam animi cogitationem, & bacchantem liberè iactantiam frangeret, & debilitaret, sputis maculata sacrosancta facies, candor lucis æternæ; colaphis petita, percussum arundine venerandum caput, spinea corona transfossum, innocentissimum corpus tot, tantisque verberibus laceratum, & cruentatum, contra turpes vilissimæ carnis voluptates, munificæ illius manus ferreis confixæ clauis latrocinia nostra compensabant, & iustitia, & æquitas, quæ iniquitas potiùs appellanda est, populo ostendit, & inquit, *Ecce homo.* Eia ciuitas hominem habes, attolle caput, ecce theriacam omnium peccatorum antidotum, vtque pateat ea, statim immiscete latronibus, mortuis, viuis, amicis, inimicis, quibus statim salutem affert, venenum peccatorum expellit, cruce immolatur, diffluat sanguis, diffundantur merita, vtprimum ea mixtio facta est, resurgunt mortui, resipiscunt Gentiles, latro beatitudine donatur. Et quod maius quidem est, in discessu ad cælestia discipulis præcipit, *Euntes docete omnes gentes*; nec enim à vobis omnino absens ero, quia *ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.*

Fiunt Apostoli sacerdotes.

Christi resurrectio.

Remissio peccatorum, dotes Ecclesiæ,eodem anno, quo suprà.

27. *Prouidentia post Christi ascensum in cælum.* Forsitan paralyticus cogitasset absente Dei filio operępretium esse longo temporum decursu salutem expectare, & ecce in Apocalypsi filius hominis exit, vt ostendat, teste Epiphanio *lib. 2. cap. 15.* totum illum dirigi ad spirituale Dei negotium, id est, ad Christi Ecclesiam fouendam, prouidendam ab illo, *qui verè est mirabilis in sanctis suis*, sicque prodiit, vt viuis illum coloribus D. Ioannes graphicè depingit omnibus signis, & salutis insignibus, & veri medici animarum. Vestibus sacerdotis ornatus, vt sanctum Numen colere, & venerari doceret: aurea cinctus zona, vt proximi charitatem in pectoribus nostris accenderet, Solis instar facie splendente, vt lucem illi, & fidem afferret; vibrante ore gladium, vt illum efficaci, & æterno verbo Dei contra fluxarum rerum studia informaret; vtque multa paucis perstringam,manibus ita validis, vt semimortuus Ioannes prouolutus ad pedes impositione manus à mortis limine ad vitam reuocetur, vt se præberet miraculorum, & salutis auctorem: hoc enim mirifica illa manuum impositio denotat ex Christi verbis Marci vltimo: *Super ægros manus imponent, & bene habebunt.* Hominem habes, qui dextram porrigat, & idem ipsi, qui in veteri Testamento,& longè præstantius, & melius, non raptim, sed summa tranquillitate, & supra sedem sedens, quod denotant omnes, qui adstant, & quæ circumstant animalia, quæ Redemptoris insignia iterum circumferunt, & hominis forma aquilinis alis, tauri vngulis, & leonum iubis verum Deum, & hominem nobis adesse significant.

Apoc. 1. 3.

Apocalypsis, seu reuelatio contigit Ioanni, cùm exularet in Pathmos sub imperatore Traiano.

Anno mundi 3859. Demetrius iunior, pronepos Antiochi, rex Seleucidarum, anno Græcorum 167. ex *1. Mach. 11. v. 19.* fugatur, mox occiso Alexandro.

Anno 3861. Diodorus Tryphon inuadit Syriam: sed anno 3862. Simon succedit fratri Ionathæ *1. Mach. 12. v. 20. & cap. 13. v. 1.* præest anno 7. Vide Iosephum *lib. 13. cap. 13.* succedit Simon anno Græcorum 1701. *1. Machab. cap. 13.*

Hoc ipso Græcorum anno 170. sublatum est iugum gentium ab Israël, cœpitque populus in contradictionibus apponere nomen Simonis. *1. Mach. 13. v. 41. 42.* Sequenti anno Iudas mundat arcem, *v. 51.*

Denique anno 172. firmatur amicitia cum Romanis. *1. Mach. 14 v. 26.*

28. *Septem conscientiis subuenit infirmis.* Verùm quia in hac vita, & in Ecclesia vt in nosodochiis multiplex infirmorum varietas conspicitur, in primo, & secundo capite ipse Christus Dominus non aliam sustinens personam septem conciones habet, vt variis conscientiæ morbis omnibus hominibus medicinam afferat salutarem.

29. Inter hos infirmos Populus Hebræus semel, & iterum graui morbo laborat octo

supra triginta annorum interuallo, vt conualescat, perseueranter insudatur, afferuntur varia labra, & medicamentorum thecæ, rogatur infirmus, si velit integram salutem recuperare, & his, qui post trigesimum & octauum annum sæuientis morbi recusant durissimos lapides obstinationis, & excæcatæ pertinaciæ saxa cælum in eorum capita mittit, funditùs ciuitatem euertit, diruit maceriam vineæ, ac per totum orbem dispergit.

Ægrotantis Iudaici populi salus procuratur.

30. In altiori lecto, in Romana, inquam, vrbe phreneticus decumbebat, cuius insanum, & delirum caput æstuans superbia inuaserat, contra hanc libere bacchantem insolentiam, & inflatam superbiam Petrum, & Paulum mittit, qui gladio insaniam, animi demissione superbiam, veritate, & fide eloquentiæ impetum frangentes, de imperio Romano gloriosissime triumphant, & piscator in summæ maiestatis cathedra considet, vt ad extremum vsque diem vicariam in terris Christi fidem exercens, toti terrarum orbi dominetur.

Roma lethali morbo succurrit.

31. Post diuturni temporis salutem pestis quædam latiùs serpet indies, & grassatur, ex omnium scelerum colluuione natus peccati filius, & dæmonis Antichristus, districto gladio, furore, & rabie percitus in Dei populum, vt quondam Gog, & Magog apud Ezechielem denunciatur interitus *cap.* 3. 8. & 39. Contra hunc morbum medicina, contra mortiferum venenum est iam paratum antidotum, duo, inquam, quadrati viri, virtutibus exaggerati, Enoch, & Helias, vt ipsam virtutem, & sanctitatem victricem repræsentent.

Antichristi tempore non deseritur homo.

32. Nunquam iam extinguenda febris, flammæ sempiternæ, iudicij, infernique genus hominum ad sepulchra rapiet inferorum, & cùm minus sibi ad futuram salutem arbitrentur, *tunc videbunt filium hominis venientem*; attollent caput, exacuent oculorum aciem, vt filium hominis videant. Tunc ipsius audita voce, *surgite mortui*, lectos arripient suos, lectissima virgo Catharina ferreas, & cuspidatas rotas, craticulas Laurentius, Petrus, & Andreas cruces, & omnes conscendent. Quò? ad celeberrimum cælorum templum, & nouam ciuitatem Hierusalem, vbi æterna voluptate perfundantur, & in gemmis collucentibus, & distinctis sedibus per summam iucunditaté quasi in amplexu gloriæ conquiescant, nullo peccati contrahendi metu, nulla formidine beatitudinis amittendæ, vbi Deus Opt. Max. demonstrabit, *Ego sum α, & ω, primus, & nouissimus, principium, & finis*, qui ab orbe condito cœpit nostri *hominis* fungi munere, & ad extremum vsque tempus suo muneri satisfecit, vsque ad finem, Amen; & hic finis totius sacræ paginæ, & nostri argumenti antecedens.

Extrema dies exitialis vni & fausta nouo homini.

33. Quibus iam positis, & his innitens principiis, primum, quod proposui, facillimo nogotio comprobabo, hoc verbum, scilicet, *hominem non habeo*, maximum, & iniquissimum omnium mendacium extitisse, quam fuit aliquando prolatum: nam cum maiori veritate pugnat, potiùs dixerim contra omnes summi auctoris dirigi veritates, cuius quidem summa hæc est nobis patefacere ab α, ad ω, sacris mandatum monumentis, & egregiis expressum operibus hunc hominem semper humano generi opem, auxiliumque attulisse.

CONCLVSIO.

34. Secundum probatur, his nimirum verbis, *non habeo hominem*, falsò ignominiæ, & contumeliæ notam Christo Domino insigniorem intulisse, quam numquam subierit. Nam de munere illius humeris a Patre imposito procaci lingua detractum fuit, læsa bonitas, neglecta prouidentia, & nihil aliud fuit, quàm eum cum terrenis, & miseris hominibus collocare, cùm ipse verus Deus, & homo cælo delapsus in terras, inter homines degeret. His etiam quondam ira Domini exarsit, quam Samueli indicauit, quòd insanus populus regem tantummodo hominem postulauit, cuius voluntati omnes obsecundarent, cùm Deum Regem, & Imperatorem nacti essent: *non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.* Crimen læsæ maiestatis, & ipsi laboribus constricti, vexati calamitatibus, ipsa experientia edocti confessi sunt: *addidimus vniuersis peccatis nostris malum, vt peteremus Regem.* Sicut Ioseph, qui cùm in carcerem coniectus esset, quem Deus ad summæ dignitatis fastigium euehere volebat, patronum se habere putat, & hominem in regio pocillatore: *en el copero confia, quien tiene por auctor de su felicidad a Dios*: & inquit, *memento mei.* Et annuente Deo, ita res pertractantur, vt post elapsum biennium ceperit Iosephi recordatio Pharaonis pincernam, *acabo dedos años se acordo el copero*; quousque scilicet cerneretur, illa omnia non ab hominum, sed à diuina pendere voluntate. Econtra verò eadem illa verba ore latronis in cruce prolata, *memento mei*, Christum cruci affixum ita illaquearunt, vt negotium tanti momenti breui responso exoluerit: *hodie mecum eris*, &c. *alarganse los despachos diuinos, quando atrauesamos, y interponemos fauores humanos.* Hic miser homo paralyticus longiori vexari morbo meritus fuit; quia fiduciam omnem in terreno, & puro homine figebat, & Christum alloquebatur quasi hominem tantùm, qui verus erat Deus, & fuit quasi quædam contumelia, qua Deum tardum, & rerum humanarum immemorem, & improuidum accusabat.

Grauis contumelia Christo illata in illo verbo.

35. Tertium iam expediam, nulla in re diuinam prouidentiam, & bonitatem defuisse his, qui libentes, & volentes æternis barathri cruciatibus damnantur. Quàm verò ingens malum sit, eum, qui tot à Deo acceperit beneficia, damnari, Ieremias æqua lance verborum, & sententiarum ponderauit, *c.* 25. 34. *& cadetis velut vasa*

Ingens damnationis malum.

Anno 3864. in Assyriis Tryphon, Græcorum anno 172. Demetrius Nicanor à Parthis detinetur captiuus ab Arsace rege. 1. *Mach.* 14. *v.* 1. 2. 3. 4.

Tryphon pupillum suum occidit, & obtinet parricidio principatum. misera regum conditio. Vide Gordonium.

Anno 3900. Aristobulus filius Ioan. Hyrcani, & primus rex post captiuitatem regnat anno 1. Iosephus *lib.* 13. *antiquit. c.* 18.

Iulius Cæsar nascitur anno Vrbis conditæ 653. mense Iulio (Dionis) anno orbis 3904. nempe post 4. ferè annos.

Anno 3901. Ianneus, seu Alexander frater Aristobuli regnat annis 27. in Iudæa. Ioseph. *lib* 13. *cap.* 21. Romæ latæ sunt leges.

Alexandra vidua Alexandri regnat annis nouem, Hyrcano filio seniore creato Pontifice. Ioseph. *lib.* 2. *cap.* 18.

Hyrcanus regnat in Iudæa, hæres à matre institutus. Egesippus *lib.* 2. *cap* 13. sed tribus mensibus tantùm liberè: nam ei se opponit Aristobulus frater. Iosephus *lib.* 14. De quinque verò annis, quibus contenderunt duo fratres vsque ad templum captum, vide Gordon. *qq. cap.* 16. *n.* 32.

Anno 3933. Pompeius spatio quinque dierum confecit bellum Piraticum, & Mithridaticum aggreditur.

Syria deficit omnino anno 3941. fit prouincia Pompeio. Plut. *in Pomp.* 39 *c.* 16.

Eodem circiter anno ponimus captum templum a Pompeio statim post deiectam Syriam. Vide Iosephum *lib.* 14. *cap* 3. & 16.

Deficit ergo regnum Iudæorum quo tempore Pompeius Scaurum, constituit præsidem Syriæ inferioris ab Euphrate ad Ægyptum, Hyrcano sacerdotium confirmat, Aristobulum ducit Romam Egesippus *lib.* 2. *c.* 13. Iosephus *cap* 13 *citato* Hoc anno dixit Tullius in Catilinam auctorem belli, & conspirationis contra rempublicam.

Augustinus nascitur 3963. Herodes primo anno Triumuiratus, vix dum exacto currente anno Vrbis conditæ 711. Antonius Tetrarchas creat Herodem, & Phaselum Antipatri filios. Iosephus *lib.* 14. *cap.* 2. quia verò Triumuiratus incipit 25. Nouembris, non malè huius Tetrarchiæ initium refertur in annum 3963. saltem incohatum.

Anno 3965. Herodes Ascalonita Antipatri filius Romæ creatur rex Iudæorum. Ioseph. *lib.* 14. *c.* 23. vbi tamen non bene notat consules, & Olympiadas, vt notat Gordonius noster *qq. cap.* 16. *n.* 24. *tom.* 1.

Anno 3968. Herodes anno 3. ex quo Romæ rex creatus est, obsidet Hierusalem. Iosephus *citatus*, & 5 demum mense capta est, occiso mox Antigono. Egesippus *lib.* 1. *c.* 21 sed malè ille ab hoc tempore tantùm

vasa pretiosa, Pagninus, *velut vas desiderabile: optimates gregis*: parate cilicinas vestes, quæ quondam nostræ vestes erant, quas iam textas, & allutas habebant, vt luctuosis, & miserandis casibus deseruirent: cinere conspergite caput, lacrymamini, suspiria emittite, sicut lamentatrices, pallescant ora ieiuniis, funibus colla premantur; oculis enim intuebimini luctuosius spectaculum, quàm mente concipi, aut verbis possit explicari, hominibus, sæculisque inuisum: primus enim sensum attigit D. Thomas: *Cadetis sicut vasa pretiosa*, cadetis Angelorum instar miseri homines, si hæc non sufficiunt; ita enim cadetis, vt refici sicut vasa iam cocta non poteritis. Secundò *tanquam vasa pretiosa cadetis*, sicut cùm casu in terram ruit crystallinum vas, & frangitur, vndequaque finditur, conglutinate, si potestis: frangitur phiala ex margaritæ concha pulcherrimè elaborata; quis reficiet? D. Hieronymus malorum summum intelligit, videlicet damnationem hominis tanti momenti pretij infiniti, cuius salus ipsius Dei sanguine empta fuit, & solatij quoddam genus est quasi rabidum Vatis ipsius attonito similis, & tanti mali admiratione defixi: *consuelo como rabiosa, y despechado del Propheta, turbado, y pasmado de tanto mal*. In morbum incidit primogenitus hæres cuiusdam nobilissimæ fœminæ, vocantur medici, accurrunt ad pharmaca deferenda, mox corallium, vniones, aurum purum, vnicornij antidotum, flos salutaris liquoris, Indiarum medicamenta, & inauditæ virtutis lapides Indici, manna, & quidquid dat orientalis plaga. Admonent tamen periti medici, impendere nihilominus mortem iam delicato filio, omnia iam rapi ad interitum, frustrà insumi tanti pretij pharmaca. At mater materno respondet affectu, & blando impellente furore: Parum refert, moriatur, quidquid possim pro viribus contendam, saltim hæc commiseratio non stimulabit pectus, non præcordia lacerabit pharmaca omnia, quæ solicita natura, aut ingeniosa arte excogitari possunt, non esse adhibita, *cadetis sicut vasa pretiosa*. Hoc inquit Dominus, quid iactant me in hac medicina omnia effudisse, transiisse lineas, optimè actum est: cui enim morbo, nisi huic pesti tanta medicina reseruanda erat, vt saltem inde æger ipse non leui ductus coniectura cognoscat, quis ipse sit, & quis sim ego, qui medicinam tanti pretij humano generi præscripserim: *portans omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens*. portans omnia verbo. Imperiosè euocauit, omnia afferto ibi, Seth, Sem, Abrahamum, Iobum, Moysem, Iosue, Dauidem, Isaiam, lectissimam Virginem, & matrem, Deum ipsum humanis indutum artubus, innocentissimum sanguinem, sudorem, egregia facinora, merita, mortem, gloriam, verba, doctrinam, Sacramenta, ac denique omnia, *portans omnia*, tantùm vt vna fiat potio homini salutem restitutura: *no muere de mal curado. Cadetis sicut vasa pretiosa*.

Miserabilior Christiani damnatio. Simile.

Simile.

Epilogus discursus.

36. Ex Sinarum regno asportatur murrhinum poculum; *porcellana de la China*, conflatum ex purgato, & secreto luto, & tot annorum spatio sepultum, ex igne prodiit, etsi fragile, pulcherrimum, purum tranauit Oceanum, pertulit iratos fluctus, naufragia, exiuit è mari, terrarum tractus, ambagésque viarum subiuit, tandem illud seruo committitur, vt in abaco collocet, & socordi, & oscitanti è manibus casu labitur, frangitur; & in minutissimas partes diuiditur: *cadetis*, hic erit tuus casus. *O breui periture homo* tantorum sumptuum, quos diuinæ bonitatis munificentia profudit; tuæ verò ruinæ tu solus, tu solus insipiens? improuidus? imparatus? *cadetis tanquam vasa pretiosa*, sicut infiniti pretij aurea supellex: quando enim clauem aliquam, aut annulum amisistis parui momenti, si non citò inuenitur, omnino relinquitis, parum curatis, verùm si adamantem, si monile, si aureum stemma, quod è manibus elapsum est, illuc omnes curæ, cogitationésque conferuntur. Barbari, & infideles, qui luce carent veritatis, qui hæc nec auribus acceperunt, nec intellexerunt, quæ tu percepisti, hi sunt vilissima supellex, horum causa aliqua molitur Deus, aliquando illis auxiliatur, non denegat opem sufficientem, aliquando minatur, & suppliciis afficit, vt deterriti bona sectentur, non erat aureus annulus hic, sed ex aurichalco conflatus. Verùm quando Christianus in graue aliquod peccatum incidit, in lectum alicuius occasionis diu iam decumbit, in illo omnes curæ, diligentiæque collocantur, edicta, excommunicationes publicantur, Euangelia illi dantur, qui gemmam inuenerit, euertit vniuersam Ecclesiam, pulsantur campanæ pro concione, diuina præconia dantur: signum manifestum est hoc tuæ dignitatis, & præstantiæ tui pretij, ô homo. Quòd si acerbissimis inferorum cruciatibus mactemini, *cadetis sicut vasa pretiosa: no le hecheis à Dios la culpa*.

Simile.

Simile.

37. Vis ergo sanus fieri longa ægritudine contabescens homo? Vide quàm facilem ad conualescendum diligentiam adhibeas, *Facite vobis cor nouum*, (inquit Deus per Ezechielem) *& spiritum nouum*, in vestra voluntate positum est, *facite vobis*, simúlque mea gratia iuuabit, *& spiritum nouum tribuam in visceribus eorum: ellos, y yo haremos esta obra*; spiritum nouum facite vobis, contendite totis viribus, inflammato studio (vt exponit Origenes) quia ego non mortem cupio, sed pœnitentiam; aliter enim ad quid mihi tot leges, tot pœnæ, tot merita, tanta gloria? Quòd si ego, qui supremus Iudex sum, in vestram partem inclino, & damnatis sententiam recusò, si ego ipse, qui actor sum, salutem venalem facio, immò gratis offero, *& quare moriemini domus Israel*, cùm pro actore habeatis aduocatum, & pro iudice patronum, & medicum, qui vos integros, incolumésque reddere potest?

Cap. 18. 31.
Peroratio.

34. annos dat Herodi, vt idem notat Gordonius.

Anno 3974. Herodes post Actiacam victoriam, deserens Antonium sequitur Augustum, qui tunc illi regnum concessit.

Anno 3974. à victoria Actiaca quasi incipit Monarchia Augusti, & Herodes ab illo rex Iudæorum fit, & ab hoc anno numerantur illi 37. anni, quibus regnasse dicitur Herodes.

Herodes 2. anno, mũdi 3975. hoc septimo à captis Hierosolymitanis anno, post dolum Herodis, submerso Aristobulo Pontifice, fratre Marianæ, substituitur Ananelus. Ioseph. *lib. 15. antiquit. c. 3.* Augustus peracto trium dierum triumpho Ianum claudit, quod nunc tertiò contigit.

Anno 3983. & Herodis 10. ipse Herodes incohat templi non tã constructionem, quam reparationem. Ioseph. *lib. 15. c. 14.* notat hoc accidisse anno 18. Herodis, sed numerat ille à creatione Romana facta anno 3965.

Anno 3991. anno 8. ex quo Herodes restaurationem templi Zorobabelis incohauit, eandem iam perfecit.

Anno 4000. & Herodis 25. Cyrinus mittitur præses in Syriam, *Luc. 2.* concipitur Ioannes Baptista sub finem Septembris.

Anno 4001. 28. Herodis Annunciatio Mariæ, mense Martio.

Anno 4002. cùm Angelus Gabriel mense Martio eiusdem anni 4001. annunciasset Mariæ incarnationem Messiæ, *Luc. 1.* Maria visitat cognatam Elizabeth, & mox nato Baptista, demum felici partu editus est Redemptor, & verus homo noster Deus.

Digitized by Google

poteſt? forſitan moriemini; quia hominem non habetis? Ecce homo ipſe Deus; moriemini, quia cum morte ipſa fœdus pepigiſtis? adeſt vobis vita, vera vita. ***Et quare moriemini*** ? forſitan animam efflabitis; quia in lecto iacetis, legis illius vix ferendæ, grauis vires frangetis, neque iuuantis gratia? ecce ego ſalutarem vobis legem præſcribo, legem ſpiritus, ***quam tribuam in viſceribus eorum***, vt etiam grabatum ſani, & expediti tollere poſſitis. ***Et quare moriemini*** ? vitámne cum morte commutabitis; quia eſt moribus antiquus? nónne antiquior ego ſum, qui vos morte ipſa liberabo, & vitam donaui. ***Et quare moriemini*** ? num quia in ſqualore, & peccatorum ſordibus patrum, & maiorum veſtrorum deliteſcitis? nónne maioris eſt pretij Chriſtus Adamo? ***Et quare moriemini*** ? num quia in piſcina tantùm vnus homo lauatur? at ſacro lauacro baptiſmatis, at pœnitentia, at lacrymis expiantur omnes, ſanantur omnes, & in noſodochio meæ miſericordiæ omnes recuperant valetudinem. ***Et quare moriemini*** ? illud vnum profectò eſt, quod vos accuſat, lacerat, & cruentat, & morti adiudicat, ***quòd ſanari non vultis.*** Eia hunc errorem deponite, ad mortem vſque vos orabo, & obſecrabo, & vſque ad poſtremum halitum opportunum tempus ſalutis liberum relinquam, & ad ſummam lecti partem adſtabo, dicens, ***& quare moriemini*** ? cur morietur, qui ad viuendum æternò natus eſt? quare morietur, qui in morbo talem, ac tantum medicum nactus fuit? cur ſuppliciis eſt mactandus æternis is, qui piiſſimum, & clementiſſimum Patrem in cauſa iudicem habuit? quis tali iudice damnandus eſt? quî moriturus eſt? quomodo? qua intrabit? per quæ irruet, & irrumpet hæc mors? nullatenus vobis moriendum, nullatenus pereundum: prior ego vitam, ſanguinémque profundam, priùs emittam ſpiritum, dicens, & rogans, ***Quare moriemini domus Iſraël? Iſraël*** chariſſimi Dei filij ***videntes Deum***, qui iucundiſſimo Dei conſpectu fruimini, domus Iſraël, Eccleſia Chriſti, domus Iſraël vicina Deo, proxima Deo, nequaquam morietur, quam modò gratia inuitat, & dantur pignora æternæ gloriæ.

CREATIO.

Digitized by Google

CREATIO.

HOMINIS SECVNDVM DEVM creatio, siue agricolatio: eius dignitas, & gratia.

INSTITVTIO PRIMA.

1. INTEREA dum eximium creationis opus molitur Deus, operæpretium est, ô dilectissime (inquit Ambrosius [a]) vt quàm diligenter attendas primæ tuæ conditionis excellentiam, & venerandam in teipso sanctæ Trinitatis agnoscas imaginem, honorémque similitudinis diuinæ, ad quem creatus es, nobilitate morum, exercitio virtutum, dignitate meritorum habere contendas. Sed quia hæc omnia eleganter vno verbo D. Paulus comprehendit, ab ipso excipe, quantus sis, à quo conditus, & in quem finem: *quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula, amen.* Nam licèt hæc tria conueniant Deo, id est, tribus personis sanctæ Trinitatis: tamen ex sententia Augustini [b] *ex ipso* Patrem effectorem designat: *per ipsum* appropriatur Filio, vt *per* significet originem à Patre: *in ipso* appropriatur Spiritui sancto bonitatis fonti, amoris, vnionis, & perfectionis auctori: & cùm dicitur *ipsi gloria*, vnitas essentiæ denotatur, vt sensit Athanasius cum aliis. Ego verò cum D. Basilio [c] existimo humanæ dignitatis fontes, & origines cõperisse; ex quibus quantus sit homo facilè innotescat: est enim opus magnificum ab auctore, & molitore Deo; *quoniam ex ipso:* est præclarum, & mirabile ab innouatore, & restauratore Filio Dei; *& per ipsum:* est quidem sanctum, & diuinum à sanctificatore, & conseruatore Spiritu; *& in ipso: omnis* autem vocat ipsum hominem, ait Gregorius [d]; sicut etiam *omnis creatura* nuncupatur: *ipsi gloria*; quia ad laudem sui auctoris decantandam, & consequendam creatus est.

a Lib. de dignitate humanæ conditionis cap. 3. tom. 4.
Rom. 11. 35.
Thesis institutionis.
b 1. de Trinit. cap. 6.
c Lib. de Spiritu sancto cap. 5. & 26.
d Hom. in Euangel.

2. *Quoniam ex ipso.* Nequit exprimere humana lingua quanta à primo conditore, optimóque Parente HOMO VETVS acceperit: eorum autem illa veluti summa est; *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram; nam ad cætera, quæ creabat* (inquit Ambrosius [e]) *dixit: Et facta sunt; vt Homo fiat, specialis quidam Dei accedit hortatus: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram; vt tamquam laborantis Dei in huius munere creaturæ significetur operatio. Deus quidem expers laboris est: sed tamen Scripturæ verba quid aliud nisi studiosam tui ob gratiam operationem eius ostendunt?* Hoc ipsum expendit Basilius [f]. Sed Tertullianus [g] ita repræsentat, vt hoc ipsum opus oculi videre, & aures audire videantur: *Recogita totum illi Deum occupatum, ac deditum manu, sensu, opere, consilio, sapientia, prouidentiâ, & ipsa in primis affectione, quæ lineamenta ductabat limus ille iam tunc imaginem induens Christi futuri in carne, non tantùm Dei opus erat, sed & pignus.* Porrò inquit Bernardus [h]: *Quid homini primo deerat, quem misericordia custodiebat, docebat veritas, regebat iustitia, pax fouebat.* Qualiter autem renouata sit *facies terræ* (inquit Athanasius [i]) contemplemur; neque enim tantùm mundi facies, sed etiam & Dei similitudo, & imago nomine faciei intelligitur in cæteris: siquidem Dei operibus velut in vestigiis, & remotis signis Deus cognoscitur; in homine verò veluti in facie, & imagine: est namque incorporea anima, & indiuidua, sicut Deus, vt ait Augustinus: est æterna, & immortalis, vt placuit Origeni. Est trinâ potentia prædita, vt obseruat Damascenus. Est libero donata arbitrio, quod commendat Ambrosius. Est capax sapientiæ, virtutis, gratiæ, beatitudinis, visionis Dei; omnisque boni, vt decantat Nissenus. Est cunctorum animantium princeps, ac domina, vt Basilius statuit. Est omnium rerum quasi summa, & in eo sicut in Deo eminenter continentur, vt obseruauit Aristoteles.

Creatio primaplina dignitatis.
Gen. 1. 26.
e Serm. 10. in Psalm. 118.
f Hom. 10. de hominis conditione.
g Lib. de resurrectione carnis.
h Serm. 1. de annunciatione.
i In illud Psalm. *renouabis faciem.*

Mitto eius quasi omnipotentiam ad efformanda mente, & arte omnia. Mitto animæ in corpore præsentiam, sicut diuinam in orbe. Mitto Verbi diuini generationem in mente expressam, & amoris ardorem, quem in se excitat diuino persimilem; vnus loquatur Rupertus [a], qui ex modo reformandi imaginem nostram spirantem, esse imaginem Trinitatis elicit. *Igitur ab his incipit homo nouus, à quibus primò excidit, tribus videlicet, fide, spe, & charitate. Primò namque charitas exigebatur ab illo, qui tantis erat affectus beneficiis, sed pro tantis beneficiis nullum rependit officium charitatis, nullam vocem gratiarum actionis; deinde spes ab illo exigebatur in illa positione præcepti: Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas. Sperare debebat maiora, si obtemperaret, qui gratis tanta acceperat. Fides ab illo exigebatur, dicendo: In quacunque die comederis ex eo, morte morieris: at ille dicto huic fidem non adhibuit, immo serpenti magis credidit. Itaque vetus ille Adam à charitate, fide, & spe excidens se, & posteritatem suam defraudauit, & longè fecit à similitudine sanctæ Trinitatis, & è contra nouus Adam reciprocis gradibus per fidem, spem, & charitatem nos reformauit ad eamdem similitudinem Dei.*

a De glorificatione Trinitatis lib. 7. per multa capita.

Creatio secunda.

3\. Vnde tria nobis inferre licet, ideo Deo maximè placere nouos per frugem instauratos homines, quia sibi sunt quàm simillimi. *Tria autem sunt, per quæ similes producuntur, fides, spes, charitas*, inquit Rupertus, & his tribus operibus tres libri Salomonis respondent, Prouerbia fidem, Ecclesiastes spem, & timorem, Cantica charitatem accendunt. Nos etiam reciproca charitate eum, qui nos genuit, & patrem, & auctorem reuereri, & redamare debemus, ex consilio D. Iacobi; *voluntariè enim genuit nos verbo veritatis*: nam genuit nos, cùm nos creauit, regenerauit, cùm redemit, & tertiò etiam spirituali generatione, & innouatione verbo veritatis reformauit. Certè funiculus iste triplex est, quo ego constringor, vt optimè ponderauit Bernardus [b]. *In prima*, inquit, *generatione me mihi dedit: in secunda se, & vbi se dedit, me mihi reddidit; datus ergo, & redditus me pro me debeo, & bis debeo.* Similia sunt Eusebij verba [c]: *Magnum quidem mihi est de Deo quod esse me sentio opere suum; sed multo plus quòd transiisse ipsum video in pretium meum, quandoquidem tam pretioso munere ipsa redemptio agitur, vt homo Deum valere videatur.* Verumenimuero quòd Scriptura creationem vocat, generationem vocat Iacobus; vult enim à te extorquere, inquit Chrysostomus [d], filialem timorem, & amorem erga tantum Parentem, *non ita gaudet vocari Dominus, vt Pater, neque sic amat habere seruum, vt filium: magis enim hoc, quàm illud quærit.* Ideo etiam Bernardus [e] affectum amoris vt excitet, & creationis memores facit, & redemptionis. *Deum*, inquit, *cogita factorem tuum, cogita benefactorem, cogita Patrem, cogita Dominum, ad omnia reus plange, per singula ad primum, & vltimum respondeat timor tuus, ad duo media pudor. Pater sanè non metuitur, cùm Pater sit: Patris enim est misereri semper, & parcere, & percutit virga, non baculo percutit, & cùm percusserit, sanat.* Paterna vox est, *percutiam, & ego sanabo.* Expende insuper verbum illud, *genuit vos*, in quo amorem suum quasi ad naturam, & necessitatem reuocat, quasi non liberè dona sua reddiderit, sed necessariò, quemadmodum naturaliter, & necessariò generat Filium, seu producit Verbum, & ipsum etiam opus, & nomen *generationis* necessitatem affert: est enim opus naturæ, & non pertinet ad voluntatem, vt significet tam ardenti charitate in nos ferri, vt quantumuis libera sit, ipsi tamen Deo videatur innata, debita, & necessaria.

b Lib. de diligendo Deum.
c Hom. 6. in Pascha.
d Hom. 10. in epist. ad Rom.
e Serm. 16. in Cantic.

4\. *Dexadme, que no puedo dexar de amar esta creatura, que es hijo, y imagen, y hechura mia.* Ex quo verbo *generandi* refutat etiam eleganter Anastasius Sinaita [f], eos, qui asserebant Verbum nolens, & inuitum suscepisse incarnationem, id enim quod fit, inquit, non habet fortasse conuenientiam cum effectu, ad quem traducitur. Non sic autem se habet generatio: nam quæ generantur, collætantur cum generatione, alterúmque est alteri gratum, simúlque exultant, & petunt perfectionem; quomodo etiam videmus fœtus exilientes in maternis vteris, &c. *Genuit* ergo nos voluntariè, id est, nimium volens verbo veraci. Quid si ad naturalem spem adderes tu virtutum colores, & interna lineamenta Patri tuo, qui spiritus est, conformasses? *Nam si hominibus lætum est* (inquit Cyprianus [g]) *& gloriosum filios habere consimiles, & tunc magis generasse delectat, si ad patrem lineamentis paribus soboles successiua respondeat; quanto maior in Deo Patre lætitia est, cùm quis sic spiritualiter nascitur, vt in actibus eius, & laudibus diuina generositas prædicetur? Porrò quod maius homini potest esse dedecus* (inquit Ambros. [h]) *aut infelicior miseria, quàm vt hac similitudinis gloria sui conditoris amissa ad informem, & irrationabilem brutorum delabatur similitudinem?* Quod dolens Bernardus [i] ait: *Comparatus est iumentis homo: ecce quomodo de grege facta*

Amor Dei erga nos.

f Tom. 1. Bibliothecæ lib. 5. exaëmeron.
g De zelo, & liuore.
h Lib. de dignitate humanæ conditionis c. 3.
i Ser. 35. in Cantic.

facta est egregia creatura, puto, dicerent iumenta, si fas esset; Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis. Tertiò denique, vt optimè notauit Origenes [a], non naturali imagine contenti similitudinem addere debemus, qua omnino Deo nostro similes reddamur. *Ad imaginem* (inquit) *Dei fecit eum, & de similitudine nihil omnino dixit, nihil aliud indicans, quàm quòd imaginis dignitatem in prima conditione perceperit: similitudinis verò perfectio in consummatione seruata sit, vt scilicet ipse homo studeret, & diuina gratia adiuuante procuraret similitudinem Dei ex Dei imitatione, eiúsque dilectione comparare, & conseruare.* Optimè autem hæc omnia vno verbo admonet Paulus, *ex ipso* dicens, quasi hoc verbo nos spiritus sumere, alta rimari, & diuina meditari iubeat. Nam sicut D. Augustinus [b] refert, Varro asserebat vtile esse ciuitatibus, vt se viri fortes, etiamsi falsum sit, ex Diis genitos esse credant. Eodem modo animus humanus veluti diuina se stirpe genitum sentiens res magnas aggrediatur, audaciùs, & vehementiùs ad potiora, & sublimiora se extendat, quod in Magno Alexandro notauit Plutarchus [c]; *Quoties* (inquit) *Magnus Alexander Diis genitum se putauit, toties in Barbaros multò ferociùs, & insolentiùs pugnauit: refert enim filius patrem, cuius imago est, proinde vt talis sese debet gerere.* Disce igitur quantus sis, *ex ipso omnia.*

Similitudo cum Deo.

a Lib. 3. Periarchon. c. 6. Vide Nissen. lib. de hominis opificio. in verba Gen. *Faciamus hominem.*

b Lib. 3. de ciuitate Dei. c. 4.

c In vita Alexandri.

Et per ipsum. Quàm constans sibiipsi est Paulus, hæc eadem ad Ephes. scribit, vt 5.
notauit D. Anastasius Sinaita [d]: *Omnia* (inquit) *per ipsum, & in ipso sunt facta, siue quæ in cælis, siue quæ in terra,* &c. Et [e], *In Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura: en sus ojos no son de estima ni las obras de la Gentilidad, ni las del Iudaismo, sino la nueua creatura.* Et quæ sit ista tam felix, Deóque grata creatura, declarant sacri Doctores [f] animas esse denuò per gratiam regeneratas: vt idem Paulus dixerat, *neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur,* fides enim viuens per bona opera noua est creatura, vt notauit Thomas [g]; fides enim cum charitate hominem fidelem, & bene operantem constituit. Maximè autem, & aptissimè, inquit Thomas, anima sic ad Deum conuersa, & regenerata creatura nuncupatur: quoniam, vt ex D. Iacobo dicebamus, *voluntariè genuit nos, vt simus initium aliquod* (& primitiæ) *creaturæ eius:* nam ideo oblectatur Deus animæ regeneratione; quia per hoc suam efficit, & nouam: nam quando alterius est, & non sua, terrena est, & turpis. Insuper etiam, vt idem D. Thomas notauit; quia creatura est illa, quæ ex nihilo fit, & cùm peccatum, à quo anima educitur, cùm iustificatur, nihil sit, ideo nouo isto fœtu suæ omnipotentiæ delectatur: tunc maximè, cùm videt hominem vetusta pelle, abiecta peccati per lauacrum regenerationis, & renouationis ad primum decorem, & splendorem rediisse, vt ipse Paulus [h]: *Si qua ergo in Christo noua creatura vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. O no ha de hauer creatura nueua para Dios, o, por el mismo caso lo passado ha de ser passado.* Aboleri debent veteres mores, & in diluuio Baptismi immergi; quare in vobis, qui de renouatione agitis eo ipso, gratia per vnum ostium ad vos venit, per aliud expelli debet peccatum. *Noua creatura*, sicut vas aureum pretiosum recens conflatum; quia in quantum in animo perseuerat gratia, etiamsi æternùm duret, semper recens, & noua est: non enim sicut vas de manu aurificis exit, sed in manu opificis Dei manet, vt Sap. *Iustorum animæ in manu Dei sunt; siempre estan flamantes, y nueuas en manos de su autor:* maximè autem cùm ipse artifex Deus semper noua in illis operetur, & perficiat: vt, *Qui iustus est, iustificetur adhuc: el iusto cada dia và ganando tierra, al fin como quien esta en manos de Dios, que no saben estar quedas como hechas al torno.*

Noua creatura.

Cap. 1.

d Tom. 1. lib. 1. exaëmeron, in præfatione.

e Gal. 6. 15.

f Chrysost. super ad Galat. 6. Hieron. super Iob 29. & super Ezechi. 15. Ambros. super Ephes. 4. & ad Galat. 6. Ansel. ibidē, & Theodor. Orig. hom. 12. super Rom. 7. August. super ad Galat. 6. Greg. Mor. 19. cap. 27. S. Thom. Galat. 6.

g Suprà art. 5. n. 17. in illa verba, *Si qua igitur in Christo noua creatura.*

h 2. Cor. 5. 17.

Cap. 1. 1.

Apoc. 22. 11.

Hanc ergo nouam creaturam gratis oculis, inquit Paulus, Christus semper aspe- 6.
xit, reiectis antiquis, & superstitiosis Iudaismi, & Gentilismi operibus. Nam cùm ipse Christus fuit semper, & est *nouus homo*, in omnibus quidem (vt ait Hieronymus [i]) videlicet in sua conceptione nouus, in sua natiuitate, infantia, doctrina, vita, virtutibus, morte denique, & passione, & non solùm nouus, sed nouissimus, vt considerauit Thomas [k], & Isaias *nouissimum virorum* appellauit: *el mas nueuo de los hombres, que merecieron este nombre de hombres.* Et Ioan. *Ego sum primus, & nouissimus.* Cùm igitur nouitate oblectetur, & nouus sit, & nouissimus, nouis etiam creaturis delectatur, quales sunt iustæ animæ in gratia regeneratæ; sicut grandæui quidam, & docti senes, qui antiquas litteras imbiberunt, non acquiescunt, nisi perantiquis opinionibus, & pænè oblitteratis: sic nouis noua placent. Maximè autem hoc nomine noui hominis voluit insigniri, quia, vt ait Paulus, *factus est primus homo Adam in animam viuentem; nouissimus verò Adam in spiritum viuificantem: preciase de esso,*

i Ad Ephes. 4. 32.

k Ibidem.

Apoc. 1.

1. Cor. 15.

porque es officio suyo. Nam primo Adamo satis fuit vita fungi, quam acceperat; Christus autem non vita solùm, sed viuificandi munere functus est, & non qualemcumque spiritum impertiendi, sed supra naturam, & diuinum, vt ait Ambrosius [a], & alij, & hoc significat verbum illud *per ipsum:* quasi dicat Paulus, ab ipso, & per ipsum nouus instaurandus est homo, qui artem, & modum habet, & ex nihilo creandi, & destruendi mundum, & iterum renouandi: *tomò officio, y le sabe hazer tanbien, que aunque destruya el orbe, le sabe renouar.*

a In 1. Cor. 15. Theodoret. ibidem. Aug. Psalm. 146. & lib. 13. de ciuitate Dei cap. 23.

Cur non fecit Deus hominem qui delinquere non posset.

7\. Ex his liquidum manet, non solùm Deo gratiosum esse nouum hominem, & innouandi, & instaurandi munere fungi Christum; sed quid etiam respondendum sit ad communem illam interrogationem Doctorum: *Cur is, qui summè potens, & summè bonus est, nequaquam voluit hominem facere, qui perire non posset?* quæ sunt verba Gregorij [b]: cùm enim posset, videtur etiam debuisse, cùm summa sit bonitas, vt non ita pateret ingressus mali ad tam pulchram, & pretiosam creaturam per ostium liberi arbitrij. Quare ergo liberum creauit? Eadem interrogatio, inquit Rupertus [c], fieri potest de lapsu Angeli: *Ad quid illum talem posuit in monte sancto Dei, & vt quid illi tanta contulit, cùm sciret Spiritus sanctus ipsum rebellem futurum? Cur idem Dominus hominem in paradiso posuit? sciebat Deus vtique, quem exitum res essent habituræ: sed nisi Angelum in cælo, & hominem tentasset in paradiso, vt nota fierent sæculis superuenturis, vel quæ in corde erant hominis nos iudicia eius laudare nesciremus, multúmque deesset nobis de cognitione Dei, cuius cognitio vita æterna est. Hoc, quod diximus, per aliquod simile meliùs intelligitur. Cùm Dominus Moysem mitteret ad Pharaonem, dicens: Clamor filiorum Israël venit ad me; veni, mittam te ad Pharaonem, &c. Hæc quoque dixit, sed ego scio, quòd non dimittet vos rex Ægypti, vt eatis, nisi per manum validam. Attamen ipsam manum validam non statim exercuit, non statim primogenita Ægypti percussit, sed priùs sermonibus blandis, deinde lenioribus plagis tentauit, donec scirent, qui viderunt eum, sciremus nos quoque qui legimus glorificationem Domini in curribus Pharaonis, & exercitus eius; quia iustus est Dominus.* Sic igitur Angelum, & hominem priùs tentauit, vt quod ille sciebat, nos etiam cognosceremus: latebat enim Deitas, cùm tantùm bonitatem, & potentiam in creando ostenderat, nisi etiam iustitiam, & misericordiam in reparando manifestaret; *no manifestaran el officio de repardor, sino huuiera, que raparar.* Et per hoc etiam fit satis quæstioni de libero arbitrio. Rogat enim Augustinus [d]: Estne, cur queramur de creatore, an cur laudare, eo quòd nos libertatem arbitrij concesserit. Sed maluit suæ bonitati satisfacere, qua nobis bona conferret, & arbitrium, in quo omnibus visibilibus excellentiores fecit, quàm præscientiæ, & cognitioni nostræ ingratitudinis, quæ illum ad non benefaciendum inclinabat. Donauit ergo libertate, vt & non peccare meritum esset, & ad non peccandum gratiæ conferretur auxilium; & Deus insuper integrum suum munus, & renouandi artem manifestaret: nam etiamsi delinquamus, possumus per pœnitentiam iterum reformari, & Deum gloriosum efficere: *hæc enim* (inquit Augustinus) *medietatem quandam demonstrat, quæ pœnitendi humilitate altitudinem suam recipit: consolemos nos, dize, conque sabe renouar nuestro auctor.* Quod adumbrasse, & subodoratus perditus ille, prodigúsque iuuenis videtur; ait enim ad Patrem: *Pater non sum dignus vocari filius tuus.* Quare voeas patrem, si tu non es filius? O, inquit, ipse semper est pater, licèt ego non sim filius; in me enim hæ mutationes contingunt: in Deo autem non est vicissitudo, & mutatio, & quoties ego velim, semper ipsum Patrem reperiam, vt in gratiam me possit reuocare. Explicat hoc similitudo frequens præstantissimi medici, qui cùm concitare animos, & existimationem comparare velit, arboris, vel plantæ virtutem manifestare non vult, vt vrgente morbo eius peritia diuulgetur, & spem salutis afferat ægris singularem; *ita Deus* (inquit Anastasius Nissenus [e] Episcopus) *hominem neque planè fecit mortalem, neque immortalem, sed in confinio vtriusque naturæ posuit: conditus enim est mortalis, vt proficiendo posset fieri immortalis* (*hoc est, potestate immortalis*) *& quoniam ei non conferebat, vt ante sui perfectionem suam cognosceret naturam, prohibuit, ne gustaret lignum cognitionis: no quisò manifestar el arbol, por dar lugar al renouacion, y perfecion meritoria, y conociesse, que tenia reformador;* & Christus existimationem renouatoris colligeret: omnia enim *per ipsum* erant instauranda. Ideo acutè Serapion contra Manichæos [f], qui Deum negabant auctorem esse corporis, nec vllam esse reformationem, nec corporum, nec animorum, acutè redarguit verbis Pauli: *Certè Paulus laudem vitæ nouæ putauit esse, quod ex tanta peruersitate egressus ad tantum culmen virtutis reuersus est, & clamat: Propter hoc Christus venit*

Arbitrium liberum.

b Iob 9. cap. 25. lib. 9. *Dies mei transierunt sicut aquila volans.*
c De glorificatione Trinit. lib. 3. c. 10.
Gen. 2.
d Serm. 7. de verbis Domini cap. 1. & 3.
e Epist. Biblioth. anti. tom. 1. quæst. 24. in Scripturam ex Nemesio Episcopo.
f Tom. 2. biblioth. lib. vnico. §. nescio an Apostolum.

Digitized by Google

venit in mundum, vt peccatores saluos faceret, quorum primus ego sum: en mi ha hecho ya la prueua el Diuino medico, el es el renouador.

a Lib. 10. Enchirid. *Per ipsum.* Sed vt iam scias quantus sis effectus per Christum (inquit Augustinus [a]) *& quòd Deus, cùm summè bonus sit, vllo modo fineret mali esse aliquid in operibus suis, nisi vsque adeò esset omnipotens, & bonus, & benefaceret etiam de malo.* Vide restau- 8.

Dignitas hominum.

Psalm. 11. 9. ratoris opera, vide noui hominis dignitas quò progressa est, audi Dauidem, *secundùm altitudinem tuam multiplicasti filios hominum*, opus hoc nostri remedij sicut alia opera, quæ à dextra sunt, communia sunt Trinitati, & à tota Deitate procedunt. Quare igitur non dixit exaltasse filios hominum secundùm misericordiam, bonitatem, aut sapientiam, cur altitudinem designauit? Ideo nempe, quia excellentiam, & sublimitatem iustorum per gratiam voluit commendare: nam habitus aliarum virtutum adumbrant quidem diuina attributa, & quædam eorum sunt participationes, charitas, patientia, fortitudo, iustitia, & per ipsas anima Deum attingit, & quasi à fenestris prospectat: at participatio per gratiam propiùs accedit ad diuinam essentiam, & altitudinem diuinam, & ita quidem coniungit Deo animam, vt vniat eam Deo, deificet, & filios Dei constituat. Ait igitur, *secundùm altitudinem tuam multiplicasti*; hæc erit vera communicatio, vera sublimitas, cùm Deus secundùm altitudinem suam hominē eleuauerit. Et quænam altitudo est ista? Certè in Hebręo deest *tuam*, & כ, nota est comparationis; sed si est comparatio, vbi est positiuum, cui comparetur? Nullum est, sed manet sic suspensum verbum *secundùm altitudinem*, vt qualemcumque excogitare velis, hanc de ipso prædices. *Multiplicasti, fecisti*, quod magnum est, *eleuasti*, quod regium est, *suscepisti*, quod maternum est, *educasti*, aiunt Septuaginta, quod suaue est; *erexisti*, quod liberale est; *saluasti*, quod diuinum est. Hieronymus ex Græco, *multa cura curasti, & solicitudine dignum habuisti.* Chrysostomus, *constituisti, aut collegisti. Pusistele casa.* Symmachus, *abundare facies, y distele bien conque passar; recreatione, & confidentia implebis: bien puede holgar, y passearse.* Budæus [b], *accuratè, & lautè excepisti: mesa de principe le diste.* Genebr. *epulas instruxisti*, sacras videlicet in Eucharistia: *æstimasti; y nació de estima todo este fauor: multiplicasti*, videlicet *muneribus*: tot enim beneficia in illum coniecisti, vt omnia in reliquis vel dispersa, vel singularia eidem multiplicata concesseris. Verumtamen verbum *multiplicasti* ad numeros, & ratiocinia videtur alludere, extulisti eum, & euexisti, non summam efficiendo, sed per multiplicationem. Nam inter regulas Arithmeticæ summæ restandi, multiplicandi, diuidendi, multiplicatio mirabilis quidem ratio est, in qua mirabiliter augentur numeri: cùm enim summam agimus, plures numeri in vnum rediguntur: at si idem numerus per se multiplicetur, ad incredibilem summam accedit; ternarius enim ter repetitus nouem tantùm efficit: at si per se nouem multiplicentur, octoginta & vnum efficiunt; & duo grana tritici per tabulam schachidos multiplicata, antequam tabulam impleant, multæ non sufficiunt naues onerariæ capere triticum, quod ad hoc opus est. Et certè per artem, & ambitionem homines quotidie multiplicatos videmus, & ad incredibilem superbiam peruenisse: nam qui vix calceos habebat, iam curru fertur, & nudi antea parietes, aulæis nunc splendent, abaci, & cuncta supellex innumera: hos certè ambitio multiplicauit. Te verò ô mi Princeps, paterna cura, & prouidentia locupletauit, & multiplicauit. Theodoretus, *Ab altitudine tua naturæ prospexisti, vindicasti*; in quo dignitas gratiæ commendatur, qua ab vno extremo vilitatis, culpæ, & seruitutis vindicasti, ad Dei altitudinem sustollimur. Hic est homo, ad quem dulcia illa verba dat per Isaiam Deus: *Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus: ego dilexi te, & dabo homines pro te.* Septuaginta, *ego dilexi te, & dabo hominem pro te, & principes pro capite tuo.* Hebr. *& dabo hominem pro te Adam*: nam nouum Adam pro te dabo, filiúmque meum carnis indumento tegam: *& populos dabo pro anima tua*; quot occidam tyrannos? quot principes de sede deponam, vt te regem constituam? magna quidem est dignitas tua.

Affectus & effectus diuini amoris erga hominem.

Diuina beneficentia.

b Commentar. linguæ Græcæ pag. 881.

Ambitio & fastus.

Vnum, aut alterum ex hac tua altitudine perpendendum venit, vt nempe ne in alto collocatus, ex altissimo dignitatis gradu præcipiteris, aut grauiter cadas: *cadetis enim tanquam vasa pretiosa*, inquit Ieremias; hanc apud se seruandam statuerat Nazianzenus [c], qui aiebat: *Nec verò illud timeo, nec mihi corpus hoc, cùm semel defluxerit, ac corruptum fuerit, prorsus extinguatur: sed nobile illud Dei figmentum, in quo est ratio, lex, spes, eadem, qua animantia, quæ rationis expertia sunt, ignominia mulctetur.* Ne homini nostro contingat, quod plangit Michæas; *Decaluare, & tondere super filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum, sicut aquila; quoniam captiui ducti sunt ex te.* 9.

c Orat. 10. de Cæsario.

Cap. 1. 16.

Lapsus hominis cauendus.

Depila

Digitized by Google

Depila te, & tonde cæsariem tuam, tu, qui defles filios deliciarum Dei obscuratos: incipiat à te planctus, & mœrorem externo signo ostende; caluitium enim luctus est significatio. Maximè autem dilata caluitium tuum sicut aquila, in hoc miseram conditionem, in quam delapsus est homo, designes: solet enim aquila in senectute immutare pennas, & recipere nouas, & tunc habet non caput solum, sed corpus totum, vt ait Hieronymus, implume, atque adeò decaluatur in vniuerso corpore, & non modò turpis, & abiecta manet, sed ludibrium facta aliarum auium, quæ eo quòd alas habent, melioris conditionis sunt quàm illa. *Verè quidem*, inquit S. Dorotheus [a], *omnium creaturarum, quæ videntur, pretiosissimus es homo, cognosce dignitatem tuam, exhibe honorem archetypo; quia ad imaginem Dei factus es.* Cognosce altitudinem tuam, secundùm quam exaltatus es: nam si peccati senectute decaluaris, sicut aquila, omnino implumis, abiectus, turpis, & miserorum vltimus fis; non solùm nihil altum, & excelsum, vel illustre cogitans, sed opprobrium efficeris omnium creaturarum, quarum nulla est, quæ te non celsior, & Deo gratior sit.

Misera conditio hominis post lapsum.

a In verba D. Gregorij Naz. tom. 2. Biblioth.

10. Secundum, etiamsi, quod Deus auertat, turpissimè in officio tuo labi, & delinquere contingat, ne despondeas animum, vide quanta ad tuam innouationem verbo suo præstiterit Deus; vide quàm blandè allexerit semper peccatores, vel eos, qui renouatum hominem adumbrabant, vt videre est *Ioan.* 12. vbi & cœna refertur, & Magdalena ad delicias inuitatur, & Lazarus (quod maius est) *vnus erat ex discumbentibus.* Domine non tibi fastidiosum est videre in mensa tua Lazari manum, quæ paulo antè sanie, fœtore, & vermibus scatebat? Verumtamen non fastidit Christus renouatum hominem, & peccatores, qui denuò ad ipsum conuertuntur quin potiùs hos maiori suauitate, & deliciis excipit, & in eorum conuersione lætatur; immo, vt notauit Chrysostomus [b], præ amoris magnitudine silet, operit peccata, & præteritorum memoria absorbetur; *silebit in dilectione tua*, & per Oseam recessferat subrustica, & ingrata muliercula, & post amatores suos (idola nempe) abierat: *Ego* (inquit) *sepiam viam eius spinis*; resipuit tandem vexata, quia sui riuales solo pane, & aqua pascebant: *qui dant mihi panem, & aquam*; & bonus Deus apertis brachiis, & vlnis suscipit venientem, & amatoriè illam prosequitur. *Ecce ego lactabo eam: yo os tratare como à princesa; ducam eam in solitudinem: yo le harè regalos, y me la lleuarè ala soledad, donde no me le hagan del ojo sus amantes.* Et hæc ad ingratam exhibes officia? iam abierant eius crimina de mea memoria, agamus de exhilaranda, & implenda gaudio: & cur maximè Domine hos nouos filios indulgentiùs tractas? quia noui vtique sunt. Audi Prophetam: *In stillicidiis eius lætabitur germinans, benedices coronæ anni benignitatis tuæ*; ait enim, riuos eius, vel sulcos inebriat Deus, & coronat annum benignitate sua: his tamen plantis, & herbis minutissimis, quæ vix à terra pullularunt, delicias suas impertitur: *los destellos, y rocios delicados guardalos para los recien nacidos en su gracia*; ita vt terra ipsa liquefieri dicatur: nam licèt annum coronet fructuum vicissitudine, & totus voluatur annus (vt legit Hieronymus) in bonitate Dei, at stillicidia blanda, & opportuna germinanti terræ, & recenter natis plantulis deputata esse videantur. Intra, obsecro, in hortum mense Septembri, vide pyrum altis ramis, sed pyrorum pondere inclinatis, truncum horridum, ramos passim laceratos, alios confractos ictibus, & fustibus, hinc scala adhibetur, illinc vncinus pendet, omnia denique deformata sunt. O tristem arborem, in quo promeruit arbor ista sic acerbè tractari? Vides ex alta parte exiguam arborem, teneram ramusculis, flosculis, & viriditate summa vestitam, hæc pascit oculos hortulani, hæc sola venusta videtur, hæc quotidie rigatur spinis septa, vt si quid est periculi, propellatur. Quid hoc hortulane? vnde tanta indulgentia arbusculæ, & prægrandi arbori nulla? Ho, inquit, nescis vigorem, & virtutem arboris illius, etiamsi modò vexari, & nudari videtur; habet tamen altas radices, virtutémque effundendi vlteriores fructus: at ista tenella arbor modò nobis colenda est, ne in ipso natiuitatis flore moriatur. Vidisti Paulum in pyro illo adumbratum; vide te, ô mi Homo, in arbuscula designatum; vidisti perditum illum iuuenem, cùm repeteret ad patrem, quàm blandè excepit pater: alterum autem non sic, ita vt quereretur apud patrem; illum verò sedauit pater: *Fili tu semper mecum fuisti.* At dicit ille, hoc pro me agit: nam cùm apud te fuerim, maiori indulgentia dignus eram. Sed respondet pater: Vide, quia ego rationem habeo necessitatis, non dignitatis, *perierat, & inuentus est*; hi blandiùs tractandi, vt optimè obseruarunt Rupertus, & Gregorius; *in principio conuersionis spiritualiter hoc Deus agit* (quod dicitur Exodi 13. vers. 17.)

b Hom. 22. ad Populum.

Soph. 3. 17.

Osee 2. 6.

11. *Reparatio marcidi peccatoris.*

Psal. 64. 11.

Vide P. Lorinum.

Simile.

verſ. 17.) vt nouitius pacatam à vitiis paret viam, vt tranquille, & delectabiliter egrediantur, ne ſubitis tentationibus pulſati à ſancto propoſito vix incepto deterreantur: pulchrè etiam Gregorius [a], *Tres*, inquit, *modi ſunt*, &c. *prius ergo dulcia ſuſcipiunt, quæ conſolentur, poſtmodum amara, quæ exerceant*, &c. Gaudeas nunc blandimentis inchoationis, vt certamina tentationum poſſis deinceps ſuſtinere, diuinámque erga te agricolationem attende, quam Dei verbum his tribus diſcurſibus, qui ſequuntur, inſtituit.

a Lib. 24. Moral. c. 13.

VERBVM PATRIS
Gen. 1. verſ. 1.

In principio creauit Deus cælum, & terram.

Noui Hominis inſtitutor, & ſpiritalis vitæ ſator exit à principio ſeminare, diuinámque (ex D. Paulo) agriculturam, atque regenerationem inſtituit.

DISCVRSVS PRIMVS.

a Orat. 19. quæ eſt in Elia poſt ſecundam de Theologia, de dogmate, & conſuetudine Epiſcoporum, & addit: *quòd ſi ſtatim exiſti-*

12.

mas, ac voluntate ciuitatem deſcribe, & ſtatim ciuitas repræſentetur: opta tibi filium naſci, & protinus tibi puer exiſtat; perſpicuum vtique eſt alio modo hominem creare, alio autem verũ omnium creatorem Deum.

b *Grandeza a ſolo Dios concedida, que ſu dezir ſea hazer, y ſu hazer ſea dezir, y aſſi como es omnipotente para hazer todo lo que quiere: aſſi ſu palabra es omnipotente para hazer todo lo que dixere. Verbi efficacitas.*

AMPLISSIMA quidem, ſed diuina ſolùm, atque æterna poteſtas ſermone omnia perficere, nec aliter perficere, quàm verbo, nec verba minus eſſe, quàm facta. Hoc inprimis obſeruandum putat magnus ille veritatis præco Gregorius Nazian. [a] Græcis ſummopere laudatus, & proprio Theologi nomine inſignitus. *Nihil quippe* (inquit) *nobis ſublimius, ac præſtantius eſſet, minúſque laborioſum, ſi ſermone aliquid conficere poſſemus. Quamobrem, etſi Deus ea, quæ creantur, verbo creat; non tamen humana eſt creandi ratio: aut enim hominem quoque ſermone aliquid efficientem oſtende, aut mihi concede, Deum non humano modo creare* [b]. Inde fit, vt terreni dij, reges (inquam) cùm ſe nimium extollunt, & diuinam ſibi dignitatem arrogant, Deum in tribus maximè imitari conentur. Primum nouos homines creando, excitando de puluere egenum, quod ipſi ſeminare vocant ad inſtar agricolæ: nam verbó ſuo, & larga manu dona & munera quaſi proiiciendo, & ſpargendo vitam, & ſalutem ſumma liberalitate impertiunt. Secundum, redimendo, cùm videlicet quos à ſua gratia exciſos odio proſequebantur, iterum in amicitiam, & gratiam reuocant; in quo inſerendi artem videntur imitari: licèt enim ſurculus, qui inſeritur, externus ſit, & alterius generis; arbor tamen cum in ſeipſa ſuſcipit, adoptat, & ſuo amicè nutrit amplexu. Tertium ſuſcitando (opus quidem maximum) dum illum, quem ſui furoris enſe peremerant, auulſerant, & obliuioni quaſi ſepulcro mandauerant, ſuſcitant, atque ad vitæ ſplendorem, & vſuram referunt; in quo opere plantandi artem videas imitari, dum eradicatam arborem, & à ſuo munere, locóque auulſam in feracius ſolum benignè tranſponunt: vnum autem in Deo nequeunt imitari (inquit Cyrillus Alex. [c]) nempe hæc tria maxima opera ſolo verbo peragere; Deus autem ſolo ſermone perficit, & vniuerſa reſtaurat. Quare cùm Deus Creator ſit, Redemptor, & Glorificator, cùm etiam ſicut quiſque eſt, ſic loquatur; inde fit, vt verbo ſuo, & ſermoni has indiderit poteſtates creandi, redimendi, & glorificandi, eáſque in ſeipſo quaſi tria attributa contineat: nam licèt opera hæc toti Trinitati ſint communia; quia ad extra ſunt (vt aiunt Theologi) & ideo verba Dei communia ſunt tribus perſonis, ſermóque *verbum Dei* dicitur. Per attributionem autem Patri munus creandi, hoc eſt, ſerendi aptatur: Filio redemptionis opus tribuitur, quod in ſerendo exhibet: ſancto etiam Spiritui, verbo, & inſpiratione euellendi, plantandíque mirabilem artem damus, cùm per conuerſionem, & iteratam iuſtificationem munus obit animas ad vitam gratiæ ſuſcitandi. Expendam igitur in præſenti diſcurſu ſerendi opus, quod Patris Verbum ſibi aptaſſe videtur; omiſſis duobus aliis latiùs in ſequentibus proximè explicandis, vt tibi, ô mi homo, liqueat maximè, quod diſertè docuit Apoſtolus, cùm de te dixit: *Dei ædificatio eſtis: Dei agricultatio eſtis.*

13.

c Lib. 1. contra Iulianum: nam inacceſſæ naturæ verbo creare; nã hoc maximè contra diuinã gloriam militat, etiam alios putare poſſe creare, propriæ ſolius Dei ſunt hæc, & omniũ ſummæ ſubſtantiæ.

PARTITIO TRIPLICIS DISCVRSVS, QVI IN VERBA D. PAVLI INSTITVVNTVR.

14.

1. Cor. 3. 9.

15.

Primum igitur ſeminandi opus æternus Pater orditur; abſque labore tamen, qui verbo perficit, & replet vniuerſa. *Exiit qui ſeminat ſeminare*, &c. *Semen eſt verbum Dei*; vt hac tantummodo comparatione ſermonis Dei cum æterno Verbo, vt aſſerunt Patres Epheſinæ Synodi cum Auguſtino, dignitatem, & maieſtatem verbi prædicati breuiter perſtringeret, qui verbo condidit vniuerſa. Siquidem Deus ille, qui iudices, Angelos, & ſæculi principes diuino, ſibique proprio inſigniuit nomine: *Ego dixi: Dy eſtis*; &, *in medio autem deos diiudicat*; ſicut Magnus explicat Ignatius [a], qui pariter iuſtos *Chriſtos* vocat (vt exponit Chryſoſtomus [b]) *qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt*; quæ verba in primo caſu ipſe legit, *los que ſon Chriſtos.* Nomen verò vnigeniti, & conſubſtantialis Verbi, ſoli verbo, & ſermoni prædicationis donauit, dum ait, *ſemen eſt verbum Dei.* In quo ſic tua verba, Domine, extuliſti, decoraſti, ac ſupra omne faſtigium dignitatis collocaſti, vt nec vltrà ſit, quò procedant, nec ſublimiori titulo decorentur, vt ex hoc maximè capite humana ruſticitas damnata, & probro affecta in æternum maneat, quæ diuiniſſimum Verbum vel obſtinatione depellit, malitia perdit, lingua deformat, ſepelit obliuione, & per ſocordiam reddit inane.

Pater ſeminat.
Matth. 13. 3.
Luc. 8. 11.
Sermo cum verbo Dei comparatur.

a Epiſt. ad Trallianos.
b Ad Galat. 5. 24.

Diuinæ-

16. a Tom. 1. hom. super Psalm. 9.

Verbi æterni generatio.

Diuinam explicauit manum sui intellectus (inquit Chrysostomus [a]) Parens ille creator, omniumque molitor, & institutor Deus, atque æternum, & ineffabile Verbum seminauit: non aërem verberans, & syllabas litterarum transiens, non à silentio incipiens, & ad silentium finiens; sed illud Verbum quod semper loquitur, nunquam silens à Patre distinctum, sed ab illo nequaquam seiunctum, neque separatum; non sicut res adiacens, aut inhærens, sed per se subsistens, Patri consubstantiale, & coæternum, & ab ipso procedens. Cùm igitur semen sit Verbum Dei, sic sermonem istum colere, & reuereri debetis, quasi diuinæ mentis conceptum, qui in Deo, & à Deo exit ad vestram eruditionem diuina auctoritate vestitus. Túque maximè ô Dei homo, quàm gratas vide aures sermoni nostro præstare discas, quicunque ille sit qui verba facit, dum Patris æterni personam, & nuntium gerit. Quamobrem quoties verba sua per Angelos, vel Prophetas mittit, non alio nobiliori titulo insigniuit, quàm qui seminat: nam neque in sapientiæ laude, nec in sanguinis splendore, nec in religionis habitu, nec in operibus concionatoris hærere, nec oculos defigere oportebit, sed hoc tibi tantummodo æstimandum, quòd seminator est, satórque verbi diuini, atque ad erudiendum, & corripiendum te diuina auctoritate verba depromit, & larga manu dispensat.

Colendus est Dei sermo qui Verbo Dei quam simillimus.

17. Gen. 1. 1. *Creat Verbum omnia.*

Exiit ad extra Patris Verbum, vt semen tanto agricola dignum spargeret, *exiit, qui seminat, in principio* videlicet, quando *creauit Deus cælum, & terram*, vt omnipotente virtute extra se omnia conderet: *in ipso enim facta sunt omnia: por virtud del Verbo.* qua putas ratione? dictione, & verbo; *ipse dixit, & facta sunt:* dicto enim suo etiam quæ non erant, vt poterant, obtemperarunt; quod vt meliùs teneas, reuoca in memoriam magni Dionysij doctrinam, in qua præducem sequitur, & magistrum Hispanum nostrum Hierotheum; puros videlicet spiritus, vtpote incorporeos nullas præter mentem, & voluntatem manus, pedésve habere. Quare dum audis Angelos mouere, & circumagere cælos, non manuum adminiculo fieri putes, sed volendo, & quasi imperando, vt moueantur. Liquet hoc in tua anima, quæ pedem tuum mouet non alio pede, manum porrigit, explicat, contrahit, non alia manu, sed volendo, & imperando, statim pes, manúsque obediunt. Sic diuina illa potentia omnia, quæ extra se condidit, verbo, & imperio peregit; *ipse dixit, & facta sunt.* Vnde
Psalm. 32. 9.
Verbum, quo hæc facta sunt, æquè est omnipotens, sicut Pater, immo ipsa potentia Patris. *Omnipotens sermo tuus à regalibus sedibus venit: vinò su palabra al mundo con diuinos poderes con vn Rey en el c[illegible]*, cuius proprium est imperare, & imper[illegible] perficere. Hinc fit, vt licèt penes concionat[illegible] dicere, promittere, comminari; penes Deum autem sit fidem eius liberare, & promissa, ac denuntiata complere: *hable el predicador, que Dios hara buena su palabra, que le và su honra en esso.* Liquet hoc ex duplici loco Ieremiæ: *Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te super gentes, & regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & adifices, & plantes*; id est, dedi verba mea, quæ fallere nequeunt, vt prædices euellendum populum, destruendum, dispergendum, & dissipandum; iterum tamen ædificandum, & plantandum. Quis hæc dicet? quis hæc faciet? Dicito tu, & ego (ait Dominus) faciam, penes Deum est ea implere, quæ tu meo nomine prædicas; ideóque *si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* hoc est, si prædixeris cunctum populum separandum, exulem futurum; tam pretiosiores, & ditiores, quàm qui indigentiores sunt, & viliores, *quasi os meum eris*, vnus eris de meis Prophetis veracibus, lectissimis, fidelissimis, dignúsque cui fides adhibeatur: tecum enim habes potestatem (inquit Isaias) *vt plantes calos, & fundes terram: diles, que la palabra de Dios hade hazer cielos, y tierra nueua; y veras como lo cumple: verbo enim Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.*

Cap. 1. 10.

Ier. 15. 19.

Cap. 51. 16.

Psalm. 32. 6.

18.

Gen. 1. 9.

Exiit ergo, qui seminat. Cœpit ergo verbi sui sator Deus semina spargere; vbinam putas? in horrida infœcunda, & sicca terra: *apparuit arida, & erat inanis, & vacua*; & vno huius seminatoris verbo multiplicem speciem, atque formã herbarum, arborum, ouium, pecorum, & omnis generis animantium protulit. Pergit ad aquas, in quibus vno item verbo propè infinita innatantium belluarum genera produxit, *illic reptilia, quorum non est numerus.* Subtilior est aër, & tenuissimus: en tamen diuina vox aues subitò ex crassa materia (vt putat Augustinus) creauit varietate, pulchritudine singulares, volatus pernicitate mirabiles. Tendit in sublime, & in ipso æthere, cælóque solido, & quasi ære fuso, solem, lunam, & astra verbo, & dictione firmauit. Extrema denique rerum petit, & ex nihilo, immensos Angelorum ordines, ne dicam cum Aquinate, innumeras ferè species, perfectione dissimiles suo condidit verbo, &, vt notauit Basilius [a], vsque in hanc diem vi verbi diuini natura in rerum productione perseuerat.

Psal. 103. 25. a Exaëmer. Gen. 1. *Producat terra herbam virentem.* Nota vbi Dei efficaciam tunc operari cœpit, & huc vsque operatur, & operabitur etiam semper, quousque mundus fuerit consummatus: succedit enim equus equo, leo leoni: nam vti pila compulsa manu si decliuem nacta fuerit locum, præceps ad ima sua celeritate fertur. Sic sanè natura rerum hoc vnico concita præcepto æquali quodam cursu transit, rerúmque successionem similitudine seruat vsque ad exitum, consummationémque mundi.

Vlteriùs pergit, *exiítque qui seminat:* nam vltra omnes naturæ metas transilit virtutem diuinam, & supernaturalem ostentans, qua non solùm supra nihilum, quod non iuuat, sed supra id, quod ex natura repugnat, & obsistit effecta verbotenus mirabiliter procreauit. Heus spinæ, proferte mihi vuas; mox vuas protulerunt, *de spinis vuas*; tribuli afferte mihi dulces ficus, *ecce mox de tribulis ficus*; tu ignis, ima pete, aquam lambe, ita factum vide in sacrificio Eliæ: vos flammæ fornacis Babylonicæ temperate ardorem, en rore madet caminus, flat aura cælestis; tu cæce *respice*, tu surdaster *adaperire*, tu leprose *mundare*, tu adolescens *surge*; paruerunt omnia, oculi, aures, lepra, mors denique ipsa.

19.

Nec finis adest, exiit qui seminat: nam vt obseruarunt D. Thomas [b], & Bonauentura cum aliis de schola Theologiæ, effectus isti licèt supra naturam sint, in substantia verò naturales erant: quis enim neget oculos cæco datos naturales esse, etsi modus omnino supra naturam fuisset. Exiit ergo iterum superseminare in sacramentis diuina verba, quorum vis quasi anima est horum mysteriorum. Audi verbum Trinitatis super frigidã personando, quàm mirabilem, inuisibilem regenerationem noui hominis in Dei filium repentè efficit? Mirabilius quid audies in Eucharistia (vt notauit Nissenus) vbi panis speciebus non iam hominem qualemcunque,

b 3. p. q. 60 art. 6.

que, sed corpus Christi fructificat. Difficilius (ni fallor) quod in sacramento Pœnitentiæ perpetrat, in quo de vno contrario alterum inducit: nam ex culpa, nimirum ore, & dolore explicata, gratiam reconciliationis infert vno absolutionis verbo, & lacrymis gaudium, de peccatis indulgentiam, ex peccatore filium, quod expresse notauit D. Greg. Nissenus [a], vnum pro multis adducens exemplum.

a In catechetico;

20. Sed temperare mihi non possum, quin exclamem, & intenta voce increpem mortales, apud quos verbum tuum Domine sic friget, & clanguet. Quis enim vocem cohibet (inquit Chrysostomus) dum viuificum sermonem, vimque illam ardentem consopitam, & pænè extinctam videt? Quis verba illius Verbi, quod semper loquitur, silere fecit? *Diuina palabra quien te ha desuirtuado, enflaquecido, y desarmado?* Ieremias [b], *Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam facit malitiam suam.* Theodoretus: Sicut cisternæ aqua in æstu à circunfuso calore frigidior redditur frigore internas partes occupante; sic isti in medio ardoris diuini verbi circumposito, passimque oblato obstinationis frigus in pœnitentiam, & damnationem sibi moliuntur, damnationis quidem non leue indicium, vt Ezechieli demonstratum est, cùm de reprobando populo cogitaret [c], *Et tu fili hominis sume tibi laterem, sartaginem ferream sume tibi,* vt rebus domesticis, & quæ ad manum sunt, cladem, & vastationem illis denunties. Ideo nempe longè propellendos, quia cùm beneficiorum igne flagrare deberent, instar lateris igne ipso obduruerunt, magisque rebelles facti sunt verbo Dei, & cum in captiuitate sunt, sicut in sartagine torreantur, & ex inferiori parte tribulationis, & tyrannide conflagrent omnes, & ex superiore oleo benignitatis, & promissis cælestibus copiosè perfundantur, quotidie ipsi duriores, & obstinatiores euadunt, ferreique ad instar sartaginis fuligine denigrantur, & reprobationis nota inuruntur.

quamobrem rectè nunc etiam verbo Dei sanctificatum panem in corpus verbi Dei credimus immutari, nam per verbum Dei hic panis (ait Apostolus) sanctificatur; non quia comeditur, eò progrediens vt per verbum eius corpus euadat. sed statim per verbum, vt dictum est, in corpus mutatur à verbo, hoc est corpus meum. Vide alia apud P. Turrianum de dogmaticis characteribus, & verbo Dei.
b Cap. 6.7.
c Cap. 4. 1.

21. Sed contra paternam istam prouidentiam Dei verbum in terras seminantis, multa, nec leuia obiicienda veniunt. Hoc enim ipsum seminandi opus, quod diuinam commendat largitatem, aduersus sapientiam, potentiam, & bonitatem militat, vel dum semen in viam, inter lapides, & inter spinas proiicit; vel dum ex quatuor vna tantùm pars sortita est effectum, & fructum. Quòd si saluandorum exiguus numerus denotatur, & his præcipuè, qui Iudæi, & filij Abrahæ dicti sunt, durissimum est, quod infertur: nam si Abrahamo factam promissionem non adimples, infidelis es: si paucos saluas, cùm plurimos posses, tenax, & illiberalis es: si hæc præuidisti, & non vitasti, improuidus es: si denique inter quatuor partes, vna tantùm feliciter respondit, fefellit spem, & expectationem: omni ergo ex parte hæc tua prouidentia claudicat.

Vide Cardinal. Tolet. in Luc.

22. Verumenimuero Deum liberasse fidem suam, quam dedit Abrahamo, apertè (ni fallor) declarabo, adducta priùs promissionis serie, vt iacet in textu: nam Deus dixit, *Faciam semen tuum sicut puluerem terræ*; numerosam tibi filiorum prolem dabo: postea verò rursus ad illum Deus, *Suscipe* (inquit) *cælum, & numera stellas si potes, sic erit semen tuum.* Vbi nota promissionem secundam de felicitate posterorum loqui: nam si de multitudine intelligis, numerosior est prima, quæ pulueri comparatur. Agit igitur in prima de multo numero filiorum, siue saluandorum, seu damnandorum: in secunda verò de paucis præstantissimis stellis persimilibus sanctitate, prædicatione, & fide Abrahæ quam simillimis. Nunc igitur agamus de terra, postea de stellis agemus.

Gen. 13. 16.
Gen. 15. 15.

23. Venit Verbum Dei regnum Dei prædicans filiis Abrahæ, *Terra, terra audi verbum Domini,* aures habes, audi igitur; ipsi verò noluerunt audire: quare visus est è Ioanne exire, & *à terra,* hoc est, à Iudæa in mare, hoc est, ad gentes properare. Vbi nota Angelum istum secum deferre quidquid iuuat semen, vt fructum plurimum afferat: igneos pedes, & inflaminatos, vt quamcunque calcaret terram Euangelij prædicatio, purgaret, & attonderet, vt agricolæ faciunt cùm syluescentem & spinis, & dumosis plantis occupatam vident; corpus nubibus contectum, & conuestitum: quid enim arua plusquam nubes expetunt? Facies autem sicut sol, est cuius calore omnia fouentur, augentur, & ad maturitatem perueniunt: iris in capite eius, vt denotet pacem seminare in terra, & inter vtrumque populum, vt Paulus affirmat, *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum*, &c. *& veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem his, qui propè.* Sed quid est, quòd sinistrum pedem habet in terra, nempe Iudæa; & dextrum super mare, nempe Gentilem populum? Id nempe est inter filios Abrahæ, qui pulueri comparati sunt, paucos saluandos non seminantis culpa, sed eorum malitia; ideo inquit Paulus, *Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei; sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes.* Habebat autem libellum in manu sua, quem iubetur Ioannes deuorare, vt mel esset in ore, fel in ventre; continet equidem hoc symbolum exigui libelli, Iudæorum reprobationem, eiusque causam: nam reuelat Ioanni, valde abbreuiatum esse numerum saluandorum ex Iudæis; siquidem illos, qui arenæ maris comparati sunt, iam ad summam abbreuiationem redactos videt, de quo cœpit amaricari venter eius, hoc est, intellectus, & voluntas, vbi fratrum suorum reprobationem cognouit. Itaque pauci saluandi sunt ex eis; & Deus nihilominus fidem suam liberauit.

Christus agricola habitu.
Apoc. 10. 1.
Ephes. 2. 14.
Act. 16.46.

24. Hæc duo probat locus Isaiæ, ad quem Ioannis visio alludit, & D. Paulus, *Reliquiæ conuertentur; reliquiæ* (inquam) *Iacob ad Deum fortem: si enim fuerit populus tuus quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo, consummatio abbreuiata inundabit iustitiam, consummationem & abbreuiationem Dominus exercituum faciet in medio omnis terræ.* Probat Propheta Deum stetisse promissis, etiámsi paucissimi sint, qui ex captiuitate sint liberandi, vt hoc eodem facto liqueat, paucos ex Iudaismo saluand[illegible] nisi Angelus fortis Christus sit in ter[illegible]ando verbum suum, & dando vocem [illegible] & septem tonitrua conclament. Ait igitur, hoc certissimum erit paucos ex captiuitate relinquendos, quod patet ex 2. *Paralip.* 28. vbi scriptum est vno die à rege Israël Iudæis occisa esse centum & viginti pugnatorum millia, & iterum ducenta millia ab eodem fuisse in captiuitatem adducta, ab Idumæis, & Philisthæis, & aliis tempore Achaz, & hæc est *consummatio*, hoc est, finis, & Hispanè, *el cabo*, vel id, quod à fine proximè distat. Hac itaque

Cap. 10. 21.
Rom. 9. 17.
Vide P. Gasp. Sanch. & P. Cornelium à lapide Rom. 9.

itaque consummatio magna erit, & extrema, ita vt *reliquia* nuncupentur *el remanente*, hoc est, ita pauci, vt quasi nulli reputentur, quod du-
Cap. 7. 1. plici comparatione explicat Michæas, *Factus sum, sicut qui colligit racemos ex vindemia*; in quibus verbis etiam de baptizatis loqui videtur, qui intra vineam sunt; & quia quod sic colligitur, pro nihilo habetur, addit, *non est botrus ad comedendum.* Altera similitudo est quam tetigit
Cap. 1. 23. B. Iudas in canonica sua, *Illos verò saluate de igne rapientes*, alludens proculdubio ad fornacem Ba-
Cap. 3. 2. bylonicam, & ad verba Zachariæ, *Nónne iste* (Iosedech) *est vt torris erutus de igne*; sicut si quis proximè comburendum lignum raperet, atque seruaret; ita Iosedechum, ait Dominus, ex igne captiuitatis extraxi.

25. Vide obiter quantum sit, quámque diuinum opus, vnum hominem saluum facere, vt tam angelicum, immo diuinum opus, & miraculo simile existimes, cùm ex igne vitiorum quempiam peccatorum extraxeris. *Milagro es saluar vna alma, poder omnipotente pide, como el saluar los tres niños del horno, y esse officio es officio Angelico.* Exaggeratio quidem magna, & horrenda sententia ex vna parte mundum quasi Babylonicam fornacem mortales cunctos flammis exurere; & ex alia parte Deum dicere ita tres, hoc est, paucos saluandos, tantáque cum difficultate, vt opus sit manu Angeli, & miraculosa, quæ eripiat eos, & extrahat de igne: ni fallor tamen vrget hoc, & exaggerat parabola seminantis, in qua vna inter quatuor partes sortita est effectum: *donde el Diuino sembrador hecha la saluacion como en suerte, y no hecha mas de vna suerte buena entre quatro, mirad la difficultad, que haura de salir con la suerte.* Vna inter quatuor mittitur sors æternitatis, quid hæc inter tantos? O quanti pereunt non de infidelibus tantùm, qui secus viam sunt, sed de fidelibus, inter quos post verbum fidei auditum, & receptum, vna pars fructum reddit: idcirco incarnatum Verbum, nempe iste Angelus fortis, vt leo ru-
Matth. 13. 9. git, & hæc dicens clamabat: *Qui habet aures audiendi, audiat. Porque esta verdad es vn trueno, que al que no despertare, duerme sueño de muerte: qui habet aures audiendi audiat; non petit* (ait Cyprianus) *carnalem sensum auditus: verba enim hæc Christi spiritus, & vita sunt, & spiritualem sensum postulant: son como rayo estas palabras, que entran ala alma sin hazer caso delas orejas del cuerpo.* Clamat autem, antequam verba effundat, vt attentiores homines reddat. Intendite auribus mortales, accedens verbum spargit: *alto ala rebatiña quien coje la palabra de Dios? quien se salua: emittit eloquium suum terra: hechalde mano, detenedla, que passa de passo, velociter currit sermo eius*; & transeunter Paulum, Matthæum, Zachæum saluat, paucissimos ex filiis Abrahæ.

26. Nunc igitur vrgentiùs [illegible]gustiùs premit difficultas proposita. Qu[illegible]omine fidem liberas Abrahamo datam f[illegible] posteros, qui pulueri terræ comparentur? præuidit Paulus difficultatem istam, & quasi sapientissimus magister eisdem verbis quæstionis responsum in-
Rom. 9. 6. uoluit. *Non autem quod exciderit verbum Dei*, statuamus, & Verbi Dei firmitatem, & prouidentiam seminantis: nam repudium Iudæorum non solùm non labefactat eius Verbi stabilitatem, quin potiùs in eorum obstinatione Deus verax deprehenditur: neque excidit Verbum Dei, hoc est, non frustrà, & inaniter inseminabitur: *non faltara tierra, donde cayga*; quod vt probet affert locum Isaiæ: *Isaias autem clamat* Cap. 10. 22.
pro Israel, si fuerit numerus filiorum Israël tamquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. Est ergo Deus iniustus, aut illiberalis? Absit (inquit Paulus.) *Verbum autem consummans, & abbre-* Rom. 9. 28.
uians in æquitate: pocos se saluaran; pero iusticia, y equidad hay en esso, que Dios bien puede hazer de su capa vn sayo. Potest namque semen iacere in plurimos, etiamsi saluandos præsciuerit paucos: nam dum seminat largè, & effusè, liberalitatem ostentat, & dum saluantur pauci, ostenditur non saluari plurimos non contingere ex incuria, aut culpa seminantis, nec seminis causa, sed terræ vitio, nempe filiorum Abrahæ obstinatione, & obduratione, ideoque perire, quia noluerunt audire.

At saltem dices, aggressus est opus saluatio- 27.
nis, & non euasit voti compos, dum vna pars fructificauit perditis tribus aliis? Consequens istud nego (inquit Paulus;) *quia verbum abbre-* Rom. 9. 28.
uiatum faciet Dominus super terram, id est, paucorum salutem ex Iudæis tandem percipiet, sed in hoc non claudicabit diuina prouidentia, nec Verbi efficacitas; quare? quia ideo Abrahæ facta est secunda promissio in stellis, *numera stel-* Gen. 15. 5.
las, si potes; quasi diceret, sit testimonium meæ *In paucis qui saluantur industria Christi compensatur.*
veræ, certæque promissionis in cælo, vt cùm arguar à filiis Abrahæ, quare non multos ex eis saluauerim? possum dicere, qui ex eis damnati sunt, terreni fuerunt, & pulueri terræ inhærentes, & terrena sapientes; ego tamen fidem, & prouidentiam libero, dum ex eodem populo non paucos, & quasi stellas saluaturus sum: duodecim stellas, Apostolos videlicet, lunam Mariam matrem, & insuper centum quadragin- Apoc. 14.
ta quatuor millia Episcoporum, concionatorum, ex decem tribubus postea designabo. *La canalla se perdera, los illustres en santidad, y doctrina se saluaran.* Consonat huic loco Isaias; Cap. 10. 22.
Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam, consummabo, faciámque finem quidem breuissimum Iudaismi, & Iudæorum per Titum; ita tamen, *vt consummatio inundet iustitia: el cabo, y remate florecera en santidad*; ita vt ex paucis possit Ecclesia conflari, & colligi, & fides eius inundare, & propagari in omnibus gentibus, & orbem quasi altero pietatis diluuio obruere: isti enim etiamsi pauci, ita insignes, & præcellentes erunt, & ita sedulò vitæ sanctitatem colent, vt communiter iam, ac legitimè vocentur *sancti*, vt in illis, illorúmque vera, & inundante sanctitate quidquid in aliis Deo periisse crederetur, facilè compensatum sit; sicque verba aptanda sunt, *consummatio abbreuiata inundabit iustitia*, id est, sanctitate, & Ecclesia ex paucis illis collecta sic explebit omnem mensuram, vt per totum orbem sint propagandi. Hoc ipsum in parabola ostendit abundans ille prouentus terræ bonæ, quæ fecit fructum centesimum: nam illa omnino iniuriam à tribus partibus illatam com-
pensauit; *essos pocos, y vna sola alma bastan à ha-* 28.
zer buena la prouidencia de Dios, y sanear la costa, y desagrauiarle de la perdida delas tres partes: quod circuitione quadam amatoriè, & inuolutè sponsus suæ sponsæ Ecclesiæ significauit, cùm celebratis nuptiis Christus sponsam solaretur ait: *Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos.* Gau- Cant. 8. 11.
de sponsa, quia Salomonem habes sponsum, &

Digitized by Goo

potiri liberè poteris fructu vineæ dotalis, *mille* nempe *argenteis essa viña de nuestra dote rinde de renta mil doblones, essos seran para chapines para vos my Reyna*; statim ipsa ingenuè respondet: *Mille tui pacifici: gozad en paz my Rey, y dad à quien gustaredes vuestra renta, y viña*: nam *vinea mea coram me est*; meum enim viridarium, mea item vinea, & olivueta in te vno sponso sita sunt, te habeam, & pereant vniuersa. Verissimi amoris verba aliis quàm simillimis compensat sponsus, ait enim: *Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus*; dixisti, me vno sponso contententam esse; ego item licèt multas habeo mei amoris socias, & sanctas animas (nec enim ita deserta est causa salutis, vt non quamplurimos Apostolos, & virgines habeam) illud autem te scire volo, nempe, *Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matris suæ*; sic te sola, aut cum Maria matre mea, diues, & opulens sum, vt si contingeret me solùm habere Mariam matrem, in ea ita meum collocarem amorem, sicut mater collocare solet in vnica filia, quam vnicè diligit, & in ea tantummodo omnium aliarum iactura abundè compensaretur. Hæc noua causa debet esse, ò homo, quæ te in diuinum impellat obsequium, vt in te nempe instauret, & compenset Deus iacturam sui verbi, quæ in reliquis infrugiferis cordibus fit. Sis ergo tu pauper, quia spinæ diuitiarum suffocant verba Dei: sis tu castus, quia dæmon turpes animos quasi viam pedibus conculcat, & ab eis verbum Dei surripit: sis tu etiam mitis, & blandus, vt insitum verbum suscipias; quia inter lapides peccatorum leuissima de causa perit: sis denique terra fœcunda, fœtaque frugum bonorum operum, vt in te vno quidquid deperditur, in infima, & misera terra peccatoris cumulatissimè resarciatur.

Cant.6.7.

Ibid. 8.

VERBVM FILII
Ioan. 1. v. 1.

In principio erat Verbum.

Inserendo, & adoptando nouum Hominem incarnatione, & prædicatione instaurat, & renouat.

DISCVRSVS II.

1. IN hac diuina agricultura, quæ à Paulo *Dei agricolatio* dicitur; nam digna Deo est, tibi, ô VERBVM PATRIS, obtigit inserere: sicut enim serere Patris fuit incredibilis potentiæ suæ manum extendentis, qua mundo toti semina mandauit, quæ gremio fota telluris copiosissimos fructus Domino redderent, & verba omnipotentis esse hoc vno monstrauit; sic hodierna luce sapientia tua vndequaque patet, id solo verbo efficiendo, quod semel amoris mei causa corporatus, & carne tectus in Virgine præstitisti, quando Verbum caro factum est. Quamobrem postquam Ioannes (vt notauit D. Chrysostomus [a]) Verbi diuini narrationem generationis naturalis, & æternæ finiuit, festinat illius oratio, vt spem mortalibus afferat renouationis futuræ; dignitatis filiorum Dei, quam omnes illius singulari beneficio, & gratia, verbo tuo poterant obtinere. Vnde cùm primùm nos in plenam, & perfectam agnitionem duxit veritatis æternæ, & personæ Verbi diuini, dicens, *In principio erat Verbum*, mox eadem dignitate, & maiestate verborum illud adducit, vt munus suscipiat renouandi, & Verbum diuinum in mortalium animis inserendi: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius.* Quemadmodum enim arbor iuxta suum semen, aut iuxta surculum alterius arboris sibi implicatum fructus facit, ita cùm filius Dei naturalis verbum suum inserat nobis, virtutem illi tribuit filios Dei producendi diuinæ consortes naturæ; quare idem verbum inducit nomen eius, & *Dei Verbum* nuncupatur.

2.Cor.3.9.

Filij Dei proprium inserere.

a Hom. 9. in Ioan.

Ioan.1.12.

Simile.

2. Ratio igitur, propter quam Verbum æternum tam præclaram, & ingeniosam artem tribuit sibi, à puro, & vero amore duxit exordium, & ab ea amicitia, qua ardenter iamdiu auebat in nobis per gratiam communicare, quo ipse naturali iure fruebatur; nihil aliud fuit nostræ carnis assumptio, nihil aliud post illam Euangelij prædicationem, nihil aliud Eucharistiæ institutio, præclarum nempe inuentum breuiter filios plurimos sibi similes procreandi cælorum, & æternitatis hæredes: id enim est *adoptio*, modus quidam inserendi, cùm *veneris insitio, fac ramus ramum adoptet*: & adoptio est etiam quasi *nimia adoptatio*, vehemens, & ardens desiderium habendi filios; vtrumque complexus est Iacobus: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est*, hoc est, gratuita est Dei benificentia, iustificatio, & adoptatio ex Deo est: hanc autem mirabiliter Verbum Dei operatur; *voluntariè enim genuit nos*, id est, nimium optans genuit nos: *verbo veritatis (este es nuestro Padre) vt simus initium aliquod creaturæ eius: paraque participemos su ser auentajadamente, como primitiuos, o primogenitos*; ideoque Hieronymus [a] interpretatur, *volens genuit nos verbo veritatis, vt simus primitiæ creaturarum*; ille enim, qui vnicum naturæ filium genuit, voluntate, & arte, genuit plurimos *verbo veritatis*, id est, veraci verbo, quo non qualescunque filios genuit, sed, vt Græcè habetur, *primos*, præstantiores, & præcipuo honore dignos. Vnde Paulus vocat Ecclesiam *montem, & ciuitatem Dei viuentis, & Ecclesiam primitiuorum*, siue, vt Græca significantiùs habet, *primogenitorum: la casa de los mayorazgos*; primogenitos vocans fideles, qui acceperunt primitias Spiritus.

Amor Verbi erga animos.

Adoptatio filiorum plurimorum.

Cap.1.17.

a Lib. 1. in Iouinia.

La yglesia es la casa de los mayorazgos.

Heb. 12.22.

3. Diligenter igitur examinemus quot, & quantos tanta benignitas amplectatur. *Quotquot autem receperunt eum*, ingenuè prædicat, omnes (inquit Chrysostomus [b]) siue nobiles, siue ignobiles, siue Iudæos, siue Barbaros, & Gentiles, non dubium eos in adoptionem filiorum mancipari. Propter eamdem causam deuinxit se ad eadem patranda miracula in hoc opere, quæ antea in sacrosancto incarnationis mysterio patrauerat, solicitante, & pugnante semper amore nouam filiorum sobolem generandi. Primum, & maximum miraculum fuit (vt ponderat Nazianzenus [c]) diuina humanis, cælestia terre

Ioan.1.12.

b Hom. 9. in Ioan.

Nemo à diuina gratia participatione pcernitur.

c Apolog. 1.

terrenis inter sese coniungi, & summam maiestatem summæ inferi humilitati, lucem tenebris, Verbi æterni diuinitatem surculi instar cum hominis carne complicari, & sine confusione coniungi; hanc inauditam nouitatem Ecclesiasticus nec hominis adhuc prudentis esse
Cap. 13. 2. iudicauit: *Pondus super se tollit, qui honestiori se communicat, & ditiori te ne socius fueris, quid communicabit cacabus ad ollam; quando enim se se colliserint, confringentur*; nec diuiti, nec pauper inimia expedit amicitia; hic enim vas fictile, ille argenteum, si coniungantur, inter sese allidantur, fictile confringetur. Et in arte inserendi monemur baccas baccis, spicas spicis, semina semiuibus esse iungenda: *pepita con pepita, huesso con huesso se han de enserir*; nam oliua, & pomifera arbor minimè coniungentur, immo oleum aliarum arborum mors est, quod quidem signum est, malè pauperi diuitem inseri posse. Verumenimuero Dominus, & Dei Verbum minimè nostram despexit paupertatem, nec ad nostri generis miserias nauseauit, quod
Omnes adoptantur à Verbo. non prætermisit Ioannes, sed expressit, vt dubium omne depelleret:
Ioan. 1. 13. *qui non ex sanguinibus, nec ex voluptate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt*; nam numerat principia generationis: ex sanguinibus enim nasci commune est omnibus hominibus. Postea enumerat duos generationis modos; quidam enim ex iniquo, & inhonesto nascuntur concubitu, & hi dicuntur ex voluptate, seu concupiscentia carnis generari: quidam autem ex iusto, & honesto toro, & hi dicuntur ex voluntate viri nasci; viri enim voluntas rationi consona honesta respicit, atque ad generationem honestam, & iustam. Vt ergo neminem excludi significet, vtramque generationem complectitur, dicens: Non nascuntur ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri; quare hoc dixit? vt significet tam hos, quàm illos ex Deo nasci posse, quantumcunque sint illegitimi, & nati cum peccato, & ex peccato. Causam autem subdit, & modum, *& Verbum caro factum est*, Chrysosto-
a Hom. 10. in Ioan. mus [a] legit; *Quia Verbum caro factum est*, id est, *ideo dedit potestatem omnibus filios Dei fieri; quia Verbum caro factum est.*

4.
Facilitas diuina in incarnatione.
Semel hoc cælesti surculo humanæ coniuncto naturæ, & Dei filio naturali carne tecto, ne formides, HOMO; potes enim iam Verbo charitate formato adoptionis filius euadere: nam non sibi conueniunt, neque in vna sede morantur maiestas, & amor, omnia æquat amor, omnes difficultates superat. Quare D. Iacobi
Cap. 1. 18. mentem titillauit verbum illud, *voluntariè genuit nos*; nam filij sumus paternæ voluntatis ardenter amantis, vocati quidem per artem adoptandi, hoc est, nimium optati; Pater enim non facit filium, sed generat essentia sua, non vt voluntas est: at homines in filios adoptat ex eadem essentia (quæ reipsa à voluntate non distinguitur) vt voluntas est: hinc enim est, quod
b. Lib. 2. de fide. Christus nunquam (vt ait Ambrosius [b]) in Euangelio dicatur adoptiuus, sicut nos qui arte, & voluntate, vt nimium optati efficimur filij per amorem, & gratiam.

5.
Amor accelerauit in adoptandi inuentionem adduxit.
Hoc etiam filiorum desiderium manifestauit, cùm talem modum procreandi illos elegit: nullus enim breuior modus in naturalibus, vt citius fructûs arbores reddant, quàm si inserantur. Molestum quidem est, & graue tandiu semen telluri mandatum, aut fragile virgultum, tortuosos nodos, nexúsque inflectêtem expectare: sic nulla breuior via est ad nouam Sanctorum sobolem maturandam, quàm si Verbum Dei ipsius intimis cordis penetralibus inseratur. Longum esset puerum expectare, cui fides tamquam mollito, solo sacra limpha Baptismi semina mandat; quid si idem apud Gentes præstandum foret? longum nimis. Sapienter igitur illorum pectoribus Verbi diuini surculum inseruit; vnde & breui temporis interuallo Magdalenam maturat, in diuinam derepentè ex prophana mutatur, & mox vberrimos fructus producit. *Breuiter per adoptionem & insitionem filios fili fecit.* Quis subitò militares acies adhuc sæcularibus baltheis insignitas ad palmas fecit festinare martyrij? quis deserta, & inculta loca, inaccessas rupes, vastas eremi solitudines, subitò in amœna viridaria, in paradisum conuertit voluptatis, hominum innumera frequentia Angelorum more viuentium? nisi verbo, quod audiuit Antonius, quì fieri potuisset hoc? Vnde tam nouos, & vberes fructus Christus Dominus collegisset sine verbo hæc omnia efficiente? quis nisi amor tot filios simul principes constituit, & hæredes? *nimia adoptatio*; quis hæreditatem solo verbo comparare posset cùm in humanis vnus hæres & primogenitos, parentes, & maiores fatiget, & tu solo verbo hæredes vniuersorum constituis: non lites mouebuntur, non de hæreditate ipsi contendent, omnibus sunt amplissimæ, & ditissimæ diuitiæ *Ecclesia primitiuorum.* Hebr. 12. 23. Quis denique semel procreatos filios tam dissimiles, Hebræum, Græcum, Ethnicum, Æthiopem, & candidum eodem spiritu in eandem arborem complicauit? hoc prodigium non siluit D. Paulus, & Augustinus iudicij lance librauit: *Tu autem cùm oleaster esses, insertus es in bonam oliuam, & socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es.* Rom. 11. 17. Intendite mentis oculos gentes; operæpretium enim fuit legibus dispensare naturæ, vt filij Dei essetis; *contra naturam*, id est, præter naturam, *insertus es in bonam oliuam*, vt iam deinceps dicatur iste, *non Iudæorum Deus tantùm, nomne & gentium?* Habuissemus (inquit Dominus) paucos filios, si solùm in Isaac, & in Abrahami trunco nacti essemus, ideo cessare iussimus intentatam necem Isaac; quia ex illo solùm filij per fidem Messiæ saluandi oriri poterant, in fide Abrahæ inserti: ego verò in filio morti tradito filios gratię inserere præ amore non dubitaui; ideo per Ezechielem Deus: *Dabo eas* (nempe Gentes) *tibi in filias, sed non ex pacto tuo*; Cap. 12. 61. longum enim nimis erat à stricta lege tot filios expectare, *vt* (cùm hoc ita peractum videas) *confundaris, & recorderis, & non sit tibi vltrà aperire os*, Ezech. 5. 63. vt deinceps nec mutire audeas, nec cogites futurum solummodo Deum Hebræorum, sed Gentium; inter quos amor *non plus vltrà* collocasse videtur, quod rapuit animos, vocem interclusit, & attonitis similes Iudæos reddidit, cùm in tam diuulsis, & dissitis orbis oris, tot potuisse vident sola Verbi voce filios procreari.

Sed quomodo in actum reducatur, & tam suauis adoptio prodeat in effectum; per verbum Dei idem Iacobus explicuit: 6. *In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras*, Cap. 1. 21. satis illo verbo *saluandi* denotauit, nomine Verbi, vel incarnatum Verbum intelligi, vt in Concilio Viennensi interpretatum habemus; *Plantatio per verbum.*

bemus; vel nostram in Verbo insitionem, respectu cuius & rami, & palmites sumus, ipse verò truncus, & germen à Prophetis nuncupatus. Inseritur autem Verbum hoc per studium prædicationis, vel inspirationis, quæ deforis venit. Quare D. Paulus eos, qui prædicant, & baptizant, *insitores*, siue *plantatores* vocat;

1. Cor. 3. 8.

neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Loquimur ergo de hoc verbo Euangelij, quod verbi instar quasi surculus in animo, vt bonorum operum ferax efficiatur, inseritur, & in nobis sæpius, quod semel in Christi humanitate operatur, vt D. Maximus [a] adnotauit.

a Biblioth. homil. in D. Segages.

7\. *Verbo Dei sermo Dei comparatur.*

Sicut enim ineffabile Dei Verbum in virginea viscera seminatum naturam amplectens aliam, etiamsi humanam inuenit, immutata essentia, & natura, ad gloriam filij Dei euexit, ita vt homo ille dicatur Deus, & humanitas ipsa sit vncta, & delibuta diuinitate; sic prædicationis verbum animæ insitum, illam eleuat, sustollit, perficit, & quasi deificat per gratiam, cui sua etiam bona opera adiungit, ita vt hic puluisculus, & argillaceus homo filius Dei nominetur, & fit: *vt simus initium aliquod creaturæ eius.*

Iacob. 1. 18.

Hanc autem vim diuini sermonis in prima hominis formatione adumbratam videas, in qua (vt notauit Ambrosius [b]) halitu suo, & spiraculo hominem viuificauit Deus, non quòd formaret illum de aëris substantia, sed quia sicut halitus noster, licèt non sit pars substantiæ nostræ, nostras tamen imbibit qualitates, calorem, odorem, sanitatem, & alia; sic anima Dei halitus est, non quidem pars diuinæ substantiæ impassibilis, & incommunicabilis: attamen diuinas induit qualitates, vt homo ille, qui Dei halitu viuit, secundùm Dei voluntatem viuat, ad altiora aspiret, sicut primogenitus Dei, *cui magna Deus, & pretiosa donauit, vt diuinæ essemus consortes naturæ.*

b Super Luc. 13.

2\. Pet. 1. 4.

Hinc fit, vt quemadmodum naturam sequitur operatio, qui vitam cælitus illapsam habet, & infusam, à Deóque insufflatam, non sit vilia opera sectaturus. Inde timor oritur, & tremor conscientiæ, inde cordis crebra palpitatio, quando miser homo hoc spiritu animatus commisso scelere à summo bonorum, & inexhausto fonte recedit, & sicut ventus terræ inclusus penetralibus impatiens carceris terram omnem dimouet sedibus suis, & tremore concutit vniuersa; sic anima concepto Dei spiritu, vt primùm aliò diuertit, & sese rebus immiscet humanis, quiescere non potest, quousque erumpens ad suum centrum, & principium regreditur. Pari ergo ratione, licèt verbum prædicatum substantia Dei non sit; halitus tamen est Omnipotentis, & hoc diuinum verbum ita diuinas, & deificas qualitates hausit ab illo diuino ore, vt non ad æqualitatem nos cum Verbo attollat, sed tribuat illi, vt natura sua propendeat, & ad suum bonum, & finem rapiatur: & quoties in mollia, & terrena deiicitur, animum commouet, & ingenitam nobilitatem excitat, & ad superna compellit, & inducit.

Verbum Dei halitus Dei.

8\. Adde, quòd sicut vnio illa Verbi diuini, & ipsa Verbi diuinitas, qua Christus vnctus præ omnibus est, ipsum impeccabilem reddidit; sic quodammodo sacrum Dei Verbum (inquit Chrysostomus) quod quasi oleum vngit, & docet nos de omnibus, corda nostra emollit, quo quasi nescit peccare anima, ita vt D. Chrysostomus [a] *impossibile* (hoc est, difficile) *existimet esse hominem his sacris libris, verbisque deditum à cupiditatibus superari*; verbo enim diuino instructo intellectu, fideque ad, omnem tentationem comparato, voluntate pariter Dei ardore inflammata, nulla ratione, nullaque de causa in peccatum labi posse existimat, sed veluti acie stipatum se videt; *& veritas tua in circuitu tuo: los archeros del Rey soberano son sus verdades, y essas me guardan mi persona*; ita vt *non posse peccare* fateatur Ioseph. Quis manus tuas constringit? *Charitas Christi* (respondet Paulus): *vrget nos: no se que hechisos, y lazos de amor me atan las manos: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.* Sine modò alia amuleta, & philtra (inquit D. Thomas [b]) *dexad nominas, y ensalmos.* Vera amuleta sunt verba Dei collo appensa, in cordis arcano fixa, quæ veluti quædam diuina beneficia manus alligent, ne peccetis. Vnde collum Ecclesię Dauidicę turri comparatur omni armorum genere instructæ, quæ verba hæc sunt in gutture, & lingua concionatorum posita, quibus animæ contra incursus dæmonis armantur.

a Lib. de vera religione c. 25. *Butensio quadam incarnationis per verbum Dei.*

Psalm. 88. 9.

2\. Cor. 5. 14.

Psal. 118. 11.

b 1. 2. q. 96. art. 4.

9\. *Sermo diuinus Verbo incarnato in quo similis.*

Maiora supersunt: sicut enim in humanitate Christi Verbo assumpta per admirabilem illam coniunctionem, non solùm Verbum, sed tres etiam diuinæ personæ per concomitantiam, & concatenationem intersunt; sic anima, cui Verbum sacrum inseritur, statim trium personarum habitaculum fit, dummodo ad insitionem istam *omnem auferat* (ait sanctus Iacobus [c]) *immunditiam, & abundantiam malitiæ*, amoris nempe pecuniæ, carnis, & honoris; & vt primùm animæ Dei Verbum illabitur, mox Deus se inuitatum putat. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Pater autem quando venit, vel quando venturus prædicitur? vtique cùm per gratiam in animos venit, vt videntur sentire Augustinus, Chrysostomus, & Cyrillus.

Erasmus Sarcerius in dictionario Theologico, Græcè dicitur circuitus, vel complexus personarũ.

c Cap. 1. 21.

Ioan. 14. 23.

10\. Et sicut de illa mirabili vnione vnus Christus, vnus Saluator, & instaurator resultat; sic verbum Dei, & Saluatoris, & medici, & medicinæ nostræ nomen obtinet, ipsa Dei sapientia testante, *Misericordia enim tua adueniens sanabat eos; in memoria enim sermonum tuorum exterminabantur, & de improuiso, & velociter sanabantur, ne in altam incidentes obliuionem non possent tuo vti adiutorio*; potest enim anima ad tam miserum statum peruenire, *& in altam incidere obliuionem, aut conciones negligendo, aut diuinis impulsibus non obsecundando, ita vt Dei auxilio speciali dignè priuetur.* Hoc in Herode cernitur; eo enim tempore, quo salus ista Verbi diffundebatur, cùm ante ipsum sisteretur Christus, obmutuit, & rogatus responsum non dedit. Quid est in causa summe Magister tanti silentij, loquere Domine, qui potes verbo regem, curiámque totam mutare. Tacet: nónne Domine, Ioannes Baptista in illum acriter inuectus est concionibus? nónne vocem exerens quantum poterat, contendebat? quæ infirmitas, & imbecillitas est ista? Tacet; & quare taces Verbum Patris? Nulla (respondet) mihi est vox; quid hoc, verbum sine voce? Ita (inquit) iste perditissimus, Herodes mihi vocem abstulit, & os meum occlusit, Ioannem decollauit. Tacet; si taces quia immane crimen est occidisse, immensa item est tua miseri

Sap. 16. 9. *Sermonis Dei & verbi comparatio.*

misericordia. Respondet, percommodè dicis si ipse non se illa indignum fecisset, ita vt modò minimè diuinis inspirationibus respondeat. Et quo pacto Domine auxilia demeritus est? Cunctando (inquit) & differendo desideria, quibus tenebatur audiendi verbum Dei; *erat enim ex multo tempore cupiens videre eum, eo quod audierat multa de eo.* Illa desideria deperdita, illi fauores, quos menti immittebam, vt aliquo die lectum, sedemve relinqueret, vt me concionantem audiret, cor eius sic tepidum reddiderunt, vt desideria sint in illo veluti emortua; vnde frustra illum alloquar: verbum enim meum medicina est, & hæc certis est, & constitutis danda temporibus, nec occasio est negligenda: *etenim neque herba, neque malagma sanauit eos, sed tuus, Domine, sermo; quia sanat omnia*; cùm omnium Salvatori simillimus sit.

Inspirationes, desideria. Luc.23.8.

Sap.16.12.

II. Et quemadmodum mortuo Christo spirant adhuc, & viuunt ipsius merita in Ecclesiæ ærario reseruata quasi hæreditas, & primogenitura tum iustis, tum impiis, vt omnes salutem consequantur, ita similiter licèt sceleratus peccator hostis sit diuinæ bonitatis, nunquam diuini Verbi fauore priuatur: nam licet excommunicationis fulmine à fidelium consortio, & mysteriorum communione præcisus sit, verùm numquam audire verbum Dei prohibetur ab Ecclesia; semper filio prodigo paternæ misericordiæ fores patent. Sicut Verbum incarnatum, quia filius hominis est, & omnium caput, & rector, iudex omnium ipsorum constituitur; omnium (inquam) qui vel vti, vel abuti sunt tantis eius meritis: sic etiam hæc oratio, & verba eius, licèt ex lingua carnea, & mortali prodeant, iudicis officium induunt, vt te, ò mi homo, aut in extrema die seruent, aut damnent; caue ne iudices, & testes contra te instaures: Verbum enim pro se loquitur, *Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum; sermo, quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die*, quæ verba licèt expositione non indigeant, bonus tamen audiatur Rupertus [a]: *Vbinam iste talis iudex sedebit? prope aderit, intus sedebit in conscientia, cuiusque initas sententias terribiliter personabit.* Et D. Augustinus [b] probabilius ipsum Christum intelligit sermonis nomine; *Satis* (ait) *manifestauit in nouissimo die indicaturum*; seipsum locutus est, seipsum annuntiauit: & hæc verba prædicata materia erunt iudicij; sicut cùm quis gladium euaginat, ad certamen prouocans illum, à quo verbis est lacessitus: *acuerdaseos de las palabras del otro dia, con migo las haueis de hauer hechad mano.* Ita Christus venturus est ipse iniurias verbo illatas vindicaturus, dicetque; *Acuerdase de las palabras, que le dixò el predicador tal dia? con migo las haueis de hauer, hechad mano atrenido, y descomedido à mi palabra.*

Sermo diuinus quanto habendus honore.

Ioan.12.48.

a In Ioan. lib. 10. sub finem.

b In Ioan. 12.

12. Ex quibus omnibus duplex cum D. Iacobo conclusio cogitur. Prima pro verbi Dei concionatoribus, quam ipsi probè intelligent ex D. Paulo, vbi de incarnatione loquens ait; *Qui prædestinatus est filius Dei.* Quid hoc Paule, potéstne naturalis, & coæternus filius Dei subiectum esse prædestinationis? Respondet Thomas [c]: Subiectum huius prædestinationis homo ipse hic est, qui prædestinatus est, vt sit naturalis filius Dei, hic nempe, qui filius naturalis est Adami, Abraham, & Dauid, vt meditatè dixerat Paulus: *Qui factus est ex semine Dauid secundùm carnem*; & post hæc: *Qui prædestinatus est filius Dei in virtute*; prius dixit humanum, quàm diuinum. Similiter & Ioannes: *Verbum caro factum est*; & statim: *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre.* Semel facto homine Deo homo visus est per vnionis gratiam ad veram gloriam filij naturalis ascendisse. Vnde agentes modo nostro intelligendi de hac diuina, & singulari prædestinatione dicimus, præcipuum, quod Deus intenderat in illa, non tam fuisse, vt filius eius homo fieret (quid enim hoc erat, inquit Paulus, nisi exinaniri, & seruum fieri;) sed illud maximè Verbi descensu prætendit vt homo fieret Deus, hanc enim gloriam sibi, simul & naturæ humanæ obtinere Deo dignum erat opus: igitur maiestas ista assumptæ humanitatis terminus fuit prædestinationis, vt sciat noster Ecclesiastes, cùm per os eius Verbum Dei ad animas descendit, & humana verba, vt intelligatur, effundat, & non putet descendisse Verbum, vt sistat in plausu, in laudibus, in auditorum multitudine, vel in vilissimo lucro, & stipendio concionis; hoc enim est exinanire semetipsum; sed scopus, finisque primus concionis sit, homines attollere, assumere, eleuare, & vsque ad Deum ducere, Deósque efficere, munusque nostrum non tam dictionis, quàm Deificationis esse, vt ait Nazianzenus [a].

Concionator.

Rom.1.4.

c 3.p. q.24. art.1.

Rom.1.3.

Cap.1.14.

Per incarnationem illud intendit Deus vt homo fieret Deus.

Admonetur concionator exemplo, verbi fructum, nō plausū quærere.

a Oratione 1. Apologetici.

13. Secundam elicit conclusionē Iacobus [b]: *Estote ergo factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos; quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo*; quibus verbis auditi verbi, & legis Dei executionem persuadet, vt notarunt Doctores, & summus Doctor Paulus Rom.2. *Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur*; nam Dei Verbum quasi speculum est, quod talem te repræsentat, qualis tu illi repræsentaris, vt si forsan aliquid in te indecens, & ineptum reperitur, emendes, & corrigas. In quo hoc discrimen est; mulier namque (inquit Bernardus) ad speculum se ornat, genas quodam veluti iubare, & splendore perfundit, totam faciem illuminat, & illustrat, speculumque obseruat, secúmque portat, vt si forte aliquid ab illa compositione deuiet, mox speculum consulat: homo verò, qui vir est, & non mollis, & effœminatus, raptim speculum adit, non circunspicit, non vultum immutat natiuitatis suæ, non pulchritudinem emendicat, qualis à Deo conditus perseuerat, non capillos calamistrat, non canos tingit (assero ego quidem, quod tempore D. Iacobi fieri consueuerat; modò verò eneruati, delicati, mulierosi, qui formam iactant, colunt se, capillaturam nutriunt, in annulos iuxta auriculas intorquent, & secum specula portant) vir autem statim obliuiosus fit; speculum est Verbum Dei: *in quo vos obsecro fratres, consideremus nosmetipsos, & in ea, quam audiuimus sacri Euangelij lectione vt proficiamus ex ea, & corrigamus secundùm eam, si qua in vobis deprehenderimus corrigenda*; *tunc enim* (inquit Dauid) *non confundar, cùm perspexero in omnibus mandatis tuis.* Inde ornatissima, & perelegans anima Nazianzeni [c] cultum, & venustatem tulisse fatetur: *Ego diuinis oraculis euoluendis mentis puritatem collegi.* Immo secum ferre speculum admonet Chrysostomus [d]: *Non satis*

b Cap.1.22. *Verbum opere exequi oportet.*

August. ser. de blasphemia in Spiritū sanctum, Basil. hom. in exaëmer. ex similitudine vitis, quam Christus Dominus proposuit Ioan.15. Damasc. lib. 2. Parallel. c.18. quæ est cōtra Simonianos, & Gnosticos; immo contra Lutheranos, & Caluinianos, quorum dicta factis deficientibus erubescunt, vt aiebat Tertul. lib. de patientia.

Vsus speculi fœminis, non viris datus.

Effœminati adolescentuli.

Bern. ser. 1. de septem panibus.

Psal.118.6.

c Orat. de quadrages. ieiunio.

d Hom.6. ad populum. Vide Greg. 2. mor. c.1.

satis est, si quis audiendo verbum Dei componat, velut ad speculum mores suos, sed insuper & domum reportet admonitionem filiis, uxori, & necessariis omnibus, ad hoc enim specula inuenta sunt (inquit Seneca[a]) *vt iuuenis flore ætatis admoneretur illud tempus esse discendi, & fortia audiendi, senex vt indecora canis deponeret, & de morte aliquid cogitaret.* Non vides (apud se dicat) perfrictam frontem sine vllo timore? elata supercilia? ira tumentes, & inflatas nares? labia semper aliis mala precantia, cogitationum capillos sparsos, dissolutos, & liberos? non te intueris deformem, nudatam, spoliatam donis omnibus? Vide quid tibi dixit concionator: *Sermones omnes ex æquo fastidiunt* (inquit Nazianzenus[b]) *alij ob imperitiam, eiúsque comitem temeritatem aduersus omnem sermonem porcorum in morem ruunt, ac pulchras veritatis margaritas conculcant: alij omni sermonum genere obruti, & protriti, post multas litteras, auribus tandem, & animo defatigati sermones omnes ex æquo fastidiunt: otros acebadados de tantos sermones dizen, no he de oir mas sermon.*

a Lib. 1. natural. quæstio. c. 17.

Animi deformitas ad speculum cōponenda & corrigenda.

b Apologet.

14\. *Odit deformis anima speculum, hoc est, verum Dei verbum.*

Quid si vlteriùs progrediaris, & puram, nudámque veritatem proponas? Speculum proiicit, & confringit, mulieris instar cùm se deformem à speculo repræsentatam videat, speculum in culpa esse dicit, illúdque confringit veluti simia. Contine te obsecro, domina, ne tam subitò ira conciteris, nulla in speculo culpa, nulla criminis macula, si vlla est, in exemplari proposito, & prototypo inuenitur; speculi enim est nudam proponere oculis contemplandam veritatem, tuum est illam amare. Verbum Dei speculum est sine macula, & verbum a vero dicitur, siue à verberando, *herir, y dezir verdad, aunque duela*; quòd si turpem Herodiadem sicuti ipsa erat, verbum Ioannis ostenderit, & duplici marito copulatam, & ipsi se inuicem adulterij macula turpatos intuentur, quid mirum, si proiiciat, & perfringat speculum?

15\. *Ita audiat Dei verbum homo vt fructum rependat.* *Simile.*

Tu verò homo Dei, hanc summam verbi Dei dignitatem, & beneficium singulare cogita, non tibi a Deo sine fœnore dari, & quodam quasi lucro. Si enim in hospitio, cùm hospes discedit, omnium rerum strictissima ratio exigitur, caducarum etiam rerum, paleæ, hordei, lecti, & pro lucerna etiam nummi soluuntur: ita pariter Deus rationem quidem in discessu ab Ecclesia reposcet hordei, & palearum rerum temporalium, lecti, & sedis Ecclesiæ, mensæ Sacramentorum, nunquid obliuiscetur lucernæ? solue, solue, dicet, pro concionatoris voce, lucis radio, quo mentem tuam, dum viueres, illustraui: *pagadme la luz, que os di en tal sermon.* Sicut enim iuxta surculum, qui inseritur, redditur fructus, & quæ spinas, & tribulos profert, reproba est, & maledicta terra: sic etiam è contra illis, qui in mansuetudine insitum sibi verbi Dei surculum fouent, atque amplectuntur, Deus gratiam, & gloriam precatur æternam.

VERBVM SPIRITVS sancti. 1. Petri 1. v. 23.

Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per Verbum Dei viui, & permanentis in æternum.

Vitam in nouo Homine plantat, & incorruptibili semine verbi ad vitam, ad gratiam, & ad gloriam reuocat.

DISCVRSVS III.

SPIRITVS sanctus, & infensissimus humani generis hostis pariter æmuli prodierunt, hic vt mortem plantaret in terris, ille vt vitam sereret in orbe terrarum. Actus inuidia dæmon morti aditum aperuit in omnes viuentes; Spiritus verò feruenti charitatis zelo compulsus illius inuenta eludens mortem, quam in orbe plantauerat hostis, radicitus euellens vitæ aditus patefecit. *Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis*; quasi procus, & zelotypus, cuius feruore, & amore tenetur, non fert vnum alteri amicitiam præstare. Arma, quæ susceperunt ad tale, tantumque certamen obeundum, *Verbum* solummodo extitit: dæmon verò verbum suum, & sapientiam in carne seminauit, inde corruptio ex venenato fonte manauit; *prudentia enim carnis mors est*, inquit D. Iacobus. Spiritus item sanctus verbum Dei, & sapientiam sparsit, vnde in nos immortalitas, & vita deriuata fuit: *prudentia autem spiritus vita.* Hæc lis oborta durauit à primo nascentis mundi exordio, & ad finem vsque perdurabit, quando Dei Verbum gloriosa victoria reportata de victo, & prostrato hoste triumphabit; & caro, in qua verbum suum diabolus seminauit, fœni instar arescet, & in inferni flammas immissa cremabitur. Hoc est, quod diuina sublimitate verborum docuit Spiritus sancti oraculum D. Petrus: *Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per Verbum Dei viui, & permanentis in æternum; quia omnis caro, vt fœnum, & omnis gloria eius, vt flos fœni, verbum autem Domini manet in æternum*; quasi dicat, quæ vnusquisque serit, hæc metit, vobis illuxit vitæ lumen æternæ, vobis manifestatus est Spiritus sanctus, qui ex natura, & essentia vita est, ex quo, & in quo, & per quem omnia viuunt, & verbum suum seminauit, quod est vita; quare vitam plantauit in mundo, & inde vos vitam, & spiritum accipientes nati estis, & renati. Ita exposuit D. Thomas cum aliis Doctoribus, qui nomine *Verbi* intelligunt, aut Verbum æternum, quod propter nos descendit, aut verbum prædicatum, & nuntiatum orbi, quod quidem nos quasi Euangelica redemptione instaurat, & renouat: aut nomine *Verbi* sacramentale intelligunt, quod terrenum hominem in cælestem conuertit, atque refingit, & *manet in æternum:* nam increatum Verbum manet in seipso; creatum verò in effectu, & in suo

1\.

Renouator & viuificator Spiritus.

Iac. 4. 5.

1. Petri 1. 23.

Hugo, Fulgentius cōtra Arrianos ad obiectionem 3.

Ioan. 6. 51.

 signi

significato. Nam, vt eleganter Lyrinensis, *Dogma* (inquit) *Christiana religionis has sequitur profectuum leges, vt annis consolidetur, dilatetur tempore, sublimetur ætate; incorruptum tamen, illibatúmque permaneat*; manet in æternum.

2. *Plantat vitam Spiritus sanctus.*

Cœpit ergo summa bonitas, & infinita, veraque vita plantare in orbe vitam, & Spiritus sancti verbo omnia animalia penetrauit; id enim est vita, Græcè, *internus feruor*, Latinè verò *vita* dicitur, quasi *via*, eo quòd animal mouendo se vitam testetur habere, vitæ huius plantatio opus fuit almo Spiritu dignum: nam cernere oculis hominem ex argilla fictum, & solo spiraculo Dei animatum, sic ornari gratia, sic ad æterna ferri, sic diuinam prætendere dignitatem, cuius animum in admirationem non rapit? tum maximè cùm ab hac interna vita opera eius præstantiora, & excellentiora magis, magísque reddantur? non minus mirabile, quàm si plantam intueremur, quæ ex se habet vitam vegetátem, adhibita solùm vnctione quadam moueri motu animalis, audire, edere, eloqui. Ad eumdem modum debes hominem cogitare viuentem vita humana, & naturali, ac planè rustica, per vnctionem gratiæ iam viuere vita supernaturali, nobili prorsus, & aulica, quæ est intelligere, amare, quæ cùm diuiniora sint, absque hac vnctione non attingebat:

1. Ioan. 2. 27.

ideo dictum est, *Vnctio eius docet nos de omnibus*; Spiritus verò ad hanc agriculturam omni ex parte diuinam necessaria omnia maximè conquisiuit, terram aptissimam, solem, ventum, rorem, & quo magis animæ, & plantæ indigent, interna vitæ irrigatione, vt bene Paulus docuit:

3. 1. Cor. 3. 6.

Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit; inanis enim esset agricolæ labor, nisi Solis influxu, & arcana gratiæ irrigatione mox Deus incrementum daret: nam licet (vt ait Cyrillus [a]) in Ecclesiam vocentur fortes (vt prædixerat Isaias) tamquam plantæ aliunde allatæ: *plantationes Domini ad glorificandum, & licèt colat nos sicut agricola per sanctos mystagogos, & licèt diuina verbi prædicatione plantet, rigétque similiter sacra administratione Baptismi*; tamen quid (quæso) hæc prodessent, nisi tu ô vita cordium, vita vitæ meæ, intus vim plantis dares, rigatæque coalescerent, & in sanctis desideriis germinarent, est vtique *Deus, qui incrementum dat*, & internam vitam: vnde prudens Ecclesia verbum illud verbo alteri adiunxit, *Dominum, & viuificantem*, monent cæteri domini, & imperant in externis; solus verò Spiritus in internis cordibus dominatur, quam veritatem multi firmarunt, & confirmarunt. Eliud apud Iob: *Sed vt video spiritus in hominibus, & inspiratio intelligentis dat intelligentiam*; hoc est, æquè certum est hominem per vitam acceptam à Deo viuere, atque per inspirationem, & prudentiam spiritus reddi intelligentem. Et Dauid: *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi*; postquam hoc communi spiritu homo fruetur, sic illum à Deo impertiri fatebitur, vt ad omnem respirationem gratias eidem habeat immortales. Itáne est? (dicet) hac ego communi luce delector? *que es possibile, que vino? aquum erit, vt festos dies agam, vita mea, nempe Spiritui sancto*: ita oportet, (inquit Dauid) *vouete, & reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera. Terribili, & ei, qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ.* Aduertite Spiritum sanctum Dominum esse vitæ; igitur imitamini hortulanum, qui viridarium regium conduxit, & colit, qui arbores aliquas suauioris fructus regis delitiis, & gustui assignat: *acota lo primero algunos arboles para el regalo de su Magestad*; & insuper redditus annuos viridarij iuxta factum chirographum persoluit: *y demas de esso paga los redditos de la huerta conforme lo asentado.* Ei igitur summo Regi, qui vitam in vobis plantauit, primò opera aliqua præstantiora, & excellentiora *vouete* [a]: nam virginitate delectatur, placet illi obedientia, eleemosyna recreatur; *vouete*, omnia enim vitæ Domino debentur; & insuper *reddite*, hoc est, redditus soluite legis, & mandatorum, iuxta librum Decalogi: ab hac verò Dominica seruitute sublimiores arbores, reges, & principes minimè liberas esse se putent, sed intelligant à Deo plantatas fuisse, & posse ab hoc Domino spiritu, & vita priuari, ideo addit: *terribili, & ei, qui aufert spiritum principũ*, ex Hebræo, *qui succidet, vel vindemiabit spiritum principũ.* Caietanus, *animum principum: sabe cortar los mejores racimos como señor de la vida.* Hoc ipsum probat Isaias, scilicet à solo verbo Dei vitam, & spiritum internum conseruari, & defectum verbi Dei mortem esse animarum. *Morientes* (inquit) *non viuant, & gigantes non resurgant.* Gigantes dicuntur à *rapha, sanare, mederi*; quia hi sani sunt, & robusti, valetudinis integræ, torosi, & ad omnem conatum, & pondus idonei, hos *mortuos* vocat per antonomasiam, sicut *Prouerb.* 9. vbi vulgatus, *Ignorauit quod tibi sint gigantes*, Tigurina, & Pagninus vertunt *mortuos*; & ratio est, quia idipsum vult probare, quòd nos sine vita, nimirum Spiritus sancti, licèt arbores, hoc est, homines, cælo proximas intuearis, illas esse parui faciendas: hac de causa hos vocat gigantes, ad illos alludens, qui in orbis alluuione omnes extincti sunt; quia noluerunt audire verbum Dei à Noemo prædicatum; vt primùm enim quis Dei verbum non seruauerit, mortuum puta: idipsum confirmat Salomon; *Vir, qui errauit à via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur*; vertunt similiter, *in cœtu mortuorum: al que con el ayre de vida natural, con que se criò, y alque con la palabra de Dios, conque nasciò el, y la yglesia, se empeora; in cœtu mortuorum commorabitur: contadle entre los muertos, abranle la sepultura.* Vnde in sacra Scriptura [b] certum est mortuum, & gigantem idem esse. Adde insuper hos gigantes nequaquam vitam posse tribuere, ideo Septuaginta vertunt; *mortui non viuificabunt, gigantes non suscitabunt*, quod est populum monere nihil posse sperari à mortalibus dominis, *propterea visitasti eos* [c], & ostendisti te solum esse vitæ auctorem, *& verbum tuum manere in æternum.*

Ingressus est paradisum diabolus, vbi erant pulcherrimæ illæ duæ Spiritus sancti plantæ, & vitali arbori mortem inserens, in generis humani protoplasto mortalitatis fixit radicem (vt notauit Cyrillus [d].) *Cùm enim morbus veluti ex radice ad omnia, quæ ex ipsa prodeunt, transcurreret; regnauit etenim mors* (vt ait Paulus) *ab Adam vsque ad Moysem; necessario creator omnium fuit creaturis succurrendum putauit.* Ecce subitò zelus spiritum vitæ nostræ stimulauit: *ad inuidiam concupiuit spiritus, qui habitat in vobis*, & præclarum

Marginalia:

a In Isai. c. 61. 3.

Viuificator Spiritus.

1. Cor. 3. 7.

Cap. 32. 7.

Psal. 75. 11.

Ibid. 12.

Ibid. 13.

4. *Vita hortulanum & plantator Spiritus.*

Opera supererogationis Deo placent.

a Hæc vox est consulentis; secunda verò *reddite* præcipientis est: si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui, quanto magis pollicitatio, quam cum Deo quis pepigit: sic Innocent. III. Papa 27. q. 1. c. hæc verò.

Cap. 26. 14. *Quinam dicantur gigantes.*

Sine vita Spiritus sancti nihil sublime, firmum aut robustum.

Prou. 21. 16. *Mors animæ Verbi Dei defectus, vel tædium.*

b Num. 2. solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum, & post quatuor filios Arapha, seu Rapha nullus deinde in sacra

5. *Scriptura commemoratur de genere giganteo; y assi gigante y muerto esto mismo.*

c Isai. 26. 14.

d In Gen. lib. 1. in fine.

Rom. 5. 14.

clarum inuentum Spiritus ſancti fuit, terram virginem ſolùm quæſiuit, plantam aliunde detulit, quæ in ſe vitam, & radices in æternitate haberet, & quæ in terris plantata principium, & origo foret nouæ ſobolis viuorum, & ſanctiſſimorum hominum filiorum Dei: *radicémque* (inquit Cyrillus) *quaſi generis ſecundam molitus eſt, quæ ad priſtinam nos immortalitatem reſtituit, vt ſicut factus eſt primus Adam in animam viuentem, nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem; ergo ipſe eſt vita noſtra: in animis enim ſanctorum habitat* (vt B. Ioannes inquit) *in hoc ſcimus, quia manet in nobis; quia de ſpiritu ſuo dedit nobis.* Attigit Cyrillus ſubtilitatem eximiam, qua Spiritus ſanctus vitam in nobis plantauit, hocque ſignificat Ioannes, dicens, *Quia de ſpiritu ſuo dedit nobis.* Probo (inquit Ioannes) nos eſſe in Deo, & filios eſſe Dei: quamuis enim ego Chriſtus non ſim, verùm eiuſdem ſpiritus particeps ſum, quo viuit ipſe Deus, per participationem eius. Quare (inquit S. Ambroſius) ſponſæ animam mortuam ſe eſſe duxiſſe, quandiu à Chriſto ſeiuncta fuit, & feruenter oraſſe, & obſecraſſe, *Oſculetur me oſculo oris ſui* [a]; aperiat Deus os ſuum, & inſuffletur mihi ex filij, & Patris labris vita. D. Hieronymus, *Os ori meo admoueat, vt de ſpiritu illius hauriam, vt fiat quodammodo vnus vtriuſque ſpiritus*; ecce iam nobis vitam reſtitutam, ſicut *Sap.* 7. deſcribitur, *Inſuper manens omnia innouat, & per nationes in animas ſanctas ſe transfert, & amicos Dei conſtituit;*

6\. fit enim vita, & cor hominum. Sicut enim cor noſtrum vitales ſemper ſpiritus generat, & omnibus membris largè, effuſéque donat, ſiue dormias, ſiue quiduis aliud facias, iam oculis, iã pedibus ſubminiſtrat. Et ſicut anima corpori vitam, ſenſum, motum, rationemque communicat, nulla cogitatio, niſi per illam, nullus ſine illa motus: ſic ſpiritus in media anima iuſti reſidet, motus, impulſuſque ad bonum illi infundendo recreat, in ſui amorem rapit, illuſtrat, increpat, corrigit, confirmat, & ſpiritus, viréſque illi ſubminiſtrat; ideo Auguſtinus [b]: *Sicut anima* (inquit) *eſt corpori tuo, per quam viuit, ita ſe habet Deus tuus animæ tuæ, de quo viuit. Vnde moritur corpus? quoniam diſceſſit anima. Vnde moritur anima? quoniam diſceſſit Deus.* Probè callet hoc ſatanas, quare per omnes ſenſus in anima mortem plantare molitur. Iam igitur mortuus es miſer, & miſerande peccator; date ſpeculum, experiamur, an viuat? nec ſpiritum à Deo ſuſcipit, nec ſuſpirat propter cælum, nec ad res cæleſtes aſpirat, nec ſpiritu cæleſti reſpirat; actum eſt de illo, iterum mors nobis irrepſit, & intrauit in orbem.

7\. Sed nondum excluſa vitæ ſpes; nam *ad inuidiam concupiſcit ſpiritus* [d]: ecce iam properat vt miraculum ſuæ virtutis patret inauditum, nempe, vt ſpiritum, & animam in inanimato peccatore plantet; quomodo? verbotenus, halitu, & gratia diuina; & quia in opere hoc mille prodigia elucent, S. Iob miro opere tonitruorum explicuit [e]: *Tonabit Dominus in voce ſua mirabiliter: tronarà Dios en voz ſuya alas marauillas, hazedor de grandezas, que no ſabemos* [f]; quia ſine dubio per ſua verba in cordibus mirabiliter tonat: priùs enim per internam, & ſubitam vocem fulgurat, & illuminat animum; poſtea tonat, & terret, ac ſimul pluit. Prima enim fides animam tenebris obuolutam illuminat, & quaſi ſubitò, & breuiſſimè quàm vana, quæ ſupra terram ſunt, ſentit; intonat illico tonitru Verbi Dei, quod trementes vires animi corripit, ac ſubito reſipiſcentiæ dolore vociferatur: Heu miſer, quid feci? de præteritis quid poſſideo? de futuris quid fiet ignoro: modò quid habeo præter terrorem, mortis vmbras, tremorem oſſium, amaritudinis voces, mortifera ſpectacula, horribilia phantaſmata *contra me ſemper*? Attamen inter hæc fulgura, & tonitrua ſenſim gratiæ pluuia, & imber diſtillantis gratiæ deſcendit, & quo maior fuit dolor, & fragor vehementior, eò copioſior vis aquæ mittitur, ita vt molliſſimè per oculos effuſa tabeſcens cor, & putridum lauat, reficit, & inſtaurat. Tonat ergo Deus mirabiliter per verbum Spiritus: in nullo enim ita ſe præbet admirandum Deus, ſicut in immutando pectore, ſceleribus, & vitiis mancipato, & plantando vitam, iniuſtitię amore, & peccati affectu radicitus euulſo.

8\. Primũ prodigium eſt Deum rapi amore, vt quærat ſe odio habentem, & aliò diuertentem. Secundum in huiuſmodi inueſtigatione, miſericordiam iuſtitiam temperare, ſemper in hac re filij merita reſpiciendo. Tertium ſũmma ſubtilitate ſine compulſione habita ratione libertatis, illum blandè amouendo, & ſeiungendo ab his, quæ perditus turpiter deperit, & vehementer amat; alliciendo illius animum ad ea, quæ nec cernuntur oculis, nec habentur. Quartum denique eſt modus, quo ſequitur illum hac, illácque aggrediendo, quæ mediorum induſtria? qua arte vtitur? quouſque animam in centrum inducat? In primo infinita bonitas, in ſecundo iuſtitia, in tertio incredibilis potentia, in quarto tandem ſapientia elucet immenſa. *Tonat igitur Deus mirabiliter: y es obrador de marauillas, que no ſabemos*; prætervolant enim ingenij noſtri aciem. Verumtamen illud aduertendum maximè venit, raptim ab eo tribui vitam; *velociter enim currit ſermo eius*, & D. Leo [a], *O quam velox eſt ſermo ſapientiæ inſpirante vbi vult ſpiritu veritatis, propriæ ſingularum gentium voces factæ ſunt in Eccleſiæ ore communes: paſsò de paſſo, y arrojò lenguas alas bocas de todos*; ita vt diſpertitæ linguæ dicantur. Vt attendas Chriſtiane quando vox Domini pertranſit, forſan te effugiet: hanc (vt puto) miſericordiam regius Vates cecinit, vbi alij vertunt: *Vox Domini parere faciens ceruas*; & vbi ſumma difficultas cernitur, in edendis fœtibus, tonat tamen Deus mirabiliter; quia dum maximo dolore premuntur, & incuruantur ad fœtum, dolore vehementi membranas diſrumpunt, eo maximè tempore, quo Deus tonitru, & tempeſtate obſtetricare videtur. Laudo Dei mirabilia, neque inficior iuuari ceruas tonitruum fragore: ex his tamen te cautum, & timoratum vellem. Sit enim ita, Deum voce ſua ceruarum parturitioni ſubuenire: at quàm rarò eueniet hoc? immo quoties continget incuruatam iam doloribus premi, & per accidens (vt aiunt Philoſophi) Deum tonare. Certè difficultas conuerſionis in eo eſt, quòd derepentè ſis proditurus in lucem Dei filius, magnus, ſanctus, iuſtus: & quamuis hoc facile ſit in pulpito Domino tonante, vt in lucem Magdalenam edat, aut Paulum, *Saule, Saule quid me perſequeris*? Sed hoc quàm rarò continget, quid ſcis ſi impendente morte *colligata erit iniquitas Ephraim, & dolores parturientis venient ei*, & cælum ſerenum

Margin notes (left):

z. Ioan. 3. 23. *Diuina ars viuificandi.*

a Cant. 1. 1.
b Lege Chryſoſt. hom. 6. in Matth.
c Hom. 13. tom. 10. in fine.
d Iacob. 4. 5.
e Cap. 37. 5.
Spiritus ſancti effectus. Mors ſpiritualis.

Conuerſio peccatoris.
f Litteram paucis accipe cũ exaggeratione tonitrum, & illius bombum proponit horrendum, Deum non quomodocunque perſonare, ſed ſtrepitu, & fragore ingenti tonare: quæcunque enim Deo tribuuntur, magna ſunt ſemper, & mirabiliter tonare dicit: mirum enim eſt vaporem concretum, & diruptum repugnantium qualitatum cum ſtrepitum, & bombum horrificum edere: id verò Deo familiare eſt, ea ſcilicet, quæ ſuperant captum humanum perpetrare.

Margin notes (right):

Iob 37. 4.
Mirabilia verbi Dei tonantis.
Vox Dei mirabilis.
Iob 37. 4.
a Serm. 1. in feſto Pentecoſt.
Qui habet aures audiendi, attendere iubetur ne prætereuolet ſanctum Dei verbum.
Pſalm. 28. 8.
Cautè ſuſcipienda diuina vox.
Act. 9. 4.
Oſeæ 13. 12.

ized by Google

ſerenum neque tonabit mirabiliter, neque dabitur tibi robuſtior gratia, quæ nunc blandè inſeritur, & animum ad ſupernam vitam transfert.

9. Vlteriùs mali dæmonis inuidia progreſſa fuit, & vna die homini vitam, & ſpiritum intercludere voluit, atque feliciſſimo partu fraudare Eccleſiam; iam enim ipſe prodigium formidauit, de quo Iſaias agit: terram nimirum noua ſobole fore fœcundandam; & Sion illuſtres vna die, & plurimos filios parituram; verùm parum illi profuit: *ad inuidiam enim concupiſcit ſpiritus*. Nouæ vitæ auctor vitam, & ſpiritum toti Eccleſiæ molitur, & in carneis hominibus de cælo delapſum ſpiritum plantat, & quos Eua peremerat, & vetus lex, *quæ nihil ad perfectum adduxit*, parturire non poterat, vna die Eccleſia eius ſponſa in lucem aſſeruit, vnde Auguſtinus [a]: *Hæc enim Eccleſia ſoluit, quod illa Eua ligauerat, vt prolem, quam per inobedientiam ſui morte damnauit, hæc per obedientiam reſtituat vitæ.* Non vides in cœnaculo in die Pentecoſtes fœtum informem, ibi caput eſt, ſcilicet Petrus, illic brachia Apoſtolica, illic oculi Prophetici, illic virgo Maria tamquam cor vitam, & ſpiritum toti corpuſculo ſubminiſtrat, ſed deeſt illi anima; ecce ingreditur ſpiritus Eccleſiæ vita, animat illud corpus, en oculi ſacra myſteria penetrant, frontem erigit, vt impauida totius orbis furori reſiſtat, protendit brachia, vt miracula patret, & manus imponat, pedes explicat, quibus mundi gloriam proterat, & conculcet, lingua ſoluitur, & ora filiorum Dei reſerantur, & vario, & multiplici idiomate verba faciunt, & caput omnium Petrus Spiritu ſancto redundans ſtatuit, definit, & dicit; *Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis.* Ecce iam denuo natus eſt homo: *renatus quidem non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili*; quo pacto id effectum ſit, Paulus aſſerit, & interpretatur Ambroſius [b]: *Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberabit me à lege peccati, & mortis.* Et quæ eſt iſta lex; nam oportet matrem noſtram dignoſcamus? *Lex ſpiritus vitæ ipſa eſt lex fidei. Lex ſanè Moyſis etiam ſpiritualis fuit, quia prohibebat peccare; non tamen fuit lex ſpiritus vitæ, quia reis mortis peccata remittere non potuit, vt viuificaret mortuos; lex verò fidei, quia & peccare hominem vetat, & peccatis mortuum reuocat ad vitam, rectè appellatur lex ſpiritus vitæ.*

Iacob. 4. 5.
Eccleſia vera mater.
Hebr. 7. 19.
a Lib. 4. c. 1. de Symbol. ad Catechum. tom. 9.
1. Petri 1. 23.
Regeneratus homo.
Rom. 8. 2.
b Apud Tolet. & Pereiram.

10. Et addit verbum, quod maximè iuuat ad mores, & ad ſolatium concionatoris; *& dicitur lex ſpiritus, quia non in littera eſt poſita, ſed in ſpiritu, quo creditur ad iuſtitiam.* Quid cogitatis in cauſa eſſe, cur tot filios abortiuos, peccatores (inquam) deploret Eccleſia, & reſpublica? quia tu ciuitas humanis legibus, libris, & codicibus Bartoli, & Baldi regis, & gubernas filios; & tu paterfamilias filios tuos minis, & ſeruum virga, aut fuſtibus veteris legis inſtar, & externis conſtitutionibus moderaris. Bonæ ſunt hæ litteræ, non inficior; verùm quouſque his hominibus cæleſtis illabatur ſpiritus, mortui ſunt, ora, obſecra, & quantum potes, voce contende, pete à Spiritu ſancto, vt ſeſe illis infundat: cæterùm enim eſt velle à mortuis aliquem excitare appoſito ſuper eum medici præſcripto, *Miniſtratio mortis litteris formata, recepta, muerta*: nec tu deſpondeas animum concionator, ſi minus copioſos fructus ex verbo Dei percipias; opus enim viuificandi animas ſecretiſſimum eſt, tui muneris eſt (inquit Chryſoſtomus [c]) omni tempore ſemen ſpargere, & plantare in animis verba, quæ ſpiritus viuificet. *Qui obſeruat ventum, non ſeminat, & qui aſpicit nubes, non metet.* Et rationem appoſitiſſimam reddit: *Quomodo non cognoſcis tu, quæ ſit via ſpiritus, & ſicut oſſa in vtero prægnantis, ſic neſcis opera Dei: creed predicador, que como es ſecretiſſima la formacion del cuerpo humano, y como de vna miſma materia eſto ſe endurece en hueſſo, aquelloſe en mollece en carne, eſſotro ſe haze ligadura, y neruio, eſſotro eſtà en perpetuo monimiento.* Si viuificationis opus ſecretiſſima arte à diuino Spiritu præſtatur, *quando tu non cognoſcis, & neſcis opera Dei.*

2. Cor. 3. 7.
Bono animo ſit concionator.
c In Eccli. 11.
Eccli. 11. 4.

Verùm quid conſilij capiemus? plantauit enim mortem in ipſo corpore dæmon, in ſepulturam omnes, & in mortem rapimur. Eia diuine Spiritus, *ad inuidiam concupiſcit Zelus tuus*; præclarus hortulanus es, qui ſepulchra in amœniſſima conuertis viridaria, & has plantas in terræ viſceribus putrefactas viuas, floridáſque produces; ideo morti proximus cum deficientes animo intuetur diſcipulos, ait: Quid timidi eſtis? induite nouos ſpiritus. *Ego viuo, & vos viuetis, mundus me iam non videt*, pro, videbit; quia breuiſſimo temporis interuallo me videbit. Sicut cùm Scriptura aſſerit peccatores non reſurrecturos, non quòd reſurrecturi non ſint, ſed quia non niſi ad mortem ſunt reſurrecturi; *vos verò quia ego viuo, viuetis*, hoc eſt, ſicut ego viuo, & vos viuetis. His dictis ſtandum eſt, & Spiritus ſanctus arduum iſtud opus perficiet. 11.

Iacob. 4. 5.
Reſurrectio carnis.
Ioan. 14. 19.

Proponit rem ex D. Pauli verbis Auguſtinus [a]: *Sicut per vnum hominem peccatum, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertranſiit; videte fratres genus humanum à prima illius primi hominis morte defluxiſſe: etenim peccatum à primo homine intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit*; & addit, *qui eſt forma futuri*; hoc eſt, Adam fuit typus, & vmbra futuri, peccato ſuo adumbrans peccata aliorum: vmbram enim mortis Adam inuexit in mundum, quod ita eueniſſe narrat, & ponderat Philo [b], Eucherius [c], & D. Gregorius [d], cùm Deus comminatus eſt mortem Adamo, *morte morieris*, locutus eſt de morte animæ, non de corporea morte tantùm: corporis namque mors eſt quaſi vmbra ſubſequens mortem animæ, & hæc vmbra ſecuta eſt Adamum vltra nongentos annos, quos vixit Adam: quare ille fuit, qui vmbram moriendi, & obſcuritatem iſtam triſtem indiuiduam hominis induxit, & ab illo in omnes pertranſiit; vnde acutè ſatis notauerat S. Martialis Apoſtolus, confeſſor, & Epiſcopus Lemouicenſis [e], Spiritus (inquit) ſine morte creatus eſt à Deo: Adam verò primus fuit, qui vmbram peccato fecit, & mortem quaſi vmbram proiecit in terram. Verumtamen vmbram non cognouit, quouſque peccatum admiſit: nam cùm creatus eſt versùs Orientem, tunc vmbram protendebat, vnde videre illam non poterat: at cùm meridiem versùs primum peccatum commiſit, & cadente iam ſole culpam miſero, pœnámque denuntiarunt, tunc vidit vmbram ſui corporis, in qua per viſibilem vmbram, & mortem corpoream, animæ mortem inuiſibilem expreſsè cognoſceret; ideo D. Maximus [f]; *Statim poſt culpam, vmbram peccati pœnam agnouit.* Hæc igitur vmbra eſt pœna, & hæc pertranſiit in omnes, ita vt 12.

13.

hominis

a Ser. 4. de de verbis Apoſtol.
Rom. 6. 12.
b De allegoriis legis Moſaicæ.
c Lib. 1. cõmentariorum in Gen.
d Regiſtr. lib. 6. c. 195. eſt epiſt. 31. ad Eulogium.
e Epiſt. ad Burdegalẽſes tom. 3. Biblioth.
Vmbra mors.
f Hom. quadam.

d by Google

hominis generatio obumbratio dicatur; quia
nemo gignitur, nemo naſcitur ſine vmbra: &
licèt Chriſtus ſine patre; mortalis tamen à ma-
tre erat naſciturus, eius incarnatio *obumbratio*
dicitur, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: in
omnes enim vmbra pertranſiit, &, vt aiebat Se-
neca, *naſcimur vno modo.* Qua medicina, quave
arte ſubtiliſſime ſpiritus mortem hanc, & vm-
bram à nobis expellemus? Hoc fuit diuinum
inuentum, & ſingulare, diem nempe conſti-
tuere reſurrectionis Chriſti ita ſplendidum, &
illuſtrem, vt Chriſtus ſeſe è mortuis excitans
ſine vmbra mortis prodeat, & primogenitus
Ioan. 13. mortuorum dicatur: hanc enim ob cauſam mor-
tem ſuam clarificationem vocat, vt noſtrum
etiam diem ab illo tamquam ab exemplari cauſa
expectemus. Quare, teſte Paulo, Pater de Chriſto
Pſal. 2.7. in reſurrectione agens ait: *Filius meus es tu, ego
hodie genui te*; hodie filium meum te conſtituo,
pulſa mortis vmbra, vt filij, qui naſcentur ex
te, hac vmbra mortis liberentur, & ſint filij
lucis immortalis. Percommode cadit hoc ſan-
ctiſſime Paule, ſed quomodo id ſperabo reipſa
Rom. 4.25. futurum? Reſpondet: *Si autem Chriſtus in no-
bis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter pec-
tum; ſpiritus autem viuit propter iuſtificatio-
nem.* Si membra Chriſti eſtis, nolite formida-
re; licèt enim mortem corporis fugere non poſ-
ſimus, verùm Spiritus ſanctus ab inferis exci-
tabit vos; quomodo? addit: *Quod ſi Spiritus
Rom. 8.11. ſanctus eius* (Patris) *qui ſuſcitauit Ieſum a mor-
tuis, habitat in vobis, viuificabit etiam mortalia
corpora veſtra propter inhabitantem ſpiritum eius
in vobis*: nam ideo dicitur Chriſtus *forma futuri*;
quia in illo nos omnes per eumdem Spiritum
Viuificatio per ſpiritum. Simile. viuificantem reſuſcitandi ſumus, *como reuiue el
tallo del clauel con el grano de cebada, que le puſi-
ſtes en el peçon.* Hanc eamdem rem attigerunt
duo ex Doctoribus, Tertullianus: Venit ad te
ſartor, cui pretioſas veſtes tradere vis ad nu-
ptias celebrandas, qui vt te certiorem faciat
peritiſſimum eſſe artis, age (inquit) regias ve-
ſtes ego conſui reginæ, linum adaptaui pre-
tioſis filis aureis intextum, ſed ne dubites, ecce
iniicio forfices ſcindendo telam iſtam auro in-
textam; diuidit, componit, conſuit, & pro-
bat quàm bellè inſideat corpori veſtis: crede
ergo me reliquas veſtes perfeciſſe, & perficere
14. poſſe alias. Summa noſtræ reſurrectionis diffi-
a De reſurrect. car. cultas (inquit Tertullianus [a]) in hoc eſt poſita;
*cæterùm quomodo de monumentis monumenta pro-
cedent?* quî fieri poteſt, vt ſepulchro mandati
iterum viuant, ſi hæc facere poterit Spiritus
Rom. 8.11. ſanctus? vt credatis (inquit) ego ſum, *qui ſuſci-
taui Ieſum à mortuis*; vix adduci poſſum, vt cre-
dam; vix? Eia verba mittamus, ad opus pro-
peremus, mortem quaſi forficem ſumit, præci-
dit vitam filiæ principis, priuat vita filium vi-
duæ, Lazarum etiam diuidit, & corpus ſepul-
turæ mandatur. En venit noſter vitæ artifex
Spiritus, veſtes conſuit, componit, iungit ani-
mas corporibus, dat matri filium, dat filiam pa-
tri, dat ſororibus fratrem, dat Mariæ virgini
filium, vt experientia edocti, credant futura
mortales; quia qui hæc fecit, efficiet reliqua,
atque perficiet. *Poſt dicta Domini facta etiam
eius quid ſapere credamus de capulis, de ſepul-
chris mortuos reſuſcitantis; cui rei iſtud? ſi ad
ſimplicem oſtentationem poteſtatis: ſi lo hiziera co-
mo juego de nigromancia; aut ad præſentem gra-*
tiam redamationis: o ſi reſucitara a Lazaro por Cauſa exemplaris noſtra eſt Chriſti reſurrectio.
*moſtrar amor alos que le amauan; non adeo ma-
gnum illis denuò morituros ſuſcitare: no era mucho
reſucitar aloſque hauian aebeluer amorir.* Ve-
rumenimuero cùm vellet myſterium patefacere,
vt nos crederemus futura, exemplar reſurgen-
tium in his præmiſit: *Enimuero ſi ad fidem ſe-
queſtrandam futuræ reſurrectionis; ergo & illa cor-
poralis præſcribitur (ſe dibuxa) de documenti ſui
forma: para hazer la dechado de las de mas re-
ſureciones prometidas en la eſcritura.*

Ad probandum autem (poſitis adhuc Scri- 15.
pturis) poſſibilem eſſe reſurrectionem, & de-
lendam fore vmbram illam, quæ nobis per pec-
catum adhæſit, verba Niſſeni [a] adducerem, a De creatione hominis c.22.
niſi captum noſtrum ſuperarent, qui Spiritui
ſancto tamquam diuino Soli attribuit, ſuis ful-
gentiſſimis radiis vmbram malitiæ noſtræ pel-
lere ſumma bonitate, cùm orbem ſuis radiis
quaſi plumis foueat, *& ſanitas in pennis eius*;
tunc luce ſua terræ viſcera, & ſubterranea lo-
ca, ſepulchraque penetrabit, & diuino calore
oſſa arida fota animabit, & artem ſuam plan-
tandi exercebit (inquit Ambroſius [b].) *Como el* b De Spiritu ſancto lib. 3. c. 3.
*hortelano pone vnos plantones en vnas oyas, como
oluidados ala ſombre, y dando buelta el ſol leſda ca-
lor, y barban, y prenden, y deſde alli los traſplan-
ta con ſu tierra: aſſi detiene en la hueſſa los dif-
funtos en eſperança del calor de eſt ſol de vida.*
Sicut enim agricola plantarios in vmbra quaſi
reponit; tamen recurrit ſol, & illis calorem im-
mittit, & radices agunt, & gemmaſcunt, & in-
de ceſpite in alium locum transfert: ſic tu, vi-
tæ plantator, corpora ſanctorum in foſſis re-
ſeruas, quaſi in vmbra repoſita, *putáſne viuent
oſſa iſta?* & quandiu iacebunt? *poſt tres dies, &
dimidium*, tertia die, vt Chriſtus fiet, & paulo
magis. Qui tamen fiet? *voca Spiritum.* O Do- Ezech. 37. 1.
mine, vnus ſufficiet ſpiritus tot corporibus ſuſci-
tandis? ita quidem: eſt enim Dominus viuifi-
candi auctor: *ecce aſcenderunt in cælum in nube*; Apoc. 4.12.
quia ego Chriſtum, & matrem eius cum ceſpi-
te, & terra per aëra tranſpoſui ad cælum, vt
idipſum opere exequar poſtea cum amicis, vt
iamiam credatis me eſſe auctorem vitæ, &
plantare in terris verbo ſalutem, *in quo cre-
dentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui
eſt pignus hereditatis noſtræ in redemptionem ac-
quiſitionis in laudem gloriæ ipſius creati in operi-
bus bonis. Amen.*

REGE

REGENERATIO.

NOVA MATER, ET FORTIS MVLIER Maria sanctissima, eius Homo Dei, obsequio, & deuotioni mancipatur.

INSTITVTIO II.

16. PARTITIO INSTITVTIONIS. EXPEDITO iam creationis tuæ principio, & diuinæ agricolationis exordio ostenso institutione præcedenti, dignitatem illam à diuina, & generosa matre Maria habuisse ex verbis Salomonis inprimis præfabor: secundò summam eius erga te beneficentiam ostendam: tertiò verò non grauatim mihi dicenti qualem te exhibere debeas erga talem matrem, aures, mentémque præstabis. Nam sicut Bethsabeæ dono prophetiæ proculdubio, & diuino afflata spiritu, maternum affectum indicauit, & consilio suo futuros filij morbos correxit, vt ipse fatetur Lamuel, cum quo erat Deus, scribit visionem, qua erudiuit eum mater sua: *Noli regibus, ô Lamuel, noli regibus dare vinum,* Prou. 31. 1.
&c. Ita ipse Salomon gratitudinis, & pietatis ergò matris suæ prophetiam, virtutes,
Maria mulier fortis. & animi fortitudinem laudibus celebrauit, alphabetico illo encomio: *Mulierem fortem quis inueniet?* Ibid. 10. Ego verò cum Epiphanio Constantinopolitano [a], & aliis, quos citat, hæc, & quæ sequuntur omnia, verè prædixisse Salomonem de matre Dei, præstabo; quos Doctores vt sequar mouet Septuaginta Prou. 2. interpretatio, teste Hieronymo, qui mulierem alienam, quam ibi Salomon fugiendam docet, *malum consilium* interpretati sunt, & vide infrà rationem Clementis Alexandrini circa versum, *Non timebit domui suæ*, &c.

[a] In lib. mysteriorum B. Mariæ.

17. *Thesis institutionis.* *Mulierem fortem quis inueniet?* Quæ enim maior, aut etiam par fortitudo non solùm inueniri, sed cogitari quidem vnquam potuit, aut vllo tempore poterit, quàm ea, quæ in Virgine inuenta, & spectata est? Cùm Angelo Gabrieli conceptum, & partum nuncianti, postquam aperuit quomodo futurum esset, vt Virgo filium Dei pareret, statim credidit, & assensa est, inquiens: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.* *Fides Virginis.* Fuit quidem Abraham fortis in credendo, cuius mirabilem fidem ad imitationis exemplum, & admirationem nobis Apostolus descripsit, inquiens, *qui contra spem in spem credidit,* Rom. 4. 19. & subiungit; *& non est infirmatus fide, neque considerauit corpus suum emortuum, & emortuam vuluam Saræ,* &c. Fuit quidem excellens hæc fides Abrahæ, sed quam alij post eum imitari possent ad consequendam similem iustificationem: *non enim* (inquit Apostolus) *scriptum est tantùm propter ipsum,* &c. *sed propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum,* &c. At verò fides Mariæ tanta fuit, vt
18. nulla creatura æquare eam possit. Quis ergo inueniet *mulierem viriliter agentem* [b]? Fortitudinem istam ad pariturum Saluatorem mundi magnopere auget charitas eius erga Deum, & erga genus humanum: *el amor de Madre la hizo fuerte, como alaque se opuso al leon, que le lleuaua su hijo en los dientes.* Quid enim fortius charitate, quam idem Salomon cum morte comparat? *Fortis est sicut mors dilectio. Sicut enim* (inquit Nissenus [c]) *post Dei sententiam, omnes vicit mors, & cepit, sic charitas omnia vincit, & ipsam mortem superat. Sic enim Deus* (ait Euangelista Ioannes) *dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: dedit autem, vt mortem, & eum, qui habebat imperium mortis, destrueret, & seruaret credentes in eum.* Fortitudinem charitatis descripsit Apostolus in persona sua *Rom.* 8. Beatissimæ autem Virginis charitatem, & fortitudinem mulier illa etsi cauponaria [d], mater tamen apud Salomonem mirabiliter præsignauit. Nam cùm duæ illæ mulieres super filio disceptarent, rex sapiens gladium afferri iussit, vt puer viuus diuideretur. 3. Reg. 3. 24. 25. Sed ô amor filij! ô materna pietas! frangi cœpit mater, & pia crudelitate exclamauit: *Obsecro Domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum.* *Pietas materna Virginis.* Respondit autem rex: *Hæc est mater eius, date huic infantem viuum, & non occidatur.* Ita cùm Christus caput sit nostrum, corpúsque eius humanum genus, quod quidem addictum erat damnationi æternæ, & iusto Dei iudicio diuidi videbatur, & dæmon dimidium corporis, Deus alteram partem sumebat:

[b] Sic habetur Græcè. Sicut 1. Cor. 16. *State in fide, viriliter agite, & confortamini.*

[c] In Cant. 8.

[d] Vatabl. cauponariam explicat, & assentiunt Patres Prado, & Gaspar Sanchez.

NOTA. De Mariæ charitate fieri potest theorema. Vide P. Viegas verbo, Mariæ charitas.

Digitized by Google

bat: Virgo cælitus admonita, & conspectans nostrum damnum, cùm ab Angelo, & ab sponso accepit ipsum saluum futurum populum à peccatis eorum, statim pia crudelitate exclamauit: *Nolite diuidere eum*; tradite integrum in potestatem tenebrarum; *hæc est hora vestra*, meus moriatur filius, ne tota gens pereat: tunc orbis matrem suam cognouit, & hominis mater manifestata est: *hæc est mater eius*. Hanc autem eius cum fortitudine charitatem sic magnificit Deus, vt filium suum ipsi retulerit viuum, resuscitatum, & cum fœnore nostræ resurrectionis, dicens: *Date huic infantem viuum*; & quotidie nouos infantes illi concedit, nouos, & suo obsequio addictos quasi veræ, & piissimæ matris filios. Quanta autem fortitudine indigeret ad hoc credendum, & exhibendum ad mortem filium, ostendit Isaias, dum depingit Achaz tam paruo animo, & tam meticuloso, vt nec credere rem facilem, neque honorare Deum voluerit. At hæc nostra mulier fortis omni difficultate superata fortiter, & constanter nullo signo petito, quòd ita futurum esset, sicut promittebatur, statim credidit, & credendo Dominum suum honorauit.

Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit. Virum habet hæc mulier: sic 19.
enim Scriptura vocat Ioseph sponsum Virginis. Egregia quidem laus: nullus enim vnquam vir confidere potuit vxori suæ, vt Ioseph vir eius; quia cæteræ omnes certauerunt, & in omnes conueniebat illa Pauli exhortatio, *Certa bonum certamen fidei*. At Virgo non sic: nam verba illa, *quomodo fiet istud; quoniam virum non cognosco*: non solùm communem sensum habent, sed secretiorem, quem attigit Epiphanius, id est, *non concupisco, non teneor desiderio viri, ignoro voluntatem carnalis concupiscentiæ viri*; non enim habuit virginitatem ex continentia, & certamine, sicut mulieres honestæ solent, quæ castitati student; sed ex natura, quod est in hac muliere singulare; quia igitur non certabat, non erat ei opus spoliis: qui enim certat, opus habet, vt vincat, & qui vincit, spolia detrahit victo. At Virgo est plena victoriis: ideo enim ait spōsus, *Statura tua assimilata est palmæ*, tu tota composita es palmis, & victoriis, verumtamen sine certamine, sed in te natis. Nam, vt ait Rupertus [a], hæc sunt mirabilia, quæ decantat Dauid: *Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella vsque ad extremum terræ, arcum conteret*, &c. Et meritò cor viri sui in ea confidebat, sed perillustre, & singulare testimonium est de ista confidentia in Euangelio: *Ioseph*, inquit, *cùm esset vir iustus, volebat occultè dimittere eam.* Quem locum edisserit Photius Constantinopolitanus [b]: Nunquam, inquit, occultè, aut alio modo vllo dimittere voluisset, si tumorem ventris ex semine adulterino esse credidisset; quin potiùs tanquam iustus, & legis seruandæ studiosus, & sceleris, si quis alius, inimicus, legi, & supplicio sancto eam tradidisset, vt omnem suspicionem, quæ inde nasci poterat, à se remoueret, & existimationem iusti non perderet. Verùm hoc nullo modo credidit: multis enim rationibus fidem faciebat Virgo, quæ illam ab hac suspicione liberabat ex perfectione vitæ, ex honestate conuersationis, ex purissima ratione victus, & quod potissimum est ex nobilitate generis: erat enim ex regali, & sacerdotali stirpe, ex oblatione sui in templo à prima ætate hæc & alia eiusmodi ab omni suspicione senem liberabant, ne aliquid indecorum timeret: *confidit enim in ea cor viri sui, & spoliis non indigebat*; quia erat terra, in qua, vt ait Damascenus [c], *non est nata spina peccati; immo per conceptum, & partum eius euulsa est radicitus, terra, quæ non recepit semen; & fructum tulit, qui pascit omnes, & dat escam omni carni.*

Reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus vitæ suæ: tædium enim & satietas 20.
à Virginis coniugio abfuit, sicut dicitur à Sapientia, *Conquiescam cum illa* (Sapientia) *non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiam, & gaudium*. Et, *In certamine loquelæ illius sapientia*: nam inter coniuges solet esse verborum litigium: *mulier enim stulta, & clamosa reddit malum viro suo: le buelue a la cara mil malas palabras*. At nostra mulier fortis *reddit bonum, & non malum* viro suo. *Igitur in certamine loquela illius (quando se asieren à palabras, no oyra el sabio necedades de su muger, sino discreciones de su sabiduria,)* vbi multa de silentio Virginis, déque verborum eius elegantia, & suauitate dici poterant.

Quæsiuit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum. Non solùm in templo, ait Epiphanius [d], sed domi: vbi nota etiam animæ suas partes assignari, caput est mens, seu ratio, pectus est ira, venter, qui est cupiditas, vt D. Dionysius [e] notauit: vnde mens appellatur vir; quia caput est animæ, parabolicè, & symbolicè in sacra Scriptura: mens autem, quæ tanquam vir præest appetitioni tanquam mulieri, id est, iræ, & cupiditati, has partes gubernat certando in nobis, & pugna subigendo.

Margin notes: *Virginitas Mariæ & mentis puritas.* — 1.Tim.6.12. — Cant.7.7. — a In Psalm. 45.8. — Matth.1.19. — b In quæst. ad Amphilochium Zizi Metropolitanum. — *Nulla spina peccati in Virgine.* — c Orat. in natali Virgi. — Sap.8.16. — Ibid.18. — Prou.9.13. — Nota. De silentio Virginis, vide Viegas verbo *Maria silentium*. Ambr. de Virginibus. — *Mystica occupatio Virginis.* — d In vita Virgin. — e De diuinis nominib. cap.9.

Digitized by Google

Pax summa sensuum, & appetitionum.

Hoc ergo fuit mirabile; hæc autem mulier vt in pace, ac sine vlla pugna voluntatem carnis, id est, appetitus sensus corporei exercebat operando omne genus virtutum, quibus animam induebat, nendo videlicet, in quo opere, vt ait Beda [a], fides, quæ à colu mentis ad bona opera, & ad fusum, & ad manum descendit, significatur. *Facta est quasi nauis institoris*, &c. eo quòd in vtero suo tamquam in naui gestauit eum, qui de cælo descendit. Est insuper vita nostra mercatura quædam, omnes quærimus, & negotiamur iuxta acceptum talentum à Deo: Maria verò tanto studio, ac tam copiosa gratia negotiata est, vt quasi nauis diuinis instructa donis, & onusta virtutibus Deum ad nos trahere meruerit. *De nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis*; habet enim anima, inquit Isaac Syrus, suos interiores sensus exercitatos ad discretionem boni, & mali; visum quidem in videnda gloria Dei, vt ait Origenes [b]; auditum in audiendo verbo vitæ, & excipiendo, quid loquatur nobis Dominus; tactum in contrectando verbo vitæ incorporea manu, sicut ait Ioannes; gustum in gustando bono Dei verbo, & carne, ac sanguine Domini; odoratum in odore virtutum spiritualium, & orationum, ac prouidentiæ Dei, qua plena est omnis terra. *Considerauit agrum, & emit eum*; tunc videlicet, cùm ad eam dixit Angelus: *Ecce concipies, & paries filium.* O quàm sedulò hæc considerauit! & quanto antè huius agri fœcunditas prænunciata erat, vt notauit Dionysius Alexandrinus [c], cùm dixit benedicens Iacob: *Det tibi Dominus benedictionem de cælo, & benedictionem terræ habentis omnia*; sic enim legit apud Septuaginta Dionysius: *De fructu manuum suarum plantauit vineam*, Græcè *possessionem*; ager enim ille tantæ fertilitatis, ac benedictionis cælestis non remisit studium virtutis, quibus ad illam gratiam à principio contenderat: sed potiùs partes, & animæ, & corporis ad operandum à Deo datas in officiis virtutum exercebat. Et qui erant fructus manuum huius pulcherrimæ arboris? *Gustauit, & vidit; quia bona est negotiatio eius, & non extinguetur in nocte lucerna eius.* Imitamini, inquit Salomon, operosum studium promouendi, & augendi virtutes, quas in anima inserebat Maria: nam, vt ait D. Gregorius Nissenus [d], triplex pars animæ est, ratio, cupiditas, & ira, in quibus bona valetudo animæ consistit, si nihil expetimus, nisi summum bonum, & quæ ad ipsum spectant. Et cùm ira accendimur, ad odium mali, ad pugnam vsque ad sanguinem, alia pars est princeps ratio, huius munus est, ac sanitas, rectè, ac piè de Deo sentire, quidnam sit in rebus expetendum, quid fugiendum; hæc ratio est lumen naturæ insitum secundùm participationem gratiæ Dei, quod nunquam extinguendum est, si ab operibus tenebrarum abstinere volumus, *non extinguetur in nocte lucerna eius.*

In colo & fuso fides & bona opera designantur.

Interni sensus animæ.

Valetudo bona animæ in tribus consistit.

Lumen rationis.

21. *Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum.* Græcè, *manus autem firmat in fusum*, manus sunt, quæ nent, siue ex colu, ex lana, siue lino, & ea, quæ extenuant, & torquent, & extenuata, ac torta in vnum coniungunt conuolutè in fuso. Similiter hæc mulier à Salomone laudata partes animæ, & corporis, quibus operabatur, quas manus vocat symbolicè sacra Scriptura, Græcè *potentias practicas*, siue *operatiuas*, in quibus mortificationem corporis Christi semper gerebat in corpore suo, in ratione, cui erant semper subiectæ, copulabat, & coniungebat, tanquam in fuso fila nendo extenuata, & retorta: vt enim ait S. Diadochus [e], *Ante peccatum vnus erat sensus animæ naturalis, & rationalis, qui postea in duas operationes propter peccatum diuisus est.* Et infrà, *Mens*, inquit, *propter peccatum inobedientiæ, in totidem animæ motus distrahitur, quot corporis differentes; quocirca* (inquit) *vna quidem pars animæ, quæ motu scilicet sensus delectatur (sanè nos expertem rationis vocamus) ad passiones se adiungit; vnde quæ sunt vitæ iucunda, cum voluptate scilicet à ratione aliena percipit: altera verò pars rationis, & intelligentiæ motu sæpe delectatur, quatenus mens nostra, cùm continentes sumus, ad cælestia currere expetit.* Vterque igitur sensus, seu appetitus, rationalis, & irrationalis, vnum fuerunt operatione in Virgine, quæ in nullos, inquam, motus sensus corporis rationi non subiectos distracta fuit; sicut Adæ primùm, & postea nobis propter peccatum obedientiæ obiectæ accidit: talem enim decebat eam esse, quæ tam admirabilis obedientiæ futura erat, vt Archangelo nunciante conceptum, & partum filij Dei, & hominis plena fide, & charitate, & spe non dubitaret.

Manus animæ Virginis, occupatio interior per opus nendi significata.

22. *Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.* Referri potest hæc laus ad eleemosynas, quas Virgo faciebat, quæ etsi paruæ essent; quia ipsa pauper

[a] In hunc locum.

[b] Hom. 2. in Cantica.

[c] Epist. ad Paulum Samosatenū.

[d] In epist. Canonica ad Letoium Episc. Meletenensem.

[e] Libello de perfectione spirituali c. 15. & 19.

Nota. Hic agendū est de mortificatione carnalium affectionū, donec eas cum ratione consonare cogamus: *hasta que hazen vn duo hazen mil disonancias cada vna de por si.* Et præmium huius mortificationis est obedientia mentis Deo, & eis, qui præsunt exemplo Virginis, quæ cùm castissima esset, etiam obtemperantissima fuit.

Digitized by Google

per erat: tamen quia charitas eius, ex qua proficiscebantur, maxima, & excellentissima erat, eleemosynæ Virginis maximi meriti erant apud Deum, ex proportione facultatis: sicut duo illa æra minuta viduæ maximas diuitum eleemosynas superabant. Quia verò est aliud genus eleemosynæ spiritualis longè præstantius, ad hoc inprimis laudem hanc referre oportet: nec enim putandum est prætermisso hoc genere, excellentiorem de altero inferiore Salomonem in laudatione

Cap. 30. 24. huius mulieris fortis meminisse. *Miserere* (inquit Ecclesiasticus) *animæ tuæ placens Deo*; igitur qui aliis tribuit misericordiam, sibi inprimis debet tribuere, aut certè si cùm aliorum miseretur, animæ suæ non misereatur, nequaquam iste laudandus est. Hæc ergo sanctissima Virgo diuitias mentis suæ per actiones sanctas omnis generis virtutum cum carne sua paupere, id est, cum parte animæ, quæ natura sua expers rationis est, largè communicabat; & cognitionem, ac scientiam veri, & summi boni parti animæ ignoranti, & rationis inopi, & solùm quæ sub sensum cadunt, cognoscenti impertiebat: quidquid enim operabatur, sine repugnantia carnis faciebat; quia sponte sua carne etiam seruiebat legi Dei, sicut mente. Nec excusare possumus nos carnis nostræ infirmitatem; quia quoad possumus exemplum eius imitemur, facientes, vt mens nostra carnem imperio suo ita subiiciat, vt non secundùm carnem ambulemus: ita enim fit, vt sicut Apostolus ad Romanos [a] scripsit, *nihil damnationis sit* (vel damni) *iis, qui sunt in Christo Iesu.* Dixi non posse excusare nos carnis nostræ infirmitatem, quia à violentia eius per Christum liberati sumus, vt credimus, & experimur, & SS. Patres tradunt, vt Clemens Alexandrinus [b] ait: immo & ipse Paulus, cùm ait [c], *Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius?* corpus mortis tropicè vocauit concordiam eorum, qui trahuntur ad vitium: subiungit de libertate; *gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.* Pertinet ad huius loci interpretationem, quod ait S. Maximus [d]: *Nemo* (inquit) *qui peccat, potest habere infirmitatem carnis* συνήγορον, id est, *patronam, quæ eum defendat; vnio enim carnis cum Verbo totam naturam sublato maledicto roborauit, relicta inexcusabili affectione erga passionem voluntariam: diuinitas enim Verbi, quæ secundùm gratiam semper adest præsens in credentibus in eum, legem peccati in carne* ἐκμαραίνει, id est, *marcescere, facit*: non dixit S. Maximus, euellit, sed debilitat, ita vt per vim non possit nolentem trahere ad peccatum, hoc fit in baptizatis, qui Christum induerunt.

Spiritualis eleemosyna mater [illegible]

Nota. Hîc de pietate theorema potest institui tam de ea, quæ est erga proximos, quàm de ea, quam nobis ipsis exhibemus, dum propriæ salutis negotia peragimus, vt habes *Institutione 39. discurs. 175.*

Victoria carnis facilis post Christi incarnationem.

a Cap. 8. 1.
b Lib. 3. Stromatum.
c Rom. 7.
d In centuria 3. c. 46.

Non timebit domui suæ à frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Isti domestici sunt, quos proximè parabolicè vocauit pauperes, & inopes, quæ sunt partes animæ ratione carentes, quas liberaliter vestiebat, & commodè ad propulsandum æstum, & frigus, quæ necessaria erant, largè dedit: ex vno enim contrario voluit Salomon intelligi aliud, vt Scriptura facere solet, ex frigore, inquam, æstum, siue ardorem. Hæc igitur Virgo sola fuit, quæ non timuit à voluptate inflammante, nec à dolore instar frigoris mordente; quia libera erat, & vacua ab huiusmodi passionibus voluntariis. Vestitus autem duplex erat, temperantia insita in parte, quæ concupiscit, & fortitudo in ea, quæ irascitur, ita vt hæ partes semper essent rationi subiectæ. Nobis verò pugnandum est contra voluptatem, & dolorem; *his enim duobus* (inquit Philosophus) *metimur*: eas enim actiones sponte suscipimus, quæ voluptatem afferunt, & eas fugimus, quæ dolorem inferunt. Si quis verò quærat, quare Salomon per parabolas hæc de Virgine prophetauit? respondebimus, quod Clemens Alexandrinus [e]: *Meritò prophetia, quæ Dominum prædicat, ne blasphemare aliquibus videretur, loquens contra multorum opiniones ea, quæ significabit, vocibus, quæ ad alias notiones traducere possent, figurauit*; vt hîc quis fide carens sine risu, & blasphemia legisset, si laudans hanc mulierem Salomon dixisset apertè non fuisse in corpore eius legem membrorum, quam Paulus dicit, & pugnam illam carnis, & spiritus, quam idem in persona sua, & cuiusque nostrûm describit. Rursus verò quis fidelis laudem prophetia Salomonis dignam existimauerit, dominam domus suæ ita domesticos suos induere, vt non timeat, ne eis noceat frigus hyeme, aut ardor æstate: necesse igitur est affirmare per allegoriam dicta esse hæc, & parabolicè. Ideo Clem. Alex. suprà, *Multis de causis tectus est & obscurus sensus Scripturarum, primùm quidem, vt simus studiosi inquirendi, & inuigilemus semper inueniendis salutaribus doctrinis*, &c. Redeamus ergo ad propheticam laudem Virginis parabolicè dictam, quæ continet virtutes Virginis, non fuisse ἐξ ἀγῶνος, vt Epiphanius Constantinopolitanus in vita eius affirmat, id est, 23.

Quæ passiones fuerint in Virgine.

e Lib. 6. Stromat.

Libera erat omni timore Virgo & vitiorum & inimicorum.

certando comparatas; sic enim non timebat domui suæ. Non igitur habebat inimicos, sicut nos habemus; vnde Paulus etiam alioqui perfectus, & in quo Spiritus sanctus habitabat, & loquebatur; quia timebat domui suæ. *Castigo* (inquit) *corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar* [a]. Et Gentiles Philosophi, inquit Clemens Alexandrinus [b], docent voluptatem, quæ die, & nocte etiam per somnium insidiatur metu δουλοῦσθαι, id est, in seruitutem redigi. Et lectio Septuaginta, *duplices vestes fecit viro suo.* Hebraicam magis declarat: significat enim illas duplices vestes domesticorum factas esse in vsum mentis, quæ est, sicut aiebat Dionysius Areopagita suprà, caput animæ instar viri, qui est caput vxoris.

Indumentum Verbi caro ex Virgine.

24. *Stragulatam vestem fecit sibi, byssus, & purpura indumentum eius.* Byssus genus lini subtilissimi, quod, quia ex terra ortum habet, significat tropicè carnem Verbi, quod erat natura Rex, quod purpura, quæ regale indumentum est, significat. Hæc igitur Virgo non solum Christum induit, sicut de baptizatis inquit Apostolus [c]. Sed ex ipsa Verbum sumpsit carnem tanquam indumentum, sicut Apostolus ait, *habitu inuentus vt homo.* Et Cyrillus [d] sic interpretatur illud, *& virtus Altissimi obumbrabit tibi*, id est, filius, qui est virtus Patris, formabit sibi ex terra, operatione Spiritus sancti corpus. Hoc igitur corpus non fuit indumentum Virginis, sed Verbi: fuit autem Christus, in quo habitauit plenitudo diuinitatis, corporaliter indumentum ipsi Virgini; quia in ea, & ex ea confectum fuit. Qui fuit honor, & gloria singularis huius Virginis, & illa magna, quæ ipsa in Cantico dixit; *quia fecit mihi magna, qui potens est.* De modesto eius cultu, & natiuo colore, tinctis vestibus agit Epiphanius suprà.

Ioseph senex.

Vir in Maria mens eius mascula, &c.

25. *Nobilis in portis vir eius.* Parabolicè dicta sunt hæc, & conuenienter præcedentibus: non enim Ioseph faber vir Virginis iudex erat, in iudiciis tamen si honoratus erat inter notos, & cognatos, tum propter se, tum propter sponsam: mulier enim proba corona viri est, & senex etiam erat annorum circiter 70. vt Epiphanius scribit. Virum igitur translatè vocat, vt antè diximus, mentem, quæ caput est animæ; portas vocat sensus, quibus tanquam portis phantasiæ eorum, quæ sentiuntur, ingreditur; senes terræ sunt duæ partes animæ, pars concupiscendi, & pars irascendi, ab ipso ortu datæ, has habebat Virgo ita subiectas menti, vt in eam semper essent intentæ: sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ.

Mortificatione non indigebat.

26. *Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.* Sindon parabolicè mortificationem significat, quia sindone inuoluitur cadauer, sicut scriptum est in Euangelio, quòd Ioseph accepit corpus Iesu, *& inuoluit illud in sindone munda* [e]. Cingulum quoque similiter tropicè mortificationem declarat. Cingulo enim ad pœnitentiam lumbos subcingimus, de quibus aiebat Dauid [f], *lumbi mei impleti sunt illusionibus*, &c. Hoc enim dixit propter peccatum adulterij, & Adam, & Eua postquam peccauerunt, consuerunt (inquit) folia ficus, & fecerunt perizomata, id est, cingula, propter pudorem quidem, vt ait Photius, & ex foliis ficus propter asperitatem ad pœnitentiam. Hæc autem mulier, quia non egebat mortificatione, neque pœnitentia, propter passiones carnis, voluntarias sindones, inquit, fecit, & vendidit Phœnicibus, id est, iis, qui habent mentem passionibus cruentatam; hoc enim significat verbum φοινίζω, vnde Phœnices, *cruento*: est enim peccatum spina, quæ pungit, & cruentat. *Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina* [g]. Cingulum etiam, perizomata, pudorem, &c. tradidit Chananæo, his videlicet, quos operatio peccati humiliauerat: hoc enim significat vox Chananæus humiliatus, vt fuit Dauid; pretium autem est, quod ipsi voluerunt soluere, nempe contristari secundùm Deum ad pœnitentiam, & castigare corpus suum, sicut Apostolus faciebat. Maria autem nulla indigebat pœnitentia.

Internæ Virginis dotes.

27. *Fortitudo, & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo.* De internis virtutibus agit sub specie indumentorum, quæ magno stare solent aliis fœminis; nostræ verò Virgini donatæ sunt à Deo, & gratis acceptæ à principio, sed non sine fœnore, & lucro, quod ex tanta sanctitate quotidie sperari poterat incessanter negotiante talentum acceptum. Vnde bene sequitur, *ridebit in die nouissimo*; nouissima dies est, dies dicta *solutioni*; *dia, en que se cumplen plaços*; veniet ergo Dominus seruorum illorum (ait Chrysostomus) vt exigat rationem talenti accepti: at cùm venerit dies ista, ridebit Maria, quæ cumulatissimè expleuit opere, quod ex gratia ipsi collatum fuit.

Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius: Græcè, *os suum aperuit attentè,*

a 1. Cor 9. 27.
b Lib. 2. strom.
c Gal. 5.
d In defensione primi anathematismi contra Theodoretum.
e Matth. 27. 59.
f Psal. 37. 8.
g Psal. 31. 4.

NOTA.
Theorema fieri potest ex his verbis, & ex Psalm. 31. cui titulus, *Eruditio Dauid, ad pœnitentiam nempe. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Agendum ergo est de pœnitentia, vt habes *in Institut. 41.* Verumtamen Maria sanctissima non immeritò comparatur cypresso de monte Sion, Eccli. 24. arbor enim ista neque virorem, neque odorem, nec elegantiam æstu, vel hyeme deponit, ideo Ambr. Ser. 4. in Psal. 118. solam hanc arborem ventus suo nunquam honore spoliat, folia veteri nunquam exuitur amictu, ac nouo flore vestitur, in quibus omnibus priuilegia immunitatis Virginis, (apprimè adumbrata sunt, quod si sindonem facit, est, vt suum tegat Dauidem parentem, & alios peccatores, *sindonem fecit, & vendidit* (*Phœnicibus*)

Eccli. 20. sapiens in verbis seipsum amabilem facit; & Prou. 16. *Cor, inquit, sapientis considerabit quæ à proprio ore, in labiis autem faciet prudentiam.* attentè loquitur.

attentè, & legitimè: & ordinem mandauit linguæ suæ. Nam in multis offendimus omnes, & siquis in verbo non offendit, hic perfectus est, vt ait Iacobus: ideo hæc mulier perfecta dicitur, quæ in verbo non offendit; hoc enim satis declarat, quod ait attentè, & legitimè aperuisse os: ex eo enim fit, vt verbo offendamus, quod sæpe non aduertimus, sed præcurrit lingua rationem, & iudicium, & non secundùm legem loquimur, id est, sermonem ad ædificationem, & vt det gratiam audientibus. Hoc docebat nos Virgo parcè loquendo: hac enim ratione conseruabat decorem illum, & indumentum: nam, vt ait Iacobus, *lingua totum corpus maculat, & rotam natiuitatis inflammat,* id est, vitam humanam: hanc enim Censorinus loquens de septenario rotam humanam in libro de die natali vocauit, quo (inquit) numero rota humana finitur: attamen cùm nullus sit, qui non offendat verbo, Maria nunquam, & ita *lætata est in diebus vltimis*, ait Græcus. Congruit enim hoc cum iis, quæ ait sacra Scriptura *Eccli. 28.* de malis, & calamitatibus linguæ petulantis, à quibus tuti sunt, & beati, *qui tecti sunt à lingua nequam*, vt ait Ecclesiasticus. *Perfecta in verbo & sermone Maria.*

Considerauit semitas domus suæ: Græcè, *coangustatæ semitæ domus eius*; quia à continentia linguæ laudauit Virginem, & ex abundantia cordis os loquitur; valde opportunè, & vtiliter prophetat, quid hæc Virgo faceret, vt linguam, quam à Deo acceperat, subiectam rationi in ea obedientia custodiret, quod nos exemplo eiùs facere debemus stringendo partem intra diuinas leges: fit autem hoc *considerando*, vt vulgatus legit, *considerauit semitas domus suæ:* semitas namque partis irrationalis, quæ in quinque semitas particulares, qui sunt quinque sensus, distributa est, & semitas partis rationalis ita in angustum contractas habebat, vt vnus esset vtriusque semitæ vsus; quia idem cupiebat oculus, & auris, quod ratio, & idem declinabant, quod mens fugiebat, ita vt semita cupiditatis ad dilectionem tantùm, quæ plenitudo legis est, Virgo vteretur, & semita iræ tantùm ad resistendum fortiter in fide diabolo, & peccato, vsque ad sanguinem, si opus fuisset. Semitæ denique sensus naturalis, & sensus rationalis, ac liberi, ita erant angustæ in Virgine, vt nihil laxitatis, ac spatij in his esset, nisi ad adhærendum tantùm Deo, ita vt longè excellentius, quàm Dauid diceret illud, *pars mea Deus*; & quod sequitur paulo pòst; *mihi autem adhærere Deo bonum est.* Et verius de ea dici posset, *bonam partem elegit sibi Maria*; sic enim est Græcè, hæc enim excellentius, quàm cæteri, conscientiam suam contemplabatur, *& totam mentem* (vt ait Maximus [a]) *conuertebat ad ea, quæ intus sunt; corporalis enim exercitatio, vt ait Apostolus, ad modicum vtilis est: pietas autem ad omnia valet*; ex quo factum est, vt sapientissimè ab Ecclesia illud Euangelium de Maria audiente verbum Dei secus pedes Domini, quæ optimam partem elegit, in festo eius legatur: & quia secus pedes Domini audiebat verbum illius, optimè subditur, *panem otiosa non comedit:* non enim loquitur de pane hominis exterioris: hunc enim non comedere in otio, parua laus est, & parum vtilis erat hæc prophetica laudatio: panem autem homonymè dici de verbo Dei docuit Dominus, cùm respondit, *Non in solo pane*, &c. quasi diceret, non solùm panis dicitur, & est, quod vescitur homo ore corporis, sed panis dicitur, & est etiam verbum Dei, quo viuit homo interior; hunc panem comedimus non otiosi, cùm vtiliter verbum Dei audimus, & operamur: *quia* (vt ait Iacobus) *si quis auditor est verbi, & non factor,* &c. *sed factor operis, hic beatus in suo facto erit.* Hinc est, quod falsò putabat Mariam Martha soror eius & otiosam comedere panem, vt ait B. Nilus [b]; quia labor duræ exercitationis corporis corpore defatigato tempus fortasse dat passionibus, vt mentem vacuam excitent ad materias ipsarum passionum proprias: at contemplatio totam mentem occupat, & detinet, non cedens non solùm passionibus, sed fortassis neque cogitationi vocanti ad necessarium vsum; vincit enim non solùm voluptatem ἐμπαθῆ, id est, passione corruptam, sed etiam naturalem necessitatem: panem autem otiosam non comedisse, sed studio sacrarum lectionum deditam. Porrò aperuisse os suum *legitimè*, & *sapienter*, extat exemplum in Euangelio, cùm canticum protulit, inquiens, *Magnificat anima mea Dominum.*

28. *Consideratio & optima pars Mariæ in quo fuerit.*

Psalm. 72.

a Centuria 4. cap. 63.

Cap. 1. 25.

Panis animæ verbum.

b Citatus à Turriano in lib. Græco.

NOTA. De excellentia huius cantici vide, quæ diximus in discursu de visitatione Virgin.

Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt, vir eius & laudauit eam. Græcè legit Turrianus: *eleemosyna verò eius erexit filios eius, & facti sunt diuites*; eleemosyna est diuitias scientiæ cum his, qui indigent, communicare: oportet enim non solùm audire verbum, sed postquam auditum est, loqui illud aliis. Et huiusmodi communicatio filios efficit eos, qui docentem cognitione, & virtute imitantur, & inde diuites in bonis operibus, sicut Apostolus ait, fiunt: filios enim vocare solet

29. *Colloquia Dei.*

Google

Scriptura secundùm imitationem, vt Didymus [a] obseruauit. Si igitur laudant eam foris exemplis ostentis; in seipsa autem *vir* eius, hoc est, mens laudauit eam, parabolicè loquitur, sed eleganter, & apposite: fuit enim opus virile, & diuinum, virginem seipsam laudare, cùm Deum magnificaret: *ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*, & causam laudis subiungit; *quia fecit mihi magna, qui potens est*, id est, quia cùm essem virgo superatis legibus naturæ facta sum mater. Quia fecit potentiam in brachio suo illi, qui est virtus, & potentia æterna, & qui sua virtute exaltauit humiles, *vt in illis Altissimus capi posset, & habitaret in nobis*; sic enim Dionysius Alexandrinus [b] interpretatus est; cui laudationi consonat Elisabeth, *Benedicta tu in mulieribus*, &c. Cæteræ benedictæ fuerunt, vt Scriptura testatur, sed nulla sic benedicta singulari benedictione, ideo rectè sequitur:

[a] In lib. cōtra Manichæos.

[b] In eadem epist. contra Paulum Samosatens.

30. *Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.* Scribit Clemens Romanus in persona Apostolorum [c], non commisisse Dominum mulieribus, vt in Ecclesia docerent; non quidem, quia non essent mulieres, quibus munus prædicandi, & docendi populum mandari posset, si necessarium, aut decens fuisset: erant enim, inquit, nobiscum mater Domini, & sorores eius; has etiam dicit Marcus, erant præterea Maria Magdalena, Maria Iacobi, & Martha, ac Maria sorores Lazari, & Salome, & aliæ quædam. Credendum est multas diuitias scientiæ verbi Dei, & sermonis, ac virtutum omnium comparasse, & potentes fuisse ad operandum, & loquendum; sed illis omnibus antecelluit illa, quæ diuitias gratiæ, & gloriæ, fructum illum benedictum dico, Christum Iesum opera Spiritus sancti produxit, *qui factus est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio.* Græcè, *multæ filiæ fecerunt potentiam*, id est, fuerunt fortes, id est, præstantes fuerunt fide; hæc enim vna virtus est, quæ magna fortitudine indiget, vt recipiatur, & conseruetur, *& confortatus est in fide*, ait Paulus de Abrahamo: Græcè, *factus est potens, siue fortis in fide*, & vt ait Philo Alexandrinus [d], *magnum fuit credere Angelo Dei nuncio: reperies enim quàm difficile sit credere soli Deo absque vllo testimonio, propter cognationem, quam habemus cum rebus mortalium, quæ nobis suadent, vt credamus gloriæ, principatui, amicis, sanitati, viribus corporis. Has opiniones eluere, & diffidere creaturæ per se infidelissimæ, solíque Deo credere, qui solus fidelis est, res est magni animi, & cælestis, & nulla re ex nostris deliniti, & capti.* Similiter dicendum est magni animi fuisse Virginem nuncianti Angelo credidisse; hæc igitur Virgo & Chananæam, & alias longè excelluit fide.

[c] Lib. 3. Const. Apostol. c. 6.

Fide excelluit Virgo omnes mulieres.

1. Cor. 1. 30.

[d] In lib. qui inscriptus est, *Quis hæres rerum diuinarum.*

31. *Fallax gratia, & vana est pulchritudo, mulier timens Deum ipsa laudabitur*; Græcè, *mendaces placentiæ, & vana pulchritudo mulieris non est in te.* Prophetauit hîc Salomon, quod Angelus dixit Mariæ, *Aue gratia plena*: est quidem pulchritudo vtilis, & quæ vtiliter placet, & est rursus vana pulchritudo, & quæ falsò delectat. Prioris generis fuit pulchritudo Iudith, de qua scriptum est cap. 8. *Erat autem eleganti aspectu nimis*, &c. Et de Esther etiam cap. 2. idem dicitur. Pulcherrima quidem fuit Virgo, vt ex descriptione oris, & habitudinis partium corporis, quæ cernuntur, ab Epiphanio Presbytero Constantinopolitano litteris mandata, coniici potest. Quòd si in illis non fuit vana pulchritudo foris, sed intus, in homine abscondito, vt ait B. Petrus, pulchritudo spiritus, quæ verè placet Deo, quanto magis fuit in Virgine, quæ in diuitiis spiritualibus cæteris omnibus antecelluit, vt nullæ cum ea conferri possint. Sequitur, *Mulier timens Dominum ipsa laudabitur.* Iam hîc laudem prænunciauit, qua Angelus Mariam salutauit, & Elizabeth Virginem laudauit, *benedicta tu*, &c. Explicat Philo Alexandrinus [e] vim huius verbi εὐλογεῖν, quod significat *benedicere.* Illud, inquit, bene omnino, & semper in virtute ponitur, & benedictio dicitur, *cùm quis cogitat, quæ sunt optima, & cogitata optimè profert.* Singulari ergo benedictione hæc Virgo prudentissima donata est, quæ sola nunquam lapsa est verbo, neque vnquam peccauit, nec in peccato concepta, siquidem cùm omnes, qui ex Deo nati sunt, κεχαριτωμένους, id est, gratiosos factos esse in Christo Iesu per sanguinem eius, Apostolus *in epist. ad Ephes.* testetur, & hanc singularem Virginem factam esse gratiosam, Angelus in salutatione sua dixerit, vt noster Turrianus ex ipso genere verborum, & proprietate sermonis Græci in Epistola de definitione peccati originalis docuit; consequens necessariò est, vt sic fuerit facta gratiosa, vt nunquam antè inimica fuerit, sicut nos fuimus, qui eramus omnes filij iræ, sicut Apostolus ait, & sic benedicta, vt nunquam in maledicto fuerit, sicut nos fuimus. Hæc autem gratia, qua grates, siue gratiosos fecit nos Deus, quam

Vera pulchritudo quæ.

32.

Timor Domini.

[e] In lib. de migratione Abrahæ.

Maria singulariter benedicta inter mulieres.

Fieri potest Theorema de Mariæ puritate Ps. 110. *Psallam & intelligam in via immaculata quando venies ad me*, Hebr. *Cõtemplabor, prospiciã viam immaculatã qua venis ad me*; vel, *prouidentiã habeo via immaculata*, vel *illuminata, vel illuminatricu*, quæ duo nomina sunt Virginis. *Oculi mei ad fideles terræ vt sedeant mecum.* Heb *Oculi mei ad testes terræ, & eos qui testimonium dãt. Ambulans in via immaculata.* Heb. *Dites operatã via immaculata, vel viam illuminatã & illuminatricẽ*, hoc est, *Maria.*

quam Paulus significat, dicens: *Gratificauit nos Deus in dilecto filio suo*, continetur quidem in benedictione, qua bonis benedixit in omni benedictione spirituali in cælestibus, sicut Apostolus ait (ille enim cælestia bona dicit, quorum vmbra, & typi erant illa bona terræ Palæstinæ vulgo, & multitudini Iudæorum carnalium tanquam præmia virtutis proposita, illam dico terram lacte, & melle manantem, quæ figura erat Christi Dei nostri, cuius ortum ex hac Virgine prophetauit, dicens: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel; butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Itaque regnum huius Christi Dei nostri, & visio diuinitatis, atque humanitatis eius, sunt illa bona cælestia, quæ Isaias prædixit, & Paulus dicit, in quibus factam esse, ait, nobis omnem benedictionem spiritualem; in hac autem cæteris omnibus antecelluit hæc Virgo: igitur, vt ad etymon verbi huius εὐλογεῖν à Philone linguæ Græcæ perito, & in sacra Scriptura veteri (in qua frequentissimè est hoc verbum) eruditissimo explicatum redeam, cùm significet *benedicere, donare laudabilem rationem, & sermonem*, & in his comprehensa sit sapientia vera, & scientia, de quibus Iob cap. 28. *Pietas est sapientia, & abstinere à malis scientia*; comprehensa item sit vocatio à peccatis, sicut ait Isaias cap. 27. *Propterea auferetur iniquitas Iacob, & hæc est benedictio eius, cùm abstulero eius peccatum*; consequens omnino est, vt quæ præcipua, & singulari supra omnes benedictione benedicta est à Deo, sola singulariter nunquam in peccato, in quo cæteri fuerunt, ipsa fuerit; fuisse autem solam, ac singulariter benedictam, probauit satis Turrianus in illa epistola citata. Pergamus ad extrema.

Benedictio Mariæ singularis fuit labe originalis culpa ca. &c.

33. *Gratitudo Mariæ erga Deum.*

Mulier timens Deum ipsa laudabitur. Clariora sunt ista, quàm Græca, *timorem Domini ipsa laudet.* Finem posuit Salomon omnium virtutum Virginis, gratitudine, & laude Dei datoris omnis gratiæ, quam laudem à nobis exigit Paulus ad Ephes. *Benedictus* (inquit) *Deus, & Pater Domini nostri*, &c. & commemoratis beneficiis, quid tandem subiiciet? *In laudem gloriæ, gratiæ suæ, qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem*, &c. Gratiarum igitur actionem à nobis postulat, quam Virgo faciebat abundantius, & præstantius, ac diuinius, quàm vlli vnquam homines, aut etiam Angeli fecerunt: *Magnificat anima mea Dominum*; & Salomon, *laudet ipsa timorem Domini*; & quia tam excellens sanctitas, & puritas Virginis profecta est ex hoc timore, ideo non dicitur, vt laudet Deum, sed *timorem Domini laudet.* De hoc timore ait Dauid, *Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum*; hunc locum interpretans magnus Athanasius [a], Hortatur, inquit, Dauid, vt timorem Domini ponant ante oculos sancti eius: à timore enim Domini efficiuntur sancti; idcirco ait in alio Psalmo: *Timor Domini sanctus permanens in sæculum sæculi*; Græcè est ἁγνὸς, id est, *castus*, pro eo quod est castificans, vel, vt vulgatus, sanctus, id est, sanctificans, ab Athanasio mutuatus est interpretationem. *Timor enim* (inquit Cyrillus [b]) *sanctus, siue castus*, id est, sanctificans, siue castificans, *permanet in sæculum sæculi:* in Virgine autem sanctum, & castum esse, & perficientem, ac denique non seruilem, magnanimo illo cantu personat, dicens: *Magnificat*, &c.

Timor Dei.

Psal. 32. 10.

a In commentar. Psal. 33.

b In Sopho. cap. 3.

Date ei de fructu labiorum eius. Virgini præceperat Spiritus sanctus per Salomonem, vt pro acceptis beneficiis offerret Deo sacrificium laudis semper, id est, sicut Paulus ait, fructum labiorum confitentium nomini eius; nobis verò præcipit, vt sacrificium etiam laudis offeramus Deo, qui nobis talem, ac tantam Dominam dedit; hoc enim significat nomen *Maria.* Hoc autem dicimus, quoties orantes dicimus, *Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum*, &c. vt planè videatur Salomon hîc prophetasse laudes, quibus Virginem per Angelicam salutationem celebramus; quia Virginem ipsam, & Dominum in Virgine semper laudamus. Sequitur,

Quotidiana laus de Virgine accepta mater.

Et laudent eam in portis opera eius. Vnde maximè laudanda foret ostendit, nempe ab operibus suis. Sed quare dixit *in portis*? Solebant fieri iudicia in porta ciuitatis, quæ porta iudicij dicebatur. *Si noluerit*, inquit, *accipere vxorem fratris sui, perget mulier ad portam ciuitatis*, &c. Et, *Siquis genuerit filium*, &c. *ad portam iudicij*, &c. vt omnes, qui in ciuitatem intrarent, & ex ea exirent, iudicium factum scirent, & neminem lateret. In ænigmate autem & parabolicè significabat, consideratè, & iudicio rationis adhibito vtendum esse portis, quæ sunt sensus hominis exterioris, & interioris: his enim iusti, aut iniusti sumus. Sicut D. Petrus de Loth viro iusto in epistola sua 2. cap. 2. *Erat enim* (inquit) *iustus aspectu, & auditu*; quia 34.

Deut. 25.
Ibid. 21.

Custodia sensuum exemplo Mariæ.

Digitized by Google

his sensibus ex virtute vtebatur, vt ratio spiritualis decernebat. Vt enim ait S. Diadochus Episcopus Photices in Epyro [a]. Mens proficiendo mensura quadam, & rhythmica temperatione per sensum vniuersas virtutes recipit, & his actionibus perficitur sanctitas, vt ait Isaac Syrus [b], & efficitur homo iustus aspectu, & auditu, & gustu, odoratu, & tactu, manibus, pedibus, lingua. *Viene con la modestia a ser vn verso latino medido, y puesto en musica, vida toda llena de compasses, y consonancias, y ascensos, como los dela rima, con que sube de vna virtud en otra.* Hanc sensuum harmoniam vidimus suprà ex Origene [c], & Dionysio [d]; auditum in audiendo verbo vitæ, & salutis, & recipiendis inspirationibus diuinis, *Audiam, quid loquatur in me Dominus*; odoratum in perficiendo suaui odore virtutum spiritualium, & declinando odore tetro vitiorum: gustum in bono Dei verbo, & carne, & sanguine Domini gustandis, & in conficiendis spiritualibus alimentis diuinorum præceptorum: sicut dixit Dominus, *Meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei*; tactum verò in discernendo spiritualiter quid commodum sit, & quid incommodum. Oportet igitur, vt in portis sensuum sic iudicia exerceamus, & sic opera nostra probemus, vt ipsa in portis nos laudent ad exemplum, & imitationem Virginis, de qua Salomon hìc parabolicè prophetauit, quæ omnium creaturarum iustissima aspectu, & auditu, & cæteris sensibus fuit, & perfectissimè faciebat, quod Apostolus in epistola ad Galatas præcipit. *Opus (inquit) suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tantùm laudem habebit, & non in alio; no dependera de jucios de hombres, qui en se juzga, y mira sus obras.* Ex quibus satis laudata manet Mater nostra.

Interni sensus animæ.

[a] Lib. de perfect. spirit. cap. 9.
[b] In tract. de triplici gradu cognitionis.
[c] Hom. 2. in Cant.
[d] De cælesti Hierarch. cap. 15.
Cap. 6.

35. Secundò de materna eius erga nos beneficentia agendum: nam æquum erat prouidere paruulis matrem, & infirmis mulierem; vt enim ait Sapiens, vbi non est mulier, ingemiscit infirmus, & filij sine matre nutriri nequeunt.

36. Mater igitur Maria, & verè mater: nam ex qua die Christi mater effecta est, mater nostra est; Christus enim caput est Ecclesiæ, & nos mysticum eius corpus; monstrum ergo, & nouum in natura esset, si quæ mater est capitis, non esset etiam corporis mater: nam licèt vt homo erat, filius vnicus erat Mariæ: at vt caput vniuersale erat Ecclesiæ, matrem communem habebat nobiscum, & sicut à capite vniuersali, nempe Adamo, malum in omnes deriuatum est, & filij terreni efficimur: quare gratia à Christo diuiniori, & sanctiori capite non emanabit? Inde nos omnes accepimus à capite *gratiam pro gratia*: omnem videlicet gratiam vnus vnam, alter alteram. *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis, qualis & terrenus*, &c. Liquet autem hoc maximè ex seuera Dei iustitia, quæ peccata nostra puniuit in capite nostro Christo Iesu, tanquam in vniuersali capite humani generis, *vt destruatur corpus peccati*; in lingua eius felle illita castigata fuit gula nostra: in tergo eius plectebantur lasciuiæ nostræ, in capite eius spinis, & dedecore coronato superbia nostra damnabatur: *vt destruatur corpus peccati; por el cuerpo padecia esto, es sin duda cabeza nuestra, y assi Maria Madre nuestra.* Clarissimè autem fatetur Ambrosius [e]; *Quando non ipsa mater electorum, quæ fratrem genuit eorum? Si, inquam, Christus credentium frater, cur non ipsa, quæ Christum genuit, & credentium mater?*

Verè mater nostra Maria.

[e] Tom. 5. Serm. de purificatione in locum Pauli: *Et ad fratres suos dicit: Ego & pueri mei.*

37. Sed vt vera deuotio in nobis erga Virginem ingeneretur, tres virtutes, sicut erga Christum filium eius, in eius obsequium exercere debemus. Prima est fides, quæ in cognitione altissimæ eius dignitatis consistit. Secunda spes de materno affectu, & potentia matris Dei. Tertia charitas, quam facilè sequitur imitatio. Ipsa de se hæc tria prædixit: *Ego mater pulchræ dilectionis, & agnitionis, & sanctæ spei.* Quòd si primò æstimanda est, & ad hoc cognoscenda, quis attingat, nedum referat, quanta in seipsa fuerit Maria, qualis erga Deum, & qualis erga nos: erga Deum, & erga nos quid excellentius dici potest electam fuisse vt corporatricem nostræ redemptionis. Tertullianus [f], *Æmula operatione hominem reparauit*; si enim mulier fuit causa mali, auctrix gratiæ erit Maria. Et Augustinus eam vocat, *opus æterni consilij.* Quis præseruationem à peccato capere possit, quis animi tranquillitatem in immenso mari sæculi per septuaginta annos nullo perturbatam vento, nullo agitatam fluctu, nulla culpa à vera semita vsquam auersam? Sint satis quæ diximus de eius prophetica laude per Salomonem celebrata.

Vera deuotio & obsequium erga Virginem.

[f] Lib. de carne Christi cap. 17.

38. Secundò spes nobis concipienda est, *sanctæ spei*, quam facilè ingenerant nobis, & nomen Matris, & opera à materno affectu profecta. Et licèt spem nostram vocat sedes illa, quam in cælo eminentissimam occupat à dextris Omnipotentis; sed ô quantum erga homunciones rusticos commendat illam sua in nos beneficentia, & pietas? Nam

Materno affectu erga nos se gerit Maria.

Digitized by Google

Nam cognitio illa dignitatis eius, & speculationem postulat, & ponderationem, in quam pauci perueniunt: nos ergo ex liberalitate matrem nostram agnoscamus. Videas homines in antiquis genealogiis occupatissimos, & eruditissimos, qui quàm breui sermone regio sanguine natum esse equitem illum persuadent; sed longè faciliùs eiusdem equitis æstimatio generatur, si in compluuio pauperes pietatem eius quotidie præstolantes roges. Et quis iste eques, ô fratres, cuius foribus quotidie adstatis? qui quidem abiecta nobilitatis memoria, id solum, inquiunt, nouimus, quia munificus est, & indigentiam nostram subleuat. Magnum negotium egit Matthæus vir Iudæus, cùm apud Gentem suam Christum vno verbo post longam genealogiam ex regio Dauidico sanguine ortum probat. Sed ô Virgo quàm facile tua te liberalitas commendat, vt non iam multocula, sicut te vocat Epiphanius, sed multimana, & longimana appellanda sis, & multa nomina, quibus nuncuparis à fidelibus, vix tuam largitatem exprimunt. Porrò materna in nos officia quis referat, lactare matris est, vel nutricis, quæ non modò pueros alunt, sed cum lacte mores quoque pueris transfundunt, vt Galenus ait [a], & Auicenna [b]. Et sanctus Saluianus ait: Nutrices mores suos vel bonos, vel malos in pueros, quos alunt, cum lacte transmittunt: nec frustrà eius filij de puritate, & immunitate peccati originalis Mariæ lætantur; ex hoc enim certum habent nulla ratione ab ista, sicut à prima matre cum lacte peccatum suxisse: *Seguramente podeis tomar el pecho de la Virgen.* Quod disertè Idiota [c] decantauit, *Tota Mariæ vita iucundissimum animis præbet conuiuium, & verissimam cœnam*; prudenter dixit Idiota *verissimam cœnam*, alludens ad mensas, & pocula, atque cœnas, quæ *dubiæ* dici solebant, *cœna dubia*; quia vel adumbrata erant fercula, vel quia venenum suppositum erat; in aliis matribus, etiã Patriarchis, modicum veneni fuit, vel mendacij, vel hypocrisis, vel peccati originalis: at in Maria nihil iniucundum transmisit in filios. Pietatem eius iam vidimus versu primo encomij mulieris fortis. Verùm non est pia solùm, sed amans, & solicita nimis, & inuentrix remediorum salutis nostræ: nam mater illa Tobiæ pia erat, sed quæ tota in lacrymas diffluebat, & ad prospectus viarum prodibat, filium expectando, & non ampliùs; erat quidem inermis amor. At Rebecca quàm solerter, quàm solicitè filios in benedictione pares efficere curauit, quàm opportunam occasionem obseruauit, quàm pio latrocinio vestem vsurpauit, & manus, & collum texit, pulliculis quàm celeriter, & expeditè, cibos & salsamentum apparauit? quàm suspensa expectat, & auscultat euentum. Vidisti ô Virgo Christum primogenitum esse Dei, & regni; nos verò miseræ conditioni traditos, quàm solicitè curasti peccatores, vestem filij tui superinduere. *Induite Dominum nostrum Iesum Christum*: Christi bonus odor sumus, vt pares in regno efficeres non natura, sed gratia. Et cùm accedit peccator, vel meretricula ad sacras epulas post peccatorum expiationem, vt obseruas, vt excitas filium ad indulgendum? Age fili, iam non est Saulus, sed Paulus, non Magdalena, sed Maria, non homo, sed Christus.

Pietas & solicitudo materna.

a Lib. 1. de tuenda valetud.
b Lib. 1. fen 3. doct. 1. c. 2. Nutrix secundùm mores suos consideratur; quoniam ipsam oportet bonorum morum, & laudabilium esse, quæ tardè à malis animi passionibus patiatur, sicut ira, tristitia, & timore: omnes enim isti corrumpunt complexionem, & permutantur, & transeunt in infantem lactatum.
c De laudibus Virginis biblioth. antiq.

Et hinc maximè spes nostra fulcienda est; quia non solùm iustos, sed peccatores maximè sibi legit, & protegit; ideo enim Bonauentura comparat eam Ruth, quæ 39.
spicas, quæ iam ceciderant, & amissas legebat: quos enim etiam ministri Christi, à se quasi abiiciunt, hæc vera Ruth quasi spicilegio colligit, & offert filio. Vnde enim tot congregationes, nisi à matre pietatis. Pingebant antiqui campum peracto bello cadaueribus plenum, mulier autem quædam capita, quæ potuit, colligens in templum inferebat pietatis vt sepeliret: repetit vt alia colligat, & ea, quæ tulerat iam in diuersa abierant, nec vnum remanserat, vt per hoc ostenderent illa omnia, quæ à multorum iudicio pendent, difficile fieri; maximè autem congregationes, quæ idem sentiant, & idem dicant. Tu verò ô pietatis vera mater, quot capita in templum induxisti, quot familias fundasti, quot congregationes sub tuo patrocinio excitasti? Et quid multum, in templum, in gloriam, & in conclaue Dei inuexisti plurimos, qui tua intercessione salui facti sunt. Intrat Rex in conclaue, & inuenit ibi hominem; rogant ministri, quà potuit intrare? Clauicularius ait, non aperuisse, & per commune ostium non intrauit, sed est aliud ostiolum Reginæ, ipsa vtique introduxit hominem. Plurimos videas in religione Deo famulari, & plures etiam cælum intrasse: quis te ô peccator introduxit in regiam, & in aulam Dei, certè communi ostio eleemosynæ, pietatis, & deuotionis, non intrasti: verumtamen habebat, nescio, quàm erga Virginem deuotionem, & orationis quotidianum censum. Ecce Virgo ostium facta est regni cælestis, ipsa plurimos, quos per communem portam intrare non vidimus, repentè per Mariam

Congregationes à pietate Virginis originem & progressum habent.
A simili.

Maria ostium vitæ.

Maria fenestra cæli & salutis. riam auxilia, & Sacramenta impetrantem saluatos comperiemus. Nec solum ostium est, sed fenestra: deuotio enim eius id egisse videtur ad salutem animarum, & vrbium, quod de Græcorum solertia, & ingenio refertur, qui cùm experirentur ægram maximè, & malesanam esse vrbem, eo quòd ad orientalem plagam collata illo aëre Orientis nimium perflabatur, incidit illis consilium fenestras omnes in partem Septentrionalem mutandi, quo facto salutem recuperarunt. O quot vrbes, quæ olim vanis spectaculis, & turpi lusui fenestras oculorum apertissimas habebant, ex quo in te, & in tuum cultum ô Virgo oculos, mentes, sumptus, & ornatum conuerterunt, perpeti voluptate, & sanitate fruuntur?

40. Redeo tamen ad dulce illud meæ Matris nomen. *Mater pulchræ dilectionis*; est enim mater Christi corporalis; nostri verò spiritualis, in cuius ventre vegetamur, donec in lucem æternam edat nos. Dulcis quidem meditatio grauidam esse Virginem filiis amoris, & dilectionis in aluo illa circumferri, ali, etsi dolore angi potest, quæ dolorem nesciuit, ille viscera materna pungit saluandi nos. O quali gaudio perfunditur, cùm vnus, aut alter in gratiam, & in lucem editur! ô quali nos sanguine nutrit! ô quali spiritu in Virgine viuificamur?

41. Verumenimuero vera erga Virginem ea est deuotio, gratissima, & salutaris, cùm illam adeunt filij ad negotia salutis pertractanda: videas namque diuersas intentiones inter homines, qui in curiam confluunt; alter enim solùm venit, vt vitam pacatam, & otiosam agat, concionem adeat, ne putetur insipiens, musicam, ne existimetur asinus, inuisit amicos, & per otium omnia peragit. Alter verò, qui ad negotium venit, ô quàm solers, ô quàm attentus, nullos alios inuisit, quàm vel iudicem, vel eius vxorem, vt patrocinium imploret; sic sunt quamplurimi Virginis deuotuli, qui preces fundunt rosarij, quia labori officij supersedent; vel ne omnino indeuoti putentur, adeunt templa eius, & alia quasi per lusum faciunt. Alij verò, qui dignitatem eius penetrarunt, solùm de negotio salutis agunt, illud Abrahami reuocantes in memoriam Virgini, *Dicito*, ô Virgo, *quòd soror nostra sis, vt bene sit nobis propter te.* Vel illud Mardochæi ad suam Gen. 12. 13.
Esther iam reginam, *Ne putes quòd animam tuam tantùm liberes; quia in domo regis es præ cunctis Iudæis: si enim nunc silueris, per aliam occasionem liberabuntur Iudæi, & quis nouit, vtrùm ad regnum veneris, vt in tali tempore parareris?* Hoc ipsum aiebat Angelus, *Ne timeas Maria:* ne putes quòd animam tantùm tuam liberes; in Esther. 4. 14.
te enim, ô fortis mulier, ô mater piissima, noui non solùm hominis, sed omnium sæculorum, salus consistit, & gratia, & gloria.

VERBVM PATRIS
Gen. 3. vers. 20.

Et vocauit Adam nomen vxoris suæ, Heua, eo quòd mater esset cunctorum viuentium.

Maria viuentium matri ab omni originali contagione exempta nullam filiorum Adæ maculam imputandam, ratione, auctoritate, & congruentia suadetur.

DISCVRSVS IV.

1. CVM primus imitandi parentes ardor, & addiscendæ virtutis studium nobilitas sit parentum; primum officium erit (ô infans) tuam reparatricem Dei matrem ab omni peccati labe vindicare, & originalis reatus liberam, & solutam fuisse, liquidum, planúmque facere. Et vt à sacris litteris ordiamur, non existimaui ironiæ, aut irrisioni tribuendum (vt putauit Rupertus [a]) post auditam sententiam mortis, compellasse Adamum suam Euam, *vitam, eo quòd mater esset omnium viuentium;* quasi diceret, *bien os podeis llamar vida, que la vida me haueis dado.* Quin potiùs hac *vitæ* nuncupatione solatium sibi, & vxori spe posteritatis voluit comparare. Nec putes hæc verba tunc pronuntiasse, cùm *cap. 3.* de splendida paradisi possessione pelluntur, sed postea licèt per prolepsim, siue anticipationem ibi referuntur, vbi de mortis sententia proximè agebatur. *Mater viuentium Maria.*

2. Primò igitur appositissimè *vitam* nuncupauit,

a In Gen.

uit, vt possessionem eius atriperet, & dominium, quod indicat nominis impositio apud Gentes. Secundò, amissa enim pulcherrima, & paterna hæreditate amœnissimi prædij paradisi, in quo aliqua specie immortalitatis viuere poterat, hac sola vxoris suæ possessione relicta, spem erexit, si vt par est coleret, & obseruaret gloriosam ex illa filiorum propaginem posse expectare, qui in sempiternum animis saltem victuri forent, etiamsi corporis morte intercepti easdem pœnas mortalitatis subirent. Tertiò etiam, quia perspexit futuram esse aliam communem matrem humani generis reparatricem: nam qua ratione filij sine matre nutriuntur, nec infirmi sine muliere curantur; id enim experientia confirmat, hoc summa Sapientia docet, *Vbi non est mulier, ingemiscit infirmus*; quare præsultat gaudio Adam, dum in Eua Mariam contemplatur, & filiorum matrem viuentium, & ægrotantium reparatricem, vt apertè asseruit Epiphanius [a], & vna quidem Doctorum vox est, & mira consensio mundi reparationem spiritualis, & mystici vni Mariæ reseruatam, sicut lapsus, & humani generis ruina vni Euæ assignata est. Sic loquitur Irenæus, Iustinus Martyr, Tertullianus, Augustinus, Epiphanius, & Nissenus; omnes autem Chrysologi ore proloquuntur [b]: *Benedicta tu in mulieribus; quia in quibus Eua maledicta puniebat viscera, nunc in illis gaudet, honoratur, suspicitur Maria benedicta, & facta est verè mater viuentium per gratiam, quæ mater antè extitit morientium per naturam.* Quidquid amisimus, in Maria copiosissimè resarcitur, & instauratur meliori quidem conditione, non caducæ hæreditatis, sed diuturnæ, & stabilis, vt iam olim concinebat Dauid: *Omnes gentes plaudite manibus; fiestas, alegrias*: qua de causa Dauid, *Elegit nobis hæreditatem suam speciem Iacob, quem dilexit*, Græcè, *quam dilexit.* Applaudite (inquit) electioni diuinæ hæreditatis, in qua damna peccati restaurantur, & antiqua illa penitus obliuiscenda erat, si cum Dei possessione conferatur, illam colebat homo, istam Deus, ibi non inuenit, vbi requiesceret spiritus, quam occupauerat rapax auis dæmon, hic nidum constituit, & filios regenerauit spiritus: illa venalis erat, & incerta; hæc paterna, sacrosancta, nunquam alienanda, *sed Redemptoris primogenita*, quæ nunquam sub aliena potestate fuit, sed dotalis hæreditas filiorum Dei ab æterno ordinata. Licèt autem super hac possessione nulla lis, nullus discrepantium opinionum conflictus iure optimo excitetur; primò afferantur sacræ paginæ; secundò inducantur testes; tertiò ferat ipsa Dei mater sub sapientiæ nomine testimonium; quartò vrgeat ratio; quintò instet auctoritas; sextò traditio intimetur, vt tu infans de tuæ generatricis immunitate certus potius documentis eius imitandis, quàm litibus excitandis, & confligendis insistas.

Maria mater humani generis instaurati. — Eccli. 36.21. — a Hæresi 78. — b Ser. 140. Luc. 1.28. — Psal. 46.2. Ibid. 5. — *Maria Dei possessio.* — S. Bern. Ser. de laudibus Virg. — CAPITA DISCVRSVS.

3. Ordiar primò ab ipsa originalis peccati definitione à D. Dionysio [c] mutuata (ne sine auctore diuino, & Apostolico in re tam graui loquamur.) *Peccatum originale est habitus dissimilitudinis Dei ingenitus homini: es vna perseuerante desemejanza de Dios naturalmente por se hombre engendrada en el.* Gratia Dei intenderat in principio hominem reddere Deo similem non solùm in natura, sed etiam in gratuita, & supernaturali similitudine; hoc enim sonant verba illa apud Ambrosium, *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, bonitas enim, & gratia, quæ à Deo manat, sui est quasi sol diffusiua splendoris; quare vix reperit hominem suæ similitudinis capacem, cùm radios diuinæ lucis in illum effudit purum, & innocentem efficiens. Semel igitur obliterata imago per culpam, nunquam ita reparatur per gratiam, quin praua illa originalis labes peccati deturpet animam, & pœnas hæreditarias transfundat in corpus. Oportuit igitur, vt imago ista, & similitudo saltem in Virgine sine labe esset a principio, ne debilior ostendatur gratia, quàm natura malitia aliena, quàm bonitas propria, ne in operibus summi opificis defectum assignemus, si cùm possibilis sit imago sui, sine labe nullam animam fuisse puram omnino sine causa, ne dicam temere asseramus. Quod ita probatur.

c De Eccles. Hierarch. agente de adultis baptizatis. Affertur à P. Turriano epist. de Mariæ cõceptione. — *Peccati originalis descriptio.* — Gen. 1.26.

4. Sophronius Hierosolymitanus Patriarcha in epistola illa, quam ad Honorium Pontificem Romanum scripsit, & in sexta Synodo fuit recitata, sedémque habet in actione 11. sic de filij incarnatione proloquitur: *Et in vterum à viro intactum, castitate virginitatis decoratum Mariæ sanctæ, & puræ, & ab omni labe secundùm corpus, & animam, ac mentem libera ingressus carnem assumit, qui erat sine carne.* Clarissima verba, sed nondum penitus intellecta: orbis totus nobis assistat, & omnis tibi, ô Virgo, creatura subseruiat. Contemplare naturam, quàm studiosè sui similitudinem quærit; cæli, & astra, sol, & luna, vide qua ratione si non fulgore, calore tamen rupes, & montes penetrant, & in profundo ventre terræ aurum, aut argentum progenerant, & à claritate in claritatem, hoc est, semel, & iterum radios iaculando sapphiros, smaragdos, & carbunculos sui imagines micantes efficiunt: quæ tamen omnia similitudinem aliquam præferunt, sed non omnimodam: *quedanse muy atras, aunque se parecen al Cielo.* Natura item sensitiua sui similitudinem appetens, cùm sensum non posset inducere in plantas, nec lapides, at saltem mandragoram in similitudinem maris, & fœminæ conformauit, & generandi virtutem secretissimam indidit, sed minimè nacta est, quod moliebatur: *quedò se atras; porque no es animal essa semejança.* Sensitiua item natura sui similitudinem conatur efficere, nec potuit equo, leoni communicari; simiæ tamen nescio quæ vestigia rationis dedisse, posset quis (minus sapiens) suspicari; sed frustrà etiam laborauit: *quedò se atras, parece hombre, mas no es hombre.* Numquid Angelica natura, & gratia poterunt sui similes creaturas efficere? non quidem Angelos efficient, sed proximos Angelis per gratiam videre licet: ait enim Paulus, *Deus pacis sanctificet vos* (nota verbum *sanctificandi* ad quosque, & qualescunque sanctos referri) *per omnia, vt integer spiritus, & anima, & corpus sine querela* (sine peccato) *in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.* Moliebatur (inquit Paulus) gratia Angelos efficere, efficit quidem cogitata, sed non omnino optata attigit gratia: *quedò se atras, que no hizo Angeles propriamente.* Accinge te diuina natura, quis neget posse te arduum opus facilè perficere, in quo irrito conatu naturæ reliquæ desudarunt: numquid tu perfectam aliquam imaginem tuæ innocentiæ exhibere potes? num tibi malè cedet rest

Refert hanc epistolam Photius in sua Biblioth. & noster Turria. suprà. — *Prima ratio in honorem Virginis.* — *Iusti proximi Angelorũ fiũt per gratiam.* — 1. Thes. 5. 23. — *Saltem diuinitas sui similitudinem adumbrare potuit in aliqua anima.*

Argumen

Argumentor igitur sic: Etiamsi peccatum originale sit habitus dissimilitudinis Dei ingenitus homini: tu tamen (omnium molitor, & auctor) humanam naturam tuæ similitudinis capacem & vidisti, & præuidisti, & impressum ostendisti semel innocentia, & gratia; periit jam ista imago: igitur tu, qui maxime tibi similem appetis efficere creaturam aliquam, ita per gratiam debes instaurare, vt ipsam non emundes à peccato, sed præserues; aliàs facile efficiam ex positis, vel mancum mundum esse sine hac innocentia, vel in prima illa imagine gratiam habuisse, & effudisse omnem suam potentiam, siquidem nullos præter illos duos innocentia persimili vestiuit, vel infecta imagine discessisse, quod absurdum est. Asseramus igitur imaginem istam fuisse Virginem mente, & corpore omnino mundissimam, quæ cùm inter viuentes, sentientes, ratiocinantes, & inter Angelos connumeraretur, per hanc similitudinem proximius accessit ad Deum, quàm Adam, & Eua, & Angeli in innocentia, & gratia. Vnde D. Thom. *in 1. sententiarum, distinct. 20. art. 3.* Puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest aliquod creatum inueniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis sine vlla contagione peccati: & talis fuit puritas B. Virginis, quę à peccato originali, & actuali fuit immunis: tamē ista puritas fuit sub Deo, in quantum erat in ea potentia ad peccandum. Ne principalissimum agens, & ad operandum efficax, & purissimos gratiæ colores innocentiæ, & gratiæ, putaremus, aut noluisse subtilem spiritum, aut non voluisse collocare in ea, quam sibi similem elegerat sponsam; ne asseramus (inquit Proclus [a]) maculam fuisse in carne, quam anima non infecit, nec in anima fuisse maculam, quam solùm inficere poterat peccatum; non ergo habuit maculam, quæ corpore, & anima munda fuit? ne affirmemus *Dei receptaculum, & quod dedit principium vitæ* morti aliquandiu obnoxium fuisse (vt aiebat D. Dionysius,) ne denique frustrà asseramus affirmasse Anselmum [b], *decuisse Virginem ea puritate nitere, qua nequit sub Deo maior intelligi.*

a Hom. de Virgine.

b Lib. 1. de conceptione cap. 18.

5. Secundò, quod si inducendi sunt testes, omni exceptione maior est ipsa Sapientia, cuius verbis eadem Virgo illustre, & perspicuum suæ puritatis testimonium ferre videtur ex mente Ecclesiæ catholicæ Romanæ: *Dominus possedit me in initio viarum suarum*, in me, quasi in proprio regno primò pedem intulit Deus; in me namque *Verbum caro factum est:* quid enim est possessio, nisi *pedis sessio*: Notandum tamen est, quod obseruare iubent iuris periti [c], diuersum quid esse proprietatem rei, & eius possessionem: potest enim quis habere possessionem, & non habere dominium. Notant insuper idem non posse à duobus dominis sub perfecto dominio possideri [d]. Primum illud liquet maximè in prædestinatis, quorum habet Deus dominium, & proprietatem, sed non semper possessionem: contingit enim labi in peccatum, & in dæmonis possessionem rediguntur; fatetur ipsa Veritas, *Pater quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.* Ecce habet proprietatem; de dæmonis autem possessione sic ait, *In pace sunt omnia, quæ possidet:* si ergo Dominus possedit Virginem, & non tantum dominium habuit, quia dominus est, sed quia possidens est; numquam igitur Virgo sub dæmonis potestate fuit. Dices id verum esse, si probas *ab initio viarum suarum possessam fuisse à Deo*; hoc enim pacto efficies nequaquam potuisse sub potestate dæmonis esse. Textus est in l. optima. Cod. de contrahenda, & committenda stipulatione. *Nisi is, qui dicit sese, vel aduersarium absuisse liquidis, ac manifestissimis probationibus, & melius quidem si per scripturam, vel saltem per testes vndique idoneos, & omni exceptione maiores, ostenderit sese, vel aduersarium eo die à ciuitate absuisse: si prouare la coartlada, o con escrituras, o con testigos.* Igitur si nondum erant abyssi, & iam ipsa concepta erat, & ordinata in initio viarum suarum, nempe ab æternitate prædestinata, vt ab instanti suæ conceptionis ita possideretur à Deo per gratiam, vt nullus pateret aditus diabolicæ possessioni, nullus maculæ originali locus dari potuit.

Prou. 8. 22.

Ioan. 1. 14.

c In l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda possessione.

d l. sive certo. §. si duobus vehiculum, & ibi Glosa, & DD. ff. commodati.

Ioan. 13. 9.

Prou. 8. 22. *Nusquam Virgo sub aliena potestate fuit.*

6. Ostende mihi (dicet aliquis) quorsum tam studiosè hæreditatem istam elegerit Deus, & quisnam huius possessionis testis sit? Certè rem magnam postulas: quis enim probare potest sic peractam esse rem apud Deum ab æterno? & quis purissimæ conceptionis testis potuit esse in tempore? Verumtamen hoc etsi occultissimum mysterium, ab effectu, sic contigisse, probabo. Vidisti passerculum cùm excludendi pullos tempus appropiat, natura duce quàm studiosè nido construendo laboret, quærit viridarium, & nemorosas arbores, vbi obducta, tectaque sit domus, cubiculum, lectum, & cunabula mollicula pennis, & pilis strata, *opus naturæ, opus intelligentiæ: haze lo que no sabe, y sabe Dios enseñarle.* ponit oua, fouet, incubat, defendit à serpente, à puero, ab accipitri, qui aliquando oleum, & operam perdere faciunt. Agè auicula omnes labores tuos amisisti, crede mihi, elige proceram, & secretissimam arborem, hanc voca tuam hæreditatem, & possessionem, sume claues, obstrue ostium, & obseratum nemini pandas nisi Deo cæli, cui nihil vestrûm latet; nemo quid in nido peragatur sciat, donec passerculi distinctis ramusculis cantent, & mirabile opus factum concelebrent. Sanum quidē consilium, quod sedula, & vigilans Dei sapientia putas ignorauit, aut detrectauit? *Cum eo eram cuncta componens*; fabricauit, ornauit, coluit paradisum, matrem, & patrem in vno nido ad humanam prolem propagandam collocauit, ibi genus hominum quasi in ouis iacebat excludendum; dum ecce dæmon serpentis more humana facie tectus cubile, & nidum ascendit, &, vt ipse gloriatur, *detraxi quasi potens in sublime residentes, & inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum, & sicut colliguntur oua, quæ derelicta sunt, sic vniuersam terram ego congregaui:* inde vera est illa propositio, *Omnes in Adam peccauerunt*, quia nempe in semine, & antequam pulli excluderentur peccato capitis infecta natura hæreditaria labe conspurcatur.

Quare Deus tam studiosè & maturè hanc hæreditatem sibi adsciuerit.

Simile.

Prou. 8. 30.

Isai. 10. 14.

7. Fingam (inquit Dei sapientia) nidum mirabili opere, & secretiori modo in Dei possessione, vbi dæmoni aditus intercludatur, vbi nemo inspicere possit opus. Siste Dei sapientia, quare instar apis alueare gummosis arborum succis linis? quare tegis opera tua? Sine incredula ingenia tantum spectare opus: quid enim potest moliri columba Spiritus sancti, nisi decorem, pulchritudinem, & suauissimam puellam? Absit (inquit) vos deforis quid tanta sapientia agat conie

Opus sapientia nidum construere vbi locus sit gratia, non culpa.

Digitized by Google

Eccli.24.11. coniectetis. *In omnibus igitur requiem quæsiui, & in hæreditate Domini morabor, qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi: Ne fingas nidum in Rachele, in Sara, nec in Thamar, sed in Iacob inhabita: En la flor de Iacob, en laque es la flor de todo el pueblo de Dios.* Et quænam hæc est? *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet*; hîc fixit nidum suum, vt deuotè contemplatur Anselmus[a], *Non absurdè credi potest primordia inceptionis eius tanta diuinitatis sublimitate designata, vt humanarum conceptio mentium ea planè penetrare non valeret: despidanse los ingenios de querer saber esse secreto como pasio?* Sed nihilominus principium, quo salus mundo processit, & ipse conceptionis dies festiuis laudibus à cunctis fidelibus meritò celebratur. Vnde colliges meritò celebrari? Respondeo libenter; de hac enim Isaiam dixisse constat, *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini*, & Spiritus sanctus non nisi in præsignata arbore nidum construet, qua semel inuenta, *quis non concedat Dei sapientiam à fine vsque ad finem pertingentem, cuncta implentem, cuncta regentem nouo quodam, & ineffabili gaudio, cælum, & terram, & omnia, quæ in eis sunt profundissima, atque ineffabili iubilatione pro sua reintegratione, quam per illam sibi euenturam diuina, & occulta inspiratione prævidebat, perlustrasse? Sed cùm ipsa conceptio fundamentum fuerit habitaculi summi boni, si peccati alicuius ex prima præuaricationis origine maculam contraxit, quid dicemus?* quid? Facilè dicam Doctor sanctissime, sapientiam nempe istam à fine vsque ad finem non attigisse, non cuncta impleuisse, non cuncta rexisse, potius suam ruinam, quàm reintegrationem molitam fuisse; igitur probare oportet, *quòd vbi spiritus est, ibi libertas*, & in nidulo vbi ouo singulari, & in arbore prælecta incubat Spiritus sanctus, nullum locum serpenti, sed gratiæ fuisse.

Isai.11.1.

a In epist. quæ est in Breuiario Eboracensi reformato à primo Archiepiscopo Eboracensi Cardinali, & à Rege Lusitaniæ. Citatur à D. Ioanne Bacon in 4. sententiar. dist. 2. q. 4. art. 1.

Cap. 11. 1.

Conceptio Virginis fundamentum habitaculi diuini, & aliarum gratiarum.

2.Cor.3.17.

8\. *Nullus dæmoni in Virgine locus relictus.*

Primò igitur nullus Leuiathan locus, neque Behemoth datus est, vt communi labe generationem istam possent inficere, vt peringeniosus obseruat Rupertus[b]: nam virtus, & potentia huius bestiæ, vel in ore erat, vel *vmbilico, & in lumbis eius*: ego igitur (inquit Sapientia) generationem istam conficiam, vt ab Abraham vsque ad Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus, quasi longa piscantis linea sit, cui videlicet lineæ ferreus hamus subligatus carne adoperitur, ob hoc, vt piscis edulio prouocatus quod foris patet, ferro seipsum strangulet, qui intus latet. Teneo iam (Abbas sapientissime) hæsisse dæmonem hamo diuinitatis, neque potuisse non sanctam fuisse, quæ mater sanctitatis efficiebatur. Verùm vnde probas Leuiathan, neque Behemoth non habuisse vim, nec locum conceptionem eius inficiendi? Respódet Rupertus[c] virtutem dæmonis esse in vmbilico Euæ, & in lumbis Adæ, hoc est, dum ex virili congressu maris, & fœminæ anima carnem tangit, statim reatus, & maculæ obnoxia fit; igitur in hac parte annulum conflabo, & frænabo eius petulantiam, ne in hanc, sicut in cæteras conceptiones temerè inuehatur. *Verùm igitur, ô diabole, iste est circulus, quem Deus in naribus tuis posuit, ista est armilla, quæ maxillam tuam perforauit: nam initium & finis occurrerunt sibi in vtero Virginis, vt nares tuas teneret circulus inflexibilis*; quo annulo aliud etiam eius vitium corrigit sapientia: dicitur enim de Behemoth, *quòd fœnum vt bos comedet*; quia bos retrò incedens fœnum comedit: ita dæmon pueros quasi fœnum comedebat, & dum rectà ad Deum, & gratiam incedere debent, retrogredi ad peccatum, & debitum carendi gratia coguntur; igitur hæc Virgo frænabit, & puellis, & virginibus illudendum, & irridendum tradet.

b In Matth. cap. 1.

Iob 40.

Matth.1.16.

c Vbi suprà.

Porrò in nidulo tres adsunt, & incumbunt huic purissimæ conceptioni, & Anna mater, quæ gratia nuncupatur, & natura communis parens, & Spiritus almus, qui quasi columba fouebat singulare ouum; cuinam generatio ista tribuenda est, & vnde in eam macula, aut peccatum irrepsit? Certè negare non possumus opus hoc naturæ fuisse concessum, sed ô quàm maturè gratia præuenit naturam, nam diu tardauit, donec gratia miraculorum senectutis imbecillitatem roborauit, & abstulit sterilitatem, & instante iam tempore, *natura gratiæ cedit* (inquit Damascenus) *ac tremula stat, progredi non sustinens, atque gratia fœtum anteuertere ausa non est, sed tantisper expectauit, donec gratia fructum suum produxisset: los veinte años de esterilidad fueron vna como couardia dela naturaleza, que se iua deteniendo: vt via per miracula sterneretur; hizieronle la puente de plata ala naturaleza, paraque se despidiesse de esta obra como toda Diuina, y celestial.* 9. *Nulli congruit personæ Mariæ conceptio in peccato.* *Non natura congruit.*

Superest iam, vt excludatur pullus iste, & solùm exclusio gratiæ, vel almo Spiritui tribuatur: à neutro tamen originalis culpa manauit. D. Gregorius matrem nostram vocat gratiam: *Mater nostra, & regeneratrix gratia*; quod enim prima errauit, secunda restaurat, & per regenerationem filij gratiæ efficimur. Itaque ornat in nobis gratia, quod nudauit prima nostra genitrix, ideóque regeneratrice indigemus; in vna igitur Virgine non fuit error, neque defectus, ideo gratia respectu eius non regeneratrix, sed genetrix dicitur. *Mater, seu genitrix* (Mariæ) *sicut omnium nostrûm redemptrix illa gratia est, per quam regenerati sumus in filios Dei, qui priùs eramus natura filij iræ.* Quam singularem dignitatem vt inuestigaremus, huius puellæ matrem *Annam*, seu *gratiam* nuncupari voluit, vt à gratia genitam, non regeneratam intelligamus: vnde reliquæ fœminæ, quæ formæ, arbitræ, & iudices esse volunt, vixque aliarum pulchritudinem laudant, vno ore prærogatiuam istam in Virgine decantarunt: *Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genetrici suæ: viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt reginæ, & concubinæ laudauerunt eam*, &c. Vna tu es, id est, sola, & prima matri tuæ, hoc est, gratiæ; quia tu singulariter dicere potes, *Gratia Dei sum id, quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit.* Nam licèt aliæ sint sponsæ adscitæ per gratiam; tu verò *vna* es, id est, prima, & primogenita gratiæ: nam vel prima fuit secundùm esse existentiæ, & in quantum sic, prima non esset, nisi à Dei gratia in conceptione præuenta fuerit: nam post conceptionis tempus etiam ex ventre prodierunt sancti Ieremias, & Baptista; ergo si primas tulit, tulit in gratia conceptionis. Quòd si prima est in decreto Dei prædestinantis, quis neget sine peccato prædestinatam primam: nam præuiso Adæ peccato, & Christo reparatore, proculdubio electa, & præuisa fuit, non

10\. *Non congruit gratia.*

Honorius, & Halgrinus in Cant. P. M. Delrio. Cant.6.8.

1.Cor.15.10.

by Google

non vt vna catena teneretur cum iniquis filiis Adæ, sed quando communis reparator Christus prædestinatus est, tunc à Deo ante aliorum maculam excepta, & præseruata ex Christi meritis intelligitur, vt esset mater filij eius, & vt verum sit, quod sequitur, *vna est, & electa genitrici suæ.*

11. *Non congruit Deo.* Si verò præter gratiam, soli Deo relinquitur patranda mirabilis ista conceptio, apertum est à summo Auctore nihil nisi vndecunque perfectum promanasse: antiquum enim est D. Hieronymi pronunciatum, *nihil fecisse Deum, ex quo non eliceret aliquod bonum.* Aristotelis [a] pariter effatum omnes reuerentur, nempe *non esse Philosophi æqualem certitudinem in re qualibet petere.* Cùm igitur in hac re nec sit, nec oporteat quærere omnimodam certitudinem, vtpote à sapientia, vt vidisti, clam, & absconditè peracta: attamen colligere æquum est in eximio opere auctorem suum ingentem aliquam vtilitatem prætendisse; permissio tamen peccati nec Patri, nec Filio, nec Spiritui sancto, nec Virgini, neque Angelis, nec hominibus conueniens fuit; igitur asserendum est nequaquam permisisse, vt iam probo.

a In Ethic.

12. Deo Patri, neque eius numini, & maiestati Creatoris congruisse probat D. Petrus Damianus [b]: nam vbi de B. Mariæ conceptione agitur, Deo tribuitur fundatori, *& ipse fundauit eam Altissimus*; & quid fundauit? *Conuentum virtutum* (inquit Damianus.) *Omnium virtutum conuentus reuerendissimum eius thalamum exornauit*; & bene quidem virtutum chorus inclytus conuentus nuncupatur, in quo virgines esse solent ad tempus intra claustra, reddendæ parentibus: sic se habent virtutes nostræ, quæ facilè à proposito desciscere solent, neque habitum suscipiunt. Aliæ autem conuentuales virgines, quæ minimè à proposito discedunt, nec à semel emissa votorum professione, virtutes Mariæ sanctissimæ adumbrant. Inter has virtutes prior, maiórque est charitas, *maior autem horum est charitas.* Hæc duo opportunissime imperat Virgini vitam ingredienti: primum, *Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui*: secundum, *ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.* Videamus an in ingressu conuentus, & vitæ hæc duo præstiterit anima Virginis. Primum illud expresè affirmat Chrysippus Presbyter Hierosolymitanus, & Leo Imperator Sapiens [c]. *Cùm adhuc in lumbis paternis contineneris, progenitor tuus clamabat: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Audisti ô verè filia commonitionem, & oblita es populi tui, & fortis, & domus paternæ: fortis videlicet illius, quam Eua progenitrix toti generi distribuit, infinito illo affectuum, passionum, animi perturbationum cumulo quasi hæreditario relicto: at nihil horum tu in domum tuam intulisti.* Secundum verò, nempe statim Dominum cognouisse, & adorasse, D. Bernardinus [d] affirmat: nam sicut in conuentu in illud maximè sedulò incumbunt, vt statutis horis diuinis laudibus assistant decantandis, ita vt vix duodecima sonet, quin cymbali sonus subsequatur; sic in mente Virginis illud maximè enituit, vt in primo instanti vnionis beatissimæ animæ cum purissimo corpusculo feruentissimo actu in Deum eleuata per charitatem sese totam diuino obsequio, & amori mancipauerit: aliter enim non

b Ser. de assumptione B.Mariæ.

Non decuit æternum Patrem.

c Serm. de annuntiatione. Psal. 44. 11.

d Ser. de B. Virgine.

satis videretur prouidisse fundator, si charitas, quam præfecit in Virgine, vel sopore originalis culpæ tardasset, vel culpa prima iecisset fundamenta, & prior culpa, quàm gratia Dei habitaculum occupasset.

Filio verò haudquaquam consentiens est, neque cum filij dignitate consonum: nam si futura dignitas regia (teste Platone) nescio quam vim habet in conceptione principis, quanto magis gratia primordia matris Dei futuræ omni labe libera, & regia, & iam gratia plena procurauit? In hac Christi genealogia *Iesse genuit Dauid regem* [a], quasi diceret Spiritus sanctus iam in obscuro, & pauperrimo Iesse regia splendebat maiestas, iam anteuertit gratia naturam in ipsa generatione. Rex erat Dauid; igitur si Maria est, *de qua natus est Iesus*, iam aurum coronæ, & sceptrum regale ipsa in conceptione splendebat, iam ornata erat regio cultu *omnis gloria filia regis ab intus* [b], subditur statim, *filia regis*, ne fortè ad instans incompositam, inornatam, & inelegantem fuisse putares, sed vt decet reginam, quæ neque ad instans non bene aptata veste, fœdave, aut subnigra præoccupari vult; sed talis, vt ab omnibus aulicis posset conspici, & vt Regina suspici, & venerari: ideo B. Fulbertus Carnotensis [c] de ipsa eius hora conceptionis agens: *Nulli fas lium anbium est, quin circa eam omnis frequentia cælestium agminum inuigilaret, vtpote quam supra se exaltandam minimè ambigebant.* Quòd autem in ipsa conceptione aurum sanctitatis primæ, non verò iustificationis effulserit, quis non videt, si ingressum primum huius Virginis ad Regem contempletur. *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate* [d]; quæ verba de hac Regina intelligenda docent grauissimi Patres [e]: Hieronymus vertit, *in diademate aureo.* Nota non de quolibet auro agere, quod *zaab* significat, sed de *chetem*, auro videlicet summa puritate in ipsis visceribus terræ nato, minimè adulterato: nam corona, qua iam in sua conceptione fulgebat Maria, non ex auro, hoc est, gratia, quæ post purgationem conflatur, sed ex prima gratia ante omnem purgationem effecta erat. Nec minus consentanea sunt verba regis ipso ingressu suam Esther collaudantis, *Non pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est*; Græcè habetur, *confide, non morieris, quoniam commune præceptum nostrum est: la ley, que hemos dado es vulgar, y comun, vos nosois vulgar, ni comun, sino esposa mia: commune præceptum est*, id est, nec te, nec me comprehendit lex à nobis lata, quod apertè declarat Doctor perantiquus, *Lex ista nihil dominij habet in te, eo quòd tu sis Regina, & consors mea: sois priuilegiada, como esposa del legislador, de qua natus est Iesus.*

15. Cum persona autem, & amore Spiritus sancti minimè consentaneum fuisse probant eleganter Doctores, Nissenus maximè in illa verba, *Vna est matris suæ, vna genitrici suæ.* O quàm similis euasisti puella, cui dum in nidulo eras, almus obumbrauit Spiritus. Certè columba fouebat eam, quæ columbinos præsefert mores; *ex fructu agnoscere arborem liceat, non aliam quidem, sed columbam*: nam columbæ istius mater quid nisi columba? sicut hominis mater, quid nisi homo? cùm quod ex spiritu gignitur, sit spiritus, etiam filiæ columbæ mater est columba, quæ de cælo ad Iordanem deuolauit; itaque Maria

13. NOTA. Illud quod ad omnes filios admonendos circumfertur, maximè locum habet in Christo, *Fili ne glorieris in ignominia patris tui. Como si vno hiziesse, o permitiesse poner entre los sanbenitos el de su Madre teniendo oso, mattana fere yo Inquisidor General, y lo mandare quitar, pedir mostrara, mas no sana cabeza, ni consejo. Non congruit filio.*

14. a Matth. 1. 16. b Psal. 44. 14. c Ser. in ortu Virg. d Psal. 44. 10. e S. Gregor. Thaumatur. S.Damasc. S. Athanas. S. Thom. P. Damasc. Antoninus, Chrysippus Hierosolymitanus.

Cap. 15. 13.

Iosephus de Gorion lib. 2. c. 45.

Cant. 6. Vide P. Mar, del Rio hic.

Non conuenit Spiritui sancto.

Digitized by Google

Idiota.

Maria dicitur filia Spiritus sancti, ea quidem ratione, qua Doctor quidam *Virginem complementum Trinitatis nuncupauit*: nam licèt nihil deesse possit primæ omnium causæ, etiam in Trinitate personarum subsistenti; tamen cùm summi boni sit proprium communicare se infinito modo, ideo bonum, quod tres personæ possident, summa, & infinita largitate communicant, Pater nempe Filio, Pater, & Filius Spiritui sancto. Sed quid ad hæc? nam Spiritus idem infinitum bonum æquè possidet, sed non similiter alteri personæ communicat; quia vltra tres nulla est. Consideras igitur virtutem istam communicatiuam cupidissimam infinitum quid efficiendi sui quidem persimile, vt ex fructu agnoscere arborem liceat, & ex pullo columbæ columbam matrem discernamus, vt saltim columba ista licèt ipse spiritus non sit, nec reuera infinita, neque in essentia eadem; in modo tamen quid nouum, & aliquid, quod in Trinitate non ad intra addi possit, sed ad extra possit à sancto Spiritu summam illam virtutem, & perfectionem accipere, excogitauit ipse Spiritus, & audaci verbo expressit hic auctor, vocans Mariam *complementum Trinitatis*, illa enim est, in quam largissimè virtus sese Spiritus infudit, & incredibili affluentia donorum, & charismatum redundauit, eam nempe matrem Dei efficiendo, quæ quidem dignitas ex mente D. Thomæ à filio infinitatem quamdam sortitur: nam si maternitas crescere dicitur ex dignitate filij, vbi filius infinitus est, nónne maternitas infinitæ dignitatis credenda est? Itaque in gratuitis filia hæc vni Spiritui sancto ascribitur, vt columba sit mater columbæ, & quod ex Spiritu nascitur, spiritus sit (vt aiebat Nissenus,) quam communicationem tunc maxime fieri oportebat, cùm & cupiebat spiritus, cùm indigebat puella, cùm poterat genitor, cùm ratio postulabat, nec in natura quid omnipotenti virtuti resistebat: fuit igitur columba ista in conceptione omni macula originalis labis exempta.

16.

a D. Cyrill. hom. 6. contrà Nestoriũ tom. 4. Salue per quã cælum exultat, &c. per quã dæmones fugantur, per quam diabolus tentator de cælo decidit. Ossuna etiam citatur in hac opinione.

Non decuit virginalem & maternam dignitatem macula aspergi.

b Rom. 7. 13.

c Ser. 45.

d in Cant. de profectu religiosorum lib. 2. c. 33. Eadem ferè verba Bern. in eo, qui grauiter peccauit, etsi

Idem exigit, & præscribit virginalis dignitas [a]: nam cùm eius sublimitas tanta sit, vt vltrà ascendere non detur, descendendo, sicut Deus, suam voluit humillima Virgo dignitatem exaltare; ad hoc autem vt abiectiùs, & submissiùs in tanta gloria se gereret, dicet (nescio quis) oportuisse in momento maculam illi adhæsisse, vt ansam inde se humiliandi, & abiiciendi arriperet; certè nauim istam putant sine saburra peccati portum tenere non posse tantis onustam mercibus gratiarum: Paulo enim congruens fuit, vt adhiberetur, quo se abiiciendi causam haberet, & fœmineam illam vocem omittendi [b], *Infelix ego homo, quis me liberabit*, &c. *como vn capitan valeroso, que viene victorioso, y en su casa no puede sufrir vna muger rencilloza.* Maria verò humillima non indigebat noua causa se abiiciendi: nam rusticus de nouis calceis, & galero inflatur, & gloriatur; nobilis verò eques & in auro, & sericis vestibus fulgens non effertur inani gloria; sic Mariam, quia respexit humilitatem eius, Deus exaltauit. Sed quid si Bonauenturam [c], & Bernardum [d], quos mihi obiicis quasi molossos canes, in fauorem meum voco? ille namque tres gradus humilitatis condistinguit. Primum humiliari, considerata abiectissima naturæ conditione, & nihilo vnde creatus. Secundum humiliari de peccato. Tertium verò etiam absque peccato humiliari, quod perfectorum est: *nam si humiliatur, & despicit se, qui non habet vnde glorietur, sed multa, vnde confundatur, licèt bona sit ista humilitas; tamen non admiranda.* Vt igitur profundiùs se abiiceret, omni materia carere Virginem consentaneum fuit.

amanda, nõ tamen admiranda humilitas: at si quis innocentiam retinet, & nihilominus humilitatem iungit, nónne tibi videtur geminum animæ possidere decorem.

17.

Non congruit natura Angelica.

Porrò Angelicæ dignitatis alienum fuisse Reginæ Angelorum lapsum, quis non videat, si non infimæ notæ auctoribus fidem damus, qui asserunt peccatum Angelorum id fuisse, nempe cùm æternus Pater adorationem propoluit Verbo incarnato exhibendam, subiectionem quandam reuerentialem indicauit habituros erga Virginem, quam constituerat filij matrem, & Angelorum Reginam exaltare, & supra eorum capita constituere; renuit tale obsequium dæmon, nec humanitatem, nec Virginem voluit reuereri. Hoc igitur multo antè præcessit: nunc verò cùm concipienda est Regina Angelorum, nónne absonum est sub ditione dæmonis fuisse, qui quondam à cæli solio exturbatus est in infernum; quia illam eamdem Virginem colere noluit? nónne ipsis Angelis beatis penè iniuriosum est, eam dæmonis mancipium effici, cuius colendæ gratia ipsi in gratia, & in gloria perseuerant? Certè ita longe abfuit à culpa, vt in ipsa conceptionis hora festum conceptionis concelebrauerint, vt palam pro suggestu concionatus est D. Vincentius Ferrer [a]. *Non credatis quod fuerit sicut in nobis, qui in peccatis concipimur, & nutrimur, sed statim postquam corpus fuit formatum, & anima creata, tunc fuit sanctificata; & statim Angeli in cælo fecerunt festum conceptionis.*

a Ser. 1. de natiuitate Virg.

18.

Conueniens fuit humana natura Maria puritas.

Postulat denique natura humana, vt reparatrix eius Maria, & NOVI HOMINIS mater futura, omnis labis expers, ac per consequens Euæ contraria esset. Ideo ipsa, quæ futura erat mater, filios de sua puritate certos vult esse: *Dominus possedit me in initio viarum suarum.* O vox plena salutis! tu in communem laudem cunctas mentes excitasti. *Omnes gentes plaudite manibus*; qua de causa Dauid, *Elegit nobis Dominus hæreditatem suam, speciem Iacob, quem dilexit*; nobis, nobis elegit; quare honor noster agitur in eius immunitate; ideo possessio Dei dicitur, & maioratus eius, qui nequaquam alienari potest. Leuitis de genere sacerdotali iniungebatur, vt domos, quas intra mœnia possidebant, vendere queant, *suburbana autem eorum (casas de recreacion) non veneant; quoniam possessio sempiterna est*: nam dum quis intra ciuitatem domum vendit, alteram, in quam migrare possit, etiamsi pretio locata sit, iam præuidit. Sic Dauid, & reliqui peccatores alternis annis iam in gratia, iam in peccato habitabant: at domus suburbana singularis ad alenda pecora, ad oblectationem animi, qualis erat B. Virgo, *non veneat*: est enim *tabernaculum, quod nequaquam transferri potest.* Quid namque putas peccatum esse nisi iniustam venditionem animæ infimo pretio factam dæmoni, qualis illa fuit, in qua propter vnam escam venditi sumus; & in exemplum huius erroris quatuor producuntur fœminæ, in quibus labes, & sordes peccati patent maximè, & quæ ob leuem delectationem seipsas prodiderunt, & iniquis contractibus tradiderunt: Thamar Iudæ gubernatori se dedit, Bersabee Dauidi oblata occasione, Ruth Booz castissimo

Psal. 46. 2.
Ibid. 5.

Leuit. 25. 34.

Isai. 33. 20.

Honori fœminarum congruit Maria puritas.

quinque manipulis spicarum se tradidit coëmendam, Raab exploratoribus externis, & ejuibus venalis meretrix. O fœminæ, qui sunt isti vestri contractus, quis nundinaria bona vestra fecit? mulier vna; nonne opportunè elegit sibi Dominus hæreditatem suam, & domum nunquam venalem? Audite igitur, quo pacto in vna ista fœmina honori vestro, & totius humani generis saluti consuluit. *Dixit mihi* (qui creauit me) *in Iacob inhabita, & in electis meis mitte radices, & radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei* (sic enim debet legi) *hæreditas illius*; in hoc vno verbo, & purissimæ conceptionis mysterium, & reparationis nostræ per Mariam spes sita videtur.

Eccli. 14. 12.

Pars Dei dicitur Maria, in qua sapientia requieuit; quia per illam, & ab illa nostram salutem orditus est Deus, & nos debemus damna nostra recuperare. Nubit nobilis adolescens puellæ nobili etiam, & locupleti patrimonio, & hæreditate opulentæ, iste ludo, illa fastu, deliciis, & ornatu breui omnes hæreditates, prædia, censúsque decoquunt, & dissipant. Videt parens eius, & patria auctoritate præcipuam hæreditatem, & prædium occupat, & ab eorum manibus eripit. Quorsum vir optime arrogas tibi dotalem hæreditatem? ideo (inquit) vt cum filius meus ad meliorem mentem redibit, damna reparare queat, & hoc solo prædio ad seipsum redire, & ad bona sua possit. Non vides nobiles adolescentes quam citò diuina bona dissiparunt, dotali hæreditate priuati, paradiso nempe? Quorsum Domine tibi paradisum arrogas, & reuocas in tuam possessionem? quorsum Virginem *partem* tuam vocas, & *in parte Dei mei*? vt sciat orbis, vt sciant iuuenes, vt nouerint fœminæ, quo pacto damna honoris, & iactura gratiæ sit resarcienda, & cùm omnia collapsa, compilata, & dissipata fuerint, in hac tantummodo *Dei parte* omnia dispendia, atque detrimenta resarcienda esse: *esta parte os guardo Dios, y la hizo suya paraque os recobreis, y boluais à alçar cabeça.* Et qui eam inuenerit, inueniet *vitam*; neque enim sine causa *mater viuentium* nuncupata est, est enim instar pauonis: nam cùm pauo pullos à se propellat, quia nudos videt aureis, & cæruleis pennis, fœmina pauonis suscipit, fouet, nutrit, & vt suos amat, atque defendit, certa quòd aliquando pennis vestientur. O verè pietatis mater, ideo consultò præmittuntur ante te quatuor piissimæ fœminæ, Bethsabee erga filium suum, Ruth, erga cognatos, Thamar erga consanguineos, Raab erga extraneos: nam quos nudauit culpa, tu omni reatu libera omnibus gratiis circumornata ornas gratia, & condecoras gloria.

Simile.

*

VERBVM FILII.

Matth. 1. v. 1.

Liber generationis Iesu Christi.

Vestitur vndique gratiâ Maria sanctissima, eius splendido amictu Christus fulget: præteritas, & futuras generationes candidissima veste contegit, & honestat.

DISCVRSVS V.

1. VT gratia ornaret, quem nudauerat culpa, & pannosum, sordidatúmque hominem splendido vestiret amictu, en tibi vigil describitur Dei sapientia, accuratè fila ducendo, & attenuando, in glomera conuoluendo, *& antequam quicquam faceret à principio*, reuoluta ad telam instituit summo ingenio, & arte, qua non solum detritis, & laceratis Adæ pellibus positis, seminudum hominem tegat, sed qua mater omnium sæculorum cunctas generationes honestet, & ipse Patris Vnigenitus pulchrè, & eleganter vestitus inter homines commoretur. Præstat hoc nobis Matthæus [a] in Euangelico textu, in quo generationis Christi tenuem, & delicatam telam explicat, & crassiorem tramam harum generationum interserendo varietate mirabili stamina, & aurea fila spiritualis generationis Christi operosissimè, & secretissimè operit, & intexit. Exue (mi homo) vestem illam obsoletam, & squalidam, & noua indue ornamenta gratiæ. Ordiar telam, fila prætendam, & deducam ex Euangelio, caue, ne interrumpas discursum, filum sume, & in finem vsque perducito.

a En el Euangelio va san Matheo texiendo la tela de la generacion de Christo, y cubriendo co la trama gruessa destas generaciones el delicado estambre, y menudo sirgo de la decendencia espiritual. Y como à tela mas vistosa le pone sus orillos, y remate de seda, y oro, y començandola por Abraham, y Dauid, y rematando con el fluecco de oro precioso Iosph, y Maria.

2. Filum, & nostræ salutis exordium cœpit ex Abrahami domo, *Abraham genuit Isaac*, quod quidem priuilegium nulli, nisi eleemosynæ, & hospitalitati tribuendum puto. Sicut enim magnes mirabili, & arcana virtute ferrum trahere, & circumferre solet; sic misericordia, & pietas Abrahami Christum à se longè adhuc distantem occulta, & secreta, sed efficaci virtute pertraxit, vt primordia huius quæstuosæ telæ à suo Isaac incipere à Deo mereretur, & obtineret. Quam meam suspicionem sanctorum Patrum sententiæ confirmant, Chrysostomus enim ait [b]: Pietas ad omnia vtilis est, *texteriam exercet, & sartoriam: nam hominem vestit gratia.* & alibi: *Eleemosyna* (inquit) *vestem dat, qua cum homine resurget, his vestibus fulgebunt, qui tunc audient, esurientem me vidistis.* Rem autem ita euenisse & ex textu, & ex interpretatione Theodoreti [c], & Ambrosij [d] colligendum est. Cùm iam senex esset Abraham, dictúmque multorum, seniorem domus suæ famulum vocat, vt iuratus priùs in femore eius per Deum cęli vxoré filio suo Isaac adduceret, qualem ipse præscribebat, & tanto, támque dilecto filio dignam. Qui veniens Mesopotamiam vespere iuxta puteum sedit, & orauit Dominum; *Ecce ego sto prope fontem aquæ*, peto à te, & non temerario omine,

SVMMA DISCVRSVS. Eleemosyna.

b Hom. 94. in Ioannem, & in Epistolam ad Hebræos hom. 12.

c q. 73. in Gen.

d Epist. 82.

Gen. 24. 14.

ne, certissimè declares, quæ sit harum puellarum idonea vxor domini mei: *igitur puella, cui ego dixero: Inclina hydriam tuam, & bibam; & illa responderit: Bibe; quin & camelis tuis dabo potum, ipsa est, quam præparasti seruo tuo Isaac.* Heb. *eam ipsam certissimè explorasti seruo tuo Isaac.* Quod ita euenisse textus subiungit: nam postulata aqua à Rebecca, eodem modo respondit. Tunc ipse, qui eam tacitus contemplabatur, non formam tantùm, sed officiositatem, sedulitatem, beneficentiam, liberalitatem: *protulit vir inaures aureas appendentes siclos duos, & armillas totidem pondo siclorum decem: vos sois la que yo busco.* Non dubium, quin ab Abrahamo instructus venerit Eliezer, quare cum Abrahamo rem istam discutiam. Age Abraham, quare optimam putas in vxorem filij mulierem liberalem, & hospitalem? Respondet; quia hæc erit, in qua diuinæ promissiones semini meo factæ implebuntur. Certè non video vim huius consequentiæ: est liberalis; ergo erit fœcunda, & pariet filios promissos Abrahæ. Ego (inquit Abraham) rem per causas explicabo. Eram ego quadam die suscipiendis peregrinis intentus, tres simul confluunt, hos excipio, in tabernaculum duco, omni officio excolo, & in præmium meæ misericordiæ, & Saræ, quæ non grauatim tulit, tres vna die hospites aduentasse, concessit mihi Dominus filium ex vxore Sara sterili, sed hospitali, & liberali; cùm igitur hunc puerum ego matrimonio iungere decreuerim, volo, vt vxor eius sit liberalis, & misericors: erit enim proculdubio fœcunda, & à qua sperare possim data mihi à Deo priuilegia, & sponsiones implendas: *sea liberal, que ella sera paridera.* Hæc omnia luculenter obseruauit Chrysostomus [a]: *Vide serui prudentiam: nam quia sciuit patriarcha hospitalitatem, & quia virginem inde ducendam, congruebat iisdem esse præditam moribus, quibus iustus (Isaac) nullam aliam coniecturam inquirit, sed characterem virginalis animi hospitalitate colligere vult.*

Hospitalem, liberalem.

a Hom. 48. in Gen.

3. Vix tamen deduxerat filum Spiritus sanctus, cùm præcidere volebat dæmon in Isaac: nam cùm pulchram Rebeccam in vxorē duxisset, per viginti annos sterilitatem passa est. Quid expectas iuuenis sancte, in quo spes est orbis terrarum, quare sicut parens tuus ad quatuordecim annos sterilitatis Saræ aliam adsciuit vxorem, ne spes mundi periret, tu diutius orbatus filiis esse vis, nec alteram (quod tibi licet) ducis vxorem? Reddant alij alias rationes, attingam ego vnam, in qua Virginis purissimæ Mariæ spes affulget iam orbi. Amabat enim, & vnicè diligebat Rebeccam Isaac, ita vt cùm inter monumenta ploraret in agro, ibique occurrisset sponsæ aduentus, duxerit eam in domum, & in cubile, vbi mater parum antè vita excesserat, & ita adamauit eam, *vt dolorem, qui ex morte matris acciderat, temperaret. Alboradas de Maria son estas, desen lutarse las paredas, y estrados, venirse de entre los sepulcros alas bodas, el alua quiere reirse.* Cùm igitur tam ardenter diligeret eam, aliam infelici sorte erat prælaturus? minimè, sed post viginti annos, *deprecatus est Dominum pro vxore sua,* non pro se; certus enim erat ex diuina promissione non sibi sterilitatem adscribendam, cui dictum fuerat: *In Isaac vocabitur tibi semen*; igitur ne felicissimam hanc gratiam, quòd nempe ex Rebecca Messias nasceretur, alteri concederet, diu pertulit sterilitatem: iam enim in sua Rebecca nostram præuidebat Mariam.

Inuidia dæmonis erga naturæ puritatem.

Spes Mariæ nascitura.

Rom. 9. 7.

4. *Isaac autem genuit Iacob.* Iam fila, quæ Deus in monte præcidere gladio Abrahami intentauerat, ad Iacob, & Esau ducuntur, duóque iam sunt, vnde diuisio, & lis excitanda est: nam dæmon, qui iam aduentum Domini præsensit, sicut contra Isaac Ismaelem excitauit, sic in ventre materno Esau præferre conatur Iacob; Iacob autem prodeuntem fratrem tenet calce, & quasi ait: Exi ô frater, prior enim licèt natura sis, gratia tamen, & industria primus euadam; quod ita euenit, cùm ipse *propter vnam escam,* vt ponderat Paulus, *vendidit primogenita sua: vnos hombres restados, que por vn vil gusto venden la gracia, y amistad de Dios, merecen, que la gracia los dexe à ellos*; vt in sequentibus Paulus significat. *Scitote enim quoniam postea cupiens hereditare benedictionem, reprobatus est: non enim inuenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lacrymis inquisisset eam.*

Hebr. 12. 16.

5. *Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius.* Fila duodecim ex vno Iacob deducta veniunt, quòd si vnum tantùm eligendum est, lis erit non minima inter tot fratres, *Que de pandillas huuiera si de doze hebras huuieran los hombres de escojer Messias. Que trenzas, y guarniciones hizieran conlas 12. hebras. O humanos y como van aciegas vuestras eleciones.* Sed quare *Iudam* elegerit, cuius nomen sonat *confessionem,* inquirendum est: alta enim prouidentia factum obseruat acutè Doctor ex nostris [a]. Nam si duodecim tribus in formam scachidis constituantur eo ordine, quo circum tabernaculum castrametari solebant, & vnicuique tribuum duodecim singulorum nomina adiiciantur, & in sedibus vacuis septem planetæ distribuantur, sorte, & suo naturali ordine sol constituitur super signum *leonis,* & super tribum Iuda: nam ex tunc iam Dominus perspectum habebat fidei confessionem in Romana sede fixam, & immortalem futuram ibi, vbi *leo* dominium habet, & vbi vera fides æternam fixerat sedem, de qua prædixerat Dauid, *Thronus eius sicut sol* in meridie *& sicut luna,* etiamsi nox tribulationum, & persecutionum ingruat, *perfecta in æternum:* cætera namque regna eclipsim patientur. Tu verò Roma minimè, cui sol, leo, & vera confessio diuina sorte ceciderunt.

a P. Villalpand. tomo 3. de templo.

Psal. 88. 37.

6. *Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar.* Iam hic etiam dæmon spem & filum interrumpere nititur; luctantur enim in vtero Phares, & Zaram: primus tamen prodit Zaram vnum quidem exerendo brachium; obstetrix tamen filum coccineum alligauit, qui referens intrò, brachium primas naturæ dedit fratri: Sis tu, ô frater, primus in natura, sim ego in gratia. En arripui benedictionis signa, præripui filum fidei, & spei. Quod quidem iam rubet in brachio sanguine circuncisionis tinctum; quod opportunè notat Chrysostomus [b]: *Per Zaram significatur Iudaicus populus, qui primus apparuit in luce fidei, quasi de vulua tenebrosa mundi procedens: & ideo significatus est cocco circuncisionis, quia ipse populus Dei erat futurus. Ela la ebra colorada teñida en la sangre de la circuncision en el braço de Zaram.*

b In Matth. 1.

7. *Iesse autem genuit Dauid regem.* A Zaram vsque ad Dauid vno filo progressa est generatio, si

si demas Saulem, qui nec meruit benedictionem, nec potuit à Dauide subtrahere: fidelis enim Dei quis promissa euacuabit, & frustrabit effectus?

8. *Dauid autem rex genuit Salomonem.* En tibi scintilla discordiarum, & ambitionis, acuta acies præcidere, & arripere tentat filum, regnúmque sibi certatim arrogare præsumunt filij Dauid, dicentes: *Ego regnabo*; reiicit Adoniam, ne regni sedem, & primatum putarent homines seditionibus, & tumultibus ambitionis posse obtinere, vbi Deus præest regnis, & Dominus est dominantium: Absalonem autem Domine cur repellis? nónne aurei capilli percommodè ad nostram auream telam, quam teximus, perficiendam, pulchritudinem, & elegantiam præstarent? Attende, obsecro, duo reperi, quæ nusquam Deus ad excitandas familias, nec fundandas præclaras domos, sed potiùs ad demoliendas elegit, *lusum*, & *pulchritudinem*; alter temeritatis præcipitium, altera muscipula, & laqueus insipientium est. Est præterea tertium, in quo maximè Absalon peccauit, & quòd à fundamentis domos, & primogenia reuellit, atque deturbat, filius nempe, qui rebellat in parentem suum; in hoc enim crimine illud verum ostenditur, per ea, quæ quis peccat, puniri à Deo. Ad hoc autem reduc in memoriam turpia Absalonis scelera, rebellauit aduersùs patrem, vxores patris sui in meridiano lumine incestu deturpauit, & patrem vnà cum corona filiis, vxoribus regno priuare voluit, & vita mulctare. O inique, an ignoras quòd per ea, quæ quis peccat, puniri necesse est? Ideo commisso prælio effræni mulo insidens sine galea, soluta, & passo crine (vt cognosceretur à militibus) per montem fugiens, sursum eleuatis capillis quercus arripuit, ac tenuit iuuenem, vbi sic pendens tribus contortis telis à duce confixus est, in corde pertransiit mulus, & pendens è quercu cadauer in fouea, vbi sibi titulum excitauerat, lapidibus obrutum est.

3. Reg 1.5.

Absalon repellitur ab spe regni.

Peccata Absalon & pœna consimilis.

Per ea quæ quis peccat punitur.

9. Primò quercus capillis tenuit male moratum iuuenem; hæc enim arbor Patris symbolum est, quia prima fuit, quæ fructu suo mundum pauit. Cùm igitur transiret puer paternæ reuerentiæ, & pietatis omnino immemor, manus prætendit, Pater hominum, & arrepto capillo castigauit illum, & memorem esse voluit paternæ pietatis: *tirole de los cabellos, y acordole su obligacion.* Et quia regem patrem, & matres tripliciter, & turpiter offenderat, triplici infixa hasta punitur, sed *in corde suo*, quia inde machinatio, rebellio, turpitudo originem duxerant; nec mysterio vacat, quòd *mulus, cui insederat, pertransiuit.* Oportuit enim, vt mulus desereret principem, qui muli mores non deseruerat. Nam, vt notauit Plato [a], filios degeneres, dissimiles, & ingratos significat; nam cùm à parentibus progignitur diuersæ speciei, nulli tamen respondet ex progenitoribus, sed tarditatem ab asino, petulantiam trahit ab equa. Sic degener iuuenis peruetustæ progenitorum, & parentum nobilitati dissimilis ingrati nota inuritur. Secundò etiam, quia benedictio eius, qui patrem reueretur, est filios habere, in quibus nomen suum posteritati commendet. At qui in patrem rebellat, sicut Absalon, meritò vt mulus filiorum procreatione priuatur: immo in his ipsis, in quibus nomen, & titulos, & primogenia æternò mansura putabant, ibi sicut Absalon illi, & eorum memoria sepeliuntur: respuit igitur Absalon Deus, ne ruat domus tam infirmo fundamento collocata; & eligit Salomonem, qui vt sapiens ædificat domum patris sui.

2. Reg. 18.9.

a De republica.

10. *Achaz autem genuit Ezechiam.* Hic nouus labor, nouum filum, & telæ periculum impendet; vult enim Deus præcidere spei nostræ filum in Ezechia. Promiserat Deus nasciturum de domo Dauid Messiam, quem per filiorum propaginem certatim reges obtinere cupiebant: peruenit ergo filum ad Ezechiam, qui absque liberis grauiter ægrotat, & ad mortem quidem, nisi cælestis medicus obstaret. Agè rex, *dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.* Vult Deus filum interrumpere: at pius rex aliarum rerum caducarum immemor solam filiorum orbitatem deflet. *Generatio mea ablata est, & conuoluta est a me quasi tabernacula pastorum, præcisa est velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer, succidit me. Señor que tenia el hilado de my casa, que como hilado de floxas lo arrojais, y dais de mano? dixi, non videbo Deum in terra viuentium: como entrare en el labyrintho del limbo escuro, si no lleno hilo en las manos, y esperanças de salir del.* Orbitatem filiorum deploro, ne spes patrum nostrorum præcidatur [a]. *Non videbo Deum in terra viuentium*; & quam doleat, non obtinere, personam, ex Hebræo liquet: *non videbo Deum de Deo.* Et quòd hæc persona secunda & carne tecta intelligatur, Septuaginta declarant, *non videbo salutare Dei.* Et quod sit eius nomen etiam Eusebius Cæsariensis [b] indicat, *non videbo Iesum Dei.* Reuocat autem eum ad spem, valetudinem, & filiorum prolem, *genuit Manassem.*

Spes Christi futuri

Isai. 38.1.

Ibid. 12.

a Sic Hier. cũ Iosepho hic lib. 10. antiquit. c. 30. ille in commentariis huius loci. August. lib. 2. de mirabilibus Scripturæ.

11. Transacta captiuitate Babylonia ad Iacob generationes deuoluuntur in Ioseph, inde autem Maria, *de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* Quibus finitis sanctus Euangelista omnium generationum fila in glomera conuoluit, & reuoluta ad telam instituendam obseruat: *Sunt itaque generationes*, &c.

b Lib. 2. demonstrationum c. 35.

12. Adesto sancte Spiritus nouo textoris in terra functurus munere, institue, & ordire iam telam auream, quæstuosam, & ex tot regibus, ducibus, & Patriarchis nobilissimis intextam; iam natura fila dedit, opus est, vt gratia tramam cælestem mittat. Discursum istum reperi apud venerabiles Concilij Ephesini Patres, vbi Proclus Episcopus Cycicus [c] hoc nomine sanctissimam Virginem nuncupauit: *Hæc admirandæ illius œconomiæ tela, ex qua, & in qua ineffabili quodam modo admirabilis illius vnionis tunica confecta est, cuius quidem textor extitit Spiritus sanctus, netrix, virtus ex alto obumbrans, lana vetusta, villosaque Adami pellis, trama impolluta Virginis caro, radius textorius immensa gestantis gratia; artifex verbum perauditum illapsum, quis vidit, quis audiuit talia. Maria es aquella admirable tela deque se cortò aquella ropa Real, deque saliò vestido Dios al mundo texida con tan marauilloso artificio, y poder, que el que la texia era el Espiritu sancto, laque ponia el sirgo, y estambre, la virtud, y poder omnipotente, la lana, y hebra, laque haueis visto hilada desde Adam la trama la carne no mancha dela Virgen, el telar la immensa gracia del que la sustentaua, el artifice el eterno Verbo del Padre. quien viò tal tela como estra?* Nihil effecero nisi proposito argumento monstrauero, Virginem

Humanitas Christi tela pretiosissima.

c In Conc. Ephesi. tom. 1.

Maria tela quam orditur est Spiritus sanctus.

nem sanctissimam, nulla ante veniente macula labis originalis, sole puriorem, mundiorem, cælo & soli Christo comparandam conceptam fuisse: telam, telam institui, telam armatus ingredior, & super telam istam quasi palæstram meas argumentationes componam.

Psal. 138. 15. I. Gloriatur Deus, & laudem ipsi decantat Psaltes diuinus scire se acupictrices fœminas operibus suis adumbrare, & in opere longè superare. Nam sicut illæ linum tenue, & candidum pingendum in puluino appositè, & venustè accommodant, linteum acupingunt, & sericis filis varij coloris rerum diuersarum species effingunt; sic Dominus in venustissimas manus acum sumit, & super linteum breue humani corpusculi variegare, & acupingere secundùm formam, & imaginem suam clanculum, & in arcano materni ventris operosissimè nouit. *Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto. Conoced la labor, que de vuestra mano es, mal se le becha de ver? & substantia mea in inferioribus terræ.* Hieronymus, *Et imaginatus sum in inferioribus terræ, id est, quasi imago formatus sum in nouissimis terræ. Labrastesme señor de matiçes,* Raab Dauid, *Variegatus sum opere phrygionico: pusistes vna labor sobre otra hasta el vltimo punto. Es dezir, errastes los matiçes por estar à escuras? el labio rojo, la frente blanca, negra la zeja, rosada la mexilla.* Hoc Deus in cuiusuis hominis formatione, & in abstrusa ventris officina mirabiliter operatur. Quare formato corpusculo, & debitè disposito animam quasi purissimam margaritam, in pulchellum corpus inserit, & in illo puncto (illo, inquam, vno, & primo) quo carnem nostram attingit, labe, & sorde teterrima peccati turpatur, contrahitque hæreditariam culpam. Vis ergo huius rationis, & operis acupingendi in hoc vno puncto sita est, sapientia illa, quæ ante omnes colles, & ante tempora sæcularia iam sese ad laborem istum accingebat, quæque in aliorum hominum formatione nusquam vel tardauit, vel dormitauit, vel à puncto illo aberrauit, cùm nitidissimam margaritam animæ beatissimæ Mariæ in pulchellum corpus insereret, quid egit, errauit, tardauit, dormitauit segniter, & turpiter super puluino? *Durmiose, en aquel punto? dio alli cabezada como floxa?* Dices, non errauit; sed tamen in illo puncto in peccato fuit. Certè inter acupictrices error dicitur, cùm semel acupicta delentur, & sensim extrahuntur fila, vt denuo res peragatur. Absit hoc, inquit Origenes [a]: est enim *Maria mater immaculata, mater incorrupta; mater intacta omnium plasmatoris, & Creatoris cunctorum; en tres puntos acabò el autor de todos esta rica labor en la concepcion, y en essa fue sin mancha, en la incarnacion, y en essa quedò Virgen, y en el parto, y en essa quedò entera; muy apunto estuuò, quien por puntos labraba.*

Format hominem Deus quasi acupingendo & variegando.

Ratio pro immunitate Virginis.

a Hom. 1. ex variis.

13. Eandem confirmat rationem sapientissimè Idiota [b], *Tota pulchra es amica mea, tota pulchra es in tua conceptione, non in parte, sed in toto, & macula peccati siue mortalis, siue originalis, non est in te, ad hoc solum effecta, vt exemplum esses Dei altissimi.* In quibus verbis multa sunt solerter obseruanda. *Tota*, inquit, *pulchra.* Blaterant hæretici hyperbolem amoris esse, non vi veritatis elicitam vocem; certè ne hæreticis consentirem, maximè, si opus esset, laborarem, vt sine tropo verum sensum inuestigarem. Verùm cùm Deus loquitur, qui formæ arbiter est, vt ait Ambrosius, quid quærit hæreticus? *Enamorase Dios de legañas?* Certè laudat in sua Ecclesia purissimam Virginem, & totam pulchram appellat, quam sibi adlegit ex monte myrrhæ. *Vadam ad montem myrrhæ*; hoc est, ad montem præseruationis; & statim laudat illam, quam elegit; *Tota pulchra es*, vtique quia præseruauit; *tota pulchra in conceptione:* nam si ibi pulchra non extitisset, non esset pulchra in toto, sed in parte. At ipse ait, *non in parte, sed in toto.* Addit finem, quem secundariò sibi proposuit Deus, *vt exemplum esses Dei altissimi. Paraque fuesses dechado, trasumpto dela belleza de Dios.* Fuit igitur omnino pulchra: nam si in imagine Cæsaris næuus esset, vel explodendus esset pictor, qui Cæsari næuum appinxit, vel crederetur Cæsarem næuum habuisse. Næuum appingis Mariæ, vide, quid inde sequatur; nolo ego discutere, quia Deo næuum appingere iniuriosum est, sed ex comparatione Idiotæ id sequitur: *facta enim est, vt esses exemplum Dei altissimi*; vel sequitur, penicillo pictoris esse tribuendum, qui maculam appinxit, & de quo Dauid, *Contere brachium peccatoris, quæretur peccatum illius, & non inuenietur. Andarà el Demonio à buscarle vna pecca, o, vn lunar, y nola hallarà:* nam, vt ait Iuo Carnotensis Episcopus [a], *omnem næuum tam originalis, quàm actualis culpæ in matre sua Christus deleuit.* Et Bernardinus, ille Virginis deuotissimus fuit, inquit [b], *Beata Virgo sine primo va, hoc est, sine tyranno concupiscentiæ peccati originalis: quia sine eo concepta est*; sicut, teste Salomone, dicitur, *Tota pulchra es amica mea, & macula, scilicet originalis culpæ, non est in te.*

b In cõtemplat. beatæ Virginis, habetur to. 3. Biblioth. antiquioris editionis, & tom. 5. in recentiori. *Confirmatur eadem ratio.*

Tota pulchra Maria verè & absolutè dicta.

Can. 4. 6.

A simili.

Psal. 9. 35.

a Ser. de natiuitate Domini, quam refert Coccius.

b Ser. 52. de salute Angelica.

14. II. Aliam ex eadem tela rationem præcidam; illustris quædam fœmina è theca sua sericum rasum, Damascenum, candidum extrahit, vt sartor cycladem sumptuosam laciniarũ longitudine cohonestatam conficiat; venit ille lætus, ac liberalis, & tapetibus priùs stratis telam longè, latèque explicat, statim zonula metitur altitudinem, longitudinem, & latitudinem fœminæ, rem perpendendo, & hac, illàcque regula collocata ait: Duæ vlnæ telæ huius desunt, quærantur; vndènam? nam & serica tela, & nitida debet esse, & eiusdẽ formæ: nã si ex alia forma, & labore, vt aiunt, fit, dicent, nos ex variis, vel ex centonibus vestes suffectas induisse; cogitauit Deus veste Deo digna humanam tegere naturam tela Damascena, candida, diuinitatis Filij, qui nempe (notandum hoc) est candor lucis æternæ, & in splendoribus sanctitatis, & gloriæ, genitus à Patre, & in sinu Patris quasi tenuissima tela ab æternitate seruata; venit ad opus perficiendum lætus, ac liberalis diuinus Spiritus, cuius opera, vt vidimus, Verbi amictus ex Virgine erat conficiendus; sed præuidit desiderari duas vlnas telæ humanitatis, quibus tectum, & indutum Verbum, videri, tangi, pati, & extendi posset in cruce. quærantur; vnde? opus enim est, vt solerter attendatur forma, calor, paritas, si non omnimoda æqualitas potest reperiri, ne dicant, Verbum ex variis centonibus vestitum in terram prodiisse: *busquese vna tela, que no sea Diuina, peroque tenga careo, y semejanza de Dios.* In quo ergo erit hæc similitudo? in sanctitate, & non in qualibet sanctitate, sed in sanctitate conceptionis: nam in alia sanctitate

Secunda ratio.

Non satis est dicere sanctificatem fuisse sed omnino præseruatam.

etiam iusti similitudinem referunt. At mater Dei vtique in puritate debet referri filio, in qua ipse genitus est, ille à Patre conceptus, & genitus est in splendoribus sanctitatis; ergo Maria non in tenebris teterrimis peccati debuit concipi: nam qui potuit telam splendidam in ornamentum eligere, adiret ad tabernas institorias Adami, & Euæ, in quibus nihil splendidum, sed pullatæ, & atratæ vestes diuenduntur? Minimè, ait Ambrosius [a]: *suscipe seruum tuum, vengase à vestir vuestra Magestad.* hoc est, suscipe me in carne, quæ in Adam lapsa est, ne respuas naturam humanam: tibi enim præseruatus à macula est regius amictus, *ex ea, nempe Virgine, non ex Sara*, non ex officina aliarum fœminarum, quæ licèt sanctæ sint; non tamen sicut Maria, *sed ex Maria vt incorrupta sit Virgo*; quia candore non dissimilis est, neque sanctitate, ideo addit, *sed Virgo per gratiam ab omni integra labe peccati.* Ecce qui Dialecticam callet, verbo *illi omnes in Adam* particularem opponit, *Maria ab omni integra labe peccati*; ita tamen puri vterque, vt sibi inuicem plaudant, & gratulentur, mater, & filius. *Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulcher es dilecte mi.*

a Psal. 118. 122.

Cant. 1. 15. & 16.

15. Verumenimuero si ab instanti conceptionis similis debebat esse filio genito in splendoribus sanctitatis, debuit ipsa etiam concipi in illo instanti in splendoribus sanctitatis. Quòd si splendor ille Verbi est in splendoribus sanctorum, hoc est, in gloria, & beatitudine, qua vt splendoribus sancti illustrantur, & beantur, certè tenemur non asserere, sed ex proportione putare à primo instanti non solùm rationis compotem, sed gloriæ fuisse participem: vidit enim proculdubio diuinam essentiam, vt Rupertus [b] affirmat: *Rapta est Maria in tertium cælum, & vidit arcana mysteria, quæ non licet homini loqui, perfectius, & excellentius, quàm Paulus: immo quotidie* (ait Hieronymus [c]) *diuina visione fruebatur.* Si quotidie illustrabatur postea in templo, putas in instanti conceptionis in tenebris extitisse? Certè ita festinauit sanctificare Paulum, quia mater futurus erat Ecclesiæ, & fidelium, vt statim post conuersionem suam subitam, & improuisam, vt ait D. Thomas [d], rapuit Deus ad tertium cælum, & illud putat, triduum, in quo nihil manducauit, nihil bibit; *manifestè apparet, quòd Apostolus habuit has visiones in principio suæ conuersionis, in illo triduo, quo post prostrationem suam à Domino stetit non manducans, neque bibens.* Igitur si in principio diuina visione illustrauit Paulum, vt mater esset spiritualis, quàm consultius, & rationi consonum est, putare non in principio, sed in puncto conceptionis Mariæ cum ratione affulsisse illi diuinam essentiam, ita vt in gloria conciperetur, à qua procul estote tenebræ, & atræ nubes peccati Adæ, nihil vobiscum gloria Mariæ, quod & congruentiæ dictæ, & aliquorum Patrum auctoritas, & Doctorũ aliquorum pietas sic tenet, & libenter amplexatur: Gerson ait [e]; *Potuit itaque Deus dare Mariæ fruitionem patriæ ab instanti conceptionis, quam certum est non dedisse.* Respondet ipse, *Quid si addatur ad posse Dei, quod hanc decuit ipsum dari matri suæ.* Sed Petrus Damianus [f] noui aliquid afferre videtur in illis verbis: *Caro Mariæ de Adam assumpta maculam Adæ non admisit, sed singularis eius puritas in candorem lucis æternæ conuersa est.* Vbi alludere

b In Cant. in id, *Oculi tui columbarum.*

c In historia natiuitatis B. Mariæ ad fin. tom. 9.

d In cap. 12. epist. 2. ad Cor. lectione 1.

Si Maria concepta est in gloria, procul esse tenebra peccati.

P. Hieronymus de Florentia noster, primus ex sacris Doctoribus piam suscitauit doctrinam, & suscipiendam proposuit, concione habita Toleti an. 1617.

e Tract. super Magnif. 3. p. fol. 448. Alph. 89.

f Serm. de assumptione.

videtur ad illam similitudinem à nobis allatam, videlicet, quòd oportuit vnam telam alteri similem esse, & ita vt non solùm immaculata, sed in gloria concepta esset, vt candor candori, & gloria gloriæ Verbi aptaretur. Sanctus etiam Bernardinus [a] non solum Virginis puritatem statuit, sed insuper addit: *Illuminata mirabiliter fuit anima eius in corpus infusione.* Habuit enim gratiam, vt dixerat, & gloriam etiam, cum quibus peccatum originale est incompatibile: quæ autem illuminatio ista sit, videtur ex D. Athanasio colligi. *Dicimus eam iterum, atque iterum, & semper vndequaque beatam*; vt sicut ingressus Filij in mundum, & generatio eius proponitur adoranda, *& adorent eum omnes Angeli Dei, quando ipse dixerat, & cùm iterum introducit Filium in orbem terrarum, ait: Et adorent eum*, &c. Sic Mariam adorandam post conceptionem, & beatam, & adorandam in conceptione iterum atque iterum intimatur.

a Vbi supra.

Amplissima, dices, & splendida tela est, quam nobis explicasti, sed, vt video, stricta, & angusta videtur ad ornandum, & tegendum peccatores, pallium quidem breue est, nec operit plurimos, quos non retulit Euangelista, & nobis liceat referre; vbi sunt Ezechiæ filij? vbi filij Dauid? vbi Esau? Ismael? Caim? vbi Achab cum 70. filiis, quos in Samaria habebat, saltem inter comatas, & comptas, atque splendidas fœminas, non poterant annumerari Iezabel, & Athalia? De postremis his tribus regibus dicam, cum auctore grauissimo, causam; prætermisit hos tres reges, quia descenderant ex Achab, & hoc propter peccata Achab, de quo dixerat Dominus de domo Acham, neque reliquias remansuras: vnde ait auctor iste, *Etsi vixerunt, atque regnauerunt; tamen capite minuti erant, & diuina sententia condemnati, quodammodo ciuiliter mortui.* Diuino iure de regia domo eliminati, & deleti erant, quasi mortui sine voce, sine suffragio, sine patria, sine libertate, ciuili morte mulctati, serui effecti pœnæ; sicut habetur in decretis imperialibus, quòd si pœna, & culpa grauior est, etiam consanguinitas amittitur. Quare summo consilio tres istos non numerauit Matthæus, vt discant nobiles, non sat esse ex illustri nasci stirpe, si moribus degeneres sint; quia etiamsi viuere videantur apud Deum, tamen emortui, & capite minuti sunt: ipse enim ait, *nec memor ero nominum eorum per labia mea*: nobilitas enim vera, & quæ in longos producitur annos, ea est, quæ in Christo ex fide est bonis operibus instructa, & illustrata; ideo existimo Ecclesiastem parabolicè dixisse, *Melior est canis viuus leone mortuo.* Hieronymus primas in exponendo fert, ne diffidat (inquit) quiuis impius, neque glorietur iustus in hac vita, quæ bene merendi locus est; quia mortuo leone, videlicet iusto, superstes est canis viuus, qui vomitum resorbet, dum viuit, iustus & iustior euadere potest. Eucherius [b]: Melior est peccator aberrans, & interdum contumax, sed qui tamen iuxta fidem ambulat, vt canis, quàm dæmon; quia de huius salute desperamus, ille autem ad frugem iustitiæ redire potest. Sed moraliter de nostris nobilibus exponẽdus est locus, *Melior est canis viuus leone mortuo*; quis est leo, nisi superbus, & procax, de nobilitate gloriosus, qui stemmate leonis insignitur, & rugitu suo formidabilis esse vult; hi sunt fideles antiqua fide

16.

P. Maldon.

Instit. de capitis diminut.

Nobilis peccator.

Psalm. 15. 4.

Cap. 9. 4.

b Lib. 2.

Nobilis gloriosus, sed peccator.

de enutriti, mortui tamen spiritualiter sunt vitiis, & peccatis, his melior est canis (id est, hi, qui vel ex Iudaismo non multo ante, vel hi, quos tu canes vocas; quia ex Turca, vel Mahometano, Christo nomen dederunt, nam fide bonis operibus associata viuit Christo, tu viuis mundo, & apertos oculos ad honores habes; tamen verè ciuiliter quoad Deum mortuus es, & capite minutus. Quare Socrates iuuenem, qui diuitias à progenitoribus hæreditauerat, equum auro stratum appellauit. Et Nazianzenus [a], inueteratis equitibus comparat, qui olim ad pompam præluxerunt in vrbe, modò verò sarcinas ad molendinum portant. Sic isti gloriantur progenitorum armis, & victoriis; at ipsi onera peccatorum ad inferna quasi iure hæreditario gestant.

a In carmine de nobilitate.

17. Quare tamen fœminas saltem tela ista non operit: nam omnes peccatrices numerantur, nec eius honori consulitur, immo maculæ, & notæ, quibus inuruntur, aspectui patent eo magis, quo illustriùs inter viros nobiles quasi in pretiosa tela collocatæ sunt, quia virtus cum nobilitate magis elucet, sicut tabula bene picta in bono lumine; ita etiam morum fœditas inter illustres, nobilitate claros, absurdior videtur. Duas ergo rationes è plurimis reddam. Prima, quam alibi attigi, Lucam nullam ascendendo ad Deum numerasse: Matthæus numerauit quidem descendédo ad Christum, sed omnes peccatrices, vt denotent ad ascensum ad Deum, & ad spirituales progressus, parum, aut nihil iuuisse mulieres: ad descensum verò, & deficiendum, & ad lapsum omnes aptissimas omni tempore fuisse. Secunda, vt certiores eas redderet non ex eo, quòd telam istam honestauerit Virgo, mox futurum, vt illarum maculę omnino de hominum memoria deleantur; nec minus enim pretiosa est tela paginę sacræ, in qua depictas videre libet Dauidis gloriosas victorias, & præclara facinora, illud autem nusquam delere potuit; *eò quòd fecisset Dauid rectum in oculis Domini, & non declinasset ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Vriæ Hethæi.* Laudat item filium eius, & sapientissimum, & fortunatissimum; subdit tamen, *Inclinasti femora tua mulieribus, dedisti maculam in gloria tua, profanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos. No pudieron jamas honrar à este vicio los brocados, y telas de Reyes, y Señoras.* Verumenimuero per Mariam omnes decorantur, & illustrantur fœminæ, quod ex ore eiusdem sponsæ Ecclesiæ colligit Nissenus: *Nigra sum, sed formosa, filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar.* Nissenus legit, & exponit: *Si fueritis sicut tabernacula Cedar, eritis sicut pelles Salomonis.* Iam per me etiam alienigenæ, & impuræ fœminæ in Christi genealogiam assumuntur; ideoque à S. Fulgentio dicitur Maria, *instauratio feminei sexus.*

Macula in fœminis fœdior est.

Lucas quare nullam fœminam ascendendo narrauit. Matthæus omnes peccatrices descendendo ad Christum numerauit.

Parum iuuat fœmina virum ad negotium salutis, maximè si aliena sit, & non ex matrimonio.

Honor fœminarum Maria.

3. Reg. 15. 5.

Eccli. 47. 21.

Cant. 1. 4.

18. Quòd si peccatores, & turpes sic illustrat fœminas Mariæ splendor, quid putas acturam erga conceptionis suæ deuotas animas. *Beatus* (inquit) *qui audit me*; magnum quidem iudicat gratis auribus excipere Mariam conceptam fuisse sine labe, sed addit, *& vigilat ad fores meas quotidie.* Præter hoc etiam instanter debent accubare ad ostium tabernaculi, & quasi militari contumacia instare: *sean valientes, como las del templo, que hauian sacrificado à Dios, es-*

Prou. 8. 34.

Vera deuotio erga immaculatam Virginem.

3. Reg. 4. 27.

pejos, y passeos, y cerrado se dentro de las redes, que no es pequeño sacrificio. Addit insuper, & obseruat *ad postes ostij mei*, hoc est, licet omnes progressus vitæ meæ, & egressum de vita ad immortalem, debet obseruare; id tamen mihi maximè gratum est, si obseruauerit ad postes ostij mei, id est, ingressum ad vitam inspexerit: sicut contigit rustico, qui nusquam reginam viderat, obseruat cùm ad fores palatij accedit, ibique pulchritudinem eius miratur: sed id maximè quanta elegantia inoffenso pede limina transilit, & graditur recto gressu, vbi cæteri mortales, *caduntque in limine primo*, vt quidam aiebat. *Quàm pulchri sunt gressus tui filia principis: en todo sois graciosa, però aquel bollar, y passar sesga por el commun resualadero de la culpa grandeza; digna filia principis de primogenita, hija de Dios.* Nec sine fœnore obseruant ad fores Virginis: nam ibi sicut pauperes assolent, stipem copiosam à regina accipiunt; & ita alia lectio habet, *beatus qui obseruat terminos ingressuum meorum*, hoc est, considerat singularem fuisse meam conceptionem; fuit enim in more apud Romanos, vt fores ædium strenuorum ducum, qui triumphum de inimicis reportauerant, ad exteriorem partem, non ad interiorem aperirentur, quod antequam aperirentur, signo campanæ gentibus innotescebat, ne offenderent in viis transeuntes. Ratio autem huius nouitatis est, vt ait ipse Plutarchus, vt scirent ciues ex illis domibus semper aliquid boni ad communem vtilitatem redundare. Est igitur Maria porta è regione omnino constructa, & concepta, quàm aliæ animæ sine macula. *Al reues de todas las criaturas.* Cùm per ipsum, *& ex ipsa natus est Iesus*; atque adeò priuilegio gaudet, & publico præconio dicitur Mariam conceptam esse sine originali macula; quid enim à tali porta, nisi commune bonum poterat sperari; *qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino.* Quid ais, Virgo? te quærendam esse iactas? nónne satius est ire ad Christum? Certè aliquando eueniet, vt sit tibi percommodum priùs ad Virginem, vel per Christum ad Virginem migrare. Ponderat Augustinus eo, quo solet, acumine ingenij, quid Iacobo cum Deo luctanti contigerit, qui admonitus quòd affulgeret aurora, reliquit Deum; quid vrbanitatis est in hoc ò Iacob, sic Deum sinis abire? Ita (inquit Augustinus [a]) sinit Deum, vt Deum obtineat. Vbinam? in Maria, in aurora: in illa enim est meliori quo potest modo, postquam de sinu Patris descendit. Hac de causa obseruat Augustinus Christum se nuncupasse *viam, veritatem, & vitam.* Et quando est via Christus? cùm videlicet Christum præteris, vt Christum meliori modo inuenias. Domine, vbinam inueniam Christum, si via est? Respondet, in veritate, & vlteriùs *in vita*, & vlteriùs in Maria, in illa enim est vita, & fons vitæ, per ipsam se diffundit in animas; ideo Bonauentura [b] vocat eam *arcam pietatis, & gratiæ.* Et quid est in ista arca? *Vena misericordiæ.* Et quid postulat à suis deuotis? Vnum tantùm, *& haurient salutem à Domino*; à Domino, inquam, qui est in Maria tanquam in vena vitæ. Sed haurire salutem postulat fieri precationibus, ieiuniis, suspiriis, puritate vitæ; turpe enim est iuxta fontem esse, & illota facie incedere, iuxta puteum esse, & sitire, iuxta vitam

Can. 7. 1.

Singularis conceptio Mariæ.

Plut. in vita Publicolæ.

Plin. lib. 36. cap. 15.

caraque se tuuiesse por cosa esabedaque de semejantes casas siempre salia algo para bien de la republica.

19.

Vita in Maria qua ratione sit.

a In verba Ioan. *Ego sum via, veritas & vita.*

Ioan. 14. 6.

b In Psalm. Virginis ad Cant. *Te Deum.*

tam esse, & ægra conscientia, salutem non experiri gratiæ, neque gloriæ.

VERBVM SPIRITVS sancti. 1. Thess. 5. v. 23.

Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.

Virginem ab instanti conceptionis suæ sanctam Satanæ potestati nunquam subditam, sed Christum præliberatorem habuisse suadetur.

DISCVRSVS VI.

1. VETVS, & operosum negotium agitare aggredior (decus Angelorum Maria) in quo non tam tuus, quàm tui Creatoris optimi, & Seruatoris piissimi honos agitur, immo tua causa, alteri, quæ de filij tui immunitate, & diuinitate iam olim conflictatum est, similis valde, & connexa esse videtur; neque enim sine causa Christus ab Ambrosio [a] nuncupatur *summa negotij, summa spei, summa virtutum.* Nec tu dissimili voce à tuo dulci Bernardo compellaris, *negotium sæculorum omnium*; vtraque enim causa etsi multum facessit negotij, dum tamen præterita sæcula secundùm causam nostram indicarunt, esse nempe Christum Pontificem sanctum, & impollutum, & segregatum à peccatoribus, bono animo esse iubent, nequaquam sæcula nostra causa casura, quam tui honoris gratia tractandam suscipiunt, & inquirendam.

[a] Ser. 20. in Ps. 118.

2. *Svmma et partitio discvrsvs.* Principio igitur querelam, quam de te immeritò excitant, qui te omnino à querela, & peccati contagione minimè exemtam autumant, proponam. Secundò, quia tota mea defensio sita esse videtur in probanda dignitate, & puritate Filij, id maximè conabor efficere, vt ex vna lite, & ex eisdem tabulis, & scripturis ius nostræ causæ liquidum sit, & euidentius. Tertiò factum, & rem ipsam ita contigisse planum faciam. Quartò ius deinde puritatis ex dignitate materna efficiam. Quintò testes producam non infimæ notæ, & in hanc rem naturam tam humanam, quàm diuinam, veteraque monumenta, vmbras ipsas, fumosásque imagines, & symbola citabo. Sextò verus formæ arbiter Deus sententiam pronuntiabit. Septimò faustam pro te sententiam communis plausus excipiet. Octauò denique contraria opinantibus perpetuum silentium iniungere an oporteat, statuam.

3. *Iob 14. 1.* *Vnde ortum habet querela peccati.* Querelam nomine aliorum hominum vnus excitauit Iob, à quo *homo natus de muliere breui viuens tempore, & repletus multis miseriis;* appellatus, & quasi definitus est. Hebraicè enim propriè sonat, *valde genitus à muliere: muy engendrado, muy hijo de muger*, vt inde vituperia incipiat recensere, vnde laudandi solent sumi exordia à parentibus, & maximè à genitrice sua, vt fœminam istam querelarum omnium, & miseriarum fundamenta iecisse denotetur: nam si fœmina ex se imbecillitatem, leuitatem, instabilitatem, & nescio quam vilitatem significat, cùm homo valde filius, & maximè ab illa genitus dicitur, summa quædam esse, & veluti flos imbecillitatis, tenuitatis, & vilitatis describitur, neque à tali radice quidquam aliud, quam culpas, & exinde pœnas posse oriri. In quibus summa omnium miseriarum, & calamitatum est, quas ipse Iob satis deplorat, & graphicè describit. *Miseria hominum.* Auget querelam rogans; *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine. Quien darà limpio de contaminado*: hoc est, *quien de su nacimiento sale afeado, y sucio, y de raiz podrida, como darà frutos sanos; no tomes pues señor tan por el cabo nuestras cosas, ni apures tanto nuestra miseria.* *Iob 14. 4.* *Ortus contaminatus.* Vrget ampliùs: *Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere?* *Iob 15. 14.* Ecce, quasi dicat, nostræ calamitatis causas, & capita duo esse, nempe filios *Enos*, qui obliuionem, vilitatem, & turpitudinẽ denotat: *quien es la torpeza paraque sea limpia, y el oluido paraque nunca se descuide, y en sucie?* Secundò *natum de muliere*, hoc est, de miseria, & peccato inordinato turpiter, & ardenter conflato. Hinc ergo querela sumpsit exordium: nam ictu serpentis natura nostra percussa in quatuor genera malorum prolapsa est, immo originalis peccati spina pupugit nos in parente nostro: nam sicut censum soluit, qui nequaquam pactum egit; sed à maioribus factum, & comparatum est; & sicut cùm parens per lusum multam pecuniã amittit, etiamsi ipse solus collusor sit, originaliter amisisse dicuntur filij pecunias, cibum, quietem; sic peccante Adamo originalis macula, & census debitúmque carendi gratia in nos filios suos transfusum est. *Simile.* *Quid peccatum originale.* Rebellio deinde, & peccati fomes oborta titionis instar, in quo ignem extitisse pater, & si minus curatis extinguere, maximum peccatorum incendium excitabit, vt memoriam peccati originalis refricet, & in demissione animi nos contineat; ita vt tam ille fortis, & acer Paulus, qui infernum lacessit, & potestates cælestes in certamen prouocat; *quis nos separabit?* modò in querulam, & fœmineam vocem erupit, *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Sicut si strenuus dux, qui in campo hostes vel trucidauit, vel profligauit, domo sua egrederetur, vxorem importunam, procacem, & proteruam fugiens. *Simile.*

Quid dicam de spinis peccatorum lethalium, & venialium? quis inter mortales vitauit omnino? quis denique spinas pœnarum, & calamitatum vsquam effugit? Te te quæro Adam, te doloris causam Euam vocamus, ex te nascimur *vno modo*, propter te *morimur multis*, vt aiebat Seneca, causam tanti mali ignorans. Clariùs, & elegantiùs Ecclesiasticus [a]; *Iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum vsque ad diem sepulturæ; ad hæc mors, sanguis, contentio, & romphæa, oppressiones, fames, & contritio, & licèt propter iniquos factus cataclysmus.* Sed diluuium in omnes pertransiit, & malorum alluuionem etiam iusti experti sunt. Quæ licèt deteriorem, & pænè desperatam causam nostram indicent, Paulus bono animo esse iubet, & querelam auellere conatur in Christo, & in Maria fidem habentibus: *ipse autem sanctificet vos* 4.

[a] Cap. 40. Quæ verba declarat Gelasius in lib. contra Pelagianam hæresim.

Christus & Maria gemitum & querelam hominum tollunt. 1. Thess. 5. 23.

Digitized by Google

vos per omnia, vt integer spiritus vester, & anima, & corpus, quæ ictu suo serpens veneno infecerat, *sine querela* peccati originalis, fomitis, rebellionis, & peccati, *in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.* Igitur agamus de nouo gratiæ auctore, & reparatrice fœmina, quæ à cordibus nostris gemitum, & querelam auulsit;

Eccli.26.37. *quia vbi non est* (hæc) *mulier, ingemiscit infirmus.*

5. II. Vtraque ista causa iam pridem agitari cœpit, cùm autem vidit Deus iudices in varias distractos sententias, & de filio ac de matre variè sensisse, iussit in meliora tempora (ne dicam sapientiora) reseruari. *Remitiose este pleyto à nuestros tiempos, & en los quales sino hay mas Doctores, el tiempo alo menos es mas sabio, y masdocto.*

Cap.12.3. Quod ne temerè dictum putes, audi Danielem, cui Deus: *qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti. Doctores tengo yo para estrellar mi Iglesia como vn firmamento.* Sed nihilominus;

Ibid. 4. *Tu autem Daniel claude sermones; cerra esse processo; & signa librũ vsque ad tempus statutum; no se vea esse pleyto hastaque yo señale dia.*

Multiplex scientia seculi buius. Quare Domine differs negotium sæculorum in nouissima sæcula? *plurimi enim pertransibunt: porque quiero, que lo vea todo el consejo.* Chaldaice, *inuestigabunt, sacaran de rastro, que madre de tal hyo no conuino fuesse manchada.* Et ex euentu excitabuntur ad inquirendum, & examinandum quam consentiunt, quæ modò asseruntur cum his, quæ de Virgine in Scripturis, & Euangeliis prædicantur. Et vt vno verbo dicam, *& multiplex erit scientia.* Quid ais? numquid sapientiores, recentiores sunt? minimè, sed tempora ipsa: nam, vt ait Gregorius, semper patefient veritates, quas Verbum innotescere faciet Angelis. Ne igitur qui contraria nostræ opinioni asserunt, putent noua dogmata, sed noua sapientia intellecta afferre. Nec superbisse Dauidem,

Ps.118.100. cùm aiebat, *super senes intellexi:* nam, vt ait Ly-

a Cap.88. rinensis [a], *quamuis super senes intellexit, non autem aliud, quàm senes intelligit Ecclesia, quod fas est, vt prisca illa calestis Philosophiæ dogmata processu temporis limentur, poliantur; sed nefas est, vt commutentur, nefas, vt detruncentur.* Et qui sunt hi Doctores sapientiores antiquis? vtique neque tu, neque ego, neque Franciscus, neque Ioannes, neque Gabriel, sed *tempus statutum*, cui ascripta est *multiplex scientia*, politior, & limatior, vt ait Lyrinensis, quando videlicet Abraham sciat quod Adam, & Moyses clarius, quàm Abraham; & Salomon luculentius, quàm Dauid, ac deinde Ecclesia plusquam Synagoga, & tempora Ecclesiæ postrema intelligentia, & sapientia præstent antiquis.

6.

Probatur ex fine conceptionis Mariæ. Si igitur finem consideremus, ad quem prædestinata Maria fuit, magna in eius conceptione fundamenta gratiarum non frustrà iecisse diuinam potentiam, sapientiam, & bonitatem comperiemus. In re grandi magno credamus Augustino. Prædestinata fuit Virgo post præuisionẽ peccati Adæ, vt cooperatrix esset omnium assertori, & Redemptori Christo;

b Ser. 18. de Sanctis, qui est secundus de annunciatione. *Mater sceleris nostri* (inquit Augustinus [b]) *pœnam intulit mundo, genitrix Domini nostri salutem attulit mundo, auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria, Eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit, percussit ille, sanauit ista.*

c Ser. 89. Bernard. item [c], S. Germa-

d Ser. de zona Domin. nus [d], Irenæus [e].

e Lib. contra Valentinia. cap.33. Sicut Eua inobediens facta est, & sibi, & vniuerso generi humano causa mortis: sic & Maria habens prædestinatum virum; tamen Virgo obediens, & sibi, & vniuerso generi humano causa facta est salutis. Fuit itaque coadiutrix Christi ad salutem; sed quónam pacto poterit mulier filio Dei in tanto opere cooperari? Dicam ex mente Augustini; sunt in Deo eiusdem dignitatis geminæ illæ sorores, misericordia, & iustitia, & licet eminet, atque resplendet misericordia super omnia opera eius, certum tamen est in Deo idem esse, nec vnam altera inferiorem. Quare licet misericordia redemptionem postulabat; tamen cum iustitia peccatis offensa iram potiùs excitabat. Lances istæ duæ æquales omnino in neutram partem propendebant: nam si in lancem vnam merita Christi imponebantur, præponderabant æquè iniuriæ Parenti optimo illatæ, si dignitatem Dei iniuria affecti consideres. Eritne anceps negotium istud, & neutram in partem inclina- 7.

bunt lances? deeritne creatura aliqua, quæ manu lancem vnam inclinet? si peccato originali vel eius incurrendi debito notata est, potiùs prouocabit iram diuinitiæ iustitiæ, quæ ius habet in talem creaturam. Sit ergo Maria nulli obnoxia peccato, vt cooperatrix sit, & lancem misericordiæ in homines inclinet. *Auctrix*, igitur, *peccati Eua, auctrix meriti Maria.* Certè Doctor sanctissime, neutra harum propositionum est vera: quis enim dicat peccati originem fuisse Euam, cùm statutum sit, illo non peccante, vt qui caput erat, peccati labes non transfunderetur in filios? Et quis fontem gratiæ, & meriti causam dicat fuisse Mariam, cùm

gratia, & veritas per Iesum Christum facta est? Ioan.1.17.

Cui difficultati alia maiore satisfaciam; ait enim Paulus, non vtique oportet, vt mulier loqua- 1.Tim.2.

tur, & doceat in Ecclesia, sufficit malum, quod lingua perpetrauit: nam & *Adam non est sedu-* Ibid. v. 14.

ctus; mulier autem seducta in prauaricatione fuit. Certum est Adam fuisse seductum, vt in confesso est apud grauissimos Patres [a]. Respondet OEcumenius, Glosa, & Haymon, & S. Thomas, *Adam non fuit seductus*, id est, non fuit primò seductus per serpentem, & Hieronymus [b], *Adam non est seductus, intelligitur à diabolo, sed immediatè ab Eua.* Augustinus aliter respondet [c], sed videtur esse sensus, Adam neque à serpente, neque à muliere fuisse seductum: non à serpente, quia serpens non conuenit Adamum; non à muliere, quia mulier non persuasit animo fallendi; nec in opere illo falsitatem, & fallaciam esse putauit. In quo igitur consistit malum, audi. Non fuit vtique causa mali Eua, sed Adam; verumtamen mollis mulier inclinauit, eo quòd petiuit, vt comederet, *& ne contristaret illam, comedit*, inquit Ambrosius: sicut igitur vna fuit mulier non seducens, sed inclinans, & tanto fortior, quanto mollior, vt comederet, qui fuit causa peccati. Sit igitur oportet lectissima alia, & purissima mulier, quæ rectum, & seuerum iudicem, qui poterat non misereri, ad pietatem, & misericordiam induceret, illa suadendo, ista inclinando, illa peccato, ista gratia salutem obtineat.

a Ignati. Episc. ad Trall. Diabolus per mulierẽ seduxit Adam patrem generis nostri. S. Iren. lib. 3. c. 25. Epiph. hæresi. lib. 33. Cyril. li. 3. contra Iulian. S. Leo Mag. ser. 2. de natiuit. Aug. Psal. 68. & lib. 14. de ciuit. c. 17. & lib. 11. de Genesi ad lit. c. 31. & 34. & alibi.
b Cõtra Iouinian. lib. 1.
c Lib. 14. de ciuit. Dei. c. 11.

8. Ecce quomodo puritati Redemptoris puritas Virginis reparatricis connexa est, & Scripturæ, quæ negotium illud, & causam innocentiæ Christi testantur, Virginis etiam sanctitatem confirmant; *Y assi conuiene juntar el processo, y escrituras de la innocencia, y pureza de Christo con el nuestro.* Audi Paulum, *Talis* Hebr.7.29.

enim

Consequens est ad innocentiam Christi Mariæ puritas.

enim decebat, vt nobis esset Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus; qui cùm dicitur sanctus, ὅσιος, purus, & omnis labis expers, nuncupatur impollutus. Verbum hoc iam internam mundiciem denotat; fuit enim sanctus, hoc est, pius erga Deum, innocens erga proximum, impollutus erga seipsum; & Græcè quidem significanter, ἀμίαντος, id est, incorruptus, illæsus, inuiolabilis: inde enim lapis dicitur Amiantus, quòd igne non lædatur, quódque ex eo splendidior exit [a]. Puritas quidem digna Christo, qui quasi Angelus ille amiantina veste humanitatis tutatus est nos à Babylonico igne huius mundi; segregatus item dicitur à peccatoribus, & quasi fermentum seorsim positus, vt vniuersam Adami massam fermentaret, & condiret gratia. Vnde Augustinus de Christo ait, Profectò etiam maior peccatum fecisset, si paruulus habuisset, id est, quando maior non habuit; ego non habuit originale. Hæc igitur eadem verba aptata Mariæ vide quàm bellè conueniunt, talis enim decebat: emphasim habet talis; sicut qui talem à peccatoribus sustinuit contradictionem. Decebat, vt nobis esset: nam sic ad nos salus gradum fecit, & impolluto calle transiuit. Conuinò que el passo de Dios à nosotros estuuiesse limpio, que sino, no viniera. Ideo Augustinus contra Manichæi errores sic argumentatur; Quid ais Manichęe? Deum nequaquam ex muliere natum? nefas enim est credere Deum sordibus materni vteri voluisse coinquinari. Arguit ingeniosus Doctor; qui potuit sine labe creare, quare non potuit nasci, & non coinquinari? ea erat virginei ventris puritas, vt ablatis sordibus, inpuritatibus, & obscœnitatibus nascendi Deus ipse impollutus prodire potuerit; potuit enim sic nasci, qui sic eam potuit creare: compara igitur tu corpus corpori, spiritum spiritui; prodiit sine labe corpus de corpore, prodiit etiam Christi anima nulla macula inquinata, quia nullam habebat anima, quia sic potuit creari à Deo; fuit igitur creata sine labe: nam si præuentum est corpus summa puritate, vt mentiretur Manichæus, vtique accuratiùs præseruata est anima, vt aberrarent, qui dicerent non præseruatam, sed à sorde mundatam fuisse. Crede ergo Manichæe, & adora corpus à corpore impollutum; crede ergo fidelis Spiritum à spiritu summa puritate creatũ nullas sordes contrahere potuisse, atque adeò decuisse, vt nobilis esset talis, támque pura, & quæ aduentum Dei ad nos potius promoueret, quàm retardaret. Impolluta, amianta, sicut Athanasius [b] luculenter expressit, ex amianto lapide tela fiunt igne inuiolabiles; ita beata Virgo agnum peperit, cuius glorioso vellere facta est nobis vestis immortalitatis. Segregata item dicitur à peccatoribus, & seorsim posita à reliqua massa tamquam à qua vniuersum genus fermentari deberet, quod non iam ex humanis verbis, sed ex Euangelicis eliciendum puto.

a Dioscorides lib. 5. c. 115. & Plin. lib 36. c. 19.

Alia ratio.

August. contra error. Manichæ.

b Apud Leo. Castri.

9. Alia ratio ex Euangelio petita.

Quorsum enim Euangelista postquam enumerauit vniuersas ab Abrahamo generationes labe conspersas segregauit, seorsimque posuit Iesum, & Mariam? nisi vt ex eisdem verbis nostræ accusationi satisfacere possemus; aiebat enim Iob, Homo natus de muliere: hombre muy nacido de muger; atque à Deo multis repletus miseriis. Et quid Matthæus? De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus: Christo muy nacido de Maria. Et vnde natum de tali, & impolluta fœmina dignoscemus, vtique quia nullis est repletus miseriis, nullis inquinatus sordibus: muy nacido de Maria Iesu Christo. Vnde hoc probas? Probo eleganti argumentatione Augustini ex D. Petri verbis, Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Vnde colligis sanctissime Pater, Christum sine noxa originali fuisse? ex eo nempe quòd nec opere, nec sermone vsquam peccauit? Ita est (inquit Augustinus [a],) bene quidem Petrus ait, Qui peccatum non fecit, quia qui non fecit, habere non potuit, omnino verissimum est; quæ si vera regula est, vt verissimam, & solidissimam puto, ex ea necessariò sequitur beatam Mariam peccatum originale non contraxisse: ni el a ella, ni ella à el le pegò los axes, y acha ques de Adam, y assi seguramente decimos, de qua natus est Iesus; muy hijo de Maria, y ella muy Madre de Iesus: impolluta, & segregata.

Cap. 14. 1.

1. Petri 2. 22.

a Lib. in Iulianum. citatur à P. Salmerone in 1. Petri 2. & irrefragabile vocat hoc testimonium.

III. Factum (vt aiunt) rémque ipsam ita contigisse, liquidum faciam. Nam licèt natura sibi soli voluit arrogare huius puellæ generationem, & fœtus formationem Deus naturæ concessit; nulla tamen ratione sine gratia potuit mirabilis conceptio fieri. Tardat natura, & post multa sæcula tantum opus moliri non audet. Adsunt parentes, & adhuc non audet, natura etiam post multos annos opus aggredi arduum, coacta ad gratiæ auxilia confugit. Quid agat Deus? plasmabit illam sine parentibus, sicut Adam? Absit (inquit Deus) nam hoc pacto minus honoris accresceret naturæ humanæ, igitur tu natura, & ego auctor tuus simul operi incumbamus, ad mea auxilia opus est confugias, partiemur opus: nam & puella in maternis visceribus efformetur; adsit tamen virtus, & gratia Spiritus sancti, nullo viri concursu, aut voluntate: nam & sic verè descendet ab Adam; filia tamen erit Spiritus sancti. Minimè Domine nec tuo, nec puellæ honori consulis: non tuo; quia etiamsi mulier erit, non tamen ex viro: oportet autem per lineam virilem generari illam, quæ mater tua sit, nec oportet de Spiritu sancto solo concipi, virgine permanente Anna; hoc enim priuilegium virginitatis, & maternitatis, vtpote Deo dignum, singulare est tuæ matri reseruatum, nulli ante ipsam concessum. Quid igitur agat Deus? Diuisit opus (inquit Chrysologus [b]) & natura silet, stupet sexus, frigescit caro, membra sopiuntur, tempus præterit, abolescit totum quidquid est humani ordinis, & negotij coniugalis; fugit sterilitas, fides concipit, parit sterilitas, nascitur maior homine. Sed vt magis à gratia, quàm à natura conceptam credamus, audiamus Damascenum. Natura enim gratiæ cedit, ac tremula stat, progredi non sustinens, atque gratia fœtum antevertere ausa non est, sed tantisper expectauit, donec gratia fructum suum produxisset.

10. Conceptionem Virginis purissimam quo pacto contigisse putandum.

b De B. Ioãne Baptista serm. 89.

IV. Ius nobis probandum est, quod statuit D. Anselmus [c]: Decens erat, vt ea puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater vnicum filium suum, quem de corde suo æqualem ita dare disponebat, vt naturaliter esset vnus, idémque communis Dei Patris, & Virginis filius. Itaque dignitas maternitatis immunitatem culpæ iure optimo petit; quare verba Euangelistę admirationem quandam continent, de qua natus est Iesus. Iesu bone, hoc in dubium vertitur matrem Dei futuram labem

11.

c Lib. de conceptione Virgin. Probatur à dignitate maternitatis.

vel

Digitized by Google

vel minimam contraxisse? Iesu bone, *de qua natus est Iesus*, dubitatio subiit animos fidelium? Ponderat Irenæus causam, cur Deus cùm humanam naturam deberet maledicere, in terram

Gen. 3. 17.

maledictionem coniecit, *maledicta terra*; vtique, quia sicut piissimus Parens execrationem, quam in filium intentauerat, reiicit in aliam rem, vel in dæmonem; sic Deus massam illam contemplans, ex qua post quatuor millia annorum carnem sumere benedictione dignam, non maledictione iudicauit; si igitur tanto ante iram frænauit Deus erga humanam naturam, specificam, fœdam, & odio dignam massam, ex qua Iudas vnus proditor, Pilatus iudex iniquus, populus perfidia plenius oriundus erat, si erga istam massam temperauit, respexit, ita vt intentatam solùm maledictionem (*elademan*) aliò reiecerit; nónne tibi iustum, æquúmque videtur fuisse vt massam illam in indiuiduo, ex qua corporatus prodire decreuerat Christus, honoraret, respiceret, & præseruaret? Audiatur ipsa Virgo, licèt in iure, & propria causa, creditu digna: *quia respexit Dominus humilitatem ancillæ suæ*. Et quando respexit, antequam conciperer? vtique, quia ancilla eius futura eram; quare

Maria singulariter ancilla.

cùm ad maternitatem inuitarer, non dixi: Ecce Virginem, ecce matrem, ecce puellam, sed, *ecce ancilla Domini*; quia etiam vt ancilla modò apparatissima sum, & ornatissima, vt assumar ad maternitatem. Ponderat hanc verbi energiam

a In Luc. c. 1. lib. 2.

D. Ambrosius [a], *Ecce enim ancilla Domini, apparatus officij est. Esto es todo el repuesto, vaxilla, mesa, plato exquisito, ornato de casa, thalamo Real, estrado, sitial digno de Dios.* Sed nota, in summa humilitate ius suæ dignitatis inuoluit: ait enim, *ecce ancilla*, Græcè, *illa ancilla*, non vtique ait, *vna ancilla*, aut *vna ex ancillis*; hoc enim modo suam ex peccato, & debito ancillarem conditionem confitentur reliquæ animæ, quæ mancipia fuerunt dæmonis aliquando; sicut D. Paulus dum mentionem peccantium facit, ait, *quorum ego primus sum, quorum vnus ego sum. el mayor de todos yo.* At beatissima

1. Tim. 1. 15.

Virgo cum summa demissione ius suæ dignitatis defendit, *ego sum illa ancilla*, quæ semper fui Dei; nunquam verò dæmonis, non vna ex ancillis, sed illa sigillatim ad hoc munus deputata: hæc enim alta, & generosa conditio *apparatus officij est*; *si esto no tuuiera, no estuuiera tan aparejada para recebir à Dios por hijo.* Vnde huic verbo sic intellecto optimè congruit subsequens adoptio; *fiat mihi secundum verbum tuum*: secus verò quomodo consentiunt hæc duo, ancilla, quæ fui quondam dæmonis, fiam ego mater Dei? Absit hoc à me, notum sit omnibus me iam olim ancillam singulari modo fuisse, & nunc fieri matrem: ita tamen vt si in duplici lance maternitas cum virginitate, & in alia vel ad instans peccatum & minima labes constitueretur, vtraque illa posthaberem, vnico si instanti gratiæ, & amicitiæ Dei comparentur, nec quidquam contra me iura communia

Rom. 3. 23.
Rom. 3. 4.
Exod. 33. 20.
Gen. 3. 16.

probant, *omnes peccauerunt*: nam quid si Rex dispensauit in aliis legibus? *omnis homo mendax* dicitur: *non videbit me homo, & viuet*: *in dolore paries.* Potuit igitur in hac dispensare? Sed cùm de iure lis est, etiam in propria causa rem confirmat iuramentum principis; igitur *viuit Dominus; quoniam custodiuit me Angelus eius, &*

Iudith 13. 20.

non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari. Ecce iuratam ore sacratissimo eius à peccato immunitatem.

V. Testes producere operæpretium erit honestissimos, incorruptos, & ab omni suspicione remotos viros illos, qui præteritis sæculis ante omnem disceptationem, & litem, veritatem istam, vel dictis, vel factis adumbrarunt. Et primus producendus est Adam sopore illo alto consopitus: ne putes autem dormientem testem adhibere, soporem illum ecstasim vocat Augustinus, qua melius arcana diuina penetrauit, & factus est oculatus testis eorum, quæ gerebantur in mysterio. Tunc igitur os de eius latere ablatum est, vt ipse fatetur, *hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea* [a]: ergo Adam vel monstrosus erat ante hanc costam sublatam, vel post eam ablatam remansit mancus, & mutilus, & ita debilis, vt facile à dæmone expugnari possit. *Flaco queda, no sera mucho que el demonio haga fuerte en el.* Verùm vt indicaret hac de causa nullam illi imbecillitatem prouenisse, ecce tunc temporis virginis Mariæ virilitatem, & fortitudinem Propheticis verbis prædixit; ait enim (vt notauit Chrysostomus [b]:) *Hoc nunc os ex ossibus meis*, id est, hac prima vice sic formata est, ex viro videlicet, deinceps tamen mulier futura per naturalem, & mirabilem conceptionem generabitur, & *hæc vocabitur virago.* Quasi dicat, cætera, quæ Deus creauit, ego suo nomine vocaui; hæc *vocabitur* & singulari titulo nuncupabitur virago, hoc est, Virgo, *la Virgen per antonomasia*; vt asserit D. Hesichius Presbyter Hierosolymitanus [c]; vel ex proprietate Hebræa significat virtutem, & animum virilem, ita vt dicatur *Viragens*; quasi dicat, hæc erit lectissima mulier, quæ loco viri substitui possit, non quidem viuente viro; hoc enim nequaquam fieri potest (inquit Paulus.) At si semel contingat Adamum deficere, & caput hominum per culpam demitti, hæc erit, & *vocabitur virago*: nam prima erit, quæ innocentiam, & omnimodam puritatem defendet, & conseruabit; hæc erit ducis instar in bello contra venenatum aspidem, de qua fertur in capite venenum continere, ideóque maximè caput tegere, atque defendere, ita vt inde nomen sortita sit, *scutum*, aspis. lethale insuper virus, & in fœminas maximè vomit; præcipue tamen in virgines, & eas quidem pulchriores. En igitur singulare certamen, intendamus animos, vter eorum victoriam, & triumphum agat. Venit igitur aspis peccati omnium fœminarum pulcherrimam lethali veneno infectura, sed inani conatu: nam sponsus sic laudat Mariam ex mente Ruperti: *Caput tuum, vt Carmelus*, hoc est, In te, *scientia circuncisionis carnis*; *quia sciebat optimè eam cessare debuisse, ex quo venit: hoc enim sacramentum* (inquit Guillelmus Abbas [d]) *in illo veteri populo contra originalem reatum diuinitus sancitum erat.* Hæc ergo Virgo sanctissima caput contra caput aspidis eleuauit, & conceptio sua fuit quasi gladius circuncisionis: nam in ea primò caput aspidis præcisum est, & principium mali abscissum, & quasi caput, & viragens, status innocentiæ recuperatæ effecta est, vt prædixerat Adam, *vocabitur virago.*

Secundo loco fides danda est testi Abraham, à quo licèt inuolutè Virginem originalis peccati mortem nequaquam subiisse ipso facto testatur: nam mortua Sara, de sepelienda vxore curauit,

12. *A testimoniis verissimis probatio.*

a Aug. lib. 9. de Genesi ad litt. cap. 19. & fusè tract. 9. in Ioan. & S. Bernard. serm. 2. de Septuagesima, & aliqui putant, in hac ecstasi vidisse Dei essentiam. Richard. in 2. dist. 23. art. 2. q. 1. nec reiicit D. Tho. 1. p. quæst. 94. art. 1.
b Hom 15. in Gen.
c Tom. 2. Bibliothec. serm. de S. Maria Deipara.
Virgo per antonomasiam Maria.

13.

Rupert. Cant. 7.

d Apud P. Martin. del Rio cap. 7.

14.

Gen. 23. 4.

Digitized by Google

curauit, rogauitque filios Heth, & Ephron filium Seor, dicens: *Aduena sum, & peregrinus apud vos, date mihi ius sepulcri vobiscum, vt sepeliam mortuum meum.* Quid toties repetis Abraham *mortuum meum*? nonne dicere debe-res, *mortuam meam*? Minimè verò (inquit,) loquor enim ego de Adamo, qui verè mortuus est, & sepultus in Hebron: hæc autem mea vxor aliam adumbrat, quæ non mortua est, sicut ille; quare *mortuum* semper, non *mortuam* dixi. Sed quid habet terra illa, vt tam studiosè coëmendam curauerit Abraham? Optimè rogasti (inquit Rupertus [a]) *quia nempe terra virginea erat, & talis ager pretio debuit comparari; quia videlicet oportebat nos magno pretio emi, nec esse seruos peccati. Vnde in eodem agro, & mortua Sara sepelitur, & immolatio Isaac præcessit, & primus homo pater orbis terrarum Adam illic situs est. Vnde per agri illius coemptionem rectè totius orbis intelligimus acquisitionem. Importaual comprar aquel campo; porque en el ganaua possession de todo el mundo.* Et quanti emit agrum illum? Dicat ipse, *quam tuli de manu Amorrhai in arcu, & gladio meo.* Vocat fortè arcum numos: numi enim fortissimus est arcus, *no es mal arco el dinero.* Verumtamen dicitur, *emitque partem agri centum agnis*; merces enim ista agnorum, optima, inquit Hieronymus, arma, & arcus viri pacifici sunt; quare non alia quæras arma, quibus coëmpta dicatur virginea terra, quàm merita illa agni innocentissimi, à quo gratiam præseruationis ex præuisa morte Christi accepit Maria. Hæc igitur terra est sors Domini, & hæreditas eius, ideoque subditur; *& confirmatus est ager, & antrum, quod erat in eo Abrahæ in possessionem monumenti à filiis Heth.* Dicitur autem possessio Dei B. Virgo; quia mors intrauit in Adam, & ibi sepultus est mortuus iste, & illa nunquam per peccatum mortua fuit, & ita ait, *vt sepeliam mortuum meum.* D. Hieronymus [b], & ex illo Rupertus [c] annotarunt postquam ager ille, & terra electa ab Ephron coëmpta est, de nomine eius ablata est ו, littera, quæ apud Hebræos pro *o*, legitur, & pro Ephron appellatus est Ephran. *Vau* autem (inquit Ambrosius) *sonat, non sicut ille:* nam mortuo Adam, & sepulto in Hebron, omnes mortui sunt, sicut ille. At ager iste, & electa terra Virginis beatissimæ *non sicut ille* mortua est; est enim Virgo electa, vt sit mater Dei, & electa terra.

Probatur ex Genesi.

[a] De Trinit. & operibus eius. lib. 6. c. 37.

Gen. 48. 22.

Gen. 33. 19.

Gen. 23. 20.

[b] Quæstio. traditio. Hebraicarum in Gen.

[c] Supra.

15\. Post innocentiæ statum, atque naturæ, legis scriptæ, Dauidis iam inducitur testimonium, qui non tam verbis, quàm facto ipso rem confirmat. Egregium genus testificandi (inquit Rupertus [d]) *non enim solummodo in personis, sed etiam dictis, aut factis iteratis testium numerus solet computari.* Quid enim Dauid corona regis redimitus repræsentat, nisi ex eo nasciturum filiam ingenuam, & ad regnum natam non solùm, sed conceptam? itaque in conceptione fuit Regina, ideo enim regia stirpe concepta, & genita dicitur; quod, ni fallor, confirmat Matthæus dum ait, *Iesse autem genuit Dauid regem*; tam citò rex Dauid? ab ipsa generatione sortitur regnum? Ita quidem; quia in ipso Dauidis conceptu, & ortu erumpebat iam gloria Mariæ, & flos puritatis, & regiæ dignitatis. Explicet hoc Salomon verbis sponsi; *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum.* Primo germine flores tui sunt quasi malorum punicorum; Hispanè significantiùs dicitur, *el brotar tuyo, y el salir al ser es como el primer brote del granado, que el primer boton, que se desabrocha es con corona.* Quasi dicat, reliquarum animarum conceptiones similes sunt reliquis arboribus, quæ decursu temporis frondibus reuirescunt, & post expoliationem gratiæ, & innocentiæ, vestiuntur iterum gratia; tu verò in ipsa conceptione euasisti Regina vestita natiua corona, & ingenua, ac regali dignitate, sicut *flores mali punici*, vel sicut primæ emissiones, & germina.

Probat Dauid dictis & factis.

[d] Cap. 37. lib. 6. de Trinit. & operibus.

Maria concepta est Regina.

Cant. 4. 13.

Sed de statu gloriæ ferat testimonium irrefragabile Christus, in quantum homo est, qui testis fidelis vocatur à Ioanne, & ipse in hoc natum esse affirmat, *vt testimonium perhibeat veritati.* Ait igitur per Isaiam, *Paupercula tempestate conuulsa absque vlla consolatione*; alloquitur Ecclesiam, & Mariam virginem. *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua.* Septuaginta sic legerunt, *Ecce ego præparabo tibi carbunculum lapidem tuum, & fundamenta tua sapphirum*, hoc est, ego ita gloriosam, & pulchram te efficiam, sicut decet esse matrem Dei, de qua nasciturus est Iesus: nam *tibi preparabo carbunculum*, venter tuus sternendus est carbunculo, nempe Christo. Carbunculus enim humanitatem Christi significat; quare ad hoc, *fundabo te in sapphiris*, hoc est, conceptione tua pulchram, mundam, cælestem efficiam, & dignam filio Dei, cuius diuinitas regia, & pontificia dignitas per sapphirum apprimè explicatur. Latet tamen mysterium in fundamento sapphiri, si naturam eius, & proprietates spectes. Nam, vt aiunt Galenus, & Dioscorides, *percussis à scorpione haustus prodest, & contra intestinas exulcerationes:* nam Christi gratia, & humanitas eius, per merita sua morsus serpentis curauit, & vlcera naturæ medicatus est. At in Maria antequam percuti posset à scorpione, & aranea, gratia præseruationis per Christi merita præparata est, & hoc est, quod dicitur, *præparabo tibi carbunculum, & fundamenta tua sapphirum:* maximè autem fundamentum sapphiri elegit, quia sapphirus lethalis est araneis; aranea verò dæmonis figura, & tela eius originalis reatus symbolum est: nam sicut aranea in gyrum telam orditur, & à centro ad circumferentiam fila tenuissima deducit, ipsaque in centro muscas venatur, in quamcunque partem telæ inciderint: si verò sapphirus infrà esset, interiret omnino aranea, antequam caput muscæ morderet; ita similiter dæmon telam orditus est, vt omnes comprehenderet mortales, omnes in Adam peccauerunt: nam à centro ad circumferentiam omnes mortifero ictu percussit, putauit in Virginis conceptione animam eius venari posse; accurrit, sed frustrà: nam fundata erat in sapphiris, tamquam in fundamento, & præparata erat in carbunculis, & irriti facti sunt eius conatus, & artes, *de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus, nam in monte isto gloria præcipitauit faciem vinculi colligati. Todo loque es culpa, y pena no habla con la Virgen, & tela, quam orditus est super omnes nationes; y deshizò sus traças como telas de arañal.* 16.

Isai. 54. 11. *Christi Domini testimonium.*

Apoc. 21. 22. Vide Alcazar.

Mirabilis sapientia diuinæ industria.

Isai. 25. 7.

De statu diuinæ essentiæ tres personas testimonium ferre oportebat, non solùm vt in ore duorum 17.

Congruit Trinitati praerogatiua puritatis Mariae.

duorum testium stet omne verbum, sed etiam vt statui, & dignitati suae consulat Deus. *Aun por razon de estado conuenia à la honra de la santissima Trinidad, que fuesse limpia su Madre.* Nam quaedam sunt enormia crimina, à quorum poena exempti sunt nobilissimi ratione status; quam ergo, obsecro, nobilitatem habet Virgo? D.Thomas respondeat, qui ingenuè fatetur consanguineam esse filio; quia mater, & eadem causa affinitatem habet cum Patre, & Spiritu sancto. Sit ergo vel ratione status saltim ab omni reatu reseruata: nam dissentaneum est ita Deo affinem filij Dei matrem, vt qualemcumque ex filiabus Adae ostentui produci, & communes subire peccati contumelias.

18\.

Deus pulchrā omnino statuit.

Cant. 1.

a Alanus super 4. Canticorum. Bernardus Senensis de laudibus Virg. Ambr. super caput 4. Cant.

b Ser. 4. super Salue Regina.

c Tom. 3. tract. 9.

d Tract. 31. in Ioan.

VI. Deus, qui verae formae arbiter est, vt ait Ambrosius, sententiam secundùm Virginem dicit verissimam, & aequissimam; *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*: nam verba sententiae, vt sonant, accipienda sunt de Virgine, vt notarunt Doctores [a]. Ambrosius autem omnium nomine annuit sententiae iudicis: *Pulchritudinem quis potest maiorem existimare decore eius, quae amatur à Rege? Probatur à iudice, dedicatur à Domino, Deo consecratur, semper sponsa, semper innupta, vt nec amor finem habet, nec damnum pudor: pulchritudo ista interior est, non exterior, quae non marcescit, neque defluit.* Verba item sententiae omnem maculam excludunt venialem, & originalem, & praeter hoc summam pulchritudinem illi inesse adstruunt. Sicut Bernardus [b] fatetur, & annuit sententiae, *Nihil est virtutis, quod in te non resplendeat, & quidquid singuli habuere sancti, tu sola possedisti.* Et Augustinus [c]: *Quantum in te crescit amor, tantum crescit pulchritudo; quia ipsa charitas est animae pulchritudo: nam sicut animus* (inquit iterum Augustinus [d]) *facit decus in corpore, ita Deus in anima. Decus corporis animus, decus animi Deus: nam Deus* (ait Dionysius) *mittit vniuersis iustis pulchrificas fontani radij sui traditiones.*

19\.

Gratulatio & plausus de Virginis puritate.

Cant. 6. 3.

e *Que cosa es ver despuntar la mañana sacudiendo sus cabellos rubios, y sus mexillas encendidas començar à alegrar el mundo con su alborada rebocarse con mas alfileres, que el sol tiene rayos à hermosear el moño con sus trofoles: adornada bordado con la escarcha mas linda, que ma moda plata, y sobre essa para rematar su belleza el aljofar del rocio. Que dire de los terrifsiales de los zelos;*

VII. Gratulationem Virgini faciunt, quis putas? Angeli, qui nihil admirari consueuerunt; & foeminae, qui vix alias foeminas etiam praesignis formae, & pulcherrimas laudare solent: *Quae est ista, quae progreditur sicut aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata.* Mirabilis enim est ascensus sine casu, splendor aurorae sine praeuia nocte; quid pulchrius [e] surgente aurora, cum passis aureis capillis, & rubentibus genis mundum exhilarat, ornat, & condecorat; haec est aurora Maria, qua exultauit Dauid 2. Reg. 2. 30. *Sicut lux aurorae oriente sole, manè absque nubibus rutilat.* Ascendit autem ea parte, qua sol venturus erat in orbem: *consurgens; hermosa, y vestida del sol, & luna sub pedibus eius.* Bene quidem nocturna fax, & candela pedibus affigitur, ne putaremus, offendisse in tenebris vel vno gressu, minus tamen in primo. *Luna en los pies para que sepamos, que no tropeçò en la culpa, aunque mas se cerro la noche*; & quia originale peccatum erat crimen capitis, primique parentis, caput eius redimitur stellis, demonstrat nullas capiti eius vmbras peccati adhaesisse; quod, vt notum esset omnibus, Iob mala illius noctis, in qua omnes nascimur, recenset, atque deplorat, nox illa maledicta dicatur, *in qua dictum est: Conceptus est homo*; tunc enim omnium miseriarum principia conflantur, ibi eclipsim passi sunt san-

cti, sicut astra; immo ipse Lucifer mundi Christi praecursor Baptista obtenebratus est. Vnde adiecit Iob [a] miseriam extremam: *Expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis aurorae.* Duobus orbata sit miserrima nox, *luce*, nempe Christo, & *aurora*, videlicet Maria, vt indicaret his duobus demptis, omnes in nocte illa vmbras peccati incurrisse; *surgentis* autem dixit, vt coniungeret omnium lapsum cum ascensu surgentis Mariae, quod alijs verbis dixerat ipsa per Dauidem [b], *Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego, donec transeam.* Surgentis enim est inter solem surgentem, & auroram reciproca nascendi ratio, ita enim ipsa nobis solem affert, vt sol ipsam excitet, & ad nostrum conspectum mittat, decoret, atque exornat. Itaque sol parens est aurorae; ipsa verò mater est Solis. Quid congruentius poterat dici ad Mariae dignitatem; surgit enim sicut aurora Solis mater: at manum porrigit priùs parens eius sol iustitiae [c]. *Homo, & homo natus est in ea: vn hombre, que es hombre, en quanto es hijo suyo es otra vez hombre; quiere dezir Padre della.* Hinc orta difficultas vtra ne prior affulsit mundo, lux, an sol: Facilè responderi posse putas: nam si sol fons est luminis, à sole filia eius lux ortum habuit. Sed contrarius est textus, in quo reperies, qua die creauit Deus lucem, nondum in rerum natura erat sol (quae autem lux ista fuerit quoad substantiam, subiectum, qualitatem, & finem, mitto ad Theologos disputandum.) Fuit igitur prior lux, & quasi aurora surgens Mariae sanctissimae symbolum (vt alibi expendisse memini;) vide tamen, quid de ista luce dicat Veritas: *Diuisit Deus lucem à tenebris. Luego diò de mano a las tinieblas, y al rayar en el esta aurora, la mano, y brazo de Dios dio del codo, y de mano a la culpa, y aporto las tinieblas.*

el auiso que se da a las aues del vecino sol dexan sus nidos

20\.

dos sacuden plumas, y bruñen, y aparejan sus picos, y entonan sus dulces, y acordados gorgeos, sacude la tierra la melena helada, y abrasanse las cumbres con llamas de fuego, y todas las criaturas despiden frio, y sueño, y se rodean del brasero de oro del sol, que sale: surgentis aurorae.

a Cap. 3. 9.

b Ps. 140. 10.

c Psal. 86. 5.

Discursu de Mariae natiuitate.

Pulchra vt luna: ella es la perfecta. Nam id dicitur pulchrum, quod perfectum, sicut imperfectum foedum dicitur; *Imperfectum meum viderunt oculi tui*: igitur concipitur Maria *sicut luna perfecta, pulchra*, nulli mutationi obnoxia *in aeternum. Electa vt sol*, hoc est, electa quasi sol, sola, vna, & singularis: *escogida como sola, o, como sol, que es lo mismo.* Sed non sicut sol iste electa dicitur. Nam, vt notauit Augustinus, solem istum formica secundùm gradum vitae superat in perfectione; igitur electa dicitur sicut sol iustitiae, non eodem, sed pari, & simili modo: vt sicut ille per naturam impeccabilis est, & ratione diuinitatis assumpta humanitas nequit peccare: simili modo praeseruata fuit Maria; quia assumpta erat in matrem Dei, & quod in ipsa fuit natura, in Maria fuit priuilegium. Verumenimuero non iam electa dicitur, sed praelecta; *elegit eam Deus, & praelegit eam.* Vulgò dicitur: *Mas vale aquien Dios ayuda, que aquien mucho madruga.* Vtraque tamen habuit Maria: nam *adiuuit eam Deus*, & manè vigilauit, vt eligeret, & praeligeret, & non potuit imprudentem electionem facere, nam Deus elegit, nec errauit in electione: errare autem videretur, si absque macula non elegisset. Nam vel non potuit, vel noluit; nemo inficiabitur non potuisse: dices tamen, potuit, sed statim, & in puncto excitauit, & porrexit manum. Rogo cùm omnipotens manus ad hoc punctum peruenit, potuit progredi vlteriùs in praeseruanda Virgine? Vide, quid dicas, ne de punctis decertes cum Deo;

21\.

Sola pulchra, sola electa Maria sine macula sicut Christus.

Cant. 6. 3.

22\.

Formatur ratio.

 si

si negas potuisse, erras; quia infinitus est, & infinito nullus (ait Mathematicus) terminus, nullum punctum præfigi potest: blasphemat igitur, qui negat potuisse, vel saltem omnipotentiam diuinam puncto claudere temere audet, quòd transilire non possit. Dices tamen, potuisse fateor, noluisse assero, solum hoc effugium tibi supererat; præcludam tamen probando si semel elegit, voluisse hoc. Electio namque (vt à turri Dauid sacræ Theologiæ arma sumamus, doctrina nempe Aquinatis) & actum intellectus, & voluntatis adæquatè prærequirit: ille namque videt, consilium dat, comparat media fini; voluntas verò conclusionem consultationis eiicit, & amplexatur; hoc præ illo volo. Simili modo (licèt seuera & rigorosa electionis ratio procul abest à Deo) elegit diuina mente, & ardentissima voluntate; ergo si hoc non elegit, ideo fuit, vel quia defuit sapientia, in quo taxas infinitam sapientiam, vel quia defuit voluntas, in quo minuis immensam bonitatem; igitur si consensere simul infinita bonitas, & infinita sapientia, ex præconsultatione ista noluisse Deum audes affirmare? Vnde benè concludit Anselmus: *Si voluit, potuit, si potuit, voluit*; ergo electa vt sol.

23. *Terribilis vt castrorum acies ordinata.* Sic donis, & gratiis instructa, vt faces summiserunt Angeli, homines, & dæmonia, omnes denique sancti, & hanc vis tu fuisse mancipium dæmonis aliquando? Gratulantur igitur illi, & victoriam decantant, *palmam, palmam*, ingeminantes palmam, *date, nam statura tua assimilata est palmæ*; tu tota tam corpore, quàm anima ex palmis, & victoriis composita videris victrix in conceptione, victrix nascendo, victrix concipiendo, victrix in partu, victrix in vita, victrix in gratia, victrix in morte, & gloria. Illa ergo sic munita, sic instructa, sic triumphare consueta, & ad vincendum nata primitias suæ fortitudinis, & sanctitatis concessura erat ei, à quo tot victorias, & triumphos reportauit.

24. VIII. Sed tamen non facile discernam, vtrùm conueniens sit tacitam relinquere hanc causam, & conticere, vel silentium indicere contraria sentientibus: sic enim ardentiora desideria gloriæ Marianæ magis, ac magis augentur, & deuotio præsens non minor videtur, quàm subsequens fieri obsequium, si de fide certum, ac definitum esset. Quæ similis esse videtur quæstio ei, quam agitat Augustinus: rogat enim, qua nam iudicanda est maior misericordia, venisse Deum, cùm ad nos homines venit; vel diutius tardasse, vt opportunam occasionem expectaret. Respondet ipse facile, venisse maiorem fuisse pietatem. Sed rogo, ad quid venit? vt redimeret, quos amabat; & ex quo amabat eos? ab æterno. Igitur amor iste coæternus fuit ipsi Deo, atque adeò ab æterno desideria ista, & amorem in seipso continuit: *Charitate perpetua dilexi te*; frænauit tamen infinitum, & antiquissimam amorem, vt opportunitatem expectaret. Vrget ergo modò, difficultatis eiusdem, vel maioris pietatis fuisse non venisse, atque venisse. Pari ratione in dubium verti potest, quid erit deuotioni Virginis congruentius, vt veritas ista decernatur, an non? fac enim diuino oraculo certiores fieri à fide Petri, & tamquam de fide stabiliri; certè ingens, & inauditus esset totius Ecclesiæ plausus. Sed semel captiuatis mentis oculis in obsequium fidei finis rei finem fortè pietatis faceret, & teporem induceret. Sit igitur libera fides, sit sine fræno deuotio; quia dum frænatur, crescit desiderium, & dum exercetur, expectationis pietas augetur, & tandem fiet, vt longa expectatione, & fide tanti mysterij præscribat, & quod non obtinuit per sententiam, obtineat per perseuerantiam & præscriptionem. Quo argumento redarguit hæreticos, & Iudæos Petrus Chrysologus [a]; *Humanæ leges intra triginta annos litigiosas omnes interimunt quæstiones, & Christus circa quingentos annos natiuitatis sua causas præstat: ortus sui lites patitur? status sui sustinet quæstiones? Hæretice desine iudicare iudicem tuum, & adora in cælis Deum, quem Deum Magus adorauit in terris.*

NOTA. Rem omnē clausit breuissimis verbis Virgo ipsa suam sanctam Brigittã alloquens lib. 5. reuelatio. in fine. *Scito, quòd conceptio mea non omnibus nota fuit*; quia voluit Deus, quòd sicut ante legem scriptam præcessit lex naturalis, & electio voluntaria boni, & mali, & postea veniret lex scripta, quæ cohiberet omnes inordinatos motus; sic placuit Deo, quòd amici sui piè dubitarent de conceptione mea, & quilibet ostenderet zelum suum donec veritas clarescerer in tẽpore præordinato.

a Serm. 145.

NATIVITAS.

NATVS IN CHRISTO NOVVS HOMO in assertoris sui cognitionem vocatur, & in amorem inducitur.

INSTITVTIO III.

25. MAGISTERIO quippe diuino processus humanæ virtutis tuæ verbis suis Paulus promouet, & post lectissimam Virginem regeneratricem matrem Christum prædicat, Christum personat, Christum ipsum induere inuitat: *Renouamini, & induite nouum hominem, qui secundùm Deum creatus est. Induite vos Iesum Christum, iste quippe est nouus homo, quo vniuersi credentes debemus indui, atque vestiri; quid enim in homine, qui à Saluatore nostro assumptus est, non nouum fuit?* Quare cùm Christi mei dignitas omni laude superior, omni præconio maior & felicior sit, tanti negotij auctorem, & patronum Ambrosium mihi delegi, qui [a] strictim, atque summatim, quod ad tuam institutionem præstat, complexus est. *Hoc caput* (inquit) *custodite; nemo enim potest perire, cui non sublatus est Christus; est caput, & summa studij, atque operis nostri, summa*

Ephes. 4. 25. Hieron. Rom. 13.

Dignitas Christi Domini ineffabilis.

a Serm. 20. in Psal. 118.

CAPITA INSTITVTIONIS.

ma spei, summa virtutum. Et primò nomen *capitis* eius dignitatem exprimit, quam si ex diuinitate consideras, tribus verbis Augustinus copiosissimè collegit: *Deus, cuius lex est veritas, cuius res charitas, cuius modus æternitas.* O quàm vera loquutus! ô quàm solicitè nos atque ardenter amauit? ô quàm sine modo ad omnem æternitatem bona duratura promisit! Verùm quia de Christo homine loquimur, caput est in primis Ecclesiæ, non tempore solùm, sed electione, & voluntate diuina. Loquatur Paulus: *Qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam.* Nam quod priùs in animali natura molitur, est caput, ex quo totum corpus inde connectitur. Sic gratia Christum præstruxit, gratiæ & gloriæ caput: & sicut *primitiæ dormientium* dicitur, quia eo suscitato omnes reduces ad vitam erimus: sic omnis dignitatis, & principatus caput, & principium est Christus: *Ego principium, qui & loquor vobis.* Vnde etiam secundò ex dignitate caput est; *tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis;* vnctio enim manifestissimum signum erat Spiritus sancti illapsi, & inditi, vt aiebat ad Saulem Samuel, *Et insiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis.* Vocat tamen vnctionem lætitiæ, vt discas nullam veram esse lætitiam, quæ gratiæ effectus non sit, & puræ conscientiæ, sicut notauit Thomas, eiusdem Spiritus sanctificantis esse munus consolandi, ne veram consolationem æstimemus, vbi Spiritus abest, aut eius sanctitas: & Paulus inter fructus eius refert gaudium, & pacem. Ait ergo Dauid, *Deus Deus tuus vnxit te: elDios, Dios tuyo,* vt intelligantur duæ personæ; sed secunda dicitur sua, quia ipsi vnita est humanitas. *Tuus:* nam si tuus erat, quomodo tibi omnem plenitudinem non conferret gratiæ, & gloriæ, quæ est perfectæ lætitiæ vnctio, qua perfusa, & delibuta fuit anima eius. Tertiò caput est; quia perfectam totius orbis habet gubernationem, maximè ad supernaturalia opera, & influit in omnia membra. *Qui benedixit nos omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo.* Ideo Ambrosius [a]: *Omne donum gratiæ Dei in Christo est, & si quis sine Christo benedici se à Deo putat, errare se sciat.* Ex hac dignitate capitis duas non leues pensiones persoluit. Prima est causam fuisse tam gratiæ, quàm fidei, quam Deus antiquis, & omnibus, qui nunc sunt, & fuerunt, impertiuit. Sicut enim in partu Thamar, Zaram brachium extulit, & retulit intrò, & certum erat brachium virtutem capitis habere nondum editi: sic Christus in ventre æternitatis, & in sinu Patris adhuc delitescens ea, quæ iam in tempore erant membra sua, vegetabat gratia, vouebat influxu, viuificabat Spiritu. Vnde summa nostra felicitas est, &, vt cum Euangelio loquar, *optima pars,* & quidem necessaria erit, si Christo tamquam capiti adhærere curamus, ita vt *inter Christum, & nos,* ait Chrysostomus [b], *nihil sit interstitij:* nam si vel tenuis locus ensi detur inter collum, & caput, quid subsequetur inde, nisi mors? Secus verò, vt ait Ambrosius, *nemo potest perire, cui non sublatus est Christus.* Secundam pensionem pro membris suis persoluit: nam sicut quidquid ab vno membro turpe, vel absonum fit, aut deforme, caput est, quod pudore suffunditur: ita Christus ignominias, mortem, & alapas tulit, quibus nos dignissimi eramus. *Sed quid mirum* (inquit Bernardus [c]) *si caput pro membris accepit curationem, quam tamen in seipso non habuit necessariam? nonne & in membris nostris sæpe pro vnius infirmitate alteri adhibetur curatio? ita hodie pro totius corporis putredine cauterium quoddam infixum est in capite. Et, quod his omnibus absurdius est* (inquit Nazianzenus [d]) *ipsummet etiam peccatum, & ipsamet maledictio; tamen si falsò nominatur, nimirum, vt tanto humilitatis edito argumento nos ad animi summissionem, quæ sublimitatem parit, instituat: paraque alçassemos cabeza, abaxò su cabeza.* Et propter hanc nostri causa susceptam demissionem despicabilis, & comprehensibilis efficitur? *ac mihi velim ignoscatis affectum quemdam humanum rursus sentienti. Ira & mærore impleor propter meum Christum* (vtinam ipsi quoque simul doleatis) *eum hac de causa contemni, ac pro nihilo haberi conspicio, propter quam eum maximè honorari par erat. Verumtamen* (quia caput est) *omnia fert, omnia excipit. Et quid mirum? alapas tulit, sputis aspergi sustinuit, propter gustum meum fel gustauit.* Vide quantas indignitates tam dignum caput sustinuit: *est enim caput.*

Summa studij. Oportebat enim hominum desideria, quæ in amorem rerum mortalium diffluebant, à circumferentia ad centrum reuocare, ibique figere mentem, & voluntatem, vt omnia in centro melioris sunt conditionis, & in Christo omnia illustrantur, & in eo sunt omnia. Ideo qui Christum sequebatur, egregiè dixit, & acutè ponderauit Rupertus [e]: *Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Nam est vox animæ quiescentis in desideriis, & studiis suis: hoc profectò dicat homo fidelis, qui tædium*

Ephes. 4. 16. — Hebr. 1. 4. — Psal. 44. 8. — 1. Reg. 10. — Ephes. 1. 3. — a In ad Ephes. 1. — b Citatus alibi. — c Serm. 3. in circumcisione Domini. — d Orat. 31. — e In cap. 14. Ioan.

Dei descriptio. — *Caput Christus.* — *Vera consolatio.* — 26. — *Optima pars nostra Christus.* — *Caput Christum nihil inter nos & ipsum interponatur.* — *Pudorem culparum nostrarum Christus pertulit.* — 27.

Digitized by Google

patitur præsentis, & amorem habet futuri sæculi, qui diligit Deum, & hoc nequam fastidit mundum. Nam, vt Ambrosius [a] ponderauit, non facile est in monadem cogi, & in vnico Christo desideria innumera in summam colligere. *Tuus sum ego, saluum me fac:* sic potest dicere, *sufficit nobis*; quia sic auidissimi sumus, vt Deus ipse nobis minimè sufficere videatur: vnde enim putas sic deperditè amare creaturas, nisi vt varietate rerum defectum substantiæ suppleant; *facilis vox, & communis videtur, sed paucorum; numquid hac voce vtitur auidus pecuniæ, honoris, & potestatis.* O vtinam posset dicere auarus, *Tuus sum ego*, sufficit mihi Christus: *multis non satis est Deus ipse, & quidem pluribus. Tanti populi, tantæ nationes, tanti diuites paupertatem putant Domino seruire, & qui supra omnes est, illis exiguus, & angustus est, illis non est satis Dei filius, in quo sunt omnia.* Quorsum enim putas, tot nomina habet (inquit Nazianzenus [b], & Clemens Alexandrinus [c]) nisi quia summa est studij, & quod perfectissimum est, ex perfectione habet multum multis esse, & multiplici varietate munerum infirmitatem nostram subleuare: *Verbum omnia est infanti, & pater, & mater, & pædagogus, & altor.* Et Nazianzenus: Benè dictum, *Qui videt me, videt & Patrem meum: qui enim filium cognouit, Patrem quoque cognouit; ac breuis, & compendiosa, facilísque paternæ naturæ declaratio est filius.* Deinde nomina, & munera nostri causa suscepta enarrat, est enim *summa studij*: nam & peccata à desiderio initium habent, & in desiderio manent; quia numquam explentur. Hoc existimo Paulum intellexisse, cùm diuites damnat auaros, *qui volunt diuites fieri*; non dixit, qui sunt (pauci enim & ægrè diuites sunt) sed qui volunt, vtique plurimi: hi ergo, qui à desiderio incipiunt, in desiderio desinunt: nam ideo addit, *incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & in desideria multa: comienzan la jornada con desseo, en ella no ganan sino tentaciones, y condenacion, y para toda su ansia en mas desseos.* Inde enim prouenit, quod sapienter notauit Gregorius, vt solus appetitus, & desiderium delectet; possessio verò fastidium generat, experimentum cognitionem parit vilitatis rerum. D. Gregrius [d], *Hoc distare fratres charissimi, inter delitias cordis & corporis solet, quòd corporales deliciæ cùm non habentur, graue in se desiderium accendunt; cùm verò auidè eduntur, comedentem protinus in fastidium, & satietatem vertunt: at contrà*, &c. Probat enim Bernardus [e] delectationem totam huius vitæ in desiderio solùm consistere. Ideo Christus seipsum summam non rerum solùm, sed studiorum effecit, *summa studij.*

Tuus Christus diligendus.

Verbũ omnia est nobis.

28. *Summa studij.*

[a] In Ps. 118. ser. 11.

[b] Oratione 36. prope finem.

[c] Lib. 1. Pædagog.

Ioan. 14.

1. Tim. 6. 9.

[d] Hom. 36. in Euang.

[e] Ser. de primordiis, mediis, & nouiss.

29. *Summa operis nostri*; quæ omnia vno verbo complexus est Paulus, sed ponderauit multis; *ex ipso vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio*; quem locum ita intelligo cum D. Thoma [f]: Si considero quid pharmacopolæ agunt in distillatione auis, aut aquæ subtilissimæ; remanent enim ossa, & quæ crassiora sunt, vt tenuissima substantia ægroto facilè, & sine fastidio inferatur. Itaque est auctor Christus veræ sapientiæ, veræ, inquam: nam non frustrà prophetatum: *Ecce dedi vobis Doctorem iustitiæ*; vel, vt alia lectio habet, *distillatorem iustitiæ: magna igitur artificis misericordia fuit* (inquit Augustinus [g]) *sciebat enim, quia si eligeret philosophum, diceret sapiens: Sapientia mea electa est, veni tu, qui nihil habes, nihil nosti, sequere me, dimisit retia piscator, & factus est diuinus orator.* Hæc est vera sapientia distillata, & separata ab humana in Christo. Bernardus similiter [h]: *Factus est nobis sapientia in prædicatione, iustitia in absolutione peccatorum, sanctificatio in conuersatione, quam habuit cum peccatoribus. Vbinam, quæso, vera prudentia, nisi in Christi doctrina? vnde vera iustitia, nisi de Christi misericordia? vbi vera temperantia, nisi in Christi vita? vbi vera fortitudo, nisi in Christi passione? summa vtique fuit operis nostri.* Ego verò solertiori ponderatione pensandum puto, quòd nostra *redemptio* factus sit: nam hoc solo verbo torqueri se diuino amore fatetur Paulus, *charitas enim Christi vrget nos: æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt*: æstimantes hoc, & qua trutina, ô Paule, poterit hoc perpendi, aut quantum amoris rependi? Certè duobus potest aliquo modo à nostra tenuitate fieri redamatio. Primò, vt ait Paulus; *ergo omnes mortui sunt*, hoc est, vt explicat Thomas, *omnes mortui esse debent vitæ veteri, seseque mortuos æstimare, vt non sibi, sed Christo viuant.* Secundò, vt ait Chrysostomus [i]; sicut amor turpis vrget amantes, vt etiam de turpitudine glorientur, & imaginem expressam dilectæ suæ præ manibus in chirotheca fuerint; ita nos vrget charitas, vt vbique mortem Christi nostri referamus, & ignominias memoremus, ne erga nos iacturam fecisse honoris putetur, qui infamiam, & ignominiam nostri amoris causa subiit: vt eleganter ponderat Tertullianus [k] contra illum, qui negabat Christum esse Deum propter passiones, & dolo

Summa operis nostri Christus.

Redemptio nostra Christus.

30.

1. Cor. 1. 30.

[f] Hic.

[g] De verbis Domini, Ser. 59. tom. 10.

[h] Ser. 22. in Cant.

2. Cor. 5. 14.

[i] In imperfect. hó. 35.

[k] Lib. de carne Christi.

Digitized by Google

& dolores, quos obiit voluntariè. *Parce vnicæ spei totius orbis, qui destruis necessarium decus fidei, quodcumque Deo indignum est, mihi expedit, saluus sum, si non confundar de Domino meo, qui in me, inquit, confusus fuerit, confundam & ego eum: alias non inuenio materias confusionis, quæ me per contemptum ruboris probent bene imprudentem, & feliciter stultum; natus est Dei filius, non pudet, quia pudendum est; & mortuus est Dei filius, prorsus credibile, quia ineptum; & sepultus resurrexit, certum est, quia impossibile erat.* Quid enim superaret amor, nisi impossibile, quid conderet amor, nisi ineffabile, quid ageret amor, quod non credibile, miniméque infame esset iudicandum; quia amatorium erat, quod agebat: hac de causa aliis relictis cum Samsone Christum comparantem Dragonis Episcopi sermonem subiiciam. *O fortissime Samson* (inquit [a]) *quàm etiam dilectæ, & non diligenti te ad vltimum non celasti, vt inimicam verteres in amicam; in tantum amasti mulierem, non amantem te, sed persequentem, vt propter amorem eius sapientia tua stultesceret, & fortitudo tua infirmaretur; sed quod stultum est Dei, sapientius factum est hominibus, & infirmum est Dei, fortius* (*æstimantes hoc quis dignè penset hoc*, ait Bernardus [b]) *quantæ fuerit humilitatis, mansuetudinis, dignationis, Dominum maiestatis carne indui, mulctari morte, turpari cruce? sed dicet aliquis: Non valuit opus suum reparare absque ista difficultate? Valuit, sed maluit cum iniuria sui, ne pessimum, atque odiosissimum vitium ingratitudinis occasionem vltrà reperiret in homine. Sanè multum fatigationis assumpsit, quo multæ dilectionis hominem debitorem teneret. Quiso mas lleuar al hombre preso ala carcel del amor, que no verle lleuar al tribunal dela verguenza por ingrato: y asi cargole de prisiones de amor:* commoneretque *gratiarum actionis difficultas redemptionis, quem minus deuotum fecerat conditionis facilitas. Quid enim dicebat homo creatus, & ingratus: Gratis quidem conditus sum, sed nullo auctoris grauamine, vel labore: memento iam te etsi de nihilo factum; non tamen de nihilo redemptum.* Quare hoc ipsum alibi æstimans exclamat: *Quid ad hæc dormitat affectio: immo verò mortua est illa, non dormit, quæ huic beneficio non respondet, quæ se totam non effundit in gratiarum actionem, & vocem laudis. Itaque fecit te Deus tuus, fecit tam multa propter te, fecit propter te, & semetipsum, Verbum caro factum est,* &c. *Quid adhuc restat, factus est ipse tecum vna caro, te quoque secum faciet spiritum vnum. Non recedant hæc quatuor à corde tuo, non ab ore, non à memoria, non ab affectione. Aestimantes hoc;* & quid est hoc? *summa operis nostri.*

Quantum Christo Redemptori debemus.

Quatuor in Christo maximè æstimanda.

a Tom. 2. Biblioth. ser. de Sacramẽto Dominicæ passionis.

b Ser. 12. in Cant.

Summa negotij. Innumeris se immiscuerat negotiis homo, proprij oblitus, & salutis causa desertâ, perituris bonis, & litibus incumbebat; at Christus omnia negotia in vnum coëgit, & hoc instantissimè à prima conceptione tractauit. Huic ita intentus erat negotio animas liberandi, vt rogatus Deus à Moyse, quem diceret misisse ipsum ad regem, ait: *Ego sum, qui sum.* Et Ambrosius, *respondit negotium*; quasi diceret, *Ego sum, qui sum.* Sum vtique absolutus, à nemine dependens, & qui cùm intra meipsum eram, vacabam à negotiis: at ex quo *Emmanuel* dictus sum, hoc est, *nobiscum Deus*, iam vestro negotio incumbo. Quare Hebraicè habetur, *ero, qui ero:* attende, quæ ego hominum causa patrabo, indeque nomen meum coniicies, nempe Redemptoris; quia mox ero redemptor populi mei, & hoc est *negotium* antonomasticè, & ego sum *summa negotij:* immo, vt ait Bernardus [c], à magnitudine negotij etiam Gabriel fortis Dei nomen sortitus est. Quare optimè idem Ambrosius coarguit inertiam, & socordiam, si à primo instanti tanto impenso labore tuus Emmanuel negotio incumbit; quid à te in proprio negotio exigit tam vehemens amator, tam solers negotiator? Nam non solùm boni negotiatoris conditiones habet (quas alibi expendi) sed super hoc negotio mirabilia à cunabulis patrauit: vt obseruat in Ephesina Synodo Theodotus Ancyranus [d], *Christus mirabiliter diuina gessit, sed maximè humana professus est,* hoc est, manifestatum est mundo Deum esse, dum diuina operabatur. Sed quod ipse maximè professus est, humanum erat: sicut enim nouitius in cœnobio, & silentio, & secessu, ieiunio, atque labore probatur vsque ad professionem, qua peracta, si doctus est, legit, concionatur, excurrit per oppida, omnibúsque manifestus est; sic Christus Dominus, vtpote qui negotio nostro insudabat, ad diuina patranda miracula tres annos, ad professionem verò nostræ humanitatis triginta elegit. Quare, vt meliùs negotium ageret, siluit, & infans apparuit, recessit ab hominum commercio, ieiunauit, ac laboribus probatus est. Cùm verò iam salus nostra agebatur, quàm clarè loquutus, quàm solicitus ad tribunalia detulit causam, quàm largè stipendia soluit: vnxit manus carnificum, solicitauit Pontifices, pœnam omnem amplexus est, vt pro nobis sententia diceretur; bene ergo possumus illum *summam* 31.

Causam nostram agitauit Christus.

c Hom. 1. super Missus est.

d Oratione quadam.

K 4 negotij

Digitized by Google

negotij appellitare: *vos nos ganastes el pleyto.* Summam istam colligit Bernardus [a]. *Quid vltrà debuit facere, & non fecit? illuminauit cæcos, reduxit erroneos, reconciliauit reos, iustificauit impios, triginta & tribus annis super terram visus, pro hominibus mortuus,* &c. *Quid ergo à te quærit, qui tanta solicitudine te quæsiuit, nisi te solicitum ambulare cum Deo tuo? summa negotij.*

a Serm. 3. in Pentecost.

32. *Summa spei. Hæc vna mihi omnium promissionum causa* (inquit Bernardus [b]) *hæc tota ratio meæ expectationis.* Vna, inquam, prætendat, alter sustinere se iactet pondus diei, & æstus, ieiunare bis in sabbato dicat; sperent in alijs alij, in scientia litterarum, hic in astutia sæculi, ille in nobilitate, hic in dignitate, speret, qui vult in incerto diuitiarum: mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino meo spem meam. Et quare non in alio fidendum, ô Bernarde? quia audiui Zachariam dicentem, *Ex ipso angulus, ex ipso paxillus.* Nam si firmanda est Ecclesia, in Christo tamquam in angulari lapide erecta consistit, & si quid gloriæ, quid donorum, quid salutis dispensandum est ab vno Christo tanquam vasa à *paxillo dependent. Pondrele en alto como clauo de qui cuelgan todas las esperanças de los hombres;* hoc ipsum quasi summam omnium felicitatem per Isaiam prædicat: *Figam illum paxillum in loco fideli, & suspendent super eum omnem gloriam domus patris sui, vasorum diuersorum genera, omne vas paruulum à vasis craterarum vsque ad omne vas musicorum.* Verumenimuero vt sciatis in Eliacimo non esse fidendum, sed in Christo, audite, quid inde fiet. *Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli, & frangetur, & cadet, & peribit, quod pependerat in eo.* Igitur summa spei nostræ in vno Christo collocanda est; quapropter ne contingeret figere in alio spes nostras, solus ad opera nostræ salutis venit, vt optimè dixerat Iob, & obseruarunt Patres: *Quis potest mundum facere de immundo conceptum semine? nonne tu, qui solus es? vos que sois solo.* & sæpius hoc repetit, *vnus, & solus,* ne contingat errare.

Christus summa spei nostræ.

b In Psalm. Qui habitat. serm. 9.

Cap. 10. 4.

Cap. 22. 23. de Eliacim.

Soli Christo fidendum.

33. Ad hæc Anastasius Sinaita [c]: *Sanè nullus erat, qui huic præclarò operi subeundo satis esse posset, & proinde genus redimeret nostrum: omnes enim peccauerunt. Quis ergo idoneus? nimirum in quem nulla caderet peccati contagio. Quis porrò præterquam solus Deus, immunis esse potest omnis peccati; quando igitur id operis solius erat Dei, nec consummari poterat citra mortem, naturam assumpsit, quæ & mortis capax esset, & afflictionum.* Quamobrem sicut ad liberandum Danielem à leonibus neque Angelus, neque Propheta in lacum ingressus est, vt denotarent opus redimēdi solius esse Dei opus, sic ait Arnoldus Abbas [d]. In Caluariæ monte *optabat quidem Maria ad sanguinem animæ, & carnis suæ addere sanguinem, & eleuatis in cruce moribus celebrare cum filio sacrificium, & cum Domino Iesu (corporali morte) redemptionis nostræ consummare mysterium: sed hoc solius summi sacerdotis priuilegium erat, vt de sanguine munus intra sancta inferret, & in reparatione hominis nulli Angelo, nulli homini cum eo fuit, aut esse potuit communis auctoritas.* Teneo iam, mi Christe, quid ab anima mea requiras, ne vtique aberret ab scopo amoris, ideo cùm eam reuocas ad te, sic ad eam blandè alloqueris: *Vulnerasti cor meum soror mea in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Notat Philo Carpathius [e]: *Vno oculorum, non duobus se vulneratum esse dixit: non autem duobus oculis, neque multis crinibus, vt ne quid, nisi spiritale totum id esse intelligamus, sanctæque concordiæ, charitatis, plenum. Nam cùm duos oculos carnis habeamus, cordis verò vnum, ac mentis, cùm animam ad pietatem adducit, & ad prudentem, ac simplicem rationis visum, rectè in vno se vulnerari, interiori nempe affectu, gaudet sponsus: vnum ergo Deum Iesum Christum amandum, colendúmque sanctissimè illi soli laborandum, parendum, seruiendum, moriendúmque omnino; summa enim est nostræ spei.*

c Biblioth. tom. 1. de rectis fidei Catholicæ dogmatibus lib. 4.

Solus Christus ad saluandum venit.

d Biblioth. Antiquorum Patr.

e In Cant. Biblioth. Antiquorum. tom. 1.

34. *Summa virtutum.* Nam, vt ait Bernardus [f], *incassum proinde quis laborat in acquisitione virtutum, si aliunde eas sperandas putat, quàm à Domino virtutum, cuius doctrina seminarium prudentiæ, cuius misericordia opus iustitiæ, cuius vita speculum temperantiæ, cuius mors insigne est fortitudinis.* Vnde cùm Verbum verus sit animæ pædagogus, cupit, & sedulò studet te ad Christi tui exempla vacare, vt apertè os eius D. Petrus professus est: *Vos autem fratres præscientes custodite, ne insipientium errore traducti, excidatis à propria firmitate;* quod vt facilè consequi possitis, *crescite in gratia, & cognitione Domini nostri Redemptoris Iesu Christi.* Non ad plenam nos cogit cognitionem, sed vt ante oculos eius exempla tamquam documenta rectè viuendi proponamus, & operemur: *secundùm exemplar, quod tibi ostensum est in morte: nam,* vt ait Augustinus [g], *tota vita Christi in terris per hominem, quem gessit, morum disciplina fuit: omnia enim bona mundi Christus contempsit, quæ contemnenda docuit, & omnia*

Omnium virtutum exemplar Christus.

f Serm. 22. in Canti.

2. Petri 3. 1.

Hebr. 8. 5.

g Lib. de vera religione, cap. 18.

nimia mala sustinuit, quæ sustinenda præcepit, vt nec in illis quæreretur felicitas, nec in istis timeretur infelicitas. Sed cùm inuisibilis esset illa Patris imago Verbi, minúsque posset à nobis imitanda proponi, res ita transacta est, inquit Augustinus [a]. *Deus enim sequendus erat, qui videri non poterat, homo sequendus non erat, qui videri poterat: vt ergo exhiberetur homini, quod videret, & quod sequeretur, Deus factus est homo. Quis audiuit vnquam tale, & quis vidit huic simile.* Super quæ verba octauam eleuat vocem Paulus: *Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ; quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, & ipse est caput corporis Ecclesiæ.* Post hæc autem quid superest, nisi iudicium, ideo Ecclesia cùm 35.
maiorem misericordiam Christi memorat, refricat memoriam iudicij, nempe, vt ingratos admoneat; & idem Ambrosius [b], qui summam tanti beneficij collegit, tandem in illa verba boni illius Samaritani: *Quodcunque supererogaueris, reuertens reddam tibi*, ait: *Quando reuerteris Domine, nisi in die iudicij, licèt vbique sis semper, & stans in medio nostri non cernaris à nobis: erit tamen tempus, quo vniuersa caro te aspiciat reuertentem. Reddes ergo, quod debes beatis, quibus es debitor: reddes tamen, & cùm dices: Euge serue bone, intra in gaudium Domini tui*; aleam verò ad supputandam rationem omnium vocabit, & summas omnes in summam colligens, dicet: *Non solùm, ô homo, conceptionem meam, sed & vitam meam, & hoc per singulos ætatum gradus tibi donabo; adiiciens mortem, resurrectionem, ascensionem, & missionem Spiritus sancti: hoc autem ideo, vt conceptio mea emundet tuam: vita mea instruat tuam: mors mea destruat tuam; resurrectio mea præcedat tuam; ascensio mea præparet tuam; porrò spiritus adiuuet infirmitatem tuam: sic enim planè videbis, & viam, per quam ambules, & cautelam, qua ambules, & ad quam ambules mansionem; in vita mea cognosces vitam tuam; in morte autem mea dabo tibi iustitiam meam, dirumpes iugum captiuitatis tuæ, expugnans hostes, qui sunt in via, vt non apponant ampliùs nocere tibi. His autem expletis reuertar in domum meam, vnde exiui, & ouibus illis, quæ in montibus remanserant, & quas propter te reliqueram, reddam faciem meam. Et ne de absentia mea, vel murmures, vel contristeris, mittam tibi Spiritum Paracletum, qui tibi donet pignus salutis, robur vitæ, scientiæ lumen, vitam gratiæ, & sempiternæ beatitudinis præmium.*

a Serm. de natiuitate Domini.

Imitatio Christi.

Coloss. 1. 15.

b Lib. 6. in Luc. 11.

Iudicij ratio exigenda.

D. Bernard. Serm. 2. Pentecost. ante finem.

Summa beneficiorum Christi, & dulcis querela.

VERBVM PATRIS
Gen. 4. vers. 26.

Sed & Seth natus est filius, quem vocauit Enos: iste cœpit inuocare nomen Domini.

Nouus homo nascitur in Christo, à quo vitam, & viuendi sumit exemplum.

DISCVRSVS VII.

1\. ETSI regum Regis summi, præpotentisque Domini Iesu Christi natali omnes præ gaudio sui videntur impotes, & quasi orto iam sole iustitiæ sempiternæ, parietes isti gestire, exhilarari omnia videntur, licèt diuinorum spirituum chori, summum honorem immortali Deo tribuunt, pacem humano generi lætam, atque optatam decantant: ego tamen, ô Homo, incredibilem tibi offero materiam, causámque lætandi. Nuntiatur tibi, ô res noua! natus Deus, verùm hodierna dies natalis est nobis: hodie nascimur, hodie homines recenter efficimur filij Dei, principes hodie recreamur, & quod maius est, dij constituimur. Creauit Deus hominem ad imaginem suam, quam vix factam infecit, & culpa turpauit, defecit imago nobilis, filiatio, & principatus ablatus, ac denique homo nesciuit esse homo: huius autem obliteratæ imaginis instauratio ad Dei filium pertinebat, vt D. Bernardus inquit [a]: tanta enim cognatio est inter nos, & Dei filium, vt si ipse est imago Dei, etiam nos ad imaginem eius facti sumus, eius nempe, *qui est imago Dei inuisibilis*, & omnia per ipsum facta sunt tamquam per exemplar mundi, & Patris sapientiam, vt notauit D. Augustinus [b], & ipse Dominus regali cantu personauit: *In capite libri scriptum est de me*, explicátque ex D. Gregorio bonus quidam Doctor, *De me, in principio Genesis; bene res habet, vt per ipsum omnia sunt condita, ita per ipsum erant instauranda*; quare Verbum Dei negotium suscepit hominem instaurandi, qui ab 2.
esse, & munere hominis deflexerat, vt cum Augustino obseruarunt Doctores, *Sapientia Dei* (inquit) *hominem* (humanitatem) *ad imaginem, qua rectè viueremus, accepit; pusonos delante imagen, y dechado paraque boluamos à ser hombres.* Et

Nascitur homo nascente Christo.

a Lib. de anima, seu in meditationibus c. 1.

b Apud P. Barra. tom. 1. lib. 4. c. 4. Psalm. 39. 8.

Verbum Dei instaurator hominis.

Vide apud P. Magilia. ad Titum 3. v. 4.

Estaua mos tan deshom-

Digitized by Google

brecidos que fue mejor hazernos hombres denueuo. Et Theophylactus, *O rem arduam, & mirabilem, adeò vitiis eramus immersi, vt nulla ratione purgari possemus, sed opus erat regeneratione: nam uerata generatio alteram natiuuatem, nouámque formationem desiderat.*

Vt enim domum ruinosam & planè veterem non fulcimus, verùm ad fundamenta vsque demolimur, nouámque reficimus: sic Deus non superstruxit nos, sed cælitus construxit, & reparauit quodammodo, ne quæras medium spiritus totum transfegit.

Huius renouationis ineundi desiderium statim Deus præbuit argumenta, vt optime ponderauit Bernardus [a]. Nónne aduertis quàm facili negotio post lapsos Angelos, nouos alios creare, & substituere posset? noluit autem, sed irreparabilem ex ordinaria lege reliquit; cùm autem creat pusillum hominem, spem renouationis declarauit: *Propter hoc enim ipse creauit homines ab initio, qui supplerent locum illum, & ruinas Hierusalem restaurarent; at verò hominis vice nullam postea condidit creaturam, intuens ex hoc ipso redimendum adhuc hominem, quippe quem supplantauit aliena malitia, ideoque prodesse ei potest charitas aliena.* Huius tamen operis exordium, auctorem Christum, officinam præsepe, & stabulum, nec non nouam natiuitatem nostram futuram esse per Christum, liber ipse de mundi ortu testatur; in quo vbi designantur aliarum rerum artifices, caulæ, & tugurij Iabel [b], *Qui fuit pater habitantium in tentoriis* (hoc est, magister pastorum) & Tubal, qui cantum adinuenit [c], *ipse fuit pater canentium cithara, & organo:* & Tubalcain, *qui fuit malleator in cuncta opera æris*; statim cùm de Enos, siue Seth agit, illum quasi nouorum hominum artificem describit. Quare ait Eua cùm filium Seth recens natum videt [d]: *Posuit mihi Dominus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain*, & addit: *Sed & Seth natus est filius, quem vocauit Enos: iste cœpit inuocare nomen Domini.* Vnde tu

Spem renouationis declarauit ab initio Deus.

Præsepium officina renouationis.

a Concio. 1. de aduentu.
b Gen. 4. 20.
c Gen. 4. 21.

Officina & author renouationis.

d Gen. 4. 25.

3. colliges Eua in isto filio, renatum, & renouatum esse Abelem, quia inuocat nomen Domini; nónne Cain etiam obtulit sacrificium? & sine dubio Adam obtulit etiam, & inuocauit Dominum; quare vocas primum, & nouum, & sanctum? Respondet D. Hieronymus [e], Lyranus [f], tempore Enos cœpisse homines idola colere, & statuas erigere (vt Hebræi putant) Soli, lunæ, & stellis simulacra sculpentes, atque eo ipso homines esse desierunt: nam quid est homo, nisi *Deum time*, hoc est, adora, & cole, *& mandata eius serua, & hoc est omnis homo.* Cùm igitur Enos vnus fuerit, qui tunc vnum Deum, reiectis idolis, coluit; primus fuit, qui cœpit esse homo colens, & adorans vnum creatorem, atque adeò nouorum hominum artifex nuncupatur. Ad hoc ipsum natus est nobis Saluator tunc temporis, cùm homines iam homines esse desierant, quod optimè percalluit Augustinus [g], *Quid enim possemus, nisi ipsa sapientia tanta etiam nostræ infirmitati congruere dignaretur, & viuendi nobis præberet exemplum, non aliter, quàm in homine* (in humanitate,) *quoniam & nos homines sumus: puso officina de hazer hombres, y acomodose a el officio; porque quien si no el hiziera esta labor?*

Enos, hoc est, Seth cur cœpit inuocare nomen Domini.

e In quæst. Hebrai.
f Genes. 4.

Eccli. 3. 13.

g Lib. 1. de doctrina Christ. c. 11.

4. Præstat ideo nobis scire Seth insignem fuisse virum, qui timorem Dei filios edocuit, & doctrinam, & disciplinas posteritati commendauit duabus illis tabulis, siue columnis, lapidea, & lignea, quarum meminit Iosephus [h]: igitur cùm filij Cain patri quàm similes in peccatis euasissent, ita Seth, & posteros eius coluerunt, vt illum Deum, illos filios Dei appellauerint; sicque explicat Hieronymus verba illa: *Cùm vidissent filij Dei filias hominum, quòd essent pulchræ.* Cyrillus [a] pariter certum existimat, vocatum fuisse Seth inter nepotes Cain, Deum. Idem Suidas nomen istud *Seth* declarans, quasi primum hominum Dei cultorem diuino nomine insignirent, & ob excellentem iustitiæ, & sanctitatis laudem, & ob inuentionem litterarum, & cælestium rerum, quibus verè homo in esse hominis constituitur. Quare addit textus: *Hic est liber generationis Adam, desde aqui comiença el linage de los hombres.* Quid hoc? nónne ante hoc tempus homines extitere? Minimè (ait Chrysostomus) in quibus enim morum lux, gratiæ splendor, & virtutum specimen non affulget, inter homines non veniunt computandi, *no entran encuenta*; ideo addit: *In die, qua creauit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum*; quasi dicat, sicut creare Deum hominem, nihil aliud fuit, quàm suæ sanctitatis, iustitiæ, & bonitatis, & imperij imaginem effingere, ideo ille hominis natalis est dies, quando vel ille nascitur, vel oritur illi auctor gratiæ, iustitiæ, sanctitatis, & deitatis, & quo magis accedit ad imaginem illam Patris, quæ in præsepio proponitur, eo magis ad primam dignitatem filiorum Dei accedit. Videamus igitur qua ratione id factum est hodierna die: hoc enim inter se aiunt Pastores, *Videamus hoc Verbum, quod factum est.*

h Lib. 1. antiquit. c. 3.

Genes. 6.

a Lib. contra Iulianum.

Gen. 5. 1.

Gen. 1. 27.

Regeneratio hominis.

Luc. 2. 15.

Exiit edictum à Cæsare Augusto. Ante ortum
suum nobis obedientiæ documenta exhibet prophano obtemperando Imperatori, vt in hoc manifestet, qui nascitur se esse filium Dei, Mariam matrem esse Dei, nobilique stirpe natum Ioseph, dum ad nutum obtemperant Deo, & imperatori, & tu obiter videas HOMO, vnde debeas exordia nouæ, & ingenuæ vitæ incipere, noménque filij Dei sortiri, ex obedientia. Ad hoc autem statuo cum D. Ambrosio [b] Augustum hìc vocari mundi imperatorem, cuius minimè habeat imperium: nam nec obtemperabant Armeni, nec regnabat in Gothis, nec eius diplomata obseruabant Parthi, quòd si *vniuersi orbis* Dominus dicitur, id magis fastum, & arrogantiam, quàm verum dominatum ostendit; in hoc autem portendebatur adesse iam orbis Dominum, & Regem vniuersi: *vt scias*, inquit Ambrosius [c], *censum non esse Augusti, sed Christi, totus orbis iubetur profiteri: quis enim poterat totius orbis exhibere professionem, nisi qui totius orbis habebat imperium?* Rogabis tamen, si ille, qui imperat, est æternus pater, quare filius Dei obsequium præstat imperatori Augusto? Immo in hoc eius eximia obedientia ostenditur, dum non parenti optimo solùm, sed vmbræ manus eius, Ethnico videlicet Augusto obsecundat: soli enim vmbræ diuinæ manus, obedire solent filij Dei. *Et missa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me Spiritus, & adduxit me in Hierusalem.* Vide quàm tenui manu, & capillo ducitur Dei seruus *in cincinno*, Lyra, *quantum pugillo potest apprehendi de vna guedeja, o, mata de cabellos*, & à quo ducebatur? à similitudine manus, in qua tamen diuinum impulsum præsentiebat: nam perfectus obediens nec caput, nec faciem, nec hilarem vultum, nec alia signa auctoritatis expectat, ad obsequendum, nisi tantummodo manum Augusti, siue alterius, qui diuinam maiestatem adumbrat, vt ex vno crine in quamlibet partem verti, & circumferri possit: in qua obedientia

5.

Obedientiæ documentum.

b In Luc. ser. de natiuit.

c In Luc.

Prompta obedientia.

Ezech. 8. 3.

6.

Simile. dientia filius Dei dignosci voluit in terra. Sequuntur duos equites famuli, & pueri sui, & contingit spectatores in dubium vertere, cuius equitis hi, & cuius sint illi pueri, id autem liquidò constat, cùm equites discedant, & in diuersas vias diuidantur: sic similiter cùm grata nobis lex, vel superior præcipit, dubitamus, & meritò, obtemperemus ne nostræ, an diuinæ voluntati: nam in his, quæ placent, Deus nobis obsecundare potius videtur, quàm nos Deo. Obserua tamen obsecro, illa opera, quæ à tua voluntate dissentiunt, & minus placent: nam si in his obtemperas, manifestè filium esse Dei eius obsequentissimum manifestas. Erant igitur in Christo Domino duæ voluntates, diuina, & humana, & dum simul incedebant in vtero Virginis, non ita obedientia resplenduit: nam grata erat sedes, amplum domicilium, expetitum, purum, & Deo dignum, tempore nascendi, & aggrediendi iter, ibi eius obedientia patebit: nam cùm obuiaret illi crux, paupertas, nuditas, intempesta nox, quam Pater præscripserat, statim humana voluntas obsecundans asperam viam intrat, amplectitur voluntatem,

Psal. 39. 9. *Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei*, vt discamus salutem nostram, ortum, progressum, & finem ab obedientia sumpsisse, & quod maius est, cùm primogenitus Dei filius, testamento sanguinis sui filios adoptaret, & cohæredes efficeret, hanc voluit conditionem adhiberi testamento:

Hebr. 5. 9. *& consummatus factus sibi obtemperantibus causa salutis æternæ, con essa condicion dexò la saluacion, que solo se de à los obedientes.* Quare autem tanti fecit obedientiam, huius iam causam præmiserat, dicens:

Ibid. 8. *Christus ex his, quæ passus est, didicit obedientiam, & quidē cùm esset filius Dei:* hoc est, quamuis Christus esset filius Dei, pati tamen voluit; non quia tunc disceret obedientiam, sed quia didicit quanta sit obedientiæ magnitudo, excellentia, & meritum, & præmium, vtpote cuius merito paulo pòst se euectum vidit ad summum gloriæ gradum, vt optimè notauit Chrysostomus [a].

a Hic, & Theophyl.

7. *Ascendit autem, & Ioseph in ciuitatem Dauid.* Quorsum Ioseph iterum, atque iterum refricatur nobilitas progenitorum, & præcipuè Dauidis?

Matth. 1. 20. *Ioseph fili Dauid*; ideo nempe, vt discant nobiles memoriam ingenitæ nobilitatis, & hæreditariæ libertatis ad hoc deseruire, vt obliget Deo primùm, deinde regi obedire, & ad hoc deseruire nobilissimi sanguinis recordationem.

Nobiliores decet obedientia.

Tob. 2. 17. *Nolite ita loqui, quoniam filij Sanctorum sumus*; & ille alter nobilis, qui admonebatur, vt vitæ suæ prospiceret, nec pro lege pugnaret, absit hoc à catholico equite,

1. Mach. 9. 10. *absit istam rem facere, moriamur in virtute, & non inferamus crimen gloriæ nostræ:* igitur Ioseph, quia nobilis de domo Dauid, obtemperat imperatori; *ascendit autem cum Maria.* En Dei matrem lectissimam, & in qua recognoscis illam? vtique in obedientia, quam Dei præstat iussis, & præterea, quia præmia obedientiæ reportat, vt caro, mundus, orbisque totus ipsi obsecundet. Hac prima obedientiæ laude commendat illam suus sponsus:

Cant. 1. 9. *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea: sois presta, y veloz, aloque os mando, como lo es la yegua*; & ne itinera aggredi existimeris tuo arbitratu, & non meo, ideo dixi *in curribus*, vbi habenis diuinæ voluntatis facile in hanc, vel illam partem duceris: *bien arrendada, rebuelta, y atenida à obediencia, y mano agena:* & ne putarent te solum Deo, & Angelis libenter obsequi, ideo te comparaui *equæ currus Pharaonis, obedeceis tan bien al profano emparador*: nam Pharaonis equa non ita morigera, & facilis est ad obtemperandum arbitratui aurigæ, sicut tu diuino numini; siquidem à Nazareth tuo comitata Ioseph nullis ruptis vinculis, nullo renuente voluntatis motu pari obsequio Cæsari, ac Deo obsecundas: signum equidem te matrem esse Dei perspicuum, & vt agnoscaris, deinceps hoc tibi primum monile dono: *Murenulas aureas faciemus tibi: que era vno como freno, que trabian las nobles desde la oreja ala mexilla.* Ecce fœminæ nobilitatis insigne, obedientiam, non in conseruando imperio propriæ voluntatis, vestra potentia sita est, sed in obsequendo diuinæ; prophano etiam marito, vel regi obtemperantes estote, & à compare vestro nulla de causa discedatis. *Ascendit autem cum Maria.* Sed ô quàm certum est, quòd vir obediens loquetur victorias, ecce totus orbis fræno pacis, & obedientiæ compescitur in præmium tantæ obedientiæ: nam eo ipso, quòd Imperatrix Deo obsequitur, orbis totus puellæ obsecundans est.

Vide P. Gaspar. Sanchez, & Genebrard. Cant. 1. 11.

Obedientiæ præmium.

8.

De Alcyone aue refert Ambrosius [a], quòd licèt mare intumescat; dum tamen videt alcyonem iam in construendo nido laborare, & ouis incubandi dies venisse, ita repentè mitescere, vt fluctus frænet, compescat impetum, nec ad nidulos, qui in littore sunt, propiùs accedit, donec per septem dies pullos excludit, & per alios septem enutriat, & ea est obedientia (inquit Ambrosius) his diebus, quam alcyoni exhibet mare, vt nauigantes hos quatuordecim dies pacis, & tranquillitatis obseruent, & Alcyonios vocent. O Virgo obsequentissima, si auem reueretur mare, te Deo obtemperantem, non æquum erat orbem, & vrbem, eiusque imperatorem maximum revereri? silent arma, pacis fœdera sanciuntur, & incursus mortalium fluctuum nidulum, & præsepium reuerentur. Vera quidem in moribus doctrina, & experimento firmata, pari passu nobis appetitiones, & affectiones subiici, sicut nos nostris præpositis obtemperamus: nunquam periit adolescens obediens parentibus, numquam in luxuriæ lapsum incidit Religiosus obtemperans, nusquam planctus, & pudorem parentibus excitauit puella obsecundans matri, silet mare, linguas frænat, & compescit petulantium ora, subdita Virgo parentibus: quanto magis lectissima Dei Virgo talem afferens partum, tenellúmque puerum Iesum? Vna denique obedientia essentiam hominis continet: *la obediencia se alça con el ser del hombre, y es turquesa de hijos de Dios. Deum time, & mandata eius serua, & hoc est omnis homo.* Summa (inquit Augustinus [b]) totius disciplinæ: *quid breuius, verius, & salubrius dici potuit?* quicumque enim homo est, hoc est custos mandatorum Dei, & qui hoc non est, nihil: non enim ad veritatis imaginem reformatur remanens in similitudine vanitatis. Et D. Chrysostomus [c] expendens quæ de Iob dicuntur, *vir simplex, & rectus*, docet non ex his describi, quibus alij solent describi, neque hoc dici, quòd duos pedes haberet, & vngues latos: verùm ea commemorari, quæ hominem integrant, immo constituunt; *hoc enim est omnis homo*: id est, rectus homo, & qui diuinam in se similitudinem, & imaginem

a Lib. 5. Exaëmer. c. 13.

Obtemperanti Deo eius sibi passiones obtemperant.

Obedientia quasi hominis essentia, & natura.

Eccl. 12. 13. b 19. de ciuitate c. 3.

c Hom. 5. ad populum in Iob 1. 21.

imaginem bonis tenet moribus, & obedientia, sicut tres istæ personæ, Christus, Maria, atque Ioseph.

9. *Paupertas hominem reformat.* *Pannis eum inuoluit.* Ecce iam paupertas hominem reformat ad imaginem illam, vnde defecerat: quare sine metu, ait Chrysostomus [a], de Christiana paupertate loquamur, quam sicut matrem Christus amat, & amplectitur. *Ingrediuntur diuersorium, non ingrediuntur ciuitatem, paupertas timida inter diuites non audebat accedere.* Probent hoc ipsum panniculi (inquit Cyprianus [b]) *pannis eum inuoluit, ecce in ornatu regio lacinia congeruntur: andrajos, remiendos, centones recasidos*; hoc enim Latinè est, *pannosus homo.* Noua quidem ars, & ratio inueteratum hominem restaurandi, vt pulchrè obseruauit D. Paulus, *Qui propter nos egenus factus est, cùm esset diues*: nam elementa symbola facile inter se miscentur, & vnum in alterum transfunditur; ita de paupere temporali facilis est transitus ad spiritualem pauperem, & Christianam humilitatem: diues enim, & diuitiæ dissymbola elementa sunt, & quæ maximè distant à spirituali viro; vestes enim splendidæ, monilia, & ornatus accidentia sunt, & signa veteris hominis, siquidem hominis instaurator hæc abiicit, & illam nuditatem amplectitur, in qua creatus est primus homo ante peccatum: vnde maximè à Dei proposito aberratis cùm vos nimiùm ornatis: nam gloriamini in pœna delicti, quod est impudentiæ, vel de vetustate inueterati hominis, quod insensibilitatis est, & opus Dei destruitis, qui sanctos vos per indigentiam efficere conatur, dum diuitiis, & opibus abundare, & in amictu splendido fulgere nitimini. Quanam ratione, rogat Clemens Alexandrinus [c], sculptor efformat statuam? non quidem affigendo, sed demendo, ad hoc instrumenta acuta, & lata, vt arte sensim exedendo, & dissecando quod rude est, propellatur, & in similitudinem hominis lignum efformatur, quod si minus credis, intuere manus, & primum summi Dei opus; qua enim ratione statuam illam primam formauit, Adam nempe, tollens vtique costam ab eo, tollens arborem pulchram, tollens paradisum, tollens vnum ex filiis: sic igitur secundo Adamo abstulit domum, diuitias, pannos, & pulchra ornamenta lectuli, & cunarum, quibus abundant tabernacula diuitum; deinde patriam, pacem, quietem, sanguinem, vitam, & halitum, vt vix labiis felle plenis efferre potuerit hæc verba, *consummatum est*: quasi diceret, non alia ratione filij Dei consummantur, quàm cùm omnia consumuntur, sic nascitur, sic moritur nouus homo, nouorúmque hominum parens, inter quos vnum quæramus, & spectemus Iobum, inquit Chrysostomus.

10. Dixerat dæmoni Deus, *Vidisti seruum meum Iob quòd non sit similis ei in terra? has encontrado con vn hombre tu, que andas con lanterna, como el otro à buscar vn Varon?* hic saltem verè homo est, cui dæmon respondit, sit ita verum, sed non omnino apparet quòd homo sit, nec iustus & rectus: nec in hoc mentitur dæmon, inquit Chrysostomus [d], non alia de causa, nisi quia diuitem, & opulentum videt, hunc autem non credit esse verè hominem. *Quemadmodum in exterioribus certaminibus, corpore vigentes, & bone habitudinis athletæ non sic apparent, cùm vestimentum vndique oleo madidum fuerint induti, sed quando illo abiecto nudi in stadia feruntur, tunc maximè spectatores membrorum proportione penitus obstupefaciunt: sic & Iob quando omnibus quidem illis diuitiis circumfusus erat, quis esset, non multis manifestum erat; postquam verò ipsas, velut vestimentum exutus abligata abiecit, & ad pietatis certamina intrauit sic spoliatus, spectatores omnes perculit, vt & ipse Angelorum Dominus super animi eius tolerantia vehementer acclamaret, & victori illi applauderet.* Et hoc ipsum & hodiernum spectaculum, Dei videlicet illius, qui in splendore gloriæ suæ vix à paucis agnoscebatur, *amictus lumine, sicut vestimento*: hodie verò *nudauit Dominus brachium suum*, ait Isaias, *in conspectu omnium gentium*, & quòd homo esset satis liquet; *apparuit enim benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei: mostro ser hombre para padecer, y redimir muriendo.* Sanctus itaque erat Iob ante hæc omnia, ait Chrysostomus, & vndique perfectus sicut statua consummata; *omnia, quæ habebat, elargiebatur*, oculi perfecti, *oculus fui cæco*, perfecti pedes, & *pes claudo*, & totius corporis habitus, & anatomia ad viuum resecata: *tan executada la anatomia de todo el cuerpo, que descubria los huessos, cùm ex ouium suarum tonsura nudos circundedit; non tamen erat illustris, tunc humanus erat; hombre es, algo tiene de hombre.* Quid deesse videtur huic consummatæ statuæ? nihil, nisi loquela; in hoc enim cognoscitur vir perfectus. Loquatur igitur, vt obstruatur os dæmonis impudens, quod dixerat: *Num gratis colit Deum Iob?* loquitur ergo vir consummatæ virtutis: *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc, Dominus dedit, Dominus abstulit*, &c. multas in vno verbo rationes inuoluit.

11. *Naturale est homini paucis contentum esse.* Qui semel nudus natus est, præparatum debet habere animum ad viuendum nude: nihil nobis magis à natura insitum, quam illud, cum quo nascimur, nascimur nudi; nihil ergo magis naturale est homini, quàm omnibus expoliatum viuere. Secunda insuper ratio, si in ipso vitæ ingressu vitam nudi instituimus, cùm iam proximè accedimus ad vitæ exitum, quid opus est indui vestibus, & abundare diuitiis? nam si natura prouida rerum mater perfectissimum suum opus, hominem nudum ad viuendum edidit in terram incommodis plenam, & pauperem; igitur ad moriendum non erit parca nouerca, si diuitias, & vestes vel abstulerit, vel non suppeditauerit. Consequentiam probo: facilius enim est vita decedere pauperem, quàm viuere in paupertate, talis mater me ad viuendum misit nudum, & indigentem; ergo non erit à natura alienum redire in sepulcrum minimè diuitem, sed nudum, & indigentem. Ideo Christus naturæ nostræ reformator in paupertate nasci voluit, vt renascentem hominem doctrina imbuat paupertatis, vt eam quasi matrem virtutúmque nutricem amet ac reuereatur, ita vt in ipsum illa dulcissima verba retorqueat sponsa, anima videlicet, quæ in paupertate Christi diuitias æstimat: *Sub arbore malo suscitaui te, ibi corrupta est mater tua*, vel aliter, *ibi parturiuit te genitrix tua.* O infans, quasi dicat, paupertatis amantissime, sic pauperiem, & labores adamasti, vt paupertas tua sit genitrix, & sub vmbra crucis edidisse te videatur: *ibi parturiuit te genitrix tua.* Cùm eques leuis armaturæ celeri equo rectè insidet, opportunè calcaria adhibet, recto corpore, immoto pileo, & pallio eleganter cursum peragit, dicere

Marginal notes: a In hæc verba. — b Serm. de Christi natiuit. — 2. Cor. 8. 9. — *Nimius ornatus.* — c Lib. pędag. — Ioan. 17. 30. — Iob 12. 2. — d Hom. 1. ad popul. in Iob 1. & 2. *Nitor virtutum in tribulatione.* — Iob 1. 21. — *Paupertas mater est nostra hominis.* — Cant. 8. 5. *De vn buen ginete que se pone bien a cauallo hasta bien en el azara tallaua con linda ayre la venda, se pone derecho sin mudar vn doble la capa ni torcerse vn punto la gorra, dizen, parece que se nascio alli en aquella silla.*

d by Go

dicere soletis: Videtur in sella natus fuisse. Vi-
disti Domine hominem in incessu dissolutum,
inelegantem in motibus, sine disciplina in
actionibus, sine fine, & metu in cursu, onere
diuitiarum impeditum, diffluentem deliciis, su-
perbientem ornatu, in fastu, & cultu immode-
stum, ita vt natiuitatis, & vitæ normam in
præsepio, & in cruce dedisse videaris: *sub arbo-*
re malo suscitaui te, Hebraicè, *destruxi te: al*
punto, que naci deshize el hombre viejo, y trace el
12. *nueuo.* O qualem artem ostendisti, quantam
paupertatem, ibi videbaris denuò nasci: *con tal*
primor, y estremo de pobreza, que parece, que alli
esnacistes: nam nudus in cruce, nudus in præ-
sepio, plorans in stabulo, plorans in Caluariæ
monte, vitæ ingressum, & exitum consecrasti:
& bene docta mater, gratum obsequium, fa-
Luc. 2. 7. ctura existimans *pannis te inuoluit*, sciens velle,
vt tui inopia diuites esse possemus: nam diuites
diuitiis facere frequens, & commune est, inquit
Augustinus; inopia autem locupletare, diui-
num opus est, ideo pauper ipse depauperat
suos, vt sua inopia diuites esse possint, & verè
homines, quod non præstant diuitiæ, vnde qua
die voluit naturā humanam recuperare, inquit
a 3. p. q. 14. D. Thomas [a], fundamenta Christiani hominis
in paupertate iecit. Vide quàm longè absit, vt
opes, & ornamenta dignitatis tuæ accessionem
faciant, vt non hominem te, sed simiam homi-
b Epist. ad Tarnomiū. nis efficiant, vt asserit Nissenus [b]: homo enim
virtutis, & sapientiæ inops, nimisque ornatus,
quid amplius est, quàm simia vestes humanas in-
duta, quam neque sic vestitam hominem appel-
lamus: *assi no os llamamos a vos hombre, si no si-*
mia, no gentil hombre, si no hombre gentil, Chri-
stiani enim definitio ea est, quam docet Nisse-
nus, *vt sit imitatio diuinæ naturæ.* Fit etiam ve-
stro immodesto cultu, vt locus non sit Christo
pauperi in domo vestra, sed omnino nudus ia-
ceat ad ianuam, dum vos splendetis in sericis.
Nimius ornatus damnatur. Simile. Sunt similes equites nostri D. Martino, depicto
quidem, non vero, qui sub militis specie depi-
ctus, & equo insidens, gladio diuidere videtur
pallium, numquam tamen diuidit, nec pauper,
qui ipsi adest, pallio tegitur: ita, Christiani
equites, pro foribus vestris semper nudos pau-
peres video, vósque subuenire suspicor; verùm
quo pallio, qua toga, qua fœminea veste, cer-
tè nulla: semper enim integra manet vestis,
semper superbus est ornatus, certè pietas vestra
picta est & ementita pietatis imago, & cui iusta
Psal. 72. 20. pœna denunciatur; *Imaginem ipsorum ad nihi-*
lum rediges: os dexara Dios como hombres pinta-
dos, no como à Christianos verdaderos: Christia-
nos enim, & quos aliena frangit miseratio, sic
Psal. 40. 2. definit Dauid, teste Chrysostomo: *Beatus, qui in-*
telligit super egenum, & pauperem; vbi alij le-
gunt, *beatus qui intelligit Deum pauperem.* Te-
neo Domine, teneo, & intelligo quorsum pau-
pertatem amas, incipis esse simul homo, & pau-
per, vt nouus homo in paupertate discat verus
esse homo.
13. *Et reclinauit eum in præsepio.* Vera iam glo-
ria, vera dignitate honestare vult hominem,
quod vt faciliùs obtineat, superbiam mundi
priùs deiicere contendit, mirabili ista humilia-
tione, *quia requiescet manus Domini in monte*
Isai. 25. 10. Deuicit superbiam Christus in præsepio. *isto: vna grande hazaña hara Dios, y lequedara*
el braço sano; & triturabitur Moab sub eo, sicu-
ti triturantur paleæ in plaustro, & extendit ma-
nus suas sub eo, sicut extendit natans ad natan-
dum, & humiliabit gloriam eius: yo me humilla-
re; pero aparejase la soberbia del mundo, que hoy
ha de fenecer: paja, y heno hombres mortales, y os
baxare la cresta con el trillo de my humildad:
ego conteram, & comminuam honores, vt
nulla firmitas, nulla securitas sit in illis maior
quàm illa, quam inuenit in aquis natans, qui
fluctus appetit, & amplectitur; ipsi tamen lu-
brici, & effluentes conatum natantis eludunt,
braccareis, y porfiareis, y no alcançareis nada;
porque yo de trillado las honras, y no hay firmeça
en las dignidades. Quorsum tamen Domine vo-
lens deprimere elationem humanam, paleas
eligis, & tribulum? Ideo, inquit, vt sicut gra-
num inter paleas, sic veritas inter vanitatem
rerum elucescat, & vt credant homines cùm in
dignitate proficiunt, cumulum palearum con-
gerere; sic ædificat regnum Pharao lateribus ex Gen. 49.
luto, & paleis compactis. Vide quam firmita-
tem habent altæ sedes, & dignitates fasciculo
tritici comparantur, & quia sublimior visus est
manipulus vnus, reliqui omnes in illum lethali
odio desæuiunt. Et quare contra Moab sic sto-
macharis? Meritò quidem, quia hominem, quem
ego ad summos honores creaui, mundus, &
caro abiecerunt, & obscurarunt. Habet comes Simile.
quidam principem filium, quem hæredem san-
guinis, & splendoris nobili matrimonio iunge-
re iam proximè meditabatur, dum ecce diuer-
tens ad pagum rustici filiam adamauit, & ipsi
turpiter adhæsit. O nefas! ô monstrum! en ira
turgidus parens non solùm à se filium, & vxo-
rem propellit, sed cùm opus sit illac præterire,
fugit rusticos, & alia via incedit. Nescio ô ho- Odit fastum nostrum Christus.
mo quantus sis, cùm te terrenis immisces, &
humanos honores, atque delitias amas, rustica
vitia auidè quæris, ardet ira tuus parens, & non
in te solùm excandet, sed etiam in paganos,
mundum, & carnem; ideóque veniens in mun-
dum, alia via incedit, fugit honores, diuitias,
amplas domos, & supellectilem, ne contingat
nefarios istos offendere in itinere, ideo sedem
in præsepio, matrem in fœno, sponsum in sta-
bulo collocat, *humilians gloriam eius.* Ecce quo-
modo non vacat mysterio, quod subdit:
Et reclinauit eum in præsepio; volens enim 14.
exaltare hominem, demittit se vsque ad stercora Luc. 2. 7.
vt (de more suo) de stercore erigat pauperem, Exaltatur homo in Christi humilitate.
vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ te-
neat; & quia hac sua demissione abiectissimum
homuncionem erigit, & exaltat, quod aliter fie-
ri non posset: nam si Gigas velit puerum super
tecta tollere, opus est, vt se demittat, & supra
se tollat, & sua ipsa mole, & proceritate eleuet:
sic etiam altissimus ille Dei filius volens homi-
nem ad Angelos, ac Patrem ad cæli sedes eleua-
re, seipsum exinaniuit, extenuauit, & abiecit,
& sua ipsa eminentissima dignitate, & personā
ad summam celsitudinem euexit. *Deus, qui di-* Ephes. 2. 4.
ues est in miseratione, conuiuificauit nos in Chri-
sto, & conresuscitauit, & consedere fecit in cæ-
lestibus in Christo Iesu: oportet autem, vt puer
ipse sic eleuatus, & terrena despiciat, & cæle-
stia tenere, & arripere conetur: ideo D. Petrus 2. Petr. 1. 4.
addit, *Magna nobis, & pretiosa promissa dona-*
uit, vt diuinæ essemus consortes naturæ, non com-
municantibus nobis eius, quæ in mundo est, concu-
piscentiæ desiderij. 15.
Ecce euangelizo vobis gaudium, &c. quia natus Luc. 2. 10.

est vobis hodie saluator. Est ita ingratus mortalis homo, vt opus fuerit diuinam illi euangelizari Verbi naturam à Ioanne: *In principio erat Verbum*; & cælesti nuncio prænuntiari: *Ecce euangelizo vobis, natus est vobis*, vobis, vobis, & ex vestra carne. Videte quali debeatis præsultare lætitia, quem vt æstimetis, vt par est, quasi cum æmulatione dixi, *vobis natus*: optaret enim Angelorum natura ita sibi proximum, & cognatum habere Deum, quod (ni fallor) summus Pastor Ecclesiæ significauit de nobis loquens, *in quem desiderant Angeli prospicere*: quod non tam de desiderio videndi Verbum intelligendum puto; iam enim eius diuinissimo aspectu fruuntur, & expletur eorum desiderium infiniti boni fruitione: at videntur cupere propiùs videre, & sibiipsis proximiorem, & cognatum, vt nempe Angelus esset, non homo: cognoscentes enim immensam hominum dignitatem, quæ nobis ex hac cognatione accessit sine imperfectione, sine inuidia, sed eximia charitate ardentes naturam suam in verbo videre, sicut modò vident humanam, auidissimè desiderant, vt discat ingratus homo tantam æstimare dignationem, & donum. Quare post verbum *vobis*, addit *saluator*, id nempe quo indigebat homo, & quod maximè peccatores permouere debet: nam si Pharaonis filia miseratione frangitur, videns paruulum Moysem in fiscella scirpea, *cernénsque in ea paruulum vagientem miserta eius ait: De infantibus Hebræorum est hic*: & cum alieni generis esse agnouit, & admonita a sacerdotibus, & satrapis infantem illum vniuersi regni ruinam moliturum, non obstant quominus illum nutriat, & adoptet in filium, & regni hæredem velit constituere, vt vos, ò mortales, infantem illum; quia paruulum, quia pannis inuolutum, quia positum in præsepio, annuntio, à quo non ruinam, sed salutem expectare iubeo; *quia natus est vobis saluator*, qui vobis proximior, & cognatior quam nobis est: *Verbum enim caro factum est.* Hunc non suscipitis, hunc non colitis, hunc non amatis? Quamobrem, vt Iudaicam istam ingrati animi notam a tuo corde hodierna die (ò mi homo) auellam, quasi posthumum filium, & qui parentem optimum ante amisisti, quam cognosceres, instruere breuiter conabor, & qua ratione debeas tantum parentem, & naturæ innouatorem colere, paucis ostendam.

Quanta est hominis dignitas ex Christi incarnatione.

1.Petri 1.12.

Optaret sibi natura angelica quod humana consecuta est Deum.

Exod. 2.6.

Summa, extendus nobis datus & natus Christus.

Ioan. 1.14.

16\. Vult namque Christus, Dei filius, & Patri consubstantialis, hodie prædicari à Ioanne. Quorsum? vt confundat Arrianum? Eunomium? & alios? minimè verò, sed vt tu, qui potes Dei filius fieri, dignitatem tuam discas æstimare: pergit autem, & iubet eius abiectionem, infantiam, pauperiem angelico prænuntiare verbo, vt te ad suum amorem inducat. Sed ò nostram ingratitudinem! *extraneus factus est Christus fratribus suis, & mundus eum non cognouit.* Iudæi scandalum, Gentes stultitiam vocant: tu verò edoctus à Deo æstima *Dei virtutem, & Dei sapientiam*, & pastores imitaberis, dicentes, *Transeamus, & videamus hoc Verbum, quod factum est.* Quare obserua quoties humilia de Verbo Dei decantantur, toties eius diuinitas, & maiestas prædicatur. Concinat Dauid, vel potiùs quæ *dixit Dominus Domino suo*, referat nobis: ideo enim (inquit Augustinus) *Deus factus est homo, vt in illo baptizaretur homo*, & ideo diuersa de Verbo narrantur, *vt mens nostra siue ingrediens, siue egrediens pascha inueniat*, hoc est, siue Saluatorem, vt procedit ex mente Patris, siue ex vtero matris egrediatur, consideremus ibi quod æstimemus, hîc quod amemus inueniemus. *Tecum principium in die virtutis tuæ, &c.* ego te filium Verbum consubstantiale ante tempus in splendoribus sanctitatis genui, consonat vox Ioannis: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*; nec differt vox Pauli, *nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio.* Heus Paule, quare vocas filium, quem Ioannes vocat Verbum? & tu Ioannes, quare nuncupas Verbum, quem Pater genuit filium? Respondeo, Paulum vocasse Verbum filium, vt Verbum istud à verbis Prophetarum distingueret, ad quos multifariè, multisque modis Verbum factum est: tunc autem solùm dicebat Dominus, modò verò cùm non sermonem, sed filium, non promissa, sed facta prædicat, Ioannes vocat Verbum, quod & pastores subodorati sunt; aiunt enim, *Videamus hoc Verbum, quod factum est: veamos como ha cumplido Dios su palabra*; verbum enim apud Hebræos pro facto sumitur. Secundò vocat Ioannes natum ex muliere Verbum, vt sanctissimæ matris honori, & virginitati consuleret, vt sicut prioribus verbis, *in principio erat Verbum*, summam Patris generantis integritatem explicat, & virginitatem diuinæ mentis, quæ Verbum concipit, & parit, ante omnem affectum voluntatis, & summa, & prima virginitate (vt ponderat Nissenus) sic diuinus iste concionator filium eumdem vocat Verbum, vt puritati, & integritati matris consulat: nos enim audito filio communem generationis rationem, & partum cogitamus. Vt igitur talem à Virgine auertat cogitationis formam, vocat *Verbum*, quod cum fœcunditate omnimodam puritatem affert audienti; quod D. Lucas etiam obseruauit: nam ait, *& peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio*: quia (vt notauit Cyprianus) noua conditione, nouo modo peperit; reliquæ enim, quæ non salua integritate parturiunt, sic fatigatæ doloribus sunt, vt opus sit ipsas, & infantes fasciare, & reficere aliena ope, non sua; nostra verò puerpera ipsa *pannis eum inuoluit, ipsa reclinauit.* Egrediamur ergo cum Hieronymo, & Tertulliano, & videamus eisdem verbis explicatam Christi ex Virgine natiuitatem, *ex vtero ante Luciferum genui te*; omnia signa adhibet huius natiuitatis: *tecum principatus*, tecum principes, tecum splendor angelicus, & multitudo Angelorum in die natiuitatis tuæ; dies enim dicitur nox illa, nulla quidem similior æternitati (inquit Tertullianus) in qua filius in illa splendida caligine inenarrabili à Patre gignitur Verbum *ex vtero Virginis*, ante Luciferum, hoc est, *dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet.* Quare Domine diuina humanis misces? & inenarrabilem generationem filij ad præsepe, ad pannos, ad humilitatem deuoluis? vt vos ad amorem inducam, & sicut verba fidem vestram instruunt, ita facta inflamment voluntatem: absurdum enim esset ideo Deum demereri apud homines; quia humilis factus est, vt nos exaltaret, quod ipse ad Iudæos dixit paulo ante mortem suam, dicens: *Principium, qui & loquor vobis*, vbi *principium* nomen esse potest, & est sensus, credite me esse principium, & quòd

Ibid. 8.

Psal. 109.1.

Ibid. 3.

Ioan. 1.1.

Hebr. 1.1.

Luc. 2.15.

17\.

Maria dignitas in Christi natali dignoscitur.

Luc. 2.7.

Psal. 109.3.

18\.

Inflammat nos in amorem Christi natalis.

Vide P. Maldon. Ioan. 8.25.

Ioan. 1. 1.

quòd *in principio erat Verbum*, quod vt credatis affero in testimonium facilitatem istam, & benignitatem, qua loquor vobis: quod enim afferam maius amoris argumentum, quàm cùm ego sim rerum omnium principium, eò me demiserim per amorem, vt vos more vestro alloquar cum discrimine, & periculo iacturæ mei honoris: *quia humilis propter vos factus ad ista verba descendi*: hoc ipsum præstitit veniens in mundum; statim enim mittit ad pastores nuntium, qui eos ad præsepe, ad pannos, ad infantiam contemplandam inuitet. Quid ais Domine, signa ista potius deiectum filium designant, quàm Deum, & Saluatorem? Volo (inquit) etiamsi plures in mea offendantur humilitate, saluos facere seruos meos, qui me in abiectione æstimant, & venerantur. Huius ingratitudinis dolore perculsus D. Gregorius Nazianz.[a] exclamat: *Ira, & mœrore impleor propter meum Christum, cùm cerno eum, hac de causa contemni, ac pro nihilo haberi, ob quam maximè eum honorari æquum erat*; si enim tui causa se demittit, vide quia non demissio, sed amor est, tu gratitudine compensa, quod amor abstulit de maiestate: extollat gratitudo quem amor humilem reddidit; ideo enim amari voluit priùs, vt facile postea

a Oratione 2. de pace.

19. crederes esse Deum: vnde Paulus ait, *Apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nostri Dei*: nulla mentio maiestatis, nullum verbum diuinitatis, sed priùs benignitas ostenditur, vt per amorem ad fidem deitatis ingrederemur. Quod in prima creatione tua egisse obseruo, nempe sumpta terra, & massa illa lutea in manibus suis bonus artifex statuá illam finxit, & posset quidé antequam oculos aperiret hominis diuinas luto illitas manus abluere, sed noluit, quinimo sic luto occupatis manibus oculos aperuit statuæ, & aspicere factorem iubet, vt ponderat Tertullianus[b]: *Considera totum Deum occupatum manu, sensu, consilio, ac prouidentia: para mostrarle à vn mismo tiempo, que era Dios pues le criò, y que le amaua pues abatiò su grandeza, hasta en lodar sus manos*, vt beneficium amorem reuerentiæ adderet. Ita ó Dei homo in hac die, qua nasceris, filiique Dei accipis potestatem, etiam factor tuus se posset in splendoribus sanctitatis fulgentem ostendere, tuos oculos aperit, tunc, quando infans, quando pannosus, vagit & sugit lac Virginis, manus diuinæ luto plenæ sunt, vt non fidem nudam à te, sed charitate vestitam extorqueat: ardeat affectus Verbi incarnati, vbi dignitas eius celsissima prædicatur, & quanto humilior, tanto sit gratior, inquit Bernardus. Hæc opera diuinæ humilitatis decantanda sunt, hæc celebranda (inquit Dauid) in quibus luto manus diuinæ sordent, & meis ærumnis plenus videtur plasmator meus; *Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam*; & quò progressus est amor tuus? *Suscepisti me de vtero matris meæ*. Hæc autem Dei abiectio, quem affectum in anima excitauit? *Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es*. O Domine, quanto exaltasti gloriam tuam hac tua humiliatione, absit, vt à me minus æstimeris, & minus ameris: hoc eodem affectu pastores inter se loquuntur, & cùm audiissent infantem, pannos, & præsepe, inde ad diuina conscendunt, & tractant de inuisendo Verbo Dei: *Transeamus vsque Bethleem, & videamus hoc Verbum, quod factum est*: & tam dignè de Christo loquuti sunt, vt affirmet Hieronymus[c]

Tit. 3. 4.

b Lib. de resurrectione.

Ardeat affectus Christi.

Psal. 138. 3.

Ibid. 14.

c In epitaphio Paulæ.

in eorum verbis dedicatum esse Ioannis Euangelium, *Videamus hoc Verbum, quod factum est, & iam tunc Euangelistæ Ioannis principium dedicarent*: nam, sicut Ioannes diuinitatem, & incarnationem narrauit, ita isti maiestatem in humilitate credunt, & Verbum Dei prædicant, quod pannis inuolutum ab Angelo audierant. *Venit igitur in carne* (ait Bernardus[a]) *& tam amabilem se exhibuit, vt illam nobis impenderet charitatem, qua maiorem nemo habet, hoc exhibuit volens nobilem creaturam recuperare*. Cogita igitur nouum Dei figmentum, quantum debes Domino tuo? *Quod si me totum debeo pro me facto, quid addam iam, & pro refecto, & refecto hoc modo? nec enim tam facile refectus, quam factus; cætera enim dixit, & facta sunt: at verò, qui me tantùm, & semel dicendo fecit, in reficiendo profectò, & dixit multa, & gessit mira, & pertulit dura, nec tantùm dura, sed & indigna. Quid ergo retribuam Deo pro se, & pro me? nam etsi millies rependere possem, quid sum ego ad Deum? ad Deum vtique, quem habeo copiosissimum redemptorem, æternum conseruatorem, ditatorem, glorificatorem cum Patre, & Spiritu sancto in sæcula, Amen.*

20.

a Sermone de diligendo Deo.

VERBVM FILII

Luca 2. v. 11.

Natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid.

Nascendo genus nostrum reddit illustre: nouum Hominem in filium adoptat, stirpis splendorem, gratiæ dignitatem, verbis, & factis multifariam persuadet.

DISCVRSVS VIII.

VIDELICET hoc solum restabat, vt tanti faciat Deus hominem ex luto, & argilla compactum, vt summis gaudiis eius celebrentur natalitia, & qua die in filium adoptat, canant Angeli, personatus procedat Dei filius carne tectus, & capite inuoluto stupeat tantis miraculis Regina cælorum, Ioseph mentis excessu raptus, veniant pastores, præcedat stella, reges accedant, crucietur Herodes, turbetur Hierosolyma, pax inaudita regnet quando orbis ad censum describitur, riuus olei de terra prosudat, liquor sanctificatus ebullit, & vt natalem diem noui hominis concelebrent ingenij aciem exacuat Augustinus, fluat aureus Chrysologi sermo, mellitissimi Bernardi stillet eloquium, & ingeniosus & peracutus Rupertus comœdiam agat, dignitatis plenam. O dignitas cælestis, atque diuina, hodie nasceris, hodie filius Dei efficeris, credis hoc? O quanta præstat hodierna die Deus, vt te Dei filium adoptari credas: nam vt in tantæ dignitatis fidem adducat, *Verbum caro factum est* (inquit Augustinus[b]). *Quid ergo miraris; quia homines ex Deo nascuntur, attende ipsum Deum natum ex hominibus: vt autem homines nascerentur ex Deo, primò*

1. *Lætitia in ortu noui hominis.*

Comœdia datur in solemnitate natalis nostri.

Ioan. 1. 14.
b In Ioan. cap. 1.

ex ipsis natus est Deus, natus ex Deo, per quem efficeremur, natus ex fœmina, per quam reficeremur. Noli ergo mirari ô homo, quia efficeris filius per gratiam; prius ipsum Verbum voluit nasci ex homine, vt tu securus nascereris ex Deo.

2. a Serm. 175. Sancta Ecclesia (inquit Chrysologus [a]) lætatur, quæ vt Stephanum pareret, angores pertulit, sensit dolores, vt sic primitiui martyris dedicaretur natiuitas. *Habeat modo natus, qui primum natus est, primogeniti reuerentiam, teneat & honorem:* nam licet inter aulicos lege stabilitum sit, vt cùm rex per curiæ vias deambulat, omnes equites, qui simul concursantes regi obuij fiunt, facta veneratione, & reuerentia, detecto capite flectentes habenas, vel præcedunt stipantes regem, vel omnino à via deflectunt; tanta est tamen noui hominis dignitas, tantus Stephani filij Dei splendor, vt cùm Verbi Dei splendor recens natus de matris sanctissimæ aula tamquam sponsus procederet, vexillifer martyrij, fidei propugnator Stephanus gratiis, & donis, pretiosisque lapillis ornatus Dei & hominum animos rapuerit, vt rex ipse contra stabilitam legẽ de via cederet & ad porticum, & præsepe deflecteret, vt omnis primogeniti Stephani comitatus procederet, vt vel ex hoc discat mundus quantam Sanctis reuerentiam velit Deus exhiberi, his præcipuè, qui nouum aliquem meritorij operis gradum in Ecclesiam induxerunt. Dicite iusto, *quoniam benè fructum adinuentionum suarum comedet. linda inuencio glorioso Leuita morir por Christo, y renacer muriendo. primogeniti reuerentiam teneat, & honorem: para bienes al hyo de Dios, al primogenito dela yglesia.* Circumstant filij, adsunt propinqui, cognatio tota concurrit, familia exultat omnis; quia videre oculis, suscipere manibus hodie primum hominem sanctæ Ecclesiæ partum, sobolémque meruerunt. Comoedia, & drama datur mysteriis plenum (inquit Bernardus [b]:) *nascitur enim filius Dei dum nos fideliter representamus eius natiuitatem, representamos tan al proprio su nacimiento, que os parecera, que hoy nace. Olim cœpit audiri Verbum hoc, & nemo sanctorum fastidiuit, aliquando, comedia es antigua, mas nunca cansa el verla.* Quarto loco Rupertus, qui mysteria hæc omnia attigisse videtur, ingeniosè satis actionem omnem, & personas describit, primò prologum à diuino regio vate Dauide auscultare iubet: prima deinde scena in porticu Bethleemitica habetur: secunda ibidem à pastoribus datur: tertia denique mysteria reuelat, te videlicet (ô homo) verè filium Dei esse, verè hodie ex Deo nasci. Attende non scenicis fabulis, sed tribus Christi Euangeliis, quibus, vt credas, dignitatem tuam verba, & facta Dei tui multis testibus adstruuntur, & confirmantur: ideóque tria hæc Euangelia in vna solemnitate cantat Ecclesia, quæ ego sigillatim iamiam expendo.

Sublimis dignitas noui hominis elucet in S. Stephano.

b Serm. 7. in Vigilia natiu.

PARTITIO DISCVRSVS.

TRIA EVANGELIA EXPENDVNTVR.

3. c In Psalm. 109. de operibus Trinit. lib. 4. Præuiderat Dei Verbum (inquit Rupertus [c]) opera sua, vtpote à nimia charitate, & sapientia profecta à quibusdam dolosis, & incredulis scandalum, à quibusdam cæcis, & ignaris stultitiam esse reputanda; quia licèt Verbum erat, & sapientia Patris (inquit Augustinus [d]) *hoc autem non apparebat, sed apparente infirmitate eius latebat, cùm os peccatoris, & os dolosi super eum apertum est; & ideo illud apertum est, quia aperta huius virtus fuit.* Quapropter antequam in mundum prodiret personatus filius, Patrem æternum sic alloquitur, *Deus laudem meam ne tacueris; quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est: Padre mio de tan grande representacion, y obra ha de hauer quien ponga tacha en mi Diuinidad, hazed vos que haya quien heche al theatro la loa, y el prologo de ella;* quo audito Dauid agere personam primam profitetur, & dum Verbum repræsentat, ipse laudes eius coram Ecclesia decantat. *Confitebor Domino nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum.* Quare cùm in hoc Psalmo egisset de statu nimiæ humiliationis, & deiectionis Verbi Dei, in Psalmo sequenti è contrario de gloriosa, & ineffabili exaltatione ipsius prologum præmittit. *Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te.* Scio (inquit Dauid) in hoc theatro circumsedere in tanta multitudine, & Iudæos perfidos, & cæcos, atque ignaros Gentiles, quibus Verbi Dei opera, & stultitia, & scandalum existimanda sunt: vos autem alloquor, quibus datum est nosse mysteria Verbi Dei, quibus Dei sapientia, & Dei virtus reuelata est. Summa igitur rei est: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis:* finis autem aduentus eius iste est, *filios Dei facere eos, qui credunt in nomine eius,* vt statim à principio amoris opus esse noueritis: quare *nihil vile si amatorium nullatenus infame reputandum.* Insuper etiam filium, quem in humana natura auidissimè cupit habere, instar esse illius, quem ego quondam in obscuri hominis vxore genui Salomonem, cuius gratia & matrem adamaui, & filium exaltaui: in hoc autem opere, & diuinitatem non fuisse humilitate obscuratam, sed potiùs filiorum luce splendore illustratam, hæc æterni Patris verba declarant. *Tecum principium,* hoc est, apud te est, & tu es apud Patrem, & in te est diuinitas, lux vera, & vita, quæ principium sunt meæ vitæ, meæ felicitatis, & gloriæ. *contigo està el principio de mi bien, y de mi ser, que es Dios;* siquidem es in Patre, à quo in eadem natura, & substantia procedis: *enti està el principio de mi restauracion; porque eres imagen viue del Padre, y principio, que nos hablas, y tratas con nos otros. Principium, qui & loquor vobis: tecum principatus* [a]: quasi cùm ego strenuum militem facinus video egregium patrasse, dico, *Certè tu es dux: cierto que sois capitan.* Sic Dei filium in hoc opere nascendi, & generandi filios Deo, Principem principum appellate. Dies autem virtutis contrario sensu appellandus est dies eius infirmitatis, & dimissionis: *al fuero, y vsança dela casa de Dios su flaqueza se llame fortaleza, su humillacion alteza; quia quod infirmius est Dei, fortius est hominibus. Tecum liberalitates;* in te enim donorum fontem, & ærarium residere facile hodie cognoscent mortales: hæc igitur magni Verbi vobis laudes præmitto, vt sicut Deum etiam in præsepio existimetis, & colatis; contingit enim hodie Verbo Dei, quod humano regi, qui inter venandum à famulis, & aulicis deflectit, & multa de nocte ad rusticanorum tugurium diuertit, quem rusticus quasi communem equitem suscipit, vt habitu suo præferre videtur: at aduentantibus famulis, cùm ab eis rex regali cultu, & reuerentia colitur, tunc in rustici mente dignitas, & æstimatio augetur; sic igitur cùm ad caulam pastorum diuertisse videtis Verbum, & caro factum, reputate illud obsecro quasi Regem. Nam Verbum Dei est, etiamsi caro

d In Psalm. 109.

Psal. 108. 1.

Laus Christi ante comœdiam.

Psalm. 108. 30. Rupert. vbi supra.

Psal. 109. 3.

4. Ioan. 1. 14. Ibid. 12.

Plato de legibus.

Hieron. August. in hunc Psalm. Cyril. Alex. in c. 1. Ioan.

Nazian. orat. 3. de diuinitate filij ad Arrianos. a Sic Septuag. & Græci, excepto Cyrillo.

5. *Sic vertunt alij.*

Simile.

Google

caro factum est, & habitauit in nobis: nam sicut ego, etiamsi iuuenculus, rufus, pellibus pastoritiis indutus; intus tamen, regis vnctione eram præsignatus. Ita similiter infans delicatissimus in gelido iacens, & aspero præsepio, bellus, & aureus, diuinitatis oleo vnctus est filius Dei. *Tecum principium, tecum principatus.* Quid autem intendat hac sua demissione, illa verba explicant: *In splendoribus sanctorum ex vtero ante Luciferum genui te. Vos hijo os vereis rodeado de santos hijos de luz resplandores vuestros, como en el nacimiento eterno, en que sois engendrado en la eternidad:* hac de causa adamauit humanitatem, hac de causa habitauit in nobis, quod ipse fatetur cum Patre suo colloquens: *Pater clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te.* Quænam est ista claritas? subdit: *Clarifica me Pater claritate, quam habui priusquam mundus fieret apud te*, exponit Bernardus [a]: *Non sanè aliud petit, quàm se clarificari, in quo, & per quem nomen Patris proculdubio clarificaretur*; quare responsum accepit à Patre: *& clarificaui, & iterum clarificabo*; quibus verbis vtique non inanes labores suos, non sine multiplici filiorum sobole futurum esse, sed ex eo quòd carnem assumpsit, habere potestatem in omnem carnem, vt filios Dei faciat, tam ex Iudæis, quàm ex Gentilibus, quibus Pater clarificetur: quod perspicuis verbis exponit Rupertus [b], *Et nunc clarifica me Pater apud temetipsum, claritate, quam habui antequam mundus esset apud te:* fac me patrem futuri sæculi, circunda me filiis, vt splendoribus sanctitatis; *videlicet, vt sicut spiritus meus in principio ferebatur super aquas, vt Angelica creatura per me Verbum tuum crearetur, te dicente: Fiat lux, ita & nunc idem spiritus super aquas feratur, vt per me filium tuum noua hominum creatura nascatur*; quid clarius? quibus sic explicatis tanto amori, tantis mysteriis intenti estote, & plaudite, prima iam scena dabitur.

Clarificatur Christus in filiis quos adoptauit.

Ioan. 17. 1.

Ibid. 5.

a Serm 75. in Cantic.

Sic August. tract. 105. Chrysost. Leontius, Theophyl.

b In Ioan. cap. 17.

6. *Exiit edictum à Cæsare Augusto.* De mandato Imperatoris prophani summi Patris filius in huius vitæ humanæ theatrum prodit. Attendite causam (inquit Paulus:) *nam apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei*; etiamsi diuinitas non appareat, hîc tamen adsunt, & Patris persona, & filij, & Spiritus sancti: solus autem filius indutus prodit, & corporatus, quasi diceret: Attendite qua ratione homines in meliorem statum mutati sunt, immo & noui quodammodo facti, ex quo Deus illorum miseratus est conditionem. *Apparuit benignitas*, hoc est, studium erga homines, *amicus hominis*; sic enim Græcè vocatur, sicut & diabolus *osor hominum*. *Benignitatem* attendite, hoc est, *lenitatem*; nascitur enim ad omnia paratus ad commune bonum; *no me desprecieis à este señor; porque tan ligero va à obedecer al Cesar, amor le aligera, le disfraça, le haze hazer tantos guisados de su magestad.* Siste amor animarum, quò progrederis? (rogat Chrysologus [c]) vis ab hominibus cognosci? Deum, quem mundus non capit angustus, quomodo poterit capere humanus aspectus? *Quid erit, quid debeat, quid possit, non respicit vis amoris. Amor ignorat iudicium, ratione caret, modum nescit: en que inicio cabe obedecer Dios à Cesar? ignorat indicium, que razon dara Dios de venir tan adeshora, y deslucido? ratione caret: por que tan niño, tan pobre, y de tal modo? modum nescit, no seterna por inposible su preten-*

Ad Titum 3. 14.

Notauit Hieron. hic Paulum trium personarum meminisse.

Amicus hominis Christus maximè à nobis colendus.

c Serm. 143.

sion de haze al hombre Dios? non accipit de impossibilitate solatium; no vee las difficultades, que ha de tener essa obra? non recipit de difficultate remedium, no vee, que desdize de su Magestad ir à alistarse como vasallo? vadit quò ducitur, non quò debeat, nolo hande recebir los suyos? ardor ad inconcessa pertendit: no podra viuir Dios sin el hombre? potest, sed amor necat amantem, & quid plura? amor quod amat non potest non videre. Ne prohibeas tantum amatorem, sine illum, pergat ad desiderata, nubat humanæ naturæ, intret tuguriolum pastorum, pastoritiam vitam degat, vbi sincera charitas, simplex, & verus viget affectus. Nihil hîc agitur de diuinitate, sed *apparuit benignitas*, ne maiestas impediat amorem: sit ita; quomodo tamen non claudicabit tam dissimile naturarum connubium diuinitatis, & carnis? nam matrimonium debet esse instar insitionis, quæ non debet fieri inter valde dissimiles arbores, sed symbolas, *pepita con pepita, huesso con huesso:* verumtamen si adsit amor, non respicit dignitatem (inquit Bernardus) non formidat iacturam, *per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto*, præualuit affectus; quid ad hoc? At saltem (dices) non sortietur effectum, neque filios Dei poterit regenerare: qua enim ratione vnio æterni Verbi cum mortali carne cõsistet? renuit enim Philosophia, & ignorat ars, auri, & argillæ vnionem, *de tierra y metal no hay soldadura firme*; maximè enim inter se æs, & terra dissentiunt, quod ita difficile putauit Maria sanctissima, vt rei nouæ modum, & exitum quæsierit: *quomodo fiet istud?* modum non ausim explicare, neque disputare (ait Rupertus [a],) solum hoc credimus ita dissimiles naturas tam inseparabili vnione coniunctas, qua arctior nulla in cælo, neque in terra potuit vnquam excogitari: nam etiamsi coniunctissimè Pater insit filio, & è contra, in vnáque essentia communicent; aliquid tamen de Patre affirmas (nempe generare) quod de filio non audes fateri: at Verbum, & humanitas sic astrictæ sunt, & amoris, & vnius personæ vinculo, vt omnimoda idiomatum communicatio sit inter vtrosque, Deus moritur, Deus patitur, homo immortalis, homo Deus est; quia licèt summa vnio sit trium personarum in vna essentia, sed summa etiam distinctio est inter personalitates: at cùm in Christo vna tantùm personalitas vtramque naturam copulet, quid strictius, quid fortius potuit ad vnionem inueniri? quomodo facta fuit ista inseparabilis vnio? Roga ignem, in quo conflata est; sic enim tacitè respondet Isaias: *paruulus enim natus est nobis*, ecce hominem, *& filius datus est nobis*, ecce Deum, subdit statim, quo nomine vocandus qui talem conflauit vnionem? Respondet, *Zelus Domini exercituum fecit hoc*, amor ille ardens vsque ad æmulationem diligens hanc vnionem effecit (nequaquam enim magnus dicatur amor, qui vsque ad zelotypiam non vrget amantem;) vide qualem à te amorem exigit tantus amor, cuius causa Deus homo factus, Verbum caro, magister infans, omnipotens inuolutus, ac tandem supremus Dominus Cæsaris sub imperio nasci voluit: quid aliud petit, quàm amorem? *Infantia quam barbariem non vincit? quam non feritatem mitigat? quam duritiem non soluit? quid non amoris extorquet?* & concludit: *Sic ergo voluit nasci qui voluit amari, non timeri.* Notum sit omnibus sic personarum ad nuptias

7.

Luc. 1. 16.

Vnio mirabilis Verbi cum humanitate.

Luc. 1. 34.

a De glorificatione Trinitatis c. 8. lib. 8.

8.

Cap. 9. 6.

Ibid. 7.

P. Chrysolog. serm. 158.

nuptias prodiisse Verbum, quod etsi tegit caro, hæ litteræ inscriptæ affectum declarant, & finem, *sic voluit nasci*, vt amor diuinus non iam ille sagittas in nos, sed nos in illum nudum iacentem, amantem, & volentem amari, cordis nostri affectus iaculemur, *qui voluit amari.*

9. *Et peperit filium suum primogenitum.* Tacet lingua dum iam diuinum tam clarè loquitur Verbum, tu sola Virgo tuum suscipe, tuum alloquere filium. O qui posset gaudia matris, filij lacrymas, Iosephi stuporem, & ecstasim explicare. Virgo sanctissima iam simul mater felicissima, quibus obsecro verbis, quibus osculis primò filium excepisti? videmus namque cùm adolescens ab Indis in Hispaniam redit, & præter spem subitò matrem inuisit, exilit illa cæca, & mentis inops præ gaudio filium amplexatur, & dum loqui cupit, ineptire, & delirare incipit, ésne tu filius meus? tu dulce pignus cordis mei? venisti? teneo ego filiũ: non credo, veni videbo, ne fortè mente non constem, nequaquam est possibile me frui, & amplexari filium meum. Absit à te prudentissima Virgo hoc ineptiarum, & nugarum genus: cùm igitur te visurus venit Dei filius, cùm ex virginalis vteri mansione filium suscipis primogenitum, quibus circumspectis verbis, tuum amorem suscepisti, salutasti, laudasti, interrogasti, quasi hospitem, quasi Deum, quasi filium, quasi magistrum? Diuine amor, non me latet hæc tua vestium mutatio, hæc tua leuitas, & benignitas, *sic enim voluit nasci, qui voluit amari:* miror tamen per ingeniosas artes, & industrias eliciendi amorem, humanus affectus es; quia nobilis charitas omnem feritatem exterminat, clausis foribus venis; nihil enim vim amoris impedit, nihil obstat amanti, puer, vt nemo caueat; nemo te fugiat, pulcher; quid enim non expugnet, pulchra facies: infans, vt facta, non verba testentur amorem: paruulus, quia amans omnibus se accommodat: inuolutus, cedit enim amori potentia: in præsepio, amor enim recens natus sic inter paleas maturescit: ac denique cantantibus gloriã Angelis, tibi enim triũphus decantatur, & gloria, qui vincis amando; *sic nasci voluit qui voluit amari.* Stupet ex alia parte Ioseph, noua videns, & inaudita mirabilia, diem in nocte, Verbum in silentio, bellatorem in pace, gloriam in laboribus, domi suæ peregrinum, exterum in patria, tributarium liberum, virum de papilla pendentem, diem ante auroram, solem ante luciferum, nunciatum in mundo, publicatum in secreto, granum inter paleas, pomum in fœno, margaritas in stercore, cæli Regem sub cælo, iuxta bouem agricolam ferrea viscera sulcantem, pannis virum, obductum clarum speculum, crystallum liquefactum, æstuans gelu, sapientem inter ignaros, agnum inter pastores, propitiatorium inter cherubinos, sponsum inter lilia, personatum amantem, Iesum in Maria, sicut gemmas in annulo, pomum in ramo, hominem in paradiso, Deum in cælo, hæc omnia dulcissima mysteria cogitans, nouo circumfusus gaudio, nouus fit senex, dum antiquus Dei filius fit puer, *quia sic voluit nasci, qui voluit amari.*

Lætitia Mariæ in filij partu.

Simile.

Artes & industria Christi ad eliciendum à nobis amorem.

Stupor Ioseph in Christi natiuitate.

10. Luc. 2. 7. *Pannis eum inuoluit.* Quid agis prudentissima Virgo, quare tegis gloriam nostram? quare thesaurum abscondis? operit Virgo quod est hominis, vt non euoluentes, & rescindentes fascias gigantem, Deum, & Saluatorem inuestigemus: rusticis enim princeps obuolutus est, & tectus, non verò aulicis, qui dignitatem eius satis perspectam habent; ideo Isaias, *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & vocabitur admirabilis, consiliarius, Deus fortis, Pater futuri sæculi, princeps pacis:* nam, vt aiebat Seneca, *tot appellationes Apollinis possunt esse, quot munera*, quare Isaias à singulis beneficiis singula puero nostro nomina accommodat, quæ D. Bernardus sigillatim exposuit. *Admirabilis in natiuitate, consiliarius in prædicatione, Deus in operatione, fortis in passione, Pater futuri sæculi in resurrectione, princeps pacis in perpetua beatitudine.* Sed ego (ni fallor) aliam inueni huius nuditatis, & paupertatis causam, amorem videlicet; legimus enim Salomonem ferculum sibi fecisse pretiosum, & splendidum, *propter filias Hierusalem*, hoc est, vt earum pelliceret amorem; puto tamen votis non respondisse euentum: nam cùm speciosam lecticam construxit de lignis Libani, columnas argenteas, reclinatorium aureũ, ascensum purpureum, & multa amoris lenocinia in medio posuit, & visum disgregauit, & occupauit oculos in his inspiciendis, vt regem intueri non possent, nec eius gloriam admirentur illa externa specie distracti. Idem prorsus contingit pergenti in aulam, vt principem tenellum, vt recens natum videat, intrat aulam, videt comites, marchiones, duces, regiam æmulantes celsitatem, plurima cubicula transiens venit ad palatium magnificentissimum, hinc peristromata nitent, regio luxu splendida, hinc pueri administri, tunicati omnes, capitibus apertis, abaci apparatissimi; cùm iam in cubiculũ principis ingreditur, instrata videt omnia tapetibus longissimè explicatis, ibi resident dominæ, nutrices compositæ, & ornatæ, cùm hæc omnia videris in principis conspectum veniens, vides in lecto pulcherrimè strato, & amplo inter puluinos sericos, & inter culcitras, & byssinas sindones, pusionem pannis inuolutum, quem vt videas opus est, lectum euoluas, & palpans inuenias tenellum principem: *en todo esto hay mucho, que ver, y en el principe no hay, que ver.* Nostri verò principis ingressi domunculam nihil spectabile reperiemus (inquit D. Cyprianus [a]) *ciuitas parua, domus paupercula, mater in fœno, filius in præsepio, reclinatorium in stabulo, & in ornatu regio lacinia congeruntur.* Quorsum Domine hæc rerum tenuitas, & indigentia, vt animæ non mea, sed me diligant, non ornatum admirentur, sed me, vt Salomonem ament, non ferculum, vt denique ne extra me quærãt, quod in me collectum inuenient, vt ait Augustinus [b]: *non est opus emendicare per partes, quod simul fidelibus oculis omnipotẽs infantia præsentabat, in hoc summo bono omnium bonorum est vnita collectio*, propter filias Hierusalem *sic voluit nasci, qui voluit amari.*

Cap. 9. 6.

Propter filias Hierusalem, *para prestar el coche o literas alas nouias el dia delas bodas, con la qual fauorecia a la da notanbuen parecer; porque quando no eran de ver ellas, en la littera hauia mucho, que ver, mas alas mas hermosas noles hazia fauor; porque diuertia la vista dela nouia la labor, y riqueza de la litera.*

Simile.

11. *Solum voluit amari Christus.*

a Ser. de natiuit. Domini.

b Ser. de natiuit.

Et reclinauit eum in præsepio. Quare à te virgo sanctissima filium abiicis? quare grauaris illum in brachiis sustinere, nec in virgineo amplexu foues, & seruas? an vt ostendas nobis genuisse, & peperisse, nobis lactasse, & nutriisse? Nascitur ex serua seruus his diebus festis natalitiorum Christi, & accedit filius ad Patrem strenas postulans, tunc Pater filio respondet: Dono tibi in seruum fœtum, quem modò edidit ancilla; verumtamen redde matri filiolum, quia etiã serua, est mater, nutriat illum; tibi enim iam addictus 12.

12. Luc. 2. 7.

Simile.

addictus est, & suo tempore reddet: semper se seruam,& ancillam profitetur Maria; quia cum edidisset Saluatorem Iesum, nostræ saluti addicit, vt nobis salutem, & redemptionem operetur; interim tamen concedit matri nutriendum, & alendum, quod vt profiteatur humilis Christi ancilla abdicat a se, & in præsepio collocat:

Nobis natus Christus & datus à Virgine.

Accipite, vobis natus, vobis datus est filius meus, sic voluit nasci, qui voluit amari. Voluit tamen (ni fallor) filium maxima, qua potuit, afficere voluptate, vt eius expleret desiderium: nam cùm multis retro sæculis ad homines inclinatum vidisset, modò cùm apparuit inter homines, nullã aliam ré illi maximè voluptati futurã existimauit, quàm inclinatum reclinare: *ea hijo andad con los hombres, a qui en tanto amau.* Hanc erga homines inclinationem iam olim cecinit Dauid:

Psal. 17. 10. *Simile.*

Inclinauit (inquit) cælos, & descendit. Quid est inclinare cælos, & descendere? venis de viridario, multos in canistro deferens flores, desiderans, vt aliquis poscat flores, vix quidam florem vnum poposcit, cùm tu dandi cupidus flores omnes in sinum eius profundis, *dezis tomad las todas, buena gana teniades de dar.* Iam erat Deus propensus erga homines, cupiebat ipse descendere; contigit autem vt Patres antiqui aduentum eius exposcerent. *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum.* Illum iustum petimus, vnum, desideratum: at ipse ita dandi erat cupidus, vt & seipsum dederit, *descendit, & cælos* insuper *inclinauit; volco ei canastillo de los Cielos, y arrojo todos los Angeles*, & in nostrum ministerium deputauit, & Ecclesiam his floribus paradisi quasi cælum mira florum varietate exornauit. Putásne frustrà tanto affectu in te propendere Dei Verbum? minimè, *sic voluit nasci, qui voluit amari*, quod acute satis subodoratus est D. Basilius [a]: *En iste venit saliens in montibus, transiliens colles*, nónne vides (quasi dicat sibi sponsa) qua ratione sponsus thronos, & dominationes deserens, tibi ratione mortalitatis adhæsit, vt vnum tecum misericorditer factus, sua teipsam gloria, & immortalitate donaret; quid intendit hic sponsus, quorsum ad te inclinatus est, ita vt tui gratia exuat principatus, & potestates, & seipsum à forma Dei ad serui formam per nimiam amoris vim exinaniat: vtique id a te postulat, *vt cælestem quoque thalamum ad Patrem ascendente conscendas*, vt redames illum, vt nubas illi, vt ex hac mirifica vnione filij Dei nascantur, & à naturali filio Dei adoptentur, *sic voluit nasci, qui voluit amari.*

Isai. 45. 8.

2. Reg. 22. 10.

a Lib. de vera virginitate.

13. Luc. 2. 15.

Pastores loquebantur adinuicem, &c. Videamus hoc Verbum, quod factum est. Scenam secundam agunt pastores; qui autem sint hi pastores, & quorsum ab Angelo ad præsepe ducantur, vnus acutè, & vtiliter attigit Chrysologus [b]. *Obsederat pauor maiestatis Dei omnia, timor soluerat vniuersa, cuncta concusserat terror, sic nimius pauor amorem dominantis exclusit. Sic ergo voluit nasci, qui voluit amari, non timeri.* Nemo Deum videre poterat, nemo grauissima eius verba valebat auscultare, nemo seueram, & vindicem manum eius poterat sustinere; *grauissima est valde manus Dei super nos.* Quid agat Deus, vt ametur? amare enim non potest, qui satis timet; mittit igitur nuntium, qui vocet ad præsepe; quem putas? *Abraham pastorem vocat de gentibus, vt diuina illectus dulcedine Deum diligere discat, non timere. Iacob fugientem solatur, vt amaret, & non timeret.*

b Ser. 147.

1. Reg. 5. 11. *Pellit timorem Christus, & accendit amorem.*

Moysem patria voce vocat, & ad amicitiam suam promouet, ea hombres no temais, & ad pastores: Ecce annuntio vobis gaudium magnum, paz paz mundo amadme, y no me temais. Inuenietis: vrgebant omnes gentes pastores istos quærentes, *vbi est Deus tuus.* Acerba quidem interrogatio eis, qui in vno Deo omnia bona sua, & spem omnem collocauerant, quibus respondet Angelus, *inuenietis*, huius autem inuentionis fortunam faustissimam, & Deo Patri, & Mariæ sanctissimæ tribuite: Patri, quia talibus signis thesaurum abscondit, sicut cum terræ mandat diues quidam in tempore belli ingentem thesaurum suis posteris; ita tamen abscondit, vt inimici prætereant illum, & nequeant inuenire quando vrbem expugnẽt: eadem autem signa, quibus inimicis tegitur thesaurus, eadem filiis manifestant illum. Ecce diuinam artem, qua voluit Deus homines in filij sui fidem, & credulitatem adducere, & suauiter erudire: nam cùm omnia expugnauit, diripuit, & compilauit peccatum, sola virginei ventris pars terræ, immunis, & præseruata relicta est Deo: ibi ibi omne bonum nostrum recondit, prætereiit naturalis lex inuestigans si posset, & quærens Deum, *quærere Deum si forte attrectent; palpando, y allucinando*: errantes autem in lapides, & ligna impegerunt, ridente Deo cæcos homines; *quia cum non longè sit ab vnoquoque nostrum*, a nemine inueniebatur. In lege similiter scripta signa dedit, & testatum mansit, ibi ibi in Nazareth, & Bethleem inueniendum esse thesaurum: at illi superficiem tantum litteræ excauantes mirabantur a Nazareth posse aliquid boni esse: at beata Virgo cælitus erudita, & docta ab Angelo, vix peperit filium suum primogenitum, cùm pannis eum inuoluit, & reclinauit in præsepio, vt habitus inuentus vt homo queat a rudioribus pastoribus cognosci: nam etiamsi signa paupertatis sunt, & abiectionis, his tamen signis manifestatur Christus, & qui inueniunt hæc signa, gaudent, sicuti gaudent qui inueniunt sepulcrum, quia apud sepulcra thesauri abscondebantur; quod cùm optimè callerent Angeli, in ascensione eius rogant: *Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra?* Certè humana signa sunt ista, & mortalem, & deuictum, & plagis affectum designant: attamen signa in vestibus sunt, quæ etiamsi tegunt personam, caput autem, & manus liberæ manent, ex quibus persona cognosci satis possit. Sic igitur vocant pastores ad eius descensionem contemplandam, scientes quòd etiamsi habitu inuenturi sint puerum mortalem, & lacrymantem; capite tamen, & manibus diuinitatis, & potentiæ facile venit agnoscendus: *inuenietis* diuitias gratis, & dono datas, vt vos ex iustitia deinde cælum comparetis; sicut cùm dat parens quidam his diebus festis filio suo viginti numos, vt cum ipso parente colludat, qui licèt ex dono dedit; tamen quod filius ab illo lucratur, iam non ex dono, sed ex iustitia lucratur: ita pariter his pastoribus gratis, & per liberam donationem, vt inquit Paulus, non ex operibus iustitiæ dat nobis inuenire Christum thesaurum nostrum, vt nos cum Deo nostro colludentes ex iustitia iam nobis sempiterna bona lucremur: *Danos à Christo por donacion gratuita, esso es inueniri a non quærentibus*, vt ex filio nobis donato reliqua bona gloriæ ex iustitia acquiramus, *leganemos el vesto a Dios, no durmais Christiano dichoso, que los Angeles os dan*

Luc. 2. 10

Simile.

Act. 17. 27

14.

Etiã in pannis & cunis cognoscitur Christi maiestas.

Isai. 63. 1.

el para bien del thesoro hallado: inuenietis, voluit amari, non timeri.

15. *Infantem.* Ecce non est cur vocem eius terribilem extimescatis, vos, qui quondam dicebatis: *Non loquatur nobis Dominus: mande loque mandare no nos lo digael, hable nos vn hombre con lengua de carne*: igitur *inuenietis infantem*, hoc est, fari nescientem. Certè das illis errandi signa, nescire loqui non est contra Dei sapientiam? In præsepio iacere non est contra dignitatem erudientis nos? tacet, ne venationem abigat, & exterreat timidos pastores. Bernardus [a]: *Noli fugere, noli timere, non venit cum armis, non ad puniendum, sed ad saluandum requirit, infans est sine voce.* tacet, quia Deus non habet quid amplius dicat, antea enim, aut pollicebatur, aut comminabatur, iam promissa expleuit. tacet; iam enim est natus iudex. tacet, ipso enim silente loquuntur omnia. *Infans quidem* (ait Bernardus [b]) *est Verbum, cuius ne ipsa quidem infantia tacet, clamat hoc stabulum, clamat præsepe, clamant lacrymæ, clamant panni.* O quam clara voce hæc tua mirabilis pictura me vocat, loquitur, & erudit, tua hæc incommoda meam iugulant indulgentiam, humilitas exturbat, & deiicit elationem, panni dedecorant ornatum, gemitus duritiem damnant, lacrymæ risus comprimunt, & ferreum pectus emolliunt: nec minor est dignitas magistri tacentis, quàm loquentis. Seneca [c], *Magnificentior mihi crede sermo tuus in grabato videbitur, & in panno: non enim dicentur tantùm verba, sed probabuntur*; & in hanc rem affert, quantam sibi attulerit vtilitatem documentum patientiæ sui magistri: *Ego aliter audio, quæ docet Demetrius noster, postquam illum vidi nudum, in stramentis cubantem, tunc enim non præceptor tantùm, sed testis est*: igitur in præsepio est tanquam in cathedra disciplinæ; *sic voluit nasci excelsus humilis, vt ipsa humilitate ostendat maiestatem: no ha perdido nada, omnis huius natiuitatis schola humilitatis est officina.* Verumtamen puer amabo dicas mihi, quare tantum taces, dum tantum ploras? tacet, quia puer, plorat, quia etiam sic puero iurat mortem, & crucem Pater: *està jurando sola, y haziendole la cruz el Padre, principatus eius super humerum eius. O diuino penitente, y que temprano començais las estaciones; amari vult, non timeri.*

Luc. 2. 12.

a Serm. 1. de natali.

b Serm. 5. de natali Domini.

c Lib. 3. epist.

D. August. lib. 2. de Symbolo, cap. 5.

Isai. 9. 6.

16. *Pannis inuolutum.* Non est cur timeatis importabilem magnificentiam, & insustentabilem vim comminationis Dei super peccatores; adest enim mediatrix nostra Maria, *quæ pannis eum de industria inuoluit*, & Græcè sonat, *infasciauit*, indigebant peccatores tali Deo, qui manum, neque pedē moueret, quæ antiquitus liberè in omnem vindictam, & necem vagabantur, & repentè reges, & regna funditus exturbabant, *soluat manum suam, & succidat me, si se desemboluiesse, y desfaxasse el braço acabaria con migo*: hoc est, quod de Sansone refertur, cui leniendo, & vinciendo, non defuit vna Dalida, ridebat vincula, & quasi ad odorem ignis sarmenta confringuntur: sic illæ funes omnes dirupit, donec liberè in sinu suæ Dalidæ quiescit; ibi mirabilibus capillis tondetur, vincitur facilè, conueniunt sine metu inimici, & illudunt illum, qui cum leonibus ludebat. O mysterium diuinum, non iam antiquis historiis adumbratum, sed in Christo expressum, & amore plenum, dum illum potentissimum bellatorem Deum, qui nullis potuit vinciri funibus, leniri precibus, hodierna die tu diuina Dalida quasi puerum infascias, ne iam metu perculsi peccatores subsistant, sed amore allecti accurrant ad præsepe, ideo manus inuoluit, & circumcingit, vt antequam nudet, & distringat ira, mitigari possit; quod genus clementiæ apud Romanos viguisse fertur: nam cùm prætores, & iudices per vrbem incedebant, præibant lictores cum gladiis, & fascibus virgarum, quibus nocentes afficiebantur, & in terrorem inducebantur: gladius autem & virgæ non vagina, sed fascibus tegebantur ita inuolutæ, & astrictæ, vt si fortè offendens nocentem aliquem morti, vel virgis subitò adiudicaret, non statim supplicium perageretur, sed locus esset iræ mitigandæ, & consilio, & consultationi, dum tot repetitæ fasciæ euolùebantur, & sępe mitigata ira non mortis, sed intentatio mortis subsequeretur. O peringeniosa Virgo, quæ non dubitasti filium parere in ciuitate peccatoris Dauid, sciens etiamsi Ducem, Regem, peccatorum vindicem paris; tua tamen industria sic ligatus, sic infasciatus prodit, vt non sit opus fugiat Dauid, non est cur timeant peccatores, quod tanto antè expetiuit, qui dixit: *Auferat à me virgam suam, & pauor eius non me terreat: ya seria tiempo de faxar la justicia de Dios, que tan à la mano ha estado contra mi.* Et Dauid, *Auertisti iram tuam à nobis*, Hieronymus, *circumligasti iram tuam: ideo ergo infasciauit eum; quia voluit amari, non timeri.*

Luc. 2. 7.

Iob 6. 9.

Mitigatur Dei ira dum pannis inuoluitur.

Iob 9. 34.

Psalm. 84. 5.

17. *In principio erat Verbum.* Tertia iam scena mysteria plurima, pluresque personas continet, sed pauca verba: vnus enim Nazianzenus [a] luculenta oratione cuncta comprehendit. Attende ô homo, disce hodierna die quàm pretiosus es Deo, disce quantus sis, disce quanta contulerit Deus ad honorem tuum, quæ quia altissima, & diuinissima, Theologus iste maximus iam nobis sigillatim exponit. *Papé, quot mihi solemnitates, & festa singula Christi mysteria suppeditant, quorum omnium vnum hoc caput est, atque vnus hic scopus, nimirum mea perfectio, & instauratio*: quæ omnia vt exponam clariùs, parabolam istam præmitto, nisi velis veram esse historiam.

Ioan. 1. 1.

a Oratione de Christi natiuitate.

Quàm pretiosus est Deo suo homo.

Inquieta res cùm sit amor, vt à suo etiam reges dimoueat statu, princeps quidam adolescens nondum à patre emancipatus, nec in hæreditatem vocatus, regalis prosapiæ puellas prætericns, rustici filiam adamauit: magna harum nuptiarum paganos omnes cepit admiratio, tunc maximè, cùm puella fœtum, nouùmque filium principis in lucem edidit: subiicetur paruuli natiuitas, traditur alendus rusticæ cuidam nutrici; vnus tamen vir clarus sanguine, & officij diligentissimus patronus fit pueri, qualis in nostra Hispania perillustris eques latro à Gueuara regem Abarca nutriuit, & vsque ad præfinitum tempus arcanam rem omnem tenuit: cùm quadam die vocatur puer in sedem regni euehendus, cùm eius nutritius maiestatis nomen vocat, adorat, & explanat omnia, quàm nouo gaudio puer perfunditur? quos sumit spiritus? vix credit se regem esse, nisi adessent testes, & nullo refragante corona afficeretur: vide omnia gaudia in vnum diem conuenisse, & cunctos nimia exultatione gestire; recens coronatus Rex gaudet, lætatur princeps, exultat puella, pænè desipiunt gaudio pastores, tripudiant lætitia aulici, patroni, qui rem omnem secretò

Parabola ad explicandum, In principio erat Verbum.

itized by Google

secretò seruauerant, complentur voluptate, ac denique omnes lætitia aucti, & donis, & regiis muneribus expleti in suas sedes redeunt. *Nunc autem* (inquit Gregorius) *natiuitatem accipe, ac præsulta:* ô homo, o princeps, attentè, bonáque cum venia mea verba audi. Vix possum (generose vir) quàm altus, quàm excelsus, quàm omnibus rebus humanis superior euaseris, explicare, qui cùm altiori animo sis, nihil abiectum, nihil tumidum debes cogitare, cogita generis tui splendorem, stirpem perantiquam, & rem omnem vsque in præsentem diem absconditam, iam in præsentiarum feliciter explicatam.

18. P. Tolet. P. Mald. P. Salmer. Ioan. 1. 18.

a 1. Epist. Can. cap...

b Cap. 19. *Verbum Dei equo albo insidens.* *Æternitas Verbi.*

c Sic notant Chrysost. August. Seuer. Antiochenus, Leontius, & Theophyl.

d Prou. 8. 22. *In principio erat*, idem est, atque ante principium, & eo ipso in sacra Scriptura æternum esse declaratur. Illustre exemplũ est Prou. 8. 22. *Dominus possedit me in initio.* &c. non enim significat antiquiorem se esse mundo, quod parum erat (hoc enim

In principio erat Verbum. Verbi diuini, Dei filij, Doctoris nostri, legislatoris optimi, qui cùm in sinu Patris est, ipse enarrauit quæcumque audiuimus de Verbo vitæ, quódque, quia verbum est, quasi audiri dicitur; & quia Verbum Patris est, eius potuit esse æternæ voluntatis coæternus interpres: quod item Ioannes[a] cùm tribus testibus ageret, Patre, Verbo, & Spiritu sancto, Verbum appellauit potius, quàm filium, quia sciebat testem apud nos fuisse verissimum; quod etiam Apocalypsis[b] equo insidens albo *Verbum Dei* nuncupatur, qui tamquam Dux est Ecclesiæ, & Rector, & per omnia peruadens leges dat, & diuina Patris præcepta tradit, vt & equi celeritate Verbi Dei omnia celeriter penetrantis proprietas denotetur; cuius cognomina Dei filio digna *fidelis, & verax*, nostrum esse concionatorem dignissimum declarant, cuius nihil æquè proprium esse debet, atque fidelis, & verax sit. Huius igitur diuini Verbi antiquitas vno verbo, *in principio erat*, exprimitur, quasi diceret, in principio illo, & rerum omnium initio, quo Deus creauit cælum, & terram, Verbum creatum non est[c], quia iam erat: excipiendum enim est ab illa generali creatione rerum Verbum, per quod facta sunt omnia, quódque *Dominus possedit in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio*[d]. Pulchrè sanè Spiritus sanctus sub nomine Verbi secundam personam expressit, vt charissimum sit apud te Verbum, quod pretiosissimum est apud Patrem: quiuis enim summo, & ardenti amore fertur ad suas cogitationes, & verba interna, quæ concipit, quemadmodum Poëtæ sua poëmata, & parentes suos filios diligunt: *lætatur enim homo* (inquit Salomon) *in sententia oris sui: nole pesò à Dios Padre de dezir esta palabra, de tener tal predicador, de engendrar tal hijo.*

19. & Angelis concedunt qui ante initium temporis creatos fuisse crediderunt) sed significat fuisse sempiternam. Alia vide apud Mald. Ioan. 1. 3. tertium nunc.

e 11. Catechesi. Hebr. 1. 2.

Et Verbum erat apud Deum. Statim obuium erat percontari de statu, & circumstantia vbi erat Verbum? quare vno verbo respondet nullo meliori loco fuisse, quàm apud Patrem, ad quem referebatur tamquam verbum, non extra Deum, sed intra ipsum, & in ipso, non vt accidens, sed per se subsistens persona, atque adeò distincta sicut ego, & pulpitum (apud quod sum) distinctæ res sumus: sic cùm dicitur Verbum (quod intra Deum est) esse apud Deum, persona saltem ab eo distincta denotatur, & ad Patris dexteram fuisse (sicut exponit Cyrillus Ierosolymitanus[e], ex quibus iam verbis spes hæreditatis nostræ felicissimè manare videntur: Verbum enim propter suam æternitatem habet ius, & auctoritatem adoptandi; quia eius est tota hæreditas; quare Paulus de eo ait, *quem constituit hæredẽ vniuersorum.* Ac denique vt eius antiquitate perspecta, etiamsi nunc non capiamus, quod dicit, Verbi verba, & scripta, a nobis credi debere, obseruari, & imitatione compleri: antiquis enim honorem impendimus, & si demittere se videmus, eos tamen canis, & sapientia plenos non piget imitari.

Et Deus erat Verbum. Substantiam explicat, nempe deitatem, & rationem eorum, quæ dixerat, reddit, nempe quia Deus erat Verbum, erat in principio apud Deum: nam si Deus non fuisset, neque apud Deum esse potuisset, quo verbo & veram de filio Dei diuinitatem, & distinctionem adstruit, & naturam nostram, ciúsque dignitatem mirificè exaltat, siquidem in ipso verbo ad deitatem eleuata, & euecta est, & nos ob eam causam mediatorem nacti sumus Dei filium Patri consubstantialem, qui non potest non esse illi gratissimus, & eius actiones, & passiones in humanitate infiniti pretij fuisse ad nos iustè redimendos. Ioan. 1. 1. *Dignitas hominis.*

Hoc erat in principio apud Deum; quasi dicat, tantum erat apud Deum Verbum, quod nondum carnem susceperat, nondum se manifestauerat, sed erat apud ipsum Deum absconditum, & hoc est, quod erat ante omnia, & non solùm ante omnia, sed tunc, quando facta sunt omnia, iam apud Patrem aderat, conscius operum eius, & consiliorum, vt ab eodem possis salutem expectare, qui primitiuæ tuæ creationis auctor, & effector natura sua potest esse; quia Deus & voluntate æterna decreuit, quia indiuisus erat à Patre: quia, vt ait Tertullianus[a], idem, qui fecit, refecit te. 20. Ioan. 1. 2. *Spes salutis.* a Lib. de resurrect. carnis.

Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Quòd si iam ex operibus vis Verbum cognoscere, intuere (obsecro) mundum istum: nihil enim est in eo, etiamsi Angelos comprehendas, quod non à Verbo, & à summa ratione factum fateri cogaris: quæ omnia sic summatim perstrinxit Ioannes; quia ad maiora narranda properat, nempe redemptionem, propter quam Deus homo factus est, quo verbo, & fides deitatis Verbi ædificatur, & potentia condentis, fides promissionum Dei, sapientia eius, qui librum creaturarum constituit, atque composuit, maximè autem charitas in Deum, qui in æternitate decreuit, & in tempore hominem ad eius imaginem efformauit. 21. Ioan. 1. 3. *Fides & charitas stabiliuntur.*

In ipso vita erat, & vita erat lux hominum. Et vt aduentus eius in mundum causam intelligeremus, explicat[b] in ipso solo Verbo vitam spiritualem, & lucem, quibus maximè indigebat homo, reconditas, & repositas esse, idcóque ad nos venisse, vt vitam, & lucem hominibus afferret. *Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant*[c]. 22. Ioan. 1. 4. b P. Mald. ex sacra Scriptura elicit sensum istum ex Chrysost. & Theophyl.

Finis iam adest comœdiæ, vbi mysteria omnia perspicua fient, & tua dignitas, ô Dei Homo, clarius, quàm dici potest, affulgebit. Quare Nazianzenus euocatis omnibus personis mysterium salutis nostræ à sæculis absconditum patefacit. *Nunc autem natiuitatem accipe, & præsulta:* accipe (inquit) ô homo, bonum faustúmque nuntium. *Tu es filius Dei, tu es rex, tu in diuinam adoptatus es gratiam*; quis credat? quis? Audi tantæ natiuitatis testes: *ex Deo nati sunt.* Certa quidem res fidem quasi charitate formatam, & quasi animatam te in Christo regenerasse filium Dei, quod vt credas, rem omnem 23. Ammonius, Presb. & Theodoret. Mops. c Ioan. 10. 10. *Certior fit homo Dei de sua dignitate.* Ioan. 1. 13.

Digitized by Google

Ioan. 1. 14.

omnem iam aperio. *Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Dum nos rusticam ageremus vitam, Deus ille, qui Spiritus est, Angelos præteriens ad nostra venit, & in nostro tabernaculo, vel tentorio, tamquam indigena habitauit: hoc enim significat Ioannes, dum Græce dicit; *& in tabernaculo in nobis habitauit, amor le truxò de la corte al cortijo*; inuenit matrem Virginem in terra, quæ hic adest gaudio plena, quæ secretò seruauit quidquid à principe agebatur in tabernaculo nostro. Illud autem mirabile fuit, quòd cùm ille Verbum esset, carnem adamauit, *& caro factum est*, non dixit *homo*, vt carnem Verbo opponeret, infimum summo, *mira como si dixera el estremo de amor enamorò se de nuestra carne el Verbo de Dios*, ex quo connubio, quod omnes Paganos, Iudæos, & Gentiles in admirationem induxit, non ex sanguinibus, nec ex carnali concubitu, sed altiori, & digniori generatione natus es tu filius Dei.

Ibid.

24.

Causam huius reddit Ioannes, *& Verbum caro factum est*, & pro *quia* [a] apponens, quasi dicens, desine mirari sine carne, & sanguine te renasci, & iustificari: *quia Verbum caro factum est*, & verus Dei filius factus est homo ex carne, & sanguine; maius hoc profectò, & illo multo mirabilius. Et quia hodierna die datur tibi potestas, & hæreditas filij Dei, omnes istæ personæ in tantam solemnitatem conuenere, & comœdiam istam repræsentarunt. Primus adfuit Verbum Dei filius carne tectus, & corporatus, qua de causa quidam receperunt eum, quidam non receperunt, huic vitam, lucem, & gratiam debes; solus enim Dei filius potuit in hæreditatem adoptare paternam. Post Christum matrem eius colere, & suscipere debes: hæc enim cùm hæc mysteria probè nosset, occulta tenuit, vt mater efficeretur Dei, & cunctorum credentium. Post Virginem etiam, & Iosephum sponsum eius (in quibus veluti in arca mysteria ista claudebantur) duos debes Cherubinos venerari, & eorum testimoniis fidem habere. Alterum equitem istum perillustrem Baptistam, qui licet vita non erat, neque lux, in eo vita, & fides omnium velut constituisse videtur: nam quemadmodum illustris eques Gueuara regem Abarca recèns natum suffocare, & omnino supprimere potuisset, quem potiùs nutriuit, & regem declarauit: & sicut vnus Athanasius Verbi Dei dignitatem, & confessionem defendit, & dum in Arrianorum manibus interiret, *ipse verum partum in lucem afferens, & accuratè nutriens, atque omnibus ob oculos proponens*, viuere Verbum Dei in cordibus hominum, per Athanasium dicimus; sic dum ex fide per Christum omnes nasceremur, & per Ioannem in lucem essemus efferendi, *vt omnes crederêt per illum*, ea fuit huius tui nutritij fidelitas, vt illo confitente, & attestante, Christum Messiam esse, omnes in eo filij Dei viui, & superstites manserimus; *pudiera abogar en vn dia à todos los hijos de la fee, y al Messias, y alçarse con el Reyno.* Secundo loco Virginem istum Ioannem venerare, illius enim testimonio debes regiam, & diuinam stirpem Verbi parentis tui, quam & ipse narrauit, & verè filij Dei gloriam miraculis coruscantem vidisse fatetur. *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre.* Post duos hos testes etiam pastores nostri tentorij debes colere: nam (vt ait Hieronymus [b]) primi isti fideles voci Angeli obaudientes ad præsepe venerunt, dicentes: *Transeamus vsque Bethleem, & videamus hoc Verbum, quod factum est*; in quorum verbis primò Euangelium Ioannis dedicatum est: deinde in regibus, qui ab Oriente venerunt, matrem tuam Ecclesiam côtemplare: nam sicut mater Dei Maria filium ab Herodis gladio eripuit, & in Ægyptum detulit, sic Magi isti te in fide recèns natum datis à Deo alis aquilæ fugientes Neronẽ in desertũ, hoc est, in gentes, fidem eripuerunt enutriendã. Quòd si adhuc dubitas posse hominem in tantam dignitatem assumi, vt filius Dei nominetur, & sit; ecce Stephanum Martyrum principem, qui non filius solùm Christi, sed quamsimillimus parenti suo est: nam Christus est *plenus gratia.* Stephanus item, si Christus est plenus veritatis, plenus item Stephanus, in eo quòd & veritatis prædicator, & testis veritatis in sanguine fuerit. Ac denique si Christus moritur propter Patris gloriam, sic Stephanus *obdormiuit in Domino*, hoc est, propter Dominum. Si Patri commendauit spiritum, Patri etiam suo tradidit Stephanus: si moriens ille rogat pro inimicis, hic item Dei filius ad Patrem preces pro lapidantibus fundit: & sicut Iesum vidimus propter passionem gloria, & honore coronatum, sic Stephanus corona insignitus, nomine, & dignitate secundus à Rege procedit. *Esteuan muy hijo es de Dios muy parecido à su Padre. Gloriam quasi vnigeniti à Patre.*

[a] Sic notat Aug. epist. 120. ad Honoratum c. 4. Vide Tolet. hic.

Quantum debet homo Christo.

Matri sanctissimæ multum debet homo.

Baptistæ quãtum debemus.

25.

Nazianz. oratione 21. in fine.

Euangelistæ Ioanni multum debemus.

Ioan. 1. 14.

[b] In epitaphio Paulæ.

Reges Magi Ecclesia mater.

Apoc. 12.

Stephanus præclarus Dei filius.

Ioan. 1. 14.

Ibid.

26.

Post hæc si te non esse Regem credis. Quia multi sunt filij Dei, nempe, *quotquot enim receperunt*, audi quid addit Ioannes: *& de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia*; quasi dicat, lex per Moysen data est infrugifera, & sterilis, & quæ in promissione sistebat: *gratia verò, & veritas per Christum facta est*, hoc est, fœcunditates donorum, & adimpletionem promissionum solus auctor gratiæ potuit afferre; *buuò de ser artifice de gracias el que diò tantas, y tan diferentes*: nam & habitauit in nobis plenus gratiæ, & veritatis, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, *& gratiam pro gratia*: non solùm omnem gratiam (sicut Iob 24. *pellem pro pelle dabit homo pro anima sua*: id est, omnem pellem, & omnes facultates suas, quæ tunc in pellibus, & pecudibus sitæ erant) sed non omnes eamdem gratiam, sed diuersi diuersam receperunt: quapropter Paulus vocat Ecclesiam, Ecclesiam primitiuorum, & primogenitorum, *la casa de los mayorazgos*; *porque hay mayorazgos para los primeros hijos, segundos, y terceros*; *diuisiones autem gratiarum sunt, idem autem spiritus*, & hoc est, *gratiam pro gratia*: Virgini enim sanctissimæ triplex [a] gratiæ plenitudo data est, quæ immensa dicitur [b], Ioanni Baptistæ altera, qua sanctificatus nasceretur, alteri Ioanni noua gratia, & spiritus, quasi primitiæ; Stephano magna, & quæ repleuit eum Spiritu sancto; regibus altera pro mensura fidei tantæ; innocentibus pueris altera, qua inter Martyres numerarentur, *gratiam pro gratia.* Pari ratione flores, & fructus Spiritus impartitus est; donum enim consilij pastores accipiunt dum admoniti ab Angelo iter arripiunt. Prudentiæ donum obuenit purissimæ Virgini, quæ tacita contemplatur omnia, & seruat in corde suo, donum fortitudinis reges armauit, vt interriti in media Hierosolyma nouum Regem natum inquirant. Donum sapientiæ Annæ Prophetissæ datur;

Ibid. 16.

Ibid. 17.

Ibid. 16.

Expositio verborum, gratiã pro gratia.

Iacobi 1.

1. Cor. 12. 4.

[a] Albert. Mag. Marial. c. 69. D. Th. opusc. 60. art. 3. sufficientiæ à principio, abundantiæ in incarnatione, singularis excellentiæ in vitæ decursu.

[b] Anselm. c. 3. de excellentia Virg. Bonauen. in speculo Mariæ c. 5. Vide P. Suar. tom. 2. in 3. p. disput. 18. sect. 4.

by Google

Verba Greg. Nazianz. oratione de Christi nati. datur; pietatis Simeoni. Credas igitur tuæ dignitati, crede in filium Dei adoptari, & dum audis orbem describi, descriptionem reuerere, propter quam in cælis ipse describeris: & natiuitatem Christi venerare, propter quam natiuitatis vinculis solutus es: & Bethleem paruam, illam inquam honora, quæ te in Paradisum reduxit: & præsepe adora, propter quod cùm rationis expers esses, à Verbo nutritus es: cum stella curre, cum Magis dona offer, aurum, thus, & myrrham, vt Regi, vt Deo, vt salutis tuæ causa mortuo; cum Christo nasceris, coætaneus eius es, per omnes Christi ætates sine reprehensione incede, purificare, circuncidere, velum à natiuitate contractum abscinde, fel gusta, aceto vtere, sputa, alapas, & colaphos accipe, spinea corona cingere, coccinum indue, arundinem accipe, denique in crucem suffigere, simul morere, simul libenter inhumare, vt simul quoque reuiuiscas, & gloria fruaris, & regnes in sæcula sæculorum. Amen.

Tres menciones del principe, acomodado à el en las obras, y generosas costumbres.

VERBVM SPIRITVS sancti. 1. Ioan. 3. v. 1.

Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & simus.

Nouum Hominem nimis honorificat, confortat eius principatum, in filium adoptat, amplissimis, & singularibus honoribus auget.

DISCVRSVS IX.

1\. CVM æstimari non posset creato iudicio dignitas diuinæ filiationis, ad quam, ô infans, Christo nascente, vocaris, Ioannem Euangelistam inter natalis Christi solemnia tonitrui voce tonantem inducit; *In principio erat Verbum*, & infrà, *dedit eis potestatem filios Dei fieri*; sed quia parum erat dedisse potestatem, nisi etiam reciperent gratiam, possessionem, & hæreditatem; ideo iteratò nos ad rem grandem cõspectandam inuitat. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & simus*: *videte*, attendite, animum aduertite, expendite, & æstimate; hoc enim spectaculum nostræ dignitatis vtpote præclarũ, & apparatissimum, spectatores petit attentos: nam, vt ait Cyprianus [a], *nunquam humana opera mirabitur, quisquis se cognouerit filium Dei, deiicit se de culmine generositatis suæ, qui admirari aliquid post Deum potest.* Finis autem huius spectaculi erit, qualem, quantámque charitatem nobis dederit Pater, agnoscere, cuius tamen experimentum in dilecto Ioanne videre licebit, quem vt in celsissimam sedem dignitatis, atque honoris filij Dei efferat, naturam matrem adesse iubet, legem scriptam cum omni supellectile vocat, Ecclesiam diuinas reserare dotes, & pretiosa monilia depromere constituitur, regina sub crucis peristromate suscipit in filium, Imperator in primogenitum

Summa dignitatis filiationis Dei spectaculum.

a Lib. de spectaculis.

DIVISIO DISCVRSVS.

gratiæ singulari adoptione sibi vendicat, Pontifex Petrus breui oratione laude cumulat, cælestis gloria tandem ad se sumptum summo honore, & corona aurea fulgentissima beat in æternum. Celebritatem amoris, & charitatis Dauid, vt adsolet, incipit modulando. Ps. 67. 25.

2\. *Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, qui est in sancto.* Numquam illius egressus de Ægypto memoria reuocetur, sed obliuione sempiterna sepeliatur paschalis illa pompa, quando exultantes circumducebas, & regio planè incessu, & geniali plausu in templum tuum perduxisti filios; ista enim hodierna triumphalis traductio antiquam illam obscurat felicitatem, *ingressus tuos*; viderunt enim Prophetæ, Sibyllæ, Angeli, & sæcula omnia natiuitatem tuam: *Dei mei*, eius nempe, qui ad me venit, & mihi venit: *Dei mei*, Saluatoris, *Dei mei* quidem, quia venit pro votis, & vt opus erat mihi, nudus, pauper, infans, & plorans: *Dei mei. Dios à mi medida conforme al daño de Adam*; *præuenerunt principes coniuncti psallentibus.* Præcedebant Apostoli regni principes, his regius chorus associatur, huic respondet Angelorum concentus, qui gloriam in altissimis concinunt: *in medio* iuuencularum tympanistriarum, nam quasi ad nuptias euocatæ purissimæ Virgines omnes in sponsi laudem coniurarunt. *Principes Iuda duces eorum*; hos etiam sectantur præclarissimi Martyres cum suo præduce Stephano, quos gloriosa infantium acies subsequitur, dum ecce in triumphali curru sponsus apparet, *ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu. Elo al Benjamin el niño, el amado, el de las extasis de amor.* Beniamin, inquam, *amantissimus Domini.* Beniamin *continens eos*, summa, & recapitulatio sanctitatis, Beniamin *dominans eorum*, princeps sanctorum, quem Christus hodierna die vult nomine cæterorum honestare, & illustrem reddere; quamobrem, postquam currus, & comitatus ad præsepe peruenit, & postquam chorus versum vltimum cecinit, *mirabilis Deus in sanctis suis*: alter chorus respondit, *mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis familiares, seu socij tui facti sunt*; & legit Chrysostomus, *nimis admirabiles*, vt vertit Apollinaris, *nimis confortatus est principatus eorum*; vel, vt alij legunt, *nimis confortati sunt principatus eorum*, non vno, aut altero principatu, sed multis donasti, & extulisti; quod vt clarissimè liqueat, iustus vnus producatur Ioannes, in quo omnes isti principatus confortati sunt.

Ingressus Dei in mundum & omnium sæculorum plausus.

Deut. 33.

Hominis principatus confortatus valde per gratias. Psal. 138. v. 17. & 18.

Bellarmin.

3\. *Dixit Iesus Petro: Sequere me, & conuersus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem.* Principio enim natura mater, ingenij acumen, decorum aspectum, purum corpus, suaues mores, quibus principatum inter reliquos mereretur, concessit, nomenque dilecti, & ex millibus electi haberet. Verùm ô quàm confortatus est à Deo iste principatus: nam quatuor illi concessit, vitam cælestem, mortem mirabilem, resurrectionem nouam, & assumptionem gloriosam: confortauit autem sic, nam natura dedit quidem illi nobilissimum omnium affectuum amorem; at Deus charitatem illi concessit omnium virtutum nobilissimam, ita vt vita eius fuerit amor, quo Christum ipse dilexit, resurrectio amor, quem anima erga corpus suum habuit, assumptio amor, quo

Prin ipatum naturæ tenent los amores, aceptò à Christo.

D. Thom. quo cælum, & vniuersa illa curia eum concupiuit. *Illum discipulum* delignat, qui antonomasticè *dilectus* nuncupatur; amor enim erat vita, quia viuebat Ioannes: duplex enim est amor Dei ad creaturas, alter est influentiæ, quo se Deus quasi fontem exponit ad alendum, & locupletandas omnes creaturas, maximè dilectos, & filios. *Diligam eos spontaneè*: alij legunt *manifestè*; qui amor à Deo fluit, & in donis, & beneficiis manifestatur, ideo sequitur, *Ero quasi ros Israel, germinabit sicut lilium*, &c. *erumpet radix eius vt Libani, ibunt rami eius*. Alter Dei amor est complacentiæ, de quo Isaias, *Complacuit sibi in te anima mea*; qui amore suo quodammodo dependet à persona dilecta, & ab illa accipit, & quasi ea indiget, & ecce vita cælestis nostri Ioannis incipit, qui cùm persona erat à Deo dilecta hoc secundo amoris genere, dare videtur aliquid suo creatori, & ab ipso, quem amat Deus, ille quasi dependens videtur.

Oseæ 14. 5.

Adoptio mirabilis, gloria principatus.

Cap. 42. 1.

4. Statue ad hoc vt certum ex Philosophia, cùm amans se in rem amatam quodammodo transferat, & anima in alterius corpus migret per affectum, fatendum est, vitam amantis esse amorem, & animam vitam impertientem esse personam amatam, vt eleganter expendit Thomas in illud Apostoli, *Mihi viuere Christus est*; ideo Christus non impropriè dicere posset: *Mihi viuere Ioannes est*. Nec abhorret à modo loquendi Scripturæ, *Dedi in manu inimicorum eius dilectam animam meam*. Vides qua ratione; quia dilecta erat hæreditas, vocat animam: dicam ergo Ioannem, quia dilectus, Iesu animam fuisse, & sicut anima dat supposito esse, sentire, viuere, & intelligere; sic in hoc ordine amoris, & prædicamento amantium, in quo generalissimi locum tenet Christus, & Ioannes est singularis, esse, & viuere, & intelligere Verbi incarnati ab anima sua, hoc est, à Ioanne summè dilecto ipsi procedebant, tunc esse videbatur, cùm illi aderat Ioannes, tunc viuere, cùm socius sibi erat dilectus, tunc sentire, cùm simul Ioannes sentiebat: quamobrem hora cœnæ cùm omnia tormenta simul ipsi oblata sunt, vt ait Augustinus, tam in typo agni, quàm in Eucharistiæ sacramento Ioannem sibi adhærere voluit, quasi ad confortationem, & consensum doloris, & amoris: tunc intelligere, cùm omnia sua consilia ad Ecclesiæ directionem, & illustrationem per vitream istam fenestram, & clarum intellectum transmissa in Apocalypsi communicauit: *Apocalypsis, quam dedit illi Deus palàm facere seruis suis*.

Aristot. 9. Ethic. cap. 4.

Ierem. 12. 7.

Ioannes quasi Christi anima per amorem.

Apoc. 1. 1.

5. Quòd si quisque sibi quæerit non esse solùm, sed bene esse, non viuere tantùm, sed beatè viuere, non sentire solùm, sed suauiter sentire, non intelligere solùm, sed perfectè intelligere, & quidem si posset, fontem omnium harum rerum animam eligeret optimam, & perfectissimam; sequitur, cùm Christus summè potens, summè ad eligendum sapiens, sicut ad esse naturale, & vitam, animam excellentissimæ perfectionis elegit, quam donis, & charismatibus spiritualibus adornauit *præ participibus suis*; ita in hoc esse morali, & amatorio illam animam sibi adlegit, hoc est, rem talem amandam, quæ principium esset illarum nobilissimarum operationum in tam alto, & diuino Verbi supposito, Verbi incarnati, & haberet in Ioanne esse nobilissimum, viuere iucundissimum, sentire suauissimum, & intelligere sublime, & eleuatum. Ad hoc autem, vt dixi; principatum eius, naturamque confortauit præ consortibus, & participibus suis. Talem, tamque sublimem dignitatem, ad cuius adspectum quasi expauens Petrus caput conuertat, *& conuersus Petrus vidit*.

Et conuersus Petrus. Quid agis Petre, num ignoras quantum periculi sit, quantum inurbanitatis in conuertendo caput, maximè à Christo, quem ducem sequeris, & summi consilij Angelum: memor est vtique Petrus vxoris Loth; sed certus est, dum videt Ioannem, etiam videre Christum, qui in Ioannem quodammodo per amorem sese transformauerat, & sibi similem Ioannem effecerat. Nec inurbanus est: nam, vt refert Q. Curtius [a], cùm Sitigambis mater Darij inuiseret Alexandrum, prius Ephestionem salutauit, quàm Alexandrum, existimans Ephestionem esse Alexandrum, & cùm illa ruberet, errorem deprehendens ait Alexander: *Non errasti mater, nam & hic Alexander est*, quod in nostro casu maiorem vim habet, ibi enim non erant duo Alexandri, hîc autem duo sunt Christi, non solùm, quia in cruce quasi de filio dixit, *Ecce filius tuus*, & Augustinus ibi; *alterum pro se filium quodammodo prouidebat*: sed ideo maximè, quia, vt ponderat Chrysostomus [b], Elisæus discedenti Eliæ pallium postulauit, vt fieret in eo spiritus duplex, quod ita factum est, mittente Elia super discipulum pallio. Duplexque spiritus dicitur, teste Chrysostomo, quia alter Elias erat in paradiso, alter in terris: *erat duplex Elias ille, & erat sursum Elias, & deorsum Elias*. Si vnum, idémque pallium, vnus, & idem spiritus duos constituit Elias, vnus amor, vna anima, vna Eucharistia, vna mater, & talis mater, putas, non potuit duos Christos efficere. Quare meritò conuertit Petrus caput ad discipulum; sed ad tuam ædificationem nota verbum *diligebat*, inter duo extrema aurea quasi insertum adamantem *discipulum sequentem*, vt sciat qui vult diligi, oportere, vt audiat, sicut discipulus, & exequatur, & imitetur opera Christi; indicat hoc sponsa: *Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem*. Hæc ad sponsum pertinent: at cùm ipsa inuitat illum, non mero tantùm contenta est, sed condito: *dabo tibi poculum ex vino condito*, speciebus nempe aromaticis, nam creaturæ satis est, si simplici, ac diuino amore eam Deus prosequatur, *quam diligebat Iesus*. At non satis est si creatura sincerè dicat, diligo Deum; sed bonis operibus misceat amorem, & condiat executione desideriorum. Species istas colligit Paulus, *charitas patiens est*, &c. & Sapiens approbat, *fideles in dilectione acquiescent illi*; Ioannes verò amori adiunxit imitationem, *quem diligebat Iesus sequentem*; atque ita in Christum transfusus est, vt nomen amiserit; sicut cùm flumen in aliud incurrit amisso nomine, alieno nuncupatur. Amabat quidem Ioannes Christum, sed postquam dixit Deus, *Ecce ego declinabo ad eum quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam Gentium*, amisso nomine Ioannis, vocatur nomine fluuij amoris, quem diligebat Iesus, *qui & recubuit*. 6.

[a] Lib. 3.

Ioannes alter Christus.

[b] Hom. 2. ad populum.

4. Reg. 2. 7.

Amor amore pensandus.

Cant. 1.

Cooperatio nostra.

Cant. 2. 4.

Amisit nomen Ioannes.

Isai. 66. 11.

8. Secundo loco diuitias sui principatus ostendat scripta lex; Paulus verò omni illa supellectili considerata Christi, & Ioannis principatum confortatum esse affirmat. *Christus assistens Pontifex futurorum bonorum*, &c. igitur in illa sacra

Hebr. 9. 11.

Ioannes pectorale seu rationale Christi.

sacratissima nocte, vt ait Hieronymus, omni apparatu, omnique pretioso monili indutus prodiit summus iste Sacerdos. Ad hoc autem eligit Ioannem *super pectus*, vt munere rationalis fungatur. Sed ne hæreas, obsecro, in cortice litteræ, sed cum magnis Doctoribus in rationali virtutes, quibus præcellere debet Prælatus, contemplare, quas Chrysostomus, Gregorius, Augustinus, & Nissenus adnotarunt, sapientiam, castitatem, & martyrium: nam quis dubitet Ioannem fuisse λόγιον, hoc est, rationale, *Oraculo de la Iglesia*, à quo doctrina, & veritas pendebat. Quare inter Prophetas mirabilem vocat Petrus Damianus [a]: *Propheta in Apocalypsi Ioannes, & non qualiscunque Propheta, sed mirabilis, atque ad similitudinem alterius Ioannis plusquam Propheta, qui & recubuit*; inde enim hausit sapientiam, *quapropter diuini fuit causa consilij, vt ceteri Euangelistæ, qui in describenda Saluatoris humanitate versati sunt, longè præcederent: Ioannes verò cùm homines firmiora iam in via veritatis vestigia figerent, eos ad conscendendum diuinæ scientiæ gratiam promouet.* Sed magnum est primas ferre inter Prophetas, qui inter Apostolos sapientia videtur omnes excellere. Sed quid assero, cùm D. Petrus ex ore Dionysij, *Theologorum summitas nuncupetur?* Sed Origenes [b] litem componit: nam cùm dixisset; *Vltra omnia, quæ sunt citiuolis intima Theologia, pennis clarissima, supernaque contemplationis obtutibus transcendit*, addit, *meritóque Ioannes diceris, cui donatum est; cui enim Theologorum datum est, quod tibi donatum est.* Sed obiicit sibi Petri celsitatem, & dignam Ecclesiæ capite sapientiam, cum qua sublimem illam confessionem diuinitatis professus est, & beatus factus à Christo, *Beatus es Simon Bariona*; sed quid si hoc ipsum Ioannes sublimiùs, & clariùs confessus est, *In principio erat Verbum*, &c. quam cōfessionem ex eo anteferendā putat Damianus, quòd in illa Petrus sociam habuit Martham; in hac verò, *neque ante illum, neque post illum hoc idem scripsisse aliquis inuenitur.* Verùm non solùm (inquit) ex pectore sapientiam, *sed Cherubim Ioannes perhibetur, qui scientiæ plenitudinem ex ipso Redemptoris pectore percepit.* Quare quasi pectorale consulebatur, & per splendorem, vt ait Iosephus, oracula dabat; ideo Petrus hanc eius eminentiam æstimans ænigma illud ab ipso soluendum, & interrogandum expectat: *vnus ex vobis tradet me*; ænigma est, inquit Chrysostomus; Petrus verò rationale consulit: *erat ergo vnus ex discipulis eius recumbens cum Iesu; innuit ergo huic Simon Petrus.* Quid dicam de sapientia, & Theologia Trinitatis, *cùm* (vt inquit Damianus) *illud Euangelij sui singulare principium, ipsa etiam verba Dominica* (si dici liceat) *excedere videatur*: quam exaggerationem simili alia comprobat, Petri videlicet, cui concessum est maiora miracula patrare, quàm de Christo relata sunt; vnde illud, *nunquam sic locutus est homo*, verissimum fuit vsque ad Ioannem, qui dixit, *In principio erat Verbum*; immo & ipsa sapientia tres personas Trinitatis cùm symbolicè, & parabolicè explicat, non tam clarè, ac Ioannes sine parabolis manifestauit, vt videre licet. Verùm, vt propositam quæstionem circa hunc principatum dirimamus, duplici nomine Verbum Dei in sacra Scriptura solet nuncupari. Primum est brachium Dei:

Glossa ordinaria super cap. 8. Leuitici. Alcazar de Vrim, & Tumin in Apocalyp.

a Serm. de S. Ioanne.

b Hom. 2. vide etiam Origen. lib. 4. hom. in Cantic.

9.

Ioan. 13.

Prou. 30.

10.

omnia enim per ipsum facta sunt; quia medio Filio dicitur Pater mundum fabricasse; sed metaphorica est ista locutio: nam alterum nomen Verbo conuenit propriè, nempe *sapientia Dei*; quia per intellectum procedit, & fœcundissimam memoriam, & plenam cognitionem omnium diuinarum perfectionum denotat. Est igitur Filius expressa, viuaque, & naturalis cognitio, quæ Verbum dicitur. Hoc igitur nomen brachij, & potentiæ Petro communicauit, confortauitque eius principatum, & vicariam dignitatem, vt non solùm maiora miracula patraret, sed vt Ecclesiam tali patrono munitam portæ inferi intenderent, sed expugnare non possent. At verò nomen *scientiæ*, & interpretis diuinæ voluntatis, atque sententiæ Ioannem substituit, profundam illi sapientiam infundens, vt homines, & Angelos instrueret. *Redemptor noster* (inquit Damianus) *dilectum sibi speciali prærogatiua discipulum ad declarandam suæ diuinitatis essentiam, quoddam quasi organum fecit, atque vt hic suppleret, quod ad tempus ipse Dominus dispensatione suppresserat, sibimet Vicarium dereliquit*, factúsque est Ioannes verbum Verbi, vt ait Origenes, *Ioannes Theologus deificatus in Deum intrat se deificantem, immo non potuit aliter Ioannes ascendere in Deum, nisi prius fieret Deus*; totum autem manauit ex illo pectorali; *quia & recubuit*, vt ait Bernardus; hausit Ioannes de sinu vnigeniti, quod de paterno hauserat ille.

Duplex Verbi Dei acceptio in sacra Scriptura.

Ioannes vicarius Verbi, & illius interpres.

Sed eo mirabilior est Ioannis sapientia, summa cum animi demissione coniuncta, quod notauit Ambrosius: nam vt hanc sapientiam meliùs hauriret, *ceruice reflexa* recubuit; non enim erecto collo, & alta ceruice potest sapientiam percipere vanus, & superbus. Dauid, *Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam, sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea*, ceruice reflexa. Et ex verbis eius hæc humilitas non obscurè dignoscitur (ait Rupertus [a],) nam cùm tantum amoris priuilegium Christi silentio inuoluere Euangelistam non deceret, *discipulum* in genere dixit, *& veritatem altissimam summa humilitate condecorat.* Quare non merita sua, sed quod ex gratia diuini Regis acceperat, enarrauit, vt laus non in ipsum, sed in Deum referenda esset: *nullam tantæ dilectionis reddit causam, solùm volens intelligi vltroneam diligentis gratiam*: quamobrem *multa cum fiducia recubuit* (inquit Chrysostomus) quæ propria humilis animæ est, vt confirmat Gilbertus [b]; *ibi, vbi reconditi sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei, ibi vera quietis locus, intelligentiæ secretum, sanctuarium pietatis, delectationis cubiculum, reclinatorium: est enim & quies; & votorum finis: raya, y limite de los desseos de ser, y saber el pecho Christo.* quod ipsa fatetur sponsa, *sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi.* Sed nota (inquit Bernardus) non dixisse *viuere*, sed *sedisse*: viuere enim in Christo plurimorum est, sedisse vnius sponsæ, *singulariter sedi, vt agnoscas prærogatiuam*: insuper recubuisse vnius Ioannis est, qui & recubuit; *est enim confortatus principatus eius.*

II. Humilis in sapientia.

Psal. 130. 2.

a Lib. 11. in c. 13. Ioan. Temperat laudem suam Ioannes.

b Serm. 12. in Cantic. & idem ipse serm. 18. in Cant.

Cant. 2. 3.

III. *Mulier ecce filius tuus.* Sed iā tertius eius elucet principatus; funes enim ceciderunt illi in preclaris. Nam quid maius, quid sublimius expectari poterat, quàm Augustæ imperatricis filium adoptari, & adoptari a Christo. Hoc in primis ipse

12. Filius Virginis modo singulari.

ipse voluit æstimari: *videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij eius nominemur, & simus;* fuit enim non filius solùm Virginis, sed Benoni, & doloris filius: nam Christum sine dolore pepererat, non sic Ioannem, sed stans iuxta crucem, de qua potest non ineptè illud accommodari: *Sub arbore malo suscitaui te, ibi peperit te mater tua, ibi parturiuit te genitrix tua.* Theodoretus de crucis arbore cum aliis Doctoribus explicat, *quando estauas al pie dela cruz, te leuantè, y honore sobre manera:* nam ibi peperit te mater tua. Græcè enim verbum ὠδίνειν cum dolore parturire significat; nam ibi mater mea cœpit esse tua: *Hæc est mater tua*, quem summis doloribus peperit; asserunt enim aliqui morem fuisse infantes sub arboribus collocandi, vnde eleuabat ille, qui educare, & nutrire, vel adoptare cogitabat. Quibus pueris leuandis (ait Augustinus [a]) finxisse Deam nutricem *Leuanam* dictam eleuandis pueris; nónne vides Ioannem sub arbore crucis à Patre, & matre Christo relictum? sed ades tu ô vera mater futuri sæculi ad hoc nata, vt genus humanum derelictum suscitares, & diuina pietate leuasti Ioannem quasi primogenitum adoptatum. Quare vbi nos legimus, *sub arbore malo excitaui te, leuaui*, legunt alij: *yo te leuantè*, & confortaui principatum tuum meis vlnis, & brachiis melius quàm Moysem filia regis Ægypti; *videte qualem charitatem dedit nobis Deus.*

Cant. 8. 5.

a 4. de ciuitate Dei c. 50.

13. Sed vt videas singularem istam adoptionem, audi Ambrosium [b], qui acutè animaduertit, *Natura* (inquit) *liberos suscipimus, aut electione, in natura casus est, in electione iudicium*: degeneres enim natura fert filios fœdos, dissimiles, quos repellere minimè licet; cùm verò adoptas extraneum, ô quàm maturo iudicio consideras, certè optimum eligis. Vnde Theodoricus [c], *In sobole frequenter fallimur; ignaui esse nesciunt, quos iudicia pepererunt; tiene sus fallas naturaleza los hijos del juicio no son de descuido, ni en la eleccion se duermen los hombres.* Nam filius vester est filius corporis; filius verò, qui adoptatur, est filius mentis; vnde vlterius si rem vis ad viuum resecare, sicut in primo partu, nempe natiuitate Christi; quia persona vna diuina erat, opus fuit, vt alia illuminaret Mariam:

b Epist. ad Sirenium.

Adoptio ex electione & iudicio Christi præclara.

c Apud Cassiodorum 4. variarum, epist. 2.

14. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi, &c.* Sic ad secundum partum mentis, & amoris iudicium Mariæ altera persona diuina illustrauit; & quia partus erat mentis, mens Patris, & sapientia eius affulsit menti Mariæ, vt filium acceperat, quem tanto iudicio, tanta sapientia Christus elegerat, & regenerauerat. *Videte qualem charitatem dedit nobis Deus.* Sed quæso, ô Ioannes, quare gloriam istius principatus Deo, & non matri decantas? Sapientissimè quidem, callebat enim legem *si suspecta, §. quoniam, ff. de inoffic. test.* vbi statuitur, quòd mulier non potest adoptare. Item nec pauper; sed ibi exceptio, & regulam firmat, & explicat, *nisi iussu principis mulier adoptare non potest.* Ideo ergo Virgo gratiam expectat à principe, & adoptatum accipit, vt rex credatur esse, qui à regibus adoptatur, *& confortatur principatus eius*; & vt nouerint omnes à iudicio, & voluntate matris, & filij electum non sine meritis fuisse. *Señal que lo merecia:* nam quis putat Christum in indigno tantum amorem, & talem sapientiam collocasse; sicut in Canticis curiosè

Luc. 1.

Ioan. 1. 3.

15.

rogant de pulchritudine sponsi, mulieres: *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto?* id est, dilectus præ cæteris dilectus; *que tiene esse vuestro esposo mas que los otros, que lo ameis, y hagais tantos extremos por el?* quibus respondet Gilbertus Abbas [a]; *Affectuose quærunt, qualis sit in sponsa pulchritudo, de quo non possunt non præsumere, quin admirabiliter pulchrior sit, & sponsa pulchritudinem in argumentum assumunt pulcherrimi sponsi.* Sicut si ego dicerem, qualis est Ioannes, quem sic ardenter, & singulari dilectione adoptant Augusta, & Imperator, eiúsque principatum ita confortant, vt sub eodem peristromate [b] crucis tres regiæ personæ sint, Christus, Maria, & Ioannes, de qua iterum possumus dicere: *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ*, immo hoc filio ita erat contenta, vt eius verbis asserat Guerricus [c]; *Sufficit mihi mens nouus in carne Angelus, discipulum dico, quem diligebat Iesus, cuius me dilectionis hæredem reliquit, cùm illum mihi in cruce commendauit, cuius obsequio nihil mihi gratius; quia conuersatione, & affectu nihil castius, nihil suauius, nihil sincerius fide, nihil sanctius sermone.* Promeruit hoc Ioannes, nusquam Christum deserens, nec in vrbe, nec in castellis, nec in horto, nec denique in carcere, & caluario; fac tu Christiane similiter Christum inuisendo in carcere, in infirmo, in orphano, & ab illo similia beneficia obtinebis, vt ipsa testatur Sapientia, *Facti sunt amici Dei propter disciplinæ dona commendati: fueron hechos comendadores; porquien?* Lyra, *Deo commendati, cuius verè sunt discipuli. Reciben la encomienda de hijos de tal Padre; de qua Christus loquebatur, cùm dixit: Nescitis quid petatis: no pedis bien Iuan, mas que esso os dare yo.* Vide, an præuiderit, & præiudicauerit, quem elegit. *Confortatus est.*

Cant. 5. 9.

a Ser. 47. in Cant.

Singulariter adoptatus.

b *La señora que està en el estrado debaxo de vn dozel bordado el escudo de sus armas a las que no son iguales fuera del dozel les da almuada, pero a su igual da la assiente debaxo del dozel: assi Maria à Iuan debaxo del dozel dela cruz.*

c Ser. de assumptione.

Sap. 7. 14.

IV. *Domine hic autem quid?* Post Imperatoris, & Imperatricis augustissimæ iudicium quid amplius desiderari poterat, quàm summi eius vicarij in terris oraculum? Petrus namque vt Pontifex Laconico, & breuiori dicendi genere vsus est; sicut de sapientum sententiis asserebat Zeno. *Oportet enim & syllabas earum, si fieri posset, esse breues.* Ponderauit hoc Augustinus, *Tu mihi lauas pedes? quid est, tu? quid est, mihi, cogitanda sunt potius, quàm dicenda, ne fortè quod aliquatenus dignum concipit anima, non explicet lingua*; sic etiam his tribus verbis plus noster Petrus, quàm omni sua oratione Tullius prolocutus est: sicut enim inter picturas eximiæ artis fuerunt tres illæ lineæ Apellis, & Protogenis subtilissimæ; & præterea fulminis pictura, horrendo fulgore à Ioue in terras iaculati; ita noster Petrus linguæ penicillo verbum in nube humanitatis coruscans, & fulgens mirabili, & cælesti peritia descripsit, *Tu es Christus filius Dei viui*, quam confessionem quasi miraculum, & prodigium seruat, & ostendit Ecclesia. Sed post descriptionem para te (mi Ioannes,) tribus enim lineis tuam eximiam sanctitatem comprehendit: *Domine hic autem quid?* quæ lineæ ita subtiles sunt, vt cùm vix appareant, Christum aduocet arbitrum, & iudicem; *Diuisad le vos señor, que teneis ojos de Dios, y hombre, que yo no puedo diuisar tanta perfecion.* 16.

Oraculum D. Petri Christi vicarij.

Duæ insignes picturæ.

Mirabilis D. Petri confessio.

Hic, genericum est, & vniuersale: nam magnis rebus solet aptari cum admiratione, sicut cùm 17.

cùm Moysi roganti: Quis est, qui mittit me? Deus respondit; *qui est. El que es, donde està todo lo bueno.* Ita *hic*, & *ille* denotant Ioannem, sed cum quadam vniuersali perfectione. *Aquel, que no hay otro como el.* Ille Patriarcha Ecclesiæ Apostolus, aduocatus, sequester Christi, apud quem matrem collocauit, Apostolus, Euangelista sublimior, Martyr nouo modo, dux Virginum, primus inter Doctores, Theologiæ Christianæ magister.

18. *Autem.* Hæc est secunda linea, aduersatiua dictio *pero mas:* sicut Dauid, *Mihi autem nimis honorificati sunt; pero mas me marauilla, como honrais à vuestros sieruos.* Plato quidem magnus Philosophus, Aristoteles autem? & quiescis in admiratione; præclarus dux Pompeius, Cæsar autem? excedit oratio, & auget. Ita Petrus, mihi, qui te negaui, claues concessisti; *hic autem quid*? lauda, obsecro, beatos reliquos, duósque omnes, nulla oppositione, nec comparatione facta dices cum admiratione; *hic autem*? Prudens quidem etiam D. Petri interrogatio, & digna Pontifice. Nam cùm ad supremam se videt euectum sedem, & simul tam sublimem sanctitate iuxta se Ioannem videt, dixit, *hic autem quid*? iube Domine ne iuxta me sit Ioannes, ne meam obumbret, & quasi obscuret dignitatem, diuertat aliò, ego, qui lapis sum, nolo de sanctitate, nec dignitate cum aliquo certare, & confligere; minus tamen cum Ioanne. *Iuan es, el que me pone en quentos mi mayoria, dad otras traças de porsi, que soy la piedra, y no quiero cutir con ninguno.*

Psal. 138. 17.

19. *Quid*? Pauor est, & stupor ex admiratione ortus; sicut cùm rem laudas, ais, quid? quomodo? nónne omnia nihil sunt? sic Dauid, *quis sicut Dominus*? & S. Michaël, *quis sicut Deus*? ita Petrus, *quid*? poteritne aliquid comparari? Certè Petre fulmen illud tam eleganter depinxisti, vt omnes facilè superaueris; modò verò tribus istis lineis humano ingenio vltimam præfixisti lineam: *haueis hecho raya a todos los ingenios, no passaran de aqui*; confortasti valde Ioannis principatum.

20. V. *Sic eum volo manere.* Sed nondum adest finis; ideo enim manere iubetur noster Ioannes, vt Ecclesia, & lex gratiæ eum bonis omnibus, atque diuitiis augeant, & accumulent. Nam cùm Christus cælum ascendisset, ne putaret Ecclesia mansisse derelictam, aut inornatam, Christus ipse se visendum dedit Ioanni, die Dominica duodecim ornamentis Ecclesiæ elegantissimè vestitus; quem tamen dum Ioannes diuino penicillo exprimit, seipsum depinxisse videtur: *& fui in spiritu die Dominica, & audiui post me vocem magnam tamquam tubæ, & vidi similem filio hominis:* similem, inquam, quia quidquid humanum erat, tanta erat gloria circumfusum, vt vix humanitas appareret, vestis candida oblonga sacerdotum ad talos vsque pertingebat. Nónne ista est sacerdotalis dignitas, cultus purissimus Ecclesiæ, quem maximè castitas, & puritas exhibet [a]? Aurea illa zona nónne legem charitatis significat? *Candidi* capilli quid nisi sapientiam, & antiquitatem denotant [b]? Ecclesiæ *oculi* flammantes diuinorum penetrationem nónne denotant singulariter Ecclesiæ concessam? Porrò *ignei pedes* quid, nisi rerum despicientiam, & arduas Euangelij gratia susceptas vias designant? Taceo vocis maiesta-

Confortatur in principatu gratia.

Apoc. 1.

a Sic explicant præter Alcazar tō. 1. Conciliorum, Pius Pontifex I. & habetur 1. 2. q. 2.
b Aug. Tertul. Apolog. c. 19. lib. de ciuit. c. 37.

tem tamquam fluminis, prætereo septem annulos, quorum lapilli septem fulgebant stellis, quibus Episcopi, & sacerdotalis ordo Deo pretiosus designantur, mitto Solis fulgorem in facie, Catholicæ Ecclesiæ signum notissimum, vt notat Cyprianus [a]; ensis etiam speciem ex ore prodeuntis alibi relinquo explicandam, illud præterire non possum tam eximia specie visionis oculis Ioannis perstrictis, subitò tanquam mortuum cecidisse, sed species erat mortis, non mors: nam subitò excitatur, & extensis clauibus *mortis, & sepulcri*, dicitur illi, noli timere. Certè Ioannes, si in te vno hæc omnia Ecclesiæ ornamenta collecta sunt, valde confortatus est principatus tuus. Pergam ad singula.

a Sic & Ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radio suo porrigit; vnum tamen est, quod vbique diffunditur.

In primis byssina illa, & oblonga vestis meritò Ecclesiasticum cultum denotat, sed cui magis hæc prærogatiua cōpetit, quàm tibi, qui Virginis augustissimæ in cella sacra sacerdos, & minister fuisti [b]: ob hoc enim (vt ait Baronius ex Polycrate Episcopo Ephesino [c]) Ioannes ad instar summi sacerdotis aureā laminam in fronte gestabat, illis litteris præfixis, *Sanctum Domino*, & Christus in cœna quasi sacerdoti partem suam reseruauit armum, & brachium. Quid insuper de cultu, quem ipsi Moniales purissimè, & nobilissimè exhibent, referemus? vt discant fideles in cultu, & reuerentia templi, imaginum, & Sacramentorum, primum veræ fidei, & Ecclesiæ signum apparere ab Apostolis traditum, & à Ioanne maximè stabilitum. Sed promeruit hanc dignitatem ob eximiam castitatem, vt ait Damianus [d], *Non immeritò tam supereminens reuelatio deitatis Virgini debebatur; sicut dixit matri: Hic est filius meus, ita dixit discipulis: Hoc est, corpus meum: consagrole, y ordenole de sumano.* Talis enim puritas Virginis puritatem decebat, quare binos illos fecit virgines. Complacuit enim sæpe Christo binarius, *binósque mittere discipulos*, vt notauit Basilius, vt se inuicem perspectis alterius virtutibus, & operibus in humilitate continerent. *Para que este no se engriesse viendo las mismas gracias en el otro? igitur Ioannes, & Maria, vt virginalis pudicitiæ splendor ex vtraque persona sibimet inuicem congruat, & floridus intimi candoris aspectus, quando in se virere considerat, hoc vernare in altero deprehendat*; nullo indigebat Virgo remedio vanæ gloriæ: at in Ioanne potuit esse aliqua tanti sui splendoris complacentia; igitur ne illi consentiret, oportuit vt gratiam istam vernare in Virgine deprehenderet: talis enim erat Ioannis puritas, vt ne extolleretur, tanto remedio indigeret ad demissionem, qualis erat virginitas Mariæ suæ quàm simillima, & de qua Damianus: *Sicut Mariæ virginitas beati Ioannis virginitatem excedit, sic ipse cæteros virgines antecellit.*

21.

b Ex Ambr. in Luc. cap. 18.
c Tom. 1.

Cultus Ecclesiasticus.

d Suprà.

Zona aurea legis amoris nónne Ioannes est, quo quasi zona semper præcinctus incedebat magister, Christus namque non sicut mortales reges se præcingit, & associat amicis iniquis, aut ministris infidelibus, *sed erit iustitia, cingulum lumborum eius*, sed Ioanni, sed Petro, & Iacobo, & illi maximè, *qui in cœna supra pectus recubuit*, & qui nusquam à Christo sicut reliqui, discessit, sed potiùs amoris lege nos omnes prædicando deuinxit, &c. 22.

Isai. 11. 5.

Porrò cani illi antiquitatis, cui melius competunt, quàm Ioanni, quem singulari priuilegio diutius

diutius viuere Christus voluit, & expresè affirmauit, *sic eum volo manere*: antiqui enim cùm aliquem virtutibus exaggeratum videbant, statim immortalem opinione saltem faciebant, & hoc ipsum quidem discipuli audito hoc verbo cogitarunt de Ioanne, *sic eum volo manere*: nam inferunt, *discipulus ille non moritur*. Verùm non sine causa grandæuus, & annis plenus diu perdurauit Ioannes: nam cùm Christus doctrina, & exemplis Ecclesiam instruxit, sed ad tempus tamen, & quasi pertransiens, vt ait Isaias: *Voca nomen eius, Accelera, festina prædari*, senectutis saltem exempla non dedit; maneat igitur in documentum maturæ ætatis per 90. annos meus Ioannes, vt quanta cum temperantia, lætitia, grauitate, & constantia senectus toleranda sit, ostendat Ecclesiæ. Ad hoc ipsum Patriarchas diu vitam protrahere permisit Deus, vt & temporis experientia, & aspectu astrorum considerato scientias & artes in posteros refunderent. Ioanni autem alia de causa longior vita concessa; quia honori Christi post ascensum eius in cælum, & Ecclesiæ decori erat consulturus, vt discant nostri senes non ad seruanda generationum vitia, non ad euulgandas familiarum labes, nec ad sordes hominum colligendas, sed ad numeranda facinora, ad narranda diuina opera, & maiorum gesta per multos annos viuere, sicut de Abrahamo dixit Deus; hi enim, qui ad infamiam, detractionem, & lites excitandas nobilioribus viuunt, & vita mulctantur, & æterno dedecore in sempiternum damnantur.

Ioannes diu viuit & quare.

Cap. 8. 3.
Grandæuus Ioannes in documentum senectutis seruatus est.

24. Quis flammantes illos, & plusquam lynceos oculos contemplabitur? quæ enim mysteria non penetrauit? nónne mysteria mortis Christi rimatus est dum nondum aperto latere Christi iam amorem, iam diuinitatem, iam mortis causas perspexit, vidit huius, & futuræ vitæ mysteria, vidit verbi Dei admirandam efficacitatem in mundi conuersione, & repudio Iudæorum, deuorato illo libello vidit venturi iudicij speciem, vidit beatorum gloriam, & Ecclesiam triumphantem tam clarè, & distinctè, vt ea lustratis omnibus sigillatim descripserit.

Lyncei oculi Ioannis.

25. Verùm iam imminet dulcissima eius mors: nam cum Christo, quem amabat, quasi animatus viueret, cùm proditorem nouit, & mortem Christi præsciuit, mori cœpit: nam, vt ait Plato [a], *morbus est contagiosus amor, & quasi febris hectica, quæ solo vestis contactu inficit, & corpori adhæret quasi pestis.* Quid si in vno lecto cum ægro decumberes? O Ioannes, qui non solùm ais, quod vidimus, & manus nostræ contrectauerunt de Verbo vitæ, sed etiam in eodem lectulo recubuisse, *qui & recubuit*, morieris amore, hac enim febre laborauit tui amans Christus: vis autem nosse quanto amore correptus interierit, Ioannes erat dilectus eius, qui erat quasi vita eius in cælo, quam absentiam ferre non valet Ioannes, sed cælestem illam Hierusalem circuit, & ecce semel, & iterum audit musicam, melodiam *tanquam citharœdorum citharizantium in citharis suis, vocatúrque, Ascende huc, llegaos al cielo amado mio*, vt sicut vixerat amando, amoris febre excedat. Quid enim aliud sibi vult musica cælestis? nam ad Prophetas alios morti proximos nuncios panem, aut oracula mittebat vtplurimum, tibi verò musicam; certè viget amor tui magistri, nec dissimulari potest. Cum tu vis, vt qui domi se contineat, vel famulus vel ancilla, quotidianum cibum, & quæcunque opus sunt in domum suam mittis; sed cùm eques nocte intempesta Virginem circuit, & musica vocum, & lyræ excitat, & allicit, certè suspicantur vicini puellam velle à domo paterna ad suam traducere; cùm Eliam ad tempora Antichristi sic manere vult Christus in terra, quotidianam portionem mittebat, quasi dicat, *sic eum volo manere*: at cùm Ioannis ad aures harmonia, & voces personant, signum est à Christo vocari, & de domo corporis ad immortalem vitam velle traducere: *Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara.*

a In Dialogo amoris.

Verùm ad hoc claues illi ostendit Christus, & ait: *Ego fui mortuus, & ecce sum viuens, & habeo claues mortis, & inferni: dezid le Iuan à mi Iglesia, que no tema, que como yo resuscite, los resuscitare, y hare estrenas de esta resurecion en vos*: nam vna harum clauium permittam morti, vt intra sepulcrum amandet; at altera, quæ est sepulcri, te ad vitam reuocabo, vt credat Ecclesia me posse reliquos ad vitam reuocare; hac enim ratione præclarus ille inter pictores, & statuarios artem suam commendauit, qui perfecta, eximia arte statuæ brachium abscidit, & sic mancam in terra altè defodi fecit; ibi tamen, vbi ad ingentem molem fundamenta iaciebantur, ecce fodiendo reperitur Romæ statua, stupent ad antiquorum artem, laudant præteritorum ingenia, sed dum adeunt Michaelem, vt statuam perficiat, & brachium affigat, non est opus, inquit, ego, qui corpus formaueram, etiam brachium affingam, quod apud me est. Promiserat Deus per Isai. *Ecce noua facio omnia*; promiserat etiam resurrectionem, sed Synagoga illa antiqua mirabatur, manna, & illum quem suscitauit Elisæus: sed ecce vt potentiam suam ostentet, Ioannem, quem summa arte perfecerat, mori, & sepeliri patitur; sed ecce claues depromit, & ait, *Noli timere*, ecce ego, qui mortuus fui, resurrexi, en claues meæ potestatis, qui Ioannem resurgere facit, suscitabit etiam Ecclesiam, quod est argumentum Tertulliani [a]. Verùm in Ioanne resurrectio amoris etiam animæ suæ opus fuit: nam in beatis animis ea est in corpore sua propensio, & amor, vt si adeò facultas daretur illis, in teterrima sepulcra penetrarent, & deformia, & putida corpora intrarent, assumerent, amplexarentur, quod *Apoc. cap. 6.* symbolicè declaratum est. Ioannis verò principatus confortatus est: nam anima ad purum, & virginale corpus redit, & assumit ad cælestem patriam.

26.
Apoc. 1. 18.
Resurrectio Ioannis vnde potuit quasi ex symbolo colligi.

Hieron. in proœmio Ioan.
Ambros. Psalm. 118. & serm. 20.
August.
D. Thom. c. 21. Ioan.
P. Damian. serm. de S. Ioanne.
a Lib. de resurrectione.

27. Vltimus eius principatus fuit gloriæ cum tanto resuscitati amore: flagrant cælites, vt quasi ex æquitate tantum virum exposcant; amor enim opus istud suum consummauit, & locum ardentissimo igni dedit in amoris centro, & sphæra: nã sicut de Iuda dicitur, *Abiit in locum suum*; quare non de Ioanne (dum non apparet) dicemus, *Abiit in locum suum.* Certè innouatam video litem duarum fœminarum coram Salomone, altera clamat, diuidatur; quæ verò erat mater, non diuidi, sed integrum dari postulat, & secundùm hanc secundam sententiam Salomon dixit; ita similiter dum inter se disceptant duæ Ecclesiæ super Ioanne, militans ait: Diuida

Gloria Ioannis.

3. Reg. 3.

Diuidatur, & maneant pretiosæ eius reliquiæ apud me, vel totus ipse ad aliquod tempus. Cælestis verò mater frangitur miseratione, & amore vehementi, & integrum dari postulat, quæ cùm pro iustitia disceptat, faustam sententiam audit: *Date illi infantem viuum.* Susceptum filium vbi collocabit? vocant eum Seraphim, de quibus Dionysius [a]; *Qui assistunt ad valuas deitatis*; sed confortatus est principatus eius: nam Ioannes non foris, sed intus in Christi pectore manet. Ibi amore eius flagrat æterno, sicut de Seraphim aiebat D. Dionysius, *Sempiterno motu, & nunquam lacessente studio inseruiunt, ardoréque ac celeritate mirabili, ac feruore. calentura eterna de amor le tiene en el descanso de la eternidad à tan grande amador.* Nos verò liceat primùm admirari, & concinere, *Nimis honorificati sunt amici tui Deus; nimis confortatus est principatus eorum*, Heb. *nimis exaltata sunt capita eorum*, & Bernardus, *nimis honoratus est discipulus ille, qui sui capitis meruit habere reclinatorium tam venerabile.* Secundò dona à tam præclaro principe supplices postulemus. *O quanta deuotionis instantia* (inquit Damianus) *beati Ioannis flagitare debemus auxilium! quem sibimet interuentorem, & ipsi Apostoli quæsierunt. Quanta apud iustum iudicem pro peccatoribus poterit, qui & pro ipsis cælestis curiæ senatoribus interuenit, & qui aduocatus factus est summis, quàm humiliter implorandus est à minimis.*

a Cap. 7. de cælesti Hierarchia.

Aduocatus noster Ioannes.

INFANTIA.

AD TIMORIS DOMVM PERDVCTVS tria maximè timere docetur, & præclaris sub probatissimo Verbi magistro moribus eruditur.

INSTITVTIO IV.

a Lib. 1. c. 1.

NON arrogans videri arbitror (inquit Ambrosius [a]) si te filium paterno suscipiam affectu docendum, cùm ipse humilitatis, Magister dixerit, *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos:* nam cùm ipse timor initium sapientiæ sit, & effector beatitudinis, præceptorem se sapientiæ edocendæ, & demonstratorem beatitudinis adipiscendæ, prudenter significauit. Sed quia non frustrà dixit Dauid, *Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo*; quia nempe sapientia Verbi debet præcedere timorem, vt sit secundùm scientiam, ideo sapientem ipsum, & sapientiam quasi præuios mitto huius cælestis disciplinæ magistros. *Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ; si quæsieris eam quasi pecuniam, & quasi thesauros effoderis eam, tunc intelliges timorem Domini. Quid est tunc?* (ait Ambrosius [b]) *nempe cùm sapientiam inuocaueris, & prudentiæ dederis vocem tuam*, hoc est, orationem. Beda, *si filium Dei inuocaueris, à quo exoranda est sapientia.* Nec multum discrepat Hilarius; legit enim, *inquirere*, quod legendo efficitur: tunc enim quasi ad sapientiam clamamus, quæ statim respondet. Vnde chronologus Alphonsi nostræ Hispaniæ sapientissimi regis refert: Cùm aliquando rex libri cuiusdam externas tabulas, quibus contectus erat, digitis pulsaret, & ab aulico principe rogaretur, quid crebris pulsibus quateret, sic occurrit: Nequaquam ad surdum clamo, & aperto libro subiecit, discede: nam mihi pulsanti iam respondere incipit. 28.

Magisterium verbi incipit à timore & præcedit sapientia eius.

Prou. 2. 3.

b In Psalm. 118. *Statue seruo tuo.*

Verumenimuero sequar Ambrosium, nec dimittam Hilarium, & cur Salomon sapientiæ acquisitionem ante timorem præmiserit, cùm alibi contrarium dixerit, & quid nomine inquisitionis veniat intelligendum, explanabo. Quod pretiosum est, id magna cura contra furum insidias occultari solet: nam & thesauros occultandi mos fuit perantiquus, & inde natus, quia in magnis obsidionibus solent pretiosas quasque res altiùs defodere, ne in hostium manus deueniant. Quidam verò vt tutiùs insuper thesauros reponerent, incantamentis vtebantur, quibus dracones, aut alia vastissima monstra custodiæ thesaurorum præficiebant, ad quæ allusisse putant constitutiones Apostolicas per Clementem [c], *Auarus locum draconis sortitus est, quem aiunt in thesauris cubare.* Quæ monstra, seu incantamenta non nisi precibus, aut illicitis quibusdam sacrificiis, aut verbis, seu carminibus ad hæc designatis adimi, aut excantari posse credebant. Quapropter dum vellet Nazianzenus [d] virtutis adipiscendæ difficultatem extollere, sic prolocutus est carmine suo, *Virtus difficilis, ardua, profunda, incantata.* Hinc fit, vt Christianum animam auara quædam solicitudo pungat inquirendi virtutem, & Dei timorem non minori conatu, quàm thesaurum. Ideo Basilius [e], *Virtus* (inquit) *possidenti pretiosum est peculium; peculium autem est pecuniæ cumulus,* 29.

CAPVT DISCVRSVS INSTITVTIONIS. *Inquisitio scholæ & timoris.* *Sicut thesaurus timor inquirendus.*

c Constitut. Apostolicarum.

d In poëmate de humana virtute.

e Epist. 24.

quem quis repositum habet ab subitos casus. Ait ergo Ambrosius: Vis inuenire timoris domum, & thesauros inuoca, quære sapientiam tanta solicitudine, ac si infinitum thesaurum inquireres; *ne enim timor tuus sit irrationalis: sicut enim non est sapientia spiritalis sine timore Dei; ita timor sine sapientia esse non debet.* Exiit ergo Iob sanctus thesaurum, & domum timoris inuestigaturus; priùs autem sapientiam inuenire studet. *Sapientia vbi inuenitur, & quid est locus intelligentiæ.* Fortè inter aulicos inuenietur? *At minimè* (inquit) *inuenitur in terra suauiter viuentium, nescit homo pretium eius.* Gregorius, *no saben conque poderla comprar.* Septuaginta, *non nouit homo viam eius.* Aberrant principes à via eius toto cælo, vt optimè describit Baruch [a], & Seneca [b]. Ibo ad nautas, *mare loquitur, non est mecum:* thesauri enim absconditi arenarum, *Deut.* 33. & mercaturæ studium non inferunt sapientiam, nec Dei timorem: *non dabitur aurum obryzum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius. No se halla ni aun apeso deplata.* Nec pretiosa quæque, quæ splendent, & eminent, memorabuntur in commutatione eius: *trahitur autem sapientia de occultis.* Ibo ad inferos; sed frustrà: *nam perditio, & mors dixerunt: Auribus nostris audiuimus famam eius. Agora oymos su nombre.* Nunquam nota fuit nobis. Sed iam propiùs accedere videtur Iob, *quia timor est verbi Dei locus, & quasi basis, super quam tanquam statua collocatur.* Consule igitur Verbum Dei, & ipso quasi inuocato ad timorem Dei peruenies; *qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in mensura, quando ponebat pluuiis legem, & viam procellis sonantibus, tunc vidit illam, & narrauit, & præparauit, & inuestigauit:* vbi *narrare* significat *numerauit*; *caphar* enim est, quod Hispanè *contar. Diole Dios la ley por quënta, y armosela en sus libros en criandole.* quasi res omnes, & hominis actiones ad numerum, & rationem reuocaturus; *& dixit homini: Ecce timor Domini ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia. Y dixò al hombre, ves temor de Dios es sabiduria, y el esquiuar lo malo, saber* ecce *en la misma composicion de las cosas, y con las mismas obras como con voz poderosa dixò* ecce. Hoc est, hinc facilè intelliges tuam salutem in eo esse, si me timeas, meámque cum cæteris creaturis legem obserues: *ecce* cum eisdem consonas, cunctámque harmoniam, & societatem irrumpis, si ab obedientia, & Dei timore dissentis. *Ecce* perspicua est tuæ damnationis causa: nam necesse est omnium rerum auxilio, & Creatoris gratia carere, si ab eis discrepas; & fœnora, & lucra amittere, si societatem cum eis initam frangis; hæc tua schola, hæc timoris domus, ingredere, & limina eius casto, & attento pede tange, & quæ sancti Patres docent, attende.

Timor cum sapientia.

Per sapientiã incipit timoris inquisitio.

30.

Iob 24. 12.

a Cap. 3.
b De vita beata c. 11.
Aspice Nomentanum, & Apicium terrarum, ac maris bona conquirentes, & super mensam recognosces omniũ gentium animalia. Vide eosdem electis suis spectantes popinam, aures vocum sono, spectaculis oculos saporibus palatum mollibus, lenibúsque fomentis totum corpus lacessentes, &c.

Verbum Dei ducit nos ad timorem.

Sacra scriptura schola timoris Dei.

31. *Tunc intelliges timorem Domini.* Est namque (inquit Augustinus [c]) domus timoris ita ædificata, vt vna pars domus ducat in aliam: nam & timor ducit nos ad sapientiam, & sapientia ad charitatem; charitas autem foras mittit timorem. Sicut ad construendam templi lapidei testudinem, fit priùs artificium quoddam ligneum, postésque firmantur, his postibus imponitur quasi forma arcus, aut fornicis, Hispanicè *zimbria*; sed consummato ædificio totum illud simplex in terram proiicitur, quippe quod ad perficiendam cameram, vel arcum solum deseruiebat: sic ad perfectæ charitatis constructionem erigitur timor; sed perfecta iam charitate decidit timor ille. Audi tamen postremum loco, & non vltimum dignitate Doctorem bibliothecæ Patrum, Petrum Abbatem Cellensem [d]: *Inchoatur* (inquit) *domus sapientiæ, & conscientiæ à timore, deducitur à subiectione, perficitur, & consummatur in amore: fundamentum iacit timor, parietes construit humilis subiectio, tectum superædificat sublimis dilectio, vel certè machinam huius ædificij timor componit, subiectio linit, dilectio pingit. De silua enim motuum, & phantasmatum nostrorum ligna velut bona materia sunt eligenda; timor ad ista omnia tamquam bonus accedit dolator, modò superflua resecans, modò distorta dirigens, modò inæqualia ad æquitatis mensurationem colligens, clauis deinde omnem structuram configens, & compaginans: confige timore tuo carnes meas. Secundò nunc de linitura, siue de temperamento mandatorum Dei, quæ lapides inter se colligit, sine mallei concussione, obedientia mandatorum est. Mox verò sequitur pictura dilectionis: viui enim sunt colores charitatis, quibus pingendæ sunt virtutes. Pingit enim dilectio non stylo ferreo timoris in vngue adamantino obstinati cordis, sed penicillo volitante ad supereminentem scientiæ charitatem. Quàm pulchras, & quàm decoras nouit depingere formas dilectio. Caput notandum, & aureum; quia intentionem puram, & perfectam facit: columbinos aspectus subiungit per innocentiam, manus tornatiles per eleemosynam, nasum apertum, & recuruum per discretionis temperantiam, vbera plena per abundantiam gratiæ, pedes rectos per incessum misericordiæ, corpus totum plenum oculis* per

Domus timoris.

Spiritualis domus timoris structura & pictura.

c 1. Ioan. 4.

d Tom. 8. in fine Biblioth.

per circumspectionem industria. Pingit trinum, & vnum in capite, pingit Iesum passum in oculis, pingit librum Euangelij in auribus, pingit flagella in dorso, pingit lanceam in latere, pingit totum corpus extensum, pingit acetum in potu, fel in gustu, coronam in capite, alapis cæsum, pingit denique mortuum. Ecce domus timoris; iam ad cubicula eius lustranda veniamus.

Cubicula autem huius domus plena sunt timoratis viris, distinctis locis secundùm diuersas timoris species: nam, vt ait Bernardus [a], ministris, & prædicatoribus præcipit Deus, vt omnes ad Ecclesiam intrantes timore Dei perfundant. *Incutite metum, & spiritu timoris non tam vasa, quàm corda replete; quia vt ad charitatem perueniant, initiandi sunt à timore, vt dicant ipsi: A timore tuo concepimus Domine, & parturiuimus spiritum salutis. Primus timor est, ne cruciemur in Gethna. Secundus ne exclusi à visione Dei, priuemur tam inæstimabili gloria. Tertius replet animam omni solicitudine timidam, ne fortè deseratur à gratia.* 32. SVBDIVISIO INSTITVTIONIS. Triplex timor.

a Serm. 1. Dom. 1. post octauam Epiphaniæ.

Primus timor est, ne cruciemur in Gethna. Mirum sanè est Ecclesiam vniuersam plenam non esse filiis timore correptis, qui ferales illos cruciatus timent. Lego comminationem istam; *Quicunque non exierit, & secutus fuerit Saül, & Samuel, sic fiet bobus eius.* Explicat Lyranus: Tunc erat comminatio magnæ pœnæ; quia diuitiæ in illo tempore pro maiori parte in animalibus consistebant. Noluit autem comminari pœnam mortis, vel mutilationis in principio regni sui, ne nimio rigore incipere videretur. Quibus verbis ita permoti sunt ad præliandum, ne inciderent in pœnam hanc temporalem, vt sequitur in textu, *Inuasit timor Domini populum, & egressi sunt* (trecenta triginta millia) *quasi vir vnus.* Quid audio Domine, sic separat à coniuge, à domo, à filiis leuis comminatio iugulandi boues, & in pericula belli infert trecenta millia hominum, & tuus iste verus sempiterni ignis timor incussus, verus, certus, ineffabilis, inextinguibilis non corripit fideles tuos? Verùm ingredere, penetra domum istam timoris, inueniésque mortuos potius, quàm viuentes homines, quos referunt veræ historiæ, hic in rupe vndique cincta mari, cælo, æstibus, & ventis exposita, vitam degit: ille in teterrimo antro acutis ferreis clauis versùs corpus, affixis vix somno, locum dabat; ille nudus niuali bruma, frigidam tempestatem excipiebat. Sepulcrum item ille alter habitabat; quod silentium, quæ ieiunia, quantum orationi deputatum tempus, quot vigiliæ, quot flagra, quæ torquendi misera corpora inuentiones, hæc est domus timoris Dei, hæc optima vitandi æternas flammas ratio. *Primus timor est, ne cruciemur in Gethna; caninus est timor iste: sed vt examinet, non vt exurat, veritas facit, ingerit enim oculis cordis, & peccata, quæ fecimus, & supplicia, quæ meruimus, vt etiam nos in flagella parati simus, annuntiantes iniquitatem nostram, & cogitantes pro peccato nostro, vt in comparatione infernalium cruciatuum, vniuersaque patimur, delicias computemus.* 33.

1. Reg. 11.

Habitatores domus timoris.

Bernar. ser. 6. in Psal. Qui habitat.

Secundus ne exclusi à visione Dei priuemur tam inæstimabili gloria. Huius timoris denunciator extitit Paulus: *Cum metu, & tremore vestram salutem operamini*; quantumuis vobis sapientes, sancti, aut perfecti videamini, negotium enim istud pendet à gratia (inquit Augustinus [b].) *Deus est, qui operatur in vobis; ideo cum timore, & tremore vallem facite, imbrem suscipite, depressa implentur, alta siccantur; gratia pluuia est: quid ergo miraris, si Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam? ideo cum timore, & tremore*, id est, *cum humilitate; noli altum sapere, sed time, time, vt implearis, noli altum sapere, ne sicceris.* Huius timoris causæ quamplurimæ sunt. Prima est incertitudo gratiæ; peccatum enim certi sumus commisisse, gratiam autem recepisse nescimus. Quis ergo serpentem videret intra vestem intrasse, qui solicitus non esset, quousque videret exiisse? *De propitiato peccato noli esse sine metu*; profundum enim est cor hominis, in quo vitium latere solet, & occulta, atque peruorsa intentio delitescere, ita vt meritò dixerit Augustinus [c]; *Væ etiam laudabili vitæ hominum, si remota misericordia* (Dei) *discutias eam.* Quæ verba vtpote magna magnus ponderauit Gregorius [d]: *Væ miseris nobis, qui de electione nostra nullam adhuc Dei vocem cognouimus, & tam in otio torpemus; væ etiam laudabili vitæ hominum, si remota pietate iudicemur, quia districtè discussa, inde ante oculos iudicis, vnde se maximè placere suspicatur, obruitur*; & Hieronymus [e], *Mundus indiget misericordia Dei, nullus securus ad iudicem pergat.* Ita timuit Hilarion, teste eodem Hieronymo, *Egredere, quid times, egredere anima mea, quid dubitas? Septuaginta annis seruisti Christo, & mortem times? in hac verba exhalauit spiritum.* Et quis validissimos hostes non timeat, qui in nostram perniciem coniurant dæmones, carnem, & mundum. *Artifex tegularius* (inquit 34.

Philip. 2. 12.

Timor amittendi gloriæ.

b Serm. 1. de verbis Apost.

Causa timendi.

Eccli. 5. 5.

c Lib. 6. confessio. c. 31.

d 29. Moral. q....

e In Ieremiæ c. 30.

Digitized by Google

Chrysostomus [a]) *etsi valde peritus sit, cum timore tamen, & tremore stat* (in tecto) *metuens, ne ab ædificio decidat; & tu credidisti, multa bona parasti, in sublime ascendisti, cautè teipsum continebis, & cum timore stabis, oculúmque vigilantem habebis, ne inde decidas; sunt enim multæ nequitiæ spirituales, quæ te deiicere conantur.* Intra, obsecro, in hanc secundam contignationem domus timoris, vide timoratum Paulum, *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Vide Brunonis Carthusianorum parentis in eremum secessum mirabilem, asperum vitæ genus, silentij, & taciturnitatis, abstinentiæ rationem nouam, & constantem, quem timor damnationis expressit, & pauor ab illo Doctore incussus, qui post multos litteris impensos annos, publico præconio damnatus abiit.

a In hæc verba.

1. Cor. 9. 27.

35. *Tertius replet animam omni solicitudine timidam, ne fortè deseratur à gratia.* Timoris huius causas & ratio docet, & auctoritas; quia posita arbitrij libertate, & naturæ fragilitate, in homine est peccandi necessitas, vt non possit euadere, absque Dei auxilio, quin aliquando peccet saltem venialiter: fragilitas autem tanta est, & inconstantia tanta, quantam singuli experimur. Vnde ait Augustinus [b]: *Vidimus viuos morientes, & mortuos à morte resurgentes, & eos, qui inter filios Dei ambulabant in medio lapidum ignitorum, quasi lutum ad nihilum defluxisse, vidimus lucem obtenebrasse, & de tenebris lucem processisse*, &c. Adsit tamen timor iste (inquit Bernardus [c],) nam quidem *omnis timor Domini sicut aqua extinguit ignem, sic extinguit peccati concupiscentiam: sed is maximè cùm ad omnem tentationem statim occurrit, ne fortè contingat amittere gratiam*, quam ne iterum amitteret Dauid, enixè postulat: *Confige timore tuo carnes meas; à iudiciis enim tuis timui.* Confirma me (explicat Hilarius) in tuo timore, ac veluti trabalibus validissimis clauis ita carnes, id est, carnales cupiditates confige, vt me ampliùs commouere non valeant, non insurgere, non recalcitrare. Certè Domine impuritates carnis meæ arcent animam ab amplexibus, suauissimísque tui oris osculis; sordet enim anima, cùm maculas excipit in corpore: corripe igitur carnem istam, vt radicari, immo adhærere possit anima mea post te, & vnus spiritus fieri cum Deo. Vulnera carnem clauis amoris tui, & sicut signaculum super brachium meum imprime amorem, pertingat clauus iste vsque ad diuisionem animæ, ac medullarum. D. Basilius [d], castitati conseruandæ necessarium timorem istum, quasi clauum docet. *Quemadmodum* (inquit) *qui corporis membra habent clauis transfixa, ad actionem quamlibet immobilia ea retinent: sic ij, quorum animam occupauit Dei timor, omnem prorsus importunam peccati, & obstreperam occasionem vitant.* Cæterùm Cyprianus [e] alludi vult sic ad crucifixionem Christi; quare Drogo Episcopus Hostiensis [f], *Est* (inquit) *tertia crux spiritus, quæ est charitas. Christo (ait Apostolus) confixus sum cruci, quis me separabit à charitate Christi? redi ergo instabilis anima ad virum tuum priorem, & dic ei: Confige timore tuo carnes meas.* Ego verò mortem my-

Timor lapsus à Dei gratia.

Caro nostra quibus timoris clauis configenda. Turpes cogitationes arcent animam ab amplexibus sponsi.

b Auctor soliloquiorum cap. 19. tom. 9. operum sancti August.

c Serm. 2. Dom. 1. post octauam Epiphan.

Psalm. 118. 120.

d Homil. in Psalm. 33.

e Hom. 13.

f Lib. 1. de passione Domini tom. 2. Biblioth.

36. sticam carnis per hanc confixionem intelligo, quæ piissimè perficitur dum Christum crucifixum, & mortuum contemplamur. Hoc indicare videtur Paulus, *Sepulti sumus cum Christo per Baptismum in morte, vt sicut Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Como Iesu Christo resuscito para no perder la gloria nos otros bos hauemus de leuantar de la culpa con animo de no perder jamas la gracia.* Ideo prosequitur: *Vetus homo noster simul crucifixus est cum illo. loque del viejo Adam tenemos como hyos suyos, ya quedò clauado en vna cruz con el hyo de Dios.* Non dixit appetitiones nostras extinctas fuisse, sed confixas; quia licèt recidere possimus, & non in eodem statu, sicut beati, permanere: at valde magnum fuit, si non extinguere, restinguere saltem affectiones nostras. *No es pocas vitoria en la guerra clauar al enemigo la artilleria, que aunque alli se està la poluora, y la bala, en aquella occasion nos serue.* Ita Christus salua natura nostra, & arbitrio libero etiamsi clauis amoris sui non omnino extinguat, nec fomitem, nec tormentarium puluerem appetitus, nec ignem concupiscentiæ expellat: at in occasione peccati, quasi clauis tormenta inimici figit, & frustrat effectum; *vt destruatur corpus peccati, vt vltrà non seruiamus peccato*; quia nempe ne Deum recuperatum amittam, & oculi custodiendi, & arcendi pedes à tali domo, & lingua liganda, & auferendæ litteræ, munuscula mutui aspectus, & potiùs Christo confixus, diuinis laudibus occupandus. Quapropter, vt ait Chrysostomus, & Theophanes Cerameus [g], oculos leuare oportet ad mysticum serpentem æneum Christum crucifixum, affectionem, motúmque immoderatum depellere, & timore Dei, veluti pharmaco quodam venenum perfundere. Respicere autem ad crucem nihil est aliud, quàm totam nostram vitam, & mortuam mundo,

Rom. 6. 4.

g Orat. de exaltatione crucis apud Gretlerum tom. 2. de cruce.

Digitized by Google

mundo, & crucifixam efficere, vt immobilis sit ad omne peccatum, configens timore Dei proprias carnes, ita vt clauus, qui carnem perfodiat, continentia sit. Vis autem videre huius contignationis timoratos viros? Vide Benedictum carnes suas acutissimis spinis, & aculeis circumquaque perfricantem, & pungentem; æstum etiam carnis insultantem in itinere, niue in rigidissima hyeme adhibita Franciscus temperauit: & turpem iuuenem ad abscœnos amplexus properantem quo pacto Ignatius restinxit, nisi brumali tempore glacialem lacum penetrans, & timorem Dei obiiciens? Vide Martyres, ne adeptam gratiam, fidémque amitterent, perfusi timore Dei ferreas catenas non verebantur. Qui se ad palum alligari non passi, vltrò in ignes ipsos insilierunt, aliáve tormenta dirissima pertulerunt. Illum denique intuere, obsecro, qui Dei, & castitatis amore, veluti clauis constrictus erat, quàm blandis illis ex serico nexibus, qui superextructum plumis nudum, & resupinatum irretiebant, ne se inde posset excutere: & tamen in meretricem speciosam, quæ delicatis stringebat colla complexibus, & manibus attrectabat, vt corpore in libidinem concitato se victrix impudica superiaceret, præcisam morsu linguam, in osculantis faciem expuit, vt sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superaret; *ne fortè desereretur à gratia.*

Quanta facinora Sanctorum narrantur, ne gratiâ amitterent. Exempla huius timoris.

Hieron. in vita Pauli primi eremitæ.

37. Intrasti iam domum timoris. Necessitatem eius à Patribus accipe, Cypriano [a], *Deus quantum Patris pietatem indulgens semper & bonus est, tantum iudicis maiestate metuendus est.* Idem admonet Basilius [b], *Timeat Dominum omnis terra, terræ vniuersæ timorem præcipit hic sermo: nam quando timor Domini initium est sapientiæ, qui terrena sapiunt, per timorem erudiantur.* Fructus eius quis enarret? Vide apud Busæum *verbo Timor, cap. 5. In veritate* (inquit Bernardus [c]) *didici nihil æquè efficax ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quàm si omni tempore coram Deo inueniaris, non altum sapere, sed timere: Beatus homo, qui semper est pauidus.*

a Serm. de lapsis.

b In Psalm. 32.

Fructus timoris.

c In Cant. serm. 55.

38. Cæterùm ego, vt reuocem eò, vnde exierat, institutionem istam ex verbis Sapientis, timorem istum valde opportunum esse, ne dicam necessarium, probabo, vt homo sis: nam dictum est, *Deum time, & mandata eius serua, & hoc est omnis homo*, id est, ad hoc conditus est, vt timeat, & colat Deum, sed etiam vt homo rectus, & probus sis. Quamobrem in verbis illis, *tunc intelliges timorem Domini*, Hieronymus, *timiditatem* intelligit, quam ille Græcè εὐλάβειαν appellat, quæ vox timoratæ conscientiæ viros explicat; vel, teste Luciano, idem est, quod bonam, vel commodam ansam habens, indéque vox traducta est ad significandos homines cautos, qui negotia, quæ nimirum plerumque multas ansas habent, ex quibus apprehendi possunt, bona semper ansa accipiunt, quæ si desit cautela, decidunt, quasi amphora de manibus, quam manus, quia carebat ansulis, parum firma captauit; timoratis verò, qui bona ex ansa res semper accipiunt, omnia prosperè cedant. Idipsum transfertur ad hominem ipsum; dicitur enim homo timoratus bonam ansam habere, qua tum à Deo, tum ab hominibus apprehendi possit, quod maximè reperies inter ministros iustitiæ, à quibus si ex vna parte Dei, & conscientiæ timor, ex alia æquitatis ratio desit, sine ansa manent, vnde capi possint. *No se por donde entrarle, ni herirle a este hombre, ni teme a Dios, ni alos hombres:* si enim quis timorem Dei exuit, nihil habet firmum, ex quo possit assumi, nec ad virtutis, nec ad reliquarum rerum negotia peragenda: contrà verò Iob tibi in documentum proponitur, qui tantis versatus tentationibus, propterea nunquam decidit, quia rectus erat, ac timens Deum; vbi Chrysostomus habet: *Vir erat (vt ita dicam) bona ansa.* Quod eleganter prosequitur idem Chrysostomus [d]: *Dic enim mihi quis litteras absque timore didicit? quis artis cuiusquam peritus factus est absque timore? quomodo verò comparabitur iste timor? si cogitaueris Deum vbique præsentem esse, omnia audire, omnia videre, etiam quæ in profundo sunt animi.* Et Basilius: *Si quando senseris te ad aliquod cieri peccatum, in mentem reuoca, nulli mortalium tolerabile Christi iudicium, in quo quidem præsidet iudex in sublimi throno. Adstabit porrò omnis creatura ad eius aduentum contremiscens.* Hæc tu time, & huiusmodi timore eruditus quasi *freno animam tuam ad vitiosam concupiscentiam procliuem cohibe, reuoca ad gratiam, & ad gloriam.*

Prou. 2.

NOTA. De mediis, quibus ad timorem Dei perueniatur Busæus est videndus in Viridario. Bern. Serm. 38. & 37. Ephrem serm. de patient. Ambr. Psalm. 118. serm. 5. citato iam suprà Chrysost. hom. 8. in in epist. ad Philip. 2. 13.

Timoratus bona ansa vir esse dicatur.

d Hom. 8. in ad Philip. 2. 13.

NOTA. Forma persuasionis defuit huic institutioni; quia alius persuasorius discursus de timore est in præludiis de concionatore.

VERBVM

Digitized by Google

VERBVM PATRIS
Gen. 6. vers. 13.

Finis vniuersæ carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate à facie eorum, & ego disperdam eos cum terra.

Diuinæ prouidentiæ argumenta exhibet, qua Noë nouus Christus rempublicam gubernat sapientia, iustitia, beneficentia, atque potentia.

DISCVRSVS X.

1\. VIRTVTIS incunabula quæ sint præfari opus est (ô infans) & Christianæ fidei rudimenta tradere, quæ te ab infantia viam edoceant benè, beatéque viuendi. Quare si de diuina prouidentia sermonem instituo, in nullo videri volo ordinem docendi antegressus, cùm nihil tibi laboriosam vitam ingredienti opportunius esse possit, quàm de diuina certum esse prouidentia, qua vitam, Ecclesiam, omnémque Christianam rempublicam regit, atque gubernat. Ea etiam de causa refert Clemens Romanus [a], quoties omnium magister D. Petrus sermonem instituebat, ab hac diuina prouidentia sumebat exordium: *Incipiens Petrus de vero Dei cultu facere sermonem, necessarium iudicauit, primò omnium docere per omnia inculpabilem ponendam esse diuinam prouidentiam, per quam mundus regitur, ac gubernatur*; hoc enim fidei firmamentum, & totius consolationis fundamentum, vnus ille Deus, qui sibiipsi sufficiens est, vt de perfecta tui, & mundi gubernatione non dubitares, habens septem perfectiones, & septem spiritus prouidentiæ sibi assistentes, nec à throno suo discedentes, per Ioannem significauit, *& à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt.* Sicut enim licèt rex Assuerus in seipso potestatem, & fortè etiam sanum consilium haberet, *sapientes ex more regio semper ei aderant, & illorum cuncta faciebat consilio: erant autem septem duces Persarum, atque Medorum, qui videbant faciem regis, & post eum residere soliti erant*; sic Deus licèt suum in seipso consilium contineat, vt hoc tamen nos summè prouidum, consultissimum, & firmum intelligeremus, per hanc allusionem ad consilium supremum Assueri repræsentat: & sicut etiam ex ipso regio consilio vnus, aut alter ad maioris momenti causas mittuntur regia potestate; sic similiter opera diuinæ prouidentiæ septem aliis spiritibus demandata in sacra Scriptura legimus, sicut cùm post insignem prouidentiam Raphaël dixit: *Ego sum Raphaël Angelus, vnus ex septem, qui adstamus ante Dominum: yo soy vno de los sietes, que assisten al Rey del cielo.*

Doctrina de diuina prouidentia.

a Lib. 3. cõstitut. Apostol.

Apoc. 1. 4.

Esther 1. 13.

Sapientes cõsiliarij Regibus de more aderant.

Tob. 12. 15.

2\. Obiter tamen nota, septem vocari per allusionem ad septem illos Assueri ministros, non quòd plures non sint Angeli administratores prouidentiæ; sed quia etiamsi plures sint, numerus pro dignitate sumitur, vt apud Hispanos *los seises, los treçes, los veintiquatros*, & contingit, vt etiamsi augeatur numerus, nihilominus nomine prioris numeri nuncupentur. Nomina igitur huius septemplicis prouidentiæ hæc sunt; quæ integrum, & perfectissimum gubernatorem constituunt, *præclara sapientia, liberalis beneficentia, magna æquitas, ingens fortitudo*: aliæ autem tres perfectiones ad improborum correptionem adiunctæ sunt, *longanima expectatio, seria comminatio, seuera punitio*; tres autem posteriores princeps Deus ex sua voluntate nollet ostendere. Quas tamen perfectiones ignotas nobis Propheta, qui à secretis Dei erat, nobis aperuit, *paruulus natus est nobis: lindo gouernador tenemos: vocabitur nomen eius, Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis: super solium Dauid sedebit, vt confirmet illud in iudicio, & iustitia vsque in sempiternum*; nobis verò, quibus hæ perfectiones ignotæ, immo & incredibiles fortè viderentur, in cæli aula, astris, & planetis mundi gubernatoribus declarauit: licèt enim non videat quis ciuitatis rectores *veintiquatros* in senatu, 3.
potest tamen coniectari intus esse vel ex ensibus, quos de more ad ostium relinquunt, vel ex famulis stipatoribus, sicut Elisæus reliquit famulum extra cubiculum, qui posset ostendere intus esse dominum suum: sic vt mundus crederet omnimoda prouidentia septem Dei attributa illi assistere, septem planetas quasi instrumenta ad cæli fores constituit; *Solem*, qui virtutem manifestat: *Iouem*, qui ad iustitiam inclinat: *Venerem*, quæ ad beneficentiam, & amicitiam inducit: *Mercurium*, qui ad sapientiam: *Saturnum* patientiæ symbolum, propter mirabilem tarditatem: *Lunam*, quæ ad comminationem rubore, lucis imminutione apta est: *Martem* denique, sanguineum, horribilem, vindicatorem, & punitorem. Verumtamen cùm ad summi gubernatoris gloriam, & ad huius reipublicæ commodum, & felicitatem maximè interesset hanc suam prouidentiam tectam esse, tacitam, & quasi silenter, & secretò operantem: sic etiam aliquando retegi, & palàm ostendi conuenientissimum fuit. Sit in hanc rem aptissimum D. Petri, & postea Nazianzeni exemplum. Quid clarius luce, quid efficacius, quid nobilius? nonne euidenter demonstrat suum gubernatorem, & creatorem: tamen si patens cælum semper esset, fortè dubitares, sitne rector mundi? sitne gubernator? quomodo non pluit? curat hæc humana Deus? ideo vt sopitos excitet Deus, & diffidentes, ecce subitò decernit, vt nubes obscura lucem adimat, tonitruis horribilibus, & intermicantibus fulgetris nos omnes terreat, & admoneat Deum nequaquam

Septemplicis diuinæ prouidentiæ nomina seu attributa.

Isai. 9. 6.

Symbola perfectæ gubernationis.

Simile

Digitized by Google

quam desidem, & inertem somno conniuere. Nihil fieri sine Deo (inquit etiam Nissenus [a]) nonne ex multis rebus discimus; rursum verò non fortuita esse, nec ratione carere ea, quæ diuinitus administrantur, nemo non concesserit, sciens quia Deus ratio, ac sapientia est, & omnis virtus, ac veritas: nihilominus tamen (inquit alter Gregorius [b]) subitò cælum nubibus obducitur, & tonitru maximo, & immisso fulmine impium Iulianum perimit, *ne Dei benignitas iustis mœrorem, peccantibus contemptum esset allatura; tamquam videlicet nemo esset, qui res nostras inspiceret, præmiaque, & pœnas cuique pro merito rependeret; sed temerè, ac fortuitò mundus ferretur, & volueretur, quod praua mentis est, valdéque periculosè de maximis rebus sentientis.*

a Oratione de infantibus, qui præmaturè abripiuntur pag. ante finem.

b Nazian. orat. 4.

4. Ex quibus quid diluuium illud præstiterit suppliciorum maximum, quid arca illa figurarit, quid Noë superstes cum filiis nobis ostendat, facilè erit coniectare. Benignitas Dei, & summa omnium rerum felicitas, quæ absconditam Dei prouidentiam illis hominibus satis declarabant, occasio fuere hominum peruicaciæ, & luxuriæ semel lapsæ naturæ, vt Dei prouidentiam abnegarent: ecce summus gubernator tactus dolore centum ante annos secretissimæ suæ prouidentiæ decretum Noëmo ostendit, *Finis vniuersæ carnis venit coram me, fac tibi arcam*; ille verò, *verbum patientiæ Dei seruans, vna promesa, que iua tan a la larga*, statim adimplet iussa; illi interim erant omnino increduli, immo immemores, comedentes, & bibentes, & probro suum concionatorem afficientes, in meridiana luce cæcutiebant. Verùm ecce atra nubes cælum obducit, cataractæ cæli rumpuntur, perit mundus, vnusque mundi gubernator remanet Noë, qui ad ratem confugiens remisit sæculo semen natiuitatis, quo posset genus iterum propagari. Factúmne est hoc diuina prouidentia? vtique (ait ipsa Sapientia) *manu tua erat gubernata*; & in quibus hîc splendet diuina prouidentia? in septem illis, quos suprà diximus, prouidentiæ spiritibus: Sapientia, *per contemptibile lignum iustum gubernante*: beneficentia, *cùm aqua deleret terram, sanauit iterum sapientia*: iustitia, *Benedictum lignum, per quod fit iustitia*: virtus & potentia, *ostendens, quoniam potens es ex omnibus saluare*: manifestè etiam cernitur longanima expectatio, dum centum & viginti annos post comminationem expectat: seria comminatio, *Ecce ego adducam aquas diluuij super terram, vt interficiam omnem carnem*: grauis, & seuera punitio, *consumpta est omnis caro, quæ mouebatur super terram.* Ecce radij ex mediis tenebris, & atra caligine erumpunt, & omnibus perspicuum fit Deum maximam de humano genere curam gerere.

Gen. 6. 13. Rupertus de victoria Verbi Dei lib. 2. c. 31.

Sapien. 14. 6. Ibid. 10. 4. Ibid. 14. 6. Ibid. 4.

5. Gen. 6. 17.

Consimili quidem ratione, & via, cùm respublica humana indigeret gubernatore, & cùm hîc iam inter homines degens nondum agnosceretur, eo quòd nostræ redemptionis opus summopere dissimulatum esset: *vt faciat opus suum, alienum opus eius ab eo, & peregrinum*; & licèt *mirabilia essent opera eius, absconsa* tamen *& inuisa erant: & cùm quietum silentium tenerent omnia, omnipotens sermo de cælo à regalibus sedibus in terram prosiliuit*; ideo qui in terra nondum agnoscebatur, hodierna die ascendens in nauiculam stupendis miraculis se verum, & perfectissimum gubernatorem esse huius reipublicæ manifestissimè ostendit. Optimi gubernatoris attributa iam in Euangelio videnda sunt.

Isai. 28. 21. Eccli. 11. 4.

FINIS DISCVRSVS.

6. *Ascendente Iesu in nauiculam* sapientia gubernatoris elucet. Magnus ille Plato non mente solùm, sed phantastica etiã superbia inter illas suas ideas, rempublicam vndequaque felicem, & perfectam sola cogitatione formauit, gubernatore, ciuibus, legibus, pace, abundantia, & felicitate fundauit, verùm somniauit iste, vel similis fuit ludenti schachidis sine aduersario, & inspectore, qui bellum indiceret, & rempublicam illam vanè constitutam iactaret: sed suo Marte collocat Regem, Reginam, ducem, pedites, equos, nemine contradicente. Tullius denique lingua tenus nobis depinxit rempublicam: *Moderatori reipublicæ beata ciuium vita proposita est, vt ea opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit.* Nostra verò sapientia Christus, tam potens, quàm sapiens hæc omnia vno in terram aduentu præstitit; nauim enim diuina mente excogitauit, perfectæ reipublicæ exemplar, in qua tandem suos in cælum transferret, in qua rationalis natura primam illam legem sequeretur, & Deus ipse gubernator existeret. Huius admirandæ fabricæ in arca Noë, & iusto gubernatore prima lineamenta adumbrauit; & licèt multa per Prophetas promissa erant, omnia tamen sua præsentia, & sapientia plenissimè cumulauit.

Matth. 8. 23.

Sapientia Christi manifestatur.

Cogitatione formas Plato rempublicam.

Tullius lingua tenus rempublicam instituit.

Christi sapientia fundat veram rempublicam.

7. *Ascendente Iesu in nauiculam*, quasi diceret, hic est ille sapientissimus gubernator, qui ascendens nauiculam, quod naturale erat, ad esse supernaturale eleuauit, qui politicam gubernationem in mirabilem ordinem redegit, qui omnia vel sua præsentia, vel donis, & auxiliis illustrauit, intrat, & inueniens matrimonium naturalis pacti vim habens ad sacramenti dignitatem extollit: frigidam aquam baptismi Ioannis in verum, & spirituale animi lauacrum instituit; sumit corporalem circuncisionem, & ad animum transfert; assumit diuitias, & ab illis solicitudinis spinam euellit, & diuites facit, qui ad cælum possint intrare; sumit paupertatem, & dedecus ab illa tollit, pauperes regni cælestis hæredes prædicat; assumit castitatem, vt fœmineum opus existimatam, & ad cælum, & ad religiosum statũ Angelicum extollit; sumit obedientiam seruitutis nomine infamatam, & in ingenuam libertatem, & voluntariam seruitutem traducit: assumit fortitudinem bellorum gerendorum vanam, & Christianam efficit, eaque Martyrum chorum validissimè armat; sumit inflantem scientiam, & extollentiam, & philosophicam superbiam auferens charitate, quæ ædificat, adimplet; vocat amicitiam charitatem proximi; vocat principatum ministerium; vocat Imperatorem Romanum Papam; vocat senatores purpuratos Patres, omnésque tam equites, quàm mercatores suis distinctis sedibus in sua republica locum tenere iubet, quæ omnia *ascendente Iesu in nauiculam* perfecta sunt; vbi enim ille non est, quid nisi horror sempiternus inhabitat? illo autem præsente nihil casu, nihil fortuna, nihil nisi à vera sapientia profectum venit; quod quia summa nostri solatij causa est, verbis D. Petri vtar [a]: *Qui credit summi Dei prouidentia dispensari mundum, non debet* (ô amice Clemens)

Matth. 8. 23.

Mirabilis rerum conuersio per Christum.

a Apud D. Clem. lib. 1. recognit. ad Iacobũ.

Clemens) *de singulis, quæ quoquo modo accidunt, aspernanter accipere, certus quod iustitia Dei, etiam quæ superflua videntur, aut contraria in vnoquoque negotio, opportuno exitu, competentique disponit*; præcipuè tamen erga eos, qui eum familiariùs colunt, *& ideo qui de his, vt dixi, certus est, si quid eueniat nobis contra scientiam, pro eo mærorem de animis expellere; manifestum habens quod dispensatione boni Dei, etiam quod contrarium putatur, vertatur in melius.* Ex quibus illud vult D. Petrus non debere à nobis ignorari, labores nempe à Deo dispensari; ideo labores, & tribulationes *legati* appellantur à Rege Maximo missi. Abdiæ cap. 1. num. 5. *Legatum misit ad gentes*, vbi Septuaginta legunt, *obsidionem misit Dominus ad gentem*, & eadem vox legatum, & dolorem significat, vt ait Cyrillus, quare dicitur, *Quis surdus, nisi seruus meus, ad quem nuncios meos misi*; secundùm Symmachum, & Theodoretum legere possumus *labores*: nam quis se legatum à rege Hispaniarum fingeret, si ab illo non mitteretur? præcipuè quia ad similia negotia legatur homo sapiens, expertus, sagax, & præter hoc codex integer illi datur, vbi minutatim conscriptæ sunt instructiones, & consilia, quæ maximè obseruare decet tanti regis legatum. Magnum equidem solatium est sancti Iob labores, & quos nos patimur, à Deo quasi legatos ad nos transmitti: & præter hoc si dæmon est, ne vltra præscripta agat, illi sigillatim instructio datur: *verumtamen animam illius serua.* Peruenit denique legatus hic, hoc est, tribulatio ad domum Iob, & *miraculum* appellauit, *mirabiliter me crucias*: non quia miraculum sit labores, & ærumnas pati mortales homines, humanum enim est, & quod natura fert, & lacrymarum vallis; vocat tamen labores miraculum, quia tribulatio Iob fuit consummatissima, sicut res miraculo factæ, sicut oculi cæci nati, & salus Naaman: vel quia supra naturam erat, vt vrere aquam, & ignem in camino tres pueros refrigerare; ita vxorem, amicos, filios, seruos, qui natura sua hominem refrigerare debebant, sibi infestos habet. *estos le dezen quemazones*, miraculum est; verùm ideo miraculum vocat, quia diuinam sapientiam, & potentiam summi Regis subodoratus est: nam in miraculo, quod splendet, magis est diuina auctoritas, & omnes ibi Deum adesse dicunt; *Dios anda aqui*, etiamsi miraculi instrumentum infirmum, & abiectum sit; sic Iob cùm domi suæ laborem esse maximum, & ingentem tribulationem videt, miraculum, miraculum, inquit: *Dios anda en casa*, non est cur nec instrumenta despiciam, nec putredinem, aut egestatem contemnam: sapientissimus gubernator gloriam sibi parere vult: *sit nomen Domini benedictum*, qui nauiculam ascendit, & gubernat omnia, & disponit in sapientia.

Tribulationes à Deo dispensari certum debet esse.

Isai. 42. 19.

Iob 10. 18.

Tribulatio est signum Dei præsentiæ nobis.

Psal. 112. 2.

9. *Secuti sunt eum discipuli eius.* Iustitia locum, & gradum vnicuique in sua republica tribuens, & secundùm leges gubernans, hoc verbo denotatur; iustitiæ autem munus in duobus est, quæ sæpe repetit sacra Scriptura: *facere iudicium, & iustitiam, & ambulare cum Domino Deo tuo*; iudicium significat alteram iudicij partem, qua scilicet iudex reum damnat: vt cùm Salomon alteram meretricem misit vacuam, & cum probro sine filio; iustitia verò est altera pars, qua iudex innocentem absoluit: vt cùm Salomon filium donauit matri legitimæ. *Ambulare cum Domino*, est illi obedire, & gradum ab illo acceptum tenere. Primò ergo exturbandi sunt è naui *impudici*, hi etenim periculo exponunt nauigium reipublicæ: hæc enim peccata publica frangi nauem faciunt. Vide tempestatem illam grauem, quæ concitata est in Dei exercitu, cùm impurus ille dux cum Madianita peccauit; *stetit autem Phinees*, hoc est, orauit oratione, quæ tunc plurimum valet, exturbauit enim eum de naui ad inferna, & *cessauit quassatio.* Quare noster hic gubernator Christus gregem illum porcorum iuxta Genezareth in mare demergi iussit, nec pastoris dolore considerato, nec Domini gregis iactura *vayan vayan*, bruta corpora à dæmone semel possessa deprimere opus est in mare, vt tota respublica libera sit, præcipuè cùm Iudæi per legem suillam carnem manducare non possent: at ideo manducabant, quia vetita erat; sic illi homines, qui ante coniugalem statum, vel clericalem se continebant, nunc autem quia esus carnis vetitus illis est, & concubinatus prohibitus, ideo legem transgrediuntur, opus est, illos statim mari committere, *vt cesset quassatio.* Exturbandi sunt secundo loco vagi, & profugi, sicut Ionas, ne nauis periclitetur sicut illa: nam pericula maris experimur, & hi peccatores ad instar Ionæ bene poti, & bene pransi altè dormiunt, omni cura soluti: fit enim vt etiamsi delictum secretum sit, supplicium publicum sit, & commune, propter hæc occulta crimina, nauis Ecclesiæ iactatur grauissima tempestate. Occultum erat peccatum Dauid, & supplicium totus Israël experitur, misera captiuitate vexabantur in Chaldæa, & templi desolatio instabat, dum muro rupto Ezechieli ostendit Deus abominationes secretas, *quas seniores Israël*[a] *fecerunt in tenebris, vnusquisque in abscondito cubilis sui dicunt: Non videbit Dominus: ello se està dicho por los peccados secretos, amancebamientos de denoche de los señores seglares, y delos de mas azota Dios la yglesia toda:* & vos interim in vtramque aurem dormitis? non oborta est tempestas propter Gentiles illos, sed propter vnum, qui fidelis delinquebat, propter vnum laicum, vel Ecclesiasticum pastorem dormientem, concionatorem fugientem, pereunt regna, ideo Dauid[b], *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam*: excitant illum, rogant: *ven aca hombre perdido: cuius causa malum hoc, quod est opus tuum, quæ est terra tua? quò vadis? quid tibi faciemus*: nam si ab ipso Christiano, vel Ecclesiastico lux non procedit ad suam salutem, à quo mutuabit? *si sal euanuerit, in quo salietur*[c]? *proiicite me in mare*[d]; propter me enim oborta est tempestas: at illi nihilominus liberare conantur, & ad terram appellere, quod cùm non obtinerent, ad orationem confugiunt: *quæsumus Domine, ne pereamus in anima viri istius, & non des super nos sanguinem innocentem; quoniam tu Domine sicut voluisti, fecisti*[e]. Vide Ethnicos qua ratione iustificant causam supplicij Ionæ. *y aca en viendose vno con vna vara en la mano, piensa, que su potentia es la ley*, & quantum vult, tantum posse autumat, *sit fortitudo nostra lux iustitiæ*[f]. Tertio loco pellendi sunt de naui iniusti raptores, & auari; propter hos enim nauis reipublicæ subit procellas maximas. Prodeat vnus de pluribus in exemplum, Iudam videre (inquit Ambrosius[g]) quod refert Matthæus

Matth. 8. 23. *Iustitia Christi resplendet.*

Coniungit hæc duo Ezechiel c. 18. v. 5. & Isai. 5. v. 7. vide P. Prado in Ezechiel.

Psalm. 105. 30.

Marci 5. 12.

Qui de naui reipublicæ exturbandi.

10. *Todos se turbaron con el grande peligro, no se dan mano, la muerte al ojo amayna, amayna, coje las velas, hecha la ancora, a la popa, que se tuerce, ala vela mezana, ala maestra, dale ala bomba, que nos hundimos, descargar, alixar a priessa, y el fugitiuo de Ionas ni se halla seguro en popa, ni se quitta en la proa, dexalos à todos en el ruido, y peligro, y alzala compuerta, y baxasse abaxo, y hechase adormir a sueño suelto, y es el, porquien el mal brama.*

a Ezech. 8. 12.

b Psal. 100. 7.

c Matth. 5. 13.

d Ionæ 1. 4.

e Ibid. 1. 14.

f Sap. 2. 11.

11.

g Tom. 3. serm. 11. de mirabilibus Scripturæ.

a Cap. 8.

Matthæus [a] periclitari nauiculam, eo quòd licèt in ea erat Petrus, qui reliquerat omnia, in ea tamen erat Iudas, qui rapiebat non sua: *hæc est causa periculi, erat ibi Simon Petrus, sed erat pariter & proditor Iudas, ibi tempestas, vbi Iudas adiungitur, licèt esset Petrus firmus suis meritis, perturbatur tamen meritis alienis.* Quid interest sanctissimis religiosorum familiis rempublicam munitam esse; quia licèt reliquerint sua plures, vel vnus est, qui furatur aliena. Primò iniusti, aduocati, & causidici pellendi sunt, sicut ab omni republica expulerunt multi; quia, vt ait Isaias, *va qui condiits leges iniquas: no hazen leyes los abogados, sino tuercenlas a su proposito*; inde bellicosi sunt, sicut ille Censorinus Cato, qui septuagies accusauit alios, quadragies accusatus est, & in hoc tumultu negotiorum vita functus est: *latrados bulliciosos*, qui in lingua sua pacem, & bellum gerunt: & Tullius *Rex Romæ* appellatus est. Iudices item, qui præfecturam ambierunt, Demosthenes asserebat, prius prudentem virum mortem oppetiturum, quàm iudicaturam, vel publicam administrationem. Similia effutiebat Epicurus; quid si emat officium? non solùm contra legem Iuliam, in titulo de Doctoribus, *ff. ad legem Iuliam ambitus*; sed etiam contra Apologum illum antiquum, *illos minutatim colligere, quod vno profuderint pretio*; quid si munera accipiant? *vix retinet gladium firmiter vncta manus.* Mittantur denique de republica scribæ publici, & procuratores; qui si aduocati scelera machinantur, isti legunt, & testimonio affirmant: *los letrados trampean en latin; estos en romance*; tace, Deus permittit illos in naui, teneo: verùm, etiam dæmones in aëre permittit; quibus tamen, vt vnus affirmauit dæmon, neque falsò iurare, neque scribere permittit Deus: si autem hæc duo præstant, & tamen dæmones non sunt, sunt horum similium domus ad instar sacelli D. Antonij, ex cuius parietibus pendent in honorem beati, manus abscissæ, brachia, cruraque, igne sacro combusta, ab alijsque auulsa; quid sunt peristromata, tapetia, vasa argentea, & aurea pretiosa, quæ in aulis vestris pendent, & splendent? nisi brachia, & manus confractæ in iudicio, diuitiæ in damnum vestrum comparatæ; igne enim sacro D. Antonij peribunt omnia, *in alis tuis*, & vestimentis tuis *inuentus est sanguis pauperum*, Ier. 2.

Cap. 10. 1.

Que nadie tuuiesse officio de administrar justicia por las calamidades, que le son anexas: porque la diligencia es sospechosa, la negligencia peligrosa, la palabra calumniada, el callar enojoso, el officio odioso, la grauedad molesta, la llaneza notada, la entereza llamada rigor, la mansedumbre remission, y in iniusticia, y en fin la persona es infamada. Mirad estas casas con atencion, y su menaje, y direis, o, esto ha venido aqui por milagro, o, abrasando hombres, honras, justitias,

12.

pleytos. como los votos, que estan pendientes en la capilla de San Antonio, o, las pelotas de artilleria, que estan pendientes en Guadalupe, o, Loreto.

Superest secundum, *& ambulare cum Domino Deo tuo, secuti sunt eum discipuli eius* [b]. Sequi in primis debet creatura creatorem, quod ne ignoret anima, ab ipso multipliciter vocatur (vt notauit D. Augustinus [c].) *Vocat beneficiis creaturarum, vocat impertiendo tempus viuendi, vocat per flagellum, vocat per lectorem, vocat per misericordiam consolationis, vocat per intimam cogitationem. O que de vocas; porque no abris vna vez la boca señor, y hablais claro? ola signe me*: non est opus te clariùs alloqui, homo, quoties enim Christus Dux fit, & te ad celsiorem gradum, & statum ducit, non est opus verbo, etiamsi ad montem excelsum ducat, vel mare tranare opus sit, *ala vela Christianos*, agite nauim, conscendite, omnes soluite è portu: quorsum nos vocas? solummodo *secuti sunt Dominum discipuli eius*? Toto cælo erras, si te vocari non putas: primò enim si Deum tenere vis quacunque, & in quemuis pergat locum, insequi illum teneris, ille nauim conscendit, vtique & tu nauigare debes: si enim Deum possideas, ditissimus es; si verò in futura vita sine Deo sis, quid infelicius? Hoc ergo est esse Christianum, hoc maximè discipulos Christi constituit. Aristippus Philosophus Socraticus nauigans cum sociis naufragium fecit; nudus tamen, vt potuit, ad Rhodas insulam peruenit, qui statim ad scholas litterarias veniens, ac sapientissimè disputans; sic sapiens, & eruditus inuentus est, vt illum cum sociis non solùm vestibus induerint, verùm amplissimis donis cumulauerint; cúmque ad patriam regredi socij vellent, rogant quid ciuibus suis & cognatis relatũ vellet? Vnum tantummodo (inquit) vt doceant filios tales scientias, quæ in naufragio cum illis possint enatare: hoc est, quod te monebam, nauigationem subterfugere impossibile est, ad mortis portum appellere inexcusabile; in quo ergo curam, & studium collocare oportet? in eo nempe, vt discipulus Christi fias, & illas compares merces, quæ nec morte diripi, nec possint naufragio perire, sed citra mortis limites valeât perdurare: *opera enim illorum sequuntur illos.* Apoc. 14. 13.

b Matth. 8. 23.

c Super Psalm. 102.

Imitatio Christi summa felicitas est, sicut è contra summa calamitas Christum amittere.

13. *Pereant omnia ne nobis pereat Christus.*

Secundò etiam, quia cùm ascenderem nauim videant discipuli magistrum suum, satis inuitantur ad sequendum illum: non enim Deus cogit, sed vocat, non vim infert, sed allicit (vt ait D. Chrysostomus [a].) *Sanè Dei vocatio nec mentem eorum, qui virtutem contemnere volunt, vllo modo violentat*, blandè allicit, vrbaniter inuitat, & vno quasi capillo, nempe cogitatione te sicut Abacuc trahit: quare caue, ne in aërem mittas, quod leuissimum est; ex quo tamen salus æterna dependet. Quare vt Deus ostenderet Ezechieli quàm paruipenderent Hierosolymitani monita, vocationem, & diuinas inspirationes, Prophetæ imperauit, vt abrasos de capite capillos, partem igni, partem gladio, partem vento tradat: & addit, *iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt*: inspirationes *iudicia* vocat, inde enim iudiciũ incipit, vbi Deo respondere desinis; quare illis eodē ordine mors venit, & interitus, igne captiuitatis, gladio, & dispersione; & causam reddit Augustinus [b]: *Sicut non habuit meritum præmissio, vt vocaretur, sic inchoat meritum supplicij, cùm vocatus venire neglexerit*; & cùm postea Deum sequi volunt, non consequuntur, etiamsi velint: auctor enim gratiæ, sicut potest conferre, sic & auferre gratiam potest, & solùm illis auxilia ordinaria impertiens nouit ad vitam nequaquam peruenturos, *& quò ille vadit illos venire non posse*; hac enim punitione dignus est, qui maiora auxilia in vanum recipit, & fauores despicit. Sic se Deus habet cum his, sicut princeps, qui chartis pictis cum famulo ludit, & herus inquit: Facio sponsionem, *embido*; respondet famulus: Recipio, *quierolo*; auget princeps sponsionem, & inquit: Admittis? respondet, non recipio: *assi que ya no que reis embidar*? iam contrahis sponsiones? ludam equidem; nulla tamen sponsione facta, sed communi; *Iuega con el, però no mas, que el ennite ordinario*: & tædio affectus surgit, & quod reliquum est, seruat, & apud equites, & nobiles largiori iactu, & sponsione ludit: *quedaos para ruin, que yo jugare con estos caualleros.* Non indiget explicatione, sed timere opus est, ne Deus post tot præstita subsidia, auxilia maiora subtrahat, & sufficien

a Hom. 81. in Matth.

Ezech. 5. 6.

b Lib. 83. quæstionum, quæstione 68.

Simile.

Auxilia maiora subtrahit Christus, quando communia non acceptantur.

sufficienti tantùm auxilio adiuuet, quo cum in vltima vitæ periodo, & respondendi occasione de more tuo dicas, non recipio; & Deus, neque ego, abi in malam rem: *ego vado, & in peccato vestro moriemini.*

Ioan. 8. 21. 24.

14. Ne tam quidem Pater (inquis) *passo Padre, mas cerca hay posada:* ego inueniam, & dabo viam mirabilem in tanta difficultate; qui secuti sunt Dominum, nónne erant discipuli eius? sequar ego libentissimè, non per maris difficultates, sed per terram; non ardua tentabo, nec maiora, & perfectiora penetrabo, relinquam ista religiosis viris, ego in clericatu, vel matrimonio tranquillè, & deuotè vitam degam. Sat bene, sola lingua viam, & formam inuenisti in Euangelio, quod per se perspicuum est. Ego facilè Euangelio, & ratione probabo teneri te vbique ad eadem ferè, licèt non eodem modo, quæ ego ad salutem teneor obseruare, putà Decalogi obseruationem, & aliquam consiliorum obseruantiam, quæ ad illa præcepta seruanda maximè iuuant; nam cùm transit actio, qua homo debitum persoluit creatori, cui harum trium tu non teneris? teneris ad illa opera, quæ immediatè in creatoris cultum tendunt, fidem, spem, amorem infallibilis veritatis, potentiæ, & bonitatis; teneris adorare, reuereri, seruire, laudare: intende igitur digitum, & ostende vtri earum actionum, cui ego teneor, tu non obligeris? tenerisne ad opera, quæ proximum iuuant? non malum inferre, quod naturale est, sed opera misericordiæ erga illum exercere, amare, ferre, indulgere, hæc opera mihi, & non etiam tibi iniunxit? aberras certè, hæc enim opera proposita sunt ad commune omnium mortalium examen in die iudicij.

P. Platus de statu religionis.

15. Iam ad actiones, quæ ad teipsum pertinent, quæ mentem, voluntatem, appetitiones, sensúsque moderantur: tu cùm homo sis, non teneberis? has autem cùm iniungeret Dominus pro suggestu, & conuocatis turbis prædicabat, *vt crucem tollerent*, vt animas perderent, & vim sibiipsis inferrent, otiosum verbum non impunè abiturum, *& quod dico vobis, omnibus dico*; hæc est summa perfectionis Christianæ: tu ergo qui Christianus es, ad aliqua opera huiusmodi incũbere teneris. Audi sapientissimum concionatorem Chrysost. qui [a] inquit, *Fallis teipsum prorsus, & decipis, si putas aliud à secularibus viris, aliud à monachis requiri*; scis quid discriminis sit, hunc nõ esse matrimonio iunctũ, te verò esse, in reliquo communis est obligatio, & pœna; quia qui irascitur fratri suo, religiosus sit, vel coniugatus, etiam Deum offendit; nisi dicas malum esse periurare religiosum, non verò laicum, minimè, æquè omnibus dicitur, *Ego autem dico vobis, non iuretis penitus; væ vobis, qui ridetis.* Dixitne, væ monachis ridentibus, & non sæcularibus? *beati, qui lugent*; solos Deo mancipatos beatos dixit? minimè, sed te etiam beatum appellat, si luges; ergo & te infelicem, & damnatum si cum mundo rides. Accedit etiam Basilius [b] canis, & doctrina plenus. *An non* (inquit) *tibi, quæso, videntur etiam matrimonio iunctis lata fuisse Euangelia?* Euangelia non pertinent ad coniugatos? non aduertis Christum ad omnes loqui, & si in specie aliquid rogabant, respondebat, *quod vobis dico, omnibus dico.* Hæc auctoritas tanti viri est. Audi rationem; si vrbem captu difficillimam muris cocto latere conditis, alta fossa, palustrique, ac limoso amne communitam pari tam naturæ, quàm artis præsidio constructam dux strenuus obsessam teneret, & præter hoc, qui vrbem defendunt, vigilias noctis obseruant, intentis gladiis, & sclopis, tormentis, muris assistunt, illic principis cohortationes, displosio, tubarum sonus, lustratio militum, si dum in vrbe hæc fiunt, dumque castra aduersariorum accedunt, dum à fronte terram occupant, agros depopulantur, in ipso tunc ciuitatis ingressu, puta in ponte extra mœnia ipsa homines essent ludentes, obambulantes, vel choreas agentes, nónne amentissimos iudicares? quid hic agitis, non videtis properantem exercitum? non nos (inquiunt) veniunt expugnare, sed vrbem his mœniis munitam. O insaniam! Verùm insanior es tu Christiane, qui talia effutire es ausus; omnes nos eisdem aduersariis circundamur, & expugnamur; id tantùm discriminis est, nos, qui muris fortissimis, & munitissimis cingimur paupertatis, obedientiæ, & castitatis, armamur cilicina lorica, verberum ense, ieiunio, exhortamur, inuigilamus, & in tempesta nocte excubias agimus; & dum hæc fiunt, eisdem aduersariis ad tuam perniciem incumbentibus, tu ludis, rides, luxuriaris, & audes dicere, hoc genus tentationis non ad meum exitium, & impugnationem fit, sed ad religiosorum vastitatem dæmon meditatur? certè tu, qui in maiori periculo es, maiori studio ad bella te comparare teneris, & cùm defendas vrbem, mœnia, & aggeres consiliorum debes conseruare, dare eleemosynam, vt longè absit furari, tacere, vt detractio longè sit, carnem domare, vt luxuria consopiatur, ac denique, vt potueris, consilia obseruare, ne legem totam (in qua salus est) irrumpas, atque relictis omnibus illum adolescentem imitari, qui iamiam nauim Christo conscendente illum sequi tentauit, quem non repulit Christus: illum enim *non solùm secuti sunt discipuli eius*, sed etiam alij, qui postea admirati sunt. Matth. 8. 23.

a Lib. contra vitæ monasticæ vituperatores.

b Ser. de rerum abdicatione.

16. Simile.

17. *Et ecce motus magnus factus est in mari.* Iam serò venis tempestas, quis formidet in naui, in quam Christus cum Apostolis conscendit, certè tempestas hæc venit, vt beneficentiam nostri gubernatoris ostenderet. Duo genera laborum patimur: alios, qui nec à cælo, neque à terra, neque à mari fluxæ vitæ veniunt, sed à nauigantibus: *males, que nos vienien de los passajeros*, in his non dormit Christus, immo, vt vidistis, eos de naui exturbare conatur: alij labores sunt à natura, vel à mari; & hæc mala cùm communia sint, & sine crimine, nulla alia de causa, nisi quia in eadem naui sumus; *vamos en el mismo nauio sujetos à vnos mismos vientos, que nos aborrascan la vida, y paz:* & sicut in mari nulla firmitas est, sic diues non firmatur diuitiis, rex regno non persistit, & sterilis annus, ægritudo, quæ per omnes grassatur, omnes comprehendit nauigantes; in his tempestatibus videtur dormire Christus; scit enim hos labores non ad iacturam, sed in vtilitatem nostram vergere, & materiam solatij esse labores cum Christo in Ecclesia perpessos: primò enim nos, & Christi discipulos, & filios esse tribulationes ostendunt. Loquatur Seneca, non vt Ethnicus, sed vt Christianus, non de fortuna, sed de diuina prouidentia: *Hos itaque, quos Deus amat, indurat, recognoscit, exercet; eos autem, quibus indulgere videtur,*

Matth. 8. 24.

Tribulationes reipublicæ multis de causis ortum habent.

Solatij causa in tribulationibus.

videtur, molles venturis malis seruat, quia in castris quoque nocturnos hostes aggrediantur insidiis, aut explorent iter, aut præsidium loco deponant, imperantur, & nemo eorum, qui exeunt, dicit male de me, imperator meruit, sed bene iudicauit.

Alia ratio. D. Bernardus etiam, dum hospitem recipit, eques quidam, & filios ab amplioribus cubiculis educit, vt hospes inhabitet, quid cogitant? vtique filios esse, & qui domi mansuri sunt, alterum autem hospitem esse: *y el trato, que le hazen ser cumplimiento*; oportet enim sic liberalissimè hospitem tractare: sic ex modo, quo te gubernat Deus, filium esse potes suspicari. In Noë arca libeat intueri, in qua animantibus latiora cubicula, dedit angustiora hominibus; & nihilominus pluris faciebat homines orbis terrarum semina. D. Gregorius [a], *Ibi lata, vbi bestiæ, ibi angusta, vbi homines; quia in carnalibus ampla, in spiritualibus angusta; lata via est, quæ ducit ad perditionem.*

Arca Noë schola est patientiæ in tribulationibus.

a In gloss.

18. Secunda ratio. Secundò, quia qui arcam intrant, quasi ex iustitia, & fidelitate consolationem postulant: nam præter hoc, quod est Deum semper eundem esse, ex pacto tenetur fauores, & impensas exhibere iis, quos ad magna vocauit, & cor magnum fingere illi, quem ad sublimem statum traxit: quare ex iustitia Dauid implorat auxilium, *Viuifica me secundùm iustitiam tuam; retribue seruo tuo, & viuifica me: Señor iustitia es, que pues os sirue me deis gajes*; & hæc sint nouus spiritus, & consolatio, quod clariùs dixit, *Cùm inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ*, ecce primum; *& in tribulatione dilatasti mihi*, ecce secundum.

Psal. 118. 27.

Psal. 4. 2.

Tertia ratio. Tertiò etiam solatio est, plurium societas vectorum in eadem naui: *la compañia de los passajeros.* Quis enim solus nauigaret? iter ageret? vineam foderet? montes excauaret? & saxeam viã in mari faceret? *quien à solas emprendiera hazer vn muelle en la mar?* hominum autem societas facilè hæc omnia perficit, ideo ait glossa [b], columbam in mundo non perstitisse, quando emisit illam Noë; *quia inter cadauera non habebat sociam*: societas enim in tribulationibus perficitur; & sic notauit Rabanus, cùm homines diuisi in arcam à fœminis intrassent, societate, & matrimonio iunctos prodiisse; non solùm quia matrimonij vsus tunc valde necessarius, iam licitus erat illis; sed etiam quia ingens illa transacta tribulatio, & quam in mundo perspecturi erant, valde animos inter se connectit, & conciliat. D. etiam Clemens [c] fructum, & emolumentum sodalitatis declarat, cùm loquens ad D. Petrum ait: *Vereor esse sine te, cuius solam præsentiam omnis luxuria, quamuis ratione careat, erubescit: a cuya presentia tienen verguenza las desmesuras de mi sensualidad*: &, *Si videris sensatum, euigila ad eum, & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.*

b In cap. 8. Gen.

c Lib. 1. recognition.

Ecclesi. 6. 36.

19. Quarta ratio. Quartò non minor solatij causa est in naui facilis rerum transmutatio, in naui reipublicæ, vel Ecclesiæ, qui nauigant, experiuntur hoc: in mari enim, neque in sæculo eamdem fortunam diu persistere posse Strabo asserit, & probat Lyra (nec textus obscurus est) & glossa refert *Gen.* 8. in sequenti anno eadem die, qua Noë exiuit de arca, in illam intrasse, vt in memoriam labores reuocaret, & mundo solatij causam daret, non diu aduersam fortunam duraturam: *que todo se trueca en el mundo, no hay, si nos esperar, y callar; que naue, en tiempo, en mar, en ayre, y remos, como no ha de mudarse presto?* ideo non est, cur de aduersitate tristemur, nec multum de felicitate gloriemur. Vide quanta, & quàm diuersa vnus fert annus, & non despondebis animum, sed bonæ spei plenus eris.

Quinta ratio. Quintò his adiunge in arca reipublicæ solatium, lumen, & lætitiam bonæ conscientiæ, quæ hilarem hominem facit. S. Theophilus Patriarcha Antiochenus [a] ait, quandam gentem errasse, quæ vt Deum colebat propriam conscientiam: vna enim bona conscientia gloriam, mala verò infernum præstare posse videbatur, quare ibi inesse summum iustitiæ numen. Verùm licèt Deus non sit conscientia, est tamen fidelissimus Dei minister, ad vtrumque paratus, siue in pœnam, siue in præmium: peccatori enim est, sicut æreum tintinnabulum, vel cymbalum, quod ante damnatos pulsari solet, & suspendij signum est: *la campanilla, o, trompeta del aborcado.* Refert Fortunatus Presbyter [b], cùm homo quidam bouem furatus esset, qui collo appensum habebat tintinnabulum, in quo domini signum pressum erat, bouem vendidisse, tintinnabulo priùs ablato. Mirabile quidem fuit, quòd tintinnabulum numquam personare cessabat, nec in theca, nec confractum; quo miraculo attonitus fur, agnouit crimen, resipuit, restituítque bouem: sic enim contingit, vt quamuis te meretrici tradas, aut auaritiæ, inclamat conscientia, mentémque cæco verbere flagellet vsquequaque, hæc luminis instar Ecclesiam exhilarat, sicut qui videret arcam Noë, obscuram, & tristem habitationem putaret, in summitate autẽ erat fenestra lapide pretioso (vt ait Lyra) dilucido: hæc bona conscientia est, quæ terrenam habitationem lumine replet, & mente bene conscia, quæ nulla vexatur memoria criminis.

a Lib. 1. ad Autolycum.

b In vita S. Medardi. Vide Surium tom. 3.

20. Sexta ratio. Altera non prætereunda consolationis causa: Christus Dominus est in Eucharistiæ sacramento, nam Noë sacrificium non nisi extra arcam obtulit, hìc autem nos viuum nobiscum vehimus. Quare in Ecclesia mos fuit recipiendi panem istum sacratissimum manibus in formam crucis supra pectus positis, vt docet VI. Synodus, & D. Damascenus; quasi diceret communicans hoc pane semel sumpto, ingruant super me crucis labores: quis enim non facilè ferat: *Ite, comedite pinguia, bibite mulsum, quia dies Domini est: siempre es dia de pascbua, y de bodas donde está Christo.*

2. Esdræ 8. 10.

Septima ratio. Vltimum denique nauigantium solamen oratio est, *Domine, salua nos, perimus.* Sic in tribulatione orat Iosue, sic Ezechias mortis pronunciata sententia, sic denique gubernator Christus cùm in nocte passionis nauim suæ humanitatis vndique iactari, & conflictari videt, ad orationem confugit; sic gubernator Israël Dauid ad Dominum, *Cùm tribularer, clamaui, & exaudiuit me*: tribulatorum enim sacrificia, & orationes gratissimè suscipit Deus. Pro quo obserua, cùm Salomon in suo illo magnifico templo multa millia animalium obtulerit, numquam illi dictum est, quod de Noë dictum est eius sacrificio, *Odoratus est Dominus in odorem suauitatis.* Deo enim non tantum perplacet oratio magno cultu exhibita, quantum ex multo dolore, & tribulatione profecta. *Exaudiuit Dominus orationem humilium*, Hebraicè habetur, *modulationem cicadæ*; cantat enim in æstu, & rore cælesti alitur: ecce quomodo tempestas magna

Matth. 8. 26.

Psal. 119. 1.

Gen. 8. 21.

Ps. 101. 18.

magna magnas etiam nobis solatij, & vtilitatis occasiones affert.

21. *Imperauit ventis, & facta est tranquillitas magna.* Fortitudinis diuinæ ostentatio supererat,

Matth.8.26. ideo tribulationem, & tempestatem permittit,

a In cap. 8. Gen. quod adnotauit D. Thomas [a]. Quare (inquit) elegit Deus arcam ad seruandum humani generis parentem, cùm posset celsissimam turrim super montes ædificare, cuius reddit rationem: *que esso de torres era potentia de hombres poner vna piedra sobre otra: at ostensa est potentia miræ gubernationis arcæ in tanto diluuio, vt neque per contactum montium, arborum, neque iumentorum frangeretur, neque turbulentè quateretur, aut pars arcæ suprema ad infima regyraret, aut reuersaretur, ostensa est hic & potentia conseruatiua animalium, cùm nec minima bestiola exteriùs prodiret ab arca, aut deforis intraret in eam, & vt potuerit sufficere tanta multitudini animalium paucus aër inclusus, cùm aër exteriùs vsque ad regionem nubium versus esset in aquas; quia omnia hæc diuino fiebant miraculo, pusò tienda de milagros*: atque adeò Ecclesia quid aliud est, quàm miraculorum officina. Quare fortissimus gubernator fortissimos etiam ciues suos vult, ideo in maximis periculis constituit, vt ibi virtus eorum clariùs elucescat. Ideo Homerus non contentus ostendisse iam Vlyssis consilium in gubernatione terræ, & in bello gerendo aduersùs versutissimum senem Nestorem, nec satis sibi fuisse monstrasse vim, & fortitudinem illius cum Achille, longam illi nauigationem fingit naufragiis plenam, in qua iam ad insulam incantatricis Circes, iam in oram Heroum, iam inter Scyllam, & Charybdim versantem mare depingit: multis iam ærumnis, laboribus, fame, probris allatrantium Pharisæorum vexati fuerant Apostoli; verùm hic omnium maximus supererat labor, vt fortissimi gubernatoris fortes euaderent filij, & gloria

Sap.10.12. præclarior. *Certamen forte dedit illi, vt vinceret, & sciret; quoniam omnium potentior est sapientia.*

In arca Noë eximia Dei prouidentia resplendet.

22. *Porrò homines mirati sunt, dicentes: Qualis*

Matth.8.27. *est hic; quia venti, & mare obediunt ei?* Æquum iam erat te verum, & perfectum gubernatorem recognoscere: video tamen multa in tua republica deploranda, vt præ mœrore, & lacrymis

Ibid. 25. solùm rogare possim, *Domine salua nos, perimus*, nutat virtus, hæret sapientia, iustitiæ virgæ flectuntur, remiges dissoluti lucro seruientes, fœminæ omni libidini expositæ, iuuentus petulans, & effrænata, pueritia indocilis, & indomita, tuæ seueritatis verbera repetita, ruptæ omnino, & in malum prolapsæ conscientiæ, *perimus: auiso Christianos, que la barca està rota, y perecemos*, vnusquisque sibi consulat, saluetur qui possit, tabulam arripite vnusquisque, sic ego facere decreui. Te crucem sanctissimam tabulam, ex qua cæli fores factæ sunt, te vbi dormit gubernator meus, vigilat tamen in meam salutem; seruator animæ meæ; mare fluctuat, & variis agitatur euentibus: nunquam tamen ego discedam à te, quòd si opus fuerit non vno, sed tribus tibi clauis suffigar, ne ita infelix sim, vt cùm ex hac cruce omnia ad te trahes, me in æternum proiicias, quin potiùs vocem illam iam portum tenentis audiam: Venite benedicti, &c. ad gratiam, & gloriam.

VERBVM FILII.

Ioannis 3. v. 5.

Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

Nouus Homo in typo diluuij, & arca, regenerandus per Baptismum, & in arca Ecclesiæ præfiguratur.

DISCVRSVS XI.

QVEMADMODVM te Dei tui Verbum creauit, ita creatum instaurauit, 1.

ac refinxit (inquit Nazianzenus [a]) & a Orat. in sanctum Baptismum.

quidem figmento diuiniori: primum enim veræ religionis sacramentum nouæ vitæ initiatiuum Baptismus est, fideíque publica professio, & obligatio, ac per consequens adoptatio, & adscriptio in Ecclesiam Dei, eiúsque iura, & præmia sempiterna: quare cùm de hac diuiniori instaurandi ratione acturus sim, ne, obsecro, sicut Hebræus ille Nicodemus dixit, ac crassiùs intellexit, putes senem sola annorum renouatione mutandum in puerum (vt optimè obseruauit Nissenus [b]) sed vera morum deposi- b De baptismate.

tione, & anteactæ vitæ sordium expiatione, quam mirabili illo Baptismo fieri, auctor ipse Baptismi affirmauit. *Amen, amen dico tibi, nisi* Ioan. 3. 5.

quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei; & D. Paulus, Ephes.4.4.

Induite nouum hominem, qui secundùm Deum creatus est. Disputat Hieronymus de vi vocis *creationis*: ait autem creationem numquam nisi in magnis operibus nominari; vnde colligit NOVVM HOMINEM, qui iuxta Deum in Christo creatus est, magnum Dei opus esse, & eminere supra cæteras creaturas, cùm sic conditus esse dicatur, sicut mundus, & sicut initium viarum Dei. Quamobrem sicut creatio ex nihilo, ita hominis renouatio Deo auctori tribuenda est; condi tamen, & creari dicitur, eo quòd inuisibiliter in alium quemdam ordinem redigitur: sicut cùm ex monachatu in Pontificatum quis assumitur. *Quare non* 2.

contemnas diuinum lauacrum (ait Nissenus [c]) c Oratione de sancto Baptismate.

neque id tamquam commune propter vsum aquæ parui facias, & leui momento ducas: nam id, quod operatur, magnum est, & mirabiles existunt effectus; vide quam dignitatem attulit consecratio huic altari lapideo, cui adsistimus; vide etiam quo pacto panis, qui est in initio communionis, vbi eum mysterium sacrificauerit, corpus Christi dicitur, & est; vide etiam eadem verbi vi sacerdotem augustum, & honorandum fieri nouitate benedictionis à communitate vulgi segregatum, & qui heri vnus è multitudine, ac plebe erat, repentè redditur præceptor; præses, doctor pietatis, mysteriorum latentium præsul, eaque contingunt ei, cùm nihil vel corpore, vel forma mutatus inuisibili quadam vi, ac gratia inuisibilem

Baptismus, noua vita initium.

Regeneratio quasi creatio.

Baptismi dignitas.

bilem animam in melius transformatam gerens.

3\. Fit autem hæc renouatio non annis, sed profectibus, non sensibus pueros imitando, sed malitia paruulorum mores gerendo, ita quidem, *vt si ante Baptisma* (ait Nissenus [a]) *homo eras proteruus, auarus, & fraudator, raptor rerum alienarum, conuitiator, & maledicus, mendax, calumniator; sit nunc modestus, sobrius, suis contentus, veritatis studiosus, comis, & affabilis;* quare non ex hac die diluuio sanguinis Christi extinctos puremus, *quicunque in Christum baptizati sumus, in mortem ipsius baptizati sumus*, simúlque *hoc peccati diluuio* (vt ait Nazianzenus) peccata omnia interire, & sicut lancea, qua Christus confossus fuit, vel ensis, quo Zambri à Phinees simul cum Madianita occisus; sic nos *lancea Baptismatis* (inquit Nissenus [b]) *mortuos deinceps peccatis efficit*, immo in cruce totus homo configitur mundo, & cum Paulo ait, *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Hac anima verè regenerata verba, ha recens nati hominis voces proprium pactum memoria retinentis, cùm omnem & pœnam, & cruciatum subiturum, & voluptatem pro illius dilectione se negaturum esse promisit.*

1\. Cor. 14.

a Vbi suprà. *Noua morum mutatio per baptismum.*

Rom. 6.

b Suprà.

Galat. 6. 14.

4\. Quòd si meliori figmento, & diuiniori refingendus est homo (vt aiebat Nazianzenus) opus est diuiniores causas, & elementa adsciscere ad tam mirabilem renouationem: ipse enim Deus sic loquitur apud D. Chrysostomum [c]: *Formaui ex aqua, & terra, non vtile vas euasit, sed deterius factum est; non ampliùs aqua, & terra fingendum est, sed aqua & spiritu*; quapropter Nazianzenus [d] Baptismum laudans, simul instrumenta huius innouationis expressit: *peccati diluuium*, en tibi aqua opus est, *peregrinationem cum Christo*, ecce crux, & sanguis designantur, *spiritus affectationem*, vide viuificantis spiritus ope indigere, *splendorem animarum*, lucis munere peragenda res est, *clauem regni cælestis*, ecce Ecclesia arcæ Noe comparata, in qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt, ne deinceps salutem paruipendas, quæ tot támque præclaris instrumentis semel in arca Ecclesiæ peragitur; quia sicut post diluuium aquæ nullum aliud orbi continget, sic semel illuminatis in Baptismo alter Baptismus relictus non est.

Noua causa mirabilis renouationis.

c Hom. 24. in Ioan.

d In sanctum baptisma.

MEMBRA DISCVRSVS.

e Ezech. 36. 25.

Serpens non nocet in aqua nec diabolus aquis tinctis in baptismo.

NOTA. De hac generatione videndus est Beda, & Cyrillus

5\. Aqua igitur in signum visibile inuisibilis ablutionis assumitur; quia nihil est, quo sic animi sordes mundentur, quàm Baptisma. *Effundam* (ait Dominus [e]) *super vos aquam mundam, & mundamini ab omnibus inquinamentis vestris*; in qua etiam virus euomit, aut temperat serpens, neque ictu suo mortalibus nocet (vt experientia compertum est) vt ibi non expiatio solùm sordium adumbretur, sed veneni vitiorum, & venenati serpentis extinctio donetur: & sicut in arca Noë, quæ per aquam salua facta est, omnia animantia mitissima fuere; sic in aqua Baptismi, odia, iræ, & inimicitiæ in dulces mores, & charitatem mitescunt, & mutantur. Illud denique opus mirabile iteratò fit, cùm nempe ex aqua animantia pennigera fecit, & in sublimia peruolare iussit: videas enim bruto more, & belluina conditione natos homines sola Baptismi tinctione deserentes terrena in cælestium spirituum naturam, & conuersationem traductos, & alis spiritualibus ad superna sustolli, ita vt opus fuerit ad verbi Dei cœnam apparatissimam aues cæli vocare, *Venite ad cœnam*, fideles nempe cælesti more viuentes: ex aqua igitur noua filiationis diuinæ spes, fidésque oritur, & gaudium de tam splendida hæreditate, & cælesti maioratu. *Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba Pater: ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei.* D. Thomas [a] affirmat timorem filialem non amittendi Deum in nobis generare effectum quemdam securitatis, & amotis, qui ad aurem animæ, dignitatem suam, spem firmam suggerit; & ita Græcè loco *testimonium reddit*, legitur *contestatur*, quasi dicat, mens iusti sola non satis esset, sed spiritus contestatur, & ex vtroque testimonio persuasio quædam fit, non certa, non de fide, non qualis asseritur ab hæreticis damnatis à sacrosancto Concilio Tridentino [b], sed indicia quædam, ex quibus anima cum indefessa virtutum exercitatione elicit non leuem coniecturam salutis, qua filiali spe renati fonte Baptismatis dominicam orationem mox recitare admonebantur, vt obseruauit D. Ambrosius [c], qui sic habet, *O homo, faciem tuam non audebas ad cælum attollere, oculos in terram dirigebas, & subitò accepisti gratiam Christi: omnia tibi peccata dimissa sunt, & ex malo seruo factus es bonus filius; ideo præsume non de operatione tua, sed de Christi gratia; gratia enim saluati estis* (ait Apostolus:) *non ergo hìc arrogantia est, sed fides, prædicare quod acceperis non est superbia, sed deuotio.* Vide qualis euaseris ex diluuio Baptismi, nouus, nouósque spiritus assumens.

lib. 9. in Ioan. cap. 47. August. serm. 51. de verbis Domini, & lib. 2. de consensu Euangelistarum cap. 3. In hac generatione aqua dicitur vim subire matris verba autem sacramentalia patris: Ideo D. Dionysius de cælesti Hierarch. vocauit baptisterium matrem adoptionis.

Apocal. 19. 17.

Fideles auibus comparantur.

Rom. 8. 15.

a In ad Rom. 8.

6\.

b Confess. 6. cap. 9.

c Lib. de sacramentis.

Ephes. 2. 8.

7\. Secundò sanguis etiam testis est nostræ regenerationis, & coniugalis thalamus crux est, cui inter Hebræos maximus honos habebatur, ideóque ipse memoriam refricat crucis, & regenerationis (vt explicat Philo) *sub arbore malo suscitaui te*, mortuum per culpam suscitaui ad gratiam: *crux enim humanæ salutis auctrix est, in qua salus mundi, auctórque pependit; in cruce enim cum dolore cordis, & corporis parta est Ecclesia*, quæ regeneratio meritò nomine torcularis, & grani tritici emortui exprimitur: quis enim posset ad vitam reuocare mortuum, nisi Christus, qui quasi granum tritici sepeliendum in morte diuinitate, qua intus viuebat, seipsum, nostrámque naturam excitauit, & quis potuisset iniuriam, debitúmque infiniti pretij exsoluere Patri, nisi sanguis Christi, *quare solus dicitur calcasse torcular*: oportuit namque, vt Deus ipse in terram caderet suæ humanitatis, & fieret homo, vt in ipso homines satisfacerent, & in morte sepeliretur, & in torculari crucis, vt ab ipsa iustitia pœna mortis liberaretur homo. Sicut cùm alicui ex ciuibus alapa incutitur, mundus secundùm suas leges satisfieri putat, si fustibus percussor repercutiatur: ita similiter iniuriosum fuit Deo peccatum, & homo alapa, & sputamentis Deum offenderat, quid agat Pater, fustibus, & crucis ligno filium percussit, & maior facta est satisfactio, & ita *gratia Dei pro nobis gustauit mortem, vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium.* Disce ergo quanti tua steterit vita Deo, & qua ratione tuæ regenerationis sanguis Christi testis adhibeatur, *spiritus, sanguis, & aqua.*

Crux thalamus regenerationis.

Cant. 8. 5.

Hebr. 2. 9.

8\. Tertiò spiritus nostrã renascentiam contestatur (vt aiebat Chrysostomus) *non ampliùs terra fingen-*

fingendus est, sed aqua, & spiritu, ideoque in Baptismo aqua apponitur: cælum autem mittit spiritum, vt partita sit nostra salus, vt nempe nos exhibeamus, quod possumus, naturam videlicet, voluntatem, & mentem, atque bona opera; Deus autem statim spiritum liberaliter impendit, quasi animam bonorum operum. *Insuper manens omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei, & Prophetas constituit*; noua enim creatura per Spiritum sanctum efficitur in lauacro regenerationis, & quasi cor hominis spiritus in omnes arterias diffundit: sic Spiritus sanctus in anima sanctas cogitationes, impulsus, inspirationes vitales, gratias impertitur, nunc illuminat, nunc allicit, nunc amore pellicit, nunc animaduersione compescit, nunc fortem efficit, polit, perficit, ornat, & quasi sponsam omni pretioso monili virtutum honestat, *& per nationes se transfert*: eruditum Moysem legislatorem constituens [a]; ex ouium pastione ad hominum regimen Dauid vocans [b]; ex piscium ad hominum piscationem Apostolos [c]; ex impuris ad honestos amores Magdalenam [d]; ad Christum pastores per Angelos [e]: Magos per stellam [f]: Simeonem spiritualem in spiritu [g]; ac veluti virgarum colores in canalibus ouium varians (vt notauit Chrysostomus [h].) Itaque spiritus dicitur, vt effectus viuificandi animos denotetur: *A quatuor ventis veni spiritus, insuffla super interfectos istos*; hic enim præcipuus eius effectus est, ideo in forma ventus descendit in Apostolos, & ipse spiritus index est vitæ; sicut cùm quis apoplexia confectus iacet in lecto, sine vllo sensu, & motu dubitant omnes, sitne mortuus, adhibetur speculum ori, & naribus, si obducit halitu speculum, spes est vitæ; sin minus, inter mortuos computatur: ita similiter vita spiritualis hoc cælesti spiritu incipit, hoc alitur, hoc deficiente, deficit; *ideo fratres vosmetipsos tentate, si fortè Christus in vobis est, sicut est anima tua corpori tuo, per quam viuit, ita se habet Deus tuus anima tua, de quo viuit; vnde moritur corpus? quoniam discessit anima; vnde moritur anima? quoniam discessit Deus*. Hæc Augustinus [i]. Vides qua ratione spiritus testis vitæ spiritualis, & auctor horum encæniorum, & renouationis tuæ?

Spiritus est regenerator.
Sap. 7. 27.
a Actorum 7.
b Psal. 77. 70.
c Matth. 4. 19.
d Luc. 7. 47.
e Mat. 2. 2.
f Luc. 2. 16.
g Gen. 30. 38.
h Hom. 6. in Matth.
Ezech. 37. 9.
2. Cor. 13. 5.
i Hom. 10.

9. Quartò denique *splendor animarum* vocatur Baptismus, *& illuminatio*: eius enim effectus est mentem illuminare Christi fide, cognitione, & gratia, sicque vocatur à D. Dionysio, & Græcis Patribus φωτισμὸς, *illuminatio*. Contrario nomine nuncupatur *sepulcrum*, *consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem*. Idem ipsum nomina *mortis*, & *illuminatio* significant; sicut enim morimur, vt sicut Christus resurrexit, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, & vt vitam dignam filiis Dei agamus; sic de tenebris asserimur in lucem, vt vitam agamus dignam filiis lucis: vnde conuersionem peccatoris appositè comparat S. Eligius [k] mundi creationi, cùm primùm lux affulsit: *opus, quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis; quoniam Deus* (inquit Paulus) *qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Iesu Christi*, ideo pro se orat Dominum: *O creator optime, si vsque modò operaris opus hoc, quod operatus es in diebus antiquis, quare & in anima mea opus hoc non operaris? anima mea inanis, & vacua est, & tenebræ super faciem abyssi, dic vt fiat lux, & fiet, tu creasti eam, vt sit, crea, vt lux sit*. Vis scire quanta sit virtus huius illuminationis, considera (inquit Augustinus [a]) Saulum ira turgidum, frementem in Christianos, & subito splendore perculsus verba vitæ loquitur: *Domine, quid me vis facere. Quid ergo agebat Apostolus, nisi vt per interitum carnis saluti spirituali consuleret? Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus, non vtique de seipso* (ait Nazianzenus [b]) *tanquam de mortuo loquebatur, sed tanquam præstantiorem vitam agente, vtique qui vera vita nullóque mortis fine circunscripta particeps esset: hablaua como hombre, que viuia vida de Christo, que ya no teme muerte, que vida de amar, y seruir no ha de tener limite*; & Bernardus [c], *Ad alia quidem omnia mortuus sum, non sentio, non attendo, non curo; si quæ verò sunt Christi, hæc viuum inueniunt, & paratum: para todo loque fuere mundo muerto es Saulo, para lo de Dios viuo.* Vide quò te perduxit Baptismus, in mortem videlicet, vt in sempiternum viuas; neque enim est alia inueteratum hominem renouandi ratio.

NOTA. Vide P. Cornel. in Paulum Rom. 6. v. 4. ibi citatur Ambrof. Augustin. Dionysius.
Splendor animarum Baptismus.
k Tom. 2. Biblioth. antiq. ser. 1. de pace.
2. Cor. 4. 6.
a Cõtra Parmen. lib. 3. cap. 1.
Gal. 2. 20.
b Oratione de Spiritu sancto.
c Serm. 7. de Quadragesima.

Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Verba hæc omnia, quæ posuimus, destruere videntur: ait enim, graue malum tibi denuntio, contrariam habemus carnem huic vitæ spirituali nascentiæ, & innouationi; dæmon enim induxit tibi nouercam, carnem videlicet omnino contrariam spiritui: ne tamen deficias animo; quia sicut qui ex carne nascuntur, carnales sunt, sic qui ex spiritu nascuntur, spirituales fiunt: fit autem hæc renascentia ita subtiliter, vt quemadmodum in naturali generatione homo generatur, quamuis nesciat, vnde, aut quomodo animam hauserit; ita quoque regeneratur, quamuis quomodo id fiat, non intelligat, etiamsi iam adulti non sine propria generamur voluntate in Baptismo (vt aiebat Augustinus [d].) *Qui fecit te sine te, non iustificabit te sine te; ergo fecit nescientem, iustificat volentem*: igitur ea est gratiæ virtus, vt per illam nouus fiat homo, etiamsi quomodo id fiat, non intelligat. 10.

Ioan. 3. 6.
Nouerca est caro, spiritualis hominis.
Nescit homo modum spiritualis regenerationis.
d Ser. 15. de verbis Apostoli.
Acuta Maldonati expositio in hũc locum.

Quod vt liquidò constet, rogo cum Augustino [e], quare Deus vel peccatum non impediuit, vel damna eius, cùm sic facile prohibuisset, ac permisisset. Respondet Augustinus: Æquè facile erat Deo vnum, & alterum; ipse autem, qui summa bonitas est, non bonum solum, sed optimum elegit: magis namque eius elucet bonitas in commutando malum in bonum, quàm in prohibendo malum ne eueniat; *neque enim Deus omnipotens, quod etiam infideles fatentur, rerum, cui summa potestas est, cùm summè bonus sit, vllo modo sineret esse aliquid in operibus suis, nisi vsque adeò esset omnipotens, & bonus, vt benefaceret etiam de malo.* Vides vim gratiæ, & potentiam instauratoris omnipotentis ad bonum: expecta tamen, & vide malitiam carnis, quam tibi induxit nouercam dæmon, vt ex illa carnalis factus in omnium vitiorum cœno sordesceres, & in veteribus moribus iaceres. Nam sicut fingebat Manichæus Deum malorum auctorem, & omnipotentem ad malum; sic caro carnalem hominem veterem effecerat, quo nihil absurdius, si sigillatim eius vitia consideras: auaritiam, de qua Ecclesiasticus, *Auaro nihil* 11.

e Lib. 10. Enchirid.
Nouerca caro & eius opera.
Cap. 10. 9.

hil ſceleſtius, & cauſam reddit Saluianus [a]: *Quid enim peius, quàm ſi quis præſentia bona in mala futura conuertat: cata ay el Dios del Ma-*
12. *nicheo, que de los bienes haze malos eternos.* Ita ſimiliter inſtrumenta illa, quibus Spiritus ſanctus in Baptiſmo nouam vitam dederat, omnia in malum conuertit, ex aqua mundiſſima delitias, & blandimenta produxit; ex Chriſti ſanguine ingratitudinem, ex ſpiritu carnem, ex luce tenebras, certè nihil ſceleſtius: *à donde la bondad de Dios tirò la barra, la arrojò tambien la malicia.* Ad hæc autem calliditas huius nouercæ addenda eſt: *voluptas enim* (inquit Philo [b]) *non quale eſt ſubiectum, talè id agnoſcit cogitatione, ſed addit arte mendacium, rem inutilem transfert in ordinem vtilium*; & D. Leo [c]: *Quis non infirmatur in carne, quis non ſordeſcit in puluere? quis poſtremò eſt tantæ puritatis, vt iis non polluatur, ſine quibus vita non ducitur?* Verùm bono animo iubeo te eſſe: nam ad inuidiam concupiſcit ſpiritus, & æmulà, atque contraria potentia ex terreno, & inueterato homine, à qua, & Verbo Dei nouam poteſt & ſpiritualem refingere creaturam: hoc autem, & breuiter videtur attigiſſe Tertullianus [d] loquens de efformatione primi parentis de limo terræ: *Limus ille non tantùm Dei opus erat, ſed & pignus*; fuiſſe enim videtur pignus, quo Deus ſe obligauit ad ferendam opem, ſi luteus homo caderet, & ad ſubueniendum, ne pluries caderet; alioquin quorſum de tam fragili materia condidiſſet, niſi vt occureret, & ſuccurreret. Quare in Euangelio remedia ſalutis noſtræ ſignantur, & ſpiritualis regenerationis inſtrumenta præſcribuntur.

a In 1. lib. ad Eccleſ.

b Lib. 2. legis Allegoriarum.

c Ser. 11. de Quadrageſ.

d Lib. de reſurrectione cap. 6.

Vide Bernardum ſer. 10. de Aduentu, Greg. Mor. 4. c. 9. ideo potius reparaſſe humanam naturam, quàm Angelicam.

13. Primum eſt: *Tu magiſter es in Iſraël, & hæc ignoras?* ideo enim Nicodemum his exprobrat verbis (inquit Beda, & Auguſtinus [e]) vt ordiretur reformationem eius per humilitatem. *O fratres, quid putamus Dominum huic magiſtro Iudæorum quaſi inſultare voluiſſe: nouerat Dominus quid agebat, volebat illum naſci ex ſpiritu: nemo ex ſpiritu naſcitur, niſi humilis fuerit; quia ipſa humilitas facit nos naſci de ſpiritu: quoniam propè eſt Dominus obtritis corde, ille magiſterio inflatus erat, & alicuius momenti ſibi eſſe videbatur, quia doctor erat Iudæorum; deponit ei ſuperbiam, vt poſſit naſci de ſpiritu, inſultat tamquam indoctos*; hac etiam de cauſa ante Baptiſmum deponere ornatum prophanum, iubentur adulti ad inſtar illius expiationis, quam ponderat Rupertus [f]; vbi dixit Deus, *Iam nunc depone ornatum tuum, vt ſciam quid faciam tibi; quia videlicet niſi ambules peccator demiſſo capite, nondum ſe ſcire fatetur Deus, quid ei faciat, nullam ei habet materiam ſtruendæ miſericordiæ, niſi humilitas, vel habitus pænitentiæ præcedat*; ideoque Fulgentius ad Theodoretum [g]: *Creſcat in te humilitas animi, quæ vera eſt, & integra ſublimitas Chriſtiani*, quare appellas ſublimitatem? *porque ſe barrunta del fundamento lo que ſera la obra: tanto magis cognoſces in te Dei gratiam, quanto magis tibi humilitatem cordis videris abundare.* Iam de ſecundo remedio agamus.

Ioan. 3. 10.

e In Ioan. 3.

Humilitatem omnis ſpiritus initium.

f Lib. 5. in Exod. c. 33.

g De conuerſione, epiſt. 6. c. 9.

NOTA. Lege Bern. ſerm. 13. de annuntiatione, *Coinā potiſſimum*, & ſerm. 85. in Cant. *Magna, & ſublimis*, & qui clariores ſunt, demiſſiùs ſegerere debent. Baſil. hom. 22. Alex. Clem. lib. 4. ſtrom. Aug. ſer. 213. Bern. ep. 42. Ioan. Caſſiā. lib. 12. de cœnobiorum inſtit. cap. 6.

14. Secundum, *nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo filius hominis, qui eſt in cælo.* Opportunè hæc verba ſubdit Chriſtus Dominus; quia cùm noua ratione ſalùtem hominis vellet operari, peritiam medici cognoſci vult: vnde (vt explicat Rupertus, & ante ipſum Auguſtinus [h]) cùm dixiſſet neminem ſine Baptiſmo poſſe introire in regnum Dei, neque in cælum aſcendere, niſi qui priùs inde exiit; quare quiſquis introire volet, neceſſe eſt vnum quodammodo cum filio hominis, id eſt, membrum illius fieri: fit autem illius membrum cùm ex aqua, & Spiritu ſancto renaſcitur, neceſſe etiam eſt mihi credere, qui diuina ſatis penetraui, & nemo alius in cælum aſcendit, nam ad ſalutem hæc fides, & cognitio neceſſaria eſt. Præterea remedium, quod tibi iam præſcribo, præ manibus eſt, & perquam facile; ſolent enim Iudæi dicere, *Mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, nec procul poſitum, nec in cælo ſitum, vt poſſis dicere: Quis noſtrum valet ad cælum aſcendere, vt deferat illud ad nos*; igitur ad manum eſt remedium (vt aiunt,) ideo ſubdit:

h Lib. 1. de peccatorum merit. c. 31.

Fidelis in Baptiſmate membrum Chriſti factus cælum intrat.

Deut. 30. 11.

Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, 15.
ita exaltari oportet filium hominis. Meminit autem crucis Dominus, & huius figuræ, *Numerorum* 21. vel quia magna eſt inter Baptiſmum, & paſſionem Chriſti ſimilitudo (vt ait Chryſoſtomus) vel quia in hac neceſſariam eſſe fidem Chriſti ad vitam, apprimè ſignificabatur, ſicut lethaliter vulnerati nequaquam ſanabantur, niſi in ſerpentem æneum, & intuerentur, & crederent.

Ioan. 3. 14.

Paſſioni Chriſti ſimilis eſt Baptiſmus.

Vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed 16.
habeat vitam æternam. Vis huius verbi vim percipere, reuoca in memoriam qualiter à Deo creatus fuerit primus homo. *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*, Hebraicè *vitarum*, vel quia plantarum, animalium, & Angelorum vitam participat (vt communiter explicant.) Sed D. Auguſtinus elegantiùs nomine *vitarum* intelligit de naturali, & de ea, quæ per gratiam ad vitam gloriæ perducitur, *vida, que vale per mil vidas*: nam vt ſuauem vitam degeret, domus illi data eſt ampla; ad honorem autem factus eſt ad imaginem Dei, ad poſſeſſionem autem omnia ſubiecit ſub pedibus eius, *vt præſit volatilibus*, &c. ad cultum autem corpus pulchrum, ad delitias aues, piſces, animalia; ad oblectationem paſſeres, venationem, cantus, lenocinia, & eſum præparauit, ita vt non vna vita, ſed multæ nuncupari queant: irruerunt autem culpæ, calamitates, & ſummam iſtam felicitatem in extremam miſeriam perduxerunt; quid ſi vita tibi in ligno propoſita (ô homo) vitas iſtas tibi reſtitueret? Audi Iſaiam, *Et erit in die illa, vocabo ſeruum meum Eliacim filium Elciæ, & induam eum tunica tua*, ecce cultus reſtitutus, *& dabo clauem Dauid ſuper humerum eius*, ecce poteſtas in paradiſum, *& aperiet, & non erit, qui claudat*, ecce plena facultas nulli conceſſa, *& figam paxillum in loco fideli*, eleuabo lignum tenuiſſimum, exile, imbecillum, & deſpicabile; figam tamen mea manu, *& ſuſpendam ſuper eum omnem gloriam domus patris eius, vaſorum diuerſa genera, omne vas paruulum à vaſis craterarum, vſque ad omne vas muſicorum.* O crux ſanctiſſima, ex te pendet diuina gloria, ex te ſalus in mortales, vitaque manauit; in te enim pendet filius Dei, qui eſt gloria Patris, *qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius*, de te pendet humanitas, quæ Patris gloria eſt, & claritas maxima. *Pater ego te clarificaui ſuper terram*, & hoc nomine vocatus à Patre rediit ad vitam. *Exurge gloria mea, exurge pſalterium, & cithara*, de te pendet omnis gloria, & exultatio

Ioan. 1. 15. Gen. 2. 7.

Vnde vita æterna ſit initium Baptiſma.

Cap. 22. 21. Ibid 3. 22. Ibid. 5. 22. Ibid. 22. 23. Ibid. 22. 24.

Gloria Chriſti crux eſt.

Heb. 1. 3. Ioan. 17. 1. Pſal. 56. 9.

exultatio domus Dei; nam à te bona spiritualia, vitæ subsidia, mortis remedia, salutis pharmaca prouenerunt; inde opulentissimi Apostoli, inde fortissimi Martyres, inde splendidæ virgines, inde locupletissimi Confessores, inde Altissimi Anachoritæ. *Veri bellatores tui clypeum, & hastam suspendent in te pro ornatu tuo*: vniuersa genera vasorum, corpora, coronas, triumphos, trophæa, instrumentum martyrij, ita vt nemini liceat *gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi*; ideo deinceps *erit sidens super eum omnis gloriosus in domo Patris eius*, quia in sola cruce omnes suas spes defigent: *& omne vas musicorum, quis valeat numerare.*

Ezech. 27. 10.

Galat. 6. 14.

17. Renouatio ex baptismate & per crucem.

Suspicor tamen si de spirituali animarum renouatione agit Isaias, mirabilem in Baptismo, & per crucem saluationem, & conuersionem velle significare: commune enim est, & frequens, vbi imago aliqua deuotissima colitur, & cuius gratia multa patrantur miracula, ægros, qui ad valetudinem redierunt, spolia suæ ægritudinis, & vota suspendere, linteum funebre, compedes, cereáque membra; quòd si in te, ó crux, tanquam de paxillo suspendenda forent omnium, quos sanasti, monumenta, & vota, nec templa suppeterent, nec tuis brachiis posses tot spolia sustinere: quis enim non funebre linteum appenderet de te in signum mortis animæ, à qua reuocatus es? quis non in diuino obsequio claudicat, qui scipiones non posset inde suspendere? quis non suis affectibus constrictus, qui meritò deberet compedes tibi dedicare canendo sicut Dauid, *Qui educit vinctos in fortitudine; similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulcris?* Sed elegantiùs, & explicatiùs Zacharias in extrema sua prophetia describit: *In illa die erit quod super frenum equi est sanctum Domino, & erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ.* Agit proculdubio Propheta de cultu, & obsequio, quo animi fidelium Christum in cruce prosecuturi sunt, & explicat Rupertus [a] hoc modo, *Id quod super frenum est*, id est, omnia, præter necessaria, fideles ardore, & pietate in Deum omnia bona ad pedes Apostolorum abiicient; immo & principes, & copiosi quidquid splendidum, & laudatum, & quidquid in delitiis, & ornamentis habuerunt, id totum ad Dei honorem, cultúmque conuertent, vt quæ impiè antea iniquitati seruierunt, ita postea sanctæ iustitiæ, ac pietati seruient, *colgaran de la cruz todo lo sobrado, lo gentil, y hermoso, que tenian*: nam *frenum* (vt optime noster Commentator in hunc locum) per synecdochen pro equorum phaleris, & omni ornatu equestri sumitur (vt fatetur Hieronymus,) nec est leuis ratio, propter quam præcipuè equestrium ornamentorum meminerit: nam in illis olim & studium maximum, & sumptus ponebantur; ostendit hoc maximè factum Constantini Imperatoris sancti, & piissimi, qui numquam clauum refixum è cruce in fræno posuisset, nisi locus ille soleret rebus pretiosissimis illustrari.

Crux trophæum saluandorum.

Psalm. 67. 7.

Cap. 14. 21.

18.

a In vltima verba Zachariæ.

Rerum despicientia à cruce didicerunt mortales.

P. Gaspar Sanchez.

Sumptus in equestri ornamento & stratu.

Cætera vide apud P. Gaspar Sanchez.

Sed superest offerendum corpus, & caro nostra, quæ optime, & iustè corpori Christi in cruce dedicantur, ideo addit, *& erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ*, non solùm quidquid pulchrum, & pretiosum offerretur Deo, sed corpora ipsa deturpata, & quæ iacebant in sordibus, & igni conflagrabant turpi, ad pium, & mundissimum cultum traducentur, nempe à lebetibus, & tripodis ad phialas, quæ vel vino pretiosissimo plenæ, vel odora mentis aliquid spirant, & exhalant gratum. Illinc suspendenda Magdalena, illinc mulier de Samaria *in vas transsiata gloriæ, de vase contumeliæ* [a], vt obnixè à fidelibus postulat D. Paulus [b]; *Obsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis membra vestra*, &c. *hostiam viuentem, sanctam*, &c. & [c], *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ*, &c. *& non erit mercator vltra*, Hebraicè Chananæus, hoc est, vltrò pro diuino cultu sine vllo pretio victimas impendent, *no a de auer recatones con Dios, ni vsaran de Genoueses, y intereses*: nam ingenuè omnia bona sua suspendent Matthæus, & Zachæus de cruce, & defungentur officio, & munere vendendi, vt lucro animarum insistant.

a Lebes instrumentum est, quo carnes coquebantur in atrio exteriori, quod à Paulo sæculare dicitur, cap. 9. ad Hebr. in phialis verò altari proximis thymiamata offerebantur.

b Rom. 12. 6.

c Ibid. c. 6.

19.

Verumenimuero alio sensu venit explicandus Zacharias: *loque es sobre el freno sera sacrificio para Dios*; Deus enim legis suæ fræno sedulò studet compescere peccatores. *Laude mea infrænabo te, ne intereas: con el mandato de amarme te infrenare de amores des ordenados*: præcepto non iurandi, à mendacio, & periurio te cohibebo; sicut Iob aiebat [d]: *& frænum posuit in os meum*, legem videlicet patientiæ, & taciturnitatis, ne in vana, & absona laberetur, & [e], *& frænum erroris, quod erat in maxillis populorum: para en frenar desaciertos, y errores.* Sed cùm peccator ad conuersionem venit, iam tanto timore Dei, & pudore suffunditur, tanto amore, & dolore percellitur, vt iam non vltrà fræno legis grauetur, sed neque indigere illo videatur: quo sensu legendus est, *iusto non est lex posita*, & cohibeatur ab illa; celsior enim, & arctior amoris lex illum in officio continet: *la ley del amor delque murió en la cruz le haze viuir arrendado*: tunc autem quasi quid superfluum suspendatur in templo, & in cruce in monumentum tanti miraculi gratiæ. Addit autem, *& quod super frænum est, sanctum erit Domino: no se contentaran con colgar el freno de la ley, sino que sobre guardar la ley, offreceran votos, y se obligaran alos consejos*; ideo Hebraicè legitur, *in die illa erit super tintinnabula equorum sanctitas.* Iam enim in cruce positus sic omnia ad se trahet, vt non contentus solo fræno, ephippium, & phaleras equi sit postulaturus: *querra, que cuelguen de la cruz freno de la ley, y caparaçon, borlas, y mochila, de los consejos, y obras de supererogacion*; his enim operibus maximè Deus delectatur.

Isai. 48. 9.

d Cap. 5. 11.

NOTA. Vide D. Gregor. super hunc locum hom. 18. in Ezech. tom. 2. num. 88.

e Isai. 28. 26.

Opera supererogationis à nouo homine exhibenda.

1. Tim. 1. 9.

Vota nuncupantur ex amore Christi & legis.

20.

Sed quia parum est (ô mi homo) relinquere tua, & magnum valde est relinquere te, teipsum in Baptismo recens natum cruci, in qua renatus es, consecra, & immola: nam hoc postulat amor tui conditoris, & dolor, in quo te genuit, & imago, ad cuius formam te genuit. D. Leo [f]: *Si fideliter, atque sapienter* (inquit) *creationis nostra intelligamus exordium, inueniemus hominem ideo ad imaginem Dei conditum, vt imitator sui esset auctoris, & hanc esse naturalem nostri generis dignitatem, si in nobis quasi in quodam speculo diuina benignitatis forma resplendeat*: in reformatione autem vide quantus tibi honor accessferit. Ambrosius [g]: *Quis maior honor* (inquit) *potuit homini esse, quàm vt ad similitudinem sui factoris conderetur, & eiusdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus conditor, de quo legimus: Dominus regnauit, decorem indutus est?* O summa Deitas! ô pietas immensa! quàm verè dixisti:

Cruci se consecrat qui de cruce ortum habet.

f Serm. 1. de ieiunio decimi mensis.

g Lib. de dignitate humanæ conditionis. c. 9.

Psalm. 92. 1.

sti: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum; quodammodo enim* (aiebat Origenes [a]) *nobis vim facit, vt pertrahat ad salutem:* non solùm inuitat volentes, sed & cunctantes trahit, & Ambrosius [b], *In cruce Christus expandens manus suas, totum orbem, qui erat periturus, erexit, leuauit iacentes,* &c. *& immemor adulterij solum amorem curat.* Suscipe igitur nouam creaturam, tibi viuo, tibi loquor, veteris hominis spolia tibi dedico, & quasi trophæa gratiæ consecro cruci, à qua quasi matre renatus, sanguine tinctus, spiritu viuificatus, luce in lucem redditus, vt gratia conditoris insignitus ad gloriam creatoris perducar. Amen.

a Hom. 20.
b In Psalm. 43.

VERBVM SPIRITVS sancti. Rom. 12. v. 2. & 12.

Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, &c. Domino seruientes: spe gaudentes, &c.

Nauim Ecclesiæ conscendit Homo fide, spe, tolerantia, & pietate optatum portum, Christo gubernatore, feliciter tenet.

DISCVRSVS XII.

1. DOCTRINAM, quam Spiritus sanctus hoc discursu tibi exhibet, & tanquam infanti, suauissimo in lacte dissolutam, præbet, quasi maximè necessariam ab incunabilis vitæque primo exordio à te fugi desiderat. Atque adeò hac in nauigatione quam Christus suscipit, quam partitum saluationis opus, & quid tibi operandum, quid à Deo præstandum, vt portum salutis tenere possis, animaduertes. Deus quidem ingentem expensam, admirandam curam ex parte sua profert: tu autem in attingendo saluationis portum eximiam solicitudinem præstare teneris. Ad Deum namque pertinet nauim parare, tormentis munire, Spiritus sancti flatu vela pandere, ruptis catenis è portu dissoluere, ac denique nutu & conspectu suo mare vndique procellosum sedare: nostri autem muneris est probè executioni mandare quod Paulus inquit, *Domino seruientes*, in Christi famulatum & obsequium nos tradere: & in eius vestigiis semper insistere, sicut institerunt Apostoli, nam *ascendente Iesu in naniculam secuti sunt eũ discipuli eius. Spe gaudentes*, spei videlicet firmissimam anchoram pre manibus ferre: quæ quidem discipulis defuit; ideóque obiurgatione eos carpit Christus, *Quid timidi estis modicæ fidei.* addit, *in tribulatione patientes*, æquo animo labores & pericula nauigantibus aduersantia supportantes, quousque nauicula opprimatur fluctibus, & maris discriminibus circumuoluatur. Sicut Apostolorum nauis, *ita vt nauicula operiretur fluctibus.* Pergit, *orationi instantes*, precibus continuè vacantes, in orationémque tanquam in tutissimum auxilium confugientes: vt Apostoli, *Domine salua nos, perimus*; insuper etiam *necessitatibus sanctorum communicantes*, erga proximos misericordes sese exhibentes: vt Christus Dominus, qui postquam è naui descendit, duos à dæmone oppressos, & pluribus aliis manus imponens ab infirmitatibus liberauit. Hic est in Ecclesiæ naui, siue in arca secundi Noë Christi felicissimus cursus. Nunc autem animaduertamus qua ratione ab ipso ea quæ ad munus suum spectat præparentur.

FINIS DISCVRSVS.

ECPHRASIS EVANGELII ET PARTITIO DISCVRSVS.

Rom. 12. 12. *Quanta Deus contulit ad salutem nostram.*

Matth. 8. 28.

Ecclesiæ nauis descriptio.
Clem. Roma. epist. ad Iacobum fratrem Domini. August. lib. 2. quæst. Euangelicarum cap. 4. Ambros. Greg. 35. Moral. cap. 6.

Ascendente Iesu in nauiculam. Æterna sapientia, diuinus ille Noë noui humani generis instaurator, in huius vitæ fluctus & procellas admirandam Ecclesiæ machinam, vt electorum numerum saluum faceret, immisit atque deduxit. Clemens Romanus primus est inuentus qui Iacobo fratri Domini scribẽs nauis nomine Ecclesiam insigniuit. Hoc ipsum præclarum nomẽ Synodus Ephesina, sanctus Augustinus, Ambrosius, Gregorius, Cassiodorus, & Hilarius eidem indiderunt. In hanc ergo nauim Christus conscendens gubernatoris munus exercet. Ecclesiastici remigum munere & naucleri officio gaudent. Seculares institores dicuntur. Milites sunt Angeli. Bona opera mercium loco sunt: malus, crucis est arbor excelsa. Corbis prospectoria prophetica est cognitio & fides. Vela ex Euangeliis explicata sunt, ritus & ceremoniæ funes sunt. Clauus est obedientia, & superioris obsequium: præcepta remi, versùs gubernaculum & obedientiam inclinati: acus in polum inclinans, fides: anchora in inuisibili fixa spes: charitas est veluti claui istius nauis tabulas compactas tenentes: cochlea quæ aquam fœtidam extrahit, confessio: cibaria panis Christi & corporis eius susceptio: veritates synodales tormenta bellica, mare quo pergimus, mundus: secundi venti Christi prædicatio, & Spiritus sancti flatus: mundi autem carnis & dæmonis suggestiones aduersi fluctus, ventique contrarij. Portus in quem tendimus, paradisus, finis autem eorum, qui naufragio pereunt, infernus. Animaduertisti, Christiane, quàm superbum & ingentem sumptum tui saluationis causa parauit Dominus. Væ tibi si post illum in miseriarum naufragio disfractus portum non appuleris. 2.

En esta naue entrando el saluador haze officio de Maestre y Gouernador. los Ecclesiasticos Pilotos, y remeros. los Angeles, Soldados de Galera. La mercaduria las buenas obras. el mastil la cruz la gauia, el conocimiento Prophetico y fecque atalaya. las velas los Euangelios. las cuerdas y gomeras las ceremonias & gouernalle y timon, la obediencia del superior. los remos los mandamientos nouidos hacia el gouernaue, la aguja que mira alnorte la fee. el ancora la esperanza que traba en lo que no vemos. la clauazon la charidad la bomba la confession la vitualla la comunion sagrada. la artilleria los decretos de los con il el mar el mundo los vientos la predicaciõ y espiritu sãcto. los contrarios las tentaciones del mundo. el puerto la gloria. el fin de los que hacen naufragio, el infierno.

Ascendente Iesu in nauiculam. Christus ergo in hanc nauim conscendit, nec in alia salutis spes veluti in diluuio, conceditur. Credo sanctam Ecclesiam, & sanctorum communionem. Gregorius [a], *Sola enim Ecclesia est qua intra se positos valida charitatis compage custodit. Vnde etiam diluuij aqua arcam quidem ad sublimiora sustulit, omnes autem quos extra arcam inuenit necauit. Sola est in qua superna mysteria veraciter contemplamur:* saluamur autem per Christum ascendentem in illam. Ideo Nazianzenus [b], *Secunda* (inquit) *arca vndis eminens Ecclesia, quemadmodum illa magni illius Noë secundique huius mundi parentis: quippe quæ illud animarum diluuium quod tunc grassabatur,* &c.

Malum sanctæ crucis in hac naui collocauit, quem complecti oportet, &, si opus est, ei ligari, & configi in tempestatibus. In hac ergo arbore vela orationis & fiduciæ pendere iussit Deus: vult enim vt quidquid deprecantes petierimus, per Christum atque crucem repetamus, atque ita cognosces Ecclesiam exorantem, & orationem statim sanctæ crucis malo & brachiis 3.

a Supra.
b Orat. 19.
Malus nauis Ecclesiæ crux.

chiis suspendentem, *per Dominum nostrum Iesum Christum.* Pro acu in eadē nauicula fidem posuit, quia sicut acu non est opus placida in nocte, & tranquillo tempore, nisi cùm nubibus obducitur cælum, tunc enim quamuis polum non videas, acus tamen indicat illic esse cui fidem facis; ita fides acus vocatur, qua in cælo non opus erit, quoniam ibi quod hic optamus, videbimus: nunc autem ei quod occultum est, fidem exhibemus, neque in errorem ducimur, fides enim è contactu Christi polum indicans in certum tramitis iter nos dirigit.

Acus fides.

4. Victum proprio sumptu collocauit. In aliis nauibus gubernator parcam & improbam aquam solùm elargiri tenetur, noster autem Nauarchus ineffabili misericordiæ largitate corpus suum atque sanguinem dedit. Quàm manè consurgent institores, vt quisque panis sicci atque à muribus perforati sortem accipiat; Christiani verò quanta inertia vacant in illa panis Angelorum & sanguinis Christi portione suscipienda. O immanitatem hominum! adcóne opus est inuitum trahi in mensam regiam, atque regales dapes, & vi excommunicationis compulsum amoris generosa vina delibare? Cochleam confessionis, qua nauigium purgent, inde etiam apposuit, si in naui socordia sit, & ignauia in exhaurienda cochlea, & aqua aquis tempestatis adiuncta augeatur, qualis inde timor? quis terror? Idipsum est mors inopinata in miserabili animo peccatis onusto: quis hinc metus, qualis mentis perturbatio, quæ vocis multiplicis confusio exhauriatur cochlea, confessio, confessio. *Turbati sunt, moti sunt, sicut ebrius, omnis sapientia eorum deuorata est. Y sucede taparles la muerte con vna ola, la boca sin poder decir Iesus: con tiempo, hermano, a la bomba, esgota apprissa.*

Victus Eucharistia.

Ps. 106.27.

5. Duobus etiam damnis adhibuit remedium, primum erat Patrem æternum à peccato bella contra mundum inferre, atque ita quid nobis proderat è portu discedere, si in saluationis portum appellentes in obscurum & tristem Abrahæ sinum detrusi detrudebamur; huic tanto damno occurrit, *ascendente Iesu in nauiculam*: nam sicut, quamuis maxima ira correptus lapides & sagittas in inimicos tuos iaculareris, si inter medios hostes subitò filius hæres & summè dilectus appareret, viso filio tuo lapides ipsi manibus retenti inhærerent, neque in aduersam mittere partem auderes: idipsum cum hominibus quotidie contingit, vt naue portum subeunte cùm ipse Pater iræ suæ tormentum complosurus est, filium ex animo aspiciens, omnem ex animo iram ponat; *en viendo a su hijo que va en nuestra nauecilla sele moxa la poluora y sele apaga la cuerda y le claua el amor la artilleria, tate no mas que viene alli mi hijo*, quoniam ibi aderat charissimus filius. *Hic est filius meus, in quo mihi bene complacui.*

Pax diuina ad nos in hac naui venit.

6. Ex inimicitiis etiam oriebatur, regna inter se commercia & contractus non egisse, nec ab vno in aliud merces posse commeare. *Sed ascendente Iesu in nauiculam*, Christi societate inita, humanæ merces in cælestia regna conuehuntur, pro quarum quidem pretio diuina nobis gratia asportatur. Ex dictis verò colliges omne bonum nostrum à Christo tanquam à fonte originem duxisse, atque ita qui ex hoc mundo ad cælestia regna remeant, in solo Christo spem sunt collocaturi. Sicut diues qui cùm diuitias in scriniis repositas habeat, passim, & quacumque in necessitate illuc ducitur, tanquam in rem, à qua ipsi solamen & auxilium est. *Quidquid mihi deest* (aiebat Augustinus) *vsurpo mihi ex visceribus Domini mei Iesu Christi, quoniam misericordia affluunt, nec desunt foramina per quæ fluant.* O quales misericordiæ diuitiæ! o quæ foramina atque canales sunt plagæ! in hunc ergo finem apertas reliquit Deus. Admonemini felices institores, ne ex alio diuitiarum thesauro nauem oneretis, siquidem nullus alius thesaurus in finem permanebit, nec vtilitatem afferet, sed naufragium. En omne quod Deus contulit in salutem tuam, & felicem nauigationem.

Confæderatio cum cælesti regno.

Omne bonum nostrum in Christo.

Sed videamus secundò quid nos conferamus, & quo iure, & quid præstare teneamur in hac expeditione. *Secuti sunt eum discipuli eius.* 7.
Tenemur eũ imitari, & eius vestigiis, sicut discipuli, semper insistere. Verùm ad quid, Domine, tanta celeritas? rem, quam executioni mandare multum cogitationis postulat, tam subitam exposcis? Exposcit quidem nauigatio & vocatio Dei magnam celeritatem, & promptitudinem; quantam verò inde cognosces, inquit Chrysologus hîc, vt Domino parato ventis vela dare in hac nauicula accessit vnus ex discipulis, & dixit: Domine, liceat mihi per te ad sepeliendum proprium patrem redire, quoniam modò defunctus est; cui Dominus: *Sine mortuos* (in animo) *sepelire mortuos suos* (in corpore;) *dexa alos muertos en el alma que entierren sus muertos en el cuerpo.* Ac si diceret, opus, in quo salutis vita posita est, propter mortuos, nec viuos, est differendum; quanto minus propter homines animi vita & salute functos. *Sine mortuos*; & siquidem illos sui proprij animi obliuio cœpit, qua ratione de tuo curam solicitè agent? *sine mortuos.* Duæ enim non ignotæ similitudines, quantum celeritatis in re salutis tibi sit adhibendum, manifestabunt, contingit sæpe classem in medio mari per vnum & duos integros detineri menses, tabellariúmque multiplicem illuc venire à rege missum litteris imperantibus classem statim discedere, soluat è portu classis. Respondent regi, non posse soluere. Sed adest alius tabellarius missus, in eodem regis præcepto persistens, interrogans, quid classis expectet? respondit, ventos, sine quibus è portu soluere est impossibile. Manè autem surgente aurora en ventus excitatur ab ortu secundus, scinduntur funes, panduntur vela, tormenta exploduntur, buccinæ concinunt, & tandem è portu discessit classis. Sed ecce adest tabellarius imperio regio imponens ne discedat, sed potiùs sistat, quia magni interest: cui classis reclamans ait, imperatorio præcepto nequire obedire, ventorum enim occasione non frui in mari stultissimum esse. Animam in peccatis vno aut pluribus mensibus submersam, esse improbæ consuetudini ligatam, supportari potest, fortè enim nondum validam & robustam Dei vocationem & gratiam habet, quali opus est illis, qui in maximis peccatorum sordibus inuoluuntur, sed cùm subitò ad auroræ lucem Spiritus sancti flatus exurgit, quid facis? vsquequò tenebris opprimeris peccati? vsquequò mundi capieris delitiis? qua ratione salutis portum tenere tentas? hic est ventus

Christi imitatio.

Matth. 8. 22.

8. *Simile.*

rus Spiritus sancti, cui quidem summa celeritate vela sunt pandenda. Siste adolescens, paulisper persiste, solam videlicet relinquis matrem, propinquos mœstos, amicos lacrymis suffusos. Sed respondet ingenuè, solamen à Deo quærant, ego enim in id solùm tendo, in quo salus mea posita est; Deus namque nauim conscendens me vocat, in cuius vestigiis est mihi insistendum; & quod iuueni & virgini Dei vocationi præparatæ assero, idem in peccatorum somno dormienti peccatori adhortor, ne inanem Dei vocationem, quæ ad meliorem viuendi normam illum ducit, contemnat. Diuina Dei sapien-
9. tia id innuit, quasi aduertens nos de nauigatione
Prou.13.12. Simile. egisse. *Lignum vitæ desiderium veniens.* Iuuenis effrænatus Hispali in iudices aut regentes malè se gessit, ita vt capitali dignus pœna videretur: ne autem id contingat, talaria induit, & festinat in portum Gaditanum, vbi sorte nauiculam vnicam ventis vela dare parantem, inuenit. Fortuna fausta, inquit, in hac enim vnica mea salus constituta est: quapropter salutis & vitæ nomine nuncupanda est, præcipuè tamen cùm in conspectu apparitores & ministri sint, qui suum corpus tenere omnibus viribus tentant, & longis itineribus terram excurrentes inuestigant. Idipsum, inquit Spiritus sanctus, nónne mirandum, hominem peccata mortis digna patrare: attamen præeunte Domini monito, eiusque diuina inspiratione in omne bonum opus inflectente, ea omnia proterere sinat, summæ amentiæ atque insaniæ est. Animaduertat igitur huiusmodi desideria nauim esse ad salutis portum paratam, *lignum vitæ.* Sed ad quid Chaldæus asseruit, *lignum vitæ ad declinandum à laqueo mortis.* Nauis salutis, in qua à misera morte liber euades, *lignum vitæ, Nauio de auiso quiene a vos la flota dela misericordia de Dios.* Quanti gaudij atque delectationis est nuntius Hispalim classem diuitiis onustam aduentasse. Idipsum est *desiderium veniens*, nuntius talis, vt si sanctam Dei inspirationem susceperis post ipsam, misericordiarum multitudinem ad te venire comperies. Sed si inspirationi non steteris, tota ipsa multitudo misericordiarum in alium portum, videlicet in aliam animam, est deuentura. *Ipsi*

Desiderium à Deo veniens quasi nauis aueraria aduentus felicissimus reputandum.

Iob 24.13. *rebelles fuerunt lumini, nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas eius. Dioles con la luz en los ojos y los fanales les daban señal de que venia y a la flota y nola recibieron*; iusta ergo pœna puniendi erunt. *Obliuiscatur eius misericordia, dulcedo illius vermis non sit in recordatione.* Quapropter summa celeritate Deum imitemur, *Domino seruientes. Secuti sunt eum discipuli*, &c.

10. *Et ecce motus magnus factus est.* Sed attende quantæ sit vtilitatis Christi societas, nihil enim aliud nisi tribulationes confert. *Spe gaudentes*, inquit Paulus. Figite spei anchoras, pro certóque sit vobis in Christo & in cruce eius caput bonæ spei attigisse, & in mediis periculis securitatem & felicem cursum ab eis prouenisse. Hæc admonet Nazianzen. [a] è suo pulpito, quasi speculator ex prospectoria parte nauis. *Neque enim quidquam sublimius habet, aut omnino habuit mens vlla, quantumuis philosophica, & altissimè tendens, ac summè curiosa, aunque nauegue y tragine y saque de rastro nueuos mundos; hoc enim rerum expetendarum extremum est, quò cùm peruenerimus, conquiescit omnis speculatio.* Idipsum confirmabo ampliùs, duplicique sacræ Scripturæ loco fir-

Societas Christi omnes tribulationes superat. Nulla merces tribulationi comparantur.

a Orat.21.de S. Athanasio in principio.

Rom.5.1. ibid. P. Vazquez, & Toletus.

mamentum adiiciam, altero D. Pauli. In nauim (ô mi infans) conscende cum Christo, vbi malus est crux, à qua nostræ spei pendent vela. Ego parabo, inquit Dominus, crucem, *sicut paxillum in loco fideli.* Omne quoduis bonum à cruce pendebit, ideoque ipse Paulus omnia trahit, & omnia à cruce suspendit. Gratiæ, inquit, eximiæ Deo agantur, quoniam in Christi nauim ingressi sumus: *iustificati ergo ex fide.* Sed quis nobis tale bonum contulit? Christus, *Per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam.* Sed quid confert gratia nisi in ea perseuerantes & stabiles simus, *in qua stamus*, saltim modò in ea persistimus. Verùm quid interest perseuerare, si nihil inde nobis lucri expecta-
mus? Est quidem gloriæ pondus sperandum, 11.
Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Rectè quidem; sed aliquid priùs sumus passuri; ita est, verùm veniant labores, hæc enim est gloria nostra, & consolatio. *Sed & gloriamur in tribulationibus.* Sed enim ita facile tolerantur labores dum non est patientia? vbi est? respondet, in ipsa tribulatione augetur. *Tribulatio patientiam operatur.* Sed ad quid tandem patimur, sumúsne lapides? minimè, inquit, sed aurum purum & argentum purgatum, & tanquam aurum in tribulationis fornace nos purgare vult Deus; *patientia verò probationem.* Sed quem ergo fructum inde ducimus? inopinatum quidem, spem videlicet; *probatio verò spem*, quoniam ex probatione in ærumnis constantior spes nostra redditur. Totum ergo tempus in sperando terimus, & in finem illudemur? Apage, inquit Paulus, non enim est ea Christiana spes, *spes autem non confundit*, ex hac spe non afficiemur pudore, sicut homines, qui quod diu expectarunt, non consequuntur. Sed videamus, obsecro, quam securitatem præbeat spes? Maximam quidem (inquit) quoniam annulo aureo charitatis Dei est inclusa, *quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris.* Sed hæc charitas qua ratione à Dei peccatore potuit exire, & ad nos
vsque manare? *Per Spiritum sanctum*, (inquit) 12.
qui datus est nobis, dedit nobis spiritum, qui est primum donum, & cum eo seipsum dedit. Ingenuè quidem, sed id omne oculis non capio: vnde ergo spiritus venit? quis est eum meritus? quis promittit? Christus (inquit) morte donauit: *commendat autem charitatem suam Deus in nobis.* Fateor etiam nos Christum ardenter amasse, sed amicos quis est qui non amat suos? ita est, Deus autem inimicorum flagrauit amore, *quoniam cùm adhuc peccatores essemus; secundùm tempus Christus pro nobis mortuus est.* Hanc autem spem labefactare nihil potest, tale siquidem beneficium ingratis, & sui cognitione carentibus contulit; potiori ergo iure id suam fidē, & legem profitentibus condonabit. *Si enim, cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortē filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius.* Rectè quidem, sed iam inuenimus homines, qui pro inimicorum vita propriam obtulerunt. Sed quàm pauci, *vix enim pro iusto quis moritur*; sed inuentus est aliquis? Ita est, nam ideo addidit, *vix, nam pro bono quis audeat mori. Deus autem commendat charitatem suam*, id est, declarauit insignem fuisse vim amoris singularem, & inauditam, qui cùm adhuc inimici essemus, iniusti & peccatores, præfinito tempore pro nobis mortuus est. Et quid tandem expectamus?

A Christi cruce spes nostra pendet, & rationes confidendi plurimas affert Paulus.

Rom.5.1.

Fulcitur spes nostra adhuc Pauli rationibus.

eximiam

eximiam rem, iram Dei fugere, *salui erimus ab ira per ipsum*; & quid amplius? cum Patre reconciliationem, *per quam nunc reconciliationem accepimus.* Quid amplius? Dei filiationem; *sed & gloriamur in Deo per Iesum Christum Dominum nostrum.* Vnus ne homo præstare nobis poterit tantum bonum? sufficit quidem: quo-
13. niam sicut per vnum hominem Adamum *peccatum intrauit in mundum*, & cum illo *mors in omnes homines pertransiit: sic etiam, per vnum hominem Christum* venit iustitia in mundum, & per iustitiam vita in omnes homines pertransiit. *Si enim vnius delicto mors regnauit, per vnum multo magis abundantia gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes in vita regnabunt per vnum Iesum Christum.* Hos omnes fructus eximios spero ego, sed vbi malus & paxillus promissus, à quo pendere debent? Placet signare. Crux est, in qua per obedientiam vnius, qui in eam ascendit, constituti sunt multi filij Dei. O securam arborem! ô tutissimum malum, à quo Christus ipse viuus & mortuus pendet, ab ipso reconciliatio, ab hac filios Dei esse, ab hoc, cum Patre gratia, ab hoc immensa charitas, ab hac amor, & Spiritus sanctus, ab hoc omne bonum, ab hoc probatio nostra, ab hac patientia, ab hac victoriæ, ab his fidei fundamentum, à qua originem duxit bonum omne tanquam à primo annulo huius catenæ, quam tenuimus cùm in nauim Ecclesiæ ingrederemur, *spe gaudentes*, quoniam Christi nauicula iter facimus, & malus eius est crux, omne enim aliud spei fundamentum debile est, & caducum, & quasi papyracea nauis, argumentum; quod quidem eleganter prosequitur Isai. *Væ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumina Æthiopiæ, qui mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas.* Nam, vt placet Hieronymo, Cyrillo, D. Thomæ, irridet Iudæos, qui de more suo auxiliarem potentiam Ægyptiorum priusquam diuinam postulabant, cùm in illis nihil præter cymbala alarum, hoc est, strepitum inanem, & sonitum vanum, & nugacem, reperiri queat, & nauiculas ex papyro, seu scirpo contextas: inanis quidem & frustrata spes eius, qui in mundo spem suam collocat, & in baculo arundineo inani & fragili. Maiori auxilio opus est in tanto discrimine.

Crux nauis est malus. Catena spei nostræ.

14. *Ita vt nauicula operiretur fluctibus.* Adeò ingens erat tempestas, vt deuorare nauem videretur. Origenes [a] inquit hanc tempestatem non viribus naturæ, sed miraculo excitatam, Christúmque infinita potentia commouisse, atque ita ingens fuit & magna, sicut semper sunt magna opera Dei. Et Petrus Chrysologus [b], *Magna imminet & procellosa tempestas, dum se vndique furens ac perniciosus ingerit turbo ventorum, maria mugiunt, ipsæ quoque insulæ funditus subuertuntur, & tristi sonitu littora vniuersa feriuntur.* Subitò superbus ventus excitatur aduersus, tumescit mare, & ingentes vndique vndas in cælum vsque erigit, quæ inter sese inuicem confractæ horrendo strepitu aures, & nauigantium animos stupefactos retinebant, validóque in nauim incursu ita eam opprimebant, vt in profundum maris descendere, aliquando cælum, aliàs pertingere homines viderentur: funes & vela confringebantur passim; suo muneri temo non seruiebat, cochlea non exhauriebatur, confusio horrisona personabat in littora:

Procella magna.
a Matth. 8.
b Serm. 21.

mortem imminere autumabant omnes, atque ita venerandum Iesu Christi numen inuocabant, *Iesu salua nos, perimus.* Sed cur, Domine, tam ingentem & subitam tempestatem filiis charissimis immitti pateris, cuius animus illius conspectu non deficiet: illius videlicet, respondet, qui firmiter credit socium sibi Christum adesse, & vtrique periculum commune esse in eadem naui, & in hoc Dei honorem interpositum esse, ne tribulationibus cedere permittat, *& inhabitabo in eis, & inambulabo, & ero eorum Deus, & ipsi erunt mihi in populum*; ac si diceret, moneantur ne animo despondeant: nam inter illos 15.
medius adsum. O si fidem haberemus, laborem non maiorem futurum quàm vires. *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis; sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.* Quid ais Paule, contraria concionaris: nam 1. Cor. 10. hæc asseris, & in 2. cap. 1. scribis, *Nolumus vos ignorare fratres de tribulatione, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus, & supra virtutem, ita vt tæderet nos vitæ*; retractas vtique priorem doctrinam. Respondeo verum esse hoc secundum, vt permittente Deo aliquæ tentationes vires iustorum grauiores quidem ea virtute sint, quàm tunc habent, hócque indicant verba, *supra modum, & supra virtutem*, sed non excedere nempe virtutem à Deo postea subministratam, eadem enim proportione, qua tribulatio crescit, augescit auxilium, maius maiori, validius vehementiori tentationi datur, atque ita exponit Augustinus [a] ex Græco, *sed faciet cum tentatione prouentum*, & Augustinus legit, *sed faciet cum tentatione euasionem*, idest, vt tentatio bene eueniat, & vt expediat saluti vestræ, ait Anselmus, Theophylactus, felicem exitum tentationis dabit, nec quarto die eã pati desinet eum, qui scitur vltra triduum eam non posse tolerare. Vel, si prolixior fuerit, dabit nouam tolerandi facultatem, vt declarat Ambrosius, & vt gloriosi milites euadatis victores, ita vt possitis sustinere, idest, adhuc maiora tolerare cum magno excessu auxilij, & ita euenit quod aiebat D. Chrysostomus [b], quòd quemadmodum ij quidem qui cùm primùm in nauim ascenderunt, nauseant, ac vertigine capitis laborant, commoti ac fastidio turbati, dum tenebricosa vertigine conflictantur: qui verò multa longaque maria sunt emensi, qui millies se fluctibus audacter commiserunt, & continua sunt passi naufragia, peregrinationem huiusmodi confidenter aggrediuntur; sic nimirum & anima, quæ multas sustinuit tentationes, & magnas tulit afflictiones, laboribus deinde assuefacta, & patientiæ sibi habitu comparato, non amplius est meticulosa, sed assidua & frequenti casuum meditatione roborata, quæcumque insurgunt incommoda, fert facillimè. Et sic Homerus postquam audacem & callidissimum Vlyssem descripserat, animum & pectus ferreum non satis sibi id esse putauit, nisi ventis & maris procella agitatum ob oculos hominum proponeret, atque ita cum vndis decertantem Circes aliàs insulam fugientem iam scyllas, iam charybdes transeuntem depingit; ita Saluator noster post labores in terra perpessos in medium mare Apostolos deducit, vt suæ gratiæ potentiam demonstraret, tum etiam vt Apostoli fidem in aduersis casibus indicarent, atque ita eos grauiter carpit: *Quid timidi estis*

Qui in Christo confidit, nõ desperat in vlla tempestate.
1. Cor. 10.
Auxilium Dei in tribulatione.
a Psalm. 61. & epist. 89.
b Tom. 6. oratione de gloria in tribulatione.
Simile.

cttiis medica fidei, dum ego adsum vobis, & dum tempestas maris est, in quo valde differt à tribulationibus, quæ in terra fiunt: nam in mari à Deo præcipuè tribulatio venit, non à furto, aut latrocinio; ideóque optat Deus iustorum labores maris esse, non sorde, & culpa animi immissos. *Nemo vestrûm patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem vt Christianus, non erubescat*; quasi dicat, vires capite dilectissimi filij, nam tribulatio ista ab amore terrestri nos coinquinante seducit animum, ab humilique eius sorte ad præclaram fortunam euehit, transitum mortis feliciorem reddit, in animóque ingerit, non solùm suiipsius odium, sed æstimationem rerum cælestium maximam, non est campus floridus, neque viridarium arte & diligentia cultum, in quo tot florum varietas conspici possit, quot homines, gratia in asperitate laborum floribus virtutum, ornata reflorescere videbuntur. Gaudium enim infirmorum proprium est: rerum vbertas imbecillis animi; fausti euentus his qui non nati sunt virtutibus heroicis exercendis; altum & præpotens, gloriosum & admirandum quod fuit, in hac tribulationis fornace conflatum fuit, atque ita in eius medio nascuntur Apostoli.

1. Petri 4. 15.

16. *Ipse verò dormiebat. O Domine* (rogat Chrysologus [a]) *vbi est illud: Ecce non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel*, per se non dormit, neque sibi dormitat maiestas expers lassitudinis, quietis ignara, sed totum per me mihi agit, qui quoties speciem sui actus, sui vultus, immutat, toties nostrarum varietates arguit, & culpas animarum. Audi Prophetam dicentem: Palpebræ eius interrogant filios hominum; videte, quemadmodum Dei oculi clauduntur, ne videant eos, & vindicent qui delinquunt. Hæc Chrysologus.

a Serm. 21.

Domine salua nos, perimus. Ad hoc dormiebat, vt huiusmodi orationem excitaret, & vt in mari precibus vacare, & in laborum principio Dominum inuocare discerent, in omnibus enim fructibus primitias exoptare Deû haud obscurè cóstat, sed præ cunctis primitias orationis in laboribus pluris facit. Patet hoc ex textu, *holocausta tua non accipiam*; quid ergo Domine tibi placebit? *Inuoca me in die tribulationis*; quasi diceret, primogenitum precum Deo offer. Huius autem complacentiæ ratio, vt inquit D. Thomas, est, quoniam primitiæ & primogenita vitæ primordia sunt, cúmque Dominus illorum naturæ & vitæ sit auctor, vult à quacumque essentiam & vitam recognosci, vt ipsarum vitæ principium: eadem ergo ratione primas preces & labores optat, quoniam cùm ipse sit vir dolorum, primus & primogenitus mortuorum, in primis ipsis laborum doloribus cupit nos vitulos labiorum nostrorum eidem mactare, & aliam opem, nisi suam virtutem implorare vetat. Secundò quoniam huiusmodi harmoniæ dulcedine oblectatur, atque ita tantum durare tribulationem patitur, quantum moræ consumitur in eius auxilio implorando. Quid enim absurdius, quid magis absonum, quid denique tristius, quàm clamor & gemitus nauigantium, qui mortem sibi imminentem suspicantur? Sed his delectatur Deus, & quasi suaui gemitus voce oblectante somno capitur. Sed maiori quidem admiratione rapieris, si expendas Dauidis carmen. *Respexit Dominus orationem humilium,*

17.

Primitias orationum Deus vt vitæ nostræ à nobis poscit.

Oratio in tribulatione Deo placet maximè.

Psalm. 101. 18.

non dixit, *audiuit*, auditus namque tardior est visu, & Chaldæus legit, *exaudiuit Dominus orationem cicadarum.* Sed Domine, hac insuaui harmonia delectaris? nónne inter populeta carduelis personant, & inter frondosas arbores philomela intonat? Sed attendite, quoniam cicadæ concinunt Solis ardore, & æstu vehementiùs vrente, sonitúmque pectore edunt. Otiosorum hominum, & diuitum harmonia quidem est, nec insuauis, quia saltim ingrati non sunt, & Deus quod satis est exaudit eos, sed in afflictorum, nauigantium, & viduarum gemitus aures maximè inclinat, atque ita vt diutius suauitate fruatur, consopitum se simulat, *ipse verò dormiebat.*

Et nunc dormis. Rogat Chrysologus, certè dormire videris, tot enim ventis agitatur nauis, vt planè cogitemus gubernatorem nauis dormire. Quando, inquit Nazianzenus [a], Ecclesiastici magis in arripiendo remo audaces fuere, & inertiores? quando manus non tam remis assuefactas, quàm chartis pictis, inuenias. Quando sæculares salutionis, negotij, & portus, maiorem in modum obliuio cœpit? pueri vix nati & vitiorum igne iam sunt vsti, & veluti frigidissimo vento flos eorum quasi amygdalinus decidit. Coniuges vitiis flagrantes lignum proximum, & siluam remotam igne comburunt, ita vt *nullum sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra.* Quando bona opera plus decreuerunt? Quando mali sanctissimæ crucis tot inimici fuere? quando plures ventris asseclæ & cultores? Quando ritus & diuinus cultus vitio nostro diuina maiestate indignior? quando præceptorum remi magis diffracti, deserti, derelicti? quando fides magis mortua? quando spes magis offensa, quoniam baculo arundineo humanæ potentiæ nititur? quando rixis & dissensionibus magis labefactata charitas? quando minus honoris & obedientiæ præceptis Domini vnquam adhibitum? Quando prædicationis venti inutiliores, ita vt aquilinæ alæ in suggestum ascendere vereantur. Quando tentationum flatus vehementiores; quando magis inflata caro? quando magis delitiis & voluptatibus indulsit? quando mundus honoris legibus & ambitioni institit? Quando denique dæmon vires suas firmiores habuit? Non secus (inquit) omnia confusa videmus atque in nocturna pugna, obscurísque lunæ radiis hostium & amicorum vultus non internoscentes, vel sicut in nauali conflictu, & tempestate, ac ventorum impressionibus, & stridentis vndæ feruore, ac fluctuum incursionibus, & nauium collisionibus, & contorum impulsibus, & celeustarum vocibus, & cadentium gemitibus vndique personantibus, atque consilij inopia oppressis. Heu grauem calamitatem, inter nos incidimus, atque nobis ipsis mutuò conficimur. *Deus meus & adhuc dormis?* inquit Marcus discipulos dixisse Domino, *Magister non ad te pertinet quòd perimus?* ac si dicerent, nónne nos res tua sumus? & ad te non attinet iacturæ nostræ prouidere? quare ergo naufragio perire sinis [b]. Hæ animæ manibus tuis non fuerunt factæ? nónne cor tuum amore eorum tenetur? quare igitur perire permittis? vis cognoscere an huiusmodi res ad te attineant, manus perspice, & animaduertes pro nostra salute perforatas *vocaes a vos esta hacienda?*

18.

a Apolog. 1. ante Ioël. 3. *Communia peccata Reipublica cur tolerat Christus.*

Nazianzenus supra.

19.

Cap. 4. 38.

b Sicut si mercator aliquis pluris habitam rem familiarè amitti permittit, ab amicis admoneri solet, nónne res hæc ad te spectat, quare ergo eius curam non geris, an ne gratis emptam.

haciendo? estas almas? y como que ossocan y ossocaron con punctas declauos y de espinas? pectus attende, & dira lanceæ cuspide perfossum conspicies. Ergo quid hoc est? éstne hic Ionas aliquis fugitiuus? tua quidem sunt verbera. *Dei est quòd vrgemur malis* (ait Chrysologus [a]) *quòd verberamur semper, quòd gentes valent, quòd ruit grando, quòd rubigo inficit, quòd impietas potest, quòd dominantur morbi, quòd fæuit mors, quòd tremit terra, nos tamen nec tremimus, nec timemus, nec declinamus à malis, nec appetimus bona; auaritia furit, anhelat pompa, iniquitas placet, aliena delectant, sed nostra pereunt; Dei flagella veniunt, sed nostra prouocant culpa. Fratres reuertamur ad Dominum, vt reuertatur ad nos Deus, seruiamus Deo bono, vt non malis gentibus seruiamus, Christo Domino ac gubernatore auxiliante, honor cuius & maiestas sine fine permanet. Amen.*

a Ser. 20.

PRIMA RELIGIONIS ELEMENTA, vota semel Deo nuncupata fideliter adimplenda à Dei Verbo suscipit.

INSTITVTIO V.

20. NON minori laude commendandus est Abraham ex fidelitate, quàm ab illa præsigni fide, quam meritò eximiè extollit Paulus: nam accepto semel in carne sua circuncisionis pacto (vt proximè tibi ostendam) fidem iusiurandi, & semel oblatam promissionem iure inuiolato conseruauit; quamobrem vt à Parente nouo fidei lac primum, primaque religionis documenta discere operæpretium erit, quæ cùm non solùm internam voluntatem, qua homo diuinæ se totum maiestati suaque omnia offert, inuoluat, sed externum etiam cultum, cùm ritu externo nos ipsos, filios, vel nostra in sacrificium vel holocaustum proferimus, geminum istum cultum exhibentem, & concinentem libeat auscultare Dauidem, *Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea, & locutum est os meum in tribulatione mea. Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum, offeram tibi boues cum hircis.* Quorum verborum paraphrasim à mystico excipiamus Bernardo [a]. Rogo, soror dilecta, vt dicas cum Propheta, *Introibo in domum tuam*, id est, in monasterium, *in holocaustis*, hoc est, in spiritu contritionis, & compunctionis; *reddam tibi vota mea*, id est, me integram offeram tibi in ara cordis, quam tibi voui. *Necesse est vt qui saluari desiderat, bona quæ Deo vouit, cum omni deuotione reddat: & quæ Deo promisit, studeat adimplere.* Et primò quidem ait, *Introibo in domum tuam in holocaustis*; licèt enim, vt muneribus nostris non indiget Deus, vt ait Paulus, & *dignum* munus offerre Deo (vt affirmat Nazianzenus [b]) *vix ipsi quoque Angeli possunt, illi, inquam, primi, intellectuales & puri, supernaque gloriæ spectatores, & testes*; munusculis autem nostris etiam minimarum rerum oblectatur, *auro & argento, hyacintho, purpura*; quid dicam? *pilis caprarum*, vt in Exodo apertè manifestauit: *in quibus* (inquit Nazianzenus) *illud pulcherrimum humanissimúmque censendum est, quòd Deus munificentiam, non oblatæ rei pretio, & dignitate, sed offerentis affectu & facultate metitur.* Quapropter eandem quam semel Deo obtulimus oblationem, *in holocaustis* offerre conuenit, *moribus nempe sanctis, cogitationibus castis, operibus fructuosis, auertendo à malo, & conuertendo ad bonum.* Sed tanti Regis munus multis conditionibus offerri debet associatum: nam & qui offert, iustus debet esse, & filius Dei, vt ponderat Basilius [c], *quia iram iudicis placare nescit oblatio, nisi ex munditia placeat offerentis*, vt ait Gregorius [d]. Quòd si iustus non est, studeat esse dolendo de anteactæ vitæ noxis, sicut Dauid; vt inculcat Augustinus verba eius referens, *Sacrificium & oblationem voluisti, non vult sacrificium trucidati pecoris, sed vult sacrificium contriti cordis.* Tertiò etiam pura & simplex sit mens, & intentio offerentis, ex sententia Chrysostomi [e], & Lactantij [f], *non immolationibus & sanguine multo colendus Deus, sed mente pura, honestóque proposito.* Macula insuper carere debet, vt liquet ex Prophetis [g]. Sed pergamus ad alia.

Fidelitas commendatur.

August. lib. 10. de ciuitate Dei, c. 5.

Psal. 65. 13. 14. 15.

Vota nuncupata implenda.

a Ser. 62. ad sororem, seu de modo benè viuendi.

Rom. 11. 35.

b Orat. 2. in Pascha.

Exod. 25. 3.

21. Exod. 35. 5.

Augustinus Soliloq. 1. c. 15.

Proprietas oblationis.

c Psal. 28.

d Moral. 22. c. 11. ex Genesi 4. 4.

e In Gen. hom. 18.

f Lib. 6. diuinarum institutio. c. 25. ex Seneca.

g Malach. 1. 8.

22. *Reddam tibi vota mea.* Votiuas nempe promissiones indicat, quæ nec retractari, vel non solui sine Dei authoritate possunt. *Nam cùm ad mutua hominum pacta firmanda Deus medius adhiberi soleat* (ait Nazianzenus [h]) *quantum, quæso, periculum est, ne fœdera cum Deo ipso contracta perfregisse reperiamur? ac præter alia peccata, ipsius quoque mendacij apud Veritatis tribunal rei peragamur?* Exigunt hanc solutionem dona ipsa, quæ licèt offerimus Deo, ab ipso donata sunt; vnde æquum, imò necessarium

Rationes quibus tenemur ad hanc fidelitatem.

h Oratione in sanctum Baptisma.

rium est, ne pereant, redeant ad eum, vnde manarunt. Quod ex comparatione cum summo & primo dono, nempe Spiritu sancto, planiùs intelligemus. Nam sanctus Spiritus cùm donum sit per essentiam, & donum sit Patris ad Filium, cùm etiam procedat à Patre, non est in Filio solùm, sed in Patre, & fit quædam trium personarum in vna essentia concatenatio; reliqua verò dona non sic apud Deum manserunt, sed in manus hominum donata sunt. Quare ex quo facta sunt, tanta celeritate in nihilum properant, vt nisi diuina manus, quæ condidit, accederet etiam vt conseruaret, in nihilum redigerentur. Quare dona Dei si in Deum ipsum, in quo conseruantur, non redeant, pereant omnino necesse est; igitur fiat circulus & concatenatio, reditióque donorum ad Deum donantem. Quod aiebat qui dixit, *Et quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi.* Et Philo [a] circulum istum faciendum docet, *Qui deuincti sunt muneribus, promptissimè nauant operam, non conferendo, sed referendo gratiam*: referendo, inquam, in eum, in quo est virtus conseruatiua rerum; nam si linguam, exempli gratia, tibi ita arrogaueris, vt non ad Deum referas, dignus efficeris, vt paralysi, vel alio morbo affecta pereat. *Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magnificam, qui dixerunt: Labia nostra à nobis sunt.* Quod ne ignorare contingat, differre solet Deus dona, vt semel donis collatis, fons vnde manarunt, faciliùs perspiciatur; ideo distulit Dominus dare Annæ filium Samuelem, vt acceptum Deo referret: quare vix ab vberibus ablactauit, cùm retulit in templo immolandum illis quidem sanctissimis verbis, *Dedit mihi Dominus, & ego commodaui eum Domino.* Dona enim Dei cuínam nisi Deo accepta referenda? Et Philo [b] pulchrè interpretatus est; *Do eum donum*, declarat ipse, *eum qui est donum. Doyselo a Dios, porque es donsuyo.* Quod vt intelligerem, diutiùs protelauit beneficium Deus, & extorsit à me ardentissimum desiderium. Quare cùm Deo aliquid offerimus, solutio potius est accepti, quam obsequium liberum. *Do ei donum*, non *dono*, nec *pro dono* reputo; sed eum qui Dei donum est, retribuo datori. Nam cùm gratum sibi seruum vellet Deus efficere, talem condidit, vt non tam sibi, nec parentibus, quàm Deo inseruiendo incumberet libenter se totum reddendo; *promptissimè nauant operam, non conferendo, sed referendo gratiam.* Sensit hoc pia mater, vt ait Chrysostomus [c], *quæ cùm non alium speraret filium, post ablactationem statim obtulit Deo; nec iam vt paternam domum reuiseret orauit, sed semper in templo Dei ille morabatur. Adeò verò magnus & strenuus adolescens factus est, vt post multa à Deo per eum gesta iugiter cum eo Deus colloqueretur, ac per illum frequentia oracula ederet, tantum confert emolumenti Deo semper quæ possederimus concedere.*

a Lib. de vita Moysis.

Dona Dei per oblationē Deo referimus.

Psal. 11. 4.

23.

b Lib. quòd Deus sit immutabilis.

c Lib. 3. contra vituper. vitæ monast.

1. Reg. 3. 1.

Verùm non solùm reddere oportet, sed cum fœnore reddere; & hoc est, quod aiebat Philo, *non conferendo, sed referendo gratiam.* Quæ verba dixit hic sapiens ex occasione duarum tribuum, quæ remanserunt propter necessitatem trans Iordanem, quæ petierunt à Moyse regionem Seon & Og, ea conditione, vt primam aciem ducerent in expugnatione terræ promissæ, in qua sic strenuè se gesserunt, sicut si sibimet terram acquirerent, & sicut dimicabant antequam propria sedes ipsis designata fuisset: antea enim ex necessitate dimicabant, modò verò ex fidelitate, quæ fortior debet esse ipsa necessitate, in quo damnatum reliquerunt ingratum vouendi & promittendi genus rusticum, & illiberale, qui compulsi necessitate ò quanta Deo & hominibus vouent, quæ postea minimè adimplent. Ideo sequitur,

Fidelitas ipsa debet esse necessitate fortior.

24\. *Quæ distinxerunt labia mea, & locutum est os meum in tribulatione mea*: alij vertunt, *quæ diductis labiis voui*, à verbo Hebræo פצה *patsa*, quod est amplè ac liberè loqui, & os aperire cum lætitia, Hispanè *lo que prometi con la voca grande*: nam qui vouet in tribulatione positus, clarè & distinctè illam ei exponit, qui afferre remedium possit; ideo subdit, *& locutum est os meum in tribulatione mea*, positus enim in angustia multa magnaque offert Deo. Testes huius rei sunt tabellæ votiuæ, præsertim propter maris periculum, cuiusmodi alterius poetæ illa,

Me tabula sacer
Votiua paries indicat humida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris Deo.

in quibus Dauid facilitatem in vouendo, & tarditatem in adimplendo taxat & coarguit: sumus enim nobis ipsis perquam dissimiles, vt eleganter descripsit sponsa, *caput eius aurum optimum, manus eius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis.* Certè sponsa etiamsi ob elegantiam ac pulchritudinem aurei capilli totum caput aureum appelles, non congruit manibus, meliùs ebori comparasses: voluit tamen diuinam in Christo

Dissimiles sumus in vouendo & in adimplendo.

Vide Lorin. hic vet. 15. fol. 250. tom. 2.

Christus fidelis.

fidelitatem & largitatem ostendere: nam quod mente cogitat, opere implet, & æquè diues est in adimplendo, sicut & in promittendo: quamobrem qui credit in eum, non confundetur; habet enim aureum caput, & manus, hoc est, opera consimillima. Nos sumus, quorum manus longè sunt dissimiles capiti. Quid enim non promittit, vouet & consecrat Deo iuuenis in ægritudine constitutus? qui recuperata valetudine non modò non est adimplendi memor, sed in deteriora labitur. Dauid verò nec sic egisse, nec sic cecinisse fatetur; agens enim de Babylonica captiuitate, refert vota & promissiones, quas Deo offerebant captiui, (sicut nos cùm in sæculo tanquam maris fluctibus iactati eramus, multa Deo in religione implenda promittebamus) quæ omnia ad numerum adimpleturos dicit. *Introibo in domum tuam in holocaustis, irè acompañado no de criados sinoderes es que ofreceres en holocausto*, & sicut minutatim & sigillatim promisi, ita etiam distinctè stabo promissis, *reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea:* nam non in genere promisi, sed specialibus votis me Deo astrinxi; nec qualibuscumque votis & vinculis, sed æternis, solemnibus, & quæ dissoluere, religio esset maxima, & facinus sacrilegum. Ideo optimè notauit Scholiastes, cùm de oblatione agit, illam memorauit, quæ in actionem gratiarum fit, nempe holocaustum, in quo totum animal cremabatur. Quæ enim ratio æquitatis esset, vt nouis sceleribus vita insumatur, quæ tibi ob præterita mala iustè demebatur? nunc verò redditur à Deo, vt nouis virtutis operibus amissa recuperes, & gratitudinis mensuras expleas: itaque absit à te indigere sacrificiis pro peccatis, sed holocausto, quod meræ gratitudinis officium sit, téque quasi in impossibilitate constituat peccandi: ideo Augustinus [a] verbum *holocausti* expendit, & ait: *Totum enim meum consumat ignis tuus, nihil mei remaneat mihi, totum sit tibi.* Hoc insuper sonare affirmat verba sequentia, *holocausta medullata offeram tibi, offeram tibi boues cum hircis.* Non Domine erit sophistica, externa, & in superficie posita hæc mea promissio, sed viscerum cordis mei affectu & amore plena. *Non erit in superficie, sed in medullis erit quòd diligo te.* Nam post tempestatem sæculi, vel post desperatam valetudinem, portum, & religionem, & valetudinem tenuisse, quam infert obligationem? certè æternam: quod innuit Paulus cùm ait, *Liberati à peccato nunc serui facti estis iustitiæ. el salir de peccado no asidomas que mudar amode malo en bueno, si eruos os quedais.* Quod acutè obseruauit D. Petrus Chrysologus [b] in verbis Centurionis, qui dixit, & inuitauit Dominum, *Ego enim homo sum sub potestate constitutus, & dico seruo meo: Fac hoc, & facit:* ait beatus iste, serui memorat conditionem, quasi dicat: *Puer meus erit seruus tuus, cùm receperit sanitatem. Quando experimenta que ay vn señor tan grande, que aun en ausencia le obedece la enfermedad, se verà obligado a dexarme a mi, y seruir a tan buen amo y señor:* & qui modò est puer meus, hoc est, qui determinato tempore mihi inseruit, *erit seruus tuus*, idest, qui quasi ex necessitate tibi subseruiet noris in facie inustis. Huius perpetuæ seruitutis textus est in lege Leuitici *, *Omne quod Domino consecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager, non venundetur, nec redimi poterit.* Loquitur de eo quod vouetur Deo voto, & consecratione omnino absolutâ, vbi pro *consecratum*, Hebraicè est *cherem*, idest, succisio, anathema, & quasi destructio rei, *& Sanctum Sanctorum erit Domino*; omnino deputatum erit ad cultum Dei, vt explicat Thomas [c], & Dionysius Areopag [d]. *Sanctitas enim est ab omni munditia libera, & perfecta, & omninò immaculata munditia:* ex qua consecratione fiunt Dei serui, Deiformes, & quasi Dij, vt ait Cyprianus [e]. *Sicut modica aqua gutta multo vino infusa à se tota deficit, vinique saporem & colorem induit, & speculum radiis solaribus directè irradiatum Solis in se recipit similitudinem, idque putares alterum esse solem; ita etiam sancti & beati Dei charitate in intimis sui totaliter penetrantur, sicque Deiformes effecti in Dei similitudinem transformantur:* hi enim sunt holocaustum & *cherem* Dei, de quo dicitur, *omne cherem morte morietur* [f]; sicut Paulus cupiebat esse cherem, seu anathema pro fratribus suis, vt omnino succidi & succendi deberet.

Holocausti sit nostra oblatio. Ita se per sui oblationem constituat vt salua libertate sit in quadam impossibilitate peccandi, ideo holocaustum sit.

25\.

26\. Cæterùm si violare contingat oblationem Deo factam, ô quot exactores contractè manus & linguas exerunt! non solùm Sapiens, qui desertorem professionis suæ appositè comparat, *sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum* [g]: nam miserrima est pullorum conditio, & ipsa auicula multis incommodis subiacet, qualia eleganter magnus describit Basilius [h]. *Reuoca in memoriam honestam professionem, quam professa es coram Deo, & Angelis, & hominibus. Reuoca in memoriam venerandam congregationem, & sacrum virginum chorum, & concilium Domini, & Ecclesiæ Sanctorum, Angelicam circa Dominum cum illis tripudium, & spiritualem in carne vitam,*

Cauere docet oblationis Deo factæ violationem.

a In hunc Psalm. 65.

b Serm. 15.

* Cap. 27. 28.

c 2.2. quæst. 81. art. 8.

d De diuinis nomini. cap. 12.

e De singularitate clericor.

f Rom. 9. 3.

g Prou. 27. 8.

h Epist. ad Virg. lapsã, & in constitutionibus monasticis cap. 22. *Illud certissimum est* Chrysost. in Psalm. 49. *Redde Altissimo vota tua.* Sic dicit Hieron. ad Iouinia. lib. 2. *Et si nupserit Virgo.* August. epist. 45. *Quia iam vouisti.* in Psalm. 75. *Alij virginitates.* Bernardus ad Fulconem epist. 2. Ambros. ad virginem lapsam c. 2. *Vnde incipiam, &c.* remedia & alia vide apud Busæum in Panario v. Oblatio Deo facta.

vitam, & cælestem in terra conuersationem. Recordare dierum carentium tumultu, & noctium illuminatarum, & cantilenarum spiritualium, & psalmodiæ sonoræ, & orationum sanctarum, & cubiculi casti, & virgines progressus, & mensæ temperantis. Vbi est reuerendus ille tuus habitus? vbi honesti mores, & vestis frugalis virginem decens, & honestus ex pudore rubor, & decorus, ex continentia efflorescens pallor omni coloris bonitate gratiosior elucescens? Quoties in orationibus pro seruanda virginitate impollutus lacrymas effudisti? Quot litteras ad sanctos sæpe exarasti? Quot vero munera ab sponso accepisti? quos honores propter illum ab his qui illius sunt, suscepisti? At nunc modica aura aërei spiritus (hoc est, dæmonis) qui nunc in filiis inobedientiæ operatur, suscepta, omnia illa abnegasti.

Verùm cùm non solùm ingrati simus cùm vota violamus, sed etiam cùm claudum, & languidum, & maculis plenum coram Deo proferimus; cúmque nobis minimè sicut cælestibus in eodem statu esse concessum sit, frequenti renouatione votorum nostrorum indigemus, ne in deterius lapsa natura perinde sit in vetustate morum viuere, quàm omnino professionem & vota deserere. Hoc enim est quòd in ecstasim rapuisse videtur Balaam, cùm ait: *Quàm pulchra tabernacula Iacob, vt valles nemorosæ, & horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas.* Non miror, inquit, stationes, exercitus, armorum splendorem, &c. quod in te mirabile est, tentoria ex lino, vel pellibus confecta, calceos, quibus per quadraginta annos per deserta incedis, nesciisse vetustatem: quare te omnibus, quæ vel perpetua sunt, vel virorem non amittunt, comparaui velli nemorosæ, in qua viriditas & pulchritudo nunquam deficit, & horto irriguo, qui nunquam deformatur omnino, & cedro iuxta aquas, & cælo, quod expandit verbum Domini, *sic viuent, & durabunt Israëlitæ in æternum*, vt vertit Paraphrastes Hierosolymitanus. Itaque benè illa nouitas cælo comparatur, ait Gregorius; nos verò comparandi sumus arboribus, quæ radices habent in terra, à qua quid accipiant nisi vetustatem, vicissitudinem, & infirmitatem? *Mortificate membra vestra quæ sunt super terram,* ne siluescant, & splendorem amittant. Certè sumus sicut statua illa Nabuchodonosoris, quæ cùm incipiat in auro, in luto desinit, & in puluerem redacta est. Aurea solet esse deuotio accedentis ad Deum, & paulatim desciscens in turpem & carnalem vitam transit. Quare inter arbores meritò palma & oliua laudantur, quia perpetua viriditate vernant, & tam in hyeme, quàm in æstu fructus suos proferunt, & conseruant: distant autem in hoc, quòd palma vtpote Soli cælóque vicinior, cælestem conditionem imitatur, & perpeti viriditate florescit; oliua verò vt terræ vicinior terrenas imbibit qualitates: ideóque renouatione indiget, & tacitâ, per singula folia iam istam iam illam deponendo. Simus ergo oliuæ, si palmæ nequimus assimilari, nostræque renouationi incumbamus: nam vetustas & senectus non ex vnius rei negligentia fit, sed ex multis, quibus sensim in deterius labimur; & ideo qui renouandis quotidianis vitiis non studet, non solùm ea alit ac fouet, sed etiam nouos fœtus vitiorum parit. *Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.* Hieron. legit, *parturiunt viæ eius in omni tempore*, à verbo quod inquinari, dolere, & timere significat: quia opus imperfectum & vitiosum prægnans erat multis aliis defectibus. Quare dum purgare voluit domum suam Abraham, dictum est illi, *Eiice ancillam, & filium eius*; ancillam priùs, ne alios Ismaëles pariat. Et benè partui comparatur ista nostra socordia & tepiditas; quia ob breuem delectationem mens grauidata parturit postea inquinata cum dolore & timore. Quod libet videre in tribus illis virtutibus, quibus maximè religiosa vita consistit. Quàm deformata obedientia nostra, quæ cùm in principio à diuino sponso comparata sit *equitatui in curribus Pharaonis*, velocitatis amoris, & subiectionis symbolo aptissimo, nunc meritò conductitiæ mulæ plenæ vitiis comparatur. *Imposuisti homines super capita nostra*, quæ à multis est compuncta calcaribus, à multis superioribus probatus, nec ephippium ferre & sustinere vult, vel onus à se reiicit, vel ita tardè retrocedendo, vt opus sit plebem conuocare. Quid si semel gustauit præsepe? quis remoueat illam, & rursus iter aggredi cogat? sicut Ionas qui vocatus ad regis & magnæ curiæ salutem, excusationem prætexuit friuolam, & fugiens mare, ipse postea oppetiuit mortem in mari, *mittite me in mare:* quæ enim refugiunt inobedientes, postea carnifices eorum sunt, & tortores conscientiæ. Quàm fœdata castitas? hoc enim consequens est, & quasi supplicium inobedientiæ. *Carnem maculant, dominationem spernunt*, ait S. Iudas. Ignominia ista corporis nusquam sine summa ignorantia est. Quid enim imperitius, quàm velle multas possessiones habere ciuem ibi vbi non est, & in curia vbi est, proprias non habere ædes? ita isti putant esse diuites, cùm dominationem proprij corporis non

Marginal notes: 27. *Renouatione indigemus ne vel vota violemus, vel languida solnamus.* — Num. 24. 5. — 28. — Psalm. 9. 25. — *Obedientia. Simile.* — *Castitas.*

Paupertas. habeant, *dominationem autem ſpernunt.* Quàm deformata paupertas? Audiamus Hieron. [a] *Vtinam quòd renuntiamus ſæculo, voluntas ſit, non neceſſitas, & paupertas habeat expetita gloriam, non illata cruciatum; video quoſdam qui poſtquam renuntiauere ſæculo, veſtimenta dumtaxat, & voce profeſſionis, non rebus, nihil de priſtina conuerſatione mutarunt. Res familiaris magis aucta, quàm imminuta, idem apparatus conuiuij, & plerique artibus, & negotiationibus carere non poſſunt (quod pudet dicere) pannis aurum tegimus, & contra omnium opinionem plenis ſacculis morimur diuites, qui quaſi pauperes viuimus.*

a Epiſt. ad Ruſticum.

VERBVM PATRIS.
Gen. 17. v. 7. & 13.

Et ſtatuam pactum meum inter me, & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis, fœdere ſempiterno, &c. eritque pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum.

Fœdus cum Abrahamo initum ſignaculo circunciſionis conſignatum in Chriſto Ieſu reſerat, atque reſcindit.

DISCVRSVS XIII.

Soſpecha, y recato es como el veneno, que hechan en las medicinas, que como veneno cõmueue los animos, ſi es poco es ſaludable; ſi mucho mata. La confiança con los fauores haze hombres no ſolo ſeguros, ſino Eſclauos herrados en el coraçon con hierros mas fuertes, que los de los carrillos delos Eſclauos.

Suſpicio & fiducia.

Cautè Deus poſt lapſum erga hominem ſe geſſit.

Gen. 6. 3.

a Sic ponderauit D. Bernard. ſer. 2. de circunciſione, ſuſpicionem erga carnem habuiſſe Deũ; *vnde, & auertens ab eo faciem ſuam Deus, vix tãdem in diebus Abraha amici ſui placabilis fieri incipiens, rurſus modum inſtituit: boluio à encarrilar con el linaje humano en Abraham.*

b Gen. 17. 3.

c Hom. ſuper Gen.

1\. DISPARES effectus, ſed ſalutares ſuſpicio, & fiducia nobili, & generoſo pectori ingenerant: ſuſpicio veneni inſtar eſt, quod medicinis immiſcent, quod, venenum cùm ſit, animos hominum commouet, ſiquidem parum, arte, ac prudentia mixtum, ſæpenumero ſalutare eſt, ſin verò nimium, vitam mortalibus adimit, *poca ſoſpecha, y poco veneno mezclados con prudencia en cauſas, y ocaſiones juſtas ſon saludables, ſi es demaſiado, mata.* Fiducia etiam ſerenat, & tranquillat animos, placat hominum mentes, & fauoribus non modò fideles reddit, verùm etiam ſeruos efficit ſtigmatibus cordi inuſtis, candentiori ferro, quàm quo ſeruorum frontes deſignantur. Rationi maximè conſentaneum fuit, vt poſtquam Deus Opt. Max. orbem alluuione aquarum deleuerat, aliquantulum ſuſpicione tangeretur, & diligentiſſimè circunſpiceret, ne ſpiritum ſuum homini crederet brutorum more viuenti, atque adeò affirmat: *Non permanebit ſpiritus meus in homine; quoniam caro eſt* [a]. Verumenimuerò ea, qua eſt natura Deus munificentiſſimus, cohiberi non potuit, quin ſtatim *nouum hominem*, & fideliſſimum familiarem in lucem ederet, quem collatis in illum beneficiis optimatẽ, fauoribus amicum, fiducia ſeruum conſtitueret, non modò circunciſionis impreſſis inſignibus, verumetiam animi fidelitate, quæ quidem pars eſt, in qua ſanctorum virorum generoſi animi, & corda, amoris quaſi notis compunguntur. Animaduerte (inquit) Abraham, te filiorum gratiæ, & electionis optimum parentem volo conſtituere.

2\. Permotus fidelis ſeruus, & attonito ſimilis tantam benignitatem admirans ad genua prouolutus; *cecidit Abraham pronus in faciẽ* [b]. Videte (inquit Chryſoſtomus [c],) hanc regalem, & diuinam fiduciam, qua ſe homini credidit amico, & iiſtis larga promiſſa donat: eſto tu virtutis amator, & plena (vt aiunt) manu in te conferet beneficia. Verùm cũ mihi hominũ aliqua ſemper maneat, & iniecta ſit ſuſpicio, certiores vos facio, fœdus aliquod vobiſcũ eſſe ſanciendum: *ſiempre me queda vn repelo de ſoſpecha, hare vn reſguardo con vos otros, & ſtatuam pactũ meum inter me, & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno.* (Gen. 17. 7.) Hoc poſito duo vobis promitto, vnum quidem caducum, & temporale: *dabóque tibi, & ſemini tuo terram peregrinationis tuæ,* &c. (Ibid. 8.) Alterum ſpirituale, quamuis in re etiam fragili: *dabo tibi filium, cui benedicturus ſum;* (Ibid. 16.) concedam tibi Iſaac, ex quo verus orbi Meſſias, & in eo ſalus animarum oborietur. Tu verò quid retribues? illud ſanè: *Ambula coram me, & eſto perfectus.* (Ibid. 1.) Quidam interpretantur, nutum meum obſerua, & te numeris omnibus faciam abſolutum, ita vt tibi nihil deſit. Alij verò explicant, & meliùs; quædam tibi NOVI HOMINIS vita inſtituenda 3.

Præſentia Dei.

eſt, quam indies contende perficere, quaſi qui me præſentem intuetur, quod eſt ſingulare, & præcipuum medium, hoc eſt diuino Numini attendere in operando; quid excellentius, quid nobilius tum Deo, tum homini, quàm illius hac ratione parere voluntati? *Beatus vir, qui in ſapientia morabitur;* (Eccli. 14. 22.) id eſt, ea ſcientia, quæ eſt cognitio certa rerum, quibus bene, beatéque viuat: *& in ſenſu cogitabit circunſpectionem Dei.* Ecce diuini Numinis præſentiam tanquam remedium ſingulare. Sed addit Dominus: quoniam de carne veſtra concepta me ſuſpicio pungit, huius fœderis ſignum erit: *circuncidetur ex vobis omne maſculinum,* &c. *vt ſit in ſignum inter me, & vos.* (Gen. 17. 10.) Hîc nobis ſpina legis infigitur, hîc pertinax Iudæorum iactatur inſolentia, & ſolemnis exprobratio, qua Chriſtianos homines inceſſunt, & vrgent, & in illis verbis errandi fundamenta iaciunt, *erit pactum hoc meum in carne veſtra in fœdus æternum:* (Gen. 17. 13.) tenéntque illi pactum æternum circunciſionem eſſe. Contra hos inſurgit Rupertus [a]: Animaduertite (inquit) pactum, quod fecit Deus, nullatenus circunciſionem eſſe, ſed quod in ea, & ſub ea continebatur, fœdus cum populo, promiſſionem Meſſiæ, & dedicationem quandam ipſius Abrahæ, in ſeruũ Dei ſanctum, magnorúmque radicem, & patrem, in quo NO-

Circunciſio ſignum fœderis.

Error Iudæorum circa circunciſionem.

a In Gen. lib. 5. c. 31.

VORVM

vorvm Hominvn spiritualis soboles fundaretur; circuncisio verò tantummodo nota erat, & signum, *vt sit in signum fœderis inter me, & vos.* Res exemplo patescit, generale pactũ fit in bello, sine quo non agmen modò instruitur; sed etiam nec parua manus comparatur, & gubernatur, vt omnes ducis obtemperent mandatis: verùm obedientiæ thessera mutatur singulis noctibus, hac nocte signum datur *D. Paulus*, illa nocte *D. Petrus*, vel *Magdalena* indicitur: *el pacto de obedeçer es general en la guerra, el bando, y señal cada noche se muda, oy santiago, mañana san Pablo.* Sic pactum, quo Deus rerum humanarum curam gerit, nobisque consulendi, & æternum dandi seruatorem, æternum fuit, hoc est, multum durauit, & tã in lege naturali, quàm scripta: sed falluntur Iudæi, circuncisionem pactum esse cogitantes; minimè Gentium, sed pacti signum, *eritque pactum meum in carne tua in signum fœderis:* &, *& signum accepit* (Abraham) *circuncisionis signaculum iustitia fidei, qua est in preputio* [a]. Vocat autem Paulus circuncisionem signaculum, Græcè σφραγὶς, quod respondet Hebræo *chotam*, id est, sigillum iustitiæ adeptæ antè per fidem: erit igitur significatio mei animi erga te, & erit sigillum in carne impressum absconditæ promissionis, & benedictionis occultæ, & reuelandæ per Christum (vt inquit Origenes.) Dilucidat omnia exemplo Chrysostomus [b], deferuntur à tabellario summi vicarij Christi diplomata Pontificis insignibus munita, & obsignata, vt aliquis religiosus vir ad Episcopatus dignitatem euehatur, aut inauguretur Episcopus, vel in purpuratorum patrum collegium adoptetur. Tabellarius sigillo insignita defert: verùm vt primùm in domum eius venit, reuerentur omnes diplomata, capita subiiciunt illis, aperiuntur, leguntur. Quid hoc? proh nefas! ò sacrilegium! hiccine cultus? hæc reuerentia, litteris Pontificis exhibetur. Apage, ne mireris: sigillum enim intactum, & integrum oportuit esse ad domum vsque Episcopi, seu Cardinalis; cur ergo datum est sigillum, & diploma? Rectè rogasti. Respondet Paulus, *signaculum iustitia fidei*, id est, ideo ad Cardinalatum vocatur, quia illius fides, scientia, morum integritas id merebatur. Sic rerum omnium molitor Deus Abrahamum probauit, patriam relinquere iussit, &c. quæ omnia maximè D. Paulus commendat, atque extollit, *& credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam:* hac de causa illi quasi diplomata concessa sunt; *signaculum iustitia fidei:* verùm illa tradidit obsignata, propter suspicionem, quam de carne imbiberat, & vt fidem daret Deus, se promissis staturum. Vt tamen ad Bethleemitica antra venit veredarius in plenitudine temporis, fasciculus litterarum soluitur, sigillum aufertur, & illa insignia plumbea (ita grauia, vt non dubitauerit affirmare D. Petrus à veredariis antiquis vix ferri potuisse) soluuntur, reiiciuntur, ad nihilum enim valet signum iam, neque lex, iam non est opus sigillo. Iam habemus Pontificem, iam habemus purpuratum Cardinalem protectorem, iam filium Abrahæ fidei promissum habemus, iam primitiis fruimur sanguinis, quo nostræ piandæ sunt sordes, iam ille corporatus est, & carne tectus, cui pater sine suspicione spiritum credit, iam nouus Isaac ortus, qui risum felici nocte, qua natus, lætitiam omnibus attulit, & ille lacrymatur; quia cælestis Pater

Gen. 9. 13.
Simile.
4.
Rom. 4. 11.
a Sensus est Abrahã non fuisse iustificatum ex circuncisione, sed circũcisionem post iustitiã accepisse ad hoc, vt esset signum iustitiæ, quam adeptus est ipse per fidẽ ante circuncisionẽ cùm adhuc esset in preputio.
b Hom. 19. in Gen. sicut qui signum accipiũt per agendi negotij cuiuspiam causa, vbi negotium perfectum est, tunc & signum tollunt, &c.
5.
Heb. 11.
Sigillum circuncisionis opus iam non est nobis.
Actor. 9.
Pater purpuratus & pontifex noster Christus.

crucem, & mortem minatur, & vibrat gladium in innocentissimum puerum, iam consiliarium, parentem optimum, principem pacis, Iesvm saluatorem; quid igitur modò sigillo opus est?

Magna igitur mysteria, & plures solemnitates breuis Euangelij historia continet: reserato enim sigillo circuncisionis, de Christi vnctione agitur, & inauguratur Pontifex semel, & iterum: sponsæ Ecclesiæ amorem manifestat, legem adimplet, & profitetur, & titulus illi affigitur muneris obeundi, & Ecclesiæ tuendæ, & administrandæ: ac tandem salutis humanæ protector, & instaurator constituitur, & ab omnibus adoratur, & colitur. 6.

Svmma discvrsvs.

Primò igitur de eius inaugurationeagitur secundùm nomen suum, quo Christus, id est, vnctus dicitur. Prima hæc vnctio, & consecratio in sacello virginei vetris celebrata est, dum humanitas eius oleo diuinitatis peruncta, & in primo instanti delibuta fuit præ consortibus suis, quæ vnctio, vtpote à diuinitate, non apparebat nisi per potestatem, & splẽdorem miraculorum, & ob reuerentiam, & cultum, quem adorantes Angeli, & Pastores exhibebant: *& adorent eum omnes Angeli Dei* *; quare? *quia hic est, quem Pater signauit Deus*, & ita, *spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me* [a], *por instantes me daua prissa que me vngiesse, y compliesse con mi officio.* Tres Episcopi, hoc est, personæ adstiterunt, vna verò humanitas ab vna persona assumpta, & consecrata est, quod illa verba Dauidis indicare videntur, vt explicat D. Irenæus [b]: *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitia*, id est, *vnctus est Filius in Spiritu sancto, qui est vnctio:* quæ omnia quasi magister, & œconomus D. Paulus [c] contemplari iubet: *Attendite, quia non accessistis ad tractabilem montem, mirad que no es la yglesia el monte Synay tratable, donde vnos comian, otros jugauan, otros idolatrauan; sed accessistis ad Sion montem Dei.* Videte quos thronos, quos abacos gratiarum instruxerit Deus; videte Patrem æternum, *& iudicem omnium Deũ, alegre de tener hijo Papa.* Videte Spiritum sanctum, *& spiritus iustorum perfectorum*, qui nouos homines efformat, & promissionem Abrahæ factam adimplet, nempe datum iam sine suspicione spiritum carni, hoc est, homini. Videte denique Verbum æternum incarnatum Christum, qui in medio est consecrandus, *& testamenti noui mediatorem Iesum*, hic nulla effusio sanguinis, sed intimatio effundendi facta est, *& aspersionem sanguinis melius loquentem, quam Abel*, hic sanguis ibi oblatus est, & ipse se in Patris obsequium obtulit, *per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo.*

7.
Cyril. lib. de fide Orthod.
Naz. orat. 4 de Theolog.
August. lib. 15. de Trin. c. 26.
Hier. in Psal. 13.
Orig. hom. 1. in Cant.
* Hebr. 1. 6.
Vide Salmeron in hunc locum optimè expendentem verba de Christo, non verò de Salomone.
a Eccli. 24. 27.
b Lib. 3. contra hæres. c. 20. Vide P. Pineda Salomone prẽuio 288. lib. 5.
c Heb. 12. 18.
Vnctio Christi & ornatus ad illam.
Heb. 12. 24.
Ibid. 1. 24.
Ibid. 9. 14.

Vix tamen hac vnctione peracta ad secundam vnctionem per sanguinem progreditur, Salomonis instar, qui repetita vnctione inauguratus est magna de causa: in prima enim vnctione æmulum habebat ambitiosum Adoniam; secunda verò fausta, & felicior erat, nemine refragante, neque contradicente, ideo dicitur, *cunctis placuit*, Septuaginta legerunt, *bene placuit*, Caietanus, & Isidorus clariùs, *prosperè egit, prosper fuit.* Hispanè, *en verdad, que le aprouecho*; quia extunc feliciter progressus auctus est, fecundatus, & perpetuitate familiæ, & pace: hoc enim est in sacris litteris prosperari. Ierem. *Scribe virum istum sterilem, virum, qui in diebus suis non prosperabitur: no verá de sus ojos quien lleue su casa adelante*; ideo addit: 8.

Vnctio secunda per sanguinem.
1. Paral. 29. 23.
Cap. 22. 30.

neque enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium David. Secundò etiam; hoc enim pacto optimatum voluntates allexit: *vniuersi principes, & potentes, & cuncti filij regis David dederunt manum, & subiecti fuerunt Salomoni regi: lleuad nos a donde quisieredes.* Ita similiter verum est, puer dulcissime, te per primam vnctionem Regem esse Christum, & Dominum; ad hoc tamen, vt hominum voluntates ad te traheres, & vt familiam prosperares, & vt inimicos tui nominis reprimeres, & incitatas mētes reflecteres. O quantum præstitit hæc secunda vnctio, & amoris manifestatio, fateor me cunctorum animos pellexisse: *in odorem vnguentorum tuorum currentes, recti diligunt te, arrebatais las almas niño santo, y losque algo son, y saben algo, los acertados essos os siguen*, & hoc facto pergis in instituto suscepto augendæ, & in posterum promouendæ familiæ sub isto diuinissimo nomine, à quo Christiana familia nomen sortitur.

1. Paral. 29. 24.

Cant. 1. 4. *Christiani nominis origo.* Sic Tertul. lib. aduersùs Praxeam c. 28. vide To-

9\. Verumenimuero ex ipso Euangelio causam huius secundæ vnctionis elicio: *Postquam consummati sunt dies octo*, celeritas ista amoris non obscura præbuit argumēta erga Ecclesiam sponsam, & prædilectas animas. Gradum siste puer sanctissime, cur maturas gressum ad mortem? *si el Pontificado os haze del ojo, no veis, que esta la puente de la Cruz en medio, que la auéis de leuantar.* Sub quo ponte sanguine tingebatur, qui Pontifex olim creabatur, ideóque Pontifex nuncupatus. Parce tenerrimo corpusculo, ætatulæ, & exiguo sanguini, quem ex virgineis visceribus traxisti; prohibe tu filium, Virgo purissima, ne vnico filio orbata permaneas *. Sed sistere nequit tam inflammatus amor Ecclesiæ sponsæ, nec minore amore vult diligere illam, quàm David Michol regis filiam, pro qua trecenta præputia (hoc est, capita) Philistinorum in dotem promisit, & impleuit maximo vitæ suæ discrimine. Præmaturam istam dilectionem, & sanguinem quis non videat in ortu Zaram fuisse adumbratam, qui instante partu protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum, dicens: Iste egredietur prior, & ad modicum retrahente manum, ecce prodit coccino rubro præsignatus. Ego sum puer iste, inquit Iesus, qui *Zara*, hoc est, *oriens* nuncupor *, ecce vir oriens nomen eius, móxque amor exigit, vt vix natus coccino mei sanguinis, amor meus, & opus, quod ego meditatus sum, designetur, *quiero con el carmesi de mi sangre señalarmi amor, y tomar impresa demis obras*, retraham manum, & cessabit sanguis aliquo tempore, amoris autem significatio difficile occultatur, pergam ad passionem. Hoc idem obseruauit Bernardus [a]. *In sacramentum Dominicæ passionis coccineo alligata est filo.* & Hieronymus [b], *& ligata manus coccino iam tunc conscientia Iudæorum Christi passionem respexit* [c]: maximè tamen oportet me statim circuncidi, nam dum Pontifex natus sum, æquum est meis ouibus assimilari, in laboribus, & ærumnis. *Per omnia debuit fratribus assimilari, vt misericors, & fidelis Pontifex fieret.* Sit ita Domine; ego verò vim amoris tui ex nimia tua properatione perspicio, & ex eo quòd qua die nomen Saluatoris suscipis, das nobis sanguinem: *sino amor es este, que desde el vientre derrama sangre, y toma nombre.* Furari quempiam dum ex furto sublatis viuere putat, & occultissimè id agere sine teste in mediis tenebris, facie, & nomine inuoluto, & tecto, humanum est; furari autem, cùm crastina die suspendendus sit, quod apertum crimen. Scis iam crucem tibi præparatam, causam mortis, nempe scelus populi Dei, nomen, quod ibi imponetur Iesus Nazarenus, & cùm hæc ita tibi nota, & valde perspicua sint, te tamen sanguinis missioni, gladio, & circuncisioni tradas, neque subtrahas tenerrima membra, noménque subtriceas; incredibilis est vis amoris audita nunquam. Amant amici, visa tamen difficultate, subducunt se, & terga dant amico; tu verò statim amas, & ex quo amas, difficilia omnia, & præuidisti, & superasti: quod optimè expendit Augustinus [a]: *Sed ad hoc descendit Christus in vterum Virginis, vt exinde acciperet membra, quæ traderet cruci, mortémque induceret antiquo draconi.* Vide quibus armis tegitur aduersùs draconem? vide quæ ornamenta eligit Pontifex, ea nempe, quibus plagas, clauos, verbera, & mortem accipere valeat. Fugiunt mortales non mortem solùm, sed quidquid mortem impendentem denunciat; secus verò se habet amor tuus. Intrauit Isaac in ciuitatem Geraris cum vxore Rebecca, nomen vxoris retinens, sororem nominans, rogatus à rege, quare nomen vxoris reticuisset? ingenuè respondit: Timui ne morerer propter eam; huius euentus quasi diem festum agebant clanculum vterque, cùm eos rex exultantes vidit. *Vidit eum iocantem cum vxore sua.* Rogat causam intempestiui risus Clemens Alexandrinus [b], & respondet: *Risit autem ille à morte solutus, ludens, & exultans cum sponsa, quasi inter se congratularentur, quàm bene nomen vxoris cum sororis appellatione commutassent; vt nec te à me surriperent, nec me propter te occidissent.* Sed ô frigida charitas, quantum à Christi mei amore discrepas; amat Ecclesiam certus de morte, & dum nomen posset vel subticere, vel in diuinum commutare, palàm sponsum sanguinis esse, saluatorem Iesum opere & nomine manifestat. Et primitiæ istæ amoris, & sponsalia quodammodo videntur superasse illam sanguinis effusionem, quam in cruce exhibuit. *Messui myrrham meam cum aromatibus.* Lætitia huius diei, vel messoribus exultantibus comparatur, vel sponso de sponsæ amplexibus exultante; quid metis Domine primitias mortis? & quid insuper? balsamum sanguinis ex me iam promanans: *este es mi agosto, esta mi vendimia: hoc præclarum munus sponsalium Christi sanguis eius*, inquit Ambrosius [c]: *el dote, y arras, con que se contentò, y mostro su amor, fueron estas gostas de sangre.*

Ier. in Ioan. Maldon. Luc. 2. 26. *Amor Christi.* * Sic enim quondam Iudas consuluit viduitati Thamar, cui dixit: Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus, timebat autem ne & ipse moreretur sicut fratres eius. *desilde Virgen, quo no os dexe del todo biuda.* Gen. 38. * Hieron. in quæst. Hebr. siue quia primus apparuit, siue quòd plurimi iusti ex eo nati sunt. a Serm. 4. in vigilia natiuit. b Epist. 22. cap. 4. c Cyril. apud Lippom. in catena super Gen. *Coccinum sanctissimum Christi sanguinem significat.* Hebr. 2. 17. *Ardentissimi amoris signa sanguinis effusio, & nominis manifestatio.* similo.

a Tom. 10. serm. 10. de natiuitate Christi. b Lib. 1. pædagogi. c. 5. Cant. 5. 1. *Arrha amoris Christi exiguus sanguis circuncisionis.* c In Luc.

10\.

11\. Verè quidem amat puer iste, sanctissima Virgo, iam curas omnes, & studia manifestauit, sic ego moriar castissimi eius amoris vulneribus saucius, sicut ille meis est iam captus amoribus, incensus est iam amore, opportunè remedia adhibeantur; quia in studiis suis cognoscitur puer, atque adeò amor, qui tenellam ætatem semel accendit, magnam excitabit flammam, hoc morbo extinguetur, nulla remedia, neque omnes medicorum conatus eum à pertinaci ægritudine liberabunt, si semel sponsam sanguinis diligit, & vltro, citróque amoris pignora dantur: *crecera el amor hasta derramar toda la sangre por su iglesia, andaran essas cruces, y calices bañados della.* Et tu tenerrime puer, quare sic ardes amore, & dum flagras inflammata cupiditate

Amor Christi.

Digitized by Google

ditate (quæ vix cohiberi, vix reprimi potest) signa saltem, & sanguinem, quare non contines, & in maturiorem ætatem remittis? Modicum sanguinem mitto (inquit puer) & qui amorem non exequabit; non multum moror (mi Christe) quantitatem sanguinis, sed radicem amoris contemplor: vereor enim dum sic puer amore deflagras, eius vulnere saucius intereas. Non insisto in his (inquit puer) vt quid enim vitam, & sanguinem hausi, nisi vt ad sponsæ emundationem profundam, amet ab Ecclesia, Patris ira remittatur, & patientiæ laude amorem extorqueam, de cætero non multum curo. Seca igitur, Domine, mitte sanguinem: mea enim agitur vita, in hoc salus mea consistit, producitur ille florum fasciculus pulcher. Nazarenus soluitur, fasciis explicatur, vides aureos capillos, vides smaragdi, & sapphiri ocellos, vides rosas facie natiuo colore expressas, vides albæ violæ manus, vides corpusculum candicantis lilij, secant spectante matre, carpunt florem Nazarenum, & inter hos flores rubeus caryophyllactus inseritur, qui in terra Adam natus est, fluit de pretiosis venis purissimus sanguis, Dei sanguis, nostri causa profusus, sumite (corda hominum) suscipite sanguinem istum. Pater sanctissime, inquit puer, placet tibi sacerdos iste, quem consecrasti, en tibi nouum Melchisedech, panis sum ego, vinum sanguis iste, placet tibi color, odor, & pretium eius? *Bene complacui** (inquit Pater) vicit, fili mi, vis tanti sanguinis iustitiam meam, resedit ira tui benignissimi sanguinis oblatione perspecta. O pretiosus sanguis, viuus, incorruptus, dubiam salutem, ac pænè desperatam confirmans, quanto es amore dignus, quanta prosequendus charitate? quem enim non superabit amor tuus (Iacob sanctissime) qui in prima lucta & Patrem vicisti, & vulnus pariter excepisti in femore? quam Rachelem non mereris? quo nomine dignus es appellari? ille vtique Israël appellatus, & meritò qui contra Angelum præualuit; tu verò, *qui contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines praualebis?*

Circuncisionis descriptio.

Desfaxan el ramillete del Nazareno florido, y entre las azucenas de su cuerpo hermoso ponen una rosa ampola de sangre, que nasio en la tierra de Adam, flor estrangera y rustica.

* Matth.3.17.

Oblatio sui erga Patrem.

Gen.32.28.

12. *Vt circuncideretur puer.* Quid ais Luca sancte? quid hîc factum est? Inquit D. Bernardus [a]: *Ad quid enim tibi circuncisio, qui peccatum non commisisti? Niño sagrado, y diuino, sacerdote grande quien os ha agrauiado tanto? Summus sacerdos es, quem nec super matrem contaminandum prophetatum est in lege, potius, quàm mandatum:* quis hoc facinus perpetrauit? inquiratur qui nefas istud aggredi ausus sit. Tu lex in culpa es, quare sic audax fuisti, vt summum Sacerdotem violares? Apage, respondet, liberum habeo ius, referam seriem omnem rei, & causam. Voluit Deus pactum cum Abrahamo initum signo circuncisionis munire, vt Deus præsentem haberet generationem illam gloriosam, quam promiserat; & homines simili sigillo signati spem adimpletionis promissi filij non amitterent. Habeo ergo ius liberum, istum sicut cæteros homines signandi, & circuncidendi? O iniusta, quinimmo contra te retorqueo argumentum; si qui sub illo signo promissus continebatur, Christus Domini est, & iam in mundo est, sistere te oportebat, dum Deus promissa adimpleuit, & homines Messiam expectatum tenebant. Igitur ex hac die iustissimè circuncisionis abrogatio fit à Deo, cessauit omnino lex. Legatur à rege iudex in causa aliqua potestate limitata, aduertas personas, ille nimium audax exardet iracundia, & transgressio iustitiæ iudiciali ordine, in alios præcipuè Ecclesiasticos ius exercet, iustissimè iubetur officio defungi, quod in alios poterat exhibere. Pari ratione data est facultas à Deo circuncisioni amputandi, & plectendi omnes quotquot in virili sexu à parente progeniti nascerentur, & vt originale peccatum in eis vel tolleret, vel notaret: at illa nimium audax ad Christum sine Patre in terra progenitum, & à matre nulla originali labe conspersa, sacerdotem ipsa diuinitate delibutum ausa est attingere: ponat ergo virgam, defungatur iure, & munere suo in reliquos homines. Ideo Augustinus [a], *Dominus suscepit circuncisionem, ablaturus circuncisionem suscepit vmbram, daturus lucem: arrimad la vara ley atreuida*; & admonete iudices, ne Stoicorum more causas aggrediantur sine misericordia, nec personas sacratas Deo, nec censuras reuerentes, quod gentilitium est, & pænè hæreticum.

Luc.2.21.

a Serm. de circuncisione Domini.

Arguitur de peccato lex & audacia in Christum.

Abrogatio legis in pœnam delicti.

Simile.

a Serm.13. de tempore.

Lex autem purgat se ab hoc crimine, instar canis fuisse, quem Deus in domus custodiam adhibuit pro foribus Synagogæ: cùm autem omnipotens Dei sermo galero appresso, & capite inuoluto, dum nox medium iter haberet, à regalibus sedibus ad nos venit, quid mirum si in illum sicut in reliquos mortales desæuierit? *habitu enim inuentus est vt homo.* O Pater maxime, puto equidem legem non esse in culpa, tua causa id accidisse suspicor: quis enim celsitatem, & maiestatem filij tui aggrederetur, nisi tu inferendi circuncisionem causa fuisses? Quamobrem Zacharias te inducit rem istam & præscribentem, & perficientem: *Ecce lapis, quem dedi coram Iesu: miradme esta piedra, que es Christo ya la miramos señor.* Pauci sunt oculi, quos intenditis ad rem tantam, támque diuinam prospiciendam: *super lapidem vnum septem oculi sunt, todos los ojos de Angeles, y de hombres tendran bien que ver: ego calabo sculpturam eius; yo he de hazer esta labor por vuestro bien, auferam iniquitatem terræ illius.* Itaque tu Pater optime auctor es huius operis, quid igitur egisse putas? quod dux exercitus in obsidione vrbis agit, qui vt primùm partem muri demolitam videt, vel chirothecam intromittit, vel linteum eleuat, vel magnam edit vocem, signum aggrediendi dans, quo dato, irruunt omnes quasi leones, & cuncta tollunt, furantur, percutiunt, interimunt. Immunis erat, & à pœna liber qui omni culpa vacabat, & gloria filij Dei summi sacerdotis fungebatur: *flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo, no hablan con Dios desastres humanos, ni leyes penales.* Quod silentio priùs indicto, & ponderandi causam significans Dauid *sela* posuit in Psalmo 88. hærete hîc, quasi dicat, antequam transeatis ad noua, & inaudita: *Tu verò repulisti, & despexisti, distulisti Christum tuum, euertisti testamentum serui tui, profanasti in terra sanctuarium eius. Tu verò,* emphasim notauit Augustinus, alij legunt, *spreuisti, iratus es, transire fecisti, profanasti coronam eius,* & exposuisti ad omnes contumelias, læsisti, & quasi violasti personam eius. Ex hac die diruto semel muro, & destructis per te præsidiis, irruerunt in eum Synagoga, carnifices, sol, fatigatio, fames, Herodes, Pilatus, Annas, & Caiphas, quò tenditis? Sacrilegi, sistite gradum,

13.

Excusat se lex.

Philip.2.7.

Pater exposuit filium passioni.

Zachar.3.9.

Auctor passionis Christi pater, operis nempe, non peccati quod ibi intercessit.

Simile.

Psalm.90.10.

14.

Psal.88.39.

Quæ verba de Christo intelligit Hieronymus in Sophoniam c.3. Eusebius de dæmon. cap.10.

dum, hoc dignus est cultu filius Dei, Sacerdos summus? Sic reueremini lætitiæ oleum, quo præ consortibus suis vnctus est? nolunt reprimere gressum. Tu Pater æterne profanasti, & veluti proiecisti in terram sanctitatem eius, & diadema gloriæ, nemo alius eius dignitatem violaret. Ob aliquod graue crimen sacerdos quidem producitur in populi prospectum exaugurandus, & expoliandus vsu sacerdotij, & vestibus sacris, quem nefas esset iudicem seculi

Simile.

Exauguratio Presbyteri.

15. attingere, nedum punire. Ecce Pontifex cum potestate priuat sacrifaciendi, & porrectis manibus, pollicem indicem vtriusque manus obradit gladiolo dato, exuit à tergo sacram vestem, pronunciat quàm intensa voce, Presbyterum hunc insignia Domini turpiter abiecisse, & se suis sceleribus tanta abdicasse potestate, arripit librum Euangeliorum è manibus, & post tergum proiicit stolam, quasi indignatus de tanti presbyteri prauitate; expoliatur super pellicio, abraditur caput tondendi initium faciente Pontifice, postea accersito tonsore, ne vestigium quidem tonsuræ relinquat, afferuntur breues, & seculares vestes vetustæ, mille foraminibus pertusæ, has induit, & subitò Pontifex ad secularem iudicem remittit, vt sententiam lenire velit, efflagitans, in reum exauguratum ferendam, vt neque capitis supplicio, neque aliqua corporis parte mulctet, sed citra sanguinem, & mortem in exautoratum se lenem, mitémque præbeat. Abstulit gradus? potestatem? minimè, sed decorem, & immunitatem: statim enim sæuissimè verberatur, & in triremes mittitur. Natus est ante octauum istum diem Dei vnigenitus filius, secum deferens omnium hominum delicta, quicunque sacro summi Sacerdotis oleo perunctus esset, à nemine tangi, à nemine plecti poterat: hodie tamen æternus Pater abstulit immunitatem, & seculari potestati tradit, vt reliquos homines, circuncidit, traditur (inquam) peccatoribus, vt nostri causa verberibus plectatur sæuissimis, & in ligno suspendatur. *Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Destruxisti eum ab emundatione: primero, que se purgue de parecer peccador, passaran años, segun le aueis humillado oy.*

Pater quasi abstulit immunitatem vt potestas tenebrarum manus infligeret Christo.

Rom. 8. 32.
Ps. 88. 45.

16. Sed quare ab aliis causam petimus, quæramus à puero, quare susceperit tam solemni ritu in seipso circuncisionem? Respondet Pauli verbis, Verbum natura sua esse concionatorem, legislatorem optimum, & Episcopum animarum nostrarum, & cùm in tempore homo factus habitauit in nobis, voluit circuncisis prædicare, ideoque illorum moribus conformari. *Dico enim Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis, propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones Patrum*; quo pacto & Synagogam primam sponsam honorauit, & abstulit corporalem circuncisionem, & in animum vtiliter, & sapientissimè traduxit. Hac ratione consueuerunt sancti prudenter aliqua opera facere, quæ postea ipsimet abrogare volebant: sicut *Actorum* 16. D. Paulus legitur circuncidisse Timotheum, quod in maximam omnes induxit admirationem; quisnam non miretur Paulum legi parere voluisse, quam ipse de medio tollere venerat? Chrysost. [a] *Dignum est obstupescamus Pauli sapientiam, qui tantopere pugnauit propter circuncisionem, qui omnia nouerat, & non prius destitit, quàm correxisset con*-

Maldon.
Ioan. 1.
In principio erat Verbum. Cur Christus accepit circuncisionem.
Rom. 15. 8.

a Hom. 34. in Acta.

firmatum dogma: circuncidit discipulum, non solùm alios non prohibet, sed & ipse etiam hoc facit. Hæc est causa circuncidendi (inquit) *non enim ferebant audire Verbum ab incircunciso, & cur* (vide opus) *circuncidit, vt circuncisionem tollat* [a]; non quia per hoc existimaret Paulus circuncisionem simul cum Euangelio compati posse. Sed de Christo nostro aliam rationem accipe ab eodem exemplo petitam: voluit enim hoc facto & Synagogam lucrari, in beneuolentiam pellicere, & purum erga illam amorem ostendere. Creatur quidem Episcopus in Cardinalem, vt Romam petat, qui vt amorem erga sponsam primam testetur, festum in sua Ecclesia instituit consecrationis suæ, & ascensionis ad Episcopatum, stipendia annua assignat, & lætitiam singularem in posterum in memoriam sui statuit, atque demandat. Quid agis mi Christe? quare si festum instituis, doloris, plenum sanguine, lacrymis, & ignominia, eligis, celebretur prima illa vnctio cùm in sacello Virginis in Christum nostrum inauguratus es, quid hæc ad solemnitatem? lacrymæ matris, dolor sponsi sancti, sanguis effusus? dolor, & dedecus? *Dies sanctificatus est Domino Deo nostro, nolite lugere, & nolite flere:* his verbis prohibebat lacrymas populi in solemni festo Esdras, & tu in festo tantæ memoriæ lacrymas, & sanguinem immisces? Ita (inquit puer) hæc dies est lætitiæ meæ, & gaudij: in illa enim, in bello amoris plagam istam accepi, & sanguine profuso noua vnctione delibutus sum à Parente optimo: *oleo lætitiæ præ consortibus tuis: dia de mi alegre consagracion.* Sit ita Domine, cæterùm quare si doloris, & sanguinis memoriam instituis, non recolis maiores dolores, crucem, verbera, spinas, mortem: *y a que instituis fiesta; porque nola dotais en los dias de vuestros mayores dolores?* Optimè rogasti, vt Synagoga credat circuncisionem, & vulnus suscepisse sola amoris causa: noluit enim Pontifex noster, vt acerrimi, & tristissimi dies illi suorum cruciatuum solemni, & alacri ritu colerentur; hac sola de causa, quia etiamsi ex nimio amore ortum habuere, tamen sanguini illi peccatum carnificum, & ministrorum permixtum fuit: *concurriò alli el peccado de los ministros, que los effectuaron.* Quare obserua nullum Christi nostri mysterium festo solemni celebrari, in quo peccatum locum habuerit ministrorum; quinimmo Martyrum solemnia, in quorum obitu peccatum carnificum intercessit, non obitus, non interitus nominantur, sed natales dies. Quare natalitia sanctorum celebramus, vt absit peccatum à nostris lætitiis, & vt purum amorem sanctorum erga Deum extollamus. Cùm igitur in passione Christi, eiúsque cruciatibus simul concurrunt tanta, támque immania crimina, & licèt eodem amore vulnera illa dulciter in corde, & æquo animo pertulerit: sed tamen alieni peccati causa exteriùs nullum instituit festum, sed apud se, & in corde suo solemnia egit, ideo dictus est *dies desponsationis eius, & dies lætitiæ cordis sui: no salio à fuera esse gozo.* Solam istam plagam, solam circuncisionem sine peccato acceptam celebrat, & purgat à crimine; quia neque matri, nec ministro, nec puero quidquam culpæ adhæsit, quin potiùs omnes legi paruere, vt purus sit amor, liquor iste sanctificatus à puro procedat amore, vt inebriat animam merum istud, vt ardeant corda

Memoriam huius sanguinis festo celebrari voluit.

a Aug. lib. de mendacio c. 5. ne putarēt Iudæi apud scholā Christi malè audire circuncisionē, aut vt abominabilem execrari.

Simile.

2. Esdr. 8. 9.

17.

Psal. 44. 8.

Nullum festū solemne in quo peccatum intercessit.

Cant. 3. 11.

Ex mero amore sine face peccati alieni sanguis iste profluxit.

by Google

corda vino dilectionis, vt lætitia ista sit de musto isto ab amore in torculari expresso. Apage peccatum, deleantur festa cum scelere mixta.
Isai. 1.13. *Neomeniam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram; iniqui sunt cœtus vestri*, &c. Vide quàm absurdum sit te expectare festos dies, vt liberiùs pecces, & in deteriora crimina ruas? *Ecce*
Malach. 2.3. *ego proiiciam vobis brachium: yo os dare vna manotada, que os acordareis de mi, & dispergam super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum, & assumet vos secum.*

18. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Vltima actio est
Luc. 2.21. explicare, & aperire diplomata Pontificis, in qua titulus talis Ecclesiæ datur electo, vngitur, vittis infasciatur, benedicit populo, & ad eius pedes peruoluuntur quotquot adsunt principes. Age, & quàm intenta voce nomen, & titulum nostri Pontificis pronuncia. *Vocatum est nomen eius Iesus.* O gloria mortalium! ô nomen dulcissimum! plaudite mortales, iam venit ad vos lætitia salutaris Dei, & quænam administratio illi iniungitur? hanc iam ab alio veredario accepimus: *quod vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur*; & quænam est? *ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Hæc duo explicanda sunt, & nomen, & officium, vt canonicam eius electionem cognoscentes Pontificem revereamur.

Nomen in assumptione & inauguratione Christi assumptum.

Luc. 2.21. Matth. 1.21.

19. Et vt à munere incipiamus, solus hic Saluator nobis salutem poterat afferre, quod, vt probem, duo suppono. Primum grauiora, & vniuersaliora mala, & ægritudines populi, & naturæ ægrè, & perdifficile curari, nisi in summis principibus curentur, qui veluti capita sunt populi, vel si naturæ sunt vitia, in ipso auctore naturæ curentur. Primùm de principibus experientia compertum est: nam vbi vitiosi mores grassantur in republica, illud superest remedij, vt à se amputet princeps morem vitiosum, vt sui imitator vulgus corrigatur. Peccati etiam malum, quod naturæ inhæserat, nulla alia ratione reparari & amputari poterat, quàm in capite, hoc est, in auctore naturæ, vt optimè obseruauit Beda, ne miraremur Redemptorem nostrum paupertatem amplecti, secari in circuncisione, tingi aqua in Baptismo, &c. Fasciæ enim sunt istæ, quibus nostrum in Christo vulnus alligatur, non suum: *estas flaquezas, y leyes, que cumple vendas, son de nuestras llagas, no de las suyas.*

Mala in principibus sunt amputanda.

Secundò supponendum principis munus esse alligare vulnera instar chirurgi: quare ille de-
Isai. 3.7. trectauit imperium, respondens, *Non sum medicus*, vbi Theodotio, *qui liget vulnera, & prouideat sanitati*; & Septuaginta clarissimè, *non ero princeps populi huius.* Modus autem medendi
a Lib. de medico. P. Pined. Iob 34. principem, & ex Hippocrate [a], & ex Isaia eliciendus est: nam *deligatio propria* (inquit ille) *& genuina medicina est, ex qua æger opem sentit.* Sciat vtique fasciarum materiam, siue nodum, siue filum, quo fasciæ consui debeant, ne quàm expediat aut deligatura arctior, aut laxior, aut fortior, debiliórve sit, ne sit inelegans, sed pulchra, & concinna, ne tarda, & laboriosa,
Cap. 1.6. sed cita, expedita, facilis. Addit Isaias, *Plaga tumens non est circumligata, tomar la sangre,*
20. à verbo *Zaras*, quod comprimere priùs, deinde dissoluere, irrorare significat, *non est irrorata*, vel, *non est perfusa*, vel conspersa liquore aliquo medicato: ex quibus omnibus primùm, quod proposui iam, elicio, solus Christus Iesus potuit esse verus Rex, & mundi Princeps, & Pontifex animarum nostrarum, qui in se naturæ humanæ ægritudines curandas suscepit, qui optimè in seipso aperuit vulnus, & accepit plagam, & proprio irrorauit sanguine, & repressit, atque ligauit vulnus, sistereque fecit sanguinem circunsionis. Primum probant Iobi querulæ voces, qui cùm plenum se vlceribus videt, excla-mat, *Peccaui: demos caso, que peque.* Nónne Iob 7.20.
æquum est iam te tot lacrymis, tantis doloribus, & precibus flecti? *mira señor, que se pensara, que no de sen baino tu espada mi peccado, pues mi humildad no la embaina. Quid faciam tibi ô* Ibid. 21.
custos hominum? cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? Audite mysterium, verbum illud *custos*, Hebraicè נצר *nozer*, est cognomen Iesu, hoc est, *Nazareni*, vt in originali titulo cruci imposito etiam nunc spectatur, vt moueat viscera Dei, quem iam Iesum Nazarenum, & curatorem vulnerum futurum prospiciebat: *Señor vos no sois mi Samaritano, que se entrò entre peccadores, y no se espanta de peccados? Quare posuisti me contrarium ti-* Ibid. 20.
bi? teneis traçado de ser de nuestra parte, y de poneros por escudo nuestro, y hazeis agora vando contra mi solo? tu, qui scutum es, & meus vnctus clypeus, modò contra me hastam vibras? Aliam rationem subdit, officium Nazareni est sanandi, &, vt in Hebræo est, circumligandi, & super se tollendi onera, vt labore suo requiem & viuicibus suis sanitatem afferat. Tu ergo custos hominum, qui me sub onere laborantem vides, quomodo non in tuos transfers humeros? tuum est tollere, tuum est auferre peccata mundi; & quia agnus purissimus es, & quia Nazarenus, & quia princeps meus.

Efficit solum Christum verum Regem & Pontific.

Obseruauit sic Rab. Mardoch. à verbo *hosabas*. Iob 34.17.

Cùm igitur malum, & morbus naturæ humanæ in capite est, sectio venæ præscribitur 21.
Principi, & Pontifici nostro, qui est brachium Patris, quod misit de alto, vt liberaret nos: *sed* Psal. 143.
brachium Domini cui reuelatum est? quis poterit venam incidere, & vittam inuoluere filio Dei brachio excelso, & potenti? Verùm ecce (inquit Paulus) his diebus, & brachium apparuit, & vena amoris manifestata est. *Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei*, crede matri, *qua pannis eum inuoluit, & infasciauit: lo* Luc. 2.7.
vendò, y despusò para la sangria. Cæterùm præscripta iã nostræ sanitatis gratia, venæ sectioni, consulantur medici; quænam vena scindenda? quænam alia, quàm illa, per quam originale peccatũ in Adæ posteros propagatur: igitur purgetur, obstruatur, & reprimatur, vt totius naturæ incolumitas subsequatur, ideo ibi suscepit circuncisionem, vt indicaret damnum per generationem in homines deriuari, quod nemo præter filium Dei, sanare, & perficere poterat. *Et ad-* Osee 13.15.
ducet vrentem ventum Dominus de deserto ascendentem, & siccabit venas eius, & desolabit fontem 22.
eius: quæ verba Hieronymus, & Theodoretus de Christo spiritu oris nostri amore inflammato intelligunt, qui à deserto, hoc est, ab Oriente sicut vrens ventus fontem peccati obstruit altero salutis fonte in Christi carne erumpente, ex quo salutem possent omnes haurire. Quare Virgini optimè tanquam saluatrici conuenit illud Sephoræ, quæ cùm Angelum, vel (vt translatio Latina habet) Dominum terribilem, & qui

Quare circũcisio illã carnis partẽ præcidibat.

qui aufert spiritum principum, iratum videt, & Moysem velle occidere arrepto filio prædilecto, propria manu circuncidit, ita vt dicere potuerit: *Sponsus sanguinis mihi es, mirad hombres* (Exod. 4. 25.) *loque os amo, pues porque Dios no os castigasse, yo con mis manos he derramado la sangre propria, pues propria es la de mi hijo, desde oy sou mi esposo mirad esta sangre en mis locas.* O Virgo sanctissima futuri sæculi mater, tibi salutem acceptam referimus, tu repressisti in sanguine filij tui, Adami corruptionem: ideo Septuaginta legerunt, *& procidit* (Sephora) *ad pedes eius, &* (Ibid. 25.) *dixit: Stetit sanguis circuncisionis infantis mei, baste eterno señor no haya mas llagas, ni heridas.* Quare melius de filio meo, quam de Abrahamo dicetur, *In carne eius stare fecit testamentum:* (Eccli. 44. 21.) stare enim sistere est, *aqui hizo su curso la circuncision*, in nostro Iesu, qui sicut naue peracta circuncisione gladios in terra sepeliri iussit, sic ille circuncisionis lapidem abrogauit, & abstulit opprobrium naturæ nostræ. In ipso autem nomine verum esse Saluatorem indicatur, est enim oleum effusum, ad quid putas, nisi vt iram Patris leniret, & diuinitatis ensem attemperaret: *paraque ledièsse vn temple a la espada de la Diuinidad, paraque alcance al peccado, y no mate al peccador*, quod in bulla sui officij expressum legimus: *ipse enim* (& non alius) *saluum faciet* (Matth. 1. 21.) *populum à peccatis eorum*, destruens videlicet corpus peccati, & nolens mortem peccatoris, *es señor de salud, que salua las vidas*, & in se vitia naturæ amputat.

23. *Gloria nominis Iesu.*

Illud autem circa nomen, & adorationem nostri Pontificis mirabile est, non statim mundum, vt par est, coluisse, sed postquam in cruce animam Deo Patri reddidit, & redemptionem peregit, quod Paulus disertis verbis declarat: *Humiliauit semetipsum, factus obediens vs-* (Philip. 2. 8.) *que ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen.* Quid ais Paule, in cruce donauit? immo in circuncisione vocatum est nomen eius Iesus. Ita est (inquit Paulus) sed ibi latitauit dignitas huius nominis: semel autem manifestata eius dignitate, & sublimitate, effectum est, *vt in* (Ibid. 10.) *nomine Iesu omne genu flectatur, alli acabò con todas las criaturas, que le hincassen la rodilla.* Obseruauit hoc, & curiosè indagauit Bernardus [a], *Sed quid dicimus quòd egregius ille Propheta, Isaias hoc vnum nomen tacuisse videtur, quod solum est, & quo vocatus est ab Angelo, & vocatum est nomen eius Iesus? vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, &c. Magna quidem nomina, sed vbi est nomen, quod est super omne nomen, nomen Iesus, in quo omne genu flectatur?* Respondet, *Forte in his omnibus vnum illud inuenies, sed expressum quodammodo, & effusum, està desleido, y derramado en todos los demas nombres, quando se ponga sobre todos, como el aziete sobre los liquores, entonces se conocera su virtud.* Explico Bernardum, pro quo notandum est nomen Iesu idem esse quod Iehoua [b], addita littera ש. Iehoua enim [c], & mysteria Trinitatis continet, & essentiæ vnitatem, & diuinam prouidentiam, & salutem, ac redemptionem: in illis enim quatuor litteris initialibus essentiam Dei declarauit, *erit, est, & fuit*, quasi diceret roganti Moysi, quod est nomen tuum? hæc dices ad eos, *Iehoua* misit me ad vos, ille nempe, qui *fuit* Redemptor, qui *est* Saluator, & qui *futurus est* instaurator. Quare D. Ioannes repetens nomen Iesus, & opera eius, vocat Christum, *ab eo,* (Apoc. 1. 4.) *qui est, & qui erat, & qui venturus est*, indicans nobis nomen illud reconditum, & ineffabile: Christus enim *est* iam Redemptor, & *erat* promittens, & *venturus est* adimplere omnia in regno suo, quæ ab illo speramus. Quid tamen 24.
putas eueniret, si nomen istud Christus manifestaret? vtique redemptionis opus non perficeretur eo modo, quo transactum, & perscriptum erat inter Patrem, & Filium, nusquam enim occidissent Iudæi Messiam, si Iesum esse cognouissent: quapropter mirabili consilio suppresso nomine, & obuolutus pallio, & habitu peccatoris circunciditur, & tegit dignitatem, & nomen, vt prius in crucem sublatum tenerent, quam nomen, & persona Redemptoris cognosceretur. (*In Passione Christi nominis gloria effulsit.*) Ideo etiam permisit aliquos communiter isto nomine appellari, vt quid lateret in vero Saluatore non statim comprehenderent: semel autem in crucem sublato Iesu, ibi nomen super omne nomen quasi oleum innatauit, & effulsit, & omne genu curuatum est. Quod vt clariùs eluceat meminisse oportet, cùm arca Dei in tentorio, seu tabernaculo morabatur, non ita gloriosam fuisse, etiam si ibi à Cherubinis duobus seruabatur, & à populo colebatur, donec à Philistæis capta est, ibi absconditam fortitudinem prodidit: (*Capta arca Dei mirabilia maiora patrauit.*) nam ita grauiter afflixit, & percussit Philistæos, vt Deum, & arcam eius reueriti sint. Porrò Dagon idolum ab altari ruerit in terram, & caput eius, duæque palmæ manuum eius abscissæ sint super limen templi. Barbari insuper vim honore remittunt eam non vacuam, sed votis, & donis cumulatam: quam autem reuerentiam exhibuerint Israëlitæ, vix credi posset, vix nuncius dixerat Eli, arca Dei capta est, cùm senex cecidit de sella deorsum, & fractis ceruicibus mortuus est. Nurus etiam eius audito, quòd capta esset arca, irruerunt in eam dolores subitò, & admonita, quòd filium peperisset, non animaduertit, sed mortua est, dicens, *Translata est gloria ab Israel*, viri Bethsamitæ obtulerunt holocausta, filij Israël abstulerunt idola, & seruierunt Domino soli, atque dixerunt: *Peccauimus Domino, & sanctificauerunt Eleazarum, vt custodiret arcam Domini.* (1. Reg. 7. 1.) Nonne vides mirabile consilium Dei desinentis arcam duci captiuam, vt tot mirabilia patraret? 25.
Ideo igitur arca humanitatis Christus Iesus capi voluit in peccatis nostris, & in patibulo crucis suspendi, vt cùm Pilatus, Iesus Nazareni Regis nomen cruci imponi iubet, tunc repentè cuncta summa cum admiratione detecto Dei nomine diuina opera fuisse, diuina beneficia manifestentur: quare omnium vna sit vox, vna admiratio, *Iesus, Iesus, Iesus, Dios muerto en vna cruz?* Iudæi stupentes dicunt, *Iesus, Iesus,* (Ioan. 4.) *peccauimus Domino.* Idololatræ, qui adstabant, (Ioan. 11.) fatentur, *Iesus, Iesus, verè filius Dei erat iste,* (Ioan. 19.) Iesus in præsepio? Iesus circuncisus? Iesus lacrymatus? Iesus fatigatus ex itinere? Iesus portans coronam spineam? Iesus baiulans sibi crucem? Iesus exiuit in Caluariæ locum? Iesus emisit spiritum? estne Deus ille habitu hominis inuentus? est vtique, quod scripsi, scripsi; ergo præsepe est thronus Dei: ista ergo Virgo est mater Dei? istæ lacrymæ sunt Dei? istæ spinæ diuinæ? ista crux diuina? Deus moritur, Deus

a De Domini circuncisione, ser. 1.

b P. Prado in annotationibus in Ezech. cap. 2. illa redemptio à captiuitate typus fuit nostræ, nomen illud Redemptoris, quod sibi Deus ibi imposuit, aliud angustius significabat, Iesum nempe.

c P. Alcaçar. cap. 1. Apoc. annotatione 3. sectione 1. & 2. &c.

Digitized by Google

Deus sepelitur? O nomen super omne nomen! ô
Hebr. 1. 6. oleum effusum, *& adorent eum omnes Angeli Dei*; curuate genu cælites, horrete dæmones, adorate mortales Pontificem nostrum. O Domine, quàm magnificata sunt opera tua in conspectu meo! *O mi Dios y como se han engrandeçido vuestras obras en mis ojos despues que he sabido, que las hizo Iesus Nazareno hijo de Dios.*
Iniuria glorioso nomini Dei illata. Vides gloriam istam nominis venerandi, audi, ecce ille vini potator inter ructus nomine isto abutitur, ille inter ludendum per Iesum Christum Dei mendacium confirmat, ille pariter mercator lucri causa Iesum gloriosum testem sui mendacij, & furti adhibet; proh nefas! *translata est gloria Domini Dei Israel*; quis non dolore disrumpatur, cùm sic à Christianis, sicut à Philistæis protritam, & conculcatam videt tanti nominis maiestatem, arcam diuinitatis, Christiani nominis gloriam? Quæ cùm præuideret diuina sapientia, duo vasa pretiosa mirificè elaborata, elegit hoc infundendo oleo, & in orbem vniuersum inferendo Paulum, qui vas electionis nuncupatur, & Ignatium, hic est ille Eleazarus filius Aminadab, hoc est, principis Apostolorum, Petri filius, qui sanctificatus est, vt custodiret arcam Domini, ad cuius consecrationem tres adstare voluerunt personæ diuinæ, Pater commendans eum filio, Filius in suam tutelam recipiens, Spiritus sanctus intus gratia designans, & spirituali charismate sociorum Iesu Parentem ornans, & muniens; qui postquam in eius conuersione *mirabilem* se ostendit (vt verbis vtar Bernardi [a]) in mutatione voluntatis militis, & ducis, in mitissimum Ecclesiæ Cherubinum, atque custodem; qui postquam admirabilem *consiliarium* se præbuit diuinis imbuens, & inauditis institutis, & disciplinis illiteratum virum, vt cum austeritate pœnitentiæ suauitatem, cum scientia zelum, cum bona voluntate prudentiam teneret: qui postquam *Deum* esse probauit, non solùm peccata remittens, sed eumdem animorum reconciliatorem, & quasi Deum efficiens; qui postquam *fortem* se satis demonstrauit expugnando impugnantes nos, nostrúmque parentem; qui postquam *Patrem futuri seculi* manifestauit esse, à quo omnis paternitas, & à quo Patriarchæ nomen Ignatius habet: qui postquam Princeps pacis probatus est, omnia tranquillans, & è remotissimis mundi plagis oues in vnum ouile, & in vnum coëgit Pastorem, *dedit illi nomen, quod est super omne nomen*, & proprio illius societatem Iesu nomine insigniuit, vt arcam gloriæ Dei fidelissimè colat, atque custodiat, & cùm se videt nominis Dei signiferum, seu Christiferum factum, omnes in Dei laudem, & admirationem rapiat, *Iesus, Iesus, Iesus, vn soldado profano hecho Patriarcha*? Tanta studiorum, & sententiarum consensio? tanta tam breui spatio per totum orbem sobolis propagatio? tanta morum, & corporum honestas in medio nationis prauæ, & mundi omni vitiorum labe contaminatissimi, tanta cum litterarum splendore demissio? tanta cum possessionum, & prouentuum temporalium in vnoquoque paupertas? tot Martyrum tam breui curriculo temporis coronæ partæ? tam ingens, támque speciosa auctorum, & librorum sylua, tam mira in grauissimis ærumnis, & probris taciturnitas, & patientia; bene in capite Iesu nomen infixum tenet, vt & nos caput inclinemus, & cui honos iste debetur, & qui his miraculis in admirationem rapitur, tibi Iesu nostro gloriam, gratiámque decantemus & referamus in æternum.

Margin notes: 2. Reg. 4. 21. — 26. — a Serm. 2. in Domini circuncisione, in fine. — Isai. 9. 6. — Philip. 2. 9. — 27.

VERBVM FILII.
Lucæ 2. v. 21.

Postquam consummati dies octo vt circuncideretur puer: vocatum est nomen eius Iesus.

Diuino infuso nomine, & pretioso effuso sanguine, spem homini summæ virtutis affert, sibique sapientissimi, fortissimi, summæ æquitatis, & munificentiæ existimationem comparat.

DISCVRSVS XIV.

CVM diuinum IESV nomen quasi oleũ effusum ambrosios efflaret odores, & ipsam redoleret diuinitatẽ, non sponsa tantùm, sed ætates omnes, & anteacta sæcula summam eius suauitatem subodorata sunt, *ideo adolescentulæ dilexerunt te*, hoc est, omnes gentes, & populi: vera tamen nominis eius cognitio Christi sponsæ in lege gratiæ reseruata est. Lex naturæ auctorem suum nomine voluit insignire; eius tamen splendor sicut Sol oculos perstrinxit, qui cùm notissimus sit mundo, nihil minus notum est mundo ob eximium eius splendorem, vt de Deo asserit Tertullianus [a], *notum nobis obiicit, & ignotum.* Quòd si captu nostro volumus intueri, deficit proprius, atque comprehensiuus conceptus, & ad definitiuum descendimus, qui constat ex genere, & differentia, quæ duo à Dei simplicissima substantia longè absunt. Vnum supererat medium (inquit Hieronymus) Deum ex more sacræ Scripturæ ab aliquo euentu nuncupari, vt in Abrahamo vidimus, & Deus ipse subindicasse videtur, qui quæsitus de suo nomine respondit, *qui est misit me ad vos*, Hebraicè, *ero qui ero*, expecta futurum euentum, & nomen Redemptoris inditum mihi appositissimè ex redemptione mox patranda videbis. Verùm vnus euentus nomen vnum sortitur, vel fortitudinis, vel sapientiæ: cætera verò obscura, vt antè, manent, videlicet nobilitas, largitas, mores compositi, & alia huiusmodi. Desperauit igitur naturalis lex suo nomine Deum inuocare: Deus enim erga illam se habuit, sicut vir fortis, quem noctu in via offendis pallio obuolutum, à quo per multum tempus vi magna extorques; quis es? quis es? frustrà tamen, si seipsum suo non prodit nomine: euenit hoc Iacob legis naturæ viro, qui dum nocte cum Deo luctaretur, statim nomen quæsiuit, *dic mihi* quo appellaris nomine: existimo equidem iam Deum esse ex illo verbo collegisse, *contra Dominum* (Elohim) *fortis fuisti*: sed quærebat diuinæ naturæ germanum nomen, cui apposite respondet: *Cur quæris nomen meum, quod est mirabile*? sicque silentio inuolutum mansit Dei nomen: *nec Abraham,*

Margin notes: 1. — Cant. 1. 3. *Iesu nominis cognitio in lege gratiæ.* — a Aduersus Gent. c. 17. — Exodi 3. 14 — *Simile.* — Exodi. 6. — Gen. 44.

Isaac, & Iacob indicatum est, donec veniret, qui mittendus erat, vel, vt Septuaginta legunt, *donec veniat, cui repositum est*, vt notauit Iustinus Martyr [a].

a Dialog. cũ Trypho.

2. Putauit scripta lex tanto duce Moyse præualituram, sed subitò velo obnubitur Moysi facies, ne ipse, nec populus in ipso adumbratus Dei nomen cognosceret, sed *Iehoua* nomen ostendit, dicens: *Ego sum, qui sum:* quid autem maiestatis sub tanto latitaret nomine, velamine tegit. Floruerunt sæcula gratiæ Nazareno nostro recèns nato, & vix pedem intulit, cùm sicut vnguentum nó inclusum in alabastro virginei vteri, sed quoquò versùs longè diffluens in omnem partem, gratissimum odorem exhalauit, & sponsam, gentésque omnes ad se vocat: *Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni, en dilectus meus loquitur mihi: esta si que es voz de mi amado, ya no viene rigurosa, con el olio de su nombre ha dado temple à su espada, y rigor. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit.* Ad hæc autem duo prænotanda sunt. Primum *oleum effusum* vocari nomen sponsi, Hebraicè *Turac*, liquidum, & fluidum, & Hispanica translatio *vacia dizo* reddidit, id est, quod sponte fluit: ea enim est eius bonitas, & largitas, quæ vltrò fluit, & vt aiebat Propheta, *ibunt aqua.* Quòd si peccata nostra impedimentum apponebant, vim illi maximam inferebant, & fluere gestientem iam sanguinem concludebant, diemque suum mustum istud desiderabat. Venit igitur tempus. Sed nota secundò vineas istas campi Engaditani consitas esse cypris, quæ balsamo stillant; tempus igitur putationis dicitur id, in quo arbores Cypri incisæ opobalsamo stillant *; & idem est dicere, tempus putationis aduenit, ac dicere tempus balsami. Age igitur sponsa, si tu auidè cupis nomen meum scire, ipsum etiam diffundi iam desiderabat, igitur venit tempus, cùm plantatus in terris, & florens, infantia, gratiis, & venustatibus incidendus est, & amputanda caro, qua nomen eius, & odor sanguinis eius includebatur, *tempus incisionis aduenit*: modò breuissima illa verba, sed mysteriis plena percipies; *postquam consummati sunt dies octo*, ecce tempus, *vt circunciderctur puer*, ecce incisionis tempus, *vocatum est nomen eius Iesus*, en tibi guttam, & oleum suauissimum largè diffusum, quod in alabastro illo custodiebatur à die illo, quo *vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur.* Videbitur modò nomen meum super omne nomen, scilicet oleum supernatare, & sicut balsamo omnia leniuntur, curantur, atque mollescunt; sic Christi sanguine, nomine sanctissimo, & sudore eius, ac morte quæ dura priùs videbantur, ac tactu horrida, mollissima sunt, nemo iam crucem horret, placidè dormit sponsa in lecto illo sponsi, iam mortificatio carnis voluptate stillat, immo & nomina ipsa Dei opobalsamo isto mollescunt: nam vsque ad hanc diem nomine fortis, omnipotentis, Adonai, Sadai, Armipotentis, Sabaoth gaudebat; in canticis verò omnia hæc nomina euanuerunt, omnia balsamo stillant, suauitatem redolent, iam non Dominus, sed frater, iam non fortis, sed vulneratus, iam non sibi sufficiens, sed sugens vbera, iam non armipotens, sed pacificus, & pastor, iam non Iehoua per se subsistens, sed effluens, & seipsum quasi oleum diffipans. O dulce nomen, faustus sit tuus in orbem aduentus, *ideo adolescentulæ dilexerunt te: desde oy digo, que os lleuareis tras vos a las almas, a los pueblos, a las edades.*

Scriptæ lex nomen Deo imponere.

Cant. 2. 10.

Ibid. 12.

3.

* Arbores illæ Engaditanæ olim, aut vitro incidi solere docent Plin. lib. 12. c. 25. Ægesippus lib. 4. c. 17.

ECPHRASIS EVANGELII. Luc. 2. 21.

Beatitas super omne nomen Iesus.

Allicit, animat.

Cant. 1. 3.

4. *Oleum effusum nomen tuum: no cundia la fama del concimiento de Dios fuera de Iudea*, non suauissimos efflabat odores Dei notitia, *in Israël magnum nomen eius:* modò verò effusum iucundissimos exhalat odores, & multiplici fragrantia mundus recreatur, postquam Iesu nomine quasi balsamo cætera nomina mixta sunt.

Ibid.

Quatuor namque modis potest quis suum magnificare nomen, & famam; vel ob sapientiam, administrationem regni, & domus œconomiam, veluti Salomon; vel secundò ob antiqua cognomina maiorum, egregia sua facinora, & nobilissima stemmata honoris, sicut Dauid; vel tertiò, (quod præstat reliquis) æquitate, & iustitia; quartò ob liberalitatem, & munificentiam, quæ cùm in rege splendet, animos ad se allicit, & silet in conspectu eius terra, cunctique genu flectunt, sicut Iosepho, & Alexandro. Præstiterat hæc omnia olim Deus, sed quid hoc? odor eius non extra Iudæam mirificas suas spirat suauitates, hoc solo nomine diuino cætera nomina quoquò versùs redolent sapientiam, fortitudinem, liberalitatem, atque immensam bonitatem, vt iam liquidò constabit ex Euangelio.

PARTITIO DISCVRSVS.

5. I. *Postquam consummati sunt dies octo.* Quod est hoc consilium? quorsum æterno numerantur dies? quid cum Salomone nostro summa circuncisionis demissio? Sed ô Dei sapientiam, & admirandam Salomonis nostri prudentiam! Vocauerat Isaias Christum *admirabilem, consiliarium, el admirable en sus acuerdos, Principem pacis, el pacifico Salomon*, quod nomen, vt per orbem diffunderetur, vnum produxit Salomonem filium Dauidis, qui sapientia, throno, iustitia, & pace sic sui nominis famam disseminauit, vt alienigenam, apprimèque sapientem Reginam admirabundam ad se traxerit. Famosus itaque Deus in homine isto, gloriosus in consiliis, mirabilis in mari rubro, in Ægypto, in terra promissionis, Dei autem hæc gloria, & fama minimè sine oleo Iesu effunderetur: ante Salomonem enim arca consulebatur, quòd si aliena oracula adibant, ægrè ferebat Deus, sicut legimus dixisse Dauidem Abiathar. Applica ad me Ephot, & applicauit Abiathar Ephot ad Dauid, & consuluit Dominum; & quia idololatræ, vt patet ex *Amos cap. 2.* vestes vsurpabant, quas ipsi vt sacras habebant, & in eis Deos suos consulebant, iratus Deus blasphemasse, ait, nomen sanctum suum: *& blasphemauerunt nomen sanctum meum: precio me yo de nombre de consejero, y ellos vanseme à piedras, y estatuas.* Arca verò in Iesu nomine pulchra responsa, & opportuna dabat consilia. Ponderauit hoc sanctus Iustinus Martyr [a], quando currus ille, qui referebat arcam à Philistæo, venit *in agrum cuiusdam viri, Iosue nomine, quo ille, qui mutato nomine Iesus appellatus est; ille refert Iosue, ibique sistit arca;* & quis duxit illam? *ex quibus intelligimus eas virtute ductas esse nominis, sicuti reliquus populus exiit, qui ex Ægypto exierat ab eo, qui Iesu nomen accepit*, quasi ibi sistendo diceret arca: Ecce plusquam Salomon hic, hic thronus, hæc sedes sapientiæ, hinc oracula petenda sunt, vbi admirabile est Iesu nomen, quod

Luc. 2. 21. *Sapientia splendet.*

Cap. 9. 6.

a Dialog. contra Trypho.

quod admirabile consilium Iesu facile possumus probare.

6. Nonne mirabile consilium fuit, in seipso circuncisionem experiri, & glorioso nomini adiungere, vt subitò destrueret, & rescinderet legem, finémque in sanctissima carne faceret seueri præcepti? Non satis admiratur Augustinus [a] consilium Pauli in circuncidendo discipulo Timotheo: stupet pariter D. Chrysostomus [b], *Dignum est* (inquit) *vt obstupescamus Pauli sapientiam*; non alia de causa, nisi quia Iudæi, qui ibi erant, gratas diuino verbo aures præberent: postquam verò ad Christum eorum corda allectasset, minimè iam necessariam esse circuncisionem persuaderet. *Hac est causa circuncidendi, non enim ferebant audire Verbum ab incircunciso, & cur? vide opus, circuncidit, vt circuncisionem tollat*, & vt deinceps liberè possent prædicare, vt notat Augustinus. En ô Iudæi, circuncisionem non respuimus, quia abominabilis, aliter nemo nostrûm suscepisset, & multo minus concionator vester; nec repellimus ob dolorem: sicut enim Timotheus non pepercit dolori, sic nec cæteri minoris notæ; sed ideo cessationem indicimus, quia ablato sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat, & cessauit verè vestra lex. Hoc idem fuit admirandum Christi consilium, qui dolorem, abiectionem, peccatoris formam nostri causa suscipit, & nomen sibi quasi coronam imponit, *vocatum est nomen eius Iesus*, quasi facto ipso diceret, emolliat corda vestra, ô Iudæi, balsamum nominis mei; en ego ipse insigne peccatoris induo, subeo dolorem, non dedecus reformido: verumtamen rescindo legem, abrogo ex hac die circuncisionem: & vt credas factum hoc etiam oleo nomine Iesu ascribendum, lege mirabile consilium Iosue, Christi typum gerentis, qui postquam circuncidit populum, mortuus est, & iuxta se sepeliri iubet gladium circuncisionis, Iesus enim, qui legem implet, admirabili consilio sepelit in posterum.

a Suprà.
b Suprà.

Luc. 2. 21.
Rescindis legem arte & sapientia mirabili.

7. Nec minus admirabile consilium fuit caput diuinitatis velo circuncisionis obnubere, quod insigne erat, & quasi pallium Iudæorum, vt sic opertus, & tectus mortem oppeteret propter eumdem populum: quid enim absurdius poterat dici Iudæo, quàm Messiam fore affigendum cruci; sapientia Christi sumit sub Iesu nomine circuncisionem, vt gradum faceret, quo faciliùs mortem illi inferrent, à qua eorum salus pendebat, quod multo antè prouiderat, vt notauit Augustinus: cùm Moysi personam totius populi gerenti respondit Deus, *Non videbit me homo, & viuet; vale la vida à tu pueblo, que no me conosca*: nam si vident cognoscent, si cognoscunt, reuerebuntur; quare longè aberit, vt me morti tradant. Nomen igitur dat suum, sicut cæteri mortales, & in eorum numerum scribitur, vt prius in crucem tollant, quàm Regem Messiam credant, & clarius à Gentili Pilato, quàm à Iudæo dignoscatur: hic enim vtpote Gentilis ipsum sine velo circuncisionis intuebatur; ipsi verò velatum, & circuncisione quasi communi veste personatum vident. Mirabile quidem consilium rapiendi, & pelliciendi corda, & attrahendi animas: *ideo adolescentulæ dilexerunt te nimis*; securè iam vocare potes ad iugum, leuis sarcina erit lex Euangelica postquam ablato onere, *quod nec nos*, inquit Petrus,

Exodi 33. 20.
Tegit se diuinitas vt posset capi & mori humanitas.

Cant. 1. 3.
Leuis ex hac die sarcina Euangelij & iugum suaue.

nec patres nostri portare potuimus, crucem mandas, & imponis onus balsamo tui nominis delibutum, & vnctum: iam enim crux, & mors ipsa ipso Iesu oleo illita clauis est cæli, & mortis, & inferni: *ya da buelta la llaue del cielo, y abre bañada en este oleo soberano; y el salir el alma diziendo Iesus, es entrar en el cielo.*

II. *Vt circuncideretur puer.* Quî poterit nomen obtinere fortis, vulneratus? nomen robusti, & strenui ducis, puer? verùm fluat sanguis, effundatur oleum Iesu, & videas Dauidem, immo Deum ipsum præclarum sibi nomen bellatoris peperisse; *Deus fortis* vocatur ab Isaia. Sed vt nomen istud, famaque diffunderetur, quos armabat ad bellum Saulem, Dauidem, Iosue, hoc vngebat oleo, hoc muniebat clypeo, vt cecinit ipse Dauid, *In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nos: no hay toro madrigado, y brauo, que assi arremeta, y espante como nos otros armados con tu nombre.* Et verè quidem talem in isto nomine nacti sunt famam, vt eos Iudæa honorificis prosequeretur laudibus, Dauidem maximè, cuius nomen Palæstinam omnem inuaserat, vt ait sacra Scriptura: & stupor circumdederat omnes gentes. Oleum tamen Iesu in omnia sua opera se transfuderat, & sicut nihil suaue, & odoriferum conditur sine oleo, & vnguento isto elaboratur; sic nihil laude dignum, nihil fama gloriosum sine Iesu nomine longè, latéque potuit peruagari. Magnum quidem stetisse solem imperio Iosue, sed cui adscribendum inauditum facinus? dicat Chrysostomus [a]. *Quid igitur typus erat Iesu illud nomen, idcirco hoc factum etiam propter ipsum vocabulum reuerita est creatura.*

8.
Luc. 2. 21.
Fortitudo Christi.

Psal. 43. 6.

1. Paral. 14.

Gloria Iesu omnia quæ gloriosa fuere illustrantur.

a Epist. ad Hebr. c. 11. hom. 27. in fine.

Prodeat Dauid, & falcatum ensem videbimus aciem suam, & splendorem ab oleo Iesu accepisse, sin minus obtusum fuisse, & Dei duce indignum. Philo namque Iudæus asserit cùm Dauid ad singulare certamen se compararet, quinque lapides elegisse, & nouum quid egisse, in vnoquoque videlicet scripsisse insignis Patriarchæ nomen, ita vt in primo Abraham inscriberet, in secundo Isaac, in tertio Iacob, in quarto Moysen, in vltimo (inquit) *nomen scripsit fortissimi*, Iosue videlicet præclarus Christi typi: cúmque eo ordine, quo baptizabat, & nomen indiderat, lapides reconderet, consequens fuit, vt vltimus supra alios esset, obuiúsque, & proximus, & quem primo loco arriperet; cúmque vno ictu lapidis Gigantem deiecerit, fit vt lapillo interierit, qui Iesu nomine insignitus erat, quod non tacuit ipse, vtpote memorandum: *Tu venis ad me in hasta, & clypeo, ego venio ad te in nomine Domini exercituum: para mis armas no traheis vos defença, que son Diuinas.* Videte igitur qua ratione imponit fundæ lapidem, contorquet in gyrum, & lapidem Iesu signatum in perampla fronte inserit, & circúcirca sanguis effluit radios diuino nomini appingens, & contorto digitis crine caput iugulat vna manu, altera in altum eleuat immane caput: *ideo adolescentulæ dilexerunt te*, illic canere, illic fenestras occupare, illic fausta optare puellas victori, victori Dauidi, nominique Dei Israëlis laudem decantare; & cui nomini? illi vtique, quod ibi sub Iosue inscriptum vident: verè tamen nomen *Iesu*, vt liqueret omnibus, omnia sua gloriosa facinora non iam patraturum Deum

Veis à Iosue
9.
armado de punta en blanco arrimado à vn baston, y ceñido de vna luciente espada bañada en sangre de sus enemigos, viera se el cielo si en virtud de su braço lo mandara, mas llamauasse Iosue, olio el cielo la fragancia y que le auian mudado el nombre de Auses en Iosue al nombre mismo obedecio.

1. Reg. 17. 45.

Cant. 1. 3.

vt fortem, sed vt suauem, & odoratissimum, &
amoris plenum. Quòd si minus credis, memor
esto illius belli, quod fortis iste armatus in cru-
ce peregit: ibi enim absconditam fortitudi-
nem prodidit, vincens sicut Iesus, sicut Saluator.
10. *Cornua in manibus eius: quando tenia los dos po-*
Habac. 3. 4. *deres en las manos de cielo, y de tierra, quando*
hauia de hazer suerte como toro brauo: ibi abscon-
dita est fortitudo eius: alli embaynò el rigor, y el
poder, y le mostrò en hazer huir sus enemigos de
vnos pies clauados, y de vn pecho leuantado, y
abierto: ibi abscondita est fortitudo eius; ibi enim
erat superpositum nomen eius, quod sol, ter-
ra, petræ, templi velum, & ipsa defuncta cor-
pora reuerita sunt; cuius veritatem latro per-
sensit, & ipse, qui scripserat, veneratur, &,
quod maius est, Christus ipse inclinans caput
victoriam nomini suo adscribit, quod tanti æsti-
mat, vt ne talem gloriam deserat, descendere
Luc. 22. de cruce etiam inuitatus renuat. Redeamus
etiam ad prælium illud, quando in horto obuia-
uerunt illi duo illi exercitus, alter discipulo-
rum, quos timor occupauerat, alter militum,
quos furor accenderat, quo clypeo muniti sunt,
quid præstiterunt duo illi gladij? Tu nomen
sanctissimum inimicos vicisti, & profligasti:
nam sicut Iosue in bello Hai clypeum leuauit
ad erigendos animos intuentium, ibi esse du-
cem Iesum, nec desponderent animum, sed for-
titer dimicarent: sic verus Iosuë in illo conflictu
scutum sui nominis ad protegendum discipulos
Ioan. 18. 4. leuauit, dicens: *Quem quæritis?* cui ille, *Iesum*
Nazarenum. Itàne verò sic clypeum mei nomi-
nis perdere vultis? O insaniam! ô audaciam! *ego*
sum; ecce è vestigio ceciderunt omnes tumul-
tuariè, quousque diuinam nominis virtutem
11. experirentur. Sed propiùs accedamus ad ho-
diernum facinus, quod maximè & diuinitatem,
Philip. 2. 9. & cætera nomina commendauit, *super omne no-*
men: vicit enim non tam robore, & potentia,
quàm tolerantia, & amore Saluatoris. Notat
a Lib. 1. super Iosue cap. 18. enim opportune Rupertus [a], cùm Dominus ap-
parere solebat, ipsa sua apparendi forma innue-
bat quid ex illo opere intenderet; apparuit Ia-
cob innixus scalæ, per quam Angeli ascende-
Gen. 28. 12. bant, & descendebant, quasi diceret: Quiesce
mi fili, quiescat domus Ecclesiæ; vobis enim
dormientibus mea, & Angelorum prudentia
vestris necessitatibus subueniendis incumbit.
Exodi 3. 2. Apparet Deus in rubo Moysi: rubus autem non
comburitur, mediúsque adest Deus & spinis, &
flammis, vt opere ipso erudiat ducem populi, se
minimè accedente ad rubum, Deum illius po-
puli afflictioni adesse, solúmque illius futurum
redemptorem: *tente afuera, que esta obra de re-*
demir mi pueblo yo solo lo he de hazer milagro sa-
mente, educto, & limato ense in manu visus est
à Iosue in ipso ingressu terræ promissionis, de-
notans se nullo labore inimicos prostraturum.
Hodie igitur visus est distringere gladium, &
seipsum ferire, & ex opere ipso nomen accipe-
re imperat, *Iesus, Saluator, Samaritanus*, mor-
borúmque animi medicus, quasi diceret, iam
recondi gladium timidi mortales, iam tempe-
raui aciem gladij oleo mansuetudinis, iam en-
sem in instrumenta medici mutaui, iam belli
disciplinam in artem curandi traduxi, non alie-
num sanguinem fundam, sed proprium, iam
non exercitum adhibebo in custodiam Israëlis,
sed carnem, pectúsque meum apponam lanceis,

& plagis. Hæc mea virtus, hoc inauditum ro-
bur in posterum mihi erit. Quando enim, obse- 12.
cro, præclarior extitit Dauid? cùm deiecit Go- 1. Paral. 21. 17.
liam, neque ense districto, neque missa vel
gutta sanguinis? cùm hostes populi Dei profli-
gauit? cùm fugit Saulem industria Michol? mi-
nimè gentium. Dicam perillustre eius facinus:
venit de cælo districto ense Angelus seuerum
inferre supplicium in vniuersum populum ob
peccatum Dauidis regis: *leuánsque* Dauid ocu- *Victoria pietatis & mansuetudinis armis.*
los suos vidit Angelum Domini stantem inter
cælum, & terram, & euaginatum gladium *in*
manu eius; age vir potens, nouus contra te adest
Goliath, nihil conferunt vires, & arma. Vi-
deamus qua ratione superes illum: vicit vtique
non vt potens, sed vt amans populi, vt redem-
ptor, & pius parens: vestitus namque cilicio,
& pronus in terram dixit ad Deum: *Ego qui pec-* 1. Paral. 21. 17.
caui, ego qui malum feci; iste grex quid comme-
ruit Domine Deus meus? vertatur, obsecro, manus
tua in me: Veis aqui mis espaldas, aqui aueis de
dar los azotes mi Dios: des armado vengo aqui
aqui hazed las heridas, este pueblo en que lo ha
peccado; quo facto discessit Angelus, & con-
uertit gladium suum in vaginam. O dux Israël,
meritò rapuisti oculos, & laudes puellarum;
ideo adolescentulæ dilexerunt te: vicisti enim Go- Cant. 1. 3.
liath Philistæum, Angelum, & ipsum Deum 13.
subiratum placare, & in pietatem inducere po-
tuisti: cede tamen, & concede tuo, & meo, re-
demptori; quid enim mirabile, petat Dauid ani-
maduersionem, quam immeritus populus sine
culpa patiebatur: tu verò innocentissime fili
Dei subiratum videns in homines Parentem
Deum cecidisti pronus in terram sacco nostræ
mortalitatis indutus, & denudasti subitò te-
nerrima, & regia terga tuæ humanitatis, & ais:
Siste Pater Domine Deus, *vertatur, obsecro, ma-*
nus tua in me, ego sum Saluator, ego sum Na-
zarenus, quem vult tua iustitia comprehendere,
accipiam ego circuncisionis plagam, dummodo
oleo nominis, & sanguinis mei mitescat furor
tuus Domine; *ideo adolescentulæ dilexerunt te: con* *Ne ingrati simus erga fortissimum ducem nostrum.*
esta haçaña Iesus dulcissimo os lleuais tras vos las
almas; quis enim tam ingratus, qui deinceps
contra talem sanguinem, & nomen peccet? ob-
stat enim amor, & suauitas pueri nostri aman-
tissimi, vtar enim ego verbis Ionathæ ad Sau-
lem: *Ne pecces rex in seruum tuum David: no* 1. Reg. 19. 5.
peque el sieruo contra su Rey, y Padre Christo:
non peccauit tibi, opera eius bona sunt tibi valde,
posuit animam suam in manu tua, & percussit
Philistæum, & fecit Dominus salutem magnam
vniuerso Israeli: quare ergo peccas in sanguine
innoxio; que mal os ha hecho en vuestra vida este
niño? vidisti, & lætatus es; quare ergo peccas:
quantas veces te quitò del cuello el lazo de conde-
nacion eterna; vidisti, & lætatus es, secundum Rom. 5. 6.
tempus pro impiis mortuus est. Hieronymus [a], & a Ad Algasiam.
Theophylactus [b], liberauit fidem, quam dederat b In ad Rom. 5.
Pater suus suo tempore moriturum in cruce,
sed nunc autem tempus promptitudinem obe-
dientiæ, & amoris ostendit. Talem ex isto no-
mine sortitus est gloriam, vt statim nomen de-
derint sub eius vexillo principes illi, virique
famosi Petrus, Paulus, Martyres clarissimi, te-
nerrimæ puellæ virili robore ensi iugulum da-
bant, & inter moriendum, inter tormenta, in-
ter gemitus, & extrema suspiria, vnum illud
dulcissimum Iesu nomen blando anhelitu re-
sonabat,

sonabat, quo sicut oleo ad luctam muniebantur, & exultantes, victorésque redibant. *Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilij; quia digni facti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Act. 5. 41.

14. *Iustitiam & æquitatem Dei declarat.*

III. Sed quid si eius mansuetudini iustitia, & æquitas adiungatur? iustitia enim stabilitur Regis thronus: maximè tamen regnum Christi, de quo duo videtur contraria nunciare Isaias Dauidi, *& regnum in manu eius, & potestas, & imperium*: alibi autem, *Factus est principatus eius super humerum eius*: &, *Eris corona gloriæ in manu Domini.* Tertullianus [a] quæstionem excitauit: *Quid nouum si non de filio Dei dicitur? & natus est nobis cuius humero profert, & non aut capite diadema, aut in manu sceptrum, aut aliquam propria vestis notam? Sed solus nouus Rex sæculorum Christus Iesus noua gloria, & potestatem, & sublimitatem suam in humero extulit, crucem scilicet.* Itaque regnum & est in humeris, & est in manu. Primò, vt notauit D. Gregorius; quia tunc facile humeris suis gestat regnum, cùm Rex manibus bonorum operum tenet, sicut in summo Sacerdote videre libet, qui cùm in pectore duodecim lapillis tribus omnes gestaret, easdem duodecim tribus duobus tantùm lapidibus in humeris ferebat: non sunt idem filij, qui in humero sunt ita, sed si in corde, & pectore semel geris, nullius ponderis est humeris sustinere regnum. Secundò etiam; quia sceptrum, & virga æquitatis insigne regni Christi iustitiam eius denotat, qua regitur, & stabilitur thronus eius. Implet igitur hodie omnem iustitiam, sed ne te terreat hoc nomen oleo Iesu mitescit, & mollescit, ita vt non minus æquitas conciliet animos, quàm cætera, quæ vidisti. Audi.

Isai. 9. 6. Ibid. 62. 3. a Aduersus Iudæos.

15. Triplicem enim iustitiam distinguit Aristoteles, & in sacra pagina laudatam videas: commutatiuam vnam, quæ vnicuique iustum, & æquum ad æqualitatem soluit: *Paga deudas.* Secundam punitiuam, & vindicatiuam, quæ digno punit supplicio nocentes: *castigo de excessos.* Tertiam denique distributiuam, quæ præmia pro meritis distribuit: *reparte premios.* Explicuit ergo omnem mensuram iustitiæ infans noster: nam commutatiua iustitia dicta, & signata die Patri pro nobis quod non debebat exoluit: *postquam consummati sunt dies octo*, implet Pater vindicatiuam excandens in filium, in eóque excessus nostros corrigens, atque puniens, *vt circuncideretur puer.* Distributiuam vterque obseruant filius præclaris meritis doloris, & sanguinis exaltationem promeritus: parens verò diuinissimum facinus diuinissimo nomine honestans, *Vocatum est nomen eius Iesus, propter quod & Deus exaltauit illum.* De primo agendum est.

Luc. 2. 21. Ibid. Philip. 2. 9.

16. *Soluit & portat onera nostra.*

Quis te cogit amor dulcissime, æs alienum soluere? quare tantopere regnum amas, vt grauissimum onus, æs nempe peccati supra te tollas? vult hodie exempla præbere regibus, quanto amore debeant regnum suum prosequi. Hoc ponderauit Tertullianus in illud Oseæ, *Siquidem & ipse Assur delatus est munus regi vltori*, vbi legit Tertullianus [b]: *nam & Herodi velut munus à Pilato missum, Oseæ vocibus fidem reddidit: de Christo enim prophetauerat, & vinctum eum ducent xenium regi*; quasi dicat ad permouendum impium regem, adulterum, incantatorem deferatur vt munus mitissimus Rex Christus, videat innocentem regni sui amantissimum, quod proprio iam sanguine saluare meditatur; quem enim non corrigat tantus amor? Sed ad rem istam probandam exeant nunc etiam sceleratissimi reges, nonne obstinatus Pharao? vide tamen quid ad illum Deus: *Quia in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum, & super seruos tuos; nunc enim extendens manum percutiam te, & populum tuum peste.* Rogat eleganter, & acutè Caietanus, quid opus est regem denuo, & grauiter percutere, si in illum iam mittere statuis omnem plagam, & qua ratione in cor eius recident omnes plagæ, antequam ipsum percutias. Respondet; omnes illæ primæ plagæ ideo in cor eius mitti dicuntur; quia mittuntur in seruos suos, hos autem in corde suo habebat, quare decies punitur pro suo regno. Insuper autem percutitur ipse pro seipso: nam etiamsi profligatissimus, & sæuissimus erat in captiuos alienigenas, in suos autem amantissimus erat, & in corde gestabat, & soluebat pro eis. Moyses etiam fidelissimus sic terram optimam populo exoptabat, vt licèt grauiter afflixerit eum Deus, nec intrare terram concesserit: at saltem ad eius prospectum venire permiserit. Quorsum? respondet Rupertus [a]: *Quia ita populum diligebat, vt posset consolari eum in morte sua vberrima terra conspectus: sabia Dios, que amaua tanto el pueblo, que el no entrar, y el morir le seria dulce viendo a que tierra iua su amado pueblo.* Accedat (inquit Chrysostomus [b]) & Iob famosus rex inter Orientales, in cuius regno ô noua res, nullus fuit cæcus, nemo claudus, pauper nemo? quid ais Doctor sancte? Scio quid dicam: nam vbi clari sunt oculi, quis dicat esse cæcitatem, vbi omnes regio cibo pascuntur, quis dicat cibo indigere: ergo in regno Iob omnes clarè videbant, nemo claudicabat, nemo indigebat: vnus enim Rex ait, *Oculus fui cæco, & pes claudo, &c. quod enim medicina curare nequibat, hoc ipse per pietatem in regno compensabat.* Silent homines tamen coram te Rex Christe tui regni peramantissime, qui peccata eius tollis, & dicta die soluis non minori pretio, quàm sanguine, quis dubitet de amore? de amore in homines nemo quidem; aliquis autem de amore in Patrem, & patriam dubitaret, cùm te in homines propendere videt, ausim hoc verbis D. Epiphanij dicere: quorsum enim putas filios suos Deus signo circuncisionis designauit? ideo nempe; quia inter inimicos, & Deo offensos degebant, vbi periculum imminebat ne Patris sui, & patriæ obliti prauis eorum operibus consentirent: *circuncisio data est propter incolatum, ne seruitute pressum semen ab idololatris, ac incredulis Ægyptiis obliuiscatur Dei patrum ipsius, imposuit ei circuncisionem carnalem, vt videntes recordentur, & non negent ipsum: circuncidense y sepan que son hijos de Dios acuerdense de su Padre, y de su patria.* Cùm igitur Dei filius sic humanus inter homines degit, & delitias suas reputat cum filiis hominum esse, ac sæpius dictitat esse *filium hominis*, (inquit Parens) periculum impendet, non quòd ipse mei obliuiscatur, sed saltem quòd existiment homines sic hominum esse, sic in terra natum, vt non sit etiam filius Dei: signemus igitur eum sigillo nostro, quo filij Dei in corpore designantur, & insuper nomen Iesu filium esse Dei denotet; *& hac de causa* (subdit Epiphanius) *etiam ipse circuncidi voluit, vt homo factus est in veritate*

Cap. 10. 6. b Aduersus Marcio. lib. 3. Luc. 23.

Exodi 9. 14.

a In Numeros.

De Iob. ad Olympiam tom. 5.

17. Iob 29. 15.

Epiphanius hæresi 30.

ritate ex supernis progressus, ex Patre Deus Verbum.

18. Punitiua autem virga, & iustitia vindicante maximè indiget Rex, ne dicam Deus ipse, cuius omnes viæ iustæ, & æquissimæ sunt, ita vt nolit per Ezechielem hoc in dubium verti, sed ita nocet regis existimationi iniquos apud se tolerare ministros, vt Deus ipse quasi inquinari posset. *Existimasti inique quòd ero tui similis, arguam te, & statuam contra faciem tuam,* hoc est, animaduertam in te, & vt æquale tibi reddam, & vt honori meo consulam. Sicut etiam Dauid iustitiam mihi summopere canit gratam, ideo addit: *neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos*: ne quis existimaret Deum velle iniquitatem, affirmat non velle iniquos, & multo minus ante oculos suos: *no encarrila con ellos, ni les dura su felicidad; porque el rey, que viene no es amigo de peccadores.* Quare toties hoc repetis Domine? Vt doceam reges diligere iustitiam, & non parcere virgæ suæ, vbi grassatur iniquitas, ne ipsi consentire videantur. Saluianus [a]: *Potestas quippe magna, & potentissima, quæ inhibere scelus maximum potest, quasi probat, debere fieri si sciens patitur perpetrari: in cuius enim manu est, vt prohibeat, iubet agi, si non prohibet admitti.* Sed seueritas etiam ista oleo Iesu temperanda est; *ideo enim adolescentulæ dilexerunt te:* nam velle vineam amputare curæ, & prouidentiæ argumentum est (inquit Nazianzenus) in hoc enim agrestis, & infrugifera arbor à frugifera dignoscitur: illa enim nulla falce putatur, sed frondescere, & siluescere sinitur, sic prædestinatus à præscito in hoc maximè dignoscitur; hunc enim sinit Deus crescere, illum verò amputat, & corrigit. Itaque filius circunciditur in pœnam peccatorum nostrorum, sed inde manat balsamum in medelam vulnerum nostrorum.

Cap. 18. 25.

Punitiua iustitia.

Psal. 49. 21.

Iniquos iuxta se minimè tolerabit.

Psal. 5. 5.

a Lib. 8. de prouidẽtia, & gubernatione Dei tom. 5. Biblioth.

Cant. 1. 3.

19. Distributiua denique iustitia exigebat, vt tanti facinoris præmium nomen esset super omne nomen: hic enim (inquit Bernardus) obtinuit nomen, quod in cruce pòstea impositum est: hîc enim profundiùs se abiecisse videtur: *& multo magis ab Angelis minoratus, quàm in cruce*; ideo apertè Paulus, *propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen*; quare non minus iustitiæ odore traxit adolescentulas, id est, animas, quæ odore istorum vnguentorum maximè recreantur.

Philip. 2. 9.

IV. Verùm postremo loco liberalitas diuina Deum apud homines gloriosum fecit; fama tamen eius odore sui nominis maximè diffusa est in omnes nationes; sicut de Alexandro dictitare solemus, honestat equitem inprimis genus, & maiorum nobilitas, deinde diuitiæ, opes, magna supellex; sed quanto illustrior redditur largitate, hoc ipsi Deo præstat nomen Iesu; penetrat enim, inuadit omnia eius fama. Ratio est, quia liberalis princeps quid ex se, & sua natura habeat, ostendit, non acquisitum, nec mendicatum, videre etiam domum amicis plenam, pauperibus exundantem, & omnes hilari esse animo, & grato, plusquam balsamum principis fama cunctas vrbes penetrat, nihil sic gloriosum, quàm omnes scilicet gestientes de domo principis exire, id de Deo canit Dauid: *Pauper, & inops laudabit nomen tuum. señal, que sale el pobre bien despachado quando alaba el señor de la casa: Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis: tomad firma en blanco largueza, que ja mas la hizo Alexandro.* Sic Iesu nomine, quod liberalitatem Dei importat, & magis diuinæ naturæ conuenit, & maximam communicationem Dei ad creaturas factam prædicat, Dei cognitionem superexaltat, & infinitam bonitatem circunquaque diffundit, in eiúsque odorem attractæ *adolescentulæ*, hoc est, animæ, *dilexerunt*: ideo optimo oleo effuso comparatur, & vt suprà diximus, *vaciadizo*, quod appetit diffundi, & diffluere: vnde Guerricus ausus est dicere grauiora tormenta pertulisse Saluatorem in materno vtero, quàm in cruce: nam in ventre continebatur in alabastro vnguentum, vbi ebullire videbatur, *& nunc quid mihi est hic*? at verò in cruce longè, latéque diffundetur: *Omnium humanarum infirmitatum, vel iniuriarum, quas pro nobis pertulit diuina dignatio, sicuti tempore primam, sic etiam humilitate ferè maximam existimo: quod in vtero nouem mensium tempore maiestas illa incircumscripta passa est contineri: quando ita penitus à semetipso defecisse visum est tanto tempore, nihil illa sapientia loquitur, nihil illa virtus manifestum operatur, nullo signo maiestas, quæ clausa latet, proditur non sic in cruce*, &c. Omnes itaque diuitiæ Dei oleo Iesu diffunduntur, & dissipantur, & orbis vniuersus melius quàm Alexandro, genu flectit: *In nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum*: sicut de Alexandro, *siluit in conspectu eius terra.*

Liberalitatem Dei maximè hoc nomen commendauit.

Psal. 73. 21.

Ioan. 15. 16.

20.

Optabat diffundi nomen & liberalitas Iesu.

Isai. 21. 5.

Guerricus Abb. ser. 3. de annũciatione.

Philip. 2. 10.

1. Mach. 1. 3.

21. O vtinam nos quid in hoc diuino nomine latet, perciperemus, qualem putas causam, propter quod *Tobiæ* 12. cùm Angelus sacramentum aperuit, & se Angelum Raphaëlem, hoc est, salutem, & medicinam Dei manifestauit, cúmque dixisset, ego sum, corruerunt omnes stupore perfusi. *Turbati sunt, & trementes ceciderunt super faciem suam, &c. tunc prostrati per horas tres in faciem benedixerunt Deum:* nam Danielem corruisse semimortuum in terra aspectu Angeli, mirum non est: nam vultus illius instar fulguris erat, & oculi eius veluti accensæ faces, pedes eius veluti ferrum candens, & vox, quasi vox multitudinis: *la voz como ruido de cofradia mal concertada:* Abraham enim solùm genu flexus adorauit, & suscepit Angelum. Idipsum, & adhuc minus præstitit Ioannes, & prohibitus est: quare ergo Tobias, & reliqui attoniti corruerunt in terram, amicè se illis manifestante Angelo. Sed ô nomen Iesu, nomen medicinæ Dei, nomen olei effusi: *Oleum sanè* (inquit Bernardus [a]) *quod supernatat cunctis, quibus immiscetur liquoribus: liquido illud designat nomen, quod est super omne nomen.* Vide igitur causam tanti stuporis Tobiæ, conuenerant, vt patet ex textu, ambo Tobiæ inter se, vt refricarent memoriam cunctorum beneficiorum, quæ ab Azaria acceperant, quæ omnia ipse, qui acceperat, Tobias enarrauit: tantique hæc beneficia æstimarunt, vt inter se decreuerint dimidiam omnium bonorum partem donare; non quidem exigua solutio beneficij à puero homine accepti, sed dum hæc cogitant, rem aperuit Azarias, aitque repentè: *Videte quòd sum Raphael Angelus Dei*, vnus de septem, qui eius adstant throno; quibus auditis, sic accepta beneficia æstimarunt, quanto persona maior, demissio mirabilior, benigni-

Maiestas nominis Iesu ex liberalitate.

Gen. 18.

Apoc. 19.

a Suprà.

22.

Ex Iesu nomine venire æstimãda Dei beneficia. tas suauior; erga nos? fecit hæc? Dei Angelus? hoc quasi tonitru horrendo per tres horas proni in terram diuinas stupore plenas laudes decantarunt. O bone Iesu! ô verus homo, verus frater, verus item Deus, creator, & redemptor animæ meæ, non satis æstimabamus accepta beneficia, dum non supernataret illis nomen tuum; semel enim illo audito, quis non ruat pronus in terram? omnia igitur beneficia simul in vnum conferamus. Homo quidem Salomone sapientior, Dauide fortior, Alexandro munificentior, æquissimus, & iustissimus, vt me de inferni faucibus eriperet, atque in patriam, & libertatem assereret, mei causa famem, sitim, probra, verbera, mortémque subiuit, summóque sui dolore, & extremo mei amore nullis astrictus beneficiis, quin potiùs in peccatis meis captus, & offensus animam exhalauit. Quid dabimus anima mea illi homini, qui talia pertulit, tanta donauit? maiora sunt ista his, quæ retulit accepta Tobias: igitur æquum erit dimidiam bonorum partem operum, ac denique libertatis, vt sim ego tam suus, quam meus, & post saturatum corpus, & temporalibus rebus accommodatis, totus suis incumbam laudibus. Sed ô rem mirabilem, expecta, superest nomen tui
Luc. 2. 21. benefactoris nosse: *Vocatum est nomen eius Iesus.*
23. O stupor, quid ais Euangelista? qui hæc mihi beneficia contulit, est plusquam Angelus, est admirabilis consiliarius, est naturalis Dei filius, Deus sicut Pater. O altissima Dei beneficia! ô eximia charitas, magnificata estis vehementer in conspectu meo! ô diuinitas exinanita! o nomen dulcissimum, amantissimum, celsissimum, quantum in hac circuncisione tua gloria resplenduit: igitur in nomine Iesu omne genu flectatur, submittant faces, qui de sapientia, de æquitate, de fortitudine, & largitate gloria-
Philip. 2. 9. bantur *super omne nomen.* Huc accedite fidelia corda, stillat balsamo cyprus nostra, cuius ne gutta pereat, adhæreamus pulueri, præsepe adoremus, auscultemus nouum loquendi genus, tacet verbo, loquitur opere, & vbi infans non fatur, sanguis Abelis clamat (inquit Ambrosius) Iesu nomen omnia honestat, omnia reddit ama-
Rom. 8. 35. bilia: *quis nos separabit à charitate Christi?* ea enim fuit Regis nostri facilitas, & humanitas, vt quia eum in regia aula cæli non facile possumus conuenire, nisi per mortem, nomen suum subdelegauit, & eadem auctoritate medicum Iudicem, Regem, Ducem effecit, vt sciant mortales ad quem iam supplices libellos mittere de-
Apoc. 2. 5. beant, ad Iesum *memoriale tuum in desiderio animæ; memor esto nostri propter nomen tuum.* Bernardus; *Vnum scio, repulsam omnino non patimur, quicunque oleum petimus, quicunque volumus Iesum videre, incunctanter Philippus dicet Andreæ, Andreas Iesu, Iesus autem quid? profectò quod Ie-*
24.
Ibid. 2. *sus*, hoc est, illud manna absconditum, & nomen nouum in calculo scriptum (inquit Hugo Cardinalis) quo beari in cælo Iesuani, seu Iesuitæ appellantur, hoc illud bonorum omnium
a In Cant. serm. 15. compendium (inquit Bernardus [a]) quòd sicut oleum *lux, cibus, & medicina est, lucet prædicatum, pascit recogitatum, inuocatum lenit, & vngit,* ad hos tres effectus Paulum vas electionis, & præclarissimos viros elegit, qui lumine, pane, & confessione inueteratum orbem, & penè collapsum instaurarent. Hæc autem tria munera per minimæ Societatis Iesu sodales ad Dei glo-

riam exhibita ipse quasi prophetasse videtur Bernardus, de primo effectu ait: *Vnde putas in toto orbe tanta, & tam subita lux fidei, nisi de prædicato Iesu? nónne in huius nominis luce Deus nos vocauit in admirabile nomen suum?* est etiam cibus; quid enim *aquè mentem cogitantis impinguat? reparat sensus, virtutes roborat, vegetat mores bonos, atque honestos, castas fouet affectiones:* quod per communionem, & sacras epulas, ad quas, teste Christi Vicario, mundum vniuersum inuitauit, allexit Societas, mentes fidelium nomen Iesu obtinuisse, quis neget? *Habet denique mundus in nomine Iesu unde actus suos corrigat, vel minus perfectos adimpleat, ipse loquatur orbis:* quot enim sæculis retro antè iacebat mundus, & superposito baculo sapientiæ, & potentiæ; *non erat vox, neque sensus, descendit Iesus, descendit ipse, qui ait: Salus populi ego sum,* iam vox, iam sensus est, iam confitetur crimina, *compungor, & confiteor, & confessio vitam indicat, peccatum nec compunctionis mihi sensum, nec confessionis reliquerat vocem, & eram mortuus, vtrumque restituit, & dicit anima mea: Salus tua ego sum;* nec gratias referas Paulo, nec Ignatio, sed mihi, *qui salus tua sum:* ipsa enim Societas omnia sua bona vni Iesu nomini refert accepta: *inde mansuetior ad correptionem, inde patientior ad laborem, inde ardentior ad amorem, inde sagacior ad cautelam, inde humilior pro conscientia, inde acceptior pro verecundia, inde ad obediendum paratior, inde ad gratiarum actionem deuotior.* Denique illa tacente, nec memorante merita sua, & labores, pondus diei, & æstus, *Ecclesia beneficium recolet, dicens*, & vnde illi gloria, vnde auxilium venerit, confitetur: *oleum effusum nomen tuum; agradecid selo al nombre, que teneis.* Et caue ne tibi accidat id, quod euenit his, qui molis operam dant, vbi enim frumentum teritur, ipsi ieiunant, vt vbi abundant aquæ, ipsi sordidi sunt, & puluerulenti: *quid facit oleum in vasis, si non sentias, & in membris? quid tibi prodest pium Saluatoris nomen, lectitare in libris, si non habes pietatem in moribus?* Lux est, foue ignem, cibus est, nutri carnem, & ossa virtutum; medicina est, leni dolorem peccatorum, & crede ad hoc vocatam esse, vt quod sacerdos, & Leuita lucris intenti moribundo non præstiterunt, tu vino, & oleo pro munere, & nomine tuo Samaritani, custodis, & Iesuitæ, gratis impendas. Ambrosius [a], *Nomen congruat actioni, actio respondeat nomini, ne sit nomen inane, & crimen immane, ne sit honor sublimis, & vita deformis, ne sit deifica professio, & illi cita actio, ne sit religiosus amictus, & irreligiosus prouectus, ne sit gradus accessus, & deformis excessus. Tu tamen (ô Iesu) aufer opprobrium nostrum, ne quæso insultet maleuolus dilectæ tuæ, quam à finibus terræ euocare placuit tibi, tanto vtique dignantius, quanto minus dignam, & tali nomine, & tanto patrono Iesu*, qui cum Patre viuit in sæcula sæculorum.

*

Societatem Iesu desiripsisse videtur.

Communionis frequentia.

25.

Confessionis virtus ad suscitandas animas.

Omnia bona societas nomini Iesu ascribit.

Bern. ser. 14. in Cãt. præcipuæ virtutes Societatis Iesu, quas D. Bern. Iesu nomini adscribit.

Cant. 1. 3.

26.

Peroratio Bernardi ad Societatem.

a Lib. de dignitate sacerdotali cap. 3.

Bern. suprà.

VERBUM SPIRITUS sancti. Ad Philipp. 2. v. 5.

Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu.

Dei benignitate, & Filij circuncisione, pacta pacis inita salutem sedulò, & maturè procurandam demonstrat.

DISCURSUS XV.

1. MULTUM quidem facessit negotij lis tot retro sæculis agitata, & vtrinque rationibus, & inimicitiis inter Deum, & hominem graui iudicio conflictata: Deus enim commissi iam olim peccati debitum, & pœnam condignam ab homine postulabat, homo interim soluendo non esse iactabat, nisi Deus suo priùs stans promisso induendi, videlicet humanos artus, id vnde soliturus erat, exolueret. Litigium istud diu perdurauit; nam dum citatur homo, ius vtriusque partis inquiritur, sistitur coram iudice, testes ad iudicandum proferuntur, & præstita adhibentur testimonia, mille quater annis, & vno amplius, litigatum est *. Prius quidem delata res est ad iudices legis naturæ, cuius cùm iudices difficiles nodos experirentur, ad regis consilium, & cancellarium scriptæ legis causam detulerunt. In hoc tribunali sic res transigebatur, vt creditor, & debitores conuenirent: at cùm iam ad pactionem venirent, homines inter se dissenserunt, atque Deus siluit & expectauit: res tota sic se habet. Promiserat Deus lapsis hominibus Messiam mundi reparatorem, oborta statim est dubitandi ratio, futurus ne est Messias homo, an Deus (nam Deum, & hominem fore quis cogitaret?) Si verò Synagoga scripta, & litteris mandata Dei verba euolueret, perspiceret facile hominem, Deúmque futurum: at iudices torpuere otio, scripta neque retulerunt, neque legerunt, hac vna voce conclamant, se Dei solius cultui, & adorationi adstrictos, hominem nequaquam adoraturos, Gentes autem, quæ hominum genus erant durum, & agreste, se homines tantùm reuereri, & colere: quare si hominis habitu reparatorem vident, suspecturos, sin minus, vt ignotum relicturos. Similia quidem implicata negotia vno è tribus modis transigenda sunt, ac dirimenda: vel ad sapientissimum Salomonem deferenda, vel ad Alexandrum, qui ense districto nodum Gordium soluat, *y heche vn Tanto Monta*, vel litigantes iuri suo cedant, & adinuicem arbitris iudicio parendum statuant, eodem prorsus modo transacta res est. Venit enim sapientissimus Salomon Christus Dominus ad regnum inauguratus, & oleo diuinitatis perunctus, *præ participibus suis*, cuius admirabili consilio Deus, & homo in admirabilem consensionem venerunt: Synagogam enim, & Gentes, quasi duas illas meretrices, diiudicat, & vni Deum hominem, alteri hominem Deum tradit, & lætissimæ voces alacritatis emittit. *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, nobis, nobis*: secundùm vtriusque causam iudicauit. Venit item fortissimus, & verus Alexander, & cùm dubios homines, rémque nodis implicatam videt, dum aliqui hominem esse fatentur, qui carnem vident, negant alteri hominem esse, hi phantasticam carnem gestare, illi Dei substantiam existimant; quidam de cælo compactam, quidam ex Virgine desumptam; hi quidem mortalem, immortalem illi defendunt; ille arrepto circuncisionis gladio cæsim carnem, nodósque omnes feriens, dicit, finis adest litis, si circuncidatur filius meus TANTO MONTA. Flet puer, profluit sanguis, fleuere parentes, sicque liquidò constat hominem esse, & vera, ac passibili carne vestitum; & quia difficillimum erat tantam maiestatem cum hominis vilitate concordem reddere, diuina bonitas, celsaque maiestas iuri suo cedit, & humanæ legi se submittit, circunciditur vt homo, parentis legibus subiici præclaro documento perdiscat.

*Sic P. Gordonius tom. 2. in principio Chronologiæ.

Isai. 9. 6.

Finis imponitur liti Christi Domini circuncisione

3. Nunc facile veniunt intelligenda verba illa D. Pauli, *Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, & habitu inuentus vt homo, propter quod*, &c. Inter fideles Philippenses scintilla discordiarum exarserat, odióque adinuicem dissidebant, ostium equidem, per quod ad Ecclesiam Dei, aditus patuit contentioni, schismati, hæresi, & omni malorum generi. Rogat bonus Pater grauioribus verbis: *Si qua ergo consolatio in Christo Iesu: por reuerentia de Christo os pido*, vt lis hæc in pactionem, dissidia in concordiam adducantur. Omnia peragat humanitas, nobilitas Christiana rem transigat, qua vni alteri cedentes summa sit inter vos animorum consensio, qui estis vos si cum Christo componamini? Hic enim regum maximus in lite illa insolita, & grauissima, quam iustissimè humano generi intulerat, sic litem composuit, vt hominem extolleret, seipsum demittens, vsqueadeò, vt seipsum exinanierit, seipsum habitu peccatoris induerit, mortique damnandum tradiderit: qua autem ratione id perfectum sit, discutiamus.

Expenduntur verba D. Pauli. Philip. 2. 5.

4. *Qui cùm in forma Dei esset*; qui cùm verè, & essentialiter Deus esset, sic legit D. Chrysostomus [a] cum Græcis: *non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*; non arrogantiam existimauit (vt exponit Augustinus [b]) se vnum cum Patre esse, asseuerare. D. Chrysostomus [c] clariùs: non furti genus reputauit, nec timidè, ac formidolosè Deum se esse protulit, nec crucem appetiit reformidans, quasi in furto diuinitatis comprehensus: *no fue a la cruz con sobresalto, como quien hauia hurtado la Diuinidad*; libens ille deposuit maiestatem, splendorem texit, sperans se ad pristinam gloriam rediturum: sicut quando in regum aliquod festum conueniunt equites, & ad saltandum inuitatus vnus eorum prodit in medium, & cùm deponere debet (vt mos est) pallium, palliatus, vt erat, saltare incipit, tollat (inquiunt) tollat, ac deponat pallium, vt expeditus saltet; ille verò renuit pallium deponere, suspicantur non temere pallium gemmatum, & aureis clauis ornatum, commodatum esse, & ne gemmæ, & lapilli, alieni esse putentur

a Hic.

b Tom. 7. in principio.

c Hom. 6. Vide P. Salmeron in hunc locum.

Christi Domini diuinitas.

Simile.

putentur, abscondit, nec à se vult deponere. Alter verò, cui clauata vestis, ac pretiosa est, non mutuata, sed sua, libens deponit, iterum facile resumpturus. Hoc (inquit Paulus) probat Christum non rapinam diuinitatis arbitratum fuisse, qui tam facile maiestatem deponebat, confidentia plenus facile ad illam rediturus. Videte qualiter in mundum expeditus, & nudus ingreditur. *Ego pono animam meam à meipso,* certus neminem pallium subfuraturum, *& nemo tollit eam à me*; pergit ad crucem: *pono animam meam*, & consummato opere, *& iterum sumam eam*, venit circuncisionis implenda lex, & diuinitus allatum nomen Angelo tradit, deponit maiestatem, & de more puerorum legem adimplet: statim autem resumit nomen, *quod vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur*; quibus planum fit gloriam, & diuinitatem non rapuisse, qui nec timidè possidet, nec formidolosè deponit. Admonent hæc omnia proceres, & nobili loco natos, vt confidentissimè grauitatem deponant, existimantes nullam dignitatis iacturam facere, cùm in loco, veste, salutatione submissiùs se gerunt; locus enim, & vestium ornatus ab ipso nobilitantur, qui libentissimè cedit: sin minus quasi furto sublata videntur; quæ timidè conseruantur, sanctus enim Dauid regiam togam exuit, & nudus coram Dei arca saltat, & summus Imperator Christus nomen, gloriam, & decorem in cruce deponit, sciens, quia iterum sumet eam. Hæc OEcumenius*: *Vbi aliquis aliquid rapuerit, non vult illud deponere, veritus ne sibi pereat: at vbi quis naturale habuerit, & proprium, libens illud deponit, nouit enim, quòd vbi libuerit, rursus ipsum accipiet.* Sequitur,

P. Maldon. Ioan. 3. Ibid. 10. 18.

5.

Luc. 2. 21.

Nobiles faciliores & humaniores sunt.

* Cap. 3. ante medium.

6. *Sed semetipsum exinaniuit.* Nequaquam cogitatione comprehendimus in quantam se demiserit humilitatem, nisi Dei altitudinem contemplemur, qui (vt ait Dionysius[a]) *omnino permanet*, & ecce illius vitæ numerantur dies octo; *incomprehensibilis*, & ecce nomine comprehenditur; *neque sensus eius vllus est*, & ecce habitu inuentus vt homo; *neque operatio*, & ecce circunciditur; *neque nomen*, & ecce vocatur nomen eius; *neque sermo*, & ecce omni linguæ præcipitur, vt confiteatur nomen eius, & omne genu flectatur; & vltra hæc omnia serui formam induit, & carnem passioni, & morti obnoxiam. Signum enim circuncisionis erat quidem Israëlitis Abrahæ filiis, filiorum Dei insigne, quo ab Ægyptiis, & aliis Gentibus distinguebatur. Quare dum populus per deserta longè ab aliis gentibus degebat, non opus erat circuncisionis signo insigniri; quia periculum non erat commiscendi se cum aliis*: quinimmo cùm illos incredulos pœna, & ignominia voluit afficere, iussit ne circunciderentur, ne tanto honore fruerentur, qui à fide parentum suorum exasperantes Deum in deserto, discesserant, & Deum irritauerant. Quare his omnino extinctis, cùm à Iosue populus circunciditur, illa gratulatoria verba efferuntur, *Hodie abstulit opprobrium Ægypti à vobis*, sicut nouo signo filiorum Dei insignitis gratulatur Dominus: *para bien sea el habito ya no hay temer affrenta con la señal nueua que os he dado.* Verùm quod illis in peccato natis honos fuit maximus, tibi (ô mi Christe) ingens dedecus, & opprobrium fuit, cùm idipsum signum in remedium peccati traditum, quasi

Philip. 2. 7.

a De diuinis nomin. *Deus describitur.*

Altissima humilitas saluatoris.

* Sic Hieron. com. in cap. 5. epist. ad Galat. in fine. S. Isidor. lib. de Gentium vocatione cap. 16. S. Damascen. lib. 4. de fide cap. 16. S. Thomas 3. p. quæst. 70. art. 4. ad 3. P. Vasq. 3. p. com. 2. disput. 164. in opprobrium parentum voluisse Deum filios manere incircuncisos.

peccatorem designabat. Et non solùm seruum se profitetur, sed noua ratione (quam vnus Paulus potuit attingere) forma serui se seruum notis compunctum esse monstrauit. Agens enim Daniel de Antichristi bello, variisque tormentis, quibus ad se pertrahere homines, vel saltem afficere conabatur, ait: *Ex eruditis cadent multi, vt conflentur, & eligantur, & dealbentur*, notas referens, quibus inuri, & notari solebant serui ab antiquis, & cùm se vilissimum Christi seruum & gloriari, & profiteri vellet, se omnium notatorum seruum appellat, dicens, *De cætero nemo mihi molestus sit, ego enim stigmata Domini mei in corpore meo porto*: asserit enim his verbis iam de illo, & de sua libertate actum esse, *ya yo estoi rematado por esclauo*, ne mundus putet me posse in suum Dominum traducere: ita enim sum Christi, vt à quolibet iudice comprehendi possim, nec à meo me Domino subducere: *qualquier Alcalde de Aldea me podra prender; veis, que lleuo la señal de cuyo soy?* Formam ergo serui accipere filium Dei, pro nobis id præstitit, vt à quolibet iudice, etiam Gentili Pilato posset comprehendi, & ad crucem trahi, quæ maior demissio seruatoris?

Cap. 11. 16.

Galat. 6. 17.

Et habitu inuentus vt homo. Quid Rhetoricæ est in hac tua elocutione Paule sanctissime? quæ verborum collocatio? quare prius formam serui accepisse asseris, quàm hominis? contrario quidem modo Orator dicit, *formam hominis, immo & serui assumpsit*; ita dicendum foret, minimè ait D. Paulus: multum fuit enim, & maximi habendum est serui formam sumpsisse, forma verò forma est, & exterius signum, in quo si persisteret, non multum erat. Verùm ô Dei amor, non tantum placuere signa, sed humanitatis, & doloris experimenta, non persona contentus est, & veste, sed passibilitate, mortalitate, & sanguinis effusione, *habitu inuentus vt homo*. Prodit eques ad torneamentum equestre hastis iustis, & equo certaturus, & in scommate, & depictis insignibus seruum se palàm profitetur, *esclauo soy*: mentitur tamen, & litteris opera contradicunt; procedit enim equo, armis munitus, instrata equorum splendent, turmæ famulorum comitantur insignibus, & vestibus venustissimis ornatæ, ac denique victor euadit, spectatorum laudem, præmiumque reportans. Non satis Christo fuit se verbis, & forma seruum compellare, *sed habitu inuentus est vt homo: apeose, y allanose con el hombre, y tomò su seruidumbre, y esclauitud.* Peregrinatur nobilis quidam Romam, vestibus mutatis, saccum induit & asperam togam; verùm aspera vestis non pungit, interiùs enim vestes gerit byssinas, & sericas, quæ corpus fouent, atque defendunt: Christus verò sacco ipso nostræ humanitatis pungi, & vexari voluit, *habitu inuentus vt homo.* Vrget frigus nocte intempesta recens nata membra delicata, terræ, hyemisque tempestatem frigidam experitur, qui terram palmo dimetitur, panniculis inuoluitur, qui pugno mare comprimit, & palmo cælum circuit, & continet, durum præsepe sentit fame vexatus, dulce lac exquirere, matrem & vbera expetere, cogitur. Quid dicam, gladius circuncisionis hodierna die ausus est carnem sanctissimam cædere, & de suo sanguine iam hominis debitum numerat, & dies illi dicitur, in quo vsque ad vltimum quadrantem æs alienum, quod ille non contraxit,

7.

Philip. 2. 7.

Cum forma simul experimenta mortalitatis assumpsit.

Simile.

Simile.

Verè languores nostros tulit Christus.

8. xit, in cruce soluturus est: *vt homo*, vt infirmus, vt æger, qui non fingit, aut simulat ægritudinem, sed verè illi tamquam ægrotanti missio sanguinis, & venæ scissio præscribitur: verè enim seruus, verè æger, verè homo haberi voluit, *qui vere nostros languores ipse tulit, & labores nostros ipse portauit: no se contentò con la diuisa, verdaderos fueron los dolores.* Illud tamen verbum expendamus, *inuentus vt homo: hallado como hombre en el traje.* Fertur communi, sed minus probanda sententia; Deum, quando sententiam dixit in Adamum, hominis formam induisse *; quasi adumbraret ex tunc, & experiri vellet, quod postea reuera facere cogitauerat, sicque facilis erat sensus illorum verborum, *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*; & cùm exules faceret parentes, hominis forma apparuisse, ex Augustino referunt, sed immeritò Augustino, & Ambrosio hæc sententia tribuitur: at verò in his locis licèt humana tectus forma apparuisset; nomen tamen, verba, & opera Domini, & creatoris erant, sicque dum hæc de Deo referuntur, nomen illud ineffabile Adonai auditur, nec omnino hominis forma personatus incedit: hodie tamen omnino tectus, omnino humanitate indutus prodit; nam ante circuncisionem nomen non illi imponitur, sed subticetur, cùmque habitus esset hominis, lex illum, vt reliquos aggressa est: *atreuiosse le la ley, porque no le conociò.* Canis vobis est ad domus custodiam, acris, & immanis, qui, si domum per diem reuertitis, & vos cognouerit, accurrit citissimè, & ore, cauda, corpore blandiri, & assentari solet: at si contingat aduentare vos nocte intempesta, galero appresso, & facie obuoluta, pallio inuolat, & inuadit, vt dentibus impetat; acclamatis vos, siste, siste, herus tuus sum, serò locutus es, quare de multa nocte venis? Obseruabat ædes Synagogæ canis circuncisionis, omnem incircuncisum ingredi non sinebat, sed vt externum reputabat, & agnoscebat neminem nisi domesticos, venit Dei filius, & Synagogæ Dominus nocte, *dum nox in suo cursu medium iter perageret*, & pallio obuolutus, *habitu inuentus vt homo*, adoritur illum lex, momordit, siste canis; est enim *nomen eius Iesus*: serò iam venit nomen: *hablarà antes*, accessit prius circuncisio, quàm nomen, & morsu carnem Seruatoris euulsit.

Isai 53.4.

* Citatur Eugubinus in Psal. *Domine probasti me* August. in Gen. Ambros. ad Colos. 1. Verùm istā opinionis nouitatē vt absurdā, & auctore bono desertam reiicit P. Pereira tō. 1. lib. 4. in c. 1. & 2. Gen. in illa verba, *Faciamus hominem*, &c. in fine.

Gen. 1.26.

Simile.

Sap. 18.14.

9. Verumenimuero pœnam temeritatis suæ dependit circuncisionis lex, & altum Dei consilium manifestatum est, hoc enim facto finis legis, & testamenti sanguinis factus est. Quis, rogo, valeat numerare tot occisorum animalium sacrificia, tot boum mactationem in Salomonis sacrificio, ex quibus tanquam fluminis aquæ, profluebat sanguis, quis poterit tantum sanguinem restringere, & cohibere? nemo equidem, nisi legislatoris, & filij Dei sanguis. Contingit autem hîc, quod in vulnerum curatione; nam cùm chirurgus vulnus curatum venit, attrectat carnem, quòd si iam putridam, & contagione, & tabe quasi emortuam videt, dissecat sine pietate, & misericordia partes, vsque dum nouacula viuam carnem attingit, ibique sistit. Peccati serpens contagio in omnes homines, omniaque reipublicæ membra progressa fuerat, in quorum remedium mors diuersorum animalium præscripta erat, alia pro sacerdotum violatione, alia pro coniugum infidelitate, & zelotypia, cùmque malum percrebuisset, lex sine misericordia de more chirurgorum, sacerdotes, viduas, leprosos, primogenitos, peccatores animantium occisorum cæde puniebat, & quasi putridam carnem dissecabat; hodierna tamen die, qua salus mundo erat affulsura, viuam, sanctam, & immaculatam carnem, dum lex attigit, & dissecuit, sanguis omnis cohibitus est, & illud *Eccli.* 44. non dissimili sensu adimpletum est, *in carne eius* (nempe Abrahæ) *stare fecit testamentum:* stare enim in sacra Scriptura sistere significat; in carne etenim huius filij Abrahæ sistere fecit sanguinis fluxum, & animalium mactationem legis, cultrique lapidei, quibus circuncisio fieri solebat, à vero Iosue sepeliuntur, & munere fungi vlteriùs prohibentur, & stetit lex, & testamentum sanguinis in sanguine Christi: *ideo habitu inuentus vt homo*, legem autem abrogauit vt Deus.

Abrogatio circuncisionis.

Simile.

Illa denique verba, *qui cùm in forma Dei esset*, ostendunt etiam, ideo maiestatis splendorem abscondisse, vt Patris gratiam erga homines, & hominum animos conciliaret: secus enim si in maiestatis diuinæ splēdore mansisset, *non rapinam arbitratus est*, id est, vt explicat D. Maximus, non feliciter animos hominum lucraturus existimauit, si in forma deitatis apparuisset, *sed semetipsum exinaniuit*, vt habitu hominis animos hominum conciliaret: *tuuò por cierto, que no robarà coraçones, si en resplandor de gloria apereciera* *. Parentis verò gratiam sic hominibus promeruit sua abiectione, vt magnifica illa verba Pauli semel, & iterum manifestant. Primò cùm ad Hebræos [a] scribebat: *Cùm clamore valido, & lacrymis exauditus est pro sua reuerentia,* quæ verba si de oratione, & genuflexione Christi in horto coram Patre facta intelligas *, perspicies facile vna erga Patrem reuerentia omnium principum adorationem, omnem exaltationem sibi meritissimè impertitam: principes enim etiamsi erga suos, vel in iustitia administranda, vel in muneris sui dignitate tuenda, grauitatem non debent remittere, seueritatem, compositionem non ambitiosam, sed grauem adhibere, ne *seducti in stultitiam humilientur*, vt ait Ecclesiasticus [b], *porque so color de humildad no incurran en tonteria, y vajeza*: erga Deum autem, erga Ecclesiam, & religionis actus exercendos absque iacturæ timore se gerat; non enim in discrimen vocatur auctoritas, cùm à subditis princeps Deo humilis, & deuotus, ac pœnitens apparet; sicut Dauid saltans coram Domini arca [c], & cùm orauit pro filij salute [d], sicut etiam rex Niniue coram omni populo pœnitens, vt bene notauit S. Maximus [e], & quod maius est, Nabuchodonosor casus, pœnitentia, restitutio, & restauratio ad regni sedem (sine vlla principum, & curæ existimationis iactura) perfecta est [f], nulla alia de causa, nisi quia Deo reuerentia exhibita non deturbat à sede, nec obscurat gloriam principum, quinimmo adauget, & illustrat. Secundo loco Christi exaltationem prædicat D. Paulus, dicens: *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen*; quibus verbis nimiam demissionem, nimiam exaltationem indicat: primus enim gradus humiliationis fuit, cùm Deus esset,

10.

Attraxit homines ad sui amorem.

* Simile quid refert Tacitus lib. 1. annalium fecisse Caligulam hoc nomine, & caligarū vsu, quibus milites infimæ notæ vtebātur, qui caligati dicebātur, omnium voluntates ad se pertraxit.

a Cap. 5.7.

* Sic intelligit P. Ribera in Epist. ad Hebræos.

Facilitas principum.

b Cap. 13.10.

c 2. Reg. 6.

d Ibid. 12.

e Hom. in litaniis & ieiuniis.

f Dan. 4.33. Vide Maldonatum.

Philip. 2.9.

Humilitas Christi.

11.

ſet, nomine inſigniri, Deo enim vtpote ineffabili, & incomprehenſibili nomen imponi nequit [a]. Sic autem eius gloriam, & maieſtatem iam comprehendimus, vt vidiſſe teſtetur Ioannes gloriam, & Verbum manibus contrectaſſe, ac proinde etiam nomen illi impoſitum. Ex hac prima humiliatione oritur ſecunda: opus enim fuit nomine diſtinguere eum, qui iam inter homines degebat, & multis inſtar hominum, indigebat: *nomen autem eſt, quaſi notamen: vna ſeñal, y nota de particular ſer de vna coſa*; ille ergo, qui omnium perfectiones continet, & cui opus non erat nomine, qui limitari nequibat [b], abyſſus infinitæ, & interminabilis eſſentiæ [c], limitatam, & finitam naturam aſſumens, nomine iam ab aliis homunculis diſtinguitur. Hinc etiam oboritur tertia humiliatio: nominum enim impoſitio ſubſtitutio eſt pro rebus, quas (vt ait Philoſophus [d]) adducere non poſſumus ad ſcholas, ſicut colludentes calculos pro nummis aureis ſubſtituunt: *la pequedad de las coſas attenidas à tiempo, y lugar particular obliga à ponerles nombre.* Deus ergo ille, qui omnem locum adimplet, omne tempus prætergreditur, qui iam ſtabulo, & præſepio continetur, cuius iam octo exacti dies numerantur, nomine proprio vocatur. Ex hac tertia humiliatione ad quartam deſcenſus fit: nominum enim impoſitio, dominij ſignum eſt [e], noménque recipere ſeruitutis ſignum, nec pluris habetur nomen, quàm perſona: quare eidem homini, vt notauit Philo [f], cui poteſtas in omnia animantia data eſt, eidem imponendorum nominum facultas eſt præſtita, moſque [g] fuit regum Chaldæorum, quos in ſeruos ducebant, nouo nomine compellare; Deus autem ille dominantium Dominus ſic ſe vſque ad formam ſerui exinaniuit, vt nomen illi Dominus eius imponat Saluatoris, & Ieſu Nazareni, quo nomine miniſterium huius ſerui denotatur. Sat eſt Domine, ſat eſt, quouſque tua procedet abiectio? accedat ſummus ille artifex

12. exaltãdi humiles, & vno, eodémque nomine Ieſu ſuperexaltet filiũ ſuum: *Propter quod, & Deus exaltauit illum.* Primò exaltauit illum nomine *Ieſu*: nam ſi nomina [h] Dei ex ordine ad res, & facinora diuina ſumenda ſunt, nullum opus Deo, & hominum commendatione dignius Verbi incarnatione, & humana redemptione; quia, vt ait Auguſt. [i] *gratia Dei non potuit gratius commendari, quàm quòd Dei filius humanam aſſumeret naturam*, &c. ideo nullum nomen ineffabilem Deum ſic explicat, ſic commendat: quare Iſaias [k] *admirabilem conſiliarium* appellat, & Eccleſia audito tanto nomine ſemper admirabunda, vel caput inclinat, vel genua flectit: & quia ſe in numerum hominum retulerat, & ſuam perfectionem proprio nomine limitatam oſtenderat, *propter quod exaltauit illum:* ideo nomen *Ieſu* Chriſto tribuitur, in quo incomprehẽſibilis poteſtas etiã ſuper alia nomina eluceat, ita vt in nomine Ieſu dæmonia eiiciantur, & ſigna, & prodigia fierent per nomen ſanctum filij ſui, quod ſubodoratus eſt Iſaias dum illum *Deum fortem* appellat; & quia ſe in ſingulari natura loco, & tempori limitauerat, & adſtrinxerat, *propter quod* iuſſit Pater, *vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, & omnis lingua confiteatur: que en cælo, tierra, y infernos ſea Ieſus adorado: quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.* Et Iſaias propter hoc *Patrem*, non vnius ſæculi, ſed *futuri ſæculi* nuncu-

a Ariſtot. illius nomen eſt, cuius poteſt eſſe & formari conceptus. Plato in Cratil.

b Lact. lib. 1. diuin. inſtit. cap. 6. ex Triſmegiſto. Deo igitur nomen eſt; quia ſolus eſt, nec opus eſt proprio vocabulo, niſi cùm diſcrimen exigit multitudo, vt vnãquãque perſonam ſua nota, & appellatione deſignes.

c Verba ſunt Damaſceni lib. 1. cap. 12. *Ego ſum qui ſũ*. ſignificat abyſſum, infinitum, & interminabilem ipſius eſſe: at iam nomine terminatur.

d Ariſtot. Cùm res ad ſcholas adducere non poſſumus, vtimur terminis pro rebus.

e Chryſoſt. hom. de laudibus Pauli. Damaſc. lib. 2. cap. 30. & Hier.

f De hom. opificio.

g Hieron. in Daniel.

h D. Thom. 1. p. & 13. art. 1. Bonauent. in 1. diſt. 22. cum Alber. & Dion. c. 4. de cæleſti Hierarchia.

i Lib. 10. de ciuitate Dei, cap. 29.

k Cap. 9. 6.

Ieſus nomen inſtauratio diuini honoris.

Philip. 2. 10.

pauit: & quia ſe ſeruum Patris oſtenderat nomine accepto ad inſtar ſeruorum, ideo nomini Ieſu imperium, & dominationem adiudicat, & ab Iſaia vocatur *Princeps pacis*, & ſicut duces ab illis regionibus, quas ſubiugarunt, cognomina ſortiuntur, ita Chriſtus Dominus *Ieſus* nuncupatur; quia per ſalutem, & redemptionem mundum Patri ſubiecit, ſibique nomen Saluatoris peperit: ideo cauſam tantæ exaltationis aſſignans Paulus humilitatem ſerui præmittit: *propter quod & Deus*, &c.

Finis iam litis adeſt: quid enim non perficit patientia? quid non pacatum reddit humilitas? quos nodos non ſoluit amor? agè de ſolutione cogitemus. Quid petit Deus, vt ſoluat homo? ſit ita *hagaſe el deſembolſo*, accedit Chriſtus (ait Rupertus [a], & Bernardus) qui numos in ſacculo portat, in ſacratiſſimis venis pretioſum ſanguinem: ecce Pater, numera tu, qui ſolus infinitus es, infinitum valorem; hic enim, qui vt puer patitur, vt Deus pretium, & valorem infinitum impertitur; quare cumulatiſſima ſolutio facta eſt. Quando in ratiociniis ratiocinator quod ſupereſt enumerat, cùm ſignum, vel numerus ſuperior maior eſt, debet: *Quando va vno contando, y el numero de arriba es 8. y no pago abaxo ſino 4. paga 4. y deue otros 4. pero ſi abaxo pone 16. y arriba era 8. paga 8. y quedanle deuiendo* 8. Sicut ſi littera ſuperior eſt octauus numerus 8. & quod ſoluit quartus 4. ſoluit equidem quatuor, ſed alia quatuor debet: ſin verò inferior numerus maior ſit, vtpote 16. ſoluit octo, & debentur illi octo. Dum peccati debitum ſolutum non erat, numerus etiam erat, etſi non propriè infinitus (quia peccati malitia propriè infinita dici nequit) at incomparabiliter omnia, quæ ſubiiciebantur, ſuperabat: mors enim Abel non erat condigna ſanctitas Enoc, Noë, & Abraham, iuſta, & æqualia nequaquam erant: quare ſemper à nobis maior, & plena ſolutio exigebatur: *quedaiſme a deuer hombres, pagadme.* At cùm filius Dei ſupra menſam dolores, mortem, ſanguinem, & merita exſoluerit, quæ à diuina perſona dignitatem ſumebant, non ſolùm quod iuſtum erat, ſed vltra hoc infinita merita dependit, quæ infinitè omne debitum exceſſerunt: ſoluit igitur homo abundè ſatis. Soluat ergo nobis Deus Pater, placet, ait Pater, omnia in vno nomine Ieſu vobis reddo: *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod*, &c. Quid expetebat Synagoga? Meſſiam verum Deum? ecce Dei filium vnctum præ participibus ſuis, & ineffabili Dei nomine nuncupatum. Quid optabat gentilitas? hominem Deum? Ecce tibi, ſatis probatum, plorantem, & vagientem, hic luget mater, illic æternus nomen imponit Pater, hiſque lis hæc dirimitur, ſola Chriſti circuncitione placatur Deus, lætatur homo, quòd tandiu ſolutionem expectarit Deus, & libentiſſimè acceptarit. Sicut cùm capitali odio inſequebatur Saul Dauidem, forte tamen factum eſt, vt cùm Saul montes, ac valles tranſcurreret, vt illum interimeret, Saul in 14.
ſpeluncam, vbi Dauid latebat, incidit. Poterat equidem Dauid à tergo aduerſarium perimere, litémque componere: at ingenuus, & ſtrenuus dux tacitus diſtricto gladio particulam chlamydis diſſecuit, liberúmque vnctum regem abire paſſus eſt: cùm verò Saul vitam pro morte ſibi impendiſſe Dauidem, & tantilla veſte contentum,

Cap. 9. 6.

13.

a In cap. 1. Ioan.

Cumulata ſolutio Chriſti & exuberans omne debitũ.

Litis dirimendæ ratio.

tentum, viuum dimisisse, se debitorem prædicans pacis fœdera stabiliuit. Reges erant duo etiam dispares dignitate, at non dissimilis omnino Deus, & homo, qui capitali odio dissidebant: verùm diuina benignitate factum est, vt in vna materni vteri Mariæ spelunca, in idem suppositum conuenirent. Poterat equidem tunc humanam reliquam naturam nō sibi copulatam morte sempiterna damnare, dum saltem in filio habitum hominis inuenerat: hodie tamen districta lege circuncisionis particulam chlamydis discidit, hoc solo contentus, vt benignus, & misericors cognoscatur, & homo salutem gratis datam gratuletur. Et vt pactum stabilitum valeat in posteros, Lucas, qui à diuinis secretis est, compellatur, vt scriptis mandaret, litigantes in summam consensionem venisse, hac ratione: Statuimus, & declaramus nos teneri ex nostra liberali promissione adimplere, quæ Abrahamo promisimus, nec solutio longiùs protrahatur, *postquam impleti sunt dies octo*, hominem etiam nobis satis superque dependisse filij Dei sanguine, nunc & in cruce profuso, *vt circuncideretur puer.* Declaramus similiter eum Deum verum esse diuino insignitum nomine, vt arrideat Synagogæ, & placeat Messias, *vocatum est nomen eius Iesus*, & de nostra auctoritate præcipimus imponatur, & seuerè indicimus perpetuum litigantibus silentium sub pœna æternæ vitæ, & supplicij inferendi ei, qui de nostra hac sententia, & infallibili veritate dubitauerit, vel ad alium iudicem appellauerit, testibus adhibitis Angelis, *quod vocatum est ab Angelo*, de iussu superni Regis. Sanctus Lucas *cap.* 2. Secretarius.

Pacis stabilita forma & ratio.

Luc. 2. 21.

Ibid. 21.

15\. Qua ratione tamen litem hanc composuit puer, & ab incunabulis sententiam secundùm se pronunciari effecit? Egregiè quidem interrogas, sed vno Euangelistæ verbo responsum accipe. *Postquam consummati sunt dies octo*, &c. ideo nempe; quia *grauitatem causæ, discrimen impendens, breuitatem temporis, & litigatoris munus* melius, quàm omnes percallebat: agebatur enim de humani generis salute, quod negotium tanta cura confecit, vt triginta, & tribus annis pro illo inuigilauerit, dies, noctésque sedulò huic vni negotio excubauerit: quid enim si contra te pronunciaretur sententia? Vidistine vnquam (ait Augustinus [a]) litigantes expectare sententiam? *Vltimam sententiam, quam dicturus est iudex, in tabella descripturus manu sua, partes non audiunt: attonita sunt ambæ partes, atque suspensæ.* Certè homo non est, qui hanc sententiam non reformidat (ait Augustinus) *quam voluit nos latere in hac vita*: tanti ergo negotij curam, quam tu non gerebas, suscepit Iesus; litigatoris etiam munus expleuit optimè: in tribus enim consistit, si matures gressus, si labia compescas, & crumenam exhaurias, Hispanus: *el passo largo, la boca cerrada, la bolsa abierta.* Hæc tria sedulò adimpleuit puer: *exultauit enim vt gigas ad currendam viam*; crumenam exhaurit octauo die, & infantium more nec fatur, nec negotium aperit, sed præ solicitudine, vt litigator manè exilit, & à præsepio ipso surgit, & suam tarditatem taxat, *& nunc quid mihi est hic? en que entiendo? como me duermo en las pajas?* Quiesce Domine, aliena causa est, pereat homo: haud quaquam (ait puer) statim *postquam consummati sunt dies octo*, &c. Præter hoc au-

Puer qua ratione litem diremit suo sanguine.

a Sermone quodam de tempore.

Litigator noster Christus

Psalm. 18. 6.

Isai. 52. 5.

16\. tem, & temporis breuitati consulit, & occasioni, quæ plurimum valet in negotiis agendis, protinus enim ac octo dies explet, sanguinem fundit; quorsum puer sanctissime hæc tua festinatio? quò progrederis tam celeri gradu? Comparo me (ait puer) vt rem grandem perficiam, in quam omni festinatione accelerare oportet. De sole dictum exultauit vt gigas; quia vna hora, ex quo in Oriente apparet, excurrit 380026. leucas: siste sol, quo tam celeriter in ipso horizonte properas? duodecim supersunt horæ, quas lentiùs potes excurrere: minimè (ait sol) hoc mihi licet, ideo enim quàm ocyssimè curro; quia horam Occasus signatam habeo, & obseruat mundus, & periti Astrologi in chartis præscriptam habent. Hoc idem domi contingit vobis. Ciuis quidam accinctus ad iter familiam exsuscitat multo manè, sarcinas apparat, induit calcaria, omnes properare cogit; quid hoc Domine, quò tendis? quare sic properas, vt primam leucam percurras? Non ego, ait, excurrere contendo primam leucam, sed vltimam, hoc opus, hic labor est. Consimile quidem est, quod Redemptori euenit: vltimum enim vitæ sanctissimæ momentum ita ex Patris præscripto, & vtriusque voluntate saluti nostræ exequendæ statutum, & præsignatum erat, vt eo momento deficiente, hominum salus imperfecta maneret. Quare, etsi vt amorem ostenderet, octauus dies, & triginta anni opportuni erant, at vt opus suum expleret, opus est non ad octauum diem, sed ad vltimum vitæ momentum, mentem, gressus, celeritatémque intendere: ad negotium enim adeò magni momenti, quódque in puncto consistit, & in momento, à quo pendet æternitas, summis pedibus incedere, currere, & aduolare ab incunabulis Deo opus est, posito iam æterni Patris decreto, & pacto; quid ad hæc piger? abi, lætare iuuenis in adolescentia, in sella aurea conside, ociare, poteris post multos annos salutem operari, quam ille gigas, ille omnipotens, ille qui tuo negotio incumbit, ab incunabulis orsus est, dies præterire noluit, sed statim ad mortem properare.

Simile.

Vt circumcideretur puer. Circuncisio signum erat (vt vidimus) filiorum, & seruorum Dei, qui stigmata Domini sui præferrent in corporibus suis: tu verò puer sanctissime, qui agnus immaculatus es, quare designari, & signo mortis inuri pateris? non sat fuisset intento postea digito Baptistam te commōstrare, dicentem: *Ecce Agnus Dei*, &c. Respondet autem Princeps noster his octo diebus, neque reliquis vitæ suæ non ideo hæc facere, neque sanguinem fundere, vt eius merita augeantur, etiamsi augeatur humana perfectio, nobis enim quotidie maius augmentum meritorum fit; Christus verò omnia simul peperit merita, eo nempe instanti, quo Verbum caro factum est, tot habuit merita, quot in die, qua in cruce mortem obiit: nulla enim accessio tanto merito vsquam contingere potuit, etiamsi infinitum erat quodcunque opus [*]. Ergo mi Princeps meritorum ditissimus es, iam ingentes aceruos congessisti, vt mundi peccata persoluas, quiesce, vtere lucratis iam, ne mox effundas pretiosum sanguinem, nec mensurabiles facias dies tuos. Volo tamen (ait puer) vt illud *ecce* Ioannis attendant homines, & iam nunc à puero vocari, & digito commonstrari incipiam. *Ecce Agnus Dei: este es el pagador,* 17.

Ioan. 1. 29.

* P. Vasq. tom. 1. in 3. p. disput. 6. cap. 3.

Cur ab omnibus discerni voluit Christus agnus Dei qui tollit peccata nostra.

gador, el hijo de Dios. Primò vt homo iam credat me Redemptorem venire, quod ex vno tantùm facinore sensualis homo fortè non perciperet, nec immensam peccati malitiam, nec ingentem meritorum, & gratiæ cumulum, quæ illi opus erant. *Simil.* Qui in regia curia amicos habent, ab illis mox litteras accipiunt, quæ leges, aut pragmaticæ latæ sint, & in foro palàm multis audientibus indictæ, quædam in agricolarum fauorem, quædam ad prauos vsus tollendos. Quid si Princeps natus est? statim aduolant nuntij: hi autem, qui de populo vulgares sunt, omnino leges ignorant, vsquedum aliquem agricolam à vinculis absolui vident, & è contrario nobiles vident in carcerem duci, quia contra legem egerunt, vel subitò vinctos omnes ferro solui omnium lætitia, & gratulatione pronunciatur: nulla meliori ratione Christus palàm

18. mundo facere poterat Redemptorem esse, quàm cùm effundens sanguinem, latronem, & Magdalenam inferno, & dæmoniis soluit, & nobilem illum populum cæcitate occasionaliter afficit, & regno priuat: nunc planum fiet me Redemptorem aduenisse Dei filium, dum diuersos actus ago miserationis, præcipuè cùm sat mundo fuisset, vel pallea ex præsepio, vel gutta sanguinis à meo corpore manans. At nihilominus ne mundus tanti Redemptoris ignarus sit, subitò post dies octo sanguinem meum sumat, *Ioan. 14. 32.* *vt cognoscat mundus quia diligo Patrem, surgite eamus* ad crucem; mox sanguinem fundamus: soluantur innocentes pueri omnes è carcere, vt Redemptorem cognoscat cæcus ille populus. O vox grauissima, admirandaque, filius Dei cùm sit puer iste, sic signa accelerat, quibus dignoscatur: vos, qui nec estis, nec signa filiorum gratiæ vlla præfertis, quando rem tantam aggrediemini? quando difficilem hanc picturam, & similitudinem filiorum Dei perficietis? Vide quanta opus est industria, vt puer formandis litteris operam det, digitos ligare, tribus tantùm tenenda penna occupatis, aptare calamum, exemplar illi proponere ad corrigendam, & emendandam paginam, vocare, exprobrare, obiicere lituras, characteres discrepantes. Exemplar meum, ô puer, hanc tibi formam litterarum proponebat? cur non illud intuebaris? afficieris flagris: *que la letra con sangre entra.* Si verò seni viro diceretur, vel moriendum, vel subitò scribendam illi tabulam, aut membranam formulis variis accuratè, politè, & eleganter expressis, plenam, & quæ palàm in claro lumine poni posset, quomodo, etiam ad vitandam mortem, frigidi, & stupentes digiti indocti omnino sumendi pennam sine lituris ad æquabilia spatia, rotundam litteram, solutam, scholasticam,

19. aliásque multiplices formas effingeret? Filius Dei, quem ludimagistrum instituebat Pater, & Saluatorem animarum nostrarum, legi membrorum astringitur, & ligatur arctissimè caro eius, & cùm vna tantùm littera ש, nomini sanctissimo superaddenda sit, sanguinem fundere præcipitur, & vox illa auditur, *que la letra con sangre entra.* Quid tibi superest faciendum homo? quando tandem perficies formam non litterarum, sed similitudinis Dei? qua fronte corrigendam paginam ad magistrum deferes? *Ardens moriendi desiderium Christi.* duris, ni fallor, flagris afficieris. Puerum autem istum ingens moriendi desiderium tenuit, eáque de causa mox Redemptoris nomen assumit: vt quid enim in apice crucis inscriptio illa apparuit, *Iesus Nazarenus*, &c. *Ioan. 19. 19.* Certè quod in infantia ille scriptum reliquerat, in virili ætate maiusculis characteribus scriptum apparuit: nam si aduertas, quando erumpit ex radice germen arboris, etiamsi tenerrimum sit, & surculus paucorum foliorum, idem tamen perseuerat, & crescente arbore, ipse semper summitatem tenet; *el cogollo, que nace primero, esse està siempre en lo alto.* Quare si contingat aliquid in ipsis tenerrimus foliis imprimi, post longa tempora ipsum in ipsis ramusculis sublimioribus impressum apparebit: existimo equidem prima Dominici sanguinis effusione, ex rigato naturæ trunco erupisse surculum crucis, & prima folia prodiisse; *Erumpit crux primò in circuncisione.* quare nomen idem, quod Christo Domino circunciso inscribitur, idem ipsum postea in titulo crucis suprema arboris parte visum est, non secus quàm cùm puer cultello aliquo in populo*, quæ iuxta flumen est, tenera, & infima, characteres incidit, & nomen inscribit suum: nam post multos annos, cùm populus augescit, in celsissima parte arboris grandiores litteræ apparent, & nomen palàm ab omnibus prospicitur. Idem puero nostro contingit nostræ salutis percupido, qui in primoribus folliculis, & virga crucis erumpente cultello circuncisionis Iesu litteras incidit, quod postea 20.

** Como el que escriuo en el alamo blanco, que despues de mucho tiempo halla las letras altas, y crecidas.*

nomen grandioribus characteribus videtur in cruce suffixum, *Iesus Nazarenus: porque desde niño començò à ser Redemptor, y parecer que lo era en nombre, en sangre, y en piedad: ab initio creuit mecum miseratio*, *Iob 31. 18.* & humanæ salutis desiderium. Quare cùm summo desiderio tenerentur Prophetæ huius salutis, huius fontis sanguinis Christi, suauissimi nominis recordatione exultabant. Isaias felicitatem Ecclesiæ prædicens nomine fontium, & fluminum sæpe sæpius decantat *cap. 41. v. 18.* & alibi, *Aperiam in supremis collibus flumina, & in medio camporum fontes. Haurietis aquas de fontibus Saluatoris*, &c. Cùm autem fontem inueneritis, *confitemini Domino,* *Psal. 104. 1.* reddite gratias Redemptori, *& inuocate nomen eius; y llamadle con su nombre? qual? Iesus, Iesus:* hæc enim inuocatio omnium sæculorum, & afflictorum solatium est. Quare cùm Abacuc vitæ *Cap. 3. 18.* ærumnas seruos Dei superare describeret, hoc vno nomine ter inuocato significat: *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo,* vbi (vt notauit Procopius) ter nomen Iesu nuncupauit, quasi qui iam prospexisset salutis, & gaudij fontes. Sicut nauigantes, qui iam terram prospiciunt, inclamant *tierra, tierra, tierra*; & Virgilius,

Italiam, Italiam, primus conclamat Achates;

21. sic Propheta nostram felicitatem prænunciat, iterans, *Iesus, Iesus, Iesus,* en fontes, en flumina, ecce mundi salutem. Ideo nomen istud Redemptoris Moysi aperuit; *ero qui ero*, Redemptor nempe populi mei; pòst tamen Iosuè Moysi successori, qui Christi figura fuit, ac postea filio vnigenito indidit, in die quando alligauit vulnus populi sui, & custodis, & Samaritani nomen, & officium assumit; pòst verò quia in cælum erat ascensurus, sicut matrem virgini Ioanni, Ecclesiam Petro, à quo ardentiùs diligebatur, sic gemmam hanc, & liquorem purissimum Paulo Apostolo concessit; quare illum summa cura elaborauit *luce diuina*, vt operis

perfectio

perfectio conspiceretur; *paraque se viesse el esmero de la obra*, luce cælesti circumfulsit, cæcitate percussit, vt in sublimia perscrutãda attolleretur: ac denique sicut vas laboribus, & morte confregit; tamen sicut doliolũ, quod vnguento conseruando vel pretioso vino delibutũ est, etiamsi frangatur, quælibet pars seruat odorem: sic Paulus etiam truncato capite in ore Iesu, Iesu, Iesu odor, & fragrantia sentitur; post Paulũ verò multis, sed præcipuè B. Ignatio conceditur colendum, adorandum, & in totum orbem à se suisque sociis deferendum, vt vera salus, vera emundatio sordium per sanguinem Christi omnibus detur. *Sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, vt seruiamus Deo viuenti*, cum Patre in sæcula sæculorum, Amen. Heb. 9. 14.

DIVINA IVRA SERVARE, SVPREmaque legis præceptis obtemperare, Infantia in cunabulis simul cum lacte docetur.

INSTITVTIO VI.

23. TESTES inuoco hodie cælum & terrã, quòd proposuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem. Eligite ergo vitam, vt & vnusquisque vestrûm viuat, & semen suum. *Ecce ex his notum est regi* (inquit Ambr.[a]) *non solùm Deum mandasse, sed etiam mandata sua custodiri nimis præcepisse. in paradiso quidem mandauit Adæ vt custodiret mandata: sed fortasse non mandauerat nimis custodire, & lapsus est.* Tu verò, ô mi Homo, amentiam illam primam ne imiteris, audi me Dei verbum, Deique sapientiam, non exhortantem solùm, sed persuadentem, nam solùm tibi vitam & mortem in quolibet mandato proponam, sed te tuámque in hoc verbo substantiã essentiámque consistere probabo. *Deum time, & mandata eius serua, & hoc est omnis homo, & cuncta quæ fiunt, adducit Deus in iudicium pro omni errato.* Quod quàm à paterno affectu procedat, disce ex Dauide, qui eisdem pænè verbis rem istam suaserat: *Seruite ei* (Deo) *corde perfecto, & animo voluntario; omnia corda enim scrutatur Dominus, & vniuersas mentium cogitationes intelligit.* Præterea etiam, vt suprà vidisti, paternus est ille affectus, qui aiebat, *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos.* Parens enim nequit, etsi cuperet, felicem sortem, & bonorum copiam filiis in posterum seruare perpetuam, potest tamen timoris disciplinâ imbuere, in qua vna omnium bonorum aggregatio sita est: in eo enim depulsio est peccati. *Timor Domini expellit peccatum*; con-

24. uersio ad meliorem frugem. *Qui timet Deum, conuertetur ad cor suum.* Affluentia bonorum temporalium, *Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum*, &c. *gloria & diuitiæ in domo eius.* Et Salomon, *Timor Domini apponet dies, spes autem impiorum peribit.* Felix ex hac vita exitus. *Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur.* Addit insuper, *mandata eius*; nam vt te ad obseruantiam alliceret, authoritatem præcipientis attexuit. Sicut cùm quis regia authoritate legatur, regia diplomata profert, & exhibet authoritatem. Ad hoc tonitrua, ad hoc nebulâ operuit montem, ad hoc territus est populus, vt maiestatem legislatoris reuereatur, & post vnumquodque verbum nomen Dei affigitur, *ego Dominus.* Nec enim hinc leue sumitur argumentum obseruantiæ, quod Gentilis homo perpendisse & proposuisse videtur: nam cùm Dominus vellet monstraret descendere in domum Centurionis, obstat ille pulchra ratione; *nam & ego homo sum sub potestate constitutus*, & nihilominus mihi ita ad nutum obtemperant milites, vt dicam huic, vade, & vadit, & illi, veni, & venit: tu ergo qui sub nullius es potestate, sed verè Dominus es, non sub delegata potestate sicut ego, poteris etiam infirmitati præcipere, & ægritudinem pellere, etiam dum absens es. Inde igitur ratio premitur, *ego sum Dominus*, qui eduxi te de terra Ægypti, diuisi maria, congregaui aquas, ferrum ab aquis ascendere iussi, ignem refrigerare, aquam lambere; & hi sunt serui mei sensu vitáque carentes, mihi tamen obtemperantissimi: tu ergo rationis particeps mihi Domino non solùm in iis, quæ secundùm naturam sunt, sed in his quæ supra naturam, deberes obsecundare. Age ergo; nam non solùm tibi consona, tibique opportuna præcipio, sed ea, in quibus tu totus, & vniuersa tua vita naturaque consistit; *& hoc est omnis homo*, perfectio nimirum hominis: vel vt alij, *totum hominis*: *el todo del hombre.* Hæc est ratio, & sapientia hominis, nam per inobedientiam *comparatus est iumentis*

25. *insipientibus, & similis factus est eis.* Fit verò homo per obedientiam, ita vt etiam ad bene

Margin notes: Deuter. 30. 19. — a In Ps. 118. versu 4. — Paterna exhortatio ad obseruantiam mandatorum Dei. — THESIS. — 1. Paralip. 28. 9. — Eccli. 1. 27. — Ibid. 7. — Timor Domini. — Psal. 33. 10. — Prou. 10. 27. — Eccli. 1. 19. — Vita in obseruantia legis consistit.

bene ciuiliterque viuendum praestet haec obseruantia; ideo ait Deut. 4. 6. *& obseruabitis, & implebitis opere. Haec est enim vestra sapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersa praecepta haec dicant: En populus meus sapiens & intelligens, gens magna*; in hoc enim beatissima respublica describitur, & vera dignitas hominis, etiam humana & naturalis, declaratur: imò, vt ipse Dauid fatetur, *Testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum iustificationes tuae.* Felix transtulit: Mandata tua solatia mea, & iustificationes tuae viri consilij mei. Tot mihi à consiliis viri erant, quot habebam praecepta Decalogi, eósque pro opportunitate consulebam; quid petit putida caro alienam vxorem? & quid tibi videtur nouum praeceptum? quid cupiditas postulat, vt nimiae exactiones à populo extorqueantur? dicat septimum praeceptum quid liceat regi? Hinc fit vt ipsa lex accuset, sententiam ferat, & puniat transgressores, vt ait Iacobus, *Redarguti à lege quasi legis transgressores.* Ideo Ambros.[a] *Lex factum damnat.* Et Chrysostomus, *Ipsa quidem lex redarguit praetergressionem, gratia autem soluit.* Vnde notauit Alcuinus, & D.Hieron.[b] *Praecepta Dei testimonia appellari, vt homines intelligant* (inquit Hieronymus) *se coram testibus deliquisse; lex enim Dei testimonium perhibet contra praeuaricatores*; & Christus Dominus in eodem sensu dixit Moysem accusaturum Iudaeos; quia videlicet ex ipsius libris sunt conuincendi in iudicio de incredulitate Messiae, & de praeuaricatione praeceptorum. Causa autem damnationis manifesta est, ait Hieron[c]. *Quid enim tam superbum, ingratum, &c. quàm illius praecepta despicere, qui ideo aliquid imperat, vt causas habeat remunerandi? neque enim obsequij nostri Deus indiget, sed nos illius indigemus imperio. Mandata eius desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum, in custodiendis illis retributio multa: idcirco illa immensa bonitas Dei offenditur, quia etiam per tanti praemij detrimenta contemnimus.* Sententiam denique & poenam transgressorum legis Paulus contenta voce denuntiat. *Tribulatio & angustia* (à Deo tribuitur) *in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primùm & Graeci* (hoc est, Gentiles.) *Gloria autem, & honor, & pax, omni operanti bonum, Iudaeo primùm & Graeco.* Et benè quidem tribulatio & angustia in poenam dantur; haec enim maximè congruunt peccato: nam si ossis vnius pedis, aut brachij, à propria sede diuulsio talem dolorem affert, qui nec fomentis, nec vnguentis, nec vittis, nec blando lecto leniri aut mitigari possit: si ergo sic dolet os extra locum suum, ratio extra rationem, mens extra mentem, anima à creatore diuulsa, quo dolore putas conscientiam miseram vexabit? quis maior potest fieri cruciatus, quàm hominum à seipso, à suo esse, & natura diuellere? nam in hoc homo est aliquid reputandus, si rationis sit compos; quare reliquis bonis ablatis, tamen manet homo, homo verò sine lege, sine ratione, sine Deo, qualis per peccatum fit, à seipso deficit; vide qualis dolor, qualis angustia? Quòd si vrget ratio & natura, & poenam comminatur, audi in primis Ioannem, *Haec est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt.* In primis enim ipsa Veritas affirmat, *Iugum meum suaue est.* &, *verbum propè est in ore, & in corde tuo.* Quare Basilius impium asserit dicere impossibilia spiritus praecepta; Augustinus etiam[d] negat praecepisse Deum homini, quod esset humanae impossibile voluntati. Rursus[e], *Omnia facilia sunt charitati, cui vni Christi sarcina leuis est, aut ea vna est sarcina, quae leuis est. Secundùm hoc igitur dictum est, in hoc est charitas, vt mandata eius custodiamus.* Illud certè aegrè ferendum, si Deus praecepisset, vt diuites essemus, aut vindictam iniuriarum sumeremus: at verò, diligite proximum, eius iniurias condonate, *grauia non sunt.* Dices tamen; at saltem angusta sunt, & insuauia praecepta. Fatuus quidem error imperitorum, qui nullam in diuina lege latitudinem cordis existimant esse, nisi transiliant metas, & per amoena & vetita prata diuagentur. Certè, ô viri, *angustiamini in vobis*, vos fingitis angustias, & persuasio nostra nimia & acrior videtur; quia de recuperanda valetudine vestra agit. Sicut aegroto contingit, cui nullum posset obuenire nuntium magis faustum, quàm audire, *vis sanus fieri*? nihil facilius persuaderi potest, quàm valetudinem rem esse summae laetitiae, & oblectationis: verùm, haec quae praescribis, aspera sunt, missio sanguinis, sitis inexhausta, fames insatiabilis, amara potio. Ita quidem verum est: sed expecta, obsecro, veniat bona valetudo, & suauis erit cibus, dulcis potus, quietus lectulus, omniaque laetitia salutis perfundentur. Certè, ô Homo, per peccatum ad mortem aegrotasti, cui nihil opportunius potuit obuenire, quàm Deum te rogare, *vis sanus fieri*? Credis insuper rem esse laetissimam salutem? credo libenter, inquit Dauid, *redde mihi laetitiam salutaris tui.* Sit ita verum, opus est poenitere, lectulum lacrymis tuis rigare, decem praecepta obseruare, aspera quidem sunt: sed

Vide Corn. in Pentateu. Deut. 4.6. — *Vera sapientia obseruatio legis.* — 16. — Cap.2.9. — a Lib. de fuga saeculi cap.7. — b In Psal. 118. — *Lex testis delinquentium.* — Ioan.5. — c Tom.1. epist. ad Celantiam. — *Ab vtilitate.* — *A comparatione.* — 27. — 1.Ioan.5.3. — Matth.11.29. — Deut.30.11. — *A facilitate.* — d 1. De peccat. meri. & remiss. c.3.& cap.6. — e De natura, & gratia cap.69. — *A contrario.* — *Simile.* — 28.

modò curaris, semel enim obtentâ & recuperatâ valetudine, *lætabor, & exultabo:* quare? quia *reddidisti mihi lætitiam salutaris tui. quiere decir con la salud me vino el buen sabor de la penitencia y de la ley: y asi mas alegre vino agora con ceniza en la cabeça, con azotes en las espaldas, que antes con corona y ropa real*; sicut paralytico illi nulla leuior vnquam sarcina fuit, quàm grabatum, quia antea infra se habebat, sed ægrotabat; nunc verò licèt supra se tollat, tamen sanus est, & dedit illi Christus lætitiam salutaris sui: nunc ergo de curando & instituendo te agendum est, & decem illæ ab Augustino [a] protensæ chordæ pulsandæ.

a De decem chordis cap. 9.

29. *Diliges Dominum Deum tuum*, &c. eminentissimæ virtutis charitatis præceptum est; quod tamen in propria institutione de Deo vnicè diligendo, quæ est 42. persuadebimus.

Deut. 6. 5.

Thema.

Non vsurpabis nomen Dei frustrà: &, Ante omnia autem fratres nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neque quodcumque iuramentum. Sit autem sermo vester, est est, non non, vt non sub iudicio decidatis. S. Cyrillus [b], & Clemens [c], Tertullia. etiam [d], explicant, *non assumes* horribile nomen Dei in sculptilibus, *in vano*, hoc est, in idolo. Sed S. Thom. [e] censet hoc secundo præcepto solum periurium propriè & directè prohiberi: quare ex Hebræo ita vertas: *Non assumes nomen Dei tui ad mendacium.* Theodoretus autem *Exodi 20.* & passim Doctores censent, hîc non solùm periurium, sed omnem irreuerentiam & abusum diuini nominis vetari. Declarat autem verba præcepti Iacobus, & Iacobum Augustinus [f]: *Ante omnia autem nolite iurare. Quare ante omnia? an iurare peius est quàm furari? quàm adulterare? quàm hominem occidere? Absit. isto verbo quod ait, ante omnia, cautos nos facit aduersus linguam nostram, vt attendatis præ cæteris, ne subrepat vobis consuetudo iurandi. Cùm tibi creditur iuras, & cùm nemo exigit iuras; vix es sanus non peierando.* Quibus verbis proiectam & temerariam nostri sæculi iurandi & peierandi consuetudinem breui sermone descripsit, quam vtpote publicam testantur viæ, plateæ, tabernæ, iudicia, tribunalia, mensæ, ludi; cælum denique & terra conspurcati nominis Dei iniuriâ contaminata. Cùm enim iurare res sit, quæ, vt virtus sit, multis indiget conditionibus, in tantam prolapsi sumus amentiam, & insanum abusum sacramenti, vt paueat animus cogitans, hæreat lingua infanda crimina iamiam referre parans. Quis iurat? omnes, vbique omni tempore, super omni re, necessariâ, superfluâ, verâ, falsâ, iustâ vel iniustâ. Quis iurat? omnis ætas, omnis sexus, senes ob grauitatem, viri ob fortitudinem, iuuenes ob elegantiam & audaciam; pueri vt viri existimentur, fœminæ ob leuitatem & libertatem; fœminæ, inquam, quas magis decet silentium, pudor, laxatis habenis loquacitatis in turpissima iuramenta labuntur. Et vbi iuratur? imò vbi non? in stabulo, in taberna, in ciuitate, & in agro, sine tecto, & in regali aula, atque palatio. Super quibus iuratur? De omni re est iuramentum, inquit Chrysost. *Vt olera emas, & calceamenta, pro modico argento vocas eum in testimonium. por vna lechuga que compras, por vn par de zapatos que conciertas, por vn real trahes a Dios por testigo,* vt solem oriri affirmes, vt cælum obductum nubibus asseras, vt optimas tibi chartas inter ludendum obuenisse testeris, *viue Dios que tengo primera.* Quis dicat iurandi modum? & non implendi iurata morem? Quoties iuratur sine consilio, iudicio, reuerentia? ob alapam, quam puero irrogant, diabolicâ consuetudine rapti? Quoties sine veritate? nam si omnia sine delectu iurantur, & pleraque earum mendacia sunt, & falsa, vtique falsa etiam erunt iuramenta. Quoties iniusta confirmantur sacramento? quæ & numero plura sunt, quàm iusta, & frequentiora, vindicta, turpitudo, ludus? Quot, quæso, vtuntur honore sacramenti, vt eo quasi pallio fallaciam contegant, & operiant iniquitatem? Quot iuuenes falsis promissionibus simplices virgines fefellerunt, fidem non liberarunt? & illæ quidem fatuæ & insipientiores, quæ se falli sinunt, & postea non habuisse intentionem, petulanter & ignoranter iactant. Iuramenta illa insuper, quæ solenniter exhibentur à gubernatoribus, rectoribus, iuratis, deputatis, medicis, aduocatis, consiliariis secundùm legem 21. *tit.* 23. *lib.* 4. *recopilatio.* Qua ratione obseruantur? mitto illa, vtpote obsoletiora, sed eiusdem obligationis, quæ fiunt à Doctoribus, scribis, tabellionibus, visitatoribus, custodibus montium, qui ita peruersè maiestate iuramenti vtuntur, vt consultius fore putent nunquam ab eis exigi iuramentum. Quid si adeas tribunalia, quis veritatem iurat? aut vbi desiderantur testes falsi in omnia parati? aut quo pacto delictum probari potest, quia nemo est qui iuret? Quis denique non impunè recessurum speret, vbi percrebuit impia illa & pænè hæretica vox in bonum amici licitum esse peierare? Quæ lites,

Ibid. 5. 21. Iacobi 5. 12.

Explicatio thematis.

b Lib. 4. in Ioan.
c 6. strom. ante finem.
c Lib. de idololatria, cap. 20.
e 2. 2. quæst. 122. art. 3.
f Serm. 28. de verbis Apost. & serm. 30.

Declaratio maior. Aliam declarationem vide Paëz in Iacob cap. 5. versu 12.

Applicatio doctrinæ.

30.

Digitized by Google

lites, qualia testimonia, quantæ iniustitiæ ex hoc peruerso iurandi modo manarunt? O malorum proluuies! ô respublica in sempiternum collapsa! ô meam audaciam, qui vnicâ persuasione tanto malo subuenire contendo: non te Chrysostome patronum tantùm inuoco, sed te reuerendum & tremendum mei IESV nomen, oleúmque diuinum, quo diuinitus ensem verbi tui temperandum spero, illóque munitus irrumpo.

31. Probatio à rationibus.

Arcet te à iurandi consuetudine primò Sacramenti maiestas. *Quid enim est, iuro per Deum* (inquit August. [a]) *nisi testis est Deus?* concessum quidem in magnis negotiis iurare, Paulo, imperatoribus, regibus, & Pontificibus, ac Doctoribus, quando inaugurantur: sed quibus conditionibus, quo fine? *vt sit omnis controuersiæ finis*, ait Paulus. Et Ierem. *Iurabis: Viuit Dominus in veritate, & in iudicio, & in iustitia.* Tres quidem conditiones, quas Thomas [b] requiri cum reliquis Theologis statuit, & Hieronymus *ibidem* comites iuramenti vocat. Prima veritas est, quam confirmat iuramentum, proindéque vbicumque in iuramento deest veritas, etiamsi super leuissima re inferatur, vt ait Caietan. aut sub dubia re iuretur, peccatum lethale est, cùm infallibilis veritas adducatur impudenter in testem mendacij. Porrò iusta debet esse materia, & honesta; quid si iniqua, si turpis? Tertiò denique cum iudicio debet fieri, idest, debitâ & prudenti consideratione, non in vanum, vt docet textus *Deut.* 1. & hîc *Deut.* 5. Rogo tamen, quis non ab omni iuramento abstineat, cùm ita facile sit temerarium, leue, spontaneum, & contumeliosum iuramentum effundere, vel peruersâ iurandi consuetudine sponte maiestatem Dei contemnere passim in rebus leuissimis, & frequenter in falsum, vel sine consideratione; quod perinde est assumere? *Nemo benè iurat* (ait Ambrosius [c]) *nisi qui potest scire quod iurat: iurare igitur, indicium scientiæ, testimonium conscientiæ est:* hinc etiam planum fiet, cur tam seriò Deus omne iuramentum nobis vetuerit. *Ideo Dominus, qui venit docere paruulos, imbuere nouos, informare perfectos, ait in Euangelio, non iurandum omnino, quia imperfectis loquebatur: voluit enim te non iurare, ne periures.* Secunda ratio à frustrato fine iuramenti sumitur, authore Philone [d]: minor enim fides adhibetur his, qui crebrò iurant, *quasi euicturi sint crebris deierationibus, vt sibi credatur. Fatui qui non intelligunt consuetudinem crebro iurandi argumentum esse perfidiæ, non fidei dumtaxat prudentiorum iudicio.* Tertia ratio est à diuina authoritate desumpta: sed quæ antidotum afferet simul ex ore Chrysostomi [e] appositâ similitudine, *Ciuitatis balnea Rex obstruxit, & lauari iussit neminem, & legem transgredi ausus est nemo, aut factum incusare, aut consuetudinem pretendere: verùm & ægri, pueri, & senes, & mulieres partus doloribus solutæ voluntarij & inuiti mandatum hoc sufferunt, & neque morbum, neque consuetudinis tyrannidem, nec aliud quidquam prætendunt: ni alegan necessidad, ni costumbre, sed contenti sunt hac vltione, quia maiora timebant mala. Vides quia vbi est timor, facilè soluitur consuetudo; etiamsi valde diuturna sit, & necessaria. Atqui non lauari graue, non iurare verò valde facile, & nullum affert nocumentum, nec corpori, nec animæ. Quomodo ergo non absurdum iubente rege difficillima sustinere, Deo verò statuente etiam facilia deridere. Non exhortor ne in tantum salutem nostram contemnamus, sed timeamus Deum sicut hominem timemus. Ecce* (inquit Augustinus) *vobiscum viuimus. Quis nos audiuit aliquando iurantes? nunquid non consueueram aliquando iurare? at vbi legi, & timui, luctatus sum contra consuetudinem. Inuocaui Dominum adiutorem, nihil mihi facilius est, quàm non iurare. O si Deus timeatur! ô si periuri expauescant, & lingua frænatur, veritas tenetur, iuratio tollitur.* Verùm si te difficultas non absterret à iurando, si facilitas labendi in grauissima crimina non cohibet, si in libro diuinæ iustitiæ tot pœnæ, & sempiternæ plagæ præscriptæ sunt, & denunciatæ iurantibus, si vox sanguinem eorum, quos læsisti, infamasti iuramento, non compescit, & sollicitum facit, memor esto saltem reuerendi illius, & celebrandi nominis *Iesu.* Si enim mulier illa nurus Eli sacerdotis (cui nulla fortè fuit pietate similis) inter gaudia partus faustissimi, & inter dolorem mortis mariti proximè ipsi denunciatæ, id solum doluit, & hoc verbo spiritum exhalauit; *Capta est arca Dei Israël.* Vocetur puer iste Ichabod, *Translata est gloria Domini de Israël:* quasi diceret, non est æquum me viuere, vbi tanta gloria in manus barbarorum deuoluta est. Rogo ergo vos Angeli, qui ad tanti nominis maiestatem genua flectitis, nunc maximè, dum tristem eius apud barbaros peccatores captiuitatem defleo, laudetis vos, & qua dignum est reuerentia, colatis; tribus enim modis dehonestari solet persona grauis, vel cùm in spurcissima loca, impura, & indecentia inuehitur; sicut cùm à tyrannis Martyres in teterrimos carceres, vel Virgines in meretriciam domum inferebantur, vel prauo-

Margin notes (left): a De verbis Apostoli serm. 28. Heb. 6. 16. Cap. 4. 2. b 2. 2. quæst. 89. art. 3. Alias rationes vide in Busæi Viridario, verbo Iuramentum, Mensa verbo Iuramentum. B. Chrysost. hom. 9. in Acta ad populum hom. 27. & hom. 15. c Serm. 14. in Psalm. 118. 106. Iurani & statui custodire. d Lib. de specialibus legibus in principio. e Hom. 14. ad populum. Multa afferri possunt exempla, vide in Speculo exemplorum. 1. Reg. 4.

Margin notes (right): A comparatione. 32. Ad exempla. Confirmatio & expolitio.

rum hominum societate, qualiter noster Christus inter latrones crucifixus est. Vel denique cùm vilioribus officiis, & ministeriis addicitur, vt consingendis lateribus Israelitæ. Omnibus modis, ô summa deitas! omni probrorum genere, ô suprema maiestas! mei Iesu nomen dehonestatum video; trahitur enim per spurcissima & teterrima loca vsurarum, & dolorum receptacula, mensas, plateas, tabernas, conuiuia, stabula, turpitudinis lectulos. Comites eius sunt fures, homicidæ, ludus nempe, ira, rixa, gula, & turpis halitus, & singultus corrupti ventris, & petulantes ac impudicæ cantilenæ, nullâ inter nomen Dei & dæmonis distinctione factâ. Pre-

Apostrophe, seu exclamatio.

33. tiosa quæque, vtputa calicem in profanos vsus transferre, sacrilegum est. Quid si casulâ, vel aliquo ex sacris paramentis quis noctu obuolutus, concursaret? & tu nomen diuinum, oleum diuinitatis, ornamentum gloriæ, decus filij Dei, vbicumque iaces? qualicumque ore iactaris? in quodcumque ministerium assumeris? ab illo ob auaritiam, ab alio ob contentionem, hic vt arrogans, iste vt iustus videatur, & purget se à turpissimo crimine nomine sancto tuo, quasi panno menstruatæ abutatur? O crimen! ô nefas! non impunè abibis. Erubesce os, erubesce homuncio, erubesce Christiane. Vide. *Ecce*, inquit Zacharias, *volumen volans; & dixit ad me: Quid tu vides? & dixi: Ecce ego video volumen volans; longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum; & dixit ad me: Hæc est maledictio, quæ egreditur super faciem omnis terræ, quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur; & omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur.* Principio enim obserua magnitudinem voluminis conuoluti, sed longissimi, quia secundùm mensuram erat delictorum: dixerat enim Isai. 28. *Et ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura* *. Et Deuter. 25. *Pro mensura peccati sit & plagarum modus: y para que penseis, que por ser muchos no se dexan de escreuir vuestros juramentos.* Volasse autem videtur [a], & egressum fuisse à domo Sanctuarij, quia iudicium incipit à domo Dei, vt supplicium de sacerdotibus, Deóque maximè coniunctis hominibus sumptum est priùs, & vt notum sit falcem illam, seu volumen prius resecare, & damnare iuramenta presbyterorum, quàm profana & sæcularia. Vide Concilium Carthaginense IV. *cap.* 61. constituit clericum per creaturas iurantem grauiter obiurgandum esse, & si in vitiis perstiterit, excommunicandum: quod

Increpatio.

Ab authoritate Prophetæ.

Cap. 5. 1.

* Ita Ribera, Chrysost. & P. Prado in Ezechiel.

a Lyra, Sixtus Senensis lib. 2. Biblioth.

34. decretum videtur desumptum ab Augustino [b]. Venit igitur volumen *in domum furis*, sed non ibi permansit, sed venit *ad domum iurantis*, quasi ostendens, non tantam tamque odibilem culpam videri plagiarij, & grassatoris publici viarum, quàm blasphemi & peierantis, & addit, *& commorabitur in medio domus eius, & consumet eam, & ligna eius, & lapides eius:* quia pœna non transit sicut hospes à domo istorum, sed tanquam Dominus, sic inueterascet diu, vt nihil ibi reliquum faciat à vastitate & incendio [c]. Et est sanè mirifica exaggeratio diuinæ vindictæ, quæ sic grassatur in sceleratorum domo, sicut ignis in arida materia. Quod etiam *Eccli.* 23. scribitur, *Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga*; & videtur alludere ad pœnam illam extremam, qua crimen læsæ maiestatis puniri solet; vbi ita domos sternunt, complanántque solo, vt ex eis nihil reliquum præter scelerum monumenta sint, vt notauit Abulensis [d]: & seminabitur sale, sicut fecisse videtur Deus multis in locis [e]. O crimen nulli nisi totius orbis peccato comparandum! cùm deductis aquis pro sale propter peccata hominum orbem deleuit Deus mundum. *Posuit terram frugiferam in salsuginem à malitia inhabitantium in ea* [f]. O tremendum supplicium, quo non aliter domus iurantis, quàm templum Dei propter peccata euertitur, & quasi sale aspergitur! *Spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum. Ite in domum meam in Silo, & videte quid fecerim ei. Succendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius* [g]. *Quis quæso labor iuramentum fugere?* (ait Chrysostomus [h]) *nunquid opus est pecuniis? num sudore & ærumna? satis est tantum velle, & actum est? Si verò mihi consuetudinem obiicis, propter hoc ipsum maximè meritum esse dico; si te namque in aliam transtuleris consuetudinem, totum præstitisti. Cogita saltem, quòd apud Gentiles multi balbutientes multa meditatione linguam sibi claudicantem correxêre.* Quam si superaueris consuetudinem, quàm dulcis erit tibi impensus labor? quantas Deo & mihi referes gratias? Id fatetur August. *Iurauimus & nos, pas-*

b Ser. 3. de verb. Apost.

c Vide Chrysost. hom. 15. & 19. ad Populum.

Epiphonema.

d In cap. 9. Iudic. q. 45. & Psal. 106.

e Vide P. Gaspar Sanchez in c. 5. Zach. n. 12.

f Ierem. 7.

Exhortatio.

g Thren.

h Hom. 28.

A contrario.

35. *sim habuimus istam teterrimam consuetudinem, & mortiferam. Dico charitati vestræ: ex quo Deo seruire cœpimus, & quantum malum sit, in periurio vidimus, timuimus vehementer, & veternosissimam consuetudinem timore frænauimus, frænata restringitur, restricta languescit, languescens emoritur, & mala consuetudini bona succedit.* Ac denique fit, vt si rarò, debitísque circumstantiis iuret, inquit Philo [i], *quidquid vir bonus asseuerat, etiamsi*

Conclusio.

i De specialibus legibus in principio.

etiamsi non iuraret, credi deberet, cùm verbum eius firmum sit, ac rigidum, nullo mendacio flexile. Christianus ergo (ait Augustin.[a]) *verum loquatur, neque iurationibus crebris, sed morum probitate commendet veritatem*, vt sic lingua ad diuinas laudes data, auctorem suum ea tantùm ratione testem adhibeat, qua sibi fidem Deo comparet æternam gloriam. *Epilogus.*

a Lib. 1. de ser. Domini in monte.

Deut. 5.12. *Obserua diem sabbati, vt sanctifices eum.* Thema erit huius persuasionis Exodi 31.13. 36.
Videte vt sabbatum meum custodiatis, quia signum est inter me & vos in generationibus vestris, vt sciatis quia ego Dominus qui sanctifico vos. Explicatio fiat ita, quotiescumque sabbato vacaueritis à laboribus corporis, recordemini quàm sim de vobis bene meritus, cùm vos mihi populum peculiarem sanctificauerim, hoc est, vt ait Chrysost. selegerim, atque meo cultui dicauerim, vt sitis non modò gens inclyta, sed electa & sancta. Applicatio doctrinæ fiat ex his, quæ habet Paez *de gratitudine, cap. 1. epist. Iacobi.* §. 6. & infrà, *Quod si Deus.* Alia quamplurima à Cornelio posce in Deut. 5.12. Rationes; fiat probatio ista ex his quæ habes *disc.* 163. Alia ratio à bono delectabili: ait enim, *Sabbata mea dedi eis*, vbi obseruatione dignum est pronomen *mea*, id est, meas ferias & delitias. Diem septimum, in quo olim quieueram ab opificio mundi, illis volui mecum esse communem, vt hac ratione meam felicitatem, quæ in meiipsius contemplatione consistit, illis quadamtenùs impertirer. *Mea etiam sabbata* commemorat, vt videant, alia præcepta, alios quoque homines naturæ legem edocuisse, non occides, non mœchaberis: at sabbati obseruandi legem non natura magistra, sed legislatio sanciuit; nulla enim alia gens hoc otium obseruabat, *& hoc est in signum*, vt videat Christianus à se signum fidelis abiicere, cùm festa non colit. Qualia autem debeant esse festa Christianorum, describitur à Nazianz[b]. vbi ait: *Feriari nostrum nihil aliud est, quàm in thesauro pectoris nostri aliquid earum rerum, quæ non transeunt, recondere.* Voluit insuper, vt nouo lætitiæ genere lætaremur, non quod ex operibus nostris oritur, sed quod ex operibus Dei, & mysteriorum contemplatione prouenit, in quibus requiem Dei experitur animus. Et in hoc sensu explicat Aristobulus apud Eusebium[c]. *Requieuit Deus die septimo*, hoc est, requiescere fecit, vt mos est sacræ Scripturæ, potiatur *sabbato meo delicato.* A comparatione, & ab exemplo. Ex exemplo Iacob fieri debent rationes, citato loco *disc.* 163. Confirmatio, & expolitio, & exclamatio fiat petita ex ingratis animis otio diffluentibus in chartis, vel aleis, aut in choreis inhonestis, ebrietatibus, comessationibus, aliisque peccatis & vanitatibus transigunt. Grauiter prohibet hæc Concil. Tolet. III. *cap.* 22. & in eos etiam detonat Malachias cap. 2. *Ecce ego proiiciam*, &c. supplicia denuntiantur à Ierem. cap. 17. *Si non audieritis me.* Exhortatio fiat ex præmio & fructu colentium festa, vt describit Isai. cap. 58. *Si auerteris*, &c. *& sustollam te super altitudines terræ*, &c. id est, vt contemnas omnia terrena, & cum Paulo reputes stercora, *& cibabo te hæreditate Iacob patris tui*, id est, replebo te spiritualibus bonis in hæreditate cælesti. Adiiciam insuper temporalia bona, vt promisi *Leuit.* 16. 2. *&* 4. & gratiam insuper, & gloriam.

Thema. *Probatio à ratione.* 37. *A comparatione. Confirmatio. Expolitio. Exclamatio.* *Ab authoritate Propheta. Exhortatio.* *Epilogus.*

Vide P. Prado.

b Oratione 4. contra Iulian. & oratione in sancta lumina.

c Lib. 3. de præparat. Euang.

Honora patrem tuum, & matrem tuam. Explicatio. *Honora* primò amando, secundò reuerentiam internam & externam exhibendo, tertiò obediendo, quartò iuuando, *vt longo viuas tempore:* nam licèt citò moriatur, ait Abulensis, diu tamen vixit, qui honorauit parentes, quia tempus mensura est actuum, non otij: vnde *Sap.* 4. dicitur, *consummatus in breui expleuit tempora multa.* Hieron. solidiùs de vita cælesti explicat, ad hæc habes rationes *disc.* 46. qui enim non explet hoc mandatum, frustrà esse in mundo, & in vanum recepisse vitam ostendit, dum obligationem non sentit, nec defert ei honorem, à quo genitus, vel in hanc lucem editus. Plaga hæc non pauperum solet esse, sed diuitum; vel quia iam hæreditatem adire cupiunt, vel quia asperum est eis obtemperare. D. Hieron. & Glossa in illud Isai. 14. *Tu autem proiectus es de sepulcro tuo*, asserunt, filium Nabuchodonosoris (qui nempe per septem annos à throno in campum relegatus bouis instar fœnum depastus est) cùm post annos regni verè mortuus est, formidantem ne quid noui miraculi eueniret, & hæreditas deferretur, à sepulcro extulisse, & sic laceratum auibus disiecisse. Post mortem etiam peccatur contra parentes, dum nec legata, nec postremæ eorum voluntates, nec sacrificia explentur. Vide ad hoc *institut.* 55. Irriti etiam labores parentum, & ingrati filiorum animi describuntur *discursu* 32. *puncto* 3. & ex hac descriptione fiat confirmatio, exclamatio: increpatio autem ex loco Prou. 30. *Oculum, qui subsannat patrem, & qui despicit partum.* Septuaginta, *senectutem matris suæ*, &c. Exhortatio fiat ex doctrina, quæ est in locis citatis, &c.

Thema. Explicatio. *Probatio à rationibus.* *Ab exemplo.* *Increpatio.* *Ab authoritate.* *Exhortatio, &c.*

Vide Corneliū Deut. 5. 16. & nouem benedictiones morigeris filiis promissas quas affert Gen. 9. 23. & 26.

Hieron. Ephes. 6. In exemplum reuerentiæ Maria sanctissima proponitur à Hieron. *quando vultu læsit parentes*; nam vt ait Ambros. lib. 8. in Luc. *solo vultu læditur pietas, & obedientia.*

38. *Non occides.* Explicatio. Vetat hîc Deus iniustam hominis occisionem, qualis ea est, quæ fit priuata authoritate, nisi fiat ad necessariam sui suorúmve tutelam. Item verbera, rixas, & iram, quæ sunt quasi viæ ad homicidium; vide D. Thom.[a] pulchrè homicidij, & aliorum vitiorum, quæ hîc vetantur, deformitatem describentem. Augustinus insuper[b] vbi affert verba *Ioan. 1. can. 13.* homicidam vocat qui odit proximum; quod peccatum deuorant, qui odio interiore ardent, cùm verè ab Spiritu sancto homicidæ dicantur. Rationes desumendæ sunt ex *discursu* 34. 35. 36. Comparatio, est Basilij, qui irascibilem potentiam cani comparat, qui gregem custodit; quæ licèt erumpat in vindictam, subdita tamen est, sicut canis pastori, nisi pastor sit, qualem videas in desertis & pascuis, rusticus, tardus, bardus, caputio appresso capiti, sagi manicis, & baculo, peráque occupatissimus; qui cùm fundam habeat in cingulo, & canes in iter agentes quasi in lupum lacerandum incurrant, & cùm furiosos videt, barbarus à longè blandè & morosè ait, exi hinc, *sal aqui.* O rustice, ad quid vox, ad

39. quid baculus, quorsum appensam habes fundam, nisi vt præsentaneam mortem & vorationem huius viatoris prohibeas? Canis est, ô homo, irascendi facultas, & tuus proximus non est lupus; tu qui pastor es, cùm deuorare cupit, cohibe: nam etsi primus ille iracundiæ impetus naturalis sit, erit postea peccatum, si ratio non frænet & arceat à vindicta. Exempla peti possunt ex inimicitiis Caini & Abel, vt habes verbo *Homicidium.* Confirmatio, expolitio, &c. fiant ex verbis Prophetæ, *Conuersum est cor meum, non faciam furorem iræ meæ, non conuertar vt disperdam Ephraim; quoniam Deus ego sum, & non homo:* modò verò meliùs dices, *quoniam Deus ego sum, & homo*, qui pacem veni mittere in terram. O quàm bene pacem misisti Domine, sed nobis, tibi bellum, tibi plagas, tibi vulnera, & mortem adlegisti; sed hoc non vos, ô mortales, comprimit? non arcet à vindicta cor illud, & manus clauis ferróque confixæ? *Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime: huela la casa a hombre señor sepan que Dios es hombre, y que si no le quieren de paz á de venir de guerra. Quoniam Deus ego, & homo.* Sistite mortales, sit iam irarum finis, adest pax in terris, quam si non suscipitis, in caput vestrum conuertetur: sicut cùm inter duos rixantes nobilis vir pacem, ensem, vocem, & seipsum immittit, & pacem instanter rogat, vnus ex duobus ita inurbanus est, durus, agrestis & obstinatus, vt nec pacta pacis, nec personam reuereatur, tunc eques in ipsum iram ensémque retorquet, prouocat ad vim & ad arma, *yo os juro quo las haueis de hauer con migo.* Caue ne turgeas irâ in proximum, propter quem Christus mortuus est; iam enim sibi vindictam reseruauit, & dare locum iræ iussit omnipotentis Dei, qui tecum inimicè aget, quia amicam pacem contempsisti, satius erit cum Dauide ensem apud Deum habere, *fortitudinem meam ad te custodiam, tomad señor esta espada si filos a de tener, an de ser para mi cuello*, non verò vt proximum perimam; clamat enim contra me innocentissimi Abelis sanguis, clamant claui, (ait Bernardus) clamant vulnera, materna quidem lingua, qua vocor ad pacem, ad gratiam, ad gloriam.

Non mœchaberis. Explicationem & integram persuasionem continentiæ contra luxuriam habes *institutione* 40.

40. *Furtúmque non facies.* Explicatio apertissima est; vetatur enim hîc omnis illicita vsurpatio rei alienæ: in quo puniendo & expiando peccato plus negotij habent confessarij, quàm iudices; latent enim pleraque latrocinia, & infinitæ rationes furandi non nisi confessariis patent: & quidem eo grauiora furta fiunt, quò maior est dignitas officij & muneris, nam quæ à vulgaribus fiunt, viliora sunt. Caueant sibi ministri iustitiæ, habent enim quasi omnipotentem potestatem ad destructionem & desolationem. Tres vtique digiti satis fuerunt ad exauthorandum Balthasarem, hi coronâ, sede, vitâ, regnóque priuarunt, non alia ratione, quàm benè aptato calamo scribentes in pariete breuissima quidem verba: nam ad euertendam domum, ad exturbandum regem, regiámque domum tres tantùm digiti iam in republica regiam potestatem habent, ne dicam diuinam, nec longè abest loquendi modus, quo communiter dicitur *a fulano le han hecho la causa*, cùm videlicet scelus, aut delictum probatum est. Vereor tamen ne causa sit *facta*, quæ à *ficta* solo vno charactere differt, & facile penna ab vno in alium labitur, & eueniet quidem, vt causa & crimine illa omnino liber sit, & innocens. Calamus autem tribus digitis causam inuenit, vbi non erat. At fortè exemplum non suppetit? de Christo verè hora nona dixit publicè Pilatus, *Ego nullam in eo inuenio causam*, & hora vndecima sententiam contra ipsum dixit; & vbi est causa? recens quidem, & nunc denuò inuenta est, qualis? qualis scripta est in titulo,

Margin notes: Deut. 5. 17. — a In opusc. 7. — b In lib. regul. — A rationibus. A comparatione. — Irascibilis descriptio & frænandi ratio. — Ab exemplo. — Exclamatio. — Increpatio ab authoritate. — Exhortatio. — Epilogus. — Deuter. 5. 18. — Explicatio. Furtum. — Rapina. — Luc. 23. Matth. 2-

Digitized by Google

tulo, *& posuerunt causam eius scriptam*; & benè scriptam, vt causa mortis Christi scribenti tribuatur, qui tribus digitis potuit causam, vbi nulla erat, inuenire, & hanc iniquissimam, & turpissimam, *quia Regem se fecit. causa hechiza, hizieron le la causa de manos a boca*: quod Isai. vno verbo dixit, *de iudicio sublatus est, su causa ni fue oyda ni vista.* Aliud rapinæ genus tacere quis possit, etiamsi speciem miraculi præferat. Refert Ioannes 5. *cap.* cùm recubuissent quinque millia hominum, Christum in sacratissimas manus panes suscepisse, & gratias egisse ad Patrem. Nouum genus gratiarum ante prandium. Benedictio præmitti solet, verùm gratiæ non nisi post acceptum beneficium. Verùm teneo iam Christi mentem; certus erat de miraculo, & quasi factum putat, & refert gratias. Certè istæ gratiarum actiones anticipatæ nunquam mysterio vacant. Est nouum genus vendendi iustitiam, & munera, & expeditionem negotiorum: pretium autem vocatur gratiarum actio; certè quia certus est qui ambit miraculum patrandum esse: qua verò virtute id fiat, ipsi viderint. Aliæ multæ sunt rationes, & modi furandi, quos refert D. Thom [a]. Ego verò aduersùs omne istud rapinę genus insurgo. Vitiū istud profligandum est primò rationibus, primâ petitâ ab iniustitia, secundâ à turpitudine criminis, tertiâ à difficultate restituendi: ad quam perpendendam vide *discurs.* 130. vel 131. ad quæ adhibe verba Augustini [b] de difficultate restituendi. *Aliud est non incorporare, aliud incorporata restituere: illa enim quasi aliena reputantur, ista quasi membra præscinduntur. hacienda hecha y a carne y sangre mucho duele el restituirla.* Alias rationes cauendi furtum vide P. Mensa verbo *Furtum, num. 6.* reliquæ partes ad dissuadendum videndæ sunt in simili forma, quam præmisimus hìc de iuramento cauendo, *præcepto* 2. & de damno vsuræ vide P. Mensa *Furtum, num.* 12. Ambros. *de Tobia.*

Ministri iniusti.

[a] Opusc. 8.

[b] In Matth. 27.

Deut. 5. 18. *Non loquéris contra proximum tuum falsum testimonium.* A principaliori crimine falsi testimonij cætera quoque minora ei affinia intellige, qualia sunt ea, quæ per verba irrogantur proximo, *detractionem, contumeliam, irrisionem, susurrationem*, & omne linguæ abusum: hæc autem capita seorsim & sigillatim præcidenda, & profliganda sunt; vide *institut.* 16. Probatio à rationibus debet fieri, quibus dehortemur vitia linguæ, maximè autem testimonium falsum; illa inter alias vrgentior, quam affert Caiet. à difficultate restitutionis famæ: nam ablatam pecuniam, & iniustè acceptam, etiam Iudas reddidit, etiamsi hoc difficile sit, vt proximè dicebam ex Augustino; honoris verò detractio, quæ etiam fit, cùm secretum propalatur, cuius cùm tu solus conscius sis, cùm manifestas, est quasi testimonium falsum dicere. Hæc igitur honoris iactura difficilè, vt par est, resarcitur, & compensatur: quod in Iuda expendit Caietan. cùm enim proditionem talis personæ aggressus est, absque dubio Magistri vitia confinxit, falsa commentatus est, virum nempe esse delitiosum, & sibi indulgentissimum, qui vnctionem pretiosam ab impudica muliere acceperat, & effundi passus fuerat pretium, quo egentissimorum necessitati largè posset subueniri (quorsum enim Iudas, etsi sceleratissimus, de venditione Magistri ageret, nullâ adhibitâ specie æquitatis, aut prætextu iniquitatis eius quem tribus annis quasi Magistrum fuerat consectatus?) Hic igitur pecuniarum auidissimus drachmas abiecit, & restituit; honoris verò detracti nullam æquam restitutionem fecit, solùm addidit iustum esse, quem vt filium Dei confiteri tenebatur, ex quo Petrum audit in Cæsarea Philippi, dicentem: *Tu es Christus filius Dei viui*, cætera in simili forma perficiantur ad dehortationem, sicut ad persuasionem ostendimus in reliquis præceptis, & *præludio* 7. 41.

Explicatio.

Probatio à rationibus.

Restitutio famæ difficilis.

Matth. 16.

Deut. 5. 19. *Non concupisces vxorem proximi tui: non domum, non agrum.* Explicatio. Hæc duo præcepta actus internos prohibent in materia diuitiarum & concupiscentiæ carnalis; quæ duo cùm ita temerè & effusè natura nostra prosequatur, admoneri opus est crimini etiam verti desideria praua, cùm metas diuinæ legis & æquitatis transiliunt. Hunc errorem etiam post datam legem apud Iudæos vigentem corrigit Christus *Matth.* 23. ostendens non solùm luxuriæ facinus peccatum esse, sed maximè malam esse voluntatem internam, quæ vtpote mala & vetita virus malitiæ suæ actui externo instillat, *Non concupisces.* Vnde colliges omnem alium voluntatis motum præceptis aliis aduersantem pariter iisdem vetari verbis, quando concupiscentia fœminarum, & bonorum, ad quam naturaliter procliues sumus, hìc vetatur *. Quare autem concupiscentia vetita sit, disce ex D. Thoma *opusculo* 7. vel ex nostro Cornelio hìc *Deut.* 5. vbi etiam media adhibet ad profliganda hæc vitia. Adulterorum itaque vitium exprobratur à D. Petro; sunt enim aliqui, quorum *oculi pleni sunt adulteriis.* Hispanè dices, *estan llenos de adulterios hasta los ojos.* Aliarum verò concupiscentiam facile dæmon 42.

Explicatio.

Applicatio doctrinæ.

* Errorem hæreticorum circa hoc præceptum vide apud Cornelium nostrum cap. 5. Deut. v. 19.

mon mouet; nam sicut ad tentandum Christum solam primam famam expectauit non extremam, ita ad tentandum vos vt concupiscatis, non opus est expectare, vt in multis negotiationibus & indigentia sitis, quamcumque famem excitat. Quod maximè virgines & cœlibes obseruare debent, ne sint quales depingit Ierem. & earum sordes animæ detegit Augustin.[a] *Quòd* (non temerè dixerim) *felicior mihi videtur nupta mulier, quàm virgo nubenda, habet enim illa quod ista adhuc cupit: illa studet vni placere, cui data est, hæc multis incerta, cui danda est. Hoc vno pudicitiam cogitationis defendit à turba, quia maritum non adulterum quærit in turba.* His positis procede ad dehortationem.

Probatio à rationibus fiat modo supradicto.

Thren. 1. 3.
a Lib. de S. Virg. c. 11.

VERBVM PATRIS.
Gen. 22. vers. 9.

Venerunt ad locum quem ostenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & desuper ligna composuit: cúmque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum.

Præfinito tempore legis filius offertur, in templo stat immolandus, interim felici partu emixa lex gratiæ dat nobis Saluatorem, verum Dei cultum, lumen gentium, omnia ludis excipiuntur, & celebrantur.

DISCVRSVS XVI.

1\. *Ludis & iocis laxatur animus.*

PLACITIS in iocis, gratísque ludis, melius sæpe, quàm in seriis, grauibúsque, soluti dignoscuntur animi: nam ioci latentem sensum explicant, & mentem laxant; seria verò colligunt, dissimulant, & obtegunt. Gestiebat iam pridem lex gratiæ fœtum, quem gestabat, edere, *vt gratia inchoaret auctoris* (inquit Ambrosius:[a]) vt nempe homines verum Parentem Deum crederent, &, vt par est, colerent. Secundò vt Redemptorem expectarent, verámque salutem. Tertiò denique vt abrogatis omnibus sacrificiis, vna omnium loco substitueretur hostia, primogenitus nempe Dei filius in templo præsentatus, vt Deus obiter maximè primogenitis gaudere, & delectari monstraret. His omnibus mysteriis prægnans gratia per multos annos fœtum gestauit in aluo; angebatur maximè, quia etsi primogenitum, & Messiam conceperat, mortem eius, & dolores iam ipsa præsenserat, & dum iam appropinquare ad partum crederes, fide detinebatur credentium, quam oportebat fundare, antequam partus ederetur, & salus apertè videretur in mundo, vt acutè obseruauit Chrysologus[b], *Ideo salus hac tam antecedentium, quàm sequentium oculis est negata, vt tota esset in fide.* Quid agat sapientia Dei, vt puerperium gratiæ, & infantem iam nasci cupientem, tantisper dum veniret plenitudo temporum, oblatione aliqua demoraretur, & partum prorogaret? *Vtique* (inquit Tertullianus[c]) *ædificauit sibi domum, hoc est, templum, immolauit victimas suas*, &, vt ipse legit, *Sophia iugulauit filios suos*, vt his quasi intercalaribus scenis interpositis, & vmbræ præcederent Redemptorem, & gratia inter iocos, & ludos quid maximè cuperet de more prægnantium ostenderet. Dum itaque naturalis lex, & scripta serio res agi à Deo putabant, lusus erat, & quasi comœdiæ, quæ præmittebantur ante Redemptoris ortum, & partum hodiernum: hos ludos (inquit Clemens Alexandrinus[a]) curiosè spectat Deus, & lex gratiæ, quæ in aluo continet Redemptorem: *nam sicut rex curiosus Abimelech ludentem Isaac cum vxore Rebecca vidit; sic supra mundana sapientia risum, & tolerantiam dies festos celebrantes Deo speculatur. Rex itaque Christus è superis risum nostrum speculatur; fenestra autem caro est, per quam fuit manifestatus.*

Partus legis gratiæ.

a Lib. 1. de Caim, & Abel.

Prægnans fuit lex donec fides fundaretur in mentibus.

b Ser. 10.

Entretubose la sabiduria de Dios en juegos hasta que vino el tiempo.

c Scorpiaco aduersus Gnosticos.

Mysteriis antiquis quasi ludebat Deus vsque ad tempora gratiæ.

a Lib. 1. Pædag. c. 5.

2\. *Lusus fuit & quasi scena oblatio Isaac.*

Compellatus Isaac se primus exposuit, & in theatrum prodiit, qui bene *risus* dicitur, vt rem istam non seriò agi putare posset pater eius; quia (vt ait Ambrosius[b]) *non volebat immolari à patre filium, sed tentabat affectum patris, si Dei præcepta præferret filio:* verè tamen districtum pater vibrat ensem, strue lignorum aptè disposita, obligatis iam infantis oculis, manibus post terga reuinctis, muto, & elingui puero, amore pater nec flectitur, aut dolet, & pia mater abest paterni ignara consilij, & inscia ludi, hic inter iocos corda patebunt. Noluit Dominus risum extinguere, noluit amantissimi serui domum acerbissima morte affligere, & felicissimam posteritatem abolere, continet actum; siste Abraham, siste; certè te iam, ô piissime Deus, verum gratiæ parentem esse cognouimus, verum generis amatorem humani; vnde hoc tibi? Respondet Zeno Veronensis, tunc noui; quia *solus Deus doluit, qui aliam victimam procurauit.* Tu Abraham fidelis es vir, tu Isaac obediens, ego sum vtriusque parens, & in monte isto non ludicrè, sed decretoriè filium immolabo, viuat, risus reseruetur in aliud tempus: *no hagamos tan presto viernes santo.* Cur igitur non vis, vt tam opima gladio tibi victima cadat? Illud est (inquit Clemens[c]) proculdubio; nam voluit gloriosum hoc, & perillustre genus mortis filio suo reseruari. Sicut cùm supra mensam tela aureis intexta filis explicatur, vt nobilissimo equiti

b Lib. de Isaac.

Manifestatur Deû Patrem esse Isaac.

3\. *Quod hic per lusum fit seriò faciendum decreuerat Deus.*

c Supra.

Simile.

Digitized by Google

equiti scindatur, & suantur decretæ vestes ad nuptias regias, vel ad ludos hastarum; eo verò tempore, quo admouendæ forfices erant, ingreditur quis monens ex eadem tela regi vestes esse scindendas: sistite, sistite; rationi enim consentaneum non est eadem me, vel filium indui telâ, quousque prior rex ipse vestitus, prodeat illa. Posita erat innocentia, risusque parentum supra lignorum struem, hæc est crux, paterna iam manu districtus vibrabatur gladius; pater ille æternum indicat Patrem, gladius iustitiam, imminens erat mors: siste (inquit Angelus) contine manus; nam hoc pacto cælestis Rex sibi vestem decreuit, sic mori meditatus est; & æquum non est innocentem crucis mortem subire, anteaquam auctor gratiæ ipsam experiatur. *Solummodo autem* (inquit Clemens [a]) *iure Isaac mori non passus est, vt primas passionis partes verbo cesserit: que de se essa librea para mi rey, y señor.* Satis sit de ludo, maneat in parabolam, & in scenam, in qua liquet pietas parentis, & risum viuere, & ex lege gratiæ nasciturum.

Noluit Pater quempiam alium super lignũ sine peccato mori, ante filium Dei.

a Ibid. c. 5.

4. Secundus actus, & ludus is fuit (inquit Clemens) quem Deus instituit, *puerorum amans*; quare præscripsit, vt omnes primogeniti sibi præsentarentur; sed mox agno, vel columbis, vel turturibus redimebantur. Sicut ergo ludus omnis Abrahæ arietis morte finitus est, quem parauerat Deus, ita primogenitorum ludus, præceptúmque illud sistendi eos Domino, auis, aut agni morte finiebatur. In hoc ludo lex gratiæ ostendit cupediis maximè gaudere, videlicet Deum cordium esse amatorem: vt enim Pharaoni prænuntiatum est, illius cordi graue vulnus esse infligendum, hócque primogenitorum erat interitus: *Ego inducam omnes plagas meas super cor tuum*, hoc est, summam omnium plagarum; ita etiam primogenitos Deus postulauit, vt cum illis coniuncta patrum corda raperet, suæque voluntatis mox signum & prærogatiuam daret, scilicet his fructibus cordium, voluntatum, amorisque delectari; & hac de causa filios ad se rapit, quos vehementiùs amant parentes, charósque ducunt: integritatis etiam, & puritatis causa tenellam hostiam elegit, quam agnus, & columba significant, vnde Clemens [b] ait: *Et cùm rursus nos iubet per Moysem duos pullos columbarum, vel par turturum pro peccato offerre, eorum, quæ sunt tenera, nullámque eis inesse cum peccato affinitatem, pullorúmque innocentiam, & accepta iniuria nullam recordationem dicens esse Deo acceptam*, &c.

Ludit infantia & primogenitis Deus.

Lex gratiæ cupediis gaudere demõstrat.

Exod. 7.

Inter ludendum ostendit Deus corde hominis maximè delectari.

Integritatis amans Deus.

b Cap. 5. lib. 1. Pædagog.

5. In tertio spectaculo, & repræsentatione non ficta, sed vera Christi Domini præsentatio, & mors est expressa, auctore Augustino: nam cùm Iephthæ votum emisisset (prudenter ne, an imprudenter sit factum non quæro) immolandi Deo, quod primum obuium sibi esset. Filia princeps obuiam processit, cogitans se patri magnum honorem occurrendo facturam, gaudiúmque cum tympanis, & æqualium puellarum choris allaturam; sed eam fefellit opinio: nam delicata virgo inopinatam mortem in illius manibus inuenit, à quo vitam acceperat. Mox ipse patrem se esse ostendit; *scidit enim vestimenta sua, & ait: Heu me, filia mea decepisti me, & ipsa decepta es.* Ecce mansueta agna post duos menses ipsa sese offert constituto die: tunc pius parens, & religiosus diuino actus impulsu nouos induit spiritus, nouas sumit vires ad singulare, & ab orbe condito inauditum sacrificium, id nimirum, in quo non mortis simulacrum fieret, vt in Isaac contigit, sed reipsa illam immolat, vt non religiosa modò cerneretur voluntas, sed effectio etiam, quæ in Isaaco defuit, & tantùm laudanda fuit voluntas in illo. Prodit igitur tenera virgo, sanctissimæ humanitatis Christi similitudinem induens, ad fœminarum genus omne, morte sua, immortalitati commendandum, plena fidei, & religionis erga Deum, pietatis, & amoris erga patriam, & parentem: prodit forti, magnóque animo inuicta virago, vt collucens speculum foret, in quo orbis terrarum totus posset Christi mortem intueri, & virgines in eo ad eius formam se componerent, & colerent Deo præsentandæ.

Iephtha immolatio filia.

2. Par. 23. 13.

Quarum virtutum monumenta de ita immolat filia Iephtha.

6. Prodit, vt cæteri patres alieno damno docti vouere discant (vt inquit Theodoretus) vt Deus etiam ipse sibi faciat satis, & firmo decreto statuat, ne vnquam aliud votum emitteret; vt in sacrificio Isaac videtur innuisse, dum dicitur: *Dominus videbit: el verà por su casa loque le harà en baynar, y reparar en promesas, y no poner à su hyo otra vez en cruz: iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur: no mas morir, vna basta.* Prodit (inquam) lectissima virgo promissa, & diffusa coma, niueo nudata collo, lacteis manibus fune constrictis, supra ligna ad genua prouoluitur, velantur oculi vitta, illi color immutatus, & vultus, frigidúsque tremor per nobilissimæ virginis ossa cucurrit, pij parentis animus commouetur, sed hortans religio dehortantem vicit timorem, confirmatóque animo, & gladio secuit albentia colla; lacrymatur pater, cernens oculis filiæ sanguinem effluentem, lignaque turpantem, aut potiùs honestantem: virgines adstantes profundunt riuulos lacrymarum, & post multos annos conuenientes *filia Israel plangebãt filiam Iephtha Galaadita diebus quatuor septuaginta.* Duorum mensium spatio nónne te abdere potuisti inter montium inaccessas rupes, in specubus, in cauernis delitescere? quàm in promptu erat fugere, ne ad carnificinam, ad bustum, ad certam mortem sciens, & prudens redires, sed præfinito tempore mortem, quam horremus omnes, tu sana, libera, nihilque coacta in montibus vaga, nullo inclusa carcere, nullis vincta compedibus, cum æqualibus procedens *sistis te Deo.* Quid sibi hoc vult? seriò res agitur, non ioco, non repræsentatio, sed viua est expressio. Quid ostendit hic actus? non aduertitis? de matre huius puellæ nulla mentio facta est, illa proculdubio carebat virgo: nam ipsa simul cum filia incredibili dolore perculsa interiisset, lamentata, conquesta esset veniam, solutionémque voto iteratò orans, & obsecrans obtinuisset. Itaque gladio transfixus est pater, non mater; igitur machinemur aliam mortis repræsentationem, vt dignoscamus genitricem Dei, & Mariam gratiæ matrem deprehendamus.

Gen. 9. 36.

Rom. 6. 9.

7.

Non potuit hic ludus dolorem virginis exprimere.

8. Quartam igitur vmbratilem mortis repræsentationem instituit, matris agnoscendæ causa: facit enim vt alma parens ducat illum in templum, legi obtemperans. Ad celeberrimum hunc actum spiritu actus Simeon annis, & virtutibus exaggeratus venit in templum, adest sanctissimus sponsus Ioseph, & Deo vacans semper annosa vidua Anna: ingreditur auctor gratiæ,

Leuit. 2. v. 6. 7.

a Apud P. Mald. Luc. 2. 35.

In his ludis reuelantur cogitationes, & mater Dei cognoscitur. Varius lux gratia & Maria manifestatio.

NOTA. *Vt reuelentur.* Alius sensus est: hic patebunt filij Dei amici, hic sanctissimę Virginis amatores; ipse enim morietur, séque operiet, & occultabit, vt viri illius amatores apertiantur, vt assolet aliquoties herus famu-

9. los suos volens experiri, prodit noctu lacernatus, sistit in biuij angulo, hæret veniens alio vocis sono, lacessit ad pugnam, vt experiatur eorum dexteritatem: mortalitatis nostræ lacernam induit Domi-

10. nus, infamémque in cruce habitum: nam si regis venisset habitu, temporaliáque largitus esset beneficia, nemo non eum secutus fuisset, sed sic abiectum, afflictum, multa pationtem videntes alij sequebantur, alij persequebantur, alij credebant, alij irridebant: vnus ex latronibus tanquam Deum orat: alius tanquam hominem nefariam blasphemat.

gratiæ, fœtus ille diu expetitus effertur, incipiunt mysteria gratiæ, & ad luminis cælestis ortum fugiunt vmbræ, filius æternus sistitur Patri, in eodem loco, quo Abraham filium suũ immolauit. Quid agis, quid cogitas sanctissime agne, ad gladium, ad occisionem properas, ad mortem festinas? Sanctissima Virgo cur innocentem hunc non seruas? non vides quid actum fuerit in Isaac, in filia Iephthę, num minus quidquam filio tuo continget? Puerum senex manibus accipit quasi iam extremam ageret animam, & Christum manu iam habens cygneas voces emisit: Veni mors, veni libitina, funúsque veni, pateat sepultura. Deus bone, corporis huius carceris vinctum solue animum, iam Christum manibus gero, eum (inquam) qui crucifigetur, hic est Abel fratris peremptus inuidia, hic verus Dauid crucis citharam pulsaturus, hic pulcherrimus Absalon ex quercu pendens mortalitatis nostræ capillo, hic fortissimus Samson columnę crucis innixus sui factus populi seruator, hic Salomon indutus purpura nostræ carnis in ligneo throno, hic Patriarcha Noëmus nudo corpore expansus ad aërem, quem perditissimi filij irrident. Quid hoc est cygne sancte? parum interest te huius vitæ finire curriculum; quid teneram Virginem affligis? At inuentum fuit verè diuinum, quod Euthymius [a] ingenio suo fuit consecutus. Beatissima Virgo, puer iste acerbissimam mortem est subiturus, gladio cadet interemptus solito longiori vulgarem ita excedentem mensuram, vt illo interfecto intima cordis tui præcordia sit transfixurus, talis erit, tantúsque dolor. Sanctissime senex, cur gladium, crucem, mortémve nominas? Ito bona pace, ad maiorum tuorum ossaria perge, ne celeberrimum, festiuúmque diem lacrymis, doloribúsque perfundas. Comprimite (inquit) linguam, silete, mentem adhuc meam non percepistis, scopus est, *vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes*, vt inter hos ludos, & vmbratile spectaculum Dei mater agnoscatur, *vt reuelentur cogitationes eorum, qui suspicabantur hanc non esse illius matrem: sicut enim multi ad ea respicientes, quæ hominis sunt, dicebant hominem tantùm esse filium Mariæ; ita rursum alij attendentes ad ea, quæ diuinitatis eius erant, suspicabantur, quòd esset tantùm Deus, nec esset hæc mater eius: tunc autem intuentes eam amarè dolentem, ac plurimùm lugentem, naturęque cedere crediderunt, quòd mater eius esset, & retegebant, siue prodebant cogitationes cordium suorum, quæ à suspicione processerant*; & hoc est, quod Tertullianus tetigit, dicens: *Vides quomodo filium suum Sophia diuina ingulauerit?* alludens ad iudicium sapientiæ, hoc est, Salomonis, qui sapientissimè sicut hodie Simeon gladium iussit afferri, eia gladium date, secate puerum; mox vera mater clamat: Sistite, integrum illi reseruate. Ecce illius mater est ista, ita cùm æterno Patri puer iste sisteretur, vt primùm Simeon crucem, mortem sermone vsurpauit, se genetrix eodem dolore sensit vulneratam, móxque compertum est eam esse Dei matrem. O lectissima Regina, in iocis, ludisque te nouimus, iam parit lex gratiæ, quæ iam diu parturiebat: peperit igitur vna die cælestis Patris cognitionem, & adorandum esse in spiritu, & veritate, peperit etiam verum Saluatorem, peperit matrem eius, & nostram Mariam, nósque adoptiuos filios per amorem, obedientiam, & lumen regenerat, canit in enixu puerperæ, lex antiqua emittit spiritum, & sub grandi lapide sepelitur, luménque collocatur in candelabro ad vtrumque populum exhilarandum, *lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel*, Luc. 2. 32.

Et vt facerent secundum legem Moysi, &c. Quid hoc? cælorum Rex, tu legi parere venis? & parens tua lectissima Regina? rapit hoc animum in maximam admirationem: vnde D. Paulus in epistola ad Hebræos domus Dei apparatum describens, & quasi inuentario notans sacram Sanctuarij supellectilem, tria in arca, nimirum legis tabulas, virgam miraculorum effectricem, vas cum manna cælesti fuisse testatur; deinde binos Cherubinos latera occupasse fixis oculis propitiatorium, séque inuicem admiratione perculsos intuentes; admirationem ignorantia parit; qui verò poterant Cherubini sapientia omni instructi in earum rerum ignorantia esse, aut illa mirari, quæ vmbræ solummodo erant? qua de re attoniti persistunt? asserendumne ex legis tabulis admirationem ortam? minimè, fuit enim ordinata per Angelos; ex virgâne? nihil minus; probè tenebant miracula, quæ Deus media illa patrauerat; num ex manna, quod sonat admirationem, admirantur? non: nam Angelorum manibus administrabatur, vnde panis Angelorum nuncupatur: quo igitur admiratione defixi obstupescunt? vmbram mirantur? nequaquam, sed id quod per illam adumbratur, Christum Dominum virga præmonstrat, vt asserunt Doctores, *egredietur virga de radice Iesse* [a]; omnibus verò compertum est hanc virgam rectam esse, nemini cedere, imperare omnibus, non à quoquam subiici, sed potiùs omnes sub ditionem, potestatémque suam subiugare; manna verò typus Virginis matris erat cælo veluti lapsæ in desertum sterilis mulieris, quæ gratia dicebatur; ipsa verò gratia plena, & manna veluti miraculum, & portentum. Cùm hæc ita sint, Cherubini sapientissimi admirantur, eo quòd virga flectatur, vt legi subiiciatur primogenitorum, & Maria purificationis præcepto subdatur: *sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam.* Venit ille in templum, cùm sit Redemptor, vt redimatur, illa sese vt mundet, cùm sit ipsa mundities, & puritas, vt hoc exemplo doceantur nobilissimi quique viri aliquid amplius præstare præterea, quæ lege facere tenentur; sacro enim adesse diebus festis curat etiam famulus: à mendacio, & furto cauent etiam serui amanuenses; honoris ergò gratias etiam referre Deo post mensas Clericus ex munere agit, cæterique vulgares homines; verùm sese aliquando demittere Deo ipsi, pauperi, confessario, summa pietate inuisere templa, & sacella, eleemosynam largiri sine tuba personante; hæ (inquam) virtutes singulares sunt, quæque plebi ingentem pariunt admirationem, hísque rebus, quibus grauitatem, auctoritatémque minui putant, quam maximam sibi comparant, aliósque lucrantur, vt Christus, qui *sub lege factus dicitur*; *pareoe, que se nácio para esso, vt eos, qui sub lege erant, redimeret.*

13. Sed adhuc admirationi locus est, cur Virgo primogenitum sistat Patri, & se purificandi causa in templum veniat: nam non iam Cherubinos, sed Dominum, & sponsum quasi admirabundum

Hic igitur reuelantur amici (vt aiebat Hieronymus) in abiectione, in pauper-

11. tate: nam hoc malum diuitiarum est, & ideo perniciosè, quia pauperias indicat amicos, diuites minimè amicos cognoscunt. Hac de causa Christus Dominus egeaus venit cum pauperrima matre, vt amicos, sibique addictos experiretur, vt reuelentur ex multis

12. cordibus cogitationes: nam in ludis, iocísque cognoscitur, quod diu latebat, Deus Pater, & amici eius.

a Isai. 11. 1.

Exod. 13. 2.

Demissio sui mirabilis est in nobilioribus personis.

Galat. 4. 5.

Digitized by Google

Cant. 4. 7. bundum video. *Pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Quid hoc audio de te, velle te ire ad montem myrrhæ, *& ad collem thuris*, vel, vt Chaldæus habet, *ad domum sanctuarij*, nihil in te purificandum? & de te ô Domina Rupertus, *Virgo in partu, virgo post partum, sordes mulierum non habuit*: nonne tu es, quæ tanti fecisti virginitatem tuam, vt vitam, & honorem tuum vocaueris, sicut ancilla tua dixit Ildephonso, *Per te viuit Domina mea*: nunc ergo vis super certissima re litem excitari, *si ignoras te*, certè tu ignoras quanta sis; quòd si ignoras, bene est; nolim tamen ignores, quia tota pulchra sis. Verumenimuero ea est Spiritus sancti sapientia, vt ipsa in interrogatione mysterium aperuerit, & causam: sic enim vertit Paraphrastes, *Doce filios tuos, qui comparantur hadis caprarum, vt ambulent in domum Ecclesiæ.* in quo quid mysterij lateat, aperiam.

14. Dum lex gratiæ grauida erat nouis filiis, nouis sacramentis, & vero cultu diuino, gaudebat quasi cupediis prægnantium more, primitiis rerum, & primogenitorum oblatione, & ritu legis, & sacrificiorum. Quid agat dæmon, qui homicida fuit à principio, aborsum procurauit denegando matri nostræ, & auctori gratiæ concupita, quæ maximè illis placebant, quod ex tribus maximè suppliciis diuinis colligo: nam cur, obsecro, Deus ingratitudinem Caim animaduertit in terra, *cùm operatus fueris illam, non dabit tibi fructus suos.* Seuera comminatio, siquidem priuat, quod naturali iure à terra tanquam à communi matre sperare posset, quæ non solùm homines suo fouet, & nutrit amplexu, verùm & bruta, quæ à nemine edocta vbera quasi matris mox quærunt: tibi igitur hæc patens crudelis erit. Causam autem reddit peringeniosè Ambrosius [a], qui obseruat primum peccatum Caim fuisse, sibi nempe velle arrogare fructus illos, quos Deo deberi, vel gratos esse cognouit, primitias videlicet: *quia ante omnia debuit deferre primitias, vt gratia inchoaret aucloris: estaua con antojo la gratia de las primicias por sacar à luz la religion, y culto Diuino digno de Dios, y negole el antojo*; sunt enim primitiæ quædam quasi testatio Deum esse auctorem, & Dominum terræ, & fructuum eius: negauit has nutrici gratiæ Caim, & sibi arrogauit; sicut aperte Septuaginta indicarunt: nam, vbi noster legit, *nónne si bene egeris, recipies: sin autem malè*, &c. vertunt, *si rectè offeras, non autem rectè diuidas, peccasti*; quasi diceret, in sacrificando facis, quod debes, in electione, & partitione peccasti: dum detractis tibi melioribus, & primis fructibus, & qui ad te non pertinebant, meritò tibi, quæ pertinebant, auferentur: quare *cùm operatus fueris terram, non dabit tibi fructus suos.* Quæ tanti odij, & supplicij causa? numquid de bobus, de primitiuis ouium cura est Deo, aut indigentia? minimè verò, sed tunc prægnans gratia ea, quibus maximè oblectatur Deus, indicauit, & quàm infensi, & odibiles Deo fiunt, qui cùm in lege gratiæ nati sint, primitias mundo, & diabolo consecrant. Vt attendas, ô fœmina, cui delibanda donas primitiua tui decoris: tu iuuenis, cui primos annos dedicas, apud quem collocas oculos, manus, linguam, & vires? Quid dicam, cui pudoris, & honestatis primos flores carpendos, & polluendos tradis? O iniquitas! perires omnino, sicut Caim; quia non rectè diuidis, nisi hæc pulcherrima mulierum *doceret filios suos, qui comparantur hadis caprarum, vt ambulent in domum Ecclesiæ*, & primos fructus Deo auctori dedicent.

Aborsum filiorum Dei dæmon iam olim procurauit.

Gen. 4. 12.

a Lib. 2. de Caim cap. 6.

Caini peccatum fuit sibi arrogare primitias quæ Deo maximè placebant.

15.

Gen. 4. 7.

Primitias videat apud quem collocet homo.

Secundò etiam, & tertiò primogenita à Deo auferre molitus est dæmon, maximámque Deo iniuriã irrogauit. Primò in Ægypto per Pharaonem, secundò etiam inter Hebræos, cum dæmon inuidiæ stimulis agitatus, quòd quasi per ludum (vt vidimus) primogeniti Deo darentur, ipse ludum istum imitari voluit, quo melius sibi diuinum exhauriret honorem, Deúmque irrideret, & primogenitos vita mulctaret: nam conflauit idolum, & finxit Moloch, aut Mechon, cui primogeniti omnes dicarentur, ærea illius brachia erant protenta, quæ intus igne supposito conflagrabant, vlnis sic ardentibus misellus pusio imponebatur. Ecce horrendum, & luctuosum spectaculum, acerbissimúmque ludum; plorabat tenellus infans, vtque eiulatus minimè audirentur, crepitantibus tympanis choreas ducebant parentes, & locus totus percrepabat hominum, & mulierum vocibus, cantúque symphoniæ; quando maior erat vocum contentio, tunc signum erat maiores esse, & acerbiores dolores pueri, & eiulatus, vt modò sæpenumero contingit in prophanis fallacibus vestris ludis, carnísque oblectamentis: quando enim gaudio triumphas, & cachinnaris, quando exultas, ad numerúmque lasciuienter saltas, certissimum signum est animum tuum libidinum incendio consumi, & te esse impositum manibus hostis teterrimi, & scelerum tuorum ardere flammis. Sed his ludis te eludit, & irridet, ne malum sentias, quousque flammis addicaris æternis; tunc ridet, & irridet miserum hominem, vt quondam orbe nascente primos omnium parentes elusit, teste Ruperto [a], & ad lapsum eorum risit, *diabolus risu, & cachinno dilatatur.* Adeò infandum hunc dæmonis ludum grauiter, molestéque tulit Deus, vt sacra pagina ad inauditam impudentiam Achab in patrandis sceleribus exprimendam maximè testetur illius idololatriam eò prorupisse, vt filium suum Moloch barbarum gentium more dicauerit: *insuper etiam filium suum consecrauit, transferens per ignem secundùm idola gentium.*

16.

Primogenita surripere dæmon voluit à Deo.

Palatius in Amos.

Ludi prophani.

17.

a In c. 3. in Gen.

4. Reg. 16. 3.

Duo acerbissimè tulit Deus optimus maximus. Primum eò diabolum temeritatis, & audaciæ deuenisse, vt factum illud egregium Abrahæ minuere audiret, & sacrificium illud memoriæ sempiternæ mandandum tenebris obducere, atque delere. Quid agit Abraham? simulacrum mortis, solam parabolam, & repræsentationem? Ecce potentissimus rex filium suum vouet, & reipsa flammis illum comburendum tradit? ista insultabat Deo. Secundum maximè offendit Deum ita pernagni regem fecisse idolum, vt illum actum luctuosum edi iuberet, in quo tenellus Princeps actor esset, isque periret flammis vstulatus, atque consumptus, & sonitu ploratuum rideret, & saltaret Pater, omnísque populus gaudio tripudiaret. O immanem Deum! ô barbarum, & efferatum mundum! ô diabolorum ludum truculentum! ô insulsum, inconditúmque iocum! Exacuite mentis aciem filij Dei, aduertite quantum discrimen intersit inter Deum verum, qui cordibus, voluntatibúsque satiatur, & crudelem mundum, scelusque

Digitized by Google

que satiatur, & crudelem mundum, scelúsque detestandum, qui vos dirissimæ addicunt seruituti, corpus, & animam damnant æternò cruciandam; seuerius verbum, quod Christus protulit, illud est, *Qui vult venire post me, tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.* Voléne Deus (ait Chrysostomus [a]) vt quindecim cubitorum ligneam crucem dominicæ instar, nostris humeris imponamus? Miminè, seriò res agebatur. Quid igitur vult? quo illi faciemus satis? *Vt mortem semper ante oculos habeamus*, ludicro simulacro, & mortis repræsentatione contentus est, ita vt illius sanctissimam mortem intuentes nostram in memoriam reuocemus; dæmon, & mundus cùm sint tyranni corporis, animíque, vitam exigunt. Lugubre quidem, & funestum sacrificium est, cùm possimus in Dei manibus animam exhalare, vnguibus interire satanæ, mundi manibus trucidari. Deus gladium portat, fateor, sanguinem vitámque repetit, bellum nuntiat, *nolite arbitrari*, percipite mentem meam, euaginatum ensem vibro, *non veni pacem mittere, sed gladium.* Cæterùm non vos fugiat felicissimam esse sortem meis occumbere manibus, acutáque amoris acie, qua tu ipse tuis appetitionibus mortem inferas, & non diabolicis idoli manibus: *Ne des annos tuos crudeli*, alij legunt, *ne des annos tuos amori.*

Mat. 16.24.

a Tom. 5. hom. 5. ad populum.

Felix mors pro Christo, infelix pro dæmone mori.

Matth. 10. 34.

Prou. 5. 9.

19. Claro nate sanguine adolescens, delicate puer, nobiles puellæ videte, ne vos mundi huius immundi ludus eludat; ne crudelis amoris manibus occumbatis. Quando oculis cerno iuuenem imbecillum, fractis viribus, subtristem, marcidum, subluridum, corpore infecto, dira lue, non id me mouet, nec tui misereor, quòd ita sis, sed doleo tuum amoris malis artibus emarcuisse virorem. Quando ante oculos meos obuersatur ditissimus, & locupletissimus primogenitus antea, nunc opibus destitutus, fortunæ bonis expoliatus, non paupertatem tuam doleo, sed has diuitias in litibus, in ludis, in appetentia laudis, & honoris esse profusas. Infame quidem moriendi genus, in manu meretricis, aut mundi, qui seruus est Christi: nam ideo Abilemech, quem mulier grandi lapide percussit, militem vocauit, propera, *interfice me*, tu mihi vitam adime, ne postea vulgetur manu fœminæ me interiisse. Id ego moneo, & antè prænuntio, in Deo viuite, & manu illius interite, orbem fama peruadat, ille fame corpus affligendo, is concionando, iste carnem suam assiduè verberibus pulsando, ne tentationis laqueis irretiretur; feliciter vitam cum morte, mortem (inquam) cum vita commutauit: non mulieris manu miser occisus, aut concupiscentię manus vitâ priuauit. Anima illa cunctis sapientior & prudentior sic fecit, & dixit: *Nolite me considerare, quòd fusca sim; quia decolorauit me sol.*

Mortificatio felix mors.

Cant. 1. 6.

20. Fixis oculis solem illum in meridiano amoris, in cruce perspexi, quem non torrebit, & fuscabit amoris radiis? Amor ille me cogit, vt pigmenta, & vnguenta, comptósque capillos repudiem, & sumam de pudicitia candorem, de verecundia ruborem: illæ horridæ spinæ, vt cilicinas induar vestes, illi claui, vt seruituti dominicæ subdar, claui pedum compedes mihi iniiciunt, vt sacro monasterij carcere includar; nuditas illa paupertatem mihi conciliauit, lectus ille crucis cogit, vt è lectulo delitiarum mearum repentè prosiliam: nullum aliud purpurissum, nullum conchylium vultui meo præter crucifixi sanguinem. Ne miremini, color ille me decolorauit, aut potiùs viuidos carnis colores marcescere fecit: dolores illi valetudinem meam infringunt. Deus meus, amor meus causa est, non atrox mundus; non ita inscia, & ignara sum, vt salutem meam, meum animum, meaque omnia dæmonis ludis, & iocis commiserim, *scio cui credidi*, Deo scilicet, qui id præscribit, id iubet, *vt sisterent eum Domino*; scio quam sequor Virginem purissimam, quæ ideo præsentatur in templo, *vt doceat filios suos, qui comparantur hœdis caprarum, vt ambulent in domum Ecclesia.* Luc. 2. 22.

21. *Par turturum, aut duos pullos columbarum* Deo insuper sistebantur primogeniti Hebræorum, vt felicissimum exitum ex Ægyptiis, fatalémque noctem, qua tot primogeniti gladio perempti, vt ipsi redimerentur, in memoriam reuocarent, solummodo iumenti primogenitus domi maneat, meam non ingrediatur, *sed primogenitum asini mutabis oue.* Mentem suam Deus exponit domi suæ, iumenta non vult, nec adhuc paruula: si enim aliquando huiusmodi animalia grata sunt, id est, cùm pullus cursitat huc, illúcque, summa celeritate diuertit, & saltitat. Hoc igitur pessimum animal domi suæ ali vetat: rude est, ruditque, agreste est, pigrum, & stupidum: morale verò, quod inde venit, philonis est: asellus enim solùm deseruit labori prophano, & caduco; ouis tota Ecclesiæ sacra, ex lana tabernaculi panni texuntur, & pelle chartæ fiunt, in illis lex scribitur, carnes cremantur, immolatur sanguis, ex intestinis chordæ fiunt musicis instrumentis, adhuc arietis cornu Iubilæi tempore tubæ instar deseruit, quod Scriptura buccinam vocat, *in sono tubæ*, quæ vocatur *Iobel*, inde Iobilæus; quia buccina vulgabatur ex turri: sensus verò hic est; pluris enim Deus facit animam ipsi dicatam, licet ouis instar sit: tota enim ipsa, & vellus Dei templo deseruit, quam magnates diuitiis abundantes, auro nobiles, qui permagno æstimant ad mundi molendinum onera portare, *asinus fortis*, qui præsepi huius mundi alligati nec cælum, nec Deum intuentur.

Ibid. 24.

Exodi 13. 13.

NOTA. Ex lege Exodi 13. solùm colligitur quinque tantum animalium, puta ouis, bouis, capræ, hominis, & asini primogenita debuisse Deo offerri, sicut docet Abulensis, & plura vide apud P. Franc. Suarez, & P. Baradium, tractatu de purificatione Virginis, & Cornelium hic.

22. Aliud verò ad mores maximè pertinens ex hac lege colligerem, horum enim temporum abusum notare voluit Deus; peiora sæpe dicamus Deo, rudem filium vt religioni nomen det hortamini parentes, aut claudicantem, vt talaris vestis pedes obtegat, filiam informem monialem vultis; erratis toto cælo, sapientiores, ingenio pollentiores religioni debentur; amentes enim, & stupidos abiicit Deus: quamuis enim ex ignaro, & inscio Albertum Magnum, & muto, & elingui Angelicum Thomam fingere nouerit, & ex humili sanctum; amentes verò, & fatuos raro sanctitate præclaros reddidit: *todos los santos han sido discretos, aunque sencillos*, non hæc miracula patrat Deus, priùs intellectum illis accommodat. Hac de causa omnibus mala imprecatur Deus, *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? & si offeratis claudum, & languidum, nonne malum est? Offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum: para paje no vale, y valdrà para Arcediano, o religioso.* Tertiò etiam noluit Deus asellos (vide benignitatem) ne à matre diuelli opus esset, ne matrem affligeret: nullum animal ita amat proles

Cur Deus reiecit pullum asini à lege primogenitorum.

Malach. 1. 8.

Sic P. Cornel. qui alias affert causas c. 13. Exodi 13.

Digitized by Google

proles suas, vt asinus, & simia.

23\. *Par turturum, aut duos pullos columbarum.*

Luc. 2. 22.

Primogenitum redimant binis turturibus; cur tam vili pretio sinit redimi eum Pater, qui omnium induit, & abstulit peccata mundi? Ratio est; quia paulatim illum alliciebat. Assolent callidi venditores, mercatoresque vt multorum animos concilient ad suæ tabernæ frequentiam, res primò paruo pretio vendere; postea verò omnia recuperant, quod Hebraicè dicitur *configere*, Hispanè, *enclauar os hechan de clauo, y os hazen pagar esso, y essotro.* Sempiternus Pater primò templum ingredienti mercaturam vili pretio vendidit, voluit iterum templum gloriæ ingredi, vt gloriam emeret; non (inquit Pater) fiet satis sanguine taurorum, aut turturum, *ya passò solia, sed proprio sanguine profuso dabitur. Christus autem assistens Pontifex neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta, æterna redemptione inuenta.* Ita se gerit Deus (inquit Rupertus [a]) cum his, qui illius voluntati morem gerere incipiunt: primò solatia intimis animi sensibus infundit; postea verò ea omnia vna tribulatio exigit, & resarcit. Præterea à pauperibus pauca quidem expostulat, ex diuitibus byssinum, purpuram, telas auro intextas, acu depictas, miro opere variatas ad sanctuarium exigit; si verò pauper caprarum dederit pilos, non contemnit: tabernaculum enim operient vndulatæ vestes, desiderium pauperis preces ex corde profusas, obolum non despicit Deus. Ratio est; quia animum potius, quam munera respicit, ideo ait, *Anima cùm obtulerit oblationem sacrificij Domino, simila erit eius oblatio.* Anima quid significat? Interlinealis, *pauper quis est: es offrenda de pobres.* Vocat autem animam pusillum farinæ; quia (vt ait Lyra) oblationem pauperis sic æstimat Deus, sicut animam, & vitam offerret. Dimidium pallij Martini catechumeni maximi fecit, & fragmenta pauperum colligi iubet; quia reliquiæ erant pauperum. Ad extremum etiam turturibus contentus est, dum innocentia agni defuerit, hoc est, pudicis, & innocentibus maximè delectatur Deus: at si per culpam hæc amiserunt, sint saltem turtures, gemebundi plangant peccata, qualicumque re contentus est, & damna vtcumque resarcit. Furatur quis equum elegantem, & vel in rotam mittit, vel ad sarcinas, & lapides conuehendos, cùm reperis illum marcidum vulneratum, summa tenuitate confectum: attamen qualem qualem reperis, sic recipis, hæc tecum reputans, quòd si ad pompam, & concursationem non valeat, poteris saltem velatis oculis pistrino addicere, est iusti anima sedes sapientiæ: *cauallo de rua del rey Salomon Christo*, ab illo ornatur, illi insidet, & de illo gloriatur, *quasi equum gloriæ suæ posuit eum*; semel tamen à dæmone furatus, in quam vilitatem, & maciem, & turpitudinẽ venit: frangit animum meditantis, immò & Deus ipse dolore saucius videtur dixisse, *ad imaginem quippe Dei factus est homo: quien vìo esse cauallo, y lo vee agora* *. Quid igitur agat Deus de prodigo isto filio, de Magdalena perdita, de inueterato, & malo sene? Recipiam eum (inquit) si non ad innocentiam, ad lacrymas, ad gemitum turturis, vt hauriat pœnitentiæ lacrymas; quia licèt non sis diues, sanctus, & purus sicut agnus, hoc solo erit contentus, si compunctione, & lacrymis atteraris; *par turturum.*

Heb. 9. 11.

Incipientes Deus magis consolari consueuit.

a In Exod. c. 13. Nouitiis pacatã à vitiis parat viã vt tranquillè, & delectabiliter egrediantur. Gregorius. Priùs dulcia suscipiunt, quæ consolentur, postmodũ amara, quę exerceant.

24\.

Paucis oblationibus pauperum contentus Deus.

Leuit. 2. 1.

Ioan. 4.

Zachar. 10. 3.

25\.

Gen. 9. 6.

* *Quien lo vìò enjaezado ricamente con mochila bordada, bozal de campanillas de plata, correr las cañas en la plaça, y lo vee agora, que va de aquel tiempo a este; assi se pusò Dios à mirar al hombre, veislo tan pobre, desnudo, miserable,* pues ad imaginẽ quippe Dei factus est, *en buena casa nascio, en buenas mantillas se criò, yo me acuerdo quando no deuia nada à nadie.*

His positis quòd Deus paucis contentus sit, & pauca exigat à puero Iesu; quare tamen cùm secundò introiuit in Sancta, confixit eum tribus clauis, dum nostram emeret redemptionem, & omnem pecuniam exhausit. Hæc ne amicitia est, auaritia potiùs vocanda? Respondeo se habuisse summum parentem mercatorum instar: hi enim amicos etiam monent; vobis ne rem hanc vultis? gratis accipite, aut paruo pretio. Non (inquiunt illi) non nobis, sed ab aliis demandatum; itáne æquum soluite pretium, vester ego familiaris, non aliorum. Ingressus est filius Dei, vt sanctissimum nomen IESV emeret octauo die sibi; detur illi. dedit illi nomen, quod est super omne nomen, paruo pretio, si quantitatem pendis, guttis sanguinis profusis: in cruce verò cũ nobis omnibus etiam inimicis salutem postulauit; eia fili, quod æquum est dato, soluito, sanguinem omnem profundito, si nomen, & insigne stemma *Iesu Nazareni* præferre vis; redimit filium Virgo turturibus, bene se habet, filius Dei est: verumenimuero quando sceleratos redimere voluit, tibíne salutem vis (rogo) amantissime fili? minimè, summe Pater, *longè à salute mea verba delictorum meorum*, si impiis, & perditis id vis, solue quod iustum est pretium. O Iesu bone, quantum à te pretium exegerunt, ego tuorum causa malorum, mortis ego auctor, fateor ingenuè me totum esse tuum: tu enim tuo me sanguine emisti; *non estis vestri, empti enim estis*, &c. ait Paulus) *esclauo rematado de mi Dios, suyo para siempre.*

Quanti steiis nostra salus Christo, quia nobis, non sibò comparabat.

Psal. 21. 2.

1\. Cor. 6. 20.

Igitur cùm te Domini huius esse seruum confiteare, viuus, & mortuus illius esse debes, ecce exemplar serui frugi, & integerrimi. Audi, *erat homo* inter impios pius, probus inter improbos, inter perfidos fidelis, Deóque obediens, id est, *Simeon. Iustus*, ita Deo adhærens, vt inter Deum, illiúsque conscientiam, nec leuis maculæ scrupulus intercederet, id est, iustum esse totum, teretem, atque rotundum: & *timoratus*, non timore peccatorum perterritus, non vilium mancipiorum metu perculsus, sed eo timore, qui gloriam non expellit, & gaudium. *Beati omnes, qui timent Dominum*, cælum quasi secum portant, *expectans redemptionem*, peruigil seruus, sedulus, accinctus, qui Dominum expectat, non à Domino expectatur. Sicut cùm discessurus aliquis præcingit se, conscendit equum, tenet lorum, & ad reliquos ait: Ecce ego iam expecto; ita serui Dei ad extremum diem se parant, nolunt expectari à Deo, sed ipsum vigiles expectare rebus omnibus instructi, manu lora habentes, *expectans*, hoc modo quando imminet mors, non dolent, non anguntur, feliciter vitæ curriculum peragunt. 26.

Descriptio hominis iusti.

Zeno Veronensis tom. 3. Biblioth.

Psal. 12. 1.

Hæc omnia diligenter peregerat senex. Primò docuit ad ritè in Domino obeundum, sopitam excitare fidem: *quia viderunt oculi mei*; iam ardentem cereum manu gesto veræ fidei, hac enim illustratus æterna conspicio, nihil timendum, ad hoc inseruit hasta transeunti riuulum, qui illi innixus ambabus manibus partem in aliam proijcit corpus formidine liberum: sic quidem homines iuxta sepulcrum Rachelis sese exercebant *saltantes*, addit Gregorius [a], *magnas foueas*; sancti nempe viri, qui innixi hastæ desideriorum æternæ gloriæ humana transcendunt, 27.

Luc. 2. 30.

Matura & sancta mors.

a In lib. 1. Regum.

Digitized by Google

Luc. 2. 30. & per ossaria, & foueas securi transeunt; *quia viderunt oculi mei*, estote *fortes in fide*, arripite hastam fixis articulis fidei, & omni periculo liberi cælestes tenebitis oras. Videte ne fides vacillet, aut spes nutet, retro ante cursum aggredimini, audite senem fortunatum canentem, syngrapham a Domino salutis æternæ acceperat, *promissum acceperat à Spiritu sancto*, & tu, cui tempori amplissima patrimonia, peccatorum expiationem, testamentum reseruas? contingat tibi quod in Ecclesiis principibus, & cathedralibus euenire solet, in quibus vocum maiorem concentum in postremos Psalmos differunt in completorio, ad *Nunc dimittis*, in matutino ad *Benedictus*, in vesperis ad *Magnificat*, tunc sese colligunt, qui vel deambulant, vel sermones miscebant, tunc prodeunt aureæ pallia thure fumante, calent aræ, tunc cantores omnes acuta grauibus temperant, personat organum, tubæ, &c. ita miseri viuunt aliqui in ætatis flore, omnia voluntate, & voluptate metiuntur, in senectute sese recipiunt, altaria frequentant, ad *Nunc dimittis* gemunt, homologesi iterata repetunt, omnia raptim repentéque fiunt, scelerum piatio, testamentum, sacræ Synaxis sumptio, bonorum restitutio, cantores pueri flent, seruorum, & clientium organa gemunt, vxor alta voce conqueritur miseram fortunæ sortem, propinqui, & affines veluti succentores lamentantur; serò iam est vox, & spiritus illis à Deo intercluditur, tempora, & interualla citantur, & ex illorum ore Deus vocem, psalmum, & pœnitentiam aufert, nihil nisi turbatio auditur. *Ve multitudini populorum, vt multitudo maris sonantis, & tumultus tubarum in tempore vespere, & ecce turbatio: a visperas no hay lugar: in matutino & non subsistet: a la mañana Dios sabe quien viuira*; & addit, *ad vesperam demorabitur fletus: ala tarde bien le pueden llorar.* Fidelis autem seruus minimè rerum vicissitudine permouetur, *sed in pace in idipsum*, &c. accenso sacro Paschatis cereo apis Mariæ, cuius fulgente lumine tenebrarum, & cæcæ noctis discussa caligine nullis sæculis intermorituræ vitæ portus offendet, portus (inquam) tali radiante, & ducente sydere æternitatis attinget.

Immatura mors per socordiam.

Simile.

28.

Descriptio immaturæ mortis.

Isai. 17. 12.

VERBVM FILII.
Lucæ 2. v. 22.

Postquam impleti sunt dies purgationis eius secundùm legem Moysi, tulerunt illum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino.

Dum in templo præsentatur, diuinum cultum in spiritu, & veritate docet, & noui, vtrique adoratores, Iudæum ad salutem, Gentilem ad lumen, hominem ad legis obseruantiam, alliciunt, & permouent.

DISCVRSVS XVII.

VIDEANT attentè principes qua ratione necessitudinem cum aliquo iungant, & colloquia cum inferioribus misceat; inter amicos namque cor humanum seuerum est tribunal, quod nullas personarum, nec gradus, seu status exceptiones patitur, illic sistendum, illic ratio reddenda, illic secreta amico reseranda. Miscuit quadam die verba, facilémque, & benignum se dedit Christus Dominus mulieri de Samaria, quem cùm illa sic suo obstrictum amore videret, ausa est interrogare difficiliorem quæstionem, & arduam, quam nusquam audierant mortales, *quo cultu, & quo in loco verus & vnus adorandus esset Deus?* quod etsi ignorabant, non ausi fuerant rogare discipuli (vt notauit D. Basilius [a]:) ipse autem vocatus ad tribunal amoris rem grandé exiguæ mulierculæ patefacere voluit. *Mulier* (inquit Dominus) *crede mihi*, citius quàm putas veniet tempus; quando nec in monte hoc, nec in Hierosolymis adorabitis Patrem: vos etenim multum à vero Dei cultu aberratis, veráque Dei cognitione: nos *verò Iudæi Deum adoramus, neque adhuc vt ipse dignus est: nam purus spiritus cùm sit, in spiritu petit adorari; omnia autem, quæ ibi sacrificia mactari vides, corporalia sunt, emortua, vmbratilésque victimæ, citò videbis gentem aulicam, cælestem, spiritus ritu, & more viuentem, quæ adoratura cælestem Regem veniet *in spiritu*, non vmbris solùm, *& in veritate*, sine errore gentili, qualis est eorum, qui idola colunt. In quibus verbis vacuitatem legis ostendit, & errorem Gentilium, quæ duo & mysterium istud, & discursus noster reiicit, & verum Dei cultum, & cultores ostendit. Locum istum, & verba Ioannis sic explicant S. Ambrosius [b], Cyrillus [c], Hilarius [d]: verbum enim illud *spiritu* contra figuras, & *veritate* contra falsa dogmata Gentilium distinguit.

1\.

Miren los Principes como tratan amistades, y platicas con los inferiores; porque entre amigos el coraçon humano es terrible tribunal, que no suffre excepcion de personas, ni esto lo allí le haran estar a razon, y juicio.

a Regul. fusi. regul. 48.

Ioan. 4. 21.

Vera adoratio in spiritu sine vmbra & sine errore.

NOTA. * Non significat cùm dicit *nos* se adorare, sed Iudæos adorare: pro nomen enim *nos*, non personam, sed genus declarat: sicut si nobilis Hispanus dicat, nos regi nostro fideliter, ac libenter tributa soluimus, non putes nobiles soluere, sed Hispanarum genus. Ita Maldon.

Digno semper, & vero Dei cultu voluit Pater æternus adorari; obsequia tamen ista spiritu plena, & spirituales adoratores amauit, quos cùm natura non tulit, ipse eorum magister fuit, & auctor. Vnus fuit Abraham, cuius solertiam, & cæremoniarum obseruantiam laudat primò Deus Gen. 12. v. 1. *Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum Abraham*: & causam subdit per Isaac, c. 26. 5. *Eo quòd voci meæ obedierit Abraham, & custodierit præcepta, & mandata mea, & cæremonias, legésque seruauerit*; fuit enim primus, qui sacrificiis à Deo præscriptis ipsum coluit. Sed opus est nouitium istum ad spiritus scholam, & ferulam ducere; fit ita: nam c. 15. 11. hoc illi sacrificium iniungit. *Sume* (inquit) *vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque, & columbam, & tollens vniuersa hæc, diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit.* Sed cùm adhuc carnale, & corporale, & sanguinolentum esset sacrificium in abigendis auibus, non parum laborabat, *abigebat eas Abraham.* Deus autem fide ista, & religione delectatus, adesse sacrificio voluit tectus, & personatus: nam sub specie ignis inter dissecta animalia deambulabat. Age iam Pater optime, infer spiritum in corpoream istam victimam, luce perfunde vmbram. Præuiderat Deus filios Israel inter Gentiles idola colentes moraturos, qui maximè Ægyptij superstitiosè hæc tria animantia venerabantur, vaccam suo Api, aut Serapi immolantes;

2\.

DIVISIO DISCVRSVS.

b Lib. 3. de Spiritu sancto cap. 12.

c Lib. 2. cap. 93.

d Lib. 2. de Trinit.

Veros adoratores Deus ipse erudiuit.

Cædere victimas in pactis firmandis consuetum, Ierem. 34. 18.

Digitized by Google

lantes; ouem Ioui Ammonio, capram Amaltheæ, quam lactauit. Itaque (inquit Deus) coram filiis tuis Ægyptij inani, & vano ritui incumbent; tu igitur parens fidei hæc eadem mihi vni Deo macta vitæ auctori, cùm ipsa tertium agunt annum, ne puerile sacrificium videatur, sed virile, & debita prudentia oblatum, cæsa sint animantia, vt à pacto discedere nequeant, & discant homines stare promissis Deo. *y sea tanto como dezir partido se vea, y diuidido como este animal, quien se boluiere atras de lo capitulado y offrecido, o, professado a Dios.* Mundus diuitias amat, tu ergo ouem mihi immola, quæ libenter vellera ponit; amat libertatem mundus, vacca igitur cæsa, quæ iugo se facile subdit, spiritum obedientiæ doceat; & quia delectamenta perditè amat mundus, capra, in qua brutæ appetitiones, & affectus denotantur, mactetur. Certum est rapaces aues, sæculares homines, & verè mundanos hoc tuum sacrificium vel æmulaturos, vel mordaci lingua prosecuturos: tu verò insta, & baculo timoris Dei *aues abige, donec sol occumbat* ad finem vsque vitæ, cùm Deus sub forma ignis affulgebit tibi, & cantando spiritu plenus, sicut Simeon, securus dormies.

Mystica oblatio Abrahami.

3. *Vota religiosa.*

Aues autem non diuisit. Adhuc integræ manent auiculæ; quas tamen obtulit nouo ritu: non enim diuisit, sed eo (ni fallor) cultu obtulit, quo iussus est populus aues sacrificare; nullo ferro, sed manibus collum contorquendo versùs pectus, vesiculam cibi auferendo, in locum cinerum pennis omnibus rite ablatis. Age iterum Domine, mitte spiritum in turtures istos, & columbas: sunt isti (aiunt Augustinus, & Isidorus [a]) spirituales viri, qui alis quidem ad superna attolluntur, vitásque Deo consecrant, quos gladius non cædit, sed amor; & propriis manibus sese Deo mactant, qui gulam luxuriæ incentiuum auferunt, collum per obedientiam contorquent in obsequium Dei, pennas diuitiarum, & cultum pretiosum stercora arbitrantur, & vera deuotione immolati odoratissimo holocausto in altari religionis in cinerem resoluti pariter cum Christo excitantur.

a In hunc locum Gen. 15.

4. Tertiò tamen tanquam in spiritualibus iam prouectiori præscribit Deus Abrahamo fide, & spiritu plenam hostiam: *Tolle filium tuum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atque offer eum ibi in holocaustum super vnum montium, quem monstrauero tibi.* Augustinus: *O Domine piissime! quem scis patri dilectum, quid imperas victimandum?* Immo ideo impero: nam prudens dixi, *quem diligis Isaac. Quid hoc est, imperat parricidium, qui prohibet homicidium?* Non quæro mortem; quid ergo quæris? Vitam, spiritum, fidem, deuotionem. Quare cùm vidit supposita ligna, puerum ligatum, armatam ferro dextram, siste, siste Abraham. *Quid hoc est* (rogat Zeno Veronensis [b]) *ecce immanitas in fidem, & scelus transit in sacramentum:* venit namque spiritus, & opus consecrauit, mutauit, conuertit, hostiaque, & mactatio facta est, non in pueri ceruice, sed in corde parentis, vbi fides, vbi spiritus residet, quod opportunè obseruauit Augustinus [c] in Dei persona loquens, *Tuum sacrificium, quod paraueras, intendi ego, quod iusseram, vt offerres, accepi*; sciebam ego Isaac in corde tibi esse, hunc

Gen. 22. 2.

Cordis sacrificium volebat Deus.

b Serm. de patientia, Biblioth. & apud Lippom. in catena. Gen. 22.

c Serm. de tempore 73. tom. 10.

postulaui, hunc accepi, quo semel oblato, *in voto probaui, quod in facto renui, acceptaui votum, nec repuli sacrificium: perfecta sunt omnia, & salua sunt vniuersa.* Tunc Abraham respexit ad locum, in quo hæc peracta sunt, & nominibus mysterio plenis nuncupauit, vocauit *Moria*, Dominus videbit, vocabatur enim *terra illa visionis*, & cùm in ea montem singularem ostendit, secundùm tres significationes ait: *Moria, este si que es lugar de temor de Dios, lugar de baxar los ojos de verguença:* locus, in quo non licet cogitare aliquid, quod Deo displiceat: *Moria* enim à Iare, est terra diuini cultus: *aqui me hizo Dios temerle, y reuerenciarle.* Hîc templum ædificandum, vt ait Hieron [a]. quod meritò *Moria* vocabitur, hoc est, timor, seu cultus Dei. Iterum autem à verbo Iarah, vnde nomen Iora, id est, pluuia, vel doctrina, *Moria este si que sera el monte Moria*, hoc est, doctrinæ, in quem Doctor ille iustitiæ descendet, qui veram Dei adorandi religionem, & doctrinam dabit: quod eodem verbo postea prænunciauit Ioël, dum Christum Doctorem *Ammone* vocauit. Tertiò à verbo *raa*, hoc est, vidit, *este si que sera monte*, in quo *videbit Deus*, & præparatum habebit Redemptorem, verúmque sacrificium. *Dominus videbit sibi agnum*, vel prouidebit, & quo nomine denique vocas montem istum. *Maria* *, *este sea su nombre Maria*; nam in sinu Mariæ sanctissimæ verus agnus, verus Doctor, verus sacerdos, & victima apparebit, in qua sacrificij crucis figura quædam, & lineamenta fient, & in monte isto Caluariæ mons figuretur: nam non longè erat à templo, ita vt idem reputari possint si nomine vniuersali *Sionem* nominaueris vtrumque.

5. *Moria quid significet.*

a In quæstionibus Hebraicis.

Cap. 2.

* Additio prima in Glossa in hunc locum cap. 22.

P. Villalpan. tom. 3 lib. 1. cap. 7. in fine.

Magni huius magistri, & spiritualis adoratoris filij haudquaquam imitati sunt exemplum: nam excitato templo, decretis per legem sacrificiis, natura sua sine vitio, & à Deo per Moysem præscriptis, sic sua hypocrisi, impietate, & infidelitate opera religionis miscuerunt, vt ea execratus Deus dixerit, *Munus non suscipiam de manu vestra*; quia in vmbras, & vacua instrumenta conuerterint, quæ neque sanctitatem afferebant, neque veram peccatorum remissionem, sed maculas solùm, & irregularitates legis auferebant, vt D. Paulus ad eosdem scribit Hebræos *cap. 7. & 9.*

6. *Iudæorum abusus.*

Malach. 1. 10.

Nihil ad perfectum adduxit lex. & infrà, iuxta quas munera, & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientias, hoc est, quod ad animam pertinet, perfectum facere seruientem. P. Salmeron. a Act. 17. 27.

Gentiles etiam ex alia parte contemplare Deum quæritantes, *si fortè attrectent* [a], ad hoc faces accendebant primis Februarij diebus, qui lustra dicebantur, quæ in honorem Februæ matris Martis vrbem lustrando accensis facibus post quinque annos celebrabant. Alij non dissimili superstitione candelis accensis Cererem comitabantur, quærentem Proserpinam filiam in monte Æthna. Vera igitur Mater Ecclesia docta à Spiritu sancto cùm Hebræos sine spiritu videt, gentes verò sine *veritate* errantes, falsas Deitates colentes, Virginem offert primogenitum in sinu gestantem, vt Dei in spiritu cultum verum ostendat, & accensis cereis Gentiles mores in sacros traducit, ritúsque prophanos in sanctas cæremonias conuertit, & ambo veram animarum salutem, Doctorem Deum inueniant. *Lumen ad reuelationem gentium*, ecce primum, *& gloriam plebis tuæ Israël*, quod Dauid Psalmo iam cecinerat, *Sacrificium laudis honorificabit me*,

7. *Error Gentilibus, & mos quærendi Deũ candelis accensis.*

Luc. 2. 32.

Psal. 49. 23.

me, id est, publicum, ita vt nouerit Hebræus populus cuncta sua sacrificia vno tantùm modo consummanda: Gentiles autem aberrantes ad veram semitam reducam, *& illic iter, quo ostendam illi salutare Dei*, id est, salutem maximam, & veram reperient cœci Gentiles facibus, quas ego accendam in templo meo, quæ duo in Euangelio prosequamur.

8. *Postquam impleti sunt dies octo.* Mitto ab aliis* probatum, & ex ipsa lege liquidum, planùmque nullo præcepto teneri Virginem ad huiusmodi legalem purificationem *. Puer autem Rex legi obtemperat, vt regibus, & principibus legum latarum ab ipsis obseruantiam diuino isto documento præscribat; sicut ad Iosue manifestè iussit Deus: *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus, ac noctibus*, &c. *tunc diriges viam tuam, & intelliges eam: entonces andaras aderechas, y sabras loque hazes.* Quamobrem in regis coronatione *Deut.* 17. præcipiebatur vt regi Israël coronando lex scripta ante oculos proponeretur, duplici de causa. Prima vt ab illa vtpote æterna, & diuina lege tamquam ab exemplari leges suas ad informandam plebem deduceret, inde enim omnes leges dimanarunt (vt optime Tertullianus) *quæcunque leges videntur ad innocentiam pergere, de diuina lege, vtpote antiquioris forma, mutuatæ sunt:* inde etiá ortum habet obligatio, qua ipsi suis legibus obseruandis obstricti sunt, vt docet Aquinas [a] cum suis, & cum nostris, qui ab illo pænè non discrepant: hoc enim pacto ab inæqualitate odiosa, ab hypocrisi, & simulatione se liberat, dum id, quod aliis bonum iudicat, sibi non inutile confitetur, nec facta dictis contraria sunt. Sicut in Annania Pontifice acriter reprehendit Paulus [b]: *Percutiet te Deus, paries dealbate, nam tu quidem sedens iudicas me, secundùm legem iubes me percuti.* Secunda scribendi legem ratio fuit, vt in ipsa inauguratione regis superbia retunderetur, quam alta sedes ingenerat, dum ita se videbat in thronum euehi, vt tamen alia potestas esset, cui deferre oporteret, in cuius obedientia recta gubernandi ratio consistit, vt exemplo Iosue patet, qui ipsa legis obsecundatione feliciter, & faustè in omnibus se gessit [c]. *Iesus dum implet verbum, factus est dux Israël:* & eleganter, ac verè Cicero: *Nam & qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est, & qui modestè paret, videtur, qui aliquando imperet dignus esse.* Porrò etiam principes docet nullam sui honoris iacturam fieri, cùm se in diuino obsequio religiosè demittunt; nusquam enim grauitas, & auctoritas in discrimine ponitur, quoties Deum auctorem respicit, & veneratur; liquet hoc Dauidis documento, vt notauit Isidorus [d], & alij, quin potiùs ex illa die Michol subridenti, & insultanti, *filij vltrà nati non sunt.*

10. Nec dissimile est documentum demissionis Virginis: nam nulla constricta lege obsecundat, & quidem eo tempore, cùm magis omni lege, & subiectione exempta videbatur. Quis enim putaret tunc remotam esse ab omni elatione, & studio ambitionis, cùm se Dei matrem contemplatur, & seruam, & ancillam profiteri, cùm Angelorum regina constituitur? Vix grauida fuit ancilla Abrahæ Agar, cùm nec domi se continere, nec Saræ obtemperare potuit; & cùm superbiam eius comprimit, Agar sola in solitudinem pergit, vbi correpta ab Angelo, & in domum redire coacta est. Hæc nostra, o mortales, conditio, qui leui quadam gloriola efferimur, & tenuissima sapientia inflamur, non sic lectissima virgo, quin potiùs ob eius demissionem rectè Hierosolymæ comparatur, *decora sicut Hierusalem*; in illo enim admirandæ vrbis prospectu eminebat maximè templum, sicut in Maria prima maximè deuotio resplendet. Secundò Hierosolyma nunquam ob filiorum multitudinem amplior fiebat, nec laxabat mœnia: *no se ensanchaua la gran ciudad:* magnarum enim vrbium hoc est, etiamsi multa millia hominum confluant, non amplitudinem muri dilatare omnes capiunt, omnes sine angustia suscipiunt; *Alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum hi fuerunt illic. Nunquid Sion dicet: Homo, & homo: Un millon, y trecientos mil hombres de armas tomar, tenia dentro, y para ella son como vn hombre.* Ita cùm in Mariæ animam omnium quotidie donorum, & gratiarum copia confluxerit, non extollitur, non inflatur, sed potiùs se ancillam profitetur. Sicut etiam Abraham, quem Deus nominauit *Patrem excelsum*; at postquam littera ה, addita est illi, & pater multarum gentium nuncupatus est; nunquid superbit? nunquid ab obseruantia legis se subducit? quin potiùs addita illa littera legi Dei respondet, & eius quasi summa est: *es cifra dela ley de Dios aquella letra*, vt tunc subiectionis documenta exhibeat, cùm celsitudinis nomine insignitus est.

Nomen enim, & matris munus non eximit parentes à cultu, & obsecuantia legis, immò arctiùs deuincit, vt in ipso Abrahamo liquidum facies: purificationem enim quærit beata Virgo non sibi, sed vt parentes admoneat, vt puri esse studeant, ab illis enim in filios vitia, & affectiones dimanant; culpa non riuulo, sed fonti adscribenda est (aiebat Hieronymus [a].) *Si tenuiter riuus fluit, non est alues culpa, sed fontis*; & quàm verè in parentes filiorum error, & culpa refundatur, ponderat eleganter Augustinus: nam ad immolandum filium strictè pedes deuinxit, *cùmque alligasset filium suum.* nimia videtur, & inanis cura vinciendi puerum: nam si vis inscium illum mactare (vt obseruat D. Petrus Chrysologus [b]) *nesciens filius aptabatur vinclis*; igitur eo ipso quòd vincis, admones eum mortem illi impendere? Si iam ipsi Dei voluntatem reuelasti, & ipse concessit, & annuit (vt ipse Chrysologus [c] sentire videtur, & Iosephus [d];) ipse vtique sciens, & volens quiescet, & liberè mortem expectabit: at nihilominus vincit illum; quare? Respondet Augustinus: Sic enim suam reputat pater filij humilitatem, obedientiam, & obsequium, vt ex parte eius nolit aliquo defectu labefactari; & quia poterat stupore mortis perculsa natura leue aliquod signum exhibere impatientiæ, ideo vinciri vult, & vincire voluit pater. *Vincitur innocens hostia, ne offerentis deuotio putaret se minus aliquid exhibere, si impatientia doloris victima calcitraret. Pareci erale menos cabo de la deuocion, si diera alguna perneadilla.* O parentes, quàm strictam rationem à vobis exiget Deus de flagitiis, & facinoribus filiorum vestrorum, qui leuem impatientiæ speciem odit in suauissima, & gratissima hostia: nónne assignabit vobis stupra, concursationes nocturnas, lusus, adulteria, rixas? Certè (inquit Chrysologus [e]) cùm attulerunt ad Iesum

---

NOTA. * Non tenebatur; nam lex 13. sic habet; *Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur.* Et ex iure habemus nullam conditionem frustrà adhiberi in lege, sed ad exceptionem exprimendam; illud ergo ver-
9. bum *aperiens vuluam*, Virginem excipit. Vide Tol. in Luc. 2. annotat. 36. Item mulier si *suscepto semine* virginem à communi lege apertissimè eximit. sic sentiunt Cyr. Hierosol. hom. de occursu Domini, serm. quodam de purificatione, qui habetur inter opera eius in Typographia Vaticana.

Iosue 1.8.

Lex. Rex.

a 1. 2. q. de legibus, ibid. Vasquez.

b Actorum 23.3.

c 1. Mach. 2. 36.

d Lib. 3. sent. & Concil. Moguntiæ approbauit doctrinam eius. & adhibet S. Fulgent. & Ambros. lib. 3. epist.

Gen. 16. 15.

Cant. 6. 3.

Psal. 86. 4. 11.

12.

Parentes puritate & obseruantia præluceant.

a Epist. 77.

b Serm. 10.

c Serm. 55.

d Lib. 1. antiquit. c. 22.

e Serm. 51.

zed by Google

sum adolescentem illum, qui à dæmone conturbabatur, & elisus in terra volutabatur spumans, *patrem interrogauit Christus, rogat tempus, ætatem pandit, vt tanti mali causa non tangat sobolem, sed parentem: nam replentur dæmone paruuli quando à parentibus suis offeruntur diabolo, & bene pater credit, & patris liberatur fide; quia patris fuerat infidelitate damnatus.*

13. *Postquam completi sunt.* Non iam sola obedientia notanda, sed quam in tempore, &, vt aiunt, ad punctum temporis præstita fuerit; minus enim grata obedientia, quæ diutius remoratur. In Abrahamo notauit S. Chrysostomus [a], qui vix præceptum audit, cùm nocte intempesta filium, gladium, ignem, & iter arripit, quasi timeret, ne Deus mutaret voluntatem: Mariæ autem obedientiam expeditissimam suus graphicè describit sponsus: *Quàm pulchri sunt gressus tui filia principis*, & mundi sunt, & elegantes gressus, & incessus: mundi, quia reginæ cothurni nunquam sordent, nam leui pede incedis, nec luto terreno sordescis. *Beati immaculati in via: bienauenturados los liripios en la calle*; & qui sunt isti? *qui ambulant in lege Domini: losque ponen el pie concuidado en la ley de Dios.* Sicut qui, cùm sordent viæ, ibi pedem leuiter figit, & transeunter, vbi nihil illi adhæreat sordis: ita Maria cùm ter in Euangelio nomen legis intimetur, à lege in legem infert pedes filia principis, & ab obedientia in obedientiam procedit. *Statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos.* Secundò in gressu maximè grata erat elegantia, & ad nutum obedientia præstita, quæ obedientia optimè per incessum Reginæ saltantis exprimitur: nulli enim gressus magis ad numerum, & ad punctum dantur, quàm qui ad sonum citharæ fiunt: *Toda la dança està hecha de punctos, y compases, y el saber està en no perder punto, ni compas.* Hæc fuit vita Virginis, hæc fuerunt opera eius, incessus quidam, & quasi ad numerum saltus, prout cithara legis à digito Spiritus sancti pulsabatur; venit Angelus, & Verbum descendit, tunc ipsa reuerentiam exhibet. *Ecce ancilla Domini*, citatur sonus, & vrget spiritus, *& abit in montana* cum festinatione; ingeminat sonum, & vocem obedientiæ Imperator, *ascendit in Bethleem*: fugam imperat iterum, *& fugit in Ægyptum.* O Virgo quàm pulchri sunt *gressus tui*; quàm eleganter in lege Dei incedis.

Promptitudo obedientiæ.

[a] Hom. de fide Abrahã, & immolatione Isaac.

Cant. 7. 1.

Psal. 118. 1.

Vna sentand del pie de ley en ley como el que anda en tiempo de lodos.

Psal. 39. 3.

Hizo vna reuerencia al verbo: vna larga ala montaña vna alta a Betlef. vna fuga a Egipto: vna bulta a Nazaret.

Luc. 1. 38. Ibid. 39. Matth. 2. 13.

14. Verumenimuero non Virgo sola, sed omnes in Euangelio obediendi documenta præferunt. Habemus in corpore orbiculari obedientiæ ad punctum exemplum, constitue globum perfectè rotundum in plano, ecce in puncto tangit planum, vt scias verum obedientem in puncto debere tangere, nempe in ratione obedientiæ, nil aliud respicit, nisi obedientiam. Gregorius Magnus [b]: *Vera namque obedientia neque præpositorum intentionem discutit, nec præcepta discernit; quoniam qui omne vitæ suæ iudicium maiori subdidit, in hoc solo gaudet, si quod sibi præcipitur, operatur: nescit enim iudicare quisquis perfectè didicerit obedire; quia hoc tantum bonum putat, si præceptis obediat:* in quo Mariæ obedientia exprimitur, quæ nec honoris puncta respicit, sed legis, & obedientiæ, *hoc tantum bonum putat, si præceptis obediat*: quare huius rei tam nouæ nulla ratio redditur, nisi legis, & obedientiæ *secundùm legem.* Secunda proprietas corporis sphærici est, vt etiamsi sit cælum, à se proprium non habeat motum, sed motori se subdat: nam nulla est maior ratio, ob quam ad illam magis, quàm ad istam moueatur partem, ideo orbibus cælestibus Aristoteles intelligentias motrices adiecit. Sic verus obediens nihil à se facit, nisi ab extrinseco motore, in quo summa Christi Domini obedientia resplendet, qui cùm celsior, amplior, maiórque cælo esset, & parentibus subditus erat, & ab Angelo huc, illùcque mouebatur, & ita facile mouetur, & circumfertur à matre, vt nescias hodie, quis alium moueat, mater filium, an filius matrem. *Impleti sunt dies purgationis eorum*, legitur Græcè, *alla và Dios tan grande como es, a donde và Maria.* Tertia proprietas corporis sphærici est, quòd semel moueri incipiens summa velocitate spatia quæque excurreret, etiamsi grauius esset terra. In hac obedientia se mirabilem exhibuit Simeon: cùm enim esset grandæuus, dignitate celsus, (etiamsi taceat Euangelista) canis plenus, & graui senectute: *ecce tamen venit in spiritu*, à Spiritu sancto motus aduenit. O mater Religionis, verum animarum sacrificium, hostia placabilis, sic à Virgine obseruata, sic amata à filio, vt obedientia nutritus, & altus videretur. *Cibus meus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me*, ita vt in venis eius nullus alius sanguis, quàm ex Dei voluntate generatus resideret, secundùm legem.

Obedientia conditiones.

[b] Lib. 2. in lib. Reg. c. 4.

Christi obedientia.

Luc. 2. 22.

Simeonis obedientia.

Ioan. 4. 34.

Par turturum, aut duos pullos columbarum. 15.
Profitetur secundò Virgo purissima paupertatem, votum quidem, & sacrificium omnibus asperum, sed maximè nobilioribus: nam instante lege, secundùm quam, vel agnum, aut turtures deberet offerre, subticuit agnum Euangelista, vtpote diuitum sacrificium; exprimit autem turtures, quia hæc erat oblatio Virginis paupertati consentanea: & quidem ex indigentia fuisse constat; sic enim erat obediens, vt si haberet, quod maius erat, & primum in lege, non offerret quod multo minus erat. Sacrificium equidem inter nobiles, quod non dubitauit martyrium nuncupare Bernardus, *vbertas in paupertate: haner de lucir, y cumplir en ocasiones siendo pobre:* martyrium autem hoc sic elegit, sic amauit Christus, vt libenter subire voluerit, & sociam habere matrem. *Propter nos egenus factus est cùm esset diues*; quare non iam vile quid dicenda est paupertas, sed celsa, & altissima maiestas. *Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum: el estar estremadamente pobres, no los estoruò a hazernos bien, aut duos pullos columbarum.* accommodata pauperibus sacrificia; nam qui pauper est, æquum est vt se gerat vt pauper, & quod amplius est, suspicione non est liberum. *Videte ne furtiuus sit*, dixit Tobias cæcus vxori, cùm hœdum in domum adduxisse præsentit, quod grauiter tulit illa, existimans se in hoc contumelia affectam post tot fidelitatis annos, quibus illam experiri potuisset, nec furto, nec inhonesto affectu fuisse inquinatam: nihilominus bene se gessit (inquit Lyra) degebat enim Tobias inter gentes furto propensas, à quibus viliori pretio ipsa coëmisset. Porrò *pauper erat, propter quod cibaria delicata non consueuerat habere in domo sua*; sed de his alibi.

Luc. 2. 24.

Maria paupertas.

2. Cor. 4. 9.

2. Cor. 8. 12.

Tob. 2. 21.

16. *Et vt darent hostiam secundum legem.* En mundissimi partus, & castitatis professionem facit; quo pacto dices à reliquis fœminis diuersam se ostendit, quæ communem legem purificationis obseruat? quid hæc ad virginitatem? Verumenimuero si attendis, in hoc eius puritas magis, ac magis elucet; quem enim gestat in brachiis, omnes vt solem demirantur: *lumen ad reuelationem gentium*; quis igitur vidit vitream fenestram Solis percussam radiis frangi? nec virginale claustrum reserari, eo quòd nobis per illud sol iustitiæ affulserit? & quòd chirothecas vnguentis delibutas, & odoratissimas olfecerit, quis ausus est dicere thecam, vnde desumptæ sunt, aliquo graueolenti vnguento, vel macula redundare?

Luc. 2. 24. *Profitetur castitatem Maria.*

Luc. 2. 32.

17. Sed oportet, vt hæc minutiùs concidamus, & D. Ambrosium [a] auscultemus, eximium huius artis, & virtutis castimoniæ auctorem, & prædicatorem. Castitas est odor fragrantissimus contra fœtorem, quem vulnus peccati inueterati afferre solet, & ipsi Dauidi grauis videbatur: ad hunc autem pellendum teterrimum odorem, thymiamata, & sacrificia inuecta sunt; vnde exiens Noë ex arca, *statim sacrificium de pecoribus, & volucribus mundis Deo obtulit super altare*, & subditur, *Odoratus est Dominus odorem suauitatis*, alia lectio, *odorem quietis*; ac si pectus diuinum propter carnium corruptionem prouocatum esset, quod tamen odor suauis illius sacrificij sisteret, atque sedaret. Sint igitur deinceps ex mundissimis animantibus sacrificia, hoc est, sint castissimi iuuenes, virgines Deo sacratæ, quæ exhalent suaues odores Dei naribus iucundissimos. O Domine, operosus labor, & mirabilis ars erit, quæ has chirothecas castitatem olentes conficiat. Attende quàm rudis tollitur pellis de animantis corpore, quàm viscosa, & turpis, & graueolens; sumpta tamen ab opifice artis perito, calce extergitur, abraditur semel, & iterum aqua abluitur, mundat illam, attenuat, & vno, atque alio vnguento delibuta Solis radio, & aqua rosarum, & suffimentis odoratissimis hœdinum odorem pellit, zibeto, & mosco, pastillis, & suffimentis allinit, inter rosas, & flores custodit, donec regibus, & principum manibus coaptetur. Hac eadem ratione mundantur corpora, exterguntur sordes, & lasciuiæ odor pellitur, etiam ab iis, qui sordidiores à sæculo, & à prophanis moribus ad Christum veniunt: *castificantes animas vestras* (ait D. Petrus [b]) deponendo videlicet veterem hominem, exuentes amorem carnalem, putidum arte varia, & repetito martyrio, nunc cilicina veste, nunc verbere, nunc ieiunio, nunc rosarum aqua lacrymarum, nunc suffimento orationis, ac denique zibeto, & mosco carnis Christi in sacramento veteres sordes extergendo. Quis enim castitatem aliquam vidit, etsi cælestem, & à Deo donatam; quam tamen opus non sit hac ratione castificare, seruare, & immaculatam custodire? Sic famosa facta est, & odoratissima Iudith [c], *habens super lumbos suos cilicium ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ.* Sic pulchræ sponsæ manus gratiores fuerunt Christo; quia myrrham primam stillare visæ sunt.

a Psalm. 5. *Corruptæ sunt cicatrices, &c.* *Castitas odor gratissimus Deo & hominibus.*

Quien vee quan tosca sale vna piel vitiosa, quitada del animal, que sangrienta, viscosa, fea y del...

18. *mal olor alizde al cabrito lascino cojela vn diestro official beneficiala con el agua, cal, pelala, lauala con vna y otra agua, limpiala, adelgazala, da le vno, y otro adobo, y martyrio con el hierro, bañala en agua rosada, esfriegala, amoldala, ahumeala, bañala de ambar, algalia y almizque enjugado el guante ponelo entre flores, que se le puede calçar*

19. Qui verò inter mundanos ab hoc purificationis genere se subducunt, quales à mundo immundi tractantur, & abiiciuntur? quæ martyria non tolerant vitiosi, & petulantes iuuenes, & meretriculæ putidæ? Prodeat in exemplum perditus, & profusus ille iuuenis, quàm florens ætate, opulentia, diuitiis, comitatu à patre discessit; rapitur a mulierculis, denudatur valetudine, specie, pecuniis, honore, talisque relinquitur, vt impunè porcorum custodiam susceperit; quid cùm die quadam vultum in fonticulo contemplatur? quam alium à seipso se videt. O iuuenis, vide quàm doctè hædos suos elaboret, poliat mundus? nunc aptior es, vt ex te chirothecas conficiat, quàm blandus, & leuis, vt conuertatur: *vesflo mas blando, que vn guante, que se buelue à Dios, y a su padre, y a su tierra.* Cogitauit hæc omnia Magnus ille Gregorius [a]. Tales (inquit) mundus suos post vitia relinquit, vt ipsi se facile (non sine gratiæ auxilio) ad Deum conuertant. *Sunt & aliqui, qui ipsa impossibilitate peccandi ad Deum conuertuntur, & per hoc, aliquando saluantur; quia quod nequiter voluerunt implere nequiuerunt.* Quid enim tandem agat vetula, quæ lenæ munus obire nequit, nisi siccis, frigidisque digitis orarium percurrere, & quod munus aget inueteratus ille peccatis, & canis plenus, nisi gemitu interno apud se dolere non suscepisse habitum religionis, cogitare totius anteactæ vitæ expiationem, & quidquid à concionatore dicitur contra se, suósque mores corrigendos dici, existimare; *castificantes animas vestras: mejor es, que os labre la castidad.*

el Rey.
b 1. Pet. 1. 22.
c Cap. 8. 6.

Quando se miro en el beuedero el cabello largo, erizado, la pelambre en cabeza, y zesus, el rostro amarillo, las narices encendidas, la cara hinchada, los labios roidos, los dientes, los ojos laganosos, arrozados los lagrimales, vn jubon picado con dos botones, vna calça vieja sin cintas vn zapato, acuchillado que se le salia de los pies, vn cayado para tenerse en pie. vn aqui fue Troya.

a 2. Moralium.

20. Verumenimuero si chirothecæ odorem efflant suauissimum, quis neget à theca floribus, & vnguentis perfusa odorem trahere? hic est puer Iesus in manibus Virginis, diuinitatem redolens. *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ*, quem olfecerunt licèt abstrusum, & absconditum Simeon, & Anna, hic est testis puritatis maternæ, de qua dictum est: *Mei sunt fructus, & flores honestatis: y la caxa que da llena de essos flores. à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.* Quare cùm puerum gerit in templum, solemnem suæ castimoniæ professionem exhibet: quòd si ad purificationem accurrit, ideo est, quia est *sicut columba quæ lacte sunt lota*; quæ cùm candore nimio fulgeant, videntur sibi, si lacte lauentur mundiores; sic purissima Maria, vt nobis puritatis exempla daret, *& vt darent hostiam secundum legem*, purificationis legi obtemperat.

Christus Mariæ Virginis puritatem ostendit.
Hebr. 1. 9.
Psalm. 44. 9.
Luc. 2. 24.

21. *Vt sisterent eum Domino.* Iubet nihilominus æternus Pater sisti ante aram diuinum illum Isaac, & mortem intentari contra illum; placebat enim illi magis cor Virginis immolatum, quàm turtures, & columbæ; ideo mater sistitur ante aram, & dolore mortis percutitur, vt Simeon prædixit, *& tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit*: nam crux, quæ à Christo vitam corporis eripuit, à te vitam animæ auferet, & dolore acerrimo percellet; ideo Bernardus [b], *Verè tuam, ô beata mater, animam gladius pertransiuit, alioquin non nisi pertransiens carnem filij tui penetraret.* In monte Moria sola mortis intentio facta est; *quedo se en solo el amago*, & sistere iubetur Abraham: modò verò sicut puero iam crux imponitur, sic tuum piissimum cor cruce transfoditur, & ex hac die quasi mortuum reputas, & mortem impendentem times. Athenis referunt occidisse vxorem maritum, quam per sententiam iudices damnarunt, vt post centum annos venturam pœnam mortis expectaret:

Luc. 2. 22. *Dolor Virginis.*
Luc. 2. 35.
b Serm. B. Virginis in verba Apoc. 12. *Signum magnum apparuit in cælo. Martyrium Virginis ex hac die computatur.*

ed by Google

ret: videbatur enim satis grauis pœna tenerrimo mulieris cordi iurasse illi mortem etiam post centum annos futuram. Sciebat (inquit Bernardus [a]) beatissima Virgo diuinam dispositionem, sed cùm reciproca erat sententia, & ambos morte mulctabat, ex hac die bis mortuam illam reputate, hodie est martyrium eius, ex hac die filium efferebat in brachiis ad sepulcrum, *semper hac doluit crucifixum, & vehementer doluit.* Etiam sciebat (dices) resurrectionem; cui ego respondeo: Etiam filius sciebat resurrectionem, & nihilominus semper doluit, dum viueret, numquam risit: itaque Virgo cœpit mori in anima. *Alioquin quisnam, tu vt mireris, plus Mariam compatientem, quàm Mariæ filium patientem? ille enim mori corpore potuit, ista corde commori non potuit. Fecit illud charitas, fecit ex hoc charitas, qua post illam maior nulla fuit.* Vides veros adoratores in spiritu, & veritate, vera obedientia, paupertate, & castitate, obsequium Deo præstitisse?

a Suprà.

22. *Lumen ad reuelationem Gentium.* Hoc deesse videbatur, vt errans, & circa Deos falsos vagans, Gentilis populus ad verum Deum reuocaretur, ideo ingrediens in templum vlnis se dedit Simeonis, qui inuentum thesaurum voce prædicat, *Lumen, lumen ad reuelationem Gentium*; eia cæci, verum Deum agnoscite. Hæc vera gloria Virgini decantanda est, eam nempe esse, cui sicut api debetur lumen cereorum, sic ei debetur lumen, & reuelatio Gentium: hoc enim lumine amissam gratiam, immo & ignotum Deum receperunt, vt bene notauit, & eleganter proloquitur Chrysologus [b], *Hæc est, quæ cælo gloriam dedit, terra Deum, fidem Gentibus, hominibus vita disciplinam.* Quid ais, Gentibus dedit fidem? hanc non inuexerunt Apostoli ad Gentes? Ita, sed id totum debetur Mariæ, nam ideo *lux vera* (inquit Augustinus) *venit in mundum, & illuminat omnem hominem, & quotquot receperunt, dedit potestatem filios Dei fieri, & Verbum*, hoc est, *quia Verbum* in Virgine *caro factum est*, & Deum cera virginea vestiuit Maria.

Luc. 2. 32.

Lumen gentium debetur Mariæ sanctissimæ.

b Serm. 103. & 104.

23. Quo lumine accepto, ita eius splendor grandæui Simeonis oculos perstrinxit, vt quod mortalibus ita formidabile est, & terrum, nempe sepulcrum, & fossam, ipse interritus postulet, & inuitet, immo nec videat (vt ait Ambrosius [c]) *nunc dimittetur, vt non videat mortem, qui viderat vitam: linda hora de morir, y de entrar en la huessa, quando los ojos estan llenos de luz, y de vida: quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Huc vsque cælum obseratum erat, vna enim crucis claui poterat reserari; nunc verò cùm iam in manibus gero claues vitæ, & mortis, heus mors, etiamsi obstruas fores mihi, & posteris iam patebunt; *viderunt oculi mei salutare tuum.* Viderunt alij saluatores quosdam, Moysem, Iosuë, Samsonem, Gedeonem: ego verò cerno vnicum, prædictum, præfiguratum Saluatorem, video iam mare apertum, & Mariam victoriæ cantatricem, video sistentem solem in sinu cælestis fœminæ, dum ego contra mortem pugno, & victoriam obtineo; video fauum mellis, quo mors ipsa dulcescit; video sub fragili hydria humanitatis, lumen diuinitatis ad reuelationem Gentium. *Nunc dimittis seruum tuum Domine.* Vale Virgo sanctissima, gloria terræ, & decor Angelorum, vellem quidem diutius tua diuinissima præsentia frui: at qui poterunt senescentia viscera acerbitatem doloris perferre, quo tua iam saucia est anima? Moriar ego, antequam tu mortuum videas, & extinctum lumen oculorum; moriar ego, antequam vel leuiter offendere queam agnum Dei; migrem ego è vita, in qua nec senex potest viuere sine formidine culpæ. Vale iterum, & cui fores aperuisti vitæ, exitum gratiæ, & finem gloriæ concede.

Christi aspectus mortem contemnere facit.

c In Luc.

Luc. 2. 30.

Ibid. 29.

VERBVM SPIRITVS sancti. Hebr. 10. v. 5.

Ideo ingrediens mundum: Hostiam & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi.

Deus fidem suam liberat in medio templi sui: vna hostia legem hostiarum consummat, & vna primogeniti oblatione ad sui mysticam mactationem, verámque religionem omnes Ecclesiæ gradus, & sexus inducit.

DISCVRSVS XVIII.

Officia regibus, & antiqua seruitia principibus exhibita, perinde sunt ministro inutilia, ac solet esse à multis annis debita pecunia, quæ licèt sæpius exigatur, serò, aut nunquam pensitatur, & soluitur; hac de causa mundus, qui ære alieno demersus nunquam pro meritis, famulis stipendia dedit, cælestem Regem sibi similem existimauit, & famulis Dei non sine irrisione spem, quam in vno Deo collocauerunt, exprobrauit. Egregia præmia tibi polliceri potes ò Dauid, summa te manent cælestia munera, sed *vbi est Deus tuus? multi etiam dicunt animæ meæ: Non est salus ipsi in Deo eius*; vbi numerata pecunia ad soluendum immane homicidium? vbi salus, & sanguis, qui deleat turpe adulterium? Offerat item filium, immolet Abraham suum Isaac, magna illi præmia proposita sunt, sed quando hæc erunt? certè immortales sunt aulicorum spes, æternò negotia peraguntur. Pergit in montem, componit struem lignorum, imponit innocentem victimam, distringit gladium, & dum facinus istud non verbo, sed præmio, & numerata pecunia (vt aiunt) retribuendum erat, monti nomen inscribit, *Dominus videbit.* Vide quàm citò expediuntur negotia more regio respondet; nam dum negare volunt, vno verbo respondent, *Dominus videbit: verà se vuestro negocio.* Quid dicemus de Isaia, qui vocatus ad thronum Dei, regem videt sine pedibus, & capite fumo repletam domum, & domus tota Dei tremore concuti cœpit. Sed ô prophani illusores, venite ad templum Dei, vbi omnia vestris cogitationibus contraria inuenietis. *Vbi est Deus tuus? ecce venit dominator Dominus*, respondet Propheta, *non est salus ipsi in Deo eius?* Contraria cantat senex venerandus; *quia viderunt oculi mei salutare tuum: Dominus videbit?*

1. *Seruicios antiguos son como deudas viejas, que tarde, o nunca se pagan.*

Psalm. 41. 4. 11.

Psalm. 3. 3.

Fidelis Deus in promissis.

2.

Isai. 10. 33.

bis? in multos annos, vel nunquam implendum putabis; ecce in monte Moria, vbi templum ædificatum est, vox vna totius Ecclesiæ perso-
Psal.47.10. nat, *suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.* Et tu Isaias prædica iam Deum benignum, facilem, qui à throno ad sinum Virginis descendit, vbi iam non tremunt columnæ, sed spes mortalium, & imbecillia corda roborantur, vbi non fumo perstringuntur, & obcœcantur, sed cæcorum oculi potiùs vocantur ad lumen, *lumen ad reuelationem Gentium.* Hîc sedet maiestas in Virgine, hic omnes reipublicæ gradus, & personas aduocat, virgines in Maria, sacerdotes in Simeone, coniugatos in eodem, qui (vt ait Theophylactus) vxoratus erat, de cælibatu Ioseph, de viduis Anna: semel enim ad nos descendens salus omnes cuiusuis conditionis, & sexus, salutem sperare iubet, vnicuique lumen in manu sua ad rectè viuendum datur.

3. Vbicunque Mosaicæ legis memoria fit, non sic complanata est via sancti Euangelij, neque intellectus sic fræno eruditus, vt sæpe non offendat, vel sistere non possit pedibus, sed pronus in caput iaceat difficultate oppressus. Offendit autem in tribus. Primum, qua de causa puritas purificatur? Secundum, quo pacto redemptio redimitur? Tertium, qua ratione timoratus Simeon mortis formidinem expulit, quæ omnium pulsat corda, annuit, cupit, inuitat, & gaudet?

Partitio discursus.

4. Et vt à primo ordiamur, sciendum est quædam fuisse in lege præcepta cæremonialia, & externos ritus, qui sordes animi nequaquam auferebant, sed quasdam irregularitates, quibus aditus tēpli interdicebatur, inter quas lex vtraque erat purificationis, & oblationis primitiarum, & primogenitorum, à quibus Virgo sanctissima, & maximè filius, liberi omnino, & soluti erant. Moralia quædam etiam præcepta, in quibus parentum obseruantia, templi cultus, proximorum amor, & officia præscribebantur, hæc omnes, præter Creatorem, obligabant. Alia erant prophetica, in quibus tectè, & in typo salutem dispensandam, & futurum Redemptorem ex Dei lege profitebantur, vt oblatio agni, effusio sanguinis, & alia similia. Hæc vt adimpleat Christus, quia prophetica, cùm legem venerit adimplere, obiter etiam alia præcepta adimplet, quibus minimè tenebatur, vt sic dissimulatus hominis, & serui habitu reliqua præcepta rescinderet, legem mutaret, fugaret vmbras. Sicut cùm castellum, vel vrbs rebellat in regem, nec tormentis potest expugnari, occultè cuniculos agit, & repentè igne tota moles corruit: sic Synagogæ arcem occupauerant sacerdotes, &, vt putabant, salus, & vera doctrina solùm in templo consistebat; cuniculos egit diuinitas, exinaniuit semetipsam, sub terra humanitatis delitescens, & dum non venisse soluere legem prædicat, ecce subitò erupit ignis de cruce, corruit templum, scissum est velum, rescissa est lex, translatum est sacerdotium, vniuersi salus apparuit, & cæremonialis lex vno sacrificio, vna oblatione, vno holocausto consummata est: sicut per Prophetas dictum, per Patriarchas præfiguratum, & à Dauide decantatum, cuius commentarium in Psal. 39. 7. iam ex D. Paulo libeat excipere.

Diuersa legis præcepta.

Exodi 31.1. & Leuit. 12. 6.7.

5. *Sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi,* &c. Agit Psalmista de quadam Psal.39.7.
sui præsentatione, quam exhibiturus erat seruus Dei, & Patris primogenitus in templo, ita vt diuina gloria perfunderet, & impleret illud, vt prædixerat diuinus Vates Aggæus, *Et implebo* Cap. 2.
domum istam gloria, tribus nempe vno aduentu peractis: *Sacrificium, & oblationem noluisti; aures autem perfecisti mihi: holocaustum & pro peccato non postulasti.* Non sine auctore loquar, & hoc Apostolico: nam præter Paulum, Apostoli apud Romanum Clementem sic explicant: Ideo inefficaciam ostendit Paulus aliorum sacrificiorum, non quia Deus illa noluisset, & ingrata illi fuissent; sed quia neque ex se, neque ex institutione habebant vnde illi placerent, nisi ex fine, & deuotione offerentium: præterea per illa non fuisse placatum Deum, & reconciliatum nobis, aut dimissa nobis peccata, inde colligit opus fuisse alio sacrificio *.

Quare alia sacrificia Deo grata nō fuerint.

* Videndus est D. Thō. q.102.art.3.

6. Fuit itaque holocaustum in mundi exordio, quod obtulit Abel, & cælesti igne absumptum est, multo magis voluntas eius Deo accepta. Porrò Isaac sacrificium, & victima percelebris fuit, in qua pars igni consumpta fuit, cor nempe paternum; pars reliqua fuit, vita videlicet primogeniti; tertia primitiarum oblatio fuit panis, & vini, quam sine sanguine mundum obtulit Melchisedech, inde documenta eduxit lex, & tria adinuenit in Dei obsequium, *Zebach, Mincha, Holoth Clathaim*, holocaustum, sacrificium, & oblationem, quas vtpote vmbras reiicit Paulus; *vmbram enim habens, & lex futurorum bonorum.* Quid igitur agendum, derelinquendum est templum omni hostia vacuum? minimè verò (ait Paulus;) *hic autem* (Christus) *vnam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei:* nam, (vt ait Leo [a]) *omnes differentias hostiarum vna corporis, & sanguinis Christi implet oblatio: vn solo cuerpo, y sangre guisado de muchas maneras llena esta yglesia de magestad nunca vista*, vna sufficitur hostia pro cunctis, vna superat, & excellit vniuersis, vt iam expendimus.

Augustin. de ciuit. Dei. lib.17. c.20. & epist.5.

Abelis holocaustum. Hostia Abrahami, Isaac. Oblatio Melchisedech.

Heb. 10.1.

Ibid. 12.

a Serm.8. de passione Domini.

7. *Postquam impleti sunt dies,* &c. Superat præsentatio ista holocaustum, cuius (vt ita dicam) Luc.2.22.
inuentor primus Abel, qui (vt nō tacuit Chrysostomus) cùm non solùm *de primogenitis pecudum* obtulisset, voluntatem, affectum, & deuotionem adhibuit: obseruarunt hoc boni Doctores [b], & eorum Doctor Paulus [c], *fide plurimam hostiam Abel, quàm Cain obtulit Deo.* Quare autem plurima fuerit hostia Abel, ex defectibus Caini colligamus. Primus defectus fuit, quia iam liuore inuidiæ laborabat in fratrem: vbi autem fermentum odij est, execrabilis est hostia Deo, quod non obscurè in sacrificio agni paschalis innuitur, ad quod afferebantur lactucæ agrestes, & amaræ; panis autem azymus. Quorsum Domine, si amaritudo pœnitentiæ lactucis figuratur, nónne melius panis fermentatus, qui acidus fermento fit; idem opus doloris exprimitur? Absit (inquit Deus:) nā panis fidelium corda, & Ecclesiam fidelium significat; *sicut enim ex multis granis vnus panis efficitur* (ait August.[d]) *ita ex multis fidelibus vna Ecclesia*, & D. Paulus; *Quoniam vnus panis, & vnum corpus multi sumus;* igitur ne sit in Ecclesia amaritudo, vel acida voluntas, sed summa pax, & concordia, azymo pane edendus est. Ideo Paulus, *Expurgate vetus* 1.Cor.5.7.
fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi;

b Chrysost. Rupert. August. Ambros.

c Heb. 11.4.

Oblationis Caini defectus.

d Tract. 26. in Ioan.

1.Cor.10.17.

azymi; etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque Caim primus fermenta odij in sacris epulis inuexit, ad quod forte Iudas alludit, *Væ illis, qui in via Caim abierunt, hi sunt in epulis suis maculæ*; aliqui Eucharistiam intelligunt, & ita Græcè *in charitatibus*; quia eius effectus est corda ad charitatem conciliare, qui bene maculæ dicuntur; quia in veste nuptiali à cæteris discrepant. Toga enim erat (vt ait Ambrosius) pacis symbolum, & quæ ad nuptiales epulas adhibebatur. Displicuit etiam Caim (vt ait

Alius defectus oblationis Caini. Chrysostomus) quia sine delectu obtulit, vel, quod deterius erat, cùm Deus maximè primi-

8. riis gaudeat ætatis, valetudinis, studiorum, &c. impij autem primitias sibi arrogant, &

Sap. 2. 8. prælibant. *Venite, coronemus nos rosis antequam marcescant.* in originali, *quæ sunt in calicibus: las que se estan toda via en capullos, y se van desabrochando*: amat autem Deus primitiuos fructus; non quia meliores: nam primi fructus corrumpuntur facilè, & primi fœtus animantium imbecilliores sunt, ex sententia Aristotelis, & in Caimo liquet, qui fratre deterior fuit: amat autem Deus primitiua, quia ea à nobis plurimùm videt amari, vt in eis saltem amo-

Primitias amat Deus vt amorem nostrũ obtineat. rem nostrum arripiat, & corda comprehendat, quæ ibi sunt, vbi amant. Primos igitur, & ardentiores affectus afferte Domino, & prima proposita adimplete, admonet Augustinus, quæ si matura non sunt, festinare, & præcoquere curabis lacrymis, & cinere, videlicet memoria mortis, filiósque curabis maturius quàm possis

1. Reg. 1. 13. offerre, sicut Anna, *quæ mansit in templo, vt lactaret filium suum*, & vt in maturitatem induceret, vt citiùs Deo offerri posset. Porrò etiam

Alter defectus. mortua obtulit Caim, vt notauit Ambrosius; quo enim pacto placebunt Deo opera sine charitate, & gratia: spiritus enim viuificat, contra verò concupiscentia parit peccatum; peccatum verò generat mortem: *pare hijos muertos la carne.* Quartò denique obtulit Caim sine

Vltimus defectus oblationis Cain. fide; contrà verò Abel *fide plurimam hostiam obtulit*: nam vbi nos legimus, *dixit Caim ad Abel, egrediamur foras*, Paraphrastes Hierosolymitanus addit, *accidit, cum egressi essent ambo in agrum, respondit Caim: Non est iudicium, nec iudex, nec sæculum aliud, nec merces bona pro iustis, nec pœna pro impiis*, prorupit itaque in blasphemias, quas iam præconceptas habebat, dum sacrificium offerebat.

9. At verò Abel meritò *plurimam hostiam obtulisse dicitur*: nam voluntatem bonam adhibuit,

Opera ex intentione computantur. non minùs quàm munera; munera quid valent? si cor ab illis auferas, nihil sunt; sicut in ratiociniis, etiamsi o o o. sæpius numeres, nihil valent, nisi ante o o. vnitas aliqua, vel numerus alter præponatur; sic computantur opera apud Deum: nam in ratiociniis eius, opera nostra nihil sunt; si verò illis præponatur voluntas bona, & intentio recta, ô quàm mirificè exaltan-

Rom. 13. 2. tur, & augentur; sic numerat Paulus: *Si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum, & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si dedero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* At cùm Abel non tantùm munera, sed voluntatem ob-

a In Genes. tulit, plurimam obtulit hostiam. Sic Rupertus [a], nam Caim cùm Deo offerret sua, seipsum sibi retinuerat, *repositum habens in cupiditate terrena, huiusmodi portionem Deus non accipit, sed inquit: Fili, præbe mihi cor tuum; Abel autem primò cor suum, deinde rem suam per fidem obtulit.* Quæ duo Deus quàm attentissimè discernit; ideo ait Chrysostomus [a], *& aspexit Deus*, id est, a Sup. hom. 18. super Gen.
approbauit, laudauit mentem, coronauit voluntatem.

Nunc ergo pulchrè cadit D. Pauli ponderatio. Vide rem post hominum memoriam mira- 10.
biliorem. *Multa fecisti tu Domine mirabilia tua.* Psal. 39. 6.
Tu, & tua, signa sunt magnitudinis eorum: nullum tamen huic, quod iam refero, queit comparari. *Annuntiaui, & locutus sum: essotras marauillas pudelas yo contar, esta vaseme debuelo*; & vbinam patratur hæc res mirabilis? Respondet Paulus, & exponit Hilarius [b]; *Ideo ingrediens* b In Psal. 129.
in mundum dicit: Hostiam, & oblationem noluisti; Psal. 39. 7.
contemplare sacellum virginei vteri, in quem primò pedem intulit Verbum, & quasi per vi- *Prima Christi præsentatio & oblatio.*
tream fenestram. Vide amplexum, & osculum primum, quo humanitatem suscipit; vide primam cogitationem, vide primum rationis actum, vide primam ad Patrem amantissimum animæ, & oculorum conuersionem, & eodem, quo ipsum prosecutus est infinito amore, pari dolore perculsus est de iniuriis in eum illatis, pari pietate, & amore exarsit in homines, quorum salutem cùm non tam in sacrificiis, & holocaustis sistere videt, in eodem instanti, in quo beata eius anima facta est videns Deum, voluntatis holocaustum obtulit, flagellis, sputis, alapis, clauis, cruci tenellam illã carnem purissi- 11.
mã dedicauit; *tunc dixi: Ecce venio, in capite libri* Heb. 10. 7.
scriptum est de me. de me, inquit, agnoscite Redemptorem, ego sum, qui deleo iniquitates vestras; & Hebraicè clariùs, *In volumine libri scriptum est de me*, id est, *in toto volumine*; quia summa totius sacræ Scripturæ Christum loquitur, sicut ipse dixit duobus discipulis euntibus in castellum Emaus. Disce, ô infans, hanc tui Redemptoris voluntatem: nec in ea solùm coniicias oculos, quæ exteriùs passus est, ne dicas, flagellatus est, sed penetra mentis intuitu cor sanctissimum, & dic: Voluit flagellari, voluit esse obediens vsque ad mortem crucis. Quapropter non solùm Doctores supradicti hanc æstimant voluntatem, sed Paulus nullius alterius rei memor ait, *In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel.* Hoc itaque est holocaustum (inquit Gregorius) obedientiæ: *per victimas enim aliena caro, per obedientiam voluntas propria mactatur.*

Nota. Ita clarè de se loquitur, vt qui Christo negant conuenire hæc verba, planè temerarij sunt, cùm præter citatũ Paulum, & communem Patrum sentẽtiã Agatho Papa affirmet nullum esse, qui ambigat Psalmum esse de Christo.

1. Thess. 10.

Vnde duo sibi meditantur serui Dei. Primum, quàm in intimo corde fixam debent habere obedientiam ex amore natam, *& legem tuam in* Psal. 36. 31.
medio cordis mei, non in ligno inuolutam, sed in emollito corde, scissóque incidi, & conseruari: *tengola en quadernada en medio de mi coraçon*; vt nihil nisi ex obedientia faciam. *Fi-* Matth. 26. 24.
lius hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Secundum licèt obedientia hæc aspera iniungat, amare videlicet inimicos, ex præconcepto amore debet oriri, vt facilè à Christi amore ad proximum etiamsi odio habitum transeamus, vt bene argumentatur D. Ioannes: *Chri-* 1. Ioan. 3. 16.
stus tradidit semetipsum pro nobis, & nos debemus animas pro fratribus ponere.

Vt sisterent eum Domino. Iam sistitur ante 12.
aram melius quàm Isaac primogenitus patris, Luc. 2. 22. *Parentes eradicantur.*
& ad

ized by Google

& ad superanda antiqua omnia sacrificia, &, vt indicant verba illa, *tulerúntque illum in Ierusalem*, locum quidem designatum in monte Moria, vbi sacratius sacrificium, quam Isaac peragendum erat: nam licet ibi pater aderat corde dolore transfixo; mater verò aberat: hic verò prima adest purissima Virgo, nec Pater immunis est a dolore (vt ait Zeno Veronensis) *solus Deus doluit, qui aliam victimam procurauit*, in illo sacrificio puer signa conferebat, at verò Virgini vtrumque datur, & puer, & amor, quo flagrabat ipsa, ibi intentatio sola facta est, & in parabolam, & vmbram transit; hic verò propulsis tenebris prodit se agnus innocens, veroque dolore perculsa mater mori cœpit, *& tuam ipsius animam doloris gladius pertransiuit*, ibi distulit Dominus rem in aliud tempus, *Dominus videbit*, hic verò non prorogatur terminus, nec tempus datur Virgini, *vt sisterent eum Domino; que vista la presente, paresca ante su Padre Dios, y le lleuen sus Padres, y pague.* O fideiussor hominum, quis tantum onus tibi imposuit? Amor. Sed quare tam citò exigitur debitum, quod liberè contraxisti? Tu Virgo purissima cùm vides exactionem à puero fieri, ita vt nec lectum illi concesserint, nec cunabula, concede debitum, sed pete, vt dimittatur in aliud tempus. Pater sanctissime, satis erat tenerrimi filij sanguis ad fideiussoris debita persoluenda, sed exigua portio sanguinis est in venis, quem ille largè in patibulo crucis cupit profundere, differ in aliud tempus; ego enim tunc pariter cum illo suffigar, pari dolore, & morte afficiar, *vt sisterent eum Domino: comparecieron para reconocer la obligacion, y deuda, y pedir plaços.*

Secunda oblatio in templo.

Luc. 2. 35.

Ibid. 22.

Manifestatur fideiussor hominum Christus.

13. Quare, obsecro, sic placent Deo primogenitorum sacrificia, & seuera lege constringit parentes? Genuinam rationem reddit D. Thomas; quia auctor vitæ cùm sit, tunc acceptam vitam ab eo fatetur creatura, cùm primos annos, & primos Deo fœtus consecrat. Vel quia (vt obseruant SS. Patres) maximè odio habuerit Deus, minimèque susceperit, & fouerit primogenitos, quod apertè constat, si legas sacram historiam à Caim vsque ad Absalom; an quia idola sunt parentum, quæ semper Deus voluit sibi soli, & immortali offerri in signum demissionis. *Abominationes Ægyptiorum immolabis Deo nostro*; an quia primitias amoris, & cordis exigit ab hominibus, quas parentes in primogenito collocant? Ita est, quod ex facto Abrahami licet coniectare, qui cùm iamiam gladium mittit in filij ceruicem, sisti iubetur; quid hoc Domine, quorsum tot sacrificij præparamenta, si modò cessare iubes? Iam (inquit) victimam ego suscepi, iam ictum gladij, vbi oportebat, inflixi, in corde parentis, & in voluntate filij, vt opportunè ponderauit S. Martialis [a]: *Victima autem arietis, qua debita erat in lege Hebræorum, pro homine cæsa est: sed Deus non sanguine arietis, sed voluntate patris & filij iusta delectatus est*; hæc est causa, ob quam te Deus multipliciter exercet, ægrotare iubet, longa itinera suscipere, litem contra te suscitari, vt dicas corde, te Deum super omnia bona fortunæ, & valetudinis habere, & amare, & *vt sistas* tuam coram sua diuina voluntate.

a Tom. 3. Biblioth. epist. 1.

14. Rogas iterum, si cordis nostri, & amoris primogenita exigit Deus, & amari insuper postulat ex toto corde, & ex tota mente; igitur omnem arripit potentiam, ita vt nec libeat corde, & mente aliud, præter ipsum diligere? Sed vt respondeam, scire te oportet, quid sit Deum super omnia diligere, nunquid est Deum ita appretiare, & tanti facere, vt prius eligat quodlibet damnum pati, quàm ab eius dilectione diuelli bene; sed clariùs dicam: illud est Deum super omnia diligere, vt nempe homo dum amat Deum, nihil agat, aut permittat fieri, quod soluat eius cum Deo amicitiam. Clariùs adhuc, sic Deum supra omnia habere, vt omne bonum, cultum, & reuerentiam Deo ex amore eius desideremus; qui amor semel in anima positus nihil contrarium Deo patitur, nec alium vehementiorem, nec remissiorem amorem, si contrarius sit: si enim contrarius non est, videlicet amor vxoris, & mariti, aut filij, aut vitæ, bene in vna sede moratur cum Dei amore: nam qui omnem gloriam velit Deo, opus est, vel alienam pecuniam restituat, vel vxorem alienam non amet; non verò opus est, vt filium non diligat, quin potiùs continget, vt ardentius amet eum, quàm Deum, neque ideo legem amoris Dei irrumpit, etsi tibi videatur iniuriam irrogare Dei amori, dum ita ardenter amas filium; quod hac similitudine disces. Est domina quædam, quæ ad iucunditatem alit catulum Melitensem inutilem, nisi ad hilaritatem, & oblectationem, in gremium suscipit, & ad cyclades applicat, esca delicatiori nutrit, demulcet, os consputat, leniter, atque attrectatu multo indulget: habet pariter filium, sed hunc corripit, execratur, atque à schola venientem increpat: certè, vt videtur, hæc domina plus amat catulum, quàm filium. Sed aliter se res habet; nam ecce ægrotat graui morbo puer, & dum febris raptum fecit in caput, iubetur quæri catulus, qui medius discissus calēs supra caput pueri applicetur; tunc dormientem catulum de puluino arripit domina, & proprio gladio dissecat, & imponit puero; en quomodo plus amabat filium, licet suauior, & benignior erat erga catulum. Dilige igitur vxorem, filios, fortunas; si tamen iusserit Deus, *vt sistas eum Domino*, & offeras in templo, tunc libenter consecra in eius obsequium, & signum erit, etsi ea amas, Deum tamen super omnia diligere, idque ostendit primogenitorum lex, & sacrificium. Chrysostomus [a], *Quando iussus est offerre Isaac, vt scias magnam Patriarchæ obedientiam, & quomodo nihil præferendum sit his, quæ Deo placuerint; tentauit ergo, vt omnes obedientiam in præceptis Dominicis præseferre discant.*

Coniugatorum doctrina.

Dilectio Dei super omnia quid.

Simile.

15.

a In Gen. c. 22.

16. Sed iam tertiò præsentatio ista oblationē magnam illam Melchisedechi panis, & vini facile superat; vno videlicet incruento sacrificio corporis, & sanguinis sui. Quod non obscurè innuit Paulus secutus versionem Septuaginta; cùm tibi minimè placuissent turturum oblationes, nec placentæ oleo conspersæ, nec thymiamata; *corpus autem adaptasti mihi*, Hebraicè כרה præparare, aut proponere: *apparaste mi cuerpo muy aguisa de ser comido, y comida*: sed opus est, vt offeratur augustè augustissimum, & regale sacramentum, hatque in Salem, aut in monte Moria, qui significat *timorem, religionem, diuinúmque cultum*, vel visionis: opus enim est multa circumspectione, quare à D. Dionysio *communium inspectionis* nuncupatur; quare locus ipse timoris dicitur, & Deus ipse timor appellatur.

Pro sacerdotibus documenta.

Hebr. 10. 5.

Cultus Eucharistiæ qualis esse debeat.

ized by Google

Mal. 75.12. tur. *Venite, & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera terribili.* Hebraicè *timori*, id est, vnicè timendo; quod credo desideratum est in sacrificio Caini, & timeo ne in nostris etiam desideretur: ad hoc autem ortum eius recolamus, cùm eum peperit mater, lætata est vehementer, & dixit: *Possedi hominem per Deum*, Hebr. *Deo*, vel *Domino*, Chaldæus, *acquisiui virum de coram Domino: mucho cuesta el pan, que comemos, mas ya tengo vn hijo para clerigo, el nos dara pan de yglesia.* Quid ais mater Eua? nónne Adam primus proculdubio sacrificium Deo libauit, quare sic præsultas gaudio super filio ad hoc nato, vt sit sacerdos? Verùm neque Eua, neque sacra pagina docet obtulisse Adamum sacrificium: homines enim sic publicè peccatores, & qui causa peccandi aliis fuere, arcendi sunt à sacro altari, & publico, ne ex eodem fonte, quo vita, venenum manare videatur. Videat qui animarum curam suscipit, ne eisdem manibus, à quibus animarum lauacra, & mundities fiunt, labes peccati adhæreat, & turpitudo. Itaque Cain factus clericus peccauit in duobus. Primum, quia se ab altari subtraxit, donec à fratre inuitatus est, & tenuissima, & vilia obtulit Deo; itaque dignitatem sacerdotalem cum primogenito acceptauit: sibi tamen, & suo genio indulgebat, non altari. In quo sensu explicandus est Iudas; *Væ illis, qui in via Cain abierunt.* &, *Hi sunt in epulis suis maculæ, conuiuantes sine timore, seipsos pascentes.* Nam in principio Ecclesiæ non solùm bona sua ad pedes Apostolorum deferebant fideles, sed etiam conuiuia inter se instituebant plena pacis, & charitatis, quæ ἀγάπαι, hoc est, *charitates*, appellabantur: quos autem seorsim epulantes vidit Paulus, reprehendit; quia oblationes à communitate subtrahebant, ex quibus in pauperes pietas, & charitas redundaret. *Numquid domos non habetis ad manducandum? comer por comer en vuestras casas lo pudierades hazer.* Sed duo mala infertis. Primum estis *maculæ* in conuiuio: nam vacuas relinquitis sedes vestras (ea enim in retibus maculæ dicuntur: *los vacios, y ojos de la red*) & ab omnibus compertum est vos abfuisse charitatibus; hoc enim significat *in epulis vestris*, Græcè *in charitatibus*. Secundum malum est, vt cùm à charitatibus abfueritis conuiuantes sine timore, vos ipsos pascatis, non pauperes; itaque omnes vna voce queruntur, qua ratione hîc Presbyter numquam sacra celebrat in altari, cùm tot mensas, abacos, famulos, fercula ad se, & amicos pascendos splendidè consumat? certè hi *in via Cain abierunt.*

Gen. 4. 1.

17.

Vers. 11. *Quid nomine maculæ veniat intelligendum.*

1. Cor. 11. 22.

18. *Sacrificij Cain defectus.*

Secundò dum semel se accinxit ad celebrandum, peccauit in pluribus: non enim diiudicauit, nec discernere studuit oblationem à communi mensa, & conuiuio; quare non respexit Deus ad eius munera, ex qua re subtristis factus à Domino corripitur; *nónne si bene egeris*, &c. vbi Ambrosius, Chrysostomus, & Augustinus legunt, *nónne si rectè offeras, non rectè autem diuidas, peccasti?* Latinè legimus *egeris*, quo fortè verbo rem sacram facere voluit significare, sicut Tullius, *dum pro populo fieret*, & Dominus, *hæc quotiescunque feceritis*; facere, & agere dicitur sacerdotis munus, quia si hæc non facit, nihil agit, etiamsi domos ædificet, lites excitet, vrbem gubernet, nihil agit si rem sacram non facit.

Luc. 22. 19.

Ait igitur Deus ad Cain, moneo te, vt deinceps attentè, & circunspectè offeras, & diuidas, meúmque sacrificium à communi mensa discernas, *statim in foribus peccatum tuum aderit*, vix pedem à templo efferes, cùm te sicut catulus mors æterna expectat, *iudicium sibi manducat, & bibit*: mala autem horum conscientia elucet maximè in tristitia, & tædio, quò redeunt de altari, ita vt perspici possit, sicut in Caini fronte, quid mali gerant in corde; sicut collusor, qui mulctatus pecunia domum redit, turgens ira, fores irrumpit, pueros percutit, execratur vxorem, & ludum, hîc pallium tumultuariè proiicit, & ensem. O (inquit vxor) amisit sine dubio: sic bonus Presbyter, qui inter celebrandum pacem populo, defunctis indulgentiam, Christo gloriam, sibi meritum acquisiuit, in suauitate, & modestia lucra, quæ reportat, manifestat; qui verò solùm stipendia in celebrando quærit, vestes sacras quasi exuere, ornamenta diripere, proiicere calicem videas, & nullis Deo gratiis redditis redit ad se, & ad suos mores, solo stipendio contentus, *perdidoso viene sin duda*: tale est tamen Christi sacrificium, vt ab his nequeat pollui, quin potiùs in illo omnia compensata sint sacrificia, holocausta, & oblationes; ideóque etiamsi Redemptor sit, voluit redimi.

Gen. 4. 7.

19. Luc. 2. 22. *Causa præsentationis Christi.*

Postquam impleti sunt, &c. *secundùm legem.* Iam secundum in dubium vertitur, cur nempe puritas purificatur? Venit igitur ad purificationem, vt Deo patri obedientiam præstet, filio Dei demissionem exhibeat, tertiò vt almo Spiritui præclarum nomen, & honorem seruet, nec irregularitatis notam incurrisse existimetur.

20. *Iuuenes ad veram obseruantiam vocantur.*

Primò igitur obsecundat legi Patris æterni, non ex lege, sed ex voluntate, nam (vt notauit Ambrosius [a]) amat Deus ministros voluntarios, qui non tam necessitate, quàm voluntate ducuntur, nec munera ex præcepto offerenda solùm, sed ex consilio, & voluntate: *voluntaria oris mei beneplacita fac Domine*, hæc enim sacrificia oris sui dulciora sunt Deo melle. Ideo notandum (inquit Ambrosius) apes ore suo mella componere, cætera animantia manibus, & pedibus laborant, vt scias id, quod initium dulcoris est, & homini gratissimum, significare opera supererogationis Deo suauissima, quæ non communi obligatione, sed ore, & voluntate peraguntur: *oris sui offer Domino sacrificium voluntarium, eo quòd vt apis illa prophetica bonos flores colligere ore consueueris, fauos ore fingere, mella ore componere. Expectat Dominus voluntarios ministros.* Et alibi, *Statue seruo tuo eloquium tuum: dezidme vna palabra señor, y sera para mi como estatuto, y fuero real*; ideo non dixit præceptum, nec legem, nec mandata, sed eloquium: *qualquiera de vuestras palabras es para mi decretal.* Quare, *Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.* Dices (inquit Hieronymus) admoneri fidelem, vt non solùm Decalogi præcepta, sed statuta matris Ecclesiæ etiam obseruet; sit ita, *in nomine matris Ecclesia intelligatur*, sed adde, *nec vetat aliquid matrem ipsam Dei gratiam, qua saluamur, accipere*: nam & apud Hebræos Spiritus, qui gratiam præstat, genere fœminino *Ruah* nuncupatur; igitur Pater æternus præcipit, & Spiritus fouet, & blandè allicit; tu ergo audi Patrem, & obtem-

a In Psalm. 118. serm. 14.

Psalm. 118. 108. *Lex voluntaria seruanda.*

Psalm. 118. 38.

Prou. 16. 8.

ed by Google

pera etiam gratiæ, quæ blandè inspirat, & seorsum accipit famulum, & quasi hera permouet, vt Patri, & Domino obsecundet. Ad obedien-
21. tiam autem præstat maximè sine hæsitatione
a In epist. ad Rusticum. obedire, ideo Hieronymus [a]: Præpositum (inquit) timeas vt Dominum, diligas vt parentem; credas tibi, salutare quidquid ille præceperit, nec de maiorum sententia iudices, cuius officium est obedire, & implere quæ iussa sunt: vn-
b Serm. de quadruplici bono. de Bernardus [b] notauit Euam dubitando de præcepto Domini aperuisse viam, vt diabolus eam deciperet, *quod Deus pro certo posuerat, ista sub dubio supponit, ne fortè moriamur. Audi igitur ingenium, malitiámque serpentis, nequaquam* (inquit) *moriemini; Deus affirmat, mulier dubitat, satan negat. Sic & ego timeo, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & sensus vestri corrumpantur.* huic enim periculo obnoxia est vita nostra, dum viuimus legem tanti Dei irrumpendi, quod ita graue malum est, vt ad hoc vnum effugiendum incommodum dicat Dauid Deo iam frui desiderasse; rogati enim fideles, quare iam in cælo Deo assistere cupiant, dicet vnus, vt à tantis miseriis emergens tranquillitate fruar: dicet alter, vt dedecus, & infamiam fugiam; alius etiam, vt animam in tuto collocem; alter, vt dignus sim Christum, & Virginem videre, colere, pedes osculari, & vulnera Redemptoris venerari: ego verò (inquit Dauid) ita legem Dei in medio corde gero, ita de eius offensa doleo, vt ideo saluus esse velim, ne contingat contra legem eius vel minimum peccare. *Saluum me fac Deus, vt custodiam mandata tua.*

22. *Secundùm legem Moysi.* Secundò humilita-
Luc. 2. 22. tem insinuat Virgo, vt se per omnia similem
Nobiles fastû deponant. filio profiteatur, immo vt hac sua dimissione in filium omnem gloriam, & honorem refundat;
c Serm. de beata Maria. ideo namque putat D. Bernardus [c], & accepisse ab Hebræis asserit, Deum neque in palma, neque in cupresso, nec cynamomo apparuisse Moysi, ne Hebræi in idololatriam propensi arborem illam diuino cultu prosequerentur; talis erat tamque excellens gratia Mariæ, vt qua die Deus in eius complexu apparere dignatur, operæpretium fuerit, sic se demittere, ne mundus à Deo aberraret, vt fassus est Magnus Dionysius, nec non Epiphanius, qui communi voce *mulierem* appellasse notat in cruce, ne ansam arriperent homines mortuo Christo, matrem, sicut Deum, adorandi. Verùm discant ex Virgine nobilissimæ fœminæ nullam sui honoris iacturam fieri, dum religiosa demissione Deo se submittunt: quod rectè in his verbis docet sponsus, & ponderat D. Leo Magnus, *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento* [d]: *yo os dare joyas de gran señora*, insignia nempe obedientiæ, *murenulas: Zarcillos, que eran la señora, y el clauo de aquel tiempo.* Ideo de Christo Paulus supra, *aures autem perfecisti mihi* [e]: *señal de hijo de Dios, y de Madre suya la oreja obediente*; & aureum est monile hoc, quia quæ ex amore nascitur, suauissima obedientia est; quòd si punctis argenteis, hoc est, vermiculis distinctæ sunt, humilitas (inquit Hieronymus) denotatur, nam nullibi melius insidet humilitas, quàm in nobilitate: immo aurum honestat argentum, & argentum ornat aurum; nihil enim deperditur honoris per opera humilitatis, in quo Maria prudentissima fuit: cùm enim se locupletem fieri gratiarum Dei vellet, sociam se dedit Christo, & verba, & exempla humilitatis in corde suo conseruabat; quare contractum societatis init cum eo, vt quò filius descenderit, descen-
23. dat, & quò ascenderit, ascendat; & reciprocam istam amicitiam textus declarat, dum vocat
1. Reg. 22. *dies purgationis eorum: quiero perder, y ganar con vos*, nec timet iacturam: audit enim à filio verba Dauidis, *Mane mecum, ne timeas, si quis quæsierit animam meam, quæret & animam tuam, mecum seruaberis: no pier de la nobleza humillandose, sino antes se realza, y esmalta de gloria.* Ex quo ita diues facta est, vt omne genus Iudæorum ab ære alieno liberauerit. Dices, vbi sunt istæ diuitiæ, dum filium turturibus non agno redimit? Cui ego respondeo, quin potiùs in hoc opulentiam maximè ostentasse: habebat enim ipsa agnum sine macula suum, sibique singulariter concessum. Soluebat quis censum pecuniarum
Simile. quotannis, at quadam die collecta omni pecunia censum redimit; quid putas esse victimas, & sacrificia, nisi census qui persoluebantur, quia vnus agnus desiderabatur sine macula; sit ita (ait Maria) offerant reliquæ agnos, vnum ego habeo expetitum, desideratum, & Patri ita gratum, vt hoc vno omnia sacrificia, & peccata redimi queant. Quare & ipse agnus, & ipsa purificatio, omnésque diuitiæ Virginis in nostram vtilitatem sunt, redimit, vt redimamur,
Simile. purificat se, vt purificemur. Sicut cùm matrona habet cycladem pretiosam, sed quæ breuior est aliquantulum, nec iam bene corpori suo insidet, vocat puellam filiam, tu accipe tibi, indue illam, tibi meliùs aptabitur. Probat Virgo purificationem, vt videamus; quia non bene aptatur corpori purissimo, & vt anima sibi accipiat purificationis exemplum à Virgine,
Ephes. 1. 4. *& simus* (vt aiebat Paulus) *sancti, & immaculati.*

24. *Vt sisterent eum Domino.* Humilitati deuo-
Luc. 2. 22. tionem adhibet Virgo, & in suis brachiis
Omnibus mortificationis opus incumbit. quasi in cruce immolat filium. O pietas! ô charitas! ô mors toties iterata! accipe summe Pater caput terebrandum spinis, terga candidissima flagris, manus clauis configendas; quorsum tu ô Virgo præmaturam istam oblationem pateris, quare non inhiberi curas scintillam istam amoris, ne vlteriùs progrediatur? Deindustria (inquit) egi, vt à cordibus vestris primogenita amoris extorqueam; quis enim non mactet appetitiones prauas, quis concupiscentias non frænet, quis putidæ suæ carni parcat, dum videt Christum à matre immolari? meritò enim queritur de nobis Virgo purissima (inquit Hugo) sicut mulier illa Samaritana: facta enim est fames valida in Samaria, ita vt parum stercoris quinque argenteis venundaretur, & ecce mulier exclamauit ad regem, mulier ista dixit mihi: Da filium tuum, vt comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras; coximus ergo filium meum, & comedimus, cui cùm ego postularem filium suum, abscondit filium: quod cùm audisset rex, *scidit*
25. *vestimenta sua.* Nunc ergo (ait Hugo) nonne
4. Reg. 6. 25. iniquum est, & iustè ad Patrem queritur de nobis Virgo; quia vnicum, quem habebat, filium immolat pro nobis, & nos nostras cupiditates fouemus, & nutrimus? toties tibi in esum datus Christus, & tu inhonestus? tot flagellis cæsus, & tu impunitus? immortificatus? O pietatem Mariæ! ô ingratitudinem nostram! certè non

Traditio Hebræorum docet visionem in humili arbuscula traditam, ne populus occasione aliqua laberetur in idololatriã, in humili virguncula mirabilis nobis exhibita est visio: sic Maria fuit humillima per gratiam: & alibi magna humilitatis vis, cui etiã Deitatis maiestas tam facile se inclinauit.

d Cãt. 1. 11.
e Psal. 39. 7.

non frustrà mactauit, & obtulit filium suum; nisi quia præuiderat multos suis vitiis, & vehementer amatis necem, & mortificationem libenter oppetituros. Tertullianus [a], vbi nos legimus, *Sapientia immolauit victimas suas*, legit, *Sophia iugulauit filios suos. Sophia sapientia est, sapienter vtique iugulauit dum in vitam, & rationaliter dum in gloriam. O parricidij ingenium! ô sceleris artificium! ô argumentum crudelitatis, qua idcirco occidit, ne moriatur quem occiderit: O bonam matrem, opto occidi, vt filius fiam.* Et quorsum Dei mater filium immolat? *Vides quomodo filium suum Sophia diuina iugulauerit, vtique victurum, immo & cæteros in vitam reducturum:* & inde visa est illi pulchra Ecclesia; quia genæ eius hoc roseo sanguine erant purpurandæ. *Tota pulchra es amica mea.* Chaldæus effectum huius immolationis describit. *Dixit Dominus in verbo suo, mecum habitas cœtus Israël, qui similis es sponsæ honestæ, & mecum ingredieris in domum sanctuarij, & offerent tibi munus principes populi, qui habitant super fluuina Amana. Que de hijos te darà el señor por este hijo, que de presentes por este presente, que de religiosos por este acto de religion.* Sapienter vtique immolauit, iugulauit.

a Scorpiaco aduersus Gnosticos. cap.7.

Cant.4.7.

26. *Fœmina curam habeant de bono nomine.*

Et vt darent hostiam. Tertiò denique Virgo obseruat legem hostiarum, vt in conspectu hominum non maneret irregularis, & honori prospiceret, & ora obstrueret, ne illam suspicione quidem tenuissima attingeret: nam negligere quid de se quisquam sentiat, non solùm arrogantis est, sed dissoluti animi. Quamobrem obseruauit Theodoretus, cùm Dauid à Propheta sic clarè vocem suæ indulgentiæ audisset, *transtulit Dominus peccatum tuum*, &, quod ad Deum attinet, delictum cinere, cilicio, lacrymis, ieiunióque compensasset; nihilominus filium ex peccato natum abstulit Deus. Quid peccauit Domine iste innocens, maximè cum peccato ignoueris? At saltem (inquit Deus) propter hominum iudicia, & vt ora obtrectatorum obstruamus; nec detur ansa vel contra me, vel contra Dauidem, vt plebecula, & ignorantes, vel peccatum eius commemorent, vel me nimis indulgentem sentiant, *vt nomen adulterii omnino deleret*, & extincto filio memoria facinoris omnino deleretur.

2.Reg.12.13.

27. *Prælati, & ciues instruuntur; perfectus vir ciuilis describitur.*

Erat homo. Ex his verbis tertia excitatur quæstio, qua ratione fiat, vt homo mortem libenter oppetat, gaudeátque quasi qui inuenerint sepulcrum. Quæstioni autem respondet sacra pagina, in qua sic graphicè, & eleganter describitur vir innocentissimus, grauissimus, & sanctissimus, omni denique virtutum genere instructus, & meritis sicut annis exaggeratus, vt ad omnem fortunam, & euentum compositus sit, siue ad vitam, siue ad mortem. *Erat homo*, placet felicitas, & humanitas in his, qui gubernacula tractant, *Simeon obediens:* nam hoc magno æstimare debet ciuis quisque, ne in republica sit quasi ablatiuus absolutus, qui à nemine regi patitur; consulat libros, credat doctioribus, obsecundet superioribus, nolit esse liber, elatus & claustralis, velet oculos sicut Isaac, & non obiiciat difficultates sicut Abraham, sed adeat templum sicut Simeon, vbi cæleste lumen ipsum præstolatur. *Iustus*, hoc nomine appellatur omnis, qui peccato mortifero caret; strictiùs tamen de illis dicitur, qui nec leuius peccatum perpetrant: sicut calceum iustum dicitis, qui bene pedi assidet, nec scrupulum secum patitur; sic iusti cùm minimam noxam sentiunt otiosi verbi, citò ad confessionem properant, vt expient; qui verò mortalia plurima congerunt, sunt sicut qui laxiori calceo vtuntur, qui cùm ad limosum locum venerint, nudis pedibus manent in luto, non volentes extrudere calceos; ita illi in occasionibus facile gratiam, & iustitiam deserunt. *Et timoratus.* Rogat Zeno Veronensis [a], qua ratione, si iustus est, timeat, quod de impiis dictum est, *fugit, nemine persequente*; quinimmo quia iustus est, timore concutitur; timet enim culpam, & eo amplius, quo iustior est: nam multorum bonorum locuples iacturam horret, & vitare cupit; sunt enim aliqui proiecti ad omnem occasionem, hos fugere sani consilij est: *no andeis con estos hombres, que no tienen, que temer, ni perder*; nam qui vxoratus est, stipatus filiis, bene numatus, & maiorum splendore insignis, non temerè se in omnem occasionem, & rixam infert, sed continet se; ideo (inquit Veronensis) omnibus operæpretium est timere, sed maximè iustis. *Timete Dominum, quoniam nihil deest timentibus eum: temed; porque sois los ricos del lugar, y de la casa de Dios: expectans redemptionem Israël.* Iam quod optimi ciuis est, describitur, nempè, vt non tam suæ, quàm communi vtilitati prospiciat, quod vno verbo expressit Ambrosius [b], *qui non suam, sed populi gratiam requirebat*; ideo quando reuelauit iterum gloriam suam in Thabore, notanter dixit de D. Petro, *Nesciebat quid diceret*, in quæ verba Bernardus [c]: *Nesciens quid diceret, ait; quia visa Dei maiestate commune bonum intra priuatum suum visus est conclusisse, & quo omnes æqualiter frui debebant, ipse solus frui curabat.* Ideo etiam in spiritualibus viris reprehensione non caret: nam cùm sponsa ad peculiarem lectum, propriúmque cordis sui domicilium vocat cælestem sponsum, *lectulus noster floridus*, &c. *veniat sponsus in locum suum*; quinimmo respondet: *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Vides vt tacitè reprehendit eam (inquit Bernardus [d],) illa vocat ad lectum, ille vocat ad campum, vbi non vni, sed omnibus patet, vt inde intelligant communes viri, & omnibus patere, & communia bona omnibus desiderare, & in hoc sensu ait Paulus, *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*, vbi aduertit D. Thomas [e] non dixisse, bonum desiderium habet, sed *bonum opus*, scilicet vtilitatem plebis, cui Præsul debet inseruire, non suæ. Vnde rogant aliqui cur Deus morti proximum Moysem ascendere iusserit in montem Abarim, vnde posset contemplari terram, quam daturus erat filiis Israël? Respondeo; quia in morte voluit, vt strenuus minister, & dux prælibaret gloriam: nulla autem in terris gloria maior est Præsuli, quàm videre communem vtilitatem reipublicæ; ideo Rupertus [f], *Imminentis mortis acerbitatem temperare rectè poterat, vberrimæ illius regionis prospectu: verus enim Pastor, ac Præsul suorum vtilitatem etiam vita propria præfert.* Lætus igitur moreretur Moyses terram optimam à filiis proximè possidendam videns; lætus item Simeon dum salutem populi expectatam tenet.

Luc.2.25.

Simile.

a Tom. 2. Biblioth. ser. de timore.

28.

Simile.

b In Luc. c.2.

c De vita solitaria ad fratres de monte Dei.

Communis boni sit amãs.

29.

Cant.1.10.

Ibid. 2. 1.

d Serm.47. in Cant.

1.Tim.3.1.

e Ibid. lect.1.

30.

f Lib. 3. in Exod.c.3.

Sed qua ratione non timuit mori? Non timuit, quia iustus culpam, non pœnam timet;

Mors quando & à quibus timenda.

non timuit, quia per mortem Deus non amittitur, sed meliori modo obtinetur: *non timet*, nam mors est pœna peccati, quare vbi non est
1. Cor. 14. 55. peccati aculeus, mors est apis, cui dicitur, *Vbi est mors stimulus tuus*? Non denique timet, quia in corde eius fæces peccati non subsident, nec in conscientia quidquam, quod moueat, aut
31. contristet, sicut in miserrimo Achab, cuius cor
Isai. 7. 4. conturbatum fæcis turpissimæ vapor occupauit; ad quem Isaias, *Noli timere, & resideat cor tuum*; vbi textus, *non formidet*, habent Hebræa *resideat: sossiegate, no se rebuelua el cuaxo, y se perturbe la hiel de tus peccados*; vt discant fideles viri, ne in illam extremam horam conscientiæ purificationem differant; aliter enim eueniet, quàm putant, nec sunt vires in infirma
Simile. anima ad decoquenda tot cruda, & turpia crimina. Ea cygni proprietas refertur vt cantu sibi exequias faciat qui fortasse nunquam cantat (referat siquis audiuit.) De Syrenis illud è contra proditum est, dum viuunt, canere, & lætissimas ingeminare voces, at in hora obitus tristissimo eiulatu, & gemitu intermisso exclamare: nam vna, eadémque mors ictu suo hos diuersos sonos pro diuersa nota, & dispositione humorum efficit; est enim cygno purus, & tenuis sanguis, quare impendentis mortis pulsatione cor sanguinem abripit, vt se foueat, & roboret tanta, támque subita virtute, & erumpat, qui nunquam cecinerat, in cantum; secus verò Syrenes, ná cùm sanguine crasso, & viscoso plenæ sint, tanto humore opplentur, & occupatur cor, vt cantus in luctum vertatur, & in gemitu in-
32. tereant, quæ in risu exultauerant. Ne expectes ô infans, vt scelerum fœditas, deformitas, labésque, quæ in corde subsident, in illa hora cor tuum occupent: minimè enim canes, sed flebis, & in luctu morieris. Ecce Simeon, qui nusquam cecinerat, cùm purissimo sanguine nutriebatur, iustitiæ, & pietatis fides, spes, charitas cor eius ita roborarunt, vt posito timore mortis ipsam concitet, & inuitet, *nunc dimittis seruum tuum* Luc. 2. 29.
Domine. Vide, quia deliras senex, minimè quidem (ait) inuitatus veni à Spiritu sancto, & quidem satis in tempore veni, noctémque totam insomnem duxi. O sol tardiùs, quàm par est, venisti, migrat ad templum, expectat ibi, *& cùm inducerent*, id est, vix per orientalem partem solem in sinu auroræ Mariæ videt, vix conspicilla imponit, cùm gressu tremulo scipionem abiicit, vlnas ambas tendit, pergit, adorat, postulat, suscipit, amplexatur: cedò mihi puerum istum Virgo mater, de cælo mihi ad hoc data facultas, quorsum putas, vt examinem, sitne in sacculo isto pretium sufficiens ad redimendum Israëlem. Sustine, sustine senex, pondera, si potes, rogo te, quod in exordio dubitabat mundus, eritne in hoc sacculo pretium mundi? erit in his venis sanguis, quo manus illius homicidæ Dauid extergantur, atque mundentur? adimplebit Dominus, quod promiserat Abrahamo in monte isto, *Dominus videbit*? Nónne iam inter Cherubinos Ioseph, & Mariam conspiciendus, & attrectandus venit Deus? Non habemus, quid respondeamus rogantibus, *vbi est Deus tuus*? nónne Patri satisfactum per talem obedientiam? nónne filio per talem demissionem? nónne Spiritui sancto per talem oblationem? Bene igitur redemptio redimitur, puritas purificatur, & mors deinceps non timetur, quæ vitæ, immortalis est principiũ, quæque gratia fulcitur, gloria compensatur.

Redit ad principium oratio.
Epilogus.

PVERITIA.

VT PARENTIS PRÆRIPIAT BENEdictionem, ad solertiam, feruorem, laborem, multo mane excitatur.

INSTITVTIO VII.

33. CVM Patris nomen audis, qui exiit primo mane conducere operarios, & matrem Rebeccam sedulò & ingeniosè benedictionem filio Iacob arripere conantem, ne putes nomen filij & industriam Mariæ sanctissimæ à bonorum operum studio, labore & obligatione te vllo pacto liberasse; factus es primogenitus, non vt otio, aut in carnalibus voluptatibus gulæ & libidinis vitam inertem & Epicuream deinceps agas, sed vt bonis operibus insistas. Hoc ex mente D. Chrysostomi [a] intendit Paulus, cùm postquam dixit, *Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est*, addit, *ipsius enim factura sumus, creati in Christo Iesu in operibus bonis*, idest, ad opera bona facienda, *quæ præparauit Dominus, vt in his ambulemus*, idest, vt in his non liberè exerceamus, & Græcè, vt ait Theophylactus, *circumambulemus*, omnem mouentes lapidem, non ordientes tantùm, sed seduli & assidui per omnem vitæ circuitum. Tria igitur tibi persuasa velim. Primum, filij nomen nequaquam te à labore & industria arcere. Secundum nouam vitam instituenti feruore & sedulitate opus esse. Tertium denique feruorem istum incipientium proprium esse, diligentiam verò omni ætati conuenire, vt sequens parabola, & Pauli verba insinuant, & suadent.

Thesis.
PARTITIO INSTITVTIONIS.

I. *Creati in Christo Iesu.* Gratulor tibi nouum gratiæ figmentum, ait Hieron [b]. imò

a Homil. 5. in moralibus. Ephes. 2. 10.

b In hæc verba.

imò quasi nouus mundus virtutum. Gratulor tibi, hæres Dei, in benedictionibus patris nostri Isaac; at nihilominus filij nomen,& benedictionẽ per bona opera certiorem & firmam facere oportet. *Cooperatio nostra.* Sit in exemplum Iacob, de quo audis, *Iacob dilexi*, qui tamen luctam cum Angelo ingreditur, & impiger per solertiam benedictionem obtinere nititur, quam natura non dederat, vt ait Ambrosius [a]. Maius est quod dicam, eâdem die, qua in Thaboris vertice à Patre filius declaratus est, in quo sibi benè complacuit, statim de operibus exhibendis agit. *Dicebant excessum, quem completurus erat in Hierusalem.* (Luc. 9. 13.) 34. Vrgent D. Petri verba, *Magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* Facite ea opera, quæ non solùm homines quasi certos faciant vos esse ex prædestinatis, sed talia quæ certò ducant vos ad effectum, hoc est, ad gloriam. Hæc autem verba, si aurem alteram D. Paulo præbemus, ferè impossibilia videbuntur: nam si vocatio & electio, & ex se firmissimæ sunt, & ante omnia opera nostra in re facta præcesserunt, & vocatio ita inseparabilis comes est electionis, inconstans videretur Deus, si quem semel prædestinauit, non vocaret. Rom. 7. *Quos autem prædestinauit, hos & vocauit.* Qua ergo ratione affirmat D. Petrus penes nos esse certam facere vocationem & electionem? Respondetur, vel loqui de prædestinatione ad gloriam inchoata, & non completa & efficaci, secundùm quam vocat prædestinatos non eos qui proximè & efficaciter destinati sunt ad gloriam, sed ad fidem & gratiam Christianismi, in qua vocatione qui perseuerant, gloriam æternam assequentur; & hoc significat Paulus Ephes. 1. *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Inchoatè* * ergo ad gloriam vocati dicuntur, *completè* verò ad gratiam; ideó non frustrà orat Ecclesia, *vt omnium fidelium nomina beatæ prædestinationis liber ascripta retineat* [b]. Quæ collecta S. Augustino tribuitur: non ergo *completè* prædestinati sunt hi, pro quibus oratur vt retineantur, maneántque. Hoc igitur quod orat Ecclesia, admonet nos D. Petrus. Vel secundò respondetur idipsum quod Deus à seipso facit nullâ ratione à nostris bonis operibus dependens, hîc nos curare debemus non mereri, sed securum & certum facere nostris bonis operibus, quasi ab illis penderet; quare vbi Græcè est *firmam*, interpres vertit *certam*, vt ostenderet, nos etiamsi firmitatem ex parte Dei suspicemur, certitudinem ex parte nostra expetamus, & adhibeamus exemplo Christi, qui cùm esset gloriâ circundatus, & à Patre filius declaratus, quasi eiusdem gloriæ candidatus de pretio, de excessu, de passione agitur. Alter locus ex Paulo Rom. 8. 11. *Quòd si spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in nobis, viuificabit etiam, no parara hasta resuscitarnos.* Et quid inde? expectemus, nihil agamus? absit. *Ergo fratres debitores sumus non carni*, &c. Et Ioannes, *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt*, &c. Si nati ex Deo, & credunt in eum, quomodo libera est potestas, vt fiant filij Dei? Ideo nempè, quia per bona opera adeunt hæreditatem, & quasi possidere & obtinere incipiunt. Itaque negotium salutis, quod perfectum videtur, peragere studiosè docemur. Huius filiorum Dei solertiæ præclara documenta dederunt Martha & Maria, quæ filiarum Dei nomen sortitæ, & à Christo eximiè dilectæ, cùm Christum passioni proximum vident, solitum & debitum officium persoluere non desistunt, illa ministrat, hæc caput pedésque vnguento pystico (*distillado proprio para vngir sin manchar cabeza y pies*) in sepulturam fracto alabastro perunxit. Nam qui semel incipiunt diuina obsequia, persistendi quotidie nouas causas inueniunt. Cœpit rigare pedes Magdalena, & postea iam vnguento pretioso, & fracto alabastro procedit inungere. Sicut sponsa, quæ quia quæsiuit sponsum, & non inuenit, quid inde inferat audiamus. *Surgam, & circuibo ciuitatem, empeñeme en buscale en mi lecho, fuerza sera buscurle a toda costa y riesgo.* Sancti enim iisdem operibus, quibus Deo seruire incipiunt, eisdem vrgentur & obligantur maiora obsequia exhibere.

* Hoc sensu omnes iusti sunt electi, & prædestinati, scilicet in *completè* ad gratiam & iustitiam; *inchoatè* verò ad gloriam; ideo Paulus passim vocat electos & vocatos sanctos. Hæc distinctio inchoatæ prædestinationis, siue electionis inchoatæ, non quoad verba, sed quoad rem & sententiam tradit D. Thom. 1. p. quæst. 24. art. 3. vbi docet aliquos scriptos esse in libro vitæ absolutè, & perenniter, alios tantum ad tempus, scilicet quoad præsentem iustitiam.

Perseuerantia in bono.

II. Non sat est incepisse, nisi sedulitatem & feruorem exhibeamus; ideo addit Paulus, *in bonis operibus quæ præparauit Dominus, vt in ipsis ambulemus.* 35. *Feruor spiritualis.* Feruor iste etsi omni ætati peropportunus est, incipientium autem est maximè proprius, vt ait Bernardus [c]: *neque enim spiritus & caro, ignis & tepiditas in vno domicilio commorantur, Deus enim ipse ignis consumens est.* Et bene igni comparatur feruor, est enim quasi ignis omnium artium commune instrumentum, quo omnes ætates & ingenia poliuntur & elaborantur; frigida ingenia quasi marmora fragilia, quasi vitrum, blanda quasi cera, sapiens sicut argentum, diues sicut aurum. Ignis iste Magdalenam à suo dimouit statu, Saulum ad Christum traduxit, & ad pedes eius prouoluit. Ipse opus orditur, & idem ipse opera Dei perficit. Ideo Paulus bona opera præparata ait; ad-

[a] In Institu. in discurs. 1.

[b] Dominica Quadragesimæ.

[c] Serm. 3. de ascensione.

dit tamen, *vt in ipsis ambulemus*, quasi dicat cœpisse bonum, optimum verò ambulare, & non cessare. Audi Oseam. *Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis: yo osdoy licencia peccador que me llameis Padre, esso osda la gracia*; vide tamen, ne putes ad inertiam & otium vocari, sed ad vineam, ad hæreditatem, quæ nisi colatur, fodiatur, occetur, amputetur, custodiatur, siluescit, & perit, & omni transeunti peruia ludibrio est. *Non cessabis*; nam dum inambulas, & non cessas, signum est Deum inuenisse, Deúmque & cælestia subodoratam fuisse, & in eius gratia permansisse. Vide canem venaticum, qui prædam olfecit, quàm acriter, quàm celeriter inuestigat, quàm faciles oculos per singula voluit, quàm celeriter pergit, modò retrò, modò odorans, modò rostro quasi herbas rogans, vbi præda sit, in rectum, in aduersum, gestiendo, & arrigendo animum: at at, inquit venator, prædam habemus, *tate, caza tenemos.* at quando auriculas demittit, rostrum eleuat, & totus in terram ruit, fatigatus, quietus, *nihil habemus.* Quando Dei seruus in principio languidè & serò ad diuina exercitia venit, non temerè dicimus, iste citò decumbet, & cessabit, at cùm anima instar sponsæ exemplo Magdalenæ in odorem vnguentorum currit, festinat, accelerat, properat, *vt cognouit: endandole el viento*, ecce venit, en frangit alabastrum, en vngit, & non cessat, *& post me ingredi non cessabunt*; argumentum non leue in conuersione Christum inuenisse, *& cœpisse lauare*; siquidem nec feruor tepescit, nec ab incepto officio amoris & obsequij destitit, vt in ipsis ambulemus. Luc.

36. III. Dixi incipientium & nouitiorum proprium esse feruorem, duplici de causa. Prima, quia, vt ait P. Chrysologus, dæmon primordia boni pulsat, & nisi ferueat animus diuino ardore, nequit à se assiduam dæmonis tentationem propulsare. Vidit Ioan. contra splendidam illam & feruentem mulierem, draconem armatum ex aduerso esse, in cælo etiam; quid hoc innuit? partus videlicet Ecclesiæ faustissimos & felicissimos fore, at recèns natis infensissimum hostem esse dæmonem: in quo, obsecro, ingenium Ioannis obserua. Luna dea dicebatur partus, & sub nomine Lucinæ inuocabatur, vt ait Cicero *. Secundò obseruabatur auis prima quæ volabat, *huc veniat natalis auis, partúmque ministret.* Nunc ergo Ioannes secundùm morem Gentilium (quo meliùs intelligatur, non quia hæc vana credat) describit primogenitum Ecclesiæ fidelem populum Mariam sanctissimam habuisse propitiam lunam, deam partus, & cuius auxilio & impetratione omnes ad gratiam nascuntur: veruntamen vetat ab ipso conuersionis die natali quemquam fidelium dormitare, oscitare, quia oscitatio in partu lethalis est, quia auis, quæ apparuit in ortu fidelium, est alatus, & teterrimus draco, qui filiis recenter natis inimicatur. ad hoc inuigilauit sponsa, *Manè surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica* [a]: nam contra flores vinearum omnia videntur coniurasse, pluuiæ, Vulturnus, Aquilo, vtpote delicatissimos & vtilissimos flores, sed qui lethales sunt serpentibus; nihil enim grauius est dæmoni quàm primas ætates Deo dedicari: quare contra eos flumen tentationum vomit, & ostium conuersionis animarum obseruat, vt deuoret. *Ostium enim* [b] *mihi apertum est magnum, & euidens, & aduersarij multi: luego puso a la puerta, y los pone a la pueritia, quando se a deconuertir a Dios, statim in foribus aderit.* Contra hanc dæmonis solertiam aliam opponit, *exiit primo mane.* Secunda ratio, feruorem maximè decere incipientes probat; quia prudens nouitius, & in principio desidiosus, & nimium sibi consulens, nihil bonæ frugis promittit in posterum, & tunc maximè, cùm recentiora videt adhuc peccata, & cicatrices animæ suæ, iudicat quòd qui in multis deliquit, multa soluere tenetur. Quod idem Paulus docet, humanum & perfacile opus nobis iniungens. [c] *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, fuistes de maldad en maldad, iniquitati ad iniquitatem; ita modò exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem, con la misma fuerza y feruor*, vt faciatis fructus; non pœnitentiæ, ait Gregorius, sed *dignos pœnitentiæ*: grauiora enim exhibere debet, qui in multis, quàm qui in paucis deliquit. Quare Deus ipse callidè, & per quandam saluberrimam fraudem, feruorem istum in nobis accendere meditatus est: nam dum nos in cœno vitiorum volutari permisit, dum putrescere diu vulnera nostra dissimulauit, ac tacuit, cùm iam apud se decreuisset excitare & curare, eo ampliùs nos ad virtutis opera maturaturos gressum præuidit, quo magis vitiis à Deo elongatos fuisse conspiceremus, & maiori conatu progressus ad virtutem faceret animus, quàm vitiis membra inseruire fecerat. Quare non protinus vocauit nos, sed permisit

NOTA. Tepiditaté omnino pugnare cum professione religiosa Matth. 5. *Estote perfecti, &c.* Quæ verba minimè cogitat tepidus. Vide August. Psalm. 69. quantumcumque hìc profecerimus nemo dicat, sufficit mihi: iustus sum, qui dixerit, remásit in via, &c. Vide Bern. epist. 253. Iustus arbitratur nunquam, &c.

Exordia virtutis pulsat & persequitur dæmon.

37. *Lapsus instoriores ad maiorē feruorem accendunt.*

* Adhibetur autē ad partus quòd ij maturescūt aut septem nonnunquam, aut plerumque nouem Lunæ cursibus, qui quia mensium spatia conficiunt, menses nominātur: refere ad hoc facetum dictum Timæi, qui referens incēdium, quo totum Dianę templum Ephesi conflagrauit, & quòd eadem nocte Alexander Magnus natus est, quid mirum ait in propria domo malum hoc cōtigisse, aberat enim Diana, *& in partu Olympiadis adesse voluit.*

a Cant. 7.
b 1. Cor. 16.
c Rom. 6. 19

misit, & expectauit. Non secus atque hortulanus, qui multos annos amaram amygdalum crescere, & robustum truncum mittere sinit, vt ex illa amaros fructus colligat. Absit, sed vt in meliorem naturam mutet: nouit enim naturam arboris esse acrem, fortem, & multi succi; quid aget? quadam die repentè ramos omnes amputat, & surculum alterius alienæ & generosæ plantæ inserit illi. Ecce vis illa, quia amara, fortior, maiori vi erumpit, & mitigatâ amaritudine in surculo dulces & copiosos fructus mittit, atque citius quàm si ab initio dulcis arbor plantata esset; ideo sciens & prudens diu arborem terram occupare permiserat. Hoc fraudis genere Deus quosdam in platea otiosos esse passus est, ideo etiam callidè Mariam Magdalenam quasi otiosam arborem, & amari succi peccatorum, diutiùs luxuriari expectauit: nouerat enim ingenium fœminæ huius, esse nempe affectuosam, acrem in amando, ingeniosam in officiis, largam in sumptibus, perseuerantem in inceptis, & omnino prophanam: mores quidem peruersi, sed qui meliores poterunt reddi. Cùm ecce repentè noster hortulanus falce diuini verbi ramos amputat, detruncat superbiam, & summi boni surculum ante oculos ponit, & findens cor eius insitum verbum mittit, suscipit illa, amplectitur, amat, ardet, plorat, & eodem impetu, & quasi insano furore, quo ad vitia & ad prophana currebat, eodem se ad diuina prosequenda traduxit: ita vt primos in eius fructus carpendos Christus ipse inter pandendum venerit, & laudauerit: *dilexit multum.* Hoc ipsum in Paulo spirante minas, zelo & irâ turgente factum videas, hoc ipsum in his qui serò ad vineam vocati sunt libet contemplari; omnia enim magna facinora & feruor excitauit, & diligentia peregit. *Simile.*

38. *Tepiditatis incommoda. Descriptio ferventis animi.* Bernardus ser. 6. de ascensione. Aduertere potes in omnibus ferè religiosis cōgregationibus viros repletos consolatione, superabundantes gaudio, die ac nocte meditantes in lege Dei, crebrò suspicientes in cælum, & puras manus oratione leuantes, solicitos obseruatores cōscientiæ, & deuotos sectatores bonorum operum, quibus amabilis disciplina, dulce ieiunium, vigiliæ breues, labor manuū delectabilis, & vniuersa denique huius cōuersationis austeritas, refrigerium videatur.

Contrà verò quas non tristes & lamentabiles tragœdias repræsentauit tepiditas, & lentus animus ille, quia orationi non vacabat: alter quia desidiosè mandata obseruauit, vel quia denique serò venit ad confessionem, sicut Esau, cuius benedictionis arreptæ causam nullam aliam assignat Chrysostomus quàm *tardasse.* Porrò feruor & spiritualis solicitudo, non solùm religiosam vitam, sed naturalem tolerabilem facit: militia enim est, & armatos nos esse oportet, solertiâ, feruore, lætitia, quæ quidem arma sunt omni militi communia, & quæ horribles faciunt eos inimicis suis. Sicut cùm despondisse animos dicuntur cùm exultantem Israëlem cum arca audierunt, *non vidimus tantam lætitiam heri, neque nudiustertius.* Et in expugnatione Iericho septies muros circumire iussit Deus clangendo tubis, vt cùm omnes vnâ vociferarentur, & tubis personarent, muri corruerent, sicut factum est. Quare hoc iussit Deus? nónne vt surdi parietes & mœnia vocibus tantummodò ruerent? Minimè, sed vt vocibus ad fidem & spem atque lætitiam excitati spiritus sumerent, & corda influentibus per aures propriis vocibus excitarentur, *quæ cùm ingressæ fuerunt voces per aures suas, corruerunt omnes muri Iericho.* Non dicit, cùm inimici audierunt voces, nec muri tubas; sed cùm ipsi suas voces viuidas, alacres, fidei & spei plenas audierunt; spiritu enim feruentes spe gaudent, vigent fide, ardent charitate, & omnia difficilia superant. Contrà verò tepidus nunquam sibi (ait Bernardus) promittit victoriam, sed ait, *Leo est foris, in medio platearum occidendus sum.* Viua quidem tepidi descriptio, *propria imaginacion de negligente y tibio*, mors in platea me expectat; quid ais? in platea vbi omnes viuunt, & necessaria ad vitam quærunt; *dondestan viuos alegres en corrillos negociando obuscando la vida?* sic enim fit; nam formidat in ieiunio, in pœnitentia mortem, cum è contrario feruentes in his occasionibus vitam & famam lucrentur. Eccli. 47. *David cum leonibus lusit quasi cum agnis, & in vrsis similiter in iuuentute sua: quando le heruia la sangre, y estàba alentado, jugaba con los leones como con corderos.* Præterea tria secum affert incommoda tepiditas. Primum est periculum faciendi præteritorum meritorum iacturam, vt monuit D. Gregorius [a]: *quia dum proposita non perficiunt, etiam quæ fuerant cœpta conuellunt*, &c. Secundum est, tepidus nunquam pacem consequitur, nec requie potitur: nam in secreto cubili quasi in vinculis est, foris inuenit distractionem in omnibus, tristitiam, & morsum conscientiæ, ab omnibus commouetur, & pungitur. *Iter impiorum quasi sepes spinarum:* nec vltrà progreditur, quia vbique spinas suspicatur, & ita nunquam ad dulcem tranquillitatem peruenit: quod vulgo Hispano locum prouerbij obtinet, *cabra coxa nunca ha siesta:* cùm enim cæteræ capreæ incedunt, laborat & claudicat, & cùm quietem sumere opus est, iam tempus est pergendi cum reliquis; & cùm nunquam ferventer difficilia quæ in virtute sunt, superat, nunquam ad habitualem facilitatem peruenit: quamobrem

[a] In pastorali 3.p.cap. 31.

Descriptio tepidi. Contra fa-

obrem *sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo, anda siempre como la puerta sin ganar tierra, ni mejorarse vn punto.* Tertium periculum est, quia vni tepiditati alia maior superuenit tepiditas: nam cùm frustrà gratiam recipit, meritò illa priuatur; quod cauendum admonet Paulus, *fratres cauete ne in vacuum gratiam Dei recipiatis:* at à feruenti animo *verbum Dei non reuertitur vacuum, sed inebriat terram,*&c. Et sicut gratia collata feruentiori alterius gratiæ est quasi semen & pignus, sic tepiditas tepiditatem vsque ad summersionem animi generat. *Frequenter enim vidimus* (ait Cassianus [a]) *de frigidis atque carnalibus, idest, de sæcularibus atque paganis ad spiritalem peruenisse feruorem: de tepidis atque animalibus omnino non vidimus* [b].

Sedulitatis igitur stimulus & feruoris incentiuum illud est, quo Romanos excitat Paulus [c], *sollicitudine non pigri spiritu feruentes, Domino seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes.* Quid ais Paule? rogamus te de remedio contra desidiam, & respondes non esse negligentes? sed Græcè legunt alij, *charitate feruentes*, vel spiritu sancto inflammati, impetu quodam animi succensi ferueamus, sit charitas in nobis (ait Hieron.) & facile videbitur omne difficile, hoc enim mero viriles assumit anima spiritus, sicut sponsa, & sicut Paulus *per infamiam, & bonam famam, per gloriam & ignobilitatem*, &c. Et sicut Magdalena quæ interrita alienam intrat domum, & in conuiuium irrumpit. Quid agis mulier? iterum adire audes domum diuitis, qui te iam probè nouit, & proprio nomine nuncupauit peccatricem? Vide quia ibidem famuli sunt, & pueri procaces, & per amplissimas aulas palatij tibi transeundum est, vbi mensæ accumbunt duodecim discipuli, inter quos vnus est detractor, & cui tua vnguenta non bene olent: vide quia iterum lacessis dæmonem, & in arenam prouocas: vide quia teipsam inimicam geris, tui noui propositi aduersariam; adhuc enim superstites sunt capilli aurei, oculorum splendor, corporis elegantia, quam iterum cum alabastro frangere, & ad ped.s Christi prouoluere difficile est: vide quia visendi Lazari causa de vrbe in villam Bethaniæ optimates, & lectissimæ fœminæ confluxerunt, & crastinâ die hoc tuum opus omnium aulicorum ludibrio patebit, circumferetur per focos, per menses, & otiosorum hominum conuentus. *Non cessabunt*, nihil hæc obstant amori & feruori. *O amor* (inquit Bernard. [d]) *præceps, vehemens, flagrans, impetuose, qui præter te aliud cogitare non finis, fastidis cætera, contemnis omnia præter te, contentus, captiuam ducis rationem & intellectum, mirabiliter triumphum agens rerum omnium. En omne quod cogitat ista, quod loquitur, te sonat, te redolet, & aliud nihil.* Hoc igitur amore succensi in nostræ salutis negotio sedulitatem collocemus. Non iam tot beneficiorum flammis accensi, nec mirabili illa vocatione de sæculi platea in Dei vineam; nec transitu illo de Ægypto in terram promissam in manu potenti, & brachio extento: nec splendore exemplorum impulsi eorum, qui longè morum sanctitate nos præcedunt: nec timore eius loci, quem otiosè in Dei hæreditate occupamus; nec defectuum & peccatorum scabie & lepra qua fœdiores quotidie reddimur: nec stimulo agitati, quem morti damus contra nos ipsos; nec quia ad centrum properamus, quod etiam lapides accelerare solet; nec quia in æternos ignes timere possumus, & mereri, sed quia te video (mi IESV) ardore & amore flagrantem; qui iam exis primo manè conducere operarios, iam venis saliens in montibus, transiliens colles, super montes Bether, hoc est, difficiles; iam ad vitæ vesperam, quasi ardorem non ferens, nudus, intras mortis fluctus, superas ingratos, concilias inimicos, illuminas orbem, fugientes colligis, trahis obstinatos, vincis Iudam, saluas latronem, redimis mundum, & aquæ multæ feruorem non extinguunt, quousque consummato opere, tibi gloriam, mihi gratiam æternámque benedictionem peperisti.

VERBVM

nè (ait Bernardus ser. 65.in Cant.) inuenire est homines pusillanimes, & remissos, deficientes sub onere, virga & calcaribus indigentes, quorum remissa lætitia, pusillanimis tristitia est, quorum breuis aut rara compunctio, animalis cogitatio, tepida conuersatio, quorum obedientia sine deuotione, sermo sine circumspectione, oratio sine cordis intentione, lectio

40.

sine ædificatione, quos denique, vt videmus, vix gehennæ metus inhibet, vix pudor cohibet, vix frænat ratio, vix disciplina coërcet. Vide etiam P. Busæi Panarium, v. *Tepiditas.* & Bern. Rossigniolum lib. 2. cap. 19.

a Monastic. institut. cap. 1. 2. 3. 4. & coll. 4. cap. 19.

b Idem Ber. epist. 96. Multo facilius reperias multos sæculares conuerti ad bonũ quàm vnumquemquam de religiosis transire ad melius. Rarissima auis in terris est, qui de gradu quem fortè in religione semel attigerit, vel parum ascendat.

c Rom. 12. 11.

d In Cantica.

Digitized by Google

VERBVM PATRIS.
Gen. 27. vers. 36.

Iustè vocatum est nomen eius Iacob: supplantauit enim me en altera vice, &c.

Filios suos exemplo Iacob anteuertere, & benedictionem præripere ab incunabulis docet, atque persuadet.

DISCVRSVS XIX.

1\.

Parabola, id est, potestas, hoc est, vim habens in animos.

TANTO acumine, & breuitate, tanto pondere, sensu, & obscuritate, tanta verborum elegantia, & splendore, vt decet, Seruator noster hanc patrisfamilias parabolam proponit, vt rectè parabola, hoc est, *potestas* ex linguæ proprietate appellanda sit, quæ ita potens, ita animis, & ingenio dominatur audientium, vt sacramenta eius enucleatiùs perscrutari, nec venari posse putauerim, nisi amplissimum theatrum constituero, certamen singulare proposuero, nisi euocauero cælum, diuitias sempiternas palàm ostendero, nisi infernum commoueam, hæreticam prauitatem ad dimicationem prouocem, & ignauia, atque otio torpentes Christianos verbi diuini gladio lacessam. Priori itaque certamine, & theatro eò tendimus, vt purum, liquidúmque fiat, Deum libera, & certa voluntate multo mane, id est, ab æternitate homines excitare, & vocare constituisse, quosdam eorum in æternitatem gloriæ consecrasse, & præsignasse; quosdam autem peccatorum suorum maculis prius notatos, & damnatos in sempiternum malum præsciuisse.

Theatrum & certamen.

PARTITIO DISCVRSVS.

2\.

Blasphemauit Caluinus asserens eò tendere parabolam, vt probet Deum pro suo arbitrio reprobare.

Exodi 33. 19.

Intra igitur in cæleste theatrum, ecce sub cæruleo peristromate gloriæ cælestis præmium, ecce visenda maiestate in tribus personis præsidentem Deum, suæ voluntatis litteras publicè propositas. *Miserebor, cui miserebor*, quæ liberas Dei misericordias denunciant. Illic certantium leges, *non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis*; non naturalem vim, neque equi fortitudinem beneplacitam fuisse Deo, nec diligentiam, sed gratiam, & solam diuinam voluntatem opus hoc auspicatam fuisse. Illic etiam ex alia parte formidandæ litteræ patent: *Multi sunt vocati, pauci verò electi.* Finis laboris, & certaminis ostendet multos ad fidem, ad gratiam, ad gloriam vocatos liberè eam amissuros, foréque damnandos; paucos verò gloriæ pondus æternum consecuturos. Primi sunt, qui in arenam descendunt ad luctam armati Iacob, & Esau fratres, quorum primus seruandorum, & prædestinatorum, secundus damnandorum antesignanus est. D. Chrysostomus [a] quasi testis certaminis sic totum proponit, nostrósque animos attendere imperat. *Certamen inter fratres in vtero geritur, bellum inter natos committitur, velim causam tanti certaminis nosse, velim istius pugna negotia tractare. Quid intercesserat? Respondeas, Deus; quæ pugnandi ratio? Deus; quæ causa vincendi? Deus; quo spectatore id geritur? Deo; quo iudice celebratur? Deo; quid victori promittitur? Deus; quid victo è contrario denegatur? Deus; quis certare docuerat? Deus; quis pugnare monstrarat? Deus: sed notum est cunctis istorum certamine fratrum causas duorum exprimi populorum.* Nemo est in hac palæstra præter te, & Deum: hi autem duo pueri certaturi descendunt vice duorum populorum, Iudaici, & Gentilis, peccatorum, & iustorum, prædestinatorum, & reproborum. Sicut quondam nomine duorum populorum, Goliath, & Dauid singulare certamen iniere: in Dauide autem lætatus est Israël; expauit autem, & fugit in Goliath emortuo immanis Philistæa; lætentur ergo iusti hodie victorem Iacob contemplantes; in Esau verò peccatores æternam damnationem pertimescant.

Matth. 22. 14.

Iacob & Esau lucta.

a Serm. de Iacob, & Esau tom. 1.

Bellum geritur in vtero materno (ait Chrysostomus) ne vocatio, & prælectio parentibus, sed Deo tribueretur: voluntas enim Dei prædestinantis, non natura præsignat electum. Quod vt clariùs eluceat (ait Ambrosius) ipso in egressu materni vteri, officium supplantandi primum futurum in benedictione, plantam tenens fratris, ex Dei decreto, qui illum elegit, ostendit. Gloria itaque, pro qua decertant, vt præmium, & brauium proponitur, non tantùm hominibus, sed Dei etiam filio; illa enim gloria, ad quam peruenisse ait Paulus ex resurrectione, id est, post resurrectionem mortuorum, & propter quam vt homo erat, prædestinatus erat, per viam crucis obtinuit, illo sic asserente: *Oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam.* &, *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum.* &, *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedeo cum patre meo in regno eius.* Hinc definitur à sanctis Doctoribus: Prædestinatio est præparatio gratiæ, & gloriæ. Exemplum autem, quod adducit S. Paulus, aptissimum est. *Sed & Rebecca ex vno concubitu habens, & Isaac patris nostri: cùm enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, vt secundùm electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Adducitur hæc historia à Paulo ex *Gen.* 25. vt explicatur *Malachiæ* 1. vt de prælatione, & præelectione Iacob ad hæreditatem paternam relicto Esau, sumat exemplum ad ostendendam prælationem, qua prælatus est à Deo populus Gentilis populo Iudaico in accipiendis diuinis promissionibus, & lege Euangelica, antequam quidquam boni, & mali egissent, sua bona voluntate Iacob præ Esau, Gentilem præ Iudæo dilexit, & ad gratiam Euangelij admisit. Hanc autem

3\.

Luc. 24. 26.

Luc. 23. 9.

Apoc. 3. 21.

Prædestinatio quid.

Rom. 9. 10.

4\.

autem doctrinam Theologi, & multi ex Patribus accommodant singulorum hominũ prædestinationi,& reprobationi: *Reprobatio quid.* nam si reprobatio sit exclusio à gloria præcedentibus, & præuisis demeritis: vel sit, vt placet D. Thomæ, voluntas permittendi cadere in culpá, & inferendi pro ea pœnam, verè affirmari debet absque vllis præcedentibus meritis, vel demeritis, ex sola Dei voluntate, qua vult conferre gratiam, & gloriam, vt dicit Paulus, vnum dilectum fuisse, alium reiectum, vel odio habitum, non proprio, sed metaphorico more sacræ Scripturæ, quæ illum dicit odio haberi, cui alius præfertur: *Simile.* sicut quando vnus ex duobus fratribus pretiosiori veste induitur à parente, alter se vocat odio habitum à patre. His ergo ex schola prælibatis vna pars nostræ parabolæ perspicua est, quæ tota de hac misericordia agere videtur.

5\. *Matth.20.1.* *Simile est regnum cælorum*, &c. Sanctus Hilarius, Saluationis negotium, & vocationis diuinæ modus sic se habet, sicut negotium patrisfamilias. *Homini Patri*, hoc vnico verbo solutos, & quietos reddit animos Creator, & Redemptor noster de sua prædestinatione timentes: vereor quorsum mea causa casura sit, saluabor? an in æternum proiiciet Deus? sicut homo, qui negotium in curia gerit, timet, & ait, dubia mihi fortuna est, semper magis aduersos exitus timeo quàm spero secundos; *Spes concipiendi de salutis negotio.* quare? quia non habeo hominem, qui cáusam agat, neque inter iudices patronum. Falleris, ait Christus, & hominem habuisti, & patrem *homini patri*, hic patronus, hic aduocatus ad exitum felicissimum rem totam deducet. Quòd si tectè, & obscurè res agitur, & soli sibi Deus reseruat secretum, non timorem, sed fiduciam tanto parente dignam generare æquum est. *Sap.1.1.* *Sentite de Domino in bonitate*, saltim Deo, quod parentis proprium est, date, qui testamenti, & vltimæ voluntatis litteras, quibus hoc decretum est, in suo pectore firmissimo sigillo obsignauit, recondidit, de quo Paulus, *2 Tim.2.19.* *Firmum fundamentum Dei stat, nouit Dominus qui sunt eius*; in parentem ergo, & curas, & timorem proiice,& æternas diuitias in illo repositas esse gaudeas: cuius enim bona magis præmunita, *Lucæ 15.15.* & secura fuere prodigi filij, & perditi, an quæ frater in patris potestate reliquit? Ampla bona fidelissimus pater seruat, tu tibi solicitudinem struis, si patri non credis: fides enim securam reddit hæreditatem, vt Paulus indicat. *Rom.4.4.* *Ideo ex fide, vt secundùm gratiam sit promissio:* non ob oculos proponit quod promittit, ne temerario, & insano sumptu, vel cæca venditione, sicut Esau bona cælestia proderemus: ideo testamentum instituit fide obsignatum, & obseratum vnigeniti sanguine, ne vllus euertere possit, & ne quis te patriis bonis exturbare posset, sibi reseruauit pater amantissimus. *a Cap.11.* Quare Augustinus [a] de prædestinatione Sanctorum, ait: *Miror homines infirmitati suæ se malle committere, quàm firmitati Dei.* Dicet fortasse quispiam, incertus sum de diuina voluntate; cui ego dicam, & de tua certus es? præcipuè cùm dicat Apostolus: *Qui stat, videat ne cadat*; quia incertum est te consensurum, & voliturum. *Cùm ergo vtraque incerta sit, cur homo infirmiori, quàm firmiori fidem suam, spem, charitatémque committet?* quiescat igitur animus, qui Patrem habet Deum, hominem, patremfamilias amore, & pietate plenum.

Qui exiit primo mane,&c. Quis te Domine tam multo mane exsuscitauit? 6. *Matth.20.1.* quis inuitauit vt prædestinares me? *Amor Dei prædestinantis.* quis cogitabit rem hanc, nedum suo momento ponderabit? quam etsi non video, credo tamen, & spero, dicente Paulo, *Firmum fundamentum Dei stat habens signaculum hoc, nouit Dominus qui sunt eius*; *2.Tim.2.19.* quid maius? quanti enim foret æstimandum regem suo sigillo impressum, & insculptum gerere alicuius equitis nomen, vt menti regis semper inhæreat, vel in ephemeridem pauperis nomen inscriptum, & in sinu regis collocatum? quanto plus foret æstimandum Deum te (Iacob) elegisse, te (Christiane) præparasse, amasse, sigilloque non solùm, sed sempiternæ menti indelebiliter insculptum habuisse, vt te suo tempore in summum bonum asciret. Quàm horruit animus Cyri,cùm *Isai.45.1.* certior effectus est Deum per Isaiam ducentos ante illum natum annos, & nomen, & victorias, eásque prouincias, regna, triumphos, quos postea traditurus erat, cecinisse, & sacris proditum voluminibus tradidisse. *Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo*, &c. *& scias, quia ego Dominus, qui voco nomen tuum Deus Israël*; quàm præclaram Deo retulit gratiam, à quo sibi improuisæ diuitiæ amoris, & diuinæ recordationis obuenerant; vniuersum Dei populum in libertatem asseruit, & templi reædificationem Hierosolymis eidem demandauit, vasaque aurea, & argentea, quæ Nabuchodonosor abstulerat, restituit. Quantus est Cyrus, si Regi immortali *1.Esdræ 1.* compararetur? qui tamen nos antequam aliquid boni, vel mali egissemus, & ad agendum illud nati essemus, non annulo, non libro, sed in suo sinu, menteque reposuit, cordi insculpsit, & imis visceribus diuinæ mentis gestauit: *Isai.46.3.* *qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua: vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo, ego feci, ego feram, ego portabo, ego saluabo.* Æquum ergo est de solutione, & gratiis Deo referendis cogitare, amoris debitum nemo soluere tenetur quousque certum habet se ab alio diligi; ex quo autem ei dicitur, Rex, vel princeps te amat, si solutionem differt, ingrati animi nota inuritur, & inquinatur: æternus amor, quo me Deus prosecutus est, æternum amorem impendere postulabat; at saltem ipsa die, qua in mente primum rationis lumen affulsit, mihi debitum denunciatum est; quare ego differo? immo qua ratione quid in tanto beneficio lateat, valeam cogitatione comprehendere? *Simile.* Quando quis in stadium prodit, vel præcurrentem aliquem insequitur, eo magis festinare tenetur, quo pluribus eum passibus alter antecedit. Quid si ocio torperet? si frequenti sessione,inertia, & tarditate subsisteret? O sempiterna charitas! ô amor ab æternitate præcurrens, qua ratione ad carceres, vnde prodiisti, pertingam? nunquam præcursorem, præsignatorem meum exæquabo: nam per Ieremiam ait, *Cap.31.3.* *Longè Dominus apparuit mihi: desde su eternidad me haze señas*: & inquit, *in charitate perpetua dilexi te*, & præmatura vocatione allexi, *ideo attraxi te miserans.* Quando igitur Domine debitum tibi amoris reponam? quid si immoror? si in aliud tempus debitum reiicio? & differo solutionem? vtique nunquam me exiturum ære alieno amoris putabo.

7\. *Matth.20.1.* *Conducere operarios. Operarios* prædestinatos appellat;

Prædestinati operarij vocantur. appellat; quia quamuis præsignauit eos, liberos tamen relinquit, vt quasi de iure obtinere nitantur, quod illis anticipata Dei gratia concesserat: diuina namque prædestinatio nostri, nullam nobis, & arbitrio obligationem affert, quàm illa, quæ à scientia, & voluntate Dei prouenit: at voluntas neque diuina scientia nullatenus libertatem tollunt; nulla ergo in prædestinato obligatio manet, ob quam futuræ gratiæ, saluationis videlicet, operator dici nequeat: nam actus diuini intellectus, & scientiæ, quo res certò futuras prænouit, nullam rebus inserit obligationem, res enim non ideo futuræ sunt, quia Deus præcognouerit, quin potiùs ille cognouit illas, quia futuræ sunt: immo quædam quasi conditio est, vt cognoscantur, verè futuras esse: & quasi semen diuinæ cognitionis est res, quæ illi obiicitur, verè futura.

Simile. Quod in consideratione speculi perspicuè apparet: nam ideo vultus in speculo introspicitur, non quia à speculo obiicitur, sed quia se vultus ipsi obiicit præsentem. Sicut ideo vultus intuentis speculum hilaris est, vel seuerior, & tristior, non quia à speculo hi proueniant effectus; sed ab intuente, qui fœdam faciem, vel pulchram illi obiecit. Diuina ergo sapientia, quæ speculum est sine macula, non te peccatorem effecit; quia peccare posse considerat, sed ideo intuetur peccantem, quia reuera liberè peccaturus es. Vnde liberum tibi manet prædestinationis opus, non quia bona opera voluntatem diuinam olim in æternitate, vt causa ad actum impulerint, sed quia simul, ac media, & ordinem prædestinationis prouidit bonum liberi arbitrij vsum, bona etiam opera præcognouit: sicut ad reprobationem, mala, prauúmque liberi arbitrij vsum præcedere in præscito speculatus est. Quare D. Petrus [a] vt quorundam blasphemiam refelleret, dicentium: Si sum electus, nulla est amplius necessitas pietati incumbendi; nam per illam Dei electionem saluus ero, seuerè admonet: *Quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis*; quia licèt negotij firmitas ex Dei pendeat decreto, mediorum autem potestas tibi libera sit, sicut si tibi promissum esset te filios habiturum, tibi non repugnaret vxorem ducere, quæ necessaria est ad legitimam filiorum susceptionem; ita pariter sis licèt præelectus ad æternam vitam, & illa sit meritorum præmium, & remuneratio, non solùm non pugnant bona opera, immo potiùs in bono perseuerantibus datur corona. Ideo similiter Iacob suæ prælationis cooperator extitit, licèt rem ita futuram, & Deus, & mater, cui rem aperuerat, cognouerant, atque ad exitum duxit oraculum: *quia maior seruiet minori*; operarios enim Deus, & cooperatores appellat, & ad vineam conducit, *conducere operarios.* Hìc tamen audire te videor rogantem, quot sint prædestinati? verba enim certaminis, *pauci verò electi*, animum nostrum à spe concepta ad summum timorem traducunt. Pauci, inquam, sunt; quare Domine pauci sunt? an vt hac ratione ostendas te voluntariè nimis, & liberè elegisse, cùm è pluribus paucos segregasti? Ideo enim Iacob electio appellata est; *elegit Iacob, quem dilexit.* &, *Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris, & cunctis populis qui sunt super terram*: an vt erga pauciores beneuolentiorem se ostenderet, & chariores sibi significaret? hac enim de causa Paulus electos gratiæ reliquias appellauit: *reliquiæ secundùm electionem gratiæ saluæ factæ sunt: lo apurado, y esmerado: remanente de otros muchos, que dexò perder.* Sed enim rationes alias longum esset percensere, duas tantùm è verbis certaminis eliciam.

S. Thom. 1. p. quæst. 23. art. 8. ait prædestinationē quoad ipsam ordinationem nulla reiuuari posse, quoad effectum verò iuuari sanctorū precibus posse, ac multis aliis piis operibus.

8.

a 2. Epist. 1. 10.

Apoc. 2.

Gen. 25. 23.

Sintne multi prædestinati.

Mat. 20. 16.

Psal. 46. 5.

Deut. 7. 6.

Rom. 11. 28.

9. *Multi sunt vocati, pauci verò electi*, sæpe enim fit, gratias, dona, & priuilegia, quæ à regibus per beneficium, & gratiam conceduntur, paucioribus condonari, relictis aliis stipendiariis, & vectigalibus: non enim omnes ex vna nobilitatis radice oriundi sunt. Cùm igitur naturæ semel fractæ, & corruptæ insitum, & naturale sit, stipendia, & tributa culpæ soluere, sæpiúsque delinquere; auxilium verò diuinum, & perseuerans vsque ad exitum, gratia, beneficium gratiosum, & liberum creatoris sit: manifestum fit pauciores fore hos nobiles gratia cohonestatos, qui in gloriam asciti sunt; plurimos verò, qui in inferno vectigales, stipendia pœnæ reddituri sunt. *Eramus nos filij iræ, sicut & cæteri: todos eramos villanos de suelo, y de casta.* Sed quis nos diuina sorte ab aliis discreuit, & cohonestauit? *Deus autem, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, cùm essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia saluati estis*, &c. *& hoc non ex vobis; Dei enim donum est.* O Domine, qualem tibi referent gratiam, cùm se in cælo extra omnem aleam viderint? tibi sempiterno Regi præcipuam laudem, gratiásque rependent.

Matth. 22. 14.

Ephes. 2. 3.

Ibid. 4.

Ibid. 8.

10. Secundò etiam consentaneum fuisse videtur paucos electos in cælestem gloriam adoptari, quia in vinea, sicut in aliis rebus, pauci sunt, qui sedulò labori incumbunt, & primas ferunt, noménque Regis obtinent, qui cæteros præcedunt. Ideo Paulus vineam vocat *Ecclesiam primitiuorum.* & alibi, *Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium: sic currite, vt comprehendatis.* Quasi diceret, omnibus præmia proposita sunt; vos verò imitamini *vnum*, hoc est, primum, (sicut vna sabbatorum, id est, prima die sabbati) æquum est de Dei bonitate sentire, vos ad gloriæ præmia elegisse, sed in tanti boni adeptione, & prosecutione, vnum hoc est primum, imitamini. Scio interim quosdam asserere gloriosius Deo contigisse, & maiorem gloriæ laudem comparasse, si numero plures prædestinatos elegisset. Absit tamen procul talis opinio, quin potiùs sic gloriosior euasit, quia *pauci electi sunt*: nam vis exercitus non in amplissimo imbecillorum numero militum sita est, sæpe enim veteranos, & fortiores tyrones, & rudes milites impediunt; maximi autem habendus est, & ad fortiora comparatus firmus, & florentissimus exercitus, licèt exiguus ex militibus veteranis pugnacibus, & disciplinæ militaris non ignaris collectus, gloriosior etiam eis, & Regi victori succedet triumphus. Sic Magni cognomen obtinuit Alexander, qui quadraginta millibus optimorum militum (hic enim ad summum numerus illi tribuitur) quorum quilibet paratissimi ducis speciem præferebat, mundo celebris, posteritati gloriosus, inimicis acerrimus fuit. Similiter etiam in Ecclesiæ castris volens Deus, vt militantis Ecclesiæ Dux, manus cum tenebrarum principe conferre, paucos, & hos lectissimos, & strenuos comparauit; his tamen gloriosior illi paratur triumphus: sic enim cecinerat Isaias,

Hebr. 12. 23.

1. Cor. 9. 24.

11.

Cap. 9. 4.

Iugum

Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, &c. superasti sicut in die Madian. Vbi aduersùs tot milites, qui locustarum multitudini, & arenæ, quæ est in littore maris, comparantur, trecentos tantùm opponens victoriam reportauit. Ideo Seruator noster, *Sicut in die Madian* pauco milite contentus est: *quoniam omnis violenta prædatio cum tumultu erit in combustionem, & cibus ignis; porque toda sin razon ha menester fuerça, y multitud para salir con la suya:* iustitia verò, & æquitas non indiget vi, neque armis, nec de multitudine gloriatur, sed de præstantissimis, impigris, & acerrimis. De Iacob, à quo oriundi veniunt duodecim populi, parentes, & duces; non verò de Esau, à quo rusticana plebs, & perfidiosa Idumæorum erat nascitura. Elígit Petrum, & Paulum, repudiato Iuda, Mariam matrem sanctissimam, reiectis impuris, & teterrimis mulierculis, quarum interitum, & damnationem hæc vna beatissima compensat: *vna est columba mea, vna genetrici suæ*, & ideo vnicè dilecta: *multi enim sunt vocati, pauci verò electi.*

Ibid. 5.

Cant. 6. 8.

Mat. 22. 14.

12. *Esau antesignanus & figura eorum qui damnandi sunt.*

Felix, fortunatúsque Iacob: infelicissimus verò damnandorum typus Esau, qui in aliorum peccatorum documentum proponitur, vt eos à peccato absterreat. *Esau autem odio habui.* Quid ita animorum creator? cur quos semel condidisti, odio prosequeris infinito? nónne Dei factura, Dei structura sunt? Sunt equidem (ait Augustinus) & corpus, & anima Dei opus, *& neutrũ horum odit Deus; quia nihil odit eorum quæ fecit sed odit in homine peccatum, quod non fecit.* Constat dignũ esse qui odio habeatur, qui peccatum habet, modò verò non habet; quare ergo à te repellis? Respondet Thomas [a] Deum liberè peccaturum præuidisse Esau, cui gratiam, quam Iacob contulit, conferre noluit; aliis tamen bonis, donísque affecit, in quo amare illum ostendit, summum verò bonum non concessit: *non tamen* (ait Thomas) *quodcumque bonum vult omnibus: in quantum igitur quibusdam non vult hoc bonum, dicitur eos habere odio, vel reprobare.* Dices tamen, ex hoc sequi frustrà nos ad certandum fuisse euocatos, si Deus sola sua voluntate eligit, aut reprobat. Verùm respondet Hieronymus, electionem sine voluntate hominis à Dei benignitate fieri; reprobationem verò nullatenus: nam reprobatio non fit à Deo, nisi priùs altè, & cogitatè causam peccatoris, & liberum ad peccatum consensum præcognouerit: *no condena sin ver processos: non saluat Deus irrationabiliter* (ait D. Hieronymus [b]) *& absque iudicij veritate, sed causis præcedentibus; quia alij non susceperunt verbum Dei, alij recipere sua sponte voluerunt*; quod de reprobatione verum est, non de prædestinatione: aliud est enim dicere salutem proficisci à meritis, quod catholicum est, aliud salutis prædestinationem oriri à meritis, quod est Pelagianum. Quocirca cùm Paulus ait, *Quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri*, &c. præscire idem est, quod approbare, vel diligere. Approbaui Iacob, amaui Petrum, dilexi Paulum; non quia eos similes filio meo præuidi, sed vt fierent similes: hoc significat præscire, sicut quando dixit, *Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit*, hoc est, quam amauit (vt Augustinus [c] notauit) quam prædestinauit. E contrario verò de reprobis, (vt de Esau) ait, *odio habui*, hoc est, nesciui; quod bene adnotarunt Sedulius [a], & Origenes [b]: *manifestum est enim, quia de bonis tantum dicit, præscit, quos prædestinauit; cæteros verò non præscire, sed nescire quidem dicitur Deus; & aperte dicit Deus: Discedite à me operarij iniquitatis; quia non cognoui vos.* Bene nouit impios, & sua infinita scientia quot sint futuri percalluit: cùm tamen non prænouerit, & elegerit illos ad summum bonum, sed gratia prædestinatorum, in quorum bonum illos creauit, & dirigit, non cognouisse eos absolutè pronunciat. Sicut etiam nauta onerariæ nauis mercium quantitatem accuratè ponderat, omniúmque subducta ratione sedulò in portum vsque ducenda percenset: saburram autem, quæ in infima naui iacet, non librat, sed coaceruatim, & tumultuariè proiicit, eo dumtaxat fine, vt nauim medium tenere cogat, & securè ad portum cum mercibus appellere. O formidabile verbum! Domum tuam (ô homo) quasi nauim considera, in qua saburra est proculdubio, quis autem sit, quis cognouit? timeat primogenitus; & seruum, & ancillam non paruipendas: nam ideo fortè seruatur filius, vt nauim gubernet, & ad portum deducat, merces congreget ei, qui prædestinatus est. *Peccatori dedit Deus afflictionem, & curam superfluam, vt addat, & congreget, & tradat ei, qui placuit Deo*; reprobos enim, & impios parentes Deus viuere patitur, vt modò sordidati litibus circum se immisceant, ad patronos, & amicos concursent, fraudes machinentur, vt causam obtineant, damnationem denique suam elucubrationibus, & solicitudinibus parent, saluationem verò filiorum suis diuitiis comparent: quot enim sartores, fabros, scribas, mercatores, & iniquos emptores, quot denique iudices, & reipublicæ rectores Deus viuere patitur? vt tamquam saburra reipublicæ nauim incolumem in portum vsque deducant, qui tandem (nisi resipiscant) peribunt: saluis interim aniculis pauperrimis, & ancillis, & seruis, aliísque huiusmodi portum salutis feliciter tenentibus. Hoc in nostra vinea videre libet: nam cùm vitis natura sua caduca sit, & nisi fulta sit, ad terram feratur, ligna arida, alta, & firma illi vt adminicula, quibus fulciatur, adhibentur, adhæret illis, & clauiculis quasi manibus sustentacula apprehendit; cùm verò firmior efficitur, foras adminicula coaceruatim in ignem mittuntur, nec difficile, cùm radices non habeant. Timeas, obsecro, qui hæc audis (homo) ne fortè te tamquam filiorum suorum adminicula Deus in Ecclesia sustentet; quas enim radices gratiæ habes? quod bonorum operũ firmamẽtum? præcipuè ipsa Dei sapientia denunciante, *Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, & spuria vitulamina non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt.* Heu te lignum aridum sine fructu, & radicibus, quantum te æternæ mortis periculum manet.

a 1. p. q. 23. art. 3. in responsione ad primum.

13.

b Citatus à P. Salmeron in hunc locum Pauli Rom. 9. 10.

Rom. 8. 29.

Rom. 11. 2.
c Lib. de bono perseuerantiæ c. 18.

Malach. 1. 3.

a In epist. ad Rom.
b Tom. 1.

Luc. 13. 27.

Simile.

14.
Eccli. 2. 26
Ad quid reprobi sinantur viuere.

Simile.

Sapient. 4. 3.

15.

Rogas tamen cur Deus, qui voluntate saltem simplici vult omnes homines saluos fieri *, aliquos tandem damnari permisit? Responsum quidem primò ex ipsa nostri liberi arbitrij natura sumitur; nam pater, qui filios pulchellos habet, sericas vestes induit, longiores tamen talares in pedes vsque demissas: in hoc enim, & honori suo, & decori filiorum consulit; quia, vt Hispanus dictitat, *loque arrastra honra:* hic tamen

* Lege Magallanes in cap. secundum epist. ad Tim. v. 4. annotatione 2. & 3. & Theologos in primam partem.

by Google

tamen ecce suborta occasio est, vt vnus veste oblonga quasi tricis implicatus impingat, & à statu cadat. *Arbitrium liberum.* Sic diuinus ille parens dum in peccatum hominem labi permisit, nullam illi neque vim, neque iniuriam intulit, liberi arbitrij vesti, quam illi dedit oblongam, culpa assignanda est: *fueron faldas, que colgaron del sayo honroso de la libertad effectos de la libre voluntad*; quod ne accidat, solicitè pater admonet: *Gen. 4. 7.* *Nónne si bene egeris, recipies*, &c. & mater item, *1. Cor. 10. 12.* *Qui stat, videat ne cadat: guardaos hijos no tropeceis.* Liberè ergo cecidit Esau, persistente in gratia Iacob: vnum tamen cadere permittit, vt omnes à peccando exterreat, & in posterum documentum maneat. *Rom. 9. 17.* Sicut Paulus Pharaonem non tantùm communem peccatorem, sed insigniter scelestum, & flagitiosum, qui tot modis Deo reluctatus est, in exemplum proponit: *Terret omnes vnius damnatio.* dicit enim Scriptura Pharaoni, *quia in hoc ipsum te excitaui, vt ostendam in te virtutem meam.* Ambrosius legit, *te seruaui*, Chaldæa rectè, *sustinui te*, id est, ego te seruaui cùm dudum dignus esses morte, vt sis in exemplum quanta sit hominum durities Deo renitentium. Pauli doctrinam exemplo sic explicant Ambrosius [a], & Hieronymus [b]: Cùm quis nocens morti addictus est, & in supplicium rapitur, morbus fortè tunc grassatur, quo multi extinguuntur, accedit protomedicus, suppléxque à iudice impetrat, vt nocentis cadauer suæ detur potestati: illo enim vti contendit ad anatomiam humani corporis tradendam, & aliis artem commendandam: cadauere ergo supra mensam collocato ecce omnium oculi in illud intenti, qualiter tenebræ in oculos, calculus in vesicam, venarum sectio contingat, perspicuè intuentur. Præsens iam inerat periculum (ait S. Chrysostomus) ne in diebus Pauli, Iudæorum oculi fidei lumine orbarentur, & in cordis desperabilem duritiem inciderent. Opus est, inquit, vt isti ingens sibi imminens malum intueantur. Cordis ergo anatomiam exerceamus: à quo tamen experimentum sumam? in aliquo præsentium Hebræorum? Absit (ait Chrysostomus) ne animo caderent, & de salute desperarent. *Prudentissimè Paulus exemplum damnationis in Gentili, non in Iudæo proposuit.* *Considera porrò illius probitatem, ac sapientiam infinitam: nam cùm posset de iis, qui supplicio afficiuntur, agens, non Pharaonem, sed eos, qui ex Iudæis peccauissent, proferre, atque hac ratione orationem aptiorem reddere, vtpote in Esau, & Iacob: supplicij tamen argumentum, ac probationem à Barbaro profert, ne illos videlicet iræ vasa appellare cogatur.* Hoc significat verbum illud, *vt ostendam*, vt in alieno periculo homines sapiant, Iudæi in Pharaone; nos verò in Iudæorum damnatione pertimescamus, & patrisfamilias bonitatem, qui nos ad vineam, & ad gloriam vocauit, laudibus extollamus.

a In ad Rom. 9. n. 10.
b In hunc locum Pauli. tom. 5.
Simile.

16. *Quod iustum fuerit dabo vobis.* *Matth. 20. 4.* *Cooperatio nostra.* Ecce iam strenuè laborantibus præmia quasi ex iustitia promittit; quia quamuis quis (ait Ambrosius) se ad cælestia bona destinatum præsentiret, manu tamen sua quærere, & cooperatione acquirere non desistat; quod in Iacob, & Esau videre libeat, ambo enim quasi athletæ in arenam descendunt. *Lucta duorum fratrum.* Ecce vnus Esau (ait Rupertus) rufus, & pilosus, *vtriusque schema, vel habitus prodit*, sequitur illum diligens, & prudentissimus Iacob; quò pergis solers, & ingeniose puer? non sat est te iam olim Deum ad gloriam primogeniti elegisse? Minimè (ait Ambrosius [a]) quasi ex iustitia gratia obtinenda est: *vt simul clareret impigrum militem regni cælestis candidatum esse debere, vt præripiat benedictionem, & prærogatiuam suæ benedictionis vsurpet.* Iacob ergo solertiam intueamur: primò enim diligentiam adhibuit ipso in vitæ limine materni vteri. *Diligentia Iacob.* Siste puer, quare tam sedulus, & pugnax plantam fratris præcurrentis tenes? an ignoras te à Deo præsignatum? Nec ignoro, nec de tanti parentis bonitate diffido, *qua vult homines saluos fieri:* *1. Tim. 2. 4.* in re tamen mihi dubia, cautelam addere opus est, & ad priora (id est, potiora) extendere meipsum opera, ipse enim præsignauit me, sed ego ignoro; *Ipse enim solus est* (qui eligit) *& nemo auertere potest cogitationem eius: idcirco à facie eius turbatus sum, & considerans eum timore solicitor: no hay descansar, ni dormir con cuidado como este*; *Iob 23. 13.* quia, vt ait Ecclesiasticus, *cogitatio præscientiæ aufert sensum:* *Cap. 31.* vos quomodo in vtramque aurem dormitis? Augustus ille Cæsar puluinos cuiusdam ciuis coëmendos curauit, qui multo alieno ære oppressus altè, & tranquillè dormiebat; nec dissimiles sunt vestri puluini, in quibus ab hac ancipiti cura laxati, & soluti dormitis. *Cum diligentia coniunxit ingenium & prudentiam:* *Prudentia Iacob.* fratrem enim ad vitæ exitum pænè peruenire expectauit, & tandiu cibum illi porrigere distulit, quousque primas sibi maioratus detulit. Sua erant primogenita, ad quæ diuinitus erat destinatus, *maior seruiet minori*; *Gen. 25. 23.* nihilominus emax diligentissimus cibo suo coëmere non dubitauit. O diues, quorsum tibi pecuniæ, & lautiores cibi à Deo collati sunt, nónne vt in hac cælesti mercatura diffusè, & liberaliter impendas? 17. non solùm etiam ingenio præualuit, sed industria; *Industria Iacob.* libens enim matri obaudit, effecta hædi, & primogeniti vestimenta induit, & fratrem simulans, patri cum desiderato obsonio se offert. Mirum ingenium, & diuinum inuentum (ô homo) vt quod nostrum est à Deo extorqueamus, & Ecclesiæ matri obaudire, Virginem deiparam supplices adire, orare cæli ciues, & Christum induere, vt cultu isto, & veste meritorum veri primogeniti nostra infirmitas compensetur; nec in hac re fraus, & rapina damnatur (vt ait Ambrosius [b].) *irreprehensibilis autem rapina pietatis; quia à diebus Ioannis regnum cælorum cogitur, & cogentes diripiunt illud:* *b Suprà.* sed non solùm industrius, sed simul extitit fortis, & in finem perseuerans; *Fortitudo Iacob.* ad luctam enim cum Angelo se comparat, stetit, plorauit, rogauit, benedictionem obtinuit. Quid tu otiose, & iners ad hæc? ad præmia te compara, ecce iam procurator patrisfamilias præmia distribuere iubetur.

a De Iacob cap. 3.

18. *Dicit Dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios*, &c. *Matth. 20. 8.* Vocatur primo loco Iacob, cui porrecta, & sublata manu primas pater Isaac defert: *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti, & vini*, &c. *Gen. 27. 28.* *esto dominus fratrum tuorum*, &c. En venit Esau properans, & obmurmurans de parentis prouidentia, *irrugiit clamore magno, & consternatus ait: Benedic etiam mihi pater mi.* *Ibid. 34.* Quare à nouissimis incipis? quare pares illos nobis fecisti? *Amice* (respondet Pater) *non facio tibi iniuriam:* *Matth. 20. 15.* amicum vocat etiam præscitum Esau, ne dolorē augeat, sicut Abraham epulonem illum in tormentis *filium* appellauit, *an non licet mihi quod volo facere?* *Ibid. 15.*

facere: tibi reddenda ratio non est, sed pro ratione voluntas; quia malignus es, & indocilis, reddam tamen humilibus, qui de Domini prouidentia in bonitate sentiunt, vt præcedenti cap. egerat, agens cum Apostolis docilioribus. Vocantur primo loco Apostoli, quos Dominus Patriarchis, & Prophetis anteferens sic alloquitur: *Vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.* Ecce ex hoc Synagogæ querimoniæ ad Christum deferuntur; quare patres illos, qui vna hora laborauerunt, nobis, nostrísque parentibus fecisti? vbi æquitas? vbi iustitia? quibus voluntatem pro ratione reddit. Sed non sine ratione sunt opera Dei. Amice (ait) non facio tibi iniuriam, nam laboris pretium non tempore laboris, sed pro qualitate eius æstimandum est. Euocatur à quodam principe regis architectus, vt extruendarum ædium exemplar commentetur, fit non difficulter ab illo: nam quod animo concipit, carbone, vel atramento in papyro delineat, vel rubrica, vel gypso effingit, pingui, vt ait, minerua lineamenta ducit, sed totius operis formam, illustrem prospectum, opus denique absolutum ostendit. Quanti æstimabitur labor: certè non minoris, quàm ducentis, trecentísve numis: inchoatur tamen ædificij opus, & in fodiendis iaciendísque fundamentis laborans operarius mercede diurna conductus duas drachmas iustum laboris pretium æstimat; quia licèt multum in fodienda terra insudauerit, rusticè tamen, & sine arte: at architectus minus licèt laboris, multum tamen artis, & ingenij exiguo tempore collocauit; quis enim neget vno penicilli ductu plus mereri pictorem, quàm sutorem in calceorum opere conficiendo. Porrò quis inficietur plus mereri operarium, qui in aurifodinis laborat, postquam auri venam inuenit, quàm antè cùm terram, silices, solum, & aquam extrahebat? Ad hæc nónne maiori mercede dignus est operarius, cui neque potus, neque cibus per diem promittitur, quàm qui bene pastus, & bene potatus conductus est? Sic ergo (amice) maioris pretij, & præmij dignos reputo hos piscatores, & quia Ecclesiæ architecti toto orbe extitere, prima lineamenta virtutis non atramento, nec rubra terra, sed proprio miserunt sanguine. Vnus Petrus, qui Hierosolymis multa millia hominum ad fidem conuertit, qui Romæ sempiternam sedem extruxit: & quia Domino laborante in vinea laborarunt, *captis iam repromissionibus*, & non auri, neque argenti venam foderunt, sed vitæ, salutis, & gloriæ, quibus dictum est, *Beati oculi, qui viderunt quæ vos videtis*: ac denique, quia etsi in vinea antiqui illi Patriarchæ laborauerint, multa illis merces impensa, multum præsidij condonatum est, filiorum, coniugum, diuitiarum. At hi, qui nouissima hora fecerunt, nudi, cælibes, afflicti, & pro Christo vexati laborabant: bene ergo dictum est, *quod iustum fuerit dabo vobis*, vt in diuinis non voluntatem solùm, sed iustitiam, & æquitatem æstimes. Verùm ex his aduersùs tuam inertiam, & otium (homo) argumentum sumam, qui in nouissima hora vocatus es, quando auri, & argenti, gratiæ, & meritorum Christi vena patet. Cùm enim quis auri venam fodiendo inuenit, vel thesaurum, quàm solers, quàm solicitus, quàm diligens

Theophyl. in com. in Epist. ad Rom. c. 9. 19.
Matth. 19. 29.
Apostoli quare prælati sint omnibus.
Simile.
19.
20.
Luc. 10. 23.
Solertia & diligentia.

fodinæ incumbit, ne fortè regi innotescat fortuna eius, & venæ dominium sibi arroget: *porque no se heche el Rey sobre ella.* Quid Christiani sunt, nisi auri fossores fortunatissimi; verùm tempus breue est, & illis denunciatum, *Nouissima hora hac est, & tempus non erit amplius.* Ideo monemur, *fratres rogamus vos, vt quieti sitis, & negotium vestrum agatis*, cum silentio, & pace salutem operamini: quid si litibus vos immisceatis? si otio torpeatis? vino, & somno vaceris?

Apoc. 10. 6.
1. Thess. 4. 11.

21. Quod insuper tuæ salutis firmamentum in tanto periculo constituis? Ecce Esau reiicitur, vnus assumitur Iacob, & pauci electi. Tu, cuius electio anceps, qui nullas virtutis radices, nec opera (quæ semina gloriæ appellat Bernardus [a]) misisti, quare non times dum plurimi, qui firmas in Deo radices habere videbantur, tentationis vento prouoluti, & deturbati sunt. *Et si in ramis in tempore germinauerint, infirmiter posita à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur*: quanto magis tu, qui nec radices altas dedisti, nec stabile fundamentum collocasti? Ecce ille, qui multo tempore Deo gratus ramis, & vmbra multos protegebat secularium, & increbrescente vento tentationis, subitò proiectus eradicatus est; & qui ab illo fouebatur, in domo Dei plantatus perseuerat; quis non horret animo? Gregorius enim ait: *Plerunque contingit, vt hoc ipsum, quod bene viuere videntur, non sibi, sed potiùs solis aliis electis viuant: dum exemplis suis ad bene viuendi studia ipsi non perseueraturi prouocant alios perseueraturos.* Si in his primogenitis sors, & gratiæ benedictio sic subitò commutatur, quid erit in te abortiuo inertissimo, & omni vitiorum genere sordidato? agè iam non times sortem amissurum inter tot, qui te virtute, & sanctitate præcedunt? non vides quantam tibi celeritatem adhiberi sit opus, & Iacob imitari solertiam? numera si potes tot sanctorum Martyrum myriades, confessorum millia millium, puerorum à iusto Abel ad Christum vsque non numerabilem gregem: numera item quos in hac tempestate, & ætate te dubio procul, & religione, & sanctimonia præcellunt, & in finem mundi sanctitatis gloria fulgebunt. Quid de teipso sentis? in quo te gradu, & prædicamento collocas? Si ergo (ô infelix) pauci in cælum adscribuntur, & hi electi, fortes, pugnaces, & constantissimi, & de ventre matris cursum arripientes, quid tu expectas asinus rudis, piger, labores, & onera horrens, tardus, bardus, crassus, & ferus, an cogitas eorum benedictionem, & in cælo consessum anteuertere posse his, qui volatus pernicitate, & velocitate aquilis comparantur, rudis, bos mutus, & crassus in cunctando? si minus impij, & conscelerati foras eiiciendi sunt, tu segnior, effrænatior, & iniquior quò te conferes omni meritorum ope destitutus? Verùm fateor (ô mi Domine) meum horrere animum, & deficere, nisi meliorem mihi morum frugem in dies sperarem dum timentes, & trementes audio Libani sanctitatis cedros. *Non intres in iudicio cum seruo tuo. Remitte mihi, vt refrigerer priusquam abeam. Si iustus vix saluabitur, impius, & peccator vbi parebunt? Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè, &c. Ingrediatur putredo in ossibus meis, &c.* & Augustinus, *Hic vre, hic seca,* vt

Timor damnationis.
a Serm. 13. ad clericos; Opera nostra veluti æternitatis semina iaciuntur.
Sap. 4. 4.
Socordia hominum excitatur ad solicitudinem.
Vide Hier. epistol. ad Chromatiũ, & Heliodorũ, receptã à Cassiodoro, & VValfrido, sed non à Nolano, & Cæsare Baronio.
22.
Psal. 142. 2.
Psal. 38. 14.
1. Pet. 4. 18.
1. Cor. 9. 27.
Abac. 3. 16.

Google

vt in æternum parcas. Quis hæc dormiens audit? & inter tot de salute timentes, vitiis se tradit, & peccatis irretitur. Si post claudos curreres, non opus esset maturare gressum, sed post aquilas? sed post velocissimos Dei seruos, & indefessos homines, testitudinis tarditate metam pertingere velle? *passos de sapo no llegareis alla*: non te quasi bufonem saltus turpes edere vides? desideriis enim diuinis in concione adactus, & permotus, exiliendi vim habes, & à terra parum sublatus, statim in terram cadis, ventre nimirum terra adimpleto, & saturato, quæ te ad peccandum, & ad cupiditatem deprimit, *reuertetur in terram suam.*

23. 4. Reg. 19. 7. Sed vt semel finiamus, huius certaminis integerrimum iudicem audi, qui huius difficilis pugnæ memoriam faciens ait, *Regnum calorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* (Mat. 12. 11.) Munitissimum castellum est cælum, neque admotis scalis hostes ascendere queunt, neque tormentorum, neque machinationum vi, nisi carnis violenta expugnatione capitur, (Simile.) qui expugnaturus est in mediam aciem procedere telis, sagittis, & omni genere tormentorum interritus se committat. Audi ergo, si in vrbis expugnatione rex præcone denunciante promitteret decem primis militibus, qui admotis scalis murum ascenderent, immunitatem, & nobilitatem polliceretur. Si tunc incunctanter non decem tantùm, sed tria millia fortissimorum veteranorum militum certatim accurrerent, scalam conscendere honoris cupidi tentarent, & per ipsas lanceas scandere cum summo vitæ discrimine non desisterent; quæ tibi spes reliqua esse posset? quæ egregia præmia tibi polliceri audores? qui simul, eodémque tempore timore perculsus, toto corpore perhorrescens post cistas, & aggeres, vel post currus tormentorum humi prostratus iaceres, vt caput tuum incolume custodires? Non aliter res nostra se habet, dum omnibus denunciatur, *& violenti rapiunt illud*, acri opus est tendere animo, & industriæ subsidia, atque virtutis instrumenta, quæ in libidine consumis, in continendis, & frænandis cupiditatibus insumere: *vim enim patitur regnum calorum*, ait Gregorius; neque illud, nisi pœnitentiæ gemitus, lacrymarum vis ex Iacob exemplo quidquam expugnare potest; ideo ait Christus à diebus Ioannis Baptistæ vim cælo inferri, nimirum, quia ille pœnitentiæ, & lacrymarum auctor fuit.

24. a In Matth. *Recogitemus* (ait Gregorius [a]) *ergo fratres charissimi, mala, quæ fecimus, & nosmetipsos lacrymis atteramus. Hæreditatem iustorum, quam non tenuimus per vitam, rapiamus per pœnitentiam.* Hoc tibi in hoc theatro repræsentatum est, in quo paterna benignitas de tua ad gloriam electione bene sperare iubet, vbi sempiternus amor te ad debitum amoris soluendum cogit, vbi infelix eorum, qui damnantur, exitus omnes timore percellit, vbi iustitia patrisfamilias cum pari libertate ad præmium inuitat, ac denique vbi solertissimorum operariorum, qui te præcedunt, labor, & solicitudo accelerat, vt sicut Iacob, quod hæreditario iure non habes, operum studio obtinere coneris, & quod natura non dedit, consequaris per gratiam, potiaris per gloriam.

Fr. Garcia Euang. Cont. Tom. 1.

VERBVM FILII. Matthæi 20. v. 1.

Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.

Socordiam hominis torpore, & desidia deprauati excitat, vrget ratione, & exemplo permouet.

DISCVRSVS XX.

QVORSVM Deo agricolæ cultus? quorsum ligonis, & vineæ labor operosus? quid cum Deo primo diluculo cura, opera, & negotiatio? aut quomodo consentit diuina, alta, & independens natura cum auara, sedula, & antelucana solicitudine? Tibi (ô Puer) & in tuam vtilitatem, inquit Ambrosius [a], consenserunt hæc Dei munera, etsi prima specie inter se & cum Deo diuersa, & pro diuersitate lucri, & vtilitatis tuæ, iam Parens vocatur Deus, iam Pastor, iam lapis, & Agnus, iam denique Paterfamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Cùm autem Verbum Dei ratio sit Patris, videas (inquit) neque in principio aliquid sine ratione egisse, omnia cum ratione; sed ô pietas! tota diuinæ industriæ, & laboris ratio vtilitas nostra est. Vnde humanissimas audi rationes, tuæque naturæ conuenientissimas, honoris, lucri, & delectationis, & necessitatis, *quæ durissima malorum est*, sed tuæ æternæ saluti valde opportuna. Sic enim peregit Deus negotia salutis nostræ, vt licèt sint eius merita infiniti valoris ad saluandum, efficacem tamen effectum haudquaquam sortirentur in nobis, si imitationem, & cooperationem in laborando ab eius meritis, & vita auferamus. Audi Pauli decretoriam sententiam. *Omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu cum gloria cælesti*, id est, in gloria cælesti, & æterna, vt idem Ambrosius legit. *Fidelis sermo* confirmat asseueratione rem grandem: *nam si & commortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & conregnabimus: si negauerimus, & ipse negabit nos*, in quo, honore affecit hominem, dans homini partem victoriæ, & triumphi; cùm milites ducem, hostem comprehendunt, non statim ensibus, & hastis confodiunt, sed euocato duce ipsi plectendum capite tradunt. Vicit dux noster Christus hostes nostros, sed vt ad gloriam, & honorem vocaret nos, manus nostras, & opera expectare voluit. Vnde ex vna parte labores prædicit. *In mundo pressuram habebitis.* & ex alia iubet bono esse animo: *Confidite, ego vici mundum: à enemigo vencido os embio, confiad.* Secunda ratio est delectatio, quæ ex propria negotiatione, & industria percipitur. Regnum, & coronam respuebat Saul, sed cùm decretum est de excitando, & creando rege dixerunt: *Venite, innouemus regnum*, postquam ipse

Marginalia (right column): 1. — a Lib. 1. de fide. — *Hominis causa Christus & Deus Pater varia munera & nomina sumit.* — Quintilianus. *Cooperatio nostra.* — 2. Tim. 2. 11. — 2. Tim. 2. 12. — 2. *Simile.* — Ioan. 16. 33. — 1. Reg. 10. *A delectatione.* — 1. Reg. 11. 14.

Digitized by Google

ipse etiam virtutem, & robur contra habitatores Iabes patefecit, cùm à formidine populum liberat, lacessit inimicum, aciem instruit trecentorum millium præliatorum, timuit hostis, & ipse acceptâ coronam, & regnum pluris æstimauit, & coram omni populo prę ultat lætitia: *& lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis.* Diues, & locuples erat Laban, cuius numerosa, & splendida gregum copia prata, & montes implebat: voluit tamen Iacob pastoris operam exigere super gregem suum, non quia ipso indigeat, sed quia Rachelem in sponsam destinauerat, quo pacto pulchritudinem eius maiori pretio æstimaret.
3. Non multum gloriæ Sauli accreuerat centum præputiis, & capitibus Philistinorum, & nihilominus voluit Dauidem certaminis leges explere, Gigantem deiicere, & spolia hæc cum vitæ discrimine reportare: sciebat enim præparatam sibi in vxorem regni hæredem filiam, & iucundior ex hoc regni possessio futura erat post bellum, & singulare certamen. *Ab vtilitate.* Tertia etiam ratio ab vtilitate sumpta est, quæ nobis ex tali labore, & sudore proueniet; quid si vtilitati vrgens necessitas copuletur? *A necessitate.* Liqueat hoc exemplo à nostris rebuspublicis petito, nam in temporalibus fortunis, & hæreditatibus tres diuersas rationes inuenies: quidam consumptibilia bona obtinent, vinum, oleum, triticum, ex huiusmodi bonis illa vtilitas prima est, posse te quamprimum nullo posito labore his frui; ipso tamen vsu ó quàm citò, & facilè consumuntur, & breui tempore hæredes in egestatem veniunt. Alij autem, qui annuos redditus, & census, atque pensiones hæreditarunt, & durabilem fortunam, quietam, & honestam sortiti sunt, sudore, & opera non indigent. At illi, quibus radices, & prædia hæreditario iure obuenerunt, operæpretium est, vt victum inde quærant, fodere, colere, & agricolatione assidua, ne silue scant, purgare, & amputare superflua. Triplicem hanc bonorum sortem hæreditasse inuenio eos, qui sunt, vel videntur esse filij Christi: quibusdam enim sola temporalia data sunt, quæ cùm ipsi statim deuorant, & decoquunt, nimio sumptu, & delitiis abundant, & splendent dum viuunt, morte verò appetente egentissimi sunt. *Triplex sors hæreditatis filiorum Dei.* Huius generis sunt miserrimi illi felices in hoc sæculo qui tandem in futuro damnandi sunt: *Cap. 12. 6.* *abundant* (inquit Iob) *tabernacula prædonum: en*
4. *que va esto, que el Barbaro, y Gentil no sabe de malaño, ni de açote, y desastre.* Sed in elargiendis his bonis Deus & honori suo consulit, cuius interest famulos pro dignitate sua, & familiæ splendore tractare, dum domi sustinet, nec à se propellit: nam cùm abire iubet, & portionem subtrahi, & vestem à libro suo, & numero famulorum expungi imperat, signum repulsæ manifestum est. Ita Deus nomini suo prospiciens, benignè fouet, & tolerat impios, quousque in morte cum repulsa iuratam vindictam infligat. *Osee 2. 8.* *Nescit quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt Baal: idcirco conuertar. yo boluere la hoja; & sumam frumentum meum, & vinum, & oleum, & liberabo lanam meam, &c. yo le quitare la racion, salario, y librea, y la embiare de mi casa.* Secundò etiam æquus est distributor, vt quia videt de aliquibus bonis sic vtcunque ab iniquis gestis nullam post hanc vitam remunerationem futuram, temporali gratificat præmio: patet hoc *Deuteronomij* 7. vbi timentibus se bona promisit in mille generationes; impiis autem vide quid dicat: *Reddens odientibus se statim ita vt disperdat eos, & vltra non differat, protinus eis restituens, quod merentur.* Chaldæus, *& retribuens inimicis suis bona, quæ ipsi fecerunt coram eo in vita sua, vt perdat eos, & non differat facere bonum pro bonis, quæ fecerunt: Pagales aqui, por quedar Dios libre, y darles alla en la cabeça.* Itaque isti domo Dei pelluntur, nullo reposito lucro, sed omnino 5.
consumpto: *vasse comido por seruido.* Et quis ergo eorum felicitatem æmuletur? *quis beatum* *Psal. 36. 37.*
dixit populum, cui hæc sunt? homini verò pacifico reliquiæ sunt; cæteri verò, *transiui, & non erant.* Sunt denique alij, qui Christo parente optimo sine labore hæreditatem incorruptam, & conseruatam in cælis obtinent: hi nempe, qui sine peccato decesserunt à Baptismo, & census, & redditus meritorum Christi participes gratis fiunt: & hos vos lugetis? *niños dichosos, que passendo por la aduana deste mundo, nadie salió à pedirles alcabala del peccado.* A ventre ad portum cum multis mercibus appulerunt, & hos lugetis? à sinu vestro in aulam Regis assumpti sunt, & sicut Ioseph splendent in regia gloria, & hos lugetis? Immo potiùs dicite filiolo vestro: *Quis nouit vtrùm idcirco ad regnum* *Esther 4. 14.*
veneris, vt in tali tempore parareris? Hijo por ventura os lleuò Dios al reyno temprano; porque rogassedes por vuestros padres en esta necessidad. Vrget denique necessitas, neque enim ex furto viuere possumus: nam bona cælestia *fures non effodiunt, nec furantur: seguro està el Cielo de ladrones*: nec bonis, quæ in radicibus, & prædiis sunt, sine labore frui possumus; nec enim sine causa Christus ipse Radix Iesse, & Dauid nuncupatus *Matth. 6. 20.*
est. *Ego sum radix, & genus Dauid*, id est, for- *Apoc. 22. 16.*
tium virorum; radix nempe, quæ in se innatam virtutem habet producendi, & deriuandi in nos gratiam, & gloriam; sed ad hæc opus est in terram abscondere, & corde radicari, & bonis operibus colere. Vrget conditio nostra, in qua 6.
nati sumus *ad laborem, sicut auis ad volatum, como el aue rompio el hueuo para bolar, assi vos naciſtes para trabaxar.* *Iob 5. 7.* *Aliæ rationes laborandi.* Vrgent verba parentis: sicut enim nobilis princeps, qui in villa, aut in pago diuersatur, vocata vxore, filios sic alloquitur: Magna in libris, & sæculis narrantur de *Parabola, & similitudo.* genere nostro; sed, proh dolor, inter scripta reperi vnum ex progenitoribus nostris maiestatem læsisse immani crimine perduellionis, inde nostra infamia, inde mihi caputium istud, vobisque labor iste manauit: opus est igitur labori incumbamus omnes. Pallet vxor, rubore suffunditur filia, plorant pueri, & senex ipse erubescere videtur. Reperit Parens noster inter sacræ paginæ libros primi nostri parentis immane scelus, post multa à Deo accepta dona. Nunc ergo ô filij vos omnes voco coram te sponsa mea, omnem opus est excitare ætatem, ligonem arripere, si volumus fortunam recuperare: operit vultum mater, plorant ex hac die filij, & non cessant concionatorum exhortationes, quarum mea quidem non postrema erit, si animo adesse attentè vis (ô puer) & optimi tui parentis documenta suscipere.

7.
Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane. Vocat primo mane *Mat. 20. 1.* *Persuasio ad laborandum.* pueros, quibus iam rationis lumen affulsit: ex tunc

Psal. 33. 15. nunc enim in cordibus eorum vox illa personat, *Auerte à malo, & fac bonum, inquire pacem, & persequere eam:* & tu, qui parens eorum es (inquit Ecclesiasticus) *erudi illos, & curua illos à pueritia sua: endereçalos desde luego à su eterno fin, antes que se tuerça, y haga robusta la tierna planta:* vt simul ratio, & manus operi incumbant, *vt & ratio, quid expediat admoneat* (inquit Basilius [a]) *& ad id assequendum facilitatem prebeat consuetudo.* Patris autem hoc munus esse filios excitare, Euangelij verba suadent, *homini Patrifamilias, qui exiit,* &c. Vide non dixisse Episcopum, nec magistrum, nec parochum; licèt enim multis hoc negotium incumbat, nulli tamen sicut parenti: cum scapha flumen traiicere parant, etsi portitoris munus sit fune, aut remo niti contra aquam; si verò contingat rapi cymbam impetu fluminis, vel diu remorari videas nobilem quemque, posito pallio vtraque manu funem arripere, vel remum, ne pereant omnes, aut summergantur: in hac cymba D. Petri in cælum vehi debet natus tuus ab Episcopo portitore animarum, laborat ille, desudant magistri, vigilant magistratus, & nihilominus cymba perit, fluctuat respublica, & pænè demergimur: superest, vt tu, qui parens es, etiamsi nobilis, & illustris, ab hac cura, & labore non te subtrahas, sed arripias librum, flagella, excites, vrgeas, & quasi aquila rostra pungas pigritantem sub testa oui pullum: nam modò (inquit Hieronymus [b]) ætatem in quoslibet mores potest sicut aquam in aream digito solùm inducere. *Vt enim aqua in areola digitum sequitur praecedentem, ita ætas mollis, & tenera in vtramque partem flexibilis est:* vel vno digito præmonstrante viam, dirigere facile est. Ecce illac Deus quærendus est; ecce ille vitandus socius, iste frænandus affectus, eósque sicut aquam retrocedere à bonis moribus, impossibile aut difficile saltem iudicabis, vt venerandus ille Eleazarus fassus est: *at ille cogitare cœpit ætatis, ac senectutis suæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem, atque à puero optimæ conuersationis actus: boluiò los ojos, y viò, que auia corrido el agua de su vida por tantos años, y no boluio atras;* pueritiam enim, immo & infantiam (inquit Ambrosius [c]) Christus otiari non patitur: & quia de infantia hoc mirabilius videtur, rogo quare occidi permisit pueros innocentes recens natos Christus? Respondet, *Cui alij debebatur nisi Deo victima talis: para dar vn pregon ya esta Dios presente, pues le hazen tal presente.* Quid magnum exhibet tenella pueritia? quid? *expers licet sensus infantia; Dominum tamen, pro quo interimitur, confitetur: nec sine causa hæc de Matthæo libauimus, etiamsi Lucam interpretemur, vt clareret infantiæ tempora à diuinitatis operibus minimè vacauisse.* Dices tamen, non ipsi, sed Deus operabatur in ipsis. fateor; sed vide quid dixeris, nec Deum in cælo, nec Christum in præsepio otiari potuisse. Exemplo intellige, intras paschali natiuitatis Christi tempore in domum amici sculptoris, audis ferramenta, strepitum, & nescio quem tali tempore laborantem, penetras vlteriùs, & solus adest puer in cunis: ergo qui poliebat statuam, parens eius est; ita quidem, respice illum, laborantem inuenies, quis cogitaret? iners erat ad salutem capessendam tenella ætas infantium: audis tamen paschali tempore fletus, sanguinem, Martyres, coronas, beatorum gregem, quis hæc operatur? puer, qui in cunis est, ipse vtique, sed præcipuè eius parens Deus. *Quòd ætas carnis ignaua operis fuit, profectò Deus erat, qui diuinitatis operibus exercebat carnis ætatem. Dios es, el que ha madrugado tanto à despertar los niños en la cuna. exiit primo mane.*

Cap. 7. 25. *Pueri vocantur ad opera solertia.*

a Regularum longiorum 15.

Simile.

b Tom. 1. de educatione paup.

8.

2. Machab. 6. 23.

c Lib. 2. in c. 2. Luc.

Innocentes pueri.

Simile.

Ambr. lib. 2. in c. 2. Lucætum. 5.

9. *Et egressus est circa horam tertiam.* Te vocat Christus, otij cupidissima iuuentus, sed labor quidem operosus, & pænè inanis, ad duros te vocare labores, quotidianos, & tanto parenti officiosos, tibique perutiles: quis cogat ligionem arripere, corpus flectere, & animæ tuæ labori incumbere? nam si primo mane vocantur pueri, si otiari non patitur pueros ab imatu, & in cunis vagientes, quî poteris tu elapsos iam viginti annos resarcire? illis dulce illud verbum regio ore salutem promittit: *Qui manè vigilaueris ad me, inueniet me;* tibi verò iam serò accedenti tantummodo dicitur, *quod iustum fuerit, dabo vobis.* Quòd si diu, longéque aberras à semita iustitiæ, difficile erit, ne dicam, impossibile. Audi Salomonem, *Cùm adhuc iunior essem, priusquam oberrarem:* vides adolescentiam mille erroribus expositam; ex Græco leges, *priusquam peregrinarer:* vita enim iuuenis quid est nisi peregrinatio, & via tortuosa. *Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro, viam aquilæ in cælo, viam colubri super terram, viam nauis in medio mari, viam viri in adolescentia:* conueniunt hæc omnia in difficultate, in tortuosa via, & obliquo incessu. Tertiò denique in incertitudine, vadit enim nauis, quò nescio appulsura sit: pergit adolescens eò, vnde dubium est an regressurus sit; nónne vt rem mirabilem prædicamus regressum illum perditissimi iuuenis, de quo Christus Dominus ait, *Peregrè profectus est in regionem longinquam, fuesse à la corte, con esso anduuo muchas leguas;* ibi enim iuuenes longè à Deo sunt, & à salute sua. Quando quis peregrinatur ad alias vrbes, citò redit ad patriam: cùm verò in curiam venit, nunquam de reditu cogitabit. *Non dabunt cogitationes suas, vt conuertantur ad Dominum, no piensan en esso.* Alij adolescentes peregrinantur à virtute in vitiis, speranda est eorum conuersio, si concionatorem, si Deum auscultent; nostri verò aulici, & delicatuli iuuenes *non dabunt cogitationes suas; no tratan de esso.* Valerius Maximus [a] agens de aliquibus adolescentibus, qui mores immutarunt, refert post nocturnas epulas quemdam iuuenem à mensa iam manè facto rediisse in domum eodem inuitati cultu, quo erat capite, fronde, & floribus redimito, accensa facie, & buccis vino exiguis oculis, gressu, & incessu incerto, & ebrij persimili, vultu risu perfuso, blanda voce interhumentia labia, incomposita, & recincta veste: scholámque Xenophontis intrasse aliis ridentibus, insultantibus aliis; ipse verò Xenophon tacebat, & de temperantia, & modestia tractationem incipiebat; qua doctrina audita, iuuenis coronam abiicit, manus componit, aptat pallium, serena facies modestiam induit, de quo Valerius subdit: *Peregrinatus est huius animus, in nequitia non habitauit; esse fuesse de la virtud para boluer.* Nostri verò iuuenes sunt sicut peregrini, qui in curiam confluunt, qui multis incommodis vexati vix persuaderi possunt, vt in patriam redeant. *No es locura esta ansia de estar en Corte? donde al triste negotiante el Iueze*

Matth. 20. 3.

Iuuenes ad labores accersuntur.

Rationes labori incumbendi.

Prou. 8. 17.

Matth. 20. 4.

Ecclesiasticus 51. 18. in persona Salomonis loquitur, vt Hieron. putat.

Prou. 30. 18.

Luc. 15. 13.

Oseæ 5. 4.

10.

a Lib. 6. c. 9.

le detiene, el sollicitador le engaña, en la posada le roban la capa alquilada, el aposento sin luz, y sin cruz con mal olor, la cama no muy limpia, huespeda menos, criadas de largas vñas, moços poco seguros, la comida sancochada poluoreada con ceniza escorada, el tiempo lleno de canas, y años, el pulso dela bolsa flaco las quentas abulto. Todo esto no os parece, que le haran à este hombre ir como vn cohete a su casa por si; mas à los cortesanos, non dabunt cogitationes suas, vt conuertantur ad Dominum, sed in sordibus vitiorum iacent, &, sicut Iob, dicunt: *Si sustinuero, infernus domus mea est, mater mea, & soror mea vermibus: hombres de tan buena bolla, que a la sepultura llama su casa.* Certè his nostris iuuenibus satius foret in domum duci, vbi insani, & furentes corriguntur, quàm in curiam venire: nam ibi furentes constricti sunt, donec ad sanam mentem redeant, nec ita peregrè peregrinantur, sed aliquando in se redeunt: at curia soluit istos iuuenes, vt insani fiant, & à mentis sede dimoueantur: igitur inter amentes illi feliciores vocandi, qui constricti sunt; ideo optimus pater insanos iuuenes blandè allicere, & vocare venit *circa horam tertiam.*

11. Mat. 2. 6. *Circa vndecimam verò exiit.* Sed tamen si iuuenes amentia laborant, certè senes otiosi, & vani ignorantia laborant: grauis quidem morbus, & à senectute maximè alienus, *cani effusi sunt super eum, & ipse ignorauit.* (Oseæ 7. 9.) Te, ô mi senex, alloquor, quot annis seruisti mundo, quis referat? Audi, venit de militia quidam, vno orbatus lumine, instar Annibalis, qui in Alpibus præ frigore amisit oculum, claudicat vno pede, sicut Vulcani statua, sine manibus, quales effingebat antiquitas æquissimos suos iudices, corpus pluribus plagis cæsum, thorax coriaceus conscissus vndique apparet; totus denique dilaceratus vestitu, corpore, & anima; quem si conuenias, & quid negotij, vel præmij expetat in curia, vnum illum oculum in cælum leuando iustitiam, & diuinam iram imprecatur eis qui à secretis Regis sunt, execratur dilationes, & illam Theologiam satis tritam repetit; si ego quidem Deo me sicut mundo mancipassem, & sicut regi terreno subseruissem, essem iam inter sanctos reputatus. Quid si adeas palatium principis, ante aulam forte inuenis anteambulonem senem, qui fœminam manu ducit, legentem qualemqualem prophanum historiæ librum, barba prolixa, caput canis plenum, nec minus canum pileum, tenuissimum, & peruetustum pallium, detrita tunica pullata, vsu, & sudore sordescentes chirothecæ; quòd si te beneuolum auditorem conspicit, missa historia, & plicato libro, quem legit, vitæ suæ longiorem narrationem subtexens, veni (inquiet) nondum decimoquarto anno expleto in hoc palatium ætate florens, statim fame, vigiliis, & frigore flos ille in squalorem mutatus est, iam hoc munus gessi, iam comes itineris ducis fui, iam comitem ossa ducis reportantem assectatus fui; ac denique comitando ducem, afferendo ossa, redeundo à bello, sic desperat ad meliorem fortunam venire, & omni spe præmij, vel stipendij ablata repulsam timet, vel in nosodochium mitti graui oppressus senectute, & ægritudine reformidat; libeat senem istum increpare: *quid hîc statis tota die otiosi?* quare tyranno tam impensè seruisti, qui poteras Deo Opt. & parenti seruire? qui vix Abrahami brachium videt extentum ad mactandum filium, cùm vnigenitum suum inde nasciturum promittit, *In semine tuo benedicentur omnes gentes:* vix etiam abstinuerunt obstetrices Ægyptiæ ab inhumano filiorum homicidio, cùm ecce illas filiis fœcundat Deus: isti enim, qui suis Hebraicis notis capita fatigãt, id significare aiunt, quod dicitur, *Ædificauit Deus domos obstetricibus:* sicut in Psalmo, *Nisi Dominus ædificauerit domum.* Vix denique Petrus dicet, *Tu es Christus filius Dei viui*, cùm audit, *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus*, &c. ideo per Isaiam, *Non in abscondito locutus sum in loco terræ tenebroso, non dixi semini Iacob, frustrà quærite me: no di yo la luz a mi pueblo tan en secreto, que pueda pretender ignorancia:* non tectus, nec in cauernis terræ legem dedi, sed in monte, & campo, sine tecto, tonitru, strepitu, & splendore meam præsentiam manifestante. Insuper autem *non dixi, frustrà quærite me: seruid me de valde.* satis, supérque expendi, vt soluerem eorum obsequia: hoc enim significat illud *frustrà*, sicut illud Iob, *Numquid Iob frustrà timet Deum: no os sirue de valde;* & Ieremiæ 2. *Numquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina?* Volo tamen senes istos auaros denarij spe mulcere, videtis quàm citò, & quàm largè pendit Deus opera vestra? denarium promittit, hoc est (vt exponunt Doctores) gloriam beatitudinis: nam licèt non omnes beati eodem beatitudinis gradu potiuntur, sed diuerso, *sicut stella differt à stella:* & omnes accipiunt denarium Dei, nempe visionem beatificam; ibi tamen diuersi diuersimodè penetrant diuina: *como todos ven vn iuiçio de Michaël Angelo, los que tienen mas iuiçio del arte descubren mayores primores.* Sicut multi eandem citharam pulsatam audiunt in manu Fabricij, aut Tullij, & alij aliis plus admirantur pro diuersitate scientiæ musicæ: hoc autem, quod minus in vno dicimus, quàm in alio, non contristat beatos, sicut nec clarior Dei visio elationem causat in beato, omnes enim pro captu suo pleni sunt: *como los pomos de agua de Angeles, que vnos ay hermosissimos, que recogen gran cantidad de agua: otros caben en el puño, y tan lleno, y tan contento digamos esta el pequeño, como el mayor.* Denarius etiam talis est naturæ, vt omnibus vtpote infinitus satisfacere possit; ideo namque denarius dicitur: nam supra decem nullus maior numerus à cunctis nationibus excogitatus est: nam vndecim sunt decem & vnum, ducenta similiter ex decimo numero componuntur: & ne videretur remorari stipendia, *cùm serò factum esset, dicit procuratori suo, redde illis mercedem.*

Seues vocantur etiam ad laborem.

Descriptiones & similitudines.

12. Matth. 20. 6.

Deus remunerator fidelissimus suorum.

Gen. 22. 18. Exod. 1. 21. Psal. 12. 1. Matth. 16. 16. Cap. 45. 16.

13.

Iob 1. 9.

Gloria cælestis.

Simile. 1. Cor. 15. 41.

Quid hîc statis tota die otiosi? His grauibus, & asperis verbis obiurgauit Paterfamilias quosdam homines, qui hora vndecima (cùm serò valde est) adhuc in foro huius mundi otiosi idola colentes persistebant omni cura negotij saluationis soluti. Et licèt verum sit non damnari otium, quod valetudini, & temperando corpori ad sua exercitia inseruit; quod Plutarchus *laboris condimentum nuncupauit: la salsa, con que se come el trabaxo.* Sed tamen ponderatione dignum est, quòd cùm Christus Gentiles homines, & idololatras obiurgat, non cæcos, non obstinatos, non perfidos, sed tantummodo otiosos appellauit, hoc vno verbo putans

14. Matth. 20. 8.

D. Greg. in Matth.

Persuasio ad laborem.

Explicatio.

putans satis eorum malitiam exaggerasse; *quid hic statis tota die otiosi?* Si igitur hoc vno verbo surdissimi hominum excitati oculos, mentesque aperiunt, & ad verum Deum caput conuertunt, qui idola colebant, & tardi, atque inertissimi ligonem arripiunt; nos, qui iam intra vineam sumus, nónne æquum est vigilare, nobis prospicere, & periculosum statum otiositatis immutare?

15. *Probatio à rationibus.*

Quid hic statis? Quam enim tui otij præclaram, & iustam causam afferre potes? & quam non ego possum assignare rationem laborandi in tanto negotio, & paterna hæreditate? Sed prima rerum natura elinguis, & muta sic contra te declamat: quid enim in rerum natura mirabilius, quàm assiduus labor? quanto studio nidos texunt, & fabricant aues, vt pullos alant? quàm dulcia apes mella præparant? quàm ardenter bruta catulos vrgent, vt suas vires, & feritatem exerceant in campis, & gregibus? quàm in tempore pungit oua aquila, frangit testam, & explicare alas cogit pullos antequam inertiam ediscant? quàm silenter vermes fila pretiosa ore de ventre deducunt, exerunt, & reponunt? quid dicam, sol ipse (ait Augustinus [a]) tuam damnat otiositatem, qui menstruo, & quotidiano cursu signa omnia perlustrat, docens toto anno, toto mense, tota denique die esse laborandum. Quid si naturæ industriam, & artem iniungas? Cato Censorinus seuerus ille ciuis, à cuius conspectu hærebant, & erubescebant histriones in theatro, vt externum aliquem in ciuium Romanorum numerum adsciret, vt illis immunitatibus, & priuilegiis gaudere posset, in nullum examinis periculum vocabat, quàm pertentare manus, si permolles, & teretes inueniebat, cum repulsa dimittebat: si verò cum callis asperas tangebat, siue Iudæum, siue Indum, siue Chaldæum, siue illustrem, aut obscurum, in numerum ciuium adscribebat, sciens vtique non vrbis solùm, sed cunctam orbis machinam collapsuram, si vnus à laborandi naturali lege deflectat; quod eleganter ex Paulo ponderat Chrysostomus: *Denunciamus autem vobis*, hoc est, præcipimus, *in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre* (Christiano) *ambulante* (conuersante) *inordinatè*, Græcè incompositè, turbulentè, cùm nempe contempta communi lege laborandi, viuere vult suo arbitratu, & otiosè, & sicut milites otiosi incipiunt segnescere, luxu diffluere, murmurare, inclamare pecuniam, ordinémque omnem turbare, ac tandem rebellare; ita otiositas vnius Christianam omnem Ecclesiæ Thessalonicensis soluebat disciplinam: nam sicut si vnus lapis à recta ratione, & perpendiculo ædificij deflectat, totam ædificij molem ruere necesse est: ita (inquit Chrysostomus [b]) inordinatio vnius, vniuersi ruinam molitur, *quia ab ordine suo deficit: y despluma el edificio.* Probat hoc inductione Rupertus [c], qui notat nihil in rebus creatis otiosum esse: vnde cùm res creatas memorat Deus, nullam egit mentionem ignis, terram, aquam, cælum, aërem nomine tenebratum distinguit; ignem verò subticuisse videtur, quia ex eo nihil fit, cùm natura sua sit valde actiuus: nulla igitur mentio fiat eius rei, quæ otiosa videtur esse, in terra bruta, in mari pisces, in aëre dixit lucem splendescere, in te ò ignis nihil? nulla

a Serm. 17. ad fratres in eremo.

2.Thess. 3. 6.

b In hunc locum *inordinationem* vocat, Paulus *otiū*:

16. Deus enim posuit hominem ad laborem: quocirca qui otiosus est, ab ordine suo deficit, & creatione.

c In Genes.

ergo tui sit memoria. Immo acutè satis Chrysostomus dici obseruauit, *Spiritus Domini ferebatur super aquas*, mouebat, *& fouebat aquas*; quia cùm ex aquis duplex genus creandum esset, auium, & piscium, hoc non repugnare crederetur: repugnaret autem aliquid boni posse fieri ab aqua otiosa *, & in luto, & cœno quiescente, cùm ibi maximè fœtor, & putredo initia corruptionis inueniantur. Astra similiter cùm in concameratione cæli fixa vides, putares otiosa, ideo ipsis vox per prosopopœiam datur: iussis enim sui creatoris statim adfuisse describuntur, *ecce adsumus.* Quis dicat otiosum solem, qui gyrat per meridiem, & quotidie sua natiuitas, suum funus ab vniuerso orbe celebratur. Angelos, quos non vides, ne putes otiosos: *omnes enim sunt administratorij spiritus in ministerium missi*, &c. Quid dicam de Deo ipso, qui in summo contemplationis sui otio versatur, se Deum esse operatione voluit manifestare; alioquin quis crederet in otiosum Deum? (inquit Tertullianus [a]) aut quis confingeret nisi Marcion? *Quanto honestius* (iste tuus Deus) *per aliqua propria molitionis indicia cognitionem sui perstruxisset, in tantum Deum dignius credam non esse, quam esse sine causa:* solus igitur tu otiosus? & vnus cùm sis, inordinatè vis à communissima lege exemptus vniuersæ machinæ ruinam moliri? Quòd si lapis vnus, vel homo vnus otio languescens mundum in ruinam vocat, quid mali non timeat domus, vbi otiosus adolescens, mulier vaga, & garrula, atque otiosa est?

* *Parecera mas difficil de creer criarse cosas tan limpias de agua estantia y cenagosa, que dela descocha, y combatida de vientos, y alas de Espiritu santo.*

Hebr. 1. 14.

a Aduersùs Marc. lib. c. 12.

Videndus P.Cornelius à Lapide in 2.Thess. 3. v. 6. 7. & 9.

Secunda ratione, te quasi lucri cupidum conuincam; nónne vides omnium bonorum tuorum iacturam fieri? qua enim ratione quis pauper fit? quidam enim ipsa inertia depauperantur: nam cùm quotidie expendere sit opus, & vbi lucrandi, & acquirendi assidua non est cura, omnem supellectilem domus paulatim vendunt, impignorant, decoquunt, & pretiosa quoque monilia auri, & argenti vasa diuendunt: ita otiosis opus est primum tempus auro pretiosius, diuitias, patrimonia, corpus, animam denique, & æterna bona diuendere. Et, quod deterius est, & horribilius, in malorum barathrum seipsos præcipites agunt; nam quod est, quæso, maius malum, quod potest peccatori contingere? infernus? minimè verò, post peccatum nihil tristius, nihil infelicius potest obuenire peccatori, quàm alterum peccatum, quod paralytico illi dixisse audis Christum Dominum, *Caue ne deterius tibi aliquid contingat:* nam post triginta & octo annos infirmitatis, adhuc superest aliquid grauius, nępe relapsus in peccatū. Vide igitur quantū malum sit otiositas, vt quasi necessarium sit, & quasi decretum diuini iudicij, vt à peccato in peccatum labatur, qui torpet otio: nam toto tempore, quo reus pœnæ non se subiicit, cui per sententiam adiudicatus est propter culpam, non manet liber à iudicio, quin potiùs quotidie rebellis obstinatior, & pertinax fit, & maiori dignus pœna; aperta est sententia, lata, & consignata pœna contra te, vt ex tenore verborum constat. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Si igitur tu nec sententiæ te submittis, nec labori incumbis, iustè igitur, & quasi necessaria sequela in culpam incidis, & in grauissimam pœnam, nempe, vt à culpa in culpam recidas, & obstinationis, &

17. *Probatio à rationibus.*

Ab incommodis.

Horribile malum recidiua peccatoris in culpas & vitia.

Ioan. 5. 14.

Gen. 3. 19.

18.

& pertinaciæ arguaris, dum iustam sententiam nec appellas, quia diuina est, nec admittis, dum non laboras, sed potiùs dignior efficeris, qui non iam inferno puniaris, sed nouis, & nequioribus peccatis, quod genus supplicij grauissimum est. Nec putes legem istam tantummodo diuinam esse, humana est, & ab Imperatoribus lata, bonorum nempe illorum, quæ vocantur *primi occupantis*, quorum certus Dominus, & possessor non est, & Hispanè, *bienes mostrenços*, nuncupamus; ecce tu inter *mostrenços* venis numerandus: nam sicut trabs aliqua quæ redundanti flumine reiicitur in alienos terminos, & ibi manet, primi occupantis est; sic te otiosum & mulier vsurpat, & histrio occupat, & ludus arrogat sibi, & quasi otiosum, &, vt Hispanè dicam, *mostrença bona* præoccupant.

19. *Ab exemplo.* Prou. 6. 8. Sed vt iam exemplo conuincam, non à longè petam similitudinem, sed *vade piger ad formicam, & disce sapientiam, quæ cùm non habeat ducem, ac principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe, quod comedat*: nolo te in cælum mittere, sed tantùm vt consideres, quid formicæ contingeret, si in æstate cibum sibi non præpararet: solertia tamen id efficit, quod quondam magnus ille Ægypti saluator Ioseph fecisse narratur. Vide insuper qua ratione occupata mulier nomen fortis ore Sapientis sortita est colu, & fuso, & vineæ plantatione, *mulierem fortem quis inueniet*? (Ibid. 31. 10.) Vide à contrario, vt magnus de cælo audiuit Antonius, qua ratione; *quandiu Dauid exercuit se in militia, non insultauit illi luxuria, sed postquam otiosus domi remansit, laborauit adulterio, & homicidium commisit. Sanson dum cum Philistæis pugnauit, non potuit capi ab hostibus, sed postquam dormiuit in sinu fœminæ, & otiosè cum ea remansit, mox capitur, & cæcatur ab hostibus. Salomon dum occupatus esset in ædificatione templi, non sensit luxuriam, sed mox recedens ab opere, persensit insultum luxuriæ, & adorauit vitulum aureum.* Quis non pauet ad hæc? quis non eruditur hoc exemplo? sed certè non minus illustre est, quod subiungam: Clemens enim ille magnus, Romanus Pater & Petri discipulus [a], sic Ecclesiam Apostolorum exemplo adhortatur: *Etenim nos quoque vacantes verbo Euangelij successiuas horas non negligimus; alij enim ex nobis piscatores sunt, alij scenarum artifices, alij agricolæ, nec vnquam otiosi sumus*: ideo Paulus nobilis, & aliàs eruditus, ac sapiens mechanicam didicit, & vnà cum prædicatione exercuit more aliorum Rabbinorum.

a Lib. 1. constitut. cap. 67.
Hora successiua ratos perdidos.

Confirmatio & expolitio. Quòd si hoc à te his exemplis obtinere nequeo, nec animæ accepta vulnera sentis, nec horres quantum cælum abominatur istud tuũ otiosum, absurdum, & vagum viuendi genus, si dies pænè elapsos, si præmium æternum, si tempus breue, si vigilantiores, acriores, & strenuos, qui primas ferunt, non respicis, inspice saltem manus illas boni tui parentis Christi cruce confixas, quibus miracula, & salutem tibi patrauerat, & sibi gloriam pepererat. *Apostrophe, seu exclamatio.* O amantissime Parens Deus, & mea quidem causa homo, quando tu otiosus fuisti? nunquam, quin potiùs vix in virginali aula pedibus constitisti, cùm in montana ad sanctificandum Ioannem excurristi, vix manus habuisti, cùm tibi à Patre virga pastoris

20. Psalm. 87. 16. data est ad minandum gregem istum perditissimum, homunciones (inquam) ouésque occisionis. *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea, pobre me hizieron los excessiuos gastos, que los ociosos hizieron de mi misericordia, y fue fuerça tomar officio*: vix grandior effectus ad aratrum manus inieci, crucem tuli, & me ad sulcos animarum voluendos applicui, testes adhibeo non callos manuum, sed vibices, & vulnera, sitim, sudorem, & operam vsque ad consummationem; sat est Domine, sat est, nouus Adam liquet, maximè mea inertia in tuo sudore, mea incuria in spinis capitis, & mearum iniquitatum amari fructus, qui tale tibi vinum propinant. O insana, effrons, & furiosa iuuentus! *quid hic statis tota die otiosi*? *Increpatio.* O marmorea pectora! ô saxea corda! ô mortui in vita mortales pigritia, & tarditate impediti, vbi putatis pernoctare? *hic? tota die? otiosi*? Andi non iam vocantem Patrem, sed tonantem Deum per Prophetas: *Tu reliquisti me, dicit Dominus, retrorsum abiisti, & extendam manum meam super te, & interficiam te: laboraui rogans, & misi ad vos omnes seruos meos Prophetas, per diem consurgens diluculo, & mittens, & non audierunt me.* (*Ab authoritate Prophetæ.* Ierem. 2. 5. 6.) Adhuc dormientes, adhuc torpentes otio? luxu? ludo? Age Propheta, immuta vocem, & luctuosam tragœdiam prædica: *Tonde capillum tuum, & proiice, & sume indirectum planctum; quia proiecit Dominus, & reliquit generationes furoris sui.* (Ibid. 7. 29.) Væ vobis, quorum mors lugetur æterna; væ vobis, quorum causa iam mortalia cymbala pulsantur. (*Epiphonema.*) O tarda, & sera nimis pœnitentia! quid ais piger in inferno? quid magis doles? *transiit messis, finita est æstas, & nos saluati non sumus: passosse el Agosto, acobosse el estio ya no hay esperar a coger fruto pues no trabaxamos à su tiempo.* (Ierem. 8. 20.)

21. Dicito tamen Christiane (inquit Nazianzenus [a]) quid aliud à tua socordia, & inertia erat expectandum? quo tandem modo ad virtutis gradum peruenies inter Christianos, qui non in virtute proficere, sed eodem statu hærere in vitio ponimus? quando in cælum peruenies inter eos, apud quos strenuum non electum esse, & primum, in vitio ponitur, & periculosum est. Quid insuper ab otio potes sperare, nisi vitiorum sentinam fieri? *Multam malitiam docuit otiositas*: quid in te creabit, nisi nugas? *mater nugarum*, in quos mores ducet *nouerca virtutum*, quæ monstra non parturit ignauia? (inquit Chrysostomus) *sic anima quoties non habet quod agat, rerum necessariarum prauis actionibus semet tradit*: vnde etiam Petrus Chrysologus, *Otium* (inquit) *vitiorum omnium coagulum est: no se quexaran tantos peccados sino en dia de ocio*; semel enim in otio positus homo, spectat ludentes, sumit chartas, miscet eas, sedet ad ludendum, iam feruet opus, & animus, iam centum numos amittit cum patientiæ numo pretiosissimo, & dum cessat ab opere, quærit quid loquatur, maculat famam, concursat per vias, prospicit fenestras, ibi offendit, labitur, capitúrque, vbi corruerunt, & perierunt fortiores illo: vnde etiam furta nocturna, nisi ex otiosis, qui cultu, & ornatu nobiles haberi volunt, & laborem omnem, & artem subterfugiunt: vnde etiam nisi ex otio prouenit, vt impudens adolescens plures schedulas, atque epistolas secum in Ecclesiam afferat, quasi loca communia, poëmata pro opportunitate diuersis fœminis mittenda. 22. Vnde nisi ex coagulo otij in vno, eodémque theatro tot hominum, fœminarúmque genera, munera, gradus tam longè diuersi coalescunt, & concordi

a Orat. 1. contra Iulian. *Exhortatio.*
Eccli 33. 10.

di animo omni soluti negotiorum cura perseuerant immoti, attoniti per multos dies non sine
A contrario. temporis, numorum, & honoris iactura? Solertia verò, & sedulitas felicitatis est mater, fons lætitiæ, nam delectatio sequitur operationem, ait Thomas; otiosi verò monstra sunt naturæ, semper tristes; ab heroicis enim operibus gaudium, spiritus, feruor, & exultatio nascuntur: porrò ipso otio quasi pondere oppressi bruta patientia, quam dixit Philosophus mœstitiam, & angorem animi tolerant, *& otij sui tristis, atque ægra patientia.* Sume igitur hanc conclusionem
Eccl. 5.17. ex ore Sapientis, *Hoc vtique est mihi bonum, vt comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo:* incomparabili enim gaudio in hora exitus sui iustus exultat, cum elapso iam laboris die mercedem à bono Parente, & Procuratore suo
Matth. 20.8. expectat: *Dicit Dominus vineæ procuratori suo.* & non expectat solùm, verùm exoptat, & appetit vitæ finem. *Veni Domine Iesu*, veni ad seruum tuum, etsi inutilem, & siquidem ex pacto conuenisti mecum, ex iustitia præmia reposco, nec contentus ero, nisi denarium summi, & æterni gaudij accepero. O certa, & lætissima spes! ô vera, firmaque fiducia, pignus pretiosum sempiternæ vitæ, quod in sua conscientia à Deo ac-
Peroratio, & epilogus. ceptum iustus experitur, tui solùm obtinendi causa summos deberet homo subire labores. Si ergo Deus ita tui solicitus est quasi à te census, magnósque prouentus expectaret, si solo bonorum operum cibo, & pane cor tuum reficiendum est, si quidquid laboris impenderis, nihil præter hoc ad obtinendum Dei gratiam, prodesse potest, si infantes diu dormire non patitur, sed valde manè excitat, si nulla creatura in vniuerso otio languet, aut inordinatè se gerit, si Deus vestro labore oblectatur, si irreuocabilis est laborandi sententia, reges, & Pontifices obligans, si in tam misera, & horribilia præcipitia sola te otiositas ducet, tam breue spatium temporis, tam leuis labor, tam durus, & crudelis Dominus, cui tu inseruis: arripe ligonem, qui tibi hæreditario iure obuenit, quem natura dedit, ratio suadet, necessitas cogit, Christus exemplo mouet, leuat gratia, & ad sempiternam eleuat gloriam.

VERBVM SPIRITVS sancti. 1. Cor. 9. v. 24.

Nescitis quòd ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium?

Ætates omnes sedulitatem, & diligentiam adhibere, vt benedictionem præripiant, adhortatur.

DISCVRSVS XXI.

1. *Consilium medicinæ instar dandum.* Reipvblicæ gubernatores, quibus datum est prauos subditorum mores medicari, consiliorum, ac mandatorum medicinam secundùm vniuscuiusque naturam debent temperare: quid enim aliud est consilium, nisi sana animi medicina? nam sicut plura ex medicamentis non prosunt, & subitò à stomacho reiecta sunt, quia violenta: sic multa mirabiles effectus edidere arte, & suauitate collata. Hominum auctor, & Redemptor, hodierna die medicamentum conficit homini ad labores nato, laborem videlicet, quod licèt illi à natura insitum, prouidentissimè tamen arte, & sapore sic tegit, & temperat, præmio videlicet, & denario, vt nihil humanis visceribus opportunius, gratius, & tempestiuius posset adhiberi. Quamobrem vni labori, breui, & intra Parentis amantissimi vineam collocato diuersa præmia proponit, atque omnes cuiusuis ætatis homines in certamen vocat, ac Paulo leges stadij annunciante parabolæ huius finem, & vitam æternam diligentioribus propositam, manifestat. Accessit adolescens diues, capite præcedente (quod ab isto vigesimo diuisum esse non debuerat) & cùm prouocatorium certamen videt, legem vnam ludi perlegit attentissimè. *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me.* Præmium autem erit: *& habebis thesaurum in cælis, que nolo perderas, sino le trocaras tu tesoro.* Vel credito pecuniam dabis, sicut mercatores, qui in vno loco minorem pecuniæ summam dare solent, vt alio longè distante maiorem recipiant: *ibi nempe, vbi neque ærugo, neque tinea demolitur; fœneratur enim Domino, qui miseretur pauperi.* Duræ visæ sunt leges, secessit, & abiit tristis. Ecce tamen regni principes ad nobile certamen vnà confluunt, & omnium nomine loquitur D. Petrus*: Age Domine, quid dabitur ei, qui omnia qualiacumque reliquerit? Respondet Rex, *in regeneratione*, id est, (vt explicat Hilarius [a]) modò in hominum conuersione, & regeneratione in Ecclesia diuersæ erunt dignitates: vos autem gubernatorum, & principum sedes obtinebitis. Alterum tamen certamen proponit tardioribus, & inertioribus, vt explicat Origenes, qui nempe aliquid saltem propter nomen meum reliquerit, vel patrem, vel matrem, vel fratres, vel sorores, aut liberos, aut domum, aut agrum, eo præmio afficietur: *centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Stupebant ex vna parte Apostoli de tanto promisso suis parentibus Patriarchis, needum concesso: stridebant dentibus ex alia parte Pharisæi, qui Dominum tentare venerant, eo quòd veniens à Galilæa omnibus certamen, & præmia proponebat: vocabit (inquiunt) iste Gentiles, vocabit Indos, & maiori fortè præmio afficiet, quàm nos, quos cælestis parens multo manè in vineam vocauit. Hanc ob causam illa verba superaddit Christus: *Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.* Nec vos miremini Apostoli, si cæteris anteferamini, nec vos tumultuemini, si vobis gentes præferantur, nullam vobis irrogo iniuriam: ideo enim vt communem omnibus legem, & præmia constituam, solam *diligentiam* exigo, vnusquisque se expediat, è selectissimis sit solers, ac diligens: nulli enim denegatur præmium, omnes compello, omnibus in vineam aditus patet, sed selectissimis prima, hoc est, potiora dabuntur præmia: sicque in hanc rem facta parabola concludit, *erunt primi nouissimi*, &c.

Nos verò, qui pariter in certamen vocamur, leges à D. Paulo disertè explicatas audiamus: alludens

Marginal notes (right column): *Labor opportunus est homini, & à natura insitus.* — *Certamen pro obtinenda gloria.* — FVNDAMENTVM DISCVRSVS. Matth. 19. 21. — Ibid. 6. 19. Prou. 19. 17. — 2. — * Sic Orig. Hieron. & Chrysost. explicant. a Et auctor operis imperfecti in Matth. — 3. — Matth. 19. 29. — Ibid. 2 — Ibid. 20. 16. — 4.

ludens enim ad stadium, Græcè στάδιον, Latinè *curriculum*, quod constabat centum viginti passibus, quòd Hercules id spatium vno spiritu confecisset (vt docet Plinius [a]) ait, *Nescitis quòd ij, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium*; in quibus verbis tres certaminis leges præscribit. Prima, vt opera valorem, & meritum sortiantur, opus esse currere, hoc est, diligentiores esse. Secunda, bonorum operum cursum intra stadium fieri debere intra Ecclesiam, *in stadio*. Tertia, sic in tempore currendum; verùm non desistendum, nec deficiendum, donec palmam, & denarium arripiamus. *Sic currite, vt comprehendatis*; vno enim temporis puncto tantũ præmiũ, vel amitti potest, vel obtineri.

Discursus partitio. *a Lib. 2. cap. 23.* *Cur currere, & accelerare oportet fidelem Dei seruum.* *1. Cor. 9. 24.*

5\. Prima nobis diligentia iniungitur, ad quod illud nomen *vnus* positum putat D. Chrysostomus [b], videte vnum esse, qui præmium arripit; non quia reliqui excludantur, sed vt omnes solertiam addant, & sicut cùm de damnatione agitur, quæ summum malum est, ad exterrendos homines sat est denunciare possibile fore damnari vnum ex mortalibus, sicut illum, *inuenit hominem non vestitum veste nuptiali: & vnus vestrûm diabolus est: hombres, que se ha de condenar vno, que ha de hauer vn Iudas.* Consimili de causa cùm de summo bono gloriæ adipiscendo loquitur, *vnum* nobis proponit, sic felicem, sic fortunatum, vt omnes ad sedulitatem, & solicitam curam hoc solo verbo inducat, & inflammet, quasi vni tantùm gloria conferenda sit: hoc enim subindicat idem Paulus; *Ego sic curro, non quasi in incertum*, non quasi iners, & desidiosus, subdubitans, & tepidè cogitans de palma, *si haura para mi premio?* sed alacer, expeditus, confidens: *ne quis euacuet gloriam meam*, hoc est, gloriationem meam: *ninguno me ha de lleuar el premio*; quare non nimium laboro in vincendo, & superando dæmone: isti enim nec præmium sperant, nec in stadio sunt, sed carnem meam, & animam meam vrgeo, & solicito, & flagris afficio, vt cursum suum mecum peragat, & pari præmio afficiatur, hoc est, quod ait, *non quasi aërem verberans*, sicut qui gladio in aërem ictus iactat, & neminem lædit, *sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: por el cauallono he de perder el prez*. ideo salutis negotium in Iacob, & Esau figuratur; non quia vna tantùm sit benedictio, sed vt diligentia adhibeatur persimilis, quam Iacob contulit, vt bene adnotauit Ambrosius [c], *vt simul clareret impigrum militem regni cælestis candidatum esse debere, vt præripiat benedictionem, & prærogatiuam suæ benedictionis vsurpet*, diligentia opus est.

b In hunc locum. *Diligentia & solertia.* *Matth. 22. 11.* *Iob 6. 70.* *1. Cor. 9. 26.* *2. Cor. 9. 15.* *1. Cor. 9. 29.* *Ibid. 27.* *c De Iacob cap. 3.*

6\. Consonant Pauli hortamenta Euangelio, vbi paterfamilias, vt explicat D. Hieronymus, diuersis diei horis, hoc est, diuersas hominum ætates conuocat: prima enim hora pueros, tertia adolescentes, sexta viros, & iuuenes, nona senes, vndecima grandæuos iam, & decrepitos: *qui exiit primo mane conducere operarios*, &c.

Matth. 20. 1.

7\. *Exiit ergo primo manè* pueros conducere, amor exsuscitat illum, & cùm ille tam multo mane eorum saluti incumbit, ideo tenellis, & pueris lætatur: *gusta de amores tiernos, y madrugadores*; ideo ad eorum fores obambulat, dona promittit, & molliori voce compellat: *Ego diligentes me diligo, & qui manè vigilauerint ad me, (con mas seguridad) inuenient me.* O Domine mi amantissime, quomodo me à tuo amore subtraxi? quomodo tam serò dilexi? ô quas noctes tibi dedit præsepe plorando, desertum ieiunando, montes orando, domus Pontificum iniurias, & tormenta ferendo, vt sic de multa nocte rore, sanguine, & sudore conspersus animam otio torpentem flecteres: *Vox dilecti mei pulsantis: no es otro, que Dios, el que tan de mañana llama, aperi mihi soror mea*; modò gratissimus mihi erit ingressus ad te, cùm aditus nemini est concessus. *Columba mea: agora que eres sencilla, immaculata mea: antes que te manches.* Excitamini pueri, & teneræ virgines illum redamate citiùs, qui vos ab æterno prædilexit, qua ratione censum, & debitum tot sæculorum soluitis? *Surrexi, vt aperirem: non hay mas tardar llamando Dios cansado, y desuelado.* Sed quare Domine tam multo mane exsuscitas ætatem istam? quia vtile illi est: *bonum est viro*; sua enim interest me ab infantia coluisse, *si portauerit iugum ab adolescentia sua.* Sicut enim glorioso titulo gloriantur quædam vrbes *antiqua, & fideles: la antigua, y leal*, quia nunquam rebelles fuerunt regi; sic homini gloriosum est nunquam contra Deum coniurasse, ideo solicitè, & anxiè primò occupare cor, mentémque hominum desiderat. Sicut hospes iter agens, qui quia in idem oppidum, & diuersorium multi aduentabunt hospites, vt noctem transigant, vrget equum, & calcaria adhibet, ne præoccupentur ampla cubicula. Angusta domus animæ est; non sic tamen, vt in ea non sit ita amplum cubile, in quod Deus diuertere possit. *Ad eum veniemus, & mansionem apud Deum faciemus*: mundus, ac dæmon statim sibi domum vendicat: *traben gran carruaje, y aposentadores diligentes.* Exiit autem primo mane Parens noster, vt opportuno tempore primò occupet animum, & prius iuuenis cælestia appetat, quàm terrena concupiscat, prius amoris diuini vino imbuatur, quàm amore prophano, & puella nouerit prius colere animam, quàm faciem; qui rogati, sit ne locus in diuersorio? respondent, sicut Ioseph, non, *non possum peccare, no hay posada*; & purissima Agnes: *Discede à me pabulum mortis; quia iam ab alio amatore præuenta sum, ab illo nempe, qui exiit primo mane vocare, & conducere* pueros, & puellas *in vineam suam.* Tertia etiam hora, & sexta iuuenes accersiri in vineam vult. Non audient Domine, res est magni negotij petulantiam horum frænare: nihilominus, ait Dominus, vocate illos. Mirabile illud est *Ieremiæ c. 7. 27.* iubetur Propheta loqui ad illos; verùm addit Dominus, *Non audient te, & vocabis eos, & non respondebunt tibi: no te canses, que no te han de oir.* Quorsum ergo mittis Prophetam, & hora sexta iubes eos vocari? Scio quid agam (inquit Dominus) nam iustitia humana cùm aliquem quærit, vt notum illi faciat regium aliquod mandatum, vel actionem aliquam à consilio regis latam, si se absconditum simulat, mos iam iudicialis obtinuit, vt satis sit vxori, vel saltim famulo rem notam facere, vt statim contra illum procedat iustitia. Reliquæ ætates vel non sunt verbi Dei suscipiendi capaces, vt pueri, vel non possunt iam terga vertere Dei ministris, vt sunt senes. Iuuenes sunt, qui non sunt domi; ad quos tamen mittimur, etiamsi audiendi non simus: quorsum? Deus enim prouidebit, vt ille alter amicus, vel famulus dum ille prandet cibis, fel iniiciat, & aliquid concionis ibi referat, quod inuitus exaudiat. refugit mortuo

Pueri vocantur ad laborem. *Prou. 8. 17.* *Cant. 5. 2.* *Ibid. 5.* *Thren. 3. 27.* *Simile.* 8. *Ioan. 14. 23.* *Iuuenes incitantur ad laborem.* 9. *Simile.*

mortuorum memoriam, quæ pungit animum,
ecce eiusdem cubiculi socius, & amicus gladio
peremptus, in sepulturam fertur. Hæc autem
summa Dei prouidentia est: *hecharles vn jarro de
agua fria en sus plaseres*, quod per eumdem Ie-
Ierem. 7.34. remiam facturum se pollicetur Dominus: *&
quiescere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Hie-
rusalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem
sponsi, & vocem sponsæ: yo hare pausa en sus alegrias*,
nec sinam eos iam ampliùs de festis, & nuptiis
Cap. 4. 21. agere. Paternè quidem, vt notauit Iob, *qui autem
reliqui fuerint, auferentur ex eis, morientur, & non
in sapientia*, leter Hebr. *quia non est, qui ponat, in
æternum peribunt: porque no hay quien ponga, aña-
de, estorno*, vel vt legit Hieronymus, *quia nullus
intelligit; porque no hay quien ponga las mientes, in
10. æternum peribunt.* Series igitur huius loci est, sic
viuunt iuuenes, vt animam in vanum recepisse
videantur, & quasi derelictam habeant; tanti
autem mali remedium solus ille adhibet, qui po-
nit impedimentum, & voce, vel vi obstat, quo-
minus ad cogitata facinora prolabantur. Ideo
Dauid eundem Dominum manè exurgere opor-
tere, & per se eos excitare, arte tamen, & in-
genio, ait. *Exurge Domine*, mane multo
opus est Domine exurgas, vt præcipitem cur-
Psal. 16. 13. sum horum sistere facias. *Domine præueni eum:
ponedle estorno señor habladles à la mano.* Sicut
Simile. cùm iuuenes pila colludunt, vnus in præfinito
loco pilam emittendi, sumit pilam, & extento
brachio, & pala lignea summa vi, & intentione
animi, & oculorum ad longa interualla pilam
remittere cupit, si tunc cũ vires omnes intendit,
corpus, os, sensusque omnes, ab aliquo verbo te-
nus interpelletur, & impediatur, ludum amit-
tit. Idem est, quod Dauid postulat, si expectas
Domine iuuenum resipiscentiam, sera nimis
erit, opus est Domine præuenire eos, & dum
omnimoda intentione in suas feruntur volupta-
tes, tunc impedimenta opponere opus est, vt
ludum, & risum amittant, non animam. Quòd
si manum detinere non sat est, offendat pede,
supplanta illum: habladle al pie, deiice illum de sta-
tu, de dignitate, de honore, de valetudine, vt
sic exturbatus ad te clamet, & vocem exaudiat
hora sexta, antequam mors ingruat, & in æter-
num pereat.

11. Circa vndecimam autem, &c. & senes vocat,
sed his tantùm dicit, *quod iustũ fuerit, dabo vobis:*
quare vos otiosi estis senes tardissimi? nónne
æquum iam est Deo inseruire, qui tot annos
Senes ad opus salutis peragendum inuitantur. mundo dedistis? qui iam vno tantùm pede à se-
pulchro diuisi estis, quare tam sine fronte, vel
sine fide estis, qui cùm longo interuallo à Deo
obtinendo estis, non vires, non cursum matu-
Simile. ratis? etiamsi iudex alter Verres fuerit, & bona
reipublicæ expilauerit; si tamen tempus, & iu-
dex accedit, qui rationem muneris sui exiget,
temperat se, mitigat acerbitatem, & nobilio-
rum voluntates conciliare contendit; quare vos,
cùm hora iudicij instet, non mores mutatis, nec
Oseæ 7. 8. sanctos cæli ciues conciliatis? *Factus est Ephraim
subcinericius panis, qui non reuersatur*: in eodem
statu permanent, in carbonibus, & ardoribus
Ibid. 9. iuuenum senes sunt: *comederunt alieni robur eius,
& ipse nesciuit*, mundus, & dæmon iuuenilem,
& virilem ætatem comederunt, & nec sic ocu-
Ibid. los aperit: *sed & cani effusi sunt in eo, & ipse igno-
rauit.* niue iam capilli candicant, & ipse tantæ
nouitatis inscius est: *huessos secos volueos a Dios,
dalde siquiera esse costal deceniza, ite & vos in vi-
neam meam.*

Præuidit D. Paulus has omnes ætates salutis 12.
negotium supinè, & oscitanter tractaturas, ideo *Vrget ratione D. Paulus.*
rationem vrget, & iterat argumentum: *& illi* 1. Cor. 9. 25.
*quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos au-
tem incorruptam*; quid rei: aut quomodo feren-
dum est, quosdam homines sic acres, sic soler-
tes esse, vt perituras coronas, laureas, grami-
neas, myrteas obtineant *: alios autem, qui * Lege Tert. lib. de corona militis tom 1. in fine.
nec gressum faciant, vt immortalem accipiant?
sic pugnaces, sic lacertosi mundo? sic languidi,
sic eneruati Christo? *Fortitudo eorum dissimilis:
no hay quien los conozca en lo vno, y en lo otro.* Ier. 23. 10.
Verumtamen licèt effœminati videantur, docti
tamen sunt maiora sustinere onera. Publico *Maiora onera sustinent iniqui mundi causa quàm Christi.*
præconio in castris Israël indicitur, prodeat
vnus, qui exultantem Philistæum deiiciat, &
immunitate afficietur, filiamque regis in vxo-
rem ducet. Ecce prodit in campum puer Dauid
candidus, & rubicundus faustum exitum sibi
promittens: sic enim secum meditatur; res qui-
dem hæc ardua, magni roboris facinus. Ve-
rùm tu nónne es, qui cùm pascens oues lupum
venientem arripiebas pedibus, manibusque vi-
scera tondebas, donec vesiculam fellis intra cor-
pus proscindebas? & rabidum leonem, & fame-
licum intento brachio caput feriebas, & repe-
titis pugnis attonitum, consternatum, caput
manibus in contrarias partes intentis lacerabas, a Apoc. 6. 16.
discerpebas super genua: tu ergo optimè pote-
ris turrim istam carneam demoliri: *eaque si po-* b Psal. 37. 5.
dre. Quæ te (ô Christiane) ignauia debilitauit? c Math. 19. 27.
quis te tepor, & acedia deprauauit? grandiori-
bus, & difficilioribus præliis & oneribus do- * Fueritne alius, qui nudus ambulauerit propter sanctitatẽ, dubitãt aliqui in c. 21. Isaiæ,
ctus es: hoc enim iniqui illi, & delicati Hie-
rosolymitani significarunt, cùm vindicato-
rem Christum aduentare videntes, aiebant
(inquit D. Ioannes [a]) *montes, montes, cadite su-
per nos.* Molles aulici, ciues Hierosolymita-
ni, nónne iram Romanorum effugere cupi- 13.
tis? qua ergo ratione montibus onerati iter vide P. Gaspar. Sanch. nam verisimile est tantùm deposuisse extimã vestem, quæ cilicina erat, & de Petro Ioan. 21. non fuisse omnino nudum, cùm audisset in mari, quia Dominus est, qui tunc etiam habebat vestes interiores, vt denotat vox Græca, ἐπενδύτης quæ non significat quãcunque vestem, sed illam, quæ super alias inducitur, quale pallium est, aut toga: *los alquile los vestido de pescadores.*
arripere poteritis, & ad Aquilas Romanas effu-
gere? Respondent ingenuè, maiori oneri cõsue-
tos esse: longè enim grauiora montibus sua sce-
lera sunt; sustinuerant Iudæi peccatum grauis-
simum, ex quo dixerunt: *Sanguis eius super nos,
& super filios nostros.* qui per tot annos tale cri-
men sustinent montium onere prægrauati au-
fugere posse existimant. *Sicut onus graue graua-
ta sunt super me* [b]: *mas haze vn peccador en suffrir la
carga del peccado, que vn justo con la del trabaxo.*
Quod vt credatis, exeat nunc præclarissimus
omnium, qui in stadio fidei cursum perege-
runt, D. Petrus, qui peracta rerum omnium ab-
dicatione de præmio adit regem, dicens [c]: *Ecce
nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo
erit nobis?* iam palmam arripui primus ego sæ-
culi, & bonorum omnium renunciator. Siste
Petre, alius est te solertior in sæculo *, audi.
Notandus valde est locus ille Euangelistæ Ioan-
nis, vbi enarrat, cùm Christus Dominus vin-
ctus ferebatur ad domum Caiphæ, tantum stre-
pitum, & tumultum fuisse excitatum, vt è lecto
pauidi, & stupentes exilisent, etiam qui altè,
& soluti omni cura dormire solent, quales sunt
iuuenes; ecce vnus, qui sindone tectus sine alio
indusio prodit rem nouam videre. Tunc mili-
tes, qui exultantes, & victores timidum, & im-
paratum vident, comprehendere tentant, & re-
licta

licta sindone aufugit ab eis. Siste iuuenis, sic nudus pergis? ita. quò vadis? vt in tuto me collocem; quare fugis? vt Christum fugiam, & ne eius discipulus videar, & pariter comprehendar. O pudor! ô nostra desidia! tace iam Petre, taceat
14. Franciscus, qui nudus nudum Christum secutus est. Vincimur, superamur omnes nos, qui renunciamus sæculo: omnia enim, quæ nos præstitimus, ideo faciliora sunt, quia Christum sequimur vt ducem, vt magistrum, vt præmium. Verùm iste omnino nudus sine pudore cucurrit, vt Christum fugiat, ne discipulus esse videatur: sunt enim homines sic suo ventri, vitæ, & delitiis addicti, qui vt Christum, & crucem fugiant, & expediti ad sua desideria currant, grauiora tolerant, quàm Dei serui, nudi nocte intempesta, vel ferro onusti inter spicula, & aduersariorum enses interriti concursant, & tu, qui Christum sequi ob æternam salutem professus es, statim de præmio agis? statim rationes exigis? *quid ergo erit nobis*? Adde his (inquit Paulus) illos bonum prosequi caducum, & instabile, nos æternum, & immortale: hoc idem
Cap.46.2. egregiè ponderat Isaias, *Onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem contabuerunt, & contrita sunt, & non potuerunt saluare portantem. cargados como acemilas dais de ojos de molidos y vuestro trabaxo no os aprouecha*; quid enim vtilitatis iumento accedit, eo quòd numorum onera
Ibid. 2. grauia portet? *& non poterunt saluare portantem*: inutili enim labore consumeris, & fru-
1.Cor.9.24. strantur industriæ, quas collocas: *omnes enim currunt*, omnes fatigantur, sed dispari fructu, & euentu dissimili.

15. *Summa & caput Christianæ Religionis in quo sit.* Secunda certaminis lex ea est, in stadio currere; quid enim proderit ei, qui velocissimè cursum peragit suum, si extra circum, extra stadium est, quæ lex tanti momenti est, tantique facienda, vt totius Christianæ religionis caput, & fundamentum esse videatur, quæ ne ignore-
2.Tim.2.5. tur, Paulus disertè explicat: *Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit*, id est, secundum leges, quarum vna est, vt labor ne cassus sit, in Dominum nostrum dirigatur, non in vsuram, & lucrum nostrum, vt opera in gratia facta in Deum recta intentione ferantur, quod optimè illud aduerbium *legitimè* declarat; sunt enim quidam labores legitimè nati, & ex gratia profecti quasi à legitimo parente, & à cooperatione nostra quasi à matre. Alij sunt illegitimi, spurij, nec secundùm legem, & gratiam facti, hi lucem refugiunt, nec audent præmium, & hæreditatem poscere: labori enim tuo ob tuam cupiditatem collocato quid præmij dabitur? talis benedictio iustis seruetur, qui & iustè currunt, & se-
Sap.10.10. cundùm iustitiam in stadio sunt. *Honestauit illum in laboribus suis, & compleuit labores illius: no les quitò (dize) los trabaxos, sino legitimolos paraque pudiessen salir à luz como bien nacidos*; ideo enim
Prou.5.15. satis in tempore admonet almus Spiritus, *Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui; deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide*; fidelis esto, & tua vxore contentus, vt filij, qui quasi riuuli sunt, sic perspicui, clari, & patri, & matri persimiles nascantur, vt cùm in lucem exeant, omnes legitimè natos sibi persuadeant. Hoc idem in spirituali nego-
1.Ioan.3.2. tio hortatur sanctus Ioannes: *Cùm apparuerimus, similes ei erimus*. Timete confusionem, & opprobrium in extrema die, ibi nos, & opera nostra Parenti Christo simillima futura sunt. Hoc similiter, & sub eadem metaphora docet D. 16.
Augustinus [a], *Respice in seruos suos, & in opera tua, & dirige filios eorum*. O Domine, non sat est seruum me profiteri, si mea opera ad te non dirigantur; *& sit splendor Domini Dei nostri super nos*, vel ex vultu ipso, & specie coniiciatur facilè, opera supremi Domini esse, & gratia eius facta *super nos*, splendeat in eis aliquid, quod non sit *nos*, sed *super nos*, gratia nempe, & supernaturalis scopus, & cùm iam è manibus nostris effluant, *dirige* ad tuas, recta via tendere effice, nulla enim illegitima opera præmium suscipere merentur: quæ lex, & conditio sic perspicua est in Euangelio, vt Paulus Euange-
lium in sua epistola prædicet: dicitur enim, *Inuenit eos in foro otiosos*; otiosi in foro? estne locus, in quo magis implicati negotiis, & negotiationum fluctibus, variisque curis distracti homines sint, quàm in platea? illic contractus, pacta, emptiones, rationes, conductiones, quis ibi otiosus est? quis animo vacuo? At nihilominus summa Sapientia otiosos inuenit; quare? quia nempe in vinea non erant. Audi verbum, quod rem, causamque tuæ salutis continet. Omnes curæ, industriæ, & solicitudines, etiamsi mundum inuertant homines, si in vinea, hoc est, in negotio saluationis non fiunt, & ad animi culturam, pleno ore Sapientia Dei otiosa opera, & vacua nuncupanda decernit. Itàne est (dices) quòd meæ vigiliæ, itinera, sudores, discursus, scribendo, lites agendo, iura exponendo, ius dicendo, filios alendo, mare transmeando, lecto, mensa, die, noctúque grauissimo rerum onere, otij nomen merentur, & stulti labores sunt, incassum collocati? ita equidem, ea solùm de causa, quia non in stadio, non in negotio, & causa tuæ saluationis facti sunt. Talentum vnum vni seruorum dedit prouidus ille negotiator, quod ille abscondit in sudario, atque equidem si in sudario abscondit, non vacauit otio, quin potiùs multis vsque ad sudorem intentissimus fuit, *señal, que era hombre de sudor, y trabaxo*: at quia in lucrando talento illo præscripto non laborauit, omnis eius solicitudo otij nomen, & pœnam promeruit; inanes enim sunt labores, qui aliquo saltem modo in vnam saluationem non diriguntur. Pueri etenim valde etiam in foro colludentes vsque ad lassitudinem defatigantur; at labor iste dignus est præmio? immo verberibus, quia non in schola laborant, nec præscriptis obtemperant; amphoram etiam vacuam dicimus, si aquam non continet: arguet tamen Philosophus nihil in natura vacuum, quod verum est, nam saltim plena est aëre: attamen vacuam nuncupamus; quia illo liquore caret, quem continendo confecta est: quare omnino nihil continet, *todo es ayre quanto tiene*: omnes tuæ noctes peruigiles, occupati dies, negotiorum administrationes, vt primogenitum fundes honorem, & pacatam vitam compares, otiosorum inuenta, & vacua opera sunt. Quod in Canticis diuina quadam imagine significatum est. Prodiit Ecclesia mater (cùm quondam Gentilis idolis seruiens fuisset) sole adusta, subrustico colore, & tam pulchro spóso dissimili: mille excusationes huius sui rustici coloris intexuit: vna, nigra sum, sed formosa, Hebr. *naa, amabilis, algo hay en mi, que puede amar el esposo*; lapis enim pretiosus à suo mine

a In Psalm. 89.16.
Ibid.17.
Matth.20.3.
Negotium salutis in omnibus & super omnia agendum.
17. *Simile.*

nerali recens abscissus rudis est, attamen tegit splendorem, qui arte affulgebit: *mucho hara la compustura de la gracia, aunque lo natural sea grosséro.* Secunda, sumit præsens pro futuro, &
Cant.1.5. aliam conficit excusationem; *nigra sum*, sed formosa ero, citò ero pulchra: *negocio es, que tiene remedio.* Tertia, nam illud verbum *nigra*, Hebraicè diminuens est, *nigra*, subrusticus est
Ibid.6. color, subnigra sum, fusca (Origenes,) *algo to-*
18. *stadilla, decolorauit me sol, alcançome vn poco de sol.* Quarta, si per aliquod tempus opaco loco contineam me, deperibit color, qui deforis est,
Ibid. non natus. Vltima denique: *filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui.* Pro quo notandum, hoc nomen *vinea* significare occupationem: vinea enim vitæ nostræ frugifera est, sed indiget industria ne sterilescat, & ideo vinea
a Ecloga 2. sumitur pro occupatione. Virgilius [a]:

Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est,

qui cùm de æstiuo tempore loquatur, non de vinea, sed de occupatione agit: *tienes por acabar tu occupacion.* Et Horatius:

Ego vineta mea priùs cadam:

19. *primero pulire mis versos.* Et Hispanus dicit, *de mis viñas vengo*, id est, de meo negotio, & occupatione. Reddit ergo nunc veram causam sic accedendi nigrore tinctam ad sponsum suum. Hæc mi Domine meæ incuriæ, & rustici coloris causa est, distentam me fuisse laboriosis rebus, & fœmineis viribus dissentaneis: his verò quæ mei muneris, sexus, & status erant, omnino non vacaui, virgo enim proximè Deo ducenda, & coram omni terra in thalamum Dei hominis euehenda, cui alteri negotio incumbere debuisset, quàm colendæ faciei, capillis contorquendis, colori subrustico extrahendo: nam etiamsi custodia vinearum, labori, litibus, & iurgiis obnoxia sit, cassus tamen labor iste reputatur, dum extra vineam tuam fuit collocatus; sicut de ficulnea illa notauit Chrysostomus, *quæ erat secus viam*, quam meritò arefecit Dominus: quasi diceret, ecce Synagoga inanes tui labores, sacrificia, & holocausta ex hac die erunt; quia non in stadio, non in vinea mea, hoc est, Ecclesia, collocasti. Quare fratres omnia opera, quæ indifferentia sunt, in Deum sedulò dirigite, vt præmium mereantur, atque adeò facto mane, quàm primùm antequam negotiationis pelagum intretis, oculos ad Crea-
Obsequium nostrorum dedicatio Creatori. torem attollite, & dicite: Vanæ erunt, & frustrà collocatæ (ô auctor vitæ meæ) omnes meæ curæ, & humanæ industriæ, si ad te vnum, & propter te intentissimè non referantur: quomodo enim domus ædificabitur, nisi ædificauerit Dominus? quis rempublicam, & priuatam custodiet, nisi Dominus custodierit? Quamobrem (mi Creator) diurna hæc opera suscipe, tibi loquar, tibi viuam, & si quid reliquum est, id totum tibi offero: sicque fiet vt tam indifferentia, quàm bona opera meritoria sint, vtpote in stadio facta.

20. Tertia denique conditio bonorum operum est
1. Cor. 9. 24. ea, vt opportunè fiant, & satis in tempore. *Sic currite, vt comprehendatis*: non enim sat est currere, sed tempus idoneum nancisci. Esau magno labore, & celeri gressu in venationem perrexit, & quàm celeriter potuit, domum repetiit: attamen benedictionem amisit; quare? propter exiguam cunctationem, vt ponderat D.
Opportuna sint opera, & sine cunctatione.

Chrysostomus: *Pergit venatum, vt imperata perficeret, remoratur, & tardat: tardò, esso basta por razon*: & in spirituali negotio vnius puncti mora cælo priuat; quod quia summi pretij est, & periculi, à summis etiam Doctoribus ponderatum est; sublimius autem à D. Paulo, hac ratione, *Id enim, quod in præsenti est, momenta-* 2. Cor. 4.
neum, & leue tribulationis nostræ supra modum in 13.
sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis; consolatur eos in tribulationibus, & de delectationibus, quibus se priuant, quod, vt persuadeat, oculos attollere iubet, & duplicem bilancem suspicere, alteram de cælo, de terra alteram. Trutina (inquit Paulus) punctis diuiditur, quare quod in hanc bilancem cadit, solo momento temporis durat; momentaneum, & leue: *y aquel momentaneum es señal de peso*: sicut Sapientiæ, *Quoniam tanquam momentum sta-* Cap. 11. 23.
teræ, sic est ante te orbis terrarum, no pesa, ni monta nada el mundo delante de Dios, o comparado con su ser. His ergo punctis, & momentis vita 21.
nostra consistit, & ex his composita est. Quare Rabbinus quidam, vir doctus, trutinæ, quæ vulgo *Romana* dicitur, *similem esse vitam asseruit: Virga est (inquit) prælonga, & distincta quibusdam signis, & appendunt in summitate virgæ lapidem ponderis, quæ in Narbonensi Gallia Romana dici consueuit.* Ecce vitæ nostræ punctis distinctæ Symbolum; punctis tamen ocyssimè decurrentibus. Seneca [a], *Infinita est velocitas tem-* a Ad Lucilium.
poris, punctum est, quod viuimus, & adhuc puncto minus: ne existimes aberrasse Philosophum, cùm asserit *puncto minus*; quia neque punctum vitæ nostrum appellare possumus: quod vt significarent antiqui, tempus sub specie serpentis in formam circuli conformati figurabant, in circulo enim non est assignare punctum primum; quia, vt Theologi etiam obseruant, præterita pars temporis iam non est, futura nondum est, præsens partim communicat cum futura, partim cum præterita, ita vt nobis vix punctum reliquum sit. Inquit ergo Paulus, expendite labores in hac trutina punctis distincta, imponite etiam mundi felicitatem secundiorem, gloriam, delectationem, omnia puncto continentur, & mensurantur, imponite craticulam Laurentij, flammas, laminas candentes: *leue, & momentaneum: el peso dize la verdad, no pesan vna pluma.* Probatur, siquidem omnia puncto, & instanti, & puncto minus ponderantur. O breuis summa humanæ felicitatis! ô citatissima rota, in qua nec vno momento permanente queam dicere: Nunc gaudeo; quia cùm dixi, nunc, iam gaudium non erat, & cùm iterum dico, nunc diues sum, iam non sum; quia iam tempus punctis distinctum nunc, & nunc, & nunc sine cunctatione pertransiit.

Ab effectu autem hoc leue momentum magni 22.
faciendum, exactè perpendamus. *Supra modum,* 2. Cor. 4. 17.
in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis; vis scire, vt salus nostra continuis punctis consistat, redeamus igitur ad *Romanam*. Sicut enim virga illa ferrea punctis dispuncta est, sic vita nostra momentis, & sicut pondere de puncto ad punctum mutatum multum pondus variatur, ita vitæ nostræ opera, & euentus: vocauit Deus iuuenem in tali puncto, in quo si Deum sequeretur, quàm celerrimè in cælum perueniret: amisit punctum, perdidit multum, quare?
Momenti æstimatio à quo salus & vita æterna pendet.

porque entra con muchos la Romana: valde enim ad inferna declinat; nam vxorem inconsultè duxit, filios procreauit, ære alieno opprimitur, sumptibus, solicitudinibus, peccatis suffocatur, & in damnationem deprimitur, *con quantas entra la Romana?* serò medicina paratur. E suo statu prosiliuit alter, qui cùm militiam profiteri, & ense accingi oporteret, sacris initiatur, breuiarium arripit, & dignitatem: ecce è vestigio militem agit, & militarem vitam degit, Ecclesiæ minister munere sacro, legibus, peccatis, scandalis onustus in mortem animæ inclinat, *con quantas entra la Romana?* quis expendet hoc? quot in inferno gementes punctum temporis deplorant; quia qui perdit punctum, amittit multum. Vnde verum esse apparet etiam illud, *Et in puncto ad inferna descendunt* iniqui, (Iob 21.13.) quia cùm infinito pondere grauitent, in puncto etiam per infinitam distantiã ad inferna deprimuntur: eò enim celerius graue pondus descendit, quò plus grauitatis habet, atque adeò infinita spatia vno puncto peccatores percurrunt. Ecce illam sæpius repetitam sententiam: *momentum, à quo pendet æternitatis*, Bernardi, & Gregorij, & D. Pauli auctoritate firmatam. *Non* (Ephes. 5.16.) *quasi insipientes, sed vt sapientes redimentes tempus; quoniam dies mali sunt.* Græcè hoc loco tempus dicitur καιρὸς, quod propriè occasionem, vel temporis punctum significat; & in hoc sensu dicet, *estimad en lo que merece, y vale vna ocasion. redimentes*, pulchrè quidem dictum: sicut (Simile.) Hispani, qui ad Indos se conferebant, ditari solebant, se ad redimendum aurum pergere ex eorum possessione vindicantes, qui pretium eius ignorabant: & sicut redemptor ad Turcas abit (Simile.) redimere Episcopum ignotum Turcis, & abiectissimis operibus addictum; sic vos vtpote sapientiores, qui punctum temporis iam satis æstimatis, redimite, vbicunque aliis abiectis, & prophanis negotiis protritum, & consumptum videritis: *no ocupeis el tiempo en vilezas, redemilde.* Vel ideo maximè hoc curandum est vobis,

23\. quia tempus est καιρὸς, id est, *occasio*, quæ quanti æstimanda sit, vel ex ipsis characteribus internoscetis: *o*, enim primum ex se nihil valet, nisi ex adiunctis: sic occasio ex se nihil, studio tamen gloriæ adiuncta, gloriæ æquiualet. Sicut si diuitiis adiungitur, diuitias comparat. (Achilles Rochio in emblematibus.) Quòd si præterire non sinis, iam *cc*, hoc est, ducentos valet; quòd si inde prolabatur, iam *s*, quinque valet; quòd si moram facis, *i*, vnum tantum valet; si dormis, & procrastinaris, iam nihil omnino est, quod *o*, vltimum denotat: *a*, autem, quod ibi remanet, exclamatio est miserè deplorantis amissam *occasionem*: *a nescio de mi, a infenal de mi, que pude, que me auisaron, y perdi ocasion.* At S. Paulus vtitur hoc nomine καιρὸς, vt tempus significet omni cura redimendum, sumpta metaphora à mercatoribus, qui omnibus suis commoditatibus vel minimum lucrum anteponunt, & qui vna specie mercium iacturam fecerunt, in eadem conantur iacturam redimere: *sanear lo perdido en la parte, que queda*; quare admonet, redimite, postposito quocunque temporali lucro, animæ salutem, strictè tempore vtentes, & si qua corpori pars subtrahenda est, illa etiam ad lucrum animæ dirigite, & in eo quod remanet, iacturam elapsi iam temporis compensate, redimentes rem ingentis pretij à dæmonis potestate, præcedentem contractum rescindentes, cùm plus, quàm in medietate iusti pretij decepti à dæmone sumus, consumentes tempus, quo æternitatem coëmere possemus. Augustinus[a], *Redimite tempus*, hoc (a Serm. 14. de verbis Apostoli.) est, *quando aliquis tibi infert litem, perde aliquid vt Deo vaces, non litibus, perde ergo: ex eo enim, quod perdis, pretium est temporis.* & reddit rationem Apostolus conseruandi tempus, *quoniam* (Ephes. 5.16.) *dies mali sunt: diligenciad el tiempo, que es poco, y ocupado*, id significat *mali*. Sicut cùm Dominus dixit, *sufficit diei malitia sua*, sat est diem habere (Matth. 6.34.) suos labores, ne illis addas solicitudinem, tanta opus est diligentia, vt præmium comprehendatis.

Hinc tamen oritur difficultas, si labores, & bona opera sic exigua sunt, vt puncto mensurentur, & contineantur, qua ratione tantum valent, vt æternum gloriæ pondus nanciscantur. 24. Verùm vide qualis dignitas temporis sit: ex eò enim quòd opera bona in tempore paraguntur, æternam gloriam consequuntur. (Operum æstimatio & qua ratione comparentur cum æterno præmio.) Pateat res exemplo, quando de puteo alto extrahitur amphora plena aqua, dum per aquam ascendit, non grauitat, quia in sua sphæra est, aqua perfacile eleuatur: at cùm in aërem venit, illic digitis funem comprimere, pugno, & compressa manu tenere, opus est ne recidat. Opera nostra dum in tempore fiunt, cùm sunt in suo elemento, leuia esse videntur. Quid interest recitare? mihi facillimum est ieiunare? quorsum ille dimidium pallij pauperi erogauit? visitauit ægrotum, aut vinctum, quid hæc ad vitam æternam? O homo, leuia hæc tibi visa sunt; quia in suo elemento considerasti, in tempore videlicet, attolle oculos, suspice illa in æternitate, ibi voce præconis iubet Christus prædicari vas aquæ frigidæ, & charitate colatum cælum promereri: vide medietatem pallij D. Martini Angelicas sedes admirantis, & gloriam illi, & gloriationem Christi promeruisse. Audi Concilium Tridentinum *sessione 6. c. 16.* hoc idem definiens, atque decernens: quo autem pacto (rogas) hæc fiunt? Optimè rogasti; considera (inquit Magnus Gregorius) trutinam illam, & Romanam *crucem*, quid pendet ex vna parte? leue quidem, & momentaneum, nostra videlicet opera exigui ponderis, & pretij; & quid ex alia parte? ingens pondus *gloriæ pondus æternum*: qua ratione hoc illi comparatur, (2. Cor. 4.17.) quomodo componi potest æternum momentaneo, & leui? quomodo eleemosyna tantum præponderat? Dicam: ille etenim Redemptor, qui in cruce est, qui meritum nostrum & (A Christo valorem habent opera nostra ad vitã æternam.) dignitas operum nostrorum est, quatenus gratiam nobis promeruit & actualem, & habitualem, vnde opera dignitatem accipiunt, inclinauit caput in nos, in nostra opera; quare cùm infinita merita in nostram partem propendeant, tali afficit dignitate opera nostra, vt si in tempore fiant, salutem, & æternam beatitudinem comprehendant, & æternam præripiant benedictionem.

PVERILIS ÆTAS DOCTRINA FIDEI liberaliter eruditur, ipsaque veris distincta notis in matrem fidelibus datur.

INSTITVTIO VIII.

POSTQVAM vera mater fides apparuit, omnis eloquentiæ splendor 25.
obscuratus, omne humanæ sapientiæ lumen extinctum est: nam etsi
mundana sapientia dæmonis instrumentum extiterit, quo ipse Genti-
lium non paucos falsâ verborum titillatione pelliceret, absorpta ta-
men est à terra, dum tu, ô alma fides, *quasi signum magnum appares in*
a In Ps. 115. *cælo.* En tibi (ô puer) veram matrem vnicam sponsi columbam, vt ait Basilius [a], [*Apparuit fides in cælo vt mater fideliũ.*]
Ecclesiam Catholicam: te ad optimam magistram mitto, & ad primos illos tam cre-
dendi, quàm rectè viuendi præceptores, Magos videlicet (vt ait Chrysostomus) qui
almâ fide præduce, & stellâ fulgentissimâ ducti fidem diuinam, fidei auctorem,
qui in pannis & infantia latitabant, nobis manifestarunt. Sed quò feror mater altis-
sima? cur sublimia conscendo mysteria? montes enim inaccessi non herinaceis, sed [*Magi primi fideles dici possunt in præsepio eruditi.*]
Psal. 103. 18. ceruis sunt facti, *montes excelsi ceruis, petra refugium herinaceis*: illi enim, & veloci-
tate in pedibus, & grauitate ponderis in capite, ne à ventis circumferantur, in-
structi sunt: nec enim frustrà cornuta facies Moysis apparuit, & lucis splendoribus
circumfusa, nisi vt pondus graue iudicij eius pateret, qui ad montem & ad se-
cretiora Dei mysteria efferebatur. Dicam ergo genitricis fidelium dignitatem, [SVMMA INSTITVTIONIS.]
splendorem, & antiquitatem, & filiorum eius, qualia debeant esse obsequia, qua-
lia pietatis opera ostendam.

Apoc. 12. 1. *Signum magnum apparuit in cælo:* fidei enim conuersatio cælestis est & vrbana, 26.
Sic Andreas Cæsariensis, & citat Magnum Methodiũ martyrem tom. 1. Biblioth. com. in Apocalypsim cap. 33. ideo Paulus *cælesti* comparat *Hierusalem*; nec enim ordo iste, leges, decreta, & cæ-
remoniæ ab humano, sed à cælesti consilio manarunt. *Amicta sole*, quia splendore
Martyrum, quæ videbatur mulier infirma, & mollis, *terribilis vt castrorum acies or-
dinata*, apparuit; sic enim appellatur sol inter astra. Iudicum 5. *& luna pedibus eius:*
quæ quidem (siquidem sanctis velut ornamento vestitur) pœnitentes designat, qui
ad misericordiæ pedes prouoluti mirabili conuersione iam plorant, sicut luna iam
clara facie resplendent. *& in capite eius corona duodecim stellarum.* Doctorum enim
splendor, *sicut stellæ manentes in ordine suo contra Sisaram pugnauerunt*, ita vera sua
sapientia imperitissimos hæreticos, veteratores, bardos, & nouarum Ecclesiarum
inuentores purissimo veritatis radio, non sicut ipsi solent conuitiis & morsibus, ne
dicam grunnitu, debellant, & extinguunt. *Hæc est enim victoria, quæ vicit mundum
fides nostra.* Origo fidei stella est, quæ primo loco resplendet: ostendit enim fidem [*Stella prima.*]
nostram cum orbe, & cum Angelis incepisse, fidem, inquam, non Creatoris so- [*Antiquitas fidei.*]
lùm, sed Redemptoris, in quo tanquam in lapide offensionis dæmonem offendis-
se putat Bernardus. Cæterùm conspecta lectissima Maria captiuasse intellectum
Heb. 1. 6. in tanti mysterij obsequium, & hac de causa legatum fuisse Gabrielem, *vt cùm ite-
rum introducit* Pater *filium in orbem terræ*, iubeat *vt adorent eum omnes Angeli Dei.*
Antiqua ista, & cana fides in antiquis ritibus, & propheticis oraculis præsignata erat: [*Stella 2.*]
nam licèt tempore naturalis legis terra coram Deo repleta est iniquitate, & tene- [*Latebat in mysteriis antiquis.*]
bræ operuerunt omnia; Deus verò quosdam præclaros viros in singulis sæculis
excitauit, vt sicut tempore niuium lapides prægrandes eriguntur in via, ita hi cer-
tis temporibus constituti viam veritatis ostenderent. hos sigillatim memorat Pau-
Ibid. 11. 4. lus, *fide Abel obtulit plurimam hostiam*, &c. quam fidem vt meliùs inter gentes con- [*Stella 3.*]
seruare possent, tectam vmbris & cæremoniis habuerunt Patriarchæ; hæc enim est
1. Cor. 10. 1. mens verborum Pauli, *Nolumus vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub* 27.
*nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes eandem escam spiritualem mandu-
cauerunt: bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus:
debaxo de sus sombras tenian baptismo significado por el mar vermejo, tenian Eucaristia
significada en el mana, y hambre espiritual, y affecto de ella, y tenian proteccion en la es-
peranza del Messias.* Petra autem non aqua solùm dicitur consequuta fuisse illos;
nam fides vnius Messiæ, quæ est tanquam petra Ecclesiæ fundamentum, fu-

turum erat vt migraret ad gentes; ideo petra ambulare & comitari eos dicitur. Qua
de causa tot fatigati vmbris veritatem aperiri suppliciter deposcebant. *Da mercedem*
Domine sustinentibus te, vt Prophetæ tui fideles inueniantur, secundùm benedictionem Aa-
ron, cùm nempe surgentibus gemmis, & foliis dilatatis amygdala eruperunt. *desa-*
brochese Dios, y descubra su pecho, como se desabrocho la vara de Aaron zarrojando hojas
de ceremonias mueitrenos el fruto deseado. de hoc Paulus, *Priusquam veniret fides, sub* Gal. 3. 23.
Stella 4. *lege custodiebamur conclusi, in eam fidem quæ reuelanda erat.* *Necessitas fidei* in eo elu-
cet, quia ab illa tanquam à genitrice vita spiritualis procedit, sine fide enim impossi-
bile est placere Deo, nedum *filium Dei fieri?* quare Ecclesiæ fœcunditatem laudans
sponsus, *ventrem eburneum* dixit, *distinctum sapphiris*, quem locum ex Iusto Vrgeli- Cant. 5. 14.
tano alibi expendimus. Alludit enim ad elephantem fœminam (ex qua ebur sumi-
tur) quæ nimio oppressa pondere fœtus, dum ad partum proxima est, aquas intrat
fluminis quietas, ibique eleuatis oculis ad lunam, & quasi adorans eam, fœtus suos
edit inter aquam & cælum. Sic Ecclesia ad aquas Baptismi accurrens, & per fidem
Trinitatis, quæ Pater est filiorum Dei, inter cælestem hanc fidem & aquam filios
edit distinctos sapphiris, puritatis videlicet, & moribus cælestibus distinctos, *Qui cre-*
Stella 5. *diderit, & baptizatus fuerit, saluus fiet.* Eaque est fidei necessitas, vt ea ablata neces-
se quoque sit Ecclesiam auferri: at fide persistente *porta inferi*, hæretici, vel dæmo-
nes, vel peccata, *non præualebunt aduersùs eam.* nam *thronus eius sicut sol* in prosperi-
tate, *& sicut luna* ingruente nocte aduersitatis, *& testis in cælo fidelis.* id est, si ira-
tus videatur esse Deus, deponet arcum, & sagittas, & nusquam fluctus peccatorum
obruent fidem. Etiam Deus ipse, vt, sicut par est, colatur, fidei obsequio indigere vi-
Stella 6. detur, & ideo fidei enuntiatoribus vitam æternam promittit. Nam vbi deest fides,
Deus quasi in tenebris delitescere videtur. Rom. 4. *Confortatus fide Abraham dans*
gloriam Deo. Zachar. 12. *Ponam Hierusalem lapidem oneris*, &c. Isaiæ 54. *In momento*
28. *indignatio*, &c. *sicut in diebus Noë.* *Efficacitatem fidei* quis non videt? fidei hostes pro-
Efficacitas fidei. strátos vide, dissipatas acies, profligatos aduersarios. Nónne mons fidei verbo ob-
Stella 7. temperauit? nónne Hierichuntini muri fide personante, & voce per aures ingresså
Stella 8. *corruerunt circuitu septem dierum*?* Visibiles hostes quis exarmauit? quis porrò heroes * Dixi alibi de grano sinapis in verba Numeri.
illos, quos Paulus refert, instruxit, inter quos vnus Samson cæcus, & tenui capillo
in typo fidei victorias omnes comparauit; qui tamen in obsequium Dalidæ capillos
dedit, sicut fidelis vir in obsequium fidei intellectum captiuat. Inuisibiles insuper et-
Stella 9. iam debellat hostes, *non est nobis colluctatio*, &c. *sumentes scutum fidei*, quia fides non
est ex visis, *vt possitis tela nequissimi ignea extinguere*, hoc est, tentationes fidei, & hæ-
resum faces. Nam licèt *iustus vt leo confidit*, hoc tamen animal cùm ad nullius pa-
ueat aspectum, flammam ignis aut accensam facem sustinere nequit, ita fidelis ad o-
mnia interritus non timet eos qui occidunt corpus, lapsum autem in hæresim leonina
Meritum fidei. & generosa conditione pertimescit. *Meritum fidei* grande fore consequens est. fidei
Stella 10. enim Christi iustificatio tribuitur tanquam principio; *credidit Abraham Deo, & repu-*
tatum est illi ad iustitiam: nam licèt sola fides sine gratia & charitate minimè sanctifi-
cet, tamen sicut præclaro illi duci Hispano gloria debellatarum Indiarum datur, et-
iamsi non sine sociis comparauerit, ita licèt ad iustificationes sola non sit fides, ipsi tamen
gloria tribuitur; *iustitia enim Dei*, id est, iustificatio, *reuelatur in ea ex fide in fidem* [a], a Concil. Trid. sess. 6. cap. 8. & Augustinus epist. 105. concipiens fidem ex auditu admouetur in Deum credens, & se peccatorem esse, timet, sperat, dolet.
hoc est, iustificatio, quæ à Deo incipitur. & ideo dicitur *Dei*, cùm anima hac fulta fi-
de mouetur ad spem, in Christo permouetur, inde ad peccatorum detestationem; at-
que adeò accedit ad Deum, quantum recedit à culpa, & inde quasi de virtute in vir-
29. tutem venit ad vitam, & dicitur *iustus ex fide sua viuit*, non tamen sine reliquis so-
Stella 11. ciis eius. Per fidem insuper Deo plusquam per cæteras virtutes subiicimur; hæc est
enim, ex mente Caietani, *angusta porta*, quam iubemur intrare in confessione, vt in-
terpretatur Chrysologus [b], *si en las cosas de la fee a vuestra raçon le pareciere otra cosa*
baxe la cabeza. & fidem ipsam sicut caput custodiendam exponit Rupert. [c] ad illa
verba, *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ:* nam columba non mer-
git caput, ait Ambros. [d] & serpens totum corpus libenter obiicit, vt caput incolume
Stella 12. seruet. Vltimò denique tantum est fidei meritum, vt omnia miracula per manus fi- b Serm. 56. c In Matth. d De baptis.
dei patranda Deus demandauerit, ita vt de ipso Christo referatur, *non poterat ibi mul-*
ta signa facere, propter incredulitatem eorum: nam cùm ad miracula procedebat, ne
tam mirabile opus periret, sicut pictor iam tabulam animæ, vel fide, vel etiam
gratia poliebat, deliniebat, & præparabat, fides scribebat quod postea Christus si-
gno muniebat: quare opus erat fide, antequam signum imprimeretur. Hæc est (ò
puer)

Digitized by Google

puer) tuæ genitricis dignitas & præstantia, quam nullatenus à se explicari posse aiebat Augustinus [a]. Nullæ enim sunt maiores diuitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla mundi huius maior substantia, quàm est fides Catholica, quæ peccatores homines saluat, cæcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles iustificat, pœnitentes reparat, iustos augmentat, Martyres coronat. Quam etiam vt coleremus, & semel agnosceremus, Christus ipse videtur in Apoc. c. 1. cessisse Ecclesiæ splendori & fidei, vt semel ex notis illis, quas ipse gestabat, cognita omnia illa in Ecclesia Catholica splendere ostenderet. Quamobrem inexcusabilem fecit errorem tam Iudæorum, quàm hæreticorum, vt benè notauit Chrysologus [b]; nam primùm duodecim veræ fidei, & veræ Ecclesiæ, in seipso signa deprompsit. Quid enim poderis, seu vestis talaris byssina sacerdotalis indicabat, nisi purissimum atque castissimum Dei cultum in Ecclesia? Quid zona aurea ad mamillas, nisi auream legem pectus ipsum adstringentem amore? Quid niuea & veneranda canities, nisi antiquitatis gloriam ab origine mundi*? Quid oculi flammantes, nisi lynceam mysteriorum penetrationem? Quid pedes ex ære candenti, nisi terrenorum despicientiam? Quid vox aquarum multarum, nisi grauissimam Catholicæ doctrinæ auctoritatem? Quid gemmæ annulorum Christi stellis persimiles, nisi sacerdotum amplissimam dignitatis gradum? Quid gladius anceps ex ore prodiens, nisi mirabilem verbi diuini efficacitatem? Quid in facie lux Solis fulgentissimi, nisi mundi illustrationem, & Catholicum splendorem? Quid innuit impositio illa manus, qua Ioannes à limine mortis reuocatur, nisi diuinæ potentiæ dexteram, admiracula salutaria? Quid vox illa, *fui mortuus, & ecce sum viuens*, nisi Martyres premi, non opprimi, & ex abysso persecutionem gloriosè emergere? Quid claues mortis & inferni denotant, nisi morientium in Domino triumphum de morte & inferno? Vidisti tuam matrem, modò verò qualiter erga ipsam se gerant filij, qui fidelium nomen merentur, edisseram, vt inexcusabiles sint infideles. *Si tunc orbem totum toto virtutis suæ fulgore radiasset* (Christus) *& sustulisset tempus fidei, & nihil aduentus sui reseruasset ad gloriam. Verùm virtutum suarum sic temperauit insignia, vt & diuinitatis suæ manifestaret indicium, & credendi documentum plenissimum largiretur, & excusationem callidæ infidelitatis auferret; sicut hodie Magorum & Centurionis,* (de quo Luc. 7.) *ad Christum accurrentium iamiam eloqui videtur exemplum.*

a De verbis Apostoli, serm. 38. & serm. 1.

b Serm. 102.

Ioan. 4. 23. Ibid. 15. 12.

* Eusebius lib. 1. Hist. cap. 4.

30. Magorum adoratio.

31. Vera mater fides.

Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes virgâ ferreâ. Crede iam Ecclesiam veram esse matrem fidelium, ait Andreas Cæsariensis [c], & S. Methodius Martyr [d], quem ipse citat. *Hæc autem parturit & regenerat, hominésque crassos & animales in cælestes & spirituales transformat.* Quòd autem sancta mater colenda sit, & credenda, ex Euangelio ostendam: nam cur, quæso, Christus Dominus speciali correptione Thomam obiurgat, cùm ad discipulos venit, cùm reliqui Apostoli & discipuli, etiam tardi & increduli extitissent: nam si Thomas videre & palpare voluit, hoc sine dubio & reliqui voluerunt, cùm ad illos ait, *palpate, & videte*, &c. quòd si Thomas non credidit affirmantibus Apostolis, reliqui etiam noluerunt fidem dare mulieribus, imò Apostoli etiam videntes eum nondum crediderunt, ita, vt ipse diceret: *adhuc illis non credentibus, dixit illis: Habetis hîc aliquid?* Quare ergo Thomæ incredulitas plus cæteris exprobratur. Certè non alia de causa, nisi quia iniuriosus videbatur esse matri suæ Ecclesiæ: eques enim non tam grauiter fert sibi illatam iniuriam, vel filij petulantiam; at cùm quis vxori offensus est, vel cùm filius in matrem insolentiùs inuehitur, hoc intolerabile crimen reputat. Cæteri quidem Apostoli iniuriam fecerant Christo, Thomas verò Ecclesiæ matri, quam paulo antè ipse consflauerat, & Spiritum sanctum dederat, & potestatem, qua posset, qui caput erat, dicere, *visum est Spiritui sancto & nobis*; quia ergo Thomas dicenti Ecclesiæ, *vidimus Dominum*, dissensit, maiori reprehensione dignus fuit, quia matrem non reuerebatur.

c Comment. in Apocalyps.

d Tom. 1. Biblioth.

Simile.

Actor. 5.

Peperit masculum. Parit enim fides Catholica masculos, & viuos filios lucis, vt eleganter obseruauit & scripsit Anastasius Sinaita [d]. *Sola igitur Christi noui Adami Ecclesia dicitur vita, & mater omnium viuentium, & qui ex ea non nascuntur, sunt mortui peccato. Omnes enim reliquæ religiones, quæ sunt in mundo, sunt mortuæ, & matres mortuorum.* At filios lucis viuos edit Ecclesia, & qui ambulant, accedunt, & statim opera vitæ & virtutis exercent: sicut *Magi qui ab Oriente venerunt*; quis adduxit eos? fides, vtique per quam iam ad Christum propiùs accesserant, quod in Centurione manifestius est: nam D. Lucas videtur explicasse D. Matthæum qui ait, *accessit ad eum Centurio*: at Lucas ait, misisse primores ex Iudæis, at ipsum non venisse, *& meipsum* non

32. Filij lucis nati ex fide.

d Tom. 1. Biblioth. in exaemeron.

Luc. 7. Matth. 8

non sum dignus arbitratus vt venirem ad te; quo igitur pacto dicitur accessisse? explicat Augustinus [a]. *Accesserat per fidem. Accedite ad eum, & illuminamini.* Quare Matthæus mysticè loquutus est de accessu per fidem,& passibus non corporeis,sed mentis, & affectus. *Proinde quia fidem Centurionis, qua verè acceditur ad Iesum, ipse laudauit, ipsum potius accessisse ad Christum, dicere voluit prudens Euangelista, quàm illos, per quos verba sua miserat: la fee pone a vno mas cerca de Dios que la presencia corporal.* Quod duobus liquet exemplis. Vide in Chananæa. *Sic enim & illa mulier, quæ fluxum sanguinis patiebatur, quamuis fimbriam vestimenti eius tenuerit, magis tamen tetigit Dominum, quàm illa turba, à quibus premebatur: quien pensara que no estaban mas cerca de Christo los que le apretaban, que no esta muger que solo le tocaba ala orla de su ropa?* Et tamen Dominus de ista dixit, *Quis me tetigit* *? & ita iterat Augustin. [b] *Vt enim hæc quo magis credidit, & magis tetigit Dominum, ita & Centurio quo magis credidit, eo magis accessit ad Dominum.* Sic etiam ipse August. & noster cum illo Maldonatus in Ioan. repulsam illam Christi erga Magdalenam explicant: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem.* Quid ais Domine? num poterit ista mulier meliùs te contingere, cùm sis tu apud Patrem? Verùm hoc aiebat Christus, vt mentem excitaret ad fidem diuinitatis, quæ in humana præsentia hærere videbatur: nam & quærebat, & plorabat quasi mortuum, qui verè resurrexerat vt Deus: noli me tangere manu, quæ non tangis fide, ne corporaliter accedas, quæ longiùs es à fide: satius erit vt ibi me tangas, *quando me crediderís Patri non imparem Deum.* Quamobrem facilius est animam à terra ad Christum accedere per fidem, quàm corpore præsentem attingere. Et verò beatiores dixit Thomâ, ipse Dominus, *qui non viderunt & crediderunt, vt in illa fœmina figuraretur Ecclesia de gentibus, quæ in Christum non credidit, nisi cùm ascendisset ad Patrem.*

Locus pro commẽdanda spirituali communione Eucharistiæ fidelibus, qua vnio per affectum fit,& accedit fidei passibus.

a Lib. 2. de consensu Euangelistarum.

* Beda & Abulẽsis sic explicãt locum hunc quæst. 27. in Mat. Beda. Beato Lucæ moris erat, quæ ab aliis Euangelistis omissa vel breuiter tacta cognouerit dilucidare solertiùs.

b In Ioan. 20. tracta. 121.

33\. *Abortiui filij sine operibus credentes.*

Omnes igitur illos, quos vel vera Ecclesia non parit, vel bonis operibus animata & formata fides, abortiuos filios nuncupabis, *comperiuntur enim*, (inquit Andreas Cæsariensis suprà) *abortiui nonnulli, cuiusmodi sunt qui à vera luce, qui Christus est, exciderunt, qui vnà etiam cum vita, infidelitatis mortem sustinent.* Sunt enim sicut dæmones, qui viuunt, & credunt, & contremiscunt (non vero timore) & tamen abortiui sunt, & mortui, quia bonis operibus & gratiâ sunt destituti. *Sic & fides*, ait S. Iacobus, *si non habeat opera, mortua est in semetipsa.* Nam fides ista sine charitate, nec virtus theologica est, nec intellectualis. *Si habuero*, ait Paulus, *omnem fidem, charitatem autem non habuero, nihil sum.* Vnde Bernard. [c] Mortua fides est, quæ non operatur ex dilectione, quasi non habens animam ipsam, dilectionem qua vegetetur, & moueatur ad opera. Vide etiam Serm. 24. in Cant. *Qui diuidis actum*, &c. Hæc igitur duo habet à charitate, & hæc est ratio, quare à Theologis dicatur forma fidei, non essentialis, nec accidentalis, sed metaphoricè dicitur forma ipsius secundùm analogiam ad formam propriè dictam. Vnde Augustinus [d]: Qui rectè amat, proculdubio rectè credit, & sperat; qui verò non amat, inaniter credit, etiamsi sint vera quæ credit: *aborto sin vida, informe con forma de hombre.* Pateat ergo per opera, si fides adest in anima, & si sancta animalia (inquit Gregorius [e]) pennas habent cognitionis, quibus sese in cælestibus librant, habeant etiam manus operationis, & cùm proximi amore se dilatent. Sicut enim abortiuus non meretur nomen filij, sic (inquit Chrysostomus [f]) *non est in gloriosa nominis appellatione fidendum, nihilque prodest vocabulum virtute vacuum.* Quare etiam dæmones filios abortiuos appellare possumus; & ex ipsis sumit argumentum D. Iacobus in hunc sensum: *nam dæmones credunt, & contremiscunt.* Fides diuina necessaria quidem est, vt tu fateris, at in sola fide diuina non sitam esse iustificationem, probo: nam dæmones credunt, id est, crediderunt, antequam damnati essent, & tamen per ipsam non sunt iustificati, hæc enim significatio de præterito frequens est in Scriptura, vt colligitur ex Psal. 63. *In flumine pertransibunt pede*, id est, pertransierunt; sic explicat Nazianz. [g] & P. Arrubal, dignus qui inter hos & alios Doctores referatur. Vel sensus est: Fidem habes, quasi viam salutis ostendat, & bene quidem est; sed in hoc non differs à dæmonibus, nam dæmones credunt, & contremiscunt, id est, etiam dæmones habent eam fidem, per quam sciant viam & media salutis, licèt eam assequi non possint, quoniam pœnas luunt apud inferos; dixerat enim Apostolus paulo ante illa verba,fidem esse quasi ducem ad salutem nostram: per illam namque cognoscimus quæ facere, quæ vitare debeamus; & explicat exemplo illius, qui vult calefieri, cùm sit frigidus, & ab alia quasi manu ducitur ad ignem. *Ite*, inquit, vósque calefacite. hoc etiam modo fides nos

Cap. 2. 16.

1\. Cor. 13.

c Epist. 42.

d Lib. 6. cõtra Iulia. c. 117.

e Lib. 6. Moral. cap. 18.

f Homil. 21. in Gen.

g Orat. 3. de Theologia.

Vide Paëz in Iacob. c. 2. vers. 18.

Digitized by Google

nos quasi manu ducit ad gloriam, ostendendo viam salutis, ac docendo nos; sed hæc
non est sufficiens forma ad iustificationem *, &c.
Fidem verò primi fideles & humilitate & simplicitate manfestarunt, tam Magi 34.
quàm Centurio: de hòc enim Bernardus [a], *Disce*, ait, *in magna fide. verecundiam re-
tinere, disce verecundia decorare fidem, reprime præsumptionem. tened con Dios cortesia, y
mostrad con verguenza vuestro poco merecimiento.* Sponsa enim quæ languebat amo-
re sponsi, cùm venit, ait celerius quàm par esset venisse. *En iste venit saliens in mon-
tibus* [b]. Quid ais? si concupiscenti animo nihil satis festinat, quare celeriùs aduenisse
ais? Respondet, etiamsi per fidem & amorem iuxta se habere cupit, plus meritis ac-
cepisse putat, *non haze tan de la esposa amada, que no le parezca sobrado fauor venir a ella su
esposo.* Hac vrbanitatis specie vestita erat fides latronis [c], *Domine memento mei, dum
veneris*, &c. nolo gloriam citò, quam non mereor, sed crucem, in qua aliquale
opus dignum exhibeam gloriæ, sed tantùm, *memento mei*, quod misericordiam
incitauit, vt ait Augustinus, *quod miseria distulit, misericordia obtulit, vencio la mi-
sericordia, lo que el humil de encogimiento no pidio.* Sicut & Centurioni, *Ego veniam.*
at ille, *Domine non sum dignus.* Origen. *Nihil mirabile in conspectu Dei magnum &
pretiosum, nisi tantùm vna fides. Fiat tibi sicut credidisti. Credamus & nos*, ait Ori-
gen. *Iesum omnia posse, vbique præsentem esse.* Secundò simplicitas in credendo ne-
cessaria est, sicut de Abraham ait Paulus Rom. 4. *Et non infirmatus est fide* (Abra- 35.
ham) *nec considerauit corpus suum emortuum, cùm iam ferè centum esset annorum, &
emortuam vuluam Saræ.* cuius quidem simplicitatem etsi commendet Chrysostomus [d],
nos verò Magorum exemplum ab ipso excipiamus [e]. *Considera etiam hoc loco Ma-
gorum fidem, qui in nullum hìc scandalum commouentur, sed ad cuncta obedientes per-
manent, atque flexibiles, nihílque omnino turbantur, neque ipsi secum disputant, dicentes:
Si magnum quiddam esset hic puer, & potentia aliquid obtineret, nobis adorantibus eius
quid opus esset fuga, occultúsque discessus? verùm nihil omnino tale vel ore proferunt,
vel mente concipiunt. Hoc est enim fidei insigne, vt absque controuersia vlla imperandi
obediant: nec tamen mercedem reposcant obsequij.*
*Et ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & diademata, & cauda eius tra- 36.
hebat tertiam partem stellarum.* Est in potentia draconis deprauatæ voluntatis vis,
qua ad se rapere solet intellectum: illi enim adulatur & lenocinatur, & facilè in er-
rorem inducit. Huc pertinere putat Augustinus [f], hæresim illorum, qui negabant
pœnarum inferni æternitatem, finem aliquando habituram putantes, voluntas enim
culpis & vitiis delinita, & grauitate supplicij formidine & timore perculsa, facilè se-
quitur intellectum, qui eam quietam esse iubet, & quòd liberè amet, & sine timore
fruatur bonis persuadet. *Hoc ipsi suis cordibus suspicantur: dan el parabien de este
bien soñado a sus deseos, y piden albricias de este fingido engaño a su coraçon dañado,
impietatem falsam suis perditis moribus pollicentur.* Alij non solùm vellent voluptati-
bus sine formidine frui, sed omnino iudicij extremi pudorem & infamiam negan-
do subterfugere, quæ ægra voluntas quasi draco trahit tertiam partem stellarum, in-
tellectum videlicet assentientem, sicut ait Nissenus [g], *Odio iudicij tollunt resurrectio-
nem.* Et sicut primum mobile cæteras rapido motu trahit sphæràs, sic voluntas in-
tellectum & sensus, cogitque breuissimè acutissimas secundùm affectionem inue-
nire rationes, *pro eo quod cupiunt & optant, varias cogitationes sibi fingunt.* Patet
hoc in Adonia, qui sicut draco diadema sibi arrogat, & liberè asserit, *Ego regnabo*,
nulla in fauorem eius ratio militabat: nam regis Dauid voluntas pro Salomone de-
clarabatur, & sacramento regio iurata promissio. Ex violentis electoribus vnus aut
alter Ioab & Abiathar ingrati iam regi eius partes agebant, Nathan propheta, Sadoc
summus sacerdos, & vniuersa plebs in contrarium erant inclinati. Vnde ergo tam
asseueranter regnum sibi pollicetur? certè ex voluntate, & desiderio, quod ad se ra-
puerat intellectum. Hinc etiam falsa illa persuasio Iudæorum ortum habuit, nempe;
Nunquid interficiet semetipsum, quia dixit: Quò ego vado, vos non potestis venire; vide
inquiunt Augustinus, & Rupertus [h], cæcitatem intellectus, cupiebant, imò medita-
bantur illi mortem, sed timebant occidere, somniant, & sibi persuadent ipsum sibi
violentas manus illaturum. Vide igitur (ô puer) quanto debeas studio curare, vt de-
sideria tua Christiana sint, & fideli digna, nam si quod cupis, fidei est contrarium, ra-
piet ad se intellectum, & verum reputabit quod voluntas vt delectabile proponit,
& in barathrum hæreticorum delabitur, qui suas cupiditates regulam fidei statue-
runt, vnde credunt quod amant, & cauda turpissima draconis fixa dogmata
orthodo

* Sensus iste est P. Vasquez & P. Ludouici Turriani, quos magistros veneror, & libenter amplector. 2. 2. q. 1. art. 1.

a De gradibus humili.

b Cant. 2. 8.

c Luc. 23. 42. Videndus est Chrysologus, ser. 15.

d Hom. 40. in Gen.

e Ex hom. in Matth. 2. 12. quæ est 8. in Matth.

f Lib. 21. de ciuit. c. 18.

g Orat. 3. de resurrectione.

Ioan. 8. 22.

h Ibid.

De mediis ad Catholicam fidem conseruandam, roborandámque idoneis, vide Busæi viridariũ, verbo Fides Catholica, & alia plurima.

Hæresis turpis origo & portus.

orthodoxæ fidei de cælo sacræ Scripturæ reuulsa, pro modulo suæ luxuriæ & deside-
rij effingunt.

37. *Et raptus est filius ad Deum, & ad thronum eius.* Nam & filius masculus est, & fi-
des diuinâ gratiâ roboratur; nos verò debemus custodire fidem, & quasi infantem
fouere bonis operibus, vt ait Paulus. *Habentes mysterium fidei in conscientia bona.* & 1. Tim. 3.
Chrysost. [a] *Extinguitur lampas hominis, quando fides eius deficit; & quemadmodum*
subducto oleo minuitur lumen lucernæ, sic malus consideratione operum suorum malorum a Hom. 51.
semetipsum confundit. Huc etiam facit illud, quod Angelo Ephesino dicitur, *Prima*
opera fac; sin autem, mouebo candelabrum de loco suo. nam, vt ait Ambros. *fides inexer-* Apoc. 2.
citata languescit, & crebris otiosa tentatur incommodis. Fides ergo & in throno Dei na-
ta, nempe in præsepio, ibi nutrienda est humilitate, simplicitate, fortitudine, & bo-
nis operibus, in quibus tot fulgentibus stellis micante, verissimè de ea canitur, *Thro-*
nus eius sicut sol, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis. Amen. Psal. 88. 38.

VERBVM PATRIS.
Gen. 37. vers. 6.

Audite somnium meum quod vidi: Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrósque manipulos circunstantes adorare manipulum meum.

In Ioseph ab Ægyptiis, & fratribus regio, atque augusto cultu venerato, in Magorum etiam adoratione, futurum NOVI HOMINIS regnum læto præmonstrat augurio.

DISCVRSVS XXII.

1. *Inuidia inuadit aulicos.*

Merita, & gratia sunt inter aulicos perennes inuidiæ fontes veneni cuiusdam immedicabilis, deflendi potius quàm curandi. Bestiæ huius efferatissimæ, & truculentæ, quæ vniuersi salutem ter in discrimen vocauit, turpissima spectacula. describam illud, quod cæterorum velut vmbra est, præmittendo. Odio capitali dissidebant à Ioseph pulchro, & prudenti puero reliqua decem capita fratrum, quæ

Armat fratres inuidia contra Ioseph.

sicut draconis in perniciem innocentis monstrum inuidiæ armauerat, & in eius excellentiam, quam somniauit draco ille teterrimus, excitauerat: licèt enim cælestia erant merita, & gratia non in terris nata, sed cælitus data, ingratus, & inuisus factus est fratribus, & inuidiæ fomes fuit fauor, æmulationis fons, & origo simultatum. Heus duri, & agrestes fratres, quare regnare fratrem renuitis? quare formidatis? adeste animis, & oculis ad cælestia prodigia inspectanda, & in eadem repræsentatione per somnium facta, diuinum esse negotium comperietis.

Regis propria quæ sint.

Prima enim nasciturí regis debet esse proprietas, vt à vobis ipsis, & de vestra stirpe ortum ducat, & natura sit Rex, non electione, quod in primo insomnio significatum est, in quo fasciculum vnum alij eiusdem messis fasciculi venerabundi adorabant: nam qui hominibus imperat, homo sit, oportet, fragilis, eiusdémque farinæ, vt facilè in miserationem inclinet,
Hebr. 5. 1. quod quidem vt certum refert D. Paulus: *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur*; consentiant enim opus est & caput, & pedes, ne si dissimilis formæ, atque materiæ sint, sicut statua Nabuchodonosoris, primo ictu lapidis in nihilum dissoluatur: nam vbi lutei pedes sunt, ruina impendet aureo capiti, & vbi terreum caput est, & pedes aurei, ægrè, & difficilè ab aquis cælestibus defendi possent, & pedes dominium totius regni obtinerent. Cælitus est documentum istud instillatum *Deut. 17.* vbi
cùm de instituendo, & exercitando rege Deus 2.
agit, *Constituam (inquit) super te regem sicut habent omnes nationes.* Prima tamen lex sit, & conditio, vt inter vos natus sit, & educatus, *eum constitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum: el voto alliuo es mio, y no se errara el passino tanpoco; porque sera vno del numero de tus hermanos.* quod si minus percepisti, clariùs proferam; *non poteris alterius gentis hominum regem facere, qui non sit frater tuus;*
magni momenti res (inquit Chrysostomus [a]) a Hom. 10.
quàm perspicuis verbis, & iteratò Deus memo- in Gen.
riæ commendat. Si ergo ex duodecim manipulis vnus diuina gratia venit adorandus, quare obsistitis? quare refugitis? Secunda conditio sit, nempe rex, medicus, & salutator, aut Saluator, quæ conditio non desideratur in fratre vestro:
euentus enim probauit, vt ipse dixit, quòd *pro* Gen. 45. 5.
salute vestra misit me Dominus: quod ita proprium est regis, vt dum ille apud Isaiam regnum recusat, quasi exceptionem peremptoriam ob-
iecit; *non sum medicus: no se vendar vna llaga,* Isai. 3. 7.
ni alegrar vna herida, ni hazer gritar a vn enfermo por rebentarle vn apostema. At verò Ioseph huius artis à puero peritissimus fuit: nam & detulit, & corripuit fratres, & apud patrem accusauit de crimine pessimo, turpi videlicet,

&

Digitized by Google

& obscœno *accusauit fratres suos de crimine pessimo*. Tertia etiam qualitas, & regia proprietas aptissimè conuenit illi; nam panem & annonam prouidere regno, regis proprium est, vt in hoc libro bis repetitum video; nã & Pharao inter dormiendum spicas somniat vt rex, & cùm regia dignitas Ioseph præsagio denotatur, non alio Gen.37.2.

3. quidem, quàm manipulorum somnio: *porque pensamientos tan altos como vn haz de trigo, son presagios de reyno, y de reyes*. Hoc ipsum obiecit

Cap.4.7. ille apud Isaiam, *In domo mea non est panis*: nam prouidentia panis apud regem est, vt mulier illa, quæ cùm filium deuorasset in fame Samariæ,

2.Reg.6.26. dum transeuntem regem videt, exclamat, *Salua me Domine mi rex. qui ait: Non te saluet Dominus, vnde te possum saluare de area, aut de torculari*. Quarta denique conditio regia proprietas est, vt & sapiens sit, & à sapientibus colatur, quam sapientiam in Iosepho à pueritia effulsisse testatur Philo; ea enim cælitus instructus

Psalm.104.22. fuerat, *vt erudiret principes eius, & senes eius prudentiam doceret*, & ad ipsum sapientiores Ægyptij tanquam ad oraculum ibant. Draco nihilominus inuidiæ eius felicitatem interturbare contendit; scio quid agam (inquit Deus) rem ipsam alia clariori visione non in fasciculis posita, sed in cælo, & astris consignata certissimè adstruam, faciámque vt sol, & luna, & stellæ adorent eum. Quorsum Domine inuidiæ flammis materiam subministras, si manipulum fragilem imaginantur, flagrant inuidia, quanto magis liuore isto pessimo æstuabunt, si stellam esse dixeris adorandam? Respondet Deus hoc non vacare mysterio, vmbram esse alterius mysterij, quod operæpretium est prosequamur.

4. *Secundus inuidiæ incursus.* Secundò, ac tertiò prorupit insolens, & effrænata inuidia draconis, quæ aulicos inuadit, & inter ipsos nata commoratur, & salutem mundi iterum, atque iterum in discrimen adduxit. Visa est mulier in Apocalypsi, Ecclesia nempe sancta, nunc recens ex infidelibus, & ex Iudæis facta, quæ nondum Gentilem populum pepererat, sed parturiebat: præcesserant quippe insignia testimonia filium ex illa natum regnaturum, & tres (non minus) reges vna die parituram. Armatur cælum, & munit arcem, ipsámque mulierem ad omnem belli euentum instruit, astra præmuniunt, caput tegit aureis armis, thorace, & oblonga toga sol munit corpus, argenteaque luna quasi columna, & basis firmissima, Mariæ nempe protectio serpentis præuenit

Apoc.12.16. ictus, qui pedes minantur. *Adiuit terra mulierem*, terra insuper in auxilium venit, salutem sibi aduentasse præsagiens. Venit tempus partus, & cùm Herodes sonum, vel somnium audit noui regis, en prodit instar draconis Apocalypseos contra mulierem, & aduersùs filium eius, turbatur, erigit septem capita, & decem cornua, principes nempe, atque sapientes, explicat libros, euoluit Scripturas, & folia Prophetarum, quibus & feruorem mulieris ascendit, & alas addidit, vt summa celeritate Ecclesia ad præsepe peruolet, & deinde per aliam viam in solitudinem regrediatur, hoc est, ad Orientem, & Gentilem populum, hac eadem ira, & inuidia exarsit contra Christum, qui tamen cùm furit, ipse ab Angelo ductus, à Virgine, & Iosepho in Ægyptum perlatus est.

Velim ô crudelis draco, rationi aquiesceres, & hunc infantem verum esse regem efficiam, & omnibus requisitis natum ad regnum. Discursus est Doctoris principis, & Angelici Thomæ [a]. 5. *Christum verum esse Regem efficitur.*

Prima namque proprietas est, natura esse regem: *fuit enim rex, quando natus est ex Deo Patre æternaliter, & rex antequam natus ex Virgine temporaliter*: inter nos natus non electione, creatus sicut Ioseph, quod non tacuit Euangelista, *cùm natus esset Iesus*, & reges ipsi rogant: *Vbi est, qui natus est rex Iudæorum*. Rex enim Franciæ natus, sed non est natus rex; & *Iudæorum* addit, vt inter fratres natum benignè susciperent; hoc enim ipso fratrum animos erigit, quia ex hoc ius ad coronam habere præsumunt: per hoc enim consanguineos effecit, sicut vocat Gallia principes ex regio sanguine, qui vel regnum adeunt, vel solo titulo, & iure honorati viuunt: *mi hermano es rey, esso es ser yo rey*; quam confidentiam, & gloriationem per Christum habere iubet Bernardus [b]; *apparuit benignitas, & humanitas*, &c. *Totum quod dare possum, miserum istud corpus est, illud si dedero, satis est, si quominus, addo & corpus ipsius: nam illud de meo est, & meum est, paruulus enim natus est nobis*. Secundò est etiam ex eadem stirpe, & genere, & manipuli specie, dignitas illi designatur, vt credat; sicut manipulus tritici nihil aliud est, quàm fasciculus laborum, industriarum, & solicitudinum agricolæ in arando, in seminando, in rigando, in purgando, in metendo, & in terendo, & ventilando; ita quidem regnum fasciculus est erectus, & altus ex laboribus, & curis honestis, & in altum sublatis, quod apprimè tenuit pudica mulier Esther, Deum suum alloquens: respiciens enim vel purpuram, vel vittam candidam, quod regium insigne erat, ait, *Tu scis necessitatem meam, quòd abominer signum superbiæ, & gloriæ meæ, quasi pannum menstruatæ*, vt scias (inquit Hieronymus) *quod nequaquam voluntate, sed necessitate portabat, dicens: Tu scis Domine necessitatem meam, abominor illud sicut pannum menstruatum, vel menstrualem*. Vnde præclara illa regis Antiochi apud Stobæum [c] regum miserias deplorantis vox: *O pannum miserum, qui curas tot, & pericula procreas*. Vel, vt Valerius [d] tradit, *O nobilem magis, quàm felicem pannum*. Loquatur Iacob, ad quem cùm nepotes duo Ephraim, & Manasses venditionem petituri accederent, & Manasses, qui primogenitus erat, dextrum teneret latus, prudentissimus senex in crucis signum conformatis brachiis maiori sinistram, minori dextram porrexit manum. Non sic mi pater, non sic, scio quid faciam, ô fili; nam (vt eleganter obseruauit Gregorius Venetus) voluit Ioseph admonere de nomine, quo nuncuparat Manassem primogenitum, errasse nempe: neque enim oportebat nomen obliuionis sortiri, qui primogenitum Ioseph ærumnis & laboribus saturati ferebat; quasi diceret, tu ô fili Ioseph, nuncupasti filium obliuionem, *quia obliuisci te fecit Dominus laborum tuorum*, errasti quippe fili: nam oblitus es manipuli ex laboribus conflati, quibus primogenium tuum consistit, & in quibus gloriosum factum est: ex inuidia enim, & ex puteo, ex venditione, ex vinculis & ex ærumnis factus *es ramus accrescens: la fundacion de tu mayorazgo fue vn haz de trabaxos*. Si igitur iste puer obliuio laborum appellatur, sine maioratu maneat, siquidem nulla clausula fundationis

Margin notes, right column:
a In prologo in comment. epist. Canonicarum.
Matth.2.2.
Reges nos in Christo nostro sumus.
b In illud Apost. Tit. 3.4.
6.
Esther 14.16.
c Serm.47.
d Lib.7.c.2.
Gen.41.51.

dationis de eo mentionem facit, & vult delere memoriam maiorum suorum. minori fratri dabitur honor, sed non sine onere; ipsi enim datur possessio, sed imponitur crux ista brachiorum, vt simul honorem cum labore gestet: nam primogenia terræ adiunctam sibi, & vinculo alligatam referunt crucem. O mi Rex, quàm clara est de te clausula ista; natus enim es ad regnum,
7. natus ad crucem, quod apertè confessus es, cùm in domo Pilati factus quasi fasciculus dolorum rogatus à Præside, *ergo Rex es tu?* respondisti:
Ioan 18. 37. *Ego in hoc natus sum*, ita est, hæc mea voluntas, & Patris fuit, me nasci ad ærumnas, & crucem; igitur si Rex es, imponatur tibi crux, *exiuit baiulans sibi crucem*; quid ais crucem, immo regnum? ita est: nam in idem recidunt crux, & regnum, *factus est principatus eius super humerum eius: à el le costarà bien el ser Rey*; communem enim subit legem, & conditionem Prælatorum, & regum, quam expressit Paulus, *Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos, qui laborant inter vos præsidentes vobis: estimad essos, que lleuan el peso del gouierno.* nam qui inter homines prudentes sunt (inquit Gregorius [a]) tantum onus & refugiunt, & se in domum recipiunt, sicut Saul, *absconduntur quippe se* (ait) *ne inueniantur; quia subire dignitatem refugiunt, cuius oneri se esse impares arbitrantur: habet quippe spiritualis prælatio exteriorem gloriam dignitatis, habet & interioris magnitudinem oneris.* Nostri verò Ioseph documenta loquantur, qui ad regis pincernam proprio muneri restituendum dicit: *Post tres dies restituet te rex in gradum tuum*, id est, in ablatam pristinam dignitatem, vbi
Lippoman. alius ex Hebræo legit, *restituet te super basim tuam*; intellige dignitatem nihil aliud esse, quàm basim quamdam marmoream, quæ superpositum domus superioris pondus sustinet, ac portat, & cùm fratres ad Pharaonem induceret, refert textus *extremos fratrum suorum ad Pharaonem intromisisse*, vbi per extremos plerique intelligunt imbecilliores, & abiectiores. Cur ita facis prudentissime adolescens? respondet Oleaster: Timuit (inquit) ne si rex strenuos, ac nobiliores videret, gerendis reipublicæ negotiis applicaret, quæ strennos exigunt viros, robustos requirunt humeros, cùm maxima secum ferant onera, qua in re fratrum amorem testatur Ioseph erga eos, quos ab huiusmodi laboribus subducebat, & natus debet esse ad tantum laborem, vt opus sit, *cùm natus esset Iesus*.

[Margin: 1. Thess. 5. 14. — a Lib. 4. in 1. Reg. 10. vide etiam longiùs 17. Moral. c. 12. 1. Reg. 10.]

8. *Cùm natus esset Iesus.* Hæc est secunda Regis proprietas sui populi morbos mederi posse, quod de Iesu nostro, dèque eius præcauta peritia, qua saluti Magorum prouidit, eleganter expendit Chrysologus [b]. Probat hanc medici nostri sapientiam Euangelista facto ipso, & aduentu Magorum, simul alludens ad Isaiæ verba: *Deus ipse veniet, & saluabit vos, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet sicut ceruus claudus*: nulla enim maiori ægritudine, & languore corripitur anima, quàm idololatria, nam & lethalis est, & pestis instar serpit, & ab vno in alios grassatur. Contingit autem pestilenti morbo laborantem nec audire iam, nec tactus sensum habere, nec visus, halitus est attenuatus: si petas vt hæredem te instituat, nihil ad rogata respondet, nihil boni tibi potest impertiri; at malum, & ægritudinem solo halitu, si appropias ad os eius, in te refundet, ita vt periculosior sit in te morbus ex contagione adhærens, quàm si ab initio eodem corriperetis morbo. Quid igitur (aiunt Prophetæ Dauid, & Baruch) putatis esse gentium idola, mortales homines, ad quorum capita morbus pestilens raptum fecit, & phrenetici iactauerunt se Deos esse, credunt pagani, & statuis adhærentes morbi contagia experti sunt. *Oculos habent, & non videbunt, aures habent, & non audient, nares habent, & non odorabunt, manus habent, & non palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt.* Psal. 113. 5. 6. 7.
Accedite (inquit Baruch) ad postulandum quid ab eis, & comperient etiam ipsi barbari indignos esse honore, *adhuc enim ipsis Chaldæis non honorantibus ea: aun ellos vienen a caer en la cuenta, que no merecen adoracion.* Quod autem in hoc pessimum, & periculosius est, vt qui 9.
nihil conferunt, morbum in eos refundant, qui adorant eos. *Similes illis fiunt, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis.* Opus est igitur, vt Magos istos diuinus halitus ad vitam restituat, & osculetur eos iterum sponsus osculo oris sui. *Resucitarlos sera mas facil con vuestro aliento Esposo diuino, como lo hizistes con aquella primera estatua.* Ecce igitur signa salutis: nam *ecce Magi ab Oriente venerunt*, iam loquuntur, *dicentes*, iam mentis compotes sunt, *vbi est, qui natus est Rex Iudæorum?* iam vident, *vidimus enim stellam eius*, iam ambulant, *& venimus adorare eum.* O magna medici nostri peritia! ô noua sanandi ars! iam Domine innouatam video artem illam, qua primo homini vitam, & inspirationem insufflasti: nam sicut tunc magnus, & omnipotens ad statuam illam frigidam ore adhæsisti, & indidisti vitam, & sicut Elisæus, licèt vir magnus cùm de suscitando puero cogitat, se in pueri speciem conformauit, puérque erga puerum factus est. Sic tu mi Rex puer prodis in lucem, regiámque maiestatem pueris, & iacentibus in tenebris mortis accommodasti. *Non parum fiducia robur præstat, quòd magnus ille vir Propheta potens in opere, & sermone de excelso monte cælorum descendens visitare dignatus est me, cùm sim cinis, & puluis: misereri mortuo, inclinari se iacenti, contrahi, & coæquari paruo; cæco partiri lumen oculorum suorum, & os mutum oris proprij osculo soluere, debiléssque manus suarum roborare contactu: suauiter rumino ista, & replentur viscera mea, & interiora mea saginantur, hoc contulit semel vniuersitati, hoc quotidie singuli in nobis actitari sentimus*, & in his magis experimur, *dat sentire fideliter, dat proferre viriliter*, dat efficaciter adimplere: oculis suis tetigit meos, interioris hominis frontem *claris luminaribus ornans fide, & intellectu, ori meo iunxit os suum, & mortuo signum pacis impressit; os ori applicuit, iteratò inspirans in faciem meam spiraculum vitæ, sed sanctioris quàm primò: nam primò quidem in animam viuentem creauit, me secundò in spiritum viuificantem reformauit*; hoc enim est proprium huius Regis (ait S. Thomas [a]) suscitare, & in vitam, & regios mores homines reducere spiritu principali plenos; *per me reges regnant*, &c.

[Margin: Matth. 2. 1. Christus medicus noster. — b Ser. 156. — Cap. 35. — Idololatria contagiosus morbus & phrenesis. Simile. — Psal. 113. 8. — Cant. 1. 1. Osculetur me osculo oris sui, suscitari ad vitã gratiæ postulat. — Matth. 28. — Bernar. in Cant. ser. 16. col. 1. — a Vbi suprà.]

Tertia rege digna proprietas panem largissimè prouidere, loco natiuitatis eius exprimitur 10.
in Bethleem Iuda, quæ domus panis interpretatur, quod iam Vates, Rèxque Bethleem cecinerat. *Et erit firmamentum in summis montium: este si que sera buen año, que naceran tortas, y panes*

[Margin: Munificentia & prouidentia annona. Psal. 71. 16.]

panes en los montes, donde no suele cojerse: superextolletur super Libanum fructus eius, vinúmque pretiosum, & abundans erit; quo pacto omnes eum regem acclamabunt, quia (vt bene notauit Chrysost.) multa miracula patrauerat Christus coram populo ante quinque panum multiplicationem: at nunquam de eleuando illum in regium thronum cogitarunt; at quando opulentiam, & largitatem in saturandis turbis intuentur, refragante nemine corona dignum iudicarunt: *in Bethleem Iudæ.*

11. *Sapientia.* Quarta ne desit conditio, en Rex à regibus, sapiens à sapientibus adoratur. *Ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes.* Causam opus est addere, & tantæ nouitatis rationem reddere. Regia adoratio socios non patitur, vocat Rex principem aliquem in maiorem gratiam, & familiaritatem, nusquam tamen in adorationem, nisi cùm ob pœnam peccati, & superbiæ sinitur auream statuam iuxta se erigere, vt Nabuchodonosor, vt à pueris contemnatur, qui auream statuam nolunt adorare: *castigo de Dios à los Reyes, que leuantan de sumano priuados, que los priuan de la adoracion a ellos.* Cur igitur isti reges cùm sint, sic ad pueri Regis pedes prouoluti sunt? Sacer Euangelista vno verbo causam exposuit: *vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum*, eius nempe stellam ab illo missam, quæ non Christo dominatur, sed quæ ab ipso imperatur. Chrysologus [a] vno verbo, *habet, sed non habetur à stella.* Sit ita, verùm in quo nostis hanc esse stellam eius? D. Leo [b] respondet, in nouo, & insuitato splendore, *stella noua claritatis apparuit, quæ illustrior cæteris, pulchriórque sideribus, facilè in se intuentium oculos animósque conuertit.* Igitur melior ratio sapientes vincendi, & conuincendi ea est, dum quis clariùs splendet, & cæteris in sapientiæ lumine præstat: omnes enim, qui in sublimi sunt loco, ab omnibus inspectantur: à paucis autem suspiciuntur, nisi præcipuo, & insuitato lumine resplendeant. Quapropter cùm *in Apoc.* 1. Christus Dominus primos regiæ, & pontificiæ, cælestisque dignitatis splendores mittere voluit, & cùm inter septem candelabra, hoc est, Ecclesias, & Episcopos, causa corripiendi eorum mores apparuit, Solis fulgore facie resplenduit, & septem splendidissima astra in dextra manu gestauit; quia quod in ore splendet, & fulget in opere, verè spectabilem, & venerabilem efficit Prælatum: *no tiene cara, ni manos para corregir sabios quien no les haze ventaja en luz.* Cùm igitur brachium Patris manum extendit diuinitatis, vestitam quidem chirotheca humanitatis; attamen per scissuram chirothecæ adamas huius stellæ emicans sic eorum oculos perstrinxit, sic regiam manum cognouerunt, quæ tam pretioso capillo ornata erat, vt subitò adorauerint prouoluti, etiamsi sapientes sint, diuinam sicut in Ioseph sapientiam æstimantes. Alij putant stellæ specie duxisse illos personam Spiritus sancti: nam licèt in tribus diuinis personis vna deitas, summa sit æqualitas; at ex hoc, quod est procedere vnam personam ab alia, nescio quam curam, & studium ostendit honorandi, & extollendi personam, à qua procedit. loquatur ipse, *Ego honorifico Patrem meum*; cùm igitur Spiritus sanctus & à Patre, & à filio procedat, vtriusque honori, & gloriæ sedulò

Mirabile Regem à regibus adorari.

12.

a Serm. de hac solemnitate.
b Serm. de Epiphania.

Prælucent exemplo prælati.

13.
Ioan. 8. 49.

consulit, vt de illo veritas dixit, *Spiritus paraclitus, quem ego mittam vobis, ille me clarificabit; quia de meo accipiet:* nam in Iordane aderit, in præsepium vocabit pastores, & dum opus sit regiam meam dignitatem in stabulo cognosci, ibidem in forma stellæ reges adducet, & Spiritu sancto afflabit (vt apertè docet Augustinus [a],) non lumen indicasse regem, sed singularem, & insolitum locum, vbi stella erat; erat enim in peregrino loco, aëre videlicet; vnde ipsi Deum in peregrino loco esse autumarunt, & tunc maximè cùm stellam quasi ratione præditam iam sistere, iam pergere vident; vnde Deum in humanis degere suspicantur, *homo natus est in ea.* Alij stellam fidei lumen repræsentare asserunt, qua illorum oculi illustrati margaritam inter paleas perspexerunt: hoc enim habet fides, quæ externa progrediens ad interna, & spiritualia æstimanda penetrat, hæc fides est, quæ in somnio illo Ioseph adumbrata est: ibi enim nec sol oscurabat astra, nec stellæ minus coram sole fulgebant, & tam sol, quàm stellæ testantur Ioseph Regem futurum esse. Ita similiter lux stellæ fulgebat in meridie: fides enim etiamsi lux obscura sit in certitudine præstat cuicumque claritati, & euidentiæ.

Ioan. 16. 14.

a De mirabilibus Scripturæ, lib. 3. cap. 40.

Psal. 86. 5.

Fides spiritualia & interna æstimat.

Vidimus enim stellam eius in Oriente. Ego verò nouam aliam rationem addam, in stella nempe irrefragabili testimonio Messiam filium Abrahæ aduenisse voluit Deus contestatum esse tam Gentibus, quàm Iudæis: ad hoc autem, rogo, non sufficit Domine, felicitatem Ioseph, & primatum significari manipulo inter alios eleuatiori, & qui ab eis adoratur; quorsum inuidiæ materiam ministras in sole, & luna, & stellis adumbrando, quod magis, ac magis commouet fratrum animos? Sciebat Deus quasi puerilia somnia, & somniatam dignitatem æstimaturos fratres primam illam visionem, & nullo fundamento niti, quod asserebat; quid enim manipulus ad regnum? & quis vnquam adorari manipulum viderat, & vnde hæc nata, nisi ex tuo cerebro, quæ scripta, quæ firma testimonia profers tuæ futuræ dignitatis; hoc igitur cùm præsciret Deus, habere apud se testimonium euentus in cælo voluit, vbi firmius erat, vbi nequit labefactari, nec dubitari de regno, quod sol, & astra contestantur; non secus atque cùm scriba publicus in re aliqua vni partium scripta dat iuris alicuius hæreditatis, at in libro scriptum originale asseruat, vt si veritati tenebras offendere velint, neminem latere possit, sed originales tabulæ veritatem testentur: dederat (inquit D. Leo) Synagogæ Deus æternæ veritatis tabulas legis, & Prophetarum ab originali transcriptas, in quibus aduentus, diuinitas, regnum satis manifestè continebatur: at verò præsciens Deus veritati Scripturæ Iudæos obscuritatem allaturos, quid agat? promittit Abrahamo filios quasi arenam maris, & insuper quasi stellas cæli, hánceque Scripturam apud se reseruat, vt cũ putent illi caligine offundere posse regnum Christi, prodeat stella tanquam originalis Scriptura, contestans veritatem promissionis ibi in puero isto iam adimpletam: *ideo Abrahæ progenies multitudini stellarum comparata, vt ab omnium gentium Patre non terrena, sed cælestis progenies speraretur*, & ad credulitatem promissionis affert simul cæleste testimonium, *vt in quo cælum est adhibitum, in testimonium cæli famuletur*

14.

Cur tam Ioseph regnum quàm Christi stellis fuit etiã præsignatum.

Simile.

15.

Leo Pap. ser. 3. de Epiph.

famuletur obsequium: nam cælestes têstes subornari nequeunt, neque corrumpi, *confitebuntur cæli mirabilia tua*, & quæ ibi scribuntur fidelissima, *& testis in cælo fidelis.* Quamobrem apertissimas Scripturas profert Herodes, *& tu Bethleem terra Iuda*, &c. quas cum somnia esse dicit, & fidem Scripturarum abnegat, producit cæleste testimonium originariæ veritatis, vt sciant principes nullam esse tam altam, támque celsam dignitatem, quàm vel mors per debilitatem, inuidia per vim, auaritia per lites exturbare, & labefactare non moliatur; id vnum superest potentibus, & principibus, principatus, & dignitatis scripta, & chartas originarias apud Deum in cælo habere, hæc sunt, quæ diu conseruari possunt, hæc sunt *primogenia eorum, qui descripti sunt in cælis*, quæ non manipulo palearum, sed stellis designata, & firmata sunt, *vidimus stellam eius.*

Psalm. 88. 6. Matth. 2. 6. *In cælo sit dignitas regia vt in terris durare queat.*

16. *Turbatus est Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo.* Quid hoc Regem, cui titulus est serenissimus, recens natus puer, perturbat, & commouet? esto etiam (inquit Chrysologus [a]) quòd Herodes rex amore regni successoris timore coactus sit talia moliri, quare Hierosolyma, quare principes, quare scribæ? quare? quia nasci non vult prophanus Deum, seruus Dominum, iudicem reus, rebellis principem, perfidus cognitorem. Et quare Hierosolyma cum Rege turbatur? quia nempe simili contaminata erat iniquitate; *Hierosolyma varia se contaminatione perfuderat, sacerdotes prophanauerant sancta, & peccata vendentes, in quæstus veniam, pietatémque conuerterant, scribæ doctrinam calestem, scientiam salutarem, vitale magisterium in sensum suum, in perfidiæ lapsum, in lethale vaniloquium commutarant; hinc est quòd Christum nolunt nasci, viuere timent.* Itaque turbatur Rex, sicut cùm quis rapitur repente ad tribunal (vt ponderat Chrysostomus [b]) *videbis grauem peccatorum tumultum, ignem, metum, tempestatem, turbationem*; peccati enim conscientia etiam reges commouet, atque perterret: quid enim magis, quàm tenues digitos manus, speculatus est Balthasar, & subitò pallore, & timore perculsus surgit à cœna tremens, & timens, non tam digitos, quàm malam conscientiam. Matrona etiam, quæ instar Reginæ honore, & tranquillitate potitur, accipit monile, vestem, aut epistolam, & dedit amans amanti signum, tempus, occasionem, & intrat maritus seuerus, concitatus, & subtristis, & antequam verbum proferat, videas albescere adulteram, turbari, tremere; quid habes Domina? dictúmne est aliquid contra te, infensus est contra te maritus? minimè, sed conscientia *vehementer inclamat pro commissis.* Hinc est quòd Cain omnes vt tortores, & carnifices extimuit, cùm dixit, *Quicunque inuenerit me, interficiet me*, & qui sunt isti tortores in mundo? nulli certè præter parentes tuos, *est conscientia* (inquit Chrysostomus) *sunt cogitationes loco carnificum adhibentes, in equuleo suspendentes, latera conscientiæ radentes*; & Ambrosius [c], *Cùm adhuc percussor deesset, ipsa sese iniusti vita cruciabat; offunditur nobis vltrix nostri imago peccati, nec quietum reum esse permittit, semper nobis error noster tamquam malus exactor occurrit, vel tamquam improbus fœnerator conueniens debitorem.* Ita similiter Herodes Idumæus, & omnes tyranni, qui iniustè possident regna, vel à puero, vel à sua conscientia veritatem inclamante timent; quod maximè in hoc mirabile est, vt populus etiam nouitatum amator, & qui à suis humeris tyrannum Idumęum excutere debebat, hic turbetur cum illo? turbatur vtique (ait Chrysologus) quia perspexit velle Deum despicere vrbem, & templum; impij verò non facilè timent, nisi quando ex vna parte proximè impendent calamitates, & ex alia peccata, quibus implicati sunt, indignationem diuinam meritò contra se concitasse: tunc de leui quodam sono, & strepitu belli turbantur; quare cùm vident Magos diuino nutu ductos à stella à longinquis regnis, statim vexatio dat intellectum, & timent id, quod per Isaiam prænuntiatum fuerat; *Ecce leuabo ad Gentes manum meam, & ad populum exaltabo signum meum: leuantare mi mano para hazer señas a la Gentilidad:* & leuabo manum à vobis, & à beneficiis, quæ vobis conferebam: *exaltabo signum meum*, stellam nempe meam, & quæ tanquam mea credatur, & suspiciatur, *stellam eius*, & hæc eadem leuatio manus ablatio erit opis, & prouidentiæ, quam vobis impenderam; timet igitur populus sicut minister domus principis, qui subodoratur principem alium quærere suo substituẽdum loco: *mal caso mayordomo busca mi señor, mañana me diran, que ajuste quentas, y me vaya à mi casa. Redde rationem, non poteris amplius villicare.*

Matth. 2. 3. a Serm. 158. *Conscientia peccati Regem & regnum commouet.* b Tom. 2. ex Luc. cap. 16. concione de Lazaro. Gen. 12. 12. c In Psal. 35. *Hierosolyma cur tan opere timuit?* Cap. 49. 22. Luc. 16. 2.

17. (margin)

18. *Et stella, quæ antecedebat eos*, &c. Intrantibus Hierosolymam cælum stellam subtraxit, luménque amiserunt; quare? erat enim Hierosolymis sacra Scriptura, & lux diuinæ legis, quam tanti facit cælum, vt coram ipsa etiam stellæ lumen nolit affulgere, vt nouerint mortales, qualis, quantúsque honor & sacræ Scripturæ, & Doctoribus deferendus sit. Misit Deus Angelum ad Cornelium Centurionem, cùm illuxit in eius oculis lux prima Euangelij, sed nihil aliud præstitit Angelus, quàm ducere eum ad Petrum, à quo in fidei doctrina instrueretur. Quare, obsecro, tu non erudis Centurionem? nónne præstat Angeli lumen, & disciplina cuicumque doctrinæ? nónne Angelorum est illuminare? ita est; non verò in præsentia luminis Euangelij, quod Angeli, & cælestia suspiciunt maximè. Hoc clariùs educet *Actorum 9.* Venit ipse Christus vt voce grandi leonem Saulum in mitissimum agnum conuerteret, & primis splendoribus oculos, & vna scintilla durum eius cor tanquam ceram liquefaceret, summam negotij, & doctrinæ vno verbo docuit, *Surge, ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere:* nónne satius, & consultius foret, ô summe Magister, vt omnium Gentium Doctor à te primordia, & elementa sugeret Euangelij? minimè (ait) sciant mortales quantus deferendus sit honor illi, cui ego defero, ne superbiant, & desipiant sapientes, qui quantulacumque doctrina, & sapientia prædìti nullum consulunt, neminem præter se adeundum, & consulendum putant, vt etiam deprimat insaniam illarum mulierecularum, quæ vix delitias spiritus degustarunt, cùm ad vnumquodque verbum audias repetere,
19. *secretum meum mihi*, ignorat hæc pater spiritualis, nullam harum rerum experientiam habet. O insaniam! diuina sapientia se summittit, & Scripturis defert in terris, & tuæ phantasiæ, & illusi intellectus cogitationes censuram patrum spiritualium refugiunt, aberrant certè omnes isti:

Matth. 2. 9. *Sacram Scripturam cælum veneratur.* Actor. 9. 6. Isaiæ 24. 16.

1.Pet. 1. 19. iſti: *habemus enim* (inquit D. Petrus) *propheticum ſermonem, cui bene facitis attendentes tanquam lucernæ lucenti in caliginoſo loco*, &c. Mitto hæreticorum ſtupiditatem, qui vix Philoſophiæ placita deguſtarunt, dicendique facultatem, quæ vt probis, & honeſtis virtutis inſtrumentum eſt, ita improbis his, & flagitioſis vitij, & erroris ſtimulus efficitur, qui ad veram, & ſinceram ſacræ Scripturæ doctrinam nauſeant, lumen ſui intellectus, & diuinis oraculis, & ſacris Doctoribus anteferentes, miniméque ſacros vates audientes, & Paulum ipſum dictitantem, *Doctrina mea non eſt ſecundum hominem, neque ego ab homine accepi, neque didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti*; & D. Petrum, *Neque voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines.*

Stupiditas hæreticorum.

Ad Galat. 1. 12.

2 Petri 1. 21. Vide Paëz in cap. 4. Iacobi ſ. 3.

20\. Matth. 2. 11. *Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* Inueniunt inter paleas theſaurum, inueniunt infantem in matris gremio, & cùm ſint ipſi inuentores, nihilominus ipſi Euangelia dant puero, & theſauros aperiunt: ipſe verò puer quàm alacer, quàm exultans, quàm grauis, quámque benignus apparuit; & hæc ſine dubio in cordibus eorum verba dulciſſima infudit. Iſai. 49. 1. *Audite inſulæ, attendite populi, de longè Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei*, &c. *vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.* Quòd ſi ego antequam naſcerer, iam Saluatoris munus obieram, & Ioannem ſanctificaui, à quo, & ab eius parentibus (vt par erat) cognitus ſum; modò ſemel natus tribus aliis fidei primordia, & veram donabo gratiam: nam cùm ego querelam Philip. 2. 16. deferrem ad Patrem, dicens, *In vacuum laboraui, ſine cauſa, & vanè fortitudinem meam conſumpſi; ergo iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo.* Quorſum Pater ſanctiſſime recordatus es nominis mei? quorſum acceleraſti opus redemptionis? quorſum die octauo ſanguinem miſi? en tredecim ſunt iam dies poſt natalem meum, & nullæ mihi occurrunt animæ ſaluandæ; quibus reſpondit Pater: Iſai. 49. 6. *Parum eſt, vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſrael conuertendas, dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ: no lloreis hijo mio, porque ſaluais pocos de eſſe pueblo, que quando le ſaluarades todo, fuera poco para quien vos ſois, y para tan coſtoſo disfraz, como el de ſieruo. Reges videbunt, & conſurgent principes, & adorabunt propter Dominum.*

21\. *Inuenerunt theſaurum.* *Cum Maria matre eius.* Inuenientes theſaurum ſibi arrogant, ſolùm tenentur partem aliquam domino prædij reddere; cùm igitur inuenerint aurum in virginea terra, ſolùm tenentur partem diſtribuere matri ſanctiſſimæ, & Ioſeph. Quare primùm adorant vt Deum, quem ſatis cognouerant, *videntes ſtellam eius* (vt notauit Chryſologus [a]:) aurum itaque offerunt, hoc autem aſſumit dominus prædij Ioſeph ſanctus, qui vt ſponſus terram, & theſaurum poſſidebat: thus itẽ in ſacrificium Deo, quo latriæ adoratio ſignificatur, quam omnis creatura Deo ſuo exhibere tenetur, hoc in matris ſinu, & poſſeſſione manſit, vt filium tanquam Deum coleret, niſi velis ipſos de more Perſarum thuribulos in theſauris ſuis, & ſcriniis repoſitos eduxiſſe, adoraſſe, & ſuffimentis odoriferis cultum iſtum, & obſequium exhibuiſſe, non ſine veſtium, & vaſorum apparatu, quod pium eſt, & dignitati pueri, & ſapientiæ eorum, & præuiæ cognitioni, qua illuſtrati ſunt, conſentaneum. Myrrha tertio loco mortalitatem eius denotat, hanc puer ambabus manibus arripuit; nam qui ab inſtanti conceptionis ſuæ mortis meditatione recreabatur, etiam faſciculo myrrhæ hoc ipſum exteriùs repræſentari voluit, arreptámque myrrham de more puerorum ſtatim ori adhibet, delibat acerbitatem, vt pariter cum dulciſſimo lacte mortis amaritudinem prægustet: tacent ipſi, *Spiritus* 22. *autem ſanctus poſtulat pro ipſis*, & maiora recipiunt, quàm offerunt dona. Rom. 8. 26. Dedit rex Salomon *reginæ Sabba cuncta, quæ voluit, & quæ poſtulauit, & plura, quàm attulerat ad eum*: & inter dormiendum legatum ad eos mittit, *ne redirent ad Herodem.* Matth. 2. 12. Tu ergo (mi Puer) diſce à tuæ fidei parentibus pietatem, fidem, credulitatem. *Exhortatio ad nouum hominem.* Vide qua ratione Magus, *depoſito errore, ſequitur* (inquit Chryſologus [a]) *currit, peruenit, inuenit, gaudet, procedit, adorat; quia non per ſtellam, non per artem, ſed per Deum, Deum ſe inueniſſe humana miratur in carne.* Crede gratiæ Dei, excipe lumen, & inſpirationem auſculta, omnia iſta etiamſi diuerſa gratiæ ſunt Redemptoris: vna enim eſt ſtella gratiæ, ſed ó quàm multiplex: nam ſicut aſtra cæli etiamſi eadem Solis luce colluſtrantur; Aſtrologi tamen diuerſa diuerſis nominibus nuncuparunt leonem, arietem, draconem, vrſam, buccinam, currum, ita (inquit D. Petrus) *multiformis gratia Dei* pro hominum vtilitate in varias ſe ſpecies conformauit, iam leo, vt terreat, iam Rex in curru, vt alliciat, iam caprea, hinnulúſque ceruorum, vt te ad montes gloriæ ducat, iam virgineo habitu ſplendet, vt caſtitatem influat, iam vero ſagittarij arcu iudicij aduentum minatur, vt corripiat. Tu ergo vbicunque lumen affulſerit, veni cum Magis, quære, adora, vota offer, ac denique per aliam viam, alióſque mores ad patriam repete, vbi regnat Deus in ſæcula. Amen.

a Serm. 156. Fas eſt, vt & te nouo radio, ſignifero lumine, ſplendore certo radiare videam, illic natum Regẽ præter mundi legem, præter carnis ordinem, præter humanam mori naturam.

Theſauros offerunt.

a Serm. 156.

Gratia multiplex & varia in ſtella deſignatur.

1. Pet. 4. 10.

VERBVM FILII. *Matthæi 2. v. 1.*

Cùm natus eſſet Ieſus in Bethleem Iuda in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hieruſalem, &c.

Iurgia cum gentilitate, & contendentem Synagogam, ad pacem, & concordiam reuocat, & fœdere copulatas ad præſepe ducit, alteram vt ad ſe alliciat, alteram vt in ſponſam ducat.

DISCVRSVS XXIIII.

ALIQVOD nefacinus tantum, támque difficile aggredi quis poteſt, quàm duarum inter ſe rixantium fœminarum ſedare diſcordias, iræ flammas extinguere, reſtinguere odia, compeſcere verba, pacem conciliare? apud quas nec vim lex, nec ratio poteſtatem, nec prudentia locum, ſed omnia iræ incendia 1.

Rixa duarum fœminarum ſuper ſponſo Synagoga & Eccleſia gentium.

 clamores,

clamores, & violentæ occupant manus? Et quid insuper si qualibet suæ minuum fidens formæ litem super sponso, vtri earum in matrimonium locandus sit, excitaret, vel Salomon, vel Deus ipse pacem inter eas constituere poterit.

SVMMA REI ATQVE DISCVRSVS. Duæ illæ fœminæ, quæ eundem sponsum, & Saluatorem præstolabantur, Gentium mater, & Synagoga Iudæorum lite, & odio implacabili dissident hodierna die, cuinam recens natus sponsus competat? Litem istam deferunt ad regiam curiam, in qua Rex coacto omnium iurisperitorum, & sapientum concilio, eorum decisioni minimè acquiescens Herculeo ense rem, causámque iurgiorum prædicere tentat, vitam puero tollens, & sponsum, Prophetásque, & Scripturam de ipso agentes tenebris offundens, sed frustra: alter enim imperator, qui nostris, & orphanorum præest causis, causam sibi, atque sententiam ferendam auocauit.

2. Prior Synagoga, litterarúmque peritior Scripturas profert, & testimonia refert, quibus per Oseam sponsalia verba, promissionémque contestatus fuerat, *Desponsabo te mihi in sempiternum*; suámque mihi insuper expressam misit imaginem, nihilo dissimilem ei, quæ in puero isto resplendet, *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus*; signa quidem notissima, non tam accidentia, quàm substantia; est enim candidus per diuinitatem, rubicundus per humanitatem, qui præsigni forma, & gratia omnibus præstat, excellitque, *vt sit ipse in omnibus primatum tenens*, meum vtique voco, meum appello dilectum: hoc enim pignora ab illo accepta dicere, & sperare iubent. Cùm enim die quadam me ad primam fidem reuocare vellet, veritus ne alienis adhærerem diis, hæc mihi verba omnium Doctorum iudicio sponsalia, immo nuptialia dedit, *Saltim amodo voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ: llamame Padre; porque te miro como hija, llamame escudero de tu doncellez, à quien diste primero la mano para salir de casa de tus Padres.* Et ego acquieui, dedi manum quasi sponso, dixítque: *Trahe me post te*, & ego te libenter sequar. Et dum causa ad tribunal deducta est, simili casu rem probo, legem cito, textum affero, secundùm quem contra regem sententia lata est. Nónne iniquum esset vnicam pastori ouem surripere? ita (inquit Dauid.) En igitur Iudæa ouis est vnica, Deus Pastor, immo sponsus est, qui nihil habebat,

3. *præter vnam ouem paruulam*, vnam dixit, me vtique designando, *vna est dilecta mea*, & Septuaginta, *agna mansa, y amable paruula*; quia nupsit Deo, cùm vix nubiles expleuisset annos in monte Sina, *quam emerat*, videlicet; quia magno sumptu, & expensis de Ægypto eduxerat, induxerátque in domum promissam: tunc enim tanti faciebant homines mulieres, vt summo pretio à parentum domibus eximerent: modò verò sic (immeritò) viluerunt, vt etiam bene dotatam, & data insuper pecunia vix vnam à vestra domo pellere possitis, *quam nutrierat*: nam de pinguedine terræ, & de rore cæli assiduis prouentibus locupletem, & delitiis saturatam effecit. Septuaginta addunt, *quam reseruauerat*, quam omni custodia, omnique munitione, & vallo circundedit; sicut vineæ, turrim, torcular, *& sepem circundedit ei. Simul de pane illius comedens, & de calice bibens, & in sinu illius dormiens: tandem erat illi, sicut filia: no hauia pan partido entre los dos, digalo la mesa de los sacrificios*: & in sinu vnius Dei, eiusque cultu dormiebat, ablata omni dolorum superstitione. Quid de te igitur sentient homines, quid obtrectatores iactabunt, si me modò deseris, vt lapidum, & lignorum cultricem ducas, & ames: iam enim zelo tangor, iam suspicio cor meum subiit, iam fama percrebuit te alteram duxisse. *Oleum effusum nomen tuum; es fama, que estais desposado con ella, pues andais oloroso, oliendo a Dios encarnado: propterea vnxit te Deus, Deus tuus.* Ex quo etiam fit, vt tui nominis fragrantia allecti populi Gentium ad te confluant, reges venerabundi veniant: redolet enim diuinitatem iste tuus aduentus, repulsam timeo, sed neque cedere volo, nec spem abiicere obtinendi causam.

Gentilitas non dissimilia, nec leuiora affert testimonia, ea præcipuè verba, in quibus de futuro desponsasse illam videtur: *desponsabo te mihi*, quæ verba non de Synagoga agere, sed de Gentili populo norunt viri docti, nec vnus contrarium opinabitur: licèt enim gratiam istam Dauidi iurasse videtur, *iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam*, &c. subdit tamen conditionem: *si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea, quæ docebo eos*, quam cùm ipsi non impleuerint conditionem, Deus etiam fidem suam liberasse putat; quare, vt videre licet, eò deducta est regni successio, vt sceptrum hodie Idumæus teneat; minimè filius Dauid, neque Sionis. Verba item Prophetæ, quem pro se allegauerat, contra ipsa retorqueri possunt; nam dum ageret de Gentili populo, vt magnus Hieronymus [a] declarat, nec non & Tertullianus, & maximè D. Paulus, prædicit Gentibus vnum caput, vnum eundémque regem: *& erit numerus filiorum Israel quasi arena maris*, populus nempè Israël, *ex conuersis Gentilibus, & ex decem tribubus conflatus erit innumerabilis, & congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibimet caput vnum, & ascendet de terra, pullulabit: crecera, y cundira en toda la tierra; quia magnus dies Israel; este dia sera el mas celebre de todos*; in quo ex more Scripturæ alicui maximo labori, aut infortunio finis datur: finitur ergo idolorum cultus, & diuisio duorum populorum; immo consentientes iam inter se populos præuidens ait Propheta, *Dicite fratribus vestris*, nempe Gentilibus, *populus meus: que es possible, que somos ya todos herencia de Dios? Dicite sorori vestræ*, gentilitati, *misericordiam consecuta? la que no entraua en quentas con Dios ha alcançado misericordia?* ita verum est, *dicite*, gratulamini illi de sponso, & de misericordia, & fide. Longum esset has duas allegantes fœminas auscultare.

5. *Cum natus esset Iesus*, id est, vix natus sponsus, cùm primùm pedem in terras intulit, nostra mortali carne tectus, dum ecce inter se super sponso puero certant duæ fœminæ. Prima gentilitas elatiori voce clamat, *Paruulus natus est nobis: para mi es el recien nacido.* Contendit vocem Synagoga, *filius datus est nobis: mio es el hijo de Dios.* Clamat gentilitas, *paruulus nobis: para mi es el Dios hombre*; iterat Synagoga, *filius nobis*, minimè gentium Gentibus, sed *nobis, nobis*: conciliant Angeli pacem, pacem canentes, *& in terra pax hominibus*, tacete fœminæ, adest

Marginalia: Osee 2.19. Declamatio Synagogæ. — Cant. 5.10. — Coloss. 1.18. — Ier. 3.4. — Cant. 1.4. — 2. Reg. 12.3. — Cant. 6.8. — 2. Reg. 12.3. — Cant. 1.3. — 4. Declamat gentilitas. — Psal. 131.11. — Ibid. 12. — a In Oseam. — Osee 1.10. — Celeberrima dies in qua idolorum cultus profligabitur omnino. — Osee 2.1. — Matth. 2.1. Nona contentio. — Isai. 9.6. — Luc. 2.14.

Ephes. 2.14. adest pax nostra, *qui fecit vtraque vnum*, & duos in vnum iunget populos: frustra tamen pacem constituunt; nam hæc fauorem Regis postulat, Herodem concitat: illa ad reges confugit, & tres ab Oriente ducit; certe alio opus est Salomone ad lites, easque sedandas, quod ita verum est, vt in illo Salomonico iudicio hodierna lis fuerit adumbrata. Nota est historia duarum fœminarum altercantium, vtra earum viuum superstitem filium allatura esset; quæ enim minimè mater erat viuentis, *diuidatur* clamabat: *ni à mi, ni à ti sedè, sino partase*: nulla miseratione frangebatur. Altera verò, quæ vera mater erat, puerum diuidi prohibet, quin potiùs integrum dari postulat, ne filius pereat, pro ista sententiam dixit Salomon, vt integer daretur filius. Ait igitur Synagoga: Soror gentilitas tu assueta es puros colere homines, ego verò purum, vnúmque Deum; Deum verò hominem factum nec adduci potero, vt credam, nedum adorem. quòd si dirimenda lis est, vel homines cole, vel purum Deum; at hominem Deum absit,
3. Reg. 3.26. *nec mihi, nec tibi, sed diuidatur.* Contrarium respondet credentium Ecclesia, vel tu suscipe integrum, vel mihi adorandum concede, at diuidi nunquam patiar. Pronunciat sententiam diuinus Salomon, *Date illi*, nempe gentilitati, *infantem viuum*, qua faustissima, & optatissima sententia gestiens lætitia, & exultans clamat gentilitas, *Nobis, nobis filius, nobis paruulus, natus nobis, datus nobis, & vocabitur: y serà admirabilis, consiliarius; de milagrosos consejos, Deus fortis: el gran Dios vencedor: Pater futuri seculi: Padre del siglo de la gracia.*

6. *Ira implacabilis Synagoga post repulsam.* Infausta ista sententia, furiosa, & inflammata mulieris Synagogæ ira duo (duce dæmone) contra Christum meditatur. Herodis primùm animum solicitat, & ad vindictam concitat, qui vt quærat infantem, incredibili feritate omnes pueros in Bethleem necari iubet. Secundò instat adhuc per se, & per hæreticos in diuidendo puero, *diuidatur*; alij enim Deum esse negant, alij verum esse hominem non credunt, vt omnino veri Regis in duabus naturis nati ius, & coronam auferre, sin minus, obscurare valeant.

7. *Cognoscitur Christus post rixam fœminarum.* Irriti tamen in hoc dæmonis fuere conatus, quia vnde tenebris offundere mysterium conatur, inde veritas eius clariùs eluxit: omnibúsque vtraque in Christo natura, vna personalitas, voluntas duplex, mirabilísque illa œconomia Dei, & hominis innotescit. *Simile.* Venit matrona nobilis cum filiabus ad institoriam tabernam, postulant fasciculos aurei fili sibi afferri, dantur in manus aurei fasciculi, illæ vt nouitiæ in acupingendi arte, quid filum aureum sit, nondum cognouerunt, in quo cùm vident fila serica cruda subesse auro, sensim diuidere, & separare pergunt, & hæc tollit sibi sericum filum, illa verò aurum. Sistite (ait mater) omnino enim ignoratis, quid aureum filum sit: quod ita nuncupatur, etiamsi fila serica in se contineat; serica enim cum auro eiusdem pretij sunt, si-
Christi vnio. ne sericis enim aurum nec extendi, nec intorqueri, nec subsistere posset in multis, quæ de illo fiunt: igitur pende mihi fasciculum integrum, ego aureo pretio omnino soluam. Prodierunt iam olim in orbem ambæ sorores, Gentilitas, & Synagoga, quærere Deum
Act. 17.27. (vt inquit Paulus) *si fortè attrectent*, vna quidem puros homines, crudámque, & huma-

nam naturam solummodo colere docta. Altera verò purum Deum in templo adorare erudita, dum ecce in plenitudine temporum Pater æternus in manus misit aureum fasciculum Verbi incarnati, stupent super mirabili vnione naturæ; hæc stultitiam vocat, scandalum illa, & paulatim vnaquæque soluere aureum funiculum tentat, ego adoro Deum, ego hominem, 8.
ego aurum, ego sericum filum, *diuidatur, diuidatur.* Hæc dum videt cælitus instructa Ecclesia mater, sistite (inquit) erratis enim, & ignoratis Christum. *Omnis spiritus, qui soluit Dominum* 1. Ioan. 4.3.
Iesum, ex Deo non est: vox enim ista *diuidatur*, vel Iudaica est, vel hæretica, contra quam Ephesina Synodus diuina instructa sapientia, & authoritate hostes huius veritatis profligauit, vnúsque omnium nomine Cyrillus [a] veritatem vnionis adstruit, atque confirmat. *Cur Deus homo, eodem simili explicatur.* Est igitur in aureo funiculo mira cum Christo conformitas; opus enim erat, vt diuinitas extendi posset, & in crucis speciem conformari, quod longè aberat ab auro diuinitatis. Quare opus fuit carnem assumere, & sustentari à diuino supposito; ex duobus autem vnus resultat Christus, funiculus quidem, qui difficilè rumpitur: quo fit, vt cùm iam diuinitas ad se traxerit humanitatem, extendi possit, & pati dicatur, & sanguinem fundere, atque peccata delere, tantique pretij sunt humanitatis actiones, vt verè diuinæ quoad valorem reputentur; sicut & serica fila cruda auri pretio, & eodem pondere penduntur, sudórque Christi, lacrymæ, & sanguis à diuinitatis auro infinitum valorem sortitæ sunt. Quamobrem vbi putarunt malè doctæ gentes, & Iudæi Christum diuidere, atque destruere, veritatem vnionis illustrarunt. & hoc nobis Epiphaniæ nomen manifestat, est namque festum manifestationis Christi, quem quasi funiculum aureum gentilitati tradit, vt publicam (etsi nolint Iudæi) fidei professionem agat Christi, Dei, & hominis. *Edite, edite pia animalia* (inquit Chrysologus) *æterna vitæ cibaria non diuidentes in frusta, non potest enim edi Christus, & diuidi, integer à credentibus sumitur*; & dum ipsi non tam verbis, quàm muneribus, & sacrificiis fatentur, Dauid mysteriū, & gratulationes concinit: *magnus enim* 9.
est dies Iezrael. Fundamenta eius in montibus sanctis, &c. agit de natiuitate Christi; vt notat Græcus Scholiastes. *Memor ero Raab, & Babylonis* Ioel. 2.11. Psal. 86.1.
scientium me. ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic; cùm ego memoro ciuitates, omnes quasi cadauera prætereo iacentia, Ibid. 4.
& obliuioni mandata; sileat Ægyptus, & Babylon, Memphis, & Tanais non memorentur: Gazę, Azoti, Ascalonis, & Tyri memoria non sit: nam si de regibus ibi natis gloriantur, nunquid sine gloria manebit, & sine rege Sion? *Nunquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea? De Sion no se dirà hombre, y hombre hà nacido en ella?* rogabúntque externi reges, *Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum?* Ibid. 5. *Homo & homo Christus.* Matth. 2.2.
Angusta est cum suis Augustis Roma si cum Sione, immo cum Bethleem ciuitate componatur, nec de Imperatoribus glorietur vbi Maria sanctissima de Redemptore *homine*, & *Deo* gloriatur, & vt litem dirimat, Tert. [b] legit, *Deus homo natus est in ea*; & quis est iste homo Dauid? quis nisi *homo, & homo* ille, qui antonomasticè homo hominum dicitur, ille, qui mentem meam rapuit, ita vt omnes hominem istum cogitare, & nihil amplius, putem, *homo, & homo.*

a Tom. 1. Conciliorū in Concil. Ephesino. alibi verba citaui.

b Contra Praxeam.

10\. Alij reges homines cùm sint, diuinos sibi arrogant titulos; hic verò Deus cùm sit, humanos induisse artus gloriatur, *homo, & homo; hombre, y muy hombre, muy nuestro, muy passible, muy sugeto a las miserias humanas.* quo verbo docet, & tranquillat Synagogam, quæ hominem respuebat. Textus etiam Græcus aliud infert mysterium, & sensum inducit: *Mater Sion dicet, homo, & homo natus est in ea*; videtur contemplari puerum Iesum in matris complexu, matri blandientem, atque nutibus, & oculis dicentem: O mater mea diuina. *Mater mea, dicet homo, & homo*, hoc est, matri Sion dicet filius eius, *mater mea purissima.* Insuper etiam mysterio non vacat iterata illa vox *homo, & homo*: nato enim Principe regni hærede, gestiunt omnes, gratulantur, inuicem amplexantur, & præ lætitia plorant, & inclamant omnes, principem, principem habemus; statim nuntij in omnia regna mittuntur. Hæc igitur omnia vno comprehendit verbo Dauid, *Homo factus est in ea*, & communis est lætitia, *sicut lætantium omnium habitatio est in te. Saluator noster* (inquit Leo [a]) *natus est, gaudeamus, nemo ab huius alacritatis participatione secernitur*, Iudæus, & Gentilis, iustus, & peccator pariter lætentur, quia *magnus est dies Iezraël, sicut lætantium omnium habitatio est in te*, vt liquet ex Euangelij historia.

Text. Græcus, & octo Doctores Athanas. Ambr. August. &c.

Psalm. 86. 7.

a Serm. de natiuitate.

11\. *Ecce Magi ab Oriente venerunt.* Prius dixit Magos, quàm reges, & prius sapientes, quàm potentes, & diuites, vt ostendat (inquit Chrysologus) quid iam puer iste meditatur, Magos, & sapientes confundere, in eo maximè, in quo ipsi, & in ipsis dæmon gloriabatur: sicut cùm vir fortis, & robustus temerè irrumpentem videt in domum suam hominem proiectum, & barbarum, ense districto ait intra se: Itáne in domum meum audax fuisti, ego te eodem, quo ingressus es ostio, turpiter regredi cogam. Intrauerat in orbem idolorum cultus per magiam, & inanem sapientiam, aberrauit orbis à Deo, per sæculi sapientes: at puer iste dum moliebatur illi suam desolationem, videt Magos venientes. Hò (inquit) *ecce Magi*, opportunè veniunt hi, per quos dæmonem, vanumque Deorum cultum de mundo propellam, *iamque videns credere se* (ait Chrysologus [b]) *& non discutere mysticis muneribus, confitetur thure Deum, auro Regem, myrrha esse moriturum, vt deuoto placaret obsequio, quem curioso, & importuno incesserat, & offenderat instituto, atque implet illud, Æthiopia præueniet manus eius.*

Matth. 2. 1.

Venit Christus confundere magos & sapientes. Simile.

b Serm. 160.

12\. *Ab Oriente venerunt.* Iam à se longè positos peccatores Christus ad præsepe vocat, & appropinquare iubet, etiamsi longè dissiti minus fidant potentiæ eius: ad hoc enim ostentat potentiam brachij sui, nec enim frustrà (inquit Augustinus) filius Dei vocatur Verbum, & brachium: nam licèt in infantia tacet, at brachium otiosum non est, quin potiùs ibi virtutem diuinam ostentat; & in quo manifestat? in reuocando ad se peccatores auulsos à gratia, & longè à Deo in dæmonis ditione constitutos. Virtutem igitur brachij hodierna die manifestauit: sicut cùm prouocant se ad proiiciendam ferream virgam, vel grande saxum iuuenes, lacessitus tacet, & sinit aduersarium, vt conatus omnes in aliquo iactu lapidis effundat, tunc ille metam alterius respiciens redintegratis viribus proiicit longissimè lapidem, aut ferrum, ita vt omnes mirentur, & sciant nullam ita longè posse illi assignari metam, quam non facillimè ipse transgrediatur. Perduxerat dæmon iniquitatem, & cultum idolorum, sicut vidit Zacharias, *in terram Sennaar, vt ibi constituatur super basim suam*, existimans quidem nusquam eò progressuram Dei largitatem; at Puer noster denudat brachium suum coram Gentibus, & arrepta stella, quæ Solis rotam excederet, in Gentes orientales mittit, pauent omnes, & brachium Dei in ludo esse suspicantur, & ad omnes venisse, *his, qui propè, & his, qui longè*, vt ad spem vocet peccatores, nullam illi metam fugiendo posse præfigere, quam sua clementia, & bonitas facile non superet; nullus ita à Deo elongatus peccator, qui à Dei brachio superari, & trahi non possit. *Longè* (inquit Dauid) *à peccatoribus salus; quia iustificationes tuas non exquisierunt*, veruntamen, *misericordia tua multa.* carent Hebræi superlatiuis, sed sensus idem est, *Por mas, que se alexen, y mayores sean sus peccados, mucho mayores son vuestras misericordias, mas tirareis vos la barra para saluar, que ellos para peccar.*

Venit Christus ad præsepe peccatores etiam longè dissitos.

Simile.

Cap. 5. 10.

Dan. 9. 7.

Psalm. 118. 155.

13\. *Hierosolymam.* Quàm parui fecerunt aulam regiam, curiámque vniuersam, nec de inuisendis palatiis, & templo curarunt, extra hæc omnia erat, quem animi eorum auidissimè perquirebant. Simile quid refert Hieronymus de eis, qui fama Titi Liuij ducti confluebant Romam, eius eloquentiam audituri, *ab exteris nationibus in vrbem veniebant, & quod quærebant extra vrbem erat*: extra curiam enim, & aulam viri spirituales multa æstimanda sciunt, ideo Magi, qui explere desideria sua cupiunt, sciunt in Deo, & extra curiam esse, qui eorum desideria expleat. Huc facit, quod acutè Augustinus dixit, Deum Sadai nuncupari voluisse: *el abastado*, qui sibi sufficiens est. Sed quis credat hæc? ideo (inquit Deus) curabo, vt semel cor humanum expleam vel delitiis, vel consolatione, vel interna suauitate spiritus: aliter enim non credet mihimet sufficientem esse, nisi aliquando experiatur satietatem, & saturitatem à me accepisse. Quapropter obserua (inquit Augustinus) vt tantum possis capere, & gustare Deum, ingens, & amplissimum vas cordis præparare oportere, quod per amorem Spiritus sancti præstat. *Vis implere cor, præpara cor, vis vtrem implere, extende illam, dilatant desideria cor.*

Multa æstimanda sunt extra curiam maximè viris spiritualibus.

Consolatio spiritualis.

14\. *Vbi est, qui natus est?* Rogant in vrbe, cui addita erat Dei notitia, & omnes ignorant: sæpenumero enim putamus esse castitatem, vbi turpitudo dominatur, colitur vt religiosus, qui longè à religione est, consulitur vt sapiens, qui sibi insipiens est: ita Hierusalem, quæ iactabat se religionis, & sapientiæ magistram esse, minus quàm Æthiopes nouit de suo Messia, & prius migrat in Ægyptum, quam tyrannus Herodes subodoratus sit.

Deus putatur esse vbi non est propter peccatum.

15\. *Vidimus enim stellam eius, & venimus*, &c. Pulchrum verbum, statim ac vidimus cæleste lumen, iter arripuimus, nec solùm in cognitione mansimus, sed ab illa ad opera, & sedulitatem progressi sumus. Mirum sanè hoc curiosis, & aulicis contigisse, & multo magis regibus; comparantur enim optimè à Dauide limacibus, *Sicut cera, quæ fluit, auferentur: supercidit ignis, & non viderunt solem.* Variæ sunt loci versiones, quas alibi expendimus; communior est, *Sicut limax,*

Sedulitas in inuestigando Christo.

Psal. 57. 9.

qui

qui dissoluitur, & liquescit: nam limax semper ad radium Solis caput exerit, cornicula duo extendit, & liquescere videtur eius calore: at semper intra suam testam manet, semper in suis fæcibus hæret: sic aulicos ad vehementiorem vocem diuinam, ad radios inspirationis, & diuini fulgoris videas attentissimos; sed ô quàm citò desistunt, nunquam ab illa domo, nunquam à suis fæcibus excitantur, gaudent splendore stellæ, sed tardissimi sunt sicut limaces. O vani, & proterui mortales! Scitote (ait Dauid) quòd stella non tam menti, quàm pedibus promouendis prouidit, *lucerna pedibus meis verbum tuum*, præcedat tanquam fax, vt dirigat tamen gressus, cauete ne discedat à vobis, si sedulò quod iubet, explendo non incumbitis. *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento*; non frustrà vermes adhibentur, vt scias, quoties per puncta, & ad momentum non obsecundas voci diuinæ, auxilia in vermes, & morsus conscientiæ conuertuntur, & manna illud delicatissimum si in alium differs diem, statim vermibus scatet. Quare meritò inter reges vnus gloriabatur Dauid, post acceptum primum diuini luminis splendorem statim ad Deum venisse. *Praueni in maturitate, & clamaui*, vbi aliqui putant legendum, *praueni in immaturitate*, & Chaldæus vertit *in aurora*; Septuaginta verò, *adhuc in tenebris*, vt sit sensus: Non ego sic altè, & in meridie dormio, ordinem inuertens diei, & noctis, sicut mos est aulicis, nec vitæ conuersionem in diem exitus reseruaui, sed in prima lucis aurora ad primam diuinæ gratiæ illustrationem maturandum esse gressum ad Deum duxi. Et Ambrosius [a] premit hæc eadem. *Præuenit ætatis maturitatem quisquis in adolescentia positus senilem grauitatem induit, & iuueniles annos veterana quadam continentia regit, feruorémque virentis corporis in cana morum maturitate componit: nam quid prodest si effætum corpus voluptatibus, & iam senectutis gelu frigidum ad sera deuotionis officia conuertas?* Quare sicut pastores dixerunt, *Transeamus vsque ad Bethleem, & videamus hoc Verbum*; vbi textus Græcus habet, *transeamus iam, seu proficiscamur iam: que hazemos, en que nos entretenemos?* nullas patitur moras tale nuntium, ita Magi iustitiæ fontem anhelantes volant, & veluti cerui ad fontem aquarum currunt, *vidimus, & venimus*; quare hæc Deo maximè placent, quæ Clemens Alexandrinus [b] annotauit. *Quemadmodum patres, & matres lubentiùs vident equorum quidem pullos, boum vitulos, leonum catulos, ita & vniuersorum Pater eos diligit, recipit, ac defendit, qui in nequitia non inueterascunt, sed in initio vocationis ad ipsum accedunt*: vnde intrantibus Magis canit Ecclesia, *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum: trabedle, trabedle becerrillos, trabedle gamos ligeros; vox Domini preparantis ceruos: de essos gusta Dios.*

Lumen menti datur & manibus & pedibus.
Psalm. 118. 105.
Cant. 1. 11.
16.
Psalm. 118. 147.
a Serm. 9.
Luc. 2. 15.
b 1. Pædag. cap. 5.
Psalm. 28. 1.

17.
Matth. 2. 3.
Consilium ad negotia salutis quærendum.

Turbatus est Herodes, & congregans omnes principes. Nunquam vnum ex sapientibus in consilium vocauerat ad piè euoluendam sacram Scripturam: nunc verò ad peruertendam congregat omnes, vt suæ vtilitati prospiciat; perinde tibi, ô diues, contingit ad negotia salutis, per quadraginta annos non Theologum, non pium religiosum adiisti, sed quasi causam derelictam deseris; ad lucra verò excipienda, ad palliandos iniquos contractus, non vno contentus omnes consulis, omnes euoluis libros, omnia fatigas ingenia, *congregans omnes*, vt inter tot capita aliqui in diuersas sententias distrahantur; ita vos hæretis iniustis pactionibus, & emptionibus, quia vnus ex auctoribus subrancidus ducentis retro annis impune nescio quam scripsit claustralem Theologiam, errauit fortassis ille, erras tu, errat consilium, & peris in aliena conscientia, & in scientia supina, & crassa. Herodis autem ignorantia non tam supina, quàm affectata est: rogo enim te Herodes si minus credis Scripturis, quia Idumæus; quare euoluis illas? si credis, quo pacto subterfugere, aut vitare putas, quod in eis testatum est? eò iniquitatis, & cæcitatis venit peccatoris conscientia, vt lumen intellectus obscuret. Quis sapientia illustrior intellectu Salomonico? hic tamen cùm certus esset Ahiam Domini Prophetam designasse, & obtulisse regnum Ieroboamo ex Dei decreto; nihilominus *cogitauit Salomon interficere Ieroboam*; successorem perimere cogitas, vbi est sapientia, vbi mens? aut minus assentiris Dei nuntio, aut si credis, certè obscurato intellectu diuinas posse eludere cogitationes putas; mitto insaniam vestram, ô peccatores, mitto vos ad Herodem insanientium, & delirantium ducem, qui cùm eludere diuina decreta audet, illuditur à Magis.

Ignorantia supina & affectata.
3. Reg. 11. 40.

18.
Præsentia Dei terret Principes & Reges.

Turbatus est. Terrena, & temporanea non solent ita perturbare cor regis, qui superior omnibus est; conturbat autem eum præsentia supremi numinis, Dei videlicet in terras descendentis, cui omnes reges deferunt, & in eius conspectu timent, & tremunt. Collige hoc ex illa mirabili visione Ezechielis *cap. 1.* * in qua currus machinam regni significat, quam Deus de throno suo regit, ac moderatur; reges autem sub throno positi sunt, & sub firmamento sub specie quatuor Cherubinorum; quia non regna solùm, sed reges Deo subditi sunt, & eorum corda mouet, & gubernat actiones; ne tamen putent vel Deum abesse, vel non esse illi deferendum, vel aliqua sine eius prouidentia agi, certis interuallis personabat imperialis vox de throno, vt suprema eius innotesceret potestas, qua regna regit, & ea quócunque vult transfert. Vnde opportunè annotauit Nazianzenus [a] voluisse Christum nasci in tempore descriptionis mundi per Octauianum, vt & corriperet regum auaritiam, & superbiam, & se non abesse putarent reges, sed in medio Deorum esse, eorum iudicando opera. *Quid autem sibi vult hæc ratio, sanè, nisi me sententia fallit, eos, quibus huiusmodi munera commissa sunt, admonet, Deum semper maximis rerum administrationibus interesse, & quidem vt descripteres pudore quodam afficiat, tum demum commoneat, carnem assumit, & cum hominibus versatur.* Hæc igitur præsentia supremi numinis terret Herodem, etiamsi thronus sint cunabula, & pannis inuolutus adhuc versetur; quid erit cùm ad iudicandum venerit *in sede maiestatis sua?*

* Ibi P. Mald. Credendum est Prophetam nullum ænigma proposuisse, quod non verbis, aut reipsa non declarauerit. Vnde non aliunde, quàm ex ipso elicienda est interpretatio figuræ, & ille repetit eam cap. 10. v. 1. & v. 15. & v. 20. Cherubim etiam vocat animalia, & ex eo constat reges esse; nam & reges Cherubim vocari consueuerunt. Ezech. 28. *Tu Cherub extentus, & protegens*, & v. 16. &c.
a Orat. 9.

Diligenter didicit ab eis tempus stellæ. Hoc vnum saltem ab Herode discere oportet; diligenter enim Astrologiam discit, vt non secundùm astra, sed contra stellas, & carũ cursum, & concursum agat. *Discit igitur* (inquit Chrysologus [b]) *stellam non venisse à genesi, sed à genitore: mandato, non fato: non à computatore, sed ab auctore; non quæ daret ortum, sed quæ sustineret accasum; stellam non legiferam, sed signiferam; non*

19.
Matth. 2. 7.
Notandum per mortificationem contra inclinationem & infaustum stella.
b Serm. 157.

dominantis dominam, sed ancillulam seruorum. Et nihilominus putat quia stella est, se posse contra illam agere, & vim inferre non astris solùm, sed & nouæ stellæ, quæ cæli manifestat auctorem. Discamus igitur ab Idumæo isto saltem vanam Astrologorum, quam iudiciariam partem vocant, contemnere, & enixè contra astra conari, omnia enim hæc paruipendit ambitio, vt suam extorqueat voluntatem. Elegantissimi in hoc, & salsissimi sunt Doctores, Gregorius contra Priscillianistas, Fatum (inquit) & astra nobis inducunt, *absit à fidelium cordibus, vt esse quid fatum dicant.* Augustinus, Rogo (inquit) stella ista, quæ in ascensu erat, cùm tu natus es, éstne sub Dei voluntate? si negas eam, quasi Deum colis, & alium insipienter Deum confingis, si affirmas, blasphemiam iactasti? dum putas in cælesti aula ministros esse aliquos diuini numinis, quibus regia stipendia donantur ad hoc solùm, vt ad peccandum cogant, vel

Vanã Astrologiam quam iudiciariã vocant, probant esse Doctores.

Stella non cogit sua virtute.

20\. saltem alliciant homines. Quòd si humanus rex permitteret regno, & corona mulctari, æquum esset. Sanctus Chrysostomus rationem subdit: nam si necessariò obligant ad praua opera, vel Deus, qui indidit eis virtutem, malus est, aut voluit arcere, aut tollere, nec potuit, & impotens est; hoc non est verum: id ergo, quod asseritis, falsum est. Quam rationem si minus percipis, excipe (obsecro) puerorum voces cantantium, decem sunt dominicæ legis mandata. Quibus (obsecro) lata sunt hæc decem mandata? hominibúsne? Si igitur homines stellæ suæ influxum vitare non possent, nónne insipiens esset Deus præcipiens ea mandata, quæ nullo pacto creatura posset obseruare? vel certatim opponeretur stella influens Deo præscribenti, *ne occidas*, in contrarium cogens, *occide? à tu, portu se hauian de poner la estrella, y Dios diziendo Dios no mates, y la estrella diziendo si mates?* Abi peccator ad virtutis, & veritatis scholam, nec mihi in astra tuorum scelerum causas refundas; furiosa potiùs tuarum appetitionum vis est, cui tu obtemperas. fræna, desideria, vim contra vim infer, violentorum enim est regnum cælorum; à nemine enim semel arbitrij sera sub tuo consilio data queit reserari, semper integrum tibi est, dum viuis, bonum velle, malum autem nemine cogente; immo contradicente natura, & conscientia renitente prosequeris. Disce ab Herode stellas contemnere, non eius stultitiam, & proiectam audaciam. Post sacros verò Doctores audi luculenta Senecæ verba [a]: *In nobis siquidem fors nascendi, & educatio nec vitij locum, nec iam præcepti habet, sequentia ordinanda sunt. Contra primas itaque causas pugnare debemus.* Notat insuper Chrysolo-

21\. gus, eis stellam dedisse; quia Astrologi erant, ne quis putet diuersis, alienísque à statu, & munere rationibus salutem sibi procurandam esse, vnicuique sua stella est, sua gratia muneri, & loco accommodata, nec dicat sponsa, *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis*; vbique, & in qualicunque munere, & statu inuenitur Deus stella eius præduce, quæ multiplex est, *& propè est in ore tuo*, & beatos omnes facit in sede, & munere proprio. *Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco, quem posuit.* Augustinus [b]: *In loco*, hoc est, in statu; sicut cùm Spiritus sanctus quærit *mulierem fortem*, ad quid putas, ad bella? minimè, sed ad fusum, ad vigilias; quærit enim mulierem, quæ mulier sit, quærit iudicem, qui iudex sit, quærit fabrum, qui in fabrilibus sit: cætera namque gratia multiplex in illis operatur, & vnicuique pro necessitate datur syderum scrutatoribus stella, iudicibus lex, fabris ars, mulieribus œconomia domus, Ecclesiasticis deuotio, quasi stella diuersimodè dispensatur.

a Lib. 2. de ira c. 22.

Gratia est stella sua cuique Christiano.

Cant. 1.6.

Rom. 10.8.

Psal. 83.6.

b In hunc Psal. +.

22\. *Intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* Peruenit ad sponsum suum cæca gentilitas, quàm attonita stetit ante pueri maiestatem ante tredecim dies nati. Quis tremente m videret Virginem, iam rubore, iam pallore suffusam, quàm attentè attrectat, inspicit filium, ad sinum retrahit. Quis, infantem grauitatem affectare, & auctoritatem ostentare; age mi Princeps, age hominem, repræsenta maiestatem, serena vultum, prætende brachiola, & manus pedésque ad oscula exhibe; da libens manum pueri ô Virgo, in signum obedientiæ osculandam; ne abscondas mi Rex, sicut terreni nostri reges: nouit enim lectissima Virgo aulicis moribus erudita, sponsam esse, quæ manum postulat. Fertur valde notanda esse verba, quæ inter sponsos primò vnus alteri dat. Audiamus sponsam: nam licèt principiò suo insitato splendore ad terram prouoluitur; at soluendi linguas, & lacrymas facultatem concessit, quas deuotio ligauerat, & affectus cordis vincierat: soluunt igitur linguas, & subitò se profundunt in lacrymas. Rex mitissime, infans Deus, amor noster, finis desideriorũ serui tui sumus, tua sunt item regna, quæ quasi à te substituti tenemus, & moderamur, fatemur ingenuè si quid vitæ, 23.
si quid gratiæ, si quid fidelitatis in nobis est, tuum esse donum, omnia tuæ libertati, voluntati, & mercedi præponimus, legati sumus à gentilitate, deprecandi te causa missi, cessent iam odia antiqua, iræ restinguantur; in his igitur comitiis, quæ ad honorem Patris inter mortales cogere, & celebrare voluisti, postulant nostra tria regna per suauissimum lac, quod in tuum dulcissimum os puerperæ huius vbera de cælo plena instillant, quæ pueris gratissima esse solent; vt nobis in tenebris longè à veritatis lumine natis, & in remotissimis mundi regnis positis lumen, quod mortis tenebras propellit, affulgeat, & tanta merita gratis nobis impertiantur, impleantur promissa, compleantur prophetiæ: neque enim à te, nec à puluere isto, & fœno capita leuabimus nostra, nisi priùs à te vocem salutis plenam, & gaudij excipiamus. Illic videre erat infantem clementem iam agere Regem, illic blandè allicientem sponsam, & ore silente hæc in eorum corda suauissima influit verba; *Charitate perpetua dilexi te, desponsabo te mihi in sempiternum, vocabis me deinceps, vir meus, dux virginitatis meæ, non vocabit me vltrà Baalim, & dicam, non populo meo, Populus meus es tu, & ipse dicet, Deus meus es tu.*

Matth. 2.11.

Descriptio pueri in desponsatione sua.

Ierem. 31.3.

Osee 2.16.

Hæc verbis, mox dicta factis cumularunt, 24.
apertis thesauris suis obtulerunt ei aurum, thus, & myrrham. Modò omnino persuasus sum hos verè reges fuisse, non nomine, sed munificentia, & pietate, *apertis thesauris suis*: non enim in aula, & curia Hierusalem aperuerunt, sed dum se inter pauperes vident constitutos; contrarium sequuntur mundani: nam coram diuitibus,

Matth. 2.11.

Vera munificentia.

ized by Google

tibus, & splendidis sua largè effundunt epulis, carrucis, ludis, muneribus, & plausibus, & cùm inter pauperes versantur, vel ministros egentissimos vident, tunc obserant thesauros, nec superest quid pauperibus elargiendum. Alij aperiunt thesauros, vt auibus, & canibus alendis insumantur. insanus sumptus, & irrationalis, si panis pauperi subtrahitur. Audi Philonem [a], *Quanto prastantiores qui non pecoribus suas possessiones depascendas permiserunt, sed impenderunt ad sublenandam egestatem hominum: quanta mayor gloria vuestra fuera señor bechar alhambriento pobre el pan, que no al perro, al papagayo y al nebli? thesauris* id, quod æstimatione dignum est: nam quæ abiicienda, vel cani proiicienda, quid multum si pauperi porrigantur? pretiosa vnguenta, pistica, soluta, & distillata profudit Magdalena, & fregit insuper alabastrum, *thesauris suis*, hos nempè, quos auarè seruas, & euanescent qua minus cogitas ratione, *diues cùm dormierit non sumet omnia*, aperiet oculos suos, & nihil inueniet: *suis*, sua enim obtulerunt, qui poterit dici eleemosyna de alienis, pietas de impietate collecta? Tullius [b], *Nihil est liberale, quod non idem sit iustum*; & addit; *nam qui aliis nocent, vt in alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia, vt si in suam rem aliena conuertant.*

a Lib. quòd omnis probus sit liber.

Misericordia & eleemosyna quo pacto largienda.

b In Verr.

25.

2. Cap. 19.

Alij verò (vt inquit Iacobus) solis verbis pauperibus occurrunt, vel ad suos cognatos remittunt, contra quos Gregorius Papa [c], *Dilectio nostra semper exhibenda est, & veneratione sermonis, & ministerio charitatis*; hæc fortasse adumbrat præceptum illud [d], *Non plantabis lucum, & omnem arborem frondosam iuxta altare Domini*; Deo nempe displicere homines, qui sola verborum prolatione, absque fructu & operatione reperiuntur: vnde Isidorus, *Nos autem circa altare Dei, id est, dominicam fidem, nihil in verbis infructuosum componimus*: nam Deo propriis fœcundæ fructibus arbores placent, ficus, & vitis, &c. qui enim de alienis, vel solis verbis subuenit pauperi, quomodo charitatem habet (inquit Augustinus [e].) vbi charitas est, & qui exigit, dulcis est, & à quo exigitur. *Videmus* (inquit) *vbera vaccarum à grandiusculis vitulis capite percuti, & propè ipso impetu leuare matrum corpora; nec eas tamen calce repellere vitulos, sed si desit filius, qui sugat, mugitu prouocare ad vbera; propterea ergo pauperes repellimus, aut solis verbis satisfacimus, aut ad aliena remittimus; quia charitas Dei in nobis non est.* Vnde D. Leo [f], *Illa ficus nobis cauenda est de sua infœcunditatis exemplo, quam Dominus nihil habentem perpetua sterilitate damnauit.*

c 20. Mor. c. 14.

Vide Naz. oratione de pauperum amore, *nostris, diiisque tagantur*, &c.

d Deut. 26. 21.

e Tract. 9. in 1. Canon.

f Serm. 7. de collectis.

Vide Greg. hom. 31. in Euangel. Chrysost. hom. 11. ad Rom.

26.

Obtulerunt. Liberaliter palàm proposuerunt, neque enim est liberalitas, cùm expectatur honestus vir nocte intempesta, qui nec ad tuam superiorem domum, aut cubile audet ascendere, & vocat ad compluuium, vt suam tibi aperiat nuditatem, imparatum adite, intrate domum eius, & obtrudite numos, antequam os aperiat. *Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios.* Diuites tenaces quercui de monte Basam comparantur; fustibus enim, & ictibus vellicantur glandes, malus autem libentissimè offert, & pansis hinc inde ramis inuitat auidos sui fructus. *Ei*, pauperi, non diuitibus: nam vos datis quidem, sed vicissitudinem expectantes, quo facto rem illustrem tenebris offunditis, quæ dicitur à Paulo, *nec vicissitudinis obumbratio*: Magi verò sua liberalitate ita dies istos honestarunt, vt nemo illustris, nemo nobilis, qui his diebus sine vicissitudine expectatione non multa pauperibus largiatur.

Liberalitas prompta.

Cant. 2. 3.

Iacob. 1. 17.

27.

Aurum; hoc quod plurimi facitis, hoc quod pretiosum, sed otiosum est, hoc quod ab Indis venit, in quo auaritia altiores mittit radices, vt experientia compertum est: aurum, quod natum est ad splendorem, quia filius Solis est; vos quare semel in anno sicut seruo visendi parentem suum facultatem non datis, prodeat aurum ab arca, vt videatur à Patre suo sole, & à Patre luminum, qui condidit, non vt reconderetur.

28.

Thus, & myrrham. Hæc (Bernardus inquit) iam ad delitias obtulerunt, & ad propellendum fœtorem stabuli, & vt myrrha vngendo tenerrimo corpusculo opportuna esset: nam & necessaria exhibere, & quæ ad indulgentiam, debes indigenti, vt collaudet tecum creatorem, qui te in tantis delitiis collocauit. Seruient & hoc fœminæ, quæ catellos alunt, & cupediis replent. *Si comedi buccellam solus: del buen bocado partia con el pobre.*

Iob 31. 17.

29.

Mat. 2. 12.

Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Tali peracta legatione, & oblatis muneribus pretiosis, datóque per fidem collo Christi iugo, repetunt patriam sancti reges: libenter enim adeundi licentiam concessit Herodes; sub pacto tamen redeundi ad eum. Ars quidem dæmonis, qui vobis liberam dat facultatem aperiendi crimina, statuendi proposita, accedendi ad sacras epulas, sub ea tamen conditione, vt ad ipsum redeatis, vel reuertatis per illam viam, vbi ipse occasionis laqueos præparatos habet, æquum erit, ô mi Princeps, vt in deuotione, & officiis sacris perseueres fugiens obuiam fieri tuis peccatis. Iussit Ezechias solemnissimum celebrari pascha, in quo ita cælestibus delitiis, & deuotione delibuti euaserunt, vt surgentes omnes vnà perrexerint ad conterenda, & delenda idola omnia, quæ in regno potuerunt reperiri, *cúmque hæc rite fuissent celebrata, egressus est omnis Israël, & fregerunt simulacra, succideruntque lucos.* Meritò quidem *magnus est iste dies Iezrael*, in quo finis datur idolorum cultui, complentur mysteria, verus Deus manifestatur videndus, attrectandus, & ducendus à sua sponsa, fidem suam liberante, qui dixit: Desponsabo te mihi in fide, in misericordia, in gratia, & in gloria.

Nouus homo fidem Magorum imitetur.

2. Par. 31. 1.

VERBVM SPIRITVS sancti. Ad Rom. 9. v. 6. & 30.

Non autem quòd exciderit verbum Dei.

Quid ergo dicemus? Quòd gentes, quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam.

Digitized by Google

Deum stetisse promissis, meritò in sponsam duxisse Ecclesiam: qualiter ipsa sponsum inuestigauerit, quæsiuerit, adorauerit, tenuerit, ostenditur, persuadetur.

DISCVRSVS XXIV.

1. DE nihilo res est? ne minimum quidem refert? conqueruntur, & expostulant Iudæi fefellisse Deum fidem datam, & verbo suo non stetisse, res ita sordida, atque deformis, vt neque terreno regi obiici possit. Reges etenim verbi sui, & promissi ipsi debent iudices esse, & testes: nam si fidem frangunt, ad quem iudicem poterunt vocari, nisi ad tribunal pudoris? ideo regis verbum quasi magnum sacramentum reputatur: diuinum autem verbum ita certum est, vt *veritas* nuncupetur. Sed dum hodierna controuersia inter duas fœminas versatur, & matrimonialis est causa, quænam illarum sponsum tollet, Synagoga, an gentilitas? in re controuersiis implicata producantur scripta, loquatur Dauid, qui nuptias istas peregit, & cantauit, accedat scriba Isaias, apud quem transacta res est, exploremus, stetteritne Deus promissis, nec ne.

Arguitur Deus fidei non seruatæ.

2. Isai 4. 1. Caput, & rei principium ita se habet, *apprehendent septem mulieres virum vnum*, tanta virorum paucitas erit in Israël, vt septem mulieres, hoc est, plurimæ, vni homini litem excitent, quámnam earum ducturus sit. Omnes vnum virum Messiam Deum, & hominem desiderabunt, eiúsque ambibunt nuptias, non minori studio, quàm à iuuene amoris impatiente ambiri solent nuptiæ fœminarum, tantòque excitandi familiam, & propagandi desiderio flagrabunt, vt cùm opus sit, & munus viri, de ornatu sponsæ, cibo, & nuptiali sumptu curam gerere anteuertent illæ curam istam, dicentes nolle diuitem, nec impensas vllas agentem, *panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur*; *ojo à esta palabra que està aqui el punto de todo este pleyto.* Obserua verbum istud; hoc enim rem omnem, causámque continet. Itaque affirmant nòn esse opus cupedias, & bellaria, neque cœnam prouideat: *que le perdonan las rosquillas, y confitura*; nudum & sine pallio ducent libentissimè, *tantummodo* hac sola adhibita conditione, *inuocetur nomen tuum super nos: con solo llamar nos de tu nombre, nos contentamos*; *sicut vxores Lamech*, & sicut filiæ Moab, & sicut apud Gentes Caia, Lucia, Publia, à viris suis Caio, Lucio, Publio nuncupatæ sunt: sicut etiam in Canticis à Salomone Sulamitis, id est, Salomonia, *la Salomesa*, sicut à Pacifico, Pacifica, *vel quasi pacem reperiens*; & vt clariùs res agatur, *aufer opprobrium nostrum*, ignominiam minimè ferendam Israëlitis infœcunditatis. Hoc idem gentilitati obiiciebatur, *& quæ non habebat filios*, hic finis nuptiarum, & hoc nomen honestum nuptiis pręteximus probrum per filios à nobis auferre, *vt nemo nos despiciat*, sicut sponsa dixerat, *sed deosculer te*, hoc est, nubam tibi, & ducam quasi sponsum.

Caput discursus. Isai. 4. 1. Cant. 8. 10. Isai. 4. 1. Cant. 8. 1.

3. Petitiones istæ, & diuturna desideria Deum à domo sua expulerant, qui quasi occupatus, & nimis intentus erat in educendo populum suum de Ægypto, typum huius mysterij, & vocationis Gentium; & quia dignam domum suæ maiestatis præparabat: nam in principio tanquam recens sponsus angustam illam domum Iuda habitauit, vbi pater suus Dauid vitam degerat: nunc verò fastidio esse cœperunt tantæ domus angustiæ, *notus in Iudæa Deus, & habitatio eius in Sion*, & crescente numero familiæ, amici dictitabant, *Dilata locum tentorij: ad dexteram enim, & leuam penetrabis: ay està essa Roma, y essas Indias, romped la pared de la discordia, y hazed casa digna de Dios*; igitur dilatare domum meditatur: in hoc autem tota lis est, eius æquitatem, & ius examinemus. Ait Dauid:

Typus nuptiarum Christi & Ecclesiæ exitus de Ægypto. Isai. 54. 2.

4. *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius.* Statuit apud se Deus amare, & sponsam ducere, in qua re difficilia superauit, maria diuisit, cippos fregit, fores reserauit, catenas disrupit, sibi iter, & populo pandens, *à fuera, à fuera, que sale el Rey abodas: iter facite ei*, inimici quidem, & fumus euanuerunt, quidam vt cera liquefacti sunt, *sicut cera à facie ignis*; iusti verò Regis famuli pasti, poti, ditati, alacres conuiuiis accubuerunt, *& iusti epulentur: no faltarà pan en la boda.* Hoc idem scribæ regij Isaiæ testimoniis stabilitum & promissum est, *In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria: dize que se obliga à venir Iesu Christo, y hazer vn dia alegrissimo de bodas: & exultatio his, qui saluati fuerint ex Israel*, vt neque exitus de Ægypto, nec reditus de Babylonica seruitute huic lætitiæ queat comparari.

Psalm. 67. 1. *Nuptiarum comitatus.* Psalm. 67. 3. Isai. 4. 2.

5. Promittit primùm. *Deus in loco sancto suo, Deus, qui inhabitare facit vnius moris in domo.* Patrem futurum esse pollicetur: *sera hombre de su casa* *: & numerosam prolem generabit. Vatabl. Efficiet, qui liberis carebant, habeant amplissimam familiam, atque gentem vagam, & quæ nullam certam sedem habebat, in ampla sede collocabit, in monte coagulato, & secum faciet vnius moris, & instituti socios, quasi sponsus dilectam sponsam vnius instituti, vnius sanguinis, vnius Baptismi, vnius nominis, & familiæ: *llamaranse de Christo Christianos, y yglesia.* Hoc ipsum testatum reliquit scriba a: *Erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis*; quasi dicat, hoc peraget sponsus, qui germen dicitur (actiuè) germinare faciens: *no seran esteriles las bodas, como el grano de trigo en el tallo del clauel de hazer arrojar, y arraygar*, & plurimos filios generabit, *& florebit, & germinabit Israel, & fructus terræ sublimis*: vocans Hierusalem, hoc est, Ecclesiam, *sublimem*, in qua domum, & sedem fixit, filios adscripsit, *sanctus vocabitur omnis, qui scriptus fuerit in vita in Hierusalem*: nam & sancti vocati sunt primi fideles, & scripti in libro dicuntur quasi fideles Christiani; fidelium enim nomina apud Hebræos in censum, seu catalogum referebantur *Isai.* 13. & Scriptura domus Israël non scribentur, hic dicebatur liber vitæ apud Hebræos, seu viuentium; quia vita functus statim de illo tollebatur; quare deleri de libro vitæ nihil aliud est, quàm mortem subire, Moyses, *dele me de libro viuentium.*

Psalm. 67. 7.

* Nomine *domus* familia, & numerosa proles significatur, Exod. 1. *Ædificauit Dominus domos obstetricibus.* Et Ruth 4. Rachel, & Lia ædificauerunt domos Israël.

Sponsi qualitates & dotes. a Isaiæ 4. 2. Ibid. 27. 6. Ibid. 4. 2.

6. Secundò non parua difficultas erat in ornanda, & componenda sponsa: nam si eam in Ægypto contemplamur, luto fœdatas manus habent, si in Babylonia, squalore pænè consumptas, si Gentes, colunt idola, & in pagis, seu

tentoriis degunt, sicut Cedar enses: occurrit tamen Dauid, nouam ex parte Dei obligationem promittens, *Si dormiatis inter medios cleros,* &c. Licèt versemini inter inimicos, inter tripodes nigri, & fœdati, licèt humi cubetis,& agresti cultu horridi, intonsi, & callis plenis manibus, sicut de Issachar Septuaginta legunt, *factus est vir agricola*, qui dicitur *habitare inter terminos* afflictos, sic & squalentes, ad argenteum* candorem, & aureum reclinatorium ex mediis cleris educam, & assimilabo vos albis columbis Palæstinis, hoc est, inducam candidis, & byssinis indumentis de more sponsarum. *penna columbæ*, id est, sicut pennæ columbæ dealbabimini: *nam dum discernit cælestis reges super eam*, id est, super hoc; nam carent neutro genere Hebræa. *Quando el abastado, el fuerte, el robador se resuelue, y trata de honrar à los humillados, y grosseros Gentiles. dum discernit*, dum Gentem variè vexatam cultu, & religione sordidatam, elegerit ad sponsæ dignitatem, *niue dealbabuntur in Selmon*. ater ille color, & idolorum cultus, facies fusca, & tenebrosa, non secus atque mons Selmon, qui ater est, atque horridus, fiet candida, atque illustris, non secus atque mons idem
7. Selmon, cùm niue conspersus est *in Selmon*; *en la sierra carbonera los pondrà como nieue en la obscuridad illustres. Aunque este su esposa* sub arbore malo *nacida en el campo en vna choza como pastorcilla (que las chozas las fundauan en vn arbol)* etiamsi inueniam puellam in materni sanguinis volutabro sordidam, & proiectam excitabo, & dicam, *viue*, abluam meo sanguine, ornabo donis, ad thalamum proucham. Hoc ipsum transcripsisse videtur Isaias, *Si ablueris Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem laueris*; *mas que se obliga el señor à componer la nouia, a enjugarle las lagrimas*: squalorem, luctum, & abiectionem tollere, etiamsi sanguinem mittat, etiamsi ad colendam faciem lacrymas fundat; *aunque le de arreboles con su sangre, agua de rostro sus lagrimas, al fileres espinas, passamanos clauos, ropa, y basquiña, la purpura de Rey de casa de Pilato, aunque sea menester ensaldarse, y lauar los pies à sus discipulos*: sic plena admirationis est obligatio ista, vt cùm ad illam referendam peruenisset Dauid, iussit scribæ, vt hæc verba subscribat, *In spiritu iudicij: assenta escriuano, que quando Dios haga esto, està en su juicio, que no està fuera de sesso* Quòd si adhuc incredulus sit, dices pronubum esse amorem, *& in spiritu ardoris: el Espiritu santo se encarga de hazer essa lexia en el baptismo*, aquam lacrymarum, vnguenta in confirmatione, cæli panem, quo nutriatur, & omni ruga, & macula purgetur vera, non sophistica pulchritudine ab interno spiritu sanctificante, *in spiritu ardoris*, vt abluat, extergat magna vi, quod altè in nostris visceribus inuoluerat.

8. Tertiò comitatus Deo dignus promittitur, *currus Dei decem millibus multiplex*, &c. nec deerit in traductione ferculum, & genialis currus, ego portabo populum, & Ecclesiam meam in humeris meis, & quasi sponsam magnus suscipiet comitatus cum facibus, & plausu, præcedet stella, cantabit Angelorum chorus carmen istud, *in Sina in sancto*; *elo al desposado*, *alque alla en el Synay se desposò con su pueblo, sacarà hachas, y estrellas nueuas. ascendisti in altum*, ipse ascendere faciet in currum, & triumphare faciet, qui in captiuitate dæmonis detinebantur; hinc videtur accepisse Paulus illud Ephes. 4. *Ascendens in altum*, &c. ducens redemptum populum in domum suam, non aliter, quàm à sponso solet cum plausu deduci sponsa in cælestem Hierusalem. *Accepisti dona in hominibus*, non deerunt dona à sponso comparata, quæ in turbam possit effundere: *lleuarà colacion, que rapartir para alegrar el passeo*; sicut in Canticis repræsentatur, *Comedite amici, & inebriamini charissimi.* Hoc idem pariter scriptum refert Isaias, *Et creauit Dominus super omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus est nubem per diem, & fumum, & splendorem ignis flammantis in nocte: super omnem enim gloriam protectio*, ne memineritis antiquæ illius nubis columnæ igneæ deserti, neque illius tabernaculi, *creauit Dominus: criarà Dios noche nueue, estrella nueua, milagros nueuos, yglesia nueua he de hazer. creauit*; quia in Hierosolymis imparati erant, & omnino nuptiarum immemores: *no esperauan al Messias, y bien se vee en el poco aparejo*; erant enim, sicut describit Ieremias, *Perdam (inquit) ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ, vocem molæ, & lumen lucernæ: vi haura tamborino, ni ruido de bodas, ni hachas, ni lamparas, ni ruido molinillo para adereçar colacion: creabit, todo sera menester hazerlo de nueuo.* Cuncta renouanda, noua mater, noua natiuitas, famuli noui, cantica noua, nouæ faces, noui reges, noua munera, *& super omnem gloriam protectio**, præparabo peristromata, thalamum, & velum suspendam: *yo por ne el toldo, y hare el tabernaculo*, sub quo nuptiæ celebrandæ sunt: *yo les hare sombre, porque no se me asombren*; ego enim meridianam lucem cum nocturna luce stellæ contemperabo; fidem certissimam cum obscuritate coniungam: hoc enim genus beneficij meæ matri quondam præstiti, *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi* [a].

Quartò in vrbem ingressus vtpote faustissimus, ita etiam Deo tribuitur perficiendum palatium amplum, Ecclesia Catholica, vna, sancta in tribu Benjamin, hoc est, in sinu Dei, in requie Dei. *Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, Regis mei, qui est in sancto* [b]: *vieron nuestros padres (dize Dauid) y veran los venideros, no ya el arca, que lleua a la Ciudad mia*, vt liquet ex 1. *Paralip.* 15. & 2. *Par.* 1. *sino a vna Virgen, que trahe a Dios en sus braços.* vbi peruenerit in hunc locum, ecce vniuersa Hierosolyma per omnes fenestras prodit ad prospectandos reges, & Magos, nouam gentem te Regem suum inquirentes, *Regis mei: mio de mi casta. mei*; nam iste alter non est meus, sed alienigena, intrusus, & tyrannus: *qui est in sancto*, illum dico, qui fundabit Ecclesiam, & requiem animabus largietur, *ibi Benjamin in mentis excessu: alli seran los amores, y regalos de Dios: Benjamin inter humeros morabitur*, Septuaginta, *obumbrabit ei: se desposarà con la yglesia*: etiamsi sit *Zaguir*, Hispanè *Zaguero el postrero*; licèt postremus sit populus, & nouissimus Gentilis populus, erit in amore primus. Hoc ipsum non tacendum putauit, *& tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem, & absconsionem à turbine, & à pluuia: todo el acompañamiento parara en la casa de Dios la yglesia santa*, hîc sponsam suam amplectitur, hîc pacem ori dabit, hîc amoris ecstasis, hîc gaudium illud incredibile,

Psalm. 67. 14.

*Caret neutro Hebræa lingua, vt Psalm. 8. *propter hanc in altum regredere*, & Psal. 118. *hæc me consolata est*. & paulo post, *hæc facta est mihi, vnum petij à Domino*, id est, vnum. *Sponsa ornamenta.*

Cap. 4. 4.

Spiritus sanctus pronubus.

Comitatus. Psalm. 67. 18. Deut. 32.

Psal. 67. 19.

Cap. 5. 1.

Cap. 4. 5.

Noua & mirabilia in nuptiis Christi.

9. Cap. 16. 9.

Isai. 4. 5. * Hæc vox *protectio*, quæ in Hebræo est, & thalamum significat, vt Psalm. 18. *Sicut sponsus procedens de thalamo suo*, & pro velo

10. sumitur, quod supra nouorum hominum capita suspenditur, cùm nuptiæ celebrantur, quod vmbræ nomine explicatum est Can. 2. *sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi.* & Luc. 1. *obumbrabit tibi.*

a Luc. 5. 35. *Ingressus & plausus ciuitatis.*

Benjamin Zaguir, el Zaguero.

b Psalm. 67. 25.

Matth. 2. 10. le, *gauisi sunt gaudio magno valde*: ibi Benjamin in mentis excessu; vult Herodes suscitare sponsam in sinu dormientem, prohibet diuinus sponsus, *nolite suscitare dilectam, donec ipsa velit.*

11\.

Synagoga repulsam deflet & expostulat.

* Verba D. Pauli sunt, Rom. 9. v. 6. & 30 *nō autem quòd exciderit Dei verbum*: quid ergo dicemus quòd gentes, quæ non sectabātur iustitiam, apprehenderunt iustitiā: iustitiam autem, quæ ex fide est; Israël verò sectādo legem iustitiæ (id est, seueram) in legem iustitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus legis: mo. tuis.) offenderunt enim in lapidē offensionis, sicut scriptū est, *Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & omnis, qui credit in eum, non confundetur.*

Cùm igitur Synagoga videt alteram suum arripuisse sponsum, alteri adhæsisse Deum, ecce lis, & controuersia, Deum asserit promissis non stetisse, nec fidem liberasse; diuus verò Paulus * tamquam vtriusque partis iudex arbiter electus fidem Dei, & verbum non fefellisse probat; *non autem quod exciderit Dei verbum*; quamuis Iudæi contradicant, ipsique à fide, spe, & salute exciderint: *aunque ellos tengan mal pleyto. non tamen excidit verbum Dei*: nam diuina pollicitatio non sanguinis cognationem, sed fidei coniunctionem cum parente Abrahamo spectat, cùm verbum Dei (vt est apud Tobiam) nunquam excidat, ipsi exciderunt à fide Abrahæ, & à vero nomine Israëlis, quod significat videns Deum: *ellos nole supieron mirar con ojos de fee. Quid ergo dicemus?* (inquit Paulus [a]) *que se respondera aloque oy vemos? quòd Gentes non sectata iustitiam in iustitiam Dei peruenerunt*; qua ratione hoc factum est? *Israel verò sectando iustitiam*, id est, legem in opinione sua iustificantem; quare? *quia non ex fide: porque les faltò estrella, y se estuuieron mirando libros, y no alçaron los ojos*, ad fidem Christi venturi non attenderunt, quæ vna poterat illis prodesse, sed spem suam in suis illis cæremoniis collocabant. Quare item? quia (vt vidisti suprà) apertè asseruit se adamare Messiam, etiamsi nudus, & sine pallio ad illam veniret, solo sui nomine contenta, vt vidit illum paruulum in antro, & in præsepio collocatum, offendit in lapide Christo, vt notauit D. Augustinus [b]. *Ve Iudæis, quia cùm iaceret humiliter Christus, offenderunt in eum. non est* (dicunt) *homo iste à Deo.* insane, *iacet lapis, & ideo rides, sed cùm rides, cæcus es, cùm cæcus es, offendis, cùm offendis, conquassaris, cùm conquassatus fueris*, illo modo iacente, *postea veniente desuper contereris*, sicut prædictum erat [c], *Qui ceciderit super lapidem istum, confringetur; super quem verò ceciderit, conteret eum: aqui iace la Synagoga, de baxo de la piedra Christo* *; & in eodem puncto vox nuptiarum personat, & rogans intra vrbem sponsa, *Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum.*

a Rom. 9. 30.

b Serm 40. de verbis Domini.

c Matth. 21. 44.

13\.

* *Aqui queda sepultada la Synagoga debaxo de la piedra Christo, y de su obstinacion, tratase de todas: ecce Magi.*

DIVISIO DISCVRSVS.

Sicut summa fuit in Ecclesia prudentia Christum quærendo, & colendo; sic summa in Herode insipientia dum illum non quærit, & postea dum quærit ad perdendum eum, illos imitemur, fugiamus istum. Primò enim sapientia, & sagacitate mirabili inuestigarunt natum Deum, scientes in eo consequendo vitam, & salutem sitam esse. Secundò magna cum diligentia, periculis, laboribus quæsierunt. Tertiò semel inuentum adorant reuerenter. Quartò subseruire curant impensè, & perseueranter, quæ quatuor attributa huius obsequij sponsus diuinus in libro suarum nuptiarum decantat, & celebrat.

14\.

Cant. 1. 1.

Multum interest Christum inuenire.

Ecce Magi ab Oriente venerunt. Principio quanti intersit animæ Christum inuenire referat eius expostulatio, *osculetur me osculo oris sui.* Quid ais sponsa, quæ audacia, quæ vrbanitas? sic repentè venis ab Oriente fauorem istum, & blanda oscula poscens? nouit optimè sponsa, quantum referat, & expediat Christum inuenire. Quod vt ponderemus, obserua, nulla re magis indigere hominem, quàm vita, & salute: hanc autem Deus apud se habebat repositam, *& verbum erat apud Deum, in ipso vita erat*; Ioan. 1. 1. transfudit autem Pater vitam, & salutem in fragile vas humanitatis nostræ, & quæ erat apud Patrem ab initio, iam annuntiant pastores, designant sidera, cantant Angeli, & odor vitæ vsque in Orientem diffusus penetrauit. D. Augustinus & Remigius: *Quoniam omnes, qui ad Dominum veniunt, ab ipso, & per ipsum veniunt, & nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum.* Putas ne ô homo tuis meritis in religionem, in fidem vocatum, & chrismate sancto insignitum? minimè, sed misericors iste Deus odorem filij sui suauissimum ad nares animæ efflauit, quo Deum nosceret, ita vt non quærat, sitne Rex Iudæorum, *sed vbi est*; nunc verò excusationem demus sponsæ nimium audenter oscula postulantis: *como señora sin mas, ni mas pedis a Dios esse fauor?* Respondet; *quia meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis*, qui tam effusè, & largiter ambrosios amoris, & vitæ exhalat odores, qui redolent diuinitatem, & de vase in vas, de cælo in terram transfunditur; perinde est ac si ramum pendentem proponat, quo admoneat, hîc vendit vitam, & salutem, & hoc ipsum posco ego, cùm pacis oscula postulo: *vame la vida en que medè paz en mi rostro*; ésne mortua? ita: nam idola emortua sunt simulacra, nec vident, nec audiunt, sed frustrà ab eis vita petitur, & speratur, vt satis probat Ieremias. Addit igitur Dauid, *similes illis fiunt, qui faciunt ea: losque los adoran estan tan muertos como ellos*; oculis, auditu, & omni orbati sensu sunt: quomodo enim non mortuum dicemus, qui lapidem adorat? Pergamus igitur (inquit sponsa) vitam quærere, & hæc vbi est? in ore recens nati Domini mei, ita paruuli, vt ab ipsius ore, & amplexu vitam istam, & oscula possim haurire, & excipere: *puedole tomar en los braços, y pedirle este regalo*; & quas delitias postulas? *osculetur me osculo oris sui: que el que me crio, me reforme* osculo suo, me Pater osculetur, filius sit os, quo ore ego deosculer; osculum autem sit Spiritus sanctus: hæc enim est Spiritus sancti proprietas, nexus amoris, & quasi osculum Patris, & Filij. Quare ergo poscit osculum? Respondet; quia sicut formauit hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, sic vitam ab illo mutuaturam spero: hoc enim opus sic factum more nostro concipimus, nempe Deum, qui sub imagine cuiusdam hominis os ori, faciem faciei admouentis, halitúmque suum Adæ ori infundentis, ac velut osculantis: hæc autem faciei, orísve admotio, & inhalatio eleganter appellatur osculum, cuius vi plasma illud ex limo terræ priùs natura, vt Theologi loquuntur, compactum: eodem tamen temporis momento spiraculum, vel, vt alij vertunt, spiritum vitalem, animámve concepit, *& factus est homo in animam viuentem*: non ergo nimiæ audaciæ tribuendum est dicere: Puer sanctissime, non frustrà nuntios, & odorem vitæ per orbem statim emisisti, opifex es, & figulus antiquus huius plasmatis, en meipsam vt rudem massam, cui vitæ spiritus deficit, missis iam simulacris ad te venio Deum viuum, & verum, insuffla in faciem meam halitum diuinum:

15\. Cant. 1. 2.

Baruch. 6. ex epist. Ierem. Psal. 134. 18.

Bernardus in Cant. 2. 1.

16\.

Vita spiritualis per Christum.

Gen. 2. 7.

Odor vitæ Christus rapit ad se animas.

num: hoc enim ego postulo, sicut explicat D. (a Lib. de Isaac c. 3.) Ambrosius [a], *per osculum adhaeret anima Deo, per quod sibi transfundititur spiritus osculantis, sicut*
17. *hi, qui se osculantur, non sunt labiorum praelibatione contenti, sed spiritum suum sibi inuicem videntur infundere.* Vides (mi HOMO) vt valde pertinet ad hoc vt viuas, iter istud arripere in odorem vnguenti diuini. Olfecistine vasculum istud vnguenti; ecce quamuis abstrusum odorem efflat in Orientem, tam boni odoris, vt in teterrimo Caluariae monte positum putridos mortis foetores superauerit, & Patres, qui in limbo erant, illud subodorati sint. Non olfecisti (Psal. 113. 6.) Deum in praesepio: *nares habent, & non odorabunt;* certè tu vel mortuus es, vel in Gentiles mores transiisti: *alguna estatua adorais tan ciega como vos;* quorsum tibi olfactus considerationis, & meditationis datus, nisi vt olfaceres mysteria ista, & caelestia gustares, spiritúmque, & vitam attraheres? (Simile.) In hoc negotio inuestigandi Deum contingit animis, quod canibus venaticis; quia cùm canis alacer est, auriculas mouet, & ferarum vestigia, tractúsque sequitur olfaciens, & errat odorans, & dum feram semel sensit, per sentes, & spineta sagax, & intrepidus penetrat, signum est inuenisse venationem: cùm verò sedet, & aures pendulas demittit, nihil habemus. Sic Christiani segnes Herodi sunt persimiles, qui manent domi, & de nulla re curant his diebus, nisi de potu, prandio, lusu, & luxu: *no tenemos nada, no les ha dado el viento à estas almas de Christo nacido: ecce verò Magi*, qui odore Christi allecti ab Oriente veniunt, animas sanctas figurantes, de quibus ipse Dominus dixit, (Ier. 3. 19.) *Et post me ingredi non cessabunt.* (Cap. 27. 3.) & Iob, *Donec fuerit in naribus meis halitus eius, non loquentur labia mea iniquitatem.*

18. (Secunda inueniendi Deũ industria.) *Vbi est, qui natus est Rex Iudaeorum?* Inquirit, vt inueniat sponsa: haec enim secunda, in hac via, industria est: *preguntar para hallar: indica mihi, vbi pascis, vbi cubas in meridie?* Magna res semel gustasse Deum, semel olfecisse fragrantiam eius, vt facilè, & suauiter anima Deum inuestiget: nam si rectà velis dirigere, rusticum, qui de itinere dubitat, opus est rogare priùs quò pergebas? Respondet, Toletum; postea labor alter superest in dirigendo eum Toletum. Sic prophanos dirigere laboriosum est: priùs enim opus est, quis sit Deus, quantae bonitatis, misericordiae, & iustitiae, admonere, vt timeant, & ament eum: post haec qua ratione inuenire, & obtinere possint edocere, iustis verò, qui iam satis notum habent, non est opus laudare, sed *vbi sit*, ostendere, quibus rebus placere possint illi; liquet hinc maximè, quàm tepidè plures ex vobis Deum diligitis: nam frigidè satis diligit maritum vxor, cui quotidie viri laudes recensere opus est, vt amet illum: non sponsa ista, noua (inquam) Ecclesia, cùm cordi esset maximè suus sponsus, non interrogat, qualis, aut quis sit; (Cant. 5. 9.) quinimmo ab illa caeteri rogant, *Qualis est dilectus tuus ex dilecto*, & subitò mille modis describit, laudat, & extollit, quod rogat est, (Ibid. 1. 7.) *Indica mihi, vbi pascas. Vbi est qui natus est Rex Iu-* (Matth. 2. 2.)
19. *daeorum?* Interrogatio ista etiam soliciti animi est, & studiosè, & impensè cum quolibet discrimine Deum quaeritantis: nam statim ac apparuit sponsa, Magi videlicet, coram Hierosolyma visa est subnigra facies eius, & sibiipsi displicebat: *como entro yo assi? ayer adorar idolos, y oy obraçar a Dios?* Angor quidem frequens animabus, quae non multum Deo vacare possunt, vt vacent filiis, & familiae; heri occupata terrenis rebus, & hodie iam de sacris epulis, & communione Christi ago? heri imperfecta, & hodie quasi sancta diuina mysteria attingo, & inter sanctas versor? huius suae audaciae mille excusationes intexit, (Cant. 1. 5.) *nigra sum, sed formosa filia Hierusalem* [*]. (* Iaitus apud Genebrar.) Prima, non magnus defectus est subnigram esse; multa etiamsi nigra in aestimatione sunt, vt allegat Pastor ille,

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Nigrum si cum proportione fit, suam habet honestatem, & amabilem decorem. peccata habeo; credo tamen in Deum. Secunda, (Cant. 1. 5.) *nigra sum, sed sicut tabernacula cedar. Negra soi, pero asseada como las casas pastoriles de los vaqueros por de fuera cubiertas de retama, y corchas; mas dentro asseadas, y cada cosa en su lugar desde la cantarera hasta el escharal, que es mas gusto verlas que casas, y apparadores de gente politica, y aunque agunas bien desasseadas sacristias de yglesia.* Sicut pastoritiae domus, quae licèt exteriùs rusticis ramis palmarum, aut suberum tectae sunt; intus tamen aptae sunt, & vnaquaeque supellex suo loco mundiciem, & honestatem praefert. Tertia, *nigra etiam sum, sed sicut pelles Salomonis.* (Ibid. 2. 3.) nigrae sunt etiam pelles, quibus regales vestes subsuere solet Salomon: *negras son las martas, de que Salomon aforra sus ropas, y son mas preciosas, que las telas de oro.* Quarta, subnigra quidem sum, sed non est natiuus color iste subrusticus, remedium superest, (Ibid. 1. 6.) *decolorauit me sol*; quia filij matris meae coëgerunt me, & bellum in me intulerunt, vt custos essem vinearum; 20. *no se quien me casò, y obligò à estos ciudados, que yo religiosa hauia de ser?* Filij, negotia, solicitudines subnigram faciem animae meae fecerunt. Certè inanis est, atque insufficiẽs excusatio ista: nam & tuus ipse sponsus Pastor est, & in agro sine tecto degit; & tamen *candidus est, & rubicundus*; (Ibid. 5. 10.) tu ergo posses candidior esse, etiamsi vineas custodires? ideo tacitè illa aliam excusationem addit. *Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie: enseñadme si os place, como siendo pastor, no estais del sol tomado*, (Ibid. 1. 7.) per quas valles, & nemorosa, & vmbrosa loca animas sanctas ducis, vbi sunt recessus isti, claustra, monasteria, templa, vbi facies animae non decoloratur, nec subnigra fit, ne vltrà vagari permittas per lucos, & montes, vbi idola colebant patres mei. Quibus omnibus vnum respondet sponsus, vt vestigia gregis insequatur, & roget gubernatores Hierusalem, (Consulendi sapientes sunt indoctis.) (Cant. 1. 8.) *pasce hados tuos iuxta tabernacula pastorum*, quasi tacitè reprehendens sciolos istos (*bachilleres de estomago, que todo selo saben, y no quieren preguntar*) qui vel nihil rogant, vel integram veritatem nõ fatentur; sicut isti, qui de Michaeae testimonio illud subtraxerunt, quod regis voluntati contrarium videbatur, (Michaeae. 5. 2.) *& egressus eius à diebus aeternitatis: porque en casa de los reyes todo anda largo, y sobrado, y la verdad corta: in malitia sua laetificauerunt regem, & in mendaciis suis principem*; (Oseae 7. 3.) ne ibi inquiras sponsa, consule sacram Scripturam, (Sacra Scriptura regula & trutina veritatis.) ista est veritatis trutina, & quae certa docet, dum deficit stella praedux, immo & stella inspirationis sacrae Scripturae subiicitur: audi concionatorem, confesso

confessorem, superiorem, hæc est via, & præter hoc adde fidei stellam.

21. Matth. 2. 2. *Primordia mundi à lumine & fide.* Gen. 1. 3.

Vidimus enim stellam eius in Oriente. Lumen fidei, hoc est, nostræ salutis principium, sicut primordia mundi à lumine ortum habuere, *fiat lux*, ita lux fidei principium est regenerationis. Videtur se gessisse Deus sicut artifex, qui de multo mane vigilat ad opus suum, qui ante omnia lumen accendit: *por no andar attento, enciende luz*: sic in regeneratione, ne anima attrectans, & vaga quærat Deum, lumine statim fidei illustratur, *quærere Deum, si fortè attrectent, ideo fiat lux.* Videamus autem qua ratione vsa sit hoc lumine Ecclesia, dicat ipse sponsus, *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui*; periculum erat despiciendi Deum sub specie pueri, maiestatem in stabulo, omnipotentiam infasciatam, Verbum ineffabile infans; quæ omnia vt intueatur, & lumine naturæ, & luce noua fidei illustrabatur, si vno oculorum inspiceret, nempe naturali cognitione, offenderet, & aberraret, quid agat docta sponsa, oculum vnum naturalis luminis claudit, & lumine fidei ducta in Messiam aciem intendit vnius tantùm oculi, atque ita valuit illum in præsepio cognoscere. Hoc ipsum Chrysostomus [a], *Si ergo regem terrenum quærentes venissent, magis fuissent confusi, quàm gauisi: nunc autem, quia cælestem Regem quærebant, etiamsi nihil regale videbant in eo, tamen solius stellæ testimonio contenti gaudebant oculi eorum.* Nota, *solius stellæ testimonio*, hoc est, *in vno oculorum, & in vno crine colli tui*: capilli enim sensu carent; sic etiam isti sensum captiuantes collum Deo dederunt. Herodes verò eadem de causa Deum perdit; nempe quia alterum oculum aperuit, & aciem in temporale lucrum intendit. Sic obseruauit Remigius, *Non dicit, vbi Christus natus est, sed vbi nasceretur: callidè enim interrogauit, a mal tenia ojo.* Claudit sagittarius sinistrum oculum, dum in scopum ictum intendit, claude & tu, ô HOMO, sinistrum oculum temporalis lucri, si vis in finem tuum rectâ intentione pertingere, *in vno oculorum tuorum*; quid si duos aperis, vel sinistrum, & dextrum claudis? aberrabis omnino, priùs æternis intendendum; pòst verò terrenis, eo ordine, quo retulit Christus, *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Herodes verò priùs iniecit oculum in terrenam potestatem, & cælestis omnino immemor in tyrannidem cruentam ruit. Quid si Ecclesia vtrumque aperiret oculum? diceret vtique, vbi Rex? vbi corona? vbi potestas? vbi thronus? vbi famuli? vbi purpura? at illi oculis fidei (inquit D. Leo [b]) sponsum contemplantur, *quantitate paruum, alienæ opis indiguum, fandi impotentem*, ne miremini, quasi diceret, Regem ita paruulum videre: accelerâuit enim nuptias, vt pacem firmaret in cælo, & in terra: sicut cùm inter ciues rixantes, & maximo odio dissidentes, qui pacem mittunt, id maximè curant, vt concordia stabilis sit, statim ex vna, & alia parte pueri matrimonio iunguntur, si de præsenti nequeunt defectu ætatis, at saltem verbis de futuro. Eodem modo transacta res est inter Deum offensum, & humanum genus; pacis enim amator Deus filiam Gentilem sponsam duxit, & quia paruulus est sponsus, opus fuit monere sponsam, ne illum despiceret,

Act. 17. 27.

Cant. 4. 9.

22. *Fidei oculus quo Christus inspiciendus.*

a In Matth.

Ad æterna oculi conii-ciendi sunt.

Matth. 28. 18.

23.

b Serm. de natiuitate.

Simile.

Cur Christus Ecclesiam duxit.

quod media fide factum est: *No veis como nos ha llamado a los treze dias a tratar de estas paces, no es mucho hallar tan niño al desposado, el es aunque niño la estrella lo dize.* nam *qui crediderit, non confundetur.* &, *Qui crediderit, non festinet*, phrasi Hebræa; *no se correra.* Sic Paulus explicauit, *qui crediderit, non confundetur: no se auergonzara, ni se correrà de buscar, y adorar à Dios pobre*: & D. Bernardus [a], *Ingrediuntur stabulum, inueniunt inuolutum pannis infantulum, non illis sordes stabulum, non pannis offenduntur, non scandalizantur lactentis infantia: procidunt, venerantur vt Regem, adorant vt Deum; sed profectò qui illos adduxit, ipse & instruxit, & qui per stellam foris admonuit, ipse in occulto cordis edocuit.* Rom. 9. 33. Isa. 28. 16. a Serm. de Epiphania.

Turbatus est Herodes. Præsentia legitimi Regis turbat tyrannum, & impedire tentat nuptias, ne hæredi naturali regnũ dedat; vide quibus periculis mundi principatus obnoxij sunt; Chrysostomus, *semper enim grandis potestas maiori timori subiecta est*; ingentem illam machinam currus, quam vidit Ezechiel regna adumbrare, & qui illam deferebant Cherubini, reges Dei potestati subiectos significare, putat grauis Doctor: qui humanam faciem præferunt; quia aliquando humanis moribus regna gubernant, in pace, & tranquillitate degunt: aliàs leoninis pilis pectus hispidum, crudelitatem exercere denotat, & quasi leones trucidant vicinas gentes, vitulinæ sunt vngues; quia aliquando brutescunt, deuorant, conculcant, & turpitudini vacant, ac tandem vt boues moriuntur, cuius nulla memoria, nulla commiseratio est: *mueren como bestias los reyes Gentiles, sus postrimerias son como las del buey.* Aliquando etiam aquilæ faciem, & alas habere videas, quibus diripiunt, spoliant, & in captiuitatem ducunt, hos immediatè regna sequuntur eadem prorsus figura rotarũ, vita, motu, gressu: *porque qual es el rey, tal es el reyno, y adonde va el rey, allà va su rey: cùm ambulabant animalia, ambulabant pariter & rotæ*, iuxta ea, *& cùm eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ*: & si in præceps ruunt, ruit etiam in interitum regnum. Vide hæc omnia in Euangelio; quis dicat humanam faciem non præferre Herodem benigni, & religiosi? *vt & ego veniens adorem eum*; cùm reuera sit truculenta fera, leo crudelis, aquila rapax, Idumæa, externa, tyranna regni, & vitulus insuper salax, & lasciuus, hic statim sui simile effecit regnum; nam turbatus Herodes omnem turbauit Hierosolymam. Siste gradum Rex, vide quia in perditionem curris? nequaquam: rotæ enim oculos habent per circuitum, sapientes congregat, circumspicientes rempublicam, negotium circumspectè fiet: *rodease de ojos de sabios; pero ciegos Politicos*, possunt enim esse oculi, vbi fides vera non est? est sapientia, vbi non est Dei respectus? *non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum* [b]. Hic offendit Hierosolyma à curioso rege in inuestigandis Scripturis ducta; qui tamen exemplo præire recusauit: *no dio vn passo de buen exemplo el curioso inuestigador de libros, y tiempo de la estrella*; quod ita graue malum est, vt in excusationem grauissimi criminis, quod vsquam perpetratum est, afferat Hierosolyma; *errè, perdi à Dios, di muerte à Christo, la culpa tuuò mi principe: nescivi* [c], *anima mea conturbata est propter quadrigas Aminadab* *, (hoc est, principis) ne mihi omnino ascribatur hæc ignoratio, & error

24. Matth. 2. 3. *Tyrannus timidi.* Maldonat. in proph. Ezech. 1. citat loca Ierem. 48. 40. *Ecce quasi aquila*, & cap. 49. 22. Ezech. cap. 17. 3. *aquila grandis.* Daniel 7. quatuor regna, alterum alas habebat aquilæ, alterum quasi homo stetit, & quasi aquila congregauit quasi aternam captiuitatem.

25. Ezech. 1. 19. *Ipsum in omnibus regem regnum imitatur.*

b Prou. 21. 30.

c Cant. 6. 11.

* Animal non est proprium nomen, nec appellatiuũ, sed sumitur pro eo, quod nomini subest: sicut Bather pro loco aspero, & prærupto: sic Aminadab, hoc est, populi princeps, *el rey, el corregidor.*

26.

Google

& error, vt neque venienti Messiæ occurrerim, nec aliquis è ciuibus tantæ, támque eruditæ plebis Regem inuiserit, hæc culpa, & necem postea intulisse illi, non tam mihi, quàm vrbis capiti assignanda est: *el me enseño a no hazer caso de otro rey, y me enseño à matar innocentes.*

Matth. 2. 3. *Turbatus est Herodes.* Qui solùm audit *turbatum*, non graue malum existimauit, sed qui turbationē in capite esse videt, lethalem morbum iudicabit. Pro quo notandum valde est, quòd cùm in extremam ægritudinem peruenisset illa respublica, vbi *plaga tumens, neque fota oleo*, vbi *à planta pedis vsque ad verticem capitis non erat in ea sanitas*, cùm hoc de corpore refert Isaias, & cùm meminit capitis, id solum dicit, *omne caput languidum: la cabeza desfaecida, desmarrida*: hoc enim satis est, vt nulla in corpore sanitas regnet, ægrotet paterfamilias, vel leuiter delinquat, graue statim totam domum languor occupabit, quod maximè locum habet, cùm prauos mores à parentibus filij imbiberunt; vt optimè D. ille Archidiaconus obiecit iamiam moriturus. *Suscepistis tabernaculum Moloch sydus Dei vestri.* Montanus, *auscultationem regis vestri*, nolentes auscultare Deum, quæsiistis nouam stellam, non diuinam, sed principem vestrum, *sydus Dei vestri Rempham.* Rempha nomen est commune, & significat obscuritatem, & tenebras, vt putat OEcumenius [a], & vertit Theodotio (vt refert Hieronymus super Amos.) ergo per irrisionē dicit Stephanus lapidem illum pretiosum, & splendentem, qui erat in fronte Melchon (vt dicit OEcumenius) aut in eius corona, vt fit verisimile, ex *lib. 1. Paralip. cap. 20.* qui Iudæis instar syderis fuit, fuisse illi ciuitati obscuritati, & offensioni, adeò vt ab illo excæcati, atque delusi in longum exilium, & seruitutem, & tanquam in lapidem impegerint, aut in barathrum profundum demersi sint. Redierunt ergo ad mores suos, & potiùs fidem dederunt regi suo Herodi, tanquam Melchon: nam quis diceret audita prophetia de Bethleem, non citò properaturum ad videndum, vel inquirendum de nouo Rege? Absit tamen hoc ab Herode, qui erat Moloch: Moloch enim idolum erat immane, & crudele, quod puerorum sanguinem poscebat, quare vocatum est *Tophet*, id est, *portentum, siue spectaculum horrendum*, cuius aspectu horrebant omnes: *era el coco de los niños*, omnino persimilis Herodi, cui Deus subtrahit stellam, ne Magos comitetur, nec matrem purissimam suo terreat aspectu, sed in Hierosolymis maneat, vbi cuncta ciuitas suo Regi intenta in cæcitate, & obscuritate permaneat, & vbi consultatio non fit cognoscendæ veritatis gratia, vt mentes eorum, qui rogant, & eius, qui respondet, viam, & rationem amittant: *pierden el tino, quando no preguntan con buen fin.* Ideo etiam reges stellam amittunt in regno, & vrbe peccatis, & ignorantia plena: in negotiis enim diuinis non est consulendus mundus, & vbi inspiratio est diuina, non est attendendum honori, vel lucro, vel commoditati; quid boni consilij à mundo? quid ab Herode expectas? *sciscitabatur ab eis.* nusquam aduocatos, nec sapientes consuluerat ad res diuinas inuestigandas; nunc verò cùm de temporali lucro res est, euoluit omnes libros; ad negotia salutis nunquam Theologū consulis, quasi negotium derelictum manet, *quedase esse como pleyto sin parte*: vt verò crescant lucra, maiores sint prouentus, & vt contractus vestri iustificentur, cunctas leges, cunctámque Theologiam euoluitis, & inquiritis, regnum vtique confusionis, vbi sapientissima sponsa fatetur ingenuè, *nesciui.*

Isai. 1. 6.

Vbi languidum est caput reipublica, languent cætera membra.

27.

Act. 7. 43.

a In Act. c. 7.

28.

29. *Et procidentes adorauerunt eum.* Ecce supremum Regem, ecce sponsum desideratum; *tenui eum, nec dimittam.* quæ verba, quas lacrymas, quas ecstases nōster Benjamin in mentis excessu persensit? Dulcissime sponse, vide coram te sponsam concupitam, & tu apprehende virum tuum, venitur ad amplexus vbi non possumus affectus perscrutari, sed omnia cedunt amori, tiaras proiicit, coronam ponit, maiestatem proueluit, pandit thesauros, referat thecas, effundit munera: *tomadlo alla todo señor; quedenme las manos libres para teneros, y abraçaros: tenui eum, nec dimittam.* Quid agis sponsa? quare thesauros aperis? immo tu ab illo arrham spectare debuisses; ita euenire solet (respondet illa,) sed cùm Virgo nobilis ducit principem aliquem primogenitum qui paruulus est, & nondum hæreditatem adiit, sponsa tunc dotem affert copiosissimam, ille verò spem, & ius ad regnum, vel principatum: *el recibe hazienda, ella esperança de ser Duquesa.* Nupsit Ecclesiæ Verbum Dei caro factum, adhuc paruulus, infans, pannis inuolutus: Ecclesia verò prudentissimè præmittit munera, diuitias, & dotem, ab illo verò spem accipit regni. Attendite mortales, diuites videte vt impenditis pecunias, serui Domini credite opera vestra nec inania, nec infructuosa fore; afferte Domino filij Dei, afferte, afferte, *prissa a dar limosnas*, dotes temporariæ consumantur, manducet Christus: paruulus enim est, & nondum hæres; statim enim atque hæreditatem adibit, tu eris sponsa, tu dilecta, tu Regina: & tu gentilitas mater nostra eris, sponsa constitueris, exulta super sponso tuo, sta in throno à dextris eius, in vestitu deaurato: sic enim æstimatur fides tanta, vt cumulatissima gratia donetur, & coronetur gloria.

Matth. 2. 11.
Cant. 3. 4.
Tenet sponsa gentilis Christum.

Simile.

Liberalitas vera.

***

FRATERNA AC DIVTVRNA ODIA pueritia Christianâ fortitudine superat, & animi hostes strenuè fortitérque deuincit.

INSTITVTIO IX.

30. *Fortitudo Christiana quid sit.*

CVM de Christiana fortitudine sermo à nobis instituitur, videri nolo aliquo modo vel ordinem, vel ætatem tuam, ô Puer, antegressus. Quis enim à puero robustam illam fortitudinem animi exigat (inquit Ambrosius [a]) *qua vnusquisque se vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur, non aduersis perturbatur, non extollitur secundis, & quasi vento quodam variarum rerum circumfertur mutatione.* Solummodò opportunum visum fuit te verbis Euangelij admonere, *Cùm audieritis prælia & seditiones, nolite terreri, no os perturben las tribulaciones mas que las guerras oydas en reynos estraños.* nam omnis belli rumor & opinio, lusus quidam est, & torneamentum ad vestram disciplinam institutum, *vt dem vobis finem & patientiam.* Theatrum vita est humana, spectatores cælestes ciues, qui extra omnem aleam ludos nostros tolerantiæ speculantur; imò & ipse Deus adest, vt non indignum putauit Seneca: imò, vt notauit Chrysostomus [b], cùm contra Iob quasi contra propugnatorem ludi dæmonem ad committendum ludum mitteret, hac lege hastam vibrare concessit, *animam illius serua. Si enim eum de medio sustuleris, theatrum nobis non plaudetur ampliùs, no te canses en atormentarle de espacio, porque si le matas acabose la comedia.* Tu igitur es propugnator, collusores non deerunt: nam, vt ait D. Gregorius [c], *Ego Abel esse non suspicor, qui Cain non habuerit.* En igitur tres contra te collusores, dæmon, mundus, & caro de frangendis pilis summa corporum & animorum contentione laborant, tu autem duo sedulò curabis. Primum, vt fulgentibus armis instructus procedas. Secundum, vt quasi propugnator teipsum defendere, industria & alacritate nemini cedere, prohibere impetus omnium collusorum, pro gratiæ viribus sustinendo & propellendo aduersarios, cures.

Spectaculum tolerantiæ & Christianæ fortitudinis.

a Lib. 1. de officiis c. 36.

b Hom. de patientia Iob, in illud Iob 2.

c Lib. 9. epist. epistola 39. similia habet August. serm. 79. de tempore.

PARTITIO INSTITVTIONIS.

31. *Vera & Christiana fortitudo.*

Et prima ante oculos obuersari debet, belli scilicet gloria. *Non de fugatis Hircanis & Persis* (vt Seneca [d] aiebat) *ab Alexandro, qui iræ tristitiæque succubuit: sed de animi motibus rationi subiugatis,* (inquit Gregorius [e]) *de frænatis carnis desideriis, de propriis abiectis voluntatibus, & de visibilibus certatur. Quid enim tam magnificum, si leonem, aprúmque Hercules superauit* (rogat Lactantius [f]) *si aues sagittis deiecit, si regium stabulum egessit, si viraginem vicit, cingulúmque detraxit. Opera sunt ista fortis viri, hominis tamen. illa enim quæ vicit, fragilia & mortalia fuerunt; nulla est enim, vt ait Orator [g], tanta vis, quæ non ferro ac viribus debilitari frangíque possit. At animum vincere, iracundiam cohibere, fortissimi est, quæ ille nec fecit vnquam, nec potuit.* Consonat Ambrosius: *Reuera iure ea fortitudo vocatur; quando vnusquisque seipsum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur, non aduersis perturbatur, non extollitur secundis, nec rerum vento circumfertur mutatione.* Secundò carere peccato oportet, qui prælia fortitudinis aggreditur: nam expugnatio peccatoris facilis est, cùm intus habeat qui vires eius labefactet, nempe peccatum. Liquet hoc ex dicto Achioris ad Holofernem, qui Israëlitas insuperabiles dixit, donec in eis inuenta est radix peccati. Huc facit quod notat Rupertus [h], non maledixisse Noë filio suo Cham, sed Chanaam. *Non dixit: Maledictus Cham, sed maledictus Chanaam, seruus seruorum erit fratribus suis.* Prima ratio est, quia non decebat vt in illum maledicti plagam mitteret homo sapiens, in quo Deus benedictionem dederat inter fratres suos, benedicens illis iam tertiò. *no era decente que el sabio Padre Noë hechase maldicion al que ya por tres veces Dios hauia ya dado su bendicion.* Sicut nec ipse Deus postquam eodem modo benedixit Adam & Euæ, dicens: *Crescite & multiplicamini, & replete terram,* verbum benedictionis ita in contrarium mutauit, vt diceret ad eum quod postea dixit ad Cain, nunc igitur maledictus eris super terram: & ad serpentem, maledictus eris super omnia animantia; sed maledicta, inquit, terra in opere tuo: nam Deo incommutabili non dignum visum est dicere, maledictus eris; sed maledicta terra in opere tuo. *aunque peque como Adam, el hyo no a de sacar del pecho de su padre vna maldicion, haga loque hizo Dios,*

Peccato careat qui fortis haberi vult, & fortia aggredi.

d Epist. 113.

e In Psalm. pœnitent. Psalm. 2.

f Lib. 2. institut. cap. 9.

g Tullius orat. pro Marco.

h Lib. 1. de glorificatione Trinitatis, cap. 13.

Dios, y haze el Padre enojado, que toma el vaso de plata para tirarselo al hijo, y aguarda a que baxe la cabeza, y da con el en la pared, maledicta terra. Sic Moyses homo Dei, & Noë, vitarunt dicere, maledictus Cham cui Deus benedixerat, & maluit dicere, maledictus Chanaam. Secunda ratio, non maledixit aliis filiis Cham, cùm habuerit Mesraim, Phuth, & Chanaam. *Nam cùm Moyses, qui referebat historiam, dux pariter erat populi, & Israëlem egredientem ex Ægypto ducebat in terram Chanaam, implebantur peccata Chananaeorum, idcirco vt sciret Israël auxilium Domini ad delendum eos sibi non defuturum, & vt sciret genus illud fuisse maledictum, antequam natum. a ellos, arma, arma Israël, que peleas contra vnos hombres peccadores desde Noë aca, y malditos antes de nacidos; y asi sin fuerzas para resistir.* peccatum enim omnem adimit corporis & animi fortitudinem. Tertiò etiam te diuini nominis imploratio proteget cum magna fiducia. Ambrosius [a]: *David nunquam nisi consulto Domino bellum adorsus est: ideo in omnibus victor praeliis vsque ad summam senectam manu promptus, bello aduersùs Titanas suscepta ferocibus bellator miscebatur agminibus, gloriae cupidus, incuriosus salutis* *. Quartò timor Dei munit & instruit ad bellum. Vide Gregorium [b], in illa verba Iob 4. *Vbi est timor tuus, fortitudo tua, & patientia tua?* &c. *quatuor gradibus*, &c. *Timore quippe Domini inesse fiducia timoris Domini dicitur. mens enim quae in timore Domini constituta, non inuenit extrà quod metuat, quia dum recto metu conditori omnium iungitur, potestate quadam supra omnia subleuatur.* Quintò ardeat Dei amore propugnator fortis. *Amat* (inquit Augustinus [c]) *homo corpus suum, &c. sed cùm se hoc amore totus in Deum conuerterit, his cognitis mortem non modò contemnet, verùm etiam desiderabit. Sed restat cum dolore magna conflictatio: nihil est tamen tam durum atque ferreum, quod non amoris igne vincatur. Quo cum se anima rapit in Deum, super omnem carnificinam libera & admiranda volitabit pennis pulcherrimis & integerrimis, quibus ad Dei complexum amor castus innititur. Nisi verò amatores auri, amatore laudis, amatores fœminarum, amatoribus suis sinat Deus esse fortiores, cùm ille non amor, sed congruentiùs cupiditas vel libido nominetur. In qua tamen apparet, quantus sit impetus animi ad ea quae diliguntur indefesso cursu per immania quaeque tendentis, argumentoque nobis est, quàm sint omnia perferenda ne deseramus Deū, si tanta illi vt deserant perferunt.* Sextò animum firmat & protegit prouidentia futurorum; *fortis enim est* (inquit Ambrosius [d]) *obuiare cogitatione prouida rebus futuris, ne fortè dicat postea, ideo ista incidi, quia non arbitrabar posse euenire.* Quare praeuenire oportet mortem mortificatione, & dicere cum Augustino, *Moriar, ne moriar.* & Clem. Alexan. [e] *Ei qui est cognitione praeditus, vnà cum cognitione augetur perfectio fortitudinis ex vita exercitatione, quae semper est meditata vincere motus animi.* Iudicium etiam iudicio superandum est, & memoriâ nouissimorum praesentia toleranda. Sic explico verba illa Iacobi [f], *Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, vt non iudicemini. ecce iudex ante ianuam assistit, no digais ay, que es palabra mugeril, ne digais ay, que es palabra de desconfianza; Dios ay, juicio ay, prouidencia ay.* Nec iniustus est Deus, qui aduersa fidelibus infligit: ideo Nazianzenus [g], *Gratias*, inquit, *dabo, vt in laetis rebus, ita & in acerbis quandoquidem illud exploratum habeo, nihil rerum nostrarum apud summam rationem expers rationis esse.* & D. Paulus [h], *In multa patientia sicut Dei ministros* nos esse debere; caeteri enim qui non sunt Dei ministri, nec paruam possunt habere patientiam, quia nihil futurum nouerunt sperare, & omnibus ratio exigenda est, vt ait Chrysost. [i] *Sicut enim à diuite beneficentia, sic à paupere tolerantiae ratio reposcitur.*

32. *Ad fortia diuina imploranda est gratia.*

Timor Dei praestat ad fortitudinem.

Dolor tolerandus.

33. *Prouidentia futurorum munit animum.*

a 1. de officiis, cap. 35.

* De hoc August. in Psalm. 32. *Spes tua Deus sit.* & in Psalm. 117. *Fortitudo & laus mea Dominus.* & Lorinus ibid.

b Lib. 4. Moral. cap. 13.

c Lib. 1. de moribus Ecclesiae, c. 22.

d Lib. 1. officio. c. 38.

e Septimo stromat.

f Cap. 5. 9.

g Epist. 63.

h 2. Cor. 6.

i Hom. 20. in Matth. ex variis in Matth. locis tom. 2.

34. His igitur armis munitus ad vim & ad arma veniamus. Primus daemonis incursus occurrit, non est cur formides puer. roga an solus te aggrediatur? *quod tibi nomen est?* Respondit, *legio, quia multi sumus.* Euidens est, inquit Chrysologus [k], desidia militis, si deserat aciem, si gressum retrahat, si confligere pertimescat, vbi vnum numeroso hoste fortiorem peruidet esse captiuum. Ad praesentiam Regis isti quid sunt, qui vt vnum, & necdum tyronem caperent, toto cohortis suae agmine conuenerunt? vbi essent, si vexillum iam crucis Christi signa vidissent. *Age Christiane, incede securus, manus tanta & tam multa quae sic metuit inermem, procul fugiet, si videat, si sentiat, si cognoscat armatum. mucha canalla trahe con sigo, señal de miedo, teme alos fuertes, y a ese passo se encarniza en los flacos.* puellam enim Chananaeae filiam inuadit, quod minus fecisset, si fortis esset, sicut cùm gratias retulit Darius Alexandro ob pietatem & vrbanitatem exhibitam matri, filiabus, & vxori, respondit: *Ego cum fœminis bellum non gero.* de Eua notauit Rupertus [l], *Dum mulier corpore & oculis vaga incontinenter deambulat, fortè prospectans qualis extra paradisum mundus habeatur, & serpens astutus dulcedini terrae proprius & ambitiosius* 35.

Incursus primus daemonis.

Nec daemonem tentatio.

k Serm. 17.

Quintus Curtius. l Lib. 3. in Gen. c. 9.

innititur, locus diabolo datus est, & occasio porrecta, vnde tentaret. Et in vita S. Gregorij Naziazeni, & Basilij refertur de quodam, qui vexatus à dæmone fidem abnegare meditabatur, & post tres lacrymarum dies rogatus, quomodo se haberet, malè, inquit: nam difficilior redditur indulgentia mea, suadet namque dæmon, ne tentem eum, & ipse minimè me tentabit, quod mihi difficile erit, & cuique mortali, qui non tam tentatur, quàm tentat & vrget dæmonem. In primis ergo tu, qui propugnatorem agis, minimè cedas tentationi, vt notauit & docuit Origen.[a] in illud *Iudicum* 7. vbi Dominus ad Gedeonem, *In trecentis viris istis, qui lamberunt aquas, saluos vos faciam, & tradam Madian in manum tuam. Hi qui descendunt ad aquam* (inquit) *id est, qui ad Baptismi gratiam veniunt, non debent procidere in terram, nec flectere genua sua, & cedere tentationibus venturis, sed stare firmiter & constanter, sicut & Propheta dicebat: Dimissas manus, & soluta genua erigite, & gressum rectum facite in semitis vestris. Si remissior fueris, si flecti facile potueris, quomodo pugnabis? quomodo stabis aduersùs astutiam Zabuli?* Stemus (ait alibi[b]) nos etiam contra Pharaonem, & non flectamur. *Quia Deus conteret satanam sub pedibus vestris velociter.* Et quia acriùs insequitur eos, qui tentationes fugiunt, velut imbelles & ignauos monet nos Bernardus[c], post eius discessum à Cisterciensi ad Cluniacum. *An quia fugisti ex acie, putas te manus hostium euasisse? libentius te insequitur aduersarius fugientem, quàm sustineat repugnantem, & audacius insistit à tergo, quàm resistat in faciem: ideo enim*, inquit Gregorius[d], *Myrmicoleon*, id est, *leo & formica, dicitur: formicis enim leo est, volatilibus formica, quia nimirum antiquus hostis sicut contra consentientes fortis est, ita contra resistentes debilis.* Rogabis tandem, quare Deus dedit dæmoni facultatem in torneamentum descendendi? Respondeo, vult Deus probatos seruos habere; nam quod prudentes asserunt, amicos videlicet non esse probandos ob periculum amittendi illos, è contra apud Deum se habet: nam sicut eques qui ad sui custodiam dum noctu concursat, eligit famulum, probat illum, & obiicit ei noctu alium famulum, qui appresso galero & districto ense prouocat eum, experitur vires suas, si repentè fugit, egregiam, inquit, custodiam habemus. *sin duda quiere vencer sayendo como los Partos: no os he menester yo en mi casa; flagellat autem omnem filium quem recipit. in disciplina perseuerate, tened firme, oportet primùm hæc fieri.* Hic est primus incursus.

NOTA. Vide Chrysost. serm. 22. in epist. ad Ephes. *Nō sic res se habet.* Et hom. 22. ad Popul. & Bern. ser. 3. de dedicatione Ecclesiæ. Ephrem in illud, *Attende tibi ipsi.* Bernard. ser. 13. in Psal. *Qui habitat:* Gra- 36. *tias magno Leoni. Iudam fugire ille diabolus potest, ferire non potest, &c.*

a Hom. 8. — b Hom. 3. in Exodum. Rom. 16. 20. — c Epist. 1. ad Robertum. — d 5. Moral. cap. 17. *Satan & propter endiutatem, &c.*

37\. Secundò certamen tibi contra carnem ineundum, cui si puritas conscientiæ inest, firmum propositum, & aura Spiritus sancti animum recreat, firmus esto, nec fugiendum omnino putes, dum fugere nequis: sicut enim tres illi pueri, qui ceciderunt, in medio camino ardentis ignis colligati ambulabant, in medio flammæ laudantes Dominum, & non obstabant ambulationi vincula, nam idem ignis vincula soluit & combussit; sic aliquando æstus carnis, & tribulatio à nostri fomitis camino excitata, si patienter & cum mansuetudine toleretur (excitat enim ira valde luxuriam, & impatientes facilè in turpia labuntur consentiuntque) non solùm non nocent, verùm liberiorem animam efficiunt, ita vt rex considerans, obstupescat *nihil corruptionis in eis videns*, & insuper etiam *species quarti similis filio Dei*, filius enim Dei tribulatis & tentatis auxiliatur, quibus maximè est pura mens, & sana conscientia: de his enim ait ipsa Sapientia, *Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur, timore malorum sublato.* & Præceptor noster & Patronus ait, *Nolite terreri, no os espanteis de tentaciones y desmesuras de carne que sois de carne.* & D. Petrus, *Nolite peregrinari in feruore*, seu incendio, quod vobis fit ad tentationem. Græcè, *nolite mirari, estad quietos en vosotros no perdais la silla, ni os vais lexos en las costunbres como el prodigo*, vt bene notat Euagrius, siue Nilus. Et de Pachomio illo sene Anachoreta refertur tentationem istam patienter & lætè tolerandam: quia sic etiam vincendo tentatorem, efficimur socij passionum Christi, qui tentatorem non fugit, sed vicit, tametsi hoc genere passionis ignominiæ non fuit tentatus. Itaque *nolite mirari*, nam propter æstum concupiscentiæ nec meritum, nec coronam amittitis, dummodò non deseratis stationem, sedémque vestram, sed laboretis in remigando, etiamsi longiùs non progrediamini; nam quòd circumferri

Secundus incursus carnis. — *Tentatio carnis modeste & cum mansuetudine sustinenda.* — *Patienter & latè toleranda propria passiones quas non vt tales occasiones effugere possumus.*

Dan. 3. 92. — Prou. 1. 33. — Luc. 21. 9. — 1. Petri 4. 12. — Turrianus lib. de dogmaticis characteribus.

38\. solet in scala Iacob (quæ ex virtutibus composita est, vt ait Zeno Veronensis[e]) qui non ascendit, descendit, non est cur te conturbet; imò sicut ibi alij ascendebant Angeli, alij descendebant, sic vnicuique nostrûm euenit. Nam sunt in nobis duo desideriorum genera, alia ex rationali parte, alia ex sensitiua, quæ semper descendunt naturali pondere ad terrena: at si desideria animæ cælestia & spiritualia

e Catena Lippomani in hunc locum.

tualia ascendunt, nihil iacturæ aut damni habemus. quiescat Iacob, id est, animus, *athleta virtutis*, vt Philo [a] nuncupat, nec despondeat animum, & spem victoriæ: nam ideo significanter Paulus exigit, *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum concupiscentiis eius.* in quæ verba Theodoretus ait: *Iubet ergo nos non deponere peccati tyrannidem, sed ei non concedere immodicè accendenti appetitiones corporis.* & pulchrè addit: *Regnum hoc differt à tyrannide, quòd existat quidem tyrannis inuitis subiectis, regnum autem his volentibus quibus imperatur: lo que desasosiega son Angeles que vaxan y eso no se escusa.* Nostri muneris id solum est, voluntatem ad propugnandum opponere, & cor ad Deum sustollere, vel auxilium, vel indulgentiam eorum, quæ per negligentiam commisimus, postulantes, iam Angeli ascendunt, iam non regnat peccatum, vbi inuiti sunt ciues, *non regnet ad obediendum. Nasus tuus sicut turris*, vocat hoc nomine Christianos eminentes sanctitate, qui contra faciem Damasci, vel, vt ita dicam, Argerij positi, Mauris & Turcis obsistunt. *y toda la fortaleza de vn alcayde esta en guardar y mantener su plaça.* Nec parum est hoc: nam etiamsi mercator non augeat bona, satis est si ex illis viuat: sic tu sat est si castus sis, corpúsque & animam custodias. nec sum ego solus qui non despondeas animum iubeo, etiamsi labi contingat in tentationem. Ambrosius [b] gaudere & sperare iubet. Lapsi quidem sunt multi à fide, sed instaurati sunt per pœnitentiam, & exemplo probat. *Sæpe in hoc athletarum sæcularium certamine etiam victos, quorum fuerint certamina probata, vulgus hominum cum victoribus coronare consueuit. Christus ergo athletas suos, quos viderit grauibus paulisper cessisse suppliciis, sine venia patietur manere.* Idem dico, ait August. de peccatis per solam tentationem commissis. *Non maius sanè patientiæ certamen est, quando non visibilis inimicus persequendo atque sæuiendo vrget in nefas qui palàm & apertè à non consentiente vincitur: sed ipse diabolus per seipsum occultus impugnat sæuiendo instans, vt contra Deum fiat aliquid, vel dicatur: mayor tyrano es el demonio a solas que Neron y Diocleciano en Roma, y quiza muchos vencen en publico, y en secreto son vencidos * animense los confessores, y no desmayen. nolite terreri.* 39.

Tertio loco mundus hastam contorquet, verumtamen *noli terreri, nondum statim finis*; seruus enim Dei cùm extra sphæram mundi sit, mundum non timet in nouo orbe spiritualis vitæ constitutus, nec naturæ iacula & ærumnæ illuc pertingunt, vbi gratia dominatur. *Vos de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo.* Chrysost. *Sancti viri imperterriti permanent, quoniam ea quæ sunt in mundo, non possunt nocere eis, qui sunt extra mundum*: sicut qui in munitissima turri est, ridet ventos & pluuias. *Loquuntur aduersùs iustum iniquitatem in sapientia, & in abusione.* Sed quid damni his qui sunt ex Christo Iesu? *quoniam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quem abscondisti timentibus se, abscondisti eos*, &c. Vnde infert Chrysost. [c] *Nihil aliud triste, nisi Deum offendere, quòd cùm absit, non quicumque aliud sapientem animam poterit contristare.* Sicut si scintilla ignis in lacum aquæ prosiliat, sic dolor in bona conscientia extinguitur, ideo iniquos videas timere, quia in his, quibus sana conscientia non est, ex periculo mortis impendente pendet executio condemnationis, sicut econtrà ex morte impendente iusto libertas animæ sequitur. Quamobrem Seruator noster exemplar veræ fortitudinis, *ambulabat in Galilæa, non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere*, non formidine mortis, sed quia *nondum statim finis* impedebat. *nondum venerat hora eius.* Nam sicut bombicem nemo cogit accelerare opus, & peracto opere nullo cogente moritur, sic Christus Dominus opus suum maturare non cogitur, nec mori poterat in tempore non suo, fortiter & constanter perseuerauit, de qua constantia & fortitudine, vide Paëz *in epist. Iacobi cap. 1. n. 8. §. 2.* Multa alia de fortitudine, vide Viridarium Busei verbo *Fortitudo*, & verbo *Martyrium*, quæ ego libens omitto. Nunc ad discursus & inimicorum incursus pergamus. 40.

[a] Lib. de somniis.
Rom. 6. 12.
Peccatum non regnat in corpore nostro quando.
[b] Lib. 1. de pœnitentia cap. 5.
* Vide alia institutione 15. de fortitudinis bono & tentatione.
Mundi tentamento quo pacto superanda.
Psal. 30. Vide Lorinum.
[c] Hom. 25. ad populum.
Ioan. 7.

Digitized by Google

VERBVM PATRIS.
Gen. 37. vers. 19. & seqq.

Ecce somniator venit: venite, occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem, &c. qui duxerunt eum in Ægyptum.

Odium & inuidia fraterna in Christum & in HOMINEM ardent: magnas & tristes tragœdias excitant, quas Dei verbum exprimit ac repræsentat.

DISCVRSVS XXV.

1. *Etiam pueros timet dæmon & infestatur.* QVis quietam infantes & securam agere vitam verteret in dubium? sed nec infantibus illa permittitur, eos potiùs, vt benè Rupertus infrà, primo loco dæmon aggreditur: quod tamen immodicæ formidinis causam præbere nulli debet. *Infantes etiã tentationibus vexantur.* Magna enim de te dæmonem præsagire signum est, & præsentire, huiusmodi iuuenes haud ad magnum aliquid in lucem editos. Vt autem te certum reddam, & securum, nullius in te eius insidias momenti fore, *SVMMA DISCVRSVS.* aures his tragœdiis attentas præbe, Ioseph scilicet in Ægyptum asportati; Saluatoris mundi fugientis ab Herode, Baptistæ denique vinculis ligati, & capite damnati ab Herode suo Patri in nihilo dissimili: & tanquam certum statue nunquam filiorum Dei gloriam ab inuidia & odio obscuratam fuisse, vt notauit Basilius [a], & de Iosepho apertè ponderauit Gregorius [b]. *Venditus est à fratribus Ioseph; sed ideo est adoratus, quia est venditus: sic diuinum consilium, dum deuitatur, impletur: sic humana sapientia, dum reluctatur, comprehenditur.*

a Serm. de inuidia.
b 6. Moral. c. 12.

2. *Aduentus Christi desiderium.* Tanto fuit Messiæ in mundum aduentus desiderio habitus, & amplexus ille, quo gentilitatem veluti sponsam amplexurus erat, vt omnes ciuitates & regna ad eius aduentum festa præparauerint opulenta, ita vt omnium remotissima à Deo Ægyptus puerum aliunde asportauerit, vt excelso illo theatro, Christi pueri repræsentaret fugam & aduentum. Neque iniquè tulit vincula Iosephi, nec lateres tanto labore constructos, nec plagas & verbera, nec demortua primogenita, nec aquis demersos Ægyptios, nec annos quadraginta in peregrinatione consumptos, hos omnes sumptus, & futurorum imagines fecit Spiritus sanctus. Et in his omnibus tragœdiis odium videbis, & inuidiam; iusto tamen supplicio affectam, & oppressam. Attentè audi, & vide quàm propriè vnusquisque ad tuam eruditionem suam personam repræsentet.

3. *Ecce somniator venit.* Primus inuidiæ actus, vt Rupertus [c] ait, in Iosephum fuit. *Viuente patre Iacob, primos serpentis diaboli insultus Ioseph sanctus excepit:* nam inuidiâ pleni fratres insigne facinus machinati sunt, & perpetrassent quidem, nisi astutiori consilio in cisternam detrudere cogitassent. *Inuidia & odium in Ioseph.* Quod crimen non silendum, operæpretium erit æstimare. Fratres in fratrem? plures in vnum audent? ipsi peccatores, iustus iste? ipsi nocere cogitant, quando iste benefacturus accedit? ipsi decem, iste vnus, & à parente vnicè dilectus? fuitque consilium, non vt celeri morte conficerent, sed tarda potiùs & acerba, in puteum demergentes eum. Vide insuper puerum innoxium (vt significatum est à Iuda *Gen.* 42. genibus humi defixum lacrymis faciem irrigantem, & dulci sermone tristique singultu eos interrogantem, cur ita velint interficere? *Videntes angustias animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus, & tristi lamentatione secum inquirentem, quidnam ipse fecerit, vt ita à fratribus necetur?* Ipsi tamen his crudelitatibus addiderunt id quod alibi Prophetarum vnus condemnat, sedisse scilicet ad manducandum post submersum fratrem, qui plorans erat manducantibus illis & gaudentibus. *Tuas inuidia respice tragœdias,* respice quas in vniuerso scenas egeris.

c De victoria verbi Dei lib. 3. cap. 6.

Auscultate quid loquatur Ruben. Quid conaris inuidia? odium quid fecisti? tanti sunt puerilia somnia momenti, fasciculo tritici vix elatiora? aut Ioseph somniat inepta, vel futura: si inepta, concident per se; si futura, quis hominum potest vel inuidendo, vel nocendo extinguere? quis poterit sistere cæli rotas, Deique prouidentiæ obsistere? sed vado, & patri suo illum referam. Ioseph puer audis ne? ne taceas præ metu, te ego frater Rubenus alloquor, qui sedulò ne perires curaui, prode teipsum, mi puer, te tuo reddam patri. At quomodo silet? O frater, ô puer, anima patri quàm mihi charissima, responsa nulla reddis? nemo respondet mihi? Puer longiore vita digne, dic vbi occultus lates; quo loco te requiram, mortuum, aut viuum? Inuidia suspicor peiora tentauit, quia prohibui, quia mitiora suadebam. *O inuidia! tuas respice tragœdias.* Abrahæ prolem vendidisti, non Ismaëlis, sed Rachelis filium, non ancillæ. Iacobo patri venenum absque dubio præparas. quid respondes? *Dicemus*, inquit, *fera pessima deuorauit eum*, eiúsque fidem faciet tunica hæc sanguine respersa. *O quàm cæca & fatua* (inquit B. Epiphanius) *est malitia, & error stolidus!* accede huc, nónne vestem dirumperes, ne integram deferres? O quantum desipis! si fera Iosephum interfecit, quomodo vestem non abscidit? erátne ratione prædita, vt priùs illum denudaret? Benè dicis, non aduerti. Senem autem id non præteruolauit, dixit enim, *fera pessima deuorauit eum*, pessima fuit, & prudentissima, vt vestem relinqueret intactam. Sed, ô inuidia stolidissima! istæ sunt tuæ tragœdiæ. 4. *Ruben deleterfratrem quærit.* *Descriptio Ruben.* *Inuidia fatuitas.*

Ecce sanctus Iacob venit suâ Rachele comitatus (quam adhuc superstitem fingamus, vt ad viuum actus exprimatur.) inquiro Rachel pulchra, nonne tibi videtur solem aliis diebus 5. *Iacob & Rachelis colloquium.*

oriri

oriri lætiorem? fortassis erat in causa Iosephi absentia, quem aliis diebus in conspectu habebam, horrere cuncta cerno, & tenebris operiri, non tibi videntur hîc rura lacrymari? non faciē mutasse arbores videntur? quæ tristitia hæc est, quæ mundum occupat? Sufficit iam senectus, sufficiunt eæ quas vidisti varietates, tristésque tragœdiæ, superéstne mihi aliquod malum? Rex cælestis, quò meam senectam ducis? O dulce Patris nomen, experto tamen, quàm graue onus sit habere filios? Tu, mi Ioseph, potes recreare me, tu exhilarare cuncta, si sospes ad me redis. Ingredere inuidia, nuncia quid Iosepho contigerit, vix fari potest inuidia, grande malum! accede, narra quid mali portas? agnosce tunicam. Tunica Iosephi est multo aspersa sanguine. Quid hoc? *fera pessima deuorauit eum*, Ioseph pulcher vbi es? responde mihi: responde mihi patri, matri. Mihi mitigate fletus, boni parentes, ecce decem filij vobis sunt, & Benjamin alter. Mortuo dilectissimo nulli supersunt liberi. Fera pessima vide quid egeris, *inuidia tuas respice tragœdias*. Sed frustrà ista machinaris (inquit Rupertus) plorat enim Rachel pietatis affectu filium occisum tanquam non sit, sed ille viuit, & non solùm est, verumetiam melius est; est enim in regia Pharaonis viuus, hilaris & gaudens, qui parentes suos exhilarare veniet. Hæc accidit tragœdia ante accessum filij Dei in Ægyptum, & futurus euentus priùs in Iosepho fuit præsignatus, & in seruitute, populo, qui ibi erat: sicque Euangelista inquit, *Hoc factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam, dicentem: Ex Ægypto vocaui filium meum*, verbum quidem, quod euentum significat, non causam.

Inuidia tristes tragœdias.

Matth. 2. 15.

6. *Ecce Angelus Domini apparuit*, &c. Secundam tragœdiam aliæ nobiliores agunt personæ, Pater scilicet æternus, Iosephus, Maria, & secundus puer Ioseph totius mundi Saluator; & vt actus iste tristis vndequaque sit, introducit Euangelista sanctus primo loco Rachel. *Rachel plorans filios suos*; & vt allusio fiat ad Ioseph, & quoniam fœminarum est has calamitates deflere, & quoniam maximo cum dolore peperit filios, & quoniam fingere eā plorantem affectu & significatione plenum est: indicat enim tantam futuram calamitatem, vt ne vna quidem mulier superstes sit, quæ plorare possit, & necesse sit ad plorandum ipsos quoque mortuos excitare. Simile quid fieri consueuit in tragœdiis cùm mortuorum manes, aut euersarum vrbium vmbræ lamentantes inducuntur.

Secunda tragœdia.

Quid significat, Rachel plorat filios suos.

7. *Fuge in Ægyptum.* Non iam in inuidiam querelas excito, sed in tuam Domine prouidentiam. Tenero infanti labores? exilium terræ Saluatori? Voluit Christus fugiendo laboribus initium ponere; amoris istud est, non solius inuidiæ: nam quamuis vt puer mortis periculum sentire non posset, tamen vnà cum lacte sugere voluit, & vt mater optima sentiret, sciebat optime puer per infusam scientiam & beatam, quidnam periculum mortis esset, quas secum angustias & timores afferat, sed experiendo non didicerat. In illa etenim ætate nec fugere, nec mori viderat; erat tunc temporis vt medicus, qui melius quàm infirmus ægritudinem cognoscit, sed non sentit vt infirmus; sic puero isto dolores isti non erant molesti, erant veluti serpentes & lacerti in argentea insculpti lance:

Christus ab infantia dolores pertulit.

Simile.

sed licèt hac via non sentiret, vnicam tamen quæ potuit esse sentiendi viam, Christus non euasit, dolores enim simul cum lacte sugebat, vnde melius quàm Ieremias potuit dicere: *Vt quid me concepisti, mater mea, virum dolorum?* Sed, ô sanctissima Virgo, si dolores Christus in tuo suxit vbere, cor tuum qualiter se haberet? Ad principum nutritionem mulierum examinantur vbera, & ponderatur lac: experientiâ etenim compertum est, in illo bonum & malum imbibi, & postquam nutrix aptior eligitur, delicatis epulis pascitur, & præ omnibus attenditur, ne dolore aliquo vel tristitia afficiatur, ne, vt omnes credunt, lac acescat, & puer detrimentum aliquod patiatur. At quàm longè fuit à te, Domine, prouidentia hæc: cur 8.
Pater æterne ad nutritionem pueri huius (qui nec minus erat quàm Deus) cura maxima non est adhibita? quinimò potiùs eius mater cibata felle videtur, & ad pedes eius, licèt diuina sit mulier, existit draco, qui illam terreat, & fugam arripere compellat. Est autem ordinatio ista cælestis, vt eius filius labores vnà cum lacte sugat, eósque diligere incipiat, tanquam imperator ille Caligula, qui in humanum sanguinem ita propensus erat (quoniam nutrix eum lactatura sanguine mammam aspergebat) vt plures postea agens annos ensem humano sanguine madefactum lamberet. Raris afficitur quidem puer iste studiis & amoribus. O animæ nostræ salus, quis lac istud acescere nisi mea culpa facit? mater siquidem omni culpa vacat & peccato. In libro Ruth legitur Booz vnum ex Christi progenitoribus cùm vidisset Ruth, post sponsiones multas, & fauores dixisse ei, *Intinge buccellam tuam in aceto*; quis vnquam vidit tale conuiuium? veteres tamen Hebræi præsciuerunt talem Ruth habituram posterum, qui vnà cum matre sua panem aceto mixtum manducaret: vel, vt meliùs dixerim, nihil non aceto madefactum, vnde Rabbinorum multi collegerunt suum Messiam ab vberibus matris pati incepturum, lacte enim aceto mixto à matre lactandus erat. Vnde tali extunc captus est amore aceti, vt in cruce pendens vinum respuerit, & acetum gustauerit, lacte enim acido nutritus fuerat.

Apoc. 12. 1.

Educatio infantum mores infert prauos.

Ruth 2. 14.

A parentibus Christus labores patiendi originem duxit.

Futurum est vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Inusitatus Deum quærendi modus ad perdendum eum! ædificare ad destruendum. Sunt multi qui bonum quærunt, vt amittant illud: ludo deditus pecunias quærit ad perdendum: mercator qui sua & aliorum bona committit aquis maris, onerat multas naues, quarum postea naufragium patitur, vel mittitur in vincula, vel in templa se recipit. Mulier quæ emptis coloribus depingit faciem, illam quæsita pulchritudine perdit, natiuum colorem amittit, dentes putrefacit, oris superficiem corrumpit: expecta mulier, ne istud facias, ne ante tempus perdas quod ætas & anni consumunt. Propter nimiam capillorum curam eos Absalon cum vita pariter amisit, ita & tum, *ad perdendum eum.* 9.

Multi quærût Deum ad perdendum eum.

Voce Angeli à somno est Iosephus excitatus, & statim nocte secessit in Ægyptum: ecce Herodes illum venit quæsiturus, vt & Iosephum Ruben; erátque non in Bethleem, sed in Ægypto. Nemo quantum, quámque sortem de Deo sit accepturus, certus est. Res omni timore 10.

Quam sortem apud Deum sit habiturus quis nouit.

10. Alij reges homines cùm sint, diuinos sibi arrogant titulos; hic verò Deus cùm sit, humanos induisse artus gloriatur, *homo, & homo; hombre, y muy hombre, muy nuestro, muy passible, muy sugeto a las miserias humanas.* quo verbo docet, & tranquillat Synagogam, quæ hominem respuebat. Textus etiam Græcus aliud infert mysterium, & sensum inducit: *Mater Sion dicet, homo, & homo natus est in ea*; videtur contemplari puerum Iesum in matris complexu, matri blandientem, atque nutibus, & oculis dicentem: O mater mea diuina. *Mater mea, dicet homo, & homo*, hoc est, matri Sion dicet filius eius, *mater mea purissima.* Insuper etiam mysterio non vacat iterata illa vox *homo, & homo*: nato enim Principe regni hærede, gestiunt omnes, gratulantur, inuicem amplexantur, & præ lætitia plorant, & inclamant omnes, principem, principem habemus; statim nuntij in omnia regna mittuntur. Hæc igitur omnia vno comprehendit verbo Dauid, *Homo factus est in ea*, & communis est lætitia, *sicut lætantium omnium habitatio est in te. Saluator noster* (inquit Leo [a]) *natus est, gaudeamus, nemo ab huius alacritatis participatione secernitur*, Iudæus, & Gentilis, iustus, & peccator pariter lætentur, quia *magnus est dies Iezraël, sicut lætantium omnium habitatio est in te,* vt liquet ex Euangelij historia.

Text. Græcus, & octo Doctores Athanas. Ambr. August. &c.

Psalm. 86. 7.

a Serm. de natiuitate.

11. *Ecce Magi ab Oriente venerunt.* Prius dixit Magos, quàm reges, & prius sapientes, quàm potentes, & diuites, vt ostendat (inquit Chrysologus) quid iam puer iste meditatur, Magos, & sapientes confundere, in eo maximè, in quo ipsi, & in ipsis dæmon gloriabatur: sicut cùm vir fortis, & robustus temerè irrumpentem videt in domum suam hominem proiectum, & barbarum, ense districto ait intra se: Itáne in domum meum audax fuisti, ego te eodem, quo ingressus es ostio, turpiter regredi cogam. Intrauerat in orbem idolorum cultus per magiam, & inanem sapientiam, aberrauit orbis à Deo, per sæculi sapientes: at puer iste dum moliebatur illi suam desolationem, videt Magos venientes. Hó (inquit) *ecce Magi*, opportunè veniunt hi, per quos dæmonem, vanumque Deorum cultum de mundo propellam, *iamque videns credere se* (ait Chrysologus [b]) *& non discutere mysticis muneribus, confitetur thure Deum, auro Regem, myrrha esse moriturum, vt deuoto placaret obsequio, quem curioso, & importuno incesserat, & offenderat instituto, atque implet illud, Æthiopia preueniet manus eius.*

Matth. 2. 1. *Venit Christus confundere magos & sapientes. Simile.*

b Serm. 160.

12. *Ab Oriente venerunt.* Iam à se longè positos peccatores Christus ad præsepe vocat, & appropinquare iubet, etiamsi longè dissiti minus fidant potentiæ eius: ad hoc enim ostentat potentiam brachij sui, nec enim frustrà (inquit Augustinus) filius Dei vocatur Verbum, & brachium: nam licèt in infantia tacet, at brachium otiosum non est, quin potiùs ibi virtutem diuinam ostentat; & in quo manifestat? in reuocando ad se peccatores auulsos à gratia, & longè à Deo in dæmonis ditione constitutos. Virtutem igitur brachij hodierna die manifestauit: sicut cùm prouocant se ad proiiciendam ferream virgam, vel grande saxum iuuenes, lacessitus tacet, & finit aduersarium, vt conatus omnes in aliquo iactu lapidis effundat, tunc ille metam alterius respiciens redintegratis viribus proiicit longissimè lapidem, aut ferrum, ita vt omnes mirentur, & sciant nullam ita longè posse illi assignari metam, quam non facillimè ipse transgrediatur. Perduxerat dæmon iniquitatem, & cultum idolorum, sicut vidit Zacharias, *in terram Sennaar, vt ibi constituatur super basim suam,* existimans quidem nusquam eò progressuram Dei largitatem; at Puer noster denudat brachium suum coram Gentibus, & arrepta stella, quæ Solis rotam excederet, in Gentes orientales mittit, pauent omnes, & brachium Dei in ludo esse suspicantur, & ad omnes venisse, *his, qui propè, & his, qui longè*, vt ad spem vocet peccatores, nullam illi metam fugiendo posse præfigere, quam sua clementia, & bonitas facile non superet; nullus ita à Deo elongatus peccator, qui à Dei brachio superari, & trahi non possit. *Longè* (inquit Dauid) *à peccatoribus salus; quia iustificationes tuas non exquisierunt*, veruntamen, *misericordia tua multa.* carent Hebræi superlatiuis, sed sensus idem est, *Por mas, que se alexen, y mayores sean sus peccados, mucho mayores son vuestras misericordias, mas tirareis vos la barra para saluar, que ellos para peccar.*

[...]at Christus ad præsepe peccatores etiam longè dissitos.

Simile.

Cap. 5. 10.

Dan. 9. 7.

Psalm. 118. 155.

13. *Hierosolymam.* Quàm parui fecerunt aulam regiam, curiámque vniuersam, nec de inuisendis palatiis, & templo curarunt, extra hæc omnia erat, quem animi eorum auidissimè perquirebant. Simile quid refert Hieronymus de eis, qui fama Titi Liuij ducti confluebant Romam, eius eloquentiam audituri, *ab exteris nationibus in vrbem veniebant, & quod quærebant extra vrbem erat:* extra curiam enim, & aulam viri spirituales multa æstimanda sciunt, ideo Magi, qui explere desideria sua cupiunt, sciunt in Deo, & extra curiam esse, qui eorum desideria expleat. Huc facit, quod acutè Augustinus dixit, Deum Sadai nuncupari voluisse: *el abastado*, qui sibi sufficiens est. Sed quis credat hæc? ideo (inquit Deus) curabo, vt semel cor humanum expleam vel delitiis, vel consolatione, vel interna suauitate spiritus: aliter enim non credet mihimet sufficientem esse, nisi aliquando experiatur satietatem, & saturitatem à me accepisse. Quapropter obserua (inquit Augustinus) vt tantum possis capere, & gustare Deum, ingens, & amplissimum vas cordis præparare oportere, quod per amorem Spiritus sancti præstat. *Vis implere cor, prepara cor, vis vtrem implere, extende illam, dilatam desideria cor.*

Multa æstimanda sunt extra curiam maximè viris spiritualibus. Consolatio spiritualis.

14. *Vbi est, qui natus est?* Rogant in vrbe, cui addita erat Dei notitia, & omnes ignorant: sæpenumero enim putamus esse castitatem, vbi turpitudo dominatur, colitur vt religiosus, qui longè à religione est, consulitur vt sapiens, qui sibi insipiens est: ita Hierusalem, quæ iactabat se religionis, & sapientiæ magistram esse, minus quàm Æthiopes nouit de suo Messia, & prius migrat in Ægyptum, quam tyrannus Herodes subodoratus sit.

Deus putatur esse vbi non est propter peccatum.

15. *Vidimus enim stellam eius, & venimus*, &c. Pulchrum verbum, statim ac vidimus cæleste lumen, iter arripuimus, nec solùm in cognitione mansimus, sed ab illa ad opera, & sedulitatem progressi sumus. Mirum sanè hoc curiosis, & aulicis contigisse, & multo magis regibus; comparantur enim optimè à Dauide limacibus, *Sicut cera, quæ fluit, auferentur: supercidit ignis, & non viderunt solem.* Variæ sunt loci versiones, quas alibi expendimus; communior est, *Sicut limax,*

Sedulitas in inuestigando Christo.

Psal. 57. 9.

qui

qui dissoluitur, & liquescit: nam limax semper ad radium Solis caput exerit, cornicula duo extendit, & liquescere videtur eius calore: at semper intra suam testam manet, semper in suis fæcibus hæret: sic aulicos ad vehementiorem vocem diuinam, ad radios inspirationis, & diuini fulgoris videas attentissimos; sed ô quàm citò desistunt, nunquam ab illa domo, nunquam à suis fæcibus excitantur, gaudent splendore stellæ, sed tardissimi sunt sicut limaces. O vani, & proterui mortales! Scitote (ait Dauid) quòd stella non tam menti, quàm pedibus promouendis prouidit, *lucerna pedibus meis verbum tuum,* præcedat tanquam fax, vt dirigat tamen gressus, cauete ne discedat à vobis, si sedulò quod iubet, explendo non incumbitis. *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento;* non frustrà vermes adhibentur, vt scias, quoties per puncta, & ad momentum non obsecundas voci diuinæ, auxilia in vermes, & morsus conscientiæ conuertuntur, & manna illud delicatissimum si in alium differs diem, statim vermibus scatet. Quare meritò inter reges vnus gloriabatur Dauid, post acceptum primum diuini luminis splendorem statim ad Deum venisse. *Praueni in maturitate, & clamaui,* vbi aliqui putant legendum, *praueni in immaturitate,* & Chaldæus vertit *in aurora;* Septuaginta verò, *adhuc in tenebris,* vt sit sensus: Non ego sic altè, & in meridie dormio, ordinem inuertens diei, & noctis, sicut mos est aulicis, nec vitæ conuersionem in diem exitus reseruaui, sed in prima lucis aurora ad primam diuinæ gratiæ illustrationem maturandum esse gressum ad Deum duxi. Et Ambrosius [a] premit hæc eadem. *Prauenit ætatis maturitatem quisquis in adolescentia positus senilem grauitatem induit, & iuueniles annos veterana quadam continentia regit, feruorémque virentis corporis in canam morum maturitate componit: nam quid prodest si effœtum corpus voluptatibus, & iam senectutis gelu frigidum ad sera deuotionis officia conuertas?* Quare sicut pastores dixerunt, *Transeamus vsque ad Bethleem, & videamus hoc Verbum;* vbi textus Græcus habet, *transeamus iam, seu proficiscamur iam: que hazemos, en que nos entretenemos?* nullas patitur moras tale nuntium, ita Magi iustitiæ fontem anhelantes volant, & veluti cerui ad fontem aquarum currunt, *vidimus, & venimus;* quare hæc Deo maximè placent, quæ Clemens Alexandrinus [b] annotauit. *Quemadmodum patres, & matres lubentius vident equorum quidem pullos, boum vitulos, leonum catulos, ita & vniuersorum Pater eos diligit, recipit, ac defendit, qui in nequitia non inueterascunt, sed in initio vocationis ad ipsum accedunt:* vnde intrantibus Magis canit Ecclesia, *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum: trahedle, trahedle becerrillos, trahedle gamos ligeros; vox Domini preparantis ceruos: de essos gusta Dios.*

> *Lumen menti datur & manibus & pedibus.* — Psalm. 118. 105. — Cant. 1. 11. — 16. Psalm. 118. 147. — a Serm. 9. — Luc. 2. 15. — b 1. Pædag. cap. 5. — Psalm. 28. 1.

17. *Turbatus est Herodes, & congregans omnes principes.* Nunquam vnum ex sapientibus in consilium vocauerat ad piè euoluendam sacram Scripturam: nunc verò ad peruertendam congregat omnes, vt suæ vtilitati prospiciat; perinde tibi, ô diues, contingit ad negotia salutis, per quadraginta annos non Theologum, non pium religiosum adiisti, sed quasi causam derelictam deseris; ad lucra verò excipienda, ad palliandos iniquos contractus, non vno contentus omnes consulis, omnes euoluis libros, omnia fatigas ingenia, *congregans omnes,* vt inter tot capita aliqui in diuersas sententias distrahantur; ita vos hæretis iniustis pactionibus, & emptionibus, quia vnus ex auctoribus subrancidus ducentis retro annis impunè nescio quam scripsit claustralem Theologiam, errauit fortassis ille, erras tu, errat consilium, & peris in aliena conscientia, & in scientia supina, & crassa. Herodis autem ignorantia non tam supina, quàm affectata est: rogo enim te Herodes si minus credis Scripturis, quia Idumæus; quare euoluis illas? si credis, quo pacto subterfugere, aut vitare putas, quod in eis testatum est? eò iniquitatis, & cæcitatis venit peccatoris conscientia, vt lumen intellectus obscuret. Quis sapientia illustrior intellectu Salomonico? hic tamen cùm certus esset Ahiam Domini Prophetam designasse, & obtulisse regnum Ieroboamo ex Dei decreto; nihilominus *cogitauit Salomon interficere Ieroboam;* successorem perimere cogitas, vbi est sapientia, vbi mens? aut minus assentiris Dei nuntio, aut si credis, certè obscurato intellectu diuinas posse eludere cogitationes putas; mitto insaniam vestram, ô peccatores, mitto vos ad Herodem insanientium, & delirantium ducem, qui cùm eludere diuina decreta audet, illuditur à Magis.

> Matth. 2. 3. *Consilium ad negotia salutis quærendum.* — *Ignorantia supina & affectata.* — 3. Reg. 11. 40.

18. *Turbatus est.* Terrena, & temporanea non solent ita perturbare cor regis, qui superior omnibus est; conturbat autem eum præsentia supremi numinis, Dei videlicet in terras descendentis, cui omnes reges deferunt, & in eius conspectu timent, & tremunt. Collige hoc ex illa mirabili visione Ezechielis *cap. 1.* * in qua currus machinam regni significat, quam Deus de throno suo regit, ac moderatur; reges autem sub throno positi sunt, & sub firmamento sub specie quatuor Cherubinorum; quia non regna solùm, sed reges Deo subditi sunt, & eorum corda mouet, & gubernat actiones; ne tamen putent vel Deum abesse, vel non esse illi deferendum, vel aliqua sine eius prouidentia agi, certis interuallis personabat imperialis vox de throno, vt suprema eius innotesceret potestas, qua regna regit, & ea quócunque vult transfert. Vnde opportunè annotauit Nazianzenus [a] voluisse Christum nasci in tempore descriptionis mundi per Octauianum, vt & corriperet regum auaritiam, & superbiam, & se non abesse putarent reges, sed in medio Deorum esse, eorum iudicando opera. *Quid autem sibi vult hæc ratio, sanè, nisi me sententia fallit, eos, quibus huiusmodi munera commissa sunt, admonet, Deum semper maximis rerum administrationibus interesse, & quidem vt descriptores pudore quodam afficiat, tum demum commoueat, carnem assumit, & cum hominibus versatur.* Hæc igitur præsentia supremi numinis terret Herodem, etiamsi thronus sint cunabula, & pannis inuolutus adhuc versetur; quid erit cùm ad iudicandum venerit *in sede maiestatis suæ?*

> *Præsentia Dei terret Principes & Reges.* — * Ibi P. Mald. Credendum est Prophetam nullum ænigma proposuisse, quod non verbis, aut reipsa non declarauerit. Vnde non aliunde, quàm ex ipso eliciendа est interpretatio figuræ, & ille repetit eam cap. 10. v. 1. & v. 15. & v. 20. Cherubim etiam vocat animalia, & ex eo constat reges esse; nam & reges Cherubim vocari consueuerunt. Ezech. 28. *Tu Cherub extentus, & protegens,* & v. 16. &c. — a Orat. 9.

19. *Diligenter didicit ab eis tempus stellæ.* Hoc vnum saltem ab Herode discere oportet; diligenter enim Astrologiam discit, vt non secundùm astra, sed contra stellas, & earũ cursum, & concursum agat. *Discit igitur* (inquit Chrysologus [b]) *stellam non venisse à genesi, sed à genitore: mandato, non fato: non à computatore, sed ab auctore; non quæ daret ortum, sed quæ sustineret occasum; stellam non legiferam, sed signiferam;* non *dominantis*

> Matth. 2. 7. *Notandum per mortificationem contra incl[i]nationem & infaustum stella.* — b Serm. 157.

zed by Google

dominantis dominam, sed ancillulam seruorum. Et nihilominus putat quia stella est, se posse contra illam agere, & vim inferre non astris solùm, sed & nouæ stellæ, quæ cæli manifestat auctorem. Discamus igitur ab Idumæo isto saltem vanam Astrologorum, quam iudiciariam partem vocant, contemnere, & enixè contra astra conari, omnia enim hæc paruipendit ambitio, vt suam extorqueat voluntatem. Elegantissimi in hoc, & salubssimi sunt Doctores, Gregorius contra Priscillianistas, Fatum (inquit) & astra nobis inducunt, *absit à fidelium cordibus, vt esse quid fatum dicant.* Augustinus, Rogo (inquit) stella ista, quæ in ascensu erat, cùm tu natus es, éstne sub Dei voluntate? si negas eam, quasi Deum colis, & alium insipienter Deum confingis, si affirmas, blasphemiam iactasti? dum putas in cælesti aula ministros esse aliquos diuini numinis, quibus regia stipendia donantur ad hoc solùm, vt ad peccandum cogant, vel saltem alliciant homines. Quòd si humanus rex permitteret regno, & corona mulctari, æquum esset. Sanctus Chrysostomus rationem subdit: nam si necessariò obligant ad praua opera, vel Deus, qui indidit eis virtutem, malus est, aut voluit arcere, aut tollere, nec potuit, & impotens est; hoc non est verum: id ergo, quod asseritis, falsum est. Quam rationem si minus percipis, excipe (obsecro) puerorum voces cantantium, decem sunt dominicæ legis mandata. Quibus (obsecro) lata sunt hæc decem mandata? hominibúsne? Si igitur homines stellæ suæ influxum vitare non possent, nónne insipiens esset Deus præcipiens ea mandata, quæ nullo pacto creatura posset obseruare? vel certatim opponeretur stella influens Deo præscribenti, *ne occidas*, in contrarium cogens, *occide? à tu, portu se hauian de poner la estrella, y Dios diziendo Dios no mates, y la estrella diziendo si mates?* Abi peccator ad virtutis, & veritatis scholam, nec mihi in astra tuorum scelerum causas refundas; furiosa potiùs tuarum appetitionum vis est, cui tu obtemperas. fræna, desideria, vim contra vim infer, violentorum enim est regnum cælorum; à nemine enim semel arbitrij sera sub tuo consilio data queit reserari, semper integrum tibi est, dum viuis, bonum velle, malum autem nemine cogente; immo contradicente natura, & conscientia renitente prosequeris. Disce ab Herode stellas contemnere, non eius stultitiam, & proiectam audaciam. Post sacros verò Doctores audi luculenta Senecæ verba [a]: *In nobis siquidem sors nascendi, & educatio nec vitij locum, nec iam præcepti habet, sequentia ordinanda sunt. Contra primas itaque causas pugnare debemus.* Notat insuper Chrysologus, eis stellam dedisse; quia Astrologi erant, ne quis putet diuersis, alienisque à statu, & munere rationibus salutem sibi procurandam esse, vnicuique sua stella est, sua gratia muneri, & loco accommodata, nec dicat sponsa, *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis*; vbique, & in qualicunque munere, & statu inuenitur Deus stella eius præduce, quæ multiplex est, *& propè est in ore tuo*, & beatos omnes facit in sede, & munere proprio. *Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco, quem posuit.* Augustinus [b]: *In loco*, hoc est, in statu; sicut cùm Spiritus sanctus quærit *mulierem fortem*, ad quid putas, ad bella? minimè, sed ad fusum, ad vigilias; quærit enim mulierem, quæ mulier sit, quærit iudicem, qui iudex sit, quærit fabrum, qui in fabrilibus sit: cætera namque gratia multiplex in illis operatur, & vnicuique pro necessitate datur syderum scrutatoribus stella, iudicibus lex, fabris ars, mulieribus œconomia domus, Ecclesiasticis deuotio, quasi stella diuersimodè dispensatur.

Vanã Astrologiam quam iudiciariã vocant, probant esse Doctores.

Stella non cogit sua virtute.

20.

a Lib. 2. de ira c. 22.

21.

Gratia est stella sua cuique Christiano.

Cant. 1. 6.

Rom. 10. 8.

Psal. 83. 6.

b In hunc Psal.

22. *Intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* Peruenit ad sponsum suum cæca gentilitas, quàm attonita stetit ante pueri maiestatem ante tredecim dies nati. Quis trementem videret Virginem, iam rubore, iam pallore suffusam, quàm attentè attrectat, inspicit filium, ad sinum retrahit. Quis, infantem grauitatem affectare, & auctoritatem ostentare; age mi Princeps, age hominem, repræsenta maiestatem, serena vultum, prætende brachiola, & manus pedésque ad oscula exhibe; da libens manum pueri ô Virgo, in signum obedientiæ osculandam; ne abscondas mi Rex, sicut terreni nostri reges: nouit enim lectissima Virgo aulicis moribus erudita, sponsam esse, quæ manum postulat. Fertur valde notanda esse verba, quæ inter sponsos primò vnus alteri dat. Audiamus sponsam: nam licèt principiò suo insitato splendore ad terram prouoluitur; at soluendi linguas, & lacrymas facultatem concessit, quas deuotio ligauerat, & affectus cordis vinxerat: soluunt igitur linguas, & subitò se profundunt in lacrymas. Rex mitissime, infans Deus, amor noster, finis desideriorũ serui tui sumus, tua sunt item regna, quæ quasi à te substituti tenemus, & moderamur, fatemur ingenuè si quid vitæ, si quid gratiæ, si quid fidelitatis in nobis est, tuum esse donum, omnia tuæ libertati, voluntati, & mercedi præponimus, legati sumus à gentilitate, deprecandi te causa missi, cessent iam odia antiqua, iræ restinguantur; in his igitur comitiis, quæ ad honorem Patris inter mortales cogere, & celebrare voluisti, postulant nostra tria regna per suauissimum lac, quod in tuum dulcissimum os puerperæ huius vbera de cælo plena instillant, quæ pueris gratissima esse solent; vt nobis in tenebris longè à veritatis lumine natis, & in remotissimis mundi regnis positis lumen, quod mortis tenebras propellit, affulgeat, & tanta merita gratis nobis impertiantur, impleantur promissa, compleantur prophetiæ: neque enim à te, nec à puluere isto, & fœno capita leuabimus nostra, nisi priùs à te vocem salutis plenam, & gaudij excipiamus. Illic videre erat infantem clementem iam agere Regem, illic blandè allicientem sponsam, & ore silente hæc in eorum corda suauissima influit verba; *Charitate perpetua dilexi te, desponsabo te mihi in sempiternum, vocabis me deinceps, vir meus, dux virginitatis meæ, non vocabis me vltrà Baalim, & dicam, non populo meo, Populus meus es tu, & ipse dicet, Deus meus es tu.*

Matth. 2. 11.

Descriptio pueri in desponsatione sua.

23.

Ierem. 31. 3.

Oseæ 2. 16.

24. Hæc verbis, mox dicta factis cumularunt, *apertis thesauris suis obtulerunt ei aurum, thus, & myrrham.* Modò omnino persuasus sum hos verè reges fuisse, non nomine, sed munificentia, & pietate, *apertis thesauris suis*: non enim in aula, & curia Hierusalem aperuerunt, sed dum se inter pauperes vident constitutos; contrarium sequuntur mundani: nam coram diuitibus,

Matth. 2. 13.

Vera munificentia.

tibus,

tibus, & splendidis sua largè effundunt epulis, carrucis, ludis, muneribus, & plausibus, & cùm inter pauperes versantur, vel ministros egentissimos vident, tunc obserant thesauros, nec superest quid pauperibus elargiendum. Alij aperiunt thesauros, vt auibus, & canibus alendis insumantur. insanus sumptus, & irrationalis, si panis pauperi subtrahitur. Audi Philonem [a], *Quanto praestantiores qui non pecoribus suas possessiones depascendas permiserunt, sed impenderunt ad subleuandam egestatem hominum: quanta mayor gloria vuestra fuera señor hechar al hambriento pobre el pan, que no al perro, al papagayo y al nebli thesauris* id, quod aestimatione dignum est: nam quae abiicienda, vel cani proiicienda, quid multum si pauperi porrigantur? pretiosa vnguenta, pistica, soluta, & distillata profudit Magdalena, & fregit insuper alabastrum, *thesauris suis*, hos nempè, quos auarè seruas, & euanescent qua minus cogitas ratione, *diues cùm dormierit non sumet omnia.* aperiet oculos suos, & nihil inueniet: *suis*, sua enim obtulerunt, quî poterit dici eleemosyna de alienis, pietas de impietate collecta? Tullius [b], *Nihil est liberale, quod non idem sit iustum*, & addit; *nam qui aliis nocent, vt in alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia, vt si in*
25. *suam rem aliena conuertant.* Alij verò (vt inquit Iacobus) solis verbis pauperibus occurrunt, vel ad suos cognatos remittunt, contra quos Gregorius Papa [c], *Dilectio nostra semper exhibenda est, & veneratione sermonis, & ministerio charitatis*; haec fortasse adumbrat praeceptum illud [d], *Non plantabis lucum, & omnem arborem frondosam iuxta altare Domini*; Deo nempe displicere homines, qui sola verborum prolatione, absque fructu & operatione reperiuntur: vnde Isidorus, *Nos autem circa altare Dei, id est, dominicam fidem, nihil in verbis infructuosum componimus*: nam Deo propriis foecundae fructibus arbores placent, ficus, & vitis, &c. qui enim de alienis, vel solis verbis subuenit pauperi, quomodo charitatem habet (inquit Augustinus [e].) vbi charitas est, & qui exigit, dulcis est, & à quo exigitur. *Videmus* (inquit) *vbera vaccarum à grandiusculis vitulis capite percuti, & propè ipso impetu leuare matrum corpora; nec eas tamen calce repellere vitulos, sed si desit filius, qui sugat, mugitu prouocare ad vbera; propterea ergo pauperes repellimus, aut solis verbis satisfacimus, aut ad aliena remittimus; quia charitas Dei in nobis non est.* Vnde D. Leo [f], *Illa ficus nobis cauenda est de sua infecunditatis exemplo, quam Dominus nihil habentem perpetua sterilitate damnauit.*

26. *Obtulerunt.* Liberaliter palàm proposuerunt, neque enim est liberalitas, cùm expectatur honestus vir nocte intempesta, qui nec ad tuam superiorem domum, aut cubile audet ascendere, & vocat ad compluuium, vt suam tibi aperiat nuditatem, imparatum adite, intrate domum eius, & obtrudite numos, antequam os aperiat. *Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios.* Diuites tenaces quercui de monte Basam comparantur; fustibus enim, & ictibus vellicantur glandes, malus autem libentissimè offert, & pansis hinc inde ramis inuitat auidos sui fructus. *Ei*, pauperi, non diuitibus: nam vos datis quidem, sed vicissitudinem expectantes, quo facto rem illustrem tenebris offunditis, quae dicitur à Paulo, *nec vicissitudinis obumbratio*: Magi verò sua liberalitate ita dies istos honestarunt, vt nemo illustris, nemo nobilis, qui his diebus sine vicissitudine expectatione non multa pauperibus largiatur.

Aurum; hoc quod plurimi facitis, hoc quod pretiosum, sed otiosum est, hoc quod ab Indis venit, in quo auaritia altiores mittit radices, vt experientia compertum est: aurum, quod natum est ad splendorem, quia filius Solis est; vos quare semel in anno sicut seruo visendi parentem suum facultatem non datis, prodeat aurum ab arca, vt videatur à Patre suo sole, & à Patre luminum, qui condidit, non vt reconderetur. 27.

Thus, & myrrham. Haec (Bernardus inquit) iam ad delitias obtulerunt, & ad propellendum foetorem stabuli, & vt myrrha vngendo tenerrimo corpusculo opportuna esset: nam & necessaria exhibere, & quae ad indulgentiam, debes indigenti, vt collaudet tecum creatorem, qui te in tantis delitiis collocauit. Seruent & hoc foeminae, quae catellos alunt, & cupediis replent. *Si comedi buccellam solus: del buen bocado partia con el pobre.* 28.

Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Tali peracta legatione, & oblatis muneribus pretiosis, datoque per fidem collo Christi iugo, repetunt patriam sancti reges: libenter enim adeundi licentiam concessit Herodes; sub pacto tamen redeundi ad eum. Ars quidem daemonis, qui vobis liberam dat facultatem aperiendi crimina, statuendi proposita, accedendi ad sacras epulas, sub ea tamen conditione, vt ad ipsum redeatis, vel reuertatis per illam viam, vbi ipse occasionis laqueos praeparatos habet, aequum erit, ô mi Princeps, vt in deuotione, & officiis sacris perseueres fugiens obuiam fieri tuis peccatis. Iussit Ezechias solemnissimum celebrari pascha, in quo ita caelestibus delitiis, & deuotione delibuti euaserunt, vt surgentes omnes vna perrexerint ad conterenda, & delenda idola omnia, quae in regno potuerunt reperiri, *cùmque haec ritè fuissent celebrata, egressus est omnis Israel, & fregerunt simulacra, succideruntque lucos.* Meritò quidem *magnus est iste dies Iezrael*, in quo finis datur idolorum cultui, complentur mysteria, verus Deus manifestatur videndus, attrectandus, & ducendus à sua sponsa, fidem suam liberante, qui dixit: Desponsabo te mihi in fide, in misericordia, in gratia, & in gloria. 29.

Marginalia: a Lib. quòd omnis probus sit liber. — *Misericordia & eleemosyna quo pacto largienda.* — b In Verr. — 2. Cap. 19. — c 20. Mor. 8. 14. Vide Naz. oratione de pauperum amore, *nostris, diśque rogantur*, &c. — d Deut. 16. 21. — e Tract. 9. in 1. Canon. — f Serm. 7. de collectis. Vide Greg. hom. 31. in Euangel. Chrysost. hom. 11. ad Rom. — *Liberalitas prompta.* — Cant. 2. 3. — Iacob. 1. 17. — Iob 31. 17. — Mat. 2. 12. — *Nouus homo fidem Magorum imitetur.* — 2. Par. 31. 1.

VERBVM SPIRITVS sancti. Ad Rom. 9. v. 6. & 30.

Non autem quòd exciderit verbum Dei.

Quid ergo dicemus? Quòd gentes, quae non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam.

Deum stetisse promissis, meritò in sponsam duxisse Ecclesiam: qualiter ipsa sponsum inuestigauerit, quæsiuerit, adorauerit, tenuerit, ostenditur, persuadetur.

DISCVRSVS XXIV.

1. DE nihilo res est? ne minimum quidem refert? conqueruntur, & expostulant Iudæi fefellisse Deum fidem datam, & verbo suo non stetisse, res ita sordida, atque deformis, vt neque terreno regi obiici possit. Reges etenim verbi sui, & promissi ipsi debent iudices esse, & testes: nam si fidem frangunt, ad quem iudicem poterunt vocari, nisi ad tribunal pudoris? ideo regis verbum quasi magnum sacramentum reputatur: diuinum autem verbum ita certum est, vt *veritas* nuncupetur. Sed dum hodierna controuersia inter duas fœminas versatur, & matrimonialis est causa, quænam illarum sponsum tollet, Synagoga, an gentilitas? in re controuersiis implicata producantur scripta, loquatur Dauid, qui nuptias istas peregit, & cantauit, accedat scriba Isaias, apud quem transacta res est, exploremus, sterteritne Deus promissis, nec ne.

Arguitur Deus fidei non seruatæ.

2. Isai 4. 1. Caput, & rei principium ita se habet, *apprehendent septem mulieres virum vnum*, tanta virorum paucitas erit in Israël, vt septem mulieres, hoc est, plurimæ, vni homini litem excitent, quámnam earum ducturus sit. Omnes vnum virum Messiam Deum, & hominem desiderabunt, eiúsque ambibunt nuptias, non minori studio, quam à iuuene amoris impatiente ambiri solent nuptiæ fœminarum, tantóque excitandi familiam, & propagandi desiderio flagrabunt, vt cùm opus sit, & munus viri, de ornatu sponsæ, cibo, & nuptiali sumptu curam gerere anteuertent illæ curam istam, dicentes nolle diuitem, nec impensas vllas agentem, *panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur*; *ojo à esta palabra que està aqui el punto de todo este pleyto.* Obserua verbum istud; hoc enim rem omnem, causámque continet. Itaque affirmant nòn esse opus cupedias, & bellaria, neque cœnam prouideat: *que le perdonan las rosquillas, y confitura*; nudum & sine pallio ducent libentissimè, *tantummodo* hac sola adhibita conditione, *inuocetur nomen tuum super nos*: *con solo llamarnos de tu nombre, nos contentamos*; *sicut vxores Lamech*, & sicut filiæ Moab, & sicut apud Gentes Caia, Lucia, Publia, à viris suis Caio, Lucio, Publio nuncupatæ sunt: sicut etiam in Canticis à Salomone Sulamitis, id est, Salomonia, *la Salomesa*, sicut à Pacifico, Pacifica, *vel quasi pacem reperiens*; & vt clariùs res agatur, *aufer opprobrium nostrum*, ignominiam minimè ferendam Israëlitis infœcunditatis. Hoc idem gentilitati obiiciebatur, *& quæ nòn habebat filios*, hic finis nuptiarum, & hoc nomen honestum nuptiis prętexĭmus probrum per filios à nobis auferre, *vt nemo nos despiciat*, sicut sponsa dixerat, *sed deosculer te*, hoc est, nubam tibi, & ducam quasi sponsum.

Caput discursus. Isai. 4. 1.

Cant. 8. 10. Isai. 4. 1.

Cant. 8. 1.

3. Petitiones istæ, & diuturna desideria Deum à domo sua expulerant, qui quasi occupatus, & nimis intentus erat in educendo populum suum de Ægypto, typum huius mysterij, & vocationis Gentium; & quia dignam domum suæ maiestatis præparabat: nam in principio tanquam recens sponsus angustam illam domum Iuda habitauit, vbi pater suus Dauid vitam degerat: nunc verò fastidio esse cœperunt tantæ domus angustiæ, *notus in Iudæa Deus, & habitatio eius in Sion*, & crescente numero familiæ, amici dictitabant, *Dilata locum tentorij: ad dexteram enim, & læuam penetrabis: ay està essa Roma, y essas Indias, romped la pared de la discordia, y hazed casa digna de Dios*; igitur dilatare domum meditatur: in hoc autem tota lis est, eius æquitatem, & ius examinemus. Ait Dauid:

Typum nuptiarum Christi & Ecclesiæ exitus de Ægypto.

Isai. 54. 2.

4. *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius.* Statuit apud se Deus amare, & sponsam ducere, in qua re difficilia superauit, maria diuisit, cippos fregit, fores reserauit, catenas disrupit, sibi iter, & populo pandens, *à fuera, à fuera, que sale el Rey abodas*: *iter facite ei*, inimici quidem, & fumus euanuerunt, quidam vt cera liquefacti sunt, *sicut cera à facie ignis*; iusti verò Regis famuli pasti, poti, ditati, alacres conuiuiis accubuerunt, *& iusti epulentur: no faltarà pan en la boda.* Hoc idem scribæ regij Isaiæ testimoniis stabilitum & promissum est, *In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria: dize que se obliga à venir Iesu Christo, y hazer vn dia alegrissimo de bodas: & exultatio his, qui saluati fuerint ex Israël*, vt neque exitus de Ægypto, nec reditus de Babylonica seruitute huic lætitiæ queat comparari.

Psalm. 67. 1. *Nuptiarum comitatus.*

Psalm. 67. 3.

Isai. 4. 2.

5. Promittit primùm. *Deus in loco sancto suo, Deus, qui inhabitare facit vnius moris in domo.* Patrem futurum esse pollicetur: *sera hombre de su casa* *: & numerosam prolem generabit. Vatabl. Efficiet, qui liberis carebant, habeant amplissimam familiam, atque gentem vagam, & quæ nullam certam sedem habebat, in ampla sede collocabit, in monte coagulato, & secum faciet vnius moris, & instituti socios, quasi sponsus dilectam sponsam vnius instituti, vnius sanguinis, vnius Baptismi, vnius nominis, & familiæ: *llamaranse de Christo Christianos, y yglesia.* Hoc ipsum testatum reliquit scriba [a]: *Erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis*; quasi dicat, hoc peraget sponsus, qui germen dicitur (actiuè) germinare faciens: *no seran esteriles las bodas, como el grano de trigo en el tallo del clauel de haze arrojar, y arraygar*, & plurimos filios generabit, *& florebit, & germinabit Israël, & fructus terræ sublimis*: vocans Hierusalem, hoc est, Ecclesiam, *sublimem*, in qua domum, & sedem fixit, filios adscripsit, *sanctus vocabitur omnis, qui scriptus fuerit in vita in Hierusalem*: nam & sancti vocati sunt primi fideles, & scripti in libro dicuntur quasi fideles Christiani; fidelium enim nomina apud Hebræos in censum, seu catalogum referebantur *Isai.* 13. & Scriptura domus Israël non scribentur, hic dicebatur liber vitæ apud Hebræos, seu viuentium; quia vita functus statim de illo tollebatur; quare deleri de libro vitæ nihil aliud est, quàm mortem subire, Moyses, *dele me de libro viuentium.*

Psalm. 67. 7.

* Nomine *domus* familia, & numerosa proles significatur, Exod. 1. *ædificauit Dominus domos obstetricibus.* Et Ruth 4. Rachel, & Lia ædificauerunt domos Israël.

Sponsi qualitates & dotes.

a Isaiæ 4. 2.

Ibid. 27. 6.

Ibid. 4. 3.

6. Secundò non parua difficultas erat in ornanda, & componenda sponsa: nam si eam in Ægypto contemplamur, luto fœdatas manus habent, si in Babylonia, squalore pænè consumptas, si Gentes, colunt idola, & in pagis, seu

tentoriis degunt, sicut Cedar enses: occurrit tamen Dauid, nouam ex parte Dei obligationem promittens, *Si dormiatis inter medios cleros*, &c. Licèt versemini inter inimicos, inter tripodes nigri, & fœdati, licèt humi cubetis, & agresti cultu horridi, intonsi, & callis plenis manibus, sicut de Isachar Septuaginta legunt, *factus est vir agricola*, qui dicitur *habitare inter terminos* afflictos, sic & squalentes, ad argenteum* candorem, & aureum reclinatorium ex mediis cleris educam, & assimilabo vos albis columbis Palæstinis, hoc est, inducam candidis, & byssinis indumentis de more sponsarum. *pennæ columbæ*, id est, sicut pennæ columbæ dealbabimini: *nam dum discernit cælestis reges super eam*, id est, super hoc; nam carent neutro genere Hebræa. *Quando el abastado, el fuerte, el robador se resuelue, y trata de honrar à los humillados, y grosseros Gentiles. dum discernit*, dum Gentem variè vexatam cultu, & religione sordidatam, elegerit ad sponsæ dignitatem, *niue dealbabuntur in Selmon.* ater ille color, & idolorum cultus, facies fusca, & tenebrosa, non secus atque mons Selmon, qui ater est, atque horridus, fiet candida, atque illustris, non secus atque mons idem Selmon, cùm niue conspersus est *in Selmon*; *en la sierra carbonera los pondrà como nieue en la obscuridad illustres. Aunque estè su esposa* sub arbore malo *nacida en el campo en vna choza camo pastorcilla (que las chozas las fundauen en vn arbol)* etiamsi inueniam puellam in materni sanguinis volutabro sordidam, & proiectam excitabo, & dicam, *viue*, abluam meo sanguine, ornabo donis, ad thalamum proueham. Hoc ipsum transcripsisse videtur Isaias, *Si ablueri Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit*; *mas que se obliga el señor à componer la nouia, a enjugarle las lagrimas*: squalorem, luctum, & abiectionem tollere, etiamsi sanguinem mittat, etiamsi ad colendam faciem lacrymas fundat; *aunque le de arreboles con su sangre, agua de rostro sus lagrimas, al fileres espinas, passamanos claues, ropa, ybasquiña, la purpura de Rey de casa de Pilato, aunque sea menester enfaldarse, y lauar los pies à sus discipulos*: sic plena admirationis est obligatio ista, vt cùm ad illam referendam peruenisset David, iussit scribæ, vt hæc verba subscribat, *In spiritu iudicij: assentaescriuano, que quando Dios haga esto, està en su juicio, que no està fuera de seso* Quòd si adhuc incredulus sit, dices pronubum esse amorem, *& in spiritu ardoris: el Espiritu santo se encarga de hazer essa lexia en el baptismo*, aquam lacrymarum, vnguenta in confirmatione, cæli panem, quo nutriatur, & omni ruga, & macula purgetur vera, non sophistica pulchritudine ab interno spiritu sanctificante, *in spiritu ardoris*, vt abluat, extergat magna vi, quod altè in nostris visceribus inuoluerat.

Psalm. 67. 14.

*Caret neutro Hebræa lingua, vt Psalm. 8. *propter hanc in altum regredere*, & Psal. 118. *hæc me consolata est*, & paulo post, *hæc facta est mihi, vnum petij à Domino*, id est, vnum.

Sponsæ ornamenta.

7. Cap. 4. 4.

Spiritus sanctus pronubus.

8. *Comitatus.* Psalm. 67. 18. Deut. 32.

Tertiò comitatus Deo dignus promittitur, *currus Dei decem millibus multiplex*, &c. nec deerit in traductione ferculum, & genialis currus, ego portabo populum, & Ecclesiam meam in humeris meis, & quasi sponsam magnus suscipier comitatus cum facibus, & plausu, præcedet stella, cantabit Angelorum chorus carmen istud, *in Sina in sancto*; *elo al desposado, alque alla en el Synay se desposò con su pueblo, sacarà hachas, y estrellas nueuas. ascendisti in altum*, ipse ascendere faciet in currum, & triumphare faciet, qui in captiuitate dæmonis detinebantur; hinc videtur accepisse Paulus illud Ephes. 4. *Ascendens in altum*, &c. ducens redemptum populum in domum suam, non aliter, quàm à sponso solet cum plausu deduci sponsa in cælestem Hierusalem. *Accepisti dona in hominibus*, non deerunt dona à sponso comparata, quæ in turbam possit effundere: *lleuarà colacion, que rapartir para alegrar el passeo*; sicut in Canticis repræsentatur, *Comedite amici, & inebriamini charissimi.* Hoc idem pariter scriptum refert Isaias, *Et creauit Dominus super omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus est nubem per diem, & fumum, & splendorem ignis flammantis in nocte: super omnem enim gloriam protectio*, ne memineritis antiquæ illius nubis columnæ igneæ deserti, neque illius tabernaculi, *creauit Dominus: criarà Dios noche nueue, estrella nueua, milagros nuenos, yglesia nueua he de hazer. creauit*; quia in Hierosolymis imparati erant, & omnino nuptiarum immemores: *no esperauan al Messias, y bien se vee en el poco aparejo*; erant enim, sicut describit Ieremias, *Perdam (inquit) ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ, vocem molæ, & lumen lucernæ: ni haura tamborino, ni ruido de bodas, ni hachas, ni lamparas, ni ruido molinillo para adereçar colacion: creabit, todo sera menester hazerlo de nueuo.* Cuncta renouanda, noua mater, noua natiuitas, famuli noui, cantica noua, nouæ faces, noui reges, noua munera, *& super omnem gloriam protectio**, præparabo peristromata, thalamum, & velum suspendam: *yo por ne el toldo, y hare el tabernaculo*, sub quo nuptiæ celebrandæ sunt: *yo les hare sombre, porque no se me asombren*; ego enim meridianam lucem cum nocturna luce stellæ contemperabo; fidem certissimam cum obscuritate coniungam: hoc enim genus beneficij meæ matri quondam præstiti, *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi* [a].

Cap. 5. 1.

Cap. 4. 5.

Noua & mirabilia in nuptiis Christi.

9. Cap. 16. 9.

Isai. 4. 5.

* Hæc vox *protectio*, quæ in Hebræo est, & thalamum significat, vt Psalm. 18. *Sicut sponsus procedens de thalamo suo*, & pro velo

10. sumitur, quod supra nouorum hominum capita suspenditur, cùm nuptiæ celebrantur, quod vmbræ nomine explicatum est Can. 2. *sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi.* & Luc. 1. *obumbrabit tibi.*

a Luc. 5. 31.

Quartò in vrbem ingressus vtpote faustissimus, ita etiam Deo tribuitur perficiendum palatium amplum, Ecclesia Catholica, vna, sancta in tribu Benjamin, hoc est, in sinu Dei, in requie Dei. *Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, Regis mei, qui est in sancto* [b]: *vieron nuestros padres (dize Dauid) y veran los venideros, no ya el arca, que lleua a la Ciudad mia*, vt liquet ex 1. *Paralip.* 15. & 2. *Par.* 1. *sino a vna Virgen, que trahe a Dios en sus braços.* vbi peruenerit in hunc locum, ecce vniuersa Hierosolyma per omnes fenestras prodit ad prospectandos reges, & Magos, nouam gentem te Regem suum inquirentes, *Regis mei: mio de mi casta. mei*; nam iste alter non est meus, sed alienigena, intrusus, & tyrannus: *qui est in sancto*, illum dico, qui fundabit Ecclesiam, & requiem animabus largietur, *ibi Benjamin in mentis excessu: alli seran los amores, y regalos de Dios: Benjamin inter humeros morabitur*, Septuaginta, *obumbrabit ei: se desposarà con la yglesia*: etiamsi sit *Zaguir*, Hispanè *Zaguero el postrero*; licèt postremus sit populus, & nouissimus Gentilis populus, erit in amore primus. Hoc ipsum non tacendum putauit, *& tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem, & absconsionem à turbine, & à pluuia: todo el acompaña miento parara en la casa de Dios la yglesia santa*, hîc sponsam suam amplectitur, hîc pacem ori dabit, hîc amoris ecstasis, hîc gaudium illud incredibile,

Ingressus & plausus ciuitatis.

Benjamin Zaguir, el Zaguero.

b Psalm. 67. 25.

Psal. 67. 19.

Matth. 2. 10.

le, *gauisi sunt gaudio magno valde:* ibi Benjamin in mentis excessu; vult Herodes suscitare sponsam in sinu dormientem, prohibet diuinus sponsus, *nolite suscitare dilectam, donec ipsa velit.*

11\. Cùm igitur Synagoga videt alteram suum arripuisse sponsum, alteri adhæsisse Deum, ecce lis, & controuersia, Deum asserit promissis non stetisse, nec fidem liberasse; diuus verò Paulus * tamquam vtriusque partis iudex arbiter electus fidem Dei, & verbum non fefellisse probat; *non autem quod exciderit Dei verbum*; quamuis Iudæi contradicant, ipsique à fide, spe, & salute exciderint: *aunque ellos tengan mal pleyto. non tamen excidit verbum Dei*: nam diuina pollicitatio non sanguinis cognationem, sed fidei coniunctionem cum parente Abrahamo spectat, cùm verbum Dei (vt est apud Tobiam) nunquam excidat, ipsi exciderunt à fide Abrahæ, & à vero nomine Israëlis, quod significat videns Deum: *ellos nole supieron mirar con ojos de fee. Quid ergo dicemus?* (inquit Paulus [a]) *que se respondera aloque oy vemos? quod Gentes non sectata iustitiam in iustitiam Dei peruenerunt*; qua ratione hoc factum est? *Israel verò sectando iustitiam,* id est, legem in opinione sua iustificantem;
12\. quare? *quia non ex fide: porque les faltò estrella, y se estuuieron mirando libros, y no alçaron los ojos*, ad fidem Christi venturi non attenderunt, quæ vna poterat illis prodesse, sed spem suam in suis illis cæremoniis collocabant. Quare item? quia (vt vidisti suprà) apertè affirmauit se adamare Messiam, etiamsi nudus, & sine pallio ad illam veniret, solo sui nomine contenta, vt vidit illum paruulum in antro, & in præsepio collocatum, offendit in lapide Christo, vt notauit D. Augustinus [b]. *Væ Iudæis, quia cùm iaceret humiliter Christus, offenderunt in eum. non est* (dicunt) *homo iste à Deo.* insane, *iacet lapis, & ideo rides, sed cùm rides, cæcus es, cùm cæcus es, offendis, cùm offendis, conquassaris, cùm conquassatus fueris*, illo modo iacente, *postea veniente desuper contereris*, sicut prædictum erat [c], *Qui ceciderit super lapidem istum, confringetur; super quem verò ceciderit, conteret eum: aqui iace la Synagoga, de baxo de la piedra Christo* *; & in eodem puncto vox nuptiarum personat, & rogans intra vrbem sponsa, *Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum.*

Synagoga repulsam deflet & expostulat.

* Verba D. Pauli sunt, Rom. 9. v. 6. & 30 *non autem quòd exciderit Dei verbum*; quid ergo dicemus quòd gentes, quæ non sectabãtur iustitiam, apprehenderunt iustitiã: iustitiam autem, quæ ex fide est; Israël verò sectãdo legem iustitiæ (id est, seueram) in legem iustitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus (legismo. tuis.) offenderunt enim in lapidẽ offensionis, sicut scriptũ est, *Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & omnis, qui credit in eum, non confundetur.*

a Rom. 9. 30.

b Serm. 40. de verbis Domini.

c Matth. 21. 44.

13\. Sicut summa fuit in Ecclesia prudentia Christum quærendo, & colendo; sic summa in Herode insipientia dum illum non quærit, & postea dum quærit ad perdendum eum, illos imitemur, fugiamus istum. Primò enim sapientia, & sagacitate mirabili inuestigarunt natum Deum, scientes in eo consequendo vitam, & salutem sitam esse. Secundò magna cum diligentia, periculis, laboribus quæsierunt. Tertiò semel inuentum adorant reuerenter. Quartò subseruire curant impensè, & perseueranter, quæ quatuor attributa huius obsequij sponsus diuinus in libro suarum nuptiarum decantat, & celebrat.

** Aquiqueda sepultada la Synagoga debaxode la piedra Christo, y de su obstinacion, tratese de todas: ecce Magi.*

DIVISIO DISCVRSVS.

14\. *Ecce Magi ab Oriente venerunt.* Principio quanti intersit animæ Christum inuenire referat eius expostulatio, *osculetur me osculo oris sui.* Quid ais sponsa, quæ audacia, quæ vrbanitas? sic repentè venis ab Oriente fauorem istum, & blanda oscula poscens? nouit optimè sponsa, quantum referat, & expediat Christum inuenire. Quod vt ponderemus, obserua, nulla re magis indigere hominem, quàm vita, & salute: hanc autem Deus apud se habebat repositam, *& verbum erat apud Deum, in ipso vita erat;* transfudit autem Pater vitam, & salutem in fragile vas humanitatis nostræ, & quæ erat apud Patrem ab initio, iam annuntiant pastores, designant sidera, cantant Angeli, & odor vitæ vsque in Orientem diffusus penetrauit. D. Augustinus & Remigius: *Quoniam omnes, qui ad Dominum veniunt, ab ipso, & per ipsum veniunt, & nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum.* Putas ne ô homo tuis meritis in religionem, in fidem vocatum, & chrismate sancto insignitum? minimè, sed misericors iste Deus odorem filij sui suauissimum ad nares animæ efflauit, quo Deum nosceret, ita vt non quærat, sitne Rex Iudæorum, *sed vbi est*; nunc verò excusationem demus sponsæ nimium audenter oscula postu-
lantis: *como señora sin mas, ni mas pedis a Dios esse fauor?* Respondet; *quia meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis*, qui tam effusè, & largiter ambrosios amoris, & vitæ exhalat odores, qui redolent diuinitatem, & de vase in vas, de cælo in terram transfunditur; perinde est ac si ramum pendentem proponat, quo admoneat, hic vendit vitam, & salutem, & hoc ipsum posco ego, cùm pacis oscula postulo: *vame la vida en que medè paz en mi rostro*; èsne mortua? ita: nam idola emortua sunt simulacra, nec vident, nec audiunt, sed frustrà ab eis vita petitur, & speratur, vt satis probat Ieremias. Addit igitur Dauid, *similes illis fiunt, qui faciunt ea: losque los adoran estan tan muertos como ellos*; oculis, auditu, & omni orbati sensu sunt: quomodo enim non mortuum dicemus, qui lapidem adorat? Pergamus igitur (inquit sponsa) vitam quærere, & hæc vbi est? in ore recens nati Domini mei, ita paruuli, vt ab ipsius ore, & amplexu vitam istam, & oscula possim haurire, & excipere: *puedole tomar en los braços, y pedirle este regalo*; & quas delitias postulas? *osculetur me osculo oris sui: que el que me crio, me reforme* osculo suo, me Pater osculetur, filius sit 16.
os, quo ore ego deosculer; osculum autem sit Spiritus sanctus: hæc enim est Spiritus sancti proprietas, nexus amoris, & quasi osculum Patris, & Filij. Quare ergo poscit osculum? Respondet; quia sicut formauit hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, sic vitam ab illo mutuaturam spero: hoc enim opus sic factum more nostro concipimus, nempe Deum, qui sub imagine cuiusdam hominis os ori, faciem faciei admouentis, halitúmque suum Adæ ori infundentis, ac velut osculantis: hæc autem faciei, orisve admotio, & inhalatio eleganter appellatur osculum, cuius vi plasma illud ex limo terræ priùs natura, vt Theologi loquuntur, compactum: eodem tamen temporis momento spiraculum, vel, vt alij vertunt, spiritum vitalem, animámve concepit, *& factus est homo in animam viuentem*: non ergo nimiæ audaciæ tribuendum est dicere: Puer sanctissime, non frustrà nuntios, & odorem vitæ per orbem statim emisisti, opifex es, & figulus antiquus huius plasmatis, en meipsam vt rudem massam, cui vitæ spiritus deficit, missis iam simulacris ad te venio Deum viuum, & verum, insuffla in faciem meam halitum diuinum:

Cant. 1. 1.

Multum interest Christum inuenire.

Ioan. 1. 1.

15\.

Cant. 1. 2.

Baruch. 6. ex epist. Ierem. Psal. 134. 18.

Bernardus in Cant. 2. 1.

Vita spiritualis per Christum.

Gen. 2. 7.

Odor vitæ Christus rapit ad se animas.

num: hoc enim ego postulo, sicut explicat D. Ambrosius [a], *per osculum adhæret anima Deo, per quod sibi transfunditur spiritus osculantis, sicut hi, qui se osculantur, non sunt labiorum prælibatione contenti, sed spiritum suum sibi inuicem videntur infundere.* Vides (mi HOMO) vt valdè pertinet ad hoc vt viuas, iter istud arripere in odorem vnguenti diuini. Olfecistine vasculum istud vnguenti; ecce quamuis abstrusum odorem efflat in Orientem, tam boni odoris, vt in teterrimo Caluariæ monte positum putridos mortis fœtores superauerit, & Patres, qui in limbo erant, illud subodorati sint. Non olfecisti Deum in præsepio: *nares habent, & non odorabunt*; certè tu vel mortuus es, vel in Gentiles mores transiisti: *alguna estatua adorais tan ciega como vos*; quorsum tibi olfactus considerationis, & meditationis datus, nisi vt olfaceres mysteria ista, & cælestia gustares, spiritúmque, & vitam attraheres? In hoc negotio inuestigandi Deum contingit animis, quod canibus venaticis; quia cùm canis alacer est, auriculas mouet, & ferarum vestigia, tractúsque sequitur olfaciens, & errat odorans, & dum feram semel sensit, per sentes, & spineta sagax, & intrepidus penetrat, signum est inuenisse venationem: cùm verò sedet, & aures pendulas demittit, nihil habemus. Sic Christriani segnes Herodi sunt persimiles, qui manent domi, & de nulla re curant his diebus, nisi de potu, prandio, lusu, & luxu: *no tenemos nada, no les ha dado el viento à estas almas de Christo nacido*: *ecce* verò *Magi*, qui odore Christi allecti ab Oriente veniunt, animas sanctas figurantes, de quibus ipse Dominus dixit, *Et post me ingredi non cessabunt.* & Iob, *Donec fuerit in naribus meis halitus eius, non loquentur labia mea iniquitatem.*

a Lib. de Isaac c. 3.

17.

Psal. 113. 6.

Simile.

Ier. 3. 19.

Cap. 27. 3.

18. *Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum*? Inquirit, vt inueniat sponsa: hæc enim secunda, in hac via, industria est: *preguntar para hallar: indica mihi, vbi pascis, vbi cubas in meridie*? Magna res semel gustasse Deum, semel olfecisse fragrantiam eius, vt facilè, & suauiter anima Deum inuestiget: nam si rectà velis dirigere, rusticum, qui de itinere dubitat, opus est rogare priùs quò pergebas? Respondet, Toletum; postea labor alter superest in dirigendo eum Toletum. Sic prophanos dirigere laboriosum est: priùs enim opus est, quis sit Deus, quantæ bonitatis, misericordiæ, & iustitiæ, admonere, vt timeant, & ament eum: post hæc qua ratione inuenire, & obtinere possint edocere, iustis verò, qui iam satis notum habent, non est opus laudare, sed *vbi sit*, ostendere, quibus rebus placere possint illi; liquet hinc maximè, quàm tepidè plures ex vobis Deum diligitis: nam frigidè satis diligit maritum vxor, cui quotidie viri laudes recensere opus est, vt amet illum: non sponsa ista, noua (inquam) Ecclesia, cùm cordi esset maximè suus sponsus, non interrogat, qualis, aut quis sit; quinimmo ab illa cæteræ rogant, *Qualis est dilectus tuus ex dilecto*, & subitò mille modis describit, laudat, & extollit, quod rogat est, *Indica mihi, vbi pascas. Vbi est qui natus est Rex Iudæorum*? Interrogatio ista etiam soliciti animi est, & studiosè, & impensè cum quolibet discrimine Deum quæritantis: nam statim ac apparuit sponsa, Magi videlicet, coram Hierosolyma visa est subnigra facies eius, & sibiipsi

Secunda inueniendi Deū industria.

Cant. 5. 9.

Ibid. 1. 7.

Matth. 2. 2.

19.

displicebat: *como entro yo assi? ayer adorar idolos, y oy obraçar a Dios*? Angor quidem frequens animabus, quæ non multum Deo vacare possunt, vt vacent filiis, & familiæ; heri occupata terrenis rebus, & hodie iam de sacris epulis, & communione Christi ago? heri imperfecta, & hodie quasi sancta diuina mysteria attingo, & inter sanctas versor? huius suæ audaciæ mille excusationes intexit, *nigra sum, sed formosa filia Hierusalem* *. Prima, non magnus defectus est subnigram esse; multa etiamsi nigra in æstimatione sunt, vt allegat Pastor ille,

Cant. 1. 5.

* Iairus apud Genebrar.

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Nigrum si cum proportione sit, suam habet honestatem, & amabilem decorem. peccata habeo; credo tamen in Deum. Secunda, *nigra sum, sed sicut tabernacula cedar. Negra soi, pero asseada como las casas pastoriles de los vaqueros por de fuera cubiertas de retama, y corchas; mas dentro asseadas, y cada cosa en su lugar desde la cantarera hasta el eucharal, que es mas gusto verlas que casas, y apparadores de gente politica, y aunque agunas bien desasseadas sacristias de yglesia.* Sicut pastoritiæ domus, quæ licèt exteriùs rusticis ramis palmarum, aut suberum tectæ sunt; intus tamen aptæ sunt, & vnaquæque supellex suo loco mundiciem, & honestatem præfert. Tertia, *nigra etiam sum, sed sicut pelles Salomonis.* nigræ sunt etiam pelles, quibus regales vestes subsuere solet Salomon: *negras son las martas, de que Salomon aforra sus ropas, y son mas preciosas, que las telas de oro.* Quarta, subnigra quidem sum, sed non est natiuus color iste subrusticus, remedium superest, *decolorauit me sol*; quia filij matris meæ coëgerunt me, & bellum in me intulerunt, vt custos essem vinearum; *no se quien me casò, y obligò à estos ciudados, que yo religiosa hauia de ser*? Filij, negotia, solicitudines subnigram faciem animæ meæ fecerunt. Certè inanis est, atque insufficiës excusatio ista: nam & tuus ipse sponsus Pastor est, & in agro sine tecto degit; & tamen *candidus est, & rubicundus*; tu ergo posses candidior esse, etiamsi vineas custodires? ideo tacitè illa aliam excusationem addit. *Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie: enseñadme si os place, como siendo pastor, no estais del sol tomado*, per quas valles, & nemorosa, & vmbrosa loca animas sanctas ducis, vbi sunt recessus isti, claustra, monasteria, templa, vbi facies animæ non decoloratur, nec subnigra fit, ne vltrà vagari permittas per lucos, & montes, vbi idola colebant patres mei. Quibus omnibus vnum respondet sponsus, vt vestigia gregis insequatur, & roget gubernatores Hierusalem, *pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum*, quasi tacitè reprehendens sciolos istos (*bachilleres de estomago, que todo selo saben, y no quieren preguntar*) qui vel nihil rogant, vel integram veritatem nō fatentur; sicut isti, qui de Michææ testimonio illud subtraxerunt, quod regis voluntati contrarium videbatur, *& egressus eius à diebus æternitatis: porque en casa de los reyes todo anda largo, y sobrado, y la verdad corta*: *in malitia sua lætificauerunt regem, & in mendaciis suis principem*; ne ibi inquiras sponsa, consule sacram Scripturam, ista est veritatis trutina, & quæ certa docet, dum deficit stella prædux, immo & stella inspirationis sacræ Scripturæ subiicitur: audi concionatorem, confesso

Cant. 1. 5.

Ibid. 2. 3.

Ibid. 1. 6.

20.

Ibid. 5. 10.

Ibid. 1. 7.

Consulendi sapientes sunt in dubiis.

Cant. 1. 8.

Michææ. 5. 2.

Oseæ 7. 3.

Sacra Scriptura regula & trutina veritatis.

confessorem, superiorem, hæc est via, & præter hoc adde fidei stellam.

21. *Vidimus enim stellam eius in Oriente.* Lumen fidei, hoc est, nostræ salutis principium, sicut primordia mundi a lumine ortum habuere, *fiat lux*, ita lux fidei principium est regenerationis. Videtur se gessisse Deus sicut artifex, qui de multo mane vigilat ad opus suum, qui ante omnia lumen accendit: *por no andar atiento, enciende luz*: sic in regeneratione, ne anima attrectans, & vaga quærat Deum, lumine statim fidei illustratur, *quærere Deum, si fortè attrectent, ideo fiat lux.* Videamus autem qua ratione visa sit hoc lumine Ecclesia, dicat ipse sponsus, *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui*; periculum erat despiciendi Deum sub specie pueri, maiestatem in stabulo, omnipotentiam infasciatam, Verbum ineffabile infans; quæ omnia vt intueatur, & lumine naturæ, & luce noua fidei illustrabatur, si vno oculorum inspiceret, nempe naturali cognitione, offenderet, & aberraret, quid agat docta sponsa, oculum vnum naturalis luminis claudit, & lumine fidei ducta in Messiam aciem intendit vnius tantùm oculi, atque ita valuit illum in præsepio cognoscere. Hoc ipsum Chrysostomus [a], *Si ergo regem terrenum quærentes venissent, magis fuissent confusi, quàm gauisi: nunc autem, quia cælestem Regem quærebant, etiamsi nihil regale videbant in eo, tamen solius stellæ testimonio contenti gaudebant oculi eorum.* Nota, *solius stellæ testimonio*, hoc est, *in vno oculorum, & in vno crine colli tui*: capilli enim sensu carent; sic etiam isti sensum captiuantes collum Deo dederunt. Herodes verò eadem de causa Deum perdit; nempe quia alterum oculum aperuit, & aciem in temporale lucrum intendit. Sic obseruauit Remigius, *Non dicit, vbi Christus natus est, sed vbi nasceretur: callidè enim interrogauit, a mal tenia ojo.* Claudit sagittarius sinistrum oculum, dum in scopum ictum intendit, claude & tu, ô HOMO, sinistrum oculum temporalis lucri, si vis in finem tuum rectâ intentione pertingere, *in vno oculorum tuorum*; quid si duos aperis, vel sinistrum, & dextrum claudis? aberrabis omnino, priùs æternis intendendum; pòst verò terrenis, eo ordine, quo retulit Christus, *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Herodes verò priùs iniecit oculum in terrenam potestatem, & cælestis omnino immemor in tyrannidem cruentam ruit.

23. Quid si Ecclesia vtrumque aperiret oculum? diceret vtique, vbi Rex? vbi corona? vbi potestas? vbi thronus? vbi famuli? vbi purpura? at illi oculis fidei (inquit D. Leo [b]) sponsum contemplantur, *quantitate paruum, aliena opis indigum, fandi impotentem*, ne miremini, quasi diceret, Regem ita paruulum videre: accelerauit enim nuptias, vt pacem firmaret in cælo, & in terra: sicut cùm inter ciues rixantes, & maximo odio dissidentes, qui pacem mittunt, id maximè curant, vt concordia stabilis sit, statim ex vna, & alia parte pueri matrimonio iunguntur, si de præsenti nequeunt defectu ætatis, at saltem verbis de futuro. Eodem modo transacta res est inter Deum offensum, & humanum genus; pacis enim amator Deus filiam Gentilem sponsam duxit, & quia paruulus est sponsus, opus fuit monere sponsam, ne illum despiceret, quod media fide factum est: *No veis como nos ha llamado a los treze dias a tratar de estas paces, no es mucho hallar tan niño al desposado, el es aunque niño la estrella lo dize.* nam *qui crediderit, non confundetur.* &, *Qui crediderit, non festinet*, phrasi Hebræa; *no se corra.* Sic Paulus explicauit, *qui crediderit, non confundetur: no se auergonzara, ni se correrá de buscar, y adorar à Dios pobre*: & D. Bernardus [a], *Ingrediuntur stabulum, inueniunt inuolutum pannis infantulum, non illos fordet stabulum, non pannis offenduntur, non scandalizantur lactentis infantia: procidunt, venerantur vt Regem, adorant vt Deum; sed profectò qui illos adduxit, ipse & instruxit, & qui per stellam foris admonuit, ipse in occulto cordis edocuit.*

Turbatus est Herodes. Præsentia legitimi Regis turbat tyrannum, & impedire tentat nuptias, ne hæredi naturali regnû dedat; vide quibus periculis mundi principatus obnoxij sunt; Chrysostomus, *semper enim grandis potestas maiori timori subiecta est*; ingentem illam machinam currus, quam vidit Ezechiel regna adumbrare, & qui illam deferebant Cherubini, reges Dei potestati subiectos significare, putat grauis Doctor: qui humanam faciem præferunt; quia aliquando humanis moribus regna gubernant, in pace, & tranquillitate degunt: aliàs leoninis pilis pectus hispidum, crudelitatem exercere denotat, & quasi leones trucidant vicinas gentes, vitulinæ sunt vngues; quia aliquando brutescunt, deuorant, conculcant, & turpitudini vacant, ac tandem vt boues moriuntur, cuius nulla memoria, nulla commiseratio est: *mueren como bestias los reyes Gentiles, sus postrimerias son como las del buey.* Aliquando etiam aquilæ faciem, & alas habere videas, quibus diripiunt, spoliant, & in captiuitatem ducunt, hos immediatè regna sequuntur eadem prorsus figura rotarũ, vita, motu, gressu: *porque qual es el rey, tal es el reyno, y adonde va el rey, allá va su rey: cùm ambulabant animalia, ambulabant pariter & rotæ*, iuxta ea, *& cùm eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ*: & si in præceps ruunt, ruit etiam in interitum regnum. Vide hæc omnia in Euangelio; quis dicat humanam faciem non præferre Herodem benigni, & religiosi? *vt & ego veniens adorem eum*; cùm reuera sit truculenta fera, leo crudelis, aquila rapax, Idumæa, externa, tyranna regni, & vitulus insuper salax, & lasciuus, hic statim sui simile effecit regnum; nam turbatus Herodes omnem turbauit Hierosolymam. Siste gradum Rex, vide quia in perditionem curris? nequaquam: rotæ enim oculos habent per circuitum, sapientes congregat, circumspicientes rempublicam, negotium circumspectè fiet: *rodeas se de ojos de sabios; pero ciegos Politicos*, possunt enim esse oculi, vbi fides vera non est? est sapientia, vbi non est Dei respectus? *non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum* [b]. Hic offendit Hierosolyma à curioso rege in inuestigandis Scripturis ducta; qui tamen exemplo præire recusauit: *no dio vn passo de buen exemplo el curioso inuestigador de libros, y tiempo de la estrella*; quod ita graue malum est, vt in excusationem grauissimi criminis, quod vsquam perpetratum est, afferat Hierosolyma; *erré, perdi a Dios, di muerte à Christo, la culpa tuuo mi principe: nesciui* [c], *anima mea conturbata est propter quadrigas Aminadab* *, (hoc est, principis) ne mihi omnino ascribatur hæc ignoratio, & error

Margin notes (left):
21. Matth. 2. 2. *Primordia mundi à lumine & fide.* Gen. 1. 3.
Act. 17. 27.
Cant. 4. 9.
22. *Fidei oculus quo Christus inspiciendus.*
a In Matth.
Ad æterna oculi conijciendi sunt.
Math. 28. 18.
b Serm. de natiuitate.
Simile.
Cur Christus Ecclesiam duxit.

Margin notes (right):
Rom. 9. 33. Isai. 28. 16.
a Serm. de Epiphania.
24. Matth. 2. 3. *Tyranni mundi.* Maldonat. in proph. Ezech. 1. citat loca Ierem. 48. 40. *Ecce quasi aquila*, & cap. 49. 22. Ezech. cap. 17. 3. *aquila grandis.* Daniel 7. quatuor regna, alterum alas habebat aquilæ, alterum quasi homo stetit, & quasi aquila congregauit quasi arenam captiuitatem.
25. Ezech. 1. 19. *Ipsum in omnibus regem regnum imitatur.*
b Prou. 21. 30.
c Cant. 6. 11.
* Animal non est proprium nomen, nec appellatiuũ, sed sumitur pro eo, quod nomini subest: sicut Bathet pro loco aspero, & prærupto: sic Aminadab, hoc est, populi princeps, *el rey, el corregidor.*
26.

& error, vt neque venienti Messiæ occurrerim, nec aliquis è ciuibus tantæ, tamque eruditæ plebis Regem inuiserit, hæc culpa, & necem postea intulisse illi, non tam mihi, quàm vrbis capiti assignanda est: *el me enseño a no hazer caso de otro rey, y me enseño à matar innocentes.*

Matth. 2. 3. *Turbatus est Herodes.* Qui solùm audit *turbatum*, non graue malum existimauit, sed qui turbationē in capite esse videt, lethalem morbum iudicabit. Pro quo notandum valde est, quòd cùm in extremam ægritudinem peruenisset illa respublica, vbi *plaga tumens, neque fota oleo*, vbi *à planta pedis vsque ad verticem capitis non erat in ea sanitas*, cùm hoc de corpore refert Isaias, & cùm meminit capitis, id solum dicit, *omne caput languidum: la cabeza descaecida, desmarrida*: hoc enim satis est, vt nulla in corpore sanitas regnet, ægrotet paterfamilias, vel leuiter delinquat, grauè statim totam domum languor occupabit, quod maximè locum habet, cùm prauos mores à parentibus filij imbiberunt; vt optimè D. ille Archidiaconus obiecit iamiam moriturus. *Suscepistis tabernaculum Moloch sydus Dei vestri.* Montanus, *auscultationem regis vestri*, nolentes auscultare Deum, quæsiistis nouam stellam, non diuinam, sed principem vestrum, *sydus Dei vestri Rempham.* Rempha nomen est commune, & significat obscuritatem, & tenebras, vt putat OEcumenius [a], & vertit Theodotio (vt refert Hieronymus super Amos.) ergo per irrisionē dicit Stephanus lapidem illum pretiosum, & splendentem, qui erat in fronte Melchon (vt dicit OEcumenius) aut in eius corona, vt sit verisimile, ex *lib. 1. Paralip. cap.* 20. qui Iudæis instar syderis fuit, fuisse illi ciuitati obscuritati, & offensioni, adeò vt ab illo excæcati, atque delusi in longum exilium, & seruitutem, & tanquam in lapidem impegerint, aut in barathrum profundum demersi sint. Redierunt ergo ad mores suos, & potiùs fidem dederunt regi suo Herodi, tanquam Melchon: nam quis diceret audita prophetia de Bethleem, non citò properaturum ad videndum, vel inquirendum de nouo Rege? Absit tamen hoc ab Herode, qui erat Moloch: Moloch enim idolum erat immane, & crudele, quod puerorum sanguinem poscebat, quare vocatum est *Tophet*, id est, *portentum, siue spectaculum horrendum*, cuius aspectu horrebant omnes: *era el coco de los niños*, omnino persimilis Herodi, cui Deus subtrahit stellam, ne Magos comitetur, nec matrem purissimam suo terreat aspectu, sed in Hierosolymis maneat, vbi cuncta ciuitas suo Regi intenta in cæcitate, & obscuritate permaneat, & vbi consultatio non fit cognoscendæ veritatis gratia, vt mentes eorum, qui rogant, & eius, qui respondet, viam, & rationem amittant: *pierden el tino, quando no preguntan con buen fin.* Ideo etiam reges stellam amittunt in regno, & vrbe peccatis, & ignorantia plena: in negotiis enim diuinis non est consulendus mundus, & vbi inspiratio est diuina, non est attendendum honori, vel lucro, vel commoditati; quid boni consilij à mundo? quid ab Herode expectas? *sciscitabatur ab eis.* nusquam aduocatos, nec sapientes consuluerat ad res diuinas inuestigandas; nunc verò cùm de temporali lucro res est, euoluit omnes libros; ad negotia salutis nunquam Theologū consulis, quasi negotium derelictum manet, *quedase esse como pleyto sin parte*: vt verò crescant lucra, maiores sint prouentus, & vt contractus vestri iustificentur, cunctas leges, cunctámque Theologiam euoluitis, & inquiritis, regnum vtique confusionis, vbi sapientissima sponsa fatetur ingenuè, *nescivi.*

Margin, left column:
Isai. 1. 6.
Vbi languidum est caput reipublicæ, languent cætera membra.
27.
Act. 7. 43.
a In Act. c. 7.
28.

Et procidentes adorauerunt eum. Ecce supremum Regem, ecce sponsum desideratum; *tenui eum, nec dimittam.* quæ verba, quas lacrymas, quas ecstases noster Benjamin in mentis excessu persensit? Dulcissime sponse, vide coram te sponsam concupitam, & tu apprehende virum tuum, venitur ad amplexus vbi non possumus affectus perscrutari, sed omnia cedunt amori, tiaras proiicit, coronam ponit, maiestatem prouoluit, pandit thesauros, reserat thecas, effudit munera: *tomadlo alla todo señor; quedenme las manos libres para teneros, y abraçaros: tenui eum, nec dimittam.* Quid agis sponsa? quare thesauros aperis? immo tu ab illo arrham spectare debuisses; ita euenire solet (respondet illa,) sed cùm Virgo nobilis ducit principem aliquem primogenitum qui paruulus est, & nondum hæreditatem adiit, sponsa tunc dotem affert copiosissimam, ille verò spem, & ius ad regnum, vel principatum: *el recibe hazienda, ella esperança de ser Duquesa.* Nupsit Ecclesiæ Verbum Dei caro factum, adhuc paruulus, infans, pannis inuolutus: Ecclesia verò prudentissimè præmittit munera, diuitias, & dotem, ab illo verò spem accipit regni. Attendite mortales, diuites videte vt impenditis pecunias, serui Domini credite opera vestra nec inania, nec infructuosa fore; afferte Domino filij Deì, afferte, afferte, *prissa a dar limosnas*, dotes temporariæ consumantur, manducet Christus: paruulus enim est, & nondum hæres; statim enim atque hæreditatem adibit, tu eris sponsa, tu dilecta, tu Regina: & tu gentilitas mater nostra eris, sponsa constitueris, exulta super sponso tuo, sta in throno à dextris eius, in vestitu deaurato: sic enim æstimatur fides tanta, vt cumulatissima gratia donetur, & coronetur gloria.

***

Margin, right column:
29.
Matth. 2. 11.
Cant. 3. 4.
Tenet sponsa gentilis Christum.
Simile.
Liberalitas vera.

FRATERNA AC DIVTVRNA ODIA pueritia Christianâ fortitudine superat, & animi hostes strenuè fortitérque deuincit.

INSTITVTIO IX.

30. *Fortitudo Christiana quid sit.*

CVM de Christiana fortitudine sermo à nobis instituitur, videri nolo aliquo modo vel ordinem, vel ætatem tuam, ô Puer, antegressus. Quis enim à puero robustam illam fortitudinem animi exigat (inquit Ambrosius [a]) *qua vnusquisque se vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur, non aduersis perturbatur, non extollitur secundis, & quasi vento quodam variarum rerum circunfertur mutatione.* Solummodò opportunum visum fuit te verbis Euangelij admonere, *Cùm audieritis prælia & seditiones, nolite terreri, no os perturben las tribulaciones mas que las guerras oydas en reynos estraños.* nam omnis belli rumor & opinio, lusus quidam est, & torneamentum ad vestram disciplinam institutum, *vt dem vobis finem & patientiam.* Theatrum vita est humana, spectatores cælestes ciues, qui extra omnem aleam ludos nostros tolerantiæ speculantur: imò & ipse Deus adest, vt non indignum putauit Seneca: imò, vt notauit Chrysostomus [b], cùm contra Iob quasi contra propugnatorem ludi dæmonem ad committendum ludum mitteret, hac lege hastam vibrare concessit, *animam illius serua. Si enim eum de medio sustuleris, theatrum nobis non plaudetur ampliùs, no te canses en atormentarle de espacio, porque si le matas acabose la comedia.* Tu igitur es propugnator, collusores non deerunt: nam, vt ait D. Gregorius [c], *Ego Abel esse non suspicor, qui Cain non habuerit.* En igitur tres contra te collusores, dæmon, mundus, & caro de frangendis pilis summa corporum & animorum contentione laborant, tu autem duo sedulò curabis. Primum, vt fulgentibus armis instructus procedas. Secundum, vt quasi propugnator teipsum defendere, industria & alacritate nemini cedere, prohibere impetus omnium collusorum, pro gratiæ viribus sustinendo & propellendo aduersarios, cures.

Spectaculum tolerantiæ & Christianæ fortitudinis.

a Lib. 1. de officiis c. 36.

b Hom. de patientia Iob, in illud Iob 1.

c Lib. 9. epist. epistola 39. similia habet August. serm. 79. de tempore.

PARTITIO INSTITVTIONIS.

31. *Vera & Christiana fortitudo.*

Et prima ante oculos obuersari debet, belli scilicet gloria. *Non de fugatis Hircanis & Persis* (vt Seneca [d] aiebat) *ab Alexandro, qui iræ tristitiæque succubuit: sed de animi motibus rationi subiugatis,* (inquit Gregorius [e]) *de frænatis carnis desideriis, de propriis abiectis voluntatibus, & de visibilibus certatur. Quid enim tam magnificum, si leonem, aprúmque Hercules superauit* (rogat Lactantius [f]) *si aues sagittis deiecit, si regium stabulum egessit, si viraginem vicit, cingulúmque detraxit. Opera sunt ista fortis viri, hominis tamen. illa enim quæ vicit, fragilia & mortalia fuerunt; nulla est enim, vt ait Orator* [g], *tanta vis, quæ non ferro ac viribus debilitari frangíque possit. At animum vincere, iracundiam cohibere, fortissimi est, quæ ille nec fecit vnquam, nec potuit.* Consonat Ambrosius: *Reuera iure ea fortitudo vocatur; quando vnusquisque seipsum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur, non aduersis perturbatur, non extollitur secundis, nec rerum vento circumfertur mutatione.* Secundò carere peccato oportet, qui prælia fortitudinis aggreditur: nam expugnatio peccatoris facilis est, cùm intus habeat qui vires eius labefactet, nempe peccatum. Liquet hoc ex dicto Achioris ad Holofernem, qui Israëlitas insuperabiles dixit, donec in eis inuenta est radix peccati. Huc facit quod notat Rupertus [h], non maledixisse Noë filio suo Cham, sed Chanaam. *Non dixit: Maledictus Cham, sed maledictus Chanaam, seruus seruorum erit fratribus suis.* Prima ratio est, quia non decebat vt in illum maledicti plagam mitteret homo sapiens, in quo Deus benedictionem dederat inter fratres suos, benedicens illis iam tertiò. *no era decente que el sabio Padre Noë hechase maldicion al que ya por tres veces Dios hauia ya dado su bendicion.* Sicut nec ipse Deus postquam eodem modo benedixit Adam & Euæ, dicens: *Crescite & multiplicamini, & replete terram,* verbum benedictionis ita in contrarium mutauit, vt diceret ad eum quod postea dixit ad Cain, nunc igitur maledictus eris super terram: & ad serpentem, maledictus eris super omnia animantia; sed maledicta, inquit, terra in opere tuo: nam Deo incommutabili non dignum visum est dicere, maledictus eris; sed maledicta terra in opere tuo. *aunque peque como Adam, el hyo no a de sacar del pecho de su padre vna maldicion, haga loque hizo Dios,*

Peccato careat qui fortis haberi vult, & fortia aggredi.

d Epist. 113.

e In Psalm. pœnitent. Psalm. 2.

f Lib. 2. institut. cap. 9.

g Tullius orat. pro Marco.

h Lib. 1. de glorificatione Trinitatis, cap. 13.

Digitized by Google

Dios, y haze el Padre enojado, que toma el vaso de plata para tirarselo al hijo, y aguarda a que baxe la cabeza, y da con el en la pared, maledicta terra. Sic Moyses homo Dei, & Noë, vitarunt dicere, maledictus Cham cui Deus benedixerat, & maluit dicere, maledictus Chanaam. Secunda ratio, non maledixit aliis filiis Cham, cùm habuerit Mesraim, Phuth, & Chanaam. *Nam cùm Moyses, qui referebat historiam, dux pariter erat populi, & Israëlem egredientem ex Ægypto ducebat in terram Chanaam, implebantur peccata Chananaeorum, idcirco vt sciret Israël auxilium Domini ad delendum eos sibi non defuturum, & vt sciret genus illud fuisse maledictum, antequam natum. a ellos, arma, arma Israël, que peleas contra vnos hombres peccadores desde Noë aca, y malditos antes de nacidos; y asi sin fuerzas para resistir.* peccatum enim omnem adimit corporis & animi fortitudinem. Tertiò etiam te diuini nominis imploratio proteget cum magna fiducia. Ambrosius [a]: *Dauid nunquam nisi consulto Domino bellum adorsus est: ideo in omnibus victor prӕliis vsque ad summam senectam manu promptus, bello aduersus Titanas suscepta ferocibus bellator miscebatur agminibus, gloriӕ cupidus, incuriosus salutis* *. Quartò timor Dei munit & instruit ad bellum. Vide Gregorium [b], in illa verba Iob 4. *Vbi est timor tuus, fortitudo tua, & patientia tua?* &c. *quatuor gradibus*, &c. *Timore quippe Domini inesse fiducia timoris Domini dicitur. mens enim quӕ in timore Domini constituta, non inuenit extrà quod metuat, quia dum recto metu conditori omnium iungitur, potestate quadam supra omnia subleuatur.* Quintò ardeat Dei amore propugnator fortis. *Amat* (inquit Augustinus [c]) *homo corpus suum, &c. sed cùm se hoc amore totus in Deum conuerterit, his cognitis mortem non modò contemnet, verùm etiam desiderabit. Sed restat cum dolore magna conflictatio: nihil est tamen tam durum atque ferreum, quod non amoris igne vincatur. Quo cum se anima rapit in Deum, super omnem carnificinam libera & admiranda volitabit pennis pulcherrimis & integerrimis, quibus ad Dei complexum amor castus innititur. Nisi verò amatores auri, amatores laudis, amatores fœminarum, amatoribus suis sinat Deus esse fortiores, cùm ille non amor, sed congruentiùs cupiditas vel libido nominetur. In qua tamen apparet, quantus sit impetus animi ad ea quӕ diliguntur indefesso cursu per immania quӕque tendentis, argumentóque nobis est, quàm sint omnia perferenda ne deseramus Deū, si tanta illi vt deserant perferunt.* Sextò animum firmat & protegit prouidentia futurorum; *fortis enim est* (inquit Ambrosius [d]) *obuiare cogitatione prouida rebus futuris, ne fortè dicat postea, ideo ista incidi, quia non arbitrabar posse euenire.* Quare præuenire oportet mortem mortificatione, & dicere cum Augustino, *Moriar, ne moriar.* & Clem. Alexan. [e] *Et qui est cognitione prӕditus, vnà cum cognitione augetur perfectio fortitudinis ex vita exercitatione, quӕ semper est meditata vincere motus animi.* Iudicium etiam iudicio superandum est, & memoriâ nouissimorum præsentia toleranda. Sic explico verba illa Iacobi [f], *Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, vt non iudicemini. ecce iudex ante ianuam assistit, no digais ay, que es palabra mugeril, ne digais ay, que es palabra de desconfianza; Dios ay, juicio ay, prouidencia ay.* Nec iniustus est Deus, qui aduersa fidelibus infligit: ideo Nazianzenus [g], *Gratias, inquit, dabo, vt in lӕtis rebus, ita & in acerbis quandoquidem illud exploratum habeo, nihil rerum nostrarum apud summam rationem expers rationis esse.* & D. Paulus [h], *In multa patientia sicut Dei ministros* nos esse debere; cæteri enim qui non sunt Dei ministri, nec paruam possunt habere patientiam, quia nihil futurum nouerunt sperare, & omnibus ratio exigenda est, vt ait Chrysost. [i] *Sicut enim à diuite beneficentia, sic à paupere tolerantiӕ ratio reposcitur.*

32\. *Ad fortia diuina imploranda est gratia.*

Timor Dei præstat ad fortitudinem.

Dolor tolerandus.

33\. *Prouidentia futurorum munit animum.*

a 1. de officiis, cap. 35.

* De hoc August. in Psalm. 32. *Spes tua Deus sit.* & in Psalm. 117. *Fortitudo & laus mea Dominus.* & Lorinus ibid.

b Lib. 4. Moral. cap. 15.

c Lib. 1. de moribus Ecclesiӕ, c. 22.

d Lib. 1. officio. c. 38.

e Septimo stromat.

f Cap. 5. 9.

g Epist. 63.

h 2. Cor. 6.

i Hom. 20. in Matth. ex variis in Matth. locis tom. 2.

His igitur armis munitus ad vim & ad arma veniamus. Primus dæmonis incursus occurrit, non est cur formides puer. roga an solus te aggrediatur? *quod tibi nomen est?* Respondit, *legio, quia multi sumus.* Euidens est, inquit Chrysologus [k], desidia militis, si deserat aciem, si gressum retrahat, si confligere pertimescat, vbi vnum numeroso hoste fortiorem peruidet esse captiuum. Ad præsentiam Regis isti quid sunt, qui vt vnum, & necdum tyronem caperent, toto cohortis suæ agmine conuenerunt? vbi essent, si vexillum iam crucis Christi signa vidissent. *Age Christiane, incede securus, manus tanta & tam multa quӕ sic metuit inermem, procul fugiet, si videat, si sentiat, si cognoscat armatum. mucha canalla trahe consigo, señal de miedo, teme alos fuertes, y a ese passo se encarniza en los flacos.* puellam enim Chananææ filiam inuadit, quod minus fecisset, si fortis esset, sicut cùm gratias retulit Darius Alexandro ob pietatem & vrbanitatem exhibitam matri, filiabus, & vxori, respondit: *Ego cum fœminis bellum non gero.* de Eua notauit Rupertus [l], *Dum mulier corpore & oculis vaga incontinenter deambulat, fortè prospectans qualis extra paradisum mundus habeatur, & serpens astutus dulcedini terrӕ proprius & ambitiosus innititur,*

34\. *Incursus primus dӕmonis.*

35\. *Non dementem tentamus.*

k Serm. 17.

Quintus Curtius.

l Lib. 3. in Gen. c. 9.

mittitur, locus diabolo datus est, & occasio porrecta, vnde tentaret. Et in vita S. Gregorij Naziazeni, & Basilij refertur de quodam, qui vexatus à dæmone fidem abnegare meditabatur, & post tres lacrymarum dies rogatus, quomodo se haberet, malè, inquit: nam difficilior redditur indulgentia mea, suadet namque dæmon, ne tentem eum, & ipse minimè me tentabit, quod mihi difficile erit, & cuique mortali, qui non tam tentatur, quàm tentat & vrget dæmonem. In primis ergo tu, qui propugnatorem agis, minimè cedas tentationi, vt notauit & docuit Origen.[a] in illud *Iudicum 7.* vbi Dominus ad Gedeonem, *In trecentis viris istis, qui lamberunt aquas, saluos vos faciam, & tradam Madian in manum tuam. Hi qui descendunt ad aquam* (inquit) *id est, qui ad Baptismi gratiam veniunt, non debent procidere in terram, nec flectere genua sua, & cedere tentationibus venturis, sed stare firmiter & constanter, sicut & Propheta dicebat: Dimissas manus, & soluta genua erigite, & gressum rectum facite in semitis vestris. Si remissior fueris, si flecti facilè potueris, quomodo pugnabis? quomodo stabis aduersùs astutiam Zabuli?* Stemus (ait alibi[b]) nos etiam contra Pharaonem, & non flectamur. *Quia Deus conteret satanam sub pedibus vestris velociter.* Et quia acriùs insequitur eos, qui tentationes fugiunt, velut imbelles & ignauos monet nos Bernardus[c], post eius discessum à Cisterciensi ad Cluniacum. *An quia fugisti ex acie, putas te manus hostium euasisse? libentius te insequitur aduersarius fugientem, quàm sustineat repugnantem, & audacius insistit à tergo, quàm resistat in fa-*

36. *ciem: ideo enim*, inquit Gregorius[d], *Myrmicoleon*, id est, *leo & formica, dicitur: formicis enim leo est, volatilibus formica, quia nimirum antiquus hostis sicut contra consentientes fortis est, ita contra resistentes debilis.* Rogabis tandem, quare Deus dedit dæmoni facultatem in torneamentum descendendi? Respondeo, vult Deus probatos seruos habere; nam quod prudentes asserunt, amicos videlicet non esse probandos ob periculum amittendi illos, è contra apud Deum se habet: nam sicut eques qui ad sui custodiam dum noctu concursat, eligit famulum, probat illum, & obiicit ei noctu alium famulum, qui appresso galero & districto ense prouocat eum, experitur vires suas, si repentè fugit, egregiam, inquit, custodiam habemus. *sin duda quiere vencer sayendo como los Partos: no os he menester yo en mi casa; flagellat autem omnem filium quem recipit. in disciplina perseuerate, tened firme, oportet primùm hæc fieri.* Hic est primus incursus.

NOTA. Vide Chrysost. serm. 22. in epist. ad Ephes. *Nō sic res se habet.* Et hom. 22. ad Popul. & Bern. ser. 3. de dedicatione Ecclesiæ. Ephrem in illud, *Attende tibi ipsi.* Bernard. ser. 13. in Psal. *Qui habitat. Gratias magno Leoni. Iudam rugire ille diabolus potest, ferire non potest, &c.*

a Hom. 8.

b Hom. 3. in Exodum. Rom. 16. 20.

c Epist. 1. ad Robertum.

d 5. Moral. cap. 17. *Satan & propter eudentatem, &c.*

37. Secundò certamen tibi contra carnem ineundum, cui si puritas conscientiæ inest, firmum propositum, & aura Spiritus sancti animum recreat, firmus esto, nec fugiendum omnino putes, dum fugere nequis: sicut enim tres illi pueri, qui ceciderunt, in medio camino ardentis ignis colligati ambulabant, in medio flammæ laudantes Dominum, & non obstabant ambulationi vincula, nam idem ignis vincula soluit & combussit; sic aliquando æstus carnis, & tribulatio à nostri fomitis camino excitata, si patienter & cum mansuetudine toleretur (excitat enim ira valde luxuriam, & impatientes facilè in turpia labuntur consentiúntque) non solùm non nocent, verùm liberiorem animam efficiunt, ita vt rex considerans, obstupescat *nihil corruptionis in eis videns*, & insuper etiam *species quarti similis filio Dei*, filius enim Dei tribulatis & tentatis auxiliatur, quibus maximè est pura mens, & sana conscientia: de his enim ait ipsa Sapientia, *Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur, timore malorum sublato.* & Præceptor noster & Patronus ait, *Nolite terreri, no os espanteis de tentaciones y desmesuras de carne que sois de carne.* & D. Petrus, *Nolite peregrinari in feruore*, seu incendio, quod vobis fit ad tentationem. Græcè, *nolite mirari, estad quietos en vosotros no perdais la silla, ni os vais lexos en las costunbres como el prodigo*, vt bene notat Euagrius, siue Nilus. Et de Pachomio illo sene Anachoreta refertur tentationem istam patienter & lætè tolerandam: quia sic etiam vincendo tentatorem, efficimur socij passionum Christi, qui tentatorem non fugit, sed vicit, tametsi hoc genere passionis ignominiæ non fuit tentatus. Itaque *nolite mirari*, nam propter æstum concupiscentiæ nec meritum, nec coronam amittitis, dummodò non deseratis stationem, sedémque vestram, sed laboretis in remigando, etiamsi longiùs non progrediamini; nam quòd circumferri

38. solet in scala Iacob (quæ ex virtutibus composita est, vt ait Zeno Veronensis[e]) qui non ascendit, descendit, non est cur te conturbet; imò sicut ibi alij ascendebant Angeli, alij descendebant, sic vnicuique nostrûm euenit. Nam sunt in nobis duo desideriorum genera, alia ex rationali parte, alia ex sensitiua, quæ semper descendunt naturali pondere ad terrena: at si desideria animæ cælestia & spiritualia

Secundus incursus carnis.

Tentatio carnis modestè & cum mansuetudine sustinenda.

Patienter & lætè toleranda propria passiones quas non vt alias occasiones effugere possumus.

Dan. 3. 91.

Prou. 1. 33.

Luc. 21. 9.

1. Petri 4. 12.

Turrianus lib. de dogmaticis characteribus.

e Catena Lippomani in hunc locum.

tualia ascendunt, nihil iacturæ aut damni habemus. quiescat Iacob, id est, animus, *athleta virtutis*, vt Philo[a] nuncupat, nec despondeat animum, & spem victoriæ: nam ideo significanter Paulus exigit, *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum concupiscentiis eius.* in quæ verba Theodoretus ait: *Iubet ergo nos non deponere peccati tyrannidem, sed ei non concedere immodicè accendenti appetitiones corporis.* & pulchrè addit: *Regnum hoc differt à tyrannide, quòd existat quidem tyrannis inuitis subiectis, regnum autem his volentibus quibus imperatur: lo que desasosiega son Angeles que vaxan y eso no se escusa.* Nostri muneris id solum est, voluntatem ad propugnandum opponere, & cor ad Deum sustollere, vel auxilium, vel indulgentiam eorum, quæ per negligentiam commisimus, postulantes, iam Angeli ascendunt, iam non regnat peccatum, vbi inuiti sunt ciues, *non regnet ad obediendum. Nasus tuus sicut turris*, vocat hoc nomine Christianos eminentes sanctitate, qui contra faciem Damasci, vel, vt ita dicam, Argerij positi, Mauris & Turcis obsistunt. *y toda la fortaleza de vn alcayde esta en guardar y mantener su plaça.* Nec parum est 39.
hoc: nam etiamsi mercator non augeat bona, satis est si ex illis viuat: sic tu sat est si castus sis, corpúsque & animam custodias. nec sum ego solus qui non despondeas animum iubeo, etiamsi labi contingat in tentationem. Ambrosius[b] gaudere & sperare iubet. Lapsi quidem sunt multi à fide, sed instaurati sunt per pœnitentiam, & exemplo probat. *Sape in hoc athletarum sæcularium certamine etiam victos, quorum fuerint certamina probata, vulgus hominum cum victoribus coronare consueuit. Christus ergo athletas suos, quos viderit grauibus paulisper cessisse suppliciis, sine venia patietur manere.* Idem dico, ait August. de peccatis per solam tentationem commissis. *Non maius sanè patientia certamen est, quando non visibilis inimicus persequendo atque sæuiendo vrget in nefas qui palàm & apertè à non consentiente vincitur: sed ipse diabolus per seipsum occultus impugnat sæuiendo instans, vt contra Deum fiat aliquid, vel dicatur: mayor tyrano es el demonio a solas que Neron y Diocleciano en Roma, y quiza muchos vencen en publico, y en secreto son vencidos* * *animense los confessores, y no desmayen. nolite terreri.*

40. Tertio loco mundus hastam contorquet, verumtamen *noli terreri, nondum statim finis*; seruus enim Dei cùm extra sphæram mundi sit, mundum non timet in nouo orbe spiritualis vitæ constitutus, nec naturæ iacula & ærumnæ illuc pertingunt, vbi gratia dominatur. *Vos de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo.* Chrysost. *Sancti viri imperterriti permanent, quoniam ea quæ sunt in mundo, non possunt nocere eis, qui sunt extra mundum*: sicut qui in munitissima turri est, ridet ventos & pluuias. *Loquuntur aduersùs iustum iniquitatem in sapientia, & in abusione.* Sed quid damni his qui sunt ex Christo Iesu? *quoniam magna multitudo dulcedinis tua Domine, quem abscondisti timentibus se, abscondisti eos*, &c. Vnde infert Chrysost.[c] *Nihil aliud triste, nisi Deum offendere, quòd cùm absit, non quicumque aliud sapientem animam poterit contristare.* Sicut si scintilla ignis in lacum aquæ prosiliat, sic dolor in bona conscientia extinguitur, ideo iniquos videas timere, quia in his, quibus sana conscientia non est, ex periculo mortis impendente pendet executio condemnationis, sicut econtrà ex morte impendente iusto libertas animæ sequitur. Quamobrem Seruator noster exemplar veræ fortitudinis, *ambulabat in Galilæa, non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere*, non formidine mortis, sed quia *nondum statim finis* impedebat. *nondum venerat hora eius.* Nam sicut bombicem nemo cogit accelerare opus, & peracto opere nullo cogente moritur, sic Christus Dominus opus suum maturare non cogitur, nec mori poterat in tempore non suo, fortiter & constanter perseuerauit, de qua constantia & fortitudine, vide Paez *in epist. Iacobi cap. 1. v. 8. §. 2.* Multa alia de fortitudine, vide Viridarium Busei verbo *Fortitudo*, & verbo *Martyrium*, quæ ego libens omitto. Nunc ad discursus & inimicorum incursus pergamus.

a Lib. de somniis.

Rom. 6. 12.

Peccatum non regnare in corpore nostro quid sit.

b Lib. 1. de pœnitentia cap. 3.

* Vide alia institutione 15. de sollitudinis bono & tentatione.

Mundi tentamenta quo pacto superanda.

Psal. 30. Vide Lorinum.

c Hom. 25. ad populum.

Ioan. 7.

Digitized by Google

VERBVM PATRIS.
Gen. 37. vers. 19. & seqq.

Ecce somniator venit: venite, occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem, &c. qui duxerunt eum in Ægyptum.

Odium & inuidia fraterna in Christum & in HOMINEM ardent: magnas & tristes tragœdias excitant, quas Dei verbum exprimit ac repræsentat.

DISCVRSVS XXV.

1. *Etiam pueros timet dæmon & infestatur.*

QVIS quietam infantes & securam agere vitam verteret in dubium? sed nec infantibus illa permittitur, eos potiùs, vt benè Rupertus infrà, primo loco dæmon aggreditur: quod tamen immodicæ formidinis causam præbere nulli debet. Magna enim de te dæmonem præsagire signum est, & præsentire, huiusmodi iuuenes haud ad magnum aliquid in lucem editos. Vt autem te certum reddam, & securum, nullius in te eius insidias momenti fore, aures his tragœdiis attentas præbe, Ioseph scilicet in Ægyptum asportati; Saluatoris mundi fugientis ab Herode, Baptistæ denique vinculis ligati, & capite damnati ab Herode suo Patri in nihilo dissimili: & tanquam certum statue nunquam filiorum Dei gloriam ab inuidia & odio obscuratam fuisse, vt notauit Basilius [a], & de Iosepho apertè ponderauit Gregorius [b]. *Venditus est à fratribus Ioseph; sed ideo est adoratus, quia est venditus: sic diuinum consilium, dum deuitatur, impletur: sic humana sapientia, dum reluctatur, comprehenditur.*

Infantes etiã tentationibus vexantur.

SVMMA DISCVRSVS.

a Serm. de inuidia.
b 6. Moral. c. 12.

2. *Aduentus Christi desiderium.*

Tanto fuit Messiæ in mundum aduentus desiderio habitus, & amplexus ille, quo gentilitatem veluti sponsam amplexurus erat, vt omnes ciuitates & regna ad eius aduentum festa præparauerint opulenta, ita vt omnium remotissima à Deo Ægyptus puerum aliunde asportauerit, vt excelso illo theatro, Christi pueri repræsentaret fugam & aduentum. Neque iniquè tulit vincula Iosephi, nec lateres tanto labore constructos, nec plagas & verbera, nec demortua primogenita, nec aquis demersos Ægyptios, nec annos quadraginta in peregrinatione consumptos, hos omnes sumptus, & futurorum imagines fecit Spiritus sanctus. Et in his omnibus tragœdiis odium videbis, & inuidiam; iusto tamen supplicio affectam, & oppressam. Attentè audi, & vide quàm propriè vnusquisque ad tuam eruditionem suam personam repræsentet.

3. c De victoria verbi Dei lib. 3. cap. 6.

Inuidia & odium in Ioseph.

Ecce somniator venit. Primus inuidiæ actus, vt Rupertus [c] ait, in Iosephum fuit. *Viuente patre Iacob, primos serpentis diaboli insultus Ioseph sanctus excepit:* nam inuidiâ pleni fratres insigne facinus machinati sunt, & perpetrassent quidem, nisi astutiori consilio in cisternam detrudere cogitassent. Quod crimen non silendum, operæpretium erit æstimare. Fratres in fratrem? plures in vnum audent? ipsi peccatores, iustus iste? ipsi nocere cogitant, quando iste benefacturus accedit? ipsi decem, iste vnus, & à parente vnicè dilectus? fuitque consilium, non vt celeri morte conficerent, sed tarda potiùs & acerba, in puteum demergentes eum. Vide insuper puerum innoxium (vt significatum est à Iuda *Gen.* 42. genibus humi defixum lacrymis faciem irrigantem, & dulci sermone tristique singultu eos interrogantem, cur ita velint interficere? *Videntes angustias animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus, & tristi lamentatione secum inquirentem, quidnam ipse fecerit, vt ita à fratribus necetur?* Ipsi tamen his crudelitatibus addiderunt id quod alibi Prophetarum vnus condemnat, sedisse scilicet ad manducandum post submersum fratrem, qui plorans erat manducantibus illis & gaudentibus. *Tuas inuidia respice tragœdias,* respice quas in vniuerso scenas egeris.

Auscultate quid loquatur Ruben. Quid conaris inuidia? odium quid fecisti? tanti sunt puerilia somnia momenti, fasciculo tritici vix elatiora? aut Ioseph somniat inepta, vel futura: si inepta, concident per se; si futura, quis hominum potest vel inuidendo, vel nocendo extinguere? quis poterit sistere cæli rotas, Deique prouidentiæ obsistere? sed vado, & patri suo illum referam. Ioseph puer audis ne? ne taceas præ metu, te ego frater Rubenus alloquor, qui sedulò ne perires curaui, prode teipsum, mi puer, te tuo reddam patri. At quomodo silet? O frater, ô puer, anima patri quàm mihi charissima, responsa nulla reddis? nemo respondet mihi? Puer longiore vita digne, dic vbi occultus lates; quo loco te requiram, mortuum, aut viuum? Inuidia suspicor peiora tentauit, quia prohibui, quia mitiora suadebam. *O inuidia! tuas respice tragœdias.* Abrahæ prolem vendidisti, non Ismaelis, sed Rachelis filium, non ancillæ. Iacobo patri venenum absque dubio præparas. quid respondes? *Dicemus*, inquit, *fera pessima deuorauit eum*, eiúsque fidem faciet tunica hæc sanguine respersa. *O quàm cæca & fatua* (inquit B. Epiphanius) *est malitia, & error stolidus!* accede huc, nónne vestem dirumperes, ne integram deferres? O quantum desipis! si fera Iosephum interfecit, quomodo vestem non abscidit? erátne ratione prædita, vt priùs illum denudaret? Benè dicis, non aduerti. Senem autem id non præteruolauit, dixit enim, *fera pessima deuorauit eum*, pessima fuit, & prudentissima, vt vestem relinqueret intactam. Sed, ô inuidia stolidissima! istæ sunt tuæ tragœdiæ.

4. *Ruben dolenter fratrem quærit.*

Descriptio Ruben.

Inuidia fatuitas.

Ecce sanctus Iacob venit suâ Rachele comitatus (quam adhuc superstitem fingamus, vt ad viuum actus exprimatur.) inquiro Rachel pulchra, nónne tibi videtur solem aliis diebus oriri

5. *Iacob & Rachelis colloquium.*

Digitized by Google

oriri lætiorem? fortassis erat in causa Iosephi absentia, quem aliis diebus in conspectu habebam, horrere cuncta cerno, & tenebris operiri, non tibi videntur hîc rura lacrymari? non faciẽ mutasse arbores videntur? quæ tristitia hæc est, quæ mundum occupat? Sufficit iam senectus, sufficiunt eæ quas vidisti varietates, tristésque tragœdiæ, superéstne mihi aliquod malum? Rex cælestis, quò meam senectam ducis? O dulce Patris nomen, experto tamen, quàm graue onus sit habere filios? Tu, mi Ioseph, potes recreare me, tu exhilarare cuncta, si sospes ad me redis. Ingredere inuidia, nuncia quid Iosepho contigerit, vix fari potest inuidia, grande malum! accede, narra quid mali portas? agnosce tunicam. Tunica Iosephi est multo aspersa sanguine. Quid hoc? *fera pessima deuorauit eum*, Ioseph pulcher vbi es? responde mihi: responde mihi patri, matri. Mihi mitigate fletus, boni parentes, ecce decem filij vobis sunt, & Benjamin alter. Mortuo dilectissimo nulli supersunt liberi. Fera pessima vide quid egeris, *inuidia tuas respice tragœdias.* Sed frustrà ista machinaris (inquit Rupertus) plorat enim Rachel pietatis affectu filium occisum tanquam non sit, sed ille viuit, & non solùm est, verumetiam melius est; est enim in regia Pharaonis viuus, hilaris & gaudens, qui parentes suos exhilarare veniet. Hæc accidit tragœdia ante accessum filij Dei in Ægyptum, & futurus euentus priùs in Iosepho fuit præsignatus, & in seruitute, populo, qui ibi erat: sicque Euangelista inquit, *Hoc factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam, dicentem: Ex Ægypto vocaui filium meum*, verbum quidem, quod euentum significat, non causam.

Inuidia tristes tragœdias.

Matth. 2. 15.

6. *Ecce Angelus Domini apparuit*, &c. Secundam tragœdiam aliæ nobiliores agunt personæ, Pater scilicet æternus, Iosephus, Maria, & secundus puer Ioseph totius mundi Saluator; & vt actus iste tristis vndequaque sit, introducit Euangelista sanctus primo loco Rachel. *Rachel plorans filios suos*; & vt allusio fiat ad Ioseph, & quoniam fœminarum est has calamitates deflere, & quoniam maximo cum dolore peperit filios, & quoniam fingere eã plorantem affectu & significatione plenum est: indicat enim tantam futuram calamitatem, vt ne vna quidem mulier superstes sit, quæ plorare possit, & necesse sit ad plorandum ipsos quoque mortuos excitare. Simile quid fieri consueuit in tragœdiis cùm mortuorum manes, aut euersarum vrbium vmbræ lamentantes inducuntur.

Secunda tragœdia.

Quid significat, Rachel plorat filios suos.

7. *Fuge in Ægyptum.* Non iam in inuidiam querelas excito, sed in tuam Domine prouidentiam. Tenero infanti labores? exilium terræ Saluatori? Voluit Christus fugiendo laboribus initium ponere; amoris istud est, non solius inuidiæ: nam quamuis vt puer mortis periculum sentire non posset, tamen vnà cum lacte sugere voluit, & vt mater optima sentiret, sciebat optime puer per infusam scientiam & beatam, quidnam periculum mortis esset, quas secum angustias & timores afferat, sed experiendo non didicerat. In illa etenim ætate nec fugere, nec mori viderat; erat tunc temporis vt medicus, qui melius quàm infirmus ægritudinem cognoscit, sed non sentit vt infirmus; sic puero isto dolores isti non erant molesti, erant veluti serpentes & lacerti in argentea insculpti lance: sed licèt hac via non sentiret, vnicam tamen quæ potuit esse sentiendi viam, Christus non euasit, dolores enim simul cum lacte sugebat, vnde melius quàm Ieremias potuit dicere: *Vt quid me concepisti, mater mea, virum dolorum?* Sed, ô sanctissima Virgo, si dolores Christus in tuo suxit vbere, cor tuum qualiter se haberet? Ad principum nutritionem mulierum examinantur vbera, & ponderatur lac: experientia etenim compertum est, in illo bonum & malum imbibi, & postquam nutrix aptior eligitur, delicatis epulis pascitur, & præ omnibus attenditur, ne dolore aliquo vel tristitia afficiatur, ne, vt omnes credunt, lac acescat, & puer detrimentum aliquod patiatur. At quàm longè fuit à te, Domine, prouidentia hæc? cur Pater æterne ad nutritionem pueri huius (qui nec minus erat quàm Deus) cura maxima non est adhibita? quinimò potiùs eius mater cibata felle videtur, & ad pedes eius, licèt diuina sit mulier, existit draco, qui illam terreat, & fugam arripere compellat. Est autem ordinatio ista cælestis, vt eius filius labores vnà cum lacte sugat, eósque diligere incipiat, tanquam imperator ille Caligula, qui in humanum sanguinem ita propensus erat (quoniam nutrix eum lactatura sanguine mammam aspergebat) vt plures postea agens annos ensem humano sanguine madefactum lamberet. Raris afficitur quidem puer iste studiis & amoribus. O animæ nostræ salus, quis lac istud acescere nisi mea culpa facit? mater siquidem omni culpa vacat & peccato. In libro Ruth legitur Booz vnum ex Christi progenitoribus cùm vidisset Ruth, post sponsiones multas, & fauores dixisse ei, *Intinge buccellam tuam in aceto*; quis vnquam vidit tale conuiuium? veteres tamen Hebræi præsciuerunt talem Ruth habituram posterum, qui vnà cum matre sua panem aceto mixtum manducaret: vel, vt meliùs dixerim, nihil non aceto madefactum, vnde Rabbinorum multi collegerunt suum Messiam ab vberibus matris pati incepturum, lacte enim aceto mixto à matre lactandus erat. Vnde tali extunc captus est amore aceti, vt in cruce pendens vinum respuerit, & acetum gustauerit, lacte enim acido nutritus fuerat.

Christus ab infantia dolores pertulit.

Simile.

8.

Apoc. 12. 1.

Educatio infantum mores efficit prauos.

Ruth 2. 14.

A parentibus Christus labores patiendi originem duxit.

Futurum est vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Inusitatus Deum quærendi modus ad perdendum eum! ædificare ad destruendum. Sunt multi qui bonum quærunt, vt amittant illud: ludo deditus pecunias quærit ad perdendum: mercator qui sua & aliorum bona committit aquis maris, onerat multas naues, quarum postea naufragium patitur, vel mittitur in vincula, vel in templa se recipit. Mulier quæ emptis coloribus depingit faciem, illam quæsitã pulchritudine perdit, natiuum colorem amittit, dentes putrefacit, oris superficiem corrumpit: expecta mulier, ne istud facias, ne ante tempus perdas quod ætas & anni consumunt. Propter nimiam capillorum curam eos Absalon cum vita pariter amisit, ita & tum, *ad perdendum eum.* 9.

Multi quærunt Deum ad perdendum eum.

Voce Angeli à somno est Iosephus excitatus, & statim nocte secessit in Ægyptum: ecce Herodes illum venit quæsiturus, vt & Iosephum Ruben; erátque non in Bethleem, sed in Ægypto. Nemo quantum, quámque fortem de Deo sit accepturus, certus est. Res omni 10.

Quam fortem apud Deum sit habiturus quis nescit.

timore formidanda! quid ego scio, si quando arbitror Deum præ manibus tenere, ab illo in infinitum distem? quòd si istud verentur sequentes Deum, tu peccator qui eius inimicum sequeris, & sub vexillo contrario stipendia facis, quid de Deo cogitas habiturum? Væ tibi sine Deo. Machabæos milites quosdam Catholicos (1. *Mach.* 12.) in bello quodam mors irruit, cúmque de illorum ageretur sepultura, inuenta sunt in sinu illorum abscondita paruula quædam idola. Qui cum offerunt corpora morti propter Deum, ab ipso eorum animæ maximè distabant (non ideo lethalem illis ascribo culpam.) Non inuenitur Deus multoties vbi creditur; vtinam religiosæ fœminæ, sub velo Deus abscondatur, & non idolum aliquod secretum. O sacerdos, cuius in fronte inscriptio ait, *Sanctum Domino*, vtinam interiora Christi non claudant aduersarium; & tu largiens eleemosynas, caue ne opes alienas in arca relinquas, ne Deus absit vbi affuturus crederetur.

Absentia Dei.

11. *Secessit nocte in Ægyptum.* Virgo fugit nostro comitata Seruatore, illam Christiani sequamur, exeamus obuiam ei: ego præ omnibus alloquar vt audacior. Ecce sub vmbra sedet ad fontem, qui talis præsentiens aduentum Nymphæ margines strauit, smaragdos protulit, & crystalla fudit. Sed iam auditi sumus à Virgine, & filium abscondit, suámque diuinam faciem obnubit. Ne virgo sancta formides, non enim Herodis, sed Christi filij tui sum seruus, ne faciem diuinam celes, tuâ pulchritudine aliquantulum frui meis oculis permitte. pepigi enim fœdus cum eis præter te Virginem videre neminem. *Ostende mihi faciem tuam.* Ostende Domina totius pulchritudinis compendium, ita illo perfruaris, quem castissima recondunt brachia; vide quoniam non solus accedo, adsunt multi, quos idem tenet desiderium, adest adolescens aliquis, aut virgo, quæ tuâ semel diuinâ perspectâ facie haud quidpiam aliud in hac vita requirent præmium, nec vsquam iam videre nec videri cupient: speculo non credent sua semel in tuo perspecta facie. Deuotæ animæ adsunt, quæ te demptâ in nemine figent oculos. Suæ puritatis præmio vacuas abire patieris? terræ pulchritudo lutum est, & maculat; tua tamen & est cælum, & cælestes facit. hanc videns sum honestus, hanc concupiscens sum castus, hanc complectens virgo sum, & quod in me sentio, alios sentire vellem: sicque quando appetitus igne æstuantem peccatorem aspicio, ad istum dirigo fontem, te videlicet, tuósque oculos sicut fontes Esebon. Si igitur hodie in via feliciter offendimus, expecta, spes nostra, huic periculo obnoxius est flos, cùm in agris nascitur furari nolumus rosam hanc, stirpem solùm videre cupimus, quæ tales rosas affert. *Sonet vox tua in auribus meis*, consolationis verbum loquere, Domina, quod me possit leuare iter agentem. O candida aurora in Ægyptum gratias & dona deferens, siste parum super nos.

Descriptio Virginis in Ægyptum properantis.

Maria pulchritudinis visenda castum desiderium.

12. *Tunc Herodes rex iratus occidit*, &c. Non potest causa celari, aut silentio præteriri huius tam cruentæ prouidentiæ in Dei ad terram aduentu permissa. Dico autem in primis vitâ priuatos esse, non propter peccata fortè parentum, sed ne illa postea committerent. Et quod ad primum attinet, affirmo posse Deum propter peccata parentum filios condemnare morte; idque patet, est enim apud Deum suprema potestas propter eius esse infinitum super hominum vitam & mortem: cuius causa ab omnibus gentibus oblata sunt ei sacrificia, cæsis in eius honorem animalibus, qua vsus potestate potuit optimè delere pueros, qui aderant in diluuio Sodomis & Madian, & in castris Amalech, & in Bethleem morte filiorum delicta vindicans, parentum tanti doloris materiam præbens, quantam Dauidis indicat successus, qui morte filij, quem ex Bersabee habuerat, adulterium soluit, & Sedecias; sicque immeritò hic offendit Marcion, dum crudelem Deum existimauit, eo quòd vrsos miserit in pueros Prophetam irridentes. Tertullian.[a] *Iudicium durum* (inquit) *sententia sæua videtur paruulis, & Sodomis adhuc insons, mollis & inermis, vt careat vitâ: quid enim peccauerat infans?* Hæc omnia licent ei sine crudelitatis nota, qui ex nihilo creauit omnia, & absolutus est Dominus. Puerum in cunabulis potest interficere, propter delicta parentum, quoniam, vt ait S. Thom. crudelitas est certus excessus in pœnis & suppliciis delinquentis: nullum autem ex his delictis, quæ Deus punire consueuit morte filiorum, fuit, quod pœnâ illâ, atque maiori non esset dignum. Potiùs, vt Tertullian. dixit, misericordia est in filium illum afficere morte propter delicta parentis, quoniam si viueret, fortè imitaretur mores illius, quem Deus immaturâ morte securum facit.

Prouidentia diuina varia de innocentum nece.

Vide P. Sera. in Iudicum Iephthe.

2. Reg. 12. 4. Reg. 25.

a De Marcionis antithesibus.

Sed alio maiori vsi sunt beneficio Dei: mortui enim sunt priusquam tot peccata committerent, quot parentes, vitam enim conseruari non semper beneficium æstimes. Ad hoc insignis est Ezechielis locus, vbi Deus imperat, vt tondeat barbam, & caput, & tertiam partem capillorum gladio discidit in portentum necis eorum qui confugerunt cum Sedecia; tertiam partem inuentum dispergit, gladiúmque districtum in eos vibrat, quòd qui captiui ducti sunt, ab hostibus nunquam tuti esse poterant ab hostili crudelitate, quare ipsi conqueruntur, *Ceruicibus nostris minabamur, in manibus nostris afferebamus panem, nobis à facie gladij in deserto*, id est, cum magno vitæ periculo quærebamus victum. Porrò (quod notandum valde est) ex his in aëra sublatis pilis aliquot colligit, & in ora pallij ligat, deinde nonnullos educens *in igne mittit*, quem in medio lateris accenderat, ex quibus subitò flamma sublata vniuersam vrbem in latere descriptam lambere cœpit, & delere. Hi sunt Iudæi abducti Babylone, in qua fuerant à Domino seruati quasi in ora pallij, tametsi non in sinu patriæ, & paterno complexu. Adde quòd hi qui redierunt, causa fuerunt postremi illius excidij Hierosolymæ, & abominabilis desolationis, quæ refertur 1. *Machab.* 1. *&* 2. *lib. cap.* 4. addit enim textus illa verba, *& ex eo egredietur ignis in omnem domum Israël:* in quibus, vt ait Apollinaris, prædicit hos futuros esse adeò profligatos, vt ex illis non solùm *orta sit scintilla discordiæ inter principes sacerdotum, vnde incendium omnium flagitiorum exarsit, de essos salio vn traydor, que llamò a Antioco, y destruyò a Hierusalem:* & furor eorum eò peruenit, vt in Christum Dominum exarserint, & interitum vniuersæ vrbis post Christi mortem, & in omnes

13. Vide D. Greg. Nissen. orat. de his qui præmaturè arripiuntur.

Beneficium fuit mors qua mortem animæ vitarunt.

Thren. 5.

14.

mnes terras dissipationem sibi machinati sint. & hi sunt quos seruasti Domine, in ora pallij, nónne consultius fuisset in ore gladij & igne perijsse. Omnes igitur opportune nascens Dominus paruulos arripuit a complexu matrum, vt sibi seruet; ex his enim futuri erant qui mortem sibi ipsis & Christo meditarentur, si viuerent. Quæ prouidentia in moralibus non est dissimilis, nec
a Epist. 22. minoris vtilitatis, vt notauit Hieron. [a] extinguenda esse incommoda quando minima sunt. *Dum paruus est hostis, interfice: nequitia, ne zizania crescant, elidatur in semine, & beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram:* intelligit ipse de cogitationibus. *Ille prædicatur beatus, qui vt cœperit cogitare sordida, statim interficit cogitatus, & allidit ad petram, petra autem erat Christus.* Timuerunt Moysis parentes edictum regium, & posuerunt puerum in cistula, postquam post tres menses celauerant, & iuxta flumen lacrymantium planctus describit Philo [b]. Debueramus recens natum exponere, *per tres menses aluimus, nobis maiorem tristitiam parantes, & puero acerbiorem cruciatum: agora mas crecido sentira mas la muerte: y nos otros tanbien:* nam, vt ait Apuleius, *flamma sæui amoris parua quidem primo vapore, sed fomento consuetudinis exæstuans totos comburit homines.* Fuit quidem beneficium, quòd in matres istas Deus contulit filios coronare martyrio, qui postea ipsum spinis coronaturi erant, flammam extinguere in paruulis istis paleis, quæ postea combussit ingentem illam peccatorum syluam. Sed inter omnia exempla filij nequam, & scintillæ amoris non extinctæ. Audi hanc tertiam tragœdiam Herodis alterius, & Baptistæ.

15. b Lib. 1. de vita Moysis.

Ex Apuleio libro .. refert Andreas Eboracensis.

16. Marci 6. *Mors iustorum timenda non est.*

Misit Herodes, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere: propter Herodiadem, &c. Ne te, infans, terreat tot mortis tragœdiarum memoria in tuo ad vitam ingressu, & in aduentu Domini in terram; nihil enim aliud hoc est, nisi velle tibi Deum ostendere iustorum mortem non esse timendam; lætitiæ potius futuram eis, quandoquidem tam Dei, quàm sanctorum oculos recreat. ob hoc enim sanctus Athanasius [c] ait permisisse Deum, vt mors primò transiret per iustum, vt eius acerbitatem primus innocens experiretur, & primus innocens, quasi flos virtutis marcesceret viuentibus Adamo & Eua cum Cain? nam cùm iusti mors pretiosus lapis sit in conspectu Domini, voluit illam auro sanctitatis ornare; quoniam si primò nocentes morerentur, cogitaremus semper mortem delictorum esse pœnam. *Non voluit Deus mortis fundamentum esse firmum. quiso que entrasse la muerte de pie quebrado. Nam si Adam primus fuisset mortuus, firmam illa certè basim habuisset, tanquam quæ primum mortuum eum, qui peccasset, arripuisset: quia vero eum qui iniustè fuit interemptus, primùm recepit, lubricum habet, & debile fundamentum: no assento del todo su derecho.* Vt videas insuper, quam à principio mundus virtutem insequatur; ob hoc enim de Abel locutus est Paulus, *secundùm eam defunctus adhuc loquitur,* hoc est, Abelis innocentiam fratri tanto odio habitam vocibus personare, vt discant mortales quàm ab antiquo mundus virtutem insectari cœperit. Et sicut puer vitæ limina tangens plorat, quoniam mors illi veluti latrat, & occurrunt miseriæ vitæ, & planctus eliciunt ab infantibus: sic cum primùm infans ingrederis vt Deo seruias, cùm peregrinus sis, mundus instar canis oblatrat: ob hoc igitur nemineris, si audias vinculis insontem Ioannem alligari, *Misit Herodes, ac tenuit Ioannem.*

c In quæst. quæst. 94. Theodoretus quæst. 46. in Gen.

Hebr. 11.

Caput nobilissimi equitis in manu carnificis videntes, statim interrogamus, quisnam ille sit eques? Cui quæstioni cum Euangelista respondent tria aurea ora Ambrosij, Chrysostomi, & Chrysologi; qui omnes præcones sunt huius omnium maximi miraculi. Quis igitur est defunctus? Ioannes Baptista, inquit Chrysostomus. Quis iudex? Herodis feritas, ait Chrysologus. quod fuit delictum? *propter Herodiadem vera loqui.* qui testes? quæ occasio? mulieres. mulieres tam potentes? accessit regis iusiurandum, & vinum. vtrunque fortissimum; quo tempore? peracta causa? tempore conuiuij. & qui assessores à latere iudicis? conuiuæ atque fœminæ; & in quo die? in natali regis. & quæ sententia, quæ in disco perspicitur, *amputari caput, & afferri in disco.* Non est qui capitis ablati, & equitis truncati causam suscipiat defendendam? est, Christus. præterea caput ipsum & lingua tuentur Ioannem, feruntque sententiam in iudices, qui tulerunt primam & iniquissimam.

17. *Decollati Ioannis causa.*

SVMMA DISCVRSVS.

In primis quæritur quis reus sit, & mortuus: Respondet Chrysostomus [a], *Ioannes virtutum schola, magisterium vitæ, sanctitatis forma, norma iustitiæ, virginitatis speculum, pudicitiæ titulus, castitatis exemplum, pœnitentiæ via, peccatorum venia, fidei disciplina. Ioannes maior homine, par Angelis, legis summa, Euangelij sanctio, Apostolorum vox, silentium Prophetarum, lucerna mundi, præco iudicis, præcursor Christi.* Quomodo igitur, iustissime iudex, si omnium hominum mortes tuis præuidentur oculis, quanto magis quæ sunt iustorum, quorum animæ in manu Dei sunt? quomodo vir tantus traditur prophanis? Bene possunt ab inquisitoribus comprehēdi omnes, at Cardinales & Episcopi, non sine expressa summi Pontificis facultate. bene possunt à curiæ prætoribus ligari omnes, sed non principes Hispaniæ, nisi regio ad istud chirographo allato. Ioannes ergo princeps est regni tui, *magnus coram Domino,* cuius capillos omnes numerasti, qui igitur pateris eius abscindi caput? Verum est (inquam) curiæ prætores non posse principem in vincula tradere, bene tamen eius ingredi domum, & pignora capere, supellectilem omnem. Cùm ergo serui Dei non existiment propriam personam esse corpus, neque bona, sed animam tantum, præscribatur vita, & moriatur corpus, dummodo secura anima supersit. Sic dixit alter Anaxarchus, vt refert Clem. Alexand. sed multo meliùs Paulus. Quando accessit Agabus ad eum, & cingulum abstulit, eóque ligauit pedes, cui respondit: *Nec facio animam meam pretiosiorem quam me. la vida no entra en quenta de persona, el Principe y el grande es mi alma ese ninguno le prende,* imò eo quòd tam magnus princeps esset Ioannes, placuit Deo eius vti ministerio ad seipsum glorificandum. Exodi 3. dixit Dominus Moysi quis esset; scilicet, *Ego sum qui sum.* Dixit Moyses, Domine non cognosceris hoc nomine, dic ergo, (ait) *Ego sum Deus Abrahā, Deus Iacob,* &c. Procopius Gazæus; vt ex suis cultoribus cognoscerent, quem per se in sua essentia comprehendere non poterant. Ego sum, quasi dicat, qui his ma-
gnis

18. a Hom. 16. ex variis in Matthæum, sed habetur inter sermones Chrysologi serm. 127.

Simile.

19. Expende locum institutione 11. quam libeat videre ex D. Bernardo ibi: *Beatus quem ... labor & tribulatio.*

gnis principibus in ministerium vti dignus sum. Sed licet testimonium hoc magni sit ponderis in vita, maioris tamen est in morte, vel tormentis: *& sic quoniam acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te*, Iob. 12. Quamuis fauore maximo pollebas, attamen idipsum plus ostendis in labore: magnum quippe erat Ioannis viuentis testimonium, attamen morientis maximum, & honor regis ingens, quinimò quia regis beneficium erat, crescere debebat; beneficium quidem fuit in vtero sanctificari, & multo maius pro Christo mori. Paulus Dei
Philip. 1. 29 morem in hoc aduertit. *Vobis donatum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini.* Beneficium supra beneficium est pati.

20. *Quis enim morte damnauit? Herodes* (inquit
Herodes quis. Chrysostomus) *sicarius in ciues, in nobiles latro, populator in socios, in domesticos prado, interemptor plebis, occisor filiorum, homicida in extraneos, in proprios parricida, inebrians cruore terram in siti sanguinis permanebat.* Nunc assero (Tertullia-
a Apologet. contra gent. cap. 5. nus inquit [a]) nemini propter mortem istam dolendum esse; *nonne eius cernitis auctores? tales semper nobis insecutores iniusti, impij, turpes, quos & ipsi damnare consueuistis.* Consulite commentarios vestros, illic reperietis *primum Neronem in hanc sectam Casariano gladio ferocisse, sed tali dedicatore damnationis nostra etiam gloriamur, tales persequidores nos calificant. Qui enim scit illum intelligere? potestne, nisi aliquid boni a Nerone damnatum? Summa res Ecclesia, quam Nero persequitur.* Magnus præcursor quem condemnat Herodes. Quid igitur inde colligis? Dicam li-
b Libro de Naboth. c. 1. benter quod Ambrosius ait [b], vt attendant principes quæ iubeant, & iudices quæ condemnent, quoniam si detestantur Neronem, Herodem, & Achab, seipsos meliores non existiment.
Caueāt principes ne sint Herode & Nerone nequiores. quod ita probat. Modò sunt iusti, & patiuntur, a quo? durat adhuc Nero, vel Achab? non; sed quemadmodum sancti, ita & tyranni nascuntur. *Non igitur vnus Achab natus est, sed quotidie Achab nascitur.* Vnde probas? ab effectu. *Non vnus Naboth pauper occisus est, quotidie Naboth sternitur, quotidie pauper occiditur.*

21. Quod fuit crimen? *Propter Herodiadem, dicebat enim Ioannes Herodi.* Videamus igitur nonne breuis aliqua inquisitio eius innocentiæ fieret: non veniebat vir iste ab eremo & solitudine, secretissimo & securiori loco innocentiæ custode,
c Lib. 5. Moral. cap. 6. deserto videlicet? *Quando ille* (ait Gregorius [c]) *in cibo peccauit, qui locustas solummodo & mel silnestre edit? Quid Deo vel de qualitate sui tegminis deliquit, qui camelorum pilis corpus operuit? quid de conuersatione sua offendere potuit, qui de eremo non recessit? quid illum loquacitatis reatus polluit, qui disiunctus ab hominibus fuit? pudiera probar la cearctada, y que no se auia hallado en delito ninguno, quien venia del desierto, comia y vestia como el.* Vna tantum, inquies, est causa, venisse nempe Ioannem in curiam ab eremo, vt
Excusatur Ioannis in curiam & aulam aduentus. principes reprehenderet. In primis antequam veniret de deserto, voce grandi, & quasi classicum canente tuba vocatus est, *factum est verbum Domini super Ioannem*, ad arma, ad arma, accingere Ioannes. Contra quem Domine, in cælum & in terram? etenim nec cælum à tua voce securum est, *Regnum cælorum vim patitur.* vbi armat vox? vbi officium prædicare: vbi ga-
Concionator. lea? zelus. vbi primum prædicatoris munus accipit, tenetur loqui, caueat sibi vnusquisque, *pongause en cobro en echando Dios en el coso al predicador.* Hieron. [a] *Caue ne rumusculos hominum* a In regula monachor. cap. de-
aucuperis, ne offensam Dei populorum laude commutes; per bonam & malam famam Christi miles graditur, nec laude extollitur, nec vituperatione frangitur: non diuitiis tumet, non contrahitur paupertate, & lata contemnit, & tristia: nam iusti & fortis viri est non aduersis frangi, nec prosperis subleuari. Sed quid multum hoc? adhuc & ipse latro, cùm in cruce factus est prædicator, cique pro suggestu crux fuit ad docendum, & cum vix inter moriendum verba proferre posset præ agone mortis, quibus veniam à Christo postularet, non defuere verba, rhetoris more, vt statim socium reprehenderet. *Neque tu times* 22.
Deum, qui in eadem damnatione es? Nos quidem iustè factis recipimus, hic autem quid mali fecit? Vnde peccatori tanta audacia? quis repente ad correptionem excitauit? quis? lux, suggestus, & vulnus diuini amoris & gratiæ, quo semel vulneratus sum; iusto enim licet, & tenetur corrigere, & prohibere peccata. Hac de causa de deserto venit Ioannes in curiam, potestatem affert, nec frustrà venit; & qui hoc negat, vox diaboli est, inquit Chrysostomus [b]: omnes b Hom. 1. ad popul. Satanica vox est ista.
enim sumus eiusdem corporis membra, & lingua est super omnia, cuius incumbit pedem corrigere, & faciem rubore perfundere, aures pungere, & brachium cohibere, quamuis illud potens sit: & qui contraria asserit, discipulus est Caini, *qui pessimus totius mundi magister fuit.* Bernardum audi [c]. *Nemo dicat, nunquid custos* c Serm. 1. in Epiph.
fratris mei sum: nemo quod in se est, aquanimiter ferat, si videat ordinem deperire, minui disciplinam; est enim consentire, silere cum arguere possis: & sciamus quoniam similis pœna facientes manet, & consentientes. Videte qualis sit vinculorum causa, sed vt videatis quoniam mundus vbique similis est sibi, reuertamur in Ægyptum, & ad primam Iosephi tragœdiam redeamus. Mittitur in vincula, si causam interrogas, propter mulieris vocem. Ambrosius [d], *En propter quod adaperitur* d Lib. de Ioseph.
carcer, vt suscipiat innocentes, soluuntur catenæ reis, vt imponantur fidelibus: cadenas ay para los inocentes señal que los culpados en Egipto estauan sin ellas. Et causa eadem est, quæ fuit Susannæ, Naboth, & trium puerorum Dan. 3. *Vt sit* (ait Chrysostomus [e]) *maxima laus accusatio, & crimina laudes sint.* e Hom. 4. ad populum.

Non licet tibi. Aptissima regi concio, qui 23.
omnia sibi licere arbitrabatur; quis huic regi Theologiam dilatauit? certum est enim homines rudiores, cautiores fuisse, & minus deliquisse, existimabant enim non licere: modò vero factus est dæmon Theologus, nullius delicti conscientia tangitur: *Theologo claustral, ancho,* & ita facile legi Dei, quæ iubebat, vt si homo moreretur nullo superstite filio, illius vxorem duceret frater mortui. Glossa, Herodes vim infert, & interpretatur etiam fratris vxorem posse ducere, viuente illo cum filiis & filiabus. O peruersa scientia: ô cæcitas hominum talia interrogantium! certum enim est te depicturum casum secundùm voluntatem; regi enim omnia licere videntur, vt apparet 1. *Reg.* 15. vbi cùm Saul Dei voluntati contrarius extitisset, apud Samuelem culpam excusat sic: *Immò audiui vocem Domini, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec interfeci: tulit autem de præda populus oues, & boues, primitias*

Cautiores erāt homines, cùm minus docti fuerunt.

primitias eorum quæ cæsa sunt, vt immolet Domino Deo suo. Declaratio fuit secundùm propriam mentem, contraria enim præceperat Deus. Non modò illa sunt tempora, inquit Ambrosius [a]; modò pressior est Theologia, quàm in paradiso. *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. in paradiso quidem mandauit Adæ, vt custodiret mandata, sed fortasse non mandauerat nimis custodire*, & ideo lapsus est, putans quòd si in parte aliqua recederet à mandato, non penitus erraret. Nobis seuerè & rigorosè præcipit, ne secundùm nostrum sentire explicationes afferamus. Et peius in hoc est omnes ad peccandũ velle esse sicut Herodes, & ne corripiantur absolutos velle esse sicut reges. *Illa sacra vehementia Ioannis* (inquit Bernardus [b],) *iam non est.* quæ talis erat (iuxta Chrysostomum [c]) vt Ioannes videretur rex, Herodes autem plebeius, *vita enim diuina legi consentanea fiducia parens & architecta est.*

a In Ps. 118.
b Ser. de natiuitate Ioã.
c Suprà.

24. *Herodias insidiabatur ei.* Concionator securus erat, Herodiadis pessima conscientia inquieta erat. Chrysost. [d] *Habebat accusantem conscientiam, cuius morsibus tanquam stimulis concitata magis bacchabatur.* Mulierem insidiari quis crederet? in causa est luxuria, ait Chrysost. [e] quæ mores mutat. *Talis certè res est luxuria, non petulantes solùm, sed homicidas facit.* & de cunctis addit, *& quidem existimo, nullam esse in hoc mundo bestiam comparabilem mulieri malæ. Mulier enim impudens nemini parcit, non Leuitam honorat, non sacerdotem reueretur, non Prophetæ defert. Blanda nequiter, importuna vehementer, donec mentem extrudat, vt similem sibi faciat maritum acutissimum diaboli telum.* Huiusmodi homines seruiunt mulieribus, & illæ imperant, & quasi vilia mancipia tractant, vt refert Scriptura de Achab, *Venundatus, vt faceret malum.* Vnde tamen venit hoc malum? *concitauit eum Iezabel vxor sua, & abominabilis factus est in tantum, vt sequeretur idola quæ fecerant Amorrhæi.* Fecit vt innocentes occideret. ob hoc Ecclesiastici ore Spiritus sanctus hoc præbet consilium, *Ne des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris.* Græcè, *vt ascendat ipsa super vires suas.* Caue ne caput fiat, abscindet enim tuum. Agè accede vt aliquem ab hac mulierum familiaritate seiungas, ait Gilbertus Abbas [f], & à pellicatu extrahas, non tam expoliari quàm excoriari est.

d Hom. 49. in Matth.
Luxuria homicidas facit.
e Hom. 15. ex variis in Matth. vide alia ibid. cõtra turpes mulieres.
3. Reg. 21.
Anima vendita sub hasta ad malè operandum, & seruiendum diabolo.
Eccli. 9. 2.
f Serm. in Cant.

25. Nunc iam de sententia agamus; iussit amputari caput, & quando profertur sententia, quis sedet in hoc tribunali? Rex vino captus & amore. Vbi mulierum tribunal & ebriorum hominum est, quæ alia posset expectari sententia? Chrysologus: *Sic iudicas sedens in loco iudicij reus? innocentia persecutor? tal sentencia no la podia dar sino vn culpado hecho Iuez.*

Sententia iniqua.

26. Et quo tempore lata est sententia? *Cùm Herodes natalis sui cœnam fecit principibus.* Ambrosius [g], *Rapitur* (ait) *ad pœnam Propheta conuiuiali tempore, conuiuiali præcepto, quo non cuperet vel absolui: al tiempo del conbite le sentencian à muerte quando aun sentencia en fauor era sospechosa y no la aceptara Iuan.* Dicetis forsitan me velle conuiuia reprehendere: si id facerem, alius videret Isaias, vel Oseas. Sed permitto ea primò, dummodò in illis inueniatur memoria pauperis. E contra fit in Herodiana & vestra domo, vinctorum nulla est memoria, estis potiùs veluti Iosephi fratres, qui mensæ assident, Iosephum in cisterna mersum relinquentes. Abundat conuiuæ otioso, abundat vagabundo, & histrioni, & Christo deficit? *Erubescit Christus* (ait August.) & S. Thomas addit [a], *Dare res suas histrionibus vitium est immane.* Præparas conuiuium quatuor amicis, sit pauper quintus, *Mittite partem his, qui non præparant sibi.* Secundò absit à conuiuiis concentus & harmonia vocum & fidium, & impudicæ saltationes. Ecce exit puella saltatrix, maledicta sit mater, quæ istud patitur. Ambrosius [b]: *Quid enim potuit filia de adultera matre discere nisi damnum pudoris?* qui etiã refert hanc Philosophi cuiusdã sententiam, *Nemo saltat sobrius nisi qui insanit.* hanc enim saltationis impudentiam tantùm amentia vel vinum excusant, *esta desemboltura del baylar solo la disculpa la falta del Iuicio, o la sobra del vino. Saltet* (addit) *sed adulteræ filia; quæ verò pudica est, filias suas religionem doceat, non saltationem.* Nam, vt ait Chrysostomus [c], *his tripudiis diabolus saltat; vbi enim saltus lasciuus, ibi certè diabolus adest.* Tertia conditio, vt verba prophana & periculosa longè absint. Non sic Herodes, *Si dimidium regni mei,* &c. O verbũ proiectum! & confirmat iuramento; promissio vana, prophanum iuramentum, quid nisi sacrilegium perpetrarent? Nonne videtis, quomodo hæc absurda originem in verbis inutilibus & iocosis habeant, & exitum in animarum nece? Chrysologus [d]: *Vt tragœdiã nefandam caneret, quæ impleuerat turpissimè comœdiã. Empieçan en comœdia y acaban estos excessos en tragedia.* Hic est vbi vno verbo dimidium regni donatur, in quo, vt ait Ambrosius [e], apparet cuius ipsa æstimationis sint. *Vide quantum sæculares ipsi de sæcularibus suis iudicent potestatibus, vt pro saltatione etiam regna donentur.* Vide quanta omnes teneat amentia, cùm inter illos sit nemo, qui defendat Ioannem, qui si forte esset parasitus, meretrix, aut homo nequam, tota in regem conueniret curia, quin potiùs, vt ait quidam sanctus Doctor, animum illi addiderunt ad implendum promissum. Attende quàm inuerso ordine cuncta fiant, saltatio abscissione capitis donatur puellæ. Quàm liberales sũt principes in mercede saltationũ, in ornatu vestiũ, & ad res alicuius momẽti nec drachma expenditur. Non ita Alexander, qui cùm ad eum iuuenis deferretur in ciceribus acu longo interuallo figendis, strenuus illius arte gauisus est: cùm autem magno aliquo præmio ditandus credebatur, cicerum modio donari iussit: isto quippe dignus erat præmio, qui in rebus tam parui ponderis consumebat tempus.

g Lib. 8. de Virg.
Conuiuiorum incommoda.
a 2. 2. q. 168. art. 3.
Esdræ 8.
b Lib. 3. de virgin. videtur etiã dictum esse Ciceronis.
27.
c Hom. 47. in Matth.
d Ser. 173.
e Lib. 3. de virgin.
S. Vincentius Ferrer. ibid.

Misso spiculatore. Expecta serue, ita crudelis Dominus tuus est ac iniustus, expecta, volo enim præuenire hoc nuncio magnum istum præcursorem. Eia diuine Ioannes, postquam tu vitia iudicasti, & condemnasti, ab illis condemnaris. Ecce gloriose prædicator, auream catenam afferimus, quam iudici & oratori gentes offerebant, ex qua hæ litteræ pendebant, *Veritas*, hac hodie collum tuum ornant cæli, vnde veritas allata est. Porrò lapis ita pretiosus nullius collum aut pectus ornare poterat, præter tuum; quis gaudium explicet, quo eius anima perfusa est? quomodò genua figebat humi, quomodo Deum orabat, & Christum eius? 28.

Teutonicus de ritibus gentium.

Abscissum caput delatum fuit ad mensas, quemadmodum afferri solet apri aut cerui 29.

caput,

caput, in principum mensas magnificentiæ causa. Quàm bonus mensæ finis imponitur legis & Synagogæ, *fruta de postre y remate de la ley. lex & propheta vsque ad Ioannem.* Caput donat rex puellæ, hæc matri, & hæc obliuioni; at Deus æternitati donat, orbi vt consolationem in afflictionibus accipiat, prædicatoribus vt imitentur, Angelis vt admirentur, & vt exaltetur, Ecclesiæ.

Venerandum Ioannis caput æternitati commendatur.

30. Sed vt redeat oratio eò vnde exierat, fac Ioseph Patriarcham post vincula & post carceres coram petulante hera sua præsentari. Non audis sine verbis acrem reprehensionem? non vides adulteram pudore suffundi? ita similiter inquit Chrysolog.[a] *Venit Ioannes vt iudex in tribunal resplendens, vt qui arguit adulterum, exponeret & damnaret homicidā, homicidium etiam damnaret occisus. Vox occidi non potest, sed magis clamat angustiis corporis absoluta.* O summe Ioannes!

a Serm. 174. Ioannis cum Ioseph Patriarcha collatio.

31. odium denique & inuidia huic tragœdiæ finem imposuerunt; non enim satis erat quæ inter Iosephum & eius fratres accidit, nec facinus illud aliquam cum isto comparationem habet, nec ille tecum. *Vestimentum Ioseph, cùm adulteram fugeret, dereliquit; Ioannes ne videret adulteram, ipsum proiecit. & corpus Ioseph ne adulterium faceret, libens carcerem suscepit: Ioannes vt argueret adulterium, eremum carcere commutauit. Ioseph somnia dum reuelat, euasit ex morte: Ioannes vt Dei filium reuelaret, suscepit & mortem. Ioseph dum panem praparat temporalem, ex auro torquem meruit & honorem: Ioannes vt ostenderet cælestem credentibus panem, martyrij torquem meruit ex cruore. Meritò inter natos mulierum cunctis maior est hic Ioannes, qui non solùm adulteros arguit, sed & licita mulierum consortia virginitatis amore calcauit.* Pertimescant sanctiores, dum eorum capita humeris imposita tenent, & illi maximè, qui ob peccata sua priuari capite digni sunt, Deumque assiduè orent, ne aliquis appetitus, vel inuidiæ causa illud ab Herode petat, vel à mundo rege multo nequiore: idque meliora capita vereantur, quorum plures sunt æmuli & aduersarij. *Epulis nostris interfit Christus, in facie prandeatur authoris, qui vbique est, & cum Patre viuit in sæcula sæculorum.*

Chrysolog. vbi suprà.

Tragœdia finis.

Chrysolog serm. 127.

VERBVM FILII.
Matthæi 2. v. 13.

Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum.

Et innocentium nece crudelissima, in Natali Christi, suauissima harmonia, & publicum præconium personat.

DISCVRSVS XXVI.

1. Ad musicam illam melodiam, qua diuinum Verbum terram nascendo exhilaranit & cælum, angelico cœtu è regio choro ad cantus ministerium euocato, ad duarum chordarum, humanitatis scilicet, & diuinitatis in vno supposito, velut in psalterio quodam extentarum, mirificam harmoniam; in qua vox Patris accinit, tellus nostra ludibunda respondet, & laudes cælo resonat non ad suauitatem minus, quàm ad admirationem reciproco temperato concentu, tenerulis, inquam, puerorum innocentum voculis, qui gratissimo ad aures vocis flexu summo Deo & Saluatori Christo recèns nato festiuum & laudatorium, natalitium dixerim carmen decantant. *Dicunt namque Domino laudes* (ait Chrysost.[a]) *trucidati ab Herode lactentes, loquuntur sanguine quod lingua non possunt, passione canunt quod sermone non norunt: occisi prædicant quod viui non poterant.* Nosterque chorus cælitum vult respondere concentibus (vt Cyprianus loquitur,) *acta est natiuitatis solemnitas sursum iubilantibus Angelis, deorsum ex ore infantium & lactentium laus est profecta, resonantibus vsque ad cælos victoriæ tubis, & versus est paruulorum vagitus in gaudium.* & Ambros.[b] *fidei* ludit nomine, duminquit: *Nam si fides ex mortuis animantibus facta resonant, quanto magis fides martyrum canit Deo.* Bernardus insuper choros & voces distinguit. *Nam Stephanus hominibus canit, Ioannes Angelis, innocentes Christo. Sed hoc discrimine habemus in B. Stephano martyrij simul & opus & voluntatem: habemus solam voluntatem in B. Ioanne; solum in beatis innocentibus opus.* & licèt omnium confitentium acclamationes & voces mira voluptate Christus imperator excipiat, sed istorum præcipuè sunt Deo gratiores, velut illorum qui sunt a regio cantu & in ipsius Regis leuamẽtum & gaudium destinati, & taxatum illis à suo Principe salarium. *Cæterùm hi sunt planè Martyres, in quibus gratiæ tuæ laus maximè commendatur.*

A la musica con que el eterno Verbo de Dios alegro el suelo, y tempo los cantores de su Real capilla los Angeles: a la harmonia de aquellas dos cuerdas humanidad y diuinidad en vn supuesto en que entona al voz del Padre como dize Clemente. Alexand. Responde la tierra al cielo con otra musica de niños inocentes con dulces pasajes de garganta.

a In Matth. hom. 3.
b Oratione de obitu Valentini.
Musica vocum in Christi natali.

2. Sacra Euangelij lectio choros nec distinguit modò, sed & componit & ordinat. Primus ille chorus tribus illis vocibus summè acutis constat, *Iesu, Maria, Ioseph*, Angelo præcinente & figurante voces. *las tres altissima voces y el Angel que les da el punto, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph.* Secundò, sed cum grauibus acutæ, humilibus sublimes voces inæquali æqualitate temperentur, *van en contra punto altos y baxos y con varıedades propiedad de la vidal del iusto comienza confuga. Celeri & concitato modulo cantus incipit, surge, accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Tertiò chori ductor manum expandit dexteram, cessat cantus, modulantes quiescunt, non ingrato silentio, *estiende la mano el Angel haze pausa, esto ibi vsque dum dicam tibi, hasta que cesse el orgullo de Herodes, vsque ad obitum Herodis.* Quartò legis & Prophetarum vocibus secundus chorus resonat, qui huic amica concertatione respondet, & primas canit Oseas, *Ex Ægypto vocaui filium meum*: vt facilè deprehendas artem eandem esse, & eundem almum Spiritum legem condidisse, & vocem præbuisse Prophetis. Videte quantum consonant *el mismo Maestro de capilla los regia a ellos que alos Euangelistas.* Quintò tertius canit chorus infantũ voculis, & innocentum modulis gratissimus, qui vtrique respõdet mira inflexione vocis. Adest huius chori ductrix pulchra Rachel illa, quæ

Ecphrasis Euangelij.
DIVISIO DISCVRSVS, ET CÆLESTIS HARMONIÆ.
Matth. 2. 15.

quæ nos cum dolore peperit, Ecclesia: quæ si filios defleat, vt mater pia defleat, non vt mortuos, *& noluit consolari, quia non sunt*, mortui sane: talis enim mors immeritò mors & non vita vocatur, & gloriosa confessio. Sic explicant hunc locum Hieronymus, Hilarius, Haymo, & fere omnes [a]. Sed quiesce, sile, ne impedias musicam.

a In hunc locum.

3. Primus chorus, licet his vocibus constet, moderamen admittit, & seruat indictum à ductore tenorem. *Ecce Angelus Domini.* Hoc est quod respublicas in tranquillitate & pace tenet fixas, præscriptos retinere numeros, & vocem à Deo traditam, nec velle sonos edere non ad artis & summi Magistri consilium, sed ad sui cuiusque nutum. Vides in choro prægrandem librum punctis & notis ad musicæ rationem excogitatis distinctum. ex quibus notis quædam sunt in regula, quædam in spatio, quædam atræ omnino, quædam albæ, breues aliæ, aliæ semibreues, aliæ minimæ, aliæ semiminimæ, aliæ voces acutę, graues aliæ, mediæ, & infimæ, quæ si à cantore ex libri præscriptionibus & numeris moderentur, omnis musicæ dulcis concentus aptissimâ ratione deuinctus elicitur. Quid putas vita est nostra nisi cantorum liber quidam in regula locati viri, vt nos sumus in religione, alij in spatio & otio positi, vt sunt equites, alij altiores, demissiores alij, hi medij, alij infimi, alij longioris vitæ, breuioris alij, & denique alij breuissimæ vitæ, sicut infantes innocentes, sicut omnium conditor præscripsit. Igitur quid est Musica nisi

Con ser tales las tres voces Iesus Maria Ioseph se dexan regir y les da el punto el Angel. Summa del concierto de la republica tomar el punto que Dios nos dio y no querer cantar de fantasia y a nuestro al vedrio. Vita cantorum libro comparatur. Simile.

4. concursus vocum per sonos omnes? cantores prosequuntur intédendo & remittendo vocem, secundùm puncta, spatia, & numeros, vel vno verbo dicam, *voces sunt sub obedientia constituta, quam si demas, tollitur harmonia.* Vnde vna totius reipublicæ stabiliendæ causa est *obedientia*, & infinitæ sunt ruinæ causæ omnes ex vna inobedientia natæ. Nemo enim ductori Deo se submittit, neque Angelo vult obtemperare, *ninguno quiere mirar al libro de la ley y estarse en el punto que Dios le dio, todos se suben y se entonan.* Qui in spatio est, vicem suam deplorat, & inuidet religioso, qui intra regulas continetur. O felicem religiosum, ait, quis me matrimonio deuinxit, quam melius in choro, quàm in foro Domino inseruirem? Qui intra regulas est, transilit ad spatia, & desiderio saltem intra Romanarum choros, & choreas, vt ait Hieronymus, petulanter se inserit. Qui in alto est, dolet bonis artibus destitutum solâ ambitione altiora se quæsiuisse: quis enim ait, nunc audeat præbendam, primatum, aut magistratum derelinquere? *que pareceria si agora baxase el punto y dexase el fausto?* qui in infima plebe est, & quasi basis totius musicæ, putat abiectam sortem suam, & obmurmurat, culpátque fortunam, *culpa su fortuna que le allanò tanto, y le dio el contrabaxo de su officio*, immutant voces, mutant puncta, inuertunt numeros, & ductores seipsos constituunt, ita vt solus qui condidit semel, iterum ad harmoniam possit reuocare.

Gradum & statum sui rationem quisque seruet.

5. *Facti sunt principes eius quasi assumentes terminos, ya està el señorio y grandeza en cantar como quieren, y en estirarse y salirse de su estado.* assumunt enim & arrogant sibi terminos, faber ciuem agit, ciuis equitem, eques ducem & marchionem, dux regem, quasi ad sic canendum gratia iuuaret. Verùm hoc miserabilius est, quòd Deus subtrahit gratiam his, qui extra regulas & præscripta in libro legis cantant, vires bonorum temporalium non suppetunt, nec possunt iam familiæ bonaque fastum, & ambitionem, & cupidinem, sustinere, fitque iam vnaquæque familia & respublica non cantorum chorus, sed organum ex afflictis vocibus conflatum, quæ sub graui pódere gemunt, & adeò pulsantur tétationibus, tribulationibus, charorũ morte, fame, bello, peste, vt verè doleant, & superbiã suam deplorent. Isai. 16.6.
Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde, superbia eius & arrogantia eius plus quàm fortitudo eius: todos gimenen en esta casa, porque ay mucha corte, y no ay sustancia. Sensit & doluit hoc August. [a] *Initium superbiæ hominis apostatare à Deo, & initium omnis peccati superbia.* & quo remedio tanto malo occurrendum putas? nullo alio, inquit, nisi in loco & puncto à Deo sibi præscripto immotus permaneat, *in ordine suo manens ipsius Dei præsentia vegetatur.*

a Lib. 6. de musica.

Verùm quem ducem & magistrum vocabimus, qui chorum ducat, & neminem extrà transilire doceat? Certè Angelum istum, vel te ô puer, in cunabulis iacentem, inter paleas nostram superbiam triturantem; adsit tamen hodierna die noster Ioseph, quem tu in Ægypto ad commune solatium & salutẽm constituisti, quo nomine S. Ambros. [b] illum nuncupat, *Magister seruorum, magnus quippe vir, qui venditus, seruile tamen nesciuit ingenium. maestro de los buenos sieruos, que enseño el camino por donde an de medrar los que tienen fee.* Post tot labores & ærumnas, cùm sapiens innocens dignus sit imperio, dum putares vinculis & carcere inclusum, educitur à Deo, & ad Proregis sedem Ægypti à summo Deo imperatore prouehitur. Accepit famã & auditione pater, cunctaque familia filij fortunam, rapuitque eos omnes, parentem, fratres, consanguineos, duxitque in Ægyptum, & vt fratres excepit, à quibus vt ab inimicis venditus fuerat, qui cùm magister seruorum erat, sciebat in hoc esse summam felicitatem, si vni veróque Deo inseruirent. Age magister Ioseph, attolle voces, & puncta acutiora præscribe illis, loquantur altiùs, ornentur, colantur, & sciant fratres esse Proregis. *subamos de punto a estos hombres, hablen alto, hagase ruido.* Apage sit, ait sapiens adolescens, quinimò cùm parens & fratres deberent regis manum exosculari, præmonuit Ioseph vt rogati à Rege de munere quo fungebantur in patria, pastores fuisse respondeant. O nouam & singularem sapientiam! sibi tam propinquis iubet vt pastores esse dicant? ita oportet, ait Ioseph, si vocem ab infima ad acutã extollamus, fiat fortè dissonãtia, & eo in munere, quo à rege afficiatur, seruiat vnusquisque, videlicet in eo munere, sibi idoneo, & regi vtiliori.

6. *Egregius magister modestiæ Ioseph.*

b Lib. de Ioseph.

Pergit vlteriùs, & ecce Iacob vocatur ad regem, &, vt colligi potest, rex etiam altius quàm par erat, cantabat, & præsumptione suã assumpserat sibi viuendi terminos. *auiase desentonado y tenia grande gana de viuir, y se imaginaba eterno.* Expauit rex ad præsentiam illam grandæui & canis pleni Iacobi, & à canis ad annos gressum fecit, & rogauit quot annis vixisset; vide tamen qua ratione rogat. *Quot sunt dies annorum vitæ tuæ? quanto son los dias de los años de tu vida? pregunta como hombre engañado y deseoso de viuir:* & cùm agit de annis, vult eos in dies minutatim concidere, vt plures videantur: ipse enim sic solebat cõputare annos,

annos, vt plures & longiores viderentur, *prometiase sin anda vna eternidad de vida, y haçe tiras los años paraque alcancen mas, velut assumentes terminos: como quien tiene pocos reales, que los quenta por marauedis, por echar millares donde aun no ay cientos.* Iacob autem quasi magister doctus cantandi respondet, *Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt, parui & pauci.* Vide reformationem supputationis, fecit annos dies, vt corrigat regem viuendi auidum; sed vocat vitam peregrinationem, vt à cogitatione æternitatis dimoueat, & parum viuere persuadeat. Ioseph etiam ad fratres conuersus infirmas voces, & cantum in æquabilitate docet, seipsum in documentum afferens. Ecce ego ô fratres expectaui, donec veniret verbum meum, & Angelus, Dei ductoris imperium expectaui, qui altiorem vocem mihi præscripsit, & in alta sede collocauit, *pro salute enim vestra misit me Dominus ante vos in Ægyptum: vn hombre que guarda el estado en que Dios le puso, es bastante a*
8. *saluar su casa y a Egipto.* nam vbi Deus ductor est, media etiam incongrua ad vtilitatem & lucrum aptat & accommodat: velle autem per ambitionem gradum & dignitatem rogare sibi, infidelium est, & hæreticorum, qui diuinam negant prouidentiam, vt eleganter Tertull.[a] ad eos ait: *Nunquam melius proficitur, quam in castris rebellium, vbi ipsum esse illic promereri est: en los motines dan se los officios a los amotinados, no porque siruieron, sino porque se amotinaron.* & ita, inter vos, mechanici homunciones concionatores sunt, apud nos sapientes: apud sartores & sutores imperant, apud nos virtute nobiles: *no ay ataxo para valer mucho quien no vale nada, sino es que se meta en vn motin y desconcierte la capilla y coro.* at verò in castris Ecclesiæ expectatur cælestis vox & ductor, *Ecce Angelus Domini.*

a De præscriptio. cōtra Marcionem.

9. *Fuge in Ægyptum.* Pulchra & grata inuentio in musica fuga solet esse: sed postulat summam promptitudinem: *toda la musica pide puntualidad pero mas la fuga.* Hoc ergo genus musicæ solæ tres voces cecinere, vt nobis promptæ obedientiæ documenta præstarent. Vult enim Deus obtemperari etiam in his quę repugnant, & quodammodo seipsam natura fugit. Quanta & quàm pugnantia poterat obiicere Abraham, cùm mandatum audit de offerendo filio, quanta etiam proponere Angelo potuit Ioseph, cùm tam longam denuntiabat viam. Sed ambo silent, ambo præscripta in libro promptè exequuntur; sicut Dauid, qui in libro legis cunctam vrbem
Psal. 147. 14. ordinat, & componit. *Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion, ea componeos ciudad, haced musica a Dios, qui emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo eius: mirad como da su voz a la tierra, escuchad como la toman las criaturas.* Heus tu nix fuge naturam, fuge mores tuos, operi, foue & calefac terram. fit ita, *qui dat niuem sicut lanam*, quasi lana fouet, seruat vapores, & fœcundat terram. Et tu nebula cane fugam, fuge innatam humiditatem, exsicca campos, messes adure, in puluerem cinerémque conuerte. *nebulam sicut cinerem spargit: consér humeda abrassa y haze ceniza las misses*; & tu flumen siste, fræna cursum, liga gelu & glacie fluentes aquas, ita vt manducari possint, & in
10. buccellas concidi. fit ita, *mittit crystallum suam sicut buccellas.* Surge, dormis Auster? quia hyems est? persla quasi æstiuo tempore fluuium illum,

Fuga in Musica prompta obedientia symbolum.

Etiam in his quæ repugnāt obedientia exempla sunt.

solue crystallos, & grandinem, & resolue influxam aquam. obtemperat subitò, & de æstiuo specu calida tempestas repentè venit, *emittet verbum suum, & liquefaciet ea*; & quorsum fugam istam cogit efficere creaturas? vt te videlicet ô homo legi Dei obtemperare doceat, *qui annunciat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel.* Ita enim oportet canere, vt si iusserit Deus relinquere te, & tua, & fratres, & sorores, & cariora pignora, si Dei vox instat, cuncta summâ cum promptitudine deseras, & hoc est, quod Deum dixisse homini in libro creaturarum asserit Iob. nam cùm dedit ventis pondus, & voces composuit, *tunc dixit homini; Ecce timor Domini, ipsa est sapientia, & recedere a malo intelligentia.* Recedere autem iubet, quia fugam arripere tenemur, vel ad vocem diuinam, vel ad tentamenta dæmonis; quamobrem, ne punctum & occasionem amitterent, monet Angelus, *fuge in Ægyptum.*

Fuge in Ægyptum. Itáne facile putas regem 11.
protinus cum vniuersa curia aliò commeare? sinamus terrenum regem, qui ægrè & difficilè ad breue spatium nequit migrare sine immenso sumptu, vestras, ô ciues, domos adeo. Quanti putas laboris esset, si vna die vnum è vobis cum vniuersa familia aliò commigrare opus esset? qui currus? qui muli? qui serui? qui fragor & strepitus? quæ supellectilis sarcinæ? cùm domus Ioseph, vbi Dei filius, Rex, regina mater, & sponsus est, mox de nocte consurgens migrat in Ægyptum. quid causæ putas? Dicam. in illa domo Ioseph, primum & præcipuū erat Deus, de mundo nihil: *auia mucho de Dios, de mundo nada*; & vniuersa supellex in tetertimo infantulo sita erat, quo in tuto posito cætera salua sunt, & vniuersa domus facilè migrabat. hic erat virginis thesaurus, hæc arcula monilium, hæc vestium theca, hoc speculum, Ioseph etiam in hoc vno omnia reposita habet, eóque sublato tota domus salua est. E regione autem, cùm in vestris domibus exigua sint quæ diuina, pauca quæ sancta, & mundana exundent, & amor proprius imperet. Mundus & amor duo sunt tyranni, qui ita splendidè se gerunt, vt cùm instat vox Dei, aut hominū, vt migretis hinc, ciuilis quoddam mortis genus sit, & vltimi abscessus similitudo. Melius quā ego Dauid orando cecinit, *Sitiuit in te anima mea: quàm* Psal. 62. 2.
multipliciter tibi caro mea. Te solum sitit anima mea; sitis autē solo aquæ frigidæ haustu restin- 12.
guitur, ita te vno contenta est anima mea. Verùm si corpus cōuenio, iubeóque vt quasi peregrinum se gerat in terra, ô quātas excusationes prætexit! ô quanta postulat! *que pedigueña es esta carne! que de gullerias pide, quā multipliciter tibi caro mea?* ingredere in domum principis, vide quid mundi, quid Dei apud illum sit? Deo & religioni breue & angustum oratorium, & non amplius; mundo verò porticus, peristyliū, cubicula, conclauia, vestibulum plenū equis, essedorum, rhedarū, lecticarū, porticus superiores famulis, pueris, aulę, peristromatis, subselliis, mēsæ ferculis, abaci argen- 13.
teis & aureis vasculis, lectum sericis aureis telis, parietes aulæis damascenis sericis, cella vinaria pretiosis vinis, niue glaciéque redundantibus. O insatiabilis bellua! *quàm multipliciter postulas*, quia sine Deo es, Dei enim serui paucis contenti sunt; vos verò ô mundani parcite vobis, natura minimo contenta est: vt quid census illi imponitis, quos soluet nunquā, vel si semper in magno ære est.

De hac fuga & eius causis multa vide apud P. Chrysologum, serm. 150. 151. 152.

Vbi Deus est, cultus vitásque modestus.

Quantis indiget caro.

Census [illegible] imponunt qui carni indulgent, quos nunquam soluunt.

Digitized by Google

est. *Hechã censos sobre su cuerpo, que si no los pagan es malo y si los pagan peor*, ita vt si aliquẽ ex his censibus redimere cogites, caro petulans querelas excitet, & lites, vt tibi quod sæpe semper concedatur, aliàs nõ posse seruire. cui vos facilè acquiescitis, & sententiam pro illa dicitis: in quo non leue illi damnũ infertis, habet enim natura formicæ conditionẽ & mores, quã si in subleuando onere adiuues, statim omnino deserit, sin minus, triplo maius onus suo corpusculo portat. Similiter & æquè nudi nati sunt pedes atque manus; sed dum tegendis pedibus multa inuenimus, natura supersedit, & deserta illa parte, nec in illa fortiores vires ministrans infirmã reliquit, ita vt si nudo pede ambules, statim catharrus impendeat, & tunc temporis manus nudæ omnino tam in æstu quàm in hyeme sunt, & non afferunt catharrum; quid agant manus, cùm propitios viderunt iudices? postulant sibi etiã dari quibus tegantur, vósque libenter sententiam dixistis, vt dentur illis chirothecæ, pelles mollissimæ, vnguenta, &c. certè timendum est, ne querelam excitent nares, vt sibi etiam dentur arma ad propellendũ hyemale
14. frigus. O caro petulãs & audax in postulãdo, quis te cogat de vita migrare? *Quàm multipliciter tibi caro mea?* Hæc est causa cur si vis iuuenem aut puellam à peccati occasione liberare, impossibile dicant, & respondeant, sicut Rachel, quæ cũ suffurata à patre idola aurea & argentea tulisset, supposuit in stramentis camelorũ, ipsaque superinsedit. En frendens & fremens sicut turbo venit Laban parens eius, qui cùm rogasset Iacob, vniuersámque supellectilem sarcinasque lustrasset, ad Rachelem tandem, *surge*, ait, hoc minimè agat illa, sed prætexit excusationem dignam fœminã: Parce Domine menstruo fluxui, cui debitum soluo. *Perdonad señor que estoy pagando el tributo de cada mes.* Vides vt habebat præparatam excusationem? Accede ad virum aulicum, aut curiæ hospitem, vt hospitium mutet, occasiones præcidat, *fugite de medio Babylonis*, respondet, non lucri aut ambitionis causâ hic degere, sed quia oblectatur amicis, & valetudine bona fruitur. mentitur autem: nam habet idola amoris, & turpissimæ Veneris abscondita, quæ tegit grauitate, & authoritate, & negotiationis specie. Voca paganam fœminam, quæ sub Christianæ nomine Gentilis more viuit. *fugite fornicationem*: fuge domum istam, & statim honoris & obligationis prætextu concubinatum operit, & excusat, *quàm multipliciter tibi caro mea! O mala esclaua, carne von Zera como teneis poco de Dios, aueis echado hondas raizes!* Maria verò & Ioseph vna & intempesta nocte iter arripiunt, & fugæ se dant admirabili promtitudine. *Fuge in Ægyptum.*

Amor alicuius rei foram facit obedientiam.

15. Perueniunt in Ægyptum, vbi Angelus ductor chori manum extendit, & silentium indicit, *haze pausa. esto ibi vsque dum dicam tibi: callad y esperad hasta que yo os auise.* Quasi dicat, cantores scientissimi, qui nutu diuino & numeris atque temporibus cælitùs præscriptis vestra agitis, hæc vnica & peropportuna occasio est erudiendi homines de diuina prouidentia, quæ voces résque mortalium moderatur, *& hoc quod continet omnia* (nempe Spiritus sanctus) *scientiam habet vocis*, quam doctrinam patientia, silentium, & longanima expectatio iustorum mirabiliter confirmat & manifestat. ideo expectate, *vsque dum dicam tibi.* Quid iucundius est & magis voluptuosum, quàm quatuor vocum concentum auscultare,

Longanima expectationis & patientia doctrinam docent Maria & Ioseph.

obseruare silentium huius summa arte expectantis, vide qua ratione obseruat interualla, numerósque tacitus secum computat, & dum sibi præscriptio punctum denotat, quàm promptè erumpit. Eodem modo iusti erga diuinæ prouidentiæ gubernationem sese gerunt. Fugit heram petulantem Ioseph, quæ voce acuta palatium personando commouet, adulterum, adulterum inclamando: tacet Ioseph, & numerat attentè interualla, detruditur in carcerem, tacet: liberatur pincerna regis, tacet: annum integrum agit in vinculis, tacet. O importunum silentium! vsquequo siles Ioseph? *vsque dum dicam tibi*, vsque ad opportunum tempus: nam dum interualla peracta sunt, *venit verbum eius, misit rex, & soluit eum*, & inclamanto præcone, vt omnes genuflecterent, colitur & adoratur à populo. Abraham etiam ex Dei præscriptione sublimem ascendit montem, vt filium victimet Deo; acutum sanè punctum, & parenti asperum, & cantatu difficile. Angelus autem, qui ductor est chori, interualla obseruat, *cuenta el Angel los compases.* Vide quia iam peruenit ad montem, *vnum*,

Silentium opportunum.

Ps. 104. 19.

16. vide, quia iam ignem præparat. *Secundum*, iam nudat gladium. *Tertium* vide, quia iam eleuat vibrátque ferrum, siste, siste *Abraham, Abraham.* O extremum & salutare solatium, scire nempe musicam, & rerum nostrarum ordinem à suprema & diuina regi prouidentia. Tace obsecro, frater, cùm socium aut vicinum secundiori fortuna splendere vides, ne putes de diuina excidisse memoria, aut casu hæc fieri; obseruat proculdubio interualla, *& in tempore, en la mejor façon del mundo, erit respectus illorum: os acudira y remediara Dios.* Iacet alter in lecto dolore, squalore & egestate oppressus, putásne Deum amisisse memoriã, noctes diésque non obseruasse? falleris, *esto ibi vsque dum dicam tibi*: nam licèt in regula non sis, sed in spatio, & reipublicæ, & religioni otiosus, & inutilis videaris, cõsonas tamen reliquis; harmonia enim nõ ex pũctis solùm quæ in regulis sunt, componitur, sed ex his etiam quæ sunt in spatio, *el puntto en espacio y el enfermo en su cama hazen consonancia a Dios, vsque dum dicã tibi*, si patienter manum & interualla obseruant. ideo ne, obsecro, impedias musicã, sed tace, & diuturno silentio & patientã tolera, *vsque dum dicam tibi.*

Solatium ex fide diuina prouidentia.

17. *Et erant ibi vsque ad obitum Herodis.* Nullum magis appositum exemplum afferri poterat, vt prædictam doctrinam confirmarem, quàm hoc quod in Euangelio expressum video. Vides Christum in Ægypto exulem; vides in Iudæa regnantem Herodem, certè tunc temporis cælestis magister interualla obseruat vtrique, & citò moriturum speculatus est Angelus, qui puncta præscripta vitæ mortalium obseruat. Quid ais? regibus & principibus anni numerantur & præscribuntur? ita quidem & ipsi in morte tacẽt. *tanbien hacen pausa en su muerte. Ibi cessauerunt impij à tumultu, & ibi requieuerunt fessi robore.* Audite, ait Chrysostomus, cantorum voces, quàm alta, acuta, vox media quàm æquabilis, basis quàm grauis, altus quàm præclarus: cessant omnes subitò ad nutum, & ad manum magistri. Hoc de sua familia & gloria dixerat Iob, sed *mitte manum tuam, estiende Dios la mano, y hizo pausa con assombro de todos, manus Domini tetigit me.* Balthasar etiam cum suis principibus & concubinis quàm exultans & canora voce se gloriosum regem & victorem

Iob 3.

iactabat, & ecce manus silentium indicit, *pausa la musica y callan como muertos.* Et ratio illi redditur,
18. *quia inuentus es minus habens, haueis hecho falsa.* Herodis etiam annorum ratio habetur, & interualla pro arbitrio suo Deus breuiat, & attenuat, *achica la cuenta y acorta los compases de la vida del tyrano.* Quare tu si diutiùs vitam protrahere cupis, ne festines peccando: nullo enim aculeo aut calcari pallidus equus mortis accelerat, & magis accelerat gressum, quàm peccatis. Et Augustini [a] decretalis sententia, sicut nempe magister præscripta habet in libro puncta & notas, numerósque quos nequaquam transgrediuntur voces; sic Deus in præscientiæ suæ libro statutum habet certum peccatorum numerum, quem explere permittet peccatori, & non amplius, quo expleto præsciti peccatoris damnatio subsequitur. Et licèt idem sit circa numerum bonorum operum, vt præmio afficiat iustos, & ideo iustus qui breuiat interualla, & accelerat, maturátque exercitia bonorum operum, citiùs properet in cælum, multis meritis breui comparatis, vt ait Sapientia. *Consummatus in breui expleuit tempora multa, abreuio compases, y gano mucho en poco tiempo.* tamen hoc præcipuè habet locum erga peccatores, quorum crimina computat Deus, & expectat, vt expleatur numerus. Habeo præ manibus exemplum huius mysterij vmbram; promissionis terram spoponderat Deus Abrahamo, & populo ex ipso nascituro, quem filium nuncupabat, de quo ait, pergat filius meus, vt peregrinus sit in Ægypto, *& esto ibi vsquedum dicam tibi*; vnde bene sequitur, *Ex Ægypto vocaui filium meum:* nam in typo Christi dixit hæc verba Oseas. Est ne obsecro ratio huius temporis apud Deum? ita quidem,
19. nam ait, *Scito prænoscens, quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & affligent eum quadringentis annis. estése alla quatro cientos años*; quare Domine non statim adire possessionem iubes, siquidem iam sunt iuxta terram promissam? Reddit rationem, *nondum completa sunt iniquitates Amorrhæorum, llenen primera la medida los Amorrheos.* & Paulus de peccatoribus, qui Christi membra persequuntur, *vt impleant peccata sua.* Verùm tam crebrò potes tu delinquere, & accelerare peccandi tempora, vt peccata viginti annorum vno expleas anno, & non fit, cur Deus te iam expectet, nec numeret interualla. Probat hoc Magnus Hieron. exemplo Gen. 7. vbi Noë vocem Domini audit desolationem orbis comminantis intra centum & viginti annos, *& erunt dies illorum centum viginti annorum.*
20. Noë igitur, quem vocat Paulus iustitiæ præconem, malleo suo in arca interualla designat, arcam fabricando, & commonendo mortales. & ecce expletis centum annis rumpuntur cataractæ cæli, perit diluuio orbis. Vbi sunt iustissime Deus illi viginti supra centum anni, quos spopondisti? Respondet Hieron. Iam elapsi sunt: nam præterierunt peccata, quæ per hos viginti annos erant perpetraturi. breuiauerunt sibi annos, nec fuit cur vltrà expectaret Deus. O infelix peccator, quî poteris iam de vita esse securus? nam si pilos capitis tui peccata tua facilè superant, quid scis sitne ista tuæ vitæ postrema linea? Cùm quis frangit cupiditates, edomat & castigat carnem, vel nimis impensè studio, aut negotio animarum incumbit, dicere soletis celeriter viuere, & vitam annósque sibi breuiare. Transeat hoc, verùm quis auderet dicere licentiam morum, indulgentiam corporis, nullósque cupiditatibus frænos inijcere, sed iurare, peierare rapinam alienorum bonorum, breues facere annos, & vitam præcidere? Ego ego assero, his tibiipsi celeriùs mortem adijcicere, & perimere teipsum. Audi Ierem. *Quare fecistis malum hoc contra animas vestras, vt intereat ex vobis vir & mulier?* Putabat Herodes quietam, & productam nimis agere vitam, & desuper adesrat Magister Deus interualla & momenta numerando. *Omnia tempus habent, vniuersorum finem ipse considerat.* Exultet pauper in fide prouidentiæ diuinæ, in cuius ratione iam præstituta est remedij dies. Timeant principes eum, qui vniuscuiusque scientiam habet vocis, & cum potentia sapientiam illam ediscant, quæ est, vt ait Plinius, *in effingendis vltimis lineis, en acabar en gracia el vltimo punto y compas de esta musica*, vsque ad obitum Herodis.

Tunc Herodes iratus occidit multos pueros. Hæc 21.
saltim sæuitia (dices) haudquaquam poterit ad harmoniã cogi: nam vox hæc vbi Romæ audita est, tam absona támque absurda visa est Imperatori, vt dixerit, in Herodis domo malle se porcum Herodis, quàm filium esse, illi enim parceret homo Iudæus, qui filio iugulum fecit, tot etiam paruulorum vagitus, matrum clamores, planctus populorum, militum fremitus: tot exequiarum funebres; luctus quid ad musicam? quid ad concentum? imò quorsum ad natalem Saluatoris diem? Cæterùm expecta, liberabo fidem; regit enim chorum istum formosa Rachel Ecclesia sancta, quæ ait, *En dilectus meus loquitur mihi, surge, propera amica mea, &c. tempus putationis aduenit.* Voluit Deus sponsus meus suiipsius in terris diffundere odorem & famam die natali suo, siquidem non solùm vineam in terra plantauit. *tomo bienes raizes en la tierra*, sed maturo tempore de putatione solicitus surgit, & surgere iubet, & properate. *tempus putationis aduenit:* & quod est hoc tempus? éstne cùm vites plorant? minimè verò, sed potiùs, *tempus cantillationis aduenit*, & Hebraicè, *zamar tiempo de Zambras.* Secundò vertit Nissenus tempus putationis, *tempus colligendi flores* in fasciculos, *tiempo de hazer macetas y ramilletes.* Tertia non incongrua, *tempus incisionis.* erant enim vineæ illæ balsami, quæ cùm florem emittunt, *digamos estando con el nueuo azahar*, indicabant iam tempus esse, vt inciderentur, & quasi missio balsami illis fieret, quod odorẽ sui vsquequaque diffundens vindemiæ tempus ad omnes gentes persuadebat. *diffundiase el olor, y venian las gentes desaladas. tempus putationis*, sicut dicere solemus, *al desquilo*, cùm tondentur oues. Sic ait *a la poda, a la vendimia, a sangrar las vides.* His tribus interpretationibus fiet satis quæstioni propositæ, quare permisit Deus horum infantium necem, & quæ sit in hoc harmonia & consonantia.

Tempus putationis, & cantillationis. Certè 22.
aliena videtur à putatione cantilena, etiamsi poëta dixerit,

——canet frondator ad auras.

Cæterùm putationis tẽpus aptissimè canticis & musicę comparatur: quare licèt lacrymas fundat vitis, & falcis sono icta resonet vallis, & amputata indecora & incomposita maneat; at tanto affici

a Tom. 7. lib. de peccatorum meritis & remissione. *Computat Deus peccata.*

Cap. 4. 13.

Matth. 2. 13. 15.

Oseæ 11. 1.

Gen. 15.

Semper timeat peccator extremam lineam vitæ.

Cap. 44.

Mors innocentium, quas habuit causas apud Deum.

Macrobius lib. 2. Saturnal. cap. 4. melius est Herodis porcum esse quàm filium.

Mors innocentũ natale Christi diffamauit per orbem.

Cant. 2. 12.

afficitur beneficio dum putatur, vt caneret, si
posset, & gratias referret. Verùm hoc in sen-
su allegorico manifestius est. *Vitis frondosa Israel,*
ait Propheta, *auiasse hecho Israel vna vid pampa-*
nuda, soberbia, loçana, y que no maduraba el fru-
to, ni Dios cogia otra que agraçones. Vinea meri can-
tabit sibimet, cantabase a si misma y dezia, no he
menester a Dios, yo tengo loque he menester. Abso-
na & absurda musica hæc est, superba ciuitas,
ego te in tempore suo amputabo. in tempore,
inquam, *muy a tiempo:* nihil enim sic tempus &
occasionem poscit, quàm hæ duæ artes, *musica,*
& putationis. vnum interuallum amissum in can-
tu, vel breuis morula, vel eleuatio breuissima
vocis, chorum perturbat, & siluescit vinea cùm
parcit falci putator, vel tempestatem prætermi-
sit præcidendi sarmenta. Ait igitur Deus, *tem-*
pus putationis aduenit, citò, statim, è vestigio
vinea quæ nunc floret, in paruulis innocentibus
amputetur. O Domine, vide quia plorant ge-
23. nitrices eorum. imò canunt, ait Deus, *tem-*
pus cantillationis; quòd si ad tempus plangunt,
ridebunt postea, & tristitia earum vertetur in
gaudium. Nam si occasionem istam abire pa-
tiar, scio infantes istos parentum mores imbibi-
turos, & peccatorum maculis inficiendos, &
canent sibi, mihi verò non vinum, sed fel &
acetum in cruce propinabunt; & melius est vt
mihi modò canant, & natalem diem celebrent,
& voculis, & planctibus maternis fama mei ad-
uentus orbem totum peruadat, quàm si eos cre-
scere sinam, & meo innocentissimo sanguine in-
delebili maculâ conspergantur. *Tempus cantilla-*
tionis. Ecce, ô infans, quàm sæpiùs audies inti-
mari Christianam philosophiam, quam morti-
ficationem, & abnegationem nuncupamus, vt
egregiè notauit Hieron.ᵃ Amatores videlicet sui,
hanc disciplinam tristem & acerbam putarunt,
nos verò cantum, musicam, & melodiam *tempus*
putationis, tempus cantillationis. Audi obsecro,
nónne triste est præconis vocem audire suppli-
cium denunciantis, hac animaduersione punitur
hic homo ob latrocinium, homicidium, & otio-
sum viuendi genus, & virgis cædi, & flagellis
verberari iubetur? triste hoc est. Ergo iucundum
fuisset audire parentem huius, dum puer erat,
iratum duodecim plagis verberasse, ne ducentis
afficiatur publicè? Mœroris speciem habet de-
trudere in monasterium nobilem puellam inui-
tam, velare caput, & votis quasi compedibus
intra claustra vincire, quia mundo non placuit,
vel nescio quid contigit, quod siletur. plorat
24. illa, plorant parentes, cognati, gemitúmque
dant ministri, qui rem callent; certè tristissi-
mum est. ergo alacre & iucundum fuisset illius
iuuentutem à virorum congressionibus, ex qui-
bus labem contrahebat, seiungere, cohibere, &
frangere cupiditates, & viuendi licentiam am-
putare. Tristissimæ sunt inferni pœnæ, & acer-
bi cruciatus, sine ordine, sine lætitia, sine pa-
ce, sine Deo perpessi. ergo musica est & harmo-
nia pœnitentiæ, clamor, gemitus, verberatio,
lacrymæ in tempore accepto exhibitæ & profu-
sæ? Crede mihi, sicut nulla res sic obseruantiam
temporis & interualli, quàm musica, sic nulla
opportuniorem occasionem poscit quàm ampu-
tatio, & animi appetitionum cohibitio, ne con-
tingat, vt iam Christus crucem baiulans per me-
diam Hierosolymam ad iniquissimorum homi-
num genitrices conuersus flentes & lacrymantes

Oseas cap. 10.1.

Isai. 27. a. *Mortificatio passionum opportuno tempore fiat.*

a In primo discursu In nocentum.

reprimens dicat, *Filia Hierusalem, nolite flere su-*
per me. Super quem igitur Domine dignius &
opportunius lacrymas fundent? *super filios ve-*
stros. grandes enim & nobiles in iniquitate fa-
ctos grandis manet interitus, quos si in teneris
annis amputasset dominus vineæ, non mihi tam
longam imposuissent crucem, nec sibi repenti-
nam & grauem adsciuissent desolationem. Bene
ergo lugent nascente Christo matres, ne plan-
gant moriente.

Tempus colligendi flores. Sic legit & declarat 25.
rem ipsam Nissenus: nam & florum collectio
tempus petit opportunum, carpendi enim sunt
antequam marcescant. Et quidem Deus iusto-
rum animas flores esse sciens, in tempore suo si-
bi adlegere studet: igitur secum quasi cogitauit:
Terra hæc sterilis est, scatens spinis, & maledi-
cto proxima, nec omni tempore flores dabit:
nunc ergo ego Nazarenus ex populo isto velut è
viridario flores hosce decerpam, & in fasciculos
cogam, *flores apparuerunt in terra nostra.* quod
obseruauit & dixit Abigail regem alloquens,
Erit anima Domini mei regis (Dauid) *custodita*
apud Dominum Deum in fasciculo viuentium. Ne
lugeatis filios qui viuunt apud Deum. quod vt
verissimum duo probant exempla: alterum est,
quod ponderat D. Thom. cùm videlicet dupli-
cata bona Deus Iobo restituerit, non quatuor-
decim filios, sed septem alios tantùmodo reddi-
dit: & ratio quidem est, quia animantia semel
extincta omnino perierant, tam quoad corpo-
ra, quàm quoad animas; filij verò in manu Dei
erant, & in fasciculo viuentium: quare supputa-
tis omnibus quatuordecim filios acceperat, et-
iamsi putaret amissos. Secundum est Iacob, qui
cùm vndecim filios domi haberet, illum plange-
bat, & prosequebatur luctu, quem minus ami-
serat, & quem Deus in manu quasi florem serua-
bat in Ægypto, & à quo salus ipsi parenti & fra-
tribus facta est. *no lloreis al que esta en el cielo, si-*
no al que se esta aun como flor en la tierra, a esas
plantas las atusad y castigad, mortificate membra
vestra, quæ sunt super terram, no se hagan brauas
y siluestres. quos autem tanquam flores in auro-
ra carpsit diuina manus, ne defleatis, quia non
sunt mortui, sed viuunt Deo.

Tempus incisionis aduenit. Stillēt balsamo gene- 26.
rosę plantationes, & in omnem terrā suauissimos
mittant odores, accurrant gentes, vt Deum apud
mortales esse claro præconio diuulgetur. Quam-
obrem cùm ipse octauo die incidendū dedit cor-
pusculum, sanguis ambrosios exhalauit odores;
agè iam vinea nostra floruit, iam tempus incisio-
nis aduenit. *Sangrense todas las vides de su majuelo*
tierno, & eius fama per vniuersum diuagetur.
Nam quo præclariori præconio poterat mundo
natale Christi denuntiari, quàm Herodis sæui-
tia, qui quatuordecim millium infantium gre-
gem, ne vnus regnaret infans in terra Iuda, la-
mentabili nece trucidauit? Verumenimuerò in
sanguinis balsamo virtutes eorum mirificos a-
spirant odores, fides bene olet, quæ adhuc pan-
nis & vinculis infasciata id præstitit, quod per
Christianos Hectores in tormentis exhibuit?
Spes quæ maior, quàm exiguum sanguinem re-
cens à genitricibus haustum in terram quasi se-
men Martyrum profundere? Charitas quæ ar-
dentior, quàm vitam pro Christi salute & inco-
lumitate ante taurum truculentum Herodē pal-
lia corpusculorum obiicere? Qui maior Euan-
gelij

Animas instar florum quasi flores in fasciculum adlegit sibi Deus.

1. Reg. 25. 29.

Præconium nati Christi canunt innocentes.

Splendor & odor virtutum innocentum.

Digitized by Google

gelij spiritus, quàm hìc matrem, illic caput ponere, vt per angustam cæli portam ingredi possent? Quæ maior fortitudo, quam pati viriliter mortem, non tam pro fide, quàm pro ipso Christo? Quæ tolerantia firmior, quàm macerias corporum opponere, ictus ferre, & Christum inter ipsos absconditum defendere sui deditione & interitu? Quæ paupertas maior, quàm panniculos, & fascias, à cunabulis ad tumulum transferri? Quæ maior liberalitas, quàm puero Iesu, qui in Bethleem satis panis habebat, nuces iugulo frangendas quasi puerilem merendam offerre? Si ergo talis est virtutum fragrantia, talis vocum harmonia, cantet Christus in præsepio, concinant ipsi innocentes, quasi veteris Ecclesiæ infantes; nos verò laudibus etiam eos prosequamur, admirantes qui fasciis circumuoluti ita velociter ad Deum properarint, vt ex ipso legis scriptæ limine ad culmina sanctitatis Euangelicæ, martyrium videlicet, peruenerint, gratulamur vobis, ô infantes, gloriam, laudamus palmam, mortem non dolemus, sed inuidemus gratiam.

VERBVM SPIRITVS *sancti. Apoc. 14. v. 18.*

Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ sunt vuæ eius.

Noua germina, & botros vineæ falce mortis carpi, & vindemiari sinit: in quo tamen summam gloriam, fortitudinem, pietatem, & æquitatem prodit.

DISCVRSVS XXVII.

1. CAPITALE odium, & antiquæ simultates, quas inter se dæmon, & iusti inuicem susceperunt, nec diuinum opus, quod Deus iniustis moliebatur, potuit remorari, nec regina charitas, quominùs de infensissimo odio triumphum reportaret, potuit inhiberi. Patientiæ namque opus nec à minori virtute, quàm à charitate, nec à minori arte, quàm à diuina sapientia peragi poterat: ideo de sapientia legit Tertullianus [a], *Sophia mactauit filios suos.* & de charitate Paulus, *Charitas patiens est, benigna est, omnia suffert.* Itaque hæ duæ ad hoc mirabile opus consensêre. Quid enim efficacius ad opus, quid opportunius ad tolerandum, quàm amor? Ignis aliquando aquâ inimicâ extinguitur; charitas verò contrariorum oppositione augmenta suscipit, & ad se trahit aduersarios. Obiter tamen illud notandum putaui, cùm semel laudat tantum opificem, laudem eius ex *verbo*, & *nomine* componit: *benigna est, omnia suffert*, &c. Sunt enim quamplurimi vel Prælati solo nomine, vel solo cognomine equites, sola appellatione iudices, qui tamen cùm *verbo* careant, hoc est, nihil agant, in nullo laborent; certè suspicari possumus, parum, vel nihil iuuare charitatis opera, nec nomen eorum Prælatorum promereri, quos sola charitas creat ad opus, quod iniustis molitur, & promouet. Quis enim putas mirabilem istam Martyrum fabricam, & ingeniosam structuram excitauit, nisi ardens charitas? Dicat ipsa Veritas [a]: *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.* tigna dicuntur, quasi tenens ligna: *los tirantes, que sustentan lo alto, y illustre, y celestial de la yglesia, son los Martyres: laquearia nostra cypressina.* Concameratio laqueata, in qua aurum, & ars maximè splendet, ex iustorum morte fit. Quid ais Domine? ex cypresso funesta arbore thecæ funerales, & pheretra fieri solebant; non verè aulica tecta, nec laquearia pretiosa? Ita est (inquit Dominus) vbi opifex solus est amor; at in nostrum opus consenserunt amor, & sapientia. Sapientia autem vocauit, & fecit operis sui ministram, & instrumentum, mortem, & martyria: quare totum illud, quod mors in ipsis operabatur, in eorum merita, & coronam redundauit. Dicat Paulus, & eius commentator Aquinas [b]: *Semper enim nos, qui viuimus, in mortem tradimur, propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.* Vide pulchras antitheses, *viuimus morientes, vita immortalis Christi manifestatur in morte nostra, & carne passibili.* Et quo pacto hæc consentiunt? *ergo mors in nobis operatur; vita autem in vobis:* nam in hoc est ars, in hoc est sapientia, vt quando videtur mors operari in nos, hoc est, exercere dominium suum, operetur in nobis vitam, & consecutionem vitæ spiritualis. Vnde inquit Thomas, *pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius.* pretiosum vocat opus, non in conspectu, & æstimatione hominum, qui solùm funesta ligna cypressina, & mortem intuentur, sed *in conspectu Domini*, qui vitam operatur per mortem, & sub specie infirmitatis summam tolerantiæ fabricam operatur.

Hæc igitur sapientia, & amor sic opera sua molita est, vt sapientia tegeret amorem, & artem; ita vt sub specie infirmitatis vera fortitudo lateret: sub specie crudelitatis benignitas summa, & largitas tegeretur; & in eo, quod iniquitas videbatur, summa æquitas, vera resplenderet iustitia; & in quo infamia, & dedecus videbantur, summa maiestas, & auctoritas gloriosa fulgeret. Hæc sunt quatuor illa prima ex septem sigillis Apocalyps. hi colores illorum equorum, & insignia equitum, qui ex reseratis sigillis prodierunt. hæc totius Philosophiæ Christianæ summa, quam multipliciter persuadere conatur Christus, tunc maximè, cùm se vitem, & nos palmites nuncupauit, vt iam ostendo. 3.

Nolite in me, neque in vobis mirari infirmitatem, & splendoris tenuitatem: *sum etenim vitis*, cuius proprium est sub infirmiori, & fragili cortice vini robur potentissimum continere: nam sub ista abiecta humanitatis specie in passibilitate vestræ quàm simillimæ vinum mei sanguinis latet, meus spiritus, nouúmque gratiæ mustum, quo mea Ecclesia inebriata exultans, & gaudens, sicut ad vindemias properabit ad mortem. 4.

Vos palmites. Palmes etiam præsefert imbecillitatem, inelegantiam, obliquitatem vacillantem, & quod peius est, inutilitatem: expectate tamen primi veris tempore vt gemmascit, vt folia explicat, vt pampinos mittit. Sic vos cùm mundus vos odit, cùm expoliat, cùm dehone 5.

Sola charitas opus patientia moliri potuit.
a Scorpiaco aduersus Gnosticos, cap. 7.
Prælati nomē & verbum habeant aliquid agentes.

2. *Fabrica est quæ opera amoris est Martyr Christi.*
a Cant. 1. 16.
2. Cor. 4.
b Ibid lectione 4.
Mors destruit iustos adificat.
Ratio diuinæ prouidentiæ quadruplex.
NERVI QVATVOR DISCVRSVS. *Summa Christianæ Philosophiæ.*
Ecphrasis Euangelij.

dehonestat, nihil alienum nec à me, nec à se agit, hyems est, & refrigescit charitas; si verò mihi per fidem, & charitatem adhæseritis verno tempore meæ resurrectionis, vos mecum pariter vestiti gloria vernabitis.

Pater meus agricola est. Si falcem mittere, & vitem purgare videris, crudelitatis esse existimabitis; si Neronis furorem, tyrannorum potentiam, carnificum crudelitatem ad putationem properare permitto, seuerum, & acrem, non putrem putabitis, sinite eos: nam sub ista crudelitatis specie maius beneficium vitis delitescit; à ferro enim habet, quod ploret, sed ab illo purgatur, frondescit, & fructus copiosissimos mittit.

6. *Si quis in me non manserit, mittetur foràs, scilicet palmes.* Si vineam huius mundi conspicitis, iniustum patrem vocabitis, eiúsque taxabitis prouidentiam, dum iustos cum iniustis esse patitur, palmites igni deputando cum eis, qui virore gratiæ vigent, tolerando Orthodoxos inter hæreticos, & Ethnicos, Christianos, & fideles inter Turcas, iustos inter peccatores? Aduertite tamen, sub hac iniquitatis specie summa, & extrema latet iustitia, quæ diu silet, & expectat, qui palmites à Christo discedunt, quíve in eo perseuerant; ecce enim sub finem mundi mittet æquissimos iudex ministros, qui discernant inter inutiles palmites, & inter fructiferos, & vtriusque pro dignitate loca in sempiternum deputentur: *& in hoc clarificatus est Pater meus, vt fructum plurimum afferatis: echarasse de ver, que dio buena traza mi Padre en hazerme vid, y à vosotros sarmientos, quando venga la vendimia, y llenemos sus lagares.*

7. Ex his facilè intelliges vocem iucunditatis esse illam, quæ in Apoc. personuit, *Et alius Angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem super ignem, & clamauit voce magna ad eum, qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ; quoniam maturæ sunt vuæ eius.* Vides vindictæ specie conuersionem esse animarum, vides iræ nomine beneficientiam? Certè hoc satis, súperque in nece Innocentum, & in Baptistæ decollatione ostendi, nunc vindemiam Martyrum contemplare, cuius quidem vindemiæ auctor primus Martyr videtur Christus; ideo enim ab eo per Isaiam dicitur: *Torcular calcaui solus: calcaui eos in furore meo, conspersus est sanguis eius super vestimenta mea.* Vestra enim mors in meam gloriam redundabit, & vestram coronam ego meditatus sum, *quia vobis donatum est* (inquit Paulus) *non solum, vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini.*

Apoc. 14. 18. *Vox putationis & vindemiæ vox est exultationis.*

Vindemia Martyrum.

8. *Ego sum vitis vera.* Euge mea Ecclesia, præsulta gaudio, nouos spiritus concipe: licèt enim ego speciem imbecillitatis præfero, *vera vitis sum*, quæ merum illud contineo, quo vos veram induam fortitudinem, melius quàm vitis cor reficit humanum. Quid obiicis infirmitatem Christi mei? en tibi oppono Tertullianum huius infirmitatis præconem clarissimum. Nunquam ex semine nascitur vitis, sed ex palmite, cuius natura vobis nota, & grata est, si Christus non ex virili semine, sed ex purissimo Mariæ sanguine plantatus, & formata eius caro est, spiritu superueniente. En totum corpus infirmitatis plenum, nascitur ex Virgine, ex exiguo sanguine, secreto mirabili passibili carne indutus prodit, vagit, plorat, sicut vera vitis; at in hoc opere quanta vis, quanta potentia, quanta miracula coruscant: foras pudor, foras eat timor. *Quando nec confusionis materia conueniat* (inquit Tertullianus [a]) *nisi meo Christo, si iudicium hereticorum spectes, omnem natiuitatis eius, & educationis, fœditatem ipsius, & carnis indignitatem, quanta amaritudine possunt perorantium, de vulua licèt Virginis, tamen fœmina. Es hijo de muger, harto has dicho.* In hoc debilitatem summam ostendis; *coagulatus ex fœmina humore, pannis iam sepultura inuolucris initiatus. Enboluieronle en lienços, señal de los del sepulchro.* Quid ad hæc? *quòd vermis est, & non homo ignominia hominis, & mellificamen populi, quatenus ita voluit, vt de liuore eius sanaremur, & dedecore eius salus nostra constaret.* Concedo igitur primum natum ex muliere: verùm ex qua fœmina? Virgine. Dignitas quidem, & singularis gloria, quam etiam superbissimi principes, qui titulos sibi summæ extollentiæ, & superbiæ arrogarunt, nusquam vsurparunt solo Deo dignam: *coagulatus etsi non ex semine.* Alia dignitas noua non ex semine, sed ex virgineo sanguine, sicut vitis plantatus est: *non enim erat homo, qui operaretur terram huius paradisi, sed fons ascendebat*, gratia videlicet Spiritus sancti. Tertiò etiam quid panniculos obiicis? quid iam sepulturam comminisceris? *nónne vere resuscitatus, vt verè scilicet mortuus, alias non inuenio materias confusionis, quæ me per contemptum ruboris probent, bene impudentem, & feliciter stultum.* Nunc verò arrige aures, & vide gloriosa Dei, qui indecora nobis obiecisti; ex hac imbecilla vite vide quanta virtus, quanta fortitudo vini prouenerit. Primò ad exturbandos inimicos Christiani nominis, quod per Zachariam describit ipse Dominus, teste Hieronymo, *Ecce ego ponam Ierusalem super liminare crapulæ omnibus populis in circuitu.* Finge tibi exercitum ebriorum, qui largè vsque ad ebrietatem poti ad prælium certatim irent, vnicuique crura passim labuntur, nutat caput, huc, illucque corpus iactatur, oculis omnia falsa, multa confusa. Miles sic madidus quid faciat? errat, vagatur, & perturbato oculorum aspectu dum sclopum in aduersarium intendit, seipsum, vel socios occidit; igitur ego sic *ponam Ierusalem scyphum erroris*, fidem, & Ecclesiam quasi merum, & quasi venenum, quam vbi populi biberint, id est, Ecclesiam oppugnauerint, non aliter nutabunt, ac corruent, atque ij, quos vini potestas mente commouerit: *& ponam Ierusalem lapidem oneris*, in quibus sese iuuenes exercebant. Itaque gentes (inquit Hieronymus) in Ecclesiam suarum virium periculum facient; deinde verò eidem succumbentes oneri opprimentur. Nónne vides quàm alacer, & expeditus Nero vires vult experiri, contra Christum lapidem eleuat, & tribus annis persequitur; sed repentè sub eodem lapide occubuit spontanea morte, adigens ipse iugulo ferrum, Epaphrodito à libellis illum iuuante. Nec minori confidentia plenis lapidem amplexantur Sergius Galba, Aulus Vitellius, Flauius Vespasianus, Domitianus denique, incredibili ferocitate in Ecclesiam desæuientes. At ille à Syluio Othone iugulatur, iste, sicut noxij solent, seminudus in forum tractus minutissimis ictibus excarnificatus in Tiberim missus est. Hic verò Domitianus facta conspiratione trucidatus occubuit. *ponam Ierusalem*

In specie infirmitatis vera insit fortitudo in Christo.

a Lib. 4. contra Marcio. in Luc. 25. 9. *Qui me confessus fuerit*, &c. & de carne Christi, c. 4.

9. *Summa dignitas in Christo sub specie de decore probatur.*

Gloria Christi.

Simile.

Zachar. 12.

10. *Turpis & voluntarius Neronis occubitus.*

Lapidem oneris, & scyphum erroris, vt alij legunt: *pensaran, que beuen vino, y beueran veneno, erraran el frasco.* Vnde cùm tyranni putabant vicisse Martyres, ab ipsis vincebantur: sicut qui sine modo vinum bibit, ab ipso superatur. Hoc ipsum denotatur, cùm dicitur in Apoc. Roma ebria de sanguine sanctorum: semel enim ebria sensum, oculos, splendorem, & firmitatem amisit. Vides vt latebat sub infirmo cortice virtus, & potentia mirabilis? *Ego sum vitis vera.* O vitis, quali vino inebriasti primos illos Apostolos? o prophane, quo vino veteris, quo musto te potat mundus deliciis? inde fit, vt omnes *turbati sint, sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est.*

11. *Mundana fortitudo qualis?* Vinum istud occupat caput, auertit mentem, dissoluit manus, difficile coquitur, & arcet ab amplexibus diuinis. At vinum Christi delectat, mundat, exhilarat, & virtutem ad tolerandum confirmat, *est enim vitis vera*: nam sub specie humilitatis gloriam, sub specie infirmitatis robur, & vires confirmat. Mundus verò aliter se habet: nam foris quidem fortitudinem, & robur ostentat, at intus debilē habet virtutem; sunt isti sicut helluo ille Milo, qui bouem deglutiebat, & arreptum semel pomum de manu sua extrudere non poterant decem luctatores. Bene comparantur adamanti, qui cùm poliri, & elaborari à nullo patiatur, hircino sanguine mollescit. En mundi Hectores, en impudicos Hercules mundi; non sic Martyres nostri, à quibus cùm infirmæ puellæ, & pueri essent, orbis totus semel à Christo acceptam fidem nulla ratione potuit extrudere.

12. *Sub dedecoris specie summa in Christo dignitas.* *Vos palmites.* Sit ita. verùm quid gloriæ, quid splendoris possunt Domine habere palmites à vite illa ignobili, ineleganti, & tortuosa? ita opinaretur certè, qui exteriorem tantùm speciem vitis consideraret: nam quis externam, & abiectissimam speciem Christi Domini intueretur, qui diuinam ibi virtutem delitescere suspicaretur? *non est ei species, neque decor.* At verò quis cogitaret infinitam virtutem, quam prodidit?

Simile. Est quidam ciuis, qui nubilem iam habet filiam, & dotis puellæ magna spes tenet ciues: sed vbi sunt istæ diuitiæ? pater enim eius nec cultu, nec sumptu manifestat. O, inquit D. Petrus, ne dotem Ecclesiæ ex paupertate sponsi eius, & parentis nostri penletis: *habet enim hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam.* (2. Petri 1.4.) Et quibus sunt ista bona præparata? *vobis.* O, vox amica, & plena salutis, & vbi repositam habet dotem? In sacculo suæ humanitatis (inquit Bernardus,) sed ita absconditam, vt cùm ab illo partem in regno postularet latro, opus fuerit illi rem iuramento affirmare. *Amen amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Et quare sic abscondit? *custodimini per fidem in salutem*, ne sicut Adam quasi per lusum amittatis. *Porque no la jugueis en vna mano, Adam.*

Reliquia sanctorum quare tandiu apud nos sunt. Sed quare parata est reuelari in tempore nouissimo? quare non citò profertur sanctis stola candida resurgentium corporum? Bernardus vtens verbis Pauli respondet, non citò corpora ad resurrectionem vocari, *vt non sine nobis consummarentur: porque no se heziesse la fiesta sin nosotros.* Secundò vt reliquiæ sanctorum apud nos maximo pretio haberentur: nam si ille ciuis lychnum cuiusdā Philosophi coëmit duabus mille drachmis, vel quia ad lumen illud tot libros, & lucubrationes scripsisset insignis Philosophus; vel quia putabat sibi etiam candelabrum (*Ciuis Atheniensis.*) profuturum ad scientias, quo vsus fuerat vir doctissimus; quanti nos facere debemus reliquias illas, & ossa, in quibus non libris, sed negotio salutis studuerunt, & consecuti sunt sancti, & alta prouidentia factum est, vt inter nos manerent, vt Ecclesia Dei sanctorum reliquiis quasi columnis fulciretur, & ab ira diuina nos defenderent. (*Vtilitates ex earum præsentia.*)

13. Chrysostomus [a]: *Martyres*, inquit, *Ecclesiam sicut columnam sustinent, sicut turres muniunt, & sicut scorpiones vndarum assultus repulerunt, ideirco eos inuisamus tumulos, adoremus, magnáque fide reliquias eorum contingamus, vt inde benedictionem aliquam assequamur.* (a Hom. in Iuuentium, & Maximum martyr.) Non sunt isti interfecti, inquit Basilius *Leuitici* 21. sicut cadauera veteris legis, in qua seuerè præcipiebatur, ne quis ea contingeret. *Nunc vniuersa Martyris ossa quisquis attigerit ob gratiam corporis insidentem fit quadam tenus sanctificationis particeps.* & D. Damascenus [b], *Seruator noster Christus fontes salutares sanctorū reliquias nobis reliquit multis modis in nobis beneficio fundentes, vnguentum redolentis suauitatis scaturientes.* (b Lib. 4. de fide orthodoxa, c. 16.) Et quidem fœcundiores fontes quocunque fluuio, verùm vt cælestia dona obtineatis, merita, & sanguinem eorum ante Deum commemorate. Percussit Elisæus Iordanem pallio Eliæ semel (4. Reg. 2.); sed cùm non commemorauit Eliæ nomen, cuius erant reliquiæ, minimè obsecundauit Iordanis. At cùm secundò reliquiis, simul & voce percussit aquas, dicens: Vbi est Deus Eliæ? statim à Deo diuisus est Iordanis; vt intelligatis, ait Dominus, in gratiam amici mei, & reliquiarum eius miraculum istud fieri. (*Reliquiæ sanctorum & ossa cur veneranda.*)

14. Sed quid habent, dices, ossa arida à sanctis illis spiritibus, qui sic longè absunt ab eis? Rectè rogasti. Quid, obsecro, habet gossipium à mosco, vel zibeto, quod diu in eo inuolutum iacuit? *huele el algadon no assi mismo, sino al almizque o algalia, que estuuò embuelto en el.* Olent quidem ossa ista castimoniam, efflant odorem thuris orationis, mittunt odorem paupertatis, & patientiæ: nam si Deus moscum animi sancti præripuit, corpus redolet, & spirat eosdem virtutis odores. *Honoro in carne Martyrum exceptas pro Christo Domino cicatrices, honoro viuentis virtutes, perennitate memoriam, honoro corpus, quod mihi Dominum ostendit diligere, & me propter Dominum docuit mortem non timere.* (Ambr. serm. 93. de sancto Nazario & Celso.) Et licèt absint animi, in nos intentissimos oculos conuertunt, nō secus atque in sæua maris tēpestate mercator non sine dolore merces in mare mittit, sed ab alto carchesio speculatur, quò suæ merces appellent; sæua contra vos, ô sancti Martyres, oborta procella, turbo, fluctúsque maximi; naufragium fecere corpora Romæ, opus fuit sacra corpora in mare mittere, nunc dum iam cessauit tempestas, quid exploratis animi gloriosi ab alto carchesio gloriæ, quò appulerunt ossa, quò corpora peruenerunt, huc venerunt ô sancti, ad nos appulerunt, nostra templa depositum seruant, hoc pignore locupletata, scientes, quòd etiamsi absint vestri spiritus, in nos semper respiciunt, & intendunt; ideo seruantur in terris corpora.

15. Cæterùm nondum rationem reddis, quare diutiùs corporum glorificatio differtur, eorum videlicet, quæ strenuè dum viuerent, animis subseruierunt. Attigit, vt credo, rem Clemens Alexandrinus [c], cuius antequam verba explicem, simile quid videtur contingere in equestri torneamento. (c Lib. 4. stromatis agens de Martyribus.) (*Cur corporum glorificatio differtur vsque ad vltimam diem.*) (*Simile.*) Cùm primùm equus de campo ad vrbem ductus est, ferox, indomitus, agrestis, in

inelegans, mordens, hinniens & incompositus erat omnino; mox verò sub magistri equitum disciplina quàm pulcher ad aspectum, quam ad equitandum speciem sumit, quàm æquabili incessu, quàm velox ad ineundum, ad prosequendum, ad conficiendum cursum? Ecce propugnator in plateam intrat fulgentibus armis equo insidens, qui cursu mirabili equitem laudabiliorem, & elegantiorem efficit, finito ludo, éstne iniustus eques, eo quòd apud amicos abit oblectaturus, & gratulationes audit, fruitúrque victoria, & quia interim equus mittitur in stabulum fouendus, indulgendus? satis sit equo per disciplinam rusticas illas conditiones exuisse, & in tanto honoris discrimine gloriosum retulisse equitem propugnatorem.

16. Dantur iustis corpora rustica, indomita, impudica, ad malum prona, inelegantia, & inornata; animus verò frænat, comprimit, decorat, & ad frugem, & elegantiam virtutibus instruit, verbere, virga, cilicina veste, ieiunio, castitate, ac denique spiritus in eo insidens coram Deo, & cælesti curia sortem illam felicissimè consequitur; éstne iniustus, quia corpori expectare iubet in sepulcro, dum animus euolat ad cælestem curiam? *Oportet autem* (inquit Alexandrinus) *corporis, & animæ finem comprehendere, & non mortem, malum esse putare. bastele al cuerpo, que aya fornido al alma para la santification. Quando enim serui eratis peccati* (ait Paulus) *liberi fuistis iustitiæ. Cerriles, indomitos, mordedores, y descompuestos. Nunc autem liberi à peccato; Deo autem serui effecti habetis fructum vestrum in sanctificationem*; & insuper spem resurgendi: *finem autem vitam æternam. Bastales a los cuerpos hauer los trabido à vida racional, y hauerlos puesto en la tela de los meritos, donde ganaron el prez de la esperança de eterna gloria.*

Rom.6. 20

17. Quòd si in me nihil nobile, nihil gloriosum videtur; in vobis autem, qui estis palmites, viror, & vernans gloria succedet. Nam si natura fert (vt refert Alexander ab Alexandro esse in Germania) vites quasdam, quæ cùm infirmæ sint, & fœdissimæ, aureos pampinos mittũt, folia aureata, vuas aureis granis persimiles: succum enim trahunt à terra, in qua aurea metalla latere dicuntur; quid mirum si grata, in cortice quidem rusticitatem, & ignobilitatem, intus tamen gloriam, & diuitias recondat? Quis te videat, ô mi Christe, in cruce pendentem, qui à te putaret palmites decore aliquando vestiendos? Intras in viridarium, & vides obliquum truncum mali punici, carie confectum, crustis asperrimis in cortice, annosum, formicis, & araneis scatentem, qui nescis, quo pacto vel in terra viuit, vel viuere sinitur. Sed ecce circa illum surculus exsurgit rectus, foliis pansis, & virentibus summâ pulchritudine florum vestitus; en tibi quis erat, qui truncum attenuauerat, & deflorauerat. Sic se habet parens erga filium. Videas senem, tristem, inornatum pertuso pallio, & calceis, ore semper inhianti ad inquirendas pecunias, animo auido, & appetente lucri, & redit, circuit, pane non satiatur, nullus domi apparatus, supellex vetustissima, vt mendici domum putes: quis in tam miserum statum redegit ciuem istum? Conuerte oculos, vides adolescentem elegantem formâ spectatâ, ornatu pretioso, suauitate coloris, rubore genarum venustissimum: iste parentem depauperauit. Vita animæ meæ, Redemptor piissime, ausim ego parabolam istam ad te referre, nisi tu de te, & de tuis filiis differeres, *Ego sum vitis.* Quis me dum in terris degerem, videbat labore, ieiuniis, sudore, & squalore confectum, ab amicis, ab inimicis venditum, exprobratum? quis sic maiestatem abiecit? quis diuitias depauperauit? quis infirmauit robustissimum Deum exercituum, *propter nos egenus factus est.* Tu, mi infans, tu ô nouissime Dei homo, tu Petre, qui Romæ sedes, tu Paule, qui inter aulicos cæli moraris, vos Martyres splendidissimi Christum meum depauperastis? *Manete in me, & ego in vobis. no me pesa de lo que os he dado, estad en mi paraque os dure.* Quod ita verum est, vt nunquam Christus in suos filios munificentior extiterit, quàm cùm abiectus, & pauper erat: nam quis, quæso, putaret diuitem esse, qui pendebat in cruce, & exaggeratum opprobriis, & doloribus posse requiem paradisi subitò dispensare? At vix fide & amore sibi coniunctum latronem videt, cùm vitam internam, & æternam in ipsum palmitem deriuat, & influit, dicens: *Amen, amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Miratur latro, vix credit, etiam iuratam promissionem constare; nam, vt ait D. Leo [a], talis erat tunc Christus, vt vix minora nedum regna ab eo spectari posse putares. *excedit humanam conditionem ista promissio, nec tam de ligno crucis, quàm de throno editur potestatis. Era Reyno encubierto, y trono de gracia; pero tan encubierto, que no cayera en pensamiento tanta riqueza si el no la manifestara. Ego sum vitis vera, vos palmites, &c.* 18.

Gloria Christi effulget in sanctis.

Simile.

a Serm. 2. de passione.

19. *Pater meus agricola est.* Tertium prouidentiæ genus non minus mirabile est, tegere nempe sub specie crudelitatis paternam benignitatem. Aperi oculos mea Ecclesia, me licèt videas cum falce in manu ad putandum te, & botros tuos colligendos, non est iræ assignandum, sed beneficentiæ, ideo addit, *purgabit eum, vt fructum plus afferat.* O verbum gratissimum, verbum amoris! iustorum tribulatio non ob peccata infligitur, sed sæpiùs ad purgandos, vt fœcundiores edant fructus. Quam metaphoram eleganter expendit Baldad, qui peccatores scirpo, & iunco comparat, qui intactus hoc solùm, quod aquâ non irrigetur, arescit. Sic similiter peccatoribus, & hypocritis in ariditate tribulationis positis ficta, & ementita virtus deficit, & humor exsiccatur. *Nunquid virere potest scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aqua? Sic via omnium, qui obliuiscuntur Deum.* Non sic iustus, qui altas, & firmas virtutis radices misit: *super aceruum petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur; hæc est enim lætitia cordis eius, & rursum de terra alij germinentur.* Meritò iustus communi metaphora à Scriptura vocatur arbor, huius enim, & natiuitas, & augmentum, & fructus cælitus facta videntur, non ab ipsis, sed à Deo in ipsis operata, vel exiguo eorum concursu. Porrò quis non videt rusticam manum, quàm acri, & ingeminato ictu ramos præcidit, & securim adhibet immani robore, & quasi impio, sed nihil damni infligitur? fit enim, *vt rursum de terra alij germinentur*: nam ferrum inutilia abstulit. 20. Vnus loquatur Iob. *Et hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat, nec contradicam sermonibus Sancti. quanto mas me afligiere, mas dolores le*

Beneficentia sub specie crudelitatis & iræ.

Iob 8.

Iustus arbor.

Cap.6.10.

Digitized by Google

le pedire, dolori non parcas. In eodem verbo rationem inuoluit: *a esse dolor no perdone Dios.* Et quis est iste dolor? Hebræa vox est חול *chul*, & significat dolorem parturientis, qui ex imis visceribus nascitur, quasi diceret, perspexi, ô Deus, non steriles, & infœcundos esse meos dolores, sed quasi eius, quæ in partus angustia dolorem cessare nollet, spe fœtus: duret igitur, non parcat dolori, *vt fructum plus afferat*, anima mea. & quid te in dolore solatur? *nec contradicam sermonibus Sancti*, sunt enim opera Patris, *& Pater meus agricola est*; ex hoc autem perspicua est differentia inter tribulationem iusti, & peccatoris: peccator námque cùm affligitur, culpat manum proximi, & de illo queritur, immemor omninò Dei, & culpæ suæ, ob quam punitur; iustus verò statim paternam manum, & falcem purgantem respicit, qua percutitur, vt fructum plus afferat, quod ex duplici specie memoriæ liquet, quas in nobis esse ait Arist. vna enim dicitur memoria, vt cùm quis adest concioni, vel sacro, & memoratur prandij, ecce nulla est inter hæc obiecta connexio. Est & alia, quæ dicitur reminiscentia, cuius obiecta inter se ordinem habent. Hodie conueni Petrum, & hæc à me postulauit, ego illi rem vnam promisi, hac de causa, vel ratione ductus; vides illam concatenationem, hæc est reminiscentia. Impius igitur, qui sine fructu patitur, & dolores eius infœcundi sunt, cùm à Deo affligitur, memoratur humanæ consolationis, orbatur vno filio, reuocat in memoriam plures alios, qui viuunt, ardet febre, reuocat in memoriam fontem frigidissimum; Dei autem, & criminis, ob quod punitur, nulla mentio est. Sic absurda sunt, quæ cogitat turpis mulier, vexor fame, *ibo ad amatores meos, qui dant mihi panem:* pallium non habeo, prostituam verecundiam; quam connexionem habent ista? *No tengo, que comer, pequemos, no tengo manto; perdamos la verguença?* iustus verò, cuius tribulatio amputatio est, & dolor, dolor parturientis, cùm affligitur, reminiscitur, & ait: Dolor iste non frustrà a paterna manu dispensatur, recordor ego quondam ostensum fuisse Deo meo, quòd si peccaui, cur non pendam pœnas? ego feci, ego feram, ego recordor hæc mea scelera innocentissimum agnum pro me exoluisse; nunc igitur æquum est de Domino in bonitate sentire, eiúsque paternam recolere manum: sicut Dauid, qui ad se rediens peccata commemorat, *tibi soli peccaui*, lacrymatur vt vitis, vlulat vt parturiens, certus se non inimicâ, sed paternâ manu tangi: *manus Domini tetigit me*, vt fructum plus afferat.

Fœcunda est iusti tribulatio.

Qualiter iusti & iniusti in tribulatione se gerant.

21.

22. *Si quis in me non manserit, arescet*, &c. *mittetur foras, sicut palmes, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.* En quartam dispositionem diuinæ prouidentiæ sub specie iniquitatis summam æquitatem inuoluere; licèt enim mundus scatere videatur flagitiis, ibidem tamen iustitia, & æquitas velata concursat, omnia prospectans, & obseruans, imò in codicem summa cum distinctione conscribens, quod ex diuersis locis sacræ Scripturæ iam probo. *Nunquid Deus supplantat iudicium, aut Omnipotens subuertit quod iustum est?* silendum est nobis (ait Iob;) quis enim audeat mente concipere iniustum esse mundi Creatorem? Similiter etiam cùm Israëlitæ, qui veri palmites erant, inter aridos Chaldæos morarentur, longanimi esse admonentur à Propheta, & à Paulo. Confirmamini spe venturi Christi, qui vera vitis est: qui enim sic *in eo crediderit, non festinet*; vel, vt Paulus interpretatur, *non confundetur:* Hispana phrasi, *no se corra*; non erubescat, non cadat à sua spe, longanimiter perseuerat; iustè enim Deus reddet meritorum præmia. O, inquis, nimis latet æquitas ista diuina, & ratio eius prouidentiæ fugit cognitionem nostram: quare sicut inferiores iudices suæ gubernationis æquitatem patefaciunt, Deus non manifestat? Respondeo, cùm nostrorum iudicum iurisdictio, & prouidentia ad externas tantùm, & temporalia se extendat, & paruo tempore duratura; & cùm præmia, vel pœnas solùm infligere possint temporalia, & corporea, necessariò debent suæ gubernationis æquitatem palàm ostendere? At æternus Deus, inuisibilis, & immortalis, qui ad sanctitatem animorum attendit, & præmio afficit sempiterno, à seipso videretur desciscere, si suam detegens prouidentiam, ipsius perfectionem impediret; impediret autem, si cognitâ eius ratione homines ad temporanea acquirenda incumberent, & ad æterna, & virtutes non aspirarent.

Sub specie iniquitatis & in iustitia summam æquitatem tegit Deus.

Iob 8.3.

Rom.9.

Etsi latet, æquissimus est Deus.

Verùm ne dormientem existimes, nec obseruare humana, vide qua ratione in Euangelio, in vna pagina præmia iustis, & paternam benedictionem promittit, & statim in alia pagina iudicij diem seuerissimè denunciat. Nunc intelliges quod de libro eius prouidentiæ absconditæ in Apoc. dicitur, *& vidi in dextera sedentis supra thronum librum scriptum intus, & foris.* Quid est intus, & foris? Respondet Orig.[a] *Existimo per ea, quæ erant antè scripta, significari promissa, quæ ad sanctos pertinent, & ad eorum vitam: per posteriora verò quæ spectant ad illos, qui pereunt, & ad rationem punitionis*; hoc est, vt vno verbo dicam, sicut de fortuna asserebat Plinius [b] *in tota ratione mortalium sola fortuna vtrámque paginam facit*; quasi dicat prosperas res atque aduersas, esse effectus fortunæ. Et Hispani dicimus rem, & vtilitatem, & incommodum habere, *esto tiene haz y en ves.* Et de eo, qui post nimiam beneuolentiam, & largitatem, amorem in odium, beneficia in supplicia conuertit, dicere solemus, conuertit folium: *boluio la hoja.* & de Deo ipso apertè fatetur Dauid, *Cùm sancto sanctus eris*, sin minus, *& cum peruerso peruersus eris.* Sicut igitur in libellis, seu aduersariis accepti, & expensi, accepta solent in vna pagina scribi, expensa verò in altera, ita vt significaret Deus in eo libro multa esse scripta tam quoad beneficentiam, quàm quoad seueritatem, & punitionem, impletam esse vtramque paginam denotat, quatuor námque sigilla, pietatem, & benignitatem; tria verò comminationem, & seuerissimam punitionem in secunda pagina continebant. Nostra ergo vitis, quæ paternam pietatem ostenderat, nunc conuertit folia, & alteram implet paginam: *si quis in me non manserit, tolletur foras sicut palmes*, excutiet à se, & execrabitur, *nunquam ex te nascatur fructus in sempiternum.*

23.

Cap.5.1.

a In Ezech. cap.1.

b Lib.2.c.7.

24. Ps.17.26.

Semel autem præcisum à vite quæ sors manet? *arescet*, marcescet flos iuuentutis, viror in pallorem mutabitur, ægrotabit firma illa valetudo; sed hæc leuiora sunt. audi; *& colligent eum*, dæmones videlicet, qui in fasciculos redigent impios, parentem cum filio, matrem cum petulanti filia, sodalem cum sodali, actorem, & testem, dominum cum seruo, innodabit eos, contor

25. *Inferni cruciatus æterni.*

Digitized by Google

contorqueat capita, supponet brachiis, quò defers comptas puellas, & iuuenes elegantes? quò? quis dubitat, *quid fiet de ligno vitis? in ignem mittent; transeraran la gallina en el fuego del infierno.* At si sarmentorum ignis est, non diu durabit: *acabarasse con la primera llamarada?* minimè gentium, quin potiùs, *& ardet. ardera por cien mil millones de años, ardet.* O sempiternæ flammæ! ardeat in vobis tepor iste noster, qui membra nostra occupat; cogita impudica, tange delicate Iuuenis flammas istas, excute à frigentibus manibus tepiditatis frigus. O Domine, inquit Iob, *hæc mihi consolatio*, & optima sors, *si affligens me, dolore non parcas*, felix ego si flammis nunc addicor, non æternis; scio enim etiamsi in vna pagina mihi humilitatem, & iniurias præscribat, in alia honorem, & gloriam assignat: & licet imbecillitatem iactet, robur, & fortitudinem præstat, & dum falce, ira, & crudelitate amputat, piâ benignitate purgat arborem, *vt fructum plus afferat.* Ac denique etiamsi inter iniquos degere, & patrem dissimulare videatur, & tolerare impios; conuertet folium, & expensa exiget, tollet impios, & in sempiternas flammas deuoluet; quòd si tecta nimis est ratio suæ æquitatis, & iustitiæ; vel ideo est, vt tarditatem supplicij seueritate compenset, vel vt resipiscentiæ locus detur, & pœnitentia ex voluntate magis, quàm ex necessitate nata videatur; nec tamen adeò arcana est iustitia eius, vt non aliquando fulguret sui cognitionem, vt ait Hieronymus [a], vt inter prospera, & aduersa nunc fræno timoris, nunc adhibitis amoris calcaribus inoffensò pede ad æternam perueniam hæreditatem.

Peroratio & epilogus.

[a] In Ezech. c. 1.

CHRISTO OPTIMO INSTITVTORE
vera sapientiæ ludus aperitur, pueritia litteris & moribus expolitur.

INSTITVTIO X.

VERI parentis, optimique magistri munus erga te (ô Puer) egisse videbor, si tibi, pro pueritiæ captu tam sapientiæ quàm virtutis prima elementa ex consilio sapientis instillauero. *Adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit, non recedet ab ea*; vbi Hebræi legunt, *initia puerorum iuxta biuium vitæ suæ*, vel, vt alij, *imbue puerum secundùm modum eius*, id est, paulatim, vt ferre possit. Regia, *initia puerorum super os viæ suæ*, id est, puer in ipso ingressu viæ suæ, & cùm primos rationis annos attigerit, imbuendus est disciplina, & quasi *dedicandus* *, *conuiene hacer de el buena estrena.* Non igitur imbuam te sapientia illa à veteribus Philosophis definita [a], *rerum diuinarum & humanarum, causarúmque, quibus hæ res continentur, scientia*; sed illa, quam D. Iacobus describit [b], *quæ autem desursum est sapientia, primùm quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione.* Quare tria suadere conabor. Primò perspectâ eius dignitate & præstantiâ, summo esse prosequendam amore, studióque arripiendam. Secundò socias eius virtutes, sanámque mentē adhibendas. Tertiò interno oculo, & intentione rectâ ad Dei gloriam per sapientiam nobis intendendū, vbi de sapientis oculis à simili de corporeis agemus. 26.

Prou. 22. 6. Vatabl. Rab. Dauid.

* Hanc vim habet verbū Hebræum, sicut Nehemiæ 27. & Deut. 20. 5. *Quis est homo qui ædificauit domum nouam, & non dedicauit eam. Hispanè, y no la hà estrenado.*

a Marc. Tull. lib. 2. de officiis.

b Cap. 3. 17.

Thesis institutionis.

DIVISIO INSTITVTIONIS.

Primò magna de sapientiæ dignitate extant encomia, maxima tamen illa iudico, quæ dat nobis Alex. Clem. [c] *Confide in toto corde tuo, & mente tua in Deo: hoc enim modo fieri potest, vt qui est sapientia vel cognitione præditus, iam Deus euaserit. Ego dixi, dij estis, & filij Altissimi* *. *Principium sapientiæ, posside sapientiam, & in omni possessione tua acquire prudentiam: arripe illam & exaltabit te* [d], &c. Arripe, inquit, illam quasi spolia pretiosa. Arripe illam, abscondendo in silentio scientiarum parente, animi tranquillitate, sine qua animus (ait Arist.) non edocetur. Arripe illam lectione sanctâ librorum, *& exaltabit te.* Arripe denique, tanquam sponsam suam Rachel, & Salomon conquisierunt; quod graphicè descriptum videas *Iudicum* 1. 12. vbi cùm Caleb abiisset ad habitatores Dabir, cuius nomen vetus erat Cariath Sepher, id est, ciuitas literarum, dixit Caleb: *Qui percusserit hanc vrbem, & vastauerit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem: cúmque cepisset eam Othoniel filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei Axam.* Vide certamen, considera præmium. *Axa* enim *iram* significat, sua enim pulchritudine ad irā, & ad vim & arma concitabat intuentes, *como no la ganoyo. Catena* etiā dicitur, quia vinciebat animos, & captiuabat; vel *ira* dicebatur, cùm peracto certamine vnus obtinuit Othoniel, intimo sensu & dolore perculsi recedebant, dicentes: O quis te obtinere meruisset. *O necio de mi no hubiera yo estudiado*, vide orantem illum, concionantē alium, omnes in dignitate constitutos, ego ignorantiæ sordibus delitesco inglorius? in alio etiam certamine vicit Iacob prudens (ait Ambr. [e]) Esau ignorantem, vicit impigritia tarditatem, sapientia ignorantiam, mansuetudo duritiam. *Seruies fratri tuo. Non conditio fortuitum seruum facit, sed probrosa* 27.

c Lib. 4. Strō.

* Ambr. ad Simplicianū. *Sapiens non metu frangitur*, &c. Naz. 1. Apologet. cap. 30. *Censēsne sapientiā* Greg. Mag. 18. Moral. in illud, *Nō cōferetur tinctis Indiæ coloribus.*

d Prou. 4. 8.

e Lib. 2. de Iacob, & vita beata, c. 3.

Arripienda est magno desiderio, timore Domini, lectionis studio, consuetudine bonorum, & per otium, obseruatione mandatorum, oratione, & quasi stulti sermonis.

De his Busei Viridarium verb. Sapientia Seneca Epist. 117. ad Lucilium, *Sapientia est mēs perfecta, vel ad summum vltimumque perducta.*

probrosa insipientia. Denique famulus prudens regit dominos stultos. si el criado es sabio es señor de su amo.

28. Secundò sapientia veris est associanda virtutibus: vocantur enim Christiani sapientes, ait Nazianz.[a] Admirabile illud opus, & Deificationis munus, *Deum fieri, aliósque Deos efficere:* in quo quidem præstare videtur ministerium verbi, virginis matris Dei officio, nam illa dedit nobis immortalem mortalem, hominem Deum ineffabilem infantem, cælestem terrenum dedit: sapiens autem minister verbi terrenum cælestem, morti obnoxium æternæ vitæ, & peccatorem Deum efficit: quod mirabile est. Scientiam autem non vacuam fore virtutibus, probat ex ipso Deo Tertullianus[b], Marcionem redarguens, Deum otiosum constituentem, vt alibi diximus. Stultitia enim est credere in Deum, qui sapiens cùm sit, nihil boni exhibet. Audi Senecam nostrum Ambros.[c] *Superest vt doceamus Scripturæ auctoritate nullum ei contubernium cum vitiis, sed indiuiduam cæteris virtutibus coniunctionem, cuius spiritus est disertus, sine inquinamento, certus, sanctus, amans bonum, acutus qui nihil vetet bene facere, benignus, stabilis, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens.* Christianus etiam Tullius, *Sapientia procedit, religio sequitur: quia priùs est Deum scire, consequens colere.* Diuinus Theologus Nazianz.[d] *Fieri non potest, vt sapientiæ sint participes qui vitam non sapienter instituerunt.* Magnus August. in Psalm. 118. *A mandatis tuis intellexi. Nescio quid aliud significat, quàm faciendo mandata Dei peruenisse ad earum rerum intelligentiam, quas concupiuerat scire, ne quisquam præposterus antequam habeat humilitatem obedientiæ, velit ad altitudinem sapientiæ peruenire.* Seneca denique, *Prosunt* (inquit) *inter se boni: exercent enim virtutes, & sapientiam in suo statu continent: peritos luctandi vsus exercet, opus est sapienti agitatione virtutum.* Et Caiet. insuper, cùm de sapientia legit[e], *Misit ancillas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis*, eas virtutes intelligit, quæ in sapientibus viris eminent, alliciunt, vocant insipientes, & bene ancillæ nuncupantur, ne solam & incomitatam esse putes sapientiam virtutibus.

a Apologet. 1.

b Lib. contra Marcio.

c Lib. 2. de officiis c. 13.

d In Iulianum. orat. 1. Lactantius lib. 4. Aug. lib. 14. de ciuit. c. 28. *Fecerunt ciuitates duas*, &c. Bern. serm. 63. in Cãtica. *Si anima iusti sedes est sapientiæ, sicut est, profectò & sapiens qui instus.*

e Prou. 1.

29. Tertiò quod ad rectam studiorum intentionem pertinet, nulla alia meliori ratione aggrediar explicare, quàm si *oculum tuum simplicem* esse oportere, & quæ obstent, quæ iuuent hanc oculi puritatem, demonstrauero. Legi libellum de oculo morali, ex septem conditionibus, quæ requiruntur ad visum, sic scholasticos instruentem, perlegi, locupletaui, & meliori stilo digessi.

Vt completa visio fieri possit, septem necessariò natura postulat. Primò, debita dispositio necessaria est. Secundò, præsentia subiecti. Tertiò, proportio distantiæ. Quartò, soliditas rei visæ. Quintò, attentio potentiæ. Sextò, mora temporis. Septimò, diffusio luminis medium illustrantis*. Primam debitam dispositionem organi tria maximè auferre solent, tumor, seu prominentia superbiæ, puluis auaritiæ, humor concretus luxuriæ. *Nam vbi fuerit superbia*, ait Salomon[f], *ibi erit contumelia: vbi autem est humilitas, ibi & sapientia.* August.[g] *Qui sibi voluerit arrogare sapientiam, stultus est, sit humilis, vt inueniat sapientiam, & illuminet illum. Si autem antequam veniat sapientia in illum, putat se esse sapientem, ante lucem surgit, & ambulat in tenebris.* Vnde Antonius Eremita Magnus singulos Patrum interrogabat de Scripturis, & quisque secundùm suam sententiam respondebat. Ioseph interrogatus vltimò respondit, *Nescio.* & ait Antonius, hic solus viam sciendi inuenit. & Bernardus[h], *Innuit nobis scala Iacob, quòd in culmine humilitatis constituitur cognitio veritatis.* &, *Scientia inflat. multa scientia ingesta stomacho animæ si charitate decocta non fuerit, conuertitur in prauos, noxiósque humores, atque inflationes, mentísque tormina facit.* & acutè Rupertus[i], *Percussit* (arca) *de populo septuaginta viros, & quinque millia plebis. Sic nimirum multa millia de viris Bethsamitis, de viris domus Solis, de viris Ecclesiasticis, multos primates viros percussit iudicium Dei, & errare eos fecit, eo quòd vidissent arcam Domini, eo quòd indignè non dilectionis studio, sed præsumptionis & curiositatis vitio ausi fuerint in Scripturis scrutari secreta diuinitatis.* Nec multum gloriandum nobis est de pennis & calamis. *Ecce,* inquit Rupertus[k], *istæ reiiciuntur in locum, vbi cineres esse solent: meminerit quia cinis est, & reuertetur in cinerem.* Modestè autem monet sapientes August.[l] *Magis cogitare debetis, quid vobis desit, quàm quid vobis adsit: si enim cogitas quantum præcessisti, time tumorem, si quantum tibi deest, adhuc humilis eris.* Humilitas autem ista resplendet, si suadibilis est sapientia, & paratus est edoceri sapiens: ideo Paulus Episcopum, quem Doctorem appellat, docibilem esse vult[m], vt intelligit D. Cyprianus[n]. *Quia oportet* (ait) *non tantum docere, sed etiam discere.* Vide Paëz in Iacob. 3. 17. §. 5. August. *Ego senex, & tot annorum Episcopus à collega meo nondum anniculo paratus sum edoceri.* Secundò,

* Alias proprietates & conditiones veræ sapientiæ vide in Buseo v. *Sapientia*, c. 3. *Pacificam debere esse sapienti im exemplo antiquorum probatur.* Ex sacra Scriptura probat Paëz cap. 8. in Iacobi epist. v. 17. §. 3. *Vera sapientia non de aliis iudicat.* Vide Paëz in Iacobi 3. v. 17. §. 7. *Vera sapientia non admittit simulationes & falsitates.* Vide Paëz vbi suprà §. 8.

Nota. De docilitate Eccl. 6. & 3. Reg. 3. cor docile petit Salom. D. Thom. 2. 2. quæst. 49. art. 5. in corpore.

f Eccl. 16. 25. Prou. 11. 1.

g In Psalm. 126. *surgite postquam.* Vide Greg. lib. 34. Moral. c. 15. *hoc proprium esse spectemen*, &c.

h Lib. de gradibus humil. & serm. 36. in Cant.

i Lib. 1. reg. 7.

k Lib. 1. in Leuit. c. 7. de reiectione pennarum in locum cinerum. Greg. 6. moral. c. 18. *Legem daturus*, &c.

l Serm. 53. de verbis Domini.

m 2. Tim. 2.

n Epist. ad Stephan. & de singularitate clericorum. Bern. serm. 3. de resurrectione. *Attende quid fecerit magni consilij*, &c.

eundò, puluis auaritiæ mentis oculum obtegit, ideo qui sapientes esse voluerunt, exe- 30.
crabantur diuitias: ideo Polycratus,

Nulla libris est apta manus ferrugine tincta,
Nec numata queunt corda vacare libris.
Non est eiusdem numos librósque probare,
* * *
Numipetæ cum libricolis nequeunt simul esse.
Ambos, crede mihi, non capit vna domus.

Sap. 7. *Diuitias nihil esse dixi in comparatione illius.* Hinc apparet eorum stultitia, qui o-
mnem sciendi laborem inutilem arbitrantur, nisi post sapientiam diuitias consequan-
tur. Itaque tam longè abest à vera sapientia cupiditas, vt pietate & misericordia ple-
na sit, non solùm vt temporalia distribuat, sed studiorum suorum quasi pensionem
pauperibus & ignorantibus soluat. Vide Paëz *Iacobi 3. versu 17. §. 6.* Tertium quod
impedit debitam dispositionem organi & oculorum mentis, amor carnalis est. Vnde
ait Philosophus *lib. de nat. animal. cap. 12.* aues habentes in oculis humorem purum
& temporatum, sunt acuti visus, & alti volatus, vt patet de aquila. Modo consimili
habentes puritatem mentis & carnis, pennis virtutum volant sublimiùs, cælestia lim-
pidiùs contemplantur. *Las aguilas de la yglesia fueron siempre los castos.* Euangelista il-
le qui *fluenta sapientiæ de ipso Dominici pectoris fonte potauit*, & Paulus, *Gratias ago Deo*
meo cui seruio in conscientia pura *. Cassiodorus, *Paulus* (inquit) *venit ad tantam sa-*
pientiam propter carnis munditiam: sapientia enim speciosior sole mundum requirit hospi-
tium. Cælestis porrò sapientia de cælo etiam sibi postulat castitatem, cuius patria
cælum est; ideo Ambros.[a] *In cælo* (inquit) *profectò est patria castitatis, hîc aduena, ibi*
incola est. Vnde D. Petrus[b], *Estote itaque prudentes*, Caiet. *estote modesti.* Syriaca,
estote casti, quasi idem sit sapientia, seu prudentia, modestia, & castitas. Plato de-
cretoriam sententiam dixit. *Luxuriæ motus sicut maximus est, ita inimicissimus Philoso-*
phiæ; proindéque non potest stare voluptas corporis cum cognitione & sapientia, quæ menti-
bus pudicis sese maximè accommodat; sicut etiam ea corpora, quæ maximè splendida sunt,
faciliùs radiis solaribus perfunduntur, & illustrantur. Vide Ambros.[c] *Sciebat Nathan quod*
Dauid nesciebat, adeò caligabat oculus obumbratus quadam nube vitiorum, impudicitiæ sci-
licet carnis, & ignorabat qui alioqui ante pudicitiam sciebat. Vnde & ipsa sapientia pu-
dica dicitur, & in dicendo pudica est. Obseruat loquendi modum, castámque di-
ctionem sacræ Scripturæ Pineda noster[d], & Paëz[e]. Nam in tota Scriptura non inueni-
tur nomen verum, propriúmque fornicationis, aut impositum alicui membro, quod
turpe sit nominare, vt notauit Rab. Moyses[f]. Vnde Ambros. opportunè notauit Re-
beccam citò tulisse pallium, & operuisse se, cùm veniebat vt vxor esset Isaac. *Non de-*
cori timuit, sed pudori, quia cùm sapiens vir maximè pudicus sit, vxor sapientis pudicitiæ
studere sic debuit. Vnde Vatablus vertit locum illum 3. Reg. 4. *Dedit Deus Salomoni ca-* 31.
pacissimum animum multa comprehendentem sua intelligentia, id est, amplissimam scien-
tiam secundùm amplitudinem mentis: subsident enim iuxta sapientis animum flu-
ctus affectionum, & æstus concupiscentiæ, imò in se reuoluuntur. nam sapientia
effrænes appetitiones pudore afficit, cohibet, retorquet in ipsas impudicos animi mo-
tus. Tertullianus denique de sapiente Adamo[g]. *Vbi primùm de arbore agnitionis gusta-*
uerunt, nihil primum senserunt quàm erubescentiam, intellectum tegmine notantes, quasi si-
gnum alicuius scientiæ, & nota intellectus adhuc remanentis fuerit, se foliis obtegere, &
præ pudore se operire: sic enim manifestatur pudica sapientia. De gula & ebrietate qua ra-
tione impediant sapientiam, vide Psalm. *Turbati sunt, &c. omnis sapientia eorum de-*
uorata est. Hieron.[h] *Sapientiæ operam dare non possumus, si mensa abundantiam cogi-*
tamus. &[i], *Non est eiusdem hominis vina gustare, & Prophetas vel Apostolos intellige-*
re. Eccl. 2. 3. *Cogitaui à vino abstrahere carnem meam, vt animum reuocarem ad sapien-*
*tiam**.

Secundò ad visum requiritur præsentia obiecti, nec enim sufficit audire, nisi et-
iam libros diligenter inspicias: ideo August.[k] *Qui sine scriptorum notario aurem decer-*
punt, laborem studentium, sicut venti puluerem tollunt. & Hieron.[l] *Vtinam omnium*
tractatorum haberem volumina, vt tarditatem ingenij eruditionis diligentiâ compensarem.
Multi autem qui plurimos habent libros, & bene compactos, sed in eis studere no-
lunt, hi comparantur Herodi, qui alios sapientes vocat ad libros, ipse verò nihil si-
bi decerpsit: & bene quidem, qui interpretatur *glorians in pellibus caprinis, glorientur*
enim isti in pellibus caprinis, & vitulinis, & chartis papyraceis. [illegible]ueant ne *pellem pro*

* Lactantius lib. 1. Sibyllas ratione pudicitiæ rerum futurarum notitiam accepisse. Vide in vita Gregorij Nazianz. duas speciosas virgines, in eius amplexum ruerunt castitas & sapientia.
a Lib. 1. de virgini.
b 1. Petri 4.
c Apologet. 2. Dauid.
d In Iob.
e In Iacob. cap. 3. v. 17. §. 2.
f Lib. 3. ductoris c. 9.
g Lib. de corona mili.
h Contra Iouinian.
i Epist. 56.
* Vide Dan. 10. Isidorum de summo bono, quid de his qui codices ad calices trasferunt. & ex disputatoribus egregij potatores efficiuntur.
k Lib. contra Academ.
l Epist. 90.

NOTA. Vide Nissenum lib. de virginit. cap. 4. 5. & 6. Arist. 7. Ethicorum c. 1. Cicero ex Plato. in suo Hortensio. Aug. tract. in Ioa. c. 14. Epiph. hæresi 58. Chrysost. de virginitate. Hieron. Isai. 56.

No es la mas necia la hija que se hecha el velo sino la mas cuerda y de mejor entendimiento, Adam assi lo hizo sin el de que pecador era sabio.

Libri quantum præstant ad sapientiam.

Digitized by Google

pelle dent in inferno, quia veritatem Dei in iniustitia detinent, *tienen como en Argel los libros captiuos, y si va vno a redemirlos, se enojan y sacarles vno es sacarles vn diente.* His ergo Isaias dixit, *Erit vobis visio omnium, sicut verba libr: signati.* Ausim & ego dicere de talibus scholasticis, in nugis sunt subtiles, in necessariis tardi & hebetes, & ne nihil fecisse videantur, cùm repetunt in patriam de pellibus vitulinis cum magnis spatiis lata componunt volumina, & rubris pellibus vestiunt, & sic cum sapienti sacculo, sed cum insipienti animo ad parentes redeunt. *Heus* (inquit Cassiodorus) *non bibliotheca potius comptos ebore, aut vitro parietes, quàm tua mentis sedem requiro.* & Seneca, *Non refert quàm multos libros habeas, sed bonos & in mente tua reconditos.*

32. Tertiò ad visum præstat proportio distantiæ, ne visibile super oculum sit. modo etiam consimili si scholasticus ab aliqua scientia nimis distat per odium, vel si accedat nimis per amorem inordinatum, non videt eam secundùm rectum Dei iudicium. Nam amor & odium peruertunt iudicium: inde *quod fecit quisque, suum tuetur opus.* Vnde & simia de suo filio fingitur dixisse, *iudicio superest omnibus iste meo.* & sicut homo de suis operibus malè iudicat, eo quòd ei sint nimis proxima per amorem, sic etiam de aliorum operibus, quia distant ab eius affectu per odium vel rancorem: nam, vt ait Gregor. *Non facilè capit intellectus quod abhorret affectus.* Distantia etiam nimia est à Dei gratia distare. vnde Augustinus, *Errat qui veritatem se cognoscere putat, si adhuc nequiter viuat*, nimia etiam approximatio ad Deum, hoc est, præsumptio, & nimia familiaritas perscrutantis maiestatem impedit. Prou. 25. *Talis enim opprimetur à gloria.* & Prou. 23. *Prudentia tua pone modum.*

Gratia Dei iuuat ad sapientiam.

33. Quartò ad visionem requiritur soliditas rei visæ: vnde aër quia non est corpus solidum, non est visionis obiectum, in quo erudiuntur scholastici, ne vanis insistant scientiis. Sap. 13. *Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei.* Scientia autem Dei est sacra Scriptura, per quam homo Deum & seipsum cognoscit. *Laudabilior quippe est animus* (ait Augustinus [a]) *cui nota est infirmitas sua, quàm qui ea non respecta vias syderum perscrutatur etiam cogniturus, aut quæ iam cognita tenet ignorans ipse, qua ingrediatur semita ad salutem.* Et Seneca [b], *Fatuum est studere dimensionibus terrarum, & seipsum nescire metiri.* Et Bernardus [c], *Vtilitas scientiæ in modo sciendi consistit, vt scias quo ordine, vt id prius quod maturius ad salutem. Quo studio vt id ardentius, quod vehementius ad amorem, quo fine vt non ad inanem gloriam, aut curiositatem, aut aliquid simile; sed tantùm ad ædificationem tui, vel proximi.* Et sicut ait Chrysost. *In sacra Scriptura inuenit ignorans quid discat, contumax quod timeat, laborans præmia, pusillanimis solatia.* Ecce quanta est in sacra Scriptura soliditas, & quàm procul ab ea est vanitas. Hieron. [d] *Discamus in terris quorum scientia perseueret in cælis. nauseant aliqui super cibo isto leuissimo.* sed istorum visus decipitur: nam Prou. 12. dicitur, *Labium veritatis firmum erit in perpetuum.*

Solida sapientia quærit.

Quintò ad visionem non postrema est attentio potentiæ, & intentio animi: nam licèt species multorum visibilium afficiant aërem medium, tamen aliquando de omnibus illis visibilibus coram oculis positis visus vnicum apprehendit, illud videlicet, ad quod anima impensiùs intendit: Christi enim scholasticus debet esse, sicut canis venaticus, qui odorem vnius cerui præsentiens illum insequitur, ita vt occurrentes alios minimè videat, minimè sentiat. Attendat igitur sicut qui diuinam rem agit, & intendat in solam diuinam gloriam. Isa. 48. *Vtinam attendissetis mandata mea. pues Señor no la traben delante los ojos.* Sed non attendunt. Deut. 11. *Ponite verba mea hæc in cordibus vestris, & inter oculos vestros collocate.* Seneca, *Desidioso studere torquere est.* Videas quosdam paratissimos ad fabulandum totam noctem, & aperto libro vix perlectis viginti lineis protinus obdormire. Contrarium refert Cassianus [e] de quodam sene. Et Philosophus quidam *nouercam eruditionis negligentiam, artium matrem instantiam* dixit *. Sed vt postea ad diuinam gloriam semper intendant, ab initio in hoc educandi sunt, vt vbicumque postea transpositi gloriam Dei respiciant. nam, vt refert author Agriculturæ, qui plantant arbores, illud accuratè obseruant, vt illam partem cæli respiciant, quam in seminariis respiciebant; ideo ab ipsis studiorum primordiis ad diuinam gloriam suis debent studiis intendere, vt transpositi ad cathedram, pulpitum, vel Ecclesiæ sedem, eandem gloriam semper intendant: de quo maximè (inquit Ambrosius) iuuenes admonendi sunt. *Adolescentulus ego sum*, ait Dauid, & qui ad gloriosa aspiro; senes non est cur vanæ dent locum gloriæ, ideo corrigendi sunt iuuenes, & eorum præsumptio frænanda, ne nostri iuuenes sint, quales depingit Tertullianus.

Simile.

NOTA. Lege Valerium de attentione Archimedis lib. 8. dictorum & factorum memorabiliũ. & Hieron. lib. contra Iouinianũ, *Cùm Antisthenes*, &c.

* Describens quidam vitã studiosi dixit, quòd potus eius est de fonte, pastus in pane, fletus è prece, conuictus in pace, somnus in codice.

a Lib. de Trinitat.

b Lib. de liberalibus artibus.

c Super Cãt. Serm. 36.

d Ad Paulin. Epist. 51. De vanitate scientiæ vide 1. Tim. 2. *Stultus*, &c. Rom. 1. *dicentes se esse sapientes*, &c. & Eccl. 7. *Verba sunt plurima*, &c. & Hieron. Epist. 13. ad Damasum *secularis sapientia typum*, &c.

e Lib. 5. de institutis Monachorum. Cùm Ægypti prouinciam petiissemus, vidimus quendam senem hanc à Deo gratiã diuturnis precibus impetrasse, vt quotquot diebus ac noctibus agitaretur colloquio spirituali nõ dormiret: si quis verò detractionis verbũ tentaret inferre, in somnium protinus incidebat.

a Lib. de pœnit. c. 6.

lianus [a]. *Sed præcipuè nouitiolis istis imminet* (periculum,) *qui cùm maximè incipiunt diuinis sermonibus aures rigare, quique catuli infantiæ adhuc recentis, nec perfectis luminibus incerta reptant.* Alludit ad catulos, quibus comparat nouitios tam religionis quàm literarum, qui vix nati cæci cùm sint, iam naso in aërem eleuato captant ventum ambitionis. Est autem in verbis his, vt notauit Rhenanus, hellenismus, referens prouerbium, *canis festinans cæcos parit catulos.* videns enim natura dentibus & vnguibus iam ventrem lædere matris, imperfectos parit filios; ita in Academiis vix primas literas hauserunt, cùm iam viscera matris lacerant ambitiosi filij, quare monstrosi & imperfecti ad cathedram & dignitates irrumpunt, & subsultant. *Velut poma dum iam in acorem vel amaritudinem senescere incipiunt ex parte aliqua, adhuc ipsi gratiæ suæ adulantur.* Sunt, inquit, sicut poma, quæ putrescere iam incipiunt, & qua parte sana sunt, eundem acorem habent. *Sanctos y siervos de Dios y viejos y manduros, pero en el puntillo de la honra tam vivos como al principio.* Grandis error & intolerandus, errasse finem, & subseruire ambitioni. *Graui Domino*, ait Nazian. [b] & qui non alio quàm vento pascit clientos suos, *pascit vento, como a camaleones:* quamobrem nunquam saturantur. *Qui nititur mendaciis, quasi qui sequitur aues volantes.* Describe canem insectantem vmbram aquilæ per dumos & spinas; canis verò sagax & astutus atque expertus est humilis, qui quidem venationem excitat, sed alta & suspensa manu quasi vocat venatorem Deum, *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam* *. Soli Deo honor & gloria.

34. *Nouitius & incipiens.*

b In morte Cæsarij.

* Vide P. Pineda Salomone prætio, in illa verba, *sapientiam Salomonis in nomine Domini*, id est, quam ipse prædicabat acceptam à Deo.

Sextò non minus necessaria est ad visionem mora temporis, imò aliqua deliberatione opus esse, affirmat Ptolomæus [c]. Sic veritatis notitia odit nimiam celeritatem. Greg. [d] Veritatis intelligentia cùm quæritur, assiduitate penetratur, luctemur cum Scriptura vsque ad ortum auroræ, sicut Iacob, imò sicut ipse Sapiens Eccli. 51. *Colluctata est cum sapientia anima mea.* ex quo certamine marcescit neruus femoris, quia, vt ait Hieron. ama scientiam literarum, & carnis vitia non amabis.

Septimò denique diffusio exterioris luminis medium illustrantis requiritur, & vt intellectualis oculus veritatem apprehendat, necesse est vt super eum Solis iustitiæ splendor effulgeat August. Cathedram in cælis habet, qui corda docet. Vide Hieron. [e] *Nisi aperta fuerit*, &c. Sap. 7. *Optaui*, &c.

c Lib. de aspectibus.
d Lib. 5. Moral.
e Epist. 34. ad Paulin.

Nota. Ad hoc septimum vide Hug. de sancto Victore lib. 6. de sacramentis. *Triplex est in nobis oculus.*

VERBVM PATRIS.
Gen. 41. vers. 43.

Fecítque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent.

Sub typo Ioseph, Christum à Patre missum Doctorem, & Regem longè omnibus sapientiâ, & doctrinâ antecellere, verbo, & exemplo demonstrat.

DISCVRSVS XXVIII.

1. CVLPÆ & ignorantiæ assignare statueram Gentiliū morem vinciendi, & constringendi Deos suos catenis, ne à suis sedibus, & vrbe migrarent, vt quondam fecisse Tyrios narrat Q. Curtius [a], qui fortem Deum magno, & præualido alligabant, vt fortis à potentiori detineretur. Tertull. [b] verò non insipientiæ, sed malitiæ tribuendum putat: cupiebant enim tales gubernatores habere, quales Deos, ita vt prælatus *pastor, & idolū* esset, vt licèt in republica, sicut in templo, adulteria cōponerentur, inter aras lenocinia tractarent, amores in templo conciliarent, & inter sacrificandū virgines constuprarentur, tam Dij, quàm principes tacerent, & immoti ad vindictam quasi statua Mercurij in via erecta dissimularent; hos eligere fatuitatis est, sicut & statuā Mercurij colere, ait Sapiens. *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, sic qui insipienti dat honorem, es dar su voto à vna piedra:* (suffragia antiquitus calculis ferebantur) post electionē enim nihil mali prohibent, nihil boni promouent, *sed alligant hominibus onera grauia & importabilia, & digito suo nolunt ea mouere: ven passar al triste subdito ja deando con la pesada carga, y ellos se estan à piè quedo, como Mercurio de piedra señalando con el dedo dela predicacion, hac via, ambulate per eam.* Ego verò tristissimum virginis cor de amisso amantissimo filio summa volens lætitia, & voluptate perfundere, parētes omnes in amissione filiorum pariter consolabor, pulchra in hanc rem exemplo petito à Ioseph, historia, in qua ex amisso puero Omnipotens (vt ait Philo [a]) voluit creare *vnum ex phylarchis, qui à tenera ætate in eiusdem vitam incideret*, vt discant parentes nō ægrè ferre filiorum absentiam, quos Deus ad se rapit, & eos

a Lib. 1. histor.
b Apologet. aduersus Gent. c. 15.
Pastor & idolum.

Matth. 23. 4.

Svmma discvrsvs.

a In vita Ioseph.

Digitized by Google

Episcopos animarum, Doctores Ecclesiæ, reges diuina tua potentia constituere meditatur.

2. Et primò Ioseph pastoritiam vitam agere, & oues regere iubetur, vt initiaretur ad Episcopatum, *quæ disciplina cum ciuili conuenit*, ait Philo [a]. nam & pastor gregem sequitur, & quodammodo cum amisso grege amitti debet; amissum credidit parens Iacob, numquam tamen magis suus, quàm cùm diuina eum prouidentia tutabatur: vigilans enim puer prudentia, & elegantia Pharaonis voluntatem, & gratiam nactus est, & ab eo signo *Tau*, hoc est, sceptrò proregis insignitus est, &, vt ait Cosmas Hierosolymitanus [b], Tau erat insigne sacerdotij, Ioseph enim constitutus est à rege iustitiæ administer, consiliarius, & sacerdos in omni terra Ægypti: iudices enim antiquo more sacerdotes vocabantur [c]. nam *si sacerdos est dans sacra*, certè minister iustitiæ, qui rem sacram, id est, iustitiam exercet, sacerdos est. Vnde Vlpianus [d], *Ius est ars boni, & æqui, cuius meritò quis nos sacerdotes appellat: iustitiam namque colimus, notitiam boni, & æqui profitemur.* multis, quasi dicat, nominibus nuncupabantur sacerdotes à Romanis, Flamines, Diales, Martiales, Quirinales, Pontifices minores, & maximi: præcipuum autem munus omnium erat, *iustitiam filiam Dei colere.* Hinc antiqui eos, qui in iure doctissimi censebantur, Sacerdotes appellabant.

3. Fecit eum secundò *dominum domus suæ*, munus quidem non nisi magnis principibus concessum: Diodorus enim Siculus [e] asserit Ægyptios reges præclarum virum de more suo elegisse, cuius consilio, & ope regebantur, hic erat, quem nos Magistrum vocamus, & idipsum populi voces denotarunt, *Abrech Pater Regis* ingeminando, quam appellationem ipse coram fratribus vsurpauit, constituit me Dominus quasi patrem Pharaonis. Patris autem nomen, Doctorem, & magistrum significat, sicut de sibi quondam gratioso Aman superbo fassus est Artaxerxes Assuerus [f]. *Aman filius Amadathi, peregrinus à nobis susceptus est, & tantam in se expertus humanitatem: con ser vn hombre tan obscuro, que entrò en nuestra casa con sola la capa en el hombro hecho vn romero le encumbramos tanto: vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus post regem secundus.* Christum etiam Dominum Ecclesiæ, & magistrum orbis, Propheta [g] *patrem futuri sæculi* vocat, cuius quasi loco substitutũ se Paulus vocat, & audiri postulat [h], *Mihi autem sanctorum minimo data est gratia hæc, euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes. Este officio de substituto me viene à mi muy ancho: huius rei gratia flecto genua ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, à quo omnis paternitas*, id est, omnis potestas, magisteriumque docendi, *in cælis, & in terra nominatur*, id est, eligitur, electio namque antiqua Prælatorum viuæ vocis oraculo fiebat, publicè eos appellando, & vulgo Hispano dicitur, *el Rey nombrò à fulano por Obispo.* Si quis Doctoratus lauream accepit, à summo Cancellario nominatur, *Es maestro por nombramiento del cielo.* Vnus ex his erat Ioseph, ciúsque insigne erat *Tau*, quod proximus morti adorauit Pater. Tau nempe sacerdotale, cui insigni vox præconij consonat, *Scipio necessitatis pasce sufficienter*, sic enim legimus

4. Gen. 41. in originali, *& clamabant ante eum Abrech*, id est, benedic, à verbo *berach*, quod est benedicere, abũdanter pascere, & quidquid ad victum necessarium est, affluenter præbere: vnde cibus dicitur *benedictio.* Sic Abigail ad Dauid, *Suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua.* &, *Imples omne animal benedictione.* Sed Rabbi Dauid aliter interpretatur. *Ab* significat *iuncum*, ex quo fieri baculus solebat; *rech* verò *teneritudinem*, sicque per metaphoram verti potest, *scipio necessitatis: baculo de nuestro remedio, benedic, pasce sufficienter*, vel, vt vertit Elias, *Pater tener*, & placet Hieronymo [a]; *maestro tierno, niño Doctor mira nuestra flaqueça.* Vide debilitatem nostram, quæ cùm maximè in genibus prospicitur, genuflectebant omnes quasi infirmantibus genibus præ fame, vnde interpretes nullum verbum facile inuenientes, quo vim *Abrech* significarent, attendentes genuflexioni populi verterunt, *clamante præcone vt omnes genuflecterent.* Ioseph sancte, tener puer, quis te in tantam dignitatem euexit? quis nisi Deus, qui amissum puerum ad magisterium, ad principatum, & sacerdotium mirabiliter eleuauit. Fuge vmbra, cede diuino Christi splendori, veri Doctoris, & magistri & filij Dei, qui iamiam affulget.

5. *Remansit puer Iesus in Hierusalem.* Venit signata dies, in quo paternum, atque diuinum splendorem mundo manifestaret Magister, Pater, & Episcopus animarum nostrarum, ad hoc inscia matre sanctissima remansit in templo: iste enim noster Deus non est sicut idola gentium vni loco addictus, non consanguineorum amore distentus, non patriæ solùm, sed mundi ciuis à puero ostendit ad hoc natum, vt transeat lustrans, & visitans gregem suum, sicut Ioseph fratres suos, cui pater iniungit. *Fratres tui pascunt oues in Sichimis, vade, & vide si cuncta sint prospera erga fratres tuos, & renuncia mihi quid agatur.* O quàm laboriosa, & cara erat tibi missio ista Patriarcha sancte; non sat fuisset seruum mittere? minimè verò, ad lustranda templa, ad visitandos Doctores fidei, legis magistros, curam animarum tenentes, operæpretium fuit filium Dei mitti, & tanto muneri destinari. *Ego sum, qui deleo iniquitates tuas*: vbi alius interpretatur, *ego, ego, ille ipse sum, qui deleo iniquitates tuas*, vt apertè intelligas nulli alij medendi peccatis nostris curam creditam fuisse, quàm ipsi vnigenito filio Dei: quod explicatiùs adhuc alibi expressit, dicens, *In omni tribulatione eorum non est tribulatus.* Alius vertit, *non est legatus in dilectione sua, & indulgentia sua, ipse redemit eos*: non enim Angelus missus, sed ipse saluabit eos, & portabit eos cunctis diebus sæculi.

6. Vide igitur si cuncta sint prospera, etiam erga pecora, hoc est, temporalia, etiam quos habeant prouentus, quis concionum fructus? quis sacramentorum vsus? quæ sacrarum epularum frequentia, vasa, & paramenta ipsa, sal doctrinæ quo tempore detur ouibus? disquirant etiam occultiora, vt patres, & medelam, si possunt, occultè adhibeant. *Venit enim filius hominis quærere*, ecce primum, *& saluum facere quod perierat.* En noster Ioseph fratres apud Patrem detulit *de crimine pessimo*, quid publica stupra? maleficia, vsuras, pellicatus, discordias? O Doctor tenerrime iam te animarum sollicitudo pungit, *qui præest in sollicitudine*, aptè quidem tibi conuenit munus istud, qui è vestigio talem deseris matrem, vt Ecclesiis consulas, in sollicitudine nemo altè dormit, ideo reges terræ lauro, auro, floribus, & oleo coronare, & vngere solent. Nostro

a In lib. de Ioseph.

b In sua Theogonia.

c Ser. Sulpit. iuris Antistes, teste Quintil. lib. 11. c. 1.

d Leg. 1. ff. de iustitia, & iure.

e Lib. 2. historiæ. Solemne fuit Ægyptiorum regibus, vt surgentibus manè sacerdos adsit, qui eos ad felicem Deóque gratam vitam hortabatur, agendúmque non quæ succederent meliùs, sed quæ ad laudem, & virtutem maximè sustinerent, &c.

f Esther 16. 10.

g Isai. 9. 6.

h Ephes. 3. 7.

1. Reg. 25. 27.

Psalm. 144. 16.

a In traditionibus Hebraic.

Luc. 2. 43. *Episcopi munus quo pacto Christus adimpleuit.*

Gen. 37. 13.

Isai. 43. 25.

Ibid. 63. 9.

Luc. 19. 10.

Rom. 12. 8.

stro verò Episcopo, iudici amantissimo mitram spineam imponunt, quæ fugat somnum, & prohibitus à matre, ne se præ maturo labore consumeret, respondit, *Nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse: no veis señora, que soy Obispo, y Prelado, y tengo ya carga de Almas?* non ego astrictus sum, & addictus vni loco, sed vocatus sum *accelera*, hoc est, transiens. Secundum etiam parentis, & Doctoris munus non minori pietate obiit, non verbo tenus, sed etiam exemplo, sicut de Christo sub typo Ioseph præcinit Vates, vt explicat Hugo & Rupertus, *misit ante eos virum*: Hugo verò prædicatoris tropologiam explicat sub persona Ioseph, debet enim esse vir, accingens lumbos suos, mittitur ante eos cura, & exemplo, quem licèt vinculis tradiderunt, Dei tamen decreto è vestigio liberum abire iussit rex, *donec veniret verbum eius, eloquium etiam Domini inflammauit eum.* Ambrosius legit *probauit: el ser bueno, y fiel à Dios le hizo padecer*, vt tam ipse, quàm doctrina eius probata, & purgata esset, quasi per ignem, vt nihil, nisi omnino verum, in suis potissimum prædicationibus promeret, & bene probatus, & examinatus dicitur, qui aularum magister futurus erat:

Luc. 2. 49.

7.

Vide P. Lorinum in locum hunc vers. 17.

Psal. 104. 19.

8. vnde sequitur, *vt erudiret*, vt vinciret, & alligaret, castigaret, coërceret corruptelam aulicam, & reduceret ad moderationem, atque virtutem, & si opus esset vinculis traderet, *sicut semetipsum*, hoc est, sicut ipse expertus fuerat carcerem, vel *sicut semetipsum*, seipsum in exemplum proponens: *& senes* eius. difficile, & operosum opus erudiendi senes, qui iam secundum ætatem (vt aiebat Plato) omni debent esse exaggerati virtute, omni eruditi scientia, & experientia docti: hos ergo erudire potest puer tribulatus. *prudentiam doceret*, arduum etiam hoc; quia prudentia difficile instillatur ei, cui natura non dedit; quia nisi quis à natura præditus sit, oneri gubernationis succumbet; *sicut semetipsum*, verbum germanissimum Christo nostro, Hebraicè *pro anima sua: à vuestro sabor señor hareis lo que quisieredes de los hombres enseñandolos como a vos mismo:* nam si iniungis obedientiam, quis non obtemperet dum te Ioseph, & Mariæ arbitrio videt obsecundare? prædicas honestatem, quis non videt natum ex Virgine, munditiem, & virginitatem vbique amantem, *vt alligaret principes eius: ea Rey mio atadme las manos, vuestro prisionero soy.* Age tener Doctor, tua me benignitas obligat, tua infantia docet, loquitur præsepe, loquuntur panni, tua pueritia mea eruditio est.

La ciencia de Cortes, y Palacios es como la Cirusia, que no la enseña la especulatiua, sino heridas agenas, o, à los desdichados las suyas.

9. Tertium iam regis munus quis dicat quàm cumulatè expleuerit, quàm aptus, natúsque regno? & ideo pulchrè vocatur, *scipio necessitatis, arrimo, sustento, bendicion, y remedio nuestro*; idcóque genu flectunt: ad hoc enim rex constituitur, vt annonam prouideat; verè bene regnum respuit ille, qui aiebat, *non est in domo mea panis*; somniat item Pharao panem, & spicas, ipsius denique Ioseph gloria non alio signo, quàm fasce tritici erecto, & eminentiori præsignatur: *pensamientos tan leuantados como vn haz de trigo son pensamientos de Rey, y pronosticos de reinar.* hanc ergo curam nisi haberet Ioseph, haudquaquam Saluatoris nomen nactus esset: rex enim ad largiendum potius creatus est, quàm ad vsurpandum, & extorquendum. Melius dicat Salomon Roboami ingenium describens, *Tria*

Isai. 4. 7.

Prou. 30. 29.

sunt, quæ bene gradiuntur, & quartum, quòd incedit feliciter: leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum: gallus succinctos lumbos, & aries. irrisio videtur potius, quàm laus, ideo *bene, & feliciter incedere* perinde est ac præsumere, Hispanè *entonarse, patronarse.* ideo forte legendum, vt legit Sixtus *, *Leo fortissimus bestiarum, gallus succinctus lumbos, & Rex cui non est, qui resistat ei, & qui stultus apparuit.* Sensus ergo est secundùm nostram lectionem, insolens princeps, & elatus, & cui nemo resistit, similis est leoni in superbia, gallo in defectu memoriæ, & arieti in pertinacia, *& qui stultus apparuerit* (de eodem sermo est) hoc est, *postquam eleuatus est in sublime*, probat stultitiam; *si enim intellexisset, ori sub imposuisset manum, porque si el se entendiesse, el se rindiera, y no quisiera dar de cabeça, y opprimir à sus bassallos*, taceret, & non ita libere imponeret tributa, & dona largiretur ampliora: *esso es cerrar la boca con la mano, callar, y dar mas*: at qui peccator est, & stultus, quasi Roboam persistit in suo iudicio, & opprimit seruos, & munus occupat, non in conferendo, sed in auferendo, & compilando, ideo subdit: *qui autem fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum, & qui vehementer emungit, elicit sanguinem, & qui prouocat iras, producit discordias. quiere apretar tanto las vbres, que no se contenta con leche, sino con manteca, y sacar toda la grossura de quaxo.* ac denique vehementer emungit, vt discordias suscitet. In Roboamo igitur voluit admonere Monarchas, qui semel in throno positi miserias mortalium nec experiuntur, nec dolent; vnde vel auarè seruant opes, vel prodigè expendunt, & decoquunt fortunas regias: quare præclara celebratur laude Ioseph ab Ecclesiastico, *Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram**. cuius loci triplex est sensus: alter Moysem fidelem seruum appellat, qui iussit vt de manna quantum sufficit ad vescendum quisque sumeret *gomor*, hoc est, vnius diei mensuram, æquales per hoc diuites, & pauperes reddens, postquam nemo vt Rex noster obtinuit: nam eucharisticum panem ita distribuit, vt æquales diuites, & pauperes, etsi nolint, reddiderit. Secundus sensus de Ioseph intelligit verba, *fidelis seruus, ita vt in exemplum propositus sit cibus*, & Prælatis; quia Ægypto & fidelis extitit, & prudens frumentum distribuens, colligens tamen tritici pretium, eos, & res suas, prædiaque omnia in regis seruitutem redigens; *haziendo los esclauos les diò de comer.* quare si manducabant, nudi manebant; ab his autem communibus incommodis sacerdotalem plagam excepit. *Excepta terra sacerdotum, quæ libera ab hac conditione fuit.* Melius autem hoc præstitit noster Saluator, panem supersubstantialem instituit, vt eos, qui propter fidem vita, bonisque expoliebantur, pane electorum saturaret: quis enim illis primogeniæ Ecclesiæ fidelibus talem rerum abdicationem, & vitæ discrimen iniunxit, nisi cælestis panis fames sacra? Verè inferre licet quàm dignè, & iustè frequentiùs diuinæ epulæ conceduntur virginibus illis, quæ abdicatis omnibus rebus, Deo, & orationi vacant, & nomen adimplent *generis electi, & regalis sacerdotij*, id est, exempti à tributo, sicut sacerdotale genus in Ægypto. Tertius sensus fidelem

Rex stultus & seruitor suo.

10.

* Lectio quidem Hebraica nõ satis hoc loco vulgatæ respondet, sed lectio nostra habet aptissimum sensum.

Prou. 30. 32.

Ibid. 33.

11.

Luc. 12. 42.

* Hilar. can. 17. in Mat. locum intelligit de Prælatis. Remig. de distributione Eucharistiæ. Simon Cassianus Christum loqui cum Petro, alludens ad Moysem, quem fidelem seruum appellat Paulus, *fidelis seruus.*

12.

Gen. 47. 26

fidelem seruum explicat eum, qui meritò iecori comparatur; & quia primum est membrum, quod in generatione formatur, quod ex vna parte stomachum fouet, & in decoctionem iuuat, & ex alia per venam quandam succum attrahit, conuertit in sanguinem, & in venas generosè distribuit. hoc officium præstant populo diuites, & reges, qui & sanguine pauperum nutriuntur,& suos attrahunt sudores, atque labores, quos oportet distribuere in egentiores, vt firma sit valetudo reipublicæ: nam si iecur morbidum est, & obstructum, sanguinémque sibi arrogat, & tumescit, nulla superest medicina, nisi sanguinis missio, non aliunde facta, quàm ex manu. morieris diues auare, morieris princeps vsurpator alienarum opum, nisi munificas habeas manus. O bone Rex Christe, quanto antè per Zachariam fidelitatem tuam orbi commendasti. *Ego ero, ait Dominus, murus in circuitu, & gloria in medio eius:* Hebraica dictio & *gloriam*, & *iecur* significat; quia Christus futurus erat in Ecclesiæ corpore quasi iecur, sacerdos, dispensator, & vinum in sanguinem conuertens, cui non opus est venæ scissionem fieri, qui manus habet perforatas, verè fidelis, verus, & æquus dispensator.

Iusta distributio.

13.

Zach. 2. 5.

14. Taceat ergo pupilla oculi tui venerande senex Iacob, comprime lacrymas sanctissima Virgo, nec ampliùs Ioseph amissum lugeatis, perpendite verba hoc nostro discursu expli-
catiùs, & aptiùs intelligenda: *nesciebatis, quia*
Luc. 2. 49. *in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? nesciebatis oportere me Patris negotium agere, ad quod missus sum, vobis aliquando relictis*; nesciebatis me esse animarum, & Ecclesiarum Episcopum, cui operæpretium est lustrare templa? nesciebatis me esse Doctorem tenerum, ad erudiendum natum? nesciebatis me Regem esse, & scipionem necessitatis, qui collabenti sæculo subuenire veni? Discant in vobis parentes non diu lugere filiorum fugam, discant matres nolle apud se habere filios catenis deliciarum obstrictos. Vnum amisit Iacob, quando vndecim domi habet, quem multis lacrymis funestauit, & ecce hic salutem sibi, patri,& fratribus, & vniuersæ Ægypto vitam, & salutem comparauit. Sic vos, quas Deus fœcundas, & felices fecit in filiis, feliciores vtique estis, cùm filius vel euolauit ad superos, vel renunciato sæculo nomen Deo in religione dedit, & hunc amissum putatis? Ecce Dei sapientia, Christus nec expectat matris voluntatem, nec monetur à Ioseph, nec reueretur cognatos, in his nempe, quæ Patris sui sunt, occupatus: noster enim Deus, nec eius sectatores, sicut idola constricti sunt, nec illi loco addicti, vbi ab amicis, à deuolutis fœminis coluntur, sed Patris negotium solicitè acturi diuersa petunt, & peragrant loca, & munera, officia iam Pastoris, iam Doctoris, & Patris, iam denique Regis, & Saluatoris obeunt; sed quánam ratione hæc acta sint, ex Euangelio enucleatiùs excipiamus.

Non lugeant parentes filios quos Deus ad se rapit, vel vocat.

15. *Cùm factus esset Iesus annorum duodecim.* Op-
Luc. 2. 42. portuna ætas ad Dei seruitutem, & famulatum ineundum; securè enim pueri accedunt ad eum, qui nequit fallere ad agendum inter homines, qui & errant, & fallunt; expectet adolescens quartumdecimum annum: impleant puellæ duodecimum, vt contractus, testamenta, ma-

Pueritia opportuna ætas ad Dei famulatum.

trimonia, & professiones validæ sint: vnde Tridentina Synodus [a] decimumsextum impletum exigit. Migret igitur puer ad Deum saltem, quia hæc ætas maximè Deo placet, quam voluntatem Deus noluit nos latere, sed semel, iterum, atque iterum manifestauit, *Sinite par-* Mar. 10. 14.
uulos venire ad me, talium est enim regnum cælorum: medraran en mi reyno los que entraren por mis meninos. & per Michæam, *Præcoquas ficus desideranit anima mea*, depingit Deum pomorum, & vuarum cupidum, terram quasi vastatam, vineam, & hortum, in quo nihil gratum sibi reperit. *Væ mihi, quia factus sum sicus qui colligit in autumno racemos vindemiæ: soy como el caminante, que ni vn racimo halla para mojar la boca, non est botrus ad comedendum: ficus præcoquas desiderauit anima mea: sepan, que gusto de miños.* Comperi enim difficile inueniri matura poma, & vuas coctas, senes, inquam, prudentes, graues, & virtute præditos: igitur surgam multo mane, vt vel moneam hortulanos, vel gratos mihi pueros præoccupem in primo ætatis flore. Spon- 16.
sa similiter sciens gustum, & oblectationem Christi, è vestigio post initas nuptias inuitat sponsum. *Mane surgamus ad vineas, videamus si* Cant. 7. 12.
floruerit vinea, si flores fructus parturiunt. Hebraicè, *si apparent noua vua. Veamos si estan en cierne las viñas, o, si pinta la vba.* Summopere enim appeto intactas vuas, nouas, & quas nemo tetigerit. Reuera tandem poscis Domine vuam acerbam? Ita est; vide quia puer iste vix nouit quem in Eucharistia sumit, fidem quasi psittacus recitat, vix Deum nouit. Hó, inquit, hæc ego desidero, etiamsi imperfecta obsequia sint, perplacent mihi. Præscripserat in lege Deus primitias frugum sibi offerri, sed illas è vestigio afferri iussit, quas refert textus: *Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum* (adhuc in spica existentium, vt patebit ex sequentibus) *de spicis adhuc virentibus torrebis igni, & confringes in morem farris: quieres me dar buenas paschuas, pues traheme vn manojo de espigas verdes*, vel albicantes, & maturescentes: nec tamen moreris hoc meum desiderium, si non maturæ sunt, quod à sole expectabant, ignis domus meæ compenset. *Yo tomo el cargo de façonarlas.* nam ea die, qua Deus sibi adsciscit puerum, vel puellam, tenetur alere, nutrire, & cum oblectatione vitam traducere, & rationis vsum, & rerum spiritualium gustum præmaturè augere, ne à mundo præoccupetur ætas blanda, & noua: *venga en arcaes el verde, que el fuego suplira sus verdores.* Habet quidam ciuis (inquit Chrysostomus) iuxta viam hortum, pyrus autem patet omni transeunti, vocat valde manè hortulanum: Collige (inquit) mihi pyra omnia, vide quia nimis acerba sunt, & dura; tace (inquit) nonne melius est ea modò colligere, quam à prætereuntibus irrideri, collige ea, apud nos decoquentur in paleis. Certè Deus & suo honori, suæ cupiditati, & vestræ vtilitati prospicit. O pueri, quando ineunti ætate vos ad se rapit, nec obstat pueritia, nec acerbi mores, nec immatura ætas, ne doleat super vos, sicut dolet Israëlem. *Deuoratus est Israel: madura-* 17.
do esta apulgaradas mi pueblo, y esta puesto en manos de Barbaros manuseado, y mordiscado: propter hoc properauit illum adducere de medio iniquitatis: ea que ay peligros de eladas bochornos y ladrones cojamosle. Annuit voto, & desideriis Patris

[a] Sessione 25. de reformatione, cap. 15.

Cap. 7. 1.

Ibid.

Primitiis ætatis nostræ oblectatur Deus.

Leuit. 2. 14.

Ibid.

Simile.

Sap. 4. 14.

Patris sui Dei filius, & sponsa sanctissima; ait
Cant.2.13. enim ille: *Ficus protulit grossos suos*, aliter *dulco-
rauit, veisme aqui señor como fruta apressurada, como
mançanito enano nacido, y puesto en las pajas*, &
Cant.7.13. ipsa: *In portis nostris omnia poma, noua, & vete-
ra, seruaui tibi: crudas, y maduras todas son pa-
ra vos*; scio enim vtraque tibi grata esse: ti-
bi enim consecro innocentiam animæ meæ,
virginitatem corporis, puritatem mentis, pri-
mos annos, & fructus, quos non vellicauit,
neque manu pressit mundus; *in portis nostris*,
ab ineunte ætate, & in vitæ limine flores om-
nes tibi dicaui: sed quia nihil Deo est gratum,
quod non nobis sit vtile, vtrumque coniungit
Cap.3.27. Ieremias. *Bonum est viro cùm portauerit iugum
ab adolescentia sua, sedebit solitarius, & tacebit;
Simile. quia leuabit se super se.* Sensus litteralis ex con-
textu liquet; captiuat triremis Turca nauem
Hispanam, dolemus vicem eius, & licèt Reli-
giosos viros deferri videamus, at saltem serui-
tuti aptiores sunt, famem, & incommoda fa-
ciliùs tolerabunt: verùm senes, & adolescen-
tes delicatuli, molles, delitiosi, qua ratione
inediam, squalorem, vincula, & verbera per-
ferientur? Ita de captiuis suis Ieremias apud
se meditatur: *Bonum est viro: dichoso sera el que
aquiera desdichado. Bonum est viro, qui portaue-
18. rit iugum*, felix, qui iam labori assuetus in tan-
ta mala ruit; væ tamen Nazaræis, væ princi-
pibus, væ fœminis, labori, & oneri minimè as-
suefactis. Sed mysticum sensum expendamus:
Bonum, hoc est, optimum est viro præclara sors,
cùm portauerit iugum ab adolescentia sua: nam
Deo valde gratus erit; quia manè maturauit
venire ad eum: *vinole a dar à Dios vn buen
Ps.117.27. dia.* hoc ex Psalmo colligo. *Constituite diem so-
Maximè Deus oblectatur eis qui à primis annis in templo dicantur. lemnem in condensis*: quasi dicat, parate Regi
Christo venationis diem: *dalde à Dios vn buen
dia de caça.* & quid erit illi gratum, explicat
Chaldæus, *ligate puerum*, (vel iuniorem) *ad
sacrificium solemnitatis catenis, donec sacrificaue-
ritis eum.* iuuenem iam exultantem, puerum
sicut agnum exilientem ligate, non quocum-
que vinculo, sed catenis, ne fiat petulans:
hoc enim valde gaudet princeps. Sicut cùm
princeps paruulus venatum abit, ligatur illi
cuniculus iuxta arbusculum, vt possit liberè
sagitta petere, & interficere; hoc enim voci
Psal.28.9. diuinæ tribuit Dauid: *Vox Domini præparantis
ceruos.* hoc est, mandat Deus sibi præparari
iuuenes, & virgines, vt libere possit venari;
19. quòd si mora est in præparando venationem,
ipse præparat, & Saulum adolescentem ipso in
itinere venatur altiori voce, sclopi igne, &
Psal.68.32. splendore: *Saule, Saule, Dio fuego, y luz a la es-
copeta, y apreto la llaue, y caçole para si*; quia
adolescens erat: *placebit Domino super vitulum
nouellum cornua producentem, & vngulas: mas
gusta de caçar vn Iouen, que vn Iauali, bonum
est viro.* ipsi homini conuenientissimum est à
iuuentute Deo se mancipare: promptior enim
fit ad obsequendum Deo superata sensualita-
tis renitentia; quod licet obseruare in qua-
tuor illis animalibus, seu Cherubinis, qui cur-
rum gloriæ Dei summa pernicitate per aëra
ferebant; volabant autem, quia alas habe-
Ezech.1.10. bant, & licèt primo aspectu visi sunt Ezechieli
pari volatu, & æquali cursu pergere: at sta-
tim vidit aquilam cætera animalia facilè vo-
lando superare: ait enim, tria animalia facies
suas habere à dextris quatuor; *facies autem aqui-
læ* (volabat) *desuper ipsorum quatuor.* illud
desuper volare, aquilæ reseruauit; quia boui,
homini, & leoni tardiùs alæ natæ, & datæ vi-
debantur, & quasi per similitudinem additæ:
aquilæ autem natæ sunt iam olim in suo nido, *Aptius & facilius seruiunt Deo qui à pueritia se Deo manciparunt.*
quando exclusit oua mater, & pullum eduxit.
Sic in Ecclesia, sancta quippe sunt animalia,
& Cherubini, quibus tamen non naturale est
volare ad superna, omnibus additæ sunt alæ
diuinæ gratiæ, sed quibusdam dantur iam fa- 20.
ctis leonibus, & postquam sicut boues iugum,
& onera mundana portarunt; velociùs au-
tem volant hi, quibus datæ sunt ab ineunte
ætate, & superatis contrariis appetitionibus.
leuabit se super se, quod in Christo nostro cla- Ierem. 3.28.
riùs elucet: nam cùm ab instanti suæ conce-
ptionis Dei legem amauerit, *& in hoc natus sit*,
vt ipse Pilato respondit, *leuauit se super se*, su- Ioan.18.37.
perauit infantilem ætatem, & pueritiam, im-
mo & doctorum sapientiam, seque filium Dei
natum ostendit, hoc nobis innuit textus dum
pueritiam Iesu narrauit, *cùm factus*, &c.

Ascendentibus illis Hierosolymam secundùm Luc.2.42.
consuetudinem diei festi. Hæc verba doloris cau-
sam Virgini, & admirandi nobis afferunt: pla-
gam enim istam accepit cùm minus timebat,
& in templo, ac die festo, cùm diuinis obse-
quiis vacabat. Hoc genus tribulationis egre- *Dolor maximus Virginis.*
giè ponderauit Iob, qui innocens tam patien-
ter tulit, quàm eleganter extollit acerbitatem
mali, *Ego ille, qui quondam opulentus repentè con-* Iob 16.12.
tritus sum, tenuit ceruicem meam, confregit me, & 21.
posuit me sibi quasi signum, &c. *Ego ille*, nem-
pe in quem omnes digito intendebant, &
vultu, *ille*, qui cæteris prælucebam, *qui quon-
dam* genus infelicitatis fuisse, felicem *tenuit
ceruicem meam*; inde enim colligantur nerui,
qui à cerebro descendunt; tenuit igitur me sic-
ut molossus canis catellum, quem vix denti-
bus pressit, cùm oppressit, sic repentino malo
affecit: *& posuit me quasi signum*, sed non (in-
quit) cessauit citò, quod citò, & inopinatò
accidit: nam me quasi signum non vni ictui,
non vni sagittario, sed multis patet, & maior
ars in eo sita est, si signum sagitta transfigat,
*circundedit me lanceis suis: puso en ala todos sus
flecheros; conuulnerauit lumbos meos*, nihil in me Ibid.14.
vacuum sagittis fuit, etiam id, quod magis à
tergo est, *& effudit in terra viscera mea*, hoc est,
filios vna morte confecit, & quasi euiscerauit
me, & cor abstulit minutatim conscissum. *Con-
cidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi
gigas: quebranteme con quebranto sobre quebranto,
corriò sobre mi como valiente barragan, beuiome
el aliento en vn punto*, & amici mei insuper ia-
ctant me peccatorem esse, & iustam meis cul-
pis pœnam rependere. igitur notum sit omni-
bus hanc meam tragœdiam spectantibus, quòd Ibid.18.
hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, cùm 22.
*haberem mundas ad Deum preces; pago lo que no-
deuo, no me cogio con el hurto en las manos, sino
con ellas puestas en oracion.* quòd si hæc ego
immeritus patior, quanta putatis deteriora sup-
plicia delinquentibus reseruari? Grande malum
Iob sancte, grauitérque exaggerasti; sed audi
tristiores gemitus, acerbiorem dolorem, ama-
ras lacrymas, & maiori de causa vocem verbáque
tristissima. *Ego illa* (inquit sanctissima Virgo)
benedicta inter mulieres, quam intento digito

 signa

signabant Prophetæ atque Sibyllæ, *quondam opulenta*, ditissima, his duodecim annis, & opulentior vno filio, quàm Hierosolyma multis millibus ciuium: *repentè contrita sum*, cùm summam bonorum, gaudij, & lætitiæ in vno primogenito sitam haberem, repentè luce, vita orbata sum, & in me angustiatam quasi in signum oculos intendunt, & dolorem augent, interrogantes; *Quo abijt dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum?* quò? sagitta vna hæc; ignoro enim vbi pascat, vbi cubet in meridie; quò acrior sagitta nescire an rediturus sit, an ego repertura; *abiit*, pungit etiam ista, quis sciat an ego permolesta fuerim, importuna filio, læserim verbo, aut offenderim vultu, ego ancilla Domini mei? *dilectus tuus*, vrget hæc ampliùs: vereor enim, ne languescat amor, tepescat dilectio illa, qua me prosequebatur; igitur heri omnium fortunatior fœminarum, hodie omnium infelicissima, & non habens quid ad hæc respondeam, nouam doloris causam adhibeo: nam *hæc passa sum absque iniquitate manus meæ.* Notum sit omnibus, qui afflictam hanc mulierem intuentur, nulla mea culpa hæc fieri, amisi enim filium vbi inuenire oportebat in paterna domo, in loco orationis, & tempore adimplendæ legis. *Filia Hierusalem*, & vos verbi præcones plangite, & denuntiate peccatori grande supplicum; nam si mihi, in qua nil nisi viror, & flos virginitatis vernans enituit, tale tormentum infligitur, qua pœna mulctandus erit impius, & peccator, cùm Deum in sempiternum amisisse sentiat?

Acerbi dolores Virginis.

23.

24.

Templi reuerentia.

Auget dolendi causam, quòd templum locus aptissimus est inueniendi Deum, quid si ibi anima Deum amittit, vbi maximè colere debet? Pro quo nota templum fuisse in monte Moria, id est, visionis, vt explicat Hieronymus, à verbo *iahach*, quod est *attendere*, & *attentè inspicere rem*, ac Latinè *timere* sonat, *mirar con temor reuerencial.* quod *religionem* nos dicimus, Ecclesiastes *Deum time*, hoc est, cole, *& mandata eius serua, & hoc est omnis homo*, id est, hoc spectat ad omnem hominem, vel hoc est propter quod homo formatus est: ideo etiam Deus ipse *timor* in sacris nuncupatur: *Vouete, & reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu vestro offertis munera, terribili, Hebr. timori.* & Chaldæus Deum, & téplum vocat timorem: vnde cùm iubetur ire Abraham *Gen.* 22. in terram visionis, est dicere (vt exponit Chaldæus) vade in terram diuini cultus: sed, quod maximè notandum est, in hoc templo per Ioëlem Prophetam, promittit Deus Hierusalem daturu illi Doctorem iustitię. Ioël. 2. 24. *Filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro; quia dedit vobis Doctorem iustitiæ* *; vbi nomen *more* Doctorem significat, & est nomen deductũ à monte *Moria*: miror igitur non quòd Doctor noster in templo maneat, quod antea prophetatum erat, sed quòd ibi, vbi omnibus propositus est, & prædicatus, mater sanctissima perdat? non quòd tibi ô Virgo culpæ macula adhæserit, sed vt conuertam orationem ad sacrilegos, & æterno supplicio dignos, qui peccato suo Deum suum optimum in loco timoris perdunt. Depingit Isaias Doctorem istum omnibus piissimum, verùm his, qui in domo Dei audent peccare, districtissimum iudicem. *Misereamur impio* (loquitur Isaias [a], statuens peccatores non indulgentia, & officiis, sed seueritate, timore, & flagellis ad pietatem esse trahendos) *& non discet iustitiam*, ironicè: sicut [b], *Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua. Misereamur impio.* inquit Bernardus [b]: *Misericordiam hanc ego nolo, super omnem iram miseratio ista.* Impius (inquit Hieronymus) dicitur, qui loca sacra non reueretur; ait ergo Propheta: Parcat Deus sacrilegis, & virgam abscondat, & in omnium contemptum veniet maiestas eius: *perdone Dios peccados de yglesia, esconda la vara, que no haya miedo, que le respeten en nada. in terra sanctorum iniqua gessit, non videbit gloriam Domini.* hos (inquit) diuina difficile solet medicina curare: nam cùm æger de consilio medicorum in patriam defertur, vt natiuam auram, & elementa ibi, vbi natus est, experiatur, si ibi inualescit ægritudo, & deteriùs se habet, foueam illi parari iubet medicus. Mirum non est o peccator in foro detrahere, in nundinis fallere, in obscuro loco peccare, in bello manus cruentare, & in rixa ira excandescere: at verò in templo terra viuorum, vbi hæc, & aliæ ægritudines animæ curari solent, ibi turpis, ibi detractor, ibi alienæ vxoris riualis, ibi Deo contumeliosus? *In terra sanctorum impie gessit, non videbit gloriam Domini: cubridle el rostro, y lleuadle à la horca*; hac enim phrasi in sacra Scriptura extremum supplicium denotatur: nec enim oportet immunitate loci sacri defendi, qui in ipso sacro loco peius crimen perpetrauit, nec remedia salutis obtineat, qui inter ea ægritudinem comparauit: *& non videbit gloriam Dei*, quod supplicij genus iam Deum semel irrogasse refert eleganter Ezechiel *cap.* 9. 2. prodiit currus gloriæ Dei triumphali modo, pręcursor Regis præcesserat, denuncians Deum ad lustrandam curiam, & examinandam venire, præcedunt currum sex carnifices, *vnusquisque vas interitus in manu sua ferebat*, in medio videbatur veste alba indutus, scriba aderat, vt causam in libris exararet, & vbi peruenit ad cornu altaris, quod in atrio erat, stetit gloria Dei, & subitò disparuit, pronunciata sententia: *Non parcat oculus vester, neque misereamini.* Domine quare non vrbem reliquam lustrasti? non regnant grauissima crimina in loco iudicij, non inundant ambitione palatia, non ardent inuidia aulici, non defecit de plateis vsura, & dolus: quare ergo tantùm accusas, & damnas quos in templo reperisti? Audi causam, *& steterunt iuxta altare meum.* ibi ibi figite tribunal, ibi ligna ad suspendium excitentur. Obsecro te mi Deus, cùm damnatus regem in via offendit, subitò, & è vestigio eo ipso liber euadit, & de manibus ministrorum asseritur in libertatem, vel si contingat in templum aliquod obiter incurrere, iuxta illud, cessant præcones, & parcunt flagellis carnifices: ita est (inquit) cùm peccatum non est contra Ecclesiam; at verò cùm scelus in ipsam Ecclesiam perpetratum fuit, ibi suspendatur præ foribus nocens, & rex adesse ibi non desistat: *& gloria Domini Israel assumpta est de Cherub, quæ erat super eum ad limen domus*; & inde personat præconium: *Percutite, non parcat oculus vester, neque misereamini, &c. & à Sanctuario meo incipite*; & vbi est Deus? vbi gloria eius? disparuit: hac enim ratione punitur crimen in terra sanctorum perpetratum, *ne videlicet videat gloriam Dei.* Si potest Episcopus ex sua sede Deum perdere, & presbyter in altari; quid dicam de profligatissimo peccatore? maximè vbi Mariam sanctissimam hac de causa amisisse videmus. Hac de causa summam

Cap. 12. 13.

Psalm. 7. 5.

* Quæ omnes exponunt de Christo, præter Hebræos, contra quos est Isai 55. *Quomodo descendit imber* vbi amore, & Dei nomine *tasi* vertunt doctrinam Domini: cur ergo *more* in nomine *Moria* non significabit *Doctorem*? siquidem in Moriali significat doctrinam.

a Cap. 26. 10.

Ingens malum Deum in templo amittere.

b Eccl. 11. 9.

b Serm. 42.

25.

Isai. 26. 10.

Simile.

Peccata templi grauissima.

26.

Supplicium peccantis in templo.

Ezech. 9. 3.

Digitized by Google

Cap. 4. 17. mam circumspectionem docet Ecclesiastes, *Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua, vt audias.* Olympiodorus explicat, vt abstineant pedes à theatris, prophanisque cunctis locis, ac impiis, qui templum frequentant; sed Salonius *pedem tuum* interpretatur animæ pedem. *Nunquid* (ait) *ab offensione lapidum monet custodire pedem? quando ingrediamur domum Dei?* id est, Ecclesiam. *Respondet, quamuis semper honestè & cum timore, ac silentio debeamus ingredi domum Dei; tamen non pedem corporis hic doceri custodiendum, sed pedem animæ, id est, gressum mentis, vt in conspectu Dei mundas preces effundamus sine malis cogitationibus.* Intra igitur templum, sicut intrat Rex, multa custodia stipatus, tribus nempe virtutibus, fide, spe, & charitate, cæteróque virtutum comitatu; habet enim affectus mentisque cogitatio inimicos quamplurimos. Secunda expositio est eiusdem Salonij: *Custodi pedem tuum. si de pede corporis loquitur, apertè totum corpus significauit,* per figuram metonymiam, *ne iisdem instrumentis, quibus vtimur in bono, abutamur in malum*; totum ergo te consecra, & custodi, oculos, manus, & cor, ne Christum peioris conditionis facias quàm homicidas, & sceleratos: hi enim patrato delicto in templum tanquam in tutum locum se recipiunt, & quod his immune est, Christo non est tutum, *que es possible, que a Christo no le ha de valer la yglesia?* ibi enim figitur, flagellatur, perimitur, & ostentui producitur verbis, atque turpi conuersatione?

27. *Et venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos.* Hinc inde pergentes perquirebant eum: in hoc enim pares sunt iusti, & peccatores, quòd semel amissum Deum eadem solertia, & studio debent sibi quærere; amittit Deum impius oscitanter, & turpiter, sicut fœmina, quæ monile collo appensum post multam diem inde cecidisse sentit: non enim prospexit filum sericum iam tenue esse, & malè securum, cùm ad se redit, cùm desiderari prospicit, vt stupet, vt memoria percurrit, & lustrat loca omnia? quos saltus edit de domo in Ecclesiam, de Ecclesia in palatium, de palatio in viam? Proh dolor! ô sollicitudo. Amisit Magdalena Dominum, quem minus quàm cætera monilia colebat; at cùm reperit iacturam, quo spiritu, qua solentia, qua cura, quàm studiosè conscientiam euoluit? *requirebant eum:* nam si post amissum Deum friget peccator, & iacet, nec vrget eum mali conscientia, signum lethalis morbi, & vulneris periculosi: accepit quis inter rixandum plagam, & cùm in æstu feruoris, & conflictu accepit, non sensit dolorem, nec locum, vbi accepit, inueniunt; quia nec erumpit sanguis, nec chirurgus adest, vocatur medicus, qui saltem pulsum pertentans languidum rarum inuenit. est (inquit) procul dubio profundum vulnus inflictum, aperiatur, nudetur, rumpatur vulnus: sanguis enim ad interiora recurrit. Multi sic peccant, vt sine ratione, & sensu mortiferas accipiunt in anima plagas, quod signum interni mali capiemus? Respondet Paulus: *Fratres vosmetipsos tentate, si fortè Christus in vobis est*, pertentate pulsum, frigent manus, tepent pedes ad eleemosynam, ad pietatem, nec inuisit ægrotum, nec suscepit peregrinum, nec expiauit peccata? igitur morietur, penetrat sine dubio vulnus interna, sanguis, nec lacrymæ effluunt, in occulto est peccatum: vnde colligis? nam si in desperationem, vel infidelitatem, vel prauam obstinationem non incidisset, surgeret sicut sponsa quæritare vbicunque Deum: inquirere enim, & *requirere*, vitæ spem non amisit, immo futuræ valetudinis est indicium. *In quo* tamen solertiores sunt iusti, qui absentem Deû, vel amissum, multis modis requirunt, *requirentes modos musicos*, absens est Deus meus, ieiunet corpus, nondum apparet, afficiam me grauiter verberibus, neque sic venit, cilicium induam, catenis me constringam, & nudo solo, vel tabula somnum capiam, *mudar sones, y puntos como los musicos hasta que entre la letra, requirentes modos musicos.* Sanctæ quidem natiuitates, & inuenta (ait Cardinalis Damianus [a]) quæ qui improbat, ignorat musicam, nec autem audiêdi habet, quam harmoniâ in interno sensu animæ his modis faciat spiritus. *Requirebant*, &c. si dubitent inuenturi sint, nec ne, eamdem diligentiam collocant; quia iusti etiamsi absentem Deum in desolatione vident, non despondent animum, sed in æterna vita obtinere nituntur, nouasque ad hoc industrias adhibent; sicut qui à nobis migrant ad Indos, qui cùm rem suam, & merces multas inuehant, non vni naui tradunt, sed in diuersis diuidunt, vt si oborta sæua tempestate pereat vna, incolumis supersit altera: ita similiter qui Deum saltem in cælo inuenire cupit, opera sua in diuersis exercitationibus, & pietatibus collocat. Bona est oratio, sed quid si ingruit tepiditas, & irreuerentia? bona est eleemosyna cum ieiunio, sed quid si vento hypocrisis dissipatur? bona est castigatio corporis, sed quid si fortè superbia summergetur, vel ægritudine corripietur. igitur consultissimum erit merces nostras non vni operi, nec virtuti, sed in multis seorsim collocare: maximè tamen industria, & diligentia non desit, signum enim est inueniendi, vel inuenisse, cùm citato cursu Deum, quasi canis venaticus subodorati sumus, requirimusque solertissimè, *inquirebant eum.*

Luc. 2. 44. *Amittit Deû impius oscitanter.*

Simile.

Eccli. 44. 5.

28.

[a] Epist. ad clericos.

Feruor signû inuenisse Deum animam.

29. *Et non inuenientes regressi sunt in Hierusalem, requirentes eum.* Prudens hoc verbum, *regressi sunt*, subdit Lucas, vt ostenderet quàm longa & quàm ardua via illis erat anceps, & accliuis, & maximè Virgini sanctissimæ; *como quando vn negotiante salta en la costa de Indias, y se halla sin sus despachos, y con vn Occeano en medio.* O regressus à peccato in Deum quàm difficilis es, si cælum cæli Virgo Dei mater solem suum quærens tam longum regressum peragere opus est labore, vigilia, & lacrymis? Tu peccator, à quo longè est salus, & infinitè distas à Deo, quando reperies tardo gressu ridens, & otians, & contraria via pergens? hac vna de causa abstinere à peccato deberes, hoc cogitans, hæc nempe omnia, quæ modò suauiter fiunt, cum pœnitentia, & dolore detestanda, & expianda sunt. O iter difficile, repetere opus est eò, vnde exiui? odisse opus est quod amaui, pulchrum necesse erit execrari. *O mala peccata, quàm faciles aditus, quàm difficiles exitus habetis* (aiebat Augustinus.) Quid enim præstat etiamsi venator expeditus, & alacer aprum insequi parat, excitat suos famulos, canes, & arma præparat, si præscius futuri casus venator ait illi, siste princeps: futurum enim est, vt aper dente sæuissimo latus vulneret, & opus erit moribundum te referre in domum; non hæreret, vel domi se contineret? O quàm

Luc. 2. 45.

Regressus ad gratiam difficilis.

Simile.

2. Cor. 13. 5.

O quàm expeditus ad malum curris! ô quàm celer pergis tuas cupiditates venaturus, frena gressus, contine pedes: scio enim, quia peccatum in nouissimo mordebit vt coluber, & insuper viam, per quam modò suauiter ambulas, reuocare opus erit, & pœnitendo remigrare. Quem non frenat auarum hæc vox, *restituere opus est.* Apoc.18.7. *væ qui prædaris, quia prædaberis:* quantum glorificauit se in deliciis, tantum date illi tormentum, & luctum: *regressi sunt.*

30. Luc.2.46. *Inuenerunt illum in templo in medio Doctorum.* Ibi inueniendus est Christus, vbi eum amisisse putamus, & cum lacrymis exquirendus. Vocat sponsam Christus, & renuente illa ad eius vocem surgere, surgit ipsa; *at ipse declinauerat* *. Cant. 5.6. Oportuit ergo, vt surgens ipsa eadem loca, fores, & pessulum non vacuis manibus lustret, sed distillantibus myrrham, & lacrymas pessulum attingat, vnguento repleat, sicut Magdalena pedes: ibi enim inuenitur sponsus, vbi conscientia dictat amisisse.

* Quare qui intempesta nocte tam solicitè quæsierat, tã citò declinauit, vide causas

31. apud P. Gaspar. Sanchez. Cãt.5. *Sapientia in tempus suum seruanda.*

Interrogantem. Non ascendit cathedram, nec statim omnem suam sapientiam effudit, sed per partes, vt locus daretur nostræ tenuitati, & vt sanctitati, & gratiæ Mariæ maior diuitiarum accessio fieret: sicut cùm primus ille inuentor montis Potosi solus secum pretiosam glebam elaborauit, & multo tempore immensam illam argenti molem apud se tectam, & occultam tenuit, quousque regis potentiam sibi arrogauit: *Callan losque hallan las minas hastaque el Rey se hecha sobre ellas.* Erant in Christo *omnes thesauri scientiæ*, &c. Coloss.2.3. sed reseruauit apud se sanctissima Virgo multis annis, donec locuples facta. Æternus Pater hodierna die glebam vnam manifestat, vt inde possit immensa vis auri, & argenti in Christo reconditi coniectari; nec enim concionator vna die omnem doctrinæ supellectilem debet effundere, sed paulatim pro hominum captu, & quasi stillando: vnde & stillatores dicti sunt. Quanta autem fuerint Mariæ gaudia de inuento puero Iesu, quàm studiosè tenuerit inuentum, & quàm sedulò oporteat animam, quæ absentem timet, eum vbique perquirere, sequenti discursu consultò prætermisimus describendum.

VERBVM FILII.
Luc. 2. v. 42. & 43.

Cùm factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Ierusalem secundùm consuetudinem diei festi, consummatisque diebus, cùm redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem.

Nouo sapientiæ, & sanctitatis splendore affulget mundo, quo nouum HOMINEM ad regis, & magistri assumit insignia, Christo præduce.

DISCVRSVS XXIX.

Divtivs latere non potuit, nec parietum vmbris occultari optimo parenti, & fratribus, Doctor ille paruulus Ioseph: succubuit amori, & visendum se dedit ingratis, amplexandum parenti Iacob; vbi clarè quod inter somniandum viderat, & materiam inuidiæ dederat, impletum est, & in regio splendore micans quasi stella post tenebras gratior à reliquis stellis adoratus est. Deo quidem digna, & sapientia eius infinita fuit hæc victoria, quæ de amisso, vendito, & in seruum tradito puero, pòst verò manifestato sapientissimum, & prudentissimum principum magistrum excitauit; qui quidem quia lumen fuit Israëlis, & quasi stella ex Iacob, & labenti penitus generi suo per sapientiam subuenit, Christi Domini typus fuit, qui se in pueritia fratribus Iudæis manifestauit, doctorisque, & nomen stellæ matutinæ ex Iacob apprimè illi quadrat (vt Beda [a] annotauit.) Quamobrem (puer dilectissime) non te terreant vmbræ, & ingruens tribulationis nox, in qua etiam Mariam lunam clarissimam nubibus obductam, & sui Solis orbatam lumine vides: maximas enim victorias, & gloriosos triumphos semper diuina sapientia, vel intempesta nocte, vel post tenebras reportauit: oportebat enim, vt nox appeteret legis scriptæ, & ignorantiæ tenebræ occuparent omnia; tum quia nox non paruas mortalibus vtilitates affert; tum etiam quia certus erat filium sui splendoris iubare mirabili omnes tenebras propulsaturum: nox enim quatuor maximas vtilitates habet, ex sententia Aristotelis [b]. Primò ad maturandos fructus est aptior. Secundò sudum cælum, & patens astra, quæ aliter omnino laterent, manifestat. Tertiò rore madefactæ plantæ ad vim Solis, & æstus arcendam præparantur. Quartò denique musica, & vocum ac neruorum concentus quietiùs excipitur. Præmisit hac de causa Christus ante sui manifestationem, & tribulationis noctem, & doctorum legis ignorantiæ tenebras, vmbras sacrificiorum, & Ioseph Patriarcham, cuius felicissima manifestatio iam olim facta Mariam sanctissimam, & parentem Ioseph consolaretur. 1.

Ioseph quasi stella post tenebras Christum præsignat.

SVMMA DISCVRSVS.

a Gen.37. & 49. & super Exod.1.

Cõmoda noctis & vtilitates tenebrarum & tribulationum.

b In lib. problem.

INTRODVCTIO DISCVRSVS.

2.

Audi ex mediis tenebris erumpentem Balaam. *Dixit homo, cuius obturatus est oculus*, in somniis quando clauduntur oculi à Deo accepi propheticam istam visionem, & quasi per ecstasim visa referam. *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israël, & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth*; stella vtique Christus, vt etiam Chaldæo placuit, qui sic de Christo clarissimè vertit, *Consurget rex de domo Iacob, & vngetur Christus de domo Israël, & occidet principes Moab, & dominabitur omnium filiorum hominum.* Vocatur meritò Christus virga, & stella *: stella quidem matutina, id est, Lucifer; quia dispulit ille primas infidelitatis tenebras, & postea dispellet tenebras mortalitatis. Secundò, quia vti Lucifer nocti finem, diei initium præbet: ita Christus peccato, & ignorantiæ finem, fidei, & saluti initium attulit. Radios autem huius stellæ enumerauit, & narrauit Hugo Cardinalis: *Habet sex radios, quibus illuminat noctem Christus, & omnem hominem, humilitas, mansuetudo, obedientia, patientia, misericordia, & charitas*; ortus eius tamen, & manifestatio, sicut & sanctorum, per stellam signi

Num.24.17. In somnis admonitum fuisse Balaã, patet ex cap. 22. 8. Num. & c. 20. ita Rabanus & Abulensis. *Christus stella ex Iacob.*

* Greg. 29. Moral. 30. in illa verba Iob 38. *Nunquid producis luciferum in tempore suo* & Beda, Christus (inquit) & stella matutina; quia transacta nocte seculi lucem vitæ, sanctis promittit, & pandit æternę. Vide Ru-

per.in Apoc. *Dano illustrem matutinam.* Viegas, & Alarçar.

significatur; quia gratissimus mundo erat futurus, & quia matri suæ sanctissimæ abscessus iste, & nox maximam gratiarum accessionem erat allatura, sicut postea nasciturae sanctæ Claræ præsagium fuit stella, *ne paueas mulier; quia lumen paries, quod mundum clariùs illustrabit,* quo edocta miraculo hortulana mater natam infantulam in Baptismo Claram vocari iussit.

3.

a In Pentat. n.24.v.17.

Vide alios, quos refert P. Cornel. [a] qui præsagio stellæ designati sunt. *& consurget virga.* ne putares somnium esse, ecce regnaturus prænuntiatur Christus; verbo enim, & potestate per se, & per suos Apostolos statim subegit fidei suæ Moabitas, Syros, Idumæos, aliásque gentes Iudææ vicinas. Verùm duo hîc notanda sunt ex comparatione huius stellæ Iacob, & Ioseph, qui in Ægypto manifestatus est quasi stella, sed stella, quæ fulgebat in medio aliarum, & præterea etiam coram sole, & luna præfulgebat. Quid hoc? obuiauerunt sibi inuicem nox, diésque, nec sol destruit stellas, nec stella minus lucet sole, quin potiùs adoratur à sole, ipsúmque veneratur luna. Certè mysterium hodiernum planè manifestatur: adest enim noster Ioseph in medio Doctorum fratrum suorum, & in templo, vbi lex paterna splendebat, & vbi luna Synagogæ perdurabat: at hic obuiauerunt sibi lex, & gratia, & lex adorat, & manifestat Christum, & ipse legem adimplet, & ait, *Non veni soluere legem, sed adimplere,* suúmque sapientiæ splendorem dignum imperio pandit. Quare

Num.24.17. statim subditur, *& consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab.* quo genere victoriæ, quibus plagis percutiet? Notanda sunt verba *percutiet* (inquit) *transfiget, occidet, calcabit:* Christus enim cùm semel manifestatur animis, sicut Ioseph, eorum mores, & vitia occidit, fecitque quasi nouos homines, ex impiis pios, ex iniustis iustos, ex ebriis sobrios, ex incastis castos, occidit, vt viuificet, perimit Simonem, vt suscitet Petrum, occidit Saulum, vt Paulum innouet, dum vi suæ gratiæ sobrium, castum, iustúmque fecit: *& vastabit omnes filios Seth, & exparietabit, & imparietabit* (vtroque modo legitur ex Hebræo verbo *Sir*) captiuabit, & incarcerabit, & pariete concludet: stella enim ista splendore suo confodiet corda, transfiget luce, & amore sui, *conculcabit,* hoc est, conculcare docebit pueros parentes suos, vt percalcatū patrem, & percalcatam matrem ad diuinum se conferant famulatum, & eos, qui liberè vagari cōsueuerant in sæculo, *hos imparietabit: los emparedara,* & eos, quos concluserat dæmon, *exparietabit,* ad lucem, vitámque proferet, quos in tenebris dæmon tenebat, victoriámque istam, & in templo peraget, & ibi decantabitur: nam dum semel puer iste in templo remanet, iam piæ animæ oculis templa petunt, vbi rebus temporaneis clausis lumine isto cælesti perstringuntur, confodiuntur, & amoris iaculis transfiguntur, ita vt cum ardentibus eius sagittis affectos se sentiunt, amoris istius manus præsentiant: *vos andais aqui amor diuino, para essa os quedastes en el templo.* tu me exparietasti, & à paterna domo ad claustra duxisti? virgâ tua tam difficile opus peractum est. O qualem tibi victoriam concinent virgines tuæ, quæ ex documento tuo se in diuinum obsequium mancipare didicerunt. Hæc est victoria illa per Zachariam prænuntiata, quam *non in robore, neque in exercitu,*

Bellum mysticum Christi.

4.

Libenter amplectuntur religiosam vitā Christo duce virgines & viri.

Zach.4.6.

sed in Spiritu meo perficiendam ait Dominus, neque alio duce, aliis armis, alio milite quàm candelabro, quali ibi describitur: illa enim tam illustris manifestatio, qua stupore perfudit Doctores, legem illustrauit, non erat alia arte, & industria perficienda, quàm lucis, & sapientiæ radiis pueri inter Doctores collocati.

Secundùm in Ioseph obseruandum creuisse in sapientia, & prudentia apud Deum, & principes, quos erudiendos ab ipso, decreuerat Deus: nam qui ad gubernationem, & regnum natus est, statim præsagia sapientiæ ostendit, & præstantiores virtutes. Licèt Æthiopes (vt refert Aristoteles [a]) magistratus distribuebant eis, qui procero, & eleganti corpore erant, quod etiam apes obseruare docet Seneca, & D. Basilius [b], & Deus ipse in Dauide hoc maximè etiam perspexisse indicat in textu *1. Reg. 16.* vnde videtur lex desumpta Alfonsi cognomento Sapientis. *Porque los fixos, que huuiere el rey sean mas fermossos, e apuestos: lo que conuiene mucho à los fixos de los Reyes, que sean tales, que parescan bien entre los otros hombres.* Et rationem subdit Gregorius [c]: nam principio suæ gubernationis princeps personam suam sic commendet, vt præoccupatis per amorem voluntatibus subditorum, ad legis obseruantiam facilè inducat: tamen si ista desint, vel etiamsi sine sapientia sint, non multùm immorandum, sed de acquirenda sapientia, & obtinenda prudentia maior cura adhibenda est. Sic Moyses, vt ait S. Stephanus, bonis artibus Ægyptiorum est imbutus, instructúsque his disciplinis filio reginæ consentaneis *, *eruditus omni sapientia Ægyptiorum*; quàm opportunè hæc prouiderit Deus apud Moysem, & Ioseph, ponderat Clemens Alexandrinus [d], & de seipso Salomon fatetur [e]: *Dedi cor meum, vt scirem prudentiam, atque doctrinam, erroréśque, atque stultitiam.* cæterósque tam filios, quam parentes admonitos esse voluit, Prou. 1. 9. *Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.* Quæ verba Hugo, & Beda referunt ad coronam, & torquem, quæ agonistis, & certantibus legitimè donabatur: nam eadem ratione qui parentibus obsecundat, maiori ornatur gratia, & sapientia à Deo: oportet autem ad templum à parentibus deferantur tanquam ad scholam sapientiæ, vbi parentes sint quasi patroni in hastiludio, vt ad similia suscipienda certamina excitentur; quæ omnia meliùs ex Christi exemplo, & Euangelij historia perdiscemus.

Ascendentibus illis, &c. Virgo ascendebat, vt nullam illi hæsisse culpam intelligamus, cuius honori prospexisse videtur Ecclesiasticus, dum illam tribus nominibus symbolicè describit. Primò, *Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus suæ.* Secundò, *Lucerna splendens super candelabrum sanctum.* Tertiò, *Columnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi super plantas stabiles mulieris.* Nam primò Maria sanctissima sicut sol omnia in domo lustrabat, prospiciebat, atque fouebat, & eodem motu cum cælo, filio nempe mouebatur, vt omnia eius itinera testantur. Sed quia peractis omnibus, quæ domi requiruntur, prima in templum debet pergere, nec serò accedere ad diuina; ideo secundò *candelabro splendenti sancto* comparatur: nam vix dies

5.

Sit sapiens princeps.

a 4.Polit.4.

b 8.Hom in exaem.

Lex 1.tit.6. part.2.

c 1. Part.pastoral. c.8.

Actorum 7.22.

* Iustin. lib. quæst. à Gētibus propositarum, q. 2 [illegible]

d lib.6.stromat.

e Eccl. 1

Vide Chrysost. de educatione [illegible]

6.

[illegible] & hom.de Anna.

Eccli.26.21. *Virgo sanctissima comparatur candelabro, & Soli, & columnis.*

dies festus incurrit, cùm ecce migrat in domum Dei, quibus ritè peractis, stabilis, & firma multis annis quasi columna permansit. Virgo ergo purissima immunis à culpa est, de filij absentia; quare dum vides noctem tribulationis ingruere, disce labores, & dolores, etiam filiis Dei, & matri à Deo dispensari: maximas enim vtilitates (vt vidisti) affert nox ista. Argumentum hoc eleganter prosequitur Chrysostomus [a]: nam sic maiorem sibi gloriam, & matri suæ peperit Deus, quæ in laboribus enituit maximè, & matrem esse talis filij manifestauit; quod si minus credis, audi Paulum, *Datus est mihi stimulus carnis meæ, propter quod ter Dominum rogaui: tres veces quiere dezir, mil plegarias hè hecho à Dios*; & ad omnes vno verbo respondit: *Sufficit tibi gratia mea; nam virtus* (*mea*, addit Chrysostomus [b]) *in infirmitate* (tua) *perficitur* (declaratur,) *tunc mea potentia demonstratur, quando vos in imbecillitate estis, & per vos, qui videmini esse debiles, prædicationis verbum augetur, & vbique dispergitur.* quod facilè probatur: nam quando flagellatur, vincitur in carcere, carceris custodem vinxit, pedes erant in ligno, manus in catenis, & carcer sub mediam noctem quatiebatur, ipsis vinctis Deum laudantibus. Cernis quomodo virtus in infirmitate perficiatur? si liber esset, & illud habitaculum concussisset, non fuisset tam mirandum, quod fiebat, *igitur remane vinctus.* Et Ioseph ille illustris in victoria, & trophæo castitatis, quando petulantem dominam vicit, & vocantem se ad conuentionem iniquissimam respuit?

8\. Sed non *magnum hoc sicut passiones*: qualis enim laus est dic mihi non mœchari, & alienam copulam respuere, neque cubile ad se non pertinens violare, neque lædere eum, qui sibi bene fecerat, nec pudore perfundere domum patroni sui, qui eum magnum fecit, *illud est maximum*, id est, *discrimen insidiæ, furor libidinis mancipata*, calumnia, carcer, catenæ, & quod nihil eorum, quæ iusta fuerunt impetrauit; fugit igitur venatricem heram suam, quia sicut capturus feram, ad quam difficile peruenitur, *omnia mouet*, omnia adhibet artis ingenia; sic & hæc (vtpote quæ sciret adolescentis optimi castitatem; nec enim tanto adhuc tempore poterat latere) arbitrata est plurimo opus esse apparatu, vt iuuenis iste caperetur; & propterea omnia luxuriæ artificia commouebat: *ea corço ligero aqui se verà quien vos sois, y si sois casto*; *sed tamen exiuit intactus.* magis igitur nunc cerui huius velocitas elucet in fugiendo laqueum, quàm dum liberè vagabatur in montibus: splendet igitur castitas, honesta patientia. Vlteriùs adhuc progreditur furiosa mulier, amorem iracundia consolatur, & passionem vnam coniungit alteri passioni, & fit homicida post adulterij quæsitam voluptatem. Conuocat iudicem corruptum dominum illius, vt virum suum Ægyptium barbarum, introducit accusationem sine teste, & non sinit intrare eum ad iudicium, qui appetebatur, sed absentem accusat apud stultitiam iudicis, simul & furentis, clamat, orat, suadet, & extorquet sententiam contra ipsum; *sed tandem exiuit intactus.* Vidisti sartorem cùm cycladem, vel vestem regiam parat efficere, telam auro intextam explicat, & hac illacque liberaliter, & expeditè dissecat. errasse videtur, & sine arte omnia fieri putabis, at ille rationem in mente habet: *lleua en su mente el tanteo, y traça.* & quàm bene omnia cessura sint, iam ille præuidit; nam hinc inde adscitis, & assutis partibus vestis perficitur, & ad illam induendum rex inuitatur: *vistase vuestra Magestad.* Erat puer Ioseph tela non aurea, sed ex præcordiis paternis facta; sic pulchra, & decora, vt propter has dotes à patre Iacob (inquit Chrysostomus [a]) supra cæteros amaretur, quod ex textu liquet: *amabat eum; quoniam filius senectutis erat.* sed non erat, nam Benjamin postremus erat, sed prætextu isto senex vtebatur, vt amorem singularem dissimularet, nec incitaret fratrum inuidiam. At nihilominus explicat telam Deus, sed non dormit, artifex in mente præhabet ideam: *Deus verò clariorem eum parans facere patiebatur ea, quæ fiebant: & longanimiter tolerabat succedentia pericula periculis*, in lacum mittitur, vestis eius cruentatur, aitque Deus: Nunc excito, nunc albam togam induo; venditur, seruus fit. nunc ego Dominum agere, & principem doceo: iam clam tenduntur insidiæ, iam in cubili inuitatur à fœmina; nunc ego celebri præconio castitatem eius diuulgo, iam vociferatur contra adulterum; iam vinculis traditur, iam causa eius obliuione sepelitur. Nunc agitur triumphus eius, illumque iam apud me meditatus sum; igitur pro carcere detur triumphalis currus, catenis succedat torques, clamoribus, & accusationibus, gratulationibus fœminarum commutentur, conuiantur partes discissæ, ecce in regia maiestate resplendet. *misit rex, & soluit eum princeps prouinciarum, & dimisit eum: vistase vuestra Alteza, que ya se le ha llegado su dia, passò te la noche triste.*

Age Virgo lectissima, te vnam respicit hoc insigne spectaculum, vt virtus quæ fulgebat in gaudiis, resplendeat in luctibus. Audi repetere verba Chrysostomi. Quid multum Virginem esse, quam Spiritus obumbrabat, quid mirum pariter matrem effici à virtute Altissimi, gaudere nascente risu, fugere in Ægyptum, thesauro filij secum asportato, nec valde mirabile est. Nunc patescet maternum cor, & affectus in lacrymis, in tolerando absentiam, in sperando, quòd post tenebris orietur Lucifer. Tunc quidem Virgo accipiebat gloriam; nunc verò ab ipsa glorificatur filius, quod egregiè ponderat Chrysostomus; potius enim eligerem ego (inquit) multis annis labores perpeti, quàm in eius solio, diuino intuitu exultare: afficerer enim in hoc gloria; in illo verò ego in Deum meum gloriam, quam non possunt Angeli, referrem, & satius pro nunc duxi tolerando, nunc gloria afficere, quàm ab illo accipere: nam & seruus, qui flagellatus, exprobratus, & abiectus tacet, herum suum commendat, quem non sine causa tolerat. Hac ratione Prophetæ, & Martyres honorant Dominum, dum ab illo vexati adhuc verbum eius prædicare non desistebant. *Eloquium Domini inflammauit eum: por la ley de Dios estuuò en brasas, y en tribulationes espantosas, y callò.* & Paulus, *Siue per vitam, siue per mortem magnificabitur Christus in corpore meo.* Si igitur Maria ancillam se esse gloriatur, & ad magnificandum Deum natam. *Magnificat anima mea Dominum*; oportebat planè patientiæ, & tolerantiæ documenta præbere, & solatij causam fidelibus dare: maxima enim solatij causa est, nos rectà in cælum tendere eadem, qua incederunt via

[Marginalia, left: a Ad Olympiam in 5. tom in fine, & aliis in locis. — 7. — 2.Cor.12.7. — b Hom.1.ad Pop. tom. 5. coll.1. — *Tribulationis vtilitas.* — 8.]

[Marginalia, right: *Ratio mirabilis diuinæ prouidentiæ in tribulatione tollerorum.* — Gen. 37. — a Hom.16. — 9. — 10. — *Tribulatio Mariæ ad gloriam Dei.* — *Simile.* — Psalm.104.19. — Philip.1.20. — Luc.1.46.]

via sancti; quod significanter admodum scripsit ad captiuos Ieremias, *Statue tibi speculam, pone tibi amaritudinem, dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti: consuelate, que vas derecha al cielo alma affligida.* Quod si minus credis, aspice signa, quæ in via excitari solent. Et quæ signa sunt ista? *Zuiinim* lapides altiores, vel speculatores, vel Episcopi: *piedras altas puestas a trechos, hombres altos, que el vulgato llamò episcopos:* ne viatores iter errare contingat, si nitte tectum sit. Ideo D. Iacobus viam arripientes admonet, *Exemplum accipite fratres, exitus mali, laboris, & patientiæ, Prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini.* nolite frangi animis; in aduersis grauiora sustinuerunt ab iniquis, qui vos præcesserunt; *pone tibi amaritudines.* Ieremiæ probra, flagella, carceres, Michææ alapam, & vincula, Naboth lapides, Isaiæ serram (vt ait Hieronymus [a]) Eliæ paupertatem, exilium, & aliorum, qui in aduersis forti, & æquo animo perstiterunt, Ioseph, Daniel leonibus expositus, & tres pueri voracissimis flammis adiudicati, & lectissima inter fœminas Maria amaritudine plena, & denique Deus ipse, qui sine amaritudine, & passione summè patiens est. Hæc valde commouent exempla, & fortissimè vrgent. Vnde noua ratione venit interpretandus Ecclesiasticus, *Lingua tertia multos commouit:* est enim intellectus veluti prima lingua, qui sua profert verba, & conceptus. Secunda verò est lingua oris. Tertia sunt exempla; & opera, & quos inconcussos lingua reliquerat, hæc vox, hæc lingua commouit; ideo Chrysostomus [b], *Cœli, id est, sancti enarrant gloriam Dei, non dicentes tantum, sed tacentes, & vita claritate in admirationem adducentes.* Itaque (vt ait Hieronymus [c]) Romani duces imitentur Camillos, Fabricios, &c. nos autem habemus propositi nostri principes Paulos, Antonios, Iulianos, Hilariones, Macharios, &c. *Constitue igitur cor tuum in viam rectam: alegrate, que bien vas, pues vas encontrando las cruzes, que te dixeron.* Ecce per eandem viam graditur Maria sanctissima, cùm ascenderet in templum.

Cap. 31. 21.

11. *Patientia sanctorum ducit nos ad vitam.*

Iacobi 5. 10.

Ierem. 31. 21.

2. Reg. 21.

a Lib. 15. in Isaiam in fine. 3. Reg. 17.

Cap. 28. 16.

Vis exempli narratur.

b Hom. 9. ad popul.

c Epist. 13. ad Paulinum.

12. *Et venerunt iter vnius diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos.* In hoc tam iusti, quam peccatores conueniunt, vt semel amissum Deum summa solicitudine perquirant, vt inuenire possint: videas enim peccatrices animas sic socordes, & incuriosas, sicut matronæ aliquæ cùm appensum collo pretiosum gerant monile, non considerant funiculum, ex quo pendet, vsu iam attritum, & attenuatum; at semel amisso quanta cum solertia, & sagacitate loca, vbi suspicantur deperiisse, inuestigant, atque perlustrant. Signum non leue prædestinationis est amissum Deum ob fragilitatem, citò, & praeproperè quæritare, & perquirere; subita est, & quasi instantanea ista inueniendi Deum solicitudo. à sponsa sumamus exemplum, *Coma capitis tui sicut purpura regis.* Quis vnquam vidit capillos purpureos? Doctor quidam putat agere de animalculo, quod *purpura* nomen sortitur, habet hoc singulare, vt opus sit vno ictu perimere; quamobrem ad depingendam improuisam mortem, & repentinam, *purpura* iuxta *lapidem* pingebatur: & fortè poëta id voluit significare, *purpuream animam vomit*, vno videlicet ictu gladij cum sanguine animam efflauit. Ita pariter animæ Deo dilectæ, quædam sunt quasi mystici pedes eius, aliæ quasi manus, quædam sicut capilli, qui etiamsi multimodè torquentur pectine, calamistro, vitta, hoc est, plusquam cæteri angustiati, & afflicti sunt: at tanti eos facit Deus, vt in capite, & quasi præcipuos, & dilectos in memoria gerat; & qui sunt isti? animi quidem non obstinati, non tardi, non inertes, sed qui vno ictu, vnico Dei impulsu, vna cogitatione, qua perspexerunt Deum amisisse, statim vt cognouerunt, pergunt, sicut Magdalena, & Saulus ad salutem quærendam. Ex mora autem damnatio facilè subsequi solet: nam ideo *purpura vno ictu lapidis perimenda est: sanguis enim per vniuersum corpus euanescit.* Sic etiam multæ conuersiones, quæ differuntur, & procrastinantur, euanescunt, & lethale signum est post cognitam Dei absentiam, & periculum amittendi in sempiternum, non vrgeri dolore, cura, & solicitudine inueniendi: nam dum isti honesto habitu, religiosa vita operiunt peccata, nec de perquirendo Deo agunt, lethale est. Sicut cùm quis punctim cæsus est ense, & alto vulnere confossus, ipse æstu furoris, & rixæ vbi acceperit, ignorat, sanguis, qui index esse solet, non effluit, chirurgus abest, vocatur medicus, qui ante omnia pulsus pertentat, inuenit languidos raros, est (inquit) sine dubio altum vulnus, scidit præcordia, sanguis ad interna refluxit, lethale vulnus est. Accipit stupidus peccator peccati vulnus, ipse nec cogitat, nec dolet; vnde venari possumus, an Deus absens sit ab illo? pertentate pulsum bonorum operum, languet ad quærendum Deum, rarus ad bona exercitia, tardus ad confessionem, lethali vulnere laborat sine dubio. *Fratres vosmetipsos tentate, si fortè Christus in vobis est: herida penetrante hay, el color, habito, mesura, y auctoridad no lo dizen, dizelo el pulso tardo, y languido en buscar à Dios.* Quare istos iam cum mortuis annumerate: *viui enim funus suum secum portant* (ait D. Cyprianus, & Ambrosius.) At ego (inquis) non sentio mortem istam, nec Dei abscessum ab anima. O nefas, immo hoc peius est, *& non cognouerunt parentes eius.* certus enim es peccasse; de gratia autem recuperata quis certus est? *Si venerit ad me, non videbo eum, & si abierit, non intelligam.* Sicut cùm ciuis graui oppressus morbo intra breue spatium efflat animam, & spiritus intercluditur; dubitant adstantes an sit deliquium, an vera mors, efflaueritne animam, annon? adhibetur speculum ori, & naribus, an halitu faciem speculi obducat, minimè verò, omnino interiit. O fratres, quis non formidat, an sub Christiano habitu Christus sit? *quod si Christus in vobis est: si toda via viue Christo en vuestras almas, su señal hay de esto? corpus quidem mortuum est: si empañais el espejo, si humillais, castigais esse cuerpo, si os enflaquece el cuidado de hauer perdido a Dios.*

Luc. 2. 44. *Deus & gratia sedulò & impensè quærendi.*

Simile.

Cant. 7. 5.

13. Plinius.

Languor animæ lethalis.

2. Cor. 13. 5.

Luc. 2. 43.

14. *Requirant* etiam solertissimè iusti Deum, cùm per desolationem abiisse sentiunt, *requirebant eum* multipliciter, sicut dicitur per Ecclesiasticum, *requirentes modos musicos.* Sicut cùm quis litteram, quam composuit, aptare vult lyræ, vt consonent nerui, & vox cantoris mille pertentat modos, hac illácque pulsat neruos, requirens qua possit ratione aptari, *si entra esta letra por aqui, o por alli.* Sic etiam ait B. noster Pater Ignatius [a], cùm quis siccitatem, & desolationem experitur, requirat non vnum modum, sed

Requirendi Deum solers & multiplex studium.

a In regulis de discernendis spiritibus.

ſed modos muſicos. abeſt diuina conſolatio, ieiunare opus erit; quod ſi non iuuat, flagris corpus afficiamus. nec ſic apparet, induat igitur cilicinam veſtem, nudo ſolo iaceat, & ſi hæc nil præſtant, auferantur omnia, aut heroicum actum aggrediatur: nec enim longe abeſt Deus à ſic quærentibus, & inueſtigantibus eum, & illud ſaltem obtinebimus, vt ſi hæc non iuuerint ad conſolationem, & obtinendam gratiæ deuotionem; at opportuna erunt ad adipiſcendam minori cum periculo gloriam æternam: ſicut cùm mercator locuples multas merces ad Indos inuehit, non vni onerariæ naui omnes, ſed alias merces graui, alias longæ, alias onerariæ naui commendat; vt ſi fortè turbo, aut procella diſſipauerit eas, aliquæ ſaltim merces appellant ad portum, quibus iacturam poſſit reſarcire. Sic ſalutem tuam non vni exercitio ſolùm, ſed multis committe; bona enim oratio, ſed fortè tepiditas perdet eam. bona eleemoſyna, habet tamen ventum contrarium inanem gloriam. bona corporis maceratio, habet tamen contrariam ſuperbiam ſecretam, ægritudinem, aut inſtabilitatem; oportebit igitur vario, & multiplici modo Deum requirere *inter cognatos, & notos*, indefeſſo labore, & ſolicitudine.

15. *Regreſſi ſunt.* Quanto dolore regreſſi ſint quærentes puerum, fatetur Virgo ſacerrima, *dolentes quærebamus te*: nam ſi externæ induſtriæ quærendi Deum, vacuæ ſunt interno dolore, fruſtrà (ô mi homo) impenduntur: nam, vt aiebat D. Baſilius [a], ad dulcedinem Chriſti, & præſentiam eius nequit peccator niſi per ſpinas doloris, & compunctionis peruenire. *Qui roſa delectantur, neque ſpinis ipſis, vnde flos ille prodiit, iniqui ſunt: no ſe enojan con las eſpinas de la roſa los galanes*; & quidam aiebat, *Roſarum amatoribus natura minutas illas ſpinas, quaſi quadam amatoria illectamenta iſti flori affixerit, vt ſtimulis illis, ægre contactum admittentibus, ad maius deſiderium colligentes prouocet*; nec diſſimile quid expertus Auguſtinus aiebat: *Semper doleat pœnitens, & de dolore gaudeat: alegreſe de verſe triſte, y ſi quiere à Chriſto como roſa alegreſe con las eſpinas*; ibi enim inuentus eſt à Moyſe, ibi à matre puriſſima, quæ inuentam gratiam non amiſit. Sed attende, vt maximè inter induſtrias externas, qualis eſt vna, memoriter actum contritionis percurrere, dolor in corde ſit, *dolentes quærebamus te*: nam, vt ait Beda [b], *acceptabile eſt Deo quidquid bono animo obtuleris, qui cor, & non ſubſtantiam penſat, & non quantum in eius ſacrificio, ſed ex quanto affectu offeratur, attendit.*

Luc. 2. 48. *Interno dolore quærendus Chriſtus.*
a Epiſt. 14. ad Liban.
Verba contritionis ne affectu & dolore vacua ſint.
b In Cant. D. Thom in Euang.

16. Quæſierunt quidem Chriſtum, & obuiam illi occurrerunt Iudæi, palmas, & ramos in manibus, & vocibus perſonantes; at tunc Chriſtus Dominus lacrymatur, non quia moriturus ibat, ſed quia vacuas omnino voces, & inanes cæremonias videbat, cùm & ipſi, qui inclamabant Hoſanna, ſtatim necem ei procuraturi erant: *quando el iua à offrecer ſu vida, hazian vn recebimiento ſin alma, vnos ramos ſin fruto, vnas veſtiduras ſin dueño, vnas voces ſin amor.* Quærendus eſt igitur cum amaritudine, & deteſtatione eorum, quæ Deum ab anima pepulerunt, *& quaſi faſciculus iſte myrrha dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur*, & quòd de interna, & vera pœnitentia loquatur, ipſe dicat ſponſus: *Sicut fragmen mali punici gena tua abſque eo quod intrinſecus latet: ſon vueſtras maxillas como de granada ſin la hermoſura, que no ſe vee*; placet enim Deo verecundia, & pudor, ac verba, quæ fatentur dolorem; quæ tamen cum dolore, qui non videtur, coniuncta ſunt. De quo dolore Cyprianus, *Omnia* (inquit) *ligata ſoluit, omnia clauſa reſerat, omnia aduerſa mitigat, omnia languida ſanat, omnia confuſa dilucidat, omnia fracta conſolidat, omnia mortua viuificat.*

Cant. 1. 13.
Cant. 4. 1.

17. *Inuenerunt illum in medio Doctorum.* Vbi enim inueniendum erat candelabrum aureum, niſi in medio candelabrorum? Lucifer iſte, & ſtella ex Iacob reſplendet, ibi inueniendus eſt in templo, & in medio Doctorum, cùm eos conſulitis, cùm eorum verba, & conciones auditis: nam licèt iniqui ſint, vt fortè erant iſti, at Chriſtus Dominus ibi ſicut ſtella in medio nebulæ apparere voluit; nam & ipſis incumbit deuios, & errantes in viam reducere, & vobis eorum verba excipere, & operi mandare: nam, vt ait Clemens Alexandrinus, *pertinet hæc cura, & diligentia ad perfectos, & iuſtos viros, & iis inſuper incumbit, qui curam animarum habent.* quæ cura Prælatorum adumbrata videtur in Iacob, & Eſau: præuiderat enim frater Iacob Eſau à Deo deuiaturum, cui ſtatim cura incubuit tenendi plantam manu, vt inde iam intelligerent pij, & iuſti viri proprium munus eſſe impiorum greſſus dirigere. Vnde D. Paulus aberrantes Hebræos dirigens admonet, *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum, contemplantes, ne quis deſit gratiæ Dei*, hoc eſt, & vos adeſſe volo, & alios ad viam trahere deſidero; vbi Chryſoſtomus: *Sic* (ait) *cum eis loquitur, quaſi in numeroſo comitatu viatorum longa itinera permearet, & diceret: Attendite vobis, ne quis veſtrûm remaneat, & in latronum manus deueniat.* Et licèt dirigendi cura omnibus incumbat, maximè Prælatis, & Doctoribus, exemplo boni paſtoris, qui inuentam ouem humeris impoſuit: hoc enim ſignificat pallium Pontificale ex lana agnina confectum, quod Archiepiſcopi geſtant (vt obſeruauit Iſidorus Peluſiota [a],) leniter enim debent ſic errantes ſuſcipere, dirigereque, vt de Paſtore optimo erga Magdalenam Bernardus [b] proloquitur. *O quam leni, & dulciſſimo ſpiritu imbutus eſt ſpiritus illius, qui nouit in ſpiritu lenitatis peccantem inſtruere, ſuſpendere vindictam, & affectuoſis viſceribus inuiſcerare ſibi peccatorem, donec vita reddatur:* nec enim ſine cauſa permiſit Deus, vt duo Hyerarchæ, & Doctores veteris, & nouæ legis, Aaron, & Petrus, grauiter offenderent, vt mitiùs ſe gererent erga errantes, & ad Chriſtum reducerent; meritò igitur dicitur ſponſæ, *Paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum*; hædi enim multùm vagantur, & errant, at paſtoribus multùm incumbit ad caulas referre.

Luc. 2. 46.
Apoc. 1.
Prælatorum eſt errantes in viam reducere.
Gen. 25.
Heb. 12. 14.
a Lib. 1. ep. 136.
b Serm. de S. Maria Magdalena.
18.
Ioan. 1.
Cant. 1. 8.

Inuenerunt illum. Tanta eſt huius manifeſtationis lætitia, ſplendor tantus, ſtella iſta in illa, quam præmiſimus, tot retrò ſæculis fuerit adumbrata. Notat, & rogat D. Thomas, quare Ioſeph per 23. annos inſcio parente in Ægypto nunquam per litteras, vel nuntios aliquid de ſe patri ſignificauit, etiam ex quo per nouem annos fuerat ſublimatus à Pharaone; cùm tamen bene

Quare diu latere voluit Ioſeph.

bene sciret mœstitiam patris: nam expectabat tempus ordinatum à Deo, vt domui parentis prouideret, ad quod missus fuerat à Deo: ne etiam proderet crimen fratrum, vel inuidiæ eorum locum daret, qua possent adhuc aliquid contra ipsum machinari. Tertiò prouidit rationabiliter tempus aptius suæ honorificæ, & salubri reuelationi, tempus scilicet, in quo fratres sui necessitate pressi impellerentur (ipsis inscijs) venire ad eum; vt tu inde colligas quanta perfusa fuerit lætitia Virgo lectissima in tali filij manifestatione.

19. Et quid ipse respondet? *Nesciebatis, quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse?* Origenes [a], Epiphanius [b], Augustinus [c], Euthymius, & Hugo negotia patris interpretantur *templum*, & domum eius: *que era menester buscarme en otra parte, si no en la casa de mi Padre.* quam enim alteram domum vestræ præponerem? in quo admonet diuina negotia omnibus prophanis negotiis præhabenda: vita enim hominum agitur in obediendo Deo, immo vitam posthabeat necesse est, qui obedit Deo. Vnde non vacat mysterio locus, in quo sacrificium filij iniungitur Abrahamo; nam in terra visionis apparuit Deus Abrahamo, & ait: *Noli timere Abraham, protector tuus ego sum, & merces tua magna nimis: mio eres, y tu galardon sera grande: Domine Deus quid dabis mihi, ego vadam absque liberis: que premio me dareis, pues hijos no me dais?* Certè non percepit seriem verborum Patriarcha, aiebat enim Deus, *ego protector tuus, & ego ipse merces tua ero magna nimis*: ille verò separabat vnum ab alio, atque adeò filios anteponebat omni alteri mercedi, immo & Deo ipsi. Quare cùm Deus filium concessit, non sine scrupulo mansit (vt ita loquar) Abrahamum filios potius æstimare, quàm Deum protectorem; & sic quasi scrupulus diu per triginta annos in diuino pectore mansit, post quod tempus filium, quem dederat, sic exigit; *Abraham, Abraham,* quasi ingeminando nomen dicat, te alloquor, te parentem pueri, *tolle filium tuum,*
20. *&c. super vnum montium, quem monstrauero tibi,* ibi nempe, vbi apparens dixi protectorem tuum futurum, & ibi, vbi iniectus est mihi scrupulus, offeras filium, nunc cognoscam, vel cognoscere vos faciam me omnibus rebus præponere oportere, *nunc cognoui quòd timeas Deum*, non quòd antè non nouerim quid in corde tuo sit, sed vt vos noueritis, quàm delicatus, & zelator sit Deus vester: quod cùm probè nosset Christus Dominus, apertè Patris anteferri docet præceptum Patri, & matri sanctissimæ: *nesciebatis, &c.*

Luc. 2. 49.
a Hom. 10.
b Hæresi 30.
c Serm. 1.
Dei negotia omnibus anteferenda.
Gen. 15. 1.
Gen. 22. 2.
Ibid. 12.

21. *Et erat subditus illis.* Hæc summa omnium est, quæ gessisse Redemptorem putare possumus, & hoc vno verbo pueri sanctissimi virtutes, & exempla complexus est, quibus gratia crescere coram Deo, & hominibus videbatur: illud autem *erat*, perseuerantiam obedientiæ eius mirificè declarat: præcipuè autem si his addis, quod in eodem Luca Græcè denotatum est. nam post Baptismi narrationem, statim subdit hæc verba: *Ipse Iesus erat incipiens, quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph*; quæ verba si Græcè legas, loco verbi *incipiens*, inuenies ἀρχόμενος, quod etiam *obtemperare* significat, & sensus est expeditior, & sine difficultatibus, quibus sese implicuerunt multi interpretes; *adhuc erat obtemperans cùm triginta esset annorum, & adhuc erat locus existimandi filium esse Ioseph.* Quid hoc sanctitatis magister, quorsum tot annis in schola obedientiæ moraris? quare non etiam aliarum virtutum nobis documenta proponis, sola contentus obedientia? ideo nempe, quia (vt ait Gregorius) obedientia, & virtutes omnes in animum inserit, insertásque custodit, & vna cùm sit, omnes virtutes complectitur; quod facilè ex facto Abrahami, quem modò considerauimus, probari potest, de quo cùm Iacobus asserat ex operibus iustificatum, & assignet, qualia fuerunt ea opera, vnicum profert sacrificium, quod non fuit plura opera, sed vnum dumtaxat, & priuatum, seorsimque perpetratum. cui dubitationi illud respondetur, & obedientiam vnum esse sacrificium, sed quod præstat omnibus (vt idem Gregorius obseruat.) & præterea obedientia perfecta multiplex est, & instar multorum actuum apud Deum reputatur, & qui victor euadit, non vnam, sed plurimas loquetur victorias (vt ait Salomon.) Prouer. 21. nam sola obedientia aliarum virtutum gloriis potitur, ideoque obediens anima trophæis plena, & spoliis, armísque munitæ turri comparatur. *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea.* Cant. 4. 4. Quid collum, nisi obedientiam significat? (ait Origenes [a], & Theodoretus [b]) quæ aliarum virtutum triumphis coronatur, & decoratur. Vnde dixit, *collum tuum sicut monilia.* & D. Bernardus [c] addit: *Solet ornari collum monilibus, non ipsis comparari, sed illa faciant, quibus, quia de proprio non inest decor, aliunde necesse est vnde se speciosas mentiantur: nam sponsæ collum ita in seipso formosum est,*
vt extrinsecus non requirat ornatum: in tantum, vt 22.
ipsorum quoque, quæ ad ornatum quæruntur, monilium possit adæquare nitorem; ideoque de Saluatoris infantia, pueritia, & iuuentute nihil aliud disquirendum est, quam obsecundasse parentibus; inde summa virtutum colligitur, ibi & schola sanctitatis. Quare Euangelistæ nihil amplius referunt, quàm obtemperasse parentibus, in hoc natus est, in hoc vitam insumpsit, & annos, *factus obediens vsque ad mortem.* Philip. 2. 8. inde etiam eius eximia gloria manauit, qua apud Deum, & homines crescere videbatur, non quòd habitus ipse sapientiæ augmentum in se acciperet, sed quòd in dies sapientiora verba, & opera proferret: verba enim, & opera sapientiam vocat Euangelista, *& ætate* coniunxit Euangelista sapientiæ ætatem, vt significaret Christum per ætatis incrementum sapientiam, qua præditus erat, protulisse, & in ea exteriùs profecisse. *& gratia*, non quòd sanctior, aut gratior progressu temporis factus fuerit, qui ab exordio incarnationis plenus gratia erat, sed quòd per ætatis incrementa perfectioribus gratiæ & sanctitatis operibus incubuerit: quamuis enim quoduis opus, & verbum Christi ratione personæ operantis esset æqualis sanctitatis; non tamen ratione ipsius operis & verbi: gratius enim fuit ratione operis ieiunium quadraginta dierum, quam vnius tantùm. Gratiam autem in sacra Scriptura, sicut & sapientiam, accipi pro dictis, & operibus, quæ ex gratia emanant, frequens est. *Diffusa est gratia in labiis tuis.* Psal. 44. 3. *Verba oris sapientis gratia.* Eccli. 10. *Volens gratiam præstare Iudæis*, Act. 24. apud Deum, & apud homines: apud Deum quidem, quia

Luc. 2. 51.
Cap. 3. 23.
Christi obedientia ad trigesimum annum.
a Lib. duarũ hom. in Cãt.
b Ad illa verba, *collum tuum sicut monilia.*
c Ser. 41. in Cant.
Quo sensu dicitur Christus creuisse in gratia.

erat augmentum & profectus, non solùm in apparentia respectu hominum, sed reipsa apud Deum.

VERBVM SPIRITVS sancti. Rom. 11. v. 33.

O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei.

In Ioseph Christi typo suam sapientiam mirificè commendat, quæ ex tribulatione, absentia sua, & peccato immensa animarum lucra elicit.

DISCVRSVS XXX.

1. QVOD iustorum animos in summam rapuit admirationem, & quod vt dictu mirabile exclamantis voce Paulus, & admiratione perculsus præfatus est. *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.* hoc tibi ex typo Ioseph, immo & Christi Domini diuinum Verbum orditur explicare. Sit nempe Deus tam sapiens, támque callidus medicus, vt sanet animam non solùm ad illam veniens, sed ab illa recedens? vt non solùm sanet sanitate, & vitam donet vita, sed vt summus medicus semper victor euadat, & ægritudine sanet, & morte viuificet? & cùm infinitum, & extremum malum sit eius ab anima vel ad instans absentia, vel per infidelitatem, vel culpam inde præstantissimum bonum faciat, præsentiam nempe sui possessionem, & perseuerantem affectum. Ita est (inquit Nazianzenus[a]) & maximè in absentia Ioseph, & Christi obseruare oportet: *diuina enim sapientia magnarum rerum fundamenta iacit, ac contraria per contraria procurare nouit, vt maiorem sui admirationem mortalibus excitet. Hac est sapientia illa, quæ Iosephum fratrum scelere, atque iniuria venalem in Ægyptum duxit, & in fœmina explorauit, & in frumenti largitate nobilitauit, & per insomnia erudiuit, vt in extera regione fidem, & auctoritatem obtineret, atque à Pharaone honore afficeretur*; nec voluit in dubium verti hanc esse Dei sapientiam, & prouidentiam, licèt tectam, & occultam, ideo ait, *Aperi mihi amica mea, columba mea; quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium*; hoc est, ne dubites dare locum, & aditum saluti, & medico. licèt enim cogitationes meæ intortæ videantur, & capilli subtiliores, & nocte, ac tenebris obducantur, & difficiles sint cognitu; certa tamen debes esse tibi, plenas esse rore, pietate, misericordia, & cælesti medicamine: & sicut certi sumus dæmonem semper contraria tibi meditari (vt aiebat Paulus) *scimus cogitationes eius*; sic tu pariter scire debes cogitationes meas semper tibi pacis esse, & salutis, vt in præsentiarum videre libet.

2. *Remansit puer Iesus*, &c. Sapientissimè, altóque consilio fit, vt Deus à suis etiam familiaribus absens fiat, & bonorum suorum communicationem subtrahat: statim enim (inquit Augustinus) liber nobis insigne lucrum animarum expectare: est enim Deus (vt ait Chrysostomus) sicut sol, *qui assumit inferiorum corruptiones, vt noua generet*, & nox ipsa, quæ per eius absentiam fit, vtilia nobis affert quàm maxima; sed ad hæc æstimanda sapientia opus est, vnde bene patientia *sanctorum scientia* dicitur, vt notauit Bernardus[a], & statuit Sapiens ipse[b], *Multa prudentia vir tolerans est, intolerans validus stultitia.* &[c], *Doctrina viri per patientiam noscitur.* Vnde Tertullianus[d] insipientiam pariter, & impatientiam Philosophis exprobrat. *Tam falsa* (inquit) *illis patientia, quàm sapientia fuit.* Quòd si exempla quærimus, sanctorum Parens prodeat, de quo Sapientia ipsa testatur, *Hac in filij misericordia fortem custodiuit.* hoc est, patientem ne viscera eius nimis commouerentur, quominus alacri animo filium immolaret. Vnde

3. Origenes[e] notat Rebeccam non à Bathuele ornatam fuisse, sed à famulo Abrahæ; interpretatur enim patientia. *hæc autem non de auro barbari, & imperiti ornatur, sed de domo Abrahæ requirit monilia, quia sapientia de domo sapientis ornatur.* Philo[f] etiam notauit vidisse Abimelec regem Palæstinorum per fenestram (Isaac, hoc est, risum) iocantem *cum Rebecca*, quæ dicitur patientia; *is Isaac, qui risus interpretatur, ac lætitia, quam conuenit ludere cum tolerantia:* nam gaudium in brachiis patientiæ reperitur, inuicem sese amplectuntur, alternisque ludunt vicibus; immo ludum istum Deus ipse inspectatur (vt ait Clemens Alexandrinus[g].) *O prudentem ludum, ac disciplinam, risus à tolerantia adiuuatur; rex autem, qui considerat ludum, est supramundana sapientia, qua considerat mysterium: solo entiende este disfraz, y juego el que es verdaderamente sabio.* Itaque vbi tribulatio est, ludus est, risus, & gaudium; immo *omne gaudium*, (vt aiebat D. Iacobus:) *fiesta de quatro capas es la tribulacion.* nam quasi per ludum (ait Bonauentura) vult Deus filium morosum, & subtristem, & qui à matre fugit ad famulos, vel ad nutricem, curat vt vnus è famulis personatus horribili specie illum terreat, vt his terriculis confugiat ad matrem: peccator enim, vtpote insipiens, ignorat bonum tolerantiæ, & hos ludos non percipit. *Recede à nobis Domine, scientiam viarum tuarum nolumus: no queremos tanta sabiduria.* Vocat igitur Deus ægritudinem, quam infert illi fœminæ, quam diligebat ignorans iuuenis, quo fit, vt discat per laborem, & terrorem, quod ignorabat in risu.

4. Quamobrem etiamsi Deus absens esse videatur, ipse tamen nostris adest laboribus, & spectator est nostræ tentationis, quasi festi sibi gratissimi. Notauit hoc Dauid in Psalmo 54. 3. vbi inquit, *Contristatus sum in exercitatione mea: la tribulacion mia es lucha, escaramuza, y torneo. passionem malorum hominum* exercitationem suam vocat; me itaque Deus in theatrum vocat, & ad hoc mihi seruat Saulem, & suos: nam quorsum viuerent isti? *omnis malus aut ideo viuit, vt corrigatur, aut ideo viuit, vt per ipsum bonus exerceatur.* Itaque seruatur, vel vt conuertatur, vel vt exerceat iustum. quibus duobus maximè oblectantur cælestes beati; nam Veritas dicit, *Gaudium est in cælo coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.* in quæ verba subdit Tertullianus[h], qui gratulatur iusto, & bono

Marginalia: Rom. 11. 33. — *Mirabilis Dei sapientia dum contrariis animam sanat.* — SVMMA ET PARTITIO DISCVRSVS. — a Orat. 18. — *Sapientia Dei.* — Cant. 5. 2. — Luc. 2. 43. *Etiam ex sui absentia, bona nobis elicit Deus.* — a Serm. in illa verba Ecclesiastici, *Iustum deduxit*, &c. — b Prou. 14. 7. — c Prou. 19. 11. — d Lib. de patientia. — Sap. 10. 5. — e Hom. 10. in Gen. Brixianus hic. — f Lib. de plant. Noë. Gen. 26. — g 1. Pædag. cap. 5. — *Vbi tribulatio ludus Deo agitur.* — *Tribulatio spectaculum Deo gratissimum.* — Luc. 15. 7. — h De pœnitentia c. 4.

Digitized by Google

bono esse animo iubet pœnitentem. *Heus tu peccator, bono animo sis, vides vbi de tuo reditu gaudeatur.* Exaggerat hoc Augustini obseruatio. Sic Deus oblectatur tribulationibus animæ iustæ, vt cùm sit peccatum, quod infinitè odit, non sic eius acerbitas odiosa, & infensa sit, ac est grata patientia, & vexatio iustorum; quare dum audis Deum vitam Pharaoni seruasse, non quia conuersionem eius speraret, sed quia populum ab illo vexatum videre mirificè delectabat:
Rom. 9.17. *idcirco posui te*, vel, vt legit D.Paulus, *excitaui te*; Septuaginta, *seruatus es*. Seruaui te (inquit Ambrosius) quia homini meritissimo mortis perinde erat seruare viuum, ac excitare illum mortuum; igitur seruaui te, vt excitarem, & prouocarem quasi truculentam feram, & taurum aduersùs populum meum: *y por interes de esse gusto te he hecho gracia de la vida, y como resucitado de merecida muerte.* Et dum absentem
5. putas à ludo, ipse amicis suis ostendit se spectatorem esse. Exodi 3. 9. ait ad Moysem: *Vidi afflictionem populi mei, & clamorem eius audiui propter duritiem eorum, qui præsunt operibus, & sciens dolorem eius descendi, vt liberem eum.* Annotauit Caietanus omnia obseruasse Deum, *& voces, & crudelitatem, & dolorem*; & post hæc ait, *& descendi: ya tratò de baxar.* Quæ tarditas est ista Domine? videris pasci velle opprobriis nostris, & saturari spectaculo tribulatorum; nónne satius erat subitò distringere ensem, sicut Abra-
Gen. 14. ham, vt afflictum consanguineum liberet. Minimè (ait) nunc audiamus voces, gustemus duritiem tyranni, regustemus laborem eorum, *videns vidi*, Hebraicè, *dexadme estar saboreando en esto.* Auctor Catenæ in Exod. *omnino vidi*, quasi Deo dignum spectaculum. Ob hoc igitur
Iob 1.6. (ait Chrysostomus) dicitur, *Animam illius serua: mira que tengo yo acotado la vida de este hombre para vna gran fiesta*; sunt enim ærumnæ, & tribulationes iustorum Dei spectacula, & comœdiæ: igitur torque illum paulatim, ita vt taurum non perimas, ita vt actio duret; *si enim de medio eum sustuleris, theatrum nobis non plaudet amplius.* Et ipse Iob calluisse videtur Deum velle diutius remorare exitum laboris sui: nam impe-
Iob 13.27. diebat illum, *Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti*; vbi Septuaginta vertunt, *in impedimento: estorbauades me peraque durasse la fiesta.*

6. *Glorian dum in tribulatione.*
Prodeat nunc in theatrum Rachel pulcherrima, cuius Ioseph raptus in Ægyptum Deo gratissimum dedit spectaculum, qui ita in tribulatione sua gloriabatur, vt dum fratres, qui ipsum vendiderant, honorifico exciperet conuiuio, nullū malum pro malis reddiderit. cuius rei ra-
a Lib. de Ioseph. tionem affert Philo [a]. *Adeò* (inquit) *pœnam ab eis abstinuit, vt tanquam benemeritis daret munera, reddito pretio, quasi eo vellet soluere beneficium persecutionis.* Simile quid de matre eius legimus *Ieremiæ* 31. quem locum mysticè de in-
Cap. 2.18. nocentibus intelligit D. Matthæus: *Vox in Ramah audita est, ploratus, & vlulatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari; quia non sunt.* vbi Hilarius [b], Rachel (inquit) ty-
b Can. 1. in Matth. pum Ecclesiæ gerit, in occisione autem filiorum noluit consolari; quia non sunt. quia (vt ait E-
c Serm. de Innocent. missenus [c]) *quamuis multùm de filiorum fletum mece lugeat, consolationes non recipit*; quia non sunt in tali euentu dandæ, vel suscipiendæ *consolationes, quia vbi gloria vincit lacrymas, & passiones, ibi consolatio necessaria non est. nec erant mortui qui reputabantur mortui*, inquit Hilarius, & Chrysostomus, *plangit affectus, sed fides exultat.*

Et in quo exultat Rachel, & anima sancta? 7.
scit enim etiamsi Deus modò gaudeat, & oblectetur tribulatione dilectæ suæ; tamen ludum esse, & finem habiturum lætissimum, & faustissimum: nam omnia momenta ponderauit, & præsignato tempore veniet Saulus. Nulla maior ars, vel cura alicuius comici, & histrionis est, quàm vt interloquentes non nimia celeritate properent, præueniant alios, vel in aliorum dicta prosiliant, sed suo quisque tempore proloquatur; quare videas eum, qui principem agit, vel matronam, diu silere, aliorum dicta attentè excipiendo: at vbi verbum audiunt, quo illis datur facultas dicendi *, prærumpunt silentium, & præmeditata effundunt. Hæc diuina est prouidentia, hæc cura diuini ingenij, vt omnes iusti, qui hanc comœdiam Christianam peragunt, taciti sint, & quieti, atque patientes: at verò signato tempore en tibi educit illos de silentio ad verba, de tenebris ad lucem, de tribulatione ad gloriam. Vide Iosephum quanto silentio præstolabatur Dei verbum, dum licenter loquebantur, qui eum persecuti sunt. *In seruum venundatus est Ioseph.* ecce venditur, sed tacet, *humiliauerunt in compedibus pedes eius, (animam eius.)* iam vincitur in carcere, sed tacet, iam accusatur à fœmina, sed tacet; quousque tandem tacebit? *donec veniret verbum eius: basta que le dieron el pie.* tunc enim liberè locutus est, *Misit rex, & soluit eum princeps prouinciarum, & dimisit eum.* Sileas etiam tu iuuenis, ne anteuertas Dei prouidentiam, expecta sortem tuam à Deo; & tu Virgo ne præmatura velis electione statum vitæ arripere, expecta verbum tuum; tace etiam tu, qui in dolore, & squalore iaces, habes ab auctore præscripta verba, & donec ipse velit, frustrà in alienam sortem transilis: *callad, no atropelleis los dichos, ni os entreis en dicho ageno, esperad à Dios.* sicut fecisse Virginem legimus, in qua primum documentum habemus, qua ratione post tribulationem Deum quærere, & inuenire oporteat.

Longanima expectatio in tribulatione vsque ad tempus opportunum.

* Vulgo dicitur: *quando le dan el pie, que es la vltima palabra.*

Psal. 104.7.

Ibid. 20.

Ad statum & vitæ genus nemo anteuertat Dei electionem.

Remansit puer Iesus in Hierusalem. Dulcis il- 8.
le puer, quem amplius, quàm seipsos diligebant, aspero casu matrem probauit: quæ est enim mater, quæ aliquando etiam dilectissimum filiolum non alapa percutiat? igitur desolatam reliquit matrem puer, & hac breui absentia, etiamsi leuiter, spirituali consolatione priuauit innocentissimam Mariam.

Luc. 2. 43.

Breui desolatione matrem exercuit.

Nam etiamsi velimus aliquam illi culpam adhæsisse, non inueniemus: amisit enim eum non sola, nec quia domo egressa est, nam pariter omnes ascendebant; *ascendentibus illis in Hierusalem: que iuan al templo, que es la mas segura Iornada de vna muger*; nunc verò securiùs reputant domi se continere, quia sacella domi habent. placet quod Prælatis non displicet, sed quid Deo magis gratum sit, hodiernum exemplum satis, supérque manifestat: nónne satius esset eas Deum visitare, quàm visitari? assignant circunspectioni, & honestati, ita est, si hanc honestam domi manendi causam non temerassent prophanis post prandium visitationibus fœminarum non solùm, sed & hominum.

Parcè vtendum domesticis sacellis.

quæ magis abſcondita virgo, quàm Dei mater? quæ meliori presbytero vtebatur ad ſacra, Deo nempe ſummo Pontifice? nihilominus tamen, quia Deo ipſi gratius putauit, aſcendit Hieroſolymam.

9. At ſaltem (dices) eximi non poterit culpa, quia negligens fuit in cuſtodiendo tam pretioſo theſauro. Verùm extra culpam eſt mater, quæ filium à puero obedientiſſimum erat experta, támque pulchellum, tam præſigni facie, modeſtiſſimum, & ſuauiſſimum, vt ab omnibus diligeretur; quapropter mater ne nimio zelo affecta videretur, habebat aliquando pro derelicto, vt omnes eius ſapientia, & verbis fruerentur, & hoc eſt, quod ait Euangeliſta, *Existimantes eſſe in comitatu, vendrà acompañado de los que ſuelen rodearle admirados de ſu gracia, y belleza.* Præterea etiam ibi amiſit, vbi potiùs inueniri debuerat: ſic enim pia mater erudiebat puerum, quaſi indigeret hac eruditione, vt parentes ſuo exemplo hortaretur ad erudiendos, & educandos filios in Dei obſequio. quod vos ô inertiſſimi parentes minimè præſtatis: à pueritia enim imbibunt prauos mores, quos vix extrudere, & eradicare valetis. Refert Prudentius [a], cùm B. Romanus multa de Chriſto, & lege eius dixiſſet, & quaſi arbitrum iuſſiſſet aduocari paruulum, cui fides ſapientiam dederat, promiſit ſe ſtaturum verbis, & ſententiæ pueri (quod nunc temporis non auderem à pueris veſtris interrogare: nam ſic malè apud vos eruditi ſunt, vt prima verba, quæ efferre norunt, obſcœna ſint, & turpia.) aduocatur igitur paulo antè ablactatus puer, & rogatus de vero Deo, & vt ſententiam inter Deos, & Chriſtum ferret, ſubridens dixit, Chriſtum vnicum Deum eſſe. Expauit tyrannus, & à quo hæc didiciſſet rogauit. Reſpondit ille, *Mater, & matri Deus, ſpiritum docta imbibit cùm me inter ipſa paſceret cunabula, ego vt gemellus vberum de fontibus lac paruus hauſi Chriſtum.* Sic Virgo à Deo docta in templum ducit filium, vbi non perdere, ſed lucrari putabat.

Subtrahebat ſe à filio mater, vt non nimio zelo amore, ſed nobis educare videretur.

Luc. 2. 44.

a In vita ſancti Romani Martyris.

10.

11. Sed cùm à templo per diuerſam viam in eumdem locum conuenere parentes auidi ambo videndi puerum, vide quàm ſubitò dolore perculſi ſeipſos interrogant, *& Puer?* & Puer? non tecum ducebatur, non tu deducebas? en columba candida quaſi ſubito ſclopi ictu percuſſa languet, palpitat cor, viſcera conturbantur, Ioſeph pariter commouetur, ambóque repetunt per contubernia, cognatos, & hoſpitia quæritantes: *quærebant eum inter cognatos, & notos, & non inuenientes;* ſed minimè inuenerunt: ſolos enim Chriſtus parentes reputat, qui diuinæ addicti ſunt voluntati, in quo Chriſto ſimillimi, & conſanguinei ſunt: ipſe enim ſanguinem ſuum nutriebat cibo diuinæ voluntatis. Quis celeritatem, ſedulitatem, & ſolicitudinem ceruæ huius, & damulæ contempletur? quibus verbis rogaret de puero, omniúmque corda pia miſericordia frangebantur? hîc iam mœrore conficiuntur, dolore transfixis mortifero cordibus longo tempore lingua tacebat, hæréníque affectum exprimere non valebat, ſtans Ioſeph premit manus, dum cor dolore comprimitur, & intentis in cælum oculis dulciſſima verba, imo pectore meditabatur. Sol ſplendidiſſime, vbi meridiano ſplendore affulges, vbinam Lucifer ortus es? qui ſic tenebris obductos, ſepultóſque parentes reliquiſti? quæ te opaca nubes potuit à noſtris oculis eripere? quæ ora, quæ plagæ terrarum potuerunt à nobis diuidere? ſi abſentiam meditabaris, nonne me in tui cuſtodiam dederam quocumque diſcrimine ſubeundo, qui tecum in Ægyptum excurrit, quod iter, quod facinus tecum non aggrederetur? certè nudis pedibus ſanguine madentibus, & genibus terræ fixis te in quamlibet mundi partem conſectatus fuiſſem, quòd ſi pœnam ſuſtineo culpæ, ſit, obſecro, hac lucis viura defungi, qui luce animæ meæ orbari merui. En ex alia parte ſedentem matrem ſanctiſſimam quaſi columbam ictu perculſam demiſſis oculis in vulnere ſui cordis defixis, Maria Virgo, ciuitas Dei ſancta, vno tantummodo filio plenior, & opulentior Hieroſolyma, quæ multos alebat filios, *Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo?* vbi eſt filius ille tuus Domina? ille, qui in concipiendo ditauit, pariendo lætificauit, poſſidendo beatam effecit, & tui animi vera conſolatio fuit, ex diuinis illis oculis ſubitò lacrymæ profluxerunt, quæ faciem veſtémque rigabant, nec ſui compos videbatur, quæ cordis ſui theſaurum amiſerat; ille pulcer, illud deſiderium collium æternorum, ille ſplendor gloriæ à me diſceſſit? Puer dulciſſime, homo Deus, & tu filius meus, & ego orbata filio? ſplendor patris, fulgentiſſime iuſtitiæ ſol, quò tuos radios ſpargis, & Lunam tuam teterrimæ eclipſis tenebris ſuffuſam deſeris? iris gloriæ, decor cæli, patris ſpeculum, pariter & meum, vbi me aſpiciam deinceps, vbi poſſit cor meum lætitiam aliquam accipere? ſi meus tibi ancillaris famulatus demeritus eſt, ſi tui honoris intererat me tanto munere priuare, quare non etiam me vita mulctaſti temporanea, & non illa, quam tua beatiſſima præſentia diſpenſabat? quà, obſecro, ſeſe diffudit pelagus iſte gratiarum, & pulcritudinis? quis tuo exhilaratur vultu? éſtne aliquis, qui tua profundiſſima humilitate abutatur? commouet aliquis ſerenam, & quietam manſuetudinem? veneratur, colit, obſeruat quis nobiliſſimam tuam perſonam? *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie: reuertere, reuertere, ſimilis eſto capræ, hinnulóque ceruorum.* Fili num mei aliquando memor es? ad te ô ſumme parens, verba, pariter & lamenta conuerto; ancilla quippe ſum Domini, ſed quis ab ancilla euellat amorem filij? deferam ad te querelas meas: mare enim doloris, & angoris non niſi hoc pacto minuitur; & relidet pater, qui ſic dilexit mundum, ſic largè, & munificè filium dedit, nunc repentè, & è veſtigio eripuit? *Filij tui ſicut nouella oliuarum in circuitu menſæ tuæ.* Certè ego matris nomen non fui promerita, quæ tam citò filio orbata fui: quòd ſi transponere voluiſti arborem vitæ, dicito mihi vbi plantaſti, planctibus, & lacrymis ego rigabo, vinciam capillis ſic expreſsè, & anguſtè, vt nuſquam à me diuelli poſſit, *Tenui eum, nec dimittam.* Plorat, quæritat, concurſat, nemo gratum reſponſum dat: agite afflictæ, & tribulatæ animæ, ne deſpondeatis animum in medio afflictionis, videte Mariam, contemplamini patientem, ſedulitatem imitamini.

12. Thren. 1. 1.

13. Cant. 1. 5.

Pſal. 127. 3.

Cant. 3. 4.

14. *Remanſerat puer in templo*, vt primos ſuæ diuinitatis ſplendores emitteret in paterna domo, & neque aliter Doctores viſo illo ſtupebant, quàm Ægyptij conſpecto Nilo, cùm poſt longos

Mirabilis ſapientia Chriſti manifeſtatio.

Dolor Virginis de filio amiſſo.

Luc. 2. 44.

longos cursus sub terris erumpit, magnoque
Luc.2.47. aquarum impetu se campis infundit. *Sic stupebant omnes super prudentia, & responsis eius.* Veniam tamen ad eius in templo inuentionem. intrant vrbem, adeunt templum, lustrant oculis omnia, quæ sine paruulo parua omnia videntur, vbi ne

Pueri Iesu manifestatio in templo. Mariæ sanctissimæ.

es viuum Dei templum? post tres dies intrans acutam, claram, & intentam vocem pueri mater audit. *Vox dilecti mei loquitur*, accurrit ad eum. *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.*

Cant.7.10.

o que hallado? o que presa? mutuo se aspectu contuentur, & finita disputatione sicut ceruа hinnulum suum apprehensura accurrit.

15. Videte quàm blanda, quam mitissima verba dat in tribulatione posita, *fili*, verbum tali affectui germanum, quod vix inuenias aliàs dixisse *fili*, quasi amissi filij possessionem, celebrans nomen filij vsurpat: sicut cùm inuento monili aureo vos dicitis, meum est, ego amiseram. *Fili.* credendum est (nec inanis suspicio est, aut malitiosa coniectura) & rationi maximè proximum, cùm Virgo castissima sic se domi clausam continebat, à nemine, vel à paucis, maximè Hierosolymis, cognita erat: puero autem, qui videbant illum, millies multa bona imprecabantur, & Deum laudabant: latebat mater, cuius pulchritudinem ex filio, eius sanctitatem ex educatione coniectabant. Quid agat puer, pergit in vrbem, intrat Academiam, in qua multis se visendum præbet, vt cùm mater intraret, & dulci affectu concita diceret, *fili*, ille occasionem sumeret prodendi illam. En mater mea viri præclari, ipsa se pandit verbo, affectu, vultúque persimili. O qualia imprecari sunt matri talis filij; *bendita sea la Madre, que tal hijo tiene. Fili quid fecisti nobis sic?* verba sunt animæ, quæ post angorem & tribulationem Deum non omnino amisisse sentit, etiamsi ab illo afflictata sit. *Quid est, quod me quærebatis?* blanda quidem responsio tribulati animi, qui præ dolore in aliquam leuem desperationem ducitur, & exprobrat Dominus, dicens, *Modicæ fidei, quare dubitasti?* nescis quia omnia tibi cooperantur in bonum? etiamsi à meis absens fiam, maiora lucra offero, & gratiæ prouentus.

Cùm se Christus abscōdit, & manifestat, etiam matrē manifestauit.

Luc.2.48.

Mat.14.31.

16. Secundò per fidem etiam absens fieri solet Christus, cùm eò iniquitatis, & dementiæ deuenit anima, vel sine operibus fidem sustentare posse putet, vel malis actibus mereatur tanto cælesti dono priuari, vel denique ipsi vt licenter viuant, ipsum lumen, quod turpe viuendi genus arguit, extinguunt. Iam hoc comminatus Hierosolymæ Deus sub typo illius candelabri, quod Zachariæ præostensum est *cap. 4.* in quo lampas vna summa eminebat, in circuitu autem septem lampadibus cingebatur; scapus verò, seu stipes candelabri instar femoris erat vsque ad pedem, in quo stabat. Certum igitur est sicut lampas media, & summa Christum significat [a], sic septem lampades septem Ecclesiæ sunt ab illo illustratæ [b]. De primo locus apertus est Isaiæ [c], quem refert Cyrillus. *Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur, vt lumen, iustitia mea* (sic legit Doctor iste Græcus) *& salutare tuum vt lampas accendatur.* De secundo verò ipsum lumen loquitur [d]: *Ego veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.* quasi dicat, timete mortales, nec sat est in me credidisse, quòd si vestra opera Gentilibus simillima videro, migrabo hinc, vosque in tenebris relinquam; habeo enim pedes, nec more Gentium catenis constrictos: me etenim non catenæ continent, sed merita deuinciunt, & orationes iustorum obligant. Quis putaret non mansurum in perpetuum apud Iudæos, qui in vno templo omnem Dei cultum, & in vna arca omnes suas misericordias condidisse videbatur; at non vides alis Cherubinorum, & manibus sustineri astantium, & qui vix super altare ima pedū figebant? Hoc ipsum sex alæ vnius, & sex alæ alterius Cherubinorum apud Isaiam denotarunt: nam, vt philosophatur Clemens Alexandrinus [a], duodecim alis totidem signa, quæ in zona Zodiaci inspectantur, significari dicit, vt obstinatum, & ægrotantem populum moneret, etiamsi Dei maiestatem templo suo adesse, & omnia replere vident: at eius maiestatem Soli cælesti comparari, qui non vno signo contentus nunc ex hac domo in aliam migrat, & continuo cursu gyrat, & cursum peragit vniuersa lustrando: & sicut hodie a domo Virginis in domum Dei migrat; sic postea à templo ad Ecclesiam alteram nouo fidei splendore collustret. Quare si nox, error, horror occupat Septentrionem, ecce fides apud Indos inaudito nitore, & miraculorum splendore coruscat; quod clarè apud Ieremiam legimus, *Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est, &c. bonas facite vias vestras, & habitabo vobiscum in loco isto.* Vnde quando profligatissimi homines gubernabant, & seueritas diuina Hierosolymam pro meritis punire volebat, vox illa audita est, *Migremus hinc.*

Absentia Dei per fidem pertimescenda.

17.

a Lib. 5. stromat.

Fides sicut sol.

Cap.7.4.

18. Siste lumen animarum, quò pergis, quare deseris Ecclesias dilectas? vbi melius fides, quàm in antiqua sede moratur? Rectè rogasti, dicant Ecclesiæ parentes, quod maximè fidem pellit, & de medio tollit, & aliò migrare cogit, Petrus, & Iudas sibi inuicem accinentes: *Magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationémque contemnunt.* Et Iudas, *Similiter, & hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt: hechan manchas en su cuerpo dedia, y en medio de la luz de la fee, y este es el crimen.* Hoc autem hæreticum esse flagitium, aut ethnicum; ex verbo sequenti colligitur, etiamsi difficile: tegit enim lumen Ecclesiæ obscœnitates quantum potest. Petrus, *Coinquinationes, & maculæ delitiis affluentes, in conuiuiis suis luxuriantes.* Iudas, *Hi sunt in epulis suis maculæ conuiuantes, sine timore seipsos pascentes*; vbi quid sint *maculæ.* dicendum est, Pro quo nota cum nostro Turriano [b], maculæ nomine rugam interpretari S. Methodium Martyrem. Vtroque autem nomine *hæresis* nuncupatur: rugæ autem dicuntur absurda opera carnis, quæ instar sordium, & rugarum ita fœdant Ecclesiæ faciem, vt turpent, & deforment, Deique dissimilem efficiant, vt fornicatio, luxuria, ira, rixæ vocantur rugæ apud D. Paulum. Sed ne nomine *ruga* leuem aliquam rem putares, Græcè vocauit σπίλον, à trahendo cœno dictum, quo verbo vsus est D. Petrus in hoc loco in describendis fœdissimis, & spurcissimis hæreticis, siue hi Simoniani essent, vt quibusdam videtur, siue Carpocratiani, vt Clemens [c] sensit: quos enim

Quid maximè contrariatur fidei, & migrare cogat ad gentes.

2. Petri 2. 10.

Iudæ v.8.

2. Petr. 2. 13.

Iudæ v.12.

b De dogmaticis characteribus.

19.

c Strom. lib. 3.

a D. Hier. qui refert antiquos magistros.
b Cyr. Aug. hom.8. in Apoc. (si fortè opus illud Augustini est, & non potius Ticonii.)
c Cap. 62. 1.
d Ioan. 9. 39

enim B. Petrus, ob singularem turpitudinem, σπίλους, eosdem Iudas Apostolus, & ob easdem causas σπιλάδας appellauit, quem locum interpretans Clemens Alexandrinus: Hos (inquit) & alios similes (aiunt) conuenire ad cœnas, ac viros simul, ac fœminas post saturitatem remoto lumine misceri quomodolibet, & cum quibus; cùm igitur fideles sic peccant, quasi in lumine non essent, & Gentilium vitia turpissima apud se serpere sinunt, & quando amoto lumine peccant, tunc candelabrum, qui apud eundem Zachariam dominator dicitur, ad aliam regionem migrat; illam verò *sicut Sodomam, & Gomorrham, & finitimas ciuitates simili modo exfornicatas, & abeuntes post carnem alteram facis in exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes.* Iudæ v. 7.

20. Verùm vide Christi medici peritiam, & altitudinem sapientiæ, ex infidelitate, quænam bona putas in Ecclesias redundasse? mitto Iudæos, qui quasi aurum purgati sunt, mitto (inquit Chrysostomus [a]) Niniuitas, mitto Hebræorum populum, qui dum affligebantur quidem, & pellebantur, gemebant, & Deum inuocabant. *nam quid opus est antiqua, & prisca recensere? si quis enim nostra nunc discutiat, quantum sit tribulationis lucrum videbit: nunc enim pace potientes socidimus, & defluximus, & innumeris impleuimus malis Ecclesiam; cùm verò pellebamur, & modestiores, & humaniores eramus, & studiosi magis, & ad has conciones promptiores, & feruentiores ad audiendum.* quod quàm verum sit, dicant Angliæ Martyres præclarissimi, splendida fides, heroicæ virtutes, & Christiana religio, pietas, quæ in mediis tenebris, & sordibus purior, & vegetior euasit.

a Ad Popul. hom. 66. *Etiam ex lapsu fidei lucrum animarum elicit.*

21. Tertiò remanet Iesus, & fit absens per peccatum, infinitum malum, quod quis poterit denuntiare? aut quis valeat audire horrendum illud verbum Oseæ 5. 14. *Vadens reuertar ad locum meum, donec deficiatis.* Sed quia hæc Dei absentia corporalis non est, fugitque humanum sensum, diuersimode à Spiritu sancto declaratur. *Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir, qui derelinquit domum suam: el moverse un Padre de familias es como dexar el nido, y los hueuos un paxarillo.* &, *Dereliquit quasi leo vmbraculum suum; quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ.* nam dum leo in vmbraculo est, etiam dormiens formidinem incutit animantibus; at vbi dereliquit omnino sedem, omnibus sine terrore patet. Alij legunt, *migrauit rex ex arce sua.* pulchra quidem allusio ad regem victum, qui obsidionem timens, & vastationem vrbis impendentem videns per portam secretam palatij se subducit, vale dicto regno, palatio, coronæ; per fores tunc temporis quanto tumultu hostis intrat, compilat, diruit, comburit, deuastat? Ex his diuersis actibus vnam tristissimam depinge tragœdiam Dei ab anima recedentis.

Absentia Dei per peccatum. Prou. 27. 8. *Simile.* Ierem. 25. 38.

22. Quod ita graue malum est, vt secum diuina pietas non patiatur auctorem se vocare absentiæ, & malorum, quæ inde in animam deriuantur, etiam cùm clarè loquitur, dicens: *Ego vado*, non à seipso facit, sed cogitur (vt notauit Chrysostomus [b].) cùm enim milites comprehendere veniunt, ait Petro, qui vim eorum propellere vi, & gladio tentauerat: Siste Petre, *an putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum?* Domine, qui modò tuam ostentasti potentiam, quare non clare loqueris, possum vos ego ipse destruere: *atqui dicendo solùm, quem quæritis, reiecit eos retrorsum; quæ ergo gratia non dicis, non putatis, quia possum eos perdere, cùm id reipsa ostenderit:* at reiecit in Patrem, & Angelos vindictam, ne auctor videretur supplicij. Sicut & *Luc.* 13. 34. vt ibidem notauit Chrysostomus: *Quoties volui congregare filios tuos, &c.* & subdit pœnam Hierosolymæ, *Ecce relinquetur domus vestra deserta.* non dicit, *relinquam*, sed *relinquetur*, non addita *persona*, ne se auctorem faceret abscessus à Iudæis, sed quasi coactum fecisse; quod vno verbo Isaias expressit, *vt faciat opus suum, alienum opus eius.* hoc est, alienum reputat iram, & pœnam à præcipuo munere suo, quod exercere venit, nempe saluandi: nam (vt ait Hieronymus) etiamsi suum sit opus, alienum vocat, quod minus gratum, & quasi alienum à sua voluntate est, *alienum ab eo* vt puniat, *qui saluator est.* Quare ergo si abscessus iste non ex voluntate tua nascitur, sed quasi coactus migras, & deseris peccatorem, & in matre tua peccatum non est, quare, obsecro, illam deseris? Sanctus Chrysostomus respondet *Ioan.* 8. in illa verba: *Ego vado, & quæretis me.* hæc dixit, *vt eorum animos commoueat, atque perterreat.* Acuta quidem respondendi ratio, *vt perterreat animos*: nemo enim timet malum, quod ipse sibi infert, sed illud, quod ab alio potest inferri: vt ergo terreat peccatorem, deserit lectissimam matrem, vt cùm videat dolentem Virginem, de absentia filij discat dolere, & timeat ne propter sua crimina, à Deo deseri mereatur: videat mœrorem, vt ediscat mœrere, videat lacrymantem, vt discat plorare, videat effectum absentiæ Solis iustitiæ, vt caueat, ne peccatis à se repellat Deum. Vocauerat se Christus, *Ego flos campi*, Hebraicè, *flos saturitatis: flor de buen año, flor del sol, o tornasol*, vt quidam bene explicat; qui flos semper solem circunspicit, & in gyrum vertitur pari motu, & persimili forma; quare dum solem suum aspicit, quàm exultans videtur, & lætus: at cùm sol abscedit, quàm tristis & languidus. Erat purissima Virgo flos saturitatis, vere heliotropium, *flor del sol*, à filij sui aspectu nimiùm dependens, ita vt cùm dicitur de sancto Ioseph, *quod inuenit in vtero habentem de Spiritu sancto*, hoc mysterium significari, intelligatur. nempe Virginem à die desponsationis consuetam esse, Ioseph sponsum quasi caput suum aspicere, & revereri: at postquam concepit Verbum Dei, iam oculos non in Ioseph, sed in vterum suum coniiciebat, vultúmque ita in seipsa defigebat, vt Ioseph, ibi thesaurum esse, & solem iustitiæ suspicaretur, & hoc est, *inuenta est in vtero: algo diuino hay en este sacrosancto vientre.* Quali ergo putas tristitia affectum iri, cùm huic flori, huic matri, huic Virgini, huic nobilissimæ creaturæ suus sol, suus filius, suus sponsus, suus denique creator deficeret? à quo vita, & lætitia eius pendebat. Disce igitur quàm dolendum sit tibi, cùm propter peccata à te recesserit sol: *nam vt perterreat animos, hoc totum factum est: para pasmar el mundo con un eclipse de sol como este.*

Absentia Dei immensum malum.

b In illa verba, *Ego vado. Ioan.* 8. vbi ponderat verba Matth. 26. 53.

Ioan. 18. 4. Cap. 28. 21. 23. Cant. 2. 1.

24. Poteritne, rogas, tantum resarciri damnum? poterone licèt aliquo peracri remedio, Saluatoris præsentiam recuperare? Poteris sanè, si virgineum dolorem imiteris. *Dolentes quærebamus* te:

Præsentia Dei & gratia quo pacto recuperanda.

te: nam vbi culpa expulit de domo Deum, mœror, & amaritudo damnum istud resarciunt, & expiant, purgántque domum animæ. ita Gregorius a, *Qui culpas suas detestando loquitur, restat vt eas in amaritudine animæ loquatur; amaritudo præsentis pœnitentiæ extinguit supplicia præsentis ira.* Vis autem scire (inquit Chrysostomus b) vim huius doloris ad recuperandam gratiam, cogita priùs vim horribilem peccati. *Obsecro dilecte, cogita quomodo, & à quanto fastigio in tam profundum præcipitium deiecit eos diaboli consilium: nam tanta gloria dudum circundati, nunc folia ficus consuunt, & sibi succinctoria faciunt. Querido de mi alma mirad al rey vuestro Padre caer desde el trono sin passar por entre suelo hasta la summa desnudez, y miseria.* Quid poterit repentè in fastigium gloriæ referre? dolor vtique. Quare illa verba totius Trinitatis, quæ per irrisionem explicanda videntur *: *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est.* certè post pœnitentiam, pudorem, & dolorem, verba hæc vim potiùs explicant satisfactionis, & doloris, quo subitò in pristinam dignitatem homo reuocatus est: *ecce Adam. Veisle aqui alque lleua el sanbenito, pues yo os digo que en el alma tiene ya corona, y magestad real por la penitencia.* Ad hoc autem grauissima sunt verba Gregorij b; *Qui nescit lugere, quod aggrauat, non potest proferre, quod subleuat. vis compunctionis aperit poros cordis, & pennas virtutum effundit, cúmque se studiosa mens de pigra vetustate redarguit, alacri nouitate iuuenescit. Pesele alque pecco, si quiera por sentir el peso del peccado tan graue.* nam si non dolet de crimine, *non potest* (vtiliter) *proferre, quod subleuat: loque confessare, le seria descargo, si lo dixesse con dolor.* cuius confessionis vis tanta est, *vt vis doloris aperiat poros cordis:* nam licèt ad sacramentum dolor sit necessarius, non ille vtique ingenuus, & Principe filio Dei dignus, quem contritionem dicimus ex regina charitate natum, sed quasi seruilis quidam timor, & dolor non sine supernaturali fine, & motiuo, vel detestatione peccati ob turpitudinem, vel dissonantiæ ad creaturam rationalem, & hic sufficit ad confessionem, & ad gratiam. Vt autem animus ad thronum, vnde exciderat, reuehatur, & alas virtutum fundat, & vt à terrena conuersatione ad angelicam, & cælestem referatur, robusto dolore opus est: *vis enim compunctionis aperit poros mentis, & pennas virtutum effundit. Aquila es, que està desplumada; però para boluer à su nido, menester es renouarse, y arrojar plumas.* hic enim dolor, qui affligit animam, plumescere facit, vt pennigera celeritate redeat eò, vnde exciderat; *cúmque se mens de pigra vetustate redarguit, alacri nouitate iuuenescit.* Vnde bene cohærent sibi hæc duo verba, *dolentes quærebamus:* solicitudo enim ex vero dolore nascitur, nec mitior fit dolor, quandiu Deum, quem quærimus, non inuenimus. Quare si resedit dolor, aut in deliciis Deum reperire putamus, fallimur, & inanis est labor, & studium nostrum, *in lectulo meo quæsiui, quem diligit anima mea.* mirum est non inuenisse in lectulo: nec enim in iocis, & deliciis, & mollitie inuenitur Christus ab his, qui ob culpam semel amiserunt. Sed vbinam? *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis stratum meum rigabo. dolentes quærebamus te.*

26. Ex dolore insuper in quærendo studium conseruandi, & tenendi, ne iterum abscedat, oritur; quare illa, quæ semel amissum reperit, ait, *tenui eum, nec dimittam:* nam verus dolor dimittendus non est, neque laxandus quousque ex illo propositum non peccandi, & remouendi occasiones amittendi Deum, & recidendi in culpam, nascatur. Quare Virgo sanctissima, quem semel reperit, secum descendere fecit, *descenditque cum eis*, & Iacob inter luctandum Angelo dixit, *Non dimittam te, donec benedixeris mihi.* Et quæ est ista benedictio, quæ noua gratia toties, & instanter repetita? quæ noua prosperitas, aut luctæ præmium? Certè non aliud, quàm vno femore vulneratum vno pede deinceps claudicare; hoc est insigne internæ benedictionis. Accessisti ô peccator ad Deum, quem amiseras, tenuisti, & ab illo veniam, & indulgentiam extorsisti, quod signum erit tecum descendisse Christum, interna benedictione fuisse sanctificatum? dum videlicet caro tua ægra manet, dum appetitiones languent, dum claudicat incessus ad eadem peccata perpetranda, & non nisi coactus, & aliena ope ad occasiones præteritas traheris, signa quidem deuictæ naturæ geris, & Christum apud te manere velle apertè demonstras. Immo, vt notauit Hugo, Deus ille qui liber omnino est, nec potest, vt dij Gentium catenis constringi, vi contritionis quasi vincitur, & alligatur, ne iterum fugiat, *liberans hominem a culpa, & pœna, ligat vinculo perpetuæ detestationis.* nam licèt Seneca *turpissimum in homine prudenti remedium mœroris* putauit, ideo est, quia homo sine Deo pœnitentiæ remedia ad inueniendum Deum expertus non fuerat, nec audierat Paulum. *quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* dolentes vult, & lacrymantes, qui Christum quærunt. inde enim (inquit Nazianzenus a) oritur, vt multi ex vobis etiam post sacramentum infirmi, & imbecilles sint, & dormiant multi: estis enim (inquit) sicut vaccæ illæ, quas per somnium Pharao vidit, quarum septem attenuatissimæ, & flaccidæ erant; septem verò pulchræ, & obesæ: nam ex eodem spirituali pastu alij deformes, & macilentiores, alij redditini sanctiores, immo communia mala, & calamitates inde proueniunt (ait Chrysostomus b,) *quoties morbi, quoties detrimenta, quoties luctus, calamitatésque contingunt, & alia qualibet huiusmodi huius rei causa fiunt.* Econtra verò pœnitentia, & dolor (ait Augustinus c) omnia sonat, vniuersa restituit. *Pœnitentia languores sanat, leprosos curat, & mortuos suscitat, sanitatem auget, gratiam conseruat, claudis gressum; aridis copiam, cæcis restituit visum, vitia fugat, virtutes exornat, mentem munit, & roborat.* Vides qualis medicus sit Christus, qui ex peccatis ipsis remedia salutis elicit, & per dolorem inuenit animam, quem amiserat, cautiórque fit ad conseruandum, quem reperit cum dolore? ideo D. Paulus, *Scimus, tenemos experiencia; quoniam diligentibus Deum omnia coöperantur in bonum.* vbi Interlinealis addit *etiam, peccatum*: multos enim, qui gratiam ignauiter seruant, leuioribúsque lapsibus non excitantur, sed alto sopore depressi, sensum rerum spiritualium videntur amisisse. Sinit Deus in graue aliquod ruere crimen, vt ex alto præcipitati saltem aperiant oculos, & cogitent, vnde exciderint. Sic saluasti

---

Marginalia (left): a 9. Moral. cap. 33. — b Hom. in Gen. *Dolor peccatores in pristinum statum restituit.* — * Lyra, & Glossa Gen. 3. 22. — b Apud Thom. Hybernum. — 25. *Subita per amorem peccatorum mutatio.* — Cant. 3. 1. — Psalm. 6. 7. — 26.

Marginalia (right): *Ex semel recuperata gratia studium, non amittendi nascitur.* — Cant. 3. 4. — Luc. 2. 51. — Gen. 32. 26. — *Propositum non peccandi in qua ostenditur.* — Hugo de sancto Victore citatus à S. Thom. q. 4. addit. — 2. Cor. 7. 10. — a Orat. 19. in laudem patris sui. — b Hom. 5. in 1. ad Timoth. — 27. — c Apud Thom. Hybern. — Rom. 8. 28. — *Peccatum etiam cooperatur in bonum insomnem per Dei sapientiam.*

uasti aliquos mi Deus, me verò non sic, quæso, ad gratiam excites, nec tanto sopore deprimi sinas, vt tam acri remedio excitandus, & sanandus sim. Scis tu sapientissime vexare animas, tribulatione probare, desolationibus conficere, & breui tui absentia affligere, sim ego tuæ matris in patientia similis, vt sine culpa te amittens cum solicitudine quæram, cum dolore reperiam, cum gaudio teneam, & sempiterna gloria possideam.

Peroratio & epilogus.

NVMERO ET FORTITVDINE CRE-*scens rectæ rationis imperio sedare, & motus animi concitatos edomare, & frangere docetur.*

INSTITVTIO XI.

28. *Summa institutionis.*

NVLLVS, audito nomine martyrij, te timor incedat, non enses, non ignes extimescere incipias; noui enim puerorum esse trepidare, plagas fugere, alienas formidare manus, edomare solum, & proprias frangere cupiditates, & tuo te verbere, tuo gladio iugulare quod in te inimicum est Deo, ex martyrij dignitate, ex necessitate, ex vtilitate: porrò etiam ex præmio huic martyrio proposito persuadere conabor. Nos enim, inquit Chrysostomus [a], qui merito Martyrum non possumus copulari, sectemur saltem fidem, imitemur virtutem passionis, eorum gloriam paribus vitæ lineamentis præscribamus, & vmbratile martyrij genus nobis aggrediendum proponamus. *Hagamos vn bosquexo, y vnos rasgos del Martyrio, hagamos vna sombra de persecucion, iuguemos de espada negra, ya que no assoma la blanca, mortifiquemonos ya que no morimos.* Quis enim à martyrij gloria subtrahat eos, quos Tertullianus [b] vocat designatos Martyres, qui post tormenta ad mortem non peruenerunt. *vobis enim*, inquit Cyprianus [c], *manet voluntas integra, & conscientia gloriosa*, & eos qui ex charitate pro aliorum salute manifesto vel valde probabili periculo mortis se exponunt, audi Ecclesiam memoriæ commendantem, eos *qui tempore Valeriani, cùm pestis sæuissima grassaretur, morbo laborantibus ministrantes libentissimè mortem oppetiere, quos veluti Martyres religiosa piorum fides venerari consueuit.* Eos etiam voca Martyres, qui cum prompta voluntate martyrij veri subeundi, si ferret occasio, illud animi ærumnis voluntariè susceptis compensant. *rectè enim dixerim* (ait Hieronymus) *quòd Dei genitrix Virgo martyr fuit, licèt in pace vitam finierit* *. Verùm si desunt carnifices, si pestis non grassatur, voca obsecro Martyres, qui continuæ carnis mortificationi & moderandis cupiditatibus dant operam. *Quum enim liceat deliciosè viuere, si eligatur laboriosa vita* (inquit Chrysostomus [d]) *amara, mortificánsque corpus, nónne holocaustoma est? mortifica ergo corpus tuum, & crucifige, accipies & tu huius martyrij coronam* *: *quod enim illic gladius operatur, hoc animi alacritas hic faciat.* Hanc alacritatem habebat, qui domandis suis cupiditatibus assuetus canebat Psal. 43. *Tu es ipse Rex meus, & Deus meus, qui mandas salutes Iacob: sanas como sanaste a Iacob Hiriendole.* habuit enim duplex nomen *Iacob* luctator, *Israel* videns Deum. non loquitur de salute Iacob qui videt Deum; tunc enim nulla ægritudo, nulla claudicatio erit, vbi perfecta est gloria. Agit ergo de Iacob luctatore & viatore, & qui vno pede claudicat, & in femore *naturæ deuictæ notas gerit*, vt ait Nazianz. hoc enim genere salutis sanat Deus, dum vulnerata carne, & exteriore homine percusso, interior recuperat sanitatem, & dum homo bino pede ambulat, necessitatis & delectationis, offendit sæpius: at verò qui mandat salutes, vno pede confracto claudicare iubet in salutem, & vno inniti pede. Hanc ipsam cantilenam ingeminasse videtur Psal. 65.
29. *In flumine pertransibunt pede*, alludens ad admirabilem illum transitum per mare rubrum, *Exod.* 14. & *Iosue* 3. Bellarminus: Vtitur Propheta tempore futuro pro præterito, sed hic verbo futuri temporis id indicare videtur, nempe miracula illa præterita fuisse figuras maiorum miraculorum futurorum, maius enim miraculum est hominis transire mare amarum huius sæculi, quod in maligno positum est, & transmittant flumen temporalitatis, & mortalitatis huius quasi per aridam pede, id est, facillimè. *Pede* per synecdochen claudicationem in rebus temporalibus denotat, & Hugo Cardinalis [e] flumen quod sit explicat: mundus videlicet tot miseriis plenus. *Dicitur autem mortalitatis flumen, quia fluit*, inquit Hugo. *Vel flumen vocantur diuitiæ, pede itaque pertransibunt, quia vnum tantùm pedem debemus mergere in aquis huius*

Mortificatio vmbra quadam martyrij.

Martyres qui dicantur.

Martyrium sanctæ Virginis.

Mirabilis ars mortificationis ad salutē animæ.

a Serm. 1. de Martyribus, tom. 3.

b Lib. ad Martyres.

c Epist. 9. ad Martyres, editione Pamelij.
Martyrol. Rom. 8. Februarij. Eusebius lib. 7. Hist. c. 16. & 17.

* S. Bern. ser. 7. de assumptione.

d In cap. 6. ad Hebræos hom. 11.

* Greg. etiā in Euangel. hō. 3. Bern. serm. 30. in Cant. *Perdit eam dixit.* & de castitate quidē Hier. Epist. ad Demetriad. *Assume fructum.* Aug. de honestate mulierum c. 3. *Omnibus Christianis martyria.*

e In hunc Psal.

Digitized by Google

huius fluminis, vt sumamus de rebus transitoriis tantùm ad necessitatem, & non ad voluptatem. hoc flumine pertransibunt mali duobus pedibus, quia accipiunt bona transitoria ad necessitatem, & ad voluptatem. Tu inuencion es herir para sanar, hacer al justo coxear en esto visible, paraque llegue a buen passo a lo eterno: echar a vn Laurencio en parrillas, a vn mancebo en vna cama para hazerle estriuo para el cielo. Salutes Iacob, tangere neruum femoris eius, qui statim emarcuit. Nec enim propter hoc defectuosi, aut indecori manent, quinimo eandem ob rem nos ipsorum filij ita suppliciter eorum carceres, vincula, tormenta, cædes extollimus, suspicimus, & veneramur, & mortificationis eorum documenta suspicimus: quam nostram reuerentiam, & æstimationem huius infirmitatis egregiè repræsentat ipsamet historia Iacob. *Quam ob causam non comedunt neruum filij Israel, qui emarcuit in femore Iacob vsque in præsentem diem, eo quòd Angelus tetigerit neruum femoris eius, & obstupuerit:* vt hoc modo luctam Iacobi venerarentur, & in gratiarum actionem & recordationem periculi, sicut Dauid aquam, sic isti neruum libabant Domino.

Gen. 32. 24. Sap. 10. 12. Oseæ 12. 3. Vide P. Alcaçar Apoc. 11. notatione 3. Gen. 32. 32.

Sanctorum mortificatio à nobis veneranda.

Nunc ergo cùm de valetudine tua agendum est, *Ego si peregrinum dogma induxero* (inquit Bernardus [a]) *ipse peccaui.* nam mando salutes Iacob. *Epicurus atque Hippocrates, corporis alter voluptatem, alter bonam habitudinem præfert. meus magister vtriusque rei contemptum prædicat, imò & perdere. Qui amat animam suam, perdet eam, & qui perdiderit, inueniet eam. perdet eam, dixit, siue ponendo vt Martyr, siue affligendo vt pœnitens, quamquam genus martyrij est, spiritu facta carnis mortificare, illo nimirum, quo membra caeduntur ferro, horrore quidem mitius, sed diuturnitate molestius.* Itaque medicus salutem recuperandam dicit, Christus perdendam. Salutes Iacob. 30.

a Ser. 30. in Cant.

Ars sanandi animi mortificando corpus.

Secundò nihil antiquius est tam medico, quàm ægroto, quàm salutem sperare. Magister meus, inquit D. Gregorius [b], contrarium iubet, scilicet, quasi desperare, & nullas capere voluptates. *Desperaui*, inquit Iob. certè scholam adiuit cælestis magistri, dicentis, *Nisi quis renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. iusti quippe desperare, est præsentis vitæ bona æternitatis electione deserere, mansura quærere, & in rebus temporalibus fiduciam non habere. Qui enim hæc agens, nequaquam se vltrà viuere asserit, quia videlicet viuificatrice morte quotidie à vita se passionis occidit, mandat salutes Iacob.*

b 1. Moral. cap. 15.

Æger salutē sperat, at nos quadā desperatione terrena despicimus.

Tertiò etiam medici omnibus salutem anteferendam docent, & ideo contra ægritudinem militant, vt viuat ægrotus. Magister verò meus, inquit Paulus, contrarium docet. *Nec enim facio animam meam pretiosiorem quàm me.* Optimus æstimator rerum, inquit Bernardus, qui nihil suorum sibi præferendum existimat. *Ergo differentiam facis inter te, & animam tuam. prudenter quidem tu tibi pluris es, quàm quiduis tuum, sed quomodo non tua anima tu? arbitror quòd quia Paulus iam tunc in spiritu ambularet, & mente consentiret legi Dei, quoniam bona est; idcirco hanc ipsam mentem suam tanquam principale ac supremum quiddam sui dignum duxerit, suimet potius quàm suæ cuiuspiam rei nomine designare. carnale enim & sensuale appellatione sui homo spiritualis indignum iudicat.* 31.

Actuum 21.

Medici valetudinem omnibus anteferendam, contrarium nos sentimus.

Quartò medici inuitos etiam curant, insanis & phreneticis, etiamsi nolint, pharmaca adhibent. Meus verò Magister, ait August. Martyres voluntarios facit: iura enim arbitrij seruans ait, *Qui vult venire post me, abneget semetipsum: reconoce el priuilegio que le Dio al hombre su padre.* &c, vt notauit Theophylactus, ad salutem neminem alium consulendum, aut exorandum dicit, præter voluntatem, *Si quis vult, abneget se.* contraria videtur sententia Matth. 5. *Esto consentiens aduersario tuo*, &c. *in carcerem mittaris.* Quid hoc? si me negaturus sum, & appetitiones, & hæ sunt inimici mei, quomodo nunc iubet consentire? *esto consentiens.* cuinam mundo præstigiatori? carni turpiet fallaci? dæmoni salutis hosti. Respondet Tertullian. [c] nomine aduersarij intelligi Angelum bonum custodem, qui piè munus aduersarij gerit: *nec enim dimittet te. cùm peccaueris: no sola iras a pagar al otro mundo.* Athanasius [d] dictamen conscientiæ intelligit. Ambrosius [e] inimicum & proximum persequentem; sed Augustinus [f] eleganter, aduersarius est lex Dei. *O quàm vtilis aduersarius, quàm dulcis aduersarius.* hæc sunt salutes Iacob.

Conciliantur loca sacra Scriptura.

c Lib. de Anima. Epiphanius hæresi 27. d Quæst. 62. e Lib. 7. in Luc. cap. 12. Hil. can. 4. f Lib. 1. de serm. Domini. Et lib. quæstionum noui Testamenti q. 7. g Scorpiaco aduersus Gnosticos cap. 5.

Quintò instrumenta & media ad salutem incongrua tibi videbuntur, abnegatio ad pacem, renuntiatio ad requiem, mors ad vitam. Martyrium enim hoc liberat ab idololatria, qua homo se Deo præfert, & colit, quasi Deum, ventrem & carnem suam: ergo si mortificatio à tanto malo liberat, quis non bonam pronunciabit? *Vitam qui malum dixerit*, ait Tertullianus [g], *habet mortem, quam bonum dicat. est & hæc peruersitas* 32.

Digitized by Google

peruersitas hominum salutaria excutere, exitiosa suscipere, periculosa quæque medicamina vitare: mori denique citius quàm curari desiderare. Nam & medicinæ præsidium plures qui refugiunt, plures stulti, plures timidi, & malè verecundi. Quid mirum, si refugiat caro acerba quæ medicus præscribit, qui per suauiora posset curare? huic respondet. *Et est planè quasi sæuitia (nota quasi) medicina de scalpello, déque cauterio, de sinapis incendio; non tamen secari, inuri, & extendi, mederique idcirco malum, quia dolores vtiles adfert. Nec quia tantummodo contristat, recusabitur, sed quia necessario contristat, adhibebitur.* Horrorem operis fructus excusat. vlulans denique ille, & gemens, & mugiens inter manus medici postmodum easdem mercede cumulabit, & artifices optimas prædicabit, & sæuas iam negabit, etsi martyria desæuiunt, sed in salutem licebit & Deo in vitam æternam per ignes & gladios, & acerba quæque curare. Sed medicum quoque miraberis etiam in illo, quòd ferme pares adhibet qualitates. *marauilla curar con simbolos, y no con dissimbolos medicamentos; qualitates medelarum aduersùs qualitates querelarum, quum quasi de peruerso auxiliatur, de lo contrario, malo y despropositado saca la salud, per ea subueniens, per quæ laboratur. Nam & calores caloribus amplius onerando compescit, & ardores siti potiùs macerando restinguit, & fellis excessus amaris quibusque potionibus colligit, & sanguinis fluxus defusa insuper venula reuocat. calor es sumal su de. tiene ardores grandes no beba. amargale la lengua tome ruibarbo. time fluxo de sangre, sangrenle, porque culparas a Dios que es mejor medico porque quiso curar de raiz esta idolatria de simismos y curar la muerte con la muerte y sanar la llaga con llaga y los tormentos con tormentos.* Deum verò & quidem zelotem culpandum existimabis, si voluit certare cum causa, & iniuriæ æmulando prodesse, (*esto consentiens aduersario tuo*) *mortem morte dissoluere (qui perdiderit animam*, &c.) *occisionem occisione dispergere, tormentis tormenta discutere, supplicia suppliciis euaporare, vitam auferendo conferre, carnem lædendo iuuare, animam eripiendo seruare. Peruersitas quam putas ratio est, quod sæuitiam existimas gratia est. ita Deo de momentaneis æterna meditante, magnifica bono tuo Deum tuum, incidisti in manus eius, sed feliciter incidisti. qui mandat salutes Iacob.* Digna Tertulliano verba. *Ergo fratres* (inquit D. Paulus) *debitores non sumus carni, vt secundùm carnem viuamus. si enim secundùm carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis,* Rom. 8. Ex dictis (quasi diceret) planum fit, si salutem vultis, non secundùm carnem viuere oportere, sed secundùm spiritum, hoc est, secundùm Christum, à quo vitam accepistis. *Christo os libertò de los fueros leyes, y pechos de la carne, mantened vuestra hidalguia.* Quòd si seruire vobis conuenit, nulli alteri debitores estis, quàm Christo. *Non estis vestri, empti enim estis pretio magno.* & alio in loco, *Pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.* Mirabilis verborum collatio. ius quod in nos habet Christus, sua peperit morte. quòd si per mortem eius dicis rescissum esse ius, audi, quia *& resurrexit*, & ideo sempiternum habet dominium in duo hæc præcipuè, primùm, ne seruiamus vlteriùs carni, dum eius mortem sua morte confecit: secundò seruiamus spiritui, quem nobis per suam impertitus est resurrectionem. Hinc triplex gradus mortificationis oritur, *renuntiationis, mortificationis, abnegationis*, quos & D. Bernardus [a], & Ecclesiæ principes atque magistri edocuerunt. Primum docet D. Petrus, *Charissimi obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersùs animam.* & Paulus, *Non enim habemus hic ciuitatem permanentem*, &c. *& dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino.* relictis omnibus, inquit Bernardus, recta vt peregrini via incedamus, habentes alimenta, &c. Secundum celsiorem docet mortificationis mysticæque mactationis, ne sicut peregrini cura saltem viatici distendamur: mortuus enim nec de pecuniis, nec de probris, nec de laudibus curat. Lanspergius. *Hic non videt, non loquitur, non sentit, non audit, non inflatur, non irascitur. Magnus gradus est iste, sed fortasse poterit aliquid adhuc superius inueniri.* nam & Christus humiliauit semetipsum vsque ad mortem. Sed attende tertium gradum, *mortem autem crucis.* in qua cruce spretis iam omnibus, & abnegata voluntate, ita est Dei seruus, vt vitam, mortem, & honores dedecus reputet. *Pensemus ergo singuli* (ait Bernardus) *in quo gradu quisque sit positus, & studeamus proficere de die in diem.*

Calluit artem illam Tertullianus.

33.

Thesis.

34. *Suadetur ratione.*

1. Cor. 6.
2. Cor. 5.

Tres gradus mortificationis.

a Serm. 7. Quadrages.
1. Petri 2. 11.
Heb. 13. 41.
2. Cor. 5. 6.

Gal. 6. 14.

35. Primus renuntiationis gradus est, ex mente Basilij [b], & Christi Domini disciplina. *Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Nam religiosus v. g. & ius & possessionem omnium à se abiicit, effectu non solùm, sed affectu: quod non lege solùm Christus sanxit, sed confirmauit exemplo. *Propter nos egenus factus est, cùm esset diues.* & verbum Græcum propriè mendicare significat,

b Regul. fusiùs disput. interrog. 8.
Luc. 14. 33.
2. Cor. 4. 9.

gnificat, vt ex hoc textu elici possit aliquando mendicasse: nam qui nihil habet, mendicus dicitur; qui aliquid, pauper.

Martial. epig. lib. 11. epig. 21.

Non est paupertas, Nestor, habere nihil.

Ipsa paupertate ditauit nos; ideo Augustinus: *Quid factura sunt diuitiæ eius, cuius paupertas nos diuites fecit; si tantum ditat depauperando, quantum ditando.* & propter nos ait, idest, vt æstimaremus, vt par erat, paupertatem. *como el principe que se baxa a comer al tinelo de los pajes.* Renuntiatio verò ista non effectum, sed etiam affectum tollit. affectus enim plus nocet quàm possessio. Vnde errant valde religiosi viri, qui cùm exuerint possessiones, affectum inferunt in religionem: qui non difficilè deprehendi potest; nam si aduertis, cùm quis aliquid abiecit, etiamsi crastina die reperiat, pessundat & præterit: at cùm aliquid amisisti, ô quàm solerter inuestigas, & eo reperto manu arripis. ita qui verè renuntiauit bonis & honoribus, cùm occurrunt, pessundat, reiicit, & pergit: at illa studiosa inquisitio, & ambitio, qua hæc bona quærimus, & abripimus, non leue argumentum est, non renuntiasse, sed amisisse.

Iob 6. 7.

Quæ priùs nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt. Inierunt contractum societatis, vt pannos conficerent, & venderent, rubus & vespertilio. iste industriam promittit, rubus lanam. perdidit bona vespertilio; ideóque ne comprehendatur, vespere ambulat, rubus verò repetit in agros, lanam suam quærens, & ideo omnes arripit, tenet & expoliat: Hæc est mea lana. vereor, ne mores imitemur rubi, qui vbicumque delitias aut diuitias videmus, apprehendimus: *esta es mi lana.* Quare non sumus pauperes, nisi eorum quæ habere non possumus, nescientes aliam esse rationem religiosi & sæcularis: nam secus in diuersorio atque in religione res penduntur: in diuersorio illud solum soluis quod comedisti, at si ad alios hospites deferri vides perdices, tu perdices non soluis. in religione verò non solùm ratio à te exigitur eorum quæ possides, sed eorum quæ concupiscis. Certè isti nec sunt in sæculo, nec in religione, sed suspensi manent, sicut Absalon, & verè sunt *nihil habentes, & omnia possidentes.*

Paræmia in proprietarios.

Secundum verò mortificationis gradum Christus ipse denuntiat. *Putatis quòd pacem veni mittere in terram? non dico vobis, sed separationem.* sic legit & interpretatur Ambros. [a] *como el padre o marido que entra de fuera al tiempo que ay desaguisado en su casa, no es tiempo de entrar de paz agora.* Hac eadem excandescentia videtur dixisse Dauid, *Nónne Deo subiecta erit anima mea?* & quid causæ est tam nouæ & improuisæ iræ & prouidentiæ? Dicat Ambros. Diuidam socrum & nurum. Domus vna homo vnus est, in qua socrus ratio est, nurus est cupiditas & voluptas; vide infelicem Dei sortem apud mortales. hæ duæ quæ inuicem inimicari solent, in ruinam hominis consenserunt; nec nurus, quæ est affectio, corrigitur à socru, quæ est ratio, *eam sibi tanquam in vsum societatis adsciuit: ita velut quædam corporis atque animæ nurus voluptas motui prauæ cupiditatis innubit, a fuera a fuera que no sabeis el mal que ay en vuestras almas.* Ignem gladium exertæ potestatis, quo spiritus medullarúmque secreta penetrantur, misit in terras, vt diuidat carnem ab anima, & anima declinet consortium culpæ. Hoc ipsum aiebat Paulus, *Ergo fratres debitores sumus non carni.* illud *non* præponendum est, vt notat Salmeron, *non debitores sumus carni, no solo denemos a ella, sino al espiritu.* Vnde primò pax ex bello promittitur, quæ si desit à domo animæ, nequaquam potest vacare Deo: vnde oratio mortificatione passionum iuuanda est, & myrrha incenso commiscenda *: anima enim immortificata, ait Bonau. [b] *Quasi ligati catuli ad stipem, renitenti animo cogimur esse in diuinis*; & obscuratur animæ speculum, ne reuelata facie gloriam Domini speculemur. Excanduit quadam die iusto zelo Elisæus, *hablo mas alto de lo que solia Eliseo a los tres Reyes alianzados contra el de Moab*, & post increpationem ait, *Nunc adducite ad me psaltem, traedme vn musico, sosegare me y prophetizare.* Quòd si gladius abesset mortificationis, in quas absurditates laberetur animus? lege Paulum Rom. 1. 26. *Tradidit illos Deus in passiones ignominiæ.* Ambros. *Qui dominari nescit cupiditatibus suis, is quasi equus raptatur indomitus, voluitur, obteritur, laniatur, affligitur.* & Eccli. 23. 4. & 6. hoc odio sancto incensus Bernardus ait, *Exurgat Deus, cadat armatus iste, cadat, & conteratur inimicus homo, contemptor Dei, amator sui, amicus mundi, seruus diaboli. Certè si rectè sentis, mecum dices, reus est mortis, crucifigatur, crucifigatur.* Indéque profectus noster insurgit, vt ait Hieron. *tantum proficies, quantum tibi ipsi vim intuleris.* imò in tantum homo es, vt ait Seneca [c]. *Maior sum, & ad maiora natus, quàm vt mancipium sim mei corporis.* Quamobrem anima se debet habere erga corpus sicut socrus ad nurum, quam si odit, studiosè

Luc. 17.

a In Luc. 17. Lib. 7.

* Bernardus serm. 50. in Cant. *Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris.* & Augustinus eleganter Psalm. 84. 11. *Iustitia & pax osculatæ sunt. fac iustitiam & habebis pacem*, &c.

b Lib. 1. de profectu religios. c. 16.

NOTA. De hoc intestino bello, & de odio sancto contra concupiscentias, legendus Paëz in Iacobi cap. 4. versu 1. §. 1. & 3.

c Epist. 65.

Quo pacto affectus iste 26. purificandus. Primò consideratione violatæ promissionis. de hoc verbo vide Busæi Viridar. v. *Violatio voti.* Secundò dolor qui sentitur, ideo pennæ vocantur hæc bona, & capilli, *que, como, dixo Seneca tanto siente el caluo que le quiten vn pelo como el que tiene mucho cabello, tanto sentis vos que os quiten vn libro como vn rico vn censo.* Venenum charitatis est, ait August. spes adipiscendarum aut retinendarum rerum temporalium: augmentum eius est, cupiditatis diminutio perfectio.

studiosè obseruat, corrigit quod ipsa cognoscens, nihil audet facere indecens. Vel, vt ait Bernardus [a], sicut ille, cui committitur ægrotus, qui de omnibus suspicatur nocumentum allatura infirmo. Igitur in his primum exercenda est mortificatio, quæ occurrunt nobis vel ex munere, vel ex obedientia maioris, vel ex proximi iracundia, inurbanitate, ingratitudine, incommoditate. Præter has quæ obueniunt, aliæ nobis adsciscendæ sunt, & propriâ voluntate suscipiendæ, vel vt Christianus saluus fiat, vel vt religiosus ad perfectionem aspiret: omnibus enim lata est illa lex, *Qui vult venire post me*, &c. vt notauit Basilius [b]. Tertiò etiam in licitis & necessariis est quid agat mortificationis gladius, vel vt tranquillitatem, vel perfectionem consequaris, vel eximio obsequio, & voluntario martyrio te Deo offeras, etiam in his quæ minima esse videntur, vel quæ in nobis magis dominari videntur. illa, quia etsi leuia maioris damni causa esse possunt, ista, quia sicut Agag pinguissimus, regnum tenent, nisi adsit Samuel, *qui in frusta concidit eum*. Sunt enim aliqui sicut Scribæ & Pharisæi, *qui decimant mentham, & anethum, & cyminum, & relinquunt ea, quæ grauiera sunt legis, iudicium, misericordiam, fidem.* Tunc intelliges prouidentiam diuini medici, *qui mandat salutes Iacob*, qui digitis occupat aures surdi, vt audire faciat, qui oculos claudit, vt aperiat. & ita ait *epheta*, quod est adaperire, aperit cohibendo sensus, suscitat interficiendo. *tapando el oido del mundo abre essotro interior del alma* *, *itaque cùm mori præcipit medicus, veternum mortis excludit.*

37. Tertius gradus abnegationis est vitæ, & voluntatis, quam præcipit Christus Mat. 16. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum.* & ad omnes loqui Christum, affirmat Basilius *reg. fusiùs. quæst. 6.* ne enim offendere Deo contingat, vitam periculo expositam habere necessarium est. quod de tentationibus castitatis apertè asserit Hieron. Melius est genua vacillari, quàm vacillare castitatem, cùm etiam à proximis prouocamur. Sicut cùm *Gen.* 39.2. solicitus Ioseph à domina, quam verbis cohibere non potuit, apprehendente pallium in manibus eius reliquit, quid si arripuisset manum? Certè ita animatus debebas esse, vt manum præcideres, vt in cælum intrares. & reuera ita se abnegauit Ioseph, vt non solùm pallium dederit manibus, sed famam in lingua, corpus in vinculis, vitam in summo discrimine collocauerit, sciens quòd in his temporibus ne legi Dei offensi simus, vitam abnegare debemus. Exemplum huius exercitij affert Chrysost. [c] familiare. *Si intelligis quid sit alium abnegare, tunc rectè percipies quid sit abnegare teipsum, etiamsi eum cædi virgis videat*, &c. *non occurrit, non auxiliatur, non flectitur*, &c. Cætera vide in locum Pauli, *Factus est omnibus obtemperantibus eum causa salutis æternæ. señal de hijos y herederos, negar como Christo su voluntad humana por ocurrir a la diuina.* Deus meus volui. de vtilitate, mediis, &c. ad abnegationem veram, vide Busæi Virid. v. *Abnegatio.*

[Left margin: festio verò nulla cupiditas diuina. *Palabra* venenum charitatis, *como el sabio que dixo que los dones eran veneno de la Iusticia porque assi como basta que la serpiente pique en el pie para el daño del cuerpo assi el soborno, aunque nolo reciba sino el criado o la muger, redunda en daño del oydor o iuez. assi el amor de niñerias en el religioso es veneno de la caridad, aunque sea vna cinta del calzado que por ay hemos visto perderse muchos*, mordens vngulam equi, vt cadat ascensor eius. *si os puede derribar mordiendo en el pie, y vana curiosidad del zapato justo, para que intentava grandes caidas.*]

[Right margin: a Epist. vel tractatu ad fratres de monte Dei. NOTA. Seneca ep. 17. *Vis aduertis hoc corpus liber esse?* Orig. hom. 13. in Numeros, Basan *interpretatur compiendo*, &c. Ambr. lib. 1. de Iacob in 1. Reg. 15. 1. Reg. 15. 13. b Reg. fusiùs quæst. 6. * Tertull. suprà. c Hom. 56. in Matth.]

VERBVM PATRIS.
Exodi 1. vers. 6. & 7.

Quo (Iosepho) mortuo, & vniuersis fratribus eius, omníque cognatione illa, filij Israël creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt.

Ex typo Ioseph Christum morte vitam, iactura animæ veram salutem, seruitute, & famulatu honorem, & coronam lucrari nobis posse ostendit.

DISCVRSVS XXXI.

1. INGENTEM illam, numerosámque filiorum Dei propagationem in Ægypto, vni tantùm Ioseph mortuo attribuit Scriptura, dum ait: *Quo mortuo (Ioseph) & vniuersis fratribus eius, omnique cognatione illa, filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt, ac roborati nimis, impleuerunt terram.* instar germinum factam esse propaginem declarat, instar herbarum, & segetum, in quibus ex vno grano multas nasci spicas, plurimaque grana cernimus: ex vno enim, & hoc emortuo, paucisque, qui cum illo intrauerant Ægyptum, breuissimo tempore gens tota propagata fuerat, quod magis septuaginta Interpretum translatio declarat. *Filij Israël creuerunt, & multiplicati sunt, & effusi facti sunt, & inualescebant valde; multiplicabat autem illos terra.* Quis enim supra naturam non putet recensitos fuisse Hebræos idoneos ad bellandum à vigesimo anno ætatis, & vltrà, & repertos esse ad sexcenta millia bellatorum, & insuper tria millia, & quingentos, & quinquaginta, demptis mulieribus, pueris, adolescentibus inualidis, & imbelli sexum

[Margin: Exodi 1. 6. — *Propagatio mirabilis ex vno Ioseph Christi typo.*]

num multitudine. numera ergo, & bene subducta ratione, inuenies tricies centena millia hominum ex sexaginta nouem, ex his qui ingressi fuerant Ægyptum, breui tempore propagata: credendum enim est D. Augustino [a], qui mirabilem hanc propagationem sine præcipuo quodam, & singulari auxilio, & concursu Dei factam non esse arbitratur, maximè cùm tanto magis creuisse dicantur, quo magis Hebræi in summis, & continuis laboribus, & afflictationibus corporis, & animi premebantur.

a Apud Pereiram in hunc locum Gen. tom. 1.

2. Quali igitur gaudio perfusum putas Ioseph, in hora sui exitus? nam quis dubitet hæc omnia vt Prophetam magnum præsciisse; siquidem eius ossa, illo mortuo, prophetasse dicuntur. *Ossa eius post mortem prophetauerunt.* exultauit sine dubio, & tria præcipua, & singularia notauit, quæ & historiæ summam, & discursus etiam continent. Primum mirabile illud, mortem videlicet vnius ortum esse tam copiosæ prolis filiorum Dei: *quo mortuo filij Israel creuerunt.* Secundum, adolescentem amissum à parentibus, & quasi derelictum tot, tantósque filios Dei lucratum fuisse. Tertium, seruum, & quasi vile mancipium venditum in regiam dignitatem euectum regnum condidisse, & tot reges, ac Patriarchas regnare fecisse: tales enim vmbras poscebat lux, quæ in sacro Euangelio affulget. nam *cùm ascendissent quidam Gentiles ex his, qui ascenderant, vt adorarent in die festo*, (non enim refugiebant, neque aspernabantur Iudæi eos Gentiles, qui religionis causa venerabundi, & admirabundi ad templum ingrederentur) qui quæsito fauore, vt id, quod iure, & consuetudine non licebat, gratia liceret; dixerunt Philippo, & ille cum Andrea dixerunt Iesu: *Iesus autem respondit eis, dicens: Venit hora, vt clarificetur filius hominis.* mortem suam, quam clarificationem appellat, sibiipsi prænunciat: nam qui discipulis prohibuerat, ne Euangelium in viam gentium disseminarent, nisi post mortem, & resurrectionem, cùm iam aduersantes sibi videt Iudæorum principes, & publico concilio mortem illi decreuisse, simúlque Gentiles ad se vltrò venire; colligit (non sibi qui probe omnia nouerat, sed nobis) venisse iam horam suæ mortis, suæ (inquam) resurrectionis, & clarificationis: *Vino su paschua, sus bodas, su casta, y descendencia.* nam ingruentem mortem iam Ioseph videt grano prolifico, & fœcundo, ad cuius instar tria etiam discipulis, & Gentilibus aduertere iubet. Primum, sum ego granum tritici quidem, cuius duplex est vsus, alter ad cibum, alter ad seminandum, bonus vtique Ioseph in Ægypto. in cibum, nam panem porrexit, prouiditque toti Ægypto; ad semen autem, & propagationem inutilis erat, ex eo enim nequaquam illa numerosa proles absque diuina virtute procederet: ego verò in meipso hanc diuinam virtutem innatam contineo, cum qua nec vereor mortem, immo ex hoc grano quasi emortuo vita, & resurrectio omnium tamquam ex causa prodibit. *Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem*, &c. Secundò, nemo vestrûm perdere vitam, amittere vires, valetudinem extenuare, carnem domare, formidet: ego enim, qui ex amisso, & vexato Ioseph populum suscitaui ex iusti tristitia, squalore, abiectione, & martyrio nouum mihi suscitabo hominem, in æternum victurus. *Qui amat animam suam, perdet eam, & qui perdiderit animam suam, in vitam æternam custodit eam.* Tertiò, noua sors, noua difficultas superest vobis, sequi videlicet Ioseph vestrum venditum exulem, seruum à fratribus factum: videte tamen quàm proximum fuit seruituti regnum, abiectioni corona, catenis torques, carceri triumphalis currus; ita ego nolo vos dubitare, nec reformidare me quacumque sequi, etiamsi his proximè diebus vendi, tradi, & paucis denariis æstimari videaris: si enim credideritis mecum, absque dubio regnabitis. *Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui est in cælis.* hæc tria veniunt expendenda.

Eccli. 49. 18. — SVMMA DISCVRSVS. — Ioan. 12. 20. — P. Mald. in Ioan. — Ioan. 12. 23. — 3. — Summa fidei datur gentibus. — Ioan. 12. 24. — Ibid. 25. — Ibid. 26.

4. *Nisi granum frumenti.* Primum istud diuinæ propagationis miraculum, ex vno videlicet mortuo saluandorum omnium salutem oriri, vnicum, & singulare granum, Christus nempe præstare potuit; ideo enim prudens non grana, sed *granum* dixit: cæteri namque terræ beati etiamsi apti erant, vt ex illis panis Deo suauis efficeretur, inepti erant, & exiles ad fecundum, nempe vt semen essent iustorum. *Omnes enim declinauerunt, simul inutiles facti sunt: cayeron todos en el peccado original, y quedaron des virtuados para semilla de santos.* certum namque est Deum famulos habuisse tanto Rege dignos. *Reliqui mihi septuaginta, qui non curuauerunt genu*, & alij, *qui per fidem vicerunt regna.* Omnes autem isti sibi boni, aliis gratiam de condigno mereri nequiuerunt, qui licèt morte seminarentur, nullis aliis salutem nancisci possent, sed sibiipsis; ideo Christus granum tritici se nuncupauit: habet enim granum vim renascendi in principio, *en la guia, y punta esta toda su virtud.* Callet hoc sagax formica, quæ cùm omne suum depositum sub terra situm esse videt, ne renasci contingat, ablata, & corrosa virtute illa grani, sepelit, atque recondit. Hac de causa omni cura solutus erat dæmon, licèt in naturali lege multa grana tritici viderat, Patriarchas, & sanctos viros: secum enim cogitauit, optimi quidem sunt isti ad iustitiam, & ad panem virtutis, sed non ad semen saluationis, & satisfactionis, sinam ego abire in sepulcra, animas in sinum Abrahæ: nulla enim potest propagatio sanctorum ex eis timeri; iam enim virtutem nascendi, & prolificandi in primo homine corrosi, & innocentiam violaui: *quedaron desuirtuados de uirtud prolifica de santos.* Vnde dicitur, *Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. ei* (inquam) non aliis, & *amicus Dei factus est: el quedo amigo de Dios, mas no pudo sembrarse para gracia de Dios.* Obseruauerat hoc summus Doctor Hieronymus in verba Ezech. 14. 14. vbi Deus: *Si fuerint* (inquit) *tres viri isti in medio eius, Noë, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas*, &c. *sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur, & nec filios, nec filias liberabunt.* Exceptio expressa est: nam Noë, inquit Hieron. imminens orbi terrarum diluuium, prohibere non potuit, sed filios, qui forsitan eiusdem virtutis erant, & ob seminarium humani generis habuit reseruatos. Daniel quoque imminentem captiuitatem multis fletibus mitigauit: sed & Iob non ob peccata, sed ob probationem nec domum, nec filios liberauit: *ninguno es bueno para saluador, si no Christo.* in Christo verò

SVBDIVISIO DISCVRSVS. *Solus Christus potuit esse semen salutis æternæ aliorum hominum.* — Psal. 13. 3. — Rom. 11. 4. — Heb. 11. 33. — 5. — Gen. 15. 6.

verò illusus est dæmon, qui solùm putauit bonum esse in cibum in sacramento; sinit itaque tradi, crucifigi, & sepeliri, vbi cùm nihil haberet, vnde morderet, quia innocens erat: *in me non habet quidquam*; ex alia parte secum innatam vitam habebat: *in ipso vita erat*, subitò erumpit, pullulat vita, & resurrectio, non sua tantum, sed nostra, & ipse hanc præuidens ex sua morte prolem, exultat, & ad mortem lætabundus graditur; qua autem ratione ex vno tot nata sint grana, videamus.

6. *Si autem mortuum fuerit, multum fructum af-*
Ioan.12.24. *fert.* Quid ais Domine, quorsum tibi mors?
Resurrectio Christi à propria virtute. quorsum sepulcrum? *nuestro gozo en el poço.* Ioseph non se *granum*, sed *ramum* nuncupari voluit, *ramus accrescens Ioseph*; quare granum, & radicem sepultam vocas, *erit radix Iesse*? Nihil interest si sepeliar, defero mecum virtutem renascendi, inuenies in sacra Scriptura, nuncu-
Ioan.1.4. patum Christum vitam, *in ipso vita erat*, ro-
Isai.45.8. rem, *rorate cæli desuper*, pluuiam, *sicut pluuia in*
Isai.11.1. *vellus*, florem, *& flos de radice eius ascendet*,
Malach.4.2. radicem, *erit radix Iesse*, solem, *orietur vobis timentibus eum sol*; quorsum tot nominum exaggeratio? Nota, hæc esse omnia, quibus indigere videtur arbor, vt alta, procera, & patula fiat: nolite timere filij, etiamsi quasi arbor sepelior, habeo mecum quidquid ad incrementa iuuat, ad virorem, ad fructum. Quod secretum vt semel penetremus, cùm posset quod suæ gloriæ, & nostræ vtilitati commodius erat eligere, radicis
Isai.53.3. formam elegit. *Ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti.* viuet inter homines humilis, pauper, nullis nobilitatis insignibus, nulla, vt putabatur, maiorum suorum commendatione nobilis: & insuper, ascendet ex ignota plantula, Virgine pauperrima, & tandem sepulcro amandabitur. cur ita voluit sepeliri? vt cùm mundus oculos conuerteret, & arborem, hoc est, Ecclesiæ gloriam videret, quàm conueniens iudicaret Christum mortuum, & sepultum
a Lib. 50. homiliarum hom. 36. fuisse, quod piè, & eleganter Augustinus [a] expendit. *Ascendit* (inquit) *sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti*; quare vt radix? ideo,
7. quia non est illi species, neque decor, passus est,
Ecclesiæ pulcritudo Christo ascribenda. humiliatus est, consputus est, non habebat speciem, homo apparebat, cùm Deus esset. Sed quomodo radix non est pulcra, sed habet intus vim pulcritudinis suæ. Attendis arborem pulcram, amœnam, foliis virentem, fructibus opulentam, delectat aliquid de fructu carpere, sub vmbra illius sedere, & requiescere ab æstu; laudas totam illam pulcritudinem, si radix ostendatur tibi, nulla pulcritudo in ea est. *Noli contemnere quod abiectum est: inde processit quod miraris. attende modò claritatem arboris; creuit Ecclesia, reddiderunt gentes, victi sunt terræ principes, positum est iugum eorum sub iugo Christi, veniunt volatilia cæli, requiescunt sub ramis eius: quæramus radicem, consputus est, crucifixus est. ecce hic species non est, sed intus erat species, qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.* ita vera ista, & sæpius prædicata Christiana Philosophia est, Christiani gloriam non fronde, & ramis, sed in abscondito ex ignominia nasci, nobilitatem ex humilitate oriri, flores, & fructus ex mortificatione erumpere, non ex delitiis; quam doctrinam iuramento confir-
Ioan.1.51. mauit Dominus: *Amen, amen dico vobis: reabeyo esto de vos otros, que creais, que conuino morir, y os conuiene morir: omnis enim pulcritudo eius ab intus.* Sicut eques, qui cùm intus thoracem ex tela aurea, & serica gestat, deforis lacerna rustica tegitur. *Iubon de tela, y gaban pardo*, cuius cùm splendorem miraculorum admiraris, audi: *unde processit quod miraris; tiene raizes la santidad verdadera*, qui Christus est, *radix David, raiz de Dauides iustos.* Duos satis liquidæ veritatis adhibeo testes, Baldad apud Iobum, qui cùm de momentanea felicitate impiorum egisset, opponit modò diuturnam, atque immortalem felicitatem iustorum. *Super aceruum petrarum ra-* Iob 8.17.
dices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur. exprimit robur, & radices, & mox comparat pretiosæ arbori, *Si absorbuerit eum de loco* Ibid. 18.
suo, & negabit, & dicet: Non noui te; hæc est enim lætitia viæ eius, vt rursum de terra alij germinentur. Vocatur in sacra Scriptura iustus arbor, cu- 8.
ius incrementa, & fructus negotium videtur cæ- *Cur dictus iustus arbor.*
leste, non tam ipsorum, quàm Dei, quæ etiam ferro percussa noua germina fundit: iustus igitur etiamsi sicut arbor ita iuxta terram præcidatur, vt suo natiuo loco desossa, absorpta, & præcipitata videatur, ita vt rogatus ipse locus responderet, *non noui te*, vel sicut vitis immergatur, & obruatur: *aunque le hechen de cabeça*; rursus tamen de terra *alij germinantur*, & hæc vocatur lætitia: *esta es la pascua de resurreccion para los justos*, qui (vt Paulus ait) in omnibus prosperantur, exturbati crescunt, abiecti exurgunt, exules dominantur, captiui liberi fiunt, & nihil illis magis proprium, quàm inuisibilibus claudicantes, hoc est, omnium rerum indigentissimi cum Deo luctam gerere, sicut Iacob, & sic Deo vniti terrena conculcare, & cælestia simul tenere, ac penetrare: *donec impleatur risu* Iob 8.21.
os tuum, & labia tua iubilo: todo loque no es esto es hipocresia de gozo, y vna sobrehaz, que encubre al malo el mal, que le aguarda; lætitia verò iustorum cùm ex vera radice procedit, durat, implet os, & labia iubilo. Sed non minus eleganter Oseas, *Ero quasi ros Ephraim.* sicut Græ- Cap.14.6.
cus ille ex tribus puellis vnam eximiè pulcram *Summa felicitatis omnis à Christo.*
expressit, ita ex tribus felicitatibus vnam componit Oseas, *ero quasi ros: fere la lluuia, y nieues, y año de bienes. germinabit sicut lilium; como la azuzena*; non solùm quia regina florum est. *Ex omnibus floribus elegisti tibi lilium: flor* 4.Esdræ 5.24.
acotada para la Magestad de Dios. sed lilium, ait, in singulari; vnum enim sufficit, quia maximè propagatur, & implet viridarium vno tantùm bulbo sepulto. Sic vnus Petrus implet Eccle- 9.
siam, vel in vna concione. O, inquis, nullam habet *Firma felicitas iustorum.*
firmitatẽ flos iste: ideo addit, *& erumpet radix eius vt Libani. stabilietur: sera su raiz como de vn monte, que las tiene hechadas en el abismo*; vel vt cedrus (inquit Hieronymus) quæ quo diffundit ramos copiosiùs, tantum radicem in ima demergit, vt nulla tempestate quatiatur, sed stabili mole consistat, nec gelu marcescit. Ecce erumpit in sublime. *Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius.* in Oseæ 14.7.
lilio augmenta, in cedro firmitatem, in oliua depingit virorem, & æternam iuuentutem, in tritico necessitatem, *viuent tritico.* in vino lætitiam, *germinabis quasi vinea.* in odore famam, & bonum nomen, *odor eius, vt Libani.* Quòd si ista omnia in te vno, ô mi Iesu, posita esse video, *quid mihi vltrà idola? paraque busco yo idolos teniendo vn crucificado.* meæ felicitatis originem, & auctorem, *ex me fructus tuus inuentus est*, gratias

stis referas grano tritici, & radici, quæ se sepulturæ amandari permisit. Hæc est causa illius
Isai.65.22. inusitatæ promissionis, *Secundum dies ligni erunt dies populi mei: viuiran los del pueblo de Dios por peñas.* non sic ait, sed sicut lignum, non sicut dies ligni vitæ solum, vt placet Hieronymo Adamo, &c. nec sicut lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum *Psalm.* 1. sed viuent
10. dies ligni, hoc est, *crucifixi.* Vt ex hoc discant Christiani veram radicem felicitatis, & diuturnæ nobilitatis ex hoc grano mutuandam esse, & qui extra illud nobiles volunt fieri, ramos tenent arboris, non firmas radices honoris: nobilitas enim, & illustris sanguinis splendor, folia sunt inutilia, & vana. Vide radicem: *Erit*
Isai.4.2. *germen Domini in magnificentia, & gloria: todos los que nacieren de este tronco, y raiz seran nobles.* & in quo consistit hæc nobilitas? in cognomento? in stemmate, & insignibus huius, vel illius
Ibid.3. familiæ? minimè, sed in sanctitate. *Sanctus vocabitur omnis, qui scriptus est in vita, in Hierusalem.* Sit ita Domine: verùm si tu es radix, quomodo vis omnes mundos, & illustres haberi, cùm ex illa Dauid peccator, & alij vitiis turpissimi orti sunt? quare te radicem Dauid vocari pateris in Apocalypsi? Apage sit ab Ecclesiæ liminibus hæc vestra profana vox: Dauid etenim adulter idololatriæ fœminæ, meretrices impudicæ, & noui & obscuri homines in radice Christi nobilitantur, mundantur, illustres redduntur, ideo addit: *Si abluerit Dominus sordes filiorum Sion: manchas de linajes, & sanguinem Hierusalem lauerit*, mundabuntur etiam homicidæ Christi purissimo sanguine: *seran dados por limpios, y pueden pleytear su nobleza, y se la daran, in spiritu iudicij, & spiritu ardoris, como prueuen que son Christianos de la raiz de Christo.*

Vera nobilitas sanctitas est morum.

Isai.4.4.

Ibid.2.

11. *Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Hæc ratio, propter quam seriò, & studiosè ab æterno Patre prouisum est, vt filius eius sepeliretur, & hinc ortum habuit timor, quem Iudæi de eius sepultura conceperant; præcipuè cùm apud Isaiam legerent, *Generationem eius quis enarrabit, quia abscissus est de terra viuentium.* quod vt eluderent, mortem crucis meditantur, ibi instar latronum sterilem, & infœcundam mortem obibit in aëre, qui infœcundus est. O cæcutientes, & insani! legite antecedentem lineam, quam legebat Eunuchus reginæ Candacis, *In humilitate iudicium eius sublatum est:* sic Septuaginta, hoc est, licèt taceat coram tondente, licèt non durè, & difficilè, sed humiliter audiat, & accipiat sententiam, sicut viduæ, aut orphanis coram iniquis iudicibus contingere solet, *aunque mas le barajen su causa, licèt iudicium eius sublatum sit*, id est, in crucem eleuetur, *aunque la sentencia sea de cruz, generationem eius quis enarrabit?* nec sic auferre poterunt fructum numerosæ prolis. Igitur errauerunt toto cælo: nam æternus Pater, qui eius sepulcrum gloriosum efficere moliebatur, multo antea de eius sepultura agebat, ideóque iam olim sepeliendi formam præscripserat: *Quando peccauerit homo, quod morte plectendum est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur: quia maledictus à Deo est qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabis terram tuam, quam Dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem;* legem igitur istam respicientes Christi

Ioan.12.24.

Isai.53.8. *Cur timebant Iudæi Christi sepulturam.*

Actorum 8. 33.

Deut.21.22.

sti interfectores in crucem tollere quamprimum volunt, vt iniquus inprimis haberetur, & vulgo maledictus diceretur, atque adeò nulla ratione à Deo missus. O insipientiam? non satis manifesta est lex designans hominem, qui peccauerit? hic verò in quo deliquit? immeritissimum mortis reputauit Pilatus: *Ego nullam in eo inuenio causam.* est ergo extra legem maledictionis? Item etiam legite sequentia verba, *quia maledictus à Deo est.* certè inter omnes maledicendi formas Deuteronimij 28. 23. istam à Deo non inuenietis: ergo cùm dicit *à Deo*, à solo Deo maledicendum significat; tu enim, & ego cùm deliquimus, à nostris iniquitatibus maledicti reddimur: Christus verò, qui mundus erat, immunis erat à propria culpa, aliena solùm, & nostri causa à Deo maledictus dicebatur. *Propter scelus populi mei percussi eum*, &c. Adde, si maledictus est, qui pendet in ligno, quare tam sedulò nocentium sepulturam curatis? cùm maximè etiam exequiæ istæ, & humare corpus, sit quædam benedictionis pars, inhumatum remanere maledictioni tribuatur? sicut Iezabeli contigit, & Ioacimo regi: *Sepultura asini sepelietur*, id est, nulla; quare ergo maledictum, & execratum corpus honore afficitis? Quòd si obijcitis causam, quam lex affert, *nequaquam contaminabis terram tuam*, non consideratis quanto plus terram poterit contaminare terræ amandatus, quàm in aëre pendens? Timemus (inquiunt) si in hasta relinquimus quasi canem (*si lo dexamos en la cruz como en la lança al perro dañino le suelen dexar*) homines, qui ad spectandum venient, putabunt non esse resurrectionem corporum, siquidem non plus de sepeliendis hominibus curamus, quàm de brutis animantibus. Acutum quidem respondendi genus; sed vos ipsos vestro iugulastis gladio: ob eandem enim rationem Christum non deberetis sepelire, hic est enim, cuius resurrectio magis timendæ est si sepeliatur; vnde si resurrectionem profitemini, ab hoc, qui se filium Dei vocat, vel expectare, vel timere debereti; vale tamen Iudaica cæcitas: vera enim causa legis latæ ea est, tot retro sæculis antè prouidisse Patrem Deum sepulturæ legem nocentibus, ne videlicet isti innocenti crucifixo sepultura deesset: quia ex hoc proles huius grani, & prouentus fœcundissimi sperabantur, & sicut anima his, qui erant in limbo, salutem impertitur, ita corpus corporibus vitam, quam secum habebat, & spem resurgendi, inferret. Vnde effectum est, vt non minorem victoriam in sepulcro, quàm in cruce pepererit, sed potiùs pulcram in sepulcro mortem non sibi solùm, sed & Martyribus reddiderit. Hoc attigit eximius ille mysteriorum venator Athanasius [a]; quia agens de Deo in summa felicitate, & immunitate manente (ait) subeundæ mortis, & experiendæ tactum fuisse desiderio. Sed qui fieri poterit: nam *in eo, qui vita erat, locum non habuit mors*; quid agat? conuenit hominem, & ait, ex omnibus, quæ donaui tibi, vnam tantummodo rem expecto, mutuo mihi concedas, ego maiori lucro tibi cumulatam reddam, mortem videlicet; *mutuatus est mortem, quæ erat in hominibus, vt aduersùs corpus suum grassantem eam omnino conficeret.* mortem itaque in monte cùm contra ipsum grassari audet, apprehendit, atque confecit, *vt eam omnino conficeret.* Habeo quod obiiciam Doctor fidei; implicant enim, & sibi aduersantur

Christi sanctitas.

12. Ioan.18 38.

Isai.53.8.

Cæcitas Iudæorum circa sepulturam Christi.

Ierem.22.19.

Deut.21.23.

13.

Ideo Pater communem legem statuit sepulturæ ut filij honori consuleret.

Christus nobis resurrectionem attulit de sepulcro.

a Lib. de incarnat. verbi.

Mutuatus est mortem Christus ut redderet mortem pretiosam.

tur quæ affirmas, nec bonæ Theologiæ, nec rationi consonant: quomodo mutuo accipit mortem, qui consumere, & conficere vult? semel enim consumptam, quomodo reddet eamdem rem secundùm leges? Si igitur mutuo accepit; non ergo accepit, vt conficeret. Sed respondendum est, dupliciter posse rem alteri dari, vel mutuo, vel commodato; commodatum est cùm ita res datur, vt non acquirat dominium, qui accipit, sed in eadem specie rem debeat reddere, puta equum, vel canem venaticum: mutuum verò dicitur, quando ita res datur, vt qui accipit, dominium accipiat eius rei, etiamsi aliam similem reddere teneatur, vtputa vinum, aut panem; hoc ergo nomine vsus est sapientissimus Doctor: *mutuatus est mortem.* quare non commodauit? quia secundùm leges mutui accepit mortem Adami,

14. sed non eamdem reddidit, sed consumpta hac

Osee 13.14. morte, *ero mors tua*; quia inutilis erat, infructifera, & tristissima, aliam reddidit mortem

Psal. 115.15. sanctorum pretiosam, lætissimam: *pretiosa in conspectu Dei mors sanctorum eius.* illa erat amissio charorum, amissio vitæ, iactura corporis, & animæ, iam ista *mori lucrum* reputatur: illa infœcunda erat, & sterilis hæc, si moriantur ho-

Ioan. 12.24. mines, vberrimas reddit prouentus: *multum fructum affert*; illa domum habitabat sine exitu, ista iam habet exitus ad resurrectionem, & glo-

Psal. 67.21. riam. *Domini Domini exitus mortis*: illa tristitiam inferebat in animos; hæc verò iam à Martyribus expetitur, & in desiderio habetur à iustis. Tertullianus [a], *Exquisitior quæque crudelitas vestra, illecebra est magis sectæ: plures efficimur, quoties metimur à vobis, semen est sanguis Christianorum.* ponitis vos ad terrendum mortales Martyres in lignis, flammis, dentibus bestiarum, tam longè abest, vt absterreantur à Religione nostra, vt potiùs alliciantur, & quasi illecebra sit crudelitas vestra, quæ blandè corda Gentilium ad fidem trahit. Ponitur terriculum in ficulnea ad abigendos passeres, & brachiis extensis ad instar hominis efformatur. primis diebus non audent accedere; postquam verò emortuum omnino simulacrum vident, non terrentur, quin potiùs in brachiis eius insident. Perterruit mors Iudæos, nec ad crucem accedere audebant, ne contaminarentur: iam verò ô mi Christe in cruce *illecebra es*, omnia trahens ad teipsum; sciunt enim in morte vitam, in sepulcro multum fructum latere.

a In Apologet. c. vlt.

Simile.

15. *Qui amat animam suam, perdet eam.* Nouum

Ioan. 12.25. diuini ingenij inuentum, lucrum in iactura, damnationem in amore sui constituere; secretum quidem, quod ipsa Dei sapientia & inuenire, & reserare potuit: humana enim sapientia Aristotelis [b] illud solum decreuerat, nempe delitiarum amatores sibiipsi aduersari, adimunt enim sibi vitam, & valetudinem: verùm animam amittere solus Dei filius affirmauit, cuius peritia præstat omnibus medicis disciplinis; vide ergo theoricam eius: *Æger ignorans, caue tibi; quia te in diem vnum amas, & perdis in æternitatem.* Vide non dissimilem praxim: mox enim post peccatum ægrotum de paradiso extrahere curauit. Quò Domine eat, vt salubriori aëre fruatur? vbi terra temperatior? fructus suauiores, quies tranquillior? scio quid faciam: iubentur ægri in natiuum aërem duci, hic igitur homo extra paradisum creatus est, ducite

b 6. Ethic. c. 8.

Delitiosi animam amittunt.

illum ad natiuum aërem, & obiter à loco delitiarum, quibus abusus est, extrahemus: ibi enim nec morbum, neque culpam cognoscebat; sed excusatio delicti hinc inde iactabatur instar pilæ, Adam in vxorem, Eua in serpentem, & forte cecidit pila super terram, sicque maledicta facta est. *Maledicta terra in opere tuo.* Gen. 3.17.
quòd si hîc, vbi frigus, fatigatio, fames, & exiles fructus, & delitiæ vanissimæ sunt, ieiunij legem irrumpis, si hîc, vbi remex remigando, parochus onus animarum sustinens, princeps regnum portans, serui importabile onus gerentes sic addicti sunt his terrenis bonis, vt bonum est nos hîc esse affirment, quid fore putandum est, si in loco delitiarum persisterent? Secundò de recta victus ratione agamus, & prouideamus primò qui moneat, qui prohibeat illi obiectationes. *Collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim*, quem explicat Augustinus [a] esse doctrinam Euangelicam. *O quàm vtilis aduersarius! ô quàm dulcis aduersarius*, cui referre debes gratias, cùm aduersatur in ambitione dignitatis, qua ad auaritiam vtereris, aduersatur diuitiis, quibus ad superbiam abutereris: vnde fides est quasi pia nutrix, à qua (vt ait 16.
D. Petrus) *custodimini per fidem, in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo: guardaos la boca; porque tiene ojo a la salud eterna; qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Vlteriùs progreditur medici nostri peritia, siquidem vlcus, vulnúsque peccati pure & tabe ipsa, quæ ex peccato manauerat, medetur. *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, & in dolore paries*; & homini, *In sudore vultus tui vesceris pane tuo: dadle hambre à este enfermo, que es medicina casera, que con esso conoce su mal.* Mortem denique ipsam in salutarem medicinam conuertit (vt notauit Rupertus [b].) duo enim præstitit Deus, & extra paradisum mittere, & mortem exitum esse laborum: nam si tot ærumnis, & laboribus addictus, in paradiso remaneret, vbi esu ligni vitæ in sempiternum vita produceretur, paradisus fieret infernus; quid enim aliud infernus est, quàm pati, & in sempiternum? Sit igitur mors medicina laborum, ærumnarum finis, ianua vitæ: *quomodo non pretiosa mors, quæ est ianua vitæ, porta gloriæ* (aiebat Bernardus.) Vis igitur sanari à peccatis? adhibe in medicinam ea, quæ ex illis orta sunt, ieiunium, verbera, pudorem, dolorem, & humilitatem, mortem denique ipsam, & tui abnegationem, quæ vitam non auferunt, sed transferunt in melius, quas qui respuunt medicinas, *operti sunt iniquitate* [c], non 17.
alia de causa, nisi quia ea non accipiunt, *in labore hominum non sunt.* vides vt sit medicina ad viuendum, animam, vitamque pro Christo perdere? *& qui amat animam suam, perdet eam.* Quòd si acriora tibi videntur hæc remedia salutis, intende oculos in æternam valetudinem; *qui perdiderit animam suam, in vitam æternam custodit eam.* hæc vox *in vitam æternam*, oculos illustrauit Martyrum, ne carni assentirentur, sed spiritui: *caro enim concupiscit aduersus spiritum.* Galat. 5.17.
qua die autem carni consenseritis, moriemini. Contendunt simul in vrbem eques, & rusticus, *Simile.*
iste pedibus, equo ille, veniunt in diuersorium, vt meridiationem agant; quid possumus edere hospes? nullum, respondet, cibum habeo, nisi ouem heri morbo oppressam, & morticinam carnem

Ibid. 24.

a Lib. 1. de ser. Domini, & lib. quæst. noui Test. q. 7.

1. Pet. 1.5.

Ioan. 7.7.

Gen. 3.16.

Mirabilis ars medendi.

b De glorificatione Trinit. c. 6. necessariam prouidit mortem corporis, præparatum habens apud se bonæ artis instrumentũ, quo posset per mortẽ corporis mors animæ destrui, emisit eum ne comederet de ligno vitæ, & viueret in æternũ: ideo dixit: puluis es, & in puluerem reuerteris.

c Psal. 72.6.

carnem (plaudite, nam verum fassus est caupo.) Absit, inquit eques, tali ego vtar esca? quot leucas hinc abest ciuitas, in quam pergimus? quatuor, satis in tempore ingrediar domum meam, interim bellaria ista cum potu aquæ frigidæ reficient satis corpus, pergamus: videlicet (inquit rusticus) hoc mihi restabat, quid mihi cum cupediis, & bellariis sacchari? assa mihi quartam, & postremam ouis partem: isti enim nobiles blanduli, & delicatuli nunquam vtuntur his, quæ natura dat, deglutiam serio cibos: nequeo enim ego fame, & siti necari vsque ad ciuitatem; deuorat carnes, inebriatur vino, oppletur caput somno, ingruit febris, moritur, & sepultura asini sepelitur. O rustice, nónne satius fuisset esurire vsque ad ciuitatem.

18. Iter faciunt simul timoratus Dei seruus, impiusque peccator, caupo rogatus quas escas proponat; quid respondeat mundus, nisi carnem morticinam, & tabe confectam. O rem mirabilem, mundus ipse liberat ab errore hospites suos, iustus respuit terrena, memor vrbis æternæ gloriæ, contentus alimentis, & quibus tegatur: rusticus verò peccator famis impatiens brutis cupiditatibus exsatiatur, incidit in febrim, & veterno lethali obsuta mens in inferno sepelitur. *Replebimur bonis domus tua, sanctum est templum tuum: ojo a la eternidad, no escuchar à la carne villana.* (Psal. 64. 5.) In hoc igitur tota salus consistit, si vbi ocurrunt temporanea, & æterna, hæc illis (vt oportet) præferamus. pereat corpus, vt saluetur animus: lex enim est apud Vlpianum [a] posse me vicinas ædes, in quibus iam ignis grassatur, demoliri ad vitandum incendium ædium mearum: *neque enim damnum dare videor aquè perituris ædibus.* Domus nostra propria anima est, corpus quasi vicina, si ignis tentationis ingruit in animam, pereat corpus, mortificate, fatigate: quid enim interest duobus, aut tribus annis antè moriatur; *neque damnum dare videor aque perituris ædibus.* Et Paulus, *Si secundùm carnem vixeritis, moriemini.* (Rom. 8. 5.) Et Sapiens, *Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens.* (Eccli. 42. 14.) Bonauentura [b] explicat: Præstat damnum, quod vir (nempe spiritus) infert carni, quàm illecebræ, & lenocinia sensualitatis; hæc enim mortem, illa vitam operatur æternam. *In vitam æternam custodit eam.*

a Contra Labeonem.

b In Ecclesiastem.

19. *Qui mihi ministrat, &c. & vbi ego sum.* (Ioan. 12. 26.) Tertium iam videamus, qua ratione, quos seruos facit pater, reges constituit, & coronat in cælis. *Honorificabit eum pater meus, qui est in cælis.* Eia peregrini patriæ cælestis, est qui quærat ducem huius viæ, Raphaëlem nouum, qui callet optimè iter, *me sequatur*, nullam, me comite, difficultatem timeatis. His dictis animosè satis, & fortiter in languorem, & tristitiam incidit. quorsum? qui alios ad opperendam hortatur mortem, nullam mortis formidinem oportebat ostendere, sed velut egregius (vt erat) dux interrito, & erecto animo ante omnes ad mortem gressum facere. *Quid est hoc* (inquit Augustinus [c]) *quomodo sufferam quod graue tanta firmitas sentit, quale fundamentum quæram, si petra succumbit?* Respondent idem Augustinus, & Beda, Christum non suam, sed nostram personam timuisse, id est, infirmitatem, & timorem nostrum à nobis in se, firmitatem, & fortitudinem suam à se in nos transtulisse: itaque ne nos mortem timeremus, ipsum pertimuisse. Contra præscriptam legem capitalem, in Assueri conspectum adiit Esther, quem cùm tali furore, decore, & maiestate circumfusum videret, deliquium passa in brachia vnius ex ancillis, quæ à manu erat, recidit: videns autem rex timore perculsam despondisse animo, & in tales angustias dilectam redegisse, nulla alia medicina subuenire posse cogitauit, quàm simul se timore, & perturbatione affectum ostendere, vt ex suo, quem deponebat animum, & spiritum, id est, vires, & spiritus imbecilles, fœminæ communicaret; vnde quæ vires fœmineas amiserat, viriles induit, & regias: subitò enim *festinus rex, & metuens exiliuit de solio suo, & sustentans eam in vlnis suis, donec rediret ad se:* (Esther 15. 11.) Quid agitis principes, famuli, fœminæ lectissimæ? quare non aquam, vinum fragrantissimum, & quod reficiat vires affertis? silent omnes, scientes nihil sic opportunum fœminæ, quàm turbari regem: *porque sabian que andauan al trocado, que ella le daua su turbacion, y el Rey su valor, y aliento.* quod perspicuè Augustini ore [a] fatetur ipse Deus: *Audisti à te vocem fortitudinis meæ; audisti in me vocem infirmitatis tuæ, vires suggero, vt curras, nec reprimo quòd acceleras, sed transfero in me quò trepidas, & substerno quà transeas.*

Dux ad vitã Christum.

c Tract. 12. in Ioan.

Voluit timere Christus, ne timeremus nos.

a Serm. de martyr.

20. Dux igitur itineris nostri præeat suis martyribus: nam in primo congressu itineris obuiam procedunt principes, imperatores, tauri pingues, leones, lupique rapaces, rogátque, *Quare fremuerunt gentes, &c.* (Psal. 2. 1.) sed nihil respondet, nisi ideo *fremuerunt*, quia erant homines efferati, quare namque persecutus est Nero Paulum? quia erat Nero. sic ita Domine hanc esse naturam principum, qui more brutorum viuebant; verùm quare tu pateris, vt instruant tuis peregrinis insidias, à quibus parum abfuit, ne perirent? Respondet Dominus, sic pretiosam mortem sua morte, sic dulces dolores suis cruciatibus effecisse, vt ipsi Martyres mortem appetant, & seipsos in labores, & ærumnas inferant: *ellos mismos se van à caça de trabajos, y se entran en la enboscada.* Audi Sapientem, *Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos, & idem ipse sequitur auem volantem: el que insiste en buscar, y caçar deleytes, es como el que se da à la ceteria sin alcon, ni gauilan, que la afficion es la misma, y el consancio, y el fruto ninguno.* (Prou. 16. 4.) Perspicua est sententia ex verbis Concilij Lateranensis sub Martino I. *Idem ipse minatur auem volantem: el que busca deleytes, no los alança; porque el con buscarlos, los oxea, y auienta*; laboribus verò, & cruciatibus, quos iam Christus sacrauit, quasi venatoribus iussit Christus, vt sanctos suos venari, & capere curent, vias occupent, tendicula, & insidias instruant, vt capiant Laurentium, Agnetem, Catherinam, & in angustias redigant: vnde Basilius [b], *Quicunque per viam angustam, & arctam declinat à lata, & spatiosa via ambulauerit, à tribulationibus inuenitur: los trabaxos se han puesto de enboscada en la senda de la perfecion. à tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis, bastantemente, y a vn demasiado nos hallaron.* quasi enim animalia (inquit Basilius) viuam animam spirantia apprehenderunt nos tribulationes. 21. Respondeo ergo ad interrogationem, si Dominus nobiscum est, quomodo inuenerunt nos mala? Respondeo, vt sic capti sancti, sic vinculis traditi maiora essent animarum lucra. Philip. 1. 14. fatetur Paulus, *Et plures è fratribus in Domino confidentes vinculis*

Incursus aduersariorum in via ad cælum.

Cur tolerat Deus Tyrãnos persequentes iustos

Labores venatores Regis cœlestis.

b In Ps. 45.

meis abundantiùs auderent sine timore verbum Dei loqui. Secundò etiam, vt virtus Christi resplendeat in Martyribus, qua muniti, quò grauiores erant tribulationes, eò gloriosior erat de tyranno triumphus. *In his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos:* semel enim anima in gratia constituta, nihil est, cur formidet; certus enim sum, quòd nec mors suis vmbris, nec vita suis accidentibus, nec ægritudo imbecillitate, nec fames sua angustia, nec sitis suo angore, nec mundus suis laqueis, nec fortuna suis delitiis, nec infernus suis tormentis, nec caro suis ardoribus, nec pacem mihi, neque gratiam labefactabunt tali duce, & Raphaele mei itineris comite: *propter eum, qui dilexit nos, me sequatur.*

Rom. 8. 37.

22. Superest nobis traiiciendum flumen mortis, & cruciatuum. O Domine, nonne melius foret pontem tua potentia efficere, quàm cogere delicatas virgines, & iuuenes vada limosæ, & turbidæ mortis superare? Nolite (inquit) timere, præibo ego, vadum quæram, & primus superabo. O mi custos, quàm magno labore opus fuit, vt vadum in morte inuenires: considera nocturno tempore grauissimam commotam tempestatem, atris nubibus atque densis cælum, & vrbem operientibus, conspirant quatuor elementa, ignis supra disrumpit nubes, tonitruis, & horribili iactu fulminum, & fulgurum aër è nubibus, ventis vehementissimis incitatis, nimbos, grandines, aquas effundit, tali copia, moléque aquarum, vt domos concutiat, friget aër quasi in media hyeme, aqua iam in prægrandes lapides grandinis transit, ingentes aquarum montes diffluunt, & aduoluuntur vndequaque, & in alueum confluunt turbidæ aquarum moles; quis audeat modò fluuium pertransire? Verùm ecce breui tempore quiescunt venti, fit patens cælum, argentea luna splendet, micant sydera, sensimque minuuntur aquæ, decrescunt ita vt ludere possint pueri, & sine metu transiliant aquas. Quis videt ô mi Raphael in nocte tristissima passionis cælo, & terra conspirantibus

Simile. Et noctis passionis Dominicæ descriptio.

23. bus æternum Patrem, laborum, ærumnarum

Psalm. 87. 8. fluenta in te vnum effudisse. *Omnes fluctus tuos induxisti super me.* insurgunt amici, & inimici, Synagoga cum Gentili populo, horror noctis offusæ nubibus, humanæ voluntatis timor, cor summo angore, & horrore circunfusum, terra tremit immane scelus, rubet, & obducitur sol, & in te vnum grando, verbera, fustes, alapæ, blasphemiæ, sputamenta, & spinæ incidunt. Foras foras ite, Martyres inclyti sustinete modò, nolite gradum facere, vix mihi datur aditus propter diuinitatem: nam humanitas molem aquarum non sustinens clamat, *Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, infixus sum in limo profundi, & non est substantia: no passeis agora, que van de mar à mar los trabaxos*; his verò transactis mea peracta morte, vno saltu flumen traiiciet latro, Stephanus lapides supponet puellis transeuntibus, noctu transibit Laurentius. En triumphatores trans flumen in portu, & cæli littore concinentes, in medio eorum temperat citharam Dauid, & carmen nouum instituit, ingeminat, & repetit eadem verba, *Nisi quia Dominus erat in nobis.* Psalmus iste (inquit Dauid in titulo *) est ad respondendum vno Psalmo *para cantar à choros*, quò tuo te duceret sors, turba gloriosa, clara, atque triumphans per hos anfractus, viásque difficiles, nisi Deus seipsum ducem præbuisset? vicisti quidem; qua tamen ratione; *nisi quia Dominus erat in nobis:* cùm exurgerent homines *in nos, forte viuos deglutissent nos.* Memento te insidiarum, quas contra me Saul, contra vos instruebant Nero-

Psalm. 68. 2.

Psalm. 123. 1, 2.

* Sic Hebræi in aliquibus Psalm. 128. & in isto.

nes, Maximini, Maximiani, & Diocletiani, 24.
quis nos à bestiis liberauit? *nisi quia Dominus erat in nobis. Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransiisset aquam intolerabilem.* Et quid memorem flumen sese effundens, & terribilem tempestatem, cruciatuum pluuiam, nimbum tormentorum, torquentiumque lectulorum, craticulas, equuleos, sartagines, lebetes, cacabos, equos, præcipitia, lapides, fustes, plumbatas virgas, sagittas, fumos, caminos, compedes, catenas, radios, carceres? *Aquam intolerabilem forsitan pertransiisset*, parum abfuit, ne omnino deficeremus: *nisi quia Dominus erat in nobis. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium:* nam vbi tormenta, & cruciatus nihil obtinent, laqueos, illecebras, & lenocinia texuerunt, vt quos non flecterent dolores, amores saltem lenirent. Ad illum fœda meretrix ducitur risu, amplexu, ore, verbóque blando pelliciens; illi nuptiæ plenæ dignitatis promittuntur; in ducem ille asseritur, illi gratia Imperatoris offertur: *laqueus contritus est: hizimos burla de todas essas promesas, y salimos libres.* qua ratione? *nisi quia Dominus erat in nobis:* custos enim itinerisque dux noster fidem suam liberat. *Vbi ego sum, illic & minister meus erit:* seruos enim efficere suos ideo dixit, quia reges, & principes futuri erant. Sicut enim nihil exploratius, nihil peruulgatum magis viatoribus, ait Iob: *Interrogate quemlibet de viatoribus: quia in diem perditionis seruatur malus*; sic nihil apertius, certiúsque Dei verbo, *si quis, nempe, ipsi ministrauerit*, fore vt honorificè apud Patrem habeatur, non in diuersorio, sed in cælo, non in terra, sed in gloria.

Psalm. 123. 1, 5.

Ibid.

Ioan. 12. 26.

Iob 21. 29.

VERBVM FILII.
Ioan. 12. v. 24.

Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

Noua filiorum Dei soboles, noua viuendi, lucrandique animam ratio, noua denique obtinendæ gloriæ semita à Christo tradita pretioso Martyrum sanguine consignatur.

DISCVRSVS XXXII.

NOVVM, & arcanum mysterium, & ab ipso almo Spiritu inuolutum iudicarunt sacræ paginæ interpretes, & Doctores; quorsum videlicet cùm in Apocalypsi visendum se Christus suæ exhibet sponsæ Ecclesiæ omni maiestate, & splendore cælesti 1.

cælesti ornatus; cúmque illa diuinis splendeat monilibus, stellis in capite, sole pro ornatu, & amictu, luna pro calceamentis argentea, minus curasse de capillis videtur elegans sponsus; prodiit namque canis plenus. *Capilli eius erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix.* Non ignoro canis sapientiam denotari, similiter, & antiquitatem, vocatos videlicet fuisse ad Ecclesiam Romanam antiquam, non ex nouitatibus conflatam, & ornatam, nec recentioribus decretis, & sacramentis stabilitam, vt somniant hæretici, qui sensus optimus esse videtur, & quia consonat notæ septimæ, qua nostra à somniatis Ecclesiis hæreticorum condistinguitur, & doctrinæ Aquinatis, & antiquæ eruditioni, & historiæ Eusebij præclari rerum Ecclesiasticarum scriptori. Mysticus verò (quem inuestigamus) sensus esse videtur, quem duo verba monstrant, luna, & nix: quorsum enim iidem capilli, & lanæ mundissimæ, & candicanti comparantur, & insuper niui? aut ergo vnum verbum otiosum est, aut mysterio non vacat. Cogitationes Christi Domini eiúsque de nostra salute curæ capillis significantur; hi autem aliquando niui, aliquando lanæ persimiles sunt. lana fouet, nutrit, defendit calorem, & vitam auget, & conseruat; opposita est nix, affligit, tristat, refrigerat, rigidásque manus reddit: sic Christi doctrina, & cogitationes instar niuis erga Martyres suos extiterunt. Vocat Eugenium à Gallia, Laurentium ab Hispania, tradit eos carnificibus, illum iugulandum, istum igne, & craticulis torrendum, illum capite plectit, & in subterraneo loco per mille annos ampliùs delitescere sinit corpus; istum noctu mori, & clam à Christianis sepeliri permittit. Frigida quidem ratio prouidentiæ: mutat verò, & inuertit rigorem niuis in cogitationes lanæ mollis, & suauis, & assumptis in cælum beatissimis spiritibus, corpus illius miraculo inde extrahit, miraculo in templum inuehit, & post mille & quingentos annos ad memoriam hominum, ad sedem primam, quam ipse martyrio consecrauerat, triumphali curru, quem pijssimi illi principes, secundus Philippus Hispaniarum, cum dilectissimis filiis, regiáque de stirpe principibus ducebant, in Toletanam Ecclesiam faustissimè regressus est: istum verò Laurentium princeps Roma quo loco semper habuit? ac tandem ab ipso secundo Philippo pietatis, sanctitatis basilica, eximiæ religionis conuentu, sacra æde opere magnificentissimo facta collocatus est. Iam cogitationes istæ molles sunt, & lanæ persimiles. Hoc igitur rerum inter se discrepantium mysterium facem nobis præfert ad intelligendam Euangelij seriem difficilem, & contrariis, ac longè diuersis sententiis arduam; in quibus tamen lana, & æternorum spes certa tectè, & abscondité continentur.

Apoc. 1. 14.

Vide P. Alcaz in Apoc. cap. 1.

Mirabilis & arcana Dei prouidentia capillis designatur.

DISCURSUS PRÆVIUS AD EVANGELIUM.

2.

3. Aderat iam tempus ingratæ, & obstinatæ Synagogæ repudiandæ, quam sæpe cælestis sponsus præmonuerat, & comminatus est; *& ego prouocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabò illos. Yo le haré, que se messe, y muerde las manos a la resabrida synagoga, y llamaré à la ciega, y poco entendida gentilidad.* impleto verò tempore, ecce adsunt viri Gentiles, qui cælestem sponsum inuisere veniunt, qui obtenta nullo pretio à ministris, & Apostolis, facultate (à Philippo videlicet, & Andrea) conueniendi Christum, qui ita se facilem exhibebat, in porticum Salomonis penetrant: *Domine volumus Iesum videre.* præsenserat iam corde suo rem omnem sponsus, & respondens ait, *Venit hora, vt clarificetur filius hominis:* iam de mea passione citiùs agetur, iam oportet nos nuptialia ornamenta producere, adest iam sponsa Ecclesia: *ya viene a vistas mi esposa pongamonos de gala y de fiesta.* Exhibet in primis personam contemplandam, símulque hæc prima, & maximè notanda verba adhibet: Ecce, ó mea sponsa, mortalis homo sum, nec ideo contemnendus: sum etenim sicut granum tritici, intus candidus gloria diuinitatis, & animæ; in cortice verò rubicundus, & totus afflictionibus, & passibili carne tectus, exiguus humilitate, virtute tamen potens, & grauitate, qua non ad quamcunque partem ventilandus sum, seminatus in incarnatione, natus in natiuitate, crescens in conuersatione vitæ, & doctrinæ, contritus in passione, coctus in camino crucis, panis suauis, & floridus factus in resurrectione, in mensa Patris, in ascensione collocatus, ibi beatarum mentium sum epulum, hîc viatorum fidelium sum cibus, quæ omnia, vt præstare possim, operæpretium est mortem ex Patris præscriptione oppetere, & terræ amandari. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.* Id maximè iam scire desideras, sintne de nostro connubio nascituri filij? vtique quamplurimi, ita vt licèt tu deserta, & derelicta nuncuperis, prolis & numero, & dignitate Synagogam superabis: *si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Quibus, rogas, prouentibus terræ, quibus annuis redditibus nutriendi, & alendi sunt filij? Dicam rem nouam, ex ludo; ludo namque ditatus est valde eorum parens: itaque tunc ditiores fient, quando vitam prodigant, & veluti per lusum amittunt. *Qui amat animam suam, perdet eam: solò perdera, el que no se perdiere, y el que perdiere su vida, in vitam æternam custodit eam.* Quò respicis? familiam? domum? famulos? egentissimos piscatores? noli eos despicere: est enim inter eos nonnemo, qui in quamcumque sortem, siue in crucem, siue in vitam, me ducem sequetur. *Si quis mihi ministrat, me sequatur, & vbi ego sum, illic minister meus erit;* quid miraris peristromata, & stragula nobilitatis insignibus ornata? cruce, clauis, & spinis? noua quidem sunt, sed regia insignia: supra enim non nympharum manibus, sed Patris mei aurea corona resplendet, qua hæc omnia dedecoris instrumenta nobilitentur. *Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus, qui est in cælis.* Vides qua ratione diuina luce indigeamus, vt gloriam, & splendorem sponsi sub infirma specie grani tritici, beatitudinem in morte, numerosam prolem in sepultura, felicitatem in amissione vitæ hominis, & valetudinis inueniamus? Sed pergamus ad singula.

Deut. 32. 21.

ECPHRASIS EVANGELII.

Ioan. 12. 21.

Christi grani tritici descriptio.

Ioan. 12. 24

4.

Ibid.

Ibid. 25.

BREVIS DIVISIO DISCURSUS.

5. *Nisi granum frumenti cadens in terram.* Quàm tenui, & infirma specie grani tritici elegantiam, & pulcritudinem suam sponsus tegit, quia Gentilem populum ad se trahere decreuerat. Verùm Isaias, qui cælesti lumine Christi gloriam, & pulcritudinem in passione, & abiectione præuiderat, sic rem grandem præfatus est: *Quis credidit auditui nostro, aut brachium Domini cui reuelatum est?* Quis

Cap. 53. 1.

(exponit

a De consensu Euangelistarum lib. 1. c. 13. & de ciuit. lib. 18. c. 29.
b Cap. 52. 14, 15.

(exponit Augustinus [a]) credet his, quæ de gloria diximus Messiæ, qui modò, quæ a me dicenda sunt, attente consideret: nam [b] illustria, & admiranda narraui, & quòd *super ipsum continebunt reges os suum*, vel præ pudore, vel præ reuerentia silebunt reges, vel sapientes, *multos asperget, & mundabit sanguine suo.* Imperatores namque, qui ad Christi crucem magno fastidio nauseabant, proni, ac supplices barbaros fastus, & antiquam maiestatem deponent: quis ergo credet his, quæ dicere pergo de eius despicabili forma? Verùm *brachium Domini* hæc duo habet: nam inglorius erit aspectus eius; quia carne tegitur: os autem diuinitatis infinitam in se virtutem continet ad operanda mirabilia, & cùm brachium istud coram Synagoga tanta miracula patraret, finxit non videre diuina, sed humana, & in medio lumine (Deo sic permittente) cæcutiebat, vt expresse D. Ioannes af-

Christus sub specie infirmitatis maximam fortitudinem abscondit.

Ioan. 7. 5. firmat: *Cùm tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt sermo Isaiæ Prophetæ impleretur,*
Isai. 53. 1. *quem dixit: Quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est?* Domine pauci ex hoc populo credent sponsi huius pulcritudinem, cùm quæ de illo prædico, magis sunt infirmitatis argumenta, quàm fortitudinis; *quis*
6. *credet?* quis? Gentilis populus, cæcus, & facilè docilem se præbebit his mirabilibus, ideo ipse
Isai. 52. 10. dixerat, *Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. parabit Dominus*, accinget se fortitudine ad opus arduum redemptionis nostræ: *parabit Dominus brachium suum*; quia mirabilia eius mortalium oculos perstringebant, & in ipso splendore errabant; *parauit Dominus*, tegere, & obducere voluit virtutem, & mirabilem splendorem specie despicabili humanitatis: *pusò la Diuinidad tan à lo humano, que los hombres viessen, que era hombre, y tan à lo diuino, que creyessen, que era Dios: parauit Dominus.* Principes, & equites omnia sibi ita apparata volunt, vt vix aliam naturalem actionem edant, quàm quiescere in lecto apparatissimo, concursare in curru splendidè strato, manducare in mensa, quæ Chæronomon [*] apparauit; hic enim sumit auem assam, & fuscinula tenens subtiliter, & eleganter per omnem iuncturam gladio penetrat, sicque, & integra manet, & in multas diuisa partes: hoc appellant *apparare, apparar vna aue.* Rudis certe erat, etiamsi nobilis, Iudæorum populus vix Messiæ aduentum, & naturam callebat. Gentilis item populus Christum suum omnino ignorabat: parauit (inquit) Dominus, ita temperauit, ita ad gustum hominum præparauit, vt faciem suam alapis præparauerit, corpus flagellantibus, manus crucifigentibus paratas dederit, ac denique
7. in Dei brachio viam, ferrum, & lanceam inuenerint; quod ipse prædixerat: *corpus autem ad-*
Heb. 1. 5. *aptasti mihi.* Quòd si nec sic placet sponsæ, *nudabit Dominus brachium suum in oculis omnium gentium: desnudarà Dios su braço, que hasta alli auia estado encubierto, y vestido de magestad;* & quid inde? videbunt pariter os diuinitatis carne tectum, vitam in morte, gloriam in demissione, & in grano tritici infinitam virtutem: *& nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo.* ex Hebræo, *percussum Deum: vn Dios herido, dos naturalezas en vn supuesto, la vna gloriosa, la otra herida.* quem cùm sponsa con-

Attemperauit humanitatem diuinitate, & diuinitatem humanitate.

* *El maestre sala, y trinchante apara vna aue pasando el cuchillo sutilmente por las coyunturas, y dexandola entera.*

templatur, despexit eum; quia non intellexit, vt bene Augustinus [a] notauerat, qui titulum Psalmi nuptialis mysterio non vacare affirmat; *in intellectu canticum pro dilecto.* Contingit puellam fasciculum aurei fili emere, quem cùm intus filo serico compositum videt, & pretium, & pondus esse auri, vellet ignara rei sericum filum educere, aut saltem minori pretio emere: sed certè non intelligit filum ab auro numquam separandum. Vidit ignara Synagoga in vno Christo aurum splendere, sed sericum filum humanitatis vilioris pretij auri pretio reputari, voluit soluere Dominum Iesum, & naturas diuidere, ideo nempe, quia non in *intellectu, no lo entendio. Visus est à persecutoribus suis, sed non in intellectu: si enim cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent* [b]: & videntes dixerunt; quia non habebat speciem, neque decorem; quare? *quia non in intellectu. Nobis ergo iam credentibus, vbique sponsus pulcer occurrat, pulcer in cælo, pulcer in terra, pulcer in vtero, pulcer in manibus parentum, pulcer in miraculis, pulcer in flagellis, pulcer deponens animam, pulcer recipiens, pulcer in ligno, pulcer in sepulcro, pulcer in cælo, pulcer in intellectu.* decorus vtique, & elegans est sponsus, etiamsi sicut granum tritici abiectus, & despicabilis videatur.

8. *Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert* [c]. En tibi certam numerosæ prolis propagationem, quam idem Isaias vno, sed mirabili verbo expressit: *generationem eius quis enarrabit* [d]? Quatuor habet expositiones locus iste. Primam de diuina generatione est Clementis Papæ [e], Cyrilli [f], Basilij [g], Iustini. Secundam de humana generatione, vel de vtraque tuetur Tertullianus [h], Iustinus [i], Chrysostomus [k], nec displicet Hieronymo, Procopio [l], Cyrillo [m], Gabrieli Vasquez [n], &c. Tertia tamen nomine generationis intelligit numerosam fidelium sobolem, quam Christo, atque Ecclesiæ, atque adeò cælo peperit tam acerba mors. ita sentit Lyra, Carthusianus, & Salmeron [o]. Quarta verò boni auctoris, sed minus bona, sic legit, *sæculum eius quis enarrabit* [*], quis poterit scelera, & ingratos animos illorum enarrare, qui Christum in crucem agent? Secundam igitur expendam, ideo mirabilis prædicatur hæc numerosa soboles, quia illam pariturus sit mortuus, ex grano sepulto nascituram. Hoc ipsum mysterium Abrahamo indicasse ponderauit D. Paulus: cùm enim filios præclaros, quasi stellas, & quamplurimos quasi arenas promisisset ex filio, iubet ipsum filium sibi in victimam offerri, tunc illo credente in spem contra spem, aduocata facta est fides, & patrona in tali conflictu, sperare iubet, etiamsi moriatur Isaac, ex illo multos filios posse à Deo suscitari. Hebr. 11. 12. *Propter quod ab vno orti sunt, & hoc emortuo, tamquam sydera cæli in multitudine, & sicut arena, quæ est ad oram maris innumerabilis.* Origenes [p]; *Prodidit ergo nobis Paulus fidem Abrahæ; quia fides resurrectionis iam tum haberi cœperit in Isaac, dum ait cogitans, quia & à mortuis eum suscitare potens est Deus.* Nouitas igitur iam non est in resurrectione, sed in generatione filiorum *ex emortuo: de vn hijo muerto.* libeat verbum istud ponderare; quia Pauli est. Nomine bouis patientissimi, & vtilissimi animantis, passio Redemptoris exprimitur, & quod mirabilior est, hæc eadem filiorum soboles copiosè ex eius passione nata:

a In Psal. 44.
b 1 Cor. 2. 8.
c Ioan. 12. 24.
d Isai. 53. 8.
e Epist. 1.
f Lib. 2. de Trinit.
g Lib. 1. contra Eunom.
h Aduersus Iudæos c. 13.
i Quæst. 47. ad Orthodoxos.
k Homil. de Ioanne Baptista.
l In hunc locum.
m In Ioan. c. 12. *Christus cum veniret.*
n 1. Tom. in 1. p. S. Thomæ disp. 11. c. 6. Conuertit mentem Propheta à supplicio, quod per summum dolo-

8.

rē, atque ludibriū perpessurus erat ad genus illustrissimū, quo Deus à Patre genitus & homo sine virili congressu à Spiritu sancto conceptus est, & quasi estatim passus, neque verba plura cōtexere valeas, admirabundus dixit, *Generationem eius quis enarrabit.*
o In cap. 8. Actuum.
* Forerius in Isai.
p In epist. ad Hebr. 11. 12.
P. Alcaçar ex Virgilio, & Hieronymo Vida, ex pluribus & experientia comprobatum: nulla enim alia originis harum causa assignatur, nec fuisse in arca Noë, docet August. Thomas Perer. & citat Abu-

9.

lensem Alcaçar in Apoc. cap. 4. v. 7.

Christus sicut bos viuens & moriens beneficus.

nata: Christo enim contigisse videas, quæ de vituli natura & beneficentia narrantur. nam non solùm bos viuus, & occisus, sed tabidus etiam, & putridus summè est hominibus vtilitatis: vermes enim, quibus aliorũ animalium putrefacta cadauera scatere solent, humano generi nullum afferunt emolumentum. Periisse quondam narratur apum genus, & bombycinum, qua de re cõsilium ineunt inter seniores agricolæ, inter quos senex vnus narrasse fertur, ex boue aratore fatigato, & saginato, fustibúsque à iuuenibus contuso terræ in antro obscuro amandato, & sepulto, ex beneficio animante apes progigni cœperũt ex carnibus, ex visceribus autẽ bombyces fractis ostibus eruperunt; isti flores statim adeunt, & mellifico operi incumbunt per prata, per flores, illi ramos arborum occupantes serica opera peregerunt, quibus genus hominũ splendet. Quòd si ad Christũ, eiúsque Martyres oculos conuertamus, quantum reperiemus debere illi cælesti vitulo, qui se pro nobis in cruce post vitæ labores dedit immolandum, & sepeliendum? vnde originem duxit tot fidelium virginũ, Martyrum numerosa soboles? vnde tot religiosorũ examina, quæ distinctis sedibus, & familiis Deo, & Ecclesię mella doctrinæ, & sanctitatis efficiunt? vnde presbyterorũ, & clericorum splendida cohors, & chori, in quibus bõbycis instar Christianæ Ecclesiæ, decori, & splendori laborant? Ex te, ô mi Christe, ex te vno, & *hoc emortuo*, originem sumpserunt: natura enim non fert viros iustos, & sanctitate insignes, sed gratia tua, sed tuus sanguis, & mors, & sepulcrũ, & hac de causa non ex cruce, sed de sepulcro resurgere voluit, vt vni, & verè mortuo, & sepulto talis soboles tribueretur: *ex vno, & hoc emortuo.*

10. Sed quis quartã expositionem non sine rubore, & dolore prosequatur? *Sæculũ eius quis enarrabit?* quis malitiam sæculi poterit enarrare, quæ ex tanta benignitate orta est? Hac pergit ad arandum bos, alloquar illum, si libet. Paucis te volo mitissime bos, pergis sine dubio ad arandum cum socio, quos tibi pastus porrigit herus tuus post laborem? ecce meridies iam est cùm agricola breues vmbras videt, ponit aratrum, & supersedet aliquanto labore, porrigit fœnum, aut paleas, & his contenti sumus: quòd si contingat mori, quid de te fit? vix interiisse videbis, cùm integram pellem, si possunt, denudabunt, carnémque in frusta dissecabunt, quam vel citò deuorent, vel sale siccatam seruent, & bouis omnino memoria periit. Doleo vicem tuam bos, sed perge, alloquar dominum tuum. Quò pergis bone agricola? Aratum pergimus: nisi enim insudant rustici, non manducant. Laboriosa quidem est opera vestra, ô pater, nulli nisi bonis istius vitæ comparanda, vix manus è sinu, fasciisque erueram, vix pedibus consistebam, cùm mihi virgam obtrusit parens, & gregem minari, & pascere imperauit, grandior factus, ad aratrum vocatus sum, testes adhibeo callosas istas manus, digitos, & articulos, quos vix rustica pellis tegit; meridie autem veniente quid putas cibi paratum habeo? panem sudore comparatum, cepam, & vinum coacescens. Quid si ingruat mors? videas filios meos hæreditatis cupidos ad bona, vel partitione, vel rapina capienda. splendet ille in cultu, ludit ille, & prodigit cum amicis, omnes cibo, & potu ingurgitantur, & quasi apes versicoloribus, & quasi bombyces sericis vestiuntur: bos verò, bonus scilicet parens putrescit in sepulcro, & omnino venit in obliuionem, quasi numquam laborasset, & arasset. O parabola rustica, & illiberalis! locúmne apud Deum es habitura? venit in mundum bos iste beneficus, & agricola sollicitus, vix infantiæ annos exegerat, cùm iã prauus iste grex illi demandatur. *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea*; vix manus habuit, 11. Psal. 87. 16.

Ingrati filij Christo benefico & piissimo parenti.

cùm ad aratrum vocatur, semper in labore agens cum rudioribus discipulis, cum litigiosis, & maleuolis Pharisæis. Venit meridies, quas epulas, quod vinum propinauit illi Synagoga? myrrhatum, felléque mixtum. Bos mitissime quid de te fiet, si mori contingat? O filiorum impudentiam, ortæ sunt ex me apes, corpore nutritæ Ecclesiasticis redditibus, & stipendiis altæ, sortes mittunt in bona mea, ornantur, coluntur, colludunt, triumphant, bouis autem, mei sudoris, & sanguinis sempiterna omnes cœpit obliuio, quasi mortuus non essem. *Sæculum eius quis enarrabit?* Audi Bernardum [a]; *Quàm breui posita est Ecclesia in superbiam sæculorum, honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non deferunt: del buey han nacido, y del buey no hay memoria. inde is, quem quotidie vides, meretricius nitor, histronicus habitus, regius apparatus, inde aurum in frænis, in sellis, & calcaribus, & plus calcaria, quàm altaria fulgent; inde splendida mensæ & cibis, & scyphus, inde comessationes, & ebrietates, inde cithara, & lyra, & tiba; inde redundantia torcularia, & promptuaria plena eructantia ex hoc in illud, inde dolia pigmentaria, inde referta marsupia*, bouem autẽ obliuione sempiterna sepelierunt; ipse tamen queritur filios. Non in tantam insaniam prorupetant Corinthij; ad quos tamen sic iratus scribit Paulus: *Iam saturati estis, iam diuites facti estis, sine nobis regnatis, & vtinam regnetis, nos stulti propter Christum; vos autem prudentes in Christo: yo toda via soy tenido por necio, vos otros ya salis con borlas, y capirotes. nos infirmi, vos autem fortes: nos otros toda via flacos, vos otros todos valientes, caualleros habito al pecho. vos nobiles, nos autem ignobiles: ya todos teneis Don, sois hidalgos, y nobles; nos otros siempre escuros, nueuos, pescadores.* O noua facies Ecclesiæ, quam mundauit Christus sanguine suo! ô labores frustrà impensi! ô mors obliuioni omnido data, quis tanta mala in Dei Ecclesiam intulit? quis? alter bos, qui est putida, & impudica caro corrupta, quæ in tot mulierculis, & adolescentibus putrida est, & sanie, & vermibus scatet, inde examina otiosorum, collusorum, & impurissimorum ortum habent, *corpus, quod corrumpitur*, ab isto boue, & quasi Adam intra ipsos peccatores commorante, omnes isti nascuntur excessus. Nec multum aberro à vera coniectura, quin potiùs ipse Spiritus sanctus suo penicillo graphicè per Salomonem expressit: Vidi (inquit Salomon) leuem, & turpem adulteram iuueni quasi vitulo blandiri verbis, & gestibus, lenocinari, fallere, & quasi fune post seipsam trahere: *sicut bos ductus ad victimam: como buey bono la sigue al matadero.* iam de eius anima actum est, corpus putrescit vitiis, totúsque bos in apes conuertitur; ex eius enim visceribus, & pecuniis musicam, comœdiam, cœnam, ornatum, monilia comparant, quousque turpi morbo oppressi in lecto, & in sepulcro decumbunt. O miseranda vitulorum sors! hoc (ni fallor) significare voluit pater illius prodigi filij, cùm fratrem natu maiorem sic alloquitur: Quid

a Ser. 33. in Cãt. in fine.

12.

1. Cor. 4. 8.

Caro putida fœto cum vitiis in Ecclesiam infert.

Sap. 9. 15.

13. *Prou. 7. 22.*

Luxuriosus vitulus putridus.

Quid quereris ô fili, quòd vitulum saginatũ iugulauerim pro aduentu fratris tui? quiesce, obsecro, & vide; quia iste tuus frater *mortuus erat, & reuixit; perierat, & inuentus est.* (Luc. 15. 24.) Certè nihil amisimus in occisione vituli; nam aduentu fratris tui compensatur: erat enim vitulus putridus, & sepultus; à mulierculis enim, quas perditè amauerat, extinctus, & putrefactus, substantiam eius quasi apes dissiparunt, & quasi bombyces sericis seipsas ornarunt: igitur si reuixit, nihil amisimus, *vayasse becerro por becerro.* Vides igitur qua ratione libertas, & impudentia fidelium ex putida carne nascitur, quæ contraria est Christo, cuius filij non *ex sanguinibus, sed ex Deo nati sunt:* (Ioan. 1. 13.) licèt enim plurimos filios ex his nuptiis promisit, non ex voluptate carnis, &c. sed ex Christi sanguine, & morte orti sunt: *multum fructum affert.*

14. (Ioan. 12. 25.) *Qui amat animam suam, perdet eam.* Quibus alendi, nutriendique filij? non alio lucro, quàm quòd ex ludo valeant obtinere: in hoc eorum æterna sors consistit, si ludum ineant, & vltimam manum lucrentur. (*Mirabilis ludi genus quo vitam æternam lucrantur iusti.*) O fortunam incertam, & dubiam, quis vitam æternam, amplissimáque bona vnico ludo committat? & quî potero lucrari? amittendo vitam, gaudia, diuitias. quid miraris? si enim ego bona cælestia proposuissem lucrantibus, & fortunatis, & diuitibus, quis obiret illam hæreditatem? pauci quidem, & quàm facile est amittere, priuare se delitiis, abstinere ab ambitione, & fastu? *luego no hay cosa mas facil, que el perderse, ni que el ganar, quando el que se pierde gana?* O nouum inuentum! attende H O M O. Vita nostra quid aliud putas est (inquit Chrysostomus) nisi ludus, sed sunt pueriles ludi, quibus mundani colludunt, & otiantur, nihil boni operantes, vapulabunt sicut pueri, ideo comparati sunt pueris à Christo Domino. (*Ludi diuersi.*) (Luc. 7. 32.) *Cui assimilabo generationem istam, similis est pueris sedentibus* (ludentibus) *in foro.* ludunt, inquam, impudenter vt pueri, ludunt sicut pisces in mari, qui sibiipsis annuntiant tempestatem, & pœnas inferni. ludit etiam dæmon, falsò tamen; nam & auget sponsionem, *hæc omnia tibi dabo,* (Matth. 4. 9.) & calculos proponit, & approbat, dat fidei cautionem, ita vt putes seriò tecum agere; sed postea vel ludo desistit, nec ludum, nec fidem tuetur, & malo isto ludo mulctat, atque perdit. (Prou. 26. 18.) *Sicut noxius est, qui mittit sagittas in mortem, ita qui fraudulenter nocet amico suo, & cùm deprehensus fuerit, dicet, ludens feci: no pensè tal, no era masque entretener nos, y ctauole la saeta en el alma.* Deus

15. (Marc. 8. 35.) verò manifestè ludit, & affirmat, *Qui perdiderit animam suam,* &c. Desine mirari, vide sponsionem: *in vitam æternam custodit eam.* vide calculos, qui etiamsi viliores sunt, approbantur ab eo, qui est summæ fidei. (Matth. 5. 5.) *Beati pauperes, beati, qui lugent, beati misericordes.* Certè nihil valent calculi; at fides, & commendario approbantis locupletat, & nobilitat eos; *quoniam ipsorum est regnum cælorum; quoniam ipsi consolabuntur; quoniam ipsi misericordiam consequentur;* quando hæc persoluentur? finito ludo. Vides ergo qua ratione lucrari quis potest, dum videtur amittere? Intellige modò exemplo. Nouitium monachum erudiebat D. Bernardus, qui (*In vita sancti Bernardi.*) prophanis moribus imbutus vix poterat ad religiosam vitam, & disciplinam reformari; quare die quadam conuenit bonum magistrum, repetam ô pater in seculum tua pace; & quare ô fili Deum deseris? Fateor (inquit) ô pater, nunquam lætam duxisse vitam, ex quo abstineo à lusu, cũ maximè eram addictus. Places mi fili. porrige illi, heus minister domus, porrige centum drachmas; accipe, & pacto inter nos inito reciproci lucri, partiemur lucra æquabiliter. vix pedem intulit in domum lusus, cùm (orante Bernardo) omnem pecuniam amisit, & (*In historia Cistertiensis ordinis in vita Bernardi.*) diuinam præsentiens manum in monasterium regreditur; videt à longè Bernardus, & partem vestis præparans ait: Effunde fili, effunde, mitte huc nostra lucra. O pater amisi totum. O fili nihil amisisti, sed omnia lucratus es: nam si ludus fortunatior, & felicior tibi contigisset, amisisses Deum; nunc verò quia totum perdidisti, totum lucratus es. Desine igitur mirari nouam doctrinam Christi, & vide rationem ludi, iubet illum morbo decumbere in lecto, ibi (*Iuego de la gana pierde es el de los justos con Dios.*) putat annos, oblectamenta, diuitiásque amisisse; ita est, sed lucratus est Deum, quem vtique amisisset, si liberè vagari sine fræno, sine modo permisisset. Quid doles virgo? perdidisse delitias, decorem, parentes, quia te diuino obsequio mancipasti? ô quanto grauiorem iacturam, & naufragium egissent forma, & splendor, si viro scelerato, & nefario nupta, & animam, & Deum amisisses. Quapropter vos obsecro ludentes, magnos istos reges attentè intueamini. Quis vidit Roma discedere Paulam, & Eustochiam, nobilissimas matronas, quidquid altum, 16. quidquid diues, illustre, & amplum erat in orbe despicientes, & quasi rudissimas bestiolas ad (*Ludunt virgines, colludunt Martyres.*) præsepe Domini in Palæstinam fugere, amisisse putarentur: at quàm felicior earum fuit sors, quàm quæ in delitiis remanserunt? Qui vidit Martyres nostros Laurentium, & Eugenium accurrere ad ignes, ad craticulas, ad præcipitia, insanos putarat, sed ô quanto gloriæ, & virtutum lucro abierunt locupletati. Qui videt vrsum (*Simile.*) alucari apum arrepto se in medium flumen inicere, putabit sibi mortem adsciscere, morietur vtique fur in mediis aquis; sed quàm diuersa est sors: nam apes sunt, quæ moriuntur; ipse verò ad ripam appellans sedet, & melle fruitur dulcissimo, coram apiario, qui illusus omnino, & altera parte fluminis manet. Hoc ipsum prorsus de Martyribus cogitarunt tyranni: *Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore, ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.* (Sap. 5. 4.) Quid etiam in hoc ludo Dauidi contigerit narrat ipse: *Factus sum tanquam vas perditum, quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu: señor voy bien acierto en mi juego;* (Psal. 30. 13.) quoniam qui circunstant ludi inspectores, amisisse putant honorem; quia lusi coram arca perdidisse maiestatem, insanit iste rex, semper se pastorem cogitat; cilicio indutus dormitum abit, & à somno ad verbera surgit, & qui ensem antea, flagella arripit matutinis horis? quid insuper? montes, & abstrusa deserti, instar caprarum, atque ceruorum, excurrit, & ibi Deo vacat, sicut si in tabernaculo Dei sancto orationi incumberet. *Sic in sancto apparui tibi, sicut in sancto.* 17. (Psalm. 61. 3.) & quidem parui facerem dicta otiosorum, verùm facta extimui: animam enim meam, & vitam ludo auferre volunt. *Accipere animam meam consiliati sunt:* (Psal. 30. 14.) verùm tu mi Domine fortunatam meam sortem efficies, accipe chartas

chartas pictas, quid placet tibi, repellam diuitias, en tibi aureos numos, & talenta ad templum ædificandum à me abdico, vis etiam enses, pono,
Psal. 58. 10. sit ita, *fortitudinem meam apud te custodiam, yo me descarto de la espada, que no he de ser toda la vida valiente.* sume tibi sceptra, ego ex hac die à me abdico, felicémque sortem
Psal. 30. 16. à te vno expecto. *Dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ: toma alla mi juego señor, pierdame yo por vos, que sin duda me ganare.* Quàm diuersa sors fuit Henrici regis Angliæ, qui cum diabolo colludens (fœmina inquam) calculos illi approbauit: *abonole los tantos, mira à la dança dora tanto donaire, tanto lustre, tanta gracia en cantar, y en hablar ha de perder vn Rey?* colludunt ambo, miscet chartas dæmon, auget sponsionem rex, & qui homo erat, id prudentiæ, id sapientiæ, id pietatis, vt fidei defensionem, à qua nomen accepit, scripserit, amittit vxorem legitimam, amittit fidem, amittit Ecclesiæ primatum, amittit regnum, amittit vrbanitatem, & transit in bestiam immanissimam, & omnibus mulctatus, mortique proximus euersas, ac perditas res omnes videns suo cubiculario ait: *Iacta est alea, omnia perdidimus.* O regum profligatissime, & quando perdita lucraberis? sedit etiam ludere in orbis mensa regina potens Roma, quam ita delitiis, & diuitiis saturatam, & exaggeratam depingit Ioannes Apoc. vt nemo ludum amittere posse putauit. iactura enim non obueniet illi ex aureis numis: Hispania enim aurũ ex suis aurifodinis inferebat; nec minus iactura veniet ex carchesiis: suus enim ipse Tullius, & Seneca eius in pretiosis vinis, & compotationibus excessum notarunt, sceptra nõ deerunt, & baculi omnium regnorum, virgas, sceptraque quasi in fasciculos sub potestate sua redegerat; nec ex ensibus ruina, aut iactura contingat, cùm ferro cuncta fregerit, & strenuis ducibus roborata, &
18. munita sit. Vide tamen quàm parum fidendum sit, qui Deum ludi sui patronum, & ducem non aduocat, vnius Petri baculo crucis, vnius Pauli ense, vnius Constantini sceptro Christo, & Apostolis dedicato, ecce totius mundi Domina expoliatur pecuniis, mulctatur vita, & publico
Apoc. 18. 7. præconio in mare demergitur. *Quantum glorificauit se in delitiis, tantum date illi tormentum, & luctum* (tantum.) *pague los tantos, tanto de tormento quanto tuuò de placeres.* O tantum! quod tu numquam ponderasti: non enim haberes tanta crimina apud dæmonem tanto dolore, tanto tormento exoluenda: fidelis verò Deus, qui calculos, quos semel approbauit, fidelissimè explet:
Eccli. 35. 13. *paga los tantos, que abonò Dios. Quoniam Dominus retribuens est, & septies tantum reddet tibi: por tanta tristeza te dara tanta, y mas alegria, por tantica humildad te leuantara tanto, que no te conoscas.* Lude igitur homo, sponde largè Deo tuo, bona enim tua sors in amissione est: quòd si non vis credere lucra Christianorum in hoc esse, quando lucrari poteris animam tuam? nunquam:
Ioan. 12. 25. at si semel amittis, *in vitam æternam custodis eam.*

Ludit Henricus octauus, sed mulctatur in ludo.

Ludit Roma, sed mulctata corona abiit in profundum.

19. *Qui mihi ministrat, me sequatur, & vbi ego*
Ioan. 12. 26. *sum*, &c. Quò vocas ministros tuos Domine? certè in hoc mirabilior est mihi hæc tuæ prouidentiæ ratio, vocas ad accliuem montem Caluariæ, & sic facilè tui itineris comites vis habere? ita mirabilis est ista Christi imitatio, vt eam noluerit tacere Isaias, *Et fluent ad eum omnes gen-*
Cap. 2. 2. *tes.* Mira Ecclesiæ commendatio, & virtutis Christi, qui ad montem illum excelsum, & arduum, crucisque amplexum, & arctam viam, quæ ducit ad vitam, quæ molestiæ plena est, eo impetu trahit vndecumque populos, sicut si aqua suo se nutu referat ad caput fontis, à quo profluxit, maximè ascensu arduo. Mirabile quidem opus arcis Toletanæ, sed mirabilius opus, quo aquæ contra naturam in sublime feruntur; magnum pietatis opus, Christum in crucem tolli, & in Caluaria mori; illuc autem contra honorem, contra inclinationem, contra appetitiones proprias sic properasse gentes longe mirabilius. quod bene nouit ipse, dum ait, post mortem non defuturos socios suæ crucis, nec gloriæ. *Singulariter sum ego, donec transeam: solo me iria al Cielo, si no muriesse. si non transibo, manebo sine gloria,* ait Augustinus [a]. Vnde cùm Euangelista vidit Simonem Cyrenæum arripuisse crucem, statim credidit eum glorificaturum & filios: vnde cùm mos sit filios ex patris nomine nuncupare, vt filij Zebedæi, hic pater à filiis, & nomen, & insigne accipit, & ideo prudens Euangelista ait, *Pater Alexandri, & Rufi*: tum vt videant Iudæi in libro vitæ honorificè agi apud Deum de illis, quos ipsi summo dedecore plenos abiecerant, tum vt liquerat, quanta gloria honorificabit pater eos, qui voluntariè crucem tollant, & sequantur filium, dum tali honore afficit non Patrem solùm, sed filios, quia Pater eorum conductus obiter crucem baiulauit. Cessat tamen admiratio, si verba Redemptoris vocantis nos ad accliuem ascensum ponderamus: non enim verba nuda, sed exempla exhibet, *me sequatur.* Miratur valde Basilius [b] quòd Ioannes se vocem nominet, & in deserto ab hominibus semotus clamet: sed bene se res habet (inquit) plus enim clamabat opere, quàm voce, opera enim in deserto facta altiori voce personabant in vrbe; quem igitur non moueat exemplum passionis dominicæ? Victori Dauidi fausta prædicabant virgines: *Percussit Saul mille, & Dauid decem millia*; quorsum? vt extollant Dauidem? minimè (ait Ambrosius) sed has ingeminabant voces coram aulicis, coram militibus regni, *vt his mirabilibus auditis, ad maiora ascenderent*, & nulla ratione de corona cogitarent, & requie, nisi priùs labores, & molestias pertulissent: his enim tantummodo hæc requies promittitur. *Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis*: his etiam præclarum nomen assignatum est, *Honorificabit eum Pater meus.* nam, vt ait Nissenus, *Christianismus est imitatio diuinæ naturæ*: vnde qui Christum imitatur, sicut à Patre honorifico nomine insignitus est, ita Christiani optimum sortietur nomen. *Dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis, & interficiet te Dominus Deus: el que quisiere hazer vn juramento execratorio, sera hechando se maldiciones, si tal hize vengan sobre mi las calamidades de los judios.* Septuaginta traduxerunt, *Relinquet nomen vestrum in saturitatem: todo el mundo se enfadara de vuestro nombre.* contra verò ait Isaias, *& seruos suos vocabit nomine alio*; quod nomen D. Bernardus [c] putat esse nomen Christianorum, non ab hominibus mendicatum, vt Israëlitæ, & Iudæi à Iacob & à Iuda, sed ab ipso Dei filio Iesuitæ, à Christo Christiani nomen sortirentur. 21.
Et vbi ego sum, illic & minister meus erit; quod Ioan. 12. 26.

Psalm. 140. 10.
a In eundem Psalm.
Marci 15. 21.
b Tom. 1.
Excitat & ad se rapit animos passionis commemoratio.
20.
1. Reg. 21.
Apoc. 14. 13.
Ioan. 8. 49.
Isai. 65. 15.
c Serm. 15. super Cantica.

quod facilè credat, quisquis considerat qualem sedem in terris dederit sanctorum reliquiis, qui & æternam mansuram præparauit in cælis. Prodeat in testem vnus Eugenius verè Christi testis, qui verbum, quod in Hispania seminauit, rigauit sanguine: hinc est quòd cùm tantæ religionis domum, tam splendidum deuotionis sacrarium, sacratissimæ Virginis stratum, & domicilium, Imperatorum arcem, perantiquam nobilium generationum vrbem, (*Toledoth* hac de causa nuncupatam,) vellet consecrare, Deus non verbum seminauit solùm, sed Pontificis sanguine dedicauit: conueniunt enim optimè Pontifex, & Martyr, Episcopatus, & martyrium: quod enim concionatur vt Episcopus testatum reliquit sanguine suo: vnde primus Martyr mundi Pastor fuit, & à sacrificio ad mortem quasi victima ductus est, per hoc iam ostendens Deus nullum sanguinem illi iucundiorem fore, quàm Pastoris, sicut Abelis; quod liquet maximè in Apostolorum martyrio, quo (vno dempto Ioanne) omnes coronati sunt, vt fides sanguine testata maneret. Nec vacat mysterio B. Matthæum non extra muros, sed in ipso altari peremptum fuisse, vt sanguis sanguinem tangeret, & duo monstraret. Primum, qua ratione nostra opera dignificare possimus, ea nempe sanguine Christi tingentes, & opera operibus Redemptoris adiungentes. Secundum, vt fides Christi Pastoris, & Episcopi sanguine consignetur, vt non obscurè fatetur Paulus: *Quòd si immolor, super sacrificium fidei vestræ immolor; si me vieredes morir, sera para hazer bueno, y firme loque aueis creido, y yo he predicado.* Vnde non casu factum putemus (ait Cyprianus) Zachariam filium Barachiæ peremisse Hebræos inter templum, & al-
22. tare: *vt ibi esset hostia, vbi antea hostias immolabant.* Ita Matthæus, ita etiam Eugenius Pontifex iugulatus dum sanguis eius sanguinem Christi attingit. Probat tantæ, támque excelsæ dignitatis esse martyrium Pontificis, vt sanguini, & martyrio Christi queat quodammodo comparari: *que el martyrio de los Prelados se parece mas al del hijo de Dios.* De sede, quam Deus Laurentij reliquiis dederit, quis audet loqui? Affirmant quidem graues auctores, si laurus supponatur capiti, inter dormiendum somnia non falsa, sed vera in phantasia repræsentari: tu igitur ô Laurenti in craticulis noctu, quasi in lecto decumbens, quid cum tua lauro somnias? somnium tibi subit, quod de Porcia narratur, quæ irrationali temeritate ignitos carbones deuorauit? minimè somnias hoc; quia inhumanum, & brutum opus proiectæ feminæ fuit: verè tamen somnias, si te constantem, prudentem inter prunas vides non saturatum his, quæ supponebantur; somniat Arabia aurum suum igne ad summum pretium eleuari? somniat rex Tyrij gemmatam carbunculis vestem induere? Quasi somnium etiam refert Augustinus obstinatum, & ira turgidum Mutium Scæuolam, brachium coram Porsena dedisse comburendum: somniatus etiam videretur ignis ille Eliæ, quo non comburebatur; sit tamen diuinus; potest tamen cum tuis prunis comparari? quibus vstus, & tostus in cælum eueheris? bene somnias. somnias te iam ex craticula inter ardentes Cherubinos adnumerari? bene somnias. somnias assata iam dimidia parte corporis ad epulas istas tyrannum inuitare? bene somnias. somnias mundi reginam cœnotaphium, & mausoleum in summo orbis capite tibi collocare? vera somnias. somnias, quia reuertens à Hierosolymis Stephani corpus tu (Hispane liberalis) dextrum
locum in tuo sepulcro præstitisti? somnias Phi- 23.
lippum II. sapientia alterum Salomonem, Ezechiam deuotione, Dauidem fide, & mansuetudine; nouum istud octauum inter septem mirabilia mundi templum, conuentum, collegium, vrbem miraculorum, gentium stuporem dedicasse? vbi regia opulentissimi principis pietas, Indiarum diuitiæ, ars summorum artificum conspirarunt, in erigendo tuis reliquiis altare, ædificium, sedem tanto martyre dignam? vera somniasti, vt vel ex hoc liceat coniectare, quid tibi honoris, & decoris in cælis præparauit, qui tantam molem vni ex tuis ossibus ædificauit. Verè vtique asseritur, *Vbi ego sum, illic & minister meus erit.* ex seruo socius, gratia amicus, gloria conciuis beatæ Hierosolymæ, quæ æterna pacis visio nuncupatur. Amen.

Eugenius primus Episcopus Toletanæ Ecclesiæ quæ primatū Hispaniarum tenet.

Philip. 2. 17.

Beato Laurentio honor à Philippo delatus.

Somniat suo lauro vera & certa Laurentius.

S. Laurentij ædes in Scoriali, & eximiæ religionis & deuotionis templum, conuentum collegium.

Ioan. 12. 26.

VERBVM SPIRITVS sancti. 1. Petri 3. v. 18.

Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu.

Quatuor salutis nostræ inimicos perimit, & rebus specie quidem dissimilibus, salutem, pacem, resurrectionem reipsa contineri persuadet.

1.

DISCVRSVS XXXIII.

NOVVM sanè, & post hominum memoriam consilium inauditum, sponsum aliàs sapientia, & nobilitate præclarum, eadem die, qua in eius conspectu assisteret sponsa, & manu duceret ad perlustrandam domum, cùm tigna domorum cedrina, thalamúmque floridum inuiserent, postremò pallidæ quoque mortis sepulcra monstraret, vermibus, horrore, & squalore plena. Et cùm compluuium porticibus cinctum, marmoreis columnis fultum, ampla domicilia concamerata, marmorum excellentia, picturarum venustate, & auri fulgore splendentia deberet indicare, posticum quoddam, & angustissima cubicula, teterrimum carcerem ostenderet; & cùm peristroma maiorum insignibus distinctum, sellas sericas, tapetia pretiosissima inuiseret, crucem, & ferreos pectines, sartagines, verbera, lanceam, & spinas commonstraret. Fateor equidem res esse dissimiles, & nulla affinitate coniunctas, sepulcrum, & thalamum, ampla domicilia, & carcerem, peristromata,

Nueua cosa seria si vn esposo a las primeras vistas en lugar de thalamo mostrasse a su esposa el sepulchro, en lugar del patio los a.lo. y liso de columnas de marmol, arcos, gradas, y molduras, le mostrasse vn angosto postigo y pelegroso despenadero. y en vez de mostrarle la sala, el dosel con las armas de sus antipassados bordadas, le mostrasse las insignias de afrenta, espadas, llamas, aspas, y coronas.

mata; & crucis insignia: verùm cùm nullum opus summopere perfectum sit, si perfectionem omnem primo aspectu ostendat, quid hic lateat sapiens scrutabitur, atque perpendet. Sponsus iste Christus est, quem cùm primùm inuiseret auidissima sui aspectus gentilitas in porticu Salomonis, in suorum mysteriorum palatia illam manu ducens, sic priora verba notatu digna effatus est: Putásne thalamum floridum, politum, aureum, nobis præparatum? falleris, quinimmo sepulcrum, *nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.* Verumtamen ne tristeris, ingredere ad secretiora domicilia, quæ enim magna sunt, vno intuitu comprehendi nequeunt. Quid vides? vitam, resurrectionem, filios, regnum: *Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* quid? palatij fores, compluuia, & ampla domicilia desideras? ecce angusta porta, per quam ad infernum pulsi sunt quamplurimi. Angusta, & stricta sententia, *Qui amat animam suam, perdet eam.* Verùm obambula parumper; en cæli ianua, en palatia amplissima. *Qui odit animam suam, in vitam æternam custodit eam.* Peristromata maiorum insignibus coronata desideras? ecce crux, lancea, spinæ, claui. *Si quis mihi ministrat, me sequatur.* Verùm nihil nobile, & altum statim præ oculis est: attolle oculos, nonne vides insignia hæc in summo decorata regio diademate patris mei Imperatoris, glorificatione illustrata? *Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus.* Dei ergo sacramenta summa sunt veneratione pensanda, & cùm res vides nullam inter se affinitatem habentes, quid ibi lateat oportet scrutari; videbis enim hodierna die, in specie mortis mirabilem resurrectionem, sub specie odij summam dilectionem, cùm ad labores trahimur, vocari ad requiem, & cùm vndequaque premimur, ad cælum euolare cogimur. Hæc summa diuinæ sapientiæ est, hæc diuinæ prudentiæ ratio, hæc Christianæ religionis fabricæ vestigium, & prima lineamenta.

Zephrasis. — *Ioan. 12. 24.* — 2. — *Ibid.* — *Ibid. 25.* — *Ibid.* — *Ibid. 26.* — *Ibid.* — SVMMA DISCVRSVS.

3. Ob eam ipsam causam, quòd diuina bonitas naturæ nostræ in deterius lapsæ, & pænè consumptæ subuenire, & innouare decreuit: inueteratum hominem, opus fuit, in libertatem asserere, & à quatuor tyrannis, qui vexatum, & afflictum tenebant orbem, potenti manu liberare. Primus est proprij iudicij amor qui rectam, vel non rectam rationem sequitur, quo cæcus ferebatur homo ad simulacra adoranda marmorea, & ligna colenda. Secundus proprij honoris ardor, & intemperans æstimationis, præsertim inter notos, & familiares, quo ad honoris præcipitia, & superbiæ fastigia vehebatur. Tertius immoderatus affectus diuitiarum, ne quid vitæ commodis, aut delitiis deesset. Quartus immoderatus, & impotens amor vitæ tuendæ, & conseruandæ. Hi quatuor tyranni vinctum catenis hominem strictissime detinebant: hos autem quatuor veniens expugnare filius Dei, *Super equos suos ascendit, & quadrigæ tua saluatio.* Quatuor equis, totidémque equitibus, variis instructis armis, etsi primo aspectu nullam cum effectu affinitatem habentibus, bellum aggreditur, & quatuor prima sigilla Apocalypsis reserantur, cælo interim spectante, & per vnumquodque sanctorum animalium mysterium ibi absconditum declarante. Rugit leo, & Ioannem attentum reddens fortitudinis Dei demonstrationem fieri indicat. *Et ecce equus albus.* sedebat autem super eum fides, quæ ad instar amoris pharetra, sagitta, & arcu depingitur; fidem autem esse, & color equi denotat, qui inter reliquos fræna meliùs suscipit, in quo fidei fortitudo adumbratur, quæ per stultitiam prædicationis saluos fecit credentes, & mentes captiuauit hominum in fidei obsequium, & crucis, in eáque pendentis Christi cultum, & religionem; quod ipse Paulus equo deturbatus, cæcitate affectus, virtute fidei ad Apostolicum munus mirabiliter traductus, maximè omnium prædicat & ostendit.

Quatuor tyranni sub quorum potestate victus erat homo. — *Habac. 3. 8.* — *Fidei symbolum eques in albo equo.*

4. Bouis secundo loco non mugitus, sed vox Ioannem admonet, insignia beneficentiæ paternæ sub dissimili forma belli, & stragis iamiam repræsentari; & ecce equus rufus, qui ferocior est, ardentior, & ad bellum promptior; insidens autem eques erat audacia: *la osadia Christiana*, cum qua viriliter, & animosè prædicabant, qui iam fidem profitebantur: *gladius autem magnus datus est ei.* verbum enim fidei non solùm credentes à parentibus, & cognatis diuidebat, verùm feriebat, & pungebat animos, & ad fidem perducebat, etiamsi parentes, & cognati in infidelitate manerent. quod bellum indixit Dominus, dicens: *Non veni pacem mittere, sed gladium: veni enim separare hominem*, &c. Medium autem, & instrumentum nouum, & quasi repugnans est, *vt inuicem se interficiant*, nempe prædicationis gladio, & odio sancto vitiorum expugnatore; in quo Deus se beneficum ostendit, audacem Athanasium (exempli gratia) in mundi theatrum inferens, à toto pænè terrarum orbe oppugnari sinit non solùm vt virtus eius contra potentissimos Imperatores conspiceretur, sed vt eidem gloriam apud homines augmenta virtutum, & sempiterna dona cumularet.

Beneficentia diuinæ symbolum sub dissimili forma belli. — *Apoc. 6. 4.* — *Matth. 10. 34.* — *Apoc. 6. 4.*

5. Tertiò vocatur Ioannes ab animali tertio, homine nempe, vt iustitiæ & æquitatis symbola aperienda comtempletur. *Et ecce equus niger: cauallo morcillo triste.* Sedebat autem super illum egestas, cum æquitate tamen coniuncta, ideoque stateram ferebat, ad id tantùm, vt vniuscuiusque necessitatem, & indigentiam ponderaret: *salia à igualar pobres, y ricos,* vt ostenderet per voluntariam paupertatem salutem mundo affuturam è cordibus fidelium diuitiarum ardenti cupiditate depulsa; sicut factum legimus *Actuum* 4. 4. vbi Christiani paupertatis amore allecti communia habebant omnia bona, & venditis possessionibus, & prædiis, offerebant pretia eorum, & ponebant ante pedes Apostolorum, vnde æquitas subsecuta est: *nam diuidebant illa omnibus prout cuique opus erat*, & à se eiiciebant diuitias, quæ difficillimè congregantur absque alterius iniuria. Quarto denique loco aquila præmonente Ioannem, vt sapientiæ instrumentum prodire denotaretur, *equus pallidus exiuit*: insidebat autem equo mors, & infernus sequebatur eos. Quis de tali pictura non miretur? præcipuè cùm audiat mortem esse instrumentum ad vitam, infernum ad resurrectionem, pallidum equum ad lætitiam inferendam, & amorem vitæ immodicum pellendum è mundo?

Iustitiæ & æquitatis symbolum sub dissimili forma. — *Sapientiæ arcanum reseratur: sub dissimili forma mortis vita & salus animæ recuperatur.*

6. Verùmtamen instrumenta hæc ne tibi dissentanea ad effectus videantur: sic enim tyranni isti mundum subiugauerant, vt non indigeret eorum expugnatio minus arte, quàm potentia. Sicut

In venenatione hominis hæc vasa diuinæ prouidentiæ resplendent.

Sicut si solo Dei verbo perditum, & petulantem iuuenem ad meliorem frugem reuocandum susciperem; suaderem primo, & ad virtutis amorem allicerem mentem: audacem secundò efficerem, vt virtutis opera mente, & animo concepta coram omnibus sine confusione peragerer: tertiò autem vanitatis, & vitiorum arma deponere cogerem, impudicos libros, donariola mulierculatum, numos, in pauperes erogandos: quartò denique cùm vitia iuuentutis, & iuuenum ægritudines, morbósque luxuriæ, cilicinæ vestes, & verbera nõ curarent, morte afficerem verbo, & quasi Lazarum sepeliri permitterem, vt postea vno verbo, *veni foras*, sanum, viuum, vegetiorem suis parentibus redderem. In primo enim potens verbo viderer, in secundo beneficus, in tertio iustus, in quarto sapiens non immeritò ab omnibus appellarer: hæc ergo præstat Dei verbum in tui innouationem (ô homo) modò instrumenta considera, & opus tuæ salutis: qui enim semel sic hos tyrannos euicit, te etiam eadem via superabit. Inuertam tamen ordinem instrumentorum, vt Euangelio meliùs coaptentur.

SVBDIVISIO DISCVRSVS.

7. Ioan. 12. 24.

Nisi granum frumenti cadens in terram. Difficile quidem negotium homini suis cupiditatibus dedito persuadere, vt animi appetitiones, & turbulentos motus maceratione cohibeat, ieiunio, verberibus, & asperiori cultu, & vestitu frangat, atque contineat; verùm difficillimum est persuadere, in his edomandis passionibus, & in hac morte esse veram vitam, & instrumentum aptissimum, quo hæc omnia conficienda sunt, esse mortem in equo pallido, & infernum mortis stipatorem, vt optimè ponderat Rupertus [a], necessariam prouidit mortem præparatum habens apud se bonæ artis instrumentum, quo posset per mortem corporis mors animæ destrui. Ideo tamen Aquilam vocat Ioannem, vt ostendat diuinæ esse sapientiæ hisce instrumentis in specie dissentaneis mirabiles effectus posse perficere: *nisi granum frumenti*, &c. quasi diceret, quod postea dixit Marthæ, *Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet: morid alegremente, que essa muerte es instrumento de vuestra vida.* hæc mea sapientia est, sicut quondam Salomon, cùm diuinam sibi sapientiam de cælo datam vellet ostendere, vociferantibus duabus illis meretricibus, & litigantibus de filio superstite viuo, gladium afferri imperat: quorsum gladium poscis iuuenis sapientissime? quid magis contrarium vitæ pueri? ita esse videtur: verùm, vt ille viuat, vt lætetur mater, & dignoscatur, & vt ego meam sapientiam manifestem, nihil aptius afferri potest, quàm gladius? mors hæc intentata, vibratus gladius, statim quæ esset mater, qualis esset Salomon, ostendit: ergo cùm mortem nominat, cùm prodit insidens equo pallido, & iurat, *Amen, amen dico vobis, nisi*, &c. nihil aliud præstat hæc mortis intentatio, quàm vt conuertamus caput ad illum sapientissimum Salomonem credendum, & venerandum, qui asserit, *Ego sum resurrectio, & vita*, &c. *etiamsi mortuus fuerit, viuet.* Quare hoc opus diuinæ sapientiæ tribuitur, sicut & omnipotentię. *Sapientia immolauit victimas suas:* vbi Tertullianus [b] legit, *Sophia iugulauit filios suos*; quare etiam infernus comes sit mortis in hoc symbolo mortificationis, vt ostendatur etiam Christum supra infernum habere potestatem, vt cantet Dauid: *Dominus mortificat, & viuificat*; quod est primum: *deducit ad inferos, & reducit*; quod est secundum. Et capite primo duæ illi claues datæ videntur, *vitæ* nempe, & *mortis*, vel vt meliùs dicam, *mortis*, & *inferni*, vt iterum cantet Vates ipse, *Domini, Domini: del que es dos vezes señor. exitus mortis: son los puertos, y puertas de la muerte; porque los sabe sacar a la vida.* Quod tamen aquilæ exemplo oportet explicare, quæ cùm in arduis ponit nidum suum, oua parit, & fouet, attamen licet intra testam oui sit pullus, tamen frigidus, cæcus, & mortuo persimilis, ibi rostrum, ibi alæ aquilinæ, ibi in excelsa pergendi ardor: verùm hæc omnia mortificata, & quasi sepulta sunt, in quo pietas, & sapientia aquilæ elucet? si rostro nempe testam feriat, & crebris ictibus, & morsibus frangat, & cogat pullum oculos aperire, alas extendere, & sua quasi vita viuere, non aliena. Pietas equidem est nostra corpora diuinam, & clementissimam Aquilam mordere, vrgere inertiam nostram, & torpentes ictibus, & rostro ferire: his enim mirabili modo ad vitam cogimur, & ad cælum euolare docemur. Hoc idem mundo vniuerso euenturum dixit D. Petrus, & in 2. sua Canonica cap. 3. & cum Simone Mago disputans *. Quid putas visibilem mundum esse nisi ouum verbo Dei factum, in quo electi continentur, veniet dies vltima, *quando cæli, qui nunc sunt, & terra eodem verbo reseruata sunt igni: con la palabra los firmò, y con la palabra los desbarà:* siste parum Petre. Sic argumentatur Simon Magus: *Si conditor bonus est, & mundus bonus, quomodo bonus bona dissoluet? si autem quasi malum resoluit, & destruit, quomodo non videbitur malus, qui malum fecit?* Petrus ad hæc: *Calla, que no entiendes las obras de la sabiduria, con essos instrumentos despropositados, fuego, juicio, y cielos resueltos, filios Dei ad vitam reducet: sicut testa ouorum quamuis pulcrè facta, & diligenter formata videatur, necesse est tamen frangi, & resolui, vt inde pullus procedat, illúdque, pro quo totius oui forma expressa videtur, appareat. Ita ergo & huius mundi necesse est transire statum, vt status ille sublimior regni cælestis affulgeat* *. Quare cùm Bernardus affectus coërcere, edomare, & frangere cupiditates, morti persimile esse non negaret; exclamat tamen, *O bona mors, quæ vitam non aufert, sed transfert in melius.* nihil de instrumento cogites, etiamsi mortis imago sit, per quod ad vitam transferimur. Verumtamen, quia res ardua, opus est exemplo, & experientia comprobari: prodeat nunc filij Dei mors, vitæ, gloriæ, & Ecclesiæ vnicum, & aptissimum instrumentum; quæ omnia his verbis comprehendit D. Petrus: *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu*; quorum verborum ex aliis D. Pauli sumo expositionem. Rom. 6. 4. *Consepulti enim estis per Baptismum in mortem, vt quemadmodum Christus resurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Persuadet Apostolus fidelibus vitæ nouitatem, & vt cupiditatibus suis moriantur, ad hoc sepeliendos affirmat, & sepulcro mandandos, & inter mortuos numerandos: nec sat est peccato mortuos esse per dolorem, & pœnitentiam, nisi etiam quasi sepulti peccata, & occasiones obliuiscantur; ideo enim (si aduertitis) Christus non de cruce, sed de sepulcro

Marginalia:

[a] De victoria verbi Dei lib. 2. cap. 18.

Ioan. 11. 25.

Ioan. 12. 24.

8.

Ioan. 11. 25.

Prou. 9. 1.

[b] Lib. aduersùs Gnosticos.

1. Reg. 2. 6.

Mortificationis vtilitas.

* Refert D. Clemens Romanus lib. 1. recognitionum.

9.

* Hæc est sententia D. Petri, & Clementis, quam Hieron. lib. 14. in Isai. refert à quibusdã fuisse comprobatam, cælos corruptioni obnoxios esse.

Suadetur mortificatio exemplo Christi ex mortuis resurgentis.

1. Pet. 3. 18.

10.

Non sat est mori sed sepeliri, cessare à peccatis & occasiones fugere.

Digitized by Google

pulcro resurrexit: integra enim, & perfecta animæ resurrectio non sola morte, sed sepulcro, hoc est, morte, & obliuione omnium desideriorum perficienda est: naturale enim est, quod non sepelitur, renasci non posse. *Si le dixessen à vna pepita de vn camueso, enterrar os hauemos para que os pudrais: cierto si tuuiesse razon repugnaria desseando su conseruacion: pero si le dixessen, mirad, que os secareis si no os enterramos, y que dares sin fruto pero enterrada nacera de vos vn tallo, y despues se hara vn arbol crecido como aquel camueso vestido de ojos acompañado de ramos sembrado de aquellas flores entreblancas, y coloradas, cargado de hermosas, y olorosas camuesas: diria, que lo entierren. esse pues es el,* quemadmodum Christus de S. Paulo *Rom.* 6. Si nucleo alicuius pomi diceretur, sepeliendus es, vbi computrescas, renueret sanè, si particeps esset rationis: verùm si ostenderemus illi proceram arborem, ramis longè, latéque diffusis, vel ineunte vere flosculis, deinde foliis vestitam, vel pomis suauissimis onustam, quam mollibus, cute coloratis, rubris, & odoris suauitate fragrantibus, vides vel omnino exsiccandus es, vel in hanc arborem euasurus; certè sepeliri libenter appeteret. Hoc asserit Apostolus, filij si morti, & sepulcro mandamini, ne formideris, respicite Christum proceram arborem, quo cum sepulti estis per Baptismum in mortem: *ya se ha hecho la prueua en Christo, no hay que temer*; quia nulla mors acerbior, nulla innocentia maior, nulla tamen mors breuior, nullum sepulcrum gloriosius; carne enim mortuus, diuinitate resurrexit, & hoc est, quod aiebat D. Petrus: *Christus (en Christo se hizo la prueua, semel, vna basta) pro peccatis nostris (sin ser malhechor) iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, (para renouarnos, y hazer nos dignos de su Padre; y como fue esso?) mortificatus quidem carne (muriendo, y siendo sepultado,) viuificatus autem spiritu*: verùm per diuinitatem resurgens. hoc est, quod inquit Paulus, *vt quemadmodum Christus: ya se ha hecho la prueua en Christo*; & visa est mors idoneum instru-
11. mentum ad vitam. Quis cogitaret ad excitandum populum in Ægypto, & innumeros filios progignendos idoneum esse parentem Iacobum, filium Ioseph ad fratres mittere, illi ad cisternam, ad Ægyptum, ad vincula, & ad mortem vsque ducere: verùm cùm ex his eius effulgeat principatus, & ex illo *mortuo facti sunt filij Israel quasi germinantes*, quis non credat in Deum similia promittentem? *Has igitur habentes promissiones, charissimi, mundemus nos: alto a desnudaros, y morir, que de prueua es el instrumento.* Sit autem exemplum efficacissimum, quod ex D. Petri verbis subsequitur: *In quo, & his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cùm fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam.* Vno explicato verbo planus est sensus D. Petri: descendit Christus ad limbum, & iustis, qui ibi permanserant, *prædicauit*, id est, notam fecit, & diuulgauit suam mortem, & subinde resurrectionem, & victoriam; obiter tamen idem lætissimum nuncium innotuit incredulis de tempore Noë, vt suam incredulitatem clarissimo exemplo exprobraret, & suam resurrectionem antiquo miraculo confirmaret: hoc enim ostendit verbum illud, *per aquam*, quasi diceret, credite iam mortem, vel quasi mortem aptum instrumentum esse ad vitam, reducite in memoriam exundantem illam aquam, in qua Deus mundum, & vos ipsos sepeliuit: peribit etiam arca, obruituri videntur fluctus eam, peribit humani generis semen. O increduli, respicite, nónne videtis aquam arcam extollentem, & super omnes fluctus efferentem, & in celsissimi montis fastigio collocantem? ecce *per aquam* arca euasit incolumis, ecce mors humani generis vitæ, & regenerationis est instrumentum. Sic similiter in caput vestrum iam credite tumentes vndas diluuij passionis, ac mortis, quæ in me reciderunt, adiumento potiùs, & instrumento fuisse ad mei corporis resurrectionem, & ad euehendam, & extollendam nouam arcam Ecclesiæ meæ. Quare (inquit Petrus) non est 12.
iam opus exempla coaceruare, ecce in vobis ipsis exemplum do; *quod & vos similis formæ saluos facit Baptisma.* Quòd si de Baptismo sanguinis loquitur, percommodè venit: est enim nos quasi ad memoriam, & considerationem reuocare. Vnde nempe arca illa Romanæ Ecclesiæ super cedros Libani superbissimos Imperatores collocata? vnde Toletana Ecclesia in tam excelso monte Imperatorum sede, sanctitatis, & splendoris Christiani vertice ædificata? quis fuit ille Noë? quod tantæ maiestatis instrumentum? Petrus nempe, & Paulus emortui, & consepulti. Vnus Eugenius Dionysij discipulus ense peremptus, & plus mille annis in subterraneo loco delitescens. O potentiam, ô sapientiam laudandam, ô mors expetenda, ô instrumentum mirabiliter eleuatum! ecce iam liberè prædicabo mortem, ieiunia, verbera, pectines, flammas, gladios, iam mors est aditus ad vitam: *initiauit eum nobis Pontifex Christus viam nouam per velamen, hoc est, carnem suam, el hombre abriò puerta para el resucitar: nouam, nueua cosa entrar à la vida por la sepultura.* verumtamen opus sapientiæ est: *Domini Domini exitus* aperire *mortis.* Quare iam mors equo pallido inequitans nos formidine haudquaquam afficiat: pallidus enim color futuræ lætitiæ index est, sepulcrum subsequens ore aperto resurrectionis nota, mors vitæ symbolum, sicut si inueniendi thesaurum sepulcrum in signum adhiberetur, *gaudéntque cùm inuenerint sepulcrum*, ait Iob. *vn thesoro es la carcer por amor de Dios, brocado el cilicio.* quidquid denique nos sub specie mortis ad hanc vitam comparat, & disponit, gaudendi causam affert. Pallidus tandem color equi mysterio non vacat: mors enim hæc pallida viridis est, viri- 13.
dis autem est pallida; viridi enim adolescenti, inuerecundo, perdito, corporis, & cupiditatum indulgentissimo, leuiculo, & inconstanti repentina mors pallida est, & tristis: at verò eadem mors pallido viro viridis esse videtur, viro, inquam, pietati dedito, à cupiditatibus, & delitiis remotissimo, ab omni corporis contagione, & oblectatione seiuncto mortis aduentus faustissimus, & spei plenus est, maximè dicente summa Sapientia, *Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti*, &c. sicque expugnatus, & deuictus manet amor immoderatus vitæ.

Qui amat animam suam, perdet eam, & qui 14.
odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Quid beneficentiæ est in his verbis, vt hos excitet Ioannem ad hoc mysterium intelligendum? Insuper etiam gladius

Margin notes: Exod. 1. 7. — 2. Cor. 7. 1. — 1. Pet. 3. 19. — *Symbolum resurrectionis & felicitatis Ecclesiæ per aquas diluuij & tribulationis datur:* — 1. Pet. 3. 21. — Hebr. 10. 20. — Psal. 67. 21. — Iob 3. 22. — *La muerte a los verdes mancebos es amarilla y triste: a los amarillos sieruos de Dios es verde.* — Ioan. 6. 55. — Ioan. 12. 25.

dius oblongus, quo modo datur equiti vt pa-
Mirabilis industria diuinæ vt nos ad vitam reuocet. cem *mittat in terram*? quid denique pietatis, & sapientiæ diuinæ elucet in hoc, vt homines *interficiant semetipsos*? verumtamē magna prudentia opus est, vt in odio amicitiam, in gladio pacem, in internecione vitam perspiciamus. Ideo Dauid
Psal. 39.6. cecinit, *Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua; & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.* Nota illud, *tu*, & *tibi*, & *tuis*: *como si dixera vuestros pensamientos alli tienen su primor, en que son vuestros; non est, qui similis sit tibi.* Vertit Hieronymus ex Hebræis, *Non inuenio ordinem coram te: no entiendo estas vuestras traças señor; pero al fin son traças vuestras*; quare illud verbum *tu* superfluum non est: sicut cùm spon-
Cant. 5.11. sa ait: *Capilli tui sicut elata palmarum*: Græci vertunt, *cincinni tui crispi: tus cabellos enrizados*; quid est enim crispos habere capillos? nisi ordinem illis inesse inordinatum; *vna compostura descompuesta*; sic ordinatos esse, vt finem illis, neque principium inuenias: *igualdad desordenada; pero hermoso desorden*; quare? quia *tui* sunt: tuæ enim cogitationes, & instrumenta saluandi à nobis comprehendi nequeunt. Quare Symmachus: *Prodigia tua, & cogitationes tuas pro nobis*
15. *non est exponere super te.* Alter vertit, *non est exponere de te*, id est, ideo mirabiles sunt, & inexplicabiles; quia *tua* sunt, quia *de te* sunt, quia capilli *tui* sunt. Ideo cælestis Magister
Matth. 10. 34. nos admonet, dicens: *Nolite arbitrari; quia pacem venerim mittere in terram, non veni pacem mittere, sed gladium*; non cogito ego, vt vos cogitatis: *ideo nolite arbitrari; no heche is seso amonton.* cùm dico bellum, venio pacem mittere, cùm dico gladium, vitam intelligite. Quod odium est istud? quæ pax ista? D. Leo explicuit, quid est *pax nisi à diuina non recedere voluntate*; quasi diceret, est aduersarius quidam noster, nempe amor inordinatus æstimationis, parentum, consanguineorum, cuius causa à diuina voluntate sæpe discedimus: ergo gratissimum bellum, & dulce venit mittere ille, qui omnes illas prauas cupiditates iugulat, quæ nos à vera cum Deo coniunctione seducunt, atque adeò summa Christi pax erit sic nostram voluntatem super omnia ferri, Deóque intimè vniri, vt nec pater, nec mater, nec honoris amor nos ab hac vera coniunctione seiungant. Vnde verum, & acre bellum illud est, quando vt pro-
Vera pax animæ quæ sit. priæ voluntati, vel parentum obeditis, Deum offenditis, & legem violatis: tunc ad arma, ad arma, subitò arma, arma vocate: *matale, muera mi antojo, mi querer, mi padre, mi madre, todo lo que me aparta de Dios.* non enim bellum hoc est, sed pax, pax enim est, cùm homo ex parte voluntatis Dei se tenet, hæc pax est, quæ nato Do-
16. mino hominibus annunciata est: *& in terra pax*
Luc. 2.14. *hominibus bonæ voluntatis*; in voluntate sit pax, & in reliquo non erit bellum. Quare cùm vobis ipsis bellum infertis, & odio quasi inimici vos prosequimini, salua sunt omnia: cùm enim iugulatis cupiditates, pacem mittitis; quando
Isai. 1.20. Psal. 106. 35. ruitis in mortem, resurgitis. *Gladius deuorabit vos*: cùm item vociferatur, *Deficiant peccata à terra, & iniqui, ita vt non sint.* non bellum, sed
a Ps. 6. n. 11. pax indicitur, vt notat D. Basilius [a]. *Non vt pereant orat, sed vt conuertantur: ellos se entraran por la espada, y la voz dira mueran, pero el effeto viuan.* Qualis est hic gladius, qui nihil affert damni? qui deuoratur? fortè ille gladius est Ge-

deonis? qui ab aduersariis visus est tamquam gladius, & tamquam panis: est enim gladius, qui pacatum reddit stomachum: *dolor, y muerte, que haze buen estomago*, qui confortat, & alit; quem perimit, qui iam vt panis satisfacit, iam vt gladius ferit, & interficit: hos enim effectus dissimiles habet verbum Dei, *qui amat perdit, qui perdit amat animam suam.* Ioan. 12.25.
Quare optimè per gladium ancipitem figuratur, qui ex ore filij Dei prodibat *Apoc.* 1. de ore enim, & ventre prodibat verbum Dei. Mirabile sanè, si entis est, qua ratione de stomacho visus est exire? bene tamen: sic enim gladius iste penetrat, & iugulat, vt tamen digerat, sustentet, reficiat, si semel intelligatur: licèt enim foris districtus dicit, moriatur, odiat animam suam; intus verò pacem, & tranquillitatem inducit. Ideo Mar- *Sapientia & virtus Martyrum.*
tyres Christi, qui beneficentiam istam cognouerunt, gladios, & hastas, & sagittas deuorarunt, & saturati doloribus obiere, & interriti, & audacissimi: sicut equus rufus colore suo repræsentat mortem, & tormenta subibant, qui non solùm propter fidem intellectus, sed etiam propter amoris, & voluntatis affectus interibant. Sicut enim intellectus, sic suas hæreses habet voluntas: & sicut est hæresis in speculatione, ita etiam in praxi. quis enim neget errorem esse voluntatis aliam rem supra Deum diligere? Hæresis quidem voluntatis est, oportet autem, vt omnimoda pace fruaris, omnes cupiditates interficere, ne vna relicta tibi mortis sit causa.
Imperat Deus Sauli, vt bellum contra Amalecitas ineat, ita vt tam homines, quàm pecora 17.
ad internecionem vsque deleat, cùm pax hæc Dei esset, *quæ superat omnem sensum*, vt ait Apo- Philip. 4.7.
stolus. Oculis carnalibus illam stragem intuens Saul temporalem pacem amans, pacem nunciauit, & imperat. *Ea no haya mas, paz, paz, y perdon al Rey*: quid inde subsecutum est? Dicam ex 1. *Reg. cap.* 1. primo quasi belli congressu irruerunt Philistæi in Saulis exercitum, qui vt ab eorum manibus se subduceret, mandauit se fugæ, & proprio se ense transfodit. Cùm autem alto vulnere nondum vitam exhaurire posset, conuertit oculos, vt prospiceret aliquem, qui illi manus inferret, & tanto eum dolore liberaret: ecce videt prætereuntem virum Amalecitem, aitque, *quisnam es tu*? cui ille, *Amaleci-*
tes ego sum. cui Saul inquit, *Sta super me, & in-* 2. Reg. 1.9.
terfice me; quia tenent me angustiæ, & adhuc tota anima mea in me est. O mysterium! ô iustum Dei bellum. si bellum, quo confligebat tunc Saul, contra Philistæos erat, quorsum hic Amaleci-
tes apparuit? ille respondet, *casu veni in montem* Ibid. 6.
Gelboe: verùm non casu, ait Philo [a], factum a Lib. de antiquitate Bibli.
hoc existimetis. Ideo vni Amalecitæ interficiendus traditur Saul, vt iam, quæ vera pax sit, intelligat: si enim bellum secundùm diuinam voluntatem peregisset, & omnes iugulasset Amalecitas, nullus superstes remaneret, à quo interficeretur. Quare bellum contra se instruxit, cùm pacem Amalecitis indixit. Ideo tu ô homo in alieno capite eruditus quæ sit pax Dei cognosce, quæ sensibus non percipitur; omnia peccata perime, omnes cupiditates frange, praua desideria cohibe, ne tibi per indulgentiam vnius, mortem compares, sciens veram esse
sententiam: *qui amat animam suam, perdet eam.* Ioan. 12.25.
qui autem audacissimè manus à se non abstinet, victoriam de proprio amore reportat.

Si

18. Joan. 12.26. *Si quis mihi ministrat, me sequatur*, &c. Quò Domine vocas discipulum? tu in crucem properas; ergo in crucem me ducis? minime, sed in requiem, sed in gaudium, crede mihi, fræna iudicium tuum: hoc enim te admonet eques ille, qui equo insidet albo, & fides nuncupatur, vbi crucem audis, fidei oculo sedem, & requiem intuere; hoc existimo significat D. Paulus, *Sufficientia * nostra ex Deo est, qui nos fecit idoneos ministros noui Testamenti: secretarios dela cifra. non littera, sed spiritu*, qui non notas exteriores, quibus res scriptæ sunt, respiciunt, sed quid in illis arbitrariis notis lateat, diligenter inuestigant: vbi enim *paupertas* sonat, *diuitia* latent, & quod lacrymarum nomen habet, lætitia est, & solatium: ideo subdit Apostolus rationem, *non littera, sed spiritu: littera enim occidit, spiritus autem viuificat.* Ergo qui spirituales estis, facilè credetis vocare me vos ad victoriam, cùm voco ad crucem; quia non littera ducimini, sed spiritu: littera enim interitum, & occisionem sonat (& hoc est, *littera occidit*) spiritus tamen litteræ est velle me peccatori sub mortis specie vitam æternam, salutémque tribuere; *spiritus autem viuificat.*

Sub specie dissimili bona nobis annunciat fides.

2. Cor. 3. 6.

* Vocat sufficientiã dona, quæ ad explendum tantum munus acceperat. *San Pablo no se llama mas que sufficiente predicador tan alto es como esto el trato de las almas.*

19. Quas notas, & arcana si semel intelligimus, spei, & consolationis campus nobis adaperitur: nam vbi mors impendet, statim obuiat vita, & gloria. qua die etenim aliquid de gustu, & delectatione adimis, retrahis appetitus, & strictiùs animi desideria comprimis; eadem die tranquillitatis aditus patet, & dum pœnitentiæ lacrymas fundis, & gemitus, si has lacrymas per diuinas manus, quasi per canales transfundis, sicut aqua saporem terræ, per quam ducitur, imbibit, in summam dulcedinem, & gaudium spirituale conuertentur. Sic fatetur Dauid sibi euenisse: *Conuertisti planctum meum in gaudium mihi *. esto es llorar señor? que sera el reir?* hoc est te subsequi ad Caluariæ montem? quinimmo ad Thaborem, & ad gloriam. Edisserat nobis illa, quæ probè nouit hæc mysteria, sponsa sacrosancta Cant. 5. 17. *Caput eius aurum optimum, comæ capitis eius sicut elata palmarum, nigra quasi coruus.* Caput eius pulcerrimum est sicut aurum purum: *como oro en grano*, capilli, & barba splendentibus filis aureis comparandi: *sus cabellos, sus trenças son hebraz, y maderas de oro de veinte y cinco quilates, oro de Tibar.* & quod arte alij adolescentes efficiebant (vt refert Iosephus) vt aureo puluere capillos inaurarent, hoc meus à natura habet sponsus. Sit ita, quare tamen subdis, Cant. 5. 11. *Nigri quasi coruus?* ideo nempe nigroris corui meminit, vt mysterium aperiat; quia cùm seuerus, & acer, videtur iniustos, & quasi corui rostro*, & ictibus oculos eruere velle; quando tristiora, & præter cogitationem videntur, eius decreta, & cogitationes eius atratæ, & quasi lugubri colore mortis vestitæ videntur, cum non nisi de cruce, & Caluariæ monte agatur, de pœnitentia, mortificatione, & paupertate, tunc auri fulgor resplendet, sapientiæ eius, & meriti vestri, tunc gratiæ dona, tunc gloriæ splendor tristes exhilarat, mentésque interno oculo sub specie subtristi gloriam, & gaudium latens considerat.

Tristitia & desolatio mortificationis in delectationem spiritualem commutatur.

Psal. 29. 12.

** Por que, por vn modo marauilloso, y como por vna arte alchimia deste cobre, y baxo metal de vuestro disgusto, y mortificacion, y disciplina sabe Dios acrisolar, y asendrar vn oro no solo de pureza, y castidad, sino de celestial consuelo y dulçura. i. vna participacion de estado glorioso.*

20. Cant. 5. 11. *Sicut elata palmarum.* Ramos palmarum quis non videt ad ensis formam in cuspidem desinere, omnes punctim ferire, minari: verumtamen in medio eorum, in cincinnorum inuolucris dulcissimi racemi palmarum apparent, non secus Christi Domini cogitationes, cùm cor videntur dolore peccati, & amoris vulnere, linguam silentio, & oculos modestia configere, tunc quasi de inuolucris, vt dulciores sint, racemi panduntur spiritualis fructus, internæ dulcedinis, & diuinæ consolationis. *Nigra quasi coruus.* certè dum huic aui comparat, mysterio non vacat: nam antiqui sapientes, vt spiritum propheticum aliquo symbolo adumbrarent, coruum depingebant: coruus enim (vt aiebat D. Augustinus) crocitatu illo, *con su graznar*, videtur cras, cras enunciare; hoc ergo tempus futurum obiectum proprium est Prophetæ, qui futura prædicit, quasi quidam Dei speculator; ideo coruus depingebatur, vt Prophetam intelligerent. Consimili quidem ratione diuinas cogitationes asserit sponsa corui colore vestitas: nam quis neget pennas esse corui, dolores, pœnas, afflictiones, crucem, infamiam, mortem? at si interno oculo quid ibi lateat scruteris, gaudere te iubeo; ipsæ enim pennæ, ipse teterrimus color, quasi coruus, quasi diuino augurio vaticinatur cras, cras, hoc est, quàm proxime tibi veram lætitiam, & gloriam affulsuram, & de vita, valetudine, & forma, quæ quasi granum tritici in sepulcro religionis putrescere videtur ingentes gratiarum prouentus futuros tibi. nec enim frustrà asserit Dominus, *Vbi ego sum, illic & minister meus erit.* Domine quis credet auditui nostro? quis sub tanta infirmitate fortitudinem perspiciet? ideo leo admonet Ioannem, vt fortitudinem sub specie infirmitatis consideret, & quia *omnis pulcritudo Ecclesia ab intus: vistese la yglesia de vestido grossero; pero con golpes, que descubren debaxo la tela de brocado.* quod quia difficile cognitu erat, *amen, amen*, quasi iuratam sententiam profert Veritas ipsa: *creed ami Martyres mios.* Si enim semel ænigmata mea credideritis, statim dicetis, *Ingrediatur putredo in ossibus meis*, &c. quid expetis? quid ibi lateat? gloria, *donec ascendam ad populum accinctum nostrum.*

Symbolicè declaratur felicitas quæ latet in infelicitate.

Ioan. 12. 26.

Hab. 3. 16.

21. Quartò denique, cùm non minoris artis sit hominem à rerum temporalium amore seuocare, subdit: *Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui est in cælis.* qua ratione tandem fiet Domine, vt homo secularium rerũ amator cælestia appetat, & ad superna aspiret? vi quadam, necessitate, & iustitia peragam hoc (ait Dominus) *por iusticia, por necessidad, y como por fuerça le he de hazer ir al cielo.* O diuinum inuentum! ô charitatis ardor, & ingenium, quot argumentis vrges desidiam nostram, & premis ignorantiam nostram? *Ecce equus niger, & qui sedebat super eum, habebat stateram in manu sua.* quid hoc significat? nihil aliud, quam proposito ob oculos gaudio sempiterno, & honore, quo honorificabit eum pater meus; & ex alia parte tristitia, egestate, & iudicio vltimo præ oculis posito; hominem etiam inertissimum ad gaudia cælestia cogam euolare: quod vt meliùs intelligas, reuoca in memoriam verba illa Saluatoris nostri; *Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur; animæ verò suæ detrimentum patiatur, &c. filius enim hominis venturus est*, &c. vbi postquam ad crucem, & imitationem vocauit, iudicium, & gloriam proponit, sicut hîc; in quo diuinum quoddam ingenium elucet, quasi diceret, obsessum te hodie tenet Dei verbum

Ioan. 12. 26.

Noua Christi industria vt hominem à temporalium rerum amore auocet.

Apoc. 6. 5.

Mat. 16. 26.

(o homo) via quadam pietatis plena, cinctus vndique es, nullo poteris hodie remedio te ex mea obsidione subducere, nisi in cælum conscendas, quod ego contendo. Ars hæc & consilium magnis ducibus frequens est, adducere nempe milites suos in quandam desperationem ingenti aliqua periculorum, & malorum obsidione, vt vel mori necesse sit, vel omnino vincere, vbi amor vitæ strenuè omnes difficul-
22. tates superare cogit. Quid imbecillius aue do-
Simile. mestica gallina: quis volatus infirmior? quid corde timidius: hæc tamen sic potest hinc inde molestissimè vocibus, lapidibus, manibus abigi (vt sumat alas plusquam aquilæ, & celsissima mœnia præteruolet. Hoc est militaris disciplinæ commune effatum, contrarium exercitum non sic vndequaque obsidione premendum, quin aliquis effugij locus supersit, & fugiendi potestas: ex omni enim parte circumuallatus,& moriẽdi necessitate oppressus sumit spiritus, auget animos, & virili furore succensus leporis timiditatem exuit, & leonina fit ferocitate metuendus. Sit in exemplum exercitus ille Israël, qui cùm fugæ se dare decernit, & ex vna parte ingruentis exercitus Pharaonis vim impendentem videt, ex alia parte intumescentis maris vndis quasi muro cingeretur, mare ipsum, & pericula deglutiunt, *traganse vn mar*, & ipsis vndis euadunt superiores: post quod exemplum prodeat in tantæ rei documentum illud facinus memorandum Hispani nostri felicissimi Ferdinandi Cortesij, qui cùm noui illius orbis ora, portúmque tenuisset, naues omnes coram militibus igne succendi iussit. Agite Hispani fortissimi, en vobis ex vna parte subiugandus nouus, & ditissimus orbis in ore, oculisque propositus; è regione autem Oceani immensæ aquæ cernuntur, nihil superest, quàm vel mori, aut vincere; quod ita peractum est, & suo Carolo infinita regna, & Deo suo infinitas animas pepererunt. Sic similiter homo ita imbecillis, languens, & timidus est, vt per angustissimum foramen, per aspera, & ardua pericula subterfugere conetur. Proponam igitur illi gloriam. *Honorificabit eum Pater meus*, & vndequaque spinis viam circumsepiam, & sic tandem ad superna volabit, & mortem, quam obiturus est, generosè, & cùm magno prouentu, & fructu oppetet. Ideo ad arma vocantur omnes creaturæ; age homo, circumspice, hic Christus te ad crucem vocat, *me sequatur*, hic rerum temporalium possessio aculeis solicitudinis plena, frigus, fames, nuditas, diuitiæ incertæ, principum gratia, inuidiæ plena, corona onere, & insidiis grauis; ex hac parte honoris ambitio spinis acutissimis animum pungens, fugiens velut vmbra, & in aliena potestate persistens. *Honor est in honorante:* ex alia parte hominum inimicitiæ, & odia, violentæ manus, calumniæ linguæ, minæ; testimonia quæ super maris fluctus, terræmotus, & ferocissimas bestias sunt pertimescenda. Quod facile probo; nam cùm de extremi diei malis egisset Dominus, & mare, cælum, lunam, ignem, famem retulisset, addit, fugite, quod horribilius
23. est, hominem: *cauete ab hominibus.* Hinc bella domestica, & intestina, nam quis fugiet cogitationes suas? quis explebit appetitiones? quis carnis infirmitatem continebit? quis corporis diurnos census non soluit? quis domum istam corporis, etiamsi picta, & ornata sit pulcritudi-

Felicissimi Ferdinandi Cortesij belli stratagema.

Ioan. 12. 26. *Obsessus vndecumque homo piè & blandè quasi cogitur in cælestia migrare.*

Christi crux.

Sollicitudo rerum.

Ambitio.

Inimicitia.

Matth. 10. 17. *Bella domestica.*

ne, & oris splendore fulgeat, supra humeros tollere, & vsque ad mortem sustinere queat? dicente gemebunda, & querula voce Petro: *Velox est depositio tabernaculi mei: quando bechare esta casa de acuestas?* Quis vitæ infortunia numeret, calamitates, ærumnas, aduersos casus, fortunæ fulmina, ipsam denique felicitatem, quibus vndique grauissime iactatur? At dicis, ego me, animamque meam in tuto collocabo, ad quid diuitiæ? ad quid cibus, famuli, domus? frustrà, ait Dominus; nam, *qui amat animam suam, perdit eam.* Sit ita: habeo tamen ingentem supellectilem, vineas, oliueta, his fruar, nondum venit mors. Falleris, ait Dominus. *Quid enim prodest homini si totum mundum lucretur; animæ verò suæ detrimentum patiatur.* Detrimentum verbum est iudiciale; ac si diceret Hispanus, *que se me da à mi, que a Don fulano le den sentencia en fauor del mayorazgo en consejo real, si en causa criminal al mismo tiempo le sentencia la chancilleria a cortar la cabeza?* quid tibi vtilitatis contingit principem mundi vocari, si coram Deo maximo de crimine argueris, & æterna morte damnaris? Sit ita, verùm nec mors imminet, & iudex longè abest, quis scit nisi Deus quando venturus est? *aun no nos morimos &c. esso del Iuez. Dios dixo lo que sera.* ita est, certissimè veniet: *filius enim hominis venturus est.* Quòd si filius hominis est, largitionibus, & pretio oppugnabo, & corrumpam. O infidelis! *venturus est in gloria*, qui bonorum tuorum non indiget, nec pretio detinetur: multi tamen sæpissimè manus iudicum effugiunt? at tu non poteris iudicem subterfugere: *veniet enim cum Angelis suis, trahe lindos Alguaciles*, aquilis velociores. Veniemus ad pactionem, & concorditer pacificar cum illo: longè aliter eueniet; ad quam enim pactionem venies cum Deo? *quam dabit homo commutationem pro anima sua?* verumtamen causa, vel derelicta, vel obliuioni tradita erit, tanta valet memoria? O inepta, & absurda responsio, *vnicuique secundùm opera sua dabit, verà processes.* Quid hoc est, Domine, quem tam ingenti obsidione circundas? cruce, fame, siti, infirmitate, ærumnis, inimicitiis, infortuniis, carne, affectibus, iudicio, Angelis, iudice, & tremenda sententia sic opprimis? te ô imbecillis, & piger homo, te vndique premo, te timidiorem gallina vrgeo, & vexari patior, non vt obruaris malorum fluctibus, nec despondeas animum, sed vt erigas te, sumas alas, & spiritus, & hæc terrena præteruolans ad cælestia capessenda festines, dicasque cum Dauide, *In Deo meo transgrediar murum, no hay sino volar, y saltar difficultades*; & dum præ oculis est nouus ille orbis, & cælestes Indiæ, ensem arripias, & dum mare tot periculorum non potes superare, cælo vim inferas, & rapias, ibique Deum saluatorem contempleris, qui in quatuor equis suis, quibus mundum oppugnare videbatur, salutem attulit, *& quadriga tua saluatio*; quatuórque mundi tyrannos strenuè deuincens, triumphans eos in semetipso, in cruce gloriosus apparuit: nunc autem qui salui facti estis, *rememoramini* (inquit Paulus) *pristinos dies*, primò cùm fides mentes captiuauit, & illuminauit, *in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum.* Secundò cùm audacissimè fidem profitebamini, *opprobriis, & tribulationibus spectaculum facti.* Tertiò etiam cùm tristis necessitas vrgebat, & vos libenter expendebatis bona; *rapinam*

2. Petr. 1. 14.

Vita infortunia.

Ioan. 12. 25. *Amor sui.*

Matth. 16. 26. *Fallaces diuitiæ.*

24. *Sententia dubia.*

Certus iudicis aduentus.

Matth. 16. 27. *Æquissimus iudex.*

Ministri agiles, & industrij.

Matth. 16. 26. *Nulla commutatio, aut pactum.*

Matth. 16. 27.

25. *Sententia iuxta opera.*

Psal. 17. 30.

Habac. 3. 8.

Hebr. 10. 32.

Ibid.

nam vestrorum bonorum cum gaudio suscepistis. Quartò denique cum odio propriam vitam prosecuti estis,ne in æternũ amitteretis: *nos enim non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ.* Omnes denique qui hác absconditam Dei prouidentiã cognouerunt, benignissimi Patris sapientiam laudant, & sicut Iob, qui expertus est, confitentur: *Etiamsi occideris me, in ipso sperabo. aunque enristre la lança contra mi, y me la ponga en el coraçon, se yo, que sera su bote vn bote de balsamo, que à sangre fresca me curara: y su lança vna fistula del oriente saludable, y medicinal, y que la herida que abriere al passo, que virtiere sangra dara vida, y assi diga blasone, que quiere herir diga, que muera, que ya entiendo sus rigores, que todos son instrumentos de saluacion y de vida.* Iam mi Domine noui opera tua, sagittas tuas amoris, gladium verbi tui, mortem vitam inferentem, indigentiam locupletantem, finge crudelitatem, iratum te simula, & quasi inflammato animo filios, domos, pecora, vitámque, & vniuersam substantiam deuasta: *etiamsi occideris me, in te sperabo;* scio enim his omnibus meam salutem prætendi, & omnia, etiamsi secretiora sint, instrumenta esse meam salutem spectantia, vt vnus in me regnet amor, vna fides, vnica spes, quibus in paupertate diuitias, in tribulatione solatium, in sepulcro resurrectionem, & sempiterna gaudia possideam.

Iob 13.15.

ADOLESCENTIA.

VERBI PÆDAGOGIO, IN INSTITVENDO docendóque prudentißimo, legis & obedientiæ præclaris documentis informatur.

INSTITVTIO XII.

SI ad pædagogi munus antiquitas attendenda foret, ad primam illam arborem scientiæ boni & mali te facilè mitterem erudiendum, ab effectu enim sortita est nomen: vbi didicit homo per experientiam, scilicet quid intersit inter obedientiam & inobedientiam, inter bonum & malum [a]. Verùm nulli concedam pædagogi munus (ego Dei verbum) mihi non solùm ratione antiquitatis & sapientiæ datum; sed quia dulcius ac vehementius te diligo quem Euangelio genui, quàm si coniugio suscepissem [b]: nam vehementior ac dulcior est ad amorem gratia, quàm natura. Ad nouam igitur te mitto arborem erudiendum: durior enim & aspera doctrina à quónam alio pædagogo discenda, quàm à Christo? quísnam libentius auscultandus quàm Paulus? qui de optimo nostro Pædagogo ait [c]: *Et quidem cùm esset filius Dei, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.* hoc est, quamuis Christus esset filius Dei, pati tamen voluit, non vt in passione demum virtutem obedientiæ didicerit, aut acquisierit, quam antea ignorabat, sed quia obedientiam hanc nouo & exactiore modo expertus est in passione magis quàm in tota reliqua vita sua, quid scilicet sit obedire, quàm difficile & arduum sit in omnibus Deo & Pontio Pilato se submittere *: vt optimè colligit Nazianzenus [d]. *Subiiciamur tum Deo, tum aliis, tum his, qui imperium in terra gerunt. Deo quidem omnibus de causis, alij autem aliis propter charitatis fœdus,* clarè enim ait Apostolus [e], *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis.* Sed quia hoc opus hic labor est, ratione, vtilitate, exemplo, reliquísque partibus ad persuadendum opportunis, argumenta expediamus. 26.

a Ita Chaldæus. S. August. lib. 14. ciuit. cap. 17. Theodoretus, Eucherius, & Cyrillus.
b D. Ambr. lib. 1. officio. cap. 7. & infra lib. 2. c. 14.
c Hebr. 5. 8, 9.
* Sic Anselmus & Photius.
d Orat. ad ciues.
e Hebr. 13. 17.

Obedientia exemplo Christi in cruce perdiscenda. Thesis.

Explicatio.

Applicatio doctrinæ.

Et primò ideo maximè obedientia homini congruit, qua cum humili subiectione eò, vnde exierat, reuocatur, & ad dominium, & similitudinem cum Deo reducitur, sicut econtrà inobedientia naturam destruit, captiuat mentem, & in turpes & obscœnos mores ex altissimo dignitatis gradu præcipitem agit. Omnes enim, qui in Adamo à Dei obedientia recesserunt, hanc vnam vocem emittunt, inquit Augustinus [f], *Domine quis similis tibi:* amisso enim principatu, & similitudine Dei, quæ in libertate & Dominio sistebat, captiui & propriæ voluntatis compede & catenâ vincti clamat vnusquisque, *Ecce quid factus sum, vt de captiuitate ad te clamarem.* Et quidem ænigma videtur, & verbum sibiipsi contrarium. Quid est, quæso, quòd cùm Deus hominem sibi similem fecerit, homo amiserit hanc similitudinem, quia prætendit illam? Sed respondeo. Deus qui semel nos ad sui imaginem conformauerat, iterum nos ad hanc similitudinem recuperandam suadet, sed amittimus, dum procuramus; nostra enim cura non studium est, sed ambitio: nam si similitudinem amaremus, 27.

Ratione.

f In Psalm. 70.

Quare homo similitudinem Dei appetens amiserit illam, cùm ad hoc factus fuisset.

remus, quotidie, inquit August. eam imaginem recipere possemus, si tanquam ex annulo cera molli, & digito subiecta nos Deo & digito superioris subiiceremur. Verùm in hoc est peccatum, scilicet non vult esse homo eius formæ, quam Deus indidit, sed esse sicut Deus, hoc est, nulli subiectus, nulli obtemperans, *vt nullo sibi dominante fieret, sicut Deus, quia Deo nullus vtiquedominatur: quiso ser semejante a Dios, no como Dios lo hizo, si no como Dios lo es, que es no estar sujeto a ninguno. quæ est ista peruersa similitudo?* Quare dum hac similitudine contentus non est, brutorum mores & imaginem induit, &

28\. præconio publico denuntiatur sententia, *Volui esse peruerse similis tibi, factus sum similis pecori.* Sicut in prodigo illo filio patet, qui vt esset similis patri in imperio, & à patris obedientia se subtraheret, libertatem amisit, & seruus, vnúsque de mercenariis factus est, & à filij similitudine & dignitate exturbatus. Vnde Chrysologus [a], [a Serm. 2. de prodigo.] *A se migrat*, ait, *& ab homine totus transit in bestiam, paternæ pietatis immemor, gratiæ generis oblitus.* Et quænam est causa huius deformationis, seu transformationis? subdit, *Quia qui penes extraneum seruam senserat libertatem: esto es el que vino a guardar brutos por mandar. penes patrem credidit sibi futuram liberam seruitutem: obedeciendo gana libertad y semejanza de Hijo.* Et hæc etiam est causa, cur qui superiori non obtemperat, turpes & rebelles suæ carnis motus experitur: quia inobedientia captiuat mentem, & carni tanquam petulanti vxori cogit obedire. Id Augustinus [b] obseruauit [b In Ps. 143.]

Subordinatio creatura ad Deum. cum reliquis ex Patribus. *Caro tua, coniux tua, famula tua, quidlibet deputato opus est subiiciatur, & si pugnas, vt possis pugna. Hoc enim expedit, inferius subiici superiori, vt & ille qui sibi subiici vult, quod est inferius se subiiciat superiori suo. Agnosce ordinem, quære pacem tu Deo, tibi caro. quid iustius, quid pulcrius? tu maiori, minor tibi. Serui tu ei,*

Præmium obedientia castitas. *qui fecit te, vt tibi seruiat quod est factum propter te. Si autem contemnis tu seruire Deo, nunquam efficies vt tibi caro seruiat: qui non obtemperas Domino, torqueris à seruo.* Idem Chrysostomus [c]; sed addit obedire etiam oportere rectori, & præposito nostro. *Adueniat regnum tuum. Adueniat, id est, in me veniat, vt & ego efficiar rex regens limum carnis meæ, terram meam, quæ fuit maledicta spinis, & tribulis plena. ideo dictum est, & nunc reges intelligite, erudimini omnes, qui iudicatis terram. Qui iudicat terram carnis suæ, rex est carnis suæ, sed non potest homo regere carnem suam, nisi rectus fuerit à rectore suo.* Et hæc est vnica & præcipua ratio, qua tibi obedientia persuadenda est: agitur enim in hoc de tua corona & de regno: *importate no menos que la corona y Reyno.* Ideo sapientissimè addit Chrysost. *Nam quandiu concupiscit spiritus aduersùs carnem, caro aduersùs spiritum, quia hæc duo sibi inuicem aduersantur, vt non ea quæ volumus faciamus. nondum venit regnum Dei in nobis; sed quando subdita est caro spiritui, aduenit regnum Dei in nobis: no ay tractar de ser Reyes hasta sujetar cuerpo y alma a Dios *.*

[c Tom. 2. hom. 10. et variis de oratione Dominica.] [Psal. 142.] [Galat. 5.]

Inobedientes innadit luxuria.

29\. *A facilitate & suauitate.* Sed quia duram & asperam doctrinam putas obtemperare, facilitatem & suauitatem vnde sumit ostendam: nam nihil inobedientia grauius, quàm in rebus iudicio nostro, vel sibiipsis contrariis obtemperare. Vide tamen quid iniungat Christus paralytico. *Tolle grabatum tuum, & ambula.* statim supra humeros posito lectulo expeditus & lætus incedit, & maiori gaudio præsultat modò sub onere, quàm cùm super onus iacebat *. audiuit enim verbum obedientiæ, quod influit mirabiliter in subditos, *tolle lectum tuum.* Certè impossibile videbatur ei, qui per triginta & octo annos decubuerat, subitò lectulum deserere; verùm imperium illud non tam iussio erat, quàm auxilium. *Tria dixit* (ait Augustinus [d].) *sed surge, non est imperium, sed operatio sanitatis: parece precepto, y no es sino recepta y manda de salud; no fue mandarle sino darle lo que le mandaba.* verbum enim, non tam homini, quàm infirmis viribus præscribebat: Deus enim nihil iubet, quod imperio & iussu non reddat minus operosum. quod expertus Dauid, cùm iam etiam lectum suum super humeros tollebat, & insuper Dei mandata obseruabat, ait: *Exultate Deo adiutori nostro*, & vnde probas [Psal. 81. 1.] Deo conuenire hoc nomen adiutoris? Non aliunde ait, quàm, *quia præceptum in Israel est*, dedit nobis legem, & hoc sat est etiam auxilia & gratiam dispensasse. Vnde parum est Deo seruire in eo quod quis potest: nam ad id quod nequaquam posse putas, ipse vires impendit; quare supra vires niti debes, vt diuinam experiaris gratiam. Quod in creatura rationis experte etiam locum habet, vt eleganter & ingeniosè adnotat Chrysologus [e] in illa verba Matthæi 28. *Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati: la tarde del sabado que amanece en domingo de Pascua.* Quid ais Matthæe, [e Serm. 74.] quando vesper illuxit mane, nónne nox occupat & excipit illam, nónne finit diem, & terminat lucem? quomodo parit illam? *vesper non inchoat diem, sed finit: tenebrescit vesper, non lucescit.* Verùm, auditâ voce Dei imperantis, *Vespera mater noctis par*

[* Hoc ipsè Bernardus & August. libidinis vitium facilè superari ab eo qui suis maioribus bene dicit obtemperare.]

[* *Con quanto mas gusto sta agora debaxo de la carga que no antes en cima de ella? es, que la lleba por obediencia y el que le mando le Dio fuerzas.*]

[d In Ioan. 4. in hæc verba.]

parturit diem (nam ex opinione huius Beati, ſol præmaturè affulſit, & noctem diem fecit) *dum agnoſcit authorem.* nam licet ordo temporum inuiolatâ lege regatur, ſi obſtat auctoris imperium, eius nutui, non legi ſtandum eſt. *anhelat creatori ſeruire, non tempori.* Verbum illud, quo Chriſtus maledixit ficulneæ (in tempore videlicet non ſuo, *non enim erat tempus ficorum*) debet intelligi quaſi accuſatio, & crimen imputatum arbori; nam licèt legitima excuſatio videatur quæ à lege temporis deſumitur, *non erat tempus ficorum*, ea tamen ratio vim habet vbi qui ficos quærit, eſt homo; at vbi Deus eſt qui imperat, peccat arbor quæ non obtemperat, dum obſecundat potius legibus temporis, quàm voluntati Creatoris; nam ſi in tempore ſuo fructum habeat, quid mirum? aliquid ſupra vires obeundum eſt, vbi eſt Deus, qui iubet, & facit cum obedientia prouentum.

Marci 11. 13.

Iuuat non parum ad hanc facilitatem libenter, hilariter, velociter & promptè obedire. libenter, cùm voluntatem noſtram omnino ſuperiorum voluntati conformamus, ſicut Chriſtus, *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me.* Domine quare cibo comparas obedientiam? quia, inquit, nihil libentius ſumimus, quàm cibum. Ita eſt mi Domine, verùm debet eſſe bene conditus; ſi verò contingat tibi Pilatum flagella, ſpinas, & crucem imponere, quî poterunt acerbi iſti cibi deuorari? Rectè rogas, vis qualicumque cibo ſine nauſea, & cuicumque obedientiæ à quouis ſuperiore aſſueſcere? affer condimentum diuinæ voluntatis, quia qui diuinam voluntatem vbique inuenire, & exequi cupit, etiamſi Pilatus ſit Prælatus, auidè deuorat quidquid iniungit. Vnde hilaritas oritur, vt notat Baſilius [a], *Apoſtoli alacri animo in fora, in contumelias, in lapidationes, in cruces proceſſere. hanc obedientiam is, qui ſecundùm Deum verè eſt monachus, antiſtiti ſuo præſtet oportet* *. Nam qui inuitus, & cum ægritudine triſtitiæ, vt ait Bernardus, obedit, maximas inuenit difficultates. vide exempla *Marci 6.* vbi Seruator *coëgit diſcipulos ſuos aſcendere nauim*; & Matth. 14. *compulit*, & Ambroſius notat, cùm à conſilio in vno iterando verbo conueniunt Euangeliſtæ, ibi myſterium latere indicium eſſe. Pinge tibi diſcipulos, qui coacti nauim aſcendere migrant, quaſi ad Indos progreſſuri eſſent, & inde ſtatim coniicies magnas ſubituros tempeſtates. Sicut *Exodi* 4. deſcendit Moyſes ab Ægypto, ex Dei iuſſu; cúmque ipſo in itinere eſt, occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. Siſte Domine, ſuſtine, obſecro, en pergit ex iuſſu tuo fidelis iſte ſeruus? Eſtne ſicut Balaam inſtabilis, blandus, cûpidus, cui Angelus obſtitit, *quia peruerſa eſt via tua, mihique contraria?* Minimè verò, eſt enim Moyſes Propheta magnus regnorum contemptor. Cæterùm ſi conſulamus textum Exodi 3 & 4. comperiemus munus & legationem reſpuiſſe, & Deo multa obieciſſe: quamobrem modò coactæ obedientiæ pœnas ſoluit, ſicut ſponſa, quæ refert, *percuſſerunt me, vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum*: quæ omnia ex illa ſua tarditate manarunt, *Quo modo induar illa*; & quid inſuper ipſe Dei filius huius diſciplinæ in ſeipſo & exemplum præbere, & pœnam voluit experiri: nam cùm facultatem dedit amori, & voluntati innatæ viuendi, vt ſeſe quodammodo opponeret decreto moriendi, & à conſtituto decreto appellaret ad poſſibile. *Si poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.* certè iſtæ excuſationes animam in ſummas redu- 31.
xerunt anguſtias, & crucis mortiſque doloribus, & ærumnis addiderunt id, quod ipſa morte grauius eſt, repræſentationem, ſudorem, triſtitiam mortis impendentis: *hizo que las viſperas del morir fueſſen mas terribles que la miſma muerte.* quæ omnia effugeret, & vitaret, ſi amor vitæ obſtacula morti non obieciſſet. Igitur ſi in Chriſto, vbi quod repugnantia videbatur, obedientia erat, & quæ videbatur tarditas, erat promptitudo, excuſatio iſta, vel appellatio, & replicâ tanti mœroris & ſudoris cauſa fuit; quid mirum ſi nobis, qui obſiſtimus, ſubterfugimus, excuſamus, & multa impedimenta obiicimus? mare ſicut diſcipulis turgeat, & intumeſcat, & omnia nobis contraria inueniamus? ſicut etiam Ionas, qui cogitauit fugere in Tharſis, qui mare, & pericula, & diſceſſum à ſuis deuorauit, vt à Dei obedientia ſe ſubduceret.

30. *Obedientia prompta & hilaris.*

Nota. Baſibus in vniuerſum vti propria volũtate alienum eſt à recta ratione. reg. breuio. 123. & Caſſianus lib. Inſt. Præter Abbatis mandatum nulla, penitus voluntas viuat in nobis. Greg. lib. 35. Moral. *Per victimas aliena caro,* &c. Bernard. ſer. de tribus ordinibus. *Quiſque occulte vel aperte,* &c. Caſſian. collatione 4. c. 20. *Vnum ſanè atque dum,* &c.

a Conſtitut. monaſti. c. 23.
* Vide Bernar. ſerm. de virtut. obedientiæ.

Num. 20. 24.

Nota. De obediẽtia vide Viridariũ Buſæi, de in obedientia Panarium, &c. P. Rodriguez fol. 272. tom. 3. tractatu 3.

Iona inobediens.

His etiam & promptitudo adhibenda eſt: nam, vt ait Bernardus [b], *Velociter currit ſermo Dei, & velocem habere deſiderat ſequentem.* & cùm feſtinationis multa attulerit exempla, addit: *& tu ergo vbi voluntatem cordi, ſimplicitatem operi, hilaritatem vultui coniunxeris, adde velocitatem, vt ſis iuxta Apoſtolum Iacobum velox ad audiendum, & ad implendum velocior.* Sicut Paulus, *Domine quid me vis facere? O breue verbum*, inquit Bernardus [c], *ſed efficax*: ſed dignum omni acceptione. Quàm pauci 32.

b Serm. de virtut. obedientiæ.
Iacob. 1. 19.
c Serm. de conuerſione Pauli.

pauci inueniuntur in hac perfectæ obedientiæ forma? & vnde putas tanta velocitas inerat sanctis illis quatuor animalibus, qua statim ac spiritus adueniebat, cito cursu ferebantur, ex hoc nempe quòd quatuor illi vultus quatuor mundi partes respiciebant, *criad a los hyos y nouicios mirando a todas quatro partes del mundo, y asi obedeceran en qualquiera jornada.* Vnde August.[a] laudans Abrahami obedientiam, ait: *In re tam ardua nulla ibi dubitatio fuit, sed sententiam Domini tanquam qui optaret accepit.* & Tertull. *Audaciam existimo de bono diuini præcepti disputare.* Seuerior est Gregorius[b], dum ait ex Samuele, *peccatum ariolandi esse maiori non obedire.* Sicut si constitueretur fidelis inter duo altaria, in vno simulacrum est crucifixi, in alio idolum, dum se auerteret ab ara Christi, statim ad idolum sese conuertisse, & ariolatum fuisse diceremus. Est in nostra imaginatione idolum eius rei, quam cupimus & cogitamus: in ara autem prælati est Christi simulacrum. Igitur quoties à prælati voluntate deflectimus, & designia mea, non verò præscripta maioris sequor, in idololatriæ genus incidisse putem: ideo D. Hieron.[c] loquens de Patribus, qui in eremo degebant, ait: *Subditi antea conabantur iussa implere, quàm forent emissa, & quibusdam quodammodo indiciis nitebantur prophetare de voluntate mandantis, hacianse prophetas de la voluntad del superior.* ideóque verus obediens Simon Petrus (hoc enim significat Simon) statim ac audiuit Magistrum adesse, se misit in mare, quo velociùs ad ipsum properaret.

a Serm. 68. de temp.

b Lib. 6. in 1. Reg. 15. 23.

c Tom. 4. in reg. Monacho. cap. 10.

33. Verumenimuero cùm cætera omnia cessent, hoc vnum te obedientiæ studiosum debet efficere, nempe quòd *vir obediens loquetur victoriam.* est enim obedientia compendium ad perfectionem, summa virtutum, victoria tentationum, & idipsum significat, *Melior est obedientia quàm victimæ.* Victoriam dixit in singulari, vt nullam excipiat; victimæ in plurali, vt non solùm externa sacrificia, sed victoriam passionum denotet: nam humilitas exercetur, dum homini obtemperas, patientia in rebus difficilibus, fides intuendo in homine Deum, spes contemnendo præsentia, & à teipso discedens, charitas, dum tuam prælati voluntatem conformas. Secundò etiam, quia iugulat passionum ceruicem, & collum, propriam scilicet voluntatem. Tertiò, quia efficax medium est ad orationem, *Subditus esto Domino, & ora eum.* Est denique trium hostium animæ debellatrix. Primò enim dæmon, vt spiritus est, per intellectum incursum facit, & sicut gratia præoccupat animam per illustrationem mentis, sic dæmon incipit tenebris mentem offundendo, tenebras suas quasi lumen venditando. *Ipse enim satanas transfigurat se in Angelum lucis,* vnde prima tentatio oritur, dubietas & incertitudo circa rerum determinationem. Molesta quidem tentatio, quia impedit hoc importuno labore: liberat mentem obedientia, dum superioris voluntatem diuinæ mentis interpretationem existimas. *Primera tentation del demonio, perplexidad que estorua, y todo se va en texer y destexer.* Tempus huius tentationis est, cùm te iudicem facis, & arrogas rerum agendarum deliberationem, vel muneris eligendi, rem quidem periculis, tenebris plenam, vbi indifferentia perit, & vbi non succedunt tibi pro votis loca, munera, & exercitia, dæmon arreptà occasione tædij à loco dimouet & religione. *en viendote descontento ayudase el demonio de esta ocasion para hazer dudar, y consultar, y a menear tanto el clauo a vn lado y a otro, que facilmente le arranca de la religion: porque descontento de todos los puestos y superiores hecha la culpa a la religion, porque en todo halla espinas.* Sit igitur in remedium te quasi cadauer obedientiæ tradere regendum, & vbilibet collocandum *. Secunda dæmonis tentatio per mœrorem est, & desperationem, obcæcando priùs, & peruertendo, cui tu obsistere debes, clauum istum firmum tenendo, quod fit, dum consilio acquiescis superioris. *Procurar no perder el timo y gouernalle, para eso el consejo de el maestre de la naue importa.* Bernardus[d]: *Seductori dat manum, qui dare dissimulat præceptori, & qui dimittit oues in pascua absque custode, pastor est, non ouium, sed luporum.* Exemplum P. nostri Ignatij appositissimum est, virginis nempe, quæ litteras riualium patri suo manifestat, hoc enim solum, & ipsa secura manet, & pater animo quieto est, nec de alio remedio cogitat; vnde Cassian.[e] *Cogitatio maligna simul ac patefacta fuerit, & prius etiam quàm remedium proferatur, serpens teterrimus velut è tenebroso & subterraneo specu virtute confessionis protractus ad lucem, confusus quodammodo & dehonestatus aufugit.* Tertia tentatio est dæmonis illusio in spiritualibus exercitiis: nam primò omnes facultates indigent præceptore. Bernard.[f] *Quàm multi ex hoc à recto tramite periculosissimè aberrasse comperti sunt, nimirum ignorantes astutiam satanæ, & cogitationes ipsius, factum est vt qui in spiritu inciperent, carne consummarentur. a si lo dispuso la diuina prouidencia a Cornelio remitio el Angel a Simon Pedro, a Saulo remitio a Ananias, &c. y es*

2. Corinth. 11.

* Vide exempla P. Platti lib. 1. c. 18. ad fin.

d Serm. 77. in Cant.

e Coll. 2. c. 10.

f Serm. 77. in Cant.

mas

mas necessario, porque los bienes estan mesclados con los males, como si en vna botica quitassen los titulos, buscadme lo dulce o lo amargo, lo solutiuo o lo estrictiuo, el acibar, o el azucar. lo segundo y a que las cosas desengañnen los que las venden venden el mal con aparencia de bien. Tertio aunque esto sea bueno, no se si lo sera para mi. Quarta denique tentatio dæmonis est propriæ cognitionis defectus, & obliteratio. effectus quidem dæmonis superbissimi proprius, ad quod iuuat maximè superioris consilium. Basil.[a] *Porrò ab alio cognosci, & curari facile est, cùm his qui cæterorum curam gerunt ad decernendam veritatem nequaquam obstet amor sui ipsorum.*

Secundò obedientia castitatis bella, & hostes suscipit profligandos. videas hoc in præclaris familiis, in quibus eius viget obseruantia, resplendet etiam in mediis periculis castitas, quasi per compendium obedientiæ comparata. Doctrinam istam fundat Basilius[b]. *Non à corporibus ad animos hæc virtus virginibus procedit, sed anima in corpore præcipua existens, & Deo grata virginitatem & corpora incorrupta conseruat. coje la madeja por su cuenda, y si quieres castidad, comienza por el alma, asiendola de Dios, y fixandola en el, martilla en ese clauo, que ella se lleuara tras si el cuerpo.* ama diuinam puritatem, & vnionem cum illa prætende. Secundò hanc eandem in teipsa puritatem excole exemplo virtutis & tranquillitatis. Tertiò ne ista quies vitiis perturbetur, trahere corpus ad hanc puritatem stude. Quartò, & quia corpus nimiâ indulgentiâ exultat, & recalcitrat, fige clauum istum austerâ viuendi ratione, & verbere & cilicio castiga: semel enim anima Deo similis corpus ad se à tentationibus & ab obscœnis cupiditatibus rapiet. Age de vnione cum Deo, rumpe moras, & otiosam licentiam morum. Hanc igitur virtutem sicut cæteras obedientia conseruat, & eo maximè, quo subiicit animam Deo, & figit in eo mentem. lege Bernardi præclaram sententiam[c], *Beati mites. hanc terram corpus nostrum intellige*, &c.

Mundanas etiam tentationes vna obedientia cohibet: quo remedio si careant Religiosi, qui saluti animarum incumbunt, omnino destituti & in campo sine tecto, sine consilio, in medio nationis prauæ manerent, & negotiorum fluctibus mergerentur, quæ tantopere vitarunt, & effugere qui hac de causa eremum accolebant. & fit vt in sæcularibus negotiis agitandis eodem modo afficimur ac sæculares, & sicut si propria essent negotia, *y nos voluemos al mundo a titulo de caridad.* Gregorius[d], *In qua sub colore episcopatus ad sæculum sum reductus, in quo tantis terræ curis inseruio, quanto me in vita laica nequaquam deseruiisse reminiscor.* Idem Bonau.[e] *Stude quantum potes bono modo familiaritatem sæcularium vitare, & dices cum Propheta: Non loquetur os meum opera hominum.* ab his omnibus liber est obediens, qui ea solùm negotia, eas solùm conciones suscipit, quæ à superiore præscribuntur.

Margin notes:
a De constit. monach. c. 22.
b Lib. de Virgin.
c Serm. 1. de fest. omn. Sanct.
d Epist. 5. lib. 1. de dignit. past.
e In reg. nouit. c. 11.

Apostrophe fit ad Christum in cruce ad mortem vsque obedientem, cùm verbis Bernardi, pro obediẽtia, nõ dubitauit mori, ne obedientiã perderet, perdidit vitã. de grad. hum. cap. 2. & 3.

Exhortatio ex Ecclesiastici 3. 1. *Filij sapientiæ, Ecclesia iustorũ & natio illorum obedientia & dilectio. iudicium patris audite filij, & sic facite vt salui sitis. mira de como obran que no es va menos que la saluaciõ.* Quia si rogas quòd est munus Religiosi, est obedire: non litteris incumbere, nec gubernationi, imò cętera, si vna obedientia desit, non sunt religiosa opera vocanda. S. Thom. 2. 2. q. 86. art. 8. castitas sine obedientia, non est religio, paupertas sine obedientia religio non est, plenitudo enim religiosæ vitæ est obedientia.

Increpatio & cõminatio 2. Thess. 3. *Si quis non obedit.*

Epilogus ex omnibus his rationibus colligatur.

VERBVM PATRIS.
Exodi 20. v. 13. 14. 15.

Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies.

Puerum suum altiore disciplina amoris inimicorum imbuendum nouo Pædagogo Christo tradit.

DISCVRSVS XXXIV.

1. *Primus pædagogus verbum.*

VNIVS tantùm veri pædagogi noui, & eruditi magistri iussis, & præceptis obtemperans nouus iam debes esse homo: reliqui enim (inquit Clemens Alex.[a] tam lex, quàm Philosophi, cùm imbecilles, & imperfecti fuerint, nomen pædagogi non merentur. Ideo Iacob homini naturalis legis nomen non ostendit, qui magistri nomen nouo item populo reseruabat, nempe infanti. Quare (ô infans) à puerilibus, & infantilibus præceptis, quibus tanquam pueris (vt inquit D. Chrysostomus[b]) gladius, & vindicta permittebatur, ad vera præcepta transire operæpretium est; in quibus hoc vnum considerandum est. Præceptum hoc etsi appetitui difficile, rationi tamen consonum esse. Vnde (vt ponderauit Rupertus[a]) ex pectorali illo summi Sacerdotis duæ aureæ catenulæ cingebant corpus: pectorale autem rationale dicebatur, *ratione enim cuncta plena sunt, & terrena hærent cælestibus*; quasi diceret, cùm duplici catena amoris amicorum, & inimicorum te cinxerit pædagogus, scito in tui decorem, & vtilitatem fieri, & hæc cordi, atque rationi maximè consentire: *ratione enim cuncta sunt plena.* infans ergo his, vt par est, rationibus erudiendus est.

INTENTVM DISCVRSVS. 2.

Cùm maximè necessariæ sint publicæ viæ, per quas

Margin notes:
a Lib. 1. pædag. cap. 7.
b Tom. 4. in epist. ad Coloss. 1. hom. 4.
a De summo sacerdote in Exod.
Noua & altior disciplina.

Digitized by Google

quas oues ascendunt ad vberiora, & salubriora extrema, vbi fertiliorem herbam depascantur, solet rex quandoque iudicibus demandare harum viarum lustrationem, & limites fundorum considerare, an fortè cupidi agricolæ intra viam, & pascua limites produxerint, & angustiorem reddiderint. Liberam Deus in exordio mundi facultatem omnium rerum dedit hominibus, gentes, terras, aruas, & possessiones diuidendi, cunctaque virentia, prata, bonaque reliqua concessit; vnam tantùm liberam reseruauit charitatis semitam, quæ in cælum ducit, & hæc animantia rationis plena ad extrema gloriæ perducit: sic etiam in sacra Scriptura

Psalm. 119. 35.

viæ nominantur mandata Dei. *Deduc me Domine in semitam mandatorum tuorum; quia ipsam volui.* Viam dixit regiam, & publicam charitatem, in quam intrant, & redeunt omnes aliorum præceptorum semitæ: quia

1. Tim. 1. 5.

finis præcepti charitas est. y assi en el dia de la mesta general el examen sera, si fueron por esta vereda. Vnde in illa die cùm iudex, & pastorum pastor oues in iudicium vocet, per quam viam in cælum perrexerint, de via charitatis, vtpote communi, interrogatio fiet: *quoniam esuriui, nudus eram,* &c. Hanc viam sic angustam, & arctam reddebant, Scribæ, & Pharisæi, vt solùm per aliam amicis daretur locus; non verò inimicis. Mos equidem huius gentis à suis Prophetis sæpius redargutus.

Christus pandit iter ad cælestia, charitatem videlicet.

Oseæ 5. 10.

Facti sunt principes eius quasi assumentes terminos: han entrado los mojones diziendo amaremos amigos, enemigos no. & sic paulatim quasi legem tenebant, *& odio habebis inimicum tuum.*

Matth. 5. 43.

Quam ob causam regia, & diuina auctoritate plenum filium Dei Pater misit in mundum, vt prauitatem itinerum dirigeret, & viam charitatis augustam, non angustam, sterneret, & præpararet, dicens: *Ego autem dico,* &c. *hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem.*

Ioan. 15. 12.

3\. Videamus tamen vnde augusta lex ista manarit; non equidem ab Augusto Deo, qui *Leuitici cap.* 19. primum illud præceperat, *Diliges proximum tuum*; & illi addiderunt, *Odio habebis inimicum tuum.* Primò enim auctor legum, & æterna illa lex legem istam non tulit, nec ab illo originem duxit; tum quia describens nostrum imperatorem Dauid has eius optimas refert proprietates, & attributa. *Iudex,* ille nempe, cui ex munere venit iudicium facere. *Iustus,* & qui nec furore agitur, vt vltra metas iustitiæ feratur. Sicut Aman *Esther* 3. qui accensus ira pœnam, quam vni Mardochæo inferre volebat, in omne Iudæorum genus refudit, & omnes vna sententia mulctauit. *Fortis,* solet enim humanus rex dicere cùm Ioab interfecit Abner: *Ego autem adhuc delicatus, & vnctus rex, porrò viri isti filij Saruia duri sunt mihi;* Deus autem omnipotens est, & cui Dauid supplicium reseruauit. *Retribuat Dominus facienti malum iuxta malitiam suam. Dios, que no tiene, que temer le de al malo loque su mal merece.* Quare ergo supplicium non infert per singulos dies? addit, *quia patiens;* quia patiens est, docet homines (inquit Augustinus [a],) & discipulos suos, vt quotidie ab eo veniam postulent; *& dimitte nobis debita nostra: quotidianam quippe docebat orationem, vt iustificatis vtique discipulis loquebatur,* etiamsi sancti sitis, habetis quid quotidie postuletis, *& si dimiseritis hominibus, dimittet & vobis Pater vester cælestis delicta vestra.*

Matth. 5. 43. *Interpretatio ista legis non à Deo manauit.*

Psalm. 7.

2. Reg. 3. 39.

Ibid.

a Lib. 21. de ciuit. c. 27.

Matth. 6. 12.

Quis ergo à tali iudice, & qui cùm possit irasci, quotidie etiam veniam promittit, & docet, legem quotidie irascendi, & vindictam sumendi latam docet? tum etiam, quia veniam dare inimicis, irrefragabile testimonium, & nota diuinitatis est. Pro quo obserua,

4\. Patrem, cùm filium misit in mundum, filium, & vnigenitum nuncupare. *Vt filium suum vnigenitum daret:* at cùm de secundo agit aduentu, filium hominis vocat, *Dedit illi potestatem, iudicium facere; quia filius hominis est.* Domine, quare puerum infasciatum, vagientem, & lac sugentem filium nominas, & eundem tonantem, terrentem mundum, in sede maiestatis iudicantem, filij nomine non extollis: ibi enim sicut in Thabore gloriam quasi vnigeniti à Patre ostendet? ideo nempe primò vocat filium; quia venit peccata dimittere, quod Dei proprium est. *Misit Deus filium suum, non vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum;* cùm venerit tamen iudicare, & vindicare, filium hominis appellat, quia iudicare, & vindicare venit; quare in cruce vocat Deum, iudicem, *Heloi,* nobis autem peccatoribus, *Pater dimitte illis.* ego quia filius ignosco, tu quia Pater meus ignosce; vt ignoscere ita perspicua sit diuinitatis nota, vt vel ex hac maximè me filium Dei, te Deum possint cognoscere, vt optimè ponderauit Tertullianus [a]. *Hinc vel maximè Pharisæi Dominum agnoscere debuistis, quòd patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret.* Quòd si dicat Arrianus inferiorem esse filium Patri dum rogat in cruce, fallitur: nam (vt respondet Chrysologus [b]) qui rogat, priùs habet in voluntate illud, quod rogat, quàm ille, qui rogatur; &

5\. hoc inter creaturas contingit: at cùm eadem sit filij, & Patris voluntas, & idem indulgendi desiderium, idem quod significat voluntas filij, præhabet voluntas Patris, *lo demas, ô Arria no es desigualarlos sin raçon, ne ergo sic filium minoret precibus; ne Patrem circa salutem hominum sic minoret: teneos, guardà, que injuriais al Padre por injuriar al hijo, en perdonar muestran ser Dios igualmente.* A qua ergo voluntate lex ista odij processit? certè monstrum est: duo enim capita ista non nisi ab aliqua praua, & humana voluntate genita, & nata sunt. *Dictum est antiquis.* tacetur parens tanti monstri, praua voluntas fuit, quæ ab eo, quod delectat illam, facilè grauidatur. Nazianzenus [c], *Facilè imposturam facit quidquid delectat, facilmente engaña loque agrada.* Has in malum propensas voluntates hæreticorum, qui contorquent Scripturas, vt prauos inde sensus in id, quod delectat, educant, comparat Origenes [d] duabus filiabus Loth, quæ vt filios ab illo progignerent, ebrium fecerunt; quare iniqui, & infideles filij nostris persimiles nati sunt Moabitæ, Ammonitæ, &c. qui non solùm hæreticos, & Iudæos repræsentant, sed etiam legis, & iuris peritos nostros, qui prius temulentas multo vino proprij sensus, & vtilitatis leges reddunt, vt inde contortos sensus, quos illi vocant mentes, & intellectus gustui conformes educant: *la ley no pide tantos entendimientos, si no vna buena voluntad, que la practique: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa.* Quid desideratur? *timor Domini*

Diuinitatis signum inimicis indulgere.

Ioan. 3. 16.

Ioan. 5. 27.

Ioan. 3. 17.

a De patientia cap. 3.

b Serm. 66.

Vnde manauit hæc lex.

c Orat. 1. in Iulian.

Hæretici comparantur filiabus Loth.

d In Genesim.

Iurisconsulti torquentes legem & mentes textuum.

Psalm. 18. 10.

by Google

Ibid. 19. Ibid. 9. *mini sanctum*; opus ne est magno intellectu? minimè: *præceptum Domini lucidum: luz, y justicia tienen ensi mismas las leyes, si las sabeis buscar.*

6. *Probatio à ratione.* Igitur contra monstrum istud turpe, & irrationale, ratione priùs D. Chrysostomi insurgamus, qui sic ab ipsa amoris natura rationem ducit: Nullus est nobilior affectus in homine, efficacior, & generosior amore: nulla virtus homini magis necessaria, vt viua sint eius opera, quàm charitas: nullum est attributum gloriosius Deo (æqualia enim sunt, & eiusdem perfectionis in Deo) quàm bonitas, & charitas omnium bonorum diffusiua. Res igitur, & affectus sic nobilis, sic efficax, sic diuinus, otiosus in nobis omnino, & inutilis foret, si inimicos non diligeremus. Efficiam hoc philosophico, & morali rigore: ex parte materiæ primò sic; quia si amor non ferretur in inimicos, nihil haberet, quod diligeret; nec ignis iste sacer quid adureret. nam quid diliget? amicos? vbinam sunt? cognatos? qui sunt isti? probet exacta *Amici pauci aut nulli,* inductio Michææ Prophetæ cap. 7. diceres Vers. 5. enim, vtilior mihi est amicus cognato. *Nolite credere amico.* At dux meus, & herus meus, præsul, & pastor, cui hoc ex munere incumbit? *nolite confidere in duce*; ille enim vt Ioab dans amplexum gladio vos confodit: fortè

7. sponsa erit fidelis in amore, & secretum ser-Ibid. uans? minimè: *ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui*; nónne vides Dalidam? saltem pater amabit, fouebunt fratres. neque Ibid. 6. isti; *qui filius contumeliam facit patri, & filia consurgit aduersùs matrem suam*; filia contra matrem (quid diceret de nuru cum socru sua? hoc quasi certam præteriuit.) Domesti-Ibid. ci denique, quos meo pane sustento, aderunt mihi? nequiores isti. *Inimici hominis domestici eius: si amigos hauia de hauer, era de la puerta adentro, essos son losque pegan el fuego: ergo non sunt amici.* Quid ergo est? infernales furiæ, quæ ab infernali barathro venerunt, vt pacem exturbarent de mundo, vbi nulla est familia, nec congregatio, collegium, in quibus capitali non dissideant odio, nec capitulum est, nec plebecula, nec sancta religio, in qua graues non videas simultates, ita vt opus non sit, vt exteri, & infideles exerceant in nos inimicitias, dum domestici animo in-2. Cor. 11. 26. fenso sunt, & grauiora *pericula in falsis fratribus* sint ab Apostolo constituta: nam qui habitant Cedar (*los Alarabes*) sponsam Dei persequerentur, & qui noctu concursantes reginam non cognouerunt, & pallium tolle-Cant. 1. 6. rent, mirum non est: verùm *filij matris meæ pugnauerunt contra me*, hoc mirabilius, & monstri simillimum est. non sunt amici. Supersunt ergo diligendi inimici, qui triplicis generis sunt. Primi, qui nec malè animati sunt erga te, nec malum precantur, sed tu tam malè affectus es, vt qualibet de causa sus-*Nos facimus inimicos.* cipias inimicitias, hæc amentia tua est, & falsa quidem, siquidem maleuolus es in eum, qui odio minimè dignus est. hæc est insania Psalm. 39. 5. falsa, de qua Dauid: *Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas: hay locuras sin fundamento, y essa es vna, que dezir el otro que es la santissima Trinidad, es locura verdadera.*

8. Alios existimas inimicos; non quia tibi inferent malum; sed quia meliores, ditiores, aut nobiliores fecit Deus. Sicut Cain, qui odiuit Abelem, & quem D. Augustinus omnium hominum nequissimum meritò compellat, siquidem primus odia fraterna in mundum inuexit; hos etiam tu ipse inimicos constituis. Alij denique sunt, qui gratis te perse-*Alij gratis inimicantur.* quuntur, & malum inferunt; quia illi mali Psalm. 68. 5. sunt. hæc nostri sæculi pestis est: *lepra, y mal de nuestros tiempos, que en siendo vno bueno tenga enemigos: vndique persecuti sunt me gratis*; hi quidem creatori Deo similes in malum esse volunt: ille enim per Isaiam cognominatur *faciens pacem: hago la paz. formans* Cap. 45. 7. *lucem: todo es mio, & creans malum, y permite el mal*; quare si permittis, creationem vocas? quia nempe vos ex rebus sic vanissimis, immo ex nihilo tam ingentes suscitatis simultates, vt ex nihilo grande creetis malum: *de cosas de ayre, y de no nada leuantais pleytos, y moles grauissimos.* Sic ergo conficio argumentum: æquum non est amorem diuinum otiosum in nobis esse, non sunt amici, quos diligat, inimicos vos sæpe creatis, alij gratis vos persequuntur; hos ergo tenemini diligere, ne amor frustrà sit in vobis, & otiosus, quod absurdum est.

Sumam tamen argumentum ab ipsa formali ratione amoris, in quantum virtus est: 9. *Secunda ratio.* virtus enim versatur circa difficilia, & vt faciliùs operemur, dantur virtutum habitus. Si ergo amor difficultatem diligendi inimicos non superat, imbecillis est, & infirmæ virtutis: nam fides vincit hoc, quod est credere quod non vides secundùm rationem, & spes quod non habemus, nec merebamur, docet sperare in spem contra spem; sic etiam charitas illam debet superare difficultatem, nempe diligere id, quod minus amore dignum videbatur. Vide quàm parum à te exigo, vt Christianus verus sis, non per fidem solùm, sed per charitatem cælitus tibi datam: nam si ignis ille quem descendere de cælo postulabat Elias 3. *Reg.* 18. solùm ligna combureret, & sacrificium, non magnam moueret admirationem, aut cùm visus est descendere aquam inimicam absorbere, lambere, tunc omnes pariter fatentur & ignem cælestem, & verum Deum esse qui misit illum. Omnes (ô homo) expectant, & circunspiciunt, sitne verus Christianus: nam si tuus ignis solùm ad amicos amplexandos descendat, quid magnum? *Ethnici hoc faciunt, los Turcos hazen esso*: at cùm inimicos amas, Deum, Deique ignem in te esse omnes pariter confitentur.

De tertio autem philosophemur, nempe 10. de amore, vt Deus est, & Dei attributum; amor enim Deo par est, *Deus charitas est*, atque adeò immensus, infinitus: quare licèt in te, & me determinatus sit amor, in Deo non patitur limitem, æterno se filius, & Pater amore prosequuntur. Quis ergo angustat Deitatem, quis limitat immensitatem, vt solùm amet amicos; secus verò inimicos? *quoniam Deus charitas est: corriò tanto el amor,* 1. Ioan. 4. 8. *Cognitus ratio ex suppositio.* *que llegò à medir se con el mismo Dios.* Nunc ergo ad argumentum accedo; *& qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo: el que ama à Dios, el amor le trasiega en Dios, y Dios immenso viue en el hombre.* O diues amoris!

amoris! æstima, si potes, diuitias amoris immensas? accede ergo (diues amoris) ego à te eleemosynam vnam paruulam postulo, id videlicet, vt dum infinitum possides amorem, exhibeas illum, & diuinum esse demonstres, ne in sinu abscondas ignem, deprome parum amoris; & sicut ille solem suum super bonos, & malos quotidie mittit, tu etiam inimicum diligas; tenes rationem? Vim eius exemplo percipies: tu intras, & quasi transfunderis in Deum, qui charitas infinita est, & in Deo manes; ergo diuinas proprietates debes induere. *Simile.* Est hîc dolium ingens vini meri perfectissimi, mittis in illud guttam aquæ, miscetúrne cum vino? nequaquam (inquit Aristoteles) quin potiùs tanto calore, odoréque perusta naturalis frigiditatis oblita in vini substantiam conuertitur. Tu ergo dum per amorem in Deum intras, infinita quodammodo charitate debes flagrare; quid ergo à te poscimus, vt illam tepiditatem, illam erga proximum frigiditatem, cordis duritiem: *essos desabrimientos y rancores*, amittas, desinas, & opereris (ô Verbum altissimum) non vt homo, sed Dei instar, non vt vermiculus, sed ad modum eius, qui in seipso continet Deum, immensum charitatis ignem. O amor sacratissime, quis te imbecillem reddidit? ô regia in cælum via, quis te coangustauerat? Age diuine Iudex, limites considera, vide hominis tenuitatem, in quas se reduxit angustias: amici enim non sunt, quos diligat, inimicos creat ille, & suscitat, & quos ille non facit diligere, arduum, & impossibile putat, cùm eius amor quasi immensus, & infinitus sit: præcipe ergo, iudica. Matth. 5. 44. *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.*

11. *Tertia ratio.*

La razon consiste en esto. Iusta cosa es, que cada vno pague lo que deue y mas à Dios, y si el libra la paga en otro, que lo pague à aquel. A Dios le deuo deuda infinita, y amor de enemigo, cùm adhuc inimici essemus, ille prior dilexit nos, *y essa deuda no sola podemos pagar à el, ni pagarla dos veze: libra la en el proximo luego sino le amamos, aunque sea enemigo no le pagamos la deuda.*

Facilè etiam mihi concedes, æquum esse, & naturali legi consonum, *quemlibet soluere quod debet*: præterea nullum esse, qui Dei debitor non sit, debiti quidem infiniti, & æterni; quia *dilexit nos Deus*, qui infinitus est, & in æternum diliget. *Charitate perpetua dilexi te*, Ierem. 31. 3. Certum est etiam si debes alicui mille aureos numos, posse illum cogere te, vt alicui soluas, quod ipsi pendere debebas: *puede librar la paga en quien quisiere.* Sic ergo argumentationem compono; iustum est soluere æs alienum omnibus, sed Deo maximè: Deus autem debitum amoris vult, vt persoluamus diligendo inimicum; ergo non solùm rationi consonum, sed iustum est diligere inimicum. Ratio quidem necessaria videtur, maximè si luculentiùs probauero Deum solutionem in hoc liberasse, vt inimicum diligamus: principio autem ipsius Regis verbis testatum habemus. *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros:* sed hanc remissionem, & liberationem debiti, amoris inimici esse dicat eximius Theologus [a], *In hoc cognouimus charitatem Dei; quoniam ille animam suam pro nobis posuit; & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Ioannes sanctissime, quid Dialecticæ est in hac argumentatione? *el pusò su vida por nosotros, luego nosotros las deuemos poner por nuestros hermanos?* certè quod immediatè sequitur, hoc est, *ille pro nobis*; ergo nos propter illum vitam ponere debemus. Ioan. 13. 37. Respondet tamen Ioannes optimam esse consecutionem: quia debitum, quod Deo soluere tenebamur, transtulit ille ad fratres nostros; ergo illis soluere tenemur. Verùm dices, ego soluam; amicis tamen: inimicis vnde ego teneor? probet, opus est, qua ratione transtulit debitum in inimicos, vt ego pendam amorem inimicis: promam ergo rationem sic. 12. Vnum & idem debitum non teneris nisi semel soluere; cùm ergo postulat amorem inimici, alicui inimico debes soluere debitum: Deus non potest esse inimicus; ergo illi debes soluere, qui est inimicus. Vnum superest probandum, debitum tuum esse debitum amoris inimici; quod sic textus probat: *Cùm adhuc inimici essemus, ipse prior dilexit nos.* 1. Ioan. 4. 19. Plana ergo sic conficitur ratio; soluat quisque debitum, maximè Deo, etsi in aliquem pensionem remittit, soluat illi. Debemus illi amorem inimici; quia cùm inimici essemus, prædilexit nos, & hunc amorem transtulit ad proximum, qui inimicus esse potest; proximus ergo ex iustitia diligendus est. Rom. 13. 8. *Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis: todas las demas obligaciones son faciles de cumplir, de esta no es podeis euadir, sino es pagando: pagame.*

a 1. Canon. 3. 16.

13. *Obiectio difficultatis superatur.*

Non vltrà progredior, videre etenim videor te rationibus assensum præbuisse: mundus tamen sese tibi obiicit, cui potior est mors, quàm has iniurias inultas præterire: at ego sum in mundo; quare aut de mundo migraturus sum, aut iniuriarum vindictam facturus. Sit ita, in mundo viuis? in qua (rogo) lege? vide quid asseras; illius enim eris, cuius legibus, & doctrinis nomen dederis. Ioan. 15. 19. *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret.*, &c. si sic loqueris, sic irasceris, sic vindictam proponis, sine dubio de mundo es: si autem de mundo es, quare portas insigne Christi chrisma, quare arma, & stipendia ducis, panem cælestem edis? æquum ne esset, qui Gallo regi subseruit, stipendia à Philippo Hispano exposcat? quòd si in Christiana lege viuis, auctor eius nónne statuit, vt proximum diligas? *Ego autem dico vobis*, &c. Dices tamen mundi sanctiones esse, & decreta, quid ais? Vnde mundus legem sanciendi facultatem habet? vnde stabiliendi scientiam, & potestatem nactus est? Verùm concedo tibi mundi leges, age in mundi sphæra, & foro sistamus, in qua vel regis, vel ducis, vel peritissimi senis iudicium vim habet, & pondus: loquatur ergo Dauid primò vt rex. Ecce hic verus rex tollit pallium honoris, & coram arca saltat, etiam insultante filia Saulis, *quasi nudetur vnus de scurris: que mas biziera vn truhan?* 2. Reg. 6. 20. Vide tamen quid dicat mitissimus Rex. Ibid. 21. *Ante Dominum, qui elegit me, & præcepit mihi, vt essem dux*, &c. *ludam, & vilior fiam plusquam factus sum.* Dixisti me regem esse Israël, ab illo prælatum, & honore affectum; vt ergo nouerint reges pensionem dignitatis debere soluere Deo magnam, quia magna dignitas est regia corona: ideo meo Imperatori honoris debitum soluo, ne honor aliquando causa sit transgrediendi præcepta eius, sicut Sauli, qui illo improbissimo verbo, *Honora me coram senioribus*, statim regno priuari meruit. Loquatur tamen tanquam strennus dux Psalm. 67. cui Psalmo titulus est, *Praefecto cantorum, ne disperdas David in tituli inscriptione, cùm fugeret à facie Saul regis Israel in speluncam*; quem

quem titulum vt intelligamus, præmittenda sunt duo. Primum nobilitatem antiquorum hæreditariam non esse, neque longa ductam proauorum stirpe, sed armis, hasta, & industria partam: quare vnicuique clypeus, vel pelta nullo colore, neque stemmate insignita dabatur, vt suis facinoribus dignis imaginibus exornaret. Secundum notandum, cùm die quadam fugiens à facie Saulis in speluncam intrasset Dauid, in eamdem fortè ingressum Saulem impune potuit perimere; altera etiam die altè dormiente in suo tentorio Saule cùm posset interficere Dauid, solummodo scyphum aquæ, & hastam diripuit, quæ ad caput lecti Saulis erant. Clamabant sui de exercitu ad occidendum Saulem permouentes, *matale, matale*: at ille veri honoris non immemor ait: Nunc ego clypeum meum veris, & illustribus stemmatibus depingam: *ne disperdas, guarda no malogres tan buena ocasion.* pars enim ista chlamydis, scyphus, & hasta, insignia nobilitatis erunt: *vn giron illustrissimo.* & ego victoriæ tantæ historiam attexam, & Psalmum, *ne disperdas insigne aureolum*, (vel insignem aureolam) *no malogres el coronel real de oro.* Si enim facinora veras pariunt imagines, quod facinus nobilius, & commemoratione dignius, quàm regem infensissimum cùm possem, non occidisse: non audiatur ille giganteus triumphus, fulgens gladius in anathema obliuionis templo sacratus, taceant illi plausus, taceant item qui me ad vindictam inflāmabant, *ne disperdas: que en materia de honra me hechauan à perder, y se boluia mi escudo en blanco.* ideo quasi summam sibi infelicitatem imprecatur, dicens: *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis: si yo me vengue, todas mis guerras se malogren, y yo me trayga tan blanco mi escudo como quando sali a la batalla.* Vincit vtique ratio mentem: resistit tamen obstinata voluntas; qua enim ratione alteri cedam: obstat enim pudor, & natura quasi equus indomitus vincula soluit, exilit, & omni ratione posita ad vindictam irrumpit. Siste homo, an ignoras diuinam legem frænum esse animarum, & naturæ, & sicut idem ipse equus nouus, quem modò commemorabas, si equorum domitori vtendus detur, in quam mutatur speciem, & pompam? quàm feliciter init, & prosequitur cursum? nullis admotis calcaribus, non virga, non voce. Sic tu, si te semel diuinæ doctrinæ erudiendum tradis, perquam facilè motus istos insurgentes sedabit Dei verbum, & legislatoris gratia. *Ego autem dico vobis*, &c.

Vera nobilitas quā sibi quisque comparat.

15. *Psal. 7. 5.*

Obstat voluntas, obstinatur sed frenatur. *Simile.*

16. *Remedium primum.*

Iam ergo de remediis agamus. Primum sit non in vnum simul coniungas id, quod præcipitur, & causam, propter quam iniungitur: licèt enim parcendum sit inimico, non propter illum datur venia, sed propter eum, qui præcipit: *ego autem dico vobis*; qui dilexit nos: ille enim, qui frænum adhibet, propter se ferendum ostendit, non propter proximum, ideo dicit: *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* Quis dicat, quomodo dilexit nos? dilexit non propter nos, sed propter suum amorem. Videte illum pendentem in cruce expansis brachiis, & spinis capite coronato, vbi in omnem partem conuertens oculos, neminem inuenit propter quem tormenta sustineat. *Considerabam ad dexteram, & videbam, & non erat, qui cognosceret me.* omnes, qui mihi aderant, inimici erant, nec sanguinem promerebantur, tunc oculos conuerti ad illum, cuius causa hæc, & alia perpeti æquum erat; quare oculos ad meum pectus conuerti. *& inclinato capite tradidit spiritum.* non video, propter quem vitam ponam, nisi propter te ô cor meum, & amor meus. *ego sum, qui deleo iniquitates vestras propter me*, non propter mundum, sed propter Patrem, & propter amorem meum: fac tu similiter, aufer oculos ab illo, qui te lacessiuit iniuria, & in illum conijce, qui præceptum dat, *ego autem.* Alterum remedium est considerare hoc, quod exigimus à te, non esse amicitiam humanam, mundanam, & politicam, sed à diuino amore ortum habent, à quo facilè redditur omne difficile: *no dexes en esphera de mundo obra tan grande.* Grauia quidem elementa sunt terra, & aqua, tunc præcipuè, cùm extrahuntur à suo centro, & sphæra: at in suo loco naturali videntur non grauitare; experire hoc in amphora aquæ, quam è puteo extrahit puella, dum vas intra aquam est, ridet & quasi nihil agens ducit eam, at cùm extra aquam est, iam digitis premit funem, & magna contentione extrahit. Amor inimicorum non est de hoc mundo, ideo grauis tibi videtur, si in mundo collocas, & mundanorum audis querulas voces, redeat ad suum elementum, & naturalem locum, nempe ad amorem diuinum, ibique requiescat: *descança como en elemento symbolo con el amor de Dios. Diliges Dominum Deum tuum. Secundum simile est huic: Diliges proximum tuum.* De tota autem lege dicit Paulus, *Iusto non est lex posita.* S. Epiphanius explicat, ideo nempe, quia amor Dei leuissima illi facit legis onera; quare huic alterum consilium consequens est, vt sis iustus, & gratus Deo, & Filius Patris, qui in cælis est, & Patris mandata leuia videbuntur. Si tu es in peccato filius, & mancipium dæmonis, & Christo inuisus, quid mirum si iniqui parentis mandata leuia videantur, & quæ Christi sunt intoleranda? redi ad gratiam, & quàm facile sit senties. Rideres vtique si noctua diceret nullam auium in meridie videre; quia illa non videt. irrideas tuam imbecillitatem, qua existimas, quia tu non parcis, cæteros veniam dare, esse impossibile. Confracta habens brachia, animique vires per peccatum, quid non graue, & importabile dices? plumarum leuissimarum cophinum à terra non eleuat puer; quia pennę graues sunt? minimè, sed quia puer ille, & imbecillis; certè quia in lege Dei adhuc puer es, mandatum Dei ferre non potes: lex enim plumea est, & leuissima, *& mandata eius grauia non sunt.*

Ioan. 15. 12. *Psal. 141. 5.* *Ioan. 19. 30.* *Isai. 43. 25.* 17. *Matth. 22. 37.* *1. Ioan. 5. 3.*

18. *Expolitio & confirmatio.*

Quòd si amor amorem à te non extorquet, si Dei in proximo tua impressa imago, & similitudo non allicit, iustitiæ lex te non obligat debiti antiqui, & æterni, si fides Dei, quam profiteris, non frænat, si impotens honoris amor, quo præceps, & amens duceris, vim in teipsum non habet, nec dedecus, quo nihil tibi intolerabilius, nec remedia præstita, quibus nihil tibi consultius foret. Age Domine, *effunde frameam, & conclude aduersus eos: poned mano à vuestra espada señor cerrad con ellos, y hechadlos al infierno*; hæc enim peremptoria exceptio diuini iuris est, quòd non remittetur vobis, nisi remiseritis de cordibus vestris. Qua enim die inimicus es filij, eadem inimicus es parentis eius: sic si infensus es proximo, inimicum tibi constituis Christum, vt *Matthæi* 18. manifestum est, hoc enim vobis valde pertimescendum est, cùm proximo veniam dene

Psal. 34. 3. *Increpatio.*

Digitized by Google

denegas, Deum causam suscipere eius, quem tu perire quæris. Vide in quale odium incurris: contingit in foro duos homines gladiis districtis contligere, seuerus, & grauis ciuis prodit sedare, & placare discordiam, vnus, qui nobilior est, deponit iram, & quiescit; alter verò furore feruens persistit illum contumeliis, & ictibus gladij lacerando, tunc conciliator ira succensus iurat cum illo rem habiturum: *yo os juro por quien soy, que con migo las haueis, de hauer.* Hoc idem asseuerat Deus ei, qui acceptâ iniuriâ vindicando persistit, Ecclesiastici 28.1. *Qui vindicari vult à Domino, inueniet vindictam.* Quæ autem vindicta maior, & acrior excogitari potest? te enim deflere possumus, quasi qui proximus inferno sis. Tremendum autem hoc verbum non à me, sed ab ipso D. Augustino accipe [a]. Dixerat D. Ioannes, *Qui facit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico, vt roget quis.* Peccatum ad mortem non potest

A simili.

a Lib. 1. de sermone Domini in mōte.

1. Ioan. 5. 16.

19\. esse de corporali morte; quia quodcunque mortale esset talis conditionis, si illi mors superueniret, & hoc incertum est: D. autem Ioannes de peccato certo loquitur, & quod sciri potest: *qui scit fratrem suum peccare*, si intelligas de spirituali morte, cui nulla remaneat venia, hæresim incurrimus Nouati, quem S. Cyprianus *hostem pœnitentiæ* vocat; *que quitaua la esperança à los que peccauan despues del baptismo*; ne ergo erremus in definitione, inquit Augustinus citato loco. *Peccatum ad mortem puto esse, cum per agnitionem Dei, per gratiam Domini nostri Iesu Christi quisquis oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam, qua ipse reconciliatus est à Deo, inuidentiæ facibus agitatur*; hoc ergo peccatum ad mortem dicitur, quod aut efficaciter, aut cum magna remedij difficultate animam morti obnoxiam facit, & difficilem veniam de his asserit D. Ioannes, *Non pro eo dico, vt roget quis*, sunt febres istæ, non tertianæ, sed hectica, phthisica, & sicut hydropisis. Sicut si intrares vrbem dispensationem aliquam à suprema sede postulans, & cum aliquo peritissimo curiæ agens rogas: Dispensabit ne dominus cum his, qui cognati sunt, & consanguinei in tertio, & quarto gradu? respondet, dispensabit. In impedimento item consanguinitatis in secundo dispensabit? respondet, non audeo promittere, & dubito: rarò enim hæc concedit, non dico esse impossibile. Ita Ioannes, *Non pro illo dico vt roget quis: difficultad haura en el negocio desta alma, alla os auenid, yo no os digo, que no rogueis por ella*; qui sunt isti, qui rectà tendunt in infernum? *quisquis oppugnat fraternitatem: los vengatiuos, los que vanderiçan la yglesia.* Vt autem summum incutias terrorem, vide Augustinum [b], qui videtur asserere cum Bernardo, non pro omnibus orasse in cruce, *Ideo ignosco illis, quia non agnoscor ab illis*; addit Beda in Lucam, solùm orasse pro simplicioribus Iudæis, & Gentilibus, qui nesciebant quid facerent. Et Euthymius: Dices si peccati remissionem obtinuit Christus, qua ratione Titus, & Vespasianus ciuitatem demoliti sunt? Respondet, non pro omnibus orationem egisse, *sed pro his dumtaxat, qui nihil mali deinceps perpetraturi erant:* pro maleuolis autem, & vafris, & obstinatis, qui tanto Solis viso miraculo in malitia perstiterunt, *& qui diuina resurrectioni calumniam addiderunt; non pro his rogauit.*

Ab authoritate sacra Scripturæ. Peccatum ad mortem quid sit.

1. Ioan. 5. 16.

Simile affert Salmeron hic 1. Ioan. 5.

1. Ioan. 5. 16.

20\.

b Lib. de præcep. & dispensat. c. 25. to. 5. S. Bernard. apud Salmeronem in epist. canonicam 1. Ioannis 5. & lib. 12. de gradibus humilitatis.

Confirmat omnia hæc Hieronymus [a] Ieremiæ verbis c. 7. 16. Noli orare pro populo isto, nec assumas pro eis preces: nec distat hoc à bona Theologia; vna enim opinio est, esse orationem efficacem, & inefficacem Christi [*]. Et in hac opinione faciliùs soluitur difficultas, pro aliquibus orasse oratione efficaci, pro aliis inefficaci, & sic damnatos fuisse. Altera opinio [†] cùm negat talem distinctionem efficacis, & inefficacis orationis in Christo, asserit cum D. Augustino Christum Dominum pro primis illis, qui conuersi sunt, orasse oratione efficaci, & exauditus est; pro aliis verò postulauit auxilia sufficentia; non tamen omnia esse efficacia vsque ad perseuerantiam: exposuisse autē in ea oratione desideriū suū simplex pro alio efficaciori auxilio; illud tamen non postulasse, & ex hac parte ei non respondisse Deum, quod est quodāmodo à Deo non exaudiri, quo nihil grauius dici poterat, vt euincam quod D. Ioannes dixerat 1. Ioan. 5. 16, *Non pro eo dico vt roget quis: no digo que por el rueguen.* difficillimum enim erit, siquidem stans in ara crucis summus Sacerdos Dei filius pro illis ignorātioribus rogans, & affectum etiam pro his ostendens, Deus Pater non concessit, & quodammodo non exaudiuit: non respondit quid grauius, quid horribilius? tu verò tui modò pædagogi præcepta suscipe, quæ sicut altiora sunt, vtpote à lege gratiæ, ita tibi immortalem afferent gloriam.

a Lib. 2. contra Iouin. circa finem tom. 2.

21\.

* Sic Thomistæ cum D. Thoma vide apud P. Vasquez 3. p. tom. 1.

† P. Vasquez negat talem distinctionē esse S. Thomæ in orat. Christi, licet sit in voluntate nostra efficax, & inefficax oratio, & actus quare non dubium esse Luc. 23. pro aliquibus eorum postulasse gratiam efficacem, qua conuerterentur, & ita fuisse exauditum: & vt D. August. lib. 1. de symbolo ad catechumenos, & lib. 3. c. 5. quem sequitur VValdensis tom. de Sacramentalibus, doctrina 10. mem. 3. inter eos qui crucifigebant erat Paulus, & pro eo Christus exauditus est; pro aliis verò dicendum est, quod est hic in fine discursus.

VERBVM FILII. Matthæi 5. v. 44.

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, &c.

Verus doctor Amor domus suæ gloriam, rem amplam, & splendoris insignia ostentat, vt faciliùs amorem inimicorum persuadeat.

DISCVRSVS XXXV.

NVLLA periculosior rupes (inquit D. Chrysostomus [b]) regi obuenire potest, qua nauis totius regni illiditur, & frangitur, quàm motus animi turbulentus, aut affectio aliqua concitata: nam & imperium rationis contemnit, & legem omnem repellens vitæ bonæ nullam partem relinquit. Quapropter sanctus, & sapiens rex Psal. 118. sic rectæ nauigationis gratias refert in Deum. Vidi me quodam (ô mi Deus) à peccatoribus insidiantibus vndique circundatum; *que estauan en emboscada contra mi*; tu tamen (ô ingens beneficium) cùm reliqui mente excæcati, & turbidis motibus iræ concitati fluctibus perturbationum agitabantur, me rectæ rationis semitam docuisti, & in portum pacis, & beatæ vitæ feliciter inuexisti. Vix portum tenui, cùm ecce in prospectu palatium regium apparuit, vbi regnat charitas, sic amplum, sic augustum, & apertissimum, vt licet ego *omnis consummationis vidi finem:* 1.

b In Psal. 7.

Palatium regina charitatis

Ps. 118. 96.

Digitized by Google

finem: yo visto he edificios. Symmach. omais struetura: visto he lasque llaman marauillas del mundo; omnia denique, quæ ars, & potentia ingeniose, & feliciter perfecerunt, sed *latum mandatum tuum nimis*, nulla est amplitudo, quæ legi tuæ de inimicis diligendis queat comparari. Nec multum miremini (inquit Augustinus,) *intrauerat enim iste sanctuarium Dei, viderat nouissima Dei, viderat alta Dei, quæ non possunt explicari, vidi finem omnis consummationis*: vidi templum Dei, & quidquid superædificant virtutes, & inueni omnia esse angusta, si cum ampla, & per hospitali domo charitatis inimicorum conferantur. Quod vt crederent fideles, inquit Paulus: *Huius rei gratia flecto genua ad Patrem, ex quo omnis paternitas in cælis, & in terris nominatur, vt det vobis secundùm diuitias gloriæ suæ*, &c. *vt possitis comprehendere quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum*. in quibus verbis rem omnem explicat Paulus; permouit enim Deum ad tam amplam domum excitandam id, quod impellere solet principem ad erigendam superbam domum: nam licèt quam modò incolit domũ, hæreditario iure à maioribus acceptam antiquitatis prærogatiuam, & gloriam habet; angusta nimis est ad nouam familiam alendam, & protegendam; quare diruit eam à fundamentis, & in eodem solo, maiorum aliam noua arte, noua amplitudine construit. Cùm Deus (inquit Paulus) militem, & ducem populi agebat, habitabat sub tentoriis, nec domum fixam habebat: at postquam arma posuit, & pacis, & amoris fœdera sanxit, cùm se videret Patrem esse multarum familiarum, & beneficium redemptionis Christi, non tantùm ad Iudæos, sed ad Gentes etiam pertinere, *à quo omnis familia, & tribus* *. prouidit ex vno filio multos illi nascituros ex Deo; sanctum quoque Spiritum tot amoris filios, tot congregationes, monasteria, Ecclesias sola charitatis lege gubernaturum. Decreuit igitur nouam excitare domum non Mosaico, sed Euangelico modo, non iniustitiæ seueræ, sed charitatis, non sanguine pecudum, sed proprio sanguine, talémque, támque amplam excitauit (loquor cum Ephesianis, qui in conspectu habent Dianæ insanum templum) vt quotidie exoptem, & orem, vt & vos Christianæ charitatis maiestatem possitis æstimare, quæ capit Deum, proximum, patrem, matrem, externos, inimicos, socrum, & nurum, cunctásque creaturas amoris nostri capaces. Exemplar operis delineat Euangelium, in quo primum videas Christum, antiquatam amoris legem, quam Mosaicam dicebant, funditus exturbare. *Audistis, quia dictum est antiquis*, &c. nouum opus Romano more extruite. *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros*, surgat deinde opus, *& benefacite his, qui oderunt vos*, extollite ampliùs, *orate pro persequentibus vos*; nam si tantùm ad suscipiendum amicum ædes nostræ excitarentur, Ethnicum esset opus Corinthicum, aut Romanum: vos autem sub meliori parente, qui omnia perfectè condidit, eius opera debetis imitari, qui solem, & pluuiam mittit super iustos, & peccatores. Has ergo dimensiones* amoris cum D. Chrysostomo, Theophylacto, & Theodoreto, atque OEcumenio sigillatim charitati Dei adaptabimus.

4. *Ego autem dico vobis*. Harum quatuor dimensionum ea creditu difficilior videtur humanæ nationi, quæ dicitur profunditas, quæ, rogo, fundamenta habet, quæ principia præcipere mihi, vt inimicum diligam. Principio igitur natura primum lapidem collocat, & in ipsa natura initium probo. Iussit Deus summo Sacerdoti, qui totius orbis speciem gerebat, & insignia, vt in pectorali aureo duodecim lapillos, hoc est, duodecim tribus insereret, vt cùm admirabundi rogarent Gentiles, qua ratione tanti, támque diuersi homines associati sunt securi, & tranquilli nobilitate, & diuitiis splendentes, respondeatis causam esse amoris auro insertos, & charitatis lege deuinctos, & pectorale illud dici rationale (vt ait Rupertus) quia Dei, & naturæ opera *ratione cuncta sunt plena, & vnum alteri connexum est*: sicque viget in illis sapientia, & diuina ars, vt cùm decem lapilli, hoc est, tribus à duabus aliis recesserunt, volens Oseas ruinam earum prædicare, vno verbo concludat rationem: *Conticuit populus meus, eo quòd non habuit scientiam: destruida cosa mi pueblo*. Sicut cùm iter agentes, (vt ait Tullius) peruenimus ad cadauer alicuius oppidi, vbi neque anima est (vt dicimus) nec gallus cantat, nec latrat canis: *no chista na die destruida cosa*. Ita (inquit Oseas) schismate isto, quo à Deo, & fratribus recesserunt Israelitæ, *conticuit populus, destruida cosa, eo quòd non habuit scientiam*: scientia idem est hic quod ratio, & proportio, hæc columna habet proportionem, & rationem ad illam, ex quo iam lapilli decem ad duos alios non referuntur, *conticuit*: *destruida cosa en diuidiendose los hermanos*: sicut è contrario si semel inter se consentiant mortales de ædificanda turri vsque ad cælum, peragent opus. Sic videtur sensisse Deus cùm propriis stimulis agitatus ad tres personas alloquitur, *venite, aunatedas tres: diuidamus homines istos*. quiesce Domine: nam liberum, & securum est cælum à latronibus: securum? absit; homines namque mutua societate, & consensione iuncti, etsi terreum opus condant, turrim in cælum vsque excitabunt. *Confundamus igitur: diuidamos los, que la vnion edifica, la desunion destruie*. Naturam sequitur ratio; sit autem, vt fortior sit, ex logica Augustini desumpta. Tu dicis, Deus præcipit diligere amicum; iubet igitur odisse inimicum. O plumbeum pugionem, has tibi plagas texuisti? concedo libenter Deum præcipere, vt odio habeas inimicum, in eo nempe, in quo tibi contrarius est; sed duo homines solùm possunt esse oppositi in peccato: ergo solùm debes odisse peccatum. Quod probo; nam contrarietas solùm potest esse in vitio, & peccato, quod Deo infensum, & naturæ rationali contrarium est: nam famam, aut diuitias, aut vitam auferre, non est contraria res, nec causa inimicitiarum: iudex enim diuitias, carnifex caput, confessarius valetudinem tollit, cupiens, vt ægrotet quis, vt resipiscatur, & ecce in terris nullos tui amicissimos habes; non ergo est opus inimici hæc tollere. Odio igitur habe vitium, & peccatorem, non hominem, non fratrem. Quod domestico iam claret exemplo: eques quidam delectatur valde esu ficuum, & cùm possit domi, suo tempore, edere, dum in horto est, naturali affectu in ficum tendit, inclinat ramum, panis oblitus, satiatur ficubus, calescunt labia, & mordent,

Psal. 119. 96.

2. Ad Ephes. 3. 14.

* Sic Hebraicè *mispacha*, familia, vel tribus.

3.

Matth. 5. 21.

Ibid. 44.

* Cum tribus dimensionibus iũgit differentias positionum. altum enim, & profundum idẽ est quod in domo sursum, & deorsum.

SVMMA DISCVRSVS. *Fundamenta legis amoris, & primum à natura.*

Oseæ 4. 6.

5. *A ratione.*

Simile.

6.

dent, & statim tædet comedisse. O rustici fructus! *ò fruta villana, que falta à los labios, nola comere mas en mi vida*, transiens inde, inuenit ex fici arbore crucem erectam, siste obsecro, vide quid agas; credis in hanc crucem? vtique; adoras illam? & colo, & ob eius religionem sanguinem fundam. Vide, quia adoras ficum inimicam, absit hoc, dicis: nam Gentiles adorant materiam, lapidem, buxum, aurum, & argentum; nos verò Christiani imaginem, & figuram Christi, & sanctorum colimus. O pulcrum responsum! ecce repente factus es mathematicus, philosophus, & doctissimus Theologus: nam diuisisti inter materiam, & formam, & abstraxisti quod adoras ab illo, in quo adoras. Idem igitur prorsus à te exigimus. Est in proximo tuo, & humana natura & fructus amarus, & insuauis iniuriarum, & probrorum, hæc odisse æquum est, nec laudari possunt; odi igitur peccata, detestare iniuriosa verba, & statue te nulla ratione illa opera facturum: vide tamen quòd homo factus est ad imaginem Dei. *Homo* (inquit Augustinus [a]) *& peccatum duo nomina sunt; homo à Deo factus est, peccatum suadente diabolo ab homine factum est; quis horum duorum te persequitur, nisi qui malus est, roga pro homine, vt extinguat Deus peccatorem, cùm enim mortuus fuerit peccator, nihil tibi aduersabitur: immo consolabitur viuens, qui te in peccatis mortuus persequebatur.* Iustitia iam tertio loco lapidem collocat: iustum, & æquum est, vt promulgatam legem omnes obseruent, nullis exceptis personis; Dei ergo lex iubet omnes alterutrum etiam inimicum diligere. Ais tu? ament igitur me omnes, nemine dempto, etiam inimici. Sit ita: verùm quare à diligendis omnibus te subducis? Audi legem: *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* An vis contra Dei legem *habere in sacculo diuersa pondera, maius, & minus? abominacion de Dios peso falso, que lo ha de colgar Dios de la picota del infierno.* Fides denique confirmat fundamentum, Deum æquè sapientem, ac bonum æstimas, affirmas vtique quia vnus, & indiuisus est: si ergo credis quidquid, vt infinitè sapiens, credendum proponit, quare non facis quod agendum proponit infinitus maiestate, bonitate, & pietate? *Ego autem dico vobis.* Ecce profunditatem tanti præcepti.

a Tom. 10. hom.6.

Iustitia & æquitate fundatur.

Matth.19. 19. Deuter.25. 13.

Fide stabilitur.

7\. Latitudo autem in maximam vos admirationem rapiet: nunquam enim vestris oculis admirabilius spectaculum oblatum est. Principio enim amor iste communis etiam inimicis similis est celeberrimæ, & amplissimæ plateæ; quare Septuaginta dixerunt: *Platea mandatum tuum.* & notauit D. Ambrosius [b] huius ponderationis auctor. Videte (inquit) iam per amorem vicinos esse gloriæ, & in platea beatitudinis nos domos habere, & mutuam sine inuidia communicationem. Via maxima, & latissima, quæ ad forum ducit, est Pauli cor, qui amore dilatatus angebatur, maximè dum non diligebatur, vel timebatur: vnde Chrysostomus, Nolite (inquit) timere; nam cor amore dilatatum, est sicut Troianus equus, qui & armatos igne, & ferro suscipit, & mortem ipsam concoquit. *Cor nostrum dilatatum est*, lætum, amicum, liberale erga vos est; *non angustiamini in nobis*, sed planè, & spatiosè in corde meo habitatis, *sed angustiamini in visceribus vestris.* Præcordia vestra angusta sunt; nam litigiis coram iudice infideli bel-

Admirabile spectaculum charitatis amplissimi patet.

b In Psal.118.1. *Latum mandatum tuum nimis.*

2\.Cor.6.11.

Ibid.

ligeratis: dilatamini & vos, & videte quàm ampla sit charitatis platea, & omnis consummatæ fabricæ finem.

Conuertite oculos, & intendite, ecce intrat in plateam fabrica illa mirabilis, qua nullam maiorem videre mortales, arca (inquam) Noë, in qua construenda centum elapsi sunt anni, nulla nauis maior maris aquas emensa est. Templum, in quod tanquam in immunem locum mortales ab ira Omnipotentis confugerunt, altera naturæ nutrix, & renouati mundi mater, de qua quid magis miramini capacitatem eius quadringentorum & quinquaginta millia cubitorum; quid? continuisse domi inclusa tot animalia per integrum annum? quid? reperisse tam proceras arbores immensæ altitudinis, ac longitudinis? quid? prouidisse cibos, & multiplicem escam, & pabulum tot alendis brutis, cibandis auibus in integrum annum: solis enim alendis moderatè carniuoris animalibus opus fuit reponere 4562. oues. O amor, non hæc est maior arcæ latitudo, sed quam ædificauit charitas, vt amoris scholam mundo proponeret. Aderat enim sanctus Noë pro foribus contemplans inimicos natura, pari consensione, pari gressu binos, & associatos intrare canem, & felem, rhinocerotem, & elephantem, vulpem, & timidam gallinam, nec prohibuit, nec dixit, quò tu pergis modò vulpes? quò vorax lupe? & tu bos tuo cornu turbabis omnia? quare hæc non dixit? sciebat enim tanti portenti auctorem esse Deum, & quod mirabilius est (ò amor) sub vna cauea erant aquila, & perdix, columbæ, & accipitres, miluus, & gallina, hic lupus, & agnus, elephas, & leo, ceruus & canis, nec vlla ferarum in alteram desæuiebat, aut dentibus, vnguibusve decertabat: hoc enim & præceperat Deus, & iam lege naturali docebatur inimicos non esse odio persequendos. Te namque (ò Christi Ecclesia) ampla illa nauis adumbrabat, quæ licèt lege, & moribus longè dissimiles gentes caperes; sic tamen charitate doctas, mansuetudine domitas, vt hæc consummata fabrica illam, quam naturalis lex fabricauerat, longè superares: *omnis consummationis vide finem.*

8\.

Primum spectaculum, arca Noe.

P. Pereira in Gen.

Arca Noë amoris schola, concordiæ domus.

Psal.118.96.

Plateam iam occupat amoris Hierosolyma illa pacis nomine donata, turribus altissimis, mœniis tribus munita, filiis copiosa, Dei nomine gloriosa, & ecce mitissimus Dauid è celsissima turri citharam pulsans gloriam suæ vrbis decantat: *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei: milagros pudiera dezir de vos grand ciudad*; dicam tamen quod mirabilius in te patrauit amor: *Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic: que veo en vos por lista ochocientos mil hombres de armas tomar*; demptis ex hoc numero alienigenis, mercatoribus, Tyriis, & quos Æthiopia Orientalis ista ad nos tulit, qui cùm plurimi sint armis instructi, mercibus onusti, legibus diuersi, multitudine innumeri; ea est tamen pax, & tranquillitas, ea mentis consensio, vt nemo audeat dicere Hierosolymis esse nisi vnum hominem. *Nunquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea? habra quiendiga a qui hay hombre, y hombre? espada, y espada? mio, ni tuyo? pendencia, ò pleyto!* O charitas, qualem primitiuæ Ecclesiæ vmbram fecisti, quando *cor erat vnum, & anima vna*, omnis consummationis vidi finem, transeat.

9\.

Psal.86.4.

Ibid. 5.

Vix

Digitized by Google

10. Vix hæc fabrica transierat, cùm conuertentes oculos vident mortales magnificum illud Salomonicum templum, in medio eius regem ipsum mitissimum genibus flexum. Templi non miror mille & quadringentas & tres columnas; neque 440000. vasa auri, nec millionem, & 340000. vasorum argenti, nec insumptos in aureis abacis mille sexcentos & tres milliones, nec in vasis argenteis mille ducentos & octo milliones; nam neque hoc maiorem in me admirationem excitauit, sed tantam esse charitatis maiestatem, quæ ad indulgendum tanto templo, ad benefaciendum inimicis tot mensis, vasis, atque ministris indiguerit: nam & pro foribus, quæ ab externis prospici possent, duas columnas collocauit, quasi stemmata, & insignia domus, & Domini; quasi diceret, hæc est domus victoriarum, & fortis: hoc enim significat Booz, & Iachim, & malogranata, quibus in capitellis coronabantur, quasi trophæis: *aqui triumpha Dios.* intus erat etiam quasi militia quædam ministrorum templi; finis autem huius belli erat propitiatorium, hoc est, sedes Dei pro condonandis peccatis deputata: *el perdonadero*; vbi Deus honoris sui iniurias in vitulo, & in mactato hædo vindicabat, & culpam alieno sanguine detergebat, vbi duo illi aderant aurei Cherubini mutuo aspectu amorem Dei, & proximi repræsentantes, intus oliuarum, hoc est, pietatis, & lenitatis materia constructi; auro tamen splendente circumtecti, quo te iam per legem edoceret (Christiane) in visceribus pietatis debere amare inimicum, & auro beneficentiæ, verbis etiam vrbanis, externo opere debere prosequi, *vt opere diligamus, & veritate.* Maior verò gloria templi, meo iudicio, est Salomon ipse sedens in throno, iudicans, & pacificans populum, thronus mirabilis, rex sapientissimus, & ampla domus, mensa splendida, nomen famosum: eclipsim passi sunt ab eo cuncti reges, & orbis totus quasi in tenebris iacuit coram tam magnifica gloria. *Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges terræ diuitiis, & sapientia.* Verùm ô rex, pectus regale veneror, vbi mansuetudo, pax, amórque resident. *Dedit ei Dominus latitudinem cordis quasi arenam, quæ est in litore maris:* virtute magnanimitatis hæreditauit illum, & latitudinem cordis à parente Dauide traxit, de qua Abigail ad Dauidem, quiescat furor Domini mei, & parcat marito meo: *si quiera porque no le quede esse hipo, y esse escrupulo.* & Chaldæus, *non erit hoc tibi in cordis angustias, vel anxietatem: quando este en el throno mi señor, y se vea Rey no le pesara, ni dira, ha que te vengaste, y esso no de reyes.* igitur Salomoni *dedit Deus latitudinem cordis quasi arenam*, id est, multam, *quæ est in litore maris*, hoc est, pacificam, & quietam; nam qui vindictam sumit (inquit Chrysostomus [a]) similis est nauiganti altum mare, nam odore acris, & pædore nauis euomit viscera ipsa, nec potest quidquam pacificè agere. O quàm dissimilis est vita manentis in litore, ventis placidis terræ fruitur, dulci, & copiosa aqua, piscibus vtitur, fructibus terræ vescitur, mare in oculorum prospectu, pulcerrimæ hinc & pretiosæ merces, inde lætissimi nuncij bona nunciant. Eadem prorsus differentia est inter iracundum, & mitem, nam neque choleram concoquit, sed vbique vomit, armatus, inquietus, omnia mouet, insidias, litem, furtum, violentiam: contrà verò pacis amator, *ipse possidet terram*, & in pace cælestibus, & terrenis delitiis fruitur: *tu autem qui fers fortiter in portu, & in litore agis suauiter.* In portu (inquam) & in litore (ait Abulensis) vbi quotidianum illud miraculum videre licet, maris nempe turgidi, & inflati, quod Dei legi tot antè annis latæ, & pronunciatæ, & quod magis est in arena leuissima scriptæ sic obtemperans est, vt numquam diuini mandati metas ausum sit transilire. *Latum mandatum tuum nimis.*

Salomonici templi maiestas ad condonandas iniurias.

3.Reg.10.23.

3.Reg.4.29.

11.

a In Psal.7.

Simile.

12. Intrat iam in amoris plateam vltima, & cælestis fabrica, quæ omnia mirabilia mundi facilè superauit, currus nempe Ezechielis ad diuinam equitationem, & gloriæ ostentationem factus: *subiò en su real carroza Dios à vengarse de sus enemigos, y salir de la escuridad de la ley escrita a la luz de la ley de gracia. el fuste era de saphiro color de cielo. el cielo de cielo, los arcos, los que se veen variados en el dia de la lluuia; las cortinas del damasco, de vnas nubes carmesies, y naranjadas, las bordaduras de los rayos del sol, las bueltas, y afforros de llamas de fuego. las pias llenas de mysterios, y hermozura.* Inter atras nubes videbatur splendidus currus quaternis rotis altitudinis horrendæ ignitis illis quidem, atque vita præditis constructus, circunstabant currum quaterni iuuenes alati, leoninis thoracibus vestiti, atque vngulis calceati vitulorum, toti flammantes, & scintillantes supra animalia, & eorum pennas, videbatur cælum extensum perlucidum, quasi crystallus, cui impositum erat sublime solium regale, atque in eo sedens conspiciebatur quidam humana facie, corpore ad lumbos vsque, instar aurichalci accenso, deorsum ignitus totus, atque iride splendescenti circumamictus. O quàm pulcer (diuine amor) procedis; vereor tamen, quia video te migrare, vt vindictam sumas de tuis inimicis. Ita est: verumtamen videto qualem vindictam liceat reges, & principes sumere. Primò enim solium throni cælum est, quod ex mente Aristotelis nouas non patitur, neque suscipit mutationes: *el rey no se turba, ni se altera.* Sublimes debent esse Christiani cælestes, in quorum pectore non ingenerentur fulmina; hoc enim infimæ regionis aëris est leuissimi, non cæli; pedes insuper animalium vitulorum erant tardi animantis, & vngulam figentis in terra, sed simul alis aquilæ prædita erant: vt notum sit in lege gratiæ leoninam choleram, & excandescentiam naturalem esse, & honoris alis in sublime extolli permissum esse; sed hi motus tam honoris, quàm vindictæ à facie hominis debent procedere, hoc non sine ratione, & causa, & cùm ad vindictam sit procedendum, tardi ad iram simus: sicut boues vngulam figentes, ne à correptione ad iram, & vindictam labamur. Vltima tamen diuini amoris documenta præbuit: primò namque qui sedebat in throno, dixit filio Dei, carbones ignitos in manu sumeret, & super inimicos mitteret: erat enim vel altare incensi, vel prunarium ad hoc in curru vectum igne sacro plenum, vt doceat in lege gratiæ numquam sic ad vindictam processurum Christianum, numquam sic ira accensum, vt in corde eius deficiat ignis, & charitatis carbones: *no se ha de acabar el fuego, y el espiritu de charidad en el pecho* 13.

Spectaculum currus Ezechielis.

Christia

Christiano; sed parati esse debemus ad benefaciendum illis, etiamsi doleat carbones, hoc est, beneficia in manu sumere, & in inimicum referre; *benefacite his, qui oderunt vos.* Secundò nouam rationem vindictæ ostendit, quam ingeniosè noster Prado notauit. Vult namque deserere Hierosolymam; *quiere se salir de la corte su Magestad:* abi igitur (Domine) & considera peccata, lustra domos sacerdotum sacrilegiis, & Simoniacis contractibus contaminatas, præfectos ærarij, qui pecuniam omnem profusam, compilatã funditus habẽt. Nequaquam hoc egit, quin potiùs in templum pergit, & sistere currum imperat contra Orientalem faciem; opus quidem post hominum memoriam pulcrum, & admirabile. Rex optime, si modò attentè fabricam, & domum Patris contemplaris, quid mirum, si resideat ira, & placatus consilium, & sententiam mutes? immo id ego contendo docere vos, vt vindictæ opus non ad extremum peruenire sinatis, sed persuasum sit vobis in nequiore inimico aliquid boni esse æstimandum, & amandum, &, vt vos docuit Epictetus [a], rem vnamquamque duas habere ansulas; vos ne consideretis inimicum ea de parte, qua momordit, iniuriosus fuit, audax, loquax, temerarius; sed alia de parte, qua Christi discipulus, sanguine emptus, chrismate delibutus, cæli hæres: hoc enim vos meum edocet factum; nam si tunc ego, qui probè noueram peccata populi, templum ea parte considerassem, qua ruinosum erat, vel per foramen, sicut Ezechiel serpentes, & abominationes, & idololatras, inspicerem, maiori ira excandescerem; nunc autem locus datur veniæ, & spes indulgendi. Ars quidem diuina, sed quam monstrauerat iam optimus ille pictor apud Plutarchum, qui cùm iussus esset effigiem equitis orbati vno oculo, ad eius similitudinem exprimere, ita imaginem eius effinxit, vt faciem ex vna parte monstraret, illam nempe, in qua splendebat oculus, altera omnino dissimulata: *aprended à mirar de buen lado à vuestro enemigo, miradle por la mejor portada como el templo.* Vides quo modo omnia consumit tempus, hæc, & alia transierunt mundi miracula; amor autem viuit in æternũ. *Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.* Sis igitur prudens super inimicos tuos, & tardo gressu ad vindictam gradere, prius rationes indulgendi, quàm irascendi considera, Deúmque ipsum iamiam in curru temporis ad vindictam properantem omnium hominum expecta. *Date ergo locum iræ*, hoc est, Deo irato, & qui vindictam sumit nobis tacentibus, & dicenti, *Ego autem.*

Mat. 5. 44.

14.

[a] In Enchirid. cap. 10. Vnaquæque res habet duas ansas, vnam tolerabilẽ, aliam intolerabilẽ.

Psal. 118. 96.

15. Sublimitatis quis attingat altitudinem? *vt sitis filij Patris vestri, qui in cælis est*, quisquis magnus, nobilis, & illustris esse vult, in hanc sphæram ascendat, istũ filiorum Dei teneat gradum, filius Spiritus sancti nominetur, & sit. O sublimitas, quis te audet explicare? Gloriabatur æternus Pater mentis æternæ genitum filium immortaliter possidere, Verbum Dei similiter, simúlque cum Patre Spiritum sanctum spirauerat, non filium, non imaginem, sed similem Deum, & coæternum. Ita se res habet (inquit almus Spiritus.) ego item noua ratione filios amoris, & voluntatis adoptabo mihi, assumam ad hoc charitatis legem, tanquam filiorum Dei genitricem, vt sicut ex substantia patris naturalis filius procedit; sic ex charitate, & affectu mihi plurimi nascantur filij: & sicut filius, qui similior est patri, magis filius dicitur patris, ita etiamsi omnes filij gratiæ, similes sint Spiritui sanctificanti, & regeneranti; at qui filij sunt charitatis inimicorum, nomen præcipuè patris, & matris sortiuntur: *todos se parecen a su padre, y a su madre el Espiritu sancto, y la charidad*: nam, vt ait Bernardus, *talis amor à pura voluntate procedit: son muy hijos del amor, que obra por voluntad.*

Mat. 5. 45.

Sublimitas eorum qui iniurias condonant.

In filios adoptantur à Spiritu sancto.

16. Longitudinem verò, ne sileam, perstringam, breuiter ostendens tibi aulam heroum, & filiorũ huius diuini Spiritus. Respice Abelem quanta cum mansuetudine mortem à fratre suscipit, in cuius morte illud contigit non silendum, quod notauit D. Ambrosius [a], sanguinem videlicet Abelis vindictam Deo expostulasse. Notandum tamen animam illustrem non reclamare, sed sanguinem, *sanguis, non frater clamat*: sanguis enim rusticus est, &, vt nos dicimus, *vaxa, y villana*, vtpote ab Adamo haustus; anima verò filia Spiritus sancti perillustris, & pœnè diuina; & ideo subdit Ambrosius: *Hoc innocentia, & amor germanitatis effecit, quam etiam in ipsa morte seruat, non accusat vox ipsius: no le diò aliento el Espiritu sancto para acusarle*; quid ergo egit? notauit Chrysostomus, non decet nobilem, neque præstantem virum accersere, & postulare aliquem capitis, furti, maiestatis, vel criminari eum apud iudicem, quæritur ad hoc obscurus homo de infima plebe, qui insimulator sit, & actor. Ideo Abel vtpote iustus, & nobilis tacuit, & sanguis humanus, & rusticus vocibus accusat reum: *vox sanguinis fratris tui clamat de terra; quoniam etsi frater parcit, terra non parcit.* homines enim tenui loco, & infima fortuna nati sunt, qui iniurias non condonant. Quid Abraham commemorem, qui etiam vxore sua à Pharaone ablata subticuit? Quid Isaac, qui neque excanduit ira dum pulcram Rebeccam sibi Abimelechus vsurpabat? Quid Iacob, qui contra fratrem mortem sibi inferentem, nõ stomachatus est? Quid Ioseph, qui etiam venundatus à fratribus, benefecit, honorauit, atque ditauit? Quid Moysem, qui à fratribus detractus, à populo lapidibus petitus, & linguis maledicis laceratus orauit ad Dominum, vt indulgentiam obtinerent? Quid Dauidem, qui fugiens iram Saulis, ne inflammatus furore vindictam de illo sumeret, fugiebat, & in siluis, & montibus latitabat, & grauiter iratus est in suos duces, qui illum ad vindictam incitabant, immo & doluit non leuiter, quòd particulam chlamydis hostis acerrimi abscidisset (cùm posset impunè occidere) & illius obitum planxit, & nequissimi filij Absalonis mortem lacrymis prosecutus est. Et, quod longè hos superat, æterni Patris filius Christus Iesus, in cuius generationem superuenit Spiritus, & præparauit virgineum ventrem, qui in lucem mirabiliter extulit, qui Baptismi aqua tinxit, & clarificauit, qui in desertum expulit, & in crucem tulit, *obtulit se per Spiritum sanctum*, & à mortuis suscitauit, *qui suscitauit Iesum à mortuis*, cùm iam extremus ei halitus deficeret, tunc spiritum indidit, & vocem cùm minus deberet habere, altiorem, & validiorem dedit; ad quid putas? vt conuersus ad Patrem rogaret pro inimicis. *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Pater agnosce vocem filij, Patrem te iam compello, quem paulo antè Deum,

Exempla heroũ, amoris & charitatis.

[a] Lib. de Caim, & Abel.

17. *Confirmatio & expolitio ex Christi exemplo.*

Rom. 8. 11.

Digitized by Google

Deum, Deum meum vocaueram; quia postquam orare pro inimicis decreui, videor mihi magis filius esse tuus, & tu nouo titulo Pater nominari. Sine amor sancte, quare cogis pectus mitissimi agni dum inimicis circundatur, dum sanguis calet recens effusus, dum verbis, & obscœnis linguis impetitur, indulgentiam postulare? O ignorantiam (inquit) si lingua tunc taceret, sanguis ipse vocibus personaret, sicut & modò in cælis sanguis ipse, & vulnera orant pro nobis: ea enim est amoris longitudo, quæ cum æternitate decertat, & vincit.

18. Nullus est iam altior honoris gradus, ad quem peruenire possis, si amas, si benefacis, si denique oras pro inimicis, Pater & Spiritus sanctus, cuius splendorem, & mores veluti lata lege debet imitari filius; quare illum revereri oportet, & audire: ipse enim vindex acerrimus est eorum, qui ad vindictam properant. Vnde D. Iacobus ad fideles odiis dissidentes ait: *Concupiscitis, & belligeratis.* sat est, ponite arma, & lites, *an nescitis (ô hombres ignorantes) quia ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis?* Sicut cùm pater nobilis vile aliquid, & abiectum in filio considerat, rubore suffusus, & zelo ardens labia mordet, & mortem, aut vindictam iurat: sic Spiritus almus dum irascimur, quasi excandet ille, & quodammodo ad vindictam mouetur: *en cierta manera se abrasa en ira, y dize, à quien se parecen estos? al Demonio, qui ab initio fuit homicida.* Eodem affectu increpauit Christus cùm filij tonitrui ignem de cælo postulabant contra Samariæ ciues, prohibuit ille, dicens, *Nescitis cuius spiritus estis? hà rudeza, y villania vos otros sabeis quien es vuestro padre? el Espiritu de amor?*

Vindex est Spiritus eorum qui iniurias vindicant.

Cap. 4. 2.

Ioan. 8. 44.

Luc. 11. 25.

19. Quare optimus parens Spiritus sanctus quod minis non obtinet Gentilibus, extorquere contendit. Refert Seneca [a] quòd cùm adolescens quidam ebrius prœliis victor, & incolumis euasisset, & quartùm intrare tentaret, obstitit pater, & ad iudices defert accusationem, dicens paterna voce, *Fugit me filius, & quidem ad hostem: pongo querella contra mi hijo, que por hazer mal al enemigo me dexa ami*, maximè lege dicente, *Ter fortis malitia vacet.* Sed quàm maiori de causa accusat Christianos Parens sanctissimus: Fugit me filius, & quidem ad hostem; fugiat me filius, quem ego sic diligo? fugiant me delitiæ meæ? fugiat me amor meus? fugere ad amicos, aut ad parentem tolerabile esset, sed fugit me, & quidem ad hostem? ad hostem? me præsente. O crimen! ô proteruitatem! quid pater coram iudicibus addidit? *Abdico filium: desheredo à tan mal hijo, ni quiero ser su padre.* Æquissimum supplicium eius, qui parentem fugit, vt inimicos insequatur parentem perdere, iusta etiam Christianorum pœna diuinum parentem amittere, quem fugimus, vt vindictam de inimicis sumamus, & irato vultu, & graui voce dicat, *Abdico filium*, exhæredem mei, bonorúmque cæli, & terræ, ingratum filium facio; quia me prohibente lædere inimicos contendit. *Abdico filium*, nam Deus non vult filium, qui odio lacessat inimicos. nam cùm filius Dei, cùm naturalis esset, tunc gloriam filij, & honorem expectauit à Patre, cùm prope crucem vidit inimicos, qui mortem illi moliebantur. Probat hoc locus Ioan. c.

a Lib. 1. controuers. 8.

Exhæredatur & abdicatur à Patre fidelis qui vindictam sumit.

20. 12. nam cùm venissent viri Gentiles ad eum, dixit

Vers. 23. Apostolis, *Venit hora, vt clarificetur filius hominis.* Gentes iam ad nos veniunt; continuò videbitis qua ratione filius iste hominis, Dei filius declarabitur. Quid ais Domine? nónne isti sunt inimici tui, & in quorum manibus tradendus, dedecorandus, conspuendus, & crucifigendus es? quare ergo ab his honorem tibi deferendum prædicis? Inde manabit mea claritas (inquit) cùm istos adoptabo, & diligam: quod vt credatis, audite, ecce vox patris insonuit, *& clarificaui, & iterum clarificabo*, cùm te genui in æternitate æterna, & æquali claritate donaui; nunc etiam te quasi filium iterum clarificabo: ex quo enim inimicos adamasti, suscepisti, ego etiam quasi de nouo filium declaro. Sed vt liquidò constet huius honoris causam fuisse orationem in cruce pro inimicis oblatam, memor esto, *Filius meus es tu, ego hodie genui te: yo te he engendrado tu eres mi hijo.* Quod vt mundo constet, *postula à me, & dabo tibi gentes in hæreditatem tuam: pideme, y ruegame por tus enemigos.* qua oratione facta, acclamauit eum Pater, *Hic est filius meus: este si que es mi hijo, & clarificabo; el que es digno de ser llamado hijo de Dios, y parecido à su Padre.*

Ioan. 12. 28.

Psal. 2. 7.

Ibid. 8.

Matth. 3. 17.

A reliquis autem, qui iniurias non condonant, abdicat se Deus, *abdico filios*, quod graue supplicium, cùm illi horrere deberent, eadem verba, quæ ille ad Parentem dixit, audent repetere: *abdicatis pugnare licebit? ya los desheredados no les es licito el pelear?* quasi dicat, vindicet ego semel, filiationem non multum curo, tali parenti renuncio. O barbarum! ô impurum filium, immo dæmonis mancipium; nónne melius est Dei filiatio, quàm sæua vindicta? quid dignitatis, & gloriæ obtinebis post vindictam? quid cum hac gloria conferri poterit filiorum Dei? & amissis æternis bonis audes dicere, *Abdicatis pugnare licebit?* O linguam præscindendam! ô manum amputandam, quæ ensem denudat in fratrem! ô ensem in eum, qui distringit, conuertendum. Id autem perpendere licet, cùm iniuria hæc, & filij petulantia in patrem esset, quasi non læsus, nec facto, nec amore desistens affirmat, *Abdicato, non permittam exire: no le tengo de dexar ir. iniiciam manus, tenebo: no pondre las manos en el para herirle, abraçarele, tendrele; porque no se me vaya.* videns enim paternas manus, & blandos affectus, desistet, mutabit mentem; quòd si hoc non sufficit, *nouissimè ante limen emortuum cadauer hoc sternam: pondre esto cuerdo muerto à la puerta. Ut ad hostem peruenias patrem calca: si quieres al enemigo has depassar pisando por tu padre.* Iam verò cùm æternus Pater, nec almus Spiritus nequeunt se mortuos proponere ad frænandum filios, Christum saltem Dei filium carne tectum in limine Ecclesiæ collocauit, ibíque clamat, *vt ad hostem peruenias patrem calca: si eres tan desaforado, que te arrebata la venganza.* Vide Parentem, vide Patrem futuri sæculi, quem primò 22.
conculcas, quàm ad vindictam vadas. *Deum mortuum calcas qui vindictam sumis*, calcat manus illas clauis confixas, calcat oculos, qui blandè etiam inimicos respexerant, calcat pectus illud, in quod etiam inimicos recipit, & quis audeat hinc transire? tu? O insane, distringe ensem, *nam stabit contra te spiritus virtutis: sali aca villano, aunque peccais contra el Padre, y hijo, à mi, que soy amor, se haze este agrauio.* nam cùm sim ego

Increpatio.

A contrario.

21.

Sapient. 5. 24.

Lacessendus peccator qui vindictam sumit.

æternus

æternus amor, & qui possum sempiterna dulcedine patrem delinire, tu semper amarus? frænum mandens quasi indomitus equus contra legem illam sic rationi, & naturæ consonam, vt cum mundo lata, & nata esse videatur, sic latissimam, & amplissimam, vt in illam intrauerint quæcunque mirabilia tulit naturalis, scripta, & Euangelica lex; sic sublimem, & diuinæ nos faciat consortes naturæ, sic longam, & in æternum duraturam, sic gloriosam, vt eam Heroes, magni Martyres, Patriarchæ, Apostoli coronis ornati sua illustrauerint patientia; sic firmam, vt priùs vos, & abiectum vestrum genus, vestraque ira finietur, extinguetur, & in barathrum detrudetur: amor autem diuinus gloriosam sobolem gratia stabiliet, firmabit regno, decorabit gloria.

Peroratio. Epilogus.

VERBVM SPIRITVS sancti. Apoc. I. v. 13.

Vidi similem filio hominis, vestitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea.

Nouum hominem, Christus verus eius Pædagogus, aurea dilectionis lege præcingit.

DISCVRSVS XXXVI.

1. SCIO nostræ adesse concioni, qui miretur dilectionem inimicorum persuadendam suscepisse difficultatibus plenam doctrinam, mandatum apud homines difficillimum; in quo cùm meum sicut præstantissimorum Doctorum ingenium sudauerit, & mea suscepta fortunet Deus, non deerit vnus Saul, qui impossibilem iudicet, & Dauidem illi pepercisse non credat. *Quis enim cùm inuenerit inimicum suum, dimittat eum via bona? quien hay en el mundo, que encontrandose con su enemigo, y pudiendole matar, le dexa ir en paz?* Mirari tamen desinant omnes, cùm ego non apud Iudæos sim concionem habiturus, sed apud te (Christiane) quem ad veri pædagogi scholam voco. Nam, vt ait D. Bernardus [a], quidnam grossum in gente illa? nec actus, nec affectus, sed nec ritus, quem in colendo Deum habuit: nam actus imbecillis, affectus in lucris totus erat, intellectus in crassitudine litteræ, vultus in sanguine pecudum, & armentorum; meritò quidem Ezechiel illius peccata socordiæ, & ignauiæ pædagogi adscribit: *Non est præcisus vmbilicus tuus: no os cortaron la vid à su tiempo, toda via viuis de costumbres de Gentiles: non sale salita: nunca os mandaron cosa, que os picasse. nec inuoluta pannis: no huuo quien os faxasse, y os atasse los braços.* Quare incompositus, inornatus puer iste euasit, cui matris officia nemo præstiterit: *salio desceñido, y voluntarioso*, de cuius ira, & vindicandi se licentia facilè poterat quisque coniectare in filium Dei arma sumpturum, & dicturum, sicut Cato de Iulio Cæsare dicebat, *Cauete à puero malè præcincto.* Vide tamen qua-

1. Reg. 24. 10.

a Ser. 60. super Cant.

Ezech. 16. 4.

2. *Clemens Alex. 1. Pædagogi, c. 7.*

lem tibi Prophetam, qualem matrem, qualem pædagogum describit Ioannes Apoc. 1. 13. *Vidi illum vestitum podere, præcinctum ad mamillas zona aurea.* Vide (quasi diceret) nouam sanctitatem, nouam perfectionem morum fidelium; vide meos fideles sanctos, & charitatis fascia præcinctos; vide legem, qua vestem, hoc est, Ecclesiam ego concinno, & elegantem facio; vide sponsam meam fasciæ pectoralis nequaquam oblitæ; *que la faxa no la oluidan las donzellas, que era insignia de su entereza, y honra Virginal.* Fascia hæc aurea charitatis legem significat, quæ vinculum perfectionis est. Nam si antiqua lex sua præcepta suscepit, si nulla respublica sine legibus, & decretis stare potest, vt cum Doctore Angelico nostri edocent Theologi [a], & definit Constantiense, & Tridentinum Concilium *sess. 7. cap.* 8. Si reipublicæ gubernatio absque lege gubernatores præcipites ageret, vel in ignorantiam, passionem, aut malitiam, si picturæ prima lineamenta placent, hoc est, Iudaica respublica, politica Romana, superba Atheniensis docta, Sinarum denique barbara, sed tranquilla: *si esta pintura en razgo, y debuxo da gusto.* illa, quam spiritus sapientiæ formauit, quanto pulcrior, & elegantior futura erat charitatis lege præcincta. confortat illam Isai. 22. 21. *Cingulo tuo confortabo eum* hæc vrget, & incitat 2. Cor. 5. 14. *Charitas Christi vrget nos.* hæc denique omnes alias respublicas & sanctitate legum, & suauitate vincit. Ideo Isaias sanctitatem istam consummatam vocat, *Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam*, quæ etiam abbreuiatio dicitur, eo quòd totam legem vna charitatis zona perstringat. *iustitiam* vocat legem veterem: quia eius promulgator virgam gerebat; prædicatores verò deponunt. Vera autem harum duarum legum diuersitas in hac zona aurea expressa est: Daniel enim homo veteris legis vidit filium hominis præcinctum non ad pectus, nec ad mamillas, *sed ad renes*, non auro puro, & perfectissimo, *sed auro obryzo*, vt vel in hoc maximè vtriusque legis sanctitas discerneretur: illa enim tota erat in prohibendo, hæc tota in mandando: illa legem dabat pedibus, & manibus; hæc cordi, pectori, & amori: illa aiebat, dilige amicum, & proximum; hæc, dilige inimicum tuum: illa ventrem stringebat, & lumbos, *la cintura el comer, y beuer*; hæc non opera solùm, sed cordis luxuriam, & affectus: alterius aurum obryzum in lamina non elaboratum, huius aurum attenuatum, extensum, & sicut ex filis textili opere compositum: *aquella ley no ilaua del gabo, nuestro ciñidor es de ilo de oro de labor de bordadura*; quia tenuissimo animi consensui, & motui modum ponit Richardus: *ibi enim opera carnis prohibebantur; in hac autem* (scilicet lege) *affectus cohibentur.* Illud aurum non erat purum, sed admixtam habebat falsam interpretationem, docentem odio haberi inimicum: hoc autem aurum purum, & examinatum, quod omnem admixtionem repellit, *argentum igne examinatum: ensayado, y examinado siete vezes*, opus summi aurificis, qui hodierna sedet die, charitatem Ecclesiæ suæ purificare. *Et sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui.* Hodierna igitur die hac charitatis zona Ecclesiæ sanctitatem, vestémque cingit, ne vestis hac, illac diffluat, in qua omnia, quæ nos ad

Vtilitas & necessitas legis.

Ezechiel. Non est cingulum tibi.

a 1. 2. Quæst. 95.

3.

Isai. 10. 22.

4.

Psal. 11. 7.

Malach. 3. 3.

ad veram dilectionem inimicorum permouere possunt. Docet primò legis puritatem; secundò legem mortali, Christiano, & seruo Dei dignam, legem humanæ rationi, & imbecillitati consonam, & concordem, legem generosè cingentem, & cohibentem, sed quouis illustri dignam viro: legem altam, & ad mamillam præcingentem filios generosos, legem denique, qua tota Trinitas pariter Pater, & Filius, ipsa denique Ecclesia, vt nos ad pacem moueat, cingi voluit. Hæc omnia sigillatim expendemus.

5\. *Dictum est antiquis.* Primùm de auri puritate agamus, *ensayemos el oro del amor*, & examinemus sitne admixtum odio inimicorum. *dictum est antiquis, ego autem:* ego nihil tale præcepi; quis ergo legem adulterauit? res grauis, & examinatione digna. Noë docuit eam filios? minimè, quin potiùs ab ipsis animantibus natura diuersis pacis fœdera didicerunt. Abraham? nequaquam, qui etiam à rege propria expoliatus vxore non succensus est ira; qui sunt in domo Abraham? duo filij, vnus Isaac, hic mitissimus est, per omnia similis patri, etiam propria vxore expoliatus tacebat. Estne alius? est vtique, prodeas nunc Ismaël filius seruæ nequissimæ Agar, carnis videlicet inertissimæ: *sali aca hijo de la esclaua: mirad que grande esta? la mala hierua mucho crece.* nata prius est caro, quam spiritus, & semper dominari præsumit. Hinc ortum habuit inimicorum odium *. Iacob nihil minus, immo fratrem illi mortem inferentem precibus, & muneribus placauit. Ioseph multo minus, qui non solùm à fratribus venditus, sed audiens fratrem suum Ruben dicentem lingua sua: Væ nobis; *nunquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non audistis me, en sanguis eius exquiritur* [a]: quæ audiens Ioseph (nesciebant autem quod intelligerent) *auertit se parumper, & fleuit:* aurum purum, hoc est, amoris inimicorum, inquit Rupertus [b], *sanctissimum, & optimum donationis, vel remissionis genus, hoc est, vbi illis, qui peccauerunt, non flentibus, solus ille flet, qui peccatis offensus indulget: y la liga, que le hecha al oro, es compassion; pias quoque reddit lacrymas cum venia.* Moyses, aut Samuel? neque isti, quorum primus pro populo duræ ceruicis etiam Dominum in eius desolationem propensum, & iratum sustinuit, orauit, placauit. Alter verò de dignitate exturbatus à populo regem postulante exorauit ad Dominum, monuit populum [c]: *Absit à me hoc peccatum in Dominum, vt cessem orare pro vobis.* Quàm autem Deo grati extiterint, audi Ieremiam; *Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: no harè tal cosa aunque me la pidan mis dos mas priuados*; & quare tibi coniunctissimi sunt Domine? respondet D. Gregorius, *Aliud ego hac in re non inuenio, quàm quòd Moyses, & Samuel orauerunt pro inimicis:* Moysi tamen attribuunt filij eius. quare hoc sedulò examinemus. Quando in numerosa alicuius debiti solutione multi inseruntur numi, contingit numum aliquem adulterinum interponi. Vnde intrusus est numus iste? sigillum enim idem esse videtur. ait quidam, Petrus mihi dedit, adeunt Petrum, & inquit, mihi etiam dedit Ioannes, &c. Sistite; perditis enim tempus, aliquis sine dubio perditissimus numum istum adulterinum interiecit, sumunt fortifices, *hechan la*

* *Auecindose en nuestra tierra la carne, hizose señora de la Aldea, y de todo el Villanaje llegaua à sugetalla. Va un cauallero à vezindar se à vna Aldea, y trata de poner en policia los labradores de ella no lo pueden lleuar en paciencia. Dizen, donde nos vino el aduenedizo a regirnos, y gouernar. Assi se auuò Ismael con Isaac, el Espiritu con la carne: ella dize venguemonos: el Espiritu dize no hagas tal, perdona, calla, espera, vencieron los villanos, mire agora quien? el hijo de la Esclaua, el que no salia de entre los tizones el vil, lamo tosco, y assi ha hecho liga en el amor. Deno ∫ auctor.*

a Gen. 42. 22.
b Lib. 19. in Gen. cap. 42.
c 1. Reg. 12. 23.
Cap. 15. 1.

6\. *Dæmon inmexit odium amori nummi. Simile.*

tyera, & statim tenuitatem, & facilitatem ostendit, *blandea luego*, adulterinus est numus. Vno, eodemque legis marsupio Deus per manus Moysi amplius quadringenta præcepta conclusit populo Israël; audi Israël quid præcipiat Deus: moneta ista per varias manus ad manum Saluatoris peruenit; cùm tamen numus regale sigillum præferebat, & inter reliqua mandata in sacra Scriptura adnumerabatur, (vt aliqui putant) inquirit à quo; & vnde acceperint? Respondent, *Lex per Moysem data est: señor Moysen nos la diò.* apage sis adulterinus numus, sumit forcipem diuinæ auctoritatis, & falsitatem detegit, dicens, *Ego autem dico vobis, quita que es falso, y deshazelo.* Quis ergo odium intermiscuit? Dæmon. Hó inimice, iam te nouimus, pœnam tanti criminis subibis. Idem prorsus dæmoni accidit, dum odium amori commiscere tentauit, quod cuidam ambienti mitram in curia contingit, qui cùm cupidior sit dignitatis, quàm dignus, & rex nec memor sit nominis eius, conuenit amicos, & spargere rumorem postulat se in numerum Episcoporum adscriptum, vel designatum esse ad talem gubernationem: *hecha esse rumor, y quiza con esso se acordaran de mi, y algunos lo creeran.* falsus rumor iste per multorum aures vagatur: adit ad regem dux quidam, designauitne vestra Maiestas Petrum in talem Episcopatum? Absit (inquit rex) nec feci, & facti pœnituisset: hic enim indignus est, qui in consultationem subeat. Odium inimicorum nobilitare dæmon prætendit; ad hoc autem optimum consilium putauit, in populo Dei famam, & rumorem spargere, regem odia sicut amorem stabilisse, præualuit rumor iste (ait Hieronymus [a],) *quia multa sæpe in vtramque partem crebrò fama mentiuntur.* Attamen cùm ad regis aures peruenit, audistis; quia dictum est antiquis, summo dedecore de libro legis expungit; ego autem dico vobis: tu dæmon auctor eras, tibi adscribitur liuor, inuidia, furor, & vindicta: lex enim Domini pura est, vtpote à purissimo veniens auctore.

Ioan. 1. 17.
Matth. 5. 34.
7\.
a Epist. 2.

8\. *Ego autem dico vobis.* Hæc duo verba *ego*, & *vobis*, ponderanda sunt: *ego* enim significat legem à se latam cælestem esse, & supra omnem legem venerandam, etiamsi admiratione digna sit. Cùm ad ripam fluminis venis, & arenam aqua madentem vides, non est cur inquiras causas humiditatis; proprior enim est aqua: at cùm per aspera, & sicca itinera incedis, & saxa rore conspersa vides, statim subit animum cogitatio, forsan cælestem aquam ibidem cecidisse. Dilectio amicorum opus quidem est naturæ proprium, & quod illa fert intra limites humani ingenij, & beneuolentiæ: at inimicorum dilectio cùm de cælo venerit, etiamsi nouitas rei cogat auctorem disquirere: attamen duo consentaneum est sentire. Primum, digna est hæc lex, cui assensum præbeam. Secundum, etiamsi natura repugnet, lex ipsa secum gratiam adimplendi ipsam affert; quæ duo rudiores, & increduli crediderunt, cùm ignem de cælo descendentem vident super Eliæ sacrificium: nam rei nouitate ducti Deum, & Dei ignem fatentur cælestem esse, & ipsi igni virtutem indidit Deus lambendi, & consumendi inimicam aquam, &, vt ponderat ipsa Sapientia in alio casu:

Cælestis omnino lex amoris.

Digitized by Google

[Sap.16.17.] casu: *Quod enim mirabile erat, in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat; vindex enim orbis iustorum: todas las criaturas hazen loque les mandan, y les dan virtud para ello.*

9. Hinc queribunda vox est Saluatoris nostri: *Ego autem dico vobis.* quare vos tanti non facitis cælestem meam legem, quanti mundi falsam, & brutam legem fecistis? si legem istam cælestem fatemini, quare non vt cælestem reueremini, qui fabellam antiquorum vt fidei dogma credebatis. *Transite ad insulas Cethim,* (hoc est, gentes maris Mediterranei) *& videte: & in Cedar mittite, & considerate* (regionem Arabiæ) *si mutauit gens Deos suos, & certè ipsi non sunt dij; populus verò meus mutauit gloriam suam in idolum.* melius foret mihi Arabum, & Barbarorum Deum esse, qui Deum non mutauerunt, vtinam ego verus Deus à vobis obtinerem honorem, quem Barbari falsis suis diis deferunt: ego à vobis id obtinerem, quod mundo facile conceditis: ego à vobis extorquerem, quod aliquando extorquet pecunia; amore enim Christi etiam rogatus non parcis, numis aureis subornatus parcis. Et fit (ait Chrysostomus[a]) vt pecunia fortior tecum sit Christo, & plagis eius: *Regnum calorum non tantum valet, quantum pecunia: immo nec minimam partem. Diabolus vnico tantum obolo à nobis adoratur: por vn quarto nos concertamos con el Demonio, y con Christo no nos concertamos por el cielo. Ego autem dico vobis,* vtinam ego obtinerem à vobis, quod rex Dauid obtinuit à suis militibus, quos cùm ad perimendum Saulem commouerent, frænauit: immo *confregit Dauid viros suos sermonibus, & non permisit, vt insurgerent in Saulem. ego vobis.* Idem, quod ego vobis in lege præcipiebam, ecce obtinet rex; *ego autem, y yo no, ego vobis.* sentis quænam differentia sit inter me, & diabolum? Ma-

10. xima (inquit Chrysostomus.) *Hic Deus, ille diabolus;* vtinam ego obtinerem, ego quod à vobis obtinet diabolus. Regnum Dei pollicetur Deus, & contemnitur: *gehennam ministrat diabolus, & honoratur, & magis huic paremus, quam Christo; ego vobis.* præcepit Deus per Ieremiam, vt in templo in conuiuium vocaret descendentes de Rechab, & vinum propinaret illis: renuerunt illi, dicentes, Ionadab iniunxisse illis ne tale biberent, nec domos, sed tentoria inhabitarent, *& præualuerunt sermones Ionadab, vt non biberent vinum, & non biberunt vsque in diem hanc: ego autem locutus sum vobis, & non obedistis mihi; ego vobis.* Cùm suffurata est Rachel idola patris sui, non vt coleret tulit, sed vt haberet quod patri obijceret, & quorum gratia si iratus veniret, veniam obtineret; sic enim religiosum, vel superstitiosum putabat patrem, vt quacunque ira succensus eorum religione placaretur, quòd si illa hoc non vsa est remedio, ideo fuit, quia Laban venit, dicens Deum Iacob sibi apparuisse, & iussisse ne illi damnum inferret; tacuit illa, & abscondit falsos deos, cùm veri Dei auxilium, & patrocinium sensit: vide tamen qua ratione Gentilis homo Deus reueretur falsos, vt illorum causa etiamsi gener cum filiis, & nepotibus se surripiant, & fugiant, sedetur tamen, & quiescat, & ob reuerentiam veri Dei, quem non colebat, iram,

11. & vindictam comprimat. *Valet manus mea reddere tibi malum, sed Deus patris tui* (non meus) *heri dixit mihi: Caue ne loquaris contra Iacob quidquam durius.* & ego vobis, & vos me verum Deum non auditis, non colitis? O monstrum horrendum! nonne melius esset Christiano in causa vindictæ, & iræ illas patientissimas plagas consulere, illud adire, & audire latus ob amorem animarum confossum, vnde ipsis etiam inimicis Sacramenta, & pharmaca manarunt; nonne verius oraculum, celebre, & illustre est illud, quam vox illa mundi putida, quæ vos ad vindictam commouet? consulite vocem meam cygneam, dulcem, claram, grauitatis plenam, quam Pater exaudiuit, & obturate aures ad sciolos aduocatos, & legum mundi peritos, qui licet alias sint seueri, modesti, ieiunantes, in causa vindictæ inexorabiles sunt, monstruosi, & proterui, & in hac parte Christianæ disciplinæ omnino rustici, & agrestes.

Vobis. Scio quos mea lege, & zona præcingo: 12.
yo se à quien mando ceñirse. vobis, mortalibus, iam obliti estis pulueris, quem mater vestra in oculos iecit, vt mortalitatem vobis obijceret? puluis enim prędicator est pacis: qua enim ratione puluis insurgit in puluerem! cùm præcipuè caduca sit vtriusque vita, Iob duplici verbo te (puluis) describit. *Homo natus de muliere: hombre muy nacido de muger, muy flaco, muy enfermo, y desarmado. breui viuens tempore; que sabe y a su buena, y mala ventura, que ha de viuir poco.* Inter hæc duo extrema hæc verba collocate, *repletus multis miseriis, lleno de apostemas.* alter legit, *repletus ira: lleno de ira enconada.* quantum potest durare vita inter hæc dispendia? qua ratione non frænat iram, & furorem cohibet, vt dictam mortis diem, & properantem non acceleret? *que te matas, hombre, con tus coleras.* Seneca, *Non est vita breuis, sed breuem facimus;* quis dicat vitam breuem esse, longa nimis esset, nisi aculeis passionum, desideriis, & peccatis celeritatem adhiberemus. Ideo mater nostra, & Pater amantissimus inquit (mittens pacem, & mittens in oculos puluerem) *pax, pax vobis, vobis, ne inuicem mordentes, inuicem consumamini;* agnoscant se inuicem filij mortales, & in Ecclesia non erunt simultates: *conoscan todos, que son de barro, y no haura pleytos. Quid communicabit cacabus ad ollam?* 13.
quando enim se colliserint, confringentur: calien, y estense quedos el cazo, y la olla; peremas ella, que es de barro. Diues iniuste egit: hame robado mi hazienda, nihil interest, *pauper lasus tacebit: no hay si no callar, que soys de barro. ne si inuicem mordemini, inuicem consumamini: acordaos que sois de vidrio, y teneis el texado de vidrio, no tireis al del vecino. vobis,* mortalibus, quid erit factu difficile? Vocat Dominus Ezechielem tunc temporis, quando tribus Ephraim, & Ioseph ex vna parte, & ex alia tribus Iuda alienato erant animo, plusquam modò Hebræi, & Christiani, ego (inquit Dominus) dimittere faciam simultates. Veni Propheta, vide campum plenum ossibus aridis tumultuariè proiectis, pedibus cum capitibus, manibus cum pedibus, viuentne ossa ista? eritne aliqua partium tam diuersarum consensio? expecta *ossa arida, audite verbum Domini,* quo audito, vno spiritu afflata exilire & vnum alteri inhærere, & annecti cœperunt. Perge modò ad concionandum, & finis concionis, & persuasionis erit. *Dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas in lignum vnum: diles que como se junta este palo con este, juntare yo vna Tribu con otra,*

[Margin notes: Ab auctoritate ratio. — Ierem.2.10. — a Tom. 5. hom. 29. ad Populum. — 1.Reg.24.8. — Cap. 35.14. — Auctor historiæ Ecclesiasticæ P. Comestor. — Gen. 31.29. — Natura hominis lex amoris opportuna. — Iob 14.1. — Eccli.13.3. — Ab auctoritate sacra Scripturæ. — Mortis memoria iuuat ad sedandas iras. — Ezech.37.4. — Ibid.19.]

Digitized by Google

otra, vn bando con otro, à los Iudios, y Gentiles en mi yglesia. O Domine, quis hæc audeat dicere; quis credet auditui nostro? quis? dicito illis ostendisse eos tibi quasi ossa arida, exanimes omnes mortuos, diuites, & pauperes, Iudæos, & Gentiles: mirabile enim erit hoc solo verbo iram, & furorem non comprimere, & pari consensione in vnam Ecclesiam conuenire. Ecce iam in Ecclesia sunt, voca spiritus, & loquere ad ossa ista: *Ego autem dico vobis.*

14. *Ad cætera opera charitate & pace indigemus.* *Vobis.* Seruos præcingi iubeo, vt expediti sint ad seruiendum, & promptiores in Dei obsequium, & ministeria: quid enim vobis proderunt vestra ieiunia, flagellationes, immo nec sacrificia, si inuicem odio dissidetis; & vestis charitatis diffluit in varias cogitationes, detractiones, scandala, contumeliosa verba? vos verò non solùm præcinctos velim, sed ad mamillas, hoc est, altè; quia qui Christianus est, & ad iudicium Domini sui festinanter accedere credit, maiori cura, maiori charitate debet præcingi. *El Gentil no importa ir a juicio desalsiñado con solo amor de amigos. ego autem dico vobis: pero yo os auiso à vosotros, que para aplacar al que os ha de juzgar, que es menester ir ceñidos con amor mas alto, y estrecho.* Si coram aliquo iudice causa tua grauissimi momenti ageretur, ex qua penderet, & suspensa esset vita, honor, & fama, & per idem tempus vnus de domesticis famulus, aut filius iudicis tibi leuem iniuriam irrogasset, gauderes vtique oblatam tibi occasionem veniam dandi, vt inde exemplum iudex ipse parcendi susciperet. Quid si malè animatum erga te iudicem excandescere faceres, & rogatus nouam litem, & seditionem excitares? Agitur (ô Christiane) coram omnium iudice Christo tuorum peccatorum remissionis causa, salus animæ, tribunal nouissimum, vnus de conseruis iniuriosus tibi fuit, & contumeliosus (leue crimen, leue damnum, si cum tuis criminibus conferatur) tace ne augeas tragœdiam: hoc enim pacto Christus ipse à te exemplum parcendi accipiet, vt notauit Nissenus [a]) vt & dicere possimus: Domine, *quod ego feci, fac*, & gaudere debes, si grauior iniuria est, aut plaga, vt oculos iudicis, & animum mitigare, & allicere valeas. Valde gauisus est Dauid, quando obscurus homo Semei in illum probra coniecit, & cùm illum milites interficere vellent, increpauit: *Dimitte eum, vt maledicat, si fortè respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac. calla, que lo menester à Dios, y en esta rebelion de Absalon, si vee esto el Iuez sentenciara por mi.* O altitudo prudentia! (inquit D. Ambrosius [b]) *ô insigne patientiæ, & deuoranda contumelia gratia Dei invenium: linda inuencion de suffrir, callemos, que nos mira el Iuez, y es hijo suyo el que me affrenta;* & Chrysostomus [c], *Cum taces, & dissimulas, supplices libellas ad iudices mittis: el mejor modo de orar. non inimicis consulis, sed & nobis, cùm de inimici culpa dissimulas, de tuis delictis solita benignitate Dominus exoratur, & quod fortè oratio non obtineret, hoc tua patientia impetrabit. Hoc nobis omnibus in die illo terribili patrocinabitur, immo redemptio maxima erit peccatorum: en el dia del juicio no haura hechar*

a In orationem Domini.

15.

2. Reg. 16. 12.

b Apolog. Dan. c. 9.

c Serm. de proditione Iudæ. Idem tom. 4. in Gen.

tercero para con Dios, si no es el suffrimiento. Domine pertuli, dimitte, sicut dimisi. meritò ergo *ego dico vobis, diligite.*

16. *Diligite inimicos vestros.* Hoc opus, hic labor, ideo zonæ comparatur hæc lex; præcingit enim, & vrget mentem: *es ley iusta, y ajustada à la razon, y vtilidad del hombre.* iustam enim fateris, & rationi consonam legem illam, quæ iubet, quod melius est, & prohibet, quod iniquius, & peius est; hæc lex præcipit amorem, quo nihil desiderabilius: restat autem odium, quo nihil odiosius, & naturæ obnoxius; iusta ergo est lex ista, Huic alteram rationem attexe. Lex vt iusta sit, neminem debet excipere, tu vis, vt legem istam amoris omnes erga te obseruent, ferant, parcant, dissimulent; ergo æquum erit te exemptum non esse à iusta lege. Quod attendens diuinus legislator illa verba subdidit, *Diliges proximum tuum*, addit, *sicut teipsum*; habere enim pondus, & pondus, vnum tibi, alterum proximo, & contra iustitiam, & contra diuinum decretum est. Tertiam etiam iustitiæ rationem adde. Iustum, æquúmque est cùm res aliqua cum onere aliquo reddendi fructus, vel pensionem instituta est, vel cum aliquo perpetuo censu, quicumque illam domum emat, in cuiusuis dominium feratur, semper secum ferat onus, pensionem, & censum, quem soluat emptor. In omnibus rebus, quas Deus condidit, pensionem, & censum suæ bonitatis (propter quam condidit) instituit, quia, vt inquit D. Dionysius [a], *bonitas Dei est diffusiua omnium bonorum, quæ in creaturis recipiuntur.* Amor denique harum hæreditatum causa motiua fuit, *amor non permittit Deum sine germine esse.* Tu ergo, & omnia bona naturæ, gratiæ, artis, fortunæ, industriæ, quæ in te contulit Deus, super se hoc onus, hunc censum secum ferunt, in se manifestandi, & ostentandi Dei institutoris bonitatem. Quare si cùm benignitatem deberes ostendere, odio turges, & inuidia morderis, infidelis es bonorum vsurpator, *quiebras con Dios alçaste*, & illi censum perpetuum negas. D. Ioannes: *Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis: redemid los demas censos, este no, que es perpetuo*, ipsi vestro cordi impressus.

Matth. 5. 44. *Confirmatur ratione.*

Deut. 25.

a De diuinis nominibus.

Cap. 15. 12.

17. Dicis tamen, Deus cùm summa bonitas sit, etiam odio habet inimicos; potero igitur ego, qui eius bonitatem participo, reddere malum malis? certè hæc tui Domini causa est. Audi. Est quidam faber gladiorum, qui arte politissima conficit enses, hic fortè vxoratus est, & nobilis, habet quatuor, aut plures filios; quia filij eius sunt, nobiles sunt, & non soluunt tributum, & imago patris sunt; non verò sunt omnes fabri gladiorum, nec omnes vtuntur gladio, nisi ille tantùm, cui vel pater sigilli incisionem dat, *la marca*, vel quem gladio accingit. Nec valet dicere: Ego possum Petrum occidere; quia meus pater gladios conflat. Omnibus Dei filiis communis est Patris repræsentatio bonitatis, & misericordiæ: hanc enim nobilitatem iure creationis ducimus; quare omnes bona dare tenemur: at vindictam patrare, conflare iram, arripere ensem, inuito parente, accingi gladio ad occidendum, hoc non habes tu iure hæreditario, sed cui Deus ex munere communicat, regibus, iudicibus,

by Google

cibus: *non enim sine causa gladium portat. y por esso no os dio espada vuestro Padre por no perder en vn dia todos sus hijos, porque assi muere el que se venga, como el mismo diffunto.* Gen. 27. *aconsejo Rebecca à su hijo Iacob huyesse de su hermano Esau, que no le matasse, y la razon, que ella da, es muy de madre*: cur vtroque orbabor filio vna die? *pues como Esau no quedara viuo? no, porque, o, Esau huyera, o, el matar à su hermano es matarse, asi en el alma peor herida, que la del cuerpo. y Philon* lib. quod deterior. Gen. 4. *que Cain no mato à Abel, sino a si mismo*, insurrexit Cain & occidit seipsum, Abel interemptus viuit; quia viuit potior pars eius anima, *y ni la muerte le quitò la habla pues clama, y pide vengança.* At ego nobilis sum (dices) generosus, filius Dei, & has ferre non possum abiecti hominis iniurias. Bene dixisti, etiam rex proregem sua manu constituit, & tamen à sua commissione aliquos casus grauioris momenti, in quibus adeant regem, imperat. Ita

18. tibi mundi dominatum dedit, tribus exceptis casibus. Primam, ne quod internum est iudices; quia non potes intueri cor: *no puede ver processos, no iuzgues. Deus intuetur cor: homo videt ea, quæ parent; ergo nolite iudicare*, &c. Secundum, vt nemo eius gloria abutatur, aut vsurpet: *Gloriam meam alteri non dabo.* Tertium, propriam sui vindictam: *nadie tome vengança; mihi vindictam.* Ideo notat D. Cyrillus [a], obstitisse Balaam, ne pergeret ad maledicendum populum. Domine quid interest etiamsi adeat ad maledicendum iste senex leuissimus, percupidus, ac ridiculus. Verùm ideo noluit eum vlteriùs procedere, eo quòd cunctum populum constituerat Deus magno supplicio afficere; si autem ille malediceret, putarent eius maledictionem causam fuisse mali, & iam aliam extra diuinum esse vindicandi potestatem: *otra vara hay fuera de la de Dios, esso no: mihi vindictam.*

1.Reg.26.7. *Soli Deo vindicta competit.*

Rom.42.8.

a Num.22.23.

19. *Et benefacite his, qui oderunt vos.* Iam auri splendorem ostendit zona hæc perfectissima: *bien muestra ser de oro esta ley.* ex purissima fide Christiana confecta. Hæc Paulum vrgebat, vt sustineret, amaret, quæreret, & inimicos amore prosequeretur, & carbones congereret super capita eorum: *esta ley tiene à raya, y aprieta los animos paraque no passen de raya sus iras. Sol non occidat super iracundiam vestram.* & Clemens Alexand. lib. 3. pædagogi. cap. 12. *Limitem habemus crucem Domini, cui affigimur, & à prioribus peccatis reprimimur: tenemos por raya, y limite de nuestras passiones à la cruz.* Quid te docet crux Nazianzene [b]? *Pro inimicis meis orationem fundam: relictis omnibus crucem vnam habeo: no lleuo otra arma si no ceñido con mi crucificado, y con su amor.* Aurea equidem lex (inquit Chrysostomus [c]) dum docet etiam benefacere inimico, *non est perfecta Dei imago, quæ non simulat Deum per opera*; & Euthymius [d], *Amor inimicorum omnis est virtutis corona, & vertex.* aurea quidem, quia alia virtutis opera sophistica, & apparenti ratione perfici possunt, & mixtionem admittunt, non sumit vindictam; quia nequit, castus, ne infametur, est, liberalis, vt laudetur, misericors, sed vanus. Hæc etiam opera mundus, & mundi amor perficit: at amorem inimicorum solus Deus à nobis obtinet, aurum purum est, non patitur fictionem, nec alterius affectus admixtionem. Hac etiam de causa cùm Iudas sanctissimæ sumptioni Eucharistiæ interfuisset, amoris colloquio, & legi charitatis, qua Deus discipulos præcinxit, non interfuit: in omnibus enim potest fictio adhiberi, etiam in communione; at in amore nulla.

Matth. 5. 44. Luc. 6. 27. *Splendor charitatis & aureæ legis amoris.*

Ephes. 4. 26.

b Idem de externi hominis vita.

c In imperfecto.

d In cap. 5. Matthæi.

Vt sitis filij Patris vestri, qui in cælis est. Hæc legis altitudo est, qua ad mamillas præcingimur, & Christianus ab omnibus sectis, & earum professoribus secernitur. Age nunc Christiane, etiamsi generosus sis; non tamen præsumis honoratior esse filio Dei, nec te alio modo Dei filium esse putas quàm ipse est. Quapropter oro te, vt hæc attentè audias. Contingit quendam ciuem videre alium equitem repentè virgam iudicis, aut prætoris gerentem; quid hoc Domine? quid? Rex me hac noua dignitate affecit, exhibet in senatu auctoritatem suam, quo facto omnes in tuto se collocent: vnus enim solus iudex est, cæteri iudicandi. Hoc idem depingit Dauid *Psalm.* 2. Vidi virgam prætoris gerere vnum de suis nepotibus secundùm carnem; qui tamen vt Deus, secunda est persona ex tribus diuinis. Commota est ciuitas, & multa in vtramque partem vanissima iactantur. *Populi meditati sunt inania: quisieron quebrarle la vara*; ille autem in medio eorum litteras suæ auctoritatis exhibet: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te: Veis aqui ya estoi presente hecho Rey, y cabeça de la yglesia*; non solùm in quantum Deus sum, sed in quantum homo *. Sit ita. Verùm ob quæ merita, & officia in Imperatorem collata, te ad hanc amplissimam dignitatem euexit? *prædicans præceptum eius.* ideo nempe; quia nisi ex mente Patris, & æterna voluntate inimicorum diligendorum legem in meam voluntatem, & mentem transcripsi, & sermone prædicaui, *& legem tuam in medio cordis mei.* Et qua ratione prædicasti? opere, & exemplo, quo inimicos prosecutus sum amore. Certè Domine, hæc tua dignitas præter spem venit, iam te inter mortuos annumerabant, nulla de te mentio in curia. Id agebant (inquit) qui stulti, & tardi erant ad credendum. Sed statim, vt exsurrexi, Dominus dixit ad me: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Exponit verba hæc D. Paulus de die resurrectionis: *esse dia me naci hijo de Dios; porque vn dia antes mori por los enemigos*; quia licèt in nocte natalis mei mater mea mater Dei effecta est, & me filium suum appellauit, & cecinit cælum, & terra gloriam Deo: at Pater siluit, nec me filium suum declarauit, sicut postea cùm de mortuis surrexissem. Et hoc est, quod idem Paulus asserit; *Qui prædestinatus est* (id est, declaratus, vide Toletum [a]) *Filius Dei ex resurrectione mortuorum.* Vnde colligimus tandiu tardasse hanc litterarum concessionem, & declarationem filij Dei, quandiu in mundo existens inimicos, eorum insidias, fel, venena, iras, dedecora, & torrentem ærumnarum deuoraret, & biberet, & diuersos populos aduersùm se simultates excitantes amplexaretur, & amor mortem ipsam perferret dè manibus inimicorum acceptam, & sic

20. Matth. 4. 5. *Altissima lex amoris, filios Dei constituens.*

Psalm. 2. 1.

21. * Sic Theodoretus, & sensus infra adscribendus de filio hominis loqui declarat.

Psalm. 39. 9.

Declaratur filius Dei in inimicorum indulgentia.

Rom. 1. 4.

a Ad Rom. 1. citat D. Athanasiu, & alios.

22.

& sic resurgeret prædicans verè filium Dei esse, & nunc denuo constitutum, qui tales iniurias inultas relinquebat. Quo filio sic declarato, statim æternus Pater ab illo tamquam ab exemplari causa plurimos adoptionis filios futuros sperauit, iniurias ignoscentes inimicis, & verbi Dei filios, *prædicans præceptũ eius: hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem.* Ergo hæc oro (o serui peccati) vt vni cæteros diligatis, vt filiorum Dei celsissimam dignitatem assequamini. Si seruus sic vocatus à Domino, sic honestare illum volente, renueret, & potiùs eligeret in seruitute permanere, nónne dignus esset, vt ab omnibus lapidibus cæderetur? Certè ita factum est in Caluariæ monte contra illos, qui Dominum blasphemabant, quando ipse veniam à Patre voce,& sanguine procurabat: & non qualiscunque est similitudo, quam per hanc filiationem obtinet homo; quilibet enim iustus & similis est, & filius Deo Parenti gratus: at non sic similis, vt non possit magis assimilari: sicut vnus filius magis, ac magis patri potest similis esse. Similitudo autem, qua per amorem inimicorum homines Deo assimilantur, tantæ perfectionis est, vt quodammodo diuinitatis altitudinem referat.
Psal.11.9. *Secundùm altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.* & ad hanc perfectionem vocat, *Estote*
Matth.5.48. *perfecti, sicut Pater vester perfectus est.* certum
23. enim est qua die vobis filius nascitur, filium esse, & cùm in cunis vagit: attamen cùm grandior fit, & verba, gestus vestros, & vultus formam exprimit eleganter, dicere soletis, hic filius meus est: *todo es mio,* me totum assimilat. Sic quælibet anima in gratia existens filia Dei nuncupatur; debilis tamen est, & quasi fasciis inuoluta quoad inimicorum amorem exequitur. Cùm verò Deum in amore, in oratione, in visitatione, in commendatione inimicorum imitatur, tunc à Deo nata reputatur, & pleno ore in monte Thabor eundem Christum, qui antè erat, voce maiestatis plena vocat, *hic est filius meus,* &c. quare? quia modò de diligendis inimicis, de saluandis, & redimendis per passionem cum
Matth.5.13. amicis agit, *Hic est filius meus: ego hodie genui te.* Verùm non solùm Patri assimilamur per patientiam, sed totius Trinitatis pacem, & essentiam summopere imitamur, assequimur. Quid enim significat illud Pauli Philip. 4. 7. *Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras.* Qui intelligit Paulus nomine *pacis*? an patientiam in tribulationibus? rectè: sic enim explicat D. Ambrosius[a], *Qui cum Deo habet pacem, non timet omnem mentem aduersantem: tutus enim est pace Dei.* intelligit ne de pace, hoc est, de gloria, & dilectione beatorum, *quæ exuperat omnem sensum nostrum, non eorum, qui*
24. *semper vident faciem Patris.* Bene sic explicat D. Augustinus[b]: verùm nomine *pacis* Deum in Trinitate vnum intelligit Nazianzenus[c], audeat illa tanta verba proferre. *A Trinitate hæc acceperint quòd vnum sint, quemadmodum & ab eadem illuminationem acceperunt: nam & illa Deus vnus est, & esse creditur, non minus propter concordiam, quàm propter eamdem essentiam. Podra se dezir? Dios es trino par estar en paz?* Si ergo hoc verum est, tu, qui pacificus es ad inimicos, filius Dei es quàm simillimus, & imago Trinitatis. Vide quæ addit. *Itaque omnes ij, qui pacis bonum amplectuntur, eique contrariam seditionem oderunt, ad Deum, & diuinas mentes accedunt.* Vide quónam

Verè Dei filius qui iniurias condonat.

a Tom.5. & Primasius Augustini discipulus hoc loco.

b In Enchir. c.62. tom.3. sub initium.

c Oratione 12.

filiationis genere in thronum Dei euocamur, & quam altè præcingimur zona aurea, & lege diuinissima amoris.

Breuiter iam de remediis agamus. Primum est non permittere, vt diuturniores sint inimicitiæ, quod docet Chrysostomus in illa verba: 25.
Sol non occidat super iracundiam vestram; ideo exemplo Solis nos docet Saluator, *qui solem suum oriri facit.* Nota illud, *facit,* id est, quasi quotidie repugnantem venire in amicitiam inimicorum cogit, & vrget: *parece, que sale de mala gana à alumbrar peccadores, y Dios le da vna gran voz, o lease de la melena rubia y le dize haueis de salir.* amicitiæ enim reconciliatio per diem fieri debet, non per noctem dum frigus, & tepor viget: crescunt enim vt nebulæ absente sole inimicitiæ, & diuturniores factæ sunt simultates quamplurimæ; quia per vnam noctem durarunt. Secundum remedium est, id maximè procurare, vt in corde vestro aliqua amoris Dei scintilla permaneat: eius enim ardore omne virus, amarulentiam, iniuriarum memoriam consumere valebis. Domestica enim auis gallina quare carnes nutrit tantæ substantiæ, & pretij, nisi quia peculiarem calorem habet, quo varia, & multiplicia, quæ reiecta sunt, spurcissima, vilia, in optimam substantiam conuertit: *amad à Dios, y dirigireis niñerias, y vajezas.* Videte mitissimam Dei sponsam, quæ dum recens adhuc esset iniuria, patientissimè pertulit, Cant.5. 7. *Vulnerauerunt me, percusserunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum: gente, à quien yo no hauia offendido, puso manos en mi.* Valde offensa debet esse, & indignatione plena, dum refert querula iniurias sibi illatas prætereuntibus. Audite. *Adiuro vos filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectum, vt nuncietis ei: yo os coniuro que si veis al Rey, que le digais.* Quid delaturæ sunt ad regem? vt ad vindictam properet? vt pallium ablatum recuperet? minimè, sed quid? *quia amore langueo;* quid enim sunt, vel cuius momenti hæc probra, hæ iniuriæ etiam fœminæ, & reginæ illatæ, si in corde eius amor Christi est, languet ad vindictam animus, qui languet amore; quia amore langueo.

Tacebo (inquis) verùm inuisus est mihi, ciuitatem non intret; moriar enim dum videro: bona illi tribuat Deus, & super Cherubinos collocet, dum ego illum non videam. Tace, blasphemas; renuncias enim cælo, quò si ascendis, necessariò visurus es illum. Fateor in cælo non mihi grauem futurum illius aspectum: at hìc nolo, nec possum intueri. Certè iam proiectus, & temerarius es: dic qua ratione putas, & expectas in cælo videre illum tranquillè, si hìc priùs amanter non suscipis? an hæreditas illa datur spuriis, & dæmonis filiis, *an pacificis, qui filij Dei vocantur?* Vellem (inquis) videre aduersarium; qua tamen ratione fiet, vt mox mihi animus non ardeat, & grauiter stomachetur? Bene rogas; videas illum non oculis carnis, sed mentis, & spiritus, claude oculos humanum honorem aspicientes. Quorsum putas, in nocte tristissima passionis pertulit Dominus sanctissimos eius oculos obuelari linteo, nisi vt filiis suis hoc documentum opere commendaret, in causa honoris, & dedecoris optimam esse voluntariam quandam cæcitatem, & ignorantiam, nec disquirere oportere, *Quis est, qui me percussit?* nec prophanorum verba iram excitantia excipere;

Antidota contra iram, vindictam & simultates.

A simili.

Ab exemplo.

Cant.2.7.

26.

Absurda in tempore iræ vindicta.

Christus in passione exemplum patientiæ.

Matth.10.8.

pere;

27. pere; obtura aures, & claude oculos, si pacem, & Christum amas. Contrà verò morti proximus in cruce noluit Christus faciem obducere. Domine tege oculos, sicut cùm missio sanguinis infirmo facienda est: nimis enim crudelis est mors, &, quod grauius est, inimici circunstant insultantes, & probriis afficientes. Nequaquam (ait Dominus) veniat mors, videam ego illam potius, quàm eos, qui me percutiunt: *para que vosotros aprendais que quando passais el arrebatado rio de la deshonra, o cerreis los ojos, o mireis al cielo.* & si aperiendi sunt ad hoc tantùm, vt speculum istud, Christum in cruce pendentem intuearis; ecce inimici tui in cruce pendent, ecce inimicitia ipsa clauis confixa est, quibus aliis plagis amicum talem, & inimicum transfossum vis? Vide Lazarum sputis, clauis, spinis, verberibus, vibicibus plenum. Apage sis serpens venenate, ictum arundinis huius pertimesce, audax, & immanis fera, terræ profundissima penetra, time crucem istam, erubesce tantam patientiam, fuge Ecclesiam Christi, desere corda Christianorum, hæc mors, mors est simultatum, amor iste vita est inimicorum, & amicorum gloria.

Remedium contra iram & vindictam.

IN TVENDA ET COLENDA DEI amicitia, & gratia conseruanda, stabilitas & constantia suadetur.

INSTITVTIO XIII.

28. GRATIAM illam, quæ in omnibus iustificationibus (vt ait Ambrosius [a]) principaliter præeminet, suadendo exhortationibus, monendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium, corpúsque ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo, quasi Dei amicitiam, gloriæ pignus seruare, tueri, sanctissiméque colere, tibi (ô Adolescens) operæpretium est. Quamobrem vt tanti boni iacturam perhorrescas, spectaculum illud adolescentis insani & perditissimi proponam, qui cùm bona apud patrem conseruare deberet, portionem substantiæ seorsim acceptam decoxit, & in carnales mores totus defluxit, Iudaicum populum adumbrans, qui acceptam gratiam, & lumen minimè retinens, irâ inflammatum Paulum meruit audire: *O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati*, &c. *Sic stulti estis, vt cùm spiritu cœperitis, nunc carne cōsummemini.* O destituti mente, (sed vestram cæcitatem non tam vestræ dementiæ, quàm fascino Iudæorum tribuo, qui lumen & gratiam acceptam extra paternam tutelam possidere maluerunt) hinc effectum est, vt destituti gratiâ, & spirituali vita, carne, hoc est, legalibus cæremoniis, & circuncisione carnis cōsummemini. Quę verba eleganter expendit Bernardus [b]. *Quid enim tam euidenter gratiæ aduersatur, quàm si peccatis & vitiis successerit ingratitudo? tepescimus processu temporis à feruore conuersationis nostræ, paulatim refrigescit charitas, abundat iniquitas, vt consummemur carne, qui spiritu cœperamus. Quis vos fascinauit? quien os a aojado, deslumbrado, o encandilado. Si tamen sine causa, no veis que perdeis todo lo seruido?* Si tamen sine causa, an fortè frustrà erunt, & in vanum hucusque Deo exhibita officia & obsequia? Si tamen sine causa, an irrita erunt & euanida Christi merita, sanguis, Sacramenta, auxilia? *quis vos fascinauit?* certè fascinatio fuit nugacitatis, quæ obscurat bona, & peruertit intellectum, ne gratiæ dignitatem æstimet, nec amissam deploret, nec in seipso inferni speciem sine gratia videat. Quare tria persuadere conabor. Primum, quanti à te facienda sit gratia. Secundum, quæ iuuant ad illam retinendam. Tertium, vnde, & à quibus ad illam pateat incursus, vt aditus præcludere & hostes debellare contendas.

Exordium de dignitate gratiæ, & insania eam non retinentium. Thesis.

PARTITIO INSTITVTIONIS.

a Tom. 2. lib. 2. de vocat. gentium c. 9.

Galat. 3. 1.

b Ser. Missus est. Luc. 2. *Inuenisti gratiā.* vide alia ibid. *Timorem Domini reliquimus*, &c.

29. Principio, quantum bonum sit gratia, & Dei præsentiâ vegetari, ex ipsius ingrati populi ore audiamus, cui cùm promisisset Deus, vt notat Caietanus, *Habitabo in medio filiorum Israel, eróque eis Deus, & scient quia ego Dominus Deus eorum, qui eduxi eos de terra Ægypti, vt manerem inter illos, ego Dominus Deus ipsorum*; nunc autem non se ducem, sed Angelum missurum affirmat. *Mittam præcursorem tui Angelum, & non ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis est. Audiens populus sermonem hunc pessimum, luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo. oyo el pueblo la peor y mas desconsolada palabra que podia dezir Dios.* Caietanus [c], *Non ascendam tecum. Sermonem continentem supremum malum, vtpote negantem supremum bonum* *. Quòd si acerbum & pessimum est audire Angelum loco Dei substitui, quid si dæmon tentator accedat recedente Deo? Hæc omnia breui sententia comprehendit Ioel [d], *Hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti.* Nomine terræ homo intelligitur, qui cùm ante dæmonem incedit, felici

Quantum bonum sit gratia.

c Exodi 37.

* Sermonem pessimū, hoc est, crudelissimū atque mœstissimū, quod enim maius præstari potest beneficium, quàm Dei gratiam habere præsentem, ac conditorem suum agnoscere sibi esse propitium, aut quod maius est discrimen quā authoris ferre irā; nihil habet boni qui creatoris sui caret gratia atque præsentia. Rabanus in hunc locum Exod. 33.

d Cap. 2.

Digitized by Google

feliciter etiamsi ab eo tentari contingat, non consentit. Fit hortus Domini amœnissimus, qui omni flore vernat: *at post eum solitudo deserti.* nam cùm dæmon præcedit tanquam victor captiuum ducens, subitò mutatur in desertum terra, quæ nihil præter spinas & vepres germinat. vbi Septuaginta legunt, *Paradisus voluptatis terra ante faciem eius, & posteriora illius sicut campus solitudinis: el voluer Dios las espaldas, y dezir yo me voy, ego vado es trocar en desierto esteril el vergel del alma*; quapropter ille fuit perditissimi illius adolescentis error primus, à patre longè discedere; nullam enim est tam graue malum, quàm Dei amicitiam amittere, vt ipse populus testatur, qui audito illo verbo

Exod. 33. 15. pessimo ait, *Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto*: vale ex hac die dicimus omni spei terræ possidendæ, & fidei ac promissioni datæ Abrahæ: omnia enim vacua & euanida sunt, si Dei præsentiâ caremus. Verùm non mirum, si hoc fateatur Moyses, dum idem disertis verbis fassus est Cain, *Omnis qui inuenerit me, occidet me,* 30.
vt explicat Hieron. Semel à facie tua expulso agite mortales, bruta, & fera animantia, mihi certatim mortem inferte. Mirabilis quidem obsecratio! Dic mihi virorum profligatissime, sic Dei faciem expetis & diligis, vt ab eo diuelli nequeas, dum peccasti, nónne sine Deo eras? imò tui sceleris testem non esse putasti? quare ergo mortem ab aliena poscis manu potius quàm à facie Dei separari? certè non ex Dei amore nata est postulatio, sed vt ostendas peccatori à nullo mortalium posse ipsi maius infligi supplicium, quàm ipse sibi intulit, quando gratiâ se priuauit. *perdida vna vez la gracia por mi culpa, mate me quien quisiere, que ese no es mal comparado con esotro.* Quod ipse Deus sententiâ suâ confirmat: *Nequaquam ita fiet.* parum est te morte affici; grauius supplicium erit viuere, & sine Deo esse: amissio enim gratiæ Dei, & præsentiæ eius extremum supplicium est. vnde mala illa, quæ prodigum filium afflixerunt, nequeunt cum illo comparari: relicto patre peregrè profectus est in regionem longinquam; quamobrem statim, inquit Chrysologus [a], *migrauit in bestiam, paternæ pietatis immemor, gratiæ genitoris oblitus*; nec enim sine causa eâdem die cum animantibus creatus est homo, vt sciret quàm facilè & ad manum esset transire in bestiam, amissâ prima gratia, vt ait August. [b] *Factus sum similis pecori.* & hoc est, inquit, *ire in regionem longinquam*, à similitudine diuina ad bestiæ naturam transire: & hoc est quod ait Paulus, *vt cùm spiritu cœperitis, nunc carne consummemini.* imò & Deus ipse, *Non permanebit spiritus meus in homine, quoniam caro est.* Ideo, vt notat August. [c] quasi absentem, & à se longissimè distantem alloquitur Adam, Adam vbi es? ibi erat, sed dignus qui pellibus animantium indueretur, qui sine gratia totus transierat in bestiam. *Ecce quid factus sum, vt de captiuitate à te clamarem.* & media gratiæ conseruandæ prouideam.

Omnia vacua si Dei præsentia caret homo.

Prodigus filius.

a Serm. 2.

b In Ps. 70. 21.

c Cap. 15. Enchirid.

Secundò, gratiæ donum in primis amore, & timore conseruandum est. nam, vt ait D. Thom. [d] timor moderatus causa est attentionis & consilij; quæ duo maximè necessaria sunt ad rem pretiosam, gratiam conseruandam. & Tertullian. [e] *Timor fundamentum salutis est. sperando timebimus, timendo cauebimus, cauendo salui erimus.* Quare illi, qui ad gratiam vocatus est, dicitur, *ne deterius tibi aliquid contingat*: nam vbi timor non firmat & tuetur gratiam, non diutius perdurabit; sed amor iustitiæ & virtutis adiungi debet, inquit August. nam timorem iam iste habebat ex lege, quia Iudæus erat, modò verò ad tuendam gratiã spiritus & amor exiguntur, *quod non poterat lege terrente per litteram, sed spiritu sanante per gratiam.* Quare id solum à te peto ad seruandã gratiã, quod exhibuisti ad peccandũ, tũc enim, *nullus vrgebat timor, sed ipsius libido voluptásque peccati. Sicut ergo sine timore exhibuistis corpora vestra seruire iniquitati*, sic liberè & volenter exhibete *seruire iustitiæ in sanctificationẽ. cobrad amor a la virtud como amastes el vicio*; amanter suscipite, & tueri curate pulcerrimã gratiam Dei. *Sic ad iustè viuendum nullus vos supplicij metus vrgeat, sed ducat delectatio charitásq; iustitiæ.* Hoc ipsum alibi August. [f] oportet pœnitẽtes non solùm Deum timere iudicẽ, sed & iustũ diligere. *enamorado y temeroso qui te el penitente.* Secundò, præuisa habeat recidiua damna, quod obseruauit D. Cyprianus [g], in eadem verba Redemptoris. *Sospitantis Domini verba sunt, & docentis, curantis pariter, & monentis. Ecce, inquit, sanus factus es, iam noli peccare, nequid tibi deterius fiat. Dat viuendi morem, dat innocentiæ legem, postquam contulit sanitatem: minor enim est culpa deliquisse antè, cùm necdum nosceres disciplinam Dei.* addit seuerissima verba: *Nulla sit venia vltrà delinquere postquã Deum nosse cœpisti.* nullam veniã relinquit, vt bene monet Pamelius [h], sic peccantibus, quia satisfactionẽ longam requirit. & Chrysost. [i] *Et quid peius illi accidere poterat, qui triginta annos ægrotus iacuit? Multa profectò peiora, nempe peccatum.* & Gregor. [k] mirabilem expositionem affert his verbis Ecclesiast. 7. 15. *Ne iteres verbum in oratione tua, verbũ namque in oratione iterare, est post fletum cõmittere, quod rursum necesse sit flere,*

31.

d1. 2. Quæst. 44. artic. 4.

e De cult. fœm.

f In illud Rom. 6. *Sicut exhibuistis.*

g De disciplina & habitu virginum.

h In scholiis.

i In Matth. 12. hom. 44.

k 3. Par. cura. pasto. admonit. 31.

flere. nam licèt oratio sit in remedium data; at oratio post amissam gratiam infelicis animæ remedium est, vt ait Hieronymus. *Pœnitentium actus sunt infelicium remedia.* nam præsentem debet habere infelicitatem peccati pœnitens, qui verè dolet, & felicitatem gratiæ, quod grauissimum est malorum, sicut fuisse felicem auget aduersam fortunam. Alexandrinus Clemens significanter hoc expressit, dum ait: *Pœnitentia est tarda recordatio: acordar tarde, y desportar à medio dia quien tiene por andar larga iornada.* tenetur enim & circuitus vitare, & maturare gressum, & amissum tempus dolere, & nondum recuperauit gratiam semel amissam.

32. Tertiò, vitandæ sunt occasiones: quî enim poterit seruari gratia in ipsa relabendi occasione? probat hoc Ierem. 21. iussio illa diuina, vt videlicet deserta Hierosolyma non dubitet Sedecias populo sedare captiuū Nabuchodonosori. *Nam qui transfugerint ad Chaldæos, qui obsident vos, viuent, & erit anima sua quasi spolium. quien quisiere saluar su vida, vayase à Babylonia.* Quid ais Domine, vitam in Babylonia inueniet? nónne melius in Hierusalem salutem posses concedere? Minimè gentium, ait; Hierosolyma enim est locus, vbi vos deliquistis, à me odio habitus: gratia autem mea nec obtinenda est, nec seruanda in loco peccati. *posui enim faciem meam super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum,* comburenda est quasi theatrum abominationum, fugite. Vrget D. Petri authoritas. *Elementa* (in extrema die) *calore soluentur, cæli autem, qui nunc sunt, & terra, eodem verbo repositi sunt igni reseruati in diem iudicij.* Domine quorsum ista purgatio elementorum? num possunt qui iam beati sunt, à gratia desciscere? aut irrationali creaturæ quid peccati potuit adhærere? nihilominus tamen tam longè vult esse peccati occasionem, & locum ab iis, qui iam semel gratiam obtinuerunt, vt sicut diluuij aqua ignem concupiscentiæ extinxit, sic frigescentem charitatem calore ignis expurgabit, vt optimè notauit Gregorius [a], qui addit. *Tantum ascendet ignis iudicij, quantum ascenderunt aquæ diluuij.* declarat verba Gregorij D. Thom. *quantum ad ascensum purgationis, quia quantum ad effectum innouationis plus ascendet;* tanto enim odio prosequitur Deus peccatum, vt ipsa etiam loca peccati purgare decreuerit, *& elementa calore soluentur.* Angustiùs premit locus Matthæi, quem, ni fallor, alibi expendi. *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te,* vt longè à te sit quidquid fuit causa peccati. Sicut etiam Deus Abrahamo iussit, *Egredere de terra tua,* satis est Domine; *& de cognatione tua.* quorsum addis hæc? *& de domo Patris tui.* certè superflua hæc verba videntur. Falleris, inquit Ambros. [b] vide quæ subdit, *& veni in terram, quam monstrauero tibi.* Noua hæc gratia integrum affectum postulabat, & quia affectio eius poterat ligata esse vni ex his rebus, ideo sigillatim ea memorat, imò, vt notat Augustinus, [c] hæc verba in Mesopotamia audiuit, cùm iam longè abesset à Chaldæa, vt intelligat id ab eo denuo exposci, vt affectum & memoriam exuat: hæc enim ligant animum, & impediunt gratiam, vt videat pœnitens non frustrà iussisse confessarium, vt abdicaret à se fœminam, sed etiam donariola & pignora, licèt leuissima, & apud se seruata, *proiice abs te:* sicut etiam Leuitici lege statuit Deus, vt vas fictile, in quo sacrificium pro peccato fiebat, defricaretur; si æneum, si testaceum, confringeretur, ne qui accipiebat gratiam illam, putaret ab illa posse facilè deficere: iam enim erat præparatum vas ad reconciliationem renouandam.

2. Petri 3. ibid. D. Thō.

Gen. 7.

33. a Citatus à D. Thom. ibid.

Genes. 12.

b Lib. 1. de Abraham c. 2.

c Lib. 16. de ciuitate c. 15.

34. Quartò, eisdē rebus, quibus nata (vt ita dicam) in nobis gratia est, Deo auctore, eisdem enutrienda & retinenda est, Sacramentis, lacrymis, ieiunio, & oratione, maximè autem Dei præsentia, & Eucharistiæ frequenti sumptione. Nam pœna quæ in confessione imponitur, apta debet esse, *& ad debitum soluendum, & ad remedium præstandum,* vbi secreta quædam virtus animum à praua consuetudine seuocat, vt ingeniosè Augustinus [d] notat in illa verba, *quasi adamantem, & quasi silicem dedi faciem tuam:* adamas enim, vt ait Augustinus, præsentiâ suâ vim omnem aufert à magnete attrahendi ferrum. Præterea silex firmitatem & soliditatem denotat, Dei enim minister tacitâ & occultâ virtute animum à prauis deliberationibus, ne ferrum peccatorum attrahat, subducit, & sensim vim frangit, & propositi incepti soliditatem confirmat. Virorem verò gratiæ in Sacramentorum vsu, & præsentia Christi conseruandum, disertè docuit Bernardus [e]. Priùs enim superflua amputari oportere statuit. *non potest enim virtus pariter cum vitiis crescere. Tolle ergo superflua, & salubria resurgunt:* de quo iam diximus. Sed subdit sponsa, *Lectulus noster floridus.* Angustus quidem lectulus est, sed tibi, ô mi Christe, vernat floribus. Quid ais sponsa? flores nónne in lecto citò multis de causis marcescunt, quid memoras tristia, marcida, & quæ minimè comparantur Christo, qui est *flos campi, & lilium conuallium,* qui nunquam marcescit? nouit hoc

Nutrienda Sacramentis gratia, & aliis.

d Lib. 21. de ciuitate Dei c. 4.

e Ser. 58. in Cantica. Tempus putationis. vide Soto maior.

Cant. 2. 1.

Digitized by Google

hoc sponsa; verùm ex hoc ipso arripit occasionem illum inuitandi. Est Christus vt flos campi, quem nemo carpit; sed semper ex radice virorem & decorem seruat: sic Christus natura impeccabilis ex radice diuinitatis, & quia iuxta aquas visionis beatæ plantatus est, eiúsque virtutes eundem semper decorem seruant: nos verò sumus vt flores lectuli, recipimus enim decorem gratiæ, ornamus lectulum animæ; sed ô quàm citò marcescimus: nam alibi habemus radicem, etiamsi filij simus per gratiam. Igitur ne nostri marcescant flores, *veniat dilectus meus, nam lectulus noster floridus*, qui etiamsi nunc floret, statim sordesceret, nisi lilium conuallium aduentaret. Opus est igitur frequenti renouatione, & communione, ne gratia marcescat, & plane eisdem dispositionibus, quibus gratiam recipit anima, eisdem conseruanda venit: quare populus ille, qui absentiam Dei timens *luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo*, ita placauit Deum, vt videatur sententiam retractasse. *Semel ascendam in medio tui.* Sed addit: *Depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi: dexad las armas, y las galas, y el lucimiento, con eso ganastes mi gracia, con eso la conseruad.* Caietanus ait præcepisse Deum, vt monilia alia, & ornamenta, quæ adhuc in thecis & scriniis reseruabant, deponerent (est enim genus quoddam spiritualis proditionis ea reseruare quæ Deus odit.) Oleaster addit, ita ornatum semel deposuisse, vt nemo vsque ad terram promissam festiuum cultum indueririt. Sicut enim iudex, ad ferendam criminalem sententiam, etiamsi secundùm te, & vt liberum te mittat, priùs iubet, vt in carcerem mittaris, & inde loquaris per supplices libellos; sic Deus iubet etiam ad absolutionem, vt ornatum deponas. Igitur hæc eadem obserua, vt gratiam retineas. Hoc significat cinis Iob, cilicina vestis Iudith, & Esther, vincula scilicet apud se seruare, nec aliter coram iudice comparere velle.

35. Verumenimuero iam de tertio nobis agendum est; aduersùs enim perseuerentiam primus per inconstantiam incursus fit. contra quam eloquentiam suam armat Cyprianus [a]. *Parum est adipisci aliquid potuisse, plus est quod adeptum est, posse seruare. sicut & fides ipsa & natiuitas salutaris non accepta, sed custodita viuificat, nec statim consecutio, sed consummatio hominem Deo seruat* *. Augustinus [b] item: *O fratres mei, non tædeat incipere magna, nec fastidiat tenere inchoata, scientes quòd perseuerantia informat meritum, colorat boni propositum, remunerat currentem, coronat pugnantem, ducit ad brauium, conducit cunctos ad portum. Hæc est calcaneum bonæ operationis, quod contra serpentis morsum debemus obseruare. Hæc est virtus quæ Deum ligat; hæc est quæ omne bonum informat.* Nam quid putas ad conseruandam gratiam, & obtinendam maiorem iuuat quàm perseuerantia? ideo, inquit Gregorius [c], Maria prima post beatam Virginem gratiam illam videndi resuscitatum Christum promeruit. *Contigit vt eum sola tunc videret, quæ remanserat, vt quæreret, quia nimirum virtus boni operis perseuerantia est*; &, vt ait Bernardus [d], *nutrix est ad meritum, mediatrix ad præmium, soror patientiæ, constantiæ filia, propugnaculum sanctitatis. Tolle perseuerantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo.* Liquet hoc in damnatis, ex quorum ieiuniis, orationibus, flagellationibus, nullum succum exprimeres plus quàm de silice, quia vna illis perseuerantia defuit: sed, vt ait Dauid, omnia conuersa sunt illis in tempestatem & ventum, *ignis, grando, nix, glacies, & spiritus procellarum pars calicis eorum* [e]. 36. Secundò gratiæ hostis est vitium, quod in anima dominatur, & caput erigit, & regiam potestatem habet. *el vicio Rey.* Sic Goliath à Dauide iugulandus est, in ipso enim gloriantur & exultant Philistæi, quo extincto delentur omnes, vt liquet ex cantu fœminarum, *Saul mille, & Dauid decem millia*, cùm reuera vnum tantùm debellasset Philistæum. Hoc etiam est prudens illud consilium ciuitatis Abela, ad quod alludit verbum illud, *Qui interrogat, interroget in Abela. si pedis consejo yo os lo dare en Abela*, hoc est, in vrbe, in qua optimum consilium fuit, cùm circundaretur, & obsessam teneret dux Israëlis, tradere caput Seba proditoris, *Tradite mihi Seba*, quo semel occiso salua fuerunt omnia. Secus verò maximum salutis periculum agitur. nam veluti ardea præsentit naturali instinctu à quónam accipitrum vincenda sit, ita anima dum vitium aliquod veluti regem sedem animæ sinit occupare præsentit, etiamsi nunc altissimo sanctitatis volatu efferatur, tandem ab illo vitio gratiam amissuram, nisi se accingat ad illud profligandum, vt monet Basilius [f]. *Accingitor aduersùs vnum vitium, bellum instruito*; & alibi, *Nullum enim est adeò graue, quod non Dei timore peruincatur.*

37. Verùm cùm aliquarum animarum summa sit leuitas & infirmitas ad retinen-

dam

Exod. 33. Ornamenta etiam, significant arma. Seneca & Tullius.

a Lib. 1. Epist. 5.

* Ambrosius Epist. 11. ad Irenæum. *Si quis incola esse cœpit ciuitatis supernæ*, &c. Hier. ad Furiá epist. 16. de viduitate seruanda. Bernard. epist. 129. *Prorsus absque perseuerantia*, &c. Busæi Panariú v. *Inconstantia*. Greg. 29. Moralium c. 26. Iob 29. 18. *& sicut palma multiplicabo dies.*

b Serm. 8. ad fratres in eremo.

c Hom. 25. in Euang.

d Epist. 129.

e Psal. 148.

f Epist. ad Chilonem. & regul. fusiùs disput. interrogat. 70. in respõsione.

Frequentioris communionis ratio ad gratiam conseruandam.

Ornatus depositio quorsum ad gratiã conseruandã.

Nota. De examine particulari, vitij extirpandi, quod dominatur in nobis, auctor & Magister vsque ad obitum, noster P. Ignatius. Præterea vide S. Chrysost. hó. 80. in Ioan. *Discamus igitur*, & hom. 73. ad Popul. *Quem vestrũ rogo.* & hom. 10. in Gen. *Ne ita simpliciter.* Clariùs & fusiùs Cassianus collatione 5. cap. 14. *Ita nobis aduersùs vitia.* S. Cyprian. serm. de cœna Domi. Item Plutarch. lib. de cohibenda ira. Bern. in Cant. ser. 58. *Tempus putationis.* Basilius: Quæ quotidie feceris opera, vesperi tecũ commemora, & cũ his quæ pridie feceris confero.

dam gratiam, ad hoc genus animarum saluandum mirabilem artem adinuenit spiritus, quam etsi tectè Prophetis manifestauit [a], *Expandam super eos rete meum, quasi volucrem cæli detraham eos.* & [b], *Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos, & post hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte.* a Osee 7.12. b Ier.16.
Litteralis sensus est apud Theodoretum & Lyram, sed acutè spiritualem attigit Caietanus. Rete vocat Ecclesiam, Euangelium, & monasticam & religiosam vitam: sunt enim multi ex fidelibus, multæque fœminæ tam leues ad malum, tam proiectæ ad iniquitatem, inconstantes, inobedientes, qui si extra retia essent fidei, aut voti, aut religionis, haudquaquam in his perseuerarent, nec gratiam acceptam retinerent. Opus est vt Deus eos intra retia contineat, & blandè spiritualibus delitiis alliciat, & externis aliorum suppliciis exterreat, sicut animalia quæ in arca erant, quæ deforis horrore diluuij perculsa, & intus pabuli abundantiâ contenta quietissimam vitam egerunt, futurique sæculi semina conseruarunt, etiamsi ad tempus doleant sicut Iob, *Nunquid mare ego sum, aut cetus, quia circumdedisti me carcere?* Cap.7.12.

Quòd si animi leuitas tanta sit, vt millies (ait Augustinus) gratiam amittas, millies etiam recuperaturum spera: nam licèt possis peccare, potes melius quàm Angeli per pœnitentiam reparari; *hæc enim medietatem quandam demonstrat* (quæ hallò medio) *quæ pœnitendi humilitate altitudinem suam recipit.* Spe renouationis se consolatur Augustinus, & subodoratus est prodigus ille, cùm aiebat: Non sum dignus vocari filius tuus. Quare vocas Patrem, si non es dignus nomine filij? ita est, verùm ipse semper est pater, & ego si conuertar ad ipsum, semper possum esse filius, velim ego: ipse namque semper est paratus, vt regeneret me in filium. Ideo Cyprianus, *Nec irremissibile quod voluntarium, nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec hora extremitas, nec vita enormitas, si vera contritio sit, excludit à venia, sed in amplitudine sinus sui mater charitas prodigos suscipit, reuertentes omni tempore Dei gratia recipit pœnitentes.*

VERBVM PATRIS.
Exodi 33. vers. 20.

Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet.

Diuinæ disciplinæ lumen à Iudæo ad Ethnicum populum migraturum, & ante noctem mortis sedulò propriæ saluti incumbere persuadetur.

DISCVRSVS XXXVII.

1. Ioan. 8. TVLERVNT lapides Iudæi perfidi contra Iesum, cùm ipse (vt est summa eius bonitas) quasi sol mundi faciem lustrauit cæci nati, & suis radiis mirificè collustrauit, ita vt ex igne ab illis lapidibus excitato, & ex lumine in oculis cæci inserto, magnum, & perantiquum nobis affulgeat mysterium, & vmbra, atque figura præsentis mysterij lumini opposita clarissimè elucescat. Diuina iam familiaritate fretus postulat Moyses *Exod. cap.* 33. 23. totius populi personam agens (vt expressè affirmat D. Augustinus [a], & valde obseruandum est, & in quo totius mysterij intelligentia consistit) vt in nomine totius populi Deum tangibilem, & comprehensibilem desiderantis ostendat illi gloriam suam. *Ostende mihi gloriam tuam.* locum habuit postulatio eius in hanc formam: *Posteriora mea videbis; faciem autem meam videre non poteris.* Statim difficultas consurgit, & interrogatio:

Lumine cæcus afficitur, & Scriptura declaratur.

INTRODVCTIO AD EVANGELIVM.

a Quæst. 154. tom.4. in quæstionibus super Exod. & citatur à Lippomano. Cant.2.4. Exod.33.23

Domine, cupidissimè appetis omnes ad te creaturas conuerti, siquidem nefariores, & miserabiliores, & peccatorem impudenter terga vertentem vocas, *reuertere auersatrix Israel*: modò verò non Moysi solùm, sed populo vniuerso (cuius vices gerit) faciem tuam expetenti solam tui vmbram, & hanc tenuissimam, & transeuntem à tergo concedis? D. Augustinus, qui felicissimè fere semper hæc abstrusa mysteria venatur, facem nobis in media ista vmbra præfert. Non fuit (inquit) aspera responsio ista, nec repellens amicum, sed mysterio, & significatione plena. Tanta futura erat huius populi, cuius personam agit Moyses, cæcitas, & obduratio, vt iustitiæ solem coram se habens habitu hominis inuentum non solùm non agnosceret, verùm contra illum insurrecturus, & terga illi daturus sit, ideo duci eius concedit maiorem facultatem, quin potiùs denegat: nam cæci Iudæi ita in tenebris ambulabant, vt solem ipsum in crucem tollere non dubitauerint; & quidem semper 2.

Moysi vice totius populi Dei aspectum postulanti eo denegatur. Ier.3.12.

Digitized by Google

semper cæci: nam si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent; quare glossa hic, *posteriora mea videbis*; & quæ sunt ista? *Incarnationem videbis, faciem autem meam non videbis: tendras me delante, y no me conoceras, veras el bulto del que nace, crece, muere: pero no creeras, que esta ay la Diuinidad escondida.* Quod quàm verum sit, nónne satis ostendunt lapides isti, quos in templo paulo antè tulerunt Iudæi, quibus quasi coactus est sol iustitiæ terga illis vertere? Causam autem huius tergiuersationis seueræ Christi, lapides istos fuisse, ipsa figura, & historia declarat. Ait etenim Dominus Moysi: Accede; vis videre gloriam meam? hoc igitur ita fiet. *Stabis supra petram, vel iuxta petram: pondraste de tras de esta piedra*; (petra namque futura erat, quæ Deum videre obstaret, & prohiberet) vtique significans eos lapides, quos isti contra gloriam Patris extulerunt: illis igitur (non Moysi, neque multis, qui postea crediderunt, vt ipse notat Augustinus [a]) terga dedit Christus, & non causa metus; petram enim petra non timet: immo ex vtriusque collisione lumen effulsit, quo visus cæco restitutus est. Vertit ergo terga; quia hodierna die redemptionis nostræ adumbratio quædam fiebat: *haziase vn ensaye de la redempcion*: redimere autem quid aliud est, quàm in humeros transferre pœnam delinquentis, & abolere culpā. Terga igitur dat Christus, & occasionem, & lapides arripientes peccatores initium redemptionis agunt, onera peccatorum illi imponentes, qui abstulit peccata mundi, hoc est, *supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.* Quid hoc? Deus peccatis oneratus est? ita, alienis nempe: qua tamen ratione tam graues lapides, tam alta terga attingere potuerunt? Abieci me, terga dedi, vt onus imponant; quomodo vnus soluit, & fert multorum peccata? feci fideiussores, & vades hominum terga mea, & in tam nobili, & firmo fundamento lapides pœnarum suarum imposuerunt, & superædificauerunt iniquitatem. *prolongauerunt iniquitatem suam*, & cùm tanta sint onera, quid mirum, si gemam, & conquerar, & sub onere laborem, qui Deus sum? *molieron las espaldas del hijo de Dios. Contritus est propter scelera nostra, Dominus voluit conterere eum in infirmitate: con la flaqueza flaqueò el edificio.* Hodie tamen cùm peccatores lapides intentant, superimponere non fugit, quin potiùs illis terga dat ad onus ferendum, & ad declarandum mysterium. Redeam ergo ad vmbram mysterij, vt penitus illustretur. Modus ostendendi gloriam suam Moysi fuit, *in foramine petræ ponam te, cùm transibit gloria mea, & protegam te dextera mea, donec transeam.* Notanda quidem verba, tunc præcipuè, cùm illo videre postulat petram illi opponere, & tenuissimum per rimulam aspectum concedere. D. Gregorius, & Basilius asserunt foramen istud fidem esse, qua certò res videntur, sed non clarè, sed cum aliqua obscuritate *transitus* ille denotat (vt notat Eucherius [b]) cùm de cordibus Iudæorum subrepente perfidia, recessit, & ad Gentes transiit: protectio autem dexteræ est claræ cognitionis abnegatio; quasi diceret, populus iste tuus lapidibus improbè contra me obstinationis eleuando, id efficiet, vt nec fidei lumen, quod per foramen aliis datur, illi percipiant obstante manu mea, qua obuelabo, & detinebo oculos eorum. Quid causæ Domine fuit tantæ reprobationis? Dicam: nónne naturale est cùm ictus minatur caput, porrigere manum, & leuare brachium? sic igitur cùm illi parent lapides, *protegam te dextera mea: yo les castigare su descortesia dexandolos à escuras sin luz de fee. excæca cor populi huius*, hoc est, prædica excæcandum; opponent enim illi priùs lapides, & postea opponam ego manum meam, interim autem me populo Gentili nunc cæco visendum, & adorandum præbebo, & tunc mirabilis prouidentia patebit; *hoc est autem iudicium: mirad la prouidencia de Dios*, vt me iam præsente in mundo fiet, *vt qui non vident, videant*, & qui videre se putant, ipso in lumine cæci fiant. Exclamat Moyses, *Dominator Domine Deus, misericors, & clemens: gran señor de señores Dios, misericordioso, y clemente*; nunc sic exclamas? sic canis? *à proposito por cierto? al tiempo de la significacion, y en sayes de rigor, y castigos le llamais misericordioso?* Ita, ait Moyses, nam in hoc facto sicut se Dominum gratiæ, & donorum ostendit, sic se benignum, & munificum demonstrauit; nam si paucis, & his obstinatis, seuerus fuit, datos oculos auferens ob eorum crimina, isti cæco concedit lumina, quibus orbatus erat. Ingenua quidem animaduertendi ratio, cum ipsis beneficiis fit. Aufert regnum Sauli, sed concedit Dauidi; exturbat à sacerdotio Heli, vt tamen substituat Samuelem; perditum apostatam laqueo permittit, & tunc temporis latroni paradisum promittit; stultos facit hos sacerdotes, sed mendicum cæcum vtroque lumine prælucere facit; aufert à perfido Iudæo lumen, quod idem Gentili populo liberalissimè impertitur. Hoc igitur mysterium est illius petræ, & harum, quas paulo antè refert Ioannes tulisse Iudæos, sed vmbra erat; accedat iam Euangelij veritas.

5\. *Præteriens Iesus vidit hominem cæcum.* Ex his, quæ diximus, satis constare potest, nulla ratione teneri Saluatorem hoc miraculum patrare, cùm paulo antè *tulerunt lapides Iudæi* contra illum: at nihilominus mitissimus rex respectum habuit ad munus suum, & personam, quæ benefacere venerat, & vt ipse ait, *me oportet operari opera Patris mei, qui misit me.* Iacet confossus gladio in platea, non est, qui clamet, & causam defuncti suscipiat. Iudex ipse tunc ex munere suo causæ patrocinatur; sic Christus Dominus inquit: *De officio me conuiene obrar las obras de mi Padre; y mas las desamparadas*; quia licèt ex parte diuinitatis nulla meis meritis fiat accessio: at in quantum homo ad hoc veni, hoc meum munus est, prout in litteris meæ legationis continetur. *Ecce dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ*: statimque declarat ad quid venerit, nempe vt *sit lumen cæcis*, &c. Ex quibus liquet satis reges, & omnes, qui præsunt, in nulla re vindictæ cupiditatem, vel alium immoderatum affectum ostensuros; multo tamen minus vindicaturos iniurias in rebus, quæ muneris sui sunt. Primum hoc etiam Gentiles homines admonent: plurima enim seges irascendi, & vindictæ materia est. *Quod enim nomen tuum est* (inquit Seneca [a]) *quo non improbanda videat? nunquam irasci desinet,*

Lapides isti traxisse terga dare, non faciem coëgerunt Deum.

Exod.33.21.

a Eadem quæst.

Psal. 128. 3.

Isai. 53.5.

3\. Exod.33.22.

Suis lapidibus Iudæi sibi ipsis fidem abstulerunt.

b Apud Lippom. sup. Exod.

Exod.33.23.

4\.

Lumen fidei datur gentili.

Ioan.9.39.

Exod.34.6.

Ioan.9.1.

Ex officio pietatis Saluator benefacit.

Ioan. 10.31.

Ioan.9.4.

Simile.

Isai.49.6.

Principes & magistratus vindictæ nequaquam sumant in his quæ muneris sui sunt.

a 2. De ira.

desinet, si semel cœperit, & omnis illi per iracundiam, mærorémque vita transibit. Quare non solùm affectum istum tollat, qui præest, sed omnino vincat; siquidem *hac est celeberrima virtus, hac animi suspiciendi moderatio, vincere iram, & inter simultates quoque vincere animum*, aiebat Quintilianus [a]. Nec dicant hanc esse demissionem, & animi exiguitatem; his enim respondet Seneca [b]: *Scio quod hi mersus non sine quadam humilitate animi eueniunt supprimentis se, ac descendentis: princeps autem à nullo contemnitur, magnitudinem suam nouit, nullique tantum licere, renunciat sibi.* Et Tacitus [c]: *Conuicia si irascare, agnita videntur, spreta exolescunt.* Præluceat tibi Græci regis Syracusanorum exemplum. Hiero rex adeò patienti animo contumelias tulit, vt eos noluerit admonitos, qui etiam præsenti, & audienti ei multa conuitia, in quibus graueolentiam, obiecerant, quo de vitio oris cùm vxorem suam incusaret quòd se non admonuisset, tum illa, putare se omnes viros ita olere respondit: in quo & viri moderationem, & vxoris affectum possis suscipere. Ideo præterit Iesus, & quasi missa facit probra, & iniurias Pharisæorum. Secundum erat, cùm vindictam sumit, nequaquam fieri debere in illis rebus, quæ sui muneris sunt; nam munus non irascitur: *el officio no se altera, nos enoia, es vna idea superior à todo lo del suelo, vn elemento simple, que en el coraçon su lugar natural no se altera.* Abiecti animi argumentum est in rebus muneris sui vindictam meditari. Sicut si Episcopus iniuriis lacessitus vltionem exequeretur, nolens paruulos confirmare, vel ordinationes facere. 2. Reg. 12. excitauit populus tumultum, & grandem vocem postulans regem; res quidem non solùm Deo offensa, & grauis, sed ipsi Samueli præsidenti ignominiæ plena: *era quitarle la mitra, y corona en vn dia a Samuel, y dexarle hecho vn pobre escudero.* Creauit illis regem, summáque animi moderatione factum exprobrauit, paritérque ad verum Dei cultum exhortatus est; vt autem sciatis quàm placidè rem tulerim, & quòd propter hoc nulla ratione meo defungar munere, audite: *Absit à me hoc peccatum in Dominum, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam rectam; Dios nos libre de tal cosa, que yo dexe de hazer mi officio, yo rogare por vos otros, y os predicare el temor de Dios: igitur timete Dominum.* Nónne iniquum esset, quia Prælatus suscepit inimicitias cum aliquo, curationem animæ abnegaret illi? & minister regis, eo quòd inciderit in alicuius odium, negotij expeditionem retardaret, vel omnino tolleret? Ira magna excanduisse videtur Deus in Adamum, sed non omnino deseruit, sed vestes illi prouidit: & voluit Dauidem in Psalterio hoc diuinæ pietatis documentum concinere: *Si autem dereliquerint legem meam, visitabo in verberibus iniquitates eorum; misericordiam autem meam non dispergam ab eo: no mi vengare en mi officio, que es hazer misericordia.* Quòd si turpe est in munere vindictam sumere, quod nefas esset munus obire, & emere, vt ibi vindictas omnes exequi posset? sicut si quis daret operam arti medicæ, vt solùm impunè posset homines perimere. O nefas inauditum! *tal es el de estos, que compran el officio para tener debaxo à su enemigo, y vengarse del en el tribunal.* Verus tamen nostrarum pastor animarum dum lapidibus impetitur, dat locum iræ, & inhibet impetum, terga vertens: mox tamen viso cæco ad munus suum, atque ad mores suos redit benefaciendi, & sanandi, *præteriens.*

Margin notes (left column): 6. — a Declamatione 9. — b 3. De ira. — c 4. Annal. — 7. — Psal. 88. 31. — Emptio munerum ad vindictam absurda.

Præteriens Iesus vidit hominem cæcum. Obiter & munus ostendit, & affectum; ad id enim coniecit oculos, quod sui muneris erat, & nostri remedij: *Fueronse le los ojos al sugeto miserable como materia de su officio*; oculis enim animi affectus patefit. planè ibi ostendit, & in eo esse vt bene nobis faciat in nundinis, ad quas omnes expetitæ merces inuehuntur, omnia patent oculis. Sed nota ad quas merces cupidi inspectores oculos mittunt, & planè eorum amorem cognosces, eques enim ad equos, & strata pretiosa, agricola ad boues, doctus ad libros, miles ad arma oculis, & affectu tendit. Quare ingeniosè finxit Homerus rationem, qua agnouit Achillem sapiens Vlysses: nam cùm fœmineo cultu indutus Achilles ad nundinas accessisset, animum, oculos, & manum non ad murenulas, nec ad monilia, nec ad vitreos annulos, sed ad arcum, & sagittas misit: *vos sou Achiles sin mas ver.* Quare in nundinis huius mundi si vis cuiusquam animum nosse, vide quò feratur oculis, auarus ad numos, impudicus ad aspectum pulcri, sculptor ad lignum, argentarius ad æs, & aurum. Tu verò Domine, qui ad nundinas etiam descendisti, quò duceris affectu? in quæ magis inclinas animum? *en que reparais, que os lleua los ojos en esta nuestra feria? Ad quem respiciam, nisi ad pauperem, & contritum corde, & trementem sermones meos. Vidit hominem cæcum à natiuitate. Ha mi Dios y a os hemos conocido.* Nouimus te, ô Emanuel, nouimus affectum, cùm eras in secreto sinu diuinitatis absconditus, non mirum fuit ignorasse nos quid velis, quid arrideat, quibus oblectetur Deus; cùm verò ad nundinas mundi venisti, nouimus affectum, non solùm tuum, sed reliquorum hominum: Sacerdos enim præteriit, homine illo semiuiuo in itinere relicto; quia solùm iniecerat oculos in oblationes, Leuita ad sacrificia, diues suis delitiis, eques vanitatibus, aulicus ambitionibus intenti erant, & iacebat ægrotus in itinere ab Hierusalem in Iericho oblitus, sed ea erat causa, *tibi (enim) derelictus est pauper: que para vos señor se guardaua esta vista, este era de vuestro officio, rico mercader dar salud, y poner los ojos en sugetos miserables.* O mea salus, & quàm citò hunc affectum, & inclinationem manifestasti, vix octauum attingis diem, cùm pretioso effuso balsamo sanguinis, vnguenti etiam nomine insigniri vis: *vocatum est nomen eius Iesus*, vt mox ab omnibus cognosceretere; sicut in taberna institoria, aut mercatorum sericorum pendent in publico partes aliquæ telarum, atque sericorum explicatæ, quæ & per se nitent, & exemplaria sunt telarum, ac sericorum, quæ inuoluta cernuntur, aut intus in arcis custodiuntur. Quid significat Domine sanguis pueri citò effusus? quid stella super præsepe? certè id, quod pars telæ pro foribus mercatoris pendentis: *aqui se vende tela, aqui salud, aqui luz.* Hodierna tamen die cùm videret suas merces parum expendi in templo, & domo salutis, sumit arculam cælestium donorum, & ad humeros attollens circunfert diuinas merces: *hay quien compre luz, salud, y vida? præteriens: ea que se da de valde? hay qui*

en

Margin notes (right column): 8. — Ioan. 9. 1. — Munus & affectus Christi benefacere. — Isai. 66. 2. — 9. — Psal. 10. 14. — Matth. 1. 25. — Simile.

Digitized by Google

en quiera abrir los ojos, sanar de veras? Diues
misericordiarum siste, te vocat anima mea, ne il-
Psal. 68. 30. lam praetereas, *ego sum pauper, & dolens*, pete
& tu anima peccatrix, nihil aliud in votis ha-
10. bet, quam vt merces expendantur. Qua (obse-
cro) alia ratione, quo alio munere fungi debue-
rat in terris salus, nisi sanandi, Deus, nisi dandi?
Hoc idem existimo tanquam summum Theolo-
gum, pariter & Pontificem probasse Grego-
a Moral. lib. 2. cap. 23. rium [a]. *Redemptor noster per hoc, quòd Deus
est cum Patre, dat omnia; per hoc verò, quòd
homo est, à Patre accipit omnia: por el mismo ca-
so, que es hijo de Dios, y tan bueno como su Pa-
dre, muestra el ser tan bueno, en darlo todo.* ir-
refragabile testimonium diuinitatis, quod ar-
gumento logico vrgentiori efficio, (*Christum es-
se summum bonum*; Christus quacunque praete-
rit, etiamsi obiter eat, dat omnia, sicut Pater

Christus summum bonum, & Deus ex liberalitate probatur.

bonitatem, communicans pedem isti, manum
illi, oculos alteri, vitam mortuis; est ergo bo-
num, & natura bonum, & summum, & infi-
nitum bonum, dum non tot accedunt, quot
possent salutem, & vitam haurire, atque in
cruce moriens quidquid apud nos, atque apud
Patrem habebat, deprompsit, exhausit; er-
go summè communicatiuus; ergo Deus; ergo
Patri aequalis. Probo, quia accipere homi-
nis est, dare, & sic dare Dei est, *Deus est, cum
Patre dat omnia*; sileat Dialectica, dum sum-
ma Petri Theologia fatur. *Iesus*, ecce nomen
Act. 10. 38. officij, *pertransiit benefaciendo, & sanando o-
mnes oppressos; quoniam Deus erat in illo: por
esso passo haziendo bien, y tanto porque esta-
na Dios en aquella humanidad.* Definitionem
posuit, & definitum, Deum nempe summum
esse bonum. Agite diuites, exultate poten-
tes, porrigite manus, vos vincit argumentum,
vos erudit exemplum, non mihi negabis cupe-
11. re vos esse filios Dei, sustinete me dum efficio
Eccli. 18. 12. vos deos esse fratrum vestrorum. *Miseratio ho-
minis circa proximum suum; misericordia autem
Dei super omnem carnem.* Est Deus vniuersa-
le bonum, cuncta prouidens, & adimplens, ita
vt Hispani nostri vernacula antiqua vocabant,
el dador, juro por el dador, & cùm tanta sint
Dei bona, in tantos gratia dispergitur, *super o-
mnem carnem: à todos remedia Dios; miseratio*
(verò) *hominis circa proximum suum*, cùm mi-
12. nor sit, ad proxima extenditur. Quare haec
est differentia inter vtrumque Doctorem, quòd
dator ille est Deus magnus; dator verò iste est
Deus paruus: *sois vn Dios pequeño.* Quo au-
tem argumento probabitur? si videlicet qui
circa vos est, proximum vel loco, vel necessi-
tate, vel necessitudine coniunctum ad instar
Dei magni alitis, & sustentatis; quod si non
1. Ioan. 3. 17. facitis, ait Ioannes, *quomodo charitas Dei est
in illo?* ergo si daret, testimonium esset Deum
in illo esse, sicut in Dei filio, sicut in praede-
stinato: aestima igitur filiationem istam (ô di-
ues) plusquam facultates, & in hoc Dei filium
esse manifesta, quòd *praeteriens* vides, & pro-
Simile. uides, & indigentibus bona impertiris. Diui-
tes existimare se debent tanquam nubes, in
quibus Deus aquam continet, & in sublime
extulit, vt inde siccam, feracem, & vberio-
rem fluentibus suis efficiant, quas cùm tenuis
aura versat, minutatim aquam stillant: si ve-
rò validiori vento comprimantur, tunc vber-
rimè sese super terram effundunt. Eadem ra-

Filij Dei & dij dicuntur, misericordes.

tione in excelso diuitiarum, & in potentiori- *Eleemosyna obiter etiam elargienda.*
bus continet Deus, atque suspendit aquam
illam fluxarum diuitiarum, & temporalium
bonorum eleuauit, extulit, & prae aliis in su-
blimi posuit, vt ibi superbiatis? vt vobis aquam
arrogetis? minimè, sed vt ex alto, & eminen-
ti loco indigentissimorum siccitatem, & sterili-
tatem vestris imbribus adiuuetis, cùm paruae
necessitates, & miseriae, & quasi obiter vos
tangunt, tunc transeuntes etiam aliquas minu-
tiores eleemosynas porrigite: cùm verò domi
plenior notitia grauiorum egenorum cor ve-
strum pungit, tunc vberiores largitiones mit-
tendae sunt, Christum Dominum imitantes,
qui etiamsi multa transiens benefaciendo, &
sanando contulit, plurima tamen, immo o-
mnia sedens in cruce, & in caelo exhausit bo-
na. *Qui descendit, ipse est, qui ascendit super* Ephes. 4. 9.
*omnes caelos, vt adimpleret omnia: no le quedo pa-
riente pobre, todo lo lleno el cielo, y la tierra. prae-
teriens.*

Magister, quis peccauit, hic, an parentes 13.
eius. Quàm citò accusant homines, & cau- Ioan. 9. 2.
sam suscipiunt aliorum criminum, vix speciem
quandam delicti vident, vel audiunt, cùm
iam scribunt contra eum, nec deest aduoca-
tus, qui vrgeat negotium, hoc est, quod as-
serebat Iob, cùm ad amicos suos ait, *Num-* Cap. 13. 8.
*quid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare
nitimini?* D. Augustinus legit, *An subtrahitis
vos iudices fieri? quereis le hurtar à Dios la va-
ra, y tomarle el officio, esso hazen hazerse Al-
cades, pues hagamos burla dellos.* Age homo,
accipe virgam, & reside hodie in iudiciali so-
lio, ibique dirimes lites, & ius dices. En in-
trant rex vnus, & Propheta accusat Dauidem
de latrocinio: abstulit enim ouem vnicam à
pastore dilectam; eia dicito sententiam. Apa-
ge sint ista crimina à nostro tribunali, regi le-
uissima sunt ista, quid leoni ouem vnam diri-
pere? *que es vna oueja para vn leon, y que mu-
cho la hurte vn Rey?* iam iniquè, ineptèque de
re graui iudicas: *buena alcaldada balaado vn
dia, que le dan la vara engañado va.* nam Deus
causam perspiciens, & inquirens, contra Daui-
dem pronunciat; quia furatus est rex vxorem
militis sui, *in quadruplum soluat ouem*, ita vt 4. Reg. 12. 6.
breui tempore tres filij intereant, Ammon, Ab-
salon, & Adonias, & recens natus de Bethsa-
bee. Duo alij litigantes accedunt, Barbari nem-
pe Melitensis insulae, accusantes Paulum, tabu-
lae contra eum sunt, vipera digitum Apostoli 14.
mordens, accusant de homicidio. *Vtique homici-* Actor. 28. 4.
*da est homo hic, qui cùm euaserit de mari, vltio
non sinit eum viuere.* O iniqui rerum aestimato-
res, tunc Paulus excutit serpentem, & incolu-
mis, atque illaesus euadit, è vestigio mutant sen-
tentiam, & iudicant Deum esse, qui sic morti
imperat. O imperiti! videte homines vestrorum
iudiciorum ineptiam, non est Deus, sed homo.
Vt autem suae infirmitatis memor sit, hanc ob-
uenire tentationem permisit: videte in aliis
causis qualem feratis sententiam; tentari enim
humanum est, excutere autem tentationem
opus diuinum. Tertium locum tenet causa
Iob, accusatores amici, tabulae plagarum sunt
nuditas, vulnera, dolores, vt ipse testatur. *Ru-* Iob 16. 9.
gae meae testimonium perhibent contra me. pronun-
ciant contra illum iudices fieri non posse non
esse peccatorem, qui sic vexatur, & corripi-

Sciri iudices sunt mortales in alios homines.

Error in iudicando fratribus.

tur, peccatum habet. Præſidebat iudicio Deus,
& in medio Deorum diiudicabat: *y en renitta*
ſentencia que ſon vnos necios, nimis audenter, &
temerarie de diuina prouidentia iudicium fe-
rentes; labores namque bonis, vt probet, &
purificet, diſpenſat; iniquis, vt corripiat, vel
mala ſempiterna iam in hoc ſæculo prægu-
ſtent. Quartum ſumit locum cauſa filij Dei co-
ram Pilato, tabulæ contra eum ſunt peccata ab
Adamo vſque ad ipſum rubro ſanguine anima-
lium per multa ſæcula conſignata. Age quid
Ioan.18.38. tibi videtur Pilate? *Ego nullam inuenio cauſam.*
O inſipientiam! Et tibi Caipha, qua via in-
Ioan.11.50. cedendum in hac cauſa? *Oportet vt vnus mo-*
riatur homo pro populo. O imperite, ſapientiſſi-
mè, quod tu ignorabas, effutiſti: & tu homo
quod iudicium feres de opere, & de homine
iſto? Ego quidem (ais) opus ſummæ miſericor-
diæ dixerim, mori vnum pro omnibus. Non
omnino aberras, (inquit Paulus) ſed vide qua
ratione opus ſummæ miſericordiæ, extremæ
indignationis, & iuſtitiæ ſit appellandum.
Rom.3.25. *Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in*
15. *ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, pro-*
pter remiſſionem præcedentium delictorum, in ſu-
ſtentatione Dei, ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in
hoc tempore. Vide quoties repetit *oſtenſionem*
iuſtitiæ, ne tibi contingat leniter ferri temera-
rio iudicio: nam vbi putares ingentem eſſe mi-
ſericordiam, ibi ſummam reſidere iuſtitiam
reperies, ſicque fit, vt vbi putas eſſe miſericor-
diam, ibi iuſtitiæ locus ſit, & damnationis iu-
ſtitia: *viue vn hombre en peccado gordo, y con-*
tento, y dezis, dichoſo, no le caſtiga Dios; ſed
graue ſupplicium eſt, quod illi videtur miſeri-
cordia; vnde Auguſtinus aiebat nullam ſibi vi-
deri maiorem eſſe tentationem, quàm num-
quam tentari. Quintò claudat iudicium hu-
ius noſtri cæci cauſa, accuſatores agunt diſci-
Ioan.9.2. puli Chriſti, *Quis peccauit, hic, an parentes*
eius? reſpondet Sapientia negatiuè: *neque hic*
peccauit, neque parentes eius. Igitur mortales
ſuſpendite iudicia veſtra, diuinum expectate iu-
dicium. In lege præſcriptum erat, cùm alicui
vſtulæ aliquæ, vel maculæ fronti adhærerent,
deferretur ad ſacerdotem, nulli alteri iudicio
loco dato, quo de lepra diſquireretur. Ne igi-
tur vos ob minima quæque, quæ apparent, fe-
Ibid. 50. ratis iudicium, quæ exteriora ſunt, *eſt qui quæ-*
Pſalm.72.2. *rat, & iudicet*; ſed cum Dauide dicite, *Penè ef-*
fuſi ſunt greſſus mei, pacem peccatorum videns:
el eſtribo perdia, y ſe me calaua por los pies mi-
rando variedades de mundo, que el llama fortu-
nas; verumtamen mox continui iudicium, *donec*
Ibid. 17. *intrem in ſanctuarium Dei, & intelligam in nouiſ-*
ſimis eorum, quo reſerato multa, quæ ignoramus,
cognoſcemus: ideo Seruator ait, *neque hic pec-*
cauit, &c.

16. *Me oportet operari opera Patris mei, donec*
Ioan.8.4. *dies eſt.* O notanda verba! ſalutarium con-
cionum thema ſelectiſſimum, & ſi liceret quo-
tidianum, eſt dies (inquit) & eſt superuentu-
Seriò & impenſè ante mortem laborandum. ra nox mihi, qui Dei filius ſum, & nequaquam
ab hæreditate poſſum exturbari: optimum eſt
ſeriò antequam ingruat nox opera omnia ſa-
lutis veſtræ exequi. Dicam breuiter duo, quæ
Vita dies. lucem præbeant dicendis. Vita dicitur dies, ne
longa ſpatia temporis tibi supereſſe exiſtima-
res: nam dies breuior menſura eſt naturalis,
earum quas cæli motus dimetitur; hora enim
naturalis menſura non eſt, ſed artificialis, are-
na, rotis, vel aqua ſignata. Rurſus opera Pa- *Opera patris quæ dicantur.*
tris cæleſtis ea vocantur, quæ ad ſaluandas
animas diriguntur; ſicut vocamus poſtremam
voluntatem ea bona, quæ pater teſtamento fi-
lio legauit: *vt facerem voluntatem tuam.* qua- Pſalm.39.9.
ſi diceret, animas ſaluas facere, & illas ipſas
ſibi conſulere, opus eſt per diem, non per no-
ctem perficiendum. Ecce Chriſtiane vrgentiſ-
ſimam rationem ſeriò incumbendi negotio tuæ
ſaluationis. In maximo negotio, & operoſiſſi- *Probatio à ratione.*
mo induſtriæ filij Dei commendato, in quo per-
ficiendo triginta & tres anni inſumpti ſunt;
ſtudioſus negociator illud in vltimo vitæ pun-
cto peregit, quo deficiente imperfectum omni-
no remaneret. Tu, cui idem negotium, non ea-
dem induſtria, minor ſedulitas, ſpatium idem
vnius diei datum eſt, quantum tibi laborandum,
& inſudandum videtur? præcipuè cùm in vlti-
mo vitæ calce æternus lapſus poſſit tibi contin-
gere, talis eſt vita, tale periculum, talis infir-
mitas. *El negocio de negocios, que paſsò por ma-*
nos de hijo de Dios, y no cupò ſi no en vn dia 17.
treinta, y tres años de vida de Dios hombre, y
con appreſſurarſe tanto ſe vinò a acabar en el vl-
timo punto del dia de ſu vida, que fue la muer-
te, y haſta alli huuo, que hazer, y ſi eſſo falta-
ra no ſe hiziera nada (ſuppoſito decreto diui-
no) *à vos no os dan mas de vn dia para el*
miſmo negocio, no os parece, que ſera neceſſa-
rio obrar, y preſto, y haſta el vltimo punto;
porque quiza en el poſtrero os condenareis? O tre-
menda verba, mors non intellecta venit, nec
longior erit mora, quam vnius diei, & appe-
tente nocte ampliùs operandi facultas negatur.
O obſcura nox! ò felix dies! vos vt potero iam-
iam deſcribam.

Donec dies eſt. Vis noſſe pretium huius diei, 18.
in quo tua res, & corona agitur? Cùm ſit vita *Dies vitæ*
iſta (vt ait D. Thomas) paulo minus mala infer- *quanti æſti-*
no, ſuperat in aliquo cæleſtem, quam degunt *mandus.*
beati. In quo eſt iſte exceſſus? in illo *paulo minus*,
in quo melior eſt inferno, potior eſt cælo; nem-
pe quia dies eſt, lux eſt, occaſio eſt, ſtadium eſt
bene merẽdi: *por eſſo no es infierno, y por eſſo es me-*
jor que el cielo para noſotros; quia neque hìc, ne-
que illic renouationis, & melioris frugis locus
eſt. Sententia eſt ſummi concionatoris, *Nemo* Eccl.9.4.
eſt, qui ſemper viuat, & qui huius rei habeat fi-
duciam, melior eſt canis viuus leone mortuo: eui-
dente es, que todos hemos de morir, luego mas vale
el perro viuo, que el leon muerto. Duos ſenſus ac-
commodant huic loco: vnus eſt Hieronymi,
qui nomine *leonis mortui* iuſtum intelligit extra *Peccator dum*
palæſtram vitæ cæleſti fruentem gaudio: nomi- *viuit ad*
ne *canis viui* peccatorem, cui tempus reſipi- *quantam po-*
ſcendi conceditur adhuc in hac vita. Inquit er- *teſt aſſumi*
go Sapiens quantum ad meritum, & ad melio- *gratiam.*
ris frugis vitam inſtituendam, melioris condi-
tionis exiſtimo peccatorem viuum, quàm iu-
ſtum mortuum; poteſt enim per veram pœni-
tentiam ſanctiorem vitam inſtituere, & celſio-
rem ſanctitatis gradum acquirere illis, qui iam
diuino beatificantur intuitu (vt deinceps ne-
quaquam peccatores etiam inſignes deſpicia-
tis.) Leo mortuus erat ſanctus Stephanus *ple-*
nus gratia, & fortitudine, dux, & ſignifer Mar-
tyrum, qui omnibus palàm præcipuit, & pro-
pter Chriſtum atrociter lapidatus eſt: canis item
viuus erat tunc Saulis in terra, in morſibus;
melior

melior tamen, & vtilior Christo, & gratior euasit hic canis isto leone; quis dubitat præcelluisse Paulum sanctitate Stephano? Leo rursus erat D. Antonius Monachus plusquam 70. annis eremi habitator, lucifer vitæ eremiticæ, cuius vita, mores, & miracula exacta iam, & scripta pauorem ingentem intulerunt magno Augustino; qui tamen erat tunc canis viuus in hæresi Manichæorum, multas ineptias credens, deuorans, & acriter defendens; quanto autem vtilior Domino suo euasit iste canis illo leone?

19. Altera expositio est, *leonis mortui* nomine peccatorem intelligens, quæ sic habet. Licet in vita sua peccator amplissimam dignitatem, potestatem, & leonis coronam sustinuerit, quasi leo, quasi Alexander, aut Cæsar, semel mortuo melior est illo viuentium quisquis etiam abiectissimus, ac despicatissimus. Ratio est, quòd viuentes sciunt se esse morituros: *porque el que viue, viue, y sabe, y puede mejorar se, el que muriò no sabe nada.* Qui viuit, nouam vitam, & pœnitentiam potest instituere; alter verò minimè, & in hoc melior est vita nostra vita cælesti beatorum. Hoc igitur innuunt verba illa: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: esto si que es tiempo, esto si que es dia de salud aplaçado de Dios.* Quasi diceret, per singulos dies extensa habet brachia ad benignos amplexus suauissimus Pater: verùm singulariter hæc dies veniam prædicat, & præterire vos diem istum ægrè ferens mittit, qui admoneat, *Quid statis tota die otiosi? tempus acceptabile;* cùm pacta pacis cum aliquo inire pergitis, si ille signat diem, etiamsi differat pacem, amare ostendit; *si dize buelua se por aca el domingo, paz quiere.* Fuitne obstinatior aliquis Pharaone? *Exod.* 8. cui tamen signa fœderis, & dies designabat, nolens eum perdere. *Constitue mihi diem quando deprecer pro te, & pro seruis tuis.* Vis igitur videre quàm amet pacem Deus, ecce constituit diem, *ecce nunc dies:* dies autem dicitur; iustificationem etenim nostram lux ista gratiæ in animis nostris præuenit. *Ecce: ea peccador despertad*, statimque arbitrij libertas quæsitura Deum consurgit, & obuia fit Deo: ideo iustificatio *desponsatio* nuncupatur, & *nuptiæ*; dies enim dicta est, & signata ad alterni consensus coniunctionem, nec fit desponsatio, vbi vnus tantùm annuit, renuit alter. Prior ille accedit, & multo manè; *aperi mihi soror mea*, &c. *ea que es este el dia.* renuit illa, & cùm descendit, *iam ille declinauerat, atque transierat.* Vocat Deus Saulem, nec respondet; vocat ille Deum ad vitæ exitum, & ille non respondit. *Consuluit Dominum, & non respondit ei; neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per Prophetas, perdiose, y quedo desesperado.* Igitur (inquit Deus) numquam conueniemus: nemo enim alteri procedit obuiam: *no nos encontramos los hombres, y yo, que remedio? Señalemos dia. Ecce nunc tempus, ecce nunc dies salutis.* In hac die promitto tibi certissimum auxilium, *& in die salutis adiuui te*, & vltra hunc diem non affirmo affuturum; quare Domine? quia venit nox mortis, & inferni, quando nec operandi facultas, nec pœnitentiæ locus, nec fugiendi potestas erit; ab inconue-

Spes vitæ renouandæ quantum præstat omnibus aliis rebus.

2.Cor.6.2.

Matth.20.6.

Tempus acceptabile quod.

20.

Vers. 9.

Oportet iustificationis instar desponsationum.

Cant.5.2.

1.Reg.28.6.

2.Cor.6.2.

Ibid.

nienti res probata maximè elucescit. Si aurifodina tibi daretur ad dies centum exhaurienda, & excauanda, gauderes vtique, nulli parcens labori, somno, sumptui. Quid si rex chirographum scribere tibi imperaret intra horam daturum Toletum, si præfinito tempore subscribendum nomine regio deferas, dormires? luderes? Quid si vltrà adderet; si verò neque scripserit, neque de subscribendo curauerit, capite plectatur; quid tunc ageres sub tanto dispendio, tanto præmio proposito, tanto impendenti supplicio? Ecce regalis vox, *ecce nunc dies salutis*; en periculum æternæ noctis ingruentis, *venit nox*, & nunc dormis? oscitas? ludis?

Simile.

Quis vtriusque diei, & noctis diuersos exitus declarabit? Dauid. *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.* hoc vult significare Dauid, modò nemo est, qui persuadeat iniquis, iniquè agere, & errare, dum diem istum vitæ in vanitatibus consumunt: suadebit autem hoc nox æterna superueniens, & nox nocti indicat scientiam: *la pena le descubrira la culpa*; *contra verò dies diei eructat verbum.* dies enim æternæ felicitatis ostendet iustis quàm opportunè in die temporalis vitæ virtutis operibus insudauerint. Vtrumque autem pateat exemplo, quod diuina sapientia videtur subindicare. Loquitur igitur nox æterna nocti isti, in qua nunc dormit peccator, & languet otio. Cùm videlicet nox illa mortis præoccupat illum, & cor, & mentem, omniaque atris tenebris circumfundit, cùm sole iustitiæ abscedente aues nocturnæ, & infernales noctuæ, claris tunc oculis circumspiciunt, & horridiorem mortem efficiunt. Latrat canis conscientiæ, dormit cunctorum hominum fauor, ignorat medicus, hæret, subducit se, silent amici, & quidquid ibi est, mortalibus vmbris obducitur, & denigratur, nec aurum fulget, nec splendent abaci, nec vita delectat, nec pulcritudo illius, quam deperditè amauit, allicit, plusquam vmbra, vita præterita, somnus, æternam vitam magnum chaos imaginatur, *indicat scientiam*, tunc aperire oculos incipit, & seram pœnitentiam; non secus atque eques quidam, qui cùm alio nocte intempesta scachidis colludit, adest tabula multis sedibus nigris, & albentibus distincta, latrunculi ex vna, & altera parte dissimilis formæ, qui pedites nominantur, rex præsidet, proxima regina, aut dama, equites, & pedites, duo ardent lumina, ex vtraque parte committitur bellum, & magna sponsione facta, victor vnus euadit, numos colligit, & cœnatum abit: ille alter fremens, & frendens ibi remanet, fortunam, & sortem incusans, ô rex, ô pedites, ô latrunculi, ô mens, ô memoria, ô fortuna! ecce ita turgidus totam transigit noctem, domum implens vocibus, euertens omnia. Tabula ista vita humana est supra terræ mensam collocata, tota quasi ludus scachidos peragitur, quidam nigri, quidam albi, hic celsiori sede, ille humiliori collocatur, hinc rationis lumen, hinc fidei lux splendent, peracto ludo, & parta victoria sponsionem vitæ æternæ iustus accipit, & cœnatum abit cum Christo. Contem-

21.

Psalm.18.3.

Nox æterna suadet malè egisse peccatorem.

Simile.

Æterna sors infelicitas extrema.

22.

plare igitur peccatorem in horrida nocte inferni, non sic obscura, vt non illuminent tristissimam mentem ratio, & fides, quas satius illi foret extingui: *que en la casa sucia peor es, que haya mucha luz, y si entra el sol, se ven todos los desaliños, mejor le fuera ala bestia andar en aquella rueda cerrados los ojos del entendimiento, y &c. igitur indicat scientiam*; nox serò sapientem efficit: nam ibi supra tabulam præteritæ vitæ remanet, fortunæ, tempori, amicis culpam iacturæ adscribens, & ferali rabie dicens: Rex, quare plus tibi, quàm Deo inseruiui? quare te præ ipso Domino cæli colui? *Quid profuit nobis superbia* [a]? equi, nobilitas, fastus, quare in fortitudine vestra confisus sum? *diuitiarum iactantia quid nobis profuit? Dama del diablo como fui à tu casa, o, te dexe entrar en la mia?* quare quasi reginam ornaui, colui, defendi? O nigra domus! ô nigra delectatio, & detestanda, quare non seruaui decorem, & pudicitiam, *transierunt omnia illa tanquam vmbra; casa negra por ti desampare yo la blanca.* Domus Dei vbi eras, vel vbi eram cùm te prætermisi? fuissem enim à cella in cælum; modò verò à domo meretricis in infernum. *indicat scientiam: aqui se desengaña. Isti sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij; ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, &c. ergo errauimus à via veritatis: veis como desengaña? quien se lo dixò? la pena eterna. talia dixerunt in inferno hi, qui antea peccauerunt: tarde acordais.* Sunt isti sicut noctuæ, quæ per diem non vident, sed noctu perspicacissimæ sunt.

Rabioso, y despecho do se desengaña. Rey para que te serui mejor, que à Dios, cauallo, nobleza, idalguia porque te estime en tanto? Dama del Demonio como te truxe à casa negra casa fue para mi la suya.

a Sap. 5. 8.

Ibid. 3.

23. Psalm. 18. 3. *Dies diei eructat verbum: vna palabra sierue de Dios, que goza is del.* Quid tibi eructat dies iste gloriæ? gaudes ieiunasse, macerasse corpus, Deum timuisse? O ingentem delectationem! nulla re sic afficior, sic reficior cælesti dulcedine (post ipsum Deum) quàm earum rerum recordatione, & quia exigua merita mea vberrimis Christi meritis superaddidi; *ipse enim spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quòd filij Dei sumus: aca dentro me dize el Espiritu huelgate, que el trauajo de la buena obra ya se acabò, y la buena obra ira con tigo al cielo, enbolsa, y alto.* Ascendamus & nos pariter cum illo, vide ibi felicem istum collusorem mente, & voluntate intentissimè Deum amantem, & summum amplexantem bonum. Placet tibi, ô frater, timuisse Deum? inseruisse? subuenisse pauperi? post Dei visionem nullo maiori perfundor gaudio, quàm ob bona opera facta; nónne tibi dolent verbera, cilicina vestis, paupertas, obedientia? *Absorpta est mors in victoria: el trabaxo se abagò en esta gloria. Vbi est mors stimulus tuus: disciplina donde esta tu dolor? ahogo se en el de leyte aterno, ayunò donde esta tu hambre? ahogose en la hartura de los Angeles pobreza donde esta tu mendiguez? cubriose con este resplandor. faciet Dominus*; quia Dominus in monte, in quo mensa æternæ satietatis apposita est, fecit fasciculum omnium miseriarum, & in infernum exturbauit, *præcipitauit, arrojò, y despeño, in monte isto faciem vinculi colligati.* peccatum quò abiecit? in infernum; mortem quò? in infernum; tristitiam? in infernum illic omnia detrudantur, hîc solum remanet Deus, vera sapientia, & oculi, quos fides primò illuminauit; pòst verò gloria ineffabili splendore perstrinxit.

Rom. 8. 16.

1. Cor. 15. 54.

Ibid. 55.

VERBVM FILII.
Ioan. 9. v. 1.

Prætèriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate.

Hominem amplissimis beneficiis obstringit, sui amoris, & operum scopum efficit: nullis ille remorari potest impedimentis, quominus accepti beneficij se memorem, gratúmque præstet.

DISCVRSVS XXXVIII.

HÆc meum subiit animum cogitatio, non sine causa Deum (vt notarunt D. Dionysius, Aristoteles, & Scholastici) cùm simplicissimus sit, & ex eius essentia multiplex creaturarum varietas dimanet, maximo studio multiplicitatem in vnitatem reduxisse. Orbem vniuersum in vno homine ad summam quandam redegit, mundum & hominem in vnum oculum coëgit, ita vt in hunc breuem circulum in medio orbis collocatum, omnes creaturæ per orbis circunferentiam diffusæ species suas in illum possint immittere. Est ergo homo oculus mundi, oculus verò centrum hominis est, ac per consequens centrum mundi, & mundus minor, *a donde todas las cosas vienen a registrarse, y flechan sus arcos con la especie, y se imprimen, y assientan.* Causam autem hanc fuisse existimo, impleuerat diuinus amor pharetram sagittis beneficiorum, & cælestium operum, & sicut sagittarij, qui inter se sagitta decertare solent, certum sibi scopum suorum ictuum feriendum proponunt, & papyro signant: *ponen el blanco bien señalado.* Eadem ratione diuinus iste sagittarius cùm ab vniuersa creaturarum circunferentia tot ictus charitatis, & beneficentiæ intenderet, hominis oculum clarum, pulcrum, in sublimi positum, scopum fecit, & ad illum intentissimè collineauit. Id existimo per Zachariam significasse, cùm ait, *quia Dominus est oculus hominis: no tiene Dios ojo à otra cosa, sino al hombre.* Alij alio modo verba construunt: *Domini oculus hominis est: no tiene el hombre ojo à otra cosa sino à Dios.* quod cùm ardentes sagittas amoris in se iacularent Christus, & sponsa, ingenuè fatentur. *Ego dilecto meo, in illum meos ictus intendo, & ad me conuersio eius*; quia satis experimento noui, me tanquam scopum suorum donorum, & operum constituisse, quod (ni fallor) hodie liquidum, planúmque fiet. Nam cùm in media Hierosolyma homo à natiuitate orbatus oculis esset, intendite (ait) qua ratione in istis oculis opera Patris mei splendent, ideo enim & oculos creabo, & modo

I.

Deus vnitatem amat.

Homo oculus mundi, oculus centrum hominis est.

Homo scopus diuinæ largitatis.

Cap. 9. 1.

2.

Cant. 6. 2.

SCOPVS TOTIVS DISCVRSVS.

Digitized by Google

modo mirabili efformabo, *vt in illo manifestentur opera Dei.*
Ioan. 9. 3. Creationis adumbratio. Primum igitur opus, creationis
nempe, in hac medicatione cæci resplendet; vt
notauit D. Hieronymus, Chrysostomus, & ante
a Lib. 5. c. 15. hos D. Irenæus [a]; *Declarauit se esse auctorem*
Ostenditur creator. *mundi dum oculum ex luto restituit: mostrò ser auctor*
del mundo quien de lodo hizo el centro del vniuerso.
Sicut enim Sol, & Luna orbis magni oculi sunt;
Luc. 11. 34. *sic lucerna corporis tui, est oculus tuus.* Sed quid
præstaret orbem habere Solem, & Lunam, atque
hominem etiam præditum esse oculis, si tam
mundus, quàm homo Deo, & eius persona pri-
uatus esset. Age iam diuine amor, mitte de sinu
Incarnatio ostenditur. Patris sagittam, æternum Verbum, quod ideo
carnem assumpsit. & hoc opus Dei per antono-
masiam in hac oculorum medela adumbratum
volunt Augustinus, Beda, Rupertus, Thomas:
manus enim, quæ potens fuit ex luto adhibito
ibi manente (vt vult Theophylactus) oculum
efformare, & vnire corpori, ita vt ab eadem ani-
ma exinde posset informari, & quasi ad fene-
stram exire; eadem potuit vile lutum humanæ
naturæ assumere, & diuinæ personæ vnire tam
arcto vinculo, vt illi diuinum esse, & Deo hu-
3. manum prædicetur, & Christus sit iam oculus
Ezech. 9. 1. Ecclesiæ: *luz, hermosura, alegria, y gouierno de*
Angeles, y hombres. Dominus est oculus hominis:
es Christo Iesus la lumbre de nuestros ojos. Sed quid
magnum homini erat si Deus homo, & infinita
sapientia abscondita, & quasi in latibulo collo-
cata esset, nec pelleret hominum tenebras &
ignorantiam. Ecce iam tertiam depromit sagit-
Prædicatio Apostolorum designatur. tam amor, mittens per prædicationem Apostolos
los quasi sagittas electas, vt sapientiam Dei ad
nos venisse nunciarent, quod in hoc opere, vt
b 18. Moralium. ait Gregorius [b], maximè denotatur. Sicut enim
ex saliua Christi terræ immixta salus homini
obuenit: sic mundo lux ex Christi sapientia, &
doctrina terræ seminata. ait enim Hippocrates
saliuam in cerebro generari, inde in os, ex ore in
terram fluere; & pulcrè Homerus fingit Miner-
uam sapientiæ Deam in cerebro Iouis genera-
tam, à longe quasi hallucinans veram illam sa-
pientiam, quæ in æterni Patris mente continen-
ter generatur, inde in os Ecclesiæ verbum im-
mitti, vt terram lumine cælestis doctrinæ col-
4. lustret; ita quasi de originali illa cæcitate emer-
Ephes. 1. 17. gens Paulus exclamat, *Deus Domini nostri Iesu*
Christi, Pater, &c. dedit nobis Spiritum sapientiæ, &
reuelationis in agnitione eius, illuminãs oculos cordis
vestri, vt sciatis, quæ sit spes vocationis eius. Sit ita,
veruntamen quid prosunt oculi, si solùm deser-
uiunt, vt clariùs intuear vulnera mea, & cordis
mei plagas, peccata, tenebras, & animi fœdita-
Ostenditur paratur Sacramentorum. tes? Ecce iam comparat arcum suum amor, vt
Sacramentorum medicamenta multiplicia pro-
uideat: ideo enim lutum cum saliua adhibuit,
c Lib. 3. de Sacram. p. 2. vt affirmat D. Ambrosius [c], Nissenus [d], Ire-
d Lib. de baptismate. næus [e], Augustinus [f], Cyrillus [g]: sanguis enim
e Lib. 5. c. 15. Christi cum materia debili Sacramentorum per-
f Tract. 44. in Ioan. mixtus, aqua, aëre, pane, & oleo vim habet me-
g Lib. 9. c. 10. dendi, sustentandi, & excolendi animam. Hau-
sistine omnes sagittas amor? age, induat mortale
hoc immortalitatem, resurgat caro, cælum pe-
Glorificatio ostenditur. netret, Deum contueatur, & infinitam gloriam.
Ecce aggreditur vltimum, & excellens opus glo-
rificationis animæ, & corporis, & vt hoc opus
manifestaretur, cæcum curat. Sicut enim massa
illius luti obscura, & tenebricosa per Christi sa-
liuam (quæ quidem cùm Christus sit lux, lux

erat, inquit Ambrosius) lumen fecit, per quod
vniuersa posset conspicere; sic mens nostra im-
becilla, & insuetum lumen refugiens per diui-
nam potentiam lumine gloriæ eleuabitur (vt
ait D. Thom. & Damascen.) vt ex vtroque oculi
illi resultent, quibus beati audent diuinam es-
sentiam contueri, in quo essentialis beatitudo
consistit; *quia in lumine tuo videbimus lumen.* Psal. 35. 10.
Scio vtique cæcum esse (vt ait D. Petrus) *&* 2. Petri 1. 9.
manu tentans, qui hæc a Deo donata esse, & ho-
minem tamquam scopum intendisse ignorat.
Verùm illud dulce admodum, & admirandum Sua opera sic Christus exhibuit quasi semper vtilitatem hominis expectaret.
se offert suæ maiestatis, & operum manifesta-
tionem ex hominis infirmitate, & miseria Deum
pendentem, & connexam fecisse, ita vt nihil
sibi maiestatis accrescere voluerit, quod tan-
quam scopum priùs meam indigentiam non ha-
buerit. Creauit, quia nihil eram; redemit, quia
captiuus eram; collustrauit sapientia, quia
ignorans; Sacramenta instituit, quia multipli-
citer ægrotabam; lumen, & resurrectionem
gloriæ inuenit, quia mortalis ego. Nonne tuus
honor patescere mundo posset absque mea vti-
litate? tantorum operum, & miraculorum hoc
sibi summa Deitas lucrum parere conatur, vt
ego sim, vt ego redimar, vt ego illuminer, vt
ego in gloriam adscribar? *que hauia menester*
Dios al hombre, tirara a lo alto las saetas, pero
querer declarar su ser con minimo ser, su sabidoria
sacandome de mi ignorancia? estraño amor? Am- 5.
brosius [a]: *Christus non quæ sua, sed quæ tua erant,* a In Psal. 118. ser. 20.
illa humilitate quærebat; qui nihil habebat, quod ad
potestatem suam adderet, habuit quod ad cultum
suæ maiestatis adiungeret: ya no tenia plus vltra à
donde tirar su grandeza. audeo dicere, operationis
suæ manus amiserat: estaua manco Dios; nisi id
humilitas recepisset: si no tomara por officio hazer
bajezas, o, extremos de amor por el hombre. Ita-
que nos quidem redemit, sed etiam sibi acquisiuit:
hallo que ganaua para si en redemirnos. O aman-
de, ô colende amor amorum, qui tuum hono-
rem à meis necessitatibus pendere fecisti, in tan-
tum, *vt ausim dicere* (inquit Tertullianus [b]) *si* b Lib. de resurrectione carnis.
hæc carni non accidissent, benignitas, gratia, &
misericordia Dei benefica vacauisset: Dios fuera
quien es: pero sin mi peccado no fuerà Redemptor,
sin mi desgracia no se supiera de su gracia, sin mi
cequera, no conocieran su poder. Conuerte ocu-
los (inquit luculenter Nazianzenus [c]) & vide c Apologet. 1.
ex vna parte miseriarum spectaculum, ex alia
parte misericordias; & planè cognosces huc, id
est, in te omnes sagittas collimasse, *huc Christus* 6.
spiritualis legis perfector, quia tu sine lege eras;
huc assumpta caro, quia caro sine Deo erat; *id-*
circo Virgo, propter mulierem, *idcirco Bethleem*,
propter Edem, *idcirco stella, & Magi adoran-*
tes, quia tu cæcus idola colebas, *idcirco ieiunat*,
quia tu per vnam escam deliquisti, *idcirco ma-*
nus extensa, ob tuas incontinenter extensas, *id-*
circo sepultura, vt te ab illa reuersione erigat, *id-*
circo resurrectio, vt te ad sempiternam vitam re-
fingat. *Mirate ò hombre hecho blanco de las merce-*
des de Dios, y que no quiere credito de hijo de
Dios sino nace, y se accompaña con tu remedio. Age
ergo, discute teipsum, *si dilectus meus mihi*, Cant. 2. 16.
æquum erit *vt ego sim illi? sino quiere credito*
Dios sin mi prouecho, como sera possible querer yo
mi prouecho sin Dios? sin su ley? sin su gloria? sin
su credito? Prouidebam Dominum in conspectu meo Act. 2. 25.
semper. Iam Domine te tanquam scopum con-

stituam,

Cant. 8. 6. stituam, in quem mea opera intendant: *Pone me vt signaculum super cor tuum, & super brachium tuum*; faciam vtique Domine vt manifestum sit hominibus me te amare, te diligere, te brachio, & operatione respicere, ita vt si quid vtilitatis expetiuero, à Deo vero sperem, & in eo honorem eius exquiram: hoc enim
Ioan. 9. 3. poscunt oculi cæco dati, *vt manifestentur opera Dei*, qui gloriam aliam noluit apud homines, quàm quæ cum maxima eorumdem vtilitate coniungeretur in illo.

7. *Præteriens Iesus vidit.* Vidimus Dei opera,
Ioan. 9. 1. Creatio. modum modò contemplemur, quo opus vnumquodque peregit, & imitandi documenta exhibuit. *Præteriens* (inquit) fecit, quasi obiter, & aliud agens, vt indicaret non indigere nostris oculis ad suam gloriam: libuit tamen in sanando illum non parum immorari, vt salus gratuita, & à pura bonitate nata videretur: quod ita in mundi creatione effectum fuisse textus ipse significat. Cum enim massam illam incultam mundi, & elementorum materiem creasset, rerum statum vno verbo exprimit Moyses, *Tenebræ erant super faciem abyssi*, Genes. 1. 2. quasi dicat (inquit Rupertus [a]) quòd ex se creaturæ habebant, tenebræ erant, & obscuritas: quæ enim eis obuenit lux, à diuina bonitate, hoc est, Spiritu sancto manauit. *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Verbum *spiritus* bonitatem, & amorem denotat; *ferebatur* autem libertatem diuinæ voluntatis in creando significat, qua sicut artifex libere in hanc, vel illam rationem fertur: *como la voluntad del artifice sobre su obra, que hecho su tanteo, libremente la puede hechar por aqui, ò por alli: ferebatur autem super aquas*, ne vllo indigere videretur, vt optimè declarat Eucherius [b]; *Deus enim non ex indigentia fecit opera sua, sed ex beneficentia, atque omnipotentia, qui nihil indigens omnia creat, & misericors cuncta viuificat, & in plenitudine sancta permanet, non nostris ampliandus laudibus, sed suis innotescendus collaudatur operibus: neque enim horum indiget, quæ facit, indigus quippe, atque egenus subiicitur rebus, quas diligit: quamobrem non indigus amor superfertur rebus, quas diligit, ideo superferri creaturæ Spiritum sanctum dictum est; quia non ex indigentia operatus est ipsam creaturam.*

Bona nobis sine fœnore & lucro gratis donauit Deus.

a In Genes. apud Lippomanum in catena.

Itaque summatim, breuiterque tota est præscripta creaturæ informitas tam inops, & vacua, vt sinistrà esset in principio, id est, in filio creata; nisi quia Spiritus Dei ferebatur super aquas, qua est tertia in Trinitate persona.

Dei amor liberalis non indigens.

b Apud Lippom. in catena.

8. Amor indigens est, qui amat, vt accipiat, non vt retribuat, talis est humanus amor: iactat ille te diligere, vt honorem, famam, florem, & decorem minuat. O sæuus, & meretricius amor, qui superferri videris rebus, cum verè seruum efficias, & mancipium rei amatæ constituas liberum, & ingenuum. Quàm dispar, quamque religiosior amor spiritualis, qui amat, vt ditet, vt sanet, vt redimat, ideoque superfertur rebus amatis, instar diuini conditoris, qui ita amabat opus, quod vt bonus, & sapiens moliebatur, vt tamen præteriens. Simile quid legimus Genes. 16. vbi cùm ancilla Agar aquam, bonaque
Vers. 13. nuncia ab Angelo accipit, vocat eum, *Tu Deus qui vidisti me: vos sois el Dios fuerte, que me vistes en mi afflicion.* Sed addit textus: *profectò hic vidi posteriora videntis me.* in quibus verbis duo diuina attributa laudat. Primum, omnipotentiam, & efficaciam dandi vitam: nam hæc verba sic legenda sunt cum Caietano: Dixi, *vidisti me, si etiam hic vidi; dixe que me beniades visto pero cierto fue tan a hurtadillas, que ni fue oido, ni visto el que me dio la vida.* Ita enim efficax fuit remedium videndi me, vt illo adhibito liberum fuerit terga dare, qui vitam dederat. Vel attributum independentiæ denotat, quia bonus vidisti, & sanasti me; ita tamen obiter, & transeunter, vt oculos videntis me nequiuerim intueri, sed terga, in quo Deum cognoui, & Deum adoro, qui sic bona impertitur, vt non expectet oculos nostros, immo placent illi cæci; quia videt eos, qui videre non possunt medicum suum, & hoc est, *præteriens Iesus vidit hominem cæcum.*

Vidit hominem cæcum à natiuitate. Vidit, & 9.
frangi cœpit cor eius benignissimum cæci mi- Ioan. 9. 1.
sericordia, in quo modum ineundæ nostræ redemptionis repræsentauit: *vio, y tuuò lastima, affectu, & effectu subuenit misero humano generi.* Vidit enim Patris æterni summum opus imperfectum ob alienam malitiam, & suum esse putauit ex officii sui ratione hominem instaurare, & per incarnationem perficere: si enim incarnatum Verbum demas, nunquam suam integram perfectionem obtineret mundus post lapsum. Sicut si in pulcro elaborato annulo gemma desideretur, qua pala inserta mirabile fit, & pretiosum opus. Ecclesiastici 32. 8. *In fabricatione auri signum smaragdi: hermoso era el mundo, y el hombre; pero faltabales el Verbo eterno, a la cara le faltauan los ojos, al hombre su Dios, à la yglesia su Christo: Petra autem erat Christus*, 1. Corinth. 1. 4. & in diem, qua gemma ista in pala mundi inserenda esset, totius orbis oculos inuitauerat. Zachariæ 3. 9. *Super lapidem vnum septem oculi sunt: todo el mundo punga aqui los ojos; ecce ego cælabo sculpturam eius.* hoc est, modò perficiam omnia opera mea, dum hominem renouo, & peccatis absoluo; ideo addidit, *vt auferam iniquitatem terræ*: nam vix ego oculos inseram mundo, & ego quasi gemma in pala carnis splendescam, cum auferatur ignorantia, & peccatum; quia iam apertis oculis respicient me, & Patrem meum. Præteriens igitur per homines stetit, & perspexit in annulo desiderari gemmam, in imagine Patris oculos, vel non natos, vel obscuratos: age (inquit) perficiatur meo sanguine, meis impensis, diuitiis annulus. Deus optime, vnde in hanc sententiam venisti? vnde hanc summam amoris fecisti? vnde hoc pietatis, & miserationis decretum manauit? quia *præteriens vidit*: constitit etiamsi obiter, vt perspiceret vos mea misericordia, & vt reficeret opus quidem ita Deo dignum, vt statim publicis testimoniis posteris proditum voluerit Dauid: *Scribantur hæc in generatione altera; quoniam Dominus prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cælo in terram aspexit, vt audiret gemitus compeditorum*, &c. *para oir la grita de los forçados de la galera, la chusma de los presos de esta vida.* Vnde tanta pietas ortum habuit? *quoniam prospexit: porque vio, y reparo, y se acercò a oir al que de lexos hauia visto, vio, y heche de ver parò, y reparò.* Multi enim pauperem vident, sicut Sacerdos ille hominem iuxta Iericho vulneribus confossum; nam *viso eo præteriit*, ideo nempe, quia antiqui illi Sacerdotes sicut plures ex nouis eò feruntur intentione, vbi aliquid vtilitatis sperant, non animarum emolumenta. *Quis est in vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuis*

Redemptio. Misericordia nostri commotus est Deus.

Era el mundo como vn anillo, que haze el platero de oro muy fino esmaltado de menudos y hermosos lazos con ricos colores en los planos vistoso, y rico: pero no tiene el punto de su hermosura hasta que se le engasta en medio la piedra vistosa de vn sangriento rubi, alli descubre a los ojos la perfecion de la obra.

10.

Psal. 101. 19.

Pauperem videre libet & prouidere.

Malach. 1. 10.

gratuitò? el grado de ostiario no tamaran sin ojo al interez; ideo *viso eo præterit.* Et tu diues, quare pauperum miseriis non frangeris? quia semper alia meditaris, aliis es intentus negotiis,
11. hoc (in quo tua salus sistit) accessorium putas, & prætextis indigentem; quia nunquam primò, & per se instar Tobiæ pauperem quæris, sed ab illo faciem auertis? Tob. 4.7. *Ne auertas faciem tuam ab vllo paupere; ita enim fiet, vt ne facies Dei auertatur a te.* Quare officia proximi non exhibetis dum non videtis: id enim præstat videre illos, vt confestim de subueniendis cogitetis. *Quando vais a casa del pobre, y veis el aposento menos limpio, las camas desbaratadas, los pieds negros descubiertos, los braços como cañas delgados sobre la ropa las manos flacas, las uñas largas, el pecho oya do como descoyuntado, el cuello delgado, el rostro amarillo, y chupado, los labios secos, los ojos cuencos, la naris afil, el cabello erizado, un mirar como de assombrado. El mundo los ha hechado fuera de su lista, los parentes los han negado, los amigos los desconocen, los gusa nos en vida han empeçado a hazer su officio. Dios parece ha tomado a destago el herir los quando el dolor les dexa, piensan en como todos los oluidan quando les hyere el dolor, les sorbe la imaginacion, y quando se remite, no hay quien les aiuda, no se oye sino vn lastimoso quexido, vn largo ay, que dize esse ay? hay piedad en esta ciudad a tal ay quien no responda.* Dum adis pauperis domum (inquit D.
a Orat. 16. Gregorius Nazianzenus [a]) vel nosodochium intras, & multitudinem lectorum, & laborantes fratres tuos (etiamsi nobis) ibi squalore plenos, grande, & miserandum spectaculum vides, & nisi his, qui vident, credibile. Homines mortui, ac viuentes, plurimis corporis partibus mutilati, qui ex veteribus oris lineamentis agnosci nequeunt, spoliati pecuniis, genere, amicis, adeòque corporibus ipsis, vt non satis constitutum habeant, vtras tandem corporis partes magis deplorent, præcisasne, & extinctas, an in corpore adhuc manentes, videte illos, & statim ad misericordiam adducemini; sicut Samaritanus ille, qui dum iter agit, noluit præterire hominem opis suæ indigum, alienigenam, & hostem Samaritanum, sed perstitit, considerauit, alligauit vulnera, & oleo, & vino, hoc est, Sacramentis
Ioan. 9. 1. vulnera lauit, atque perunxit, *respexit Dominus: vio el Señor nuestra miseria*, sicut Iesus *præteriens vidit cæcum.*

12. *Quis peccauit, hic, an parentes eius?* Iam ter-
Ioan. 9. 3. tium opus illuminationis, qua ratione à con-
Ephes. 1. 18. cionatoribus fieri debeat, ostendit, videlicet, *vt illuminatio fiat in oculis cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius.* Ecce muneris nostri scopum vno aperit verbo, dare nempe Christi lucem, & cognitionem, luto adhibito oculis peccatorum, massa facta ex saliua verbi Dei. Vide quàm turpis obliuio muneris nostri nos ceperit, sicut & auditores: aderat hic cæcus ambobus orbatus natura oculis coram vno Dei filio, qui inter mortales poterat orbitatem eius tollere, & tunc Apostoli quæstionem inserunt plenam catenarum, theologicam, &, quæ ad rem omnino non erat, *quis peccauit, hic, an parentes eius, vt cæcus nasceretur?* Quid interest cæco, ô Apostoli, quæstionem istam expedire? incumbite in illustrandis oculis animi, & corporis, & has inutiles quæstiones ponite. Mittit Deus concionatores vestris illuminandis oculis, & nos in his vanissimis quæstionibus immoramur, quæ saluti vestræ nihil conferunt. Scientia nostri cerebri instar saliuæ est, non tota, non vbique, non temere expuenda, sed quæ ad sanitatem præstat, & qua indiget circumstans populus. Exodi 34. operuit Moyses velo medietatem lucis vultus sui, cum populum opus fuit conuenire: *propter gloriam vultus eius*; quia non tanti faciebat Moyses æstimationem sui, quàm populi vtilitatem. Contrà verò quos redarguit D. Paulus: *Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei, quæ secundùm pietatem est doctrinæ, superbus est, & nihil sciens.* *sanos sermones* vocat doctrinam illam, quæ non in externa alligatione vulnerum per cæremonias, & apparatu externo sistit, sed in vera pietate, & cordis sanitate per fidem, spem, & charitatem tuenda: *superbus est*, Græcè *inflatus* typo superbiæ. Quibus verbis originem omnis hæresis describit: *sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum*, Græcè *ægrotans*, mente videlicet, quia desipit, & delirat. quæ verba de hæreticis sunt intelligenda, sed satis malum in nos vitia hæreticorum deuenisse. Quorum quæstiones istæ: Theophylactus [a]: *Cùm fides sit oculus, qui non habet oculos, nihil videt, nihil inuenit, sed tantummodo quærit.* Et Chrysostomus [b]: *Quando anima cogitationum vincitur febre, quando ambiguitatis iactatur fluctu, tunc quærit; cum verò illa sana est, non quærit, sed fideliter credit: nam ex quæstione, & contentione verborum inueniri nihil potest.* Recenset fructus quæstionum, *ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, &c. conflictationes hominum mente corruptorum, noxia, inutiles, & pestilentes*; D. Chrysostomus, *afflictiones contagiosas morum, vel opinionum*, vocat: *nam sicut scabiosæ oues* (inquit Chrysostomus) *si confricentur cæteris, etiam quæ sana sunt, inficiuntur, & morbo tentantur; ita & hi homines nequam si simplicioribus quibusque interueniantur, veneno eos suæ malignitatis inficiunt.* Vnde ex concione in sæcularibus impertinens curiositas ingeneratur; quia cùm difficiles conscientiæ nodos habeant, in quibus eorum salus versatur, si obuius fit doctor, statim quærunt quod suo statui impertinens est, si Adam non peccaret, fieret Deus homo? sitne visio per intromissionem, vt volebat Plato? cæcitas in isto cæco negatio erat, an priuatio? sanauit illum mente prius, quàm oculis? dedit gratiam simul cum fide? punit Deus in filiis peccata parentum? quomodo Adam per generationem carnalem transfudit peccatum in filiorum animas, quæ à solo Deo creantur? quomodo Virgo subducenda est à numero filiorum Adam, qui originale contraxerunt? quod te quærere, & te in quæstionem inducere impertinentissimum est: tunc enim cùm ista quærunt, turpissimo sordescunt pellicatu, & lingua tenus fideles sunt. Abite (inquit cælestis Magister,) apage istas quęstiones: *neque hic peccauit, neque parentes eius, sed vt, &c.* Ioan. 9. 3.

Fecit lutum ex sputo. Sacramentorum medicinam, & conficiendi modum hoc factum continet, 15. Ibid. 6.

Margin notes: *Prædicatio & illuminatio.* — *Inutiles quæstiones adducimus in pulpitum.* — 1. Tim. 6. 3. — 13. — a Hic. — b Hic. — 1. Tim. 6. 4. — *Societas iniquorum.* — 14.

Sacramentorũ institutio. tinet, vt verbo, & opere, saluti veræ, integræque sanitati nostræ consulat: *no quiere darle la salud con sola su palabra paraque los rudos la tengan por verdadera, y se estime en mas.* Poterat quidem tantùm verbo nos sanos facere Christus, sed verbum elemento coniunxit, vt externo signo veram inesse salutem ibi significatam ostenderet. Quo facto & nos, qui administramus Sacramenta, & vos, qui recipitis, admonere, & erudire vult: nos vt alta consideratione, meditatéque illa peragamus: vos vt verum inde sanitatem, non venenum hausisse ostendatis. Vide quàm eleganter vtrumque per Isaiam

Isai. 31.5. exprimit. *Sicut aues volantes, sic proteget Dominus exercituum Hierusalem, protegens, & liberans, & transiens, & saluans.* Vide opus nostrum per Sacramenta: sed nota modum istum saluandi; nam cætera quidem opera *defendendi*, & *protegendi* summa velocitate instar auium peregit:

Negotia animarum exëplo Dei & Christi quo pacto peragenda. sicut cùm Ezechiam à Senacherib liberauit, & cæcum istum præteriens vindicauit, protexit, liberauit, & transiuit; ad vltimum verò *saluandi* opus omnem curam, omnem industriam adiecit, & totus Deus occupatus est (vt aiebat Tertullianus [a]) *manu, sensu, consilio, & prouidentia*; negotium enim saluandi non vulgare, sed graue, & operosum ipsi Deo negans

a De resurrect. carnis.

16. otium. Ideo qui verbo sex diebus mundi machinam fabricauit, & quasi *transiens*, cùm venit *saluans* triginta & tres annos insumpsit: sicque celeriter mundi opera molitus est, vt sapientia

Eccli. 18. 1. affirmet omnia simul patrasse, *Qui viuit in æternum, creauit omnia simul:* sicut equites quidam minutiora negotia peragunt, & ab omnibus se expediunt, vt per otium, & tempus grauissimo alicui incumbant negotio. Nullis præpediri potest Dei manus impedimentis, sed in creatione depingitur, sicut auis protegens, transiens, & celeriter creans. Creat hominem, non plures? minimè, ne tardare videretur, si omnia indiuidua crearet; creat leonem, non omnes, quos tulit Africa, sed marem, & fœminam, ne tardare videretur. quasi dicat, citò & simul hæc perficiantur [b]; opus verò salutis, (*saluans*) meditatè, lentè, & non sine sudore, saliua, luto, linitione, & Sacramentorum pharmacis, quibus salutem animis impertiatur, absoluit: Ex quo fit secundò, in vobis veræ sanitatis æstimatio, & Sacramentorum vera susceptio, non inanis, sed fructu plena. Ideo addit, *Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij Israel*, facite peccatorum expiationem, & confessionem *integram*, non instar Pharisæorum, qui (vt notauit D. Gregorius [c]) decimabant de minutissimis, & de odoratissimis, & grauiora præcepta de pretiosioribus transgrediebantur: *dezmauan del anis, cominos, y menta,*

b. Vox *simul* referēda est non ad *creauit*, sed ad *omnia*: quasi dicat, creauit Deus omnia simul, id est, omnia, nullo excepto, nihil existit, quod non creauit Deus.

Isai. 31.6.

c 3. Pastor. in Matth. 23.

17. *Confessio peccatorum integra.* *y lo gordo, y que da mal olor lo callauan*; sic vos in confessione, ex decem præceptis vnum, & non alium decimatis, bonósque odores ad ostium exhalatis, & domi, hoc est, in conscientia turpissima, & graueolentia retinetis. Pura igitur sit, & integra confessio; insuper autem *parere parata* instar cæci, qui libentissimè cuicunque voci obediens fuit. Hoc enim maximè indigent cæci à natiuitate, peccatores (inquam) qui ad totum annum, & peccandi occasione, & vitiis frequentioribus sordescunt: hos non citò absoluere oportet, sed eant, & redeant, & conuertantur, sicut in profundum recesserant: *como apeces matreros no tirarles luego, sino darles cuerda*, inuolutè, & tectè. Cap. 9. 15. Sed eleganter nos admonet Zacharias de Apostolis agens, vt bene explicat Rupertus [a]: a Citatus à glossa. *Dominus exercituum proteget eos*, Apostolos videlicet, quos suscitauit Dominus super gentes, *& deuorabunt*, quosdam peccatores quietè, & lente deuorabunt, *& bibentes inebriabuntur quasi vino*, alios leniter, & cum delectatione, haustu quasi vini facilè ebibent, animas nempe puræ conscientiæ, quarum expiatio delectationem potius affert, quàm fastidium: quosdam verò, quorum corruptos, ac deprauatos mores corrigere opus est, *subiicient lapidibus fundæ, no tiran la piedra con la mano, qui tiene poca fuerça, y se haze presto con honda tirarla, y dando bueltas, bolueos Señor de aqui a ocho dias, veamos si hay enmienda y con fuerça aun que sea cauallero como Eliseo à Naaman, que le hizo bañarse siete vezes, que hay algunos confessores, que en viendo vn grande a sus pies enmudecen,* Plin. lib. 8. cap. 30. *como los canes delante de la Hyena*, hoc est, volubiles facient per obedientiam, & ad iussa peragenda currentes: *mandarales el confessor, que se bueluan otro, y otro dia, darales vna, y otra buelta como la honda à la piedra.* Qua etiam metaphora prædicationis munus denotari putat D. Hieronymus, & Lyra, dum comminationibus Scripturæ rotatu oris emissis de superbis humiles faciunt, & ad sanitatem redire quasi errantes oues compellunt.

Vltimum glorificationis opus illa verba ap- 18.
primè satis explicant, *venit videns*, res nempe vt sunt, contuens, & aliter quam cogitauerat videns: *Glorificationis opus.* hæc est lux, ille sol, terra, mare, panis, mensa, ostium, hi fratres, hi socij, hoc Salomonicum templum, ibi erant omnia ista, sed nisi nouo lumine non perspiciebat. Hoc præstat lumen gloriæ beatis, quod cæco oculi, & quod Agar vox Angeli, cui cùm aqua defecisset, siti filium enecari timebat, & facta oratione Angelus fontem ostendit satiandæ siti opportunum, *Beata visio & lumen gloriæ quid præstet.* non quòd ibi Deus puteum creauerit, sed quia lumen illis impertiuit, videndo congruentissimum, & hoc est; *in lumine tuo videbimus lumen*, & perspicimus, Psal. 35. 10. quod ignorabamus, nempe *quia apud te est fons vitæ.* S. Thom. 1. q. 12. art. 2. in corpore, & art. 5. & 2. 2. q. 175. art. 3. ad 1. Vbi nota quanta cæcus noster intellectus lumine gloriæ confortatus poterit intueri, *quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus*, celebraueram (inquit) infinitam tuam munificentiam ad homines, & iumenta in terra commorantes. Sed ô quis poterit beatitudinis bona dinumerare, *multiplicasti mi-*
sericordiam. Vide in Arithmetica quid sit mul- 19.
tiplicare, & quantum superat alias numeri rationes, & hoc est, quod asserit Dauid, *In tegmine alarum tuarum sperabunt*, Psal. 35. 8. hoc est, in vmbra. Dulcissima sententia (inquit Augustinus) si ita inualidis ad sanitatem, Petri vmbra sufficit, Actuum 5. si iam proximè à cruce, à tartaro deuorandum latronem morientis Iesu vmbra texit, conuertit, beatum effecit, quid non pulli in nidulo gloriæ à Dei protectione sperare debent? *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ*, Psal. 35. 9. saturabuntur vi diuinæ voluntatis, & ineffabili lætitia peribit quodammodo humana mens, & fiet diuina. Audi inebriatum Augustinum

Digitized by Google

a Hie. & in Ps. 21. & 74. & de agone Christiano cap. 9. vide P. Lorinum. b Psal. 35. 9. * Vitalis Cardinalis in speculo morali Scripturæ, verbo Pulchritudo.

stinum [a]; *Quomodo potui dixi, quomodo possum video, & quomodo video dicere non possum. Torrente voluptatis tuæ potabis eos* [b]. Iam nomine potus delicias æternas declarat *: potus namque & claritate, & colore delectat aspectum, subtilitate sine medio immutat gustum, limpiditate ad membra singula deportat, vnit, restaurat, penetrat, sedet sitim, prouocat appetitum cibi, & intrat ventris intimum, vt beatorum præmia ostendat, contemplationē sine discontinuatione, fruitionem sine interruptione, dilectionem sine separatione, potentiam sine corruptione, sapientiam sine occultatione, munditiam sine rebellione, concordiam sine discretione. Sed quid ad hoc, quòd torrens ad modicum durat? ideo subdit; *quoniam apud te est fons vitæ*, felicitas ista à peremni fonte dimanat.

Psal. 35. 10.

20\. Quid etiam præstant hæc omnia, si cæca mens hæc omnia non percipit? ideo subdit, *& in lumine tuo videbimus lumen.* Summum bonum videre licebit: *nam apud te Deus omnipotens Pater, qui fons vitæ es in lumine tuo filio, lumen videbimus Spiritus sancti*, aiebat Ambrosius [c], & vt Nazianzenus [d] affirmat, *beatos lux omni oratione maior excipiet, & sancta, regiaque Trinitatis purius iam, clariúsque collustrantis, totámque se cum tota mente miscentis contemplatio*, & in lumine (ait Irenæus [e]) hoc est, intra Deum existentes, Deum ipsum, eiúsque percipient claritatem. Sed qua ratione venit videns terrena, nisi quia terram adhibuit Christus, vt videret: *pusole antojos de tierra, y veia las cosas como son.* nam qui cælesti lumine non conspicit terrena, est *quasi qui apprehendit vmbram, & sequitur ventum; sic & qui attendit ad visa mendacia: como si vno hechase la mano a cojer la fruta, que se vee en el estanque, oluidado del arbol, que esta sobre su cabeça.* Sic qui terrena videre putat, mendacia videt: at cui Dei lumen affulsit, *venit videns* omnia sicut sunt, sine mendacio percipit.

c Lib. 1. de Spiritu sancto, cap. 16. De lumine gloriæ vide Lorinū hîc. d Oratione de plaga grandinis. e Lib. 4. cap. 39.

Eccli. 34. 2.

21\. Vidimus Seruatorem nostrum nactum esse quod cupiebat, gloriam Dei, & opera mirabilia manifestare. Age deferamus rem omnem apud iudices, & tribunalia, & subitò omnia Dei opera necesse erit obscurari, & non apparere: licèt enim veritas potentissima sit, maximè diuina; si tamen incurrat in manus testium, accusatorum, conquisitorum, iudicum, scribarum, omnia caligine atra, ac densissima circunfunduntur. Obseruarunt hæc sacri Doctores, Chrysostomus, Augustinus, Theodoretus, & alij, quos sequar, sed præcipuè Euangelistam, qui acutissimè depinxit omnia vitia eorum.

Iudicum & ministrorum defectus & vitia ad veritatem obscurandam.

22\. *Itaque vicini, & qui viderant eum prius, &c. quomodo aperti sunt tibi oculi?* Hæc verba præmittit Euangelista, vt doceret non temere miraculum creditum fuisse, sed examinatum, exagitatúmque, & exploratissimum, at si deferatur ad iudices, omnino in dubium verti, & res clarissimas tenebras offundere. Vnde autem malum oriatur, indicat; quia in re exploratissima: *alij dicebant, quia hic est, alij autem nequaquam, sed similis est ei*; falsi enim testes sese insinuant, & se contrarium iuraturos affirmant; qua ratione litigantium animos excitant, & probare posse contrarium autumant, etiamsi veritas seipsam prodat, & dicat, *Ego sum*; si verò perspicua res est, si inquisitioni commendatur, modus exquiritur, quo facta res est, vbi iam mendaciis, & fallaciis ostium aperitur.

Ioan. 9. 8.

Falsitas.

Quomodo aperti sunt tibi oculi? Peccant in multis isti inquisitores: *gran culpa tienen los malos informantes, y receptores.* Primò enim cùm an sit res quærere deberent, modum rogant: *Quomodo aperti sunt: si Dios le hizo hidalgo al otro, o, limpio; porque preguntais como puede ser? primero es aueriguar si lo es*: ostenso autem salutis auctore rogant, *vbi est ille.* In hoc terminos transiliunt informantium, & inquisitorum; eo enim animo rogant, vt si possent, comprehenderent illum, nulla præmissa semiplena informatione, sed narratione simplici rei factæ, quod non temerè affirmo, sed cum Chrysostomo, qui obseruat hos non credidisse ipsi cæco, & cùm Christum, quem quærebant, non inuenirent, cæcum ipsum loco illius ad Pharisæos adducunt, *informantes: que no van sino à hallar tacha, o, culpa, no miran lo que descarga, sino lo que acrimina.* Cæcus ideo dicitur, vt exprimatur, vel extorqueatur confessio veritatis. Caluinistas hîc se videre fatetur Maldonatus noster, fateor & ego, sed Christianos otiosos, qui vniuersi humani generis vitia, labésque illustrium familiarum memoria retinent; & in iudicio, vel in consultatione ea obiiciunt, ne vel ordines, vel dignitates obtineant candidati: *al despacho del pleyto, o, prouision de la prebenda, o, plaça, salen al encuentro con mill excepciones, y tachas de los oppositores.* Ponderat hoc D. Chrysostomus [a] in illud 2. *Reg.* 9. 1. Dauid mortuo Saule non modò non occidit illius posteros, sed tum plura præstitit, quàm erat pollicitus, & in vniuersum rogat: *Putásne est aliquis, qui remanserit de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam propter Ionathan? Palabra real, que vale por muchas mercedes. erat autem de domo Saul seruus nomine Siba: al fin hombre bajo*, & quem nomen suum satis prodit *vendens* interpretatur, & respondit: *Superest filius Ionathæ debilis pedibus: ay queda vn hijo coxo, manco, desbaratado, no es para parecer delante de gentes, ni entrar en listas, ni consultas.* O nefas! vbi regis verbum est, sic extenuas regis filium; quia emortui parentis est, & hostis, & debilis? bene tu *vendens* vocaris; teneris enim restituere quidquid ille tui causa honoris, & emolumenti amisit. Ecce rex bonus, Miphiboseth vtroque pede claudum in domum induxit, suæque mensæ fecit participem, non arbitratus regiam mensam claudicatione pueri dehonestari, sed decorari. Crimen quidem istorum magnum genere ipso; insuper autem crudele, & quod in re honoris, & famæ difficile potest resarciri.

23\. *Inquisitores testium & in litibus in quibus peccent.*

a Hom. de Dauide, & Saule tom. 1.

Adducunt eum ad Pharisæos, qui cæcus fuerat. Deterior fit nostra causa, anceps, & aduersa, nisi diuinum adsit patrocinium: accusatur iam apud iudices, & quos iudices? audi Ieremiam. *Quomodo dicitis, sapientes nos sumus, & lex Domini nobiscum est? verè mendacium operatus est stylus mendax scribarum.* Falsissimum est vos esse sapientes, & legem apud vos inueniendam, cùm apud vos vera legis interpretatio non inueniatur. Quod vt probet Euangelista, obiter notauit: *Erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius*, vt leuissimam, & iniustam calumniæ accusationem declararet. Peccant igitur isti; primò, quia crimina augent, & causas excitant de rebus leuissimis: accersunt,

24\. Ioan. 9. 11.

Cap. 8. 8.

Vitia iudicū.

Ioan. 9. 14.

accersunt, & insimulant Christum capitis, hæresis, blasphemiæ, peccati, & scandali; & qua de causa reus fit tantorum criminum? quia in sabbato tantillum luti primis digitis subegit, expuens, & liniens oculos: tam leui causa tantas excitatis tragœdias? ita, in hoc est ingenium, & ars: *en esso està la abilidad.* nam si nefariè hominem occidisset, aliena bona expilasset, non multum foret criminari apud populum, & iudices: *no es por el bueno, sino por el fuero; no està ay vna ley clara del decalogo?* verè mendax est stylus scribarum.

25. Ioan.9.16. *Dicebant ergo ex Pharisæis quidam: Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Alij dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?* Ecce iam cæci præsentia, & testimonia in diuersas sententias distracti sunt opportunè satis, ne otiosi essent aduocati, & Iurisconsulti: *de que hauian de comer los letrados sino huuiera esta diuision, y pareceres?* causidici enim, vt suo clientulo patrocinentur, quas cautelas, quas leges non citant, quos textus, sensus non adinueniunt? quo fit, vt diu perdurante lite legem in diuersos sensus contorquentes, interim marsupia litigantium languescunt, & euacuantur. Sed ne omnibus detrahamus causidicis, ecce vnus bonus Nicodemus inter eos Christi defensor fit, & patronus: *Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?*

Aduocatorũ in augendis criminibus & causis ingenium.

26. Ioan.9.17. *Dicunt ergo cæco iterum, tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos?* Apertè vocat cæcum Euangelista eum, qui tam clarè videt, mundi consuetudini se accommodans, qui si vitio aliquo notatum te vidit, nusquam obliuioni dat, sed nomen imponit probrosum, & quod valeat in posterum labis, & vitij memoriam refricare: *tu quid dicis de illo?* vide quem rogant? hoc malum inferunt diuisiones, & discordiæ principum, vt statim ostium adaperiatur, vt vilissimi homunciones sese extollant, valeant, & eorum æstimetur iudicium: *en tiempo de discordias medra la gente baxa, y vale su dicho, y todos seles humillan por hazerlos sus parciales.* Rebellat Absalon in regem parentem, & multo manè in aula regia excipit quosque rusticos incultos, & horridos, & egentissimos squalentes, vt in parentem coniurarent; quo fit vt homo profligatissimus, & vilissimus in altum euehatur, quem omnes admirentur; quis lapidem illum in tantum fastigium eleuauit? quis? brachium alicuius potentis, qui istum sui sequacem vt efficeret, honore afficit: *vn buen braço la tirò à lo alto en cierta rebolucion, y en rio buelto ganancia de pescadores.* Ecce cæcum, qui vix orationes, & precationes recitare nouerit, & vt optatum testimonium contra Christum ferat. Secundò interrogant, vt notauit Euangelista, &, vt Leontius notauit, pronomen *tu* emphaticè, & adulatoriè positum est, quasi dicant: Nos de hac re inter nos disceptamus, an ille, qui tibi oculos aperuit, à Deo sit, néene, & in contrarias diuisi sententias te iudicem constituimus. *Tu* ergo: *y vos señor que dezis, que os parece del, que os diò vista?* Ducunt ergo cæcum blandè in id, quod desiderant, affirmari, & præcipitem agunt conscientiam testis, dum in suum iudicium, & arbitrium flectunt, & alliciunt: at ille adauget æstimationis verba, & quem *hominem* vocauerat, *Prophetam* dicit; *quia Propheta est*: nondũ enim credebat esse Deum, vt notat August.[a]

Nunquam mundus vitia aut opinionem conceptam obliuioni dat.

Diuisiones & discordia quod malum inferant.

Litigantes miseri: homunciones colunt vincendi gratia.

a Tract.44. in Ioan.

27. *Non crediderunt ergo Iudæi, donec vocauerunt parentes eius.* Malitiosè accersunt parentes, experiri vtique volentes in qua re parentes à filij testimonio discreparent, vt ansam inde arriperent dicendi, rem esse compositam, aut arte magica sanatum. Nouum hoc peccatum est multos adhibere testes, vt multiplicatis testimoniis, vel discrepantibus res in dubium vertatur. Aliud item peccatum (inquit Chrysostomus) parentes rogare; quasi dicerent, éstne hic filius vester, quem vos mentimini esse cæcum. *O iniqui, quis pater eligeret talia mentiri de filio.* Et Theodoretus, Vide (inquit) qualiter interrogationem inferant. Aut falsum est modò videre, aut fuisse cæcum; sed modò clarè videre nitimur; falsum ergo erit si vos dicitis, fuisse cæcum: *abrenles camino à los testigos para que no digan la verdad coloreandola con razon, y apparencia, gestos ademanes*, &c. at ipsi se referunt ad testimonium filij; sciebant enim, *quia iam conspirauerant Iudæi.* Ioan.9.23.

Multiplicatio testium mala.

28. Ibid.24. *Vocauerunt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus.* Iam quæstio ista tertia nihil à tormento differt: *atormentale con preguntas.* Vexatio ista iustior, quàm quæ exquisita seueritate in equuleo fit ad extorquendam nouo, & immani modo veritatem: nolo medium istud improbare, sed medium esse admonere, & sæuitiam Stoicorum iudicum arcere. Si res iam in confesso est, & clara, quorsum adhibetur equuleus? vt complices manifestet. Vos videritis, iam iste cæcus semel, & iterum rem patefecit. Modò tertiò interrogatur, vt crebra interrogatione res clara tenebris suffundatur. *Da gloriam Deo*, quod Hispanè *pon aqui la mano sobre esta cruz*; quo modo solebant rei tanquam per Deum adiurati solemni ritu interrogari, admoniti his verbis, *stare se coram Deo ne mentirentur*: at ille optimi testis proprietates obseruauit, quas Augustinus affert, liberè, constanter, & veraciter rem fateri.

29. *Quid fecit tibi?* Scribarum iam non noua interrogatio, sed malitiosè repetita, hac ratione sperantes aliqui noui prolecturos, quo sabbatum omnino violatum videretur. Crimine isto obnoxij sunt scribæ publici, qui ea solùm quærunt à testibus, quæ ad rem optatam opportuna sunt, non quæ ad veritatem, sicut & parentes rogarunt talibus verbis, vt veritatem obscurarent: *si que esse no era ciego, vos otros dezis, que era ciego, como es possible hauer visto, esse hombre no es peccador?* Sistite ministri iniusti, in quo differt actor à scriba? in hoc videlicet, quòd actor, causidicus, & procurator clientulum quoquo modo defendunt; scriba verò medius est, non vt scribat quod optat, sed quod ex ore testium excipit. Vnde fit, vt cùm aliud ipsi, aliud testes affirment, & scribant, multa in scriptis contraria reperias, si obserues; vt bene aduertit Chrysostomus: nam *cap. 7. Ioan.* quem heri audiuimus, isti dixerunt: *Hunc scimus vnde sit; Christus autem cùm venerit, nemo scit vnde sit.* Verf.27. Expectate, non longè abest caput nonum, quod hodie lectum est, vbi hoc scriptum legimus: *Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus; hunc autem nescimus vnde sit.* Ioan. 9.29. Vide contradictionem, *scimus vnde sit, nescimus vnde sit*, logici contradictorias vocant propositiones, vulgari idiomate

Scribæ vitia in causis & examine testium.

Digitized by Google

idiomate *mentiras*: horum autem quamplurima reperiri facilè esset, si folia foliis, testimo-
30. nia testimoniis componerentur. Nullam solutionem, neque effugium inuenio, nisi asseram, *scimus vnde sit*, ab vno scriba proditum, *nescimus vnde sit*, ab aliis scriptum. Sed inde fit omnes illos scribas nefarios esse, qui sic ingenuè mentiuntur. Non ego nostros taxare volo, sed antiqua est inter eos non secta, sed scholæ diuersæ: alij enim nominales, alij reales, alij Thomistæ, Scotistæ alij. Nominales sunt, qui nomine tenus officio funguntur, quod emit alter, quòd si proprietarius multis nummis aureis empti muneris non nisi furando potest resarcire pretium, quid agat qui annuos redditus illi de munere soluit? Reales dicuntur; quia reuera de regio munere tuendo viuunt: re tamen vera etiam sub regio titulo suæ consulunt vtilitati; *viuen de viua el Rey, y dad aca la capa.* Thomistarum schola, quam iustiores, & probatiores sequuntur, qui confitentur assiduè, & diuina frequentant, profitetur id solum accipiendum, quod liberè datur: *tomo loque me dan.* Bene quidem ais: verumtamen quid ais si proposuisti ex iuramento præscriptas stipendij leges obseruare? quomodo ergo periurij crimen effugies, si omnia suscipis, concessa expetis, & extorques? Scotistæ sunt delicatioris ingenij, sed subtilitas cum obscuritate multa scripta nodis plena relinquit, quos neque Hercules soluet, quot palliatas vsuras? quot testamenta, quæ si gentes ad vitam redirent, admirentur, non nostros intelligi volo, sed antiquos, qui cuiusuis classis sint, à Christi diebus hoc habent, vt potentiorum partes agant, & nolunt neque à Christo vocari cæci: *nunquid & nos cæci sumus?*

Ioan. 9. 40. 31.

Cæcus item ipse suos etiam habuit defectus: nam vocauit Christum *ille homo*, tarditas non sine ingrati animi nota. Secundò, quia post tantum benefactorem non abiit: sed hos defectus Christi operuit charitas, & obuius illi factus mentis oculos indidit: *Tu credis in filium Dei? Quis est Domine, vt credam in eum?* nam nunquam viderat Christum, ideo secum loquentem non cognoscebat, quia in Siloe visum receperat; vel non cognoscebat eum, qui erat filius Dei: rogat tamen paratus credere in eum, iustum enim, & Prophetam iam crediderat; filium Dei naturalem noscere expetit, & petitioni eius (quod Arrianam hæresim destruit) annuit Christus directè respondens, *& vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.* quo verbo *vidisti* in memoriam reuocat beneficium recepti visus, *vidisti* inquiens, non antè, sed nunc, vt tanti benefactoris cognitione hominis iusti, Prophetæ, Christi, & filij Dei, & tanti beneficij pondere in genua prouolueretur è vestigio, *& procidens adoraret eum*, verbaque ab Ambrosio mutuata gratitudinis ergò deuotissimè daret. *Suscepi Domine, quem nesciebam, agnoui quem non cognoscebam, confiteor quem negabam, ipsi genu corporis flecto, ipsum adoro, quem antè fugiebam. Gratias tibi agimus, Iesu Christe, quòd creasti nos, sed creatos mutis animantibus præfecisti, visitatos maiestatis tuæ consortiis honorasti, suscepto corpore frater es factus: maior redemptionis gratia; quia periclitantes morte propria redemisti, suscitasti mortuos, resurgentes adæquasti Angelis; postremò ad dexteram Dei in illo filij hominis solio collocasti, vbi viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.*

Ibid. 35.

VERBUM SPIRITUS sancti. Apoc. 11. v. 15.

NOTA. Vide finem capitis octaui Ioannis, vbi lapides tulerunt cõtra Iesum, & ille occasione sumpta, lumen fidei cæco, & Gétili populo dedit.

Et septimus Angelus tuba cecinit: & factæ sunt voces magnæ in cælo, &c.

Obstinatio, & finalis obduratio Synagogæ persequentis Ecclesiam, libello repudij relegatur, eius loco Gentium Ecclesia sufficitur, fidei lumine, virtute, & constantia ornatur.

DISCURSUS XXXIX.

TANTA leuitas animis innata, & inconstantia, vt nulla intercedente causa à Christi fide, & amore discedant: 1.
ita vt iam nullam ob causam Christo nupsisse videntur, nisi vt diuortia facere possint ab eo, qui sic tolerat, sic adulteram allicit, sic in fidem, & amorem reducit. Videant igitur hodierna die quibus de causis libellum repudij Synagogæ dedat Christus, & qua ratione summam pietatem cum extrema seueritate coniungat, ne vlteriùs anima semel Christo desponsata talem imitetur amentiam. Legi apud Tertullianum contra Iudæos hæc verba: *Sicut machæra conditionalis comminatio: si nolueritis, nec obaudieritis, gladius vos comedet.* Semel nupserat Deus Synagogæ, quam non solùm omnibus officiis prosecutus est, sed sæpe repudio dignam tolerauit; quia, vt ipse dixerat, *Omnis, qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari.* Sicque diuortium abominatus est filius Dei, vt Moysis legem limitauerit, dicens: Plurimas affertis vos causas repudij; ego autem dico vobis vnicam tantùm esse, eámque ipsi matrimonio contrariam, cùm videlicet à marito in fornicatione comprehenditur; & Deus Pater sic morosè, & ægrè conditiones libelli instituit, vt illæ vel maritum à tali diuisione retraherent, vel omnino obducerent. Prima, vt vxor nunquam discederet, nisi volente marito. Secunda, vt libellus in manu vxoris traderetur. Tertia, vt testes adhiberentur, & scriberetur litteris rotundis, vt nulla gutta atramenti in chartam decideret, ac denique maritus diceret: Accipe libellum repu- 2.
dij, & esto à me abiecta, & cuicunque viro permissa *. Arctissimum quidem matrimonij vinculum, & quod morte necdum ipsa rescindi putauit Tertullianus *a*. Dum monogamiam persuasit, quare Christus primas cum Synagoga nuptias illæsas seruare conatus est, quamobrem quadam die transiens per Thyatirensem Ecclesiam vidit Iezabelem, hoc est, gentem Iudaici populi, quæ sicut Iezabel seducebat filios Dei, & à vera Christi doctrina ad vanum idolorum cultum, vel ad abrogatam Moysis legem seruandam inducebat. Quid agat contra manifestam adulteram Christus? hanc solam comminationem in epistola mittit;

CAPUT DISCURSUS. *Causam reddit animam Synagoga repudium.*

Matth. 5. 32.

Repudij legem explicauit & limitauit Christus.

* Verba libelli vide apud nostrũ Maldonatũ, Mat. 19. v. 8.

a Lib. de monogam. Vita æterna, in qua magis inseparabiles, quos coniunxit Deus.

Apoc.2.20. mittit; *Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco: Noui opera tua*, &c. *permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit Prophetam, docere, & seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis: Esto dize el hijo de Dios (esto es la sabiduria del Padre) mirad, que no soi ciego, y se me ha subido el Zelo a los ojos, y tengo pies de metal pretioso sacado del monte Libano, y me podre ir à Roma, y dexar os à vos adultera synagoga; & scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutans renes, & corda.* Quid aptius ad corripiendam adulteram? præter hoc autem ille sponsæ fidelissimus fuit. Quare meritò rogant aliqui, & mirantur valde D. Augustinus [a], & Chrysostomus [b]. Quare mulier Chananæa à finibus suis egressa filiæ salutem opportunè, & humiliter postulans repulsam passa est à Christo, *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.* cùm tamen idem ipse hodierna die præteriens iuxta cæcum quasi salutem vænalem circumferens, *& vidit*, hoc est, misertus est, & studiosè illi curando incubuit, sanauit, defendit, & sui fidem infudit. quæ facilitas ista? & quæ seueritas illa? Zelabat nimium Synagoga Messiam suum, & inuidia vrebatur quoties ad Gentes commigraturum vel audiebat, vel suspicabatur, vt patet ex Actuum 11. vbi Paulo sedenti ad mensam cum Gentilibus vna voce qui fuerant Iudæi, dicunt: *Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis?* & opus fuit illi à longè orationem petere, vt probaret illam fuisse Dei voluntatem; quare vt zelotypiæ occasionem tolleret, surdum se fecit ad Chananæam alienigenam. Sicut maritus prudens, qui nimio zelo laborare vxorem nouit, etiam visitationes necessarias aliarum fœminarum, & colloquia vitat: *y ella tiene esso por sineça, y prueua que sea corto, y como descortes con las otras.* ideoque tunc voluit zelo Synagogæ morem gerere, vt discant viri, vt larga colloquia, & vrbana signa amoris auferant, nisi coacti, ne imbecilla vxor animi tranquillitatem amittat: *no alegueis que no hazeis cosa mal hecha, que tan poco el Redemptor hiziera cosa mal hecha.* Quòd si improbitas, & vxoris petulantia eò deueniret, vt lapides tolleret contra mariti honorem, & cernente illo adulterum in domum inferret; tunc liceat illam dimittere, & vnam, si liceret, de prætereuntibus peruiam ducere, & in eius locum sufficere. Cùm ergo Christus Dominus non solùm cæcam videt sponsam, sed cæco oculos eruere velle, & contra illum lapides tollere: tunc ira succensus Gentilem populum in isto cæco adumbratum fidei lumine illustrat, & nouam ducit sponsam gentilitatem. Res quidem sic noua, & mirabilis, vt summus ille concionator videns, quam iamiam describo repudij, & nuptiarum rationem, exclamauerit: *O altitudo diuitiarum, ô que rico es Dios, sapientiæ, & scientiæ Dei! ô que sabio es Dios! quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius: quien pensara que juicio tan riguroso como cegar el Iudio, hauia de ser beneficiencia, y piedad para el Gentil?*

a Serm. de tempore 75.
b Hom. 52. in Matth.
Mat. 15.24.
3.
Vers.3.
Maritus occasionem zelotypiæ auferat.
Ducit & illuminat nouam sponsam gentilitatem.
Rom.11.33.

4. Vers. 15. & 19. Ecce iudicium istud depictum est Apoc. 11. *Et septimus Angelus tuba cecinit; & apertum est templum Dei in cælo, & visa est arca testamenti eius in templo eius, & facta sunt fulgura, & voces, & terra motus, & grando magna.* Nusquam celebratum erat hoc spectaculum, cùm ante hoc tempus Deus nunquam libello repudiauit Synagogam, neque absolutè repudiatam esse dicimus, dicente Isaia: *Quis est hic liber repudij matris vestræ?* Summæ seueritatis spectaculum ita peractum est: visus est filius Dei *habens oculos tamquam flamma ignis*, vt iram, & zelum significet, vt ardentibus oculis toto ex ore crudelitas emineat: quia, vt ait Aristoteles, oculi inflammantur; quia ad partem violatam ascendit calor. Quare cùm peccator, & adultura diuinæ maiestatis oculos offenderit coram ipsis peccando, ira ad violatam partem ascendit: *no espereis perdon oy alma adultera, que ya la llama de los Zelos me ha ocupado los ojos.* Et quænam repudij causa? ea nempe apprimè ostenditur illis signis, & verbis, *Facta est grando magna*; quando? tunc nempe, *cùm facta sunt fulgura, & voces, & terra motus: este pueblo se ha hecho duro, quando mas blando hauia de estar, està frio en medio del fuego, està sordo dando el cielo voces, està immoble dando bueltas el mundo, señal de vltima obstinacion.* Ecce ego in Iudæa cæcis oculos concedo; ecce fulgurat doctrina mea per Apostolos; ecce voces, miracula, & mundus totus post me vadit (hoc enim significat terræ motus) & tunc Synagoga obduratior, & quasi grando magna obstinatior lapides in me tollit; actum est de illa. nam, vt ait Isidorus [a]; *grando perfidia duritia est, sepore malitia frigida.* hęc autem est *grando magna, sicut talentum plumbi: grande, vltima, y justa condenacion quando llega à ser tan pesada la piedra como vn talento,* mille quingentas vncias ponderans. Siste Domine, expecta, quare non stas promissis? quare Dauidis pactum scindis? quare populum dilectum à te abdicas? Huic interrogationi respondet Tertullianus, *Sicut machæra conditionalis comminatio: no veis que se desposo Dios con condicion. Si nolueritis, nec obedieritis, gladius vos comedet.* noluerunt illi seruare pactum, repudiauit illam sponsus. Quapropter (inquit Tertullianus) *desiit à beneficiis, deinde cùm perseuerantia furoris sui per ipsum blasphemaretur: quitole las joyas, charismata, legem, Prophetas, fidei lumen.* Est ne auaritia sibi tollere monilia adulteræ? minimè, sed vt Ecclesiæ tribuat, & cæco à natiuitate; ideo subdit, *& apertum est templum Dei in cælo: abriese el Ciel, y el templo, que es la iglesia. & visa est arca testamenti eius in templo eius; y hechose de ver el aparador, y arca de las joyas de la nueua Esposa, y que si las quita à vnos, es para dar à otros.* Quare in fine cap. 8. noster Ioannes describit Iudæos lapides contra Iesum tollentes, in quo causam repudij ostendit, qui in hanc formam datur Synagogæ: Ego Iesus Christus vnigenitus Dei filius, & Mariæ Virginis secundùm carnem in anno à creatione mundi ex animi mei consensu, & sine vlla coactione; quia ipsa priùs à me discedere voluit, & digna scelera commisit, dedi Synagogæ filiæ Iudæ libellum repudij in manu schedam abscissionis, & signaculum diuisionis, vt sit à me abiecta, & abeat quocunque velit. O timenda verba, *accipe libellum repudij, & esto à me abiecta, & cuicunque viro permissa.* his dictis misericors sponsus ad Ecclesiam Gentilitatis se conuertit, & arcam, fœdus, monilia, gaudia, voces, & plausus nouarum nuptiarum celebrat. *pensais que lloraran en el cielo, aunque vos os condeneis?*

Causa repudij.
Obstinatio.
5.
a Lib. de mundo cap. 35.
Apoc.16.21.
Apoc.11.19.
Formula libelli repudij apud Iudæos.

no

no hazeis falta (alma) *veis aqui a vn Dios poderoso a hazer esposa digna suya la Gentilidad , y franquearle la arca de sus joyas* , vt iamiam patebit.

6. *Præteriens Iesus vidit hominem cæcum.* Primum donum nouæ sponsæ concedit , nempe *videre illam* : quis enim sponsam incultam, & inornatam posset excolere , nisi diuinus iste Christi aspectus. Sicut enim priusquam terram vestiret, erat terra *inanis , & vacua* , hoc est , incomposita; videns autem illam , oculos illi in cælo præfixit,& postea bona omnia,quæ creauerat, approbauit , *vidit Deus lucem , quòd esset bona* : respexit iterum , & iam *erant valde bona* ; quis iam fecit valde bona : vtique oculi Dei (vt notauit Tertullianus [a]) *honorans , conspiciens , dispungens bonitatem operum dignatione conspectus* ; quia ex quo semel in aliquem oculi pietatis feruntur , certam sibi Dei misericordiam affuturam sperant: *non enim amas , & deseris* (aiebat Augustinus [b].) & hoc idem significat verbum illud *præteriens vidit* : quasi dicat , præteribat Dominus ; non tamen sic cursim , vt non statim , ac perspexerit pauperem cæcum , ex aspectu remedium naturæ præbuerit : sunt enim reliqui homines steriles; nam vident , sed non perspiciunt : *veen, mas no bechan de ver , paran , mas no reparan.* Vident pauperem , sed non dolent , nec sentiunt dolorem , nec indigentiam. Ideo duobus nominibus descripsit oculos Christi sponsa: *Oculi tui sicut columbæ* , hoc est, quod vides , efficis , & fœcunditate visus creas , reparas , & generas filios. Et in veteri lege , *Oculi eius vt lampas ardens* : quare lampadum lumine potius , quàm aliarum rerum comparat? Primò ,

Ioan. 9. 1.

Primum donum sponsæ gratis oculis aspicere illam.

Gen. 1. 2.

Ibid. 4.

Ibid. 31.

a Lib. 2. aduersùs Marcio. cap. 4.

b In Ioan. tract. 49.

Cant. 4. 1.

Dan. 10. 6.

7. quia lampas sic lumen præbet , vt integra maneat , etiamsi aliis luminibus , & cereis lucem præstet. Sic Christus , *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* : & nulla sui luminis iactura cæco lumen impertit. Secundò , quia lux lampadis oleo nutritur , quo deficiente deficit lux. Sic Christi conspectus lumen est ; quod tamen oleo misericordiæ nutritur : sic enim aspicit , vt ad remedium pergat ; qui enim consilium dat , & lumen doctrinæ , nec media , & remedia præbet , comparat Plato ei , qui lampadem accendit , & oleum non instillat : *da el consejo , y no el vencejo.* Non sic Christus videt , & cor eius commiseratione tangitur , & viso cæco de remedio cogitat: *no se queda encojiendo los hombros, ni diziendo , que lastima? sino que becha azeite su misericordia , y da luz.* Quòd si principes , & diuites , vel nolint videre , vel viso indigenti non subueniunt , grauiori pœna à Deo afficiuntur. Venit Naaman Syrus ad Elisæum, vt salutem obtineat, sanat illum , non ibi , sed absentem in Iordane : quare? quia vidit , & misericordia motus est erga procerem virum nobilem , diuitem , sed leprosum : vt verò suscitet filium viduæ , & manet ipse , & mittit famulum Giezi , & nequit suscitare illum ; quare digna pœna afficitur , cogitur namque ipse descendere , & mortuum amplexari , & oculos oculis imponere , ac mortem ipsam degustare: quare? quia illius prioris vtpote nobilis, statim ac vidit lepram , misertus est ; huius verò etiamsi mortui , cùm non videt , alienæ committit opi. Ita te geris ; (inquit Deus) ego te morti proximum faciam , & sæpius obambulare ,

Ioan. 1. 9.

Videt & prouidet, misceretur & subuenit Deus.

& postulare vitam : sic enim plectuntur Stoici isti , qui omne triste , & squalidum refugiunt : *que no quiere ver pobres , ni llagados , ni miserables.* nam repente grauem , & periculosum morbum contrahunt , opus est lecto decumbere , & mortem subodorari , & quasi amplexari , atque in adhibendis medicamentis plus insumere , quam in subueniendo pauperi expendi posset : opus est vobis & videre , & prouidere ; vnum enim alteri consequens est. Vide quid de seipso cecinit Dauid : *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei mei.* Arbor quidem misericordiæ symbolum, quæ non vmbra suaui , neque ligno diuturnè duraturo , neque flore contenta est , sed fructum misericordiæ , & liquorem ad sanandum , exhilarandum , & ad fouendum ignem mira fœcunditate fructificat , ideo *frutifera* vocatur: *no bastan ojas , ni ojos para el pobre , sino vncion , fruto , y limosna.* Quòd si hoc ad fidelem quemque dictum existimamus : maximè tamen congruit viris Ecclesiasticis , quibus hoc nomen oliuæ *in domo Domini plantata* , apprimè quadrat , & vncti sicut Dauid , & Deo consecrati , qui non solùm fructiferi esse tenentur , & benigni in pauperes , sed ipsi pauperes quoddam ius in annuos suos redditus habere videntur ; puto sic cecinisse cælestem sponsum, *Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli.* Non immoror , probans ordinem Ecclesiasticum vbera esse Ecclesiæ , sicut sancti , & Doctores interpretantur. rationem symboli huius reddam: sicut enim ad vbera , & sinus , ac venas pectoris omnes corporis partes confluunt , implent, sustentant , vt inde fœtus alimentum exsugat; sic Ecclesiasticis alendis , & sustentandis omnes reipublicæ status destinati sunt , sudores , sanguinem , & labores conferunt. Quorsum? vt illi lacte abundent , & diuitiis scateant? minimè , sed vt illi creaturas Dei alant. Vbi nota , quòd id , quod sanguis est in pauperculo , & agricola , hoc idem lac fit in sacerdote : attamen sanguis nunquam lac fieret , nisi vbera attingeret : sic diuitiæ si in sinu auari agricolæ sinerentur , nunquam eleemosynam porrigeret, nam quod tanto labore acquirit , cum dolore quasi sanguinem mitteret : at cùm in Ecclesiastico idem sanguis sistit , fitque lac , non ægrè , nec coactè , sed amanter , & materno affectu sicut hausit , præbet , & illi , quod suum est nutrimentum , sua pietate seruat , & impertit : & sicut vbera , quæ lactis retinentiora sunt , intumescunt , & cum summo dolore disrumpuntur ; sic isti , qui Ecclesiasticum lac nimium retinent , & recondunt , acerbissimo dolore cruciantur , ac tandem infausto exitu morte subita disrumpuntur. Sat debet esse in aliorum exemplum mors illa Iudæ Apostatæ , quam noluit D. Petrus ignoraret Ecclesia; nam cùm rei familiaris collegij Apostolici administer esset , pecuniam reposuit , & in loculis retinebat, intumuerunt vbera , & necessariò *crepuit medius laqueo suspensus.* Inquiro tamen, quare vbera hinnulis comparauit ; nam hi cùm paruuli sunt, potiùs exsugunt lac , quàm dedant? verum est hinnulos auidissimè lac sumere , sed ita sumunt, vt postea liberalissimè , & vberrimè reddant: sic vos tenemini decimis vestris Ecclesiam sustentare , & auidè , & ipsi Ecclesiastici solicitè à vobis expetere; ob id tamen non vobis irrogatur

8.

Psal. 51. 10.

Clericorum est eleemosynas distribuere in pauperem.

Psal. 9. 24.

Cant. 7. 3.

Ecclesiastici vbera Ecclesiæ ob pietatem.

9.

Lac eleemosyna Ecclesiastica.

10.

Act. 1. 18.

Ipsi Ecclesiastici.

iniuria: reddent enim illi duplicatam mercedem, & paruulis dabunt lac, quod diuites nunquam facerent. Quamobrem Ecclesiasticus, qui ad altare accedit, & adest horis sacris, facta eleemosyna, sic Deo præsens fit, vt à Domino quasi ex iustitia gratiam, & dona possit postulare: non sic auarus; quia licèt inter Deum, & hominem veræ iustitiæ ius non sit, & nihil det homo, quod Dei non sit; supposito tamen Dei verbo, & regio pacto, reddet vtique, & cumulatissimè, quod semel suo nomine datum est: *Fœneratur Domino, qui miseretur pauperi, & vicissitudinem suam reddet ei.* id est, *reddit, termino es de restitucion.* Sine dubio obligationem sentit Deus, qui reddit, atque adeò etiam potest vir misericors executionem illi facere, & pignora ab illo extorquere, & in æternum seruare. Ideo enim eleemosyna iustitia vocatur, *& iustitia eius manet in sæculum sæculi.* Sicut ille considerans tabellam scriptam dicit: *A qui està toda mi iusticia en este pleyto.* Videant ergo diuites, quàm illos oporteat videre, & inspicere, respicere, & prospicere, sicut ille, qui *præteriens vidit*, & sanauit.

Eleemosyna pauperi ingressum ad Deum & non sine fœnore erat.

Prou. 19. 17.

Psal. 110. 3.

11. *Neque hic peccauit, &c. sed vt manifestentur opera Dei in illo.* Secunda, quam suæ sponsæ præbet, supellex est, & emblema dignum tali sponso; duo videlicet oculi fidei, quibus possit homo alta Dei, & diuina cognoscere. D. Gregorius Nissenus egregiè ponderauit hanc visus dignitatem, & penetrationem mysteriorum Dei: *Has ob causas* (inquit [a]) *sponsæ pulcritudinem sermo ab hac parte prædicare incipit, cùm ait: Oculi tui columbæ. es la primera joya la fee, y los ojos para ver, y manifestar las obras de Dios:* ideo enim (inquit Nissenus) Prophetæ in veteri lege *Videntes* nuncupantur; nos verò oculis fidei prædici clarius, quàm illi omnia Dei opera spectamus, & spectata manifestamus: quia si rectè consideramus quinque prærogatiuas facultatis cernendi, quibus alios sensus superat, has habet fides super omnem aliam sectam, & quinque Dei opera per illam manifestantur.

Ioan. 9. 3. *Oculi fidei.*

a In Cant. c. 4. 1. Quid enim inter membra nostra præstantius est oculis, per quos nimirum lucis fit perceptio, quibus, & amica, & hostilia agnoscimus, per quos ab alienis nostra secernimus, qui nobis omnium operum magistri sunt & Doctores, &c.

12. Primò videt oculus terrena etiam, sicut cæteri sensus, sed ô quantum extollitur ad conspicienda cælestia, solem, lunam, & astra: vnde Plato [b] *oculum participem radiorum cælestium* appellat. Hæc nostræ fidei præstantia oculi clarissimi non terrenis, & quæ ad sensum sunt addicti; & sicut Gentes, & Mauri in amorem sensibilium depressi, sed qui visu, & cognitione cælestia prætereuolant, & rectà tendunt *in creatorem cæli, & terræ*, cui cognitioni *conuersatio concordat nostra in cælis*, & terrenarum proculcatio, diuitiarum abiectio, paradisum Mauri videns, felicitatem Gentilis inanem iudicans, vnum super omnia, & in omnibus Creatorem credens. Ideo (inquit Hieronymus) lutum adhibuit oculis, vt ipse se ostenderet Creatorem vniuersi, & hominis, quem ex luto condiderat. O fides, ô lumen, ô cognitio! quam lætitiam potest habere, qui tuo lumine caret?

Fides visiua potentiæ in proprietatibus assimilatur.

b In Timæo.

Oculi & fides cælestia vident.

Creationis opus manifestatur.

13. Secundò, visus omnibus aliis sensibus manum porrigit, & ducit, atque gubernat, quod optimè intellexit Augustinus, cùm dixit: *Idem oculus in homine, quod mens in anima*, ideo eminentiorem locum obtinent. & monet Sapiens, *Oculi tui recta videant: guarda no yerren los ojos; porque son el regimen del pie, y de la mano, y del gusto*; nam si illi aberrant, & cæcutiunt, in foueam cadent, & dum rosas apprehendere debes, spinas colliges, & dum lac haurire cupis, venenum exhauries, hæc est Catholica fides, oculi totius corporis Ecclesiæ gubernatores, & duces, quibus ablatis, quid in anima, nisi perturbatio? quid in regno, nisi confusio? quid in Ecclesia, nisi sempiternus horror? semel enim, ac à vero tramite deflectunt, credunt filium Dei non esse Patri consubstantialem, omnia peccata æqualia esse, sicut priuati lumine indulgentias pessundant, sedem Petri exturbant, negant Sacramenta, nulla eis lex, ratio, traditio, neque Scriptura. Vt autem ostenderet veram in Ecclesia sapientiam ex ore Altissimi delapsam esse, ideo Rupertus, & Augustinus adnotant saliuam in terram misisse, verbum videlicet ab ore, hoc est, mente Patris delapsum, quod oculus hominis factum est. *Dominus est oculus hominis.* Christus enim lumen est
oculorum nostrorum, cui (inquit Nissenus) 14.
Prælati, superiores, & Doctores succedunt, qui vtpote sapientiores ex alto speculantur. Attamen dignitatem istam non sine pensione acceperunt; nam sicut oculi aliorum sensuum errores ex munere suo deplorant, si pes dolet, si manus percussa, si brachium vulnus accepit, plorant oculi. Sic Prælatis, & sacerdotibus, quibus cernendi facultas datur, etiam pensio plorandi exigitur: *pusò en vn mismo sentido el ver, y ell llorar paraque al passo, que viesse, llorasse*; ideo, *oculi columbæ sunt* semper gementis: *nam vbi multa sapientia, multa indignatio, & qui addit scientiam, addit & laborem*; nec deerunt deploranda: nam *stultorum infinitus est numerus: està tal el mundo, que el que tiene por officio mirar, es bien le tenga de llorar.* Quo alio munere functi sunt Ecclesiæ oculi, Christus, qui nunquam risit? Petrus, qui semper plorabat? plorans nascitur Christus, plorans patitur, & cum lacrymis semina misit in terram, plorans prophetat ruinam verbis, plorans suscitat Lazarum, plorans sudat sanguinem, plorans exauditus est, & nostræ redemptionis, & vitæ finem fecit, & ex corde lacrymas etiam defunctus effudit: *no se como reimos, y passeamos tanto los que estamos en alto hauiendo tanta materia de lagrimas.*

Cap. 4. *Oculi & fides duces sunt hominis.*

Incarnationis opus patefit.

Zachar. 9. 1.

Plorent prælati quia oculi sunt.

Eccl. 1. 18.

Ibid. 15.

15. Tertiò excellit visus; quia rem quamlibet certè, & distinctè discernit, & cognoscit sine fallacia, quod non aliis sensibus conceditur: neque enim venientem cognoscunt Petrum esse, vel Ioannem, amicum, aut inimicum, aurum, vel argentum. Vide Isaacum senem, qui quatuor sensuum munere functus vno deficiente visu fallaciam non agnoscit. Hæc tua dignitas est, ô fides: luces enim, & splendes in capitibus Ecclesiæ, vt pretiosum à vili queant separare, ita vt decernat Petrus, *Visum est Spiritui sancto, & nobis: nos que somos los ojos de la iglesia iuzgamos esto.* Hac de causa (inquit D. Gregorius) saliuam luto coniunxit, vt doctrinam fidei ostenderet; ideo nostræ terrenæ naturæ immiscuisse credamus, vt vnum ab altero, terrena à cælestibus, pretiosum à vili discernamus.

Oculi & fides discernunt res.

16. Quarta visus excellentia est, ille enim pulcritudinem, & decorem percipit. Tria enim illa bona, quæ Aristoteles, & D. Thomas distinguunt,

Doctrina Euangelica prædicatio.

Oculi & fides pulcritudinem percipiunt. distinguunt, vtile, & delectabile solum sensus attingunt; tu verò præstantissima facultas, honorem, honestatem, & pulcritudinem percipis. In hoc enim & tu vera fides præstas aliis sectis, dum gratiam, virtutem, & cum Deo amicitiam, & veram pulcritudinem æstimas: cæteræ enim primùm abiiciunt fidem; pòst verò bonam conscientiam, & animi, & corporis puritatem, *quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt*; fides verò non solùm gratiam nouit, sed gratiæ inuisibilis instrumenta. Propter hoc (inquit Ambrosius[a]) lutum oculis posuit, vt ostenderet Christi sanguinem, atque verbum tenuissimæ Sacramentorum materiæ admixtum, aquæ nempe, aëri, pani, & oleo, vim habeat verum animæ decorem inducendi, gratia excolendi, & sanctificandi; & sicut bruta non percipiunt, quæ pulcra sunt (vt affirmat Albertus, & sanctus Thomas) nisi suaue, & vtile, sic infideles omnino gratiæ decorem ignorant, virtutis splendorem, veritatis harmoniam, sed gustum, libertatem, petulantiam: & sicut quod deest cæcis in facultate visus, reliquorum sensuum præstantia compensatur; sic isti, vt pote lumine fidei destituti, sagacissimi sunt, impudentissimi, atque salacissimi, & cupiditatum ardentissimi. *Prudentiores sunt filij huius sæculi filiis lucis: ellos no tienen ojos; pero agustissimos son. Negotiatores Theman, &c. por esso los Indios son tan allegadores: los Moros tan codiciosos: los Turcos tan violentos, y guerreros: los Gentiles tan crueles: los Herejes tan deshonestos*; quia fidei oculis orbati sunt.

a Lib. 3. de sacram. p. 2. Nissenus lib. de baptismate. Irenæus lib. 5. c. 15. Aug. tract. 44. in Ioan. Cyril. lib. 9. cap. 1.

Bar. 3. 23.

17\. Vltimò denique præstat visus aliis sensibus; illi enim sicut terrena percipiunt, sic rustico modo, & indistincto feruntur in obiecta sicut sunt: at visus terrena ipsa, quæ percipit, non nisi illustrata lumine cælesti nouit. Quid enim ad cernendi facultatem pulcrum pomum in obscuro positum? Vnica etiam fidei excellentia, quæ licet terrena permittit, & creatarum rerum vsum; luce tamen iustitiæ, honestatis, & virtutis perfusa; permittit quidem diuitias, iustè tamen & æquo iure conquisitas: permittit vxorem, sed quam in facie Ecclesiæ, hoc est, lumine Spiritus sancti tibi placuit accipere: permittit bella, sed quibus fidei lumen præfertur dilatandi, & defendendi regnum eius; permittit ensem, sed ad propellendam iniuriam, & mortem, non ad inferendam: permittit mensam, somnum, oblectationem, sed in lumine rationis, & prudentiæ, sicut Gens, cui in prospectu altiora, & diuturniora sunt bona; ideo (inquit D. Thomas) luto liniuit oculos, vt iam in hoc miraculo opus glorificationis claresceret. Nam sicut terra saliua commixta oculos nouos, & nouo modo, & supernaturali perfecit: ita gloriæ lumen sic eleuabit mentem, vt Deum, & Christum videat beatus. O fides adoranda! ô decantanda gratia, quis te satis laudabit? hanc porrigit Christus cæco, neque poscenti, neque merenti; tibi enim ô Christiane primum hoc donum non merenti datum est; fides nempe infusa quando neque noueras, neque poposceras. Ideo optimè D. Paulus, *Fides est sperandarum substantia rerum,*

Oculi & fides lumine illustrata percipiunt.

Opus glorificationis.

Hebr. 11. 1. Fides sicut oculi custodienda.

Græcè, subsistentia firma, certa persuasio eorum, quæ sperantur in futurum: expectatio tam firma futurorum, vt ea non iam futura putentur, sed subsistentia, sed quæ cerni possint, sed quæ manu teneantur. Ideo D. Petrus, *Regenerauit nos in spem viuam*: & infra, *in quem nunc quoque non videntes creditis.* iam (inquit) in hoc exilio per fidei constantiam fruimini quodammodo beatis cælestibus bonis: *rica joya, y la primera no es razon la pierda la Esposa.* *1. Petri 1. 3. & 8.*

18\. *Alij autem nequaquam, sed similis est ei.* Ecce inuidiæ fomes, ecce litem excitant aduersùs eum, qui iam videt. Vniuersa Hierosolyma, Sacerdotes, vicini, parentes ipsi contra cæcum insurgunt: numquam enim æquo animo tulit Synagoga, quòd Gentilis populus mysteriorum Dei fieret particeps, ideo Dominus nouam sponsam alio monili decorauit patientiæ, & constantiæ: *Statura tua assimilata est palmæ*; erecto animo sis: mundus enim totus bellum contra te molitur, sed victor sæpe sæpius euades, & plures referes palmas: ad hoc enim fortem effecit Paulum, fortes Martyres, & iudices; *fortes facti sunt in bello*: nam (& hoc valde notandum est) vnus est aurifex, qui ex purgato argento fundit, & conflat vas, & suo signo sigillat: semel autem factum & à suis ad alienas manus migrans, licet ipsum non sibi infert damnum. At quot, & quanti sunt, qui destruant opus eius? vnus tantùm perfecit, & hic vendit, ille furatur, alter oppignorat, hic contundit, ille infringit, alter excauat. Similiter (o anima) vnus est, qui te creauit, vnus, qui luminis sui sigillum impressit, & vnus, qui te saluare potest; *ipse enim (inquit Iob) solus est, & nemo potest auertere cogitationem eius: para saluar es solo Dios, y si el marca el vaso con su gracia, ninguno le borra la señal. nemo auertere potest.* Verùm, ô dilecta anima, quanti contra te militant, omnes effodere oculos tentant, hic fidem exinanit, ille charitatis aurum eripit, furatur appetitus, ira infringit, gula dedecorat, luxuria deturpat, vicinus insidiatur, amicus supplantat, inimicus oppugnat, domesticus fallit, parentes dicunt te ætatem habere, *que alla te auengas*, sacerdotes, & scribæ oculos eripere conantur, dæmon fallit, tu ipsa neglecta tibi es, nemo curator tui est. *Verumtamen (ô Domine) tibi derelictus est pauper, & orphano tu eris adiutor.* Ita quidem factum est, vt sicut rem derelictam, & causam, vbi nullus clamat rector, & iudex ciuitatis, ex munere suo agit, & causam defendit; sic Dominus causam animæ nostræ ipse solus suscipit, ipse omnibus modis agitat. Ideo per Isaiam causam animæ derelictam omni officio, omni studio suscepturum affirmat: *esta es la causa de tomar tantos officios juntos el señor. Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam, occurrerit ei multitudo pastorum, à voce eorum non formidabit; sic descendet Dominus, &c. Vengan los Pastores de Hierusalem à quitarme el ciego, que yo le guardare como el leon con veinte vñas, ojos, dientes, y boca espantosa,*

Ioan. 9. 9.

Ecclesia dos patientia.

Cant. 7. 7.

Hebr. 11. 34.

Anima multa sunt contraria.

Iob 23. 13.

19\.

Psal. 19. 14.

Isai. 38. 4.

Multa vsurpat munera Christus contra multos animæ hostes. *tosa.* Sat est Domine, ne addas aliud munus; *sicut aues volantes, sic proteget Dominus Hierusalem*; quomodo aues, vt defendant pullos suos, nidos superuolant, & siue serpentem, siue hominem viderint, oblitæ imbecillitatis rostro, vnguibus, & garrula voce pugnant: *assi guardaire yo al que vna vez recibiere debaxo de mis alas.* Sat est Domine, ne addas curam aliam, *protegens*, quid vltrà? *& liberans*, non est quod addas? *transiens*, & quid superest? *& saluans: son muchos contra vno, pues yo vno sere muchos para defenderlo.* His verbis expressit quantam sedulitatem adhibere oporteat animam ad seipsam saluandam, dum vnus, qui ex amore causam suscepit, tantam industriam, tanta munera obiecerit, & studia collocauerit. *Protegens; tendio las alas para amparar al pobrecito ciego.* Sicut cùm incultam, cæcam, & incompositam terram vidit: *& tenebræ erant super faciem abyssi*; expandit alas misericordiæ, *& Spiritus Domini ferebatur super aquas.* fouebat, incubabat, sicut gallina oua, & Paraphrastes declarauit, *spiritus, seu ventus misericordiarum, siue gratiæ flabat super facies aquarum*; statimque vox illa personuit, *fiat lux.* Ita similiter filius Dei cæcum à natiuitate videns, *præteriens vidit*, fouit, & dixit, *fiat lux.* Et vos hæc fuistis (inquit Paulus.) *Eratis aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate: no os ceguis otra vez con la culpa. liberans*, liberat à suspicione Apostolorum: *quis peccauit, hic, an parentes eius? neque hic*, &c. Quàm citò iudicant homines, & adiudicant interno animas; non sic Deus: *veras vos vn peccador, y direis, que es bueno para tizon del infierno, y viendole Dios, qui sa dira, que es vaso de misericordia, y gloria.* Videt rusticus robustum aliquod lignum, & ait intra se: O quàm ad ignem est aptum; videt illud sculptor, & ligni naturam collaudat ad elaborandam imaginem. Sic Apostoli hoc opus peccato tribuunt; Christus verò gloriæ Dei. Liberauit etiam illum de Pharisæorum contentione: nam oculos præbere est opus conferendi lumen, ideo rixantur viri litterati, quomodo, aut quis præter ipsos hominibus lucem conferebat? *porque no puede lleuar vn letrado que otro de luz.* Medicus taxat ordinem curandi alterius; Iurisconsultus alterius legum imperitiam improbat; Theologus Theologo inuidet: *y en estas competencias quedan se como las mata candiles à escuras, y quemadas las alas de su honor.* Lux vincit alteram lucendo, *Lux in tenebris lucet, & tenebræ*, &c. *transiens*, hoc verbum curam, quam contulit in salutem nostram, exprimit: *puso la vida de prissa, de prissa: me oportet operari opera Patris mei.* O notanda verba! iisdem verbis, quibus se filium Dei probat, opera à Patre sibi præscripta probat; quia superuentura erat hora, in qua neque ipse (ex pacto) posset salutem peragere. Itaque tempus, & opera præscripsit. Quid hoc Pater sanctissime, seruis tempus, & pensum iniungitur, filiis nequaquam? vt inde tu apud te, quid te oporteat facere, statuas: nam si rex à seuera lege filium non eximit, qua ratione seruum excipiet? *hombre de barro, que descuido es el vuestro viendo tanta prissa en el hijo de Dios?* *cui cum omnia dedit ei Pater in manus: lapieza de toda la naturaleza: corta hijo; el tiempo no me toqueis: sciens, quia venit hora eius: non est vestrum nosse tempora*, &c. Clauem omnium rerum fidit heros; pecuniæ autem nemini. Omnia dedit Pater, tempus nemini. *Saluans.* O grande negotium, & operosum, animam saluare. Quid interesset cæco oculos recipere, si sine fide maneret? visu fungi, & orbari gratia? neque id magnum esset Deum oculos dare, qui passerculis non negauit; saluare autem Deo quidem opus dignum. Cùm aurifex vas reficit, non imprimit sigillum suum in illo supplemento, iam habet in pede vasis cælatum: at cùm recens conflat, tunc insigne suum imponit. Cùm Christus visum restituit cæco, refecit solùm naturam, atque adeò nomen auctoris suppressit, nec filium Dei esse ostendit, iam ab initio *signatum est super nos lumen vultus tui; nam ad imaginem Dei fecit illum.* Cùm verò in templo animam saluat, fidem indit, oculos animi aperit, ibi subscripsit nomen, *qui loquitur tecum, ipse est filius Dei: mirad loque estima vuestra alma, que se precia mas de darle gracia, que de todas quantas obras hizò.* Quapropter obseruandum est ad creandum mundum sex dierum spatio contentum esse; ad saluandum autem triginta & tres annos insumpsisse; ideo tanta celeritate, & expeditione mundum condidit, vt ipse Spiritus fateatur simul omnia creasse. Sicut cùm vir prudens, qui nouit negotium aliquod operosum iam proximè illi impendere, à leuioribus negotiis citissimè se expedit, & liber esse studet, & omni cura vacuus, vt impensè illi soli incumbat. Sic Deus (inquit Ecclesiasticus) *qui viuit in æternum, creauit omnia simul: tenia vna aeternidad por suya, y con todo esso en vn instante lo hizò todo lo temporal*: vt negotio saluandi animas tempus vacuum superesset, cogitando, sudando, fatigando, & absoluendo. Et hoc idem negotium tu alienum putas? perfacile? alienæ operæ, & industriæ committis? tempus breue defraudas? & tu ipse te à Deo eripis, & alia via vis in cælo collocari, quàm per manus huius aurificis, falleris: vnus enim est, qui saluat cæcum, plurimi, qui excæcare conentur.

Vltimam manum excolendæ, & ornandæ sponsæ posuit lutum, & aquam oculis adhibens: *mirad este remedio hombre mortal, que os muestra quien vos sois*; qua enim alia ratione mortale reficeret, nisi mortali medicamento? *Nemo* (inquit Dominus) *assumentum panni rudis assuit vestimento veteri: que sastre hay, que heche remiendo nueuo en vestido viejo?* sed cùm reficit vestem discissam, centonem quærit persimilem, quem illi sufficiat. Agite ergo (inquit D. Ambrosius [a]) vultis spiritualem visum recipere, lutum miseriæ, & vilitatis oculis mentis adhibete. Mundus (inquit D. Gregorius) longè aliter resarcit hominem, & curat; quia excæcare cupit, non visum præbere, aurum præ oculis ponit, & putridum maiorum sanguinem per oculorum venas spargit, quem illi vocant zelum, & nobilem spiritum, & vernacula nostra, *sangre*

Marginal notes (left column): Gen. 1. 2. — 20. — Ibid. 3. — Ioan. 9. 1. — Ephes. 5. 10. — Ioan. 9. 2. *Error in iudiciis humanis.* — Ioan. 1. 4. — Ioan. 9. 4. — 21. *Cura nostra salutis maturanda, & opera tempestiuè exhibenda.*

Marginal notes (right column): Ioan. 3. 35. — Ioan. 13. 1. — *Saluationis opus Deo dignum.* — 22. — Psalm. 4. 7. — Ioan. 9. 37. — Cap. 18. 1. — 23. — Marci 2. 21. *Qua ratione reficiendus est homo.* — a Lib. 3. de sacramentis cap. 2.

Sup. vita uo... ſaeculi. *ſangre en los ojos .corage, honra, pundonor:* lutum autem ſubter pedes proiicit, atque adeò mundus noſter perſimilis ſtatuæ, quam vidit Daniel, quæ aureos habebat oculos; lutum autem ad pedes proiectum erat: per illam tamen partem totius ſtatuæ regni, & principatus ruina ſucceſſit: *que ſi por vn clauo de vna herradura ſe pierde un reyno, por vn yerro tangrande, como poner el mundo lo que hade eſtar en los ojos, en los pies, que mucho ſe pierda vn reyno?* Munde inſane, quis te ſuperbire fecit? quis in tantam inſolentiam extulit? *quien os ha diuin.zado? quien os ha en loquecido?* Diues, quæ te ſuperbum, & inſolentem fecit, ſecunda fortuna? quid tantum tibi iam honoris, adorationis, cultus aſſumis? quid niſi aurei oculi, quos geris, ex quo diues effectus es? Princeps vnde tibi tantus, & tam diuinus ſpiritus acceſſit, vt regio cultu, & adoratione inſoleſcas, ad ſumptus inſanos progrediaris, ad ambitioſas ſedes, & dignitates aſpires, quas non capit Hiſpania, ſanguis vtique oculos occupauit.

24. Et tibi, leuiſſime adoleſcens, quis torquet capillos, colit faciem, & leuiſſimo inceſſu vagari, ire, redire cogit? *quien os en riza, os pule, os lleua tan ligero, o, tan vacio por eſſas calles? el viento en la caneça, y el poluo en los pies.* lutum enim diuitiarum ſub pedibus Apoſtolorum ſupponi conſueuerat. *Omnia, quæ vendebantur, proiiciebantur ad pedes Apoſtolorum.* (Actor. 4. 34.) & ille, *Non me rebus, ſed mihi res ſubmittere conor;* & meliùs alter, *Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius:* (Pſal. 8. 7.) ergo Eccleſia Chriſtiana, peiori, quàm potes,

25. ſtatu iam es, dum id, quod pedibus ſupponere deberent, adorant homines, & lutum, quo viſum recipiebant, iam ad pedes proiectum geſtant. *Sordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt finis ſui.* (Iſai. 1. 9.) *Hay Igleſia de Dios perdida, y deſtruida, no hay en ti hombre, que ſe conoſca, ni ſe acuerde de quien es;* ideo mortem, quam illi retroiecerant, Chriſtus ante oculos collocat, *fecit lutum ex ſputo*, (Ioan. 9. 6.) vas luteum, & fragile, luto reficiendum eſt. Impudens mulier, luto reficiendi ſunt impuri oculi, petulans iuuenis, luto ſtabiliendi ſunt pedes leuiſſimi, vaniſſime ciuis, luto deprimenda eſt extollentia tua, iracunde aculeo apis indignationis exagitatus, luto minuenda, & linienda ira: *con lodo ſe deſenconа la picadura de la paſſion, que esha pecado.* (*Cognitio ſui mundo & homini neceſſaria.*) O noua curandi ratio! o reſarciendi modus diuinus! Quam (rogo) rationem reddit Seruator noſter, quòd diſcerptam veſtem nemo aſſumento pretioſo, & nouo reficit? *eſtameña con brocado?* alioquin (ait) *auferetur ſupplementum nouum à veteri, & maior ſciſſura fit:* (Marc. 2. 21.) *ſi remendais eſtameña con brocado, eſta es vil, eſto otro precioſo, eſſa delgada, eſſo otro grueſſo, eſta ligera, eſto otro peſado; el brocado tirara de ella, y hara desgarro mayor.*

26. Quorſum homo luteus reſarcit naturam pretioſis rebus? & centonibus delicatiſſimis pretioſis veſtibus? pretioſis cibis? pretioſo vino? pretioſis menſibus? pretioſis ſuffimentis? *todo ha de ſer precioſo, y vos mortal y vil? o mal entendido, ſi huuiera de durar la coſedura; mas haſe de deſcoſer el remiendo.* ingruet mors, ſuperueniet pallor, aperiet os ſuum fouea, & diſcidio fiet magna, & acerbus cruciatus animi, cùm à ſe tot abdicauerit pretioſa; audiuntur gemitus, ploratus in morte diuitis; quia nempe non diſſecantur res ab illo, ſed diſruptio maior fit: *todo gime, todo raſga haſta el miſmo coraçon.* At verò ſerui Dei, qui non reficiunt naturam pretioſis, ſed vilibus rebus, mortalitatem mortificatione, nuditatem nuditate, ſqualorem voluntaria paupertate, pallorem ieiunio, vermes vermibus: *remerdan con paño del miſmo color.* id his rebus conſequuntur, vt morte adueniente nulla diſruptio, nulla mortis acerbitas ſentiatur, & mori nihil aliud ſit, quàm properare ad thalamum, vbi ſponſus diuinus ſponſam ſuam oculis fidei, conſtantia, fortitudine decoratam ſe illi exhibet venerandum, & adorandum. *Ego ſum qui loquor tecum.* (Ioan. 4. 26.) Statim ingenua cecidit plenus fide: nam etiamſi magna nobis, & pretioſa donauit; creſcit tamen donorum quantitas, dum ſcimus filium Dei eſſe, qui repudiauit obſtinatam, reſpexit cæcam, reduxit errantem, excoluit gratia, & coronauit gloria.

SVBLATIS CRASSIORIBVS LEGIS cibis, diuinis epulis in Chriſti menſa reficitur, & dignas habere gratias docetur.

INSTITVTIO XIV.

27. GRATIAS debitas, meritáſque Chriſto, grata animi voluptate referre, ipſum Euchariſtiæ nomen (ô Princeps) inuitat ac docet, quod *gratiarum actionem* ſignificat: cuius rei cauſas ſi cogitas, multas reperies. (*Habendi Chriſto gratias in Euchariſtia communione rationes.*) Et prima illa eſt, ne tanto cibo tibi propoſito, vel ad inſtans ingrati animi notam haberes, per quam, vt notauit Rupertus[a], aditum ſerpens inuenit ad tui parentis Adami felicitatem præcipitandam, & obſcurandam. Secunda, quam affert Nicolaus Epiſcopus[b]; nam licèt hoc Sacramentum poſſet (quia in eo petimus) ſupplicatio aut petitio nuncupari, fruſtrà tamen, & non genuinà appellatione deſignaretur. *Cùm enim ſacrum myſterium in ſupplicatione & gratiarum actione ſimiliter verſetur, cur non etiam vtrumque, ſed Euchariſtia, hoc eſt, gratiarum actio, indicatur?* & ingenioſè reſpondet, *Ab eo dicitur quod eſt amplius, res enim ſunt cauſa gratiarum actionis, quàm ſupplicationis: plura enim accipimus, quàm ea ſunt, quæ adhuc opus habemus, hæc enim pars, illa verò totum; quæ enim rogamus accipere, pars ſunt*

a In Gen. 3. in illa verba, *Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus.*
b Tom. 6. Biblioth. antiquor. Patrum.

eorum quæ accipimus. Primò enim datur, quod neque Angeli cogitarent, quare superat donum omnem supplicationem. Secundò, quia frustra partem petit, qui accipit totum, nec bonum aliquod est, quod in hoc non eminentissimè contineatur. Tertiò etiam ait Augustinus, quia cùm in Sacramento omnia dederit nobis, cùm nihil noui petere possimus, solùm superest vt gratias habeamus. Quartò denique, quia nostram ingratitudinē præuidens anteuertit inurbanitatem nostram, & gratiarū actionem ipsum Sacramentum esse voluit. Nostris tamen gratiarum actionibus ita oblectatur, vt nota illa ingratitudinis paradisi hac nostrâ gratitudine deleri & compensari videatur: ait enim *emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus.* quod verbum *emissiones*, vel gratissimum odorē & halitum sponsæ significat, quem ex cella vinaria, & fructibus quos comedit, efflat instar horti suauitatis pleni: *sale el aliento con el olor de Christo, a quien aueis recebido*; vel *emissio* significat *munera*, quæ ad aliquē mittuntur. itaque sponsus, missus pretiosissimos, & munera, monilia, & ornamenta miserat digna Rege. Sponsa verò, quid remittat, quæ dona retribuat: certè campestria, rustica, & à suburbana domo & horto collecta, florū & pomorum; sed tamen ita grata sponso, vt munera illa & gratiarum actiones *paradisum* nuncupauerit; *emissiones tuæ paradisus: este si que es parayso, fruta nueua, y no de Adam, accion de gracias.* Verumenimuero *emissiones* proprie significant munera, quæ ad alios mittūtur, maximè quæ ad turbam, quę certatim accipit cum risu voluptatéque spectantium, quæ *missilia* dicuntur, qualia sparsisse Caligulam refertur. Habes iam, quasi dicat, ô mea sponsa, dona missilia, quæ mittas ad stipantem turbam. *Comedite amici, bibite, & inebriamini charissimi.* Ad omnes filios Ecclesiæ munera mittit, inquit Bernardus [a]. Prima itaque inuitatione qui comedunt, vocantur amici, *los que toman mas abulto ese mysterio.* In secunda, qui bibunt chariores, Sacerdotes, qui iam gustarunt vini suauitatem. In tertia, qui inebriantur charissimi, qui in dulcedine contemplationis ad amoris ebrietatem perueniunt. Igitur ad omnes sunt dona, ab omnibus debent reddi gratiarum actiones: vnus tamen ore cæterorum loquatur Thomas.

Emissiones gratiarum actiones & dona missilia significant.

28.

Cant. 4.

Theodoretus in Cantica.

Suetonius c. 11. & de Nerone c. 11.

Diuersi pro diuersitate gradus gratias referunt.

a In Cantica.

29. *O sacrum conuiuium.* Sacrum vocat, vt communionem spiritualem simul cum sacramentali doceat: nam spiritualiter quidem etiam Hebræi communicauerant, vt iam explico, & mortem corporalem sicut & nos subierunt. In quo igitur præstat hic panis alteri. In hoc, inquit Augustinus, quia nos ad sacrum conuiuium & spirituale accedimus, & reale; quare quasi spirituales ad sacras hasce epulas suscipiendas nos instruit Tertullianus [b]. *Panis iste deuorandus quidem est auditu.* Et quare deuorandus? nónne melius est primam, vt aiunt, digestionem facere, in ore minutatim concidendo cibum. Abstit, inquit, *fides ex auditu*: quòd si durus videtur sermo, ad hoc addit, *fide digerendus*: nam calor fidei potentior est ad superandas omnes difficultates. Dices tamen, quid mihi commodi, aut noui emolumenti fides affert? Magnum, inquit, latent enim ibi diuina mysteria, quæ rimetur intellectus, *ruminandus intellectu.* Sed quia voluntas non nutritur vero, sed bono, éstne aliquid quod satiet voluntatem? Est vtique, *suscipiendus affectu.* En spiritualis nutritionis facultates. Nunc de spirituali manducatione agamus, quam eleganter describit Paschasius Abbas [c], cùm videlicet anima corporalia transiens phase istud celebrat, & Christum spiritualiter manducat, & ait cum Dauide, *Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea.* De hac communione intellige verba Augustini, quæ perperam intellexerant hæretici. *Quid preparas dentem & ventrem? hic cibus spiritualiter est manducandus*, agit enim de spirituali communione: sicut & Dauid in verbis citatis, *sicut in sancto apparui tibi, hizeme presente a estos misterios con la fee, amor, y deseo.* Hac autem ratione Patres antiquos verè communicasse asserit idem Augustinus [d]. *Cibum illum spiritualiter manducabant, spiritualiter esuriebant, spiritualiter suscipiebant.* & Paulus, *Omnes sub nube fuerunt, omnes eandem escam spiritualem manducauerunt*, &c. *Bibebant autem de consequente eos petra, petra autem erat Christus.* Verùm non solùm sacrum est, & spirituale, sed verè conuiuium, & verè cibus: quamobrem sacramentaliter & spiritualiter simul est suscipiendus, in hoc enim præstat cæteris epulis, quòd Christus in conuiuio est. cuius præsentiæ effectum potes ex hoc euentu conijcere. Magna fuit fides Centurionis, & Christi laude commendata, qui cùm Christum velle descendere in domum suam indicaret, vrbanè, fideliter, & humiliter respondit: *Domine, non sum dignus. imò in sua indignitate*, ait Augustinus, *factus est dignus.* Zachæus insuper dum domum suam honestat & consecrat præsentia sua, dum etiam ipse contra morem diuitum de restituendo & soluendo cum Christo agit, grandem mercedem accepit: nam quod Centurioni concessum

Communio spiritualis frequens & vtilissima.

b De resurrectione carnis.

c De corpore & sanguine Christi, tom. 6. c. 1.

30.

Sacramentalis susceptio Eucharistiæ præstat maximè.

d In Ioan. 6

concessum est, id tantùm fuit, vt puer sanus fieret, Zachæo autem, & domui, & parietibus salus & benedictio facta est. *Hodie salus huic domui facta est.* Causa autem differentiæ plana est, illic enim solùm per fidem susceptus est à Centurione, in domo verò Zachæi præsens fuit. Hoc ipsum voluit ostendere, cùm ad illum accessit mulier illa, quæ fluxum sanguinis patiebatur, *Quis me tetigit?* quod verbum cum admiratione suscipiunt Apostoli, quid rogas Domine? quis te comprimit? turbæ te comprimunt. Verùm Christus Dominus speciale aliquid voluit declarare, id nempe, fide iam antea accessisse ad eum mulierem, sed fide gratiam illam non accepisse; cùm autem tetigit, virtutem à se exiisse dicit, vt nos ex eius præsentia contactus & realis communionis præstantiam cognoscamus, & dum præstantiori conuiuio quàm antiqui fruimur, gratiarum actionem retribuamus. Quas gratias 31.
referre debeas pro tanto conuiuio, Ecclesiasticus videtur significare c. 31. *Splendidum in panibus benedicent labia multorum, & testimonium veritatis illius fidele*; quasi dicat, opera ipsa ostendant, quo pane nutriaris, & sicut cùm de Angelo Tobiæ loquitur, Scriptura vocat eum adolescentem splendidum; sic tu splendidus debes esse in pane quem edis, ita vt splendeat facies, splendeat misericordia, splendeat deuotione totus homo: sicut cum princeps regis filius præligni facie cibum splendidum splendore suo ostentat; sic tu. hisque libenter sacræ epulæ frequentiùs concedendæ, quibus splendet in facie, quod in Sacramento suscipiunt; cùm verò deterior est vita, mores corruptiores, tunc panis subtrahendus, non alia de causa, quàm quia in panibus non splendet, *comiendo tal pan, no se le luce, no le coma.* Sacri enim conuiuii sanctis operibus quasi gratiarum redduntur actiones.

In quo Christus sumitur. Sumere quidem poterat homo bonum aliquod naturale, 32.
sed hoc non magnum erat, nec singulare, sed Gentilibus commune, & prophanis concessum; sumere poterat bonum aliquod gratiæ, & hoc proprie bonum est, quia bonum facit subiectum, imò deificat subiectum, secundùm illam certam D. Petri Theologiam, 2. Petri 1. *Per quem maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ.* & Ioannis 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*, adoptione quidem, non naturali filiatione: nam ideo D. Iacobus nos vocat filios voluntatis. *Voluntariè genuit nos verbo veritatis*, est tertium bonum, vnio scilicet hypostatica soli humanitati Christi concessa, per quam ille homo naturalis est Dei filius, minimè adoptiuus, adoptio enim de persona fit, hæc autem persona in Christo est diuina, vnde Moysi promisit in filio suo carne tecto omne bonum illi ostensurum. Sed quid si in hoc Sacramento extensio fiat incarnationis, non ita vt Christus fiat qui Christum sumit, supposita enim non vniuntur, sed naturæ; sed ita extendatur, vt Christus assumat nos, & virtus eius ad nos egrediatur ita affluenter, vt Christi videamur, Christi nuncupemur? *Egressio eius ab initio*, ait Michæas, & ponderat Chrysostomus. Hæc, inquit, egressio illa est, & prima ex Patre natiuitas, & generatio. Sed vt videas illam extendi amplius, & perpetuò durare, L X X. vertunt, *Egressiones eius abinitio*; valet enim hæc natiuitas pro multis & quotidianis natiuitatibus. Ostendam igitur tibi omne bonum, cùm filium in carne natum dedero, vt deuotè ex Anselmo alibi dixisse memini. Quæ dignitas humanæ naturæ adeò magna est, vt cùm vltra vnionem hypostaticam Christus hanc per Eucharistiam facere instituit, & supra omne bonum hanc extensionem facere, tunc affirmet Ioannes summo flagrasse amore, & cum sapientia diuinam omnipotentiam habuisse, & rem tam mirabilem ad articulum omnipotentiæ referendam esse. Sed ne creditu difficilis videatur, audi Elisæum discedenti Eliæ pallium & duplicem spiritum sibi postulantem. Certè si dignitatem postulat, ait Theodoretus, ambitioni tribuam; si duplicem spiritum, præsumptioni. Ego, inquit Chrysostomus [a], mysterio ascribam, postulabat vtique vt alter Elias in paradiso, alter in terra sit. *Et erat duplex Elias ille, & erat sursum Elias, & erat deorsum Elias.* Et quando facta est hæc extensio Eliæ? hæc regeneratio? quando eleuatis à terra oculis videris super te pallium meum, & acceperis illud, tunc duplex spiritus erit in te. *Hic est panis qui de cælo descendit.* hoc est pallium Christi mei descendentis & ascendentis ad Patrem. Si ergo pallium acceptum signum est alterius Eliæ terreni & mortalis, caro Christi, totusque susceptus Christus nónne alium efficiet Christum? *Christus sumitur.*

Verùm hoc ipsum bonum, quia magnum & ineffabile, cautos nos esse iubet & 33.
timoratos; nec enim sine causa, vt notat Caietanus [b], à mensa Christus ad maxima mysteria peragenda surrexit, an fortè, vt doceret homines parcè prandere, vt ad

Christus sumitur & ab ipso assumitur mirabili amore & vnione.

Iacob. 1.

Anselm. Intendat mens humana, & contempletur, videat & miretur. Vnum filium consubstantialem Pater genuit, hunc non passus est remanere solum.

a Hom. 2. ad popul.

b Ioan. 21.

Digitized by Google

diuina & humana negotia habiles sint, vt alibi notauit Hieronymus; post cœnam enim communionem instituit, initiauit, discipulos, in mundum misit ad prædicandum. Sed illud maximè notandum, eodem tempore prandij & communionem instituisse, & ascendisse ad Patrem, vt ostendat eandem in nobis debere esse dispositionem ad communionem atque ad ingressum in cælum, & Dei visionem beatificam, ad quam *non intrabit aliquid coinquinatum*; at dum iam in terris est noster Deus, eum adeamus, sicut ad principes aiebat Plutarchus, serò & necessariò, & eo timore & cautione, sicut si ad ignem accederes. *ignis enim Deus noster est, & ignis consumens*: nam licèt gratissima sint labia Ecclesiæ Christo, cùm rubent sanguine eius, vt explicat Nissenus, *Sicut vitta coccinea labia tua.* & quotidie ad sacras epulas suscipiendas se comparat; vigeat tamen in ea timor reuerentialis, dum Paulum audit dicentem, *Probet autem seipsum homo*, &c. reus enim fit, ait Origenes [a], magni debiti, vtpote qui Christum vsurpat, & non sibi datum sumit. *Sanctum Sanctorum sunt. Vides quomodo non dixit sanctum tantummodo, sed sanctum Sanctorum: ac si diceret, cibus iste non communis omnium, neque cuiusque indigni, sed Sanctorum est.* Quare indignus non sumit, sed vsurpat Christum. Et clarius Rupertus [b], *Qui nondum egit pœnitentiam, manducans corpus, & bibens sanguinem Domini, non illi datur Christus, sed ipse rapit, atque adeo iudicium sibi manducat.* Sit igitur animus ante communionem sicut Iob, qui etiamsi filios suos inuicem conuiuantes videt, vt ponderat Gregorius [c]. *Consurgens diluculo offerebat holocausta, dicebat enim ne fortè peccauerint filij mei.* tot iuuenes licèt à Parente optimo eruditi, facilè poterunt in peccatū labi: sacrū igitur pro eis agamus. Sic igitur timeant sancti, nec naturæ suæ nimis fidant; est enim tantum crimen indigna susceptio, vt nisi Christus ipse parens noster dum nos cōmunicamus, Patri hostiam pro nobis offerret, & sicut Iob assisteret orans & placans eum, omnes nos ira eius absorberet. *Vltores Angeli* (inquit Paschasius [d]) *nec semel indignè communicanti parcerent, nisi bonitas Christi gladium suspenderet, & remoueret interdum momentaneam mortem.* Rogat igitur pro eis, *& qui in Deum peccauit, quis orabit pro eo nisi Deus? Christo totum debemus ascribere, qui suas etiã iniurias libenter remittit, & pro delinquentibus in se, sicut prius in cruce fecerat, etiam se Patri offerendo idoneus exorator interuenit.* Nec minus seuerus est Basilius [e]. *Non enim terribile tantum iudicium habet, qui in carnis ac spiritus inquinamento ad sancta accedit indignè, sed & otiosè & inutiliter edens ac bibens.* nam si de otioso verbo ratio à nobis reddenda est, quomodo discutiet seruum, qui talentum tantum támque pretiosum in sudario abscondit? Sumitur igitur Christus qui est omne bonum, de quo tamen rationem qui sumit est redditurus.

Qualis ... regiratum. (margin)

34. (margin)

Deut. 4.

a Hom. 13. in Leuit.

b In Apoc. 1.

c Epist. 31. & in exposit. huius loci.

d Tom. 6. Biblioth. Patrum. lib. de sanguine Christi c. 8.

Qualis ratio reddenda ab iis qui cōmunicant.

e Hom. 1. de Baptismo.

35. *Recolitur memoria passionis eius*; est enim, vt idem ait Thomas [f], *sacramentum repræsentatiuum diuinæ passionis*; veréque repræsentatiuum, neque enim de hoc dubium esse potest; ideo Anastasius Synaita vocat *authenticum phase.* nam cùm de passione eius posset in dubium verti, fueritne voluntaria (etiamsi de hoc multipliciter nos certos esse voluit, vt alibi diximus,) voluit tamen hac repetitæ mortis repræsentatione dubitationem omnem auferre; maximè tamen ostendit hoc sacrificij genere, quòd non esset sacrificium nisi mors subsecuta foret, quam tamen anteuertit vt voluntaria cerneretur esse: vt acutè Nissenus [g]. *Quod enim voluntate sua cuncta disponit Christus, ex proditione sibi impendentem necessitatem, non Iudæorum impetum, non, inquam, Pilati sententiam expectat, sed consilio suo anteuertit arcano sacrificij genere, quod ab omnibus cerni non poterat, seipsum pro nobis hostiam offert, victimam immolat, Sacerdos scilicet existens, & agnus quod id præstitit, cùm corpus suum discipulis congregatis edendum, & sanguinem ad bibendum præbuit.* Secundò, vt certitudo mortis eius & testamentum hoc Sacramento tanquam pendenti signo muniretur. Tertiò, quia mors illa & passio transierat, & quod transiit, nec æstimatur, nec vt par est colitur, nemóque illo fruitur. Faciam (inquit Hilarius Arelatensis in persona Christi) mei sanguinis fontem perennem, qui per Sacramenta deriuetur; recolitur memoria passionis eius. Quartò, altera quidē passio permisit, & admixta habuit saltem interficientium peccata, Iudæ proditionem; hæc verò mors liquida & pura ab omni crimine ab ipso fonte hausta, vt Paulus ait, *ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, tan pure y verdadero os lo doy como lo recebi.* Quintò, illa passio semel peracta est, hæc sæpius, & quotiescumque fit hoc sacrificium, est memoria & repræsentatio: memoria enim rei refricatur vel verbo, sicut cùm *dixit Deus, & facta sunt omnia*; vel scripto, vt ipse ait, *in manibus meis descripsi te*; vel expressa imagine, ideo alij legunt, *depinxi te*; vel viuâ repræsentatione, vbi Rex ipse bellū & triumphū repræsentat, & personam agit, sicut in bello egerat, quod genus memoriæ nobis & Patri

Alto consilio passionis suæ memoriam nostræ carni immiscuit, ne sic ut primò pœnituit fecisse hominem, quoniam caro est, pæniteret redemisse, nam caro eius est, & nemo carnē suam odio habet. Sic Fulbertus Carnotensis *epist. 1. ad Adeodatum*, in quo Sacramento beneficia, quæ ab initio dederat, sic semper dilexit, vt nostris malis licèt offensus pronior semper ad indulgēdum foret, quàm vindictam.

f 1. Cor. 11. lect. 5.

g Oratione de resurrectione.

Patri gratissimum debet esse: nam si *Apoc. 2.* præmium præscribit Christus illi Episcopo, *quia repræsentauit verbum patientiæ meæ, el dicho que te dieron de mi passion, le representaste al viuo*; quantum putas placet æterno Patri viua passionis filij ab ipso filio repræsentatio. Cùm etiam in Christo duæ portiones essent, quarum vna mortem formidabat, altera præ amore hominum sæpius mori cuperet; ideo August. hoc Sacramento vtrique satisfecit, mortis repræsentatione, quam nemo horret, & repetita passione sine sanguinis effusione; quare inferiorem partem hoc Sacramento roborauit, & præterea animam sacrificio repræsentatiuo mori sæpius concessit Hilarius Arelatensis, *vt coleretur per mysterium quod semel offerebatur in pretium.* & quia quotidiana & indefessa currebat pro hominum salute redemptio, perpetua esset etiam redemptoris oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria, & semper præsens esset in gratia. Gratias autem pro tanto beneficio referendas non alias esse, ait Paschasius, quàm Christum sæpius & dignè suscipere, & sic explicat Paulum: *Glorificate & portate Deum in corpore vestro.*

Gratiarum actiones lo o susceptio Sacramenti pat.

Mens impletur gratia. Iam cælestis dulcedo animam replet, & ab aliis delectationibus auocat: gratia enim dulcedo spiritualis nuncupatur à Bernardo. *Vsquequo deliciis dissolueris filia vaga?* Hebr. *desperata, diffisa*, quæ ante aras idolorum, & amorum tuorum sistebas. *Nunc nouum fecit Dominus super terram*, vno eris contenta viro, vno marito, (si Hebræa consulis) vno Christo, ab illo saturitas, veraque delectatio manabit; quia *inebriaui animam lassam, & omnem animam esurientem saturaui.* Impletur autem gratia delectationis, quia omnes animæ sinus & viscera replentur: nam, vt ait Bernardus [a], & ex illo Bonauentura [b], & ambo ex Origene [c] hauserunt, anima sensus internos & spirituales habet, auditu vocem sponsi discernit, *vox dilecti mei*, visu decorem, *candidus & rubicundus*, olfactu suauissimum odorem, *trahe me post te, in odorem*, & lingua & gutture eius gustum percipit, *fructus eius dulcis gutturi meo*, tactúque præsentiam eius, oscula & amplexus experitur, *leua eius sub capite meo.* Cùm ergo anima his expletur delitiis, tota mens repletur, omnes sensus redundant delectatione. *Sic ante Saluatoris nostri aduentum omnes sensus languebant propter abstinentiam gustus spiritualis huius Sacramenti. Mens igitur repletur gratiá*, ita vt illa mutatio, si qua potuit esse in Christo, à tristitia in lætitiam, hoc Sacramento facta sit, vt ait D. Thom. *Quare tristis es anima mea? introibo ad altare Dei, ad eum qui lætificat*, vel, vt legit Syriaca, *renouat iuuentutem meam.* Gratiæ ergo adimpletio quid poscit nisi gratias, & quas gratiarum actiones referam? Certè non alias, quàm in gratia Christum & proximum suscipere: nam inprimis ipsa communio est actio gratiarum; quare cùm sic communicamus, reddimus gratias, sicut de orationibus aiebat Paulus, *Cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum: el ir a dar memoriales, le es à Dios de tanto gusto, que le podemos llamar accion de gracias; darlos por despachados.* Ita communio in gratia sic placet Christo, vt ipsa gratiarum actio sit. Præterea in proximorum gratiam redire, etiam est genus gratiarum actionis, in quo grati erimus filio, & matri sanctissimæ: nam de ipsa dicitur, *Posuit mensam, miscuit vinum in cratere ventris sui*, vt ait Ildefonsus [d], ad illa verba Cant. 7. *Vmbilicus tuus crater tornatilis, non indigens poculis.* modus enim ineundi amicitias, & fœderandi etiam contra hostes, erat, vt ait Tertull. scyphum misto vino plenum inuicem dare, & eo ritu initam gratiam sanciebant. Cùm igitur Maria posuit mensam, & miscuit vinum, tot congregationes & sodalitia, tot dissidentium animos fœderauit *, & quantumuis dissidentes copulauit, & in eandem viuendi rationem consenserunt: quare ab his optimè redduntur gratiæ tam filio, quàm matri.

36.

Communio in gratia gratiarum actio est.

37.

Et futuræ gloria nobis pignus datur. nam cùm sæpius vides pretiosum vas in pignus dari, suspicaris aliquando omnino mansurũ apud illum, cui datur in pignus; sic iterata ista Christi communio pignus apud nos mansurũ in æternũ indicat, maximè accedente ad pignus verbo nostri Redemptoris, *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* nam perseuerante vnione cum Christo in hoc Sacramento, fit vt cùm ex parte eius vnio non rescindatur, trahamur in vitam æternam: nam sicut Christi præsentia in speciebus Sacramenti nunquam ex parte Christi deficit, sed ex parte earum; ita ex parte sua nunquam cum anima vnionem dirumpit. Sicut enim princeps morti proximus multis circundatus filiis, & meritis plenus, supplicem libellum ad regem mittit, in quo omnia commemorat merita, vt non sibi, sed filiis præmia reposcat, quo inspecto, *fiat*, subscribit rex, & æquo animo esse iubet equitem, nec de filiis solicitum; sic Christus innocte extrema, nulla nisi castrensia bona filiis relinquens supplicem libellum in pane ad Patrem remisit, *memoriam fecit mirabilium suorum.* quibus meritis inspectis ait Pater, *Viuet in æternum. descuidad hijo de vuestros hijos, que ellos viuiran para siempre*, & vbi est priuilegium

38.

Spes gloriæ maxima sen qui communicant frequenter.

a Lib. de amore Dei, c. 15. & 16.
b Lib. de septem itineribus æternitatis, tõ. 2.
c Habes institutione 2. de muliere forte ex Origene.

d Serm. de assumpt.
* In dissidiis populorum pacem per Mariam esse postulandã, docet Cõcilium Basiliẽse sessione 43. & Synodus Constãtinopolitana ad Hermisdam Papam. Ecce, inquit, intercessione sanctissimæ Virginis olim quę fuerãt membra diuisa, per Spiritus sancti gratiam ad vnitatem & charitatẽ perfectam sũt redacta. Et Damianus ser. 1. de nat. Per Euã potus mortis porrigitur, per Mariam vitæ & pacis poculum exhibetur.

uilegium regis? vbi syngrapha eius? *Hic est calix noui Testamenti*, vt cùm tibi in viaticum datur, exultes lætitia, & pignus gloriç apud te in sinu per gratiã sedulò conserues.

VERBVM PATRIS.
Leuitici 11. vers. 2.

Hæc sunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animalibus terræ.

Principem ingenuè, & liberaliter educandum, pane cælesti nutriendum, diuinis moribus ad vitam immortalem imbuendum docet, persuadet.

DISCVRSVS XL.

1. OPVS graue, difficile, & operosum, bonis moribus instituere, & ad seueriorem disciplinam reuocare principes, eósque omnes, quos vel maiorum nobilitas, vel numorum
Ardua eruditio Principum. copia nimis extulerunt. Cùm enim propriæ voluntatis imperio se dederint, & eius formam, & normam sequantur, cúmque illa ære, & silice durior aliquando sit, aliquando verò cera mollior, & facilior; difficilè boni insculpuntur mores, & delentur facilè, atque in animo principis luctam, & bellum inferunt voluntatum discrepantium conatus, & quasi fluctus maris in miserrimum cor certant, vt vix possint incitatæ, & commotæ appetitiones flecti, atque sedari. Amor verò, qui omnibus regibus dominatur, cùm multo antè prospexisset ex diuino connubio, mirabilique coniunctione Verbi cum humana natura multos ex Deo natos principes generosos, filios futuros, sic eorum educationem efficaciter instituit, vt reges efficeret, & ita facilè, vt omnis eius doctrina, omnisque disciplina in cibo, & potu principis sita esset.

2. Post ablactationem enim, & infantiles annos primò delicatus cibus principe dignus ex-
ECPHRASES DISCVRSVS, ET DIVISIO. quiritur, prælibatur, & probatur prius, ne veneno infectus sit, hoc est, quod primo loco præstat amor: *Caro mea verè est cibus.* Secundò
Ioan. 6. 55. sciat oportet regnare, & alto natum genere non esse, vt abdomini seruiat, & se potu, cibóque
Rom. 14. 17. ingurgitet: *Regnum Dei non est esca, & potus*; sed vt bonis litteris, & liberalibus artibus eruditus sit, adhibeatur illi pædagogus, à quo sapientiam, fidem, & religionem hauriat, ec-
Ioan. 6. 55. ce ad hoc *sanguis meus verè est potus.* Tertiò nequit esse singularis, acciere opus est amicos, & sodales: tales verò, vt non dissimilis ingenij, non morum discrepantium sint, sed eisdem exerci-
Plutarch. in vita Catonis maioris. tamentis incumbant: hac enim de causa Catonis mater cùm filium primogenitum nutriebat, sæpe infantes vberi adhibebat, & lactabat, quos filij sui socios futuros suspicabatur, vt eiusdem lactis dulcedine allecti, & ab vberibus amore hausto in eandem amicitiam, & mores consentirent. Sed longè antè præuiderat hoc diuinus
Ioan. 6. 56. amor. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: criase la fina amistad de vna alma en dos cuerpos.* Quartò, homo cùm sit, iuueniles anni erumpunt in virescentes mores, nisi vel transplantetur, vel inseratur. Igitur de nuptiis agatur: matrimonium enim noua quasi hominis insitio est, in qua vberiores rami, & Christiani fructus proferuntur. Nec dormiuit amor, cùm & æternum Dei filium nostræ carni &interuit, & nupsit, quæ noua insitio sic grata, sic vberrima fuit, vt hanc vnionem in vnoquoque fideli per hoc sacramentum auidissimè intenderit. *Sicut misit me viuens Pa-* Ibid. 57.
ter, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, viuet propter me. Quintò iam regia mensa, & cibus assignatur, thesaurus, & regij prouentus, hoc ipsum in vno pane præstitit amor.
Hic est panis, qui de cælo descendit: mesa de Ibid. 58.
estado del Rey soberano. Sextò opus est seipsum 3.
noscere, & regem esse caduci, & temporalis dominij, & corona in symbolum limitatæ potentiæ tempora cingi, & post purpuram sindónem funebrem superesse: habeat sui exitus monitorem. Hoc docet amor Christianum principem, cùm refricat memoriam filiorum Dei, qui etiamsi manna cibati sunt, interierunt: *Man-* Ibid. 59.
ducauerunt manna, & mortui sunt. Ideo sedulò quærat cibum, qui non perit, & vitam confert, & ad cælestem patriam ducit. *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.*

Caro mea verè est cibus. Et hæc est summa læ- 4.
titiæ: hæc causa lætandi: vtique, nam dies ab- Ibid. 56.
lactationis, quo princeps primò panem edit, magnam secum trahit causam lætandi. Doce- *Ablactatio noui hominis.*
mur a parente optimo filiorum Dei Abrahamo, qui cùm parum adolesceret Isaac, à lacte ad panem habito solemni epulo traduxit: *Creuit igi-* Gen. 21. 8.
tur puer, & ablactatus est, fecitque Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius: destetole, y aquel dia fue solemnissimo en alegria, y conuite. Verùm hîc nobis obiicit Augustinus [a]: a Quæst. 30. in Gen.
Quare Abraham neque in die natali pueri, neque quo circumcidit, festum peregit; grande conuiuium, sed die auulsionis ab vbere? Respondet ipse nullam sibi solutionem occurrere, nisi ad sensum spiritualem referatur; illum nempe esse festissimum diem, cùm homo incipit esse homo, & positis infantilibus, & puerilibus moribus, sese ad spirituales actiones accommodat; quemadmodum de quibusdam aiebat Paulus, *Lac vobis potum dedi, & non e-* 1. Cor. 3. 2.
scam. &, *Adhuc enim estis carnales.* Satis cla- Ibid.
rè causam subdidit: *no son para blanduxos, ni mugeriles, ni flaquillos los mysterios solidos de* 5.
Dios. In hunc sensum pendet Ambrosius [b], & b Lib. de Abrahamo, cap. 7.
Rupertus [c] semper allegoricus. Quorsum (inquit) solemne instruitur conuiuium ablactationis, si res diuino vacaret mysterio? *nisi quia* c Lib. 6. in cap. 19.
Christus relictis lacteis, id est, infantilibus ritibus, v. g. brutorum animalium sacrificiis, traduxit filium
suum

Digitized by Google

suum ad verum, & vnicum sacrificium corporis, & sanguinis sui: hoc est vtique grande illud conniuium: aquel quitar el pecho a Isaac, aquel verle hombre de porsi, que no ha menestrer à su Anciana madre, ni viuir de su sangre; aquel morder del manjar solido, iusto es, que sea celebrado del mysterioso desteto del pueblo fiel, que oy come ya manjar solido: caro mea verè est cibus.

Ioan. 6.55. Apage infantium ritus antiquæ legis, vbera eius ne amplius sugatis, ne fortè hædino sanguine, & vitulino vos alat, cùm possitis iam pretioso Christi sanguine frui. Igitur assignetur cibus principi, vt erubescas iam tu (ô homo canis plene,) qui adhuc ex creaturarum

Heb. 5.13. vberibus pendes quasi infans. *Omnis enim, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ; perfectorum est autem solidus cibus.* ita verum axioma, & vniuersale, vt tu inter pueros sis numerandus; iustis autem, ac spiritualibus viris mensa veri cibi apparatur: *Ea Principes, ea Altezas: porque, que mas altos os podia poner Dios? recedant vetera, noua sint omnia, comedite.* Domine quid comedit princeps? *Caro mea verè est cibus*; éstne venenum in cibo? absit, *verè est cibus: pues yo lo digo seguramente lo podeis comer.* nam vt securos vos redderet, delibauit ille, & prægustauit panem, & calicem, & com-

6. municauit corpus, & sanguinem suum in cœ-

Antidotum Eucharistiæ quod Christus in seipso expertus est. na, vt ait D. Thomas, *hizo la salua*, quasi ad filios dicens: En, ô filij mei, serpentino iam morsu affectum parentem vestrum morti turpissimæ addictum, sed vt credatis probatissimam esse theriacam, & pharmacum immortalitatis, volui primum experimentum in meipso fiat: *verè est cibus: ya que resucitare al tercero dia, os assegurare que os doi manjar de vida, y resurrecion.* Et vt omni metu, & suspicione vacuos redderet filios, acutissimè adnotat

Quare Christus noluit bibere acetum felle mixtum. Augustinus, in cruce voluisse gustare primis labris acetum felle mixtum, sed noluisse bibere; nam gustare voluit, ne videretur subterfugere id doloris, id amaritudinis, quod cæteris nocentibus in obitu suo erat commune ad instar amici, qui importunè ad bibendum inuitatus haustum vnum sumit vrbanè, satisfaciens vestro obsequio; ideo additur, *noluit bibere*, & sanctus Matthæus, & Marcus, *non accepisse.* Sed D. Augustinus, & Beda, veræ fellis, & puræ

Vide Iansen. & alios in Psal. istum. calicem fuisse existimant, & alij insuper, fel draconum esse affirmant. *Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile: que se iua derecho al coraçon para abreuiar la vida à los crucificados.* Sed ita integro animo, & consilio erat Christus noster Pincerna, vt meditato consilio libatum calicem noluerit bibere. Quare? præuidebat nempe quod dixerat Augustinus, nempe ex Christi latere omnia sacramenta in mysterio manasse, & Baptismum, & calicem, & sanguinem: itaque è corde fontes isti deriuandi sunt, & sacri latices vitæ; *noluit igitur bibere*, ne fortè cùm venenum hausisset, cor veneno infectum suspicaretur, & mortem ibi inesse, vnde vita manabat, & tutissimè quosque cibos edant filij, dum audiunt, *verè est cibus: comed hijos sin miedo, nadie os ponga temor, que yo os asseguro no morireis por comulgar, antes verdaderamente viuireis.*

7. *Et sanguis meus verè est potus.* Minus videtur

Ioan. 6.55. sanguis idoneus, vt pædagogi munus obeat; panis enim, quem distribuit, acuit intellectum: *cibauit nos pane vitæ, & intellectus*; sanguis verò hebetat, & obnubilat: ideo enim notat Eucherius, prohibitum fuisse haustum sanguinis antiquo populo Dei, quem quasi principem ingenuè educabat: humidum enim, & calidum ita cerebrum implent, & aggrauant, vt Plutarchus vnam causam afferat, cur elephas ingenio perpolleat, & quasi discretione præditus videatur, frigidam nempe temperiem, qua de causa deficit in eo vna ex qualitatibus, quæ cerebrum maximè opplent, mentísque aciem obtundunt; quare apud Romanos, qui in militari disciplina peccabat, duplici venæ scissioni addicebatur, putantes, & optimè, sanguinis missionem pœnam quidem esse idoneam, & opportunam, vt ei ingenij vis accresceret. Et ex sacris Doctoribus monet D. Ambrosius [a], consideratè eligendum esse principis pædagogum: *primus enim discendi ardor nobilitas est magistri.* Qua ergo dignitate præstat sanguis? aut quid fidendum illi, qui potest hominem in errorem, & damnationem repentè præcipitem dare? quare sapientes, & eruditi conclamant, scilicet Dauid: *Libera me de sanguinibus*; nam nomine sanguinis solet sacra Scriptura significare enormia quæque crimina, præsertim turpia. *Ciuitas plena est iudicio sanguinis.* Immo & Philosophi obseruarunt quanto osse, sed quàm modico sanguine constet caput: ita prouidente conditore vt vbi sedes est consilij, & sapientiæ, sensus quasi iudices insident, & multa indigent discretione, ibi modicus sanguis vitam aleret, sapientiam non impediret. Et quid aptius ad hoc probandum, quàm vera illa laus, qua Christus Petri confessionem commendauit. *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi. O Pedro que bueno sois para cabeça, que teneis poca sangre que la del hombre en bota, y entorpece.* Ad hæc autem omnia vnum respondet Christus: *Sanguis meus verè est potus meus* (inquam,) humanum & enim sanguinem certum est habere istum effectum, meus verò haudquaquam: immo nullus aptior magister potest meo principi adhiberi; meus enim sanguis (si aduertis) cùm è latere manauit, simul cum aqua mixtus effluxit, aqua nempe fidei, sapientiæ, veritatis, quæ cæcos, rudes illos, & ignorantes è vestigio, & repentè ad summam sapientiam traduxit. Idipsum inuolutè dixit almus Spiritus: *Sapientia ædificauit sibi domum, miscuit vinum, posuit mensam.* Vbi de academia, déque cathedris agi probat perdoctus, & eruditus P. Pineda [b] in hunc locum: *pusò la sabiduria Diuina la messa, essa es su cathedra, y sobre ella la copa de vino, esse es el ayo, y maestro.* Egregius magister; vinum, immo sapientiam ibi perdunt sapientes: sed audi, *Insipientibus locuta est, ostendam vobis viam prudentiæ, bibite vinum, quod miscui vobis: vino puro es el que ciega, y embriaga; pero vino adobado, y mesclado con Diuinidad, y amor, esse es maestro de ignorantes.* nam quæ (rogo) difficiles materiæ sunt in Christiana religione? de Trinitate, quæ vix per tres annos explicatur; de fide, qua contra tot turpissimas hæreses militamus; de spe, qua contra Gentes opus est digladiari; de charitate, in qua vera Dei, & proximi dilectione tepidos Christianos imbuere opus est. Vides istam sapientiam: *igitur bibite ex eo omnes*, solo haustu huius sanguinis omnem istam haurietis disciplinam; nam postquam illum ebiberunt, vtpote ad doctrinam aptis, hæc verba subdidit Christus: *Spiritus*

Right margin notes: Eccli. 15.3. — *Cur sanguis in pædagogum datur.* — a Lib. 2. de Virginitate. — Psal. 50.16. — Ezech. 7.23. — *Osse multo & modico sanguine constat caput.* — 8. Mat. 16.17. — *Respondet Christus vno verbo.* — Prou. 9.1. — b In Salom. Præuio. — Prou. 9.5. — *Potu calicis omnem nos disciplinam edocet.* — 9. Mat. 27.17.

Digitized by Google

Ioan. 15. 26. *Spiritus paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre.* ecce tibi Trinitatis materiam; *exiui à Patre*, en tibi incarnationem; *vado ad Patrem*, in cuius domo mansiones multæ sunt. Audisti iam de beatitudine, *Creditis in Deum, & in me credite*, en tibi fidei materiam; *vado parare vobis locum*, ecce spei materiam; *non turbetur cor vestrum*, &c. de charitate autem, *Hoc est præceptum meum*, &c. vides vt sanguis idoneus est intellectus magister.

Ioan. 14. 28. Ibid. 1. Ibid. 2. Ioan. 15. 12.

10\. Verùm opus est infantem principem blandè erudire, quod fit, vel maiorum facinora in memoriam referendo, vt se quasi in speculo, moresque suos componat, & magnos sumat spiritus, vel stemmata, & insignia præ oculis ponendo, vel denique virtutem, & doctrinam morum sensim, & dulciter instillando. Hoc ipsum effecit Christus Dominus in hoc sacramento, memoriam (inquit Origenes [a]) passionis, belli, atque victoriæ referens, vulneraque sua noua semper, atque recentia in escam proponens. Hoc ipsum effecit (inquit Basilius) summam omnium suorum facinorum, vt in nobis generosos excitarent spiritus, &, quod difficilius erat, virtutum disciplinam in escam dedit: *diole las virtudes en comida, y beuida.* Hoc ipsum in media tristissima prophetia exultans pronunciat Ioel, *Filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro: mirad, que buen Padre teneis, que os busca vn ayo, que tal? qui dedit vobis doctrinam iustitiæ.* Septuaginta, qui dedit vobis doctorem *escam iustitiæ*, qui omnia edendo, vel esum præbendo docet, quod & principibus exhiberi solet, quos vt prima litterarum elementa doceant, primos characteres ex dulci massa, ex martio pane, sacharo contectos efformant, vt pariter cibo litterarum principia nouerit. O quàm facilè dicitur hoc (obiicies,) sed quã difficulter opera ipsa virtutis præstamus, difficilè demittimus, nos ægrè toleramus, rarò proximi onera portamus. Hoc autem, quod tibi valde videtur difficile, solo cibo, immo solo potu præstat Doctor iste: nam alij legunt, *stillatorem iustitiæ: os dara distillada la virtud, y santidad.* Non considerasti nouam dierum nostrorum artem purificandi, & distillandi aurum vsque ad quintam (vt aiunt) essentiam, & attenuandi cinamomum, flores, odoramenta, ita vt magna moles, & pondus florum, & foliorum in minimam quantitatem virtutis plenam reducatur. Hæc igitur fuit Seruatoris nostri ars, virtutes illas, quæ orbem ornarunt, pretiosum illud aurum amoris, flores gratiarum, balsama donorum, aquas illas purissimas scientiarum, viridarium illud, & paradisum à Spiritu sancto plantatum, hæc omnia distillata in vno sanguine potanda præbet, nam hoc solo calice hausto repentè fit homo humilis, mitis, pius, benignus, sapiens, & quasi per compendium, & summam sanctus, & iustus; quia vbi Deus, & magister est, & doctrinam stillat, facilè discitur quod docetur. Ideo si obseruas, maiores virtutum accretiones ex vna communione percipies, quàm ex longa concione, aut multa lectione: nam si ego paupertatem prædico, quæ maior, quàm illa, quam in tenuissimis accidentibus exhibet Christus: si obedientiam, quænam maior illa, quàm Christus Patri, verbo suo, & teterrimo aliquando sacerdoti præstat, ita vt ad obediendum quasi mortuus omnino sit: sed si viui sanguinis venæ aperirentur, non tam sanguine, quam vera erga Patrem obedientia refertæ inuenirentur; hic enim erat eius cibus, *vt faciam voluntatem eius, qui misit me*; hanc nobis vno verbo libare iubet, *Sanguis meus verè est potus: beued obediencia*; si castitatem, nulla maior, quàm secum affert purissimus Agnus castissimæ Mariæ filius. O mortales, venite ad scholam, vocat vos sapientia, & tamquam paruulos potabiles reddit disciplinas. O sapientissime Magister, *bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me.* Heb. *bonum gustum disciplinæ doce me: endulçad me vos señor el paladar, y dadme sabor, que el saber sera facil: beuido se està. sanguis meus verè est potus.*

Eruditio infantis per Eucharistiam. a Hom. 6. in Ezechiel. Cap. 2. 23. 11. *Summa virtutum in Eucharistia.* Ioan. 4. 34. Ioan. 6. 55. Psal. 118. 66.

12\. Iam de principis sodalibus, puerisque persimilibus, & amicis agamus: amicus enim anima vna est in duplici corpore, oportet itaque (vt ait Aristoteles) vt persimiles sint, non agrestes, non rustici, sed vrbani, ingenui, & illustres, quos habeat socios in equestribus exercitationibus. Sed vide vt omnia prouidit in hoc sacramento. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: yo soy su amigo, y trueco con el no vestidos como Dauid con Ionatas, sino cuerpo, y alma, yo soy su menino, y compañero.* O gratum, & ignitum verbum! Et quorsum Domine adhærere nos tibi imperas? vt pari passu, pari vita, consimilibus moribus degamus, & ambulemus: *qui manet in charitate*, vide verba, *in me manet*, addit, *debet sicut ipse ambulauit, & ipse ambulare: deue acompañar al saluador en los mismos exercicios*, ad hoc venit, vt nos ad exercitia nobilia excitet. Refert Isaias qui sint ad tantam dignitatem adsciscendi, vt Dei sui comites sint, & amici, *qui ambulat in iustitiis*, eos nempe, in quibus iustitiæ amor viget, & nempe principes iusti sint, & districti contra nocentes. Quid enim furta sunt (inquit Augustinus) nisi parua regna: *reyeçuelos de su reyno son los injustos no castigados.* Notandum verò verbum *ambulat*, vt nempe obambulet, & quasi ad oblectationem iustitiam peragat, & vt præferat semper illam tanquam reginam: nam qui iuxta reginam deambulat, etiamsi illam alloquatur regina, tamen vno saltem gressu retro se continet: *da vn cuerpo à la reyna de ventaja.* Sic (inquit disertè Nazianzenus) vult princeps tranquillè regnum possidere. Præferat ergo ante se iustitiam. *Persuasum habeo animi tranquillitatem, & beneficentiam maxima homini bona esse* (quam obtinent principes) *si rebus gerendis iustitia præeat: si le dan vn cuerpo a la consciencia, y a la iusticia.* Veridici meritò in amicitiam vocantur; nam nulli meliores amici, quàm cælites illi, qui in vestibus albis cum animi, corporisque candore Regi Christo consentiunt: quo autem titulo extulit illos rex? illo quàm maximè; *quia in ore eorum non est inuentum mendacium: los de aca hazen estado de la mentira, pues no es estado, ni la mentira hizò, sino deshizò estados.* Ad litteram enim loquitur de primis fidelibus, ex quibus Ecclesiæ primus ille status conflatus est. *Qui proiicit auaritiam ex calumnia: que no quiere interes viendo à Dios tan franco. qui excutit manus suas ab omni munere.* D. Gregorius ponderat verbum *ab omni*; quia alia dona accipiuntur ex cogitatione: *ha loque pensaran demi*, & hæc insania est. alia *ab ore: que diran demi?* quod vanitas

Qui inter socitates qui frequenter communicat. Ioan. 6. 56. 1. Ioan. 4. 16. Cap. 33. 15. 13. Apoc. 14. 5. Isai. 33. 15.

Digitized by Google

vanitas est: alia munera sunt *ex manu*, cùm videlicet munuscula offeruntur; hæc omnia à se longe abdicare debet non solum, sed *excutere*, & excutere manus: melius enim esset præcidere manus sibi, & à se proiicere, quam munera accipere. Igitur sic ambulanti *panis datus est ei: à este tal dexalde comulgar.* Hic meritò in socium Christi assumitur (inquit Iustinus Martyr [a]) ludos autem principe dignos vide apud Isaiam. *Delectabitur infans ab vbere*, &c.

Ibid. 16.

a Contra Tryphon.

14\. *Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem.* Hæc iam nuptialia verba sunt: æquum enim est principes cùm ad nubiles annos perueniunt, matrimonio iungere, ne fortè similem amentiam imitentur, in quam incidit iuuenis ille Atheniensis, qui statuam adamauit Fortunæ pulcram, & affabrè factam, atque amore eius ita rapi, & absorberi cœpit, vt domum duxerit, cultam, ornatámque omni monili, neque auelli ab ea potuerit, quo exercitio priuatus, & ablata statua in eius amore, & dolore interiit. Putásne fabulas vendere? hoc ipsum adolescenti mundo contigisse narrat D. Paulus, quem cùm diu tardaret Deus sibi coniungere, & desponsare in fide, reliquissétque in manu consilij sui, exierunt homines *quærere Deum, si fortè attrectent*, quem cùm non vident, lapidibus inhæserunt, & adamauerunt, & coluerunt statuas hominum, vel ignoti Dei, vt Athenienses. Agamus igitur de nuptiis (inquit Pater) adsit tamen mutuus amor, & reciproca voluntas. Princeps Christus satis ostendit suam, *Deus meus volui: & delitiæ meæ esse cum filiis hominum*, naturámque humanam assumpsit; supererat, vt in singulis hoc ipsum opus renouaret, & homo voluntatem suam erga ipsum communicando ostenderet; ideo ait, *Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem. mitti* est incarnari (ait D. Cyrillus.) hoc igitur, quod ibi semel peractum est, in vnoquoque fidelium quodammodo innouatur. *Sic & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Sed est quod valde mirandum in hoc; nam contingit quidem adolescentem virginem in vxorem adamare, & adipiscendæ gratia, rusticum habitum, vel famuli alicuius assumere, vt liberiùs possit domum eius intrare, dicitis tunc verè amat, nubet, seriò res agitur. Sed verò si lectissimam ipsam virginem noctu egredi, concursare vrbem, & circa domum adolescentis ire, & redire videretis, hoc vtique, vt nouum, & refertur, & admirantur omnes. Prospiciebat omnia hæc Paulus, & cognouit regem hîc adesse absconditum, & habitu inuentum famuli, tectum, & personatum; seriò res agitur,

Ioan. 6. 58.

Nuptiæ animarum cum Christo in hoc Sacramento celebrantur.

Act. 17. 27.

Psalm. 39. 9.
Prou. 8. 31.

Ioan. 6. 5. *Simile.*

15\. nubet quidem Ecclesiæ. *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia* [*]. quasi dicat, in typo huius, Adam nupsit Euæ. Sed expecta D. Paule, videas admirabundum Ieremiam: nam postquam *cap.* 33. magnalia Dei erga Ecclesiam, & felicia tempora prædicat legis gratiæ, tergit lacrymas, & præ gaudio voce altiore personat: *Vsquequo delitiis dissolueris filia vaga?* heus tu, quæ statuas ligneas, & marmoreas amas, & falsorum deorum obsequio incumbis, siste gradum, ne vagari tibi iam contingat, nouis ne te immisceas amoribus. *Nouum fecit Dominus super terram, fœmina circumdabit virum*, vel *maritum*, *& sponsum*, vt alij legunt. Iam habetis diligendum, circundandum, colendum, & in amplexu fouendum. Non videtis Ecclesiam suam circundantem sponsum? pompas, cantus, lætitiam, ornatum? nubet equidem, inter quos tanta amoris signa præcedunt. O verbum infinito amore plenum! audebo dicere, Deus meus? veruntamen quare tacebo? quod tu bonus fecisti, quod vt verum tradiderunt Euangelistæ, scripserunt Patres, & sæpius experiuntur lectissimæ tuæ sponsæ iustorum animæ? Quoties anima in gratia sacras istas epulas edit, nuptias init, & strictissimo amplexu, & reali nexu corporis, & sanguinis non affectus solùm Christus Christiano, & fidelis Christo vnitur, & copulatur.

Ephes. 5. 32.

[*] Quem locum explicant de hoc Sacramento quindecim Doctores Latini, & totidem Græci.

Ierem. 31. 22.

Ibid.

Nuptiæ in communione celebrantur, & realis vnio quadã Christi & dignè ipsum suscipientis.

16\. Loquatur primò idem Propheta, cuius contextus capitis, Paraphrasis Chaldæa, & Hieronymus, qui insinuare videntur, ad litteram, de Ecclesia sancta loqui videtur: *Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis: no me llore nadie en esta casa, que voy à dezir las esperanças del siglo venidero. & quia est spes in nouissimis tuis, statue tibi speculas: à vos digo pueblo dichoso trabed piedras, leuantad altares, poned mesas. amaritudines: començad por el dolor delos peccados.* discute teipsam, examina, purga, cole faciem animæ. *Vsquequo delitiis dissolueris filia vaga? paraque te gastas en otros placeres, paraque andas como ramera catando vinos? nouum fecit Dominus super terram, fœmina circundabit virum*, o, vallabit, *le rodeara de luces, le abraçara*, sicut sponsa maritum. Vnde post amplexus dulcis somnus ecce subsequetur: *& somnus eius dulcis gutturi meo.* Somnus dulcis animæ gutturi, voluntati nempe, somnus appositè dicitur, in quo ligatis sensibus interna virtus reficitur, ita ligatis sensibus per fidei obsequium mens in suo sponso congaudet, & amplexatur, & in ecstatim rapitur. Obsecro tamen non minus certa, quia perantiqua putes ista; sed nostros audi Patres, & Doctores: est enim (inquit Thomas [a]) vnio affectuum, quos ante nuptias inuicem sibi sponsi manifestant, & mutuo consensu coniunguntur animis, & voluntatibus; & hoc est animam Christum amare, & gratia eius conuersam esse ad ipsum. Sed vltra hæc consummatur amor in matrimonio, fiuntque vna caro. Hoc secundùm communionem in Christo esse affirmat Thomas; eò nempe procedere Christi amorem, quo non vltra in terris procedere potest, vt vna caro, vnum corpus cum Christo simus; & hac ratione explicat ipse verba illa, *in finem dilexit eos*, quod

Ierem. 31. 26.

Ibid. *Vnio realis in hoc Sacramento.*

a 1. 2. q. 28. art 1. in corpore.

17\. Paraphrasticè dixisse videtur D. Dionysius [b]: *In qua nocte tradebatur, seipsum tradidit, communionem beneficè instituens, vt nos cum suis diuinissimis summa vnione copularet.* & dum D. Pauli doctrina est, suorum discipulorum eruditione stabilietur. *Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia, bueluome à rectificar en lo dicho, que somos carne de Christo, y miembros de sus miembros.* Irenæus [c]: *Quomodo* (inquit) *carnem negant capacem esse donationis Dei, quæ est vita æterna* (id est, resurrectio) *quæ sanguine nutritur, & membrum est eius secundùm Apostolum ad Ephes. quoniam membra sumus corporis eius, de carne, & ossibus eius, non de spirituali, & inuisibili homine, dicens hæc: spiritus enim nec* ossa,

Ioan. 13. 1.
b De diuinis nominibus.

Ephes. 5. 32.

c Lib. 5. aduersùs hæreses.
Vnionis realis fidelis cum Christo apertissima sententia Irenæi.

ossa, nec carnes habet; sed de ea dispositione loquitur, quæ est secundum hominem, quæ ex carne, & neruis, & ossibus consistit, quæ ex calice, qui est sanguis eius, nutritur, & pane, qui est caro eius, augetur. Finem huius amoris, hoc est, consummatum istud tam ipse sponsus, quàm sponsa ardentissimè desiderabant. Quare videas fœminam, hoc est, Mariam Magdalenam circundare virum Christum, & tangere velle; prohibet tamen illam sponsus, dicens, *Noli me tangere.* Quid prohibes quod expetis? quare repellis, quare reiicis, quam trahis, quam peringeniose perquiris? Respondet; *nondum enim ascendi ad Patrem meum.* Volebat illa quidem attrectando tanquam mortalem experiri qualitates corporis humani, physici, & animalis: Dominus verò vt mulierem humiliter, & abiectè de Christo glorioso cogitantem excitaret, ad altiorem cogitationem gloriæ corporis sui dignam memoriam iniecit, ascensus in cælum ad Patrem suum, simul significans, post ascensum in cælum tangentem, & tractandum esse suum corpus, alio quidem modo, & spirituali, &

18. reali vnione, in Sacramento scilicet Eucharistiæ, in quo consummatio fit amoris, ibi Christum in gratia celebrantes Christum attrectamus, & osculamur, sicut ipsa sponsa postulat; *Osculetur me osculo oris sui.* In quæ verba Theodoretus [a], *Neque verò (inquit) offendi quis debet verbo osculi, siquidem in ipso mysterij tempore membra sponsi prendimus, osculamur, & amplectimur, & veluti sponsali coniunctione cum eo copulamur, & hanc summam vnionem ipse significat, dicens: Qui manducat meam carnem,* &c. Putabis autem infelices, & infœcundas nuptias istas futuras, audi (obsecro) primò Ieremiam, qui nouitatem illam noua filiorum prole fœcundam per insitionis, & plantationis nomen declarat: *no hay mas breue manera de crecer, y dar mucho fruto, y bueno vn arbol, que ingiriendole trayendo vna pua forastera, y dulce.* Ideo per septuaginta Interpretes ait: *Vsquequò conuerteris filia despecta? no temais deshonra Señora esteril, no busqueis anciano ninguno per esposo, nueua ha de ser la inuencion de tener hijos; quia creauit te Dominus salutem in plantationem nouam: hecho vna vez el injerto dela incarnacion, dela communion repetida, saldran muchos hijos.* Sit igitur tertius iam testis verbi huius S. Methodius Martyr [b], qui explicans locum Apostoli [c], *Ego autem dico de Christo, & Ecclesia,* quòd scilicet in hoc Sacramento eam tanquam sponsam nutrit, & fouet, addit pulcra verba: *Hac ratione* (inquit) *impletur illud: Crescite, & multiplicamini, aucta quotidie Ecclesia per congressum, & communionem verbi adhuc descendentis ad nos secundùm passionis commemorationem, quæ in hoc mysterio fit.* Deinde subiungit: *Non enim potest Ecclesia concipere credentes, eósque per regenerationis lauacrum regenerare, nisi propter eosdem Christus seipsum secundùm commemorationem passionis exinaniens, vt capi possit, ac rursus secundùm commemorationem de cælo descendens moriatur (non quidem verè, apage, sed secundùm,* inquit, *commemorationem) & adhæreat vxori suæ, id est, Ecclesiæ, quæ ex virtute lateris non Adæ dormientis soporem mortis ædificata est tanquam altera Eua, facta iam mater omnium viuentium*

19. *per fidem.* Quis iam audet dicere, quid ais? durus est hic sermo. *Quis linguam corrigat*

Ioan.20.17.

Sumendum & apprehendendum à nobis per communionem, denotat Christus.

Cant.1.1.

a In Can. 1. refert, & vertit ex Græco P. Turrian. lib. de dogmaticis characteribus lib. 3.

Ioan.6.57.

Insitio quædam nostra naturæ in Christo.

b In symposio decem virginum, cuius meminit D. Hieron. & extare apud se affirmat P. Turrian. & ex Græco ad verbum hæc verba conuertit.

c Ephes. 5. 32.

Commemoratio viua & vera passionis ad veram vnionem nostri cum seipso fecit Christus.

(ait B. Laurentius Iustinianus) *quam vera Patrum doctrina non corrigit? lleguen a dezir me, que dezis? loque los Doctores, que dezis? no se loque digo, porque nose Dios de mi alma loque digo, quando ello predico, supierale si lo huuiera gustado.* O mea mortalis lingua, te ex hac die excommunicationis sententia ligatam volo, anathema iam deinceps sis, si post prolata verba, quæ iam effero, loquaris aliquid, quod Iesus, amor, aut odor Christi non sit. CHRISTVS IESVS, AMOR ÆTERNVS, hominis carne tectus, & ibi velamine accidentium opertus, meus per amorem sponsus, meus est per communionem maritus, ipse reali amplexu meum amplexatur corpus: ego sum Christi, & Christus meus est, viuo in illo, nutrit me, vt carnem suam, & fouet non iam spiritu solùm, sed carne carnem, sanguinem sanguine suo. Vide quid asseras, & post ineffabile reseratum secretum tace, & tuum solum alloquere sponsum: *Nesciui anima mea, conturbata est propter quadrigas Aminadab: perdonad Dios mio, que ha sido vna necia mi alma todo el tiempo, que no os amò.* Nullam excusationem aliam prætexam, quàm tot animas vidisse tanti beneficij, & amoris immemores, viam istarum insequebar: quis enim putaret erra-

re quadrigas Aminadab? *viendo tanto descuido en comulgar los principes de fee tan cierta? que mucho, que yo flaca muger errasse, y me apartasse del camino antiguo, y real de la Iglesia primitiua.* Libeat modò in illas excandescere, & ad orbitam, viamque salutis reuocare. Turpis adolescens quid turpiter quæris delectamenta momentanea, dum thalamum istum cum Christo, floribus, & aromatibus fragrantem, & purum delitiis cælestibus implere possis? fructus diuinos ex Christi carne, & anima possis concipere? infirma mulier quare tuum à petulanti iuuene corpus non subtrahis, à quo contumeris, dedecore afficeris, & obscœnè deturparis? vt hunc amorem, has possis adire nuptias, tanto tàmque diuino potiri sponsi congressu, amplexúque: O felices animas, quæ vale dicto terrenis, mundanisque delitiis, in vnius sponsi huius obsequium se totas mancipar unt, viuite, felix faustúmque sit immortale coniugium. 20.

Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. 21.
Sed quid præstaret regia dignitas, mensa, & vita, si finem habituræ essent, & cum terrenis perituræ. Ideo euge mi princeps, restat tibi felix exitus, & æterna vita: nam in hoc præstat hic noster aliis principibus, & filiis Dei. nam etsi Deus tanquam sibi charos amauit, nutriuit, & manna sustentauit: tamen *mortui sunt*, neque qui à nubibus descendebat, manna ad cælum potuit deducere, mortales *mortui sunt: alli se quedaron descarriados, o, muertos.* Christianum autem quasi principem seruat; nam si contingat regem inter venandum aberrare, non magnus est error; nam aut semitam viuam, & tritam inuenit, aut tuba signum dat, aut pastorum tuguria, flammam ignis, aut qui viam ostendat, offendit; *no se pierde el rey en la caça, o, porque topa con alguna senda viua, o, porque toca su trompeta, o, en los cerros los pastores hazen lumbradas, y và tomar noticia.* Etiamsi (mi adolescens) nox ingruat, mors impendeat, senectus appetat, ne pusillo

Affectus ex Christi vnione in Sacramento.

Cant. 6. 11.

Si Principes abstinuit à frequenti communione aberrat Ecclesia & populus à suo sponso.

Ioan.6.58.

Insuper etiam immortalitatem & immarcescibiles delitias & vitam dantur.

by Google

pusillo animo sis, iam tibi salutis exitus quasi magno principi præparati sunt. Audi Ecclesiæ consolatorem Paulum: *Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum, in sanguine Christi: no temais, que abierto esta el cielo y han entrado muchos alla, y entraran otros.* Iter autem tuum & expeditum est, & viua semita: *no es senda muerta. initiauit enim* (aut innouauit) *nobis viam nouam, & viuentem per velamen, hoc est, carnem suam.* Vocat carnem velamen; & carnem suam viam nouam: nouum enim est per carnem in cælum adire, per cibum in paradisum, & premere dentibus pignus æternæ hæreditatis; sed *initiauit nobis: esse camino hizo Christo, y con esse viatico nos le diò à nosotros para el cielo.* Et si hæc non satis te in viam reuocant, audi pastorem canentem, *Sacrificium laudis* (hoc est, publicum, & solemne) *honorificabit me: à voces en el monte de la Iglesia alabaran à Dios, y mostraran el camino a los hombres. & illic iter quo ostendam illi salutare Dei: y alli mismo se haran altares en alto, se encenderan luces, se juntaran los pastores, y daran noticia del antiguo camino. ego enim accepi à Domino.* per illa splendentia fidei lumina, per Doctorum voces, per sacrificium illud amoris, per pignus illud vitæ, viam regiam cæli pandam, & ostendam; cuinam? *illi* adolescenti, & Christiano principi regenerato à Christo, solemniter ablactato, ingenuè educato, feliciter matrimonio cum Christo coniuncto, & in æternam beatitudinem immortaliter per gratiam, & per gloriam sublato. Amen.

Hebr. 10. 19.

Ibid. 10. 22.

Psal. 49. 23.

Ibid.

1. Cor. 11. 23.

Peroratio & epilogus.

VERBVM FILII. Ioan. 6. v. 56.

Caro mea verè est cibus: & sanguis meus verè est potus.

Solus vitæ auctor Christus vitam cibo, & potu suo NOVO HOMINI impertit.

DISCVRSVS XLI.

1\. LICET regum negotia, résque gerendas soli reges illis æquales capere soleant, aliquis tamen de vulgo eorum solet distillare discursus, & consilia venari. Fit repentè lex, & publico præconio peruulgatur nemini licere has, vel illas merces vendere, nisi regi, vel cui ipse delegauerit, concesseritque vendendas. Verùm nequit regis mens, & voluntas diu latere: suspicantur enim ideo sibi arrogasse facultatem; quia valde expenduntur merces illæ, & ex eis censibus *, & prouentibus regiis maxima accessio fit. Audio, summe Deus, publica voce denunciari: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*; quò tendunt tuæ cogitationes, quid moliris optime Rex? pace quidem tua ausim ego intimos tuæ mentis recessus, & consilia penetrare, vt

* *Como en España el naype & soliman.*

Ioan. 6. 53.

diuina distillata consilia, in tuorum filiorum aures possint stillare. Nihil ex his, quæ humano vsu consumuntur, largius, & frequentius expenditur, quàm vita, non alimenta, & vestes, quibus parce vtuntur egentissimi, & sancti, qui asserebant, *habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus*, non plures aliæ res, quæ suo quoque tempore in vsum veniunt, sed non continue atteruntur: vita verò communis est merces carior, pretiosior, & quam omnes perpetuò à natali die expendimus vsque ad mortem. *Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur*, regi denunciatum est. Igitur decernere, & publicè denuntiare, sine cælesti cibo omnibus vitam esse interdictam, perinde est atque ad se reuocare, & sibi vitæ distributionem reseruare tanquam vnico vitæ auctori, fonti vitæ, & pani vitali, atque regi opulentissimo, *in quo vita erat, & vita, quæ est lux hominis, continetur, es dezir yo hago estanco, y mayorasgo real del manjar de vida ninguno sea osado a poner tienda so pena de perdimiento de bienes. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.*

Vita pretiosa merces & communis.

1. Tim. 6. 8.

2\.

2. Reg. 14. 14.

Ioan. 1. 4.

Ioan. 6. 59.

3\. Sic largè vitam prodegit homo, & pretiosas vestes immortalitatis decoxit, vt penè consumpta vita, mors, taberna palàm proposita, lucra omnia sibi, & potestatem vendendi ascripserit. *Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, etiam in eos, qui non peccauerunt*, &c. causam assignat Paulus, & explicat Augustinus [a], à quo discursum istum mutuatus sum: Spiritus namque spiritualis vitæ auctor merces vitæ, & salutis stagnauit, obseruauit, & collegit, dicens: *Non permanebit spiritus in homine*, non litigabit, non iudicabit, non patiar hanc litem inter meam misericordiam, & iustitiam tandiu durare, *non permanebit spiritus meus in homine*, quasi in vagina, *in æternum*, hoc est, per multos annos; *quia caro est*, quia carnalis effectus. Vnde in primo statu nostrum interiit caput, ab eóque in omnes mors pertransiit. Secundus status, & secunda mundi ætas homines tulit profligatissimos, qui boni, & mali sensu, & iudicio amisso, æquè ad idola, ad honesta, & turpia, ad peccatum, & infernum præcipiti cursu ferebantur; corpus mortis languore correptum, mentis harmonia, & spiritus cum carne consensio ablata est, & ambo quasi vilissima mancipia se peccato dederunt, & eius nutu gubernabantur, vt de seipso lugebat Augustinus [b], *Ibam post concupiscentiam meam, & quà trahebat, currebam.* ac denique omnino à vita, & æternæ salutis spe defecit, atque despondit.

Rom. 5. 14.

a Psal. 55. & lib. 83.

Gen. 6. 3.

b Tom. 10. ferm. de verbis Apostoli circa mediū sermonis.

4\. Age tu, antiqua lex, vitam, & naturæ vires collapsas instaurare incipe; videamus possitne corpus istud ad vitam reuocare. Cœpit hæc lex multum sibi arrogare, & nimium sibi confidens vitam publicè vendere, & humano generi impertire posse insolenter putauit: ad hoc autem primò multiplices leges congessit, sicut si ad saltandi leges, & musicæ disciplinam, & chordarum sonus cadauer excitare, & ad rectos, & compositos motus assurgere, & cogere posse putares: sic psalterium decem chordarum Decalogi, nempe præceptorum, pulsare cœpit, & ingeminare sonos, nunc ad orationem, & reuerentiam vnici Dei vocans, nunc ad fugam furti, & homicidij inclinans, vitam in hoc agi, & salutem consistere prædicans: *ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum.* D. Paulus

Merces vitæ non erant apud veterem legem.

Simile.

Deut. 30. 20.

Digitized by Google

lus tamen sub persona huius defuncti hominis loquitur, *Subintrauit lex, vt regnaret peccatum in mortem: mas muerto estoy despues que me dieron tantas leges. Este fue su mayor mal, que con estar muerto, le quedo vida para ver su mal:* Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. *como si el muerto se vies se en la huessa, y le quedasse vida para ver los lutos, y offrendas, y oir los llantos, que hazen sobre su sepultura.* Gentilis etiam populus querebatur: *Ego autem viuebam sine lege aliquando: yo me andaua a mis anchuras, quien me dio ley, porque me he de rendir al yugo del buey de Iudea hauiendo yo nacido como la zebra, libre, y señoril.* Sed dum leges nihil præstant ad vitam, noua sacrificia, altaria, victimas, largamque animalis sanguinis effusionem multiplicauit, vt mortuum ad auctorem vitæ reuocaret, oculos aperiret, manus leuaret, & ad fontem vitæ intenderet, quæ Deus tunc & præscripsit, & acceptauit, vsque ad aduentum veræ vitæ, verique holocausti: sed nihilominus mortuum non suscitabant, ideo addit: *Sed cùm venisset mandatum, peccatum reuixit; ego autem mortuus sum*; perinde enim fuit, ac si quis vellet de feretro defunctum excitare solis exequiarum ceremoniis & luctu, atque oblatione, thure, & vocibus cantorum personantibus: *fue como querer resuscitar vn muerto con el incensarle, y doblar las campanas*, quod ipsi ignorabant, nam defunctus loquebatur: Ego autem mortuus sum.

Rom. 7. 9.

5\. Superest aliud vitæ remedium, legales cibi nempe; per cibos enim mors intrauit in orbem, vtique per epulas sacratiores, & mundas vita recuperabitur: cibi namque sensim humores, sanguinem, spiritus, denique mores humaniores, modestiores, & faciliores ingenerant: vnde Tertullianus [a], *Multa (inquit) à Iudæis ciborum genera sublata sunt, non vt illa damnarentur, sed vt isti coercerentur seruituri vni Deo*; & vt mundis cibis assuescens populus immundas idolorum epulas execraretur, ad mentisque munditiem excitatus assurgeret, & Christo ex ipso populo nasciturо purissime se compararet; & quia hæc immunda tropologicè symbola erant vitiorum, à quibus cauere debebat: Munda animantia comedite; quia mundam à vobis exigo vitam, & ea maximè, quæ ruminant, vt inde legis meditationem placere mihi, & operæpretium esse vobis sciatis. Quod vngulam non diuidit, immundum sit, vt discretionem inter fugienda mala, & prosequenda bona discatis; fugite leonis esum, quia nolo vos superbia efferri, nec tygrides; ne ira excandescatis, nec lupos, ne helluones, & carniuori sitis. Ac denique, vt grauis auctor sub nomine Tertulliani [*], *Quis mustela corpus cibum faciat? sed furta reprehendit; quis lacertam? sed odit vita incertam veritatem; quis stellionem? sed maculas execratur, pradam de aliena morte quærentes; quis coruum? sed versutas execratur voluntates; quis struthionem?* (sic corrigit locum istum P. Cornelius à Lapide [b]) *cùm eum interdicit, intemperantiam coarguit; quando noctuam? odit lucifugas veritatis: quando cygnum, ceruicis alta superbos: quando charadrium, garrulam nimis, linguæ intemperantiam: quando vespertilionem, quærentes tenebras noctis, simul & erroris; sic in camelo vitam damnat enernem, & criminibus tortuosam, cùm suem,*

Sacratiores cibi iubentur, sublatis crassioribus, quæ symbola erant vitiorum.

a Lib. de cibis Iudaicis cap. 4.

* Nouatianus lib. de cibis Iudaicis cap. 3.

b In Penta. cap 11. Leuit. v. 19.

vitam reprehendit, bonum suum in sola carne ponentem: cùm leporem, accusat reformatos in fœminam viros; tradunt enim Physici lepori vtrumque inesse sexum. Ita Cyrillus *lib. 9. contra Iulianum*, & alij. Verumenimuero quid putas præstitisse has ciborum leges, nihil amplius, quàm præscriptionem pharmaci à medici aulæ regiæ in curia datam, quæ serò venit ad ægrotum, cùm defunctus effertur in sepulcrum: *buena recepta, mas llegò tarde, quando ya lleuauan à enterrar al enfermo*; quare claudit omnia Paulus: *Parabola est temporis instantis, iuxta quam munera, & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem.* & alibi propriissimè vocauit, *ministratio mortis, litteris deformata*. Christus autem assistens Pontifex noua lege, nouo sacrificio, nouo pane vitæ ad vitæ statum, & valetudinem reuocauit, sicut eius tam verba, quàm facta testantur, quæ sic habent: 6.

Hebr. 9. 6.

2\. Cor. 3. 7.

Caro mea verè est cibus. Iam (quasi dicat) nouæ vitæ causas apud te habes, ô Ecclesia, ex quo ego sum in medio tui quasi lignum vitæ, de quo, *Lignum etiam vitæ in medio paradisi.* Pro quo notandum est, quod acutè obseruauit Anastasius Synaita [a], quare vocata sit Eua vita, cùm potiùs causa fuerit mortis: & notandum insuper est fœminas viri sui nomina sortitas esse ex consuetudine tam Hebræorum, quàm Gentilium, vt à Caio Caia, à Zebedæo mater filiorum Zebedæi, &c. Primò igitur vocata est Eua *costa*, secta, & diuisa, denotans defectionem à Deo, quæ erat ei euentura: *la apartada de Dios.* Deinde quia reparanda erat per Christum, cui in Ecclesia adhæsit dum carne molli, & tenera indutus prodiit, vocata est *mulier.* Postremò autem omnium appellata est vita, vtpote, quæ à morte profecerit in vitam. Itaque cùm vir eius Adam non esset vita, sed potiùs mortis imago, nomen vitæ non ab illo, sed à suo sponso Christo trahere visa est; quia nempe vita illa, quæ erat apud Patrem, apparuit in terris, & à ligno vitæ in medio Ecclesiæ plantato, *vita* nuncupata est Ecclesia. Ideo in Apoc. dicitur: *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.* Exponit Rupertus, quisquis per pœnitentiam anteactæ vitæ maculas expiauerit, & ad pristinum charitatis vigorem redierit, credat vtique, vt sicut esu illius cibi ligni vitæ quandam immortalitatem acciperent primi parentes, sic istius ligni vitæ in Ecclesia plantati cibus in vitam æternam confirmat, & roborat animum. *Ego sum panis vitæ, patres vestri manducauerunt manna, & mortui sunt: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Vide quàm facilè vita tibi datur; pro tua enim voluntate ex ligno vitæ carpere potes, sicut de manna dicebatur: *Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat, & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, conuertebatur.* Finge cibum aliquem in cuiuspiam hominis ore eius rei induere saporem, quem homo ipse pro libito elegerit: tunc homo eiusmodi cibo vescens diceretur aut caponem, aut phasianum edere, cùm ipsi liberet vt cibus ille caponem, aut phasionem saperet, non verò quando noluit gustum applicare; itaque si applicares gustum ad lignum vitæ, vitam

edères

7\. Ioan. 6. 55.

Noua vitæ causa aperiuntur.

Gen. 20. 9.

a Lib. 11. exaëmeron hom. 1. bibli. Patrum.

Cap. 2. 7.

8\. Ioan. 6. 49.

Sap. 16. 21.

Rusticitas nostra erga hunc cibum.

Digitized by Google

ederes sempiternam. O summa Dei liberalitas, ô nostra rusticitas, vide oscitantiam, & rusticos Hebræorum mores, adeò erant cibis Ægyptij affecti, & quasi addicti, vt nollent animum
Num.11. conuertere ad gustum, quem ex manna percipere poterant: vnde & ipse Dominus erga ipsos
Sap.16.3. durus, & seuerus factus est, nam postulantibus coturnices, serpentes immisit. Noua res quidem, & à tanto parente aliena; nam quis pater postulanti filio panem, aut ouum, porriget scorpionem? Certe digna pœna fuit eorum, qui sola applicatione gustus poterant quocumque cibo frui; neque id præstabant, nec bene animati erga illum erant, cùm ipse cibus *ad quod quisque volebat, conuertebatur: el peccado era, que siendo tan facil hallar estos sabores, ninguno se disponia a ellos, y assi les da remordimientos de consciencia en pena de su descuido, y muerte en lugar de vida.* Conuerte animum ad lacrymas, ô anima, & sapiet gustum lacrymarum, applica animum ad humilitatem, & sapiet humilitatem, dirige cor ad mansuetudinem, & charitatem, & gustum percipies charitatis, & mansuetudinis; est enim arbor vitæ his, qui vitam ab ipso carpere cupiunt: *caro mea verè est cibus.*

9. *Verè est cibus.* Nam vita ex duobus pendet, ex anima, & ex cibo, hæc duo suauissimè membra gubernant: anima enim quàm aptè, & expeditè ad omnem motum, & actionem corpus componit; cibus item quàm alacri motu omnem actionem explere facit: vnde nulla rectior, & suauior gubernatio esset, quàm solo cibo, & alimento, regem suum gubernare regnum, patremfamilias, domum: igitur *iste est verè cibus,* ista vera lex vitæ & membrorum, quæ vnumquodque in officio continet, & solo cibo sustentat, & regit; nam & oculos continet, ne aliò
Vera lex & suauis gubernatio per cibum. aspectum intendant, quàm in Christum: manus mouet ad tanti regis obsequium, & famulatum; pedes cohibet ne in viam peccatorum abeant, aut stent; frænat cupiditates, cogens omnia desideria in hoc memoriale eius, & thesaurum cordis nostri. *Dominus regit me* (inquit Dauid)
Psal.22.1. *nihil mihi deerit.* & qua ratione regit? Hebræa, *Dominus pascit me,* solo cibo legem, regimen, vitámque præstat. Sed & vt liquidò constet, quid tibi conferat auctor vitæ, vide quid confert auctor mortis, venenum nempe peccati; nam contrariorum eadem est ratio, & disciplina. Et vt de veneno agam, nullum æquè morti-
Lethale venenum. ferum, & validum audiui, quàm quod regibus Cambaiæ nunc recèns propinare ab infantia consueuere Barbari, qui enutriunt principem, quod iam in substantiam aliti conuersum tam pestiferos, & prauos humores generat, vt solo habitu animalcula perimat, tactus lethalis sit, vnius vxoris concubitus primus sit, & extre-

10. mus; potéstne tetrius, & horribilius corpori excogitari venenum? Potest vtique, dæmon etenim vexabat hominem, quem cæcum, surdum, & mutum effecerat, & alterum furiosum se discerpentem, & in desertis habitantem qua-
Marci 5.1. si brutum coëgerat: est adhuc quid peius? peccatum vtique, quod hausit anima, vel illi quasi dæmon adhæsit; nam Dei amicitiam rescindit, obscurat mentem, excæcat oculos, obstruit aures, petulantem, impudicum, furiosum, & homicidam reddit, & quidquid premit manibus, inficit, atque deturpat. Hæc præstat mors: tu mortalium vita, tu immortalitatis pharmacum, quos non vitæ effectus præstabis contrarios omnino? nam & inhonestos castos, & furiosos mites, & intemperantes temperatos, mordaces, & dicaces silentio honestas, rapaces misericordes efficis, & sicut venenum illud mortem, tu potu, & cibo vitam concedis: *verè est cibus, verè est potus.*

Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter II.
Patrem, & qui manducat me, & ipse viuet propter Ioan.6.58.
me. Ecce iam iuxta lignum vitæ, fontem vitæ, quæ erat apud Patrem, & iam in terris scaturire cœpit. Solus iste fons *aquæ salientis in vitam* *Fons vitæ.*
æternam (hoc est, in æternum) poterat satiare animæ desideria. Audi Dauidem: *Sitiuit in te* Psal.62.2.
anima mea, quàm multipliciter tibi (&) *caro mea: alma, y cuerpo os dessean fuente de vida, y tanto que pierdo el sueño con la sed**. Triplicem sitim numerat Augustinus, alteram naturæ vitalis, alteram vitæ animalis, alteram vitæ intellectualis; igitur ad hanc sitim exsatiandam fons iste diuinus tres vitæ canales habet, vt vitam, quam à Patre ter accipit, tripliciter in hoc Sacramento nobis impertiatur. Et hoc significat verbum illud, *sicut misit me viuens Pater.* Primò per æternam generationem, qua à Patri quasi à fontali origine viuens ab auctore vitæ generatur. Secundò per incarnationem, vbi vitam secundò à Patre in humanitate accepit, & de hac explicat Cyrillus, *misit me viuens Pater.* Tertiò denique cùm à mortuis reduxit humanitatem ad vitam immortalem. Ecce tres vitæ canales ad triplicem illam sitim extinguendam, de qua infrà Dauid, *Melior est misericordia tua super vitas: mas hallare en ellos de lo que* Psal.62.4.
puede dessear mi alma. inuenit enim anima mea essentiam, redemptionem, & resurrectionem. Ideoque (vt obseruauit D. Cyprianus) esus & haustus sanguinis animantiũ prohibitus est; non solùm vt notum esset quòd in solo Deo vita erat; nam, vt ait Tertullianus [a], *quod maximè bonum est, id maximè penes Deum est, nec alius id, quàm qui possidet, dispensat: hizo estanco de la vida como de mercaduria preciosa en si mismo.* itaque minimè erat vera vita in animantibus. Secundò vetuit esum sanguinis; quia cùm anima brutorum in sanguine sita sit, ne putarent haustu sanguinis vitam posse hauriri, & degeneri anima viuerent, qui rationali vita informati sunt. *Nec oportuit,* (inquit Cyprianus [b]) *vt sanguini humano sanguis pecudum misceretur; quia vita rationalis hominis vita bestiali consociari non habet, sed omnino à fidelium animis quasi sanguis impurus, detergenda est hac carnalis opinio, ne putetur vita hominis eo modo transitoria, quo vita pecudum.* Vnde illud mirabile est, vt non solùm cibus iste vitam rationalem sustentet, sed vitia comprimat, & appetitus frænet, atque cohibeat: venit enim ad frænandam carnis petulantiam, &, vt ait per Isaiam, ad tollendum *frænum erroris, quod erat in maxil-* Isai.30.28.
lis populorum; nam (vt ait Augustinus) dæmon commutauit fræna, & leges erroris, & in inuerso ordine dedit. Nec obediatis, nec abstineatis ab esu cibi, ab homicidio, à vindicta: mendaces vtique leges ab auctore mortis latæ. Abstulit ergo legem erroris, & frænum mendacij, & ait, *caro mea verè est cibus.* longè aliter frænat, & compescit appetitiones caro mea, habenis amoris os mulcet, retrahit, & mouet, ne ira excandescat anima; & sicut cum

Margin notes (right column): * Problema est Aristot. quare sitim abrumpit somni quietem. — *Triplex sitis, sed omnë exsatiat hoc Sacramentum.* — *Vitam largiendum sibi Deus reseruauit* — a Lib. de patientia c.1. — b Ser. de cœna Domini. — *Leges erroris à dæmone latæ.* — Ioan.6.55.

Digitized by Google

rabie affecta est bestia, halitu Saluatoris sanatur; sic ira, sic auaritia panis huius esu cura-
13. tur, & compescitur. Neque ob id concupiscentia carnis, & ventris fame efficitur, sed eius voracitas in melius commutatur. *Osee 11. 3.* Paternis legibus eos regere solebam (explicat Theophylactus) & meis portabam brachiis Ephraim, *& nescierunt, quod curauerim eos: grande insipiencia no entendar, que eslas mercedes vienen de Dios.* Age, ego adducam eam vinculis amoris, afferte mihi iugum. O Domine, hoc est, quod ipse refugit, ita est; quia tunc iumentis simul cum iugo os alligabatur: *ponian les con el, jugo boçal, y assi hurian del jugo;* & cùm Deus requiem illis imperabat, iubebat simul, *non alligabis os boui triturantis.* afferte igi- (1. Cor. 9. 9.) tur iugum; nam *ego ero exaltans iugum; yo le dare ley; pero juntamente le quitare el boçal para que coma. & declinaui ad eum, vt vesceretur:* nam ego si legem illi imposui, priùs manna dedi, & si modo fræno cohibeo cupiditates, præsepe, & mensam pane, & sanguine repleo, vt saltim deinceps cognoscat, *sicut bos possessorem suum, &* (Isai. 1. 3.) *sicut asinus præsepe Domini sui.*

14. *Viuet propter me.* Vt expendam, vt par est, hoc verbum, illud explicare conabor: *misit me viuens Pater*, quod de eius in mundum aduentu explicat (vt vidimus) sanctus Cyrillus. Commune solet esse pronuntiatum inter aulicos, cum quis à regis gratia deturbatur, *mortuus est comes, aut marchio*, quis poterit suscitare illum? (*Reuocatur homo a. vitā gratiæ hoc pane.*) nam quis intercedere potest inter principem illum, & regem? quam difficultatem præsensit Iob: *Non est, qui ponat manum suam in ambobus,* (Cap. 9. 33.) *nec vtrumque valeat arguere.* Quid si adesset persona maiestate, dignitate regiæ stirpi par ac propinqua? quid si non vacua accederet, sed missum manibus deferret pretiosissimum, regique gratissimum? quid denique si modus superaret hæc omnia, cum videlicet summo ornatu, & splendore, reuerentia, demissione, obsecratione regis conspectum adiret. O sacratissimum, & augustissimum Missæ sacrificium, iam (*Augustissimū sacrificium Missæ.*) expositis, vt potero, te extollere, & æstimare conabor. Postquam sæuissima plaga ignis deseuierat, & ex populo quatuordecim millia & septingentos combusserat, & incendit, cùm nondum quiesceret ira Dei, sed etiam *nunc delere eos vellet*, dixit Moyses ad Aaron, *Tolle thu-* (Num. 16. 45.) *ribulum, & haustlo igne de altari, mitte incensum desuper, pergens cito ad populum, vt roges pro eis: iam enim egressa est ira à Domino, & plaga desæuit.* Tunc Aaron accurrit ad mediam multitudinem, & obtulit thymiama, *& stans inter mortuos, & viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit.* Quid autem super hoc facto ponderat Sapientia, videamus. *In veste enim poderis, quam* (Sap. 18. 24.) *habebat, totus erat orbis terrarum, &c. & magnificentia tua in diademate capitis illius sculpta erat.* nempe nomen quadrilitterum יהוה *Adonai.* (D. August. qu. 110. in Exod. & P. Lorin. in hunc locum Sap.) *His autem cessit, qui exterminabat, & hæc extimuit.* Vides hic aceruum mortuorum, vides grassantem ignem, vides cunctum exercitum Dei horrore perculsum, vides extra altare assumi ignem contra morem, & adoleri thymiama? vides quàm citò cucurrit Aaron, vides (*Missæ sacrificium ad tuendam vitā mortalium.*) ornatum, vides venerandum nomen, vides ignem, & Angelum, atque Deum ipsum quasi extimuisse tantum sacerdotem? Desine mirari, & vide non 14. millia hominum, sed omne genus nostrum à gratia regis pulsum, & in summam indignationem diuinam prolapsum.

Tunc ergo *misit me viuens Pater*; tunc dixi, 15. (Ioan. 6. 58.) ecce venio. O tunc, o punctum, in quo mea agebatur vita, quis te poterit ponderare? nam in illo primo instanti, quo misit illum viuens Pater, & quo conceptus est in virgineo ventre, cùm tanta sit corporis, & animæ consensio, & amor, cùm etiam ex illo instanti anima beata, & gloriosa esset, in seipsa gloriam repressit, nec illam corpori communicauit, quin potiùs priuauit tanto bono per triginta & tres annos, in quibus passibili carne labores nostros posset portare, & suspiria, lacrymas, & orationes, thymiamata nempe posset offerre pretiosissimum, quod qua ratione factum sit, hac similitudine intelliges. Finge viatorem (*A simili.*) siti pænè enectum incedere: solatur tamen laborem certa spe inueniendi fontem clarissimum, & defæcatum, qui omnibus patet, venit ad fontem, & cæco impetu sese totum in terram bibiturus proiicit. Sed ô malum, in medio fonte serpentem videt sinuosum, & fœdum, in eodem instanti corpus, & faciem eleuat, & horrore perfunditur, fugit color, tremuit, & eadem siti vexatus abscedit. Ecce qua ratione (inquit Christi anima) *misit me viuens Pater*; nam vix corpus intraui, simul & vitam, cùm ad fontem gloriæ veni; *quia apud* (Psal. 35. 10.) *te est fons vitæ.* & licèt viator essem, iam cælesti beabar gloriæ visione: vix tamen ad gloriæ fontem veni, cùm in illa contra diuinam maiestatem offensam, & peccatum quasi serpentem vidi, & in eodem puncto exilui, discessi, di-
16. cens, *Et nunc quid mihi est hic?* corpusque meum obscurum, passibile, & mortale reliqui, *tunc di-* (Psal. 39. 8.) *xi: Ecce venio.* & quò Domine pergis? *vt facerem voluntatem tuam*; & addit Paulus, *in qua* (Hebr. 10. 10.) *voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Christi semel.* Hoc igitur sacrificium, eadem voluntas, idem thymiama, Sacerdos idem in altari, sicut in cruce immolatur; vt apertè docet Augustinus [a]. *Corpus (inquit) aptasti mihi:* (a Lib. de ciuitat. c. 20.) *aparaste mi cuerpo de manera, que a todos aproueche este sacrificio*; ita vt per hoc sacrificium viuant, & in gratiam redeat mundus. Est tamen, dices, ignis peccatorum infinitæ malitiæ, (*Valor infinitus sacrificij Missæ.*) qua ratione cedet diuinæ iustitiæ, etiamsi infinita sit, atque adeò etiamsi stet Aaron inter mortuos, & viuos, non cessabit plaga. Planiùs, & proximè ad bonam Theologiam respondere possem; nempe peccatum non esse infinitæ malitiæ, si infinitas in rigore sumatur, cùm peccatum sit vnum alio maius: infinitum autem cum non possit alio maius esse peccatum non est infinitum in malitia *. Sed dicendum (* P. Vasq. in 3. p. q. 1. art. 2. tom. 3.) est peccatum, & iniuriam sumere suam grauitatem, & qualitatem à persona, quæ iniuria effecta est, & ita est ipsi quasi extrinseca infinitas: at Christi meritum, & sacrificij eius valor à persona, quæ meretur, & se offert, pensandus est. Vnde fit, vt infinitas intrinseca sit, cùm sit idem offerens, & hostia; quare solutio debiti maior fuit, & dignior ipso debito: quomodo enim mors Dei filij maior non est quacunque offensa Dei? *Non sicut de-* (Rom. 5.) *lictum, ita & donum, sed vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia*; quare de igne, vel de Angelo, qui exercitum comburebat, dicitur: *& his cessit, qui exterminabat: embayiò el* (Sap. 18. 25.) *verdu*

Digitized by Google

verdugo de Dios. *& hac extimuit : respectiò , y miro , y mira , y tiene atencion el Padre a los meri-*
17. *tos de Dios hombre.* Potestne vlteriùs extolli huius meriti , & sacrificij dignitas ? minimè
Heb. 5. 7. verò , nisi verbis Pauli , qui ait : *Cum clamore valido , & lacrymis offerens , exauditus est pro sua reuerentia.* Et quæ reuerentia est ista ? quam subdit , *qui cùm esset filius Dei : por ser reuerentia de hijo natural de Dios , aunque hecha en quanto hombre, le enbayna, y le haze torcer el braço inflexible : vt viuat homo propter me.*

18. Præterea etiam , vt vitam ex isto fonte haurire possemus , nec tanti sacrificij virtus aliquo modo labefactari posset, morti, & malitiæ hominum aditus omnes interclusit : nam vt nequaquam posset Pater sacrificium respuere, carnem , quæ offertur , Deo vnitam voluit offerri , vt eadem res sit Deus , & sacrificium, vt carnem suam non posset non amare, & hoc

Aditus mortis omnis præclusit.

Hebr. 10. 5. est , *corpus autem adaptasti mihi.* Secundò prævidit hanc augustissimam hostiam ex opere operato nihil perdituram , licèt ex opere operantis , si minus gratus Sacerdos esset , vel minimè bonus , posset deperdi , & frustrari eius
Heb. 9. 14. effectus. Sit igitur Sacerdos filius meus , *Christus , qui semetipsum obtulit immaculatum Deo.* Tertiò etiam tanti meriti , & hostiæ indigni, vel incapaces esse poterant homines; igitur ad hoc vnire mihi conabor eos , pro quibus talem offero hostiam , sic rem componens , vt quod est sacrificium , sit etiam Sacramentum
Ioan. 17. 21. vnionis. *Oro Pater , vt omnes vnum sint , sicut tu Pater in me , & ego in te , vt & ipsi in nobis vnum sint.* Quartò denique modus , quo offertur sacrificium , potest sicut in Caino ingratum reddere , si tepiditas , indeuotio , aut gratia desit : *desgracia , y tibieza , y poca deuocion, mal logran vn sacrificio.* Faciam igitur , vt ego offerar per Spiritum sanctum amoris , gratiæ,
Heb. 9. 14. & donorum omnium auctorem : *obtulit se per Spiritum sanctum* ; quæ omnia breui sermone
a 4. Lib. de Trinit. c. 14. & 10. de ciuit. c. 20. comprehendit Augustinus [a]. *Cum quatuor considerentur in quolibet sacrificio , scilicet cui offeratur , à quo offertur , quid offertur ; & pro quibus offertur : idem ipse , verúsque mediator per sacrificium pacis reconcilians nos Deo , vnum cum illo*
19. *manet , cui offerebat , vnus ipse est , qui offerebat, & quod offerebat , vnum in se faceret pro quibus offerebat.* Hinc manifesta est causa , propter
1. Cor. 11. 30. quam ait Paulus , *Inter vos infirmi sunt , & dormiunt multi* ; vel quia ad fontem vitæ non accedunt , vel grassante ira diuina , & vitiorum igne, nullus est Aaron , vel saltem paucissimi, qui positus inter mortuos, & viuos , ea , qua par est , deuotione sacra ista diuinissima celebret ; semper enim verum est , quod semel
Ioan. 6. 56. dixeram , *Qui manducat me , & ipse viuet propter me : yo los resuscitare a la gracia de mi Padre, que por esso sera este Sacramento tambien sacrificio:* vt & in gratia stabiliat iustos , & reconciliet iniustos, *viuet propter me.*

20. *Hic est panis , qui de cælo descendit.* Ecce iam
Ioan. 6. 59. vita , quæ erat apud Patrem , sub specie panis mundo impenditur , iam vita nostra cælestis est , iam Ecclesia cælum effecta (inquit Bonauentura) ciues suos cælesti nutrit cibo , *quem si ab Ecclesia auferas , quid erit nisi porcorum grex. Hic est panis : este si , que es pan* , non ser-
b Hom. 24. 1. Cor. 10. uorum , sed filiorum ; quæ omnia eleganter expendit Chrysostomus [b]. *Ipsa namque mensa*

Sordesceret Ecclesia hoc pane ablato.

(inquit) *anima nostra vis est , nerui mentis , fiducia vinculum , fundamentum , spes , salus , lux , vita nostra.* En commemoraui omnia , quæ vitam cælestem constituunt ; *& quid futura commemoro ? nam dum in hac vita sumus , vt terra nobis cælum sit , facit hoc mysterium.* Probat hoc multis ; nam quod in aula cælesti summo honore dignum est , id tibi in terra ostendam. Et quemadmodum in regijs domibus non parietes , non tectum aureum , sed regium corpus in throno sedens omnium præstantissimum est : sic etiam hic non cælum , non Angelos , sed Dominum Angelorum ostendo. Itaque descendit hic panis de cælo , vt vita nostra cælestis sit ; nam quando panis Ecclesiæ , & beneficium aliquod confertur alicui, à Pontifice pensio aliqua solet imponi ipsi Pontifici , vel alteri soluenda ; ita pariter collatio huius beneficij de cælis est , panis vitæ, & gloriæ datur nobis , *viuet in æternum* ; sed pensio imponitur , vt qui viuit hoc cælesti pane, cælestes operationes exhibeat , spes, & desideria cælestia sint , ne contingat vobis , vt beneficium , & fructus eius suspendantur vobis , si prauè viuendo pensionem panis vitæ non soluatis. Tulerunt arcam , & apud se beneficium cæleste permanere voluerunt Israelitæ , sed pensionem soluere non curant : Deus autem & beneficium abstulit , arcam sustulit , & tradidit Philisthæis. Et quid (quæso) priuauit hoc pane Angliam, Germaniam, & alias prouincias? 21.
quid nisi beneficij cælestis sine pensione vsurpatio ? Ideo multis , vt credo , post turpem vitam in extrema hora hic panis aufertur ; quia dum viuerent , pensionem tanto beneficio dignam nullo modo persoluerunt. Iusti verò , qui cælestis panis beneficium , vt par est , æstimant , fructus , & pensionem non tantùm gratiæ , sed etiam gloriæ , & cælestis vitæ quodammodo soluunt. Vnde sicut panis iste vitæ , & qui in eo est Christus , vltrà non moritur , & id præstat illi gloria : ita iusti hoc pane nutriti per gratiam habent , ne vlteriùs ad mortem peccati redeant , & licèt non sint impeccabiles ; tamen cælestem illam impeccantiam imitentur , quod Paulus docuisse videtur , *Quod enim mortuus est* Rom. 6. 10.
peccato , mortuus est semel : quod autem viuit, viuit Deo. Æstimate (inquit Chrysostomus [a]) a Hom. 4. ad 2. Cor. 2.
vitam , quæ nobis de cælo descendit : nam sicut vita , quam Christus recuperauit , cælestis est , & æterna , ita & vos existimate mortuos quidem esse peccato ; viuentes autem Deo in Christo Iesu Domino nostro. Existimate itaque vobis contigisse in anima, quod Christo in corpore , illi per gloriam, vobis per gratiam , & Eucharistiam. Vrget, & premit angustiùs verbum illud , *in Christo Iesu Domino nostro* , quasi dicat , cibus vester est vita ipsa , & non quælibet , sed vita gratiæ , & vita gloriæ , & vita , quæ est iam apud Patrem. Æquum ne igitur erit , vt corpori glorioso vitæ auctori , & viuificatori brachium emortuum agglutinetur , & inter membra Christo per fidem vnita sit aliquod tetrum , fœdum , & cadauerosum peccati morte affectum ? absit , quinimo de pane vitæ, & de cælo veniente , vita , & mores cælestes à nobis induendi sunt , & imitandi. Vnde post 22.
cælestes istas epulas nouos mores induisse

Simile.

Pensio panis vitæ vita cælestis.

Non redeat ad mortem peccati qui semel vitam manducauit.

Cælestes omnino & quasi beati simus oportet.

Ecclesiam describitur Apoc. 12. 1. *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole*, &c. Quæ mulier est ista? Ecclesia, quæ adhuc in terris est; patet hoc, nec indiget probatione: habebat enim dolores, vt pareret. Sed in terris viuit ex Christo, & in Christo, qui in cælo est. Et quid significat sol iste? vel si stellæ in capite sunt, qua ratione coram sole splendent? si nox est, quomodo meridies? si sole circumfusa est, quomodo micant sidera? Sed ô nouum signum, & huius mysterij præclarissima symbola. Mulier quidem est terrena, & quæ per fidem ambulat, & stellis ducitur in nocte fidei; viatrix est, & viatico indiget, & spe ducitur cælesti, sed cùm panis iste descendit de cælo, viator est homo, simul & comprehensor, tegitur nube corporis, sed fulget iam Solis splendore, dolore premitur, sed quadam iam cælestis gaudij spe sustentatur, & à cælesti pane cælestis, fulgens, impassibilis, & immortalis quodammodo fit, atque in cælesti throno collocatur: nam non vacat mysterio, quod vbi dicitur *stare agnum in throno tamquam occisum*, adesse dicantur sancta illa animalia *in medio throni, & in circuitu throni*; nam in circuitu sunt, quia nondum ad gloriam peruenerunt; sed cùm Christus caput nostrum in medio throni sit, in Sacramento, & in gloria, homines etiam sic eius cælesti vitæ proximi fiunt, ita cælestes mores induisse videntur, vt in ipsa Deitatis sede consedisse dicas, & conregnasse cum Christo, & quasi peccandi libertate mortificata & absorpta in solio immortali esse collocatos (vt aiebat D. Bernardus [a]) *in profundissima Dei misericordia, quasi quodammodo sepulta iam arbitrij sui potestate in diuitias gloriæ, in spiritu ardoris rapiuntur, nescientes siue in corpore, siue extra corpus, hoc solùm scientes quòd rapti sunt.*

Participata beatitudine fruuntur viatores mortales in communione.

23\. Apoc. 7. 17.

a Ser. 1. de Ascensione Domini.

24\. *Hic est panis, qui de cælo descendit*; & ad quid descendit? certè vt animam, & corpus in immortalem vitam deduceret, ideo addit, *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* quod subodoratus videtur Dauid, cùm dixit, *Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.* Adhæsionem istam optimè ponderat D. Chrysostomus [b], summa enim coniunctio, & agglutinatio in Græco, & Hebræo significatur. Sat est (inquit Chrysostomus) animam ad Christum appropinquasse? minimè, sed confixione clauorum Christo adhæsisse. *Confige amore tuo carnem meam*, immo cum extrema, & coniugali vnione, non per effectum solùm, sed reali comparatur (vt notauit Augustinus [c],) nam communio ista non vnit solùm affectus, sed voluntates, simul & corpora confœderat, & agglutinat; hostia enim non minus, quàm glutinum coniungit, & adhærere facit: addit tamen, *me suscepit dextera tua.* Quid hoc est, si *post te* sum, quomodo *me suscipit dextera tua?* Sed iam teneo mysterium huius coniugij, & adhæsionis, *post te* sum; quia creatura sum, *post te*; quia amore, affectu, & deuotione posterior sum: sed in hoc tua resplendet gratia, vt in hoc Sacramento *me susceperit dextera tua*, hoc est, ita meam carnem eleuaueris, & euexeris, vt non in thalamum susceperis solùm, sed ad teipsum, ad tuam carnem, & summam coniunctionem vocaueris, méque Angelis ipsis superiorem effeceris.

Ioan. 6. 40.

Psal. 62. 9.

b In 1. Tim. hom. 9.

Per communionem intimè adhæret anima Christo.

c In Psal. 95.

Psal. 62. 95.

Ipsa etiam opulentia, & sumptus tam lauti conuiuij argumentum est ad summam, & incredibilem lætitiam institutum fuisse, nempe vitæ, & resurrectionis omnium mortalium causa: *con este pan de vida quiso hazer paschua de resurrecion de todos los hombres, y de la suya tambien.* Cogitauit hoc, & eleganter venerabili Sacramento ascripsit ingeniosus Rupertus in illa verba [a]; *Comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.* cogitaui facere conuiuium, quo meliori Deus ipse non fruitur: ideo enim ego primus comedi, & omnes Angelos ad conuiuium inuito, *comedite amici*: ad hoc enim messui myrrham meam, &c. Symmachus, *depastus sum syluam* * *meam*; nam si in terra illa promissionis fauos mellis, apes in arboribus fabricabant, atque adeò terra dicebatur fluere lacte, & melle; longè maior est huius mirabilis dulcedinis copia, & vbertas: ad hoc enim solùm vniuersam syluam diuinæ dulcedinis depastus sum, impendi suauitates omnes, & velut effudi in hoc vno pane amoris diuitias. *Syluam* appositè nuncupat; quoniam mens in abditam, & densam syluam beneficiorum Dei intrat, vbi vagari, errare, & hærere præ multitudine mirabilium necesse sit; sed error iste, & stupor dulcis est, & ignorantia prudens, atque vtilis; vt aiebat Dauid, *Quoniam non cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini*; cogitaueram Dei mirabilia decantare: verùm ab incepto desistam; quoniam licèt prima rudimenta disciplinarum tradi soleant sub numeris *, & prima artium erat Arithmetica: ego tamen ex quo vidi hanc tuam summam beneficiorum, & memoriam tuorum mirabilium, dixi, *Non cognoui litteraturam*: alij, *non cognoui numeros*, nihil scio de supputandi ratione, *pierdo la cuenta quando Señor quiero contar, y sumar lo que este cero de esta hostia, y esta cifra de vuestras marauillas encierra.* & siquidem infinito numero computando, & subducendo impotens sum, & scientiæ huius impos, *introibo in potentias Domini*; irrumpam, & audenter ingrediar in densissimam beneficiorum syluam, vagus, & errans per dumosam istam syluam potentiarum, miraculorum, donorum Dei peragrabo, ibique manebo vel sub vmbra ligni vitæ, vel iuxta fontem viuum, vel iuxta mensam cælestis panis, ibi *os meum annuntiabit iustitiam tuam, tota die salutare tuum.* 25.

Epulum vitæ resurrectionis & gloriæ.

a Cant. 5. 1.

* *Syluam* vertit, quia verbū mellis significat syluam, aut nemus, alludens ad terram promissionis fluentem lac, & mel, quia in ipsis arboribus mel tūc apes fingebant.

Psal. 70. 15.

* Sic Caiet. citatus à P. Lorino in hūc locum.

26\.

Diuitiæ & delitiæ computari non possunt in hoc Sacramento.

Psal. 70. 16.

Ibid. 15.

Rupertus [b] igitur faustum nostræ resurrectionis nuntium in hoc cælesti pane contineri docet, *comedi fauum cum melle meo*; ego sum, qui loquor (inquit Christus.) ego sum resurrectio, & vita, qui non solùm vitam animæ meæ seruaui, sed vitam corporis recuperaui, & hoc est, quod dicit, *fauum cum melle meo*, quem comedi, cùm carnem meam decoraui, & partem gloriæ animæ ipsi concessi. Sed quoniam ad eamdem gloriam cibo isto, & pane adducere decreui filios meos, ideo dixi, *Comedite amici, accipite, & comedite, hoc est corpus meum*; hoc enim pane *aperientur oculi vestri, aperientur vobis sensus, vt Scripturas intelligatis.* Sed vt notum sit omnibus vitam vestram in hoc pane vobis repositam esse, eodem ordine, quo mors intrauit, pellenda est, vtique per cibum mors intrauit, ait Ambrosius [c]: & licèt ieiunium remedium sit; tamen vt eodem ordine 27.

b Vbi supra.

Vocamur ad spem resurrectionis qui hoc vtimur pane.

Cant. 5. 1.

Matth. 26. 26.

Lucæ 24. 4.

c In Luc.

ordine pelleretur mors, in cibo vita constituta est: *primò quippe foras mittitur mors animæ, dum comeditis, & bibitis Sacramentum mortis, vel passionis meæ, post hoc foras mittetur mors corporis, scilicet quando omnes resurgetis*; sed quia hoc est munus, & effectus huius Sacramenti, asseueranter dixi, *Qui manducat me, viuet propter me, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.*

Ioan. 6.56.

28. Obiicit sibi peringeniosè satis Rupertus, si resurrectionis spes sacra ista communione fulcitur. *Sancti Patriarchæ quomodo viuent, qui non comederunt, neque biberunt hoc vitæ Sacramentum, nisi tantùm in figura?* qui sic respondet, & videtur asserere defunctos ante hoc Sacramentum, qui ad vitam gloriæ excitandi erant, reuera hoc Sacramentum communionis suscepisse mirabili descensu Christi, & in sinum Abrahæ, & in sepulcrum. Eius notanda excipe verba: *Sicut enim viuentibus vobis pro modo vestro, ita & defunctis illis pro modo ipsorum sapientia Dei prouidit, eandémque mensam parauit, siquidem dissipati sunt illi: quoniam animæ quidem apud inferos sunt in requie spei, corpora verò requiescunt in sepulcris: dissipabor, & ego panis viuus, qui de cælo descendi.* Et sicut communicarent sacram Synaxim, si isti calicem, hostiam illi susciperent; quia sub vtraque specie Christus est: *ita anima quidem ad animas illorum; corpus verò descendit ad corpora ipsorum, scilicet in eius terræ ventrem, quo illa recepta sunt; mox animæ illorum reuiuiscunt in vita plena, atque perfecta.* Vos ergo comedite amici, si vultis vitam immortalem possidere; nunc cognoscetis quòd vita vestra abscondita est in Christo Iesu.

Quomodo communionem sumpserunt qui ex patribus ad vitam immortalem de limbo vocati sunt.

29. Nunc igitur liquidò constat Ecclesiam cælum esse, & panem cælestem manducantes, non qualemcumque, sed cælestem vitam agere, & beatæ persimilem. Nam sicut qui gloriam intrant, laboris, doloris, & ærumnarum omnino immemores fiunt; ita qui cælesti pane gloriæ potiuntur, laborum, & iniuriarum obliuiscuntur, instar Christi, qui præsente hoc pane immanis proditionis, & proditoris quasi oblitus videbatur. Quòd si manna illo filij Israël memoriam fructuum Ægypti deposuisse videntur per quadraginta annos, quare Domine nos filij tui, omnia mundi delectamenta non respuimus, qui gloriam in hoc cibo prælibamus? in quo mira elucet ars huius nostri dilecti sponsi, qui vt corda nostra ad superna bona concupiscenda alliceret, sicut in cælo ipse Deus intimè adest menti, & voluntati animæ beatæ, & est quasi vita, & lætitia cordis sui; sic in Ecclesia seipsum non in cibum solùm dedit, sed iecoris munus assumpsit. Iecur enim tria maximè facit: primò sanguinem elaborat, & conflat: secundò temperiem maximè immutat, roborat, & lætam, & expeditam actionem elicit: tertiò denique (vt ait D. Thomas) amatiuos, hoc est, in amorem procliues efficit eos, qui iecore inflammato sunt. *Ego igitur ero eis murus in circuitu, & in gloria ero in medio eius: yo sere su gloria.* Et vbi Domine gloriam istam collocas? *in medio eius*, cùm me susceperint in sacris epulis, & in Hebræo clariùs, *ego ero iecur eius:* nam conuertam in me eos, & viscera eorum gaudio replebo, & supernorum amatores efficiam, & denique gloriam meam in seipsis experiendam conferam.

Vita meliffluus sine cælestis.

Iecoris munus in Ecclesia agit Christus.

Zach. 2.5.

30. Nunc igitur quandoquidem in gloria sumus more cælestis patriæ, gratias auctori vitæ referamus: tale enim, & tantum est hoc beneficium, vt (sicut notauit Rupertus [a]) nemo, nisi ipse Dominus, legatur in Scriptura Deo gratias egisse. *Iste seruus Domini primus est, qui Deo gratias egit, ante quem haud facile inuenies siue in lege, siue in Prophetis, de quo manifestè scriptum sit, quòd Deo gratias egerit; nondum quippe impleta fuerant beneficia Dei, quorum hoc summum est.*

Gratiæ etiam referendæ more cælestium.

a De glorificatione Trinit. lib. 8. c. 10. in illud Isaiæ 45. de Cyro rege.

31. Quatuor igitur præstabit anima, quæ gloria potitur in hoc Sacramento, in quibus beatos debet imitari: nam beatus primo Deo fruitur, quæ fruitio illo sponsæ verbo apprimè explicatur, *tenui eum*, meus est Deus, meus est, mea est gloria. O gaudium, ô amor, ô sempiterna dulcedo; hoc ipsum secum meditetur anima; suscipe anima mea, & tene dilectum tuum, iam replet intima tua, iam affulget oculis mentis tuæ splendor sempiternus. O quanta sunt in hoc summo bono contemplanda! Secundò beatus in amando occupatus est. Age igitur cor meum, en tuum summum, & expetitum bonum, à quo summè diligeris, siquidem pallio tectus tui serui, nempe panis, & inuolutus ad interiora tua penetrare ingeniosè, & clanculum cogitauit, *& in gloria ero in medio eius: aca me vengo esposa mia, vuestro amor, y vuestro coraçon, y vuestra vida quiero ser.* Quid ad hæc tu? quid respondes his suauissimis verbis? vbi est illa tua garrulitas, & futilis loquacitas? quare non amatoria misces verba? quare non vitam, & annos instar Iacob ipsi consecras? quare non iteras dulcia illa verba, *Ponam te vt signaculum super cor meum, dilectus meus mihi, & ego illi?* Tertiò ibi beati sempiternas laudes decantant, & tu saltim voca potentias, sensus, & cuncta membra tua, vt cuncta beneficia sigillatim memorent, repræsentent, cantent, & extollant. Quartò denique in cælo beati diuina iam non sibi poscunt dona, sed sibi propinquis, & qui ad eorum fauorem confugiunt, subuenire non cessant. Tu igitur postula tibi primùm, ac deinde tuis subueni fratribus, & proximis. Summe Rex, scio non frustrà ad pastorum tuguria, & rusticos pagos regem diuertere, sed vt rustici munera poscant, & regia munificentia instar Solis omnibus nata, dataque videatur. Da igitur mi Rex oculis modestiam, moribus mansuetudinem, corpori temperantiam, menti lumen, voluntati ardorem, viuis gratiam, gloriam defunctis, meámque carnem, melius quàm ossa Elisæi tu vitæ auctor vmbra ligni vitæ protege, foliis sana, fructu sustenta, fonte vitæ renoua, vt cælestis panis immortalitate donata, te vitæ auctore, tuóque conspectu iucundissimo æuo fruatur sempiterno.

Ad instar beatorũ gratiæ agendæ sunt nobis post cõmunionem.

Zach. 2.5.

32.

Cant. 8.6.

Petat anima à rege cui ad eam diuertere hac de causa placuit.

* * *

VER

Digitized by Google

VERBVM SPIRITVS sancti. Apoc. 19. v. 17.

Vidi vnum Angelum stantem in sole, &c. Venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei.

Ornatur cœna magna Dei, accumbunt reginæ, saturantur cælesti pane, declamatione trium peracta præmia vnicuique deferuntur.

DISCVRSVS XLII.

1. SACRATISSIMVM hoc festum plurimùm ab aliis beatorum solemnitatibus differt, in quibus & memoriâ beati exultat Ecclesia; solemnia verò quasi mortualia sunt, vbi peracta Sanctorum commemoratione, vnusquisque vestrûm in suas ædes redit, & propriæ accumbit mensæ, & si quid habet, manducat. Hoc verò festum nuptiale est, in quo dulci sponsi, & sponsæ Sacramento perfecto inuitamur ad prandium, vocamur ad cœnam, & splendidum celebratur conuiuium. Quare optimè ex duplici capite cœna ista magna dicitur; *Homo quidam fecit cœnam magnam.* Primò, quia nuptialis cœna est, lætissimum in Dei populo festum, in quod Hierosolymitanæ fœminæ multa præparabant, reponebant fructus, flores, vnguenta, musica instrumenta, ita vt cùm tristissimum illis vellet denuntiare diem, hæc verba Ieremias Dei nomine præfatus est: *In illa die faciam tacere vocem sponsi, & vocem sponsæ, & vocem molæ, & lumen lucernæ: yo le hare à Hierusalem comer en su casa si tuuiere que, y para esso cerrare las velaciones, y no se oyra voz de esposo, ni esposa, boda, cantares, molinillo, almireces, hachas, luminarias, ni acompañamiento.* Sumptus iste fiebat opera, & expensis sponsi. Quare vt explicet Isaias extremam populi vastationem, subdit, *Apprehendent septem mulieres virum vnum*, & in maritum sibi adsciscent; quod vt faciliùs ab eo obtineant, addent: *Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantummodo inuocetur super nos nomen tuum: llamemo yo la de Fulano, que yo le quitare de la costa de las rosquillas, vestido, y joyas.*

Nuptiale epulum omni apparatu & splendore fit. Luc. 14. 16.

Cap. 25. 10.

Cap. 4. 1.

2. Hodie igitur panis nuptiarum Salomonis cum Ecclesia editur, & mensæ scatent fructibus, floribus, cupediis, & vnguentis, cunctisque illis rebus, quæ ad exhilarandum cor, & conferunt, & copiosè adhibebantur *. Secundò cœna magna est, & ex parte inuitantis, & conuiuantium numero, & largitate dantis, nouitate cibi, saturitate, & denique ritu, & modo conferendi. Ornantur enim mensæ, accumbunt, consecratur mensa, cibi & apponuntur, & debita ratione deuorantur; à cœna autem disputatio peringeniosa instituitur de more, & præmia omnibus distribuuntur pretiosa: nam (vt ait D. Ambrosius) *magnorum conuiuiorum magna solent esse apophoreta.* Sponsum comitantur tres lectissimæ virtutes regia stirpe natæ, Fides, Spes, & Charitas. Prophetæ diu iam expectauerant cœnam; *scrutantes in quod, vel quale tempus significaret eis Spiritus Christi.* Angeli item adstant (inquit Chrysostomus) & inuidentes, & ministrantes; nos verò quia religione oportet adesse flexis genibus, consecrationem mensæ expectantes, & sortem, gratiæ expostulantes.

* Hebraicè ista vocatur, *Asisoth, alegrias, festexos, regalos, inuenciones, tan copiosos que huuo para dar à todos, que esso es.* Comedite amici, & bibite, & inebriamini, *hoc est, saturamini.*

SVMMA DISCVRSVS.

3. Nemo melius referet omnia quàm ipsa cælestis sponsa; quare dulcia eius verba, & cantus excipiamus. *Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem: quiso me festexar el rey soberano, y entrome à ver las mesas, y aparadores*; & vt vidi, ad me, & ad socias dixi: *Ordinauit in me charitatem.* Vidi tot, tantaque amoris inuenta, pocula amatoria, & charitatis arma, dona videlicet, & arte summa composita omnia, vt dixerim, *Ordinauit in me: este exercito contra mi es, estas inuenciones machinas son de amor, a quien no derribara este apparato de guerra? in me, contra mi se ha armado Dios;* me vnam expugnare contendit, *vexillum eius super me: yo me doy por vencida.* Ferrea nulla voluntas, nec obstinatior tanto potest amori obsistere. Verè quidem, & ingenue fatetur sponsa; nam vespere antè, ex quo nuptiæ publicatæ sunt, & antiqua lex, & sapientia ipsa occupatissimæ fuerunt in ornandis mensis, præparandis epulis, & *asisoth*, hoc est, floribus, fructibus, & vnguentis apponendis, vt satis ex ipsis mensis liquet, si attente sigillatim vnaquæque contemplemur.

Cant. 1. 4.

Cant. 2. 4. *Ad alliciendas & vincendas animas conuiuium.*

4. Prima sedes panem tegit mantili in formam serpentis plicato: scitis enim quid præfigurauerit serpens ille in deserto in altum sublatus? Origenes, & Ambrosius: Sine peccato enim, & sine veneno saucium populum spectantem mortiferis ictibus liberauit. Age sacra fides, explica mantile, & panem ibi latentem patefacies. Vociferabatur quasi paruulus populus die quadam, panem, panem dari repetens, quibus Deus vice panis serpentum morsus porrexit. Quid hoc Domine, valde à tuo verbo factum istud dissentit; tu enim dixisti nullum esse parentem ita immitem, & immanem in filium, vt cùm ille panem petit, porrigat illi scorpionem. Sed explicat figuram, & vmbram illustrat Christus Dominus, dicens: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis.* Serpens ille typus fuit venturæ meæ mortis, & crucis, in alto collocatus. Hostia igitur hæc in sublime eleuata mortem peractam repræsentat, solo offerendi modo ab illo sacrificio crucis diuersa, vt statuit sancta Tridentina Synodus, & Ecclesia. *Opus* (inquit) *nostræ redemptionis exercet.* Sed non frustrà serpens prima sede collocabatur, vt fides, & animæ admoneantur, antequam panem istum edant, venenum è cordibus vomant, neque etiam garrulæ sint, sed ora serpentina compescant: nam, vt aiunt D. Gregorius, & Ambrosius, sputum serpentis lethale est: *que hay almas tan mal consideradas, que por dezir, vt deney re, y Christe, pierden el sabor, y fruto de este pan.*

Typus serpentis panem designabat.

Ioan. 3. 14.

Virus peccati euomendum ante esum diuini panis.

In silentio edendus panis.

5. Diabolicum virus, quod primam escam infecit in paradiso, nec cessat sub nomine argutiarum scurrilitatem, & deliramenta efferre, cùm potiùs deceat animam (inquit Chryso

a Epist. ad Olympiam. b Epist. 132. ad Florentinam, quæ ab illo petierat litteras, & ne illam in aliena Epistola commendaret, sed seorsim illi scriberet, monet ille silentium.

Chrysostomus [a]) *ipsis lapidibus plus esse tacentem*; & voluit Augustinus [b]: *Omnes simus docibiles Deo.* Vigeat ergo fides in seruando capite instar serpentis, & ad hoc linguæ custodia adhibeatur.

6. Secunda sedes, quæ spei obtigit, mappam habet in similitudinem columbæ conformatam, & quia columba volatus pernicitate præstat: hoc enim mysterium omnium mentes, & alas præteruolat. Quare à primo capite Genesis vsque ad vltimam Apocalypsim, quotiescunque huius mysterij memoria occurrit, alarum, & auium mentio fit. Quare quinta die (huic diuino mysterio extunc signata) aues creat: omnia enim transcendit ingenia, & alas, quod in hac die Deus patraturus erat, & Apoc. 19. vbi cœna ista magna indicitur, aues tantummodo compellantur: *omnibus auibus, quæ volabant per medium cæli, venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei.* In eandem significationem scribit D. Basilius [c] de more Ecclesiæ Sacramentum istud condi solere columbis aureis pulcerrimis, vt ostenderetur Sacramentum istud solis simplicioribus animis congruere, qui altissima Dei non scrutantur, sed quod obuium est id credunt, id asserunt: est enim Ecclesiæ fides sicut columba illa, quæ ab arca dimissa venit deferens ramum oliuæ. Ex quo liquidum fuit cessasse iam diluuij aquam, & à facie terræ recessisse. Vnde tamen scis (rogo) iam faciem aridæ nudam esse, non poterat columba ramum carpere ex oliua in profunda adhuc aqua iacente? minimè (inquit D. Ambrosius [d]) *columba non mergit caput: la paloma no se çabulle, ni se mete en onduras*; & illud insuper habet, nempe vnoquoque grano sumpto in cælum oculos conuertere, vt gratitudinem deuotæ animæ post communionem denotet.

Columba species quid denotet.

Vers. 17.

c Epist. ad Cæsariam.

d In exaëmeron, & in Gen.

7. Tertia sedes charitati, vt virtutum imperatrici ornata, sicut turris ex mantili constructa videtur, turrita non solùm, sed mœniis circundata. Composuit illam Isaias vt panem istum sub eius specie absconderet: *Iste in excelsis habitabit, panis datus est ei, aqua eius fideles sunt, regem in decore suo videbit.* Sanctus Cyprianus, & Iustinus de hoc Sacramento augustissimo explicant: nam hæc est Ecclesia, ad quam anhelabat Dauid, *Quàm dilecta tabernacula tua, &c. etenim passer, &c. altaria tua Domine virtutum: alli anidan las almas; pero no de año en año.* Finis adest figurarum, & vmbrarum, iam veritas patet in mensa; quapropter sponsa iam capite quinto ad veros fructus carpendos in hortum suum vocat. *Veniat dilectus meus in hortum suum: està todo esso hecho vn Aranjuez, o, huerta real.* Septuaginta vertunt *nuces*, quasi diceret, procul abeant nuces, abiiciantur, vt de more erat in Romanis nuptiis; nam cùm in domum sponsi referebatur sponsa, nuces proiiciebantur è fenestra, vt innuerent iam de ludo, ac iocis satis, seria esse omnia: hoc enim significant *nuces, relinquamus pueris nuces suas.* Vsque in hanc diem mundus nucibus, & infantilibus ritibus legis contentus erat; apage iam illa, nam veritas, & adest, & loquitur.

Turris quid significet.

Cap. 33. 5.

Psal. 83. 2.

Cant. 4. 16.

8. *Caro mea verè est cibus.* Buccellam istam primam fides excipit, cui asseueranter dicitur ne dubitet; nam de industria noluit post resurrectionem cibum istum instituere, ne cùm supra omnem cogitationem sit, Christum verè cibum esse nostrum, si post reditum ab inferis consecraret, putaremus rem esse insolitam, & ab homine alterius vitæ acceptam phantasticum quid esse, & illusioni obnoxium: ideo sciens, & prudens, cùm venit hora eius, peragit, vt cùm eius institutioni mors mea superueniat, asserant, *verè est cibus*; hoc est, non solùm veridicus est qui, quod hic instituit, sua resurrectione certum, & testatum reliquit, sed *ipse verè est cibus*, à vero homine dum carnem suam in cibum præbere poterat exhibitus, & qui dicere potuit, *accipite, & comedite*; sunt enim Christi instituta veritatis, & credibilitatis plena: *verdades comederas, mysterios sellados con resurrecion*; & ante ipsam facta, vt res putarentur huius vitæ, non phantasticæ, & omnino extra sensum, & humanam cogitationem. Præter hoc etiam tunc instituit morti proximus, vt ibi veram sui effigiem, & imaginem expressam reliquisse crederemus. Eques enim, aut princeps tunc pictori iubet effigiem ad sui similitudinem exprimere, cùm pulcrior, elegantior, & plenior est. Christus beatorum est cibus, panis vitæ, immo vita ipsa, si Sacramentum reliquisset, quod illum immortalem, æternum, vt nunc est, exprimeret, renueret mortalium fides immortali, & immarcescibili carne nutriri, ideo amorem vocat, vt illum exprimat, in qua nocte tradebatur, vt benignum, liberalem, passibilem depingat, & nobis paratum, ita vt dici possit, *verè est cibus*. Sed D. Chrysostomus moralem sensum inde decerpit; *verè enim dicitur cibus*, eo quòd præcipuam hominis partem sustentat; inde fames, inde tanti mysterij ardens, & spirituale desiderium manare debet. Quis enim prudens in saginandis, & curanda cute seruorum satageret, & filios charissimos famescere, & flaccescere sineret? Quis ergo Christianus carnem ita fouet, & nutrit anima derelicta, fame confecta per integrum annum? Venit Oseas, vt de iussu Domini adulteram sibi coëmeret, quindecim nempe ducatis, & reliquis modiis vsque ad viginti hordei computatis, quibus per integrum annum satis erat alendo seruo, vt per hoc Israëli prædicaret à Deo tanquam seruum captiuitate mandandum, sine altari nempe, sine sacrificio, &c. & vt Theophylactus philosophatur, cùm videlicet Deus vt abiectissimam seruam animam tractat, tunc & vili æstimare, & non triticeo pane, sed irrationalium brutorum pabulo sustentare. Certè tu inter bruta, aut inter seruos computaris, siquidem per integrum annum, semel solùm pane filiorum vteris, hordeo brutorum per omne reliquum satis contentus; verè irrationales, qui cibum istum cùm credant, non æstimant, cùm manducant, non diiudicant; at cùm resipiscunt, *& post hæc reuertentur: quando bueluen ensi, pauebunt ad Dominum: pasmanse, y hazense mil cruces; como? que desprecie yo tanto bien?*

Ioan. 6. 55. *Fides hoc verbo & pane stabilitur.*

Veram sui imaginem & naturalem in hoc Sacramento reliquit.

9.

Simile. Serui & irrationales qui cibo isto semel in anno vtuntur cum frequentiùs possint. Ab exemplo.

Oseæ 3. 5.

10. *Qui manducat meam carnem, & bibit, &c.* Charitas hanc sibi nuptialem epulam assumit; nam nuptialem amorem verba ista continent, & consummatæ dilectionis argumenta, & vnionem. Ex dormiente Adamo, & ex costa eius formauit Deus Euam, viri quasi dimidium, & vt Propheta loquitur, *residuum spiritus eius est: la mitad de su vida.* Sic etiam somnus amoris

Ioan. 6. 56. *Charitas vnionem mirabilem cum Christo in hoc quærit cennivio.*

Malac. 2. 15.

11.

zed by Googl

amoris in nocte obitus sui ingruit, & occupauit Seruatorem, & ex suo quasi latere, & corde panem istum eduxit, quo cum recentem institueret vnionem cum fideli anima instar nuptiarum illarum; quapropter Paulus laudat illud, sed ad veras nuptias in hoc Sacramento statim transit: *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* quali autem vnione copulentur, ipse significat, cùm in memoriam reuocat vnionem Verbi cum humanitate; *sicut misit me viuens Pater*, &c. Et D. Cyprianus [a] clariùs explicat, *Fidei nostræ infirmitas edocetur, Christo nos vniri vsque ad participationem spiritus, non vsque ad consubstantialitatem Christi, sed vsque ad societatem eius germanissimam, qua affectus consociat, & confœderat voluntates: haZemos vida con el, y no solo es esposo nuestro, sino que el amor le truxò, y nos lleuò à la summa licencia, y muestra de amor, que es vnion amorosa de affecto, y real.* Apud quem viuis peccator? *des almado, con quien haZes vida*; si tua anima non viuis, si Christo non coniungeris, si Christi iugum non suscipis, cui vitam, cui corpus, cui collum subdis? O felices animæ, quas Christus sic adamauit, sibi coniunxit, vt sponsus vnius tori, vnius amoris sibi congruentes vocet; *in me manet, & ego in illo: para en vno somos en el amor, tambien lo seremos en lleuar las cargas del matrimonio.* Da mihi crucem tuam, velum, munus, labores, curas, volo ego esse sicut amoris, sic laboris particeps, & subleuare onus, *in me manet*, &c.

Ephes. 5.32.

Ioan. 6.57.

a Ser. de cœna Domini.

Ioan. 6.56.

12. *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Spes tertio loco buccellam excipit: ipsa enim forma panis animum erigit ad futura, & æterna bona speranda, in cuius typum pane subcinericio ad tempus refecit Angelus Eliam, vt ad montem Dei Horeb perueniret: subcinericius enim panis sollicitam matrem demonstrat, quæ ferre non valens paruulos famescentes, & poscentes panem, massam properare facit, format, & inter carbones ignitos, vel sub ardentem cinerem panem quàm citissimè coquit. Ita Christus nostram spem exsaturare volens, igne charitatis accelerauit panem istum, hoc est, gloriam, & Dei fruitionem: *tomadle agora abreuiado, y apressurado, que ni vuestro desseo suffre dilacion, ni mi amor me dexa ausentar sin dexar pan à mis hijos. Surge* ergo Christiane, *comede: grandis enim tibi restat via.*

Ioan. 6.58.

Spes accelerauit gloriam in hoc Sacramento.

Simili.

3. Reg. 19.7.

13. Cœna peracta disceptare inter se, & quæstionem grauem excitare incipiunt tres virtutes, vtram earum magis obligauerit Christus, & cuiusnam & obsequium, & præmium maius sit? Iudex vocatur Paulus. Prior declamat fides, & maius meritum proponit altiori dignum remuneratione; nam si Christus angustam prædicat cæli viam, & portam, certè nulla angustior fide mysteriorum, in qua opus est non solùm corpus constringere, macerare, & attenuare; sed caput etiam demittere, hoc est, intellectum captiuare; ideo D. Petrus Chrysologus [b] in illud Psalm. *Introite portas eius in confessione*, fidei confessionem interpretatur: & Cyrillus Alexandrinus [c], quasi summi regis chironomon monet: Age humana ratio, ne extollas nec animum, nec intellectum, ne excites argumenta, nihil hîc de enthymematibus, sed caput submitte; credere namque secundùm rationem, amplissimæ sunt fores, (*la puerta de la raçon es anchissima, caben por ella cielos, tierra, y todos los discursos de philosophos*) per quas & cælum, & terra, cunctaque creata, infiniti denique discursus perfacilem aditum inueniunt: fidei verò ostium tantùm veras illas symboli enuntiationes suscipit. Et insuper, *hoc est corpus meum*, facinus quidem mirabile, & dignum Deo; verùm non solùm angustam intrat portam, sed cæcis oculis: illa enim, quæ credenda sunt, non videnda, suscipimus; hoc, ni fallor, duplici similitudine D. Paulus declarauit. *Videmus nunc per speculum in ænigmate.* in crystallino speculo vt visio efformari possit, opus est detinere visum, obsistere, & præcipere ne vlteriùs progrediatur: *haZer que no se passe de largo.* Quare si vitrum sine stanno, quod retro obiici solet, sit, cùm visus nihil, quod obstet, inuenit, vlteriùs progreditur, nullo perspecto quod desiderabamus. Pari ratione si liberè intellectum vagari, & transgredi post naturalem rationem sinimus, nec fidei obscuritatem, & opacitatem opponimus, nullo modo in tanto lumine mysteria videt: at verò sicut crystalli claritas cum obscuritate stanni coniuncta temperatam claritatem visioni congruam efficit: ita si tollimus euidentias, & rationem nostram obscuritate moderata attemperamus, facilè mysteria penetramus. Secundò vocat fidem ænigma; nam ænigma longè differt à cæteris picturis, in quo perspecta oculis rei imagine, vlteriùs mente aliud, quòd ibi latet, disquirimus, & penetramus. Pingit ille trutinam vtraque lance pendente; intellectus autem à communissima re in diuinissimam transit, & quasi prophetat ibi significari Christi Domini crucem. Eadem ratione eleuata ibi hostia, & calice, vbi color, odórque panem videntur significare; fides non panem, non vinum, sed vlteriùs penetrans sub speciebus communissimis sacratissimam carnem, & sanguinem credit. Inde fit, vt cùm credere sit quædam ænigmata rimari, & in eorum inuestigatione, & affirmatione persistere, fidei opus ampliori præmio dignum videtur, & vt ænigma detur declaranti, vt expressè Apoc. 2. statuitur: *Qui vicerit, dabo illi manna absconditum.* Principium alterum est, ex quo fidei meritum præclarissimum esse cognoscitur, ita nos ad credendum induxisse, vt modum percipiendi res transuerterit, & commutauerit, statuens credenda per aures, non per oculos excipienda. Vnde D. Petrus & meritum, & fidei præmium extollit. *Quem* (Christum) *cùm non videritis, diligitis, in quem nunc quoque non videntes creditis.* Magna est vestra fides; nam non videntes, id est, vos, qui illum vidistis, nunc non videntes, id est, etiamsi non videatis, nunc vocati ad fidem creditis: *gran cosa deZirle à vno, que vio a Roma, aquel retablo es Roma, aquel tabernaculo es San Pedro, aquel pilar San Iuan de Latran, no lo veo, pero creolo; gran cosa seria.* Significat ergo esse quidem in Sacramento præsentem Christum, sed non videre eos, licèt crederent præsentem esse: alioqui quid laudis esset non videre absentem, licèt crederent absentem? Igitur non vident, non quia non sit præsens, sed quia velatus aliena specie; oculis autem

Declamatio trium virtutũ instituitur.

b Serm. 56.

c Lib. 4. in Ioan.

Mat. 26.26.

14. 1. Cor. 13. 12.

Simile.

15.

Vers. 17. *Meritum fidei penditur ex alio capite.*

1. Petri 1.8.

[a] P. Turrianus locum istū explicat de sacramento Eucharistiæ. D. Th. *opusc. de Sacram. c. 15.* Et notādum illud *non videntes*, non tollere genus videndi, quod Paulus concedit, cū aiebat, *Videmus nunc per speculum in ænigmate.* Sicut enim (ait Theodoretus) videmus in baptismo, tanquam in speculo, *resurrectionis imaginem*, & postea videbimus ipsam resurrectionem: similiter nunc per symbola mystica corporis, & sanguinis Christi Christum ipsum videmus; postea autem videbimus facie ad faciem, & sicut est: immo potius tale genus non videndi, sed credendi tollit alium modum, quē Paulus vocat per speciē 2. Cor. 5. *Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino: per fidē enim ambulamus, & non per speciē*; quem locū idem Theodoretus explanat, non ait procul nos esse à Domino dum sumus in corpore mortali: sed quod nunc oculis non cernimus, cernemus verò tunc, erimúsque cum eo, &c.

a Psal. 39. 7. *Fides ex auditu.*

b Rom. 10. 17.

c 2. Cor. 12. 4.

d Act. 9. 6.

autem fidei illum credere, maximæ laudis est [a]: *vosotros les ganais el premio a los que vieron al Saluador; porque ellos le vieron hombre, y le creyeron Dios; pero vosotros no viendole le creis hombre y Dios, y debaxo de lo mismo, que os esforna el verle, nunc*, hoc est, modò, cùm minus oculis apparet, quod est. Ingenium autem in hoc est, & ars, scilicet quòd ille, qui hæc iubet credere, non oculos, sed aures postulat, vt non videatis, sed auditu percipiatis: aures enim sunt Christianorum oculi. Vbi duo maximè obseruanda veniunt. Vnum, post patratum mirabile Sacramentum, summam omnium mirabilium, abscondit manum, nullúmque aliud miraculum per totam illam noctem peregit. Quid ais? vide quia aliud operatus est; ho, certe exciderant iam duo mirabilia, vnum, quo edidit vocem grandem, *Ego sum*, qua exercitum deiecit, & exturbauit. Alterum, quo auriculam restituit petulanti seruo Pontificis; quasi innuat post institutionem mirabilis Sacramenti summam miraculorum, iam nullum superesse miraculum præter hæc duo, primum vt dicto hoc verbo, *Ego sum* in Sacramento, submittat faces omnis potentia sensuum, quæ armata, & iurata erat ad nullum aliud credendum, nisi quod sensui patet, oculisve percipitur; secundum aures insuper in vrbano, & audaci mundo porrigere, quas in obsequium Domini sui præstet, & verè seruus sit Dei in aure notatus, & signatus, non in oculis, & dicat [a]; *Aures autem perforasti mihi, & perfecisti.* Vnde fit secundum, quod obseruabam, vt quemadmodum qui æternæ ser-
17. uituti addicebatur in Dei populo, in ipso limine domus aure designabatur, & inurebatur. Sic fidelem hominem, in ostio ipso sacri Baptismatis saliua in aurem missa in seruum recipit: quasi dicat, seruies iam Deo auribus perforatis, & obaudiens eius voci Domini tui. Sed quid hoc Domine? qui ritus? salem in linguam, saliuam in aures catechumeni baptizandi mitti iubes? cùm etiam cæcum sanabas, saliuam oculis, non auribus, adhibebas? Ita est (inquit) nam tunc corpus sanabam: cùm verò interiorem hominem reformo, auribus saliuam impono, vt aperiam oculos mentis, qui sunt aures; *fides enim ex auditu* [b]. Quibus cæremoniis ita Deo mancipatus intellectus, vt ea ipsa, quæ vidimus, potius credamus, quia audiuimus, quàm quia vidimus; quare D. Paulum satis doctum, & ad
18. tertium cælum euectum, vbi *arcana Dei vidit, quæ non licet homini loqui* [c], post hæc adire imperat in scholam fidei, vbi auditu percipiat ea, quæ vel mente, vel oculis iam satis exceperat. *Ingredere ciuitatem, & vade ad Ananiam, & ille dicet tibi, quid te oporteat facere* [d]. Licèt enim in cælis Deum remuneratorem, redemptorem, glorificatorem, Trinum agnoueris, quæ accedentem ad Deum oportet credere, nihilominus ne fides suo priuetur merito, vade ad Ananiam, & arrectis auribus quidquid vidisti, regusta, & recipe. Nunc ergo vrget argumentum D. Gregorius, *Nullum est meritum, vbi humana ratio præbet experimentum*; ergo vbi nullus experientiæ locus datur, nec humanæ fidei. fides namque humana etiam est Christum in terris extitisse, & historiis proditum, & testatum, iis tamen non inniti, sed fidei diuinæ, eximij præmij, & meriti digna res est, & quam vocat beatitudinem ipse Christus. *Beati qui non viderunt, & crediderunt*, & D. Petrus assignat præmium cæleste: *reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum vestrarum.* Detur igitur fidei regius ensis, vt carnis appetitus iugulet, quæ sic intellectum captiuum fecit. Æstimate, ô fratres, fidem vestram, qui regem intellectum captiuastis, cauete ne in turpium vitiorum seruitutem redigamini: deflenda enim sors esset in bello illum, qui regem aduersarium vicit, tenuit, ac in vincula dedit, ab aliquo abiectissimo milite comprehendi. Homo diuine, vide, quia superbissimam, & elatissimam omnium creaturarum mentem, & intellectum subiugasti, ne te feceris vitiorum turpissimorum vile mancipium, quasi brutorum more, animo, fide, & intellectu careas, quo diuina, & abstrusa mysteria penetrasti.

Ioan. 20. 29.

2. Pet. 1. 9.

19. Spes autem secundùm nomen suum in magnam præmij spem inducitur: sperat enim in hoc Sacramento dari illi immortalitatem, vitam, resurrectionem, & gloriam, quæ bona, & summa sunt, & mirabili arte amoris in hoc Sacramento collocata. Qua enim (obsecro) ratione fiet, ne moriatur homo? edat, dices, sed incongruè: nam ipse cibus naturalis caloris vires obtundit, & hebetat, hominémque sensim interimit; hoc ergo fuit ingenium dare immortalitatem in cibum, vt cibo ipso immortalis fieret. Præscribitur hectica febre laboranti, vt testudinis carne nutriatur: apage (inquiunt) si videat, haudquaquam comedet, etiamsi bene condiatur. Nutriantur igitur pulli gallinacei ipsa testudinum carne, ac postea pullorum temperata caro ardorem illum febris mitigabit, & licèt pullum deuoret, hauriet tamen testudinis qualitates vitæ, & salutis. Pereunt mortales (inquit Christus noster) si ad clarè recipiendam gloriam inuito, specie turbabuntur: hoc enim morbo interiere multi in Israël. *Non videbit me homo, & viuet*; simulare igitur, & tegere oportet gloriam, & immortalitatem, specie quidem communi panis, & vini, vt in vnaquaque sacri cibi buccella, vitam edant, & immortalem gloriam. Domine (inquis) non video qua ratione pulli isti ita nutriant hectica laborantem, vt immortalitatem induant: nam viuere præstat cibus, sed non semper viuere. Respondeo, certè ideo speras, quia non vides: sed attende artem, & rationem ingeniosi amoris, vt suos filios assumat ad immortalitatem. Promisit Deus Da-
20. uidi spem, & securitatem, vbi autem sit, explicat. *Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis: espero volar a la immortalidad, auiendo sido mortal: porque hasta el fin de los siglos tendiò las alas sobre sus hijos con la presencia en este pan.* Est ibi inter arbusta nidus perdicis, oua solitaria cuique patent: ecce puer sumit oua, & peremptis patre, & matre, supponit oua gallinæ, quæ domi suæ aliis incubat ouis; fit vtique, vt ex gallinæ concepto calore, & sudore non mutent speciem, & essentiam, sed nouas induant proprietates. nam & graues, & domestici, & timidi, tardíque volatus instar gallinæ euadunt, breuis vitæ,

Spes sperat præmium ob meritum præclarum & declamat.

Simile. Mirabilis inuentio amoris.

Exod. 33. 20.

Psalm 90. 4.

Simile.

vitæ, breuis volatus, periculisque pleni, quibus obnoxiæ sunt aues domesticæ. Quid si in aquilæ nidum, aut accipitris oua suppositiſſet? certè euasiſſent veloces, leues, pernicioris volatus, generosæ, ita vt ad venandum vnam ex his perdicibus, eadem opera, & industria opus esset, atque ad capiendam aquilam. Erat humana progenies (inquit Tertullianus [a]) quasi in nido oua nondum exclusa calore suo terreni parentes, terrena fecerant, inuenit eos inquietos dæmon; *inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum*; perdit parentes, & filios terreos, graues, mortales, timidos, & periculis, & multiplici morti obnoxios. Seneca, *Moriuntur multis.* Ideo inquit Tertullianus: *Absit ergo vt Deus manuum suarum operam, ingenij sui curam, adflatus sui vaginam, Christi sui sororem, & in æternum destituat interitum: hauia Dios de dexar assi el nido frio, y los buenos gueros en la sepultura; ea venga la inuencion*; & quænam? sumit hos mortales, in Ecclesiæ nidum reuocat, præsentiam suam, alas, & scapulas in finem sæculi super ipsos prætendit, & promittit, fouet amore, nutrit carne. Tertullianus, *Caro salutis est cardo, caro corpore, & sanguine Christi vescitur, vt & anima de Deo saginetur.* Quorsum iste cibus, ista præsentia? vt diuinas induamus qualitates, & dotes cælestes vitæ, immortalitatis, pernicitatis, vt volemus in vitam æternam. Videas quantum iuuat sæpius (vt par est) ad diuinas epulas accedere, vt spes resurrectionis firmior sit. Nam, vt affirmant Tertullianus, Nissenus, Cyrillus Alexandrinus, plurimi erunt, qui etiamsi non communionem sumpserint, reducentur ad vitam: at qui Eucharistia pasti fuerint, duplici titulo, & vtraque ala spei, & Sacramenti in vitam æternam euolabunt. Egregium, & peringeniosum inuentum amplissimo præmio dignum, ideo namque subdit D. Petrus loco præallegato secundùm lectionem Augustini [b]: *Exultabitis gaudio honorato, percipientes testamentum fidei, salutem animarum vestrarum.* Quid putas est communicatio in Sacramento, nisi testamentum obsignatum, in quo tua hæreditas, gratia, & principatus adhuc sub sigillo est; sed iam aliquid spei obtinendæ hæreditatis affulget; recipe, absconde, caue, ne aliqua muliercula rapiat, ne adulteret dæmon, ne garrulitas aperiat; *est enim testamentum fidei: testamento de fee, y confiança Christiana, y suma de tu bien eterno.*

a De resurrectione.

21.

Isai. 10. 14.

Spem resurgendi nouo titulo habet qui Eucharistia frequentius communicat.

b In hunc locum apud Turrianum.

22\. Charitas verbis parcior, longior affectibus præmium ferre contendit. Probat etenim Christum Dominum non solùm nimia in homines charitate exarsiſſe; sed (quod amoris est) illum sibi stricta reali, & ineffabili vnione in hoc Sacramento coniunxisse: immo quod à Deo procul abesse videbatur, amoris accidentia, amantium proprietates, & mores diuino, & insolito modo induit; in quod enim amoris extremum perduxit amor viuentem hominem erga Deum blandè affectum, nisi ad ecstasim, vbi diuino Spiritu, animo, & mente, cælesti motu, & impulsu absorbetur, omnique sensu corporis abstractus actus omnes, & potentias corporeas suspendit, & quasi rapto corde mortuos, aut sine operatione os, linguam, oculos, aures, & manus derelinquit. Vbi es anima? in Deo: *ego enim dormio, & cor meum vigilat.* Quid si amor hos affectus experiri, vel saltim significare cogeret Deum? Dicam, mi Domine, pace tua, summáque cum reuerentia quod tui igniti Seraphines, & Ioannes, & Dionysius de tua ardente charitate prodiderunt; hic enim affirmat: *Deus vsque ad ecstasim amat nos: llegò el amor del Saluador hasta hazerle padecer extasis, a quedarse voluntariamente arrebatado en mil partes, y à todas horas.* & raptus iste ad extremum vsque mundi diem perdurabit. Rapior & ego mente, & iudicio dum quæ dicere aggredior, considero, videlicet te talem in hoc Sacramento existendi modum elegiſſe, vt secundùm veram Theologorum doctrinam instar ecstatici, & arrepti mente sis: ex vi enim modi ibi existendi sine vlla imperfectione oculi non vident, aures non sensibilem sonum audiunt, nec lingua loquitur; loquitur autem, videt, & audit Christus ipse, qui in cælo est (vera quidem doctrina, sed eo modo, quo hic explicatur populo proponenda) modus enim nouæ, & insusitatæ præsentiæ nec species, nec extensionem necessariam ad has obeundas actiones admittit. O mater hominum, quid sunt meæ manus, cùm hostiam consecro, nisi puluini, in quos meus amor ecstasi raptus caput, & corpus reclinat? idem ipse, qui tunc temporis in sede maiestatis cum Patre considet. Nunc opportunè poteris ô Ioannes pulsum pertentare dilecti, sitne mortuus, viuátne amor animarum? minimè mortuus; iam enim non moritur; verumtamen dormit somno amoris, & cor vigilat: ideo prudens dixit, *Cùm dilexiſſet suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Filij (quasi dicat) cùm ex me audiatis noua, & inaudita, quæ dilectus in extrema nocte patrauit, amoris ecstasim ne miremini, amor enim erga Ecclesiam hæc omnia molitus est, *in finem enim dilexit eos.* Quorsum ecstaticum istum modum assumeret, nisi vt amorem ostenderet; & insuper (ni fallor) vt Ecclesia peccata dissimularet, &, vt ait Propheta, *sileret in dilectione tua*, hoc est, præ dilectione crimina missa faciet. Vide sopore alto dormientem Adamum, quem ecstasim vocat Augustinus [a] quorsum (obsecro) somnus, quorsum reuelatio futurorum ibi facta? opportunè satis (inquit Chrysostomus [b]) somnus iste venit: vt cùm inter dormiendum suam Euam matrem viuentium futuram videt, sic pulcram, sic filiorum splendoribus circunfusam; ita extunc in eius amorem accenderetur, vt etiamsi post eum lapsus esset in peccatum, ærumnæ, & sudores patientiam eius tentarent per nongentos & triginta annos nulla impatientia excandesceret in eam; quin potiùs ita placidè, & tranquillè cum ea degeret, vt nullum peracerbum, nullum asperum in illam verbum, quod iactauerit, scriptum sit: *vt ne sentiendo dolorem mulieri ex se formata, postea doloris memor infensus fieret.* Ecce quorsum ecstasim imitari liberè voluit Christus in hoc Sacramento, hic finis huius mirabilis somni; tradebatur enim in illa nocte inimicis à discipulo, cunctaque Ecclesia, quam tunc formabat, dissipanda erat. Quî fiet ne nouus noster

Charitas gestit iam præmium capere.

Christus vsque ad ecstasim in hoc Sacramento nos dilexit.

Cant. 5. 2.

Dionys. de diuinis nominibus.

P. Suarez tom. 2. 3. p. disp. 58.

23.

Ioan. 13. 1.

Soph. 3. 17.

a In Gen.

b Hom. 15. in Gen.

Amore Ecclesiæ quam pulcherrimam præuidit, multa dissimulat peccata Christus.

Digitized by Google

24. ster Adam tot probra, & dolores tunc, tot iniurias, & irreuerentias in hoc Sacramento illatas toleret, & humanissimè ferat? vtique si dormiat, & inter dormiendum Euam suam iuxta se hodie pulcram videat; nam cùm hodierna die festiuissima nuptiarum, videt illam augustissimo ritu Eucharistiæ anniuersarium colere vias versas, rigatas, herbis, & floribus stratas, parietes sericis peristromatis conuestitos, locupletissimas aras excitatas, agmen supplicationis, & pompam apparatu magnifico insignem, vbi stellæ in capite fulgent clericorum, & religiosorum ordines, sole vestitur, populi nempe exultantis splendore, luna in pedibus subiacet, hoc est, fœmineus sexus, & deuotionis, & obsequij, atque ornamentorum nitore conspicuus apparet, tam illustrem, tantáque cum dignitate nunc videt, vt ob hodiernum cultum quotidianos defectus, & per integrum annum commissa crimina taceat, dissimulet, & indulgeat vsque in sæculi finem.
25. O virtutum regina charitas, quo præmio digna erit tua cum nimio amore coniuncta sapientia? Certè iam D. Petrus in eodem loco, (vt legit D. Dionysius) præmium statuit, *reportantes Deificationem animarum vestrarum: en esto hania de parar el amor, esse era su premio.* D. verò Paulus sententiam dicit inter tres: *Nunc autem manent fides, & spes, maior autem harum est charitas*; ingeniosa fides, gloriosa spes, ambæ peringeniosæ. Sed quid ad hoc; quia in cælum non intrant, vbi tanti Sacramenti gratiæ tantummodo rependi possunt. Tu verò ô regina charitas, cui in Sancta Sanctorum aditus patet, victrix, victrix omnium ore prædicaris: tu enim & ingeniosè adinuenisti, ardenter, & celeriter patrasti, arctè somno suauissimo oppressisti dilectum, vt sileat præ dilectione infinita crimina, quousque corda nostra æternis illis charitatis flammis aduruntur, & gratiæ, vt par est, immortales rependantur, vbi gustemus, & videamus quàm suauis sit Dominus, & æternam, dulcem, & gloriosam laudem tibi, & gloriam, & gratiarum actionem decantemus. Amen.

1. Cor. 13. 13.

EXEMPLO CHRISTI SECESSVM ET solitudinem amat, vbi orationis & contemplationis secretioris studio sub ratione magistra veræ sapientiæ incumbit.

INSTITVTIO XV.

SALVE amica solitudo, suscipe, alme secessus, in amplitudine sinus tui prodigum, & peregrinum sæculi transfugam. O desertum Christi vernans floribus! ô solitudo, in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi (ait Hieronymus [a]) ciuitas Magni Regis construitur! ô eremus familiariùs Deo gaudens! Age, HOMO DEI, iam portum tenes salutis, iam solitudinem sociam accepisti vitæ administram, diuinæque ascensionis matrem, ac Deum ex homine efficientem, totiúsque vitæ ducem & moderatricem: en in prospectu est cælestis curia te expectans, num in schola sanctitatis pura sit voluptatum morúmque mutatio; num sicut ad peccandum proiectus fuisti, sis ad pœnitendum paratus. Sed cur te solitudinem nuncupaui? nulla enim est solitudo, nemo solus, si homo seipsum noscit: nam solus est qui sine socio aut sodali est; at anima & corpus nónne sunt coniunctissimi socij, imò in quibus vera amicitiæ forma, vera vnitas, & vnus ex duobus efficitur, socij lucri cessantis, & damni emergentis participes, qui bona sibi inuicem fœnerantur, mutuóque concedunt, anima corpori dotes impertiendo, corpore item suis animæ instrumentis ministrando, ægrotant simul pariter conuiuentes, tacent, recumbunt, merentur, inuicémque discedunt. Quæ igitur amicitia maior, quàm quæ ipsa est natura comparata? Audias igitur Dei filium suos in secessum solicitudinis paterna pietate ducentem, *Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum.* quæ verba expendens tria explicabo. Primò bona solitudinis ex Dei verbo, & sanctorum Patrum encomio præmittam. Secundò requiem istam non solis monasticam vitam agentibus, sed etiam occupatissimis opportunam & necessariam efficiam. Tertiò quid in solitudinis otio peragendum, quibus incumbendum sit studiis, explanabo. 26.

a Epist. 9. ad Heliodor.

Bona solitudinis.

NOTA. De bono solitudinis vide P. Cornel. in Penta. Exodi c. 3. v. 1. & cap. 24. Exodi v. 18.

Nemo solus cùm solus secum est.

Marci 6. 31.

DIVISIO INSTITVTIONIS.

27. *Venite seorsum.* Nemo regum aut principum, etiam in summa dignitate constitutus, naturali caret affectu humanitatis & facilitatis, positáque maiestatis specie frui quisque desiderat iucunditate, & affabilitate inter amicos, quod & ipsi Deo Opt. Max. tribuit sacra Scriptura, dum in solitudinis secessu videtur cum Iob perhumaniter

colloqui, & ambulare, & lustrata quidem, pluendi arte mirabili tonandi inuentione arcanis aquarum venis, maris spatiosis stagnis, caueis auium varietate diuersarum, animal vnum solitarium superbum nullo iugo, nullâ arte mansuefactum à Deo ipso tantum edomandum tandem attentè contemplantur. Iob 39. *Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis soluit? cui dedi in solitudine domum, tabernacula eius in terra salsuginis, contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit, circumspicit montes pascuæ suæ, & virentia quæque perquirit. Quien enbio libre al animal selnaje quien le hizo tan montaraz y soberbio detan erguido cuello y señoril y libre, y tan ageno de obedecer al freno a quien obedecen otros animales mas fieros? a quien puse en desiertes casa suya y morada en tierra saletorosa y siendo tan agradable la muchedumbre de la ciudad, por no oir el vocerio del cobrador por no pagar pecho escarneze de la vida de la corte? Quis dimisit?* rogat Deus, vt alleuet pondus tam grauis interrogationis & beneficij, quale est ruptis & diffractis vinculis mundanæ conuersationis repentè à sæculo ad cœnobium hominem, &, quod plus est, fœminam adduxisse. *quis dimisit?* quis nisi Omnipotens valuit amicum ab amicis, filium à parentibus, sapientem à libris, splendidum à familia & strictissima abducere, & consanguinitatis atque amoris vincula rumpere potuit, liberúmque dimittere? *quis dimisit?* quasi dicat, hoc est quod maximè mirandum est, & miraculo & prodigio simile, sicut *Actorum* 12. vbi cùm Angelus tam impensè voluisset omnino liberum mittere Petrum à vinculis & tenebricoso carcere, excitatum & ad portam ferream perductum in medio ciuitatis statuit, ac disparuit cùm Angeli tutela magis indigere videbatur, ideo nempe, vt ponderat Chrysostomus, quia miraculum & necessitas illud patrandi in eo erat, vt semel vincula rumperentur, & de carcere exiret. Ita Deus, etiamsi post conuersionem Antonij, Brunonis, & aliorum, multa mirabilia patrauerit; at prodigium, & quasi importabile beneficium in illa sæculi fuga, in illa liberatione fuit, *quis dimisit?* perpendite hoc, ô Patres, qui cælesti dono solitudinem colitis; est enim adeò magnum beneficium, vt Deus ipse solus pondus eius æstimare queat, *nam bonorum quorundam, sicut & malorum, intolerabilis est magnitudo*; non valetis perpendere, ideo rogat ipse ponderator Deus, *quis dimisit?* quis soluit? certè Domine ille, *qui educit vinctos in fortitudine. el que tiene por blason enbiar almas libres a la soledad*, non vt liberè viuant, sed potiùs vt nouâ libertate diuinam adeant & ingenuam seruitutem: *nam absolutio persona* (ait Ambrosius [a]) *est pœna peccati*; sciebat enim cùm Antonium aut Brunonem liberos mittebat, suorum corporum & peccatorum fore carnifices seueriores ipsa morte, quæ peccatorem quidem extingueret, sed non peccata; modò verò ait Paulus, *Liberati à peccato serui facti estis iustitiæ.*

Fuga sæculi & renuntiatio opus Dei magnificum.

Tertullian. de Patientia.

a Epist. 76.

28. *Cui dedi in solitudine domum.* Nec minoris potentiæ fuit, postquam nos asseruit in libertatem, in solitudinem nos adducere. Verùm quid laudas (inquis) solitudinem? quid boni in rustica & inurbana vita potest esse? dicat hoc dolens Dauid; *Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea, que pedigueñaes esta carne?* puero petaci persimilis est, etiam in solitudine vexat animam. Loquatur ipse Hieronymus. *Ille igitur ego, qui nuda humo vix ossa hærentia collidebam, & qui ob gehennæ metum tali me carcere ipse damnaram, scorpionum tantùm socius & ferarum, sæpe choris intereram puellarum, & sola libidinum incendia bulliebant.* quid igitur potest boni esse in solitudine, vbi caro sic etiam frigidum & præmortuum vexabat Hieronymum? anima enim *vnum petit à Domino*, & hoc solo contenta est, gaudio videlicet spirituali, at caro *multipliciter* etiam in solitudine solicitat animum. *in terra deserta*, id est, destituta, derelicta, à *desero*, repudiata, sed ad rem rusticam habilis. deserta vocantur, quoniam non seruntur, *milagro sera auer ni aun vn pan*; sicut ingrati illi dixerunt, *Numquid Deus poterit parare mensam in deserto?* & in Hebræa lingua mors & desertum eodem vocabulo significantur *. Exodi 14. vocatur carcer solitudo, *arctati sunt in deserto, conclusit eos desertum.* & vt execraretur abominabilem illam desolationem populi Isai. ait, *Factum est Saron sicut desertum. no querais mayor mal, que el patio de palacio que era como vn vergel de cortesanos esta mas solo que el paular. inuia*, per quæ nemo transit; nam labores vbique inueniuntur, habent tamen genus solatij, cùm ab amicis videntur, tunc enim quasi diuiditur miseria & calamitas, & quo maior pars à spectatoribus capitur, eo minor portio pro patienti relinquitur, vt D.Th. egregiè adnotat, & Thren. 1. depingitur. *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus.* Præterea etiã terra inuia iustitiæ est aptissima; at cùm vergit semita in viam militarem, quam vulgo dicimus, *camino Real,* iam lætantur viatores, salutant inuicem,

Incommoda solitudinis memorantur vt gratia & beneficium amplius pateat.

Psal. 62. 2.

* *Bethsimeth* domus mortis, vel domus deserti.

Vide P. Fr. Antonium Perez quæstionibus quodlibeticis, de bono solitudinis, D.Th. 1. p. quæst. 21. art. 3.

inuicem, rident, canunt, & si occurrat pauper, at saltem miseratione frangeris, & bonum illi precaris: nam vt extremum sæuitiæ narratur Psal. 128. de captiuis Israelitis, *Fiant sicut fœnum tectorum, quod prius quàm euellatur, exaruit. & non* (vel, quia non) *dixerunt, qui præteribant, benedictio Domini super vos. se cosos veais pues tan secos estubistes con nosotros pues ni aun vna palabra ni aun vn Dios os garde de consuelo nos dixistes.* Et sicut Christo dolori fuit maximo audire, *Vah qui destruis templum Dei*; sic etiam honoris fuit prætereuntes regredi *percutientes pectora sua.* Vobis autem qui eremum colitis, quid solatij affert cymbalum, & vox, in choro media personans nocte, cùm non nisi à brutis animantibus auditur? *inaquosa* aliena ab illa benedictione, quæ est plantatam esse iuxta aquas, *& mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata est.* vnde à *Pagus*, quæ est *fons*, vocati sunt Pagani, quia vbi fons erumpebat, ibi oppidulum statim figebatur, & dicebatur *pagus.* Adde inaquosam, terram esse salsuginis, quid boni poterit habere?

Verumenimuerò, gloriam ibi esse, subdit Dauid. *Sic in sancto* (sicut in sancto) *apparui tibi.* Primò, quia ait Deus, *Cui dedi in solitudine domum.* non ita est deserta solitudo, vt sine tecto sit, ibi fixit Deus tabernaculum suum, *hic domus Dei est.* quod si Dei est, & in deserto omnibus referta bonis, erit vtique beata domus. *in solitudine domum: mirad es casa de campo.* Cùm princeps, aut rex Salomon domum saltus in deserto ædificat, vt in eam cum amicis diuertat, opus est opulentam, pulcram, & omnibus instructam esse rebus necessariis, ne opus sit passim ad vrbem recurrere. Fecit Deus cælos sibi, & cùm longiùs à terra essent, omnium bonorum aggregationem continent, & ab illo mundus lucem, vitam & influxum mendicat. Secretior est, etiamsi amplissima alia domus diuinæ suæ essentiæ, quæ cùm infinitè distaret ab Angelis & hominibus, omnia in omnibus est, & omnia in illa sunt, atque adeò cùm omnino indigens non sit, omnino est independens, & *Saday* nuncupatur *el a bastado.* Quare infinitus est gloriâ, maiestate, bonitate, &c. Quòd si Deus est scientissimus fabricandi domos in solitudine, cùm dilectis suis domum in solitudine parat, nónne opulenta, splendida, atque omnibus referta bonis erit? & quod maximum est, Deus ipse solitudinem inhabitat, vt apertè significauit Dauid, *Sic in sancto apparui tibi.* Ego Domine sum hospes, tu habitator solitudinis, cui ego obueni, & apparui; tu verus es deserti colonus. Quare iam nostris operibus non deerunt oculi Dei spectatores; nam, vt ait Chrysostomus [a], *Spiritus sanctus propriam sedem habet solitudinem*: nam licèt Episcopus extra sedem confirmat, ordinationes facit, concionatur, & eleemosynas distribuit, lustrat gregem suum; hæc omnia impensiùs & frequentiùs agit in sede Metropolitana. Est quidem Spiritus sanctus nobis, qui inter seculares commoramur, confirmans, concionatori assistens, & qui egentissimos consolatur: verùm propria sedes, & quasi metropolis Spiritus sancti *solitudo est,* ait Chrysostomus [b]. Hic diplomata sua Ioanni dedit. *Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto: la fecha dice que esta alli el rey.* hic etiam nostrarum rerum testis est, & gratissimus spectator: nam si ad Lucillum Seneca [c] aiebat, *Hæc non multis, sed tibi, satis enim magnum alter alteri theatrum sumus*; quod aliud theatrum desidero, quum te mi Deus habeam spectatorem? & vt ad illud de inaquosa & salsuginosa terra respondeam, audi quid Moyses de terra promissionis asserat. *Montuosa est, & campestris, sed de cælo expectans pluuiam. mira al Egipto de dode saliste que quebrados trahen los braços esos pretendientes que quebrados esos arcaduces y ruedas attengome a la vida de campo de la soledad.* montuosa est ieiunio, solitudine, silentio & pœnitentia, *& campestris,* non delicatè enutrita, sed rusticè, & ex his, quæ promptiora sunt; verùm *de cælo expectans pluuiam.* rigatur interno & inuisibili rore cælesti, *goza de destellos de gloria,* quibus inebriati viuunt; ita vt ibi affirmet Dauid, *vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam*; virtus enim Dei ibi resplendet, & quasi stella fulget, de qua Num. 24. *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga ex Israel, & percutiet viros Moab, vastabit omnes filios Seth, & erit Idumæa possessio eius.* vbi in Hebræo leges, *calcabit stella ex Iacob, pisara la sorberuia profana, & transfodiet angulos Moab, y penetrara los coraçones, & exparietabit, y sacara de sus casillas y casas a los principes y doncellas, & imparietabit* (Oleaster) *omnes filios Seth, y en paredara a los que andaban libres.* vt ibi moriantur? absit, hic error est mundanorum; *sed vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.* Gloria enim est in solitudine, vbi, vt ait Basilius [d], *mors vitiorum est, quæ diuinæ ascensionis est mater,* vt aiebat Nazianzenus [e], *ac Deum ex homine efficientem.*

29. *Gloria participatio in solitudine.*

Deus habitator & colonus est solitudinis.

Deus theatrũ est & spectator solitarij.

a Tom. 2. hom. 5.

b Hom. 21. in 1. Cor. 4. *Magnum sibi trahit supplicium & theatra populorum,* &c.

c Epist. 5. ad Lucillum.

d Orat. de laudibus eremi.

e Suprà.

Digitized by Google

30. *Quies animi & corporis.* Secundò vocantur in ſolitudinem, & puſillum requieſcere iubentur, etiam qui res diuinas & rationes animarum tractant, & multo magis qui temporalia negotia gerunt, quorum negotiorum & ſolicitudinum curſum impedire oportet, & in quietem & ſolitudinem ab occupationibus auocare: nam æſtus curarum & negotiorum exſiccant ſpiritum, & reſtinguunt ardorem, & alienis intentus animus propriæ vtilitati minus attentus paulatim ægrotare & debilitari conſueuit: quamobrem *optimum erit medicamentum quies* *. *& requieſcite puſillum:* ſic enim congruit etiam Apoſtolicis viris, vt procul à negotiis, quæ quidem exactoribus egregie comparantur, diuinis familiariùs & impenſiùs vacent. *vocem exactoris non audiet*: hanc animi quietem ſuis procurabat Chriſtus, dum viueret, vt ait Clem. Romanus [a], & ab itinere ceſſare cogebat, & ſomno & oratione reficiebat, vigilante & cuſtodiente ipſo. *Simile.* Nam vbi corpus quieſcit, reſedit etiam ſpiritus, ſicut cùm patera plena vino titubante manu ad tremorem manus fluctuat etiam vinum, & effluit; at ſi ſenſim ſupra menſam collocas, quieſcente paterâ quieſcit vinum. Sic animus noſter, vtpote à Deo origenem ducens, ſi naturæ ſuæ relinquatur, ſtatim euolat ad cæleſtia. Quieſcat igitur corpus, ceſſet à negotiis, & requieſcet animus, vt ait Baſilius [b]: *quippe mens nec extrorſus diſſipata, nec in mundum per ſenſoria diffuſa ad ſeſe ipſa redit, moxque ſuopte nutu ad Dei notionem euadit.* Æquum enim eſt, vt animæ ratio ſit, maiórque cura quàm corporis, vt eleganter ſecum meditatur Bernardus [c]. *O anima ſancta, ſola eſto, vt ſoli omnium ſerues teipſam, quem ex omnibus tibi elegiſti*, &c. *Secede ergo, ſed mente, non corpore, ſed intentione, ſed deuotè, ſed ſpiritu; ſpiritus enim ante faciem tuam Chriſtus Dominus ſpiritúſque requirit, non corporis ſolitudinem; quamquam & corpore etiam non otioſè te ſeparas, cum opportunè potes, fuge publicum, fuge & ipſos domeſticos, ſecede ab amicis & intimis, etiam & ab illo, qui tibi miniſtrat.* *Negotiatores ſæculi eligant quietem & otium animæ.* & vt priùs cum negotiatoribus agamus, hos monet primò auocare mentem interdum à negotiis Petrus Damianus, & ſiniſtram illis ligare manum, cùm illa pro dextra ſicut pueri vtuntur, ſic praua ſolicitudo vos in temporalia auide trahit, opus eſt, vt manu dextrâ vtamini, percuti in ſiniſtra, & ligari ad tempus.

31. Ponderant acutiſſimè Auguſtinus & Ambroſius creationem hominis, rogántque quare ipſum ſolitarium creauit, maximè cùm multiplicationem humani generis prætenderet. Reſpondet. Primò, vt ſingularitatem & vnitatem amaret, quæ prima in orbe fuit: & cùm vnum tantùm videt mulier, ſic vni adhæreat, vt vnitatem frangere non audeat. Secundò ſolitarium creauit, vt ſolitudinem amaret tanquam primam hominis nutricem, & gratiæ tutricem. *Solus erat Adam* (ait Ambroſius [d]) *quando in paradiſo conſtitutus eſt, ſolus erat & quando ad imaginem Dei factus eſt, ſed non erat ſolus quando de paradiſo eiectus eſt, & quando ecſtaſi & eleuatione mentis quietéque diuina fruitur Adam?* reſpondet Auguſtinus, tunc vtique, quando ab illo Eua educitur; ſic cùm à te ſolitudo & ſeceſſus aufert cupiditatem, & amorem, & mulierum familiaritatem, idoneus es diuinis illuſtrationibus; ſin minus, ſociam habes tecum, quæ te in peccatum labi ſuadet & permouet. *Vacent etiam ad tempus qui negotia animarum tractant.* Sed ſi hæc ſæcularibus proſunt, nobis qui negotia animarum curamus, neceſſaria ſunt, ſenſim enim tepeſcit primus ille ſpiritualis feruor, & graues facti ſumus, dum ſpiritus ille, qui animum & corpus excitat, emoritur, & grauitat, languétque animus, quem internus iſte feruor non commouet. Quid de his qui litteris & ſtudiis vacant dicendum, in quibus ſi recta intentio, ſine inuidia, aut æmulatione ductrix non ſit, paulatim ad inanem gloriam, & hominum æſtimationem captandam animus ducitur, tali impetu in decliuia, vt iam ſiſtere difficile ſit, niſi ad inſtar eius qui per decliuia currit arbori aut lapidi adhæreſcens, & omnino perſiſtens maneat; ſic animus occupationibus quaſi præceps actus vitia ſua corrigere, defectibus & morbis mederi, & ſpiritum recuperare nequit, niſi omnino ceſſet & inſiſtat vni Deo *immortali, inuiſibili, & inhæreat illi.* *Vacent etiam ad tempus ſtudioſi litterarum.* Quamobrem duplicem domum habere Leuitas voluit Deus *Leuit.* 25.30. vrbanam & ſuburbanam, quibus etſi facultas datur vendendi primas ædes, non verò ſuburbanas, *ſuburbana autem eorum non veneant, quia poſſeſſio* (Leuitarum) *ſempiterna eſt.* Dei enim miniſter carere debet domo & negotiis ſæcularibus; at Dei familiaritate & ſeceſſu minimè poteſt. *quia poſſeſſio ſempiterna eſt.* Solus erat, inquit Ambroſius [e] Adam, cùm non eſt *præuaricatus, quia mens eius adhærebat Deo, poſtquam verò ei mulier adiuncta eſt, non potuit inhærere mandatis cæleſtibus.*

32. *In ſolitudine quibus incumbendum.* Tertiò, poſtquam optatam quietem & ſolitudinem nactus fueris, quid te agere oporteat ab Eccleſiaſtico excipe. *Scribe ſapientiam in tempore vacuitatis, & qui minora*

* Medici valetudinem pendere affirmant ex motu, & quiete, & ſomno, & vigiliis.

a Itinerario lib. 2.

b Epiſt. 1. ad Gregor. Nazianz.

c Super Cantica ſer. 4.

Gen. 2. & 3.

d Tom. 3. lib. 6 ep. 41.

Leuitici 25. 30.

e Lib. 6. epiſt. 41. tom. 3.

Cap. 38.

minoratur actu , ſapientiâ replebitur , iubet quaſi magiſter pueros ſolerter vacare litteris. *Scribe*; & quid ſcribam ? Sapientiam, cognitionem veritatum , non tam ſpeculatiuam, quam practicam, & quæ in actum valeat reduci : ſapientiam quæ animum ab errore liberat , copiam rectorum conſiliorum & dictaminum, quibus in variis euentibus ſe gerere rectè poſſit ; ſapientiam circa vſum creaturarum , in eum finem, ad quem conditæ ſunt : ſapientiam medicam vulnerum animæ, quæ in occupatione & negotiis ſine dolore accepit , & nunc in quiete animi curare, ſanguinem comprimere, & alligatura ſalutari vincire eſt opus. *recibio ſin ſentir las heridas la pobre alma con el calor de la ocupacion , agora a ſangre fria , y en ocio ſancto* 33.
recorra las llagas , y reſtaure las menguas del eſpiritu. Hæc ſapientia , vtpote pretioſiſſima, laudatur Eccleſiaſtici 7. 13. *Sicut protegit ſapientia , ſic protegit pecunia. hoc autem plus habet eruditio & ſapientia, quod vitam tribuit poſſeſſori ſuo.* Sicut enim regitur nauis clauo, equus fræno ; ſic homo per ſapientiam & cogitationem , *el hombre por el penſamiento* , quo ablato omnia violenter fiunt : & defectus maiores ſunt quando ex præmeditato dictamine fiunt. Scribe ergo ſapientiam quæ ducat voluntatem : hoc enim modo gubernat Deus illuſtrando mentem , ſicut deberent etiam gubernare principes & prælati. Eccleſiaſtici 9. 24. *In manu artificum opera laudabuntur , & princeps populi in ſapientia ſermonis eius.* quaſi dicat, artifices de manus arte laudantur, principes vero de optima & erudita lingua. Vel clariùs ; ſicut opera quæ manu fiunt, commendant artificem, qui manu fabrefecit ea : ſic gubernatio principum, quæ linguâ & legibus fit, laudatur, cùm à lingua, à ſapientia, & eloquio ſapiente procedit. Signum autem cogitatum eſſe ſapiens, id eſt, cum eò tendit vt mentem Deo ſubiiciat : nam ſi dictamen libertatem dictat , inſipientiſſima cogitatio eſt, Eccleſiaſtici 6. 25. *Iniice pedem tuum in compedes illius , & in torquem illius collum tuum, ſubiice humerum tuum , & porta illam , & ne acedieris vinculis eius.* deſignat obedientiam pedibus, quibus ad executionem mandatorum procedat ſapiens, & præterea torques collo & menti iniicitur, vt nolim ego legiſlatore ſapientior fieri, ſed illuminari à ſuperiore. Præmium poſtea ſubdit, *& erunt tibi compedes eius , &c. & vincula illius alligatura ſalutaris.* Sicut enim vitta alligat vulnera, & tegit fœditatem vulnerum ; ſic ſapiens obedientia paſſionibus medetur, alligat, & operit, atque honeſtat.

Scribenda eſt hæc ſapientia , & in cordibus præcipuè exaranda , & à forma 34.
nempe Chriſto Domino in nos transcribenda. Ecce eſt forma noſtra, *qui cùm in forma Dei eſſet* , &c. Sed cùm Deus imitandus eſſet, nec in hac forma poſſet, (ait Auguſtinus) aliam formam accepit , *formam ſerui accipiens* , &c. Hoc petunt myſteria eius , modúſque orandi à noſtro ſancto Ignatio diuinitus inſtillatus , vt nempe quaſi pueri in nos accuratè transferre ea quæ in Chriſto mores noſtros componunt inter orandum curemus , non contenti aſpectu formæ, ſed ſicut pueri eandem in aliam chartam transcribentes. Ad hoc autem aptanda eſt tabula cordis , & deleri debent quæ ſcripſerat carnalis ſapientia , vt Baſilius aduertit [a]. *Sic neque anima prius diuina placita accommodaris , quàm anticipatas opiniones ab ea exemeris.* tunc veram ſapientiam ſcribere oportet, quam deſcribit Bernardus [b], & quam omnino fugere docet Nazianzenus , ne aſpidem foueamus , ſicut de Iuliano ait [c] : Schola in qua ſcribimus oratio eſt. Ad hanc ceſſandum nobis eſt à negotiis vt repleamur ſcientiâ. Formam iterum atque iterum aſpiciens mutatur animus in alterum. Sicut Paulus ait , *Nos autem reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur.* atque ita paulatim epiſtola Chriſti efficimur, *manifeſtati quòd epiſtola eſtis Chriſti , miniſtrata à nobis , non atramento , ſed ſpiritu Dei viui : ſois vn breue de la ſantidad de Ieſu Chriſto.* epiſtola quidem data in ſolitudine, quæ ſedes eſt Spiritus ſancti, qui cum Patre & filio regnat in ſæcula.

a Suprà.
b Epiſt. 24. Vera illa atque indubitata ſapientia eſt , quæ turpia lucra contemnit, & indignum ſibi iudicat eodem cum idolorū ſeruitute contubernio frui.
c Oratione 3 contra Iulianum. Fouebamus in ſtudiis litterarum ona aſpidum, ſub nomine Chriſtiani, Iulianum gentilem : prius autem quàm Philoſophiæ placita degustauit (quod vtinã numquam feciſſet) dicendique facultatem , quæ vt probis & honeſtis virtutis inſtrumentum, ac ſubſidium eſt, ita improbis & flagitioſis, vitij ſtimulus efficitur.

VERBUM PATRIS.
Numer. 27. vers. 18.

Tolle Iosue filium Nun, virum in quo est Spiritus, & pone manum tuam super eum.

A vero Iosue metu dæmonis liberatur, & cælesti disciplina instructus peccati occasionem, & lapsum vitat.

DISCVRSVS XLIII.

1. TANTA est gloria de victoria parta, tanta luxuriantis animi exultatio, vt victor sine vllo armorum præsidio, & potentia fortior sit ad fundendos, & profligandos hostes firmissimis, & instructissimis militum copiis. Feruor enim iste, & exultans animus non solùm cum sibi compositis vincit, sed liber omni metu, omnium aliorum armorum præsidio nudatus irrumpit in hostes. Contrà verò strages sic animum deiicit, & pusillum facit, vt constare exercitum opus non sit, sed solo metu sui deditionem faciat, facésque submittat. Exercitus Israeliticus in maximo versabatur timore; quia ex alia parte confidentia plenus, & potentia gloriabatur Philisthæus, eos ad singulare certamen prouocans: frangit enim metus vires, & demissus animus à seipso superatur. Quid dicam de dæmonis superbia, & exultantia? quàm confidenter bella contra nos gerebat, postquam vno bello, vt ille gloriabatur, *cæpit fortitudinem orbis terræ: cojò como en el nido padre, y madre, y todos los hijos de Adam, y pasmaronse de miedo desde entonces; cæpit quasi nidum manus mea fortitudinem orbis terrarum.* Tantus ab illa die terror homines occupauit, vt nisi aliqui auxilium poscerent, perirent solo metu fracti. Ideo clamabat Dauid, auxiliarem Dei manum postulans, *Exurge Domine, præueni eum, eripe animam meam: ganad le el sol, mirad que corre peligro mi alma. induere fortitudinem brachium Domini: braço del Padre armado para nuestro bien agora es tiempo. sicut in diebus antiquis: como alla en la de Philistea;* quando armasti brachium meum, & in nomine tuo, *deiecit exultationem Goliæ. animam meam ab impio: que me va la vida, y alma.* Quibus auditis precibus prodit in campum fortior ille armatus, & pro nobis pugnans, sic dæmonis superbiam, & fastum inflectit, vt à puellis Ecclesiæ superari queat: *vt sine timore de manu inimicorū nostrorū liberati seruiamus illi.* Origenes ponderat verbum illud, *sine timore*: ibi enim difficultas, ibi diffidentia nostra erat; quod clariùs exposuit Dauid, *Exaudi Domine orationem meam cùm deprecor, à timore inimici eripe animam meam.* Non petit (inquit Augustinus) ab inimicis, sed à timore primitus liberari; quia meticulosus frustrà armatur, frustrà docetur, at ablato semel timore victor euadit. Quæ omnia vt de Christo speremus, & per illum timorem animis nostris pellamus, referam sacram Numerorum historiam cap. 13. Munus ducendi populum de iussu Domini gerebat Moyses: quadam tamen die ante victoriam Amalec debilitatus animo concidit; quo facto reliquorum vires, & animi fracti sunt. Quid est hoc dux potentissime, quæ demissio animi est ista, superasti deserti difficultates, & sola virga tremere fecisti Pharaonem, & modò in promissæ terræ ingressu regulum Amalecitem times? Duplex de hoc facto dubium excitatur. Primum, quod modò obiiciebam. Secundùm, quare elegit Iosue vt suo muneri succederet, quibus ipsa respondet historia: Miserant exploratores, qui nouæ terræ promissæ lustratione facta, quid, & qualis esset referrent. Ecce veniunt exultantes, luxuriantis vitis racemum hasta gestantes, fertilitatis non inane signum. Pergunt per medium exercitum vsque ad Moysem, & Aaron, circumstat populus, loquuntur illi, *venimus in terram*, ad quam misisti nos, quæ vberrima est, & fluit lacte, & melle, vt ex his fructibus cognosci potest; sed cultores fortissimos habet (hìc palluerunt omnes, & imis pedibus stantes, arrectis auribus intenti erant) & vrbes grandes, atque muratas, stirpem Enac vidimus ibi, gentem validam, proceram, robustam, & barbaram, cui comparati locustæ videbamur. *monstra de genere giganteo, quibus comparati quasi locustæ videbamur: terra deuorat habitatores: no vimos sino sepulturas abiertas, torres en el cielo; hombres como torres.* His auditis proiecit se populus, & fleuit nocte illa, & murmurauit contra Moysem, & Aaron: Vtinam mortui essemus in Ægypto, constituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum: *era tarde, desmayaron todos, y oluidaronse de Dios, comiençan a llorar a voz en grito, prostranse, y Moysen con ellos.* Dum omnes hac animi consternatione prostrati essent, exurgit vnus Iesus Naue, scindens præ furore vestimenta sua, victoris voces emittens; *Nolite rebelles esse contra Dominum, neque timeatis populum terræ huius; quia sicut panem, ita eos possumus deuorare, recessit ab eis omne præsidium, Dominus nobiscum est, nolite timere.* Cùm ergo vidisset Moyses Iosue fuisse timoris populi depulsorem, & qui debiles animos roborauerat, meritò eum in suo munere successorem constituit: *al punto le diò la conducta de capitan*, & de illo Ecclesiasticus ait, *Fortis in bello Iesus Naue successor Moysi in Prophetis.* Origenes vertit *in prophetiis*, Vatab. *in prophetando*, credo clariùs diceremus *in figurando*; quia quando verbis prophetauit Iosue? nunquam: at sine dubio prophetauit opere dum adumbrauit in seipso ducem alterum; & hoc est ibi prophetare, hoc est, repræ

Marginalia: *Exultās animus præstat ad victoriam.* — *Pusillus statim superatur.* — Isai. 10. 14. — 2. Psal. 16. 13. — Isa. 51. 9. — Eccli. 47. 5. — Luc. 1. 74. — Psal. 63. 2. — 3. — *Quare Iosue substituitur in locum Moysi.* — 4. Num. 13. 33. — Num. 14. 9. — Cap. 46. 1.

Cap. 49. repræsentare; sicut cùm idem Ecclesiasticus, cùm de ossibus Ioseph de Ægypto asportatis ad Vers. 18. terram promissam ait: *Ossa eius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt*, hoc est (vt explicat Hugo [a]) repræsentarunt nostram translationem, & redemptionem de peccato ad iustitiam, de sepulcro ad resurrectionem; sicut si arcam Noë Prophetam diceremus alterius arcæ, nempe Ecclesiæ, in qua prædestinati saluandi erant. In hoc ergo sensu antiquus ille Iosue alium ducem similem sicut Propheta figurauit, Christum Iesum, qui cùm in omnes mortales metus dæmonis incussisset, vnus Iesus erexit animos, & formidine liberauit Ecclesiam, dæmonem terruit, nec iam ille timorem ingerit, sed patitur, non perimit, sed perimitur, ludúntque, & illudunt illum pueri, viréſque, & astus eius eludit fœmina puerpera, quæ concupitum filium eius arripit, & ab eius ita eripit, & fugit in desertum. *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei.* Quem ergo timeamus? tanto superato hoste quem formidabimus? Primò timendus est timor, nullus acrior contra nos aduersarius, quàm timor, qui duplex est. Alter naturalis est, alter iniectus, & ab aliis communicatus *temor pegado*, hic nobis valde fugiendus, & vincendus est, sicut fuit ille, quo perculsi sunt omnes de exercitu Israël, auditis illis exploratoribus; sic vobis cauendi, & fugiendi omnes, qui vos in formidinem inducunt: *todos los que os amedrentan*, & semper montes opponunt, & insuperabiles difficultates obiiciunt. Sicut cùm puella nobilis adit monasterium exploratura vitam, mores, onera illa an suis humeris paria sint, flagrans desiderio Deo se consecrandi. Impudens religiosa, quæ sub onere gemit, multa obiicit perferenda, & intoleranda vocat: contrà verò oculos, animúmque ad sæcularia propensum, & inflammatum ostendit hoc solum, teporem iniicit virgini, & metu correpta Dei famulatum carcerem, & tristem vitam existimat; nunquam virgo hæc adibit religionis claustra, nisi sit Iosue, qui liberet metu corda, dicens: *Dominus nobiscum est, nolite metuere.* noli timere puella; quæ enim difficilia hæc opposuit, non patefecit, neque narrauit terram esse fluentem *lac & mel*, de cælo cælestibus imbribus irrigari, promissum racemum calicis Christi in crucis hasta pendere, ac denique Deum *nobiscum esse*, quem horret, & refugit dæmon, qui timoris nostri causa erat; sed à nobis iam venit superandus.

a In cap. 46. Ecclesiastici. Vide Salmeron tom. 3. tit. 17. Carthusian. in c. 23. Exodi.

6\. Psal. 103. 26.

Timendi sunt qui à via virtutis nos abducunt.

Iosue 1. 9.

7\. Matth. 4. 1. *Ductus est Iesus à spiritu in desertum, vt tentaretur.* Nihil clarius nostræ imbecillitati dici poterat, ablato nempe timore dæmonis, nihil formidabilius, nihil insuperabilius humanis viribus, quàm illa tentatio, in quam allecti concupiscentia intramus non à Spiritu sancto vocati. Sumite grandem ponderationem à duobus concionatoribus eximiis pro dignitate expensam. Ecclesiasticus, *Communionem mortis scito; quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis.* Intellige (inquit Chrysostomus [b]) te vno gradu à morte non diuidi, scito rem indubitatam, crede vbique tibi insidias, & laqueos præparatos esse. *Et super dolentium arma ambulabis*: *y andaràs sobre las armas delosque dizen hay, hay*; & de vulneribus, & ruina conqueruntur. Putabis super plana ambulare, & super terram liberam insidiis, & super cacumina montium, &, vt legit Græcus, super pinnacula ambulabis. Vides quos pedes, quod ferreum caput, quos Angelos habeas supponentes obuias vlnas, quibus te suscipiant, si gressu erras, si casum miserabilem faceres. *Communionem mortis scito: certifico te hombre, que de ti a la muerte eterna no hay el buelco de vn dado, que sera, si entras en ocasiones? super dolentium arma ambulabis.*

Pericula peccandi fugienda.

Cap. 9. 10.

b Hom. 15. tom. 5.

Finge tibi imaginatione exercitum debellatum ad summam stragem redactum, campum plenum, cadaueribus semimortuis, traiectis gladiis, hastis, equis absque dominis, sanguine madentibus, cælum puluere, fumo, vocibus obductum, trementem terram, sanguine manantem, campum plenum hastis, loricis, thoracibus, galeis contusis, clauis ferreis, ensibus incuruis, scutis, sagittis, bombardis, sclopis, & aliis quamplurimis tumultuarie proiectis, dolentem illum, exhalantem animam alium, alterum manibus sanguinem, & animam comprimentem. Si per mediam hanc cædem, & stragem iuuenem videres equo insidentem sine fræno, sine metu, citharam, & chordas pulsantem, ac canentem, velut si inter flores viridarij alicuius ambularet; nónne temeritatis symbolum vidisses expressum? Quò pergis iuuenis (inquit Chrysostomus) ad ludum, ad plateam, ad fœminam contuendam, colloquendam? audi, ausculta, demitte parum oculos, quem vides? Salomonem nudatum purpura, corona, honore, & fortè etiam Deo: Samsonem tonsum capillis, fortitudine, oculis, honore, Deo: Alcidem expoliatum leonina pelle, claua, face, sapientia, vestitum muliebribus, colu, & fuso occupatum, Dauidem gementem, cinere conspersum, & lacrymis, Holophernem vino, pariter sanguine, & pallore circumfusum; ac denique viros plurimis cælum ipsum tangentes, dicentes: Heu, heu, *dolentium arma.* Vide quid pedibus proteris coronas, thronos, sceptra, purpuras, enses, clauas: & tu inter tot lugentium suspiria, classicum canente cælo, prouocatus à dæmone, instante tantò certamine festiuos dies agis? veste, incessu, cantu, cithara, & ridens, pætulus, crispulus, palatia intras, fœminas inuisis? O temeritatem! Iterum considera *super dolentium arma*, & vide Antonium, Franciscum, Brunum, Bernardum, Pachomium, Paulum, Ignatium, dicentes: *Hay, hay, hay.* Demitte oculos ad terram, quid vides, cilicinas vestes, catenas, compedes, pectines ferreos, lapides, verbera, rubum spinosum, niues, flammas, ignes. Quid est hoc strenui duces? de quo doles Antoni? timeo dæmonem, cuius vt vim, manúsque fugiam, viginti annis eremi cæcam speluncam habitaui. Benedicte quid? terruit me iuuentutis ardor, quem vt effugerem, inter has spinas iacere libuit. Et tu semper virgo Dominice? quod cùm ita sit, vereor tamen ne lectum quietis, & somni inueniat, atque adeò nullum somno locum destinatum habeo. Et tu Francisce? fugio mundi luxuriam, quæ insidias fugienti parauit in itinere, vt opus fuerit niuеos istos globos extruere,

8\.

Strages tristésque tragœdia quas peccatum egit inter mortales describuntur.

9\.

truere, & quasi inter filios, & vxorem decumbere. Quid Bruno? ego vt mundum effugerem, viuorum sepulcra antra solitudinis quæsiui. Et tu Paule? Tu miles acerrime Ignati? quid cum metu? quid cum formidine:

1.Cor.9.27.

Ego equidem castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, &c. ego pariter (inquit Ignatius) in stagnum frigidæ aquæ intraui, vt inhonesti viri flammas in meipso temperarem. Et dum hæc fiunt (tu frater) in omnem occasionem irrumpis, ornatus, loquax, impurus, comptus, plenus confidentia? O insaniam! si quæ vidisti ad meliorem mentem te non reuocant, audi verba Dei.

Matth.4.1.

Ductus est Iesus a spiritu: espero al Espiritu santo, & ieiunio, & oratione munitus, vt nobis documenta præberet, omnem vitandi occasionem mali: hac enim de causa non venit ille in tentationem. Sed

10.

Tentationem adire sine ductu spiritus nō licet.

Accedens tentator. Tentator, & tentatio seipsos exhibent, non te Saluator tradidit tentationi: quis enim non succumbit, si tantum onus super se tollit, quale est occasio?

Matth.4.3.

Dic vt lapides, solam occasionem vt potentissimam proponit: fames enim, & occasio facilè suadent hominem (inquit Chrysostomus.) Dauid non vidit petulantem fœminam, & nihilominus superatus fuit; tu, qui vides videntem te, aspicis aspicientem, sequeris petulantem, qua ratione in occasione non peribis?

Simile.

Finge, aut ex cera confla armatum Herculem, qui tamen igni proximior sit, videbis pariter Herculem quasi resistentem, & conatus, & vires ostentantem, & tamen pariter liquata cera euanescentem, & pereuntem. Sanctior quisque, & potentior (inquit Augustinus) non plus virium, nec sapientiæ, immo nec hominis habet, quàm quod in refugiendo ignem occasionis impendit; tantam enim vim habet occasio, vt etiam renuente voluntate ac affirmante, nolo, non consentio, imbecillitas nostra trahatur, & vincatur à concupiscentiis:

Prou.28.26.

qui confidit in corde suo stultus est. Quid ego fingo Herculem? Facilius iudicauit Samson bellum gerere cum leone, quàm cum occasione peccati. Prædixerat Deus Manue, & matri eius, filium Samsonem futurum esse Nazaræum, qui nec vino, immo nec vuis, & quod ex vino

Cauenda occasio peccati.

fit, vtebantur, & cùm intraret Thamnatha, vineæ ex vtraque parte erant: ex alia autem parte leo in via obuius illi fit; bene vtique posset vitare occursum, & congressum leonis, si per vineas transiret; hoc autem quia in tentationem ipsam ibat, difficilius iudicauit, quàm cum leone congredi.

Iudic.14.6.

Irruit autem spiritus Domini in Samsonem, & dilacerauit leonem,

Psal.13.3.

mas facil le pareciò, y Dios le ayudò para abraçarse con vn leon, que con vna ocasion.

11.

Quòd si tu adis occasionem, & quæris illam, quid opus est dæmonis opera? vel cur miraris si ruas in peccatum? Viderunt tristes captiuos Israëlis, Babylonij illi, qui eos captiuos ferebant, nec de tristitia leuanda curabant: quadam tamen die sumentes vident instrumenta, tunc subleuare mæstitiam volentes inuitant; *Hymnum cantate nobis de canticis Sion: ea vaya vna letra a lo diuino, que aqui la escucharemos*; illi verò tædio affecti respondent; *Quomodo cantabimus canticum Domini*, &c. quomodo? his instrumentis; quorsum enim hæc instrumenta geritis? *donoso melindre, como cantaremos; pues paraque son essos instrumentos, y essos dedos?* Quod ipsi considerantes *in salicibus* suspendimus organa nostra; & Chaldæus legit, *præciderunt pollices præ dolore.* O fœminæ, quot a pœnis æternis liberatæ essent, si maturius vanitatis instrumenta suspendissent, nunc non opus esset digitos præ dolore in inferno mordere: *hay de mi porque mirè? porque espere? porque me pusè en la ocasion?* Verumenimuero etiam ablata occasione Christus non vincitur; quare? quia non ille se tentationi, sed tentatio se illi obiecit: *seguro es el combate, donde la tentacion se viene à vos, y no vos à ella, que de vuestra parte està Dios.* Hoc egregiè ponderauit Augustinus [a]. *Ioseph* (inquit) *ad concupiscentiam prouocatus, & rogatus, aufugit, lacessitus, inuitatus: desafiado huyo.* prouocatio enim in certamen, vim quandam tyrannicam affert: quid

a Gen. 38. ser. de tempore 83.

12.

si non ad vulnera, & non ex odio nata sit rixa, sed ex amore, sed ad risum, ad iocum, ad luxum prouocatio sit? *ad concupiscentiam*, quæ ex se allicit (vt inquit D. Iacobus,) & tamen non offendit: & verò si consideretur in non dissimili occasione lapsus est Dauid; nam vidit fœminam, sed non in cubili vidit vxorem alterius, sed qui vxoratus erat, vidit quam allicere opus erat munusculis, verbis, litteris, & tamen labitur iste rex, & seruus Ioseph solutus solus inuitatus ad omnia in secreto cubili persistit, non labitur; quid causæ Ambrosi in hoc est? quænam alia, nisi Dauidem adiisse occasionem, & quasi per otium prospectasse mulierem se lauantem: istum verò tunc inuitatum cùm suo muneri incumbebat, & in cubile ad rationes rerum componendas intrauerat.

D.Ambr.lib. de Ioseph, c.5.

Excusatur Ioseph Scripturæ testimonio; quia commissum à Domino nequibat deserere obsequium.

Gen.39.

13.

Dic vt lapides. Stultus nónne est, qui sic filium Dei tentat? Ita iudicauit D. Petrus Chrysologus [b], *Miser malus esse vis, sed non potes; cupis tentare, sed nescis, esurienti tenera, non dura offerre debuisti.* Sed pace tanti Patris, ingeniosus mihi videtur, non stultus; scit enim iste malorum auctor metamorphosim rerum facere: aliquando tentat, vt ex lapidibus panes fiant, aliquando, vt panes in lapides conuertantur. Primò enim in tales angustias cogit homines, vt necessitate, & fame compulsi, de quacunque re peccandi occasionem arripiant; & sicut Deus de rebus, quæ præ manibus sunt, miracula suscitabat, vt cùm dicit Moysi, *quid habes in manu tua? virgam.* proiice in terram, & in serpentem mutata est: sic cùm famelicum, & concupiscentiæ ardore flagrantem videt hominem, de lapidibus, qui ad manum sunt, solo verbo *dic, vt lapides*, patratam, & quasi iam conflatam iniquitatem proponit: dum enim semel ardet luxuria cor, semel titillante voluptatis amore, occasionem obiicere curat, & proximiorem, opportuniorem putat; quare continuò seruum, famulam, cognatam, & quem in cubile familiariter intrare videt, proponit, vt de lapidibus, hoc est, terrenis, & fœdissimis mulierculis delectationem hauriatis. Fugite igitur fornicationem, &, vt Ieremias ait, *Vnusquisque à fratre suo se custodiat.* Cap.9.4.

b Ser. 11. de ieiunio, & tantatione.

Industrius est in tentando dæmon.

Secundò

Parciores sunt homines Deo quàm mundo & dæmoni.

Secundò tamen de panibus lapides conflat; cùm videlicet gentem istam bene numatam, & bonis abundantem, in tales etiam angustias redigit, vt omnia sibi, & mundo facillima sint; Deo autem, & proximo iuuando durissima, & difficillima rebus sacris, & piis egestas sit, prophanis autem omnia supersint. Adulteris amicis sæpe, & cum labore aquam tulerat mulier illa de Samaria, & semel Christo postulanti puteus altus est, & funis deest, & in quo hauriat aquam, *Domine, neque in quo haurias habes.* Et fatuus ille Nabal, tonsoribus gregum onera cocti panis non desunt, & quatuor panes ad subleuandum Dauidem non habet. Et diuiti illi omnia affluenter suppetebant; quia de lapidibus alienæ substantiæ panes fecerat sibi: at qui tot panibus scatebat, durissimus erat Lazaro, qui nec de micis mensæ exsaturabatur. Hac autem via aliam transmutationem efficit, nempe damnationem: nam panes suauiter, & abundanter ministratos in lapides conuertit: sicut Prou. 20. 17. admonemur, *Suauis est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo.* Suauis est homini panis mendacio, & iniquitate acquisitus, lucrum mala arte partum; postea verò calculo, seu arena os eius impletur, ipsum lucrum frangit, sicut lapillum dentes: *bien lo lastan losque bien lo hurtan*, eisdem, quibus delectantur, puniuntur. Sic Beda [a]. Duplex tamen sensus occurrit. Prior est, vt de dolore agat, quem patitur ille, qui calculo laborat: suauiter enim cùm edit salem, cùm bibit, haurit arenam: postea tamen in ore vesiculæ lapillus conflatur, qui grauissimis torquet doloribus, ac tandem interitum affert. Ad hoc fortè alludit Augustinus [b], cùm peccata deflens ait: *O mala peccata, quàm faciles aditus, quàm difficiles exitus habetis: ô malos peccados que faciles entradas teneis, y que difficiles salidas.* Malè peperit ille, & parum honestis rationibus bonorum cumulum, venit mors, restitutio instat, ecce dolor calculi, nunc bona dissipanda? nunc expoliandi filij? mensæ, parietes, & thecæ, & quidquid domi splendet? *O mala peccata.* Silet alia puella peccatum, dum reliqua crimina aperit, crescit annis, honore, statu, æstimatione, mordet calculus conscientiam, sed quomodo fateri audeat? cuinam? *O mala peccata, quàm faciles aditus, quàm difficiles exitus habetis.* Vel secundò alludit (vt vult Caietanus) ad calculos, quibus fieri solebant ratiocinia, *piedras de cuenta*, vel ad lapillos illos albos, vel nigros, in quibus bona, & mala sors significabatur, vtrumque significant verba: suauiter enim haurit homo delectationem, & comedit panem mendacij, sed statim sentitur in ore conscientiæ lapillus ratiocinij, vel damnationis: *hay que cuente he de dar à Dios?* Ideo principiis obsta, & dicito dæmoni: *Ego pænitere tanti non emo: no quiero comparar tan cara la piedra del dolor, y escrupulo immortal.*

14. (margin) — Ioan.4.11. — 1.Reg.25. — Luc.16.

Malè parta dolorem & angorem conscientiæ inferunt.

a Apud Iansenium.

b Lib.2. Cõfess.

15. *Restitutio difficilis.*

16. Matth.4.3.

Panes fiant. Quare tu non efficis, & in panes conuertis? sic enim tentatio melior miraculi specie falleret, & panis ipse inuitaret? non est vsus hac arte, in qua peritiores scit esse homines, & mulieres, quæ sic occasiones parant, & componunt, vt industriam, & artem dæmonis superent: complanant enim difficultatis montes, emolliunt lapides. Nusquam ille ludere cogitaret, sed adstare tantùm ludentibus; ecce vnus, qui dæmon non est, sed amicus cubito illum tacitè excitat; eia age, lude, quid moraris? quid deest? numi? ecce tibi. Sedet, ludit, amittit, iurat, blasphemat, irascitur, gladium distringit, perdit vitam, & æternam salutem. Ingreditur lena flagitiosa ad pernitiem adolescentulæ, quæ murus est, & vbera eius sicut turris: lingua tamen sicut malleo mollire incipit, inde enim *mulier*, & secretis lenociniis, igne priùs cor ardet, & blandis verbis adhibitis, passio excitatur, & affectus; tunc crebris ictibus contundit, & quasi massam in quamcumque formam conuertit: *veis la aqui hecha massa la que era piedra, y el demonio se hà tenido las manos en el seno*; illi etenim occasiones componunt: dæmon verò solos lapides offert, dura, & ardua persuadet; ideo D. Chrysostomus [a], *Non res calumniemur, sed nos, nostrúmque torporem: no digais, tentò me el demonio, era de buen parecer: ne dicamus, ne sint mulieres, sed non sint adulteria, non sit pulcritudo; sed non sit turpitudo, non sit venter, sed non sit ebrietas*; lapides enim sunt ista, vide quomodo coquis, condis, & concinnas: *mira como las cocinas, y guisas, quel demonio no pone delante sino piedras.* Dæmon neque edebat, neque bibebat, & damnatus cecidit: Petrus, & Paulus comedebant, & in cælum ascenderunt. Scit socordiam nostram, & prauitatem, qui meliori arte obiectis lapidibus, conflamus iniquitatem. Ideo *dic vt lapides panes fiant.*

Nequior est ad tentandum homo quàm dæmon.

Simile.

Mulier à molliendo dicta.

a Hom.1. tom.5.

Non in solo pane viuit homo. Hoc vno verbo malitiam dæmonis labefactat, verbo (inquam) non opere, vt doceat nos dæmonis vim non vi repellere, sed industria: *que no nos pongamos a luchar abrazo partido con la ocasion; porque nos vencera.* Sic potens ille Deus faciendum docet, dum de illo refert, *Prudentia eius percussit superbum, & obstetricante manu sua eductus est coluber tortuosus: y parteandole, tu le sacaste del mundo.* quasi admonens quòd cùm dæmon tortuosus sit, & sinuosus: *y quando està enroscado, y la tentacion enredada.* Nam & concubina est domi, frequenter cognata conuenienda est, in cuius aspectu offendis, tunc dæmon sicut fœtus sensim educendus, sicut obstetricante manu mulier suauiter infantem parit. Quare opus est industria, & nulla melior, quàm aliò detorquere argumenta, & tentationem diuertere: sicut Saluator, qui cùm dæmon de pane, & fame corporea ageret, detorquet rationem ad famem animi, & panem verbi Dei, *Non in solo pane viuit homo.* habeo, quasi diceret, & animam, & corpus; quare cùm obiicis furtum, iuramentum, fornicationem vt comedam, ad animam rationem refero: ego sum filius Dei, non est anima plusquam esca? vita eius æterna est, cibus cælestis; sicut cùm domus igne conflagrat, quid in casu repentino facies, quid priùs eripere, & saluare contendes, infimam domum, vbi paleæ sunt, aut vbi bestiæ commorantur? minimè, sed vxorem, sed filios, numos, chartas, & litteras magni pretij. Sic grassante tentatione, & ardore passionis deflagrante, quàm citissimè *animam eripe*; venter quid si pereat? quid si corpus debilitetur? Saluetur Ioseph, etiamsi pallium relinquat in manu fœminæ; & sicut

17. Matth.4.4.

Dæmon non vi sed gratia & industria vincendus.

Iob 26.12.

18.

sicut dicebat Apostolus, etiamsi tormenta, &
Act. 20.24. labores mihi parati sint, *nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem, quàm me: en mas estimo yo mi alma, que soi yo, que a mi vida.* &,
2. Cor.4.16. *Licèt is, qui foris est, noster homo corrumpatur: tamen qui intus est, renouatur de die in diem: el hombre de dentro, que es el alma, estimo yo.* Et Ambro-
a In exaëmeron, lib. 6.c.7. sius [a]: *Custodi igitur teipsum; aliud enim nos sumus, alia sunt nostra, alia qua circa nos sunt: nos sumus anima, circa nos pecunia est, serui sunt, & vita huius apparatus.* Ego autem, hoc est, anima mea, non solùm ex pane isto viuit, sed potiùs ex verbo Dei: *iustus* enim *ex fide viuit*, id est, verbis Dei alitur, & reficitur.

19. Matth.4.5. *Constituit eum supra pinnaculum templi.* Seipsum prodit tentator, in hoc saltem agnoscenda tentatio erat: *pusole sobre el terrado del templo, no hauia boueda.* nam semper Saluator in templum intrabat, etiam cùm puer erat, & cùm morti proximus insidias parabât inimici eius; semel autem, cùm dæmoni facultas datur, constituit eum deforis, in eminentiori, & exteriori parte collocat: pinnaculum enim periculosior locus est. Hæc in nostram doctrinam facta sic intelligo, vt videlicet nomine templi dignitates, & munera Ecclesiastica significentur, beneficia, canonicatus, cathedræ, Episcopatus in vnoquoque munere templi; crede sicut in templo duo esse, & partem, quæ foris est, & quæ intra templum est: *hay dentro, y fuera en las dignidades como en el mismo templo.* Non enim frustrà Ezechiel *cap. 41.* metiebatur exteriorem, & inte-
Grādis tentatio & interitus ambitiosi Ecclesiastici. riorem partem templi. Intra templum ingredi, id est, cùm dignitates, & præbendæ obtinentur in Dei gloriam, & ex animarum zelo: quod foris est, est id, quod dignitatem consequitur accessorium, honor, delitiæ, æstimatio, diuitiæ. Cùm Christus Dominus aliquem ad dignitatem prouehit, intra templum ducit, zeli nempe, & gloriæ Dei, & animarum lucri, vt illius causa labores, annos, vitamque profundat. Quos verò dæmon vehit, ad exteriora, altiora, & periculo plena ducit; in excelso gradu ero vacuus omni cura animarum, diuitiis plenus, cutem curabo: *el diablo os lleua al tem-*
20. *plo, mirad por vos.* Præterea quem Christus ad dignitatem prouehit, idoneum facit, & gratiæ auxilia confert: quem verò dæmon, in pinnaculo relinquit omni vento tentationum expositum; ac tandem in hoc tantùm res tota deducitur, *vt mittat se deorsum*; quia cùm praua intentio fuerit, & vtplurimum non habeant illi requisitas qualitates ad dignitatem, opus est, aut defungi munere, aut Deum offendere; tunc accedit tentator, & acriter vrget, dicens: Quid hoc? nunc retro cedis? *ea animo, que no conuiene aqui mostrar flaqueza:* quid ergo faciendum?
Matth.4.6. *mitte te deorsum: haze vn peccado, cubri vuestra falta.* Sacrum celebrare opus est, obstat ex alia parte peccatum, *age, mitte te deorsum.* Quare timete eos, quos videtis cathedras regere, sedes, pulpita: ibi enim quasi in præcipitio positas habent animas, & qui eos eminentiora mu-
Isai.9.16. nera obire fecerunt: *& erunt qui beatificant populum istum, & qui beatificantur præcipitati.* Quare nihil aliud respondit Magister vitæ, nisi,
Matth.4.7. *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Ascendere enim indignum in dignitatem, quid est, nisi tentare Deum? ascendere aliorum ope, non meritis, opus dæmonis est, non Christi. Quare ergo expectabis manus, & vlnas Angelorum? magna enim iniustitia est cogere Deum, vt saltus, & casus tuos confirmet, & incolumes faciat, & confracta capita sanet, bona perdita restituat, non illius gratia, sed dæmonis causa facta. Succurrit Deus de cælo Abrahæ filium immolanti, & substituit arietem in eius locum; quare? quia iusserit ille facinus istud, quod tentationem vocauit. Iephthe verò filiam sacrificanti non auxiliatus est; quia Deus non induxit illum in tentationem. Vide quò ascendas, ne cupiens descendere vel Deum tentes, vel in æternum pereas.

Hæc omnia tibi dabo. Hæc ostendit vel in 21.
charta descripta, vt Theophylactus, Chryso- Matth.4.9.
stomus, Druthmarus putant, vel, vt Lucas, in momento temporis: *omnis potentatus vita bre-* Eccli.10.11.
uis; & multi propter hoc laborant, immo dæmonis mancipia sunt. Seneca: *Multi per multas indignitates ad vnam dignitatem nituntur, vt vno anno imperent, multos annos conterunt, laborant in titulum sepulcri: en hazer hazañas para que el epitaphio las diga despues de el muerto.* Horum errorem labefactare opus est; *hæc* Magnitur dæmon, nihil habet suū quod promittat.
omnia tibi dabo, nihil habet, quod tibi tribuat dæmon, in hac præclara occasione non dat, sed promittit, vtique nunquam dabit. Adde, quod inquit, *hæc omnia tib dabo* (& erat mundus, regna, & eorum gloria) hæc omnia dabis; ergo nemini quidquam dedisti, siquidem reposita habes? qui ergo Alexandro, Cæsari, & aliis nihil dedit; credam ego quòd tibi fortè tenui, & imbecillo dabit? Mirifica fuit etiam occasio dandi Iobo, cùm Dominus illi bona cumulauerat; *Nunquid frustrà Iob timet Deum: ea* Iob 1.9.
señor salgamos à torneo, yo hare bueno, que es peccador Iob. Quibus armis efficies rem grandem? auferendo, compilando, vastando domos, pecora, filios. Erras (auare) arma potentiam contra potentiam Dei, largitatem contra largitatem: *pelea de poder a poder como gran principe, y muestra que le puedes tu dar mas à Iob, y quiza se harà de tu bando.* minimè, nescit dare, sed auferre, & dum in hac amplissima occasione non dat, sed diripit, vanus est, qui sperat ab illo aliquid accepturum. Quare valde credibile est pissima Christi viscera doluisse maximè vicem nostram, cùm dæmon ante oculos poneret vmbratilem illam rerum omnium picturam, vecordiam humani generis dolens, & rerum vilitatem, & vanitatem, ob quam mortales Dolet Christus Dominus errorem nostrum.
æternum pro temporali commutant. O quàm ab imo pectore suspiria ducebat per id tempus quadraginta dierum, quando supra frigida saxa in noctis silentio flexis genibus orabat. Somno, & tenebris animantia bruta sepulta iacebant, cùm ab altissimis eius oculis lacrymarum riuuli profluebant, & querula voce ho- 22.
minum corda vulnerabat: *Filij hominum vsque-* Psal.4.3.
quò graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Vsquequo graui corde? vsquequo diligitis vanitatem? vsquequo seruietis dæmoni? Ecce ego veni in libertatem vos asserere pretio lacrymarum, & sanguinis. Ibant, & redibant splendentia lumina cæli, & quasi attonita cursum remorantur, creatorem sic solicitum, & anxium speculantia, sol occidebat, luna cursum peragit, & animorum amator diuturno ieiunio, in nocturno clamore, & lacrymis assiduus erat. Iuuenis electus ex millibus

ætate

Digitized by Google

ætate florens triginta annorum, pallidus mœrore, & ieiunio confectus, aureo illo splendore obscurato, nubibus, obductis oculis, pulcris genis, lacrymarum riuulis perfusis, singultibus resonantibus per antra solitudinis, quibus bonus pater mortem animarum flebat, quibus pastor amans quasi blando sibilo ouem errantem reuocabat. Sed, quod grauius est Domine, super lacrymas tuas, hoc est, causam nempe illarum persistere, vecordiam scilicet generis humani. Venite Angeli, properate, colligite lacrymas, adducite fercula gloriæ, ne citius quàm par est, agnus iste moriatur. Age Rex gloriæ, parce gemitibus, parce angori, manum porrige, benedic his, quæ apposita sunt. Vnde attulistis hæc? Bonauentura asserit de domo matris Mariæ sanctissimæ. Iucundissima sunt Domine, & tibi præparata, vt nos tanquam catelli micas, quæ cadunt de mensa tua, delitias excipiamus, gratiam, amorem, & gloriam.

VERBVM DEI.
Matthæi 4. v. 1.

Ductus est Iesus à Spiritu in desertum, vt tentaretur à diabolo.

Nostri gratia dimicationem cum dæmone non detrectat, sed perempto mortalium hoste ad bella spiritualia instruit.

DISCVRSVS XLIV.

1. ETSI ænigmatico loquendi modo futura Christi mysteria ore Patriarcharum videtur almus Spiritus attigisse; ipsis tamen, si rectè expendantur, testatum reliquit, quid in vnaquaque figura, quid in quolibet facto, aut euentu velit repræsentari; ita vt antiqua non parum lucis futuris afferre videantur. Liquet hoc maximè in paterna illa benedictione, qua senex Iacob filium Gad pro-
Gen. 49. 19. secutus est: *Gad* (inquit) *accinctus præliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum: irà Gad delante del Tribu de Dan en la pelea, y irà aprestado de armas por delante, y por las espaldas.* Quid opus est dicere antè, & retrò tectum, & munitum processurum? nónne sat esset dicere vndique instructum armis, ante tribum Dan ducis munere functurum? Eucherius, & alij apud Lippomanum, & Interlinealis locum de Christi persona interpretantur, qui duplici armorum genere vtitur, aliis humanis, aliis diuinis. Humanis ludit hodierna die tentationis, postea diuinis se Deum esse ostensurus. Fauet huic expositioni translatio Septuaginta: *Gad tentatio tentabit eum, & ipse tentabit eum secus pedes: à Gad la tentacion le tentarà, mas al tentador el le tentarà hechanle alos pies.* Sed quia semper difficile manet verbum illud *retrorsum, & præliabitur ante eum*, nempe ante Dan, alio difficiliori Apocalypsis loco iam ex-
Apoc. 20. 1. plicabo. *Vidi* (inquit Ioannes) *Angelum descendentem de cælo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua & apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus, & satanas; & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat ampliùs gentes, donec consummentur mille anni,* (nota hæc verba) *& post hæc oportet illum solui modico tempore.* Meminisse te oportet historiam Tobiæ, vbi de nuptiis Tobiæ 8. 3.
Saræ, & Tobiæ agitur, & sicut vt Sara tran- 2.
quillè suo iam frueretur matrimonio, necesse fuit, vt Angelus Raphaël (hoc est, medicina Dei) dæmonem colligeret; ita pariter post perturbationem, quam passa est Ecclesia Dei primitiua à Romanis, pax desiderata venit, quæ vt à nemine esset perturbanda, satan per mille annos alligandus introducitur à Christo Domino, qui verè est medicina Dei, qui eius contritionem sanauit, & securum reddidit, dæmonem ab ipso alligandum fore. Sciat tamen *post hæc*, id est, tempore Antichristi, oportere illum *solui modico tempore. La vanguardia de los Martyres padecio: mas vencio con Christo. La retaguardia tan bien padecerà: mas vencerà en Christo, el cuerpo del exercito somos nos otros, y viuimos en paZ: porque el demonio està cerrado con llaue, cadena, y sello, y si nos tienta, es porque como ladron abre con ganZuo, o, vsurpa el sello real.* Itaque iam habemus bellum à parte antè in prima acie, & bellum postremum à tergo in postrema acie. Igitur sicut in prima acie, & postrema fortissimi quique milites collocantur, ita in prioribus Christianæ Ecclesiæ militibus, & in postremis tempore Antichristi virtus, robur animi, diuino suffragante auxilio maximè patefiet: *hechose de ver, y hecharà se de ver que Christo iua hecho capitan armado delante con los Martyres, y a las espaldas con los del tiempo del Antichristo.* Tenebit Gad noster primam aciem, armabit etiam postremam, & hoc est, *accingetur retrorsum.* Sed præter hoc Gen. 49. 19
quasi Angelus in auxilium, & medicinam missus, pacis mille, id est, innumeros annos dabit Ecclesiæ alligato satana. Videamus iam quibus armis alligat dæmonem, *claue, catena magna, & sigillo. Claue* (vt notat Augustinus [a]) quia interdixit ei ne possit exire: *catena magna*, vt irretitus, & præpeditus sit, ne dimo- 3.
ueri (nedum prodire) queat: *sigillo* denique, vt vel occultentur ei Ecclesiæ mysteria (vt putat Augustinus.) *Significasse mihi videtur quod occultum esse voluit, qui pertineant ad partem diaboli, & qui non pertineant.* Vel secundò sigillo clausus dicitur, vt cognoscatur regia, & diuina auctoritas, & securus reddatur quisque neminem ausurum semel obseratam ianuam reserare, sicut fecisse legimus ministros iussu regis, *signantes lacum annulo regis.* Dan. 14. 13.
Clausus ergo dæmon seducere nequit prædestinatos, immo neque tentare, nisi vel adulterando clauem, & seram voluntatis: *haZese ladron de ganZua.* vel quia nos oscitanter accedimus ad eum vinctum catena; vel quia ille vsurpat regium sigillum, & se dominum vniuersi audet prædicare. quod præuidens Spiritus sanctus sic per Hieronymum legit: *Gad latrunculus latrocinabitur eum: vendrà à dar sobre Gad vn ladroncillo.* Frustrà tamen astutia, & fallacia oppugnat Ecclesiam, cuius Dux est Christus, *qui accingetur retrorsum*, hoc est, arma diuinitatis abscondet, & suo tempore deprômet, & ante

Dæmonis alligatio quid significet.

a Lib. 20. de ciuit. c. 70.

Digitized by Google

ante pedes eius victus stabit dæmon, *& reliquit eum diabolus*; nos verò interim Gad ducem nostrum bella nostra prælianteni contemplemur.

Matth. 4. 11. SVMMA CONCIONIS.

4. Matth. 4. 1. *Ductus est Iesus à Spiritu in desertum.* Cùm res noua accidit, & diuersimodè à diuersis fide dignis refertur, signum est mysterij aliquid in re esse; ita vt vera nunciare omnes certum sit. S. Marcus dicit, *Statim spiritus expulit eum in desertum.* D. Lucas, *Agebatur à spiritu in desertum*, addit Marcus, *eratque cum bestiis.* Quid noui accidit Christo meo? filius Dei repulsus? nónne iste est, in cuius conspectu turbatus adfuit præcursor, qui regum conspectum non timebat? nónne iste est à cælo præsignatus, & filius Dei declaratus, in cuius capite requieuit columba, æterna in laude versatus, honoribus iam saturatus à prima nocte, qua in terram pedem intulit? Statuo primò rem esse tam grauem tentari Christum, vt si in aliquo Patris voluntati repugnaret, id esset in subterfugiendo tentationis locum; nam ad crucem ferebatur vt innocens, & nulla inuenta in eo causa: at verò ad desertum infertur, expellitur, & agitatur, vel cum suspicione peccati saltem in æstimatione hominum, vel vt per tentationem prouocetur ad peccandum, quod grauius est ipsa cruce; nam per mortem desineret esse Deus, per peccatum desineret esse homo. Itaque iam agitur de honore humanitatis, aliquid noui accidit illi. Vis scire quid noui accidit? verum est filium Dei peccatum non habere; sed quia in Baptismo se quasi peccatorem gessit: *hizo del peccador*, & venit ad Iordanem inter peccatores: ea tamen imago, ea signa ex seipsis ita offendunt Patrem cælestem, vt vix perspectis illis expulerit eum spiritus. Dicam, si

Cap. 1. 12. Cap. 4. 1. Non vacant mysterio varia lectiones huius loci.

5. ausim dicere (sed tua pace mi Christe) rem grandem, amoris plenam, & à tua charitate non alienam: contingit speciosam virginem à parentibus eximiè dilectam, iam proximè ducendam sponso in suspicionem venire honestatis deperditæ; vel quia inter impudicas liberè vagari libuit; vel quia petulans homo circundare illam, & ad se pertrahere ausus fuit: mouetur mater suspicione multa obseruare, colorem, tædium cibi, vigilias, anxietates, insuauem dicendi modum, gressus tarditatem, ventrisque tumorem. Quid tum agat, cogit eam quantocius vrbem, domúmque deserere, & in villam diuertere, vbi si quid tentandum, experiendúmve sit, in silentio transigatur: si fortè autem dolores ingruant partus, præcursores & in solitudine sine teste excipiantur, & fœtus tectus, & occultus maneat. Videas tunc innocentem fœminam ea, quæ est in parentes obedientia prædita, duci blandè: propter suspicionem autem, & speciem mali concepti expellitur, agitatur in desertum à patre. Putabas ô HOMO, sine dolore, sine cruciatu partus denuò nasci posse? existimabas vitam omnibus vitiis sordidatam sine angore in bonam frugem, in mores sanctos subitò commutandam? Audi quid propter te honestissimæ, & innocentissimæ humanitati Christi contigerit. Vix Pater in Iordane laudauerat, vix spiritus in eius capite requieuerat, vix munus Præcursor summa cum demissione expleuerat, cùm æterni Patris animum subit suspicio (si fas est dicere) & diuinus Spiritus nostra crimina suscepisse Seruatorem videt, & statim in desertum impulit, & quasi agitabat: purissima tamen humanitas duci dicitur, quia & Patri obtemperabat, & tentari in deserto iam volebat, vt nos acceptæ nouæ vitæ beneficium æstimare, & similibus doloribus, & cruciatibus pœnitentiæ libenter assumptis partum eius iuuare enitamur. Dixi iam quod volebam (piissima mea mater) nec à Patrum doctrina, nec à Philosophia naturali, nec à veritate alienum est. Ne miremini (inquit Cyrillus Alex. [a]) ieiunare Moysem quadraginta diebus, qui quodammodo populum illum parturiebat; *idem quoque propter nos ipsos existimandum est fecisse, & pertulisse Christum: reformabatur enim in eo ad sanctificationem humana natura, quæ ab initio in homine primùm formato per intemperatum appetitum peccati, transgressionisque macula fuerat inquinata.* Confirmat hoc medicorum doctrina, humanum fœtum vix formam, & figuram hominis habere, nisi expletis quadraginta diebus, in quibus (si aduertas) tædia, vigiliæ, febriculæ accidunt. Volebat igitur vna die (quod vt mirabile ab Isaia [b] prædicatum est) nouos homines eremi accolas, virgines Martyres, confessores in lucem emittere; ideo tristatur, febricitat amore, ieiunat, vigilat, orat, angitur, cruciatur doloribus, ita vt possimus verbis Michææ consolari matrem nostram [c]; *Dole, & satage filia Sion quasi parturiens; quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione.* Septuaginta, *& habitabis in campo.* Dole non tua crimina, sed mea, dole, vt doleat mihi peccasse, dole ingratitudinem nostram, dole antiqua peccata, quæ concepit mundus, ne noua committat; dole, quia ad hoc habitas in campo, ad hoc te expulit in desertum spiritus, vt doleas vicem meam, si ex hac die nouus non nascor homo; dole denique vt nouerint concionatores numquam nouos edidisse fœtus Christum, & Ecclesiam sine dolore, sine cruciatibus, sine clamoribus orationis, & prædicationis. *Clamabat parturiens, & cruciabatur, vt pariat*; & quomodo clamabat? ecce: *Filioli mei, quos iterum parturio.* Chrysostomus [d]: *Apostolus hic matrem refert de liberis trepidantem: vides paterna, immo materna viscera, vides anxietatem, vides qualem emittat eiulatum multo tristiorem, quàm solet esse parturientium?* hæc patior cum ingenti labore, & dolore, vt Christum, Christique fidem, & spiritum in vobis efformem, & à vobis auferam peccatum, cuius imago ita fœda, & grauis est Deo, vt columba illa spiritus, quæ sine felle est, statim ac vidit Christum imaginem peccatoris referre, & quasi grauidatam humanitatem peccatis, quæ non fecerat, statim *expulit eum in desertum, vt tentaretur à diabolo.*

Species & forma peccatoris multa indigna pertulit Christus. Simile.

Noui hominis reformatio quos dolores & ærumnas attulit Christo.

6.

a Lib. 8. de charitate in fratres.

7.

b Cap. 66. *Quis audiuit vnquam tale, & quis vidit huic simile? nunquid parturiet terra in die vna, aut parietur gens simul.*

c Cap. 4. 10.

Apoc. 12. 2.

Galat. 4. 19.

d Ibid.

Matth. 4. 1.

8. *Et cùm ieiunasset.* Pergit in desertum, non ad delitias, sed ad sumenda arma ex ipso Iordane, vt ostendat, simus licèt puri, & sancti, sicut recens baptizatus puer, adhuc opportunum esse ieiunium, vt armet Christianum militem, & maiora peccata vitemus. Ideo odit conuiuia: scit enim Deus mortales facilè ab epulis ad grauiora crimina labi solere, ideo studiosè prohibet, quod causa malorum est. Iubebat Exod. 22. 1. *Si quis furatus fuerit bouem, aut*

Marc. 1. 12.

A conuiuiis ad alia vitia via est facilis.

Digitized by Google

aut ouem, & occiderit, vel vendiderit, quinque boues pro vno boue restituet, & quatuor oues pro vna oue. Casus de furto vnius ouis expressè habetur 2. Regum 12. 6. vbi Dauid punitur, & quatuor filios amittit; quia ouem vnam, hoc est, vxorem alienam rapuit. Et ad quid rapuit? *vt exhiberet conuiuium peregrino: para satisfacer à vn antojo, que entro en su alma como peregrino.* Rogo tamen, hospes iste non fuit cogitatio, & appetitus alienæ vxoris vsurpandæ, qua ratione vocatur conuiuium? ideo nempe, quia ab vno vitio in aliud facilis est lapsus, ab otio ad mensam, à cibo ad vinum, in vino est luxuria, ideo luxuriam, & adulterium vocat conuiuium. Quare tamen furtum vnius ouis quatuor ouium restitutione punitur: at verò, *siquis furatus fuerit* (sic legunt Septuaginta) *vitulum, quinque vitulos reddet pro vitulo?* Quidam respondent, nomine bouis, vel vituli intelligi etiam vaccam, cuius tot sunt emolumenta, & vsus, vt eius furtum multis debeat resarciri. Insufficiens ratio, cùm ouis etiam carne, lacte, pelle, im-
9. mo & stercore terram satiat. Lyra respondet, tantam iniungi pœnam propter facilitatem, qua furari quis poterat vitulum; aurum enim quis non seruat? minores pecudes gregatim ambulantes vel à pastore, vel à cane seruantur: vitulus autem pascitur in montibus singularis, & vbi à quouis transeuntium possit rapi, altiori tamen consilio, lege cautum est, ne quis vitulum audeat furari, sciebat enim Spiritus sanctus principiis obstandum esse, & extremi mali causam amputandam. Pondera-
Psalm. 2. uit hoc Augustinus in illud, *Dixerunt impij apud se non rectè cogitantes, cœpit corruptio à mala fide, inde itur in turpes mores, inde in acerrimas iniquitates, gradus isti sunt.* & quid dixe-
Sap. 2. 8. runt? *Comedamus, & bibamus, coronemus nos rosis, antequam marcescant, dixerunt apud se.* Iam hospes est domi: *ya està el huesped en casa, el mal pensamiento: non rectè cogitantes,* quid inde? conuiuia exhibere opus est; & quid insu-
Ibid. 9. per? *nemo nostrùm exors sit luxuriæ nostræ.* Et vbi inuenietis vestri appetitus satietatem, &
Ibid. 8. expletionem? vbi? in pratis. *nullum sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra: ellos toparan con el vecerro solo, y inocente.* Ita factum est, nam post delitias, rosas, epulas, viridaria, musicam, statim de ligno, de laqueo, de cruce, de gladio, & de morte inno-
Ibid. 10. centis colloquuntur. *Opprimamus pauperem*
10. *iustum, contumelia, & tormento interrogemus eum, morte turpissima condemnemus eum.* Vides vt labamur in peccatum, ideo Deus lege cauit furti, vt ab otio, & mensa non laberetur rex Iuda in adulterium, & turpe homicidium: sed etiam ne Hierosolyma talem amentiam imitaretur, grauiori pœna præcauere voluit furtum vituli, ne gulæ causa, & delitiarum conseruandi gratia principes delitiosi vitulum innocentissimum Christum in crucis lanienam tollerent, morte turpissima damnatum. *Proueyò con diuino acuerdo contra el hurto de la oueja, y del vecerro; porque no sucediesse, que como por cumplir vn antojo el Rey de Iudea hauia hurtado vna oueja. El Reyno despues por no perder sus regales die se muerte al vecerro innocente Christo: à tal estremo lleua la gula à los hombres, como ellos lo dizen, pues de rosas, y risas saltan à tratar de dar muerte al iusto,* circumueniamus iustum. Ideo Gad noster contra dæmonem, quasi contra latronem nos armat, *latrunculus latrocinabitur eum*; quia latrones cùm non valent reserare fores, nec fenestras, quærunt latrunculum, qui per foramen aliquod introgressus patentiores ab intus pandat fenestras, & fores. Sic gula non maximum peccatorum est, illam tamen per os hominis immittit dæmon, vt per illam omni vitiorum multitudini liber in animam pateat aditus: hac de causa os nostrum ieiunij fræno comprimit Christus (inquit Antiochus.[a]) *Abstinentia frænum est, quo maxillas eorum comprimit, qui non approximant ad se: no lo haze Dios de escaso, ni mezquino.* Sed, vt ait Glossa, vt ieiunio, & abstinentia quasi fræno possis ad te pertrahere, sicut & equum, vt dixit Iacobus. *Si autem equis fræna in ora mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus.* Christus autem frænum corpori suo adhibuit, non ob necessitatem, sed ob elegantiam, visus enim est à Ioanne equo insidens
albo; opus erat equum non sine fræno esse, 11.
immo inter bestias fræno, & ieiunio suo ora eorum frænare poterat: Daniel enim in locum leonum missus leones ipsos domuit ieiunio. *Erat ergo Dei filius cum bestiis*, vt ieiunio cicuraret leones, superbos (inquam) reges, vulpes callidas, lascinos tauros. *Postea esuriit.* Ecce in equo albo sedentem filium Dei. Quò pergis nobilissime eques accinctus ad prælium? quare fræno stricto comprimis equum corporis tui? animas mihi conciliare volo, quæ non approximant ad me; & quo fræno? meo ieiunio: quis enim me ieiunante non ieiunat? O Domine, tu ieiunasti, sed non esuriisti, nisi postea: falleris (inquit) sed tali amore ieiunaui, vt non ieiunasse dicerem, si amorem, & voluntatem considero, sicut cùm quis libens, & gaudens aliquid agit, solet dicere: Quid ego ago in hoc, nihil; ita Seruator noster postea esuriisse dicitur, quia quadragesimam ita ieiunauit, vt nihil præ amoris ardore *egisse videatur, que hago yo en ayunar?* Quòd si modò esurire dicor, ideo est, vt amorem etiam ostendam, & vt credas dæmonem non inuenisse ostium tentationis, quousque cibi indigentiam vidit. Quod optimè notauit D. Basilius[b], *Vide* (inquit) *quam mirabiliter ille tentatori per esuritionem præbuit ansam, alioquin propter diuinæ naturæ sublimitatem non patet ad illum aditus diabolo, nisi se per esuritionem ad huma-*
nam imbecillitatem submisisset. Et sicut Gad no- 12.
ster diuinitate erat accinctus, ita nos quodammodo ieiunio vndique cingit, & armat. Ita Concilium Seleuciæ[c]. *Qui ieiunant, audiant Prophetam, dicentem: Operui ieiunio animam meam; ergo qui non ieiunat, intectus, & nudus patet vulneri: nam si Adam se texisset in ieiunio, non fuisset nudus effectus.* Sed postquam esuriit Dominus, ansam præbuit inimico tentandi illum.

Et accedens tentator. More latronum ex me- 13.
diis adoritur homines: scit enim per quam Matth. 4. 3.
partem aggredi oporteat, & pedetentim, ne sentiri

Marginal notes (right column): *Ieiunium frænum est.* — a Hom. 6. de abstinentia. — Cap. 3. 3. — Marc. 1. 13. — Luc. 4. 2. — *Per indigentiam cibi incursus incipit dæmonis.* — b Hom. de ieiunio Christi. — c Epist. ad Siricium Pap.

ſentiri contingat : *Gad latrunculus latrocinabitur.* Agnoſcite illum (inquit Iſidorus Peluſiota ᵃ.) nam *non ſimpliciter adoritur callidus ille prædo , ſed exploratis prius , atque cognitis animæ propenſionibus ; ita dæmon aggreditur , ac machinas ſuas inſtruit.* Et quæ ſunt iſtæ ?

ᵃ Lib. 3. epiſt c. 385. *Calliditas dæmonis in tentando.*

Math.4.3. * *Si filius Dei es , dic vt lapides iſti panes fiant.* Vide quàm callidè tentat nos , qui ſic optime obſeruauit , niſi per eſuritionem , & cibum, nullum ad Chriſtum aditum patere ; quare enim (rogat Peluſiota) non tentauit Iudam peccato luxuriæ? *quia partem illam ſignatam præſidiis videbat* ; & quare in auaritiam impulit ? *quoniam ex crumena furto in ſpem venit , vt ipſe ad proditionem quoque facilè ſe conferret.* euoluit enim libro aduocati , & negotiatoris ſcripta , & arcas auarorum , & crumenas , vt vnicuique laqueum adoptet damnationis , immo & ipſum Dei filium aggredi audet. Vide qua parte , & quàm callide ?

14\. *Si filius Dei es.* Statuo primò dæmonem teſtimoniis , operibus , & miraculis conuictum fuiſſe , credere Chriſtum eſſe verum Meſſiam , & Dei filium *. Sed iuſſus eſt tacere (inquit Hieronymus ,) quia ſciens Deum non ſicut Deum glorificauit. Idem aſſerit Chryſoſtomus ᵃ ; quare in deſerto etiam cognouit *. Sed ſic tentat , vt exploret , & ſic explorat , vt tentet. Vnde illud *ſi* , vim habet illationis conſequentiæ , quam ſic format : *Seruus Dei poſitus in anguſtiis , & indigentia , nulla ratione debet in Deum peccare , quin potius ab eo miracula expectare ; ergo tu cùm ſis filius Dei in talibus famis , anguſtiis , teneris miracula poſcere : ſit ergo miraculum , vt lapides iſti , qui præ manibus ſunt , dicto tuo panes continuò fiant.* Siſte dæmon nequiſſime ; nam optimam propoſitionem dixiſti , ſi mihi probas conſequentiam : probo (inquit) perfacilè & libenter ; nam facilius eſt Deo omnes naturæ leges perfringere , & tranſilire , quàm te leges gratiæ eius tranſgredi peccando : ſed tu vtpote Dei filius nec vis , nec poteris peccare ; debes ergo ſperare , immo

15\. expoſcere miraculum ; dic ergo , *vt lapides iſti panes fiant.* O bonam argumentandi rationem. Sume (quæſo) Chriſtiane ex ore dæmonis ſalutem : prius à Deo expoſcere , & expectare debeo miracula , quàm peccatum perpetrare. Accedit quaſi latrunculus turpis fœmina , & ſubtriſti vultu , & ſubmiſſa voce virginem pellicere , vel matrem eius tentare cupiens , vnde honorem , menſam , ornatum ſuſtentas ? crede mihi honorem , & annue ei , qui te alere , & colere cupit ; nam neque ex miraculo victura es. O nefas , falſum locuta es ; nam à dæmone ipſo edocta ſum , potius miraculis ſperare remedium , quàm peccatis. Quam ſcientiam non ignorauit pudica illa fœmina , cùm in illa publica actione coram duobus ſenibus aduocatis ſuam defendit honeſtatem , & mariti honorem ; ſi veſtræ voluptati obtempero , in Deum pecco , ſi non obtempero , veſtras effugere manus abſque miraculo nequeo ; igitur ad miraculum appello : nam facilius eſt a Deo ſperare miraculum , quàm me Dei ſeruam in eum peccatum perpetrare. Hoc

* S. Thom. 3 p. q. 44. art. 4. Aug. lib. 9. de ciuit. cap. 21. Chriſtus tantum innotuit dæmonibus, quantum voluit. Dionyſ. Carthuſ. ſuper 4. Lucæ , & Marci 1. citatur Abulenſis , Scotus,& Caiet. non euidenter cognouiſſe: quia ſi cognouiſſent , numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. 1. Cor. 2. ſed cognouiſſe verè affirmat D. Ambr. ſuper 1. ad Cor. 2. Aug. q. noui Teſtam. & veteris q. 66. & Beda lib. 2. in Luc. c. 4.

ᵃ Hom. 5. in Marcum.

* Sic ſentit Rupert. ſed ſperabat miracula videre , qui iam illum ex Scriptura, & partu, & cõceptione cognouerat.

Miraculum potius expectandum quàm licet peccato dandum.

punctum eſt examinis , in quo dæmon animam probat, vel tibi peccandum , vel naturaliter pereundum. Reſpondeo non peccandum , ſed ſupernaturaliter remedium ſperandum. Quam doctrinam vtpote veriſſimam firmiſſimis niti fundamentis probandum eſt. Nititur ergo in probatione conſequentis : Deo enim facilius eſt naturalem a ſe latam legem infringere , quàm animam in peccatum ruere. Fortè non ſuppetunt exempla ? agite pueri , vel ſtatua vobis colenda eſt , vel in fornacem ardentiſſimam proiiciendi ; nam niſi per miraculum euaſio nulla eſt, igitur ingrediamur ; facilius enim erit vincula manuum , & legem igni datam adurendi ſoluere Deum , quam nos alterum præter Deum adorare. Probat ſecundò Origenes ᵃ , dum captiui tenentur filij Iſraël, & penſo impoſito de lateribus elaborandis , cùm ex 16.
vna parte paleæ non dantur , ex alia penſi quotidiani ratio expoſtulatur , qua non reddita in terga eorum flagellum crudeliter deſæuiebat , in tales anguſtias rediguntur , vt in iram priùs, poſtea in blaſphemias prolaberentur , & inde in extremam de Deo deſperationem ruerent ; vt igitur ſic abiecta , ſic conculcata gens peccati periculum non ſubeat , age inuertatur orbis , inuentur naturæ rerum , tenebris cælum obſcuretur , aër culicibus ſcateat , aquæ vertantur in ſanguinem , & ranæ conſlent exercitum , aciem inſtruant , vrbes intrent , & Dei inimicos irrumpant, ne filij Dei peccati periculum ſubeant : nulla enim obſidionum anguſtior ipſa occaſione peccandi , quam vt leuaret Deus, omnem creatarum rerum exercitum mouit , & naturam compulit permutare. Maiorem admirationem affert , quod ſequitur. Non poteſt Deus peccare , ſed neque Chriſtus , quia Deus eſt ; ſed cùm fieri homo vellet , ex illa parte Adami , quam hæreditabat mater , formidare poterat inclinationem , & propenſionem aliquam à ruſtico venientem ſanguine , quo mali alicuius occaſio præberetur. Quid agat Deus, vt vmbram iſtam peccati omnino fugiat ? noluit ſtatim fieri homo , ne immediatè natus ex ipſo fonte humani generis vitium hauſiſſe putaretur. Igitur ſæcula in ſuis quaſi horologiis ſuper rotas conſtituit , & rogatus , vt accelerarct aduentum , reſpondebat : *Adhuc modicum , & ego commouebo cælum , & terram.* in- 17.
terim autem legem adinuenit , quæ plures purificationes , cibi leges adhiberet , vt ex aquæductibus , per quos ſanguinem tranſire neceſſe erat , & à progenitoribus vſque ad virginem , peccati labem , & ſaporem Adami tolleret. Et inſuper virginem ſine peccati originalis macula conditam gratiæ plenitudine ſæpius cumulauit , vt ex puriſſimo ſanguine optimam nouus Adam inclinationem hauriret. O Domine , quid moliris ? teneris ex hoc innumera patrare prodigia , teneris longiſſimis ſæculis cunctari , & teſtudineo paſſu venire ; teneris legem ſancire cum ingenti pauperum , & vitæ animantium diſpendio : teneris ex virgine nouo , & inaudito modo naſci , teneris honorem matris (nempe ſine labe conceptam , & ex alia parte Adami labores ferentem) defendere : teneris quaſi immenſam gratiam vni virgini infundere. Libenter igitur peragam iſta (inquit) ne aliqua , vel minima peccati

Confirmatur in impiis & tentatione appellandum ad miraculum.

ᵃ In Exod. 16.

Confirmatur ſecundò eadem ratio.

Agg. 2.7.

D. Petrus. *Qui peccatum non fecit , nec inuentus eſt dolus in ore eius :* vnde ſumitur argumentum puriſſimæ conceptionis matris. Vide P. Sal. in hunc locum epiſt. B. Petri, com. vltimo.

Digitized by Google

cati suspicio detur, vt notum sit hominibus, sicut est impossibile Dei naturalem filium peccare, nec posse peccare, sic (sua debita proportione) contrarium esse filio adoptionis actu peccare hoc, vel illo peccato: & sicut vt Christus semel delinqueret, opus erat omnem naturam inuertere, thronum Dei deficere, & retrorsum abire omnes mundi leges; ita quodammodo cùm iustus peccat, summam suæ naturæ vim infert, & omnes creaturarum rotas frangit, & orbes gratiæ conturbat; ita vt in dubio positus consultius sit miraculum expectare, quia filius Dei est, quàm peccare.

18. Ex his liquet quàm aptè, & subtiliter Christus respondeat arguenti dæmoni: Nihil est medij, aut perire, aut miracula petere. Nego (inquit Christus) non esse medium: *quoniam non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Quasi dicat, puro homini, qualis ego videor esurire, ad miracula facilius est confugere: potens enim est Deus omni verbo *, id est, multis modis, & miraculis subuenire indigenti; falleris tamen, dum putas me miracula petiturum: iste enim homo, quem tentas, habet aliud maius testimonium suæ diuinitatis, quàm miracula, nempe verba Dei ex eius ore ad nos delata, & visio clara, qua Dei essentia fruitur, & qua mirabiliter alit portionem superiorem animæ, vt hic optimè declarat glossa, & appositè solutio argumento aptatur.

Matth. 4.4.

*Sed in omni verbo, verbum est miraculum, ita dicimus, *haze verbos, haze marauillas, hazè Dios otras marauillas.*

19. *Assumpsit eum, &c. mitte te deorsum.* Etsi in dæmonis actibus non multum curandum, quam rationem, quámve connexionem inter se habeant, plurimi tamen rogant quam consequentiam habeat ista ad priorem tentationem? Confugerat Christus ad veram in Deo spem, cui statim subdit dæmon: Respondisti mihi nolle te, licet esurias, miracula poscere, confidis enim vni Deo; fac igitur præclarum spei actum, te videlicet Angelorum manibus commendatum præcipitem age, credens verbo Dei, quod ego pariter apud Dauidem legi, *Angelis suis mandauit de te.* Vide licentiam dæmonis in sacris exponendis libris; promisit Deus Angelorum præsidium indigentibus eorum protectione *in viis suis*: at verò in præruptis, & præcipitiis quis dicat (inquit Chrysostomus [a]) fidem dedisse fauendi, & auxiliandi? Mirabilis quidem repentinus iste in dignitates ascensus à dæmone, vel, vt alter dixit, à fortuna inuentus. *Fortuna subsultare solet, virtus sensim, & per gradus ascendit: el demonio, y la que llaman ventura, los malos suben à los hombres atrabancando escaleras, y aun sin escaleras: la virtud poco a poco.* talisque electio ruinam, & præcipitium tam electo, quàm electori minatur. Audite historiam *Iudicum* 9. ambire ausus est Israelis regnum Abimelec in ciuitate Sichem obscurus homo, ignoti patris, teterrimus omnium scelerum maculis, notissimus parricida non solùm, sed septuaginta fratrum immanis occisor eleuatur inconsulto Deo in regnum à Sichimitis. Et ecce spiritu Dei plenus noctu venit Ioatham, & occupauit, obseditque Sichem: *que no falta quien les diga su buena, o, mala ventura à estos, que assi suben.* Audite me habitatores Sichem (Septuaginta) *eleuauit vocem suam, & plorauit: que al que sube tan alto desde luego le lloran los que bien saben.* Scitis quid feceritis, rogauerunt arbores oliuam, *Impera nobis.* quæ respondit: *Numquid possum deserere*

Matth. 4.6.

Licentia habetur dæmonis exponendi sacras Scripturas.

a In Psal. 90.

Describitur ambitiosus & temerarius ascensus in dignitates.

20. Iudic. 9. 9.

pinguedinem meam, qua Deo in lucernis, & hominibus seruio: rogauerunt ficum, renuit dulcedinem suam deserere, locutæ sunt ad vitem, negat illa, ne deserat vinum hominum Deorúmque lætitiam, dixerúntque omnia ligna, *no le falto: Rhamne veni, & impera super nos*; ille Ibid. 14.
statim dicto obediens regnum adit. Multa hic considera, Gedeon erat vitis, Othoniel oliua, ficus erat Debora, qui idonei videbantur ad regnum, respuerunt dignitatem; acceptauit autem Abimelec omnibus requisitis destitutus, *al fin como vn cambron seco espinoso, esteril*; nam qui prudentes sunt, cùm ad clericatum non posse ascendere vident, matrimonio contenti sunt; nolunt enim perdere pacem, qua frui poterit anima in sancto matrimonio. Bonus item presbyter, qui sufficiens non est ad curam animarum, simplicis presbyteri dignitate gaudet: Canonicus autem, & Doctor, qui ad Episcopatus onera ferenda humeros imbecillos habet, non vult tranquillam, sanctamque deserere vitæ rationem: *nadie se estire sobre su estatura, que se descoyuntarà, y caerà.* Vide absurda, quæ sequuntur; quid rhamnus dixerit considerandum. *Venite, & sub umbra mea requiescite.* Quid ais, requiem inter spinas, vmbram sub nudis promittis ramis? *con que otra cosa os puede conuidar el peccador pretenso, si no con vida espinosa.* nam indignus rhamnus non potuit adire coronam, nisi terrendo, & comminando: *con amenaças pretenden estos*, spinis vrgent. Quid agitis ligna? *leños que hazeis? Auertent sensum suum: à esotra puerta; & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cælum: tan poco esta se abre; ne recordarentur iudiciorum iustorum: dieron le à la iusticia con la puerta en los ojos.* Desinat nos Deus, scimus quid agendum sit. Videamus quibus subornauit iniustus iste Sichimitas? *Simulque considerate quòd os vestrum, & caro vestra sum: mira que soy pariente de parientes, y ciudadano, y todos somos de vna tierra: eia frater noster es.* Inclinauerunt os suum. Quid tandem factum est, vt cùm omnia prospera putabant, dæmon, qui ad thronum euexerat fatuum istum, & electus ipse contra illos durum suscitant bellum inter Abimelec, & habitatores Sichem, & cœperunt eum detestari; qua ratione factum est: *quia misit Dominus spiritum pessimum: estan como veletas puestas en alto, y hauiendo de soplar viento de Espiritu santo, buelue la veleta el demonio*; & discordias inter ipsos disseminat, & odiis inuicem dissidentes, electus venit cum exercitu in ciuitatem; & electores pariter deuastauit. Pergit inde rex, & dum obsessam tenet turrim Thebes, grandem lapidem mittente fœmina miserando interitu in æternam mortem præcipitatus est: inde venit intelligendus Prouerb. locus, *Qui dat honorem insipienti, sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij.* Septuaginta; *qui alligat lapidem in funda, similis est ei, qui dat imprudenti gloriam.* qui indignum in alto dignitatis collocat, perinde est ac si lapidé vi fundæ, & brachij robusti in altum tollat; nam eò citiùs minatur lapsum, & ruinam, quo altiùs eleuatus est. Angeli virique sancti per gradus visi sunt à Iacobo in cælum ascendere; contrà verò qui nō per gradus merito suarum virtutum ascendunt, quasi mortuos reputa, & deplora: vix enim vnus istorum ad vitam redit. quod optimè obseruat D. Gregorius [a], suscitasse Christum tres mortuos, hoc est, tria genera vitiorum curasse Archisynagogi- filiam

21. Ibid. 15.

Omni arte summũ gradum sibi præparant ambitiosi.

Dan. 13. 9.

Iudic. 9. 2.

Ibid. 23.

Omni vento & tentationi dæmonis expositi sunt ambitiosi.

Cap. 26. 8

a Lib. 4. moral. c. 25.

Digitized by Google

Eliam domi adhuc manentem, peccata semper cogitationum, filium viduæ, qui iam efferebatur, & opera praua significat: Lazarum similiter in sepulcro fœtidum, peccatorem adumbrantem, in suorum peccatorum sordido statu iacentem: ad quartum autem sepeliendum, filio petenti licentiam non dedit facultatem, quin
Matth. 8. 22. potius dixit, *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos,* lusit vocabulo, *à los muertos en el alma, à los mundanos, que aueces se honrran, y se encubren, y alabã diles que le vayan à enterrar al que està muer-*
23. *to en el cuerpo, como ellos en el alma.* Ratio autem est (inquit Gregorius) nam mortuus iste significat eos, quos filij huius sæculi in magnas eleuant dignitates, & indignos, quasi dignos laudant, & securitatem in pinnaculo promittunt: ibi tamen vel à dæmone, vel ab ipsa tristitia quasi vertigine agitati, vel in desperationem, vel in
S. Cypr. ser. de ieiunio, & Christi tentatione. hæresim cum Arrio, & Pelagio miserè *alieno fascinati iudicio corruunt, euersaque cathedra mentis confractis ceruicibus colliduntur.*

24. Matth. 4. 12. *Vade,* &c. *dictum est enim, non tentabis,* &c. Quid hoc? Deus potest tentari? immo vt posset tentari necesse fuit hominẽ fieri: ideo enim Chrysostomus [a]: *Ductus est* (inquit) *à spiritu, vt tentaretur, & vicit diabolum; nónne contum elia fuit deitati dicere, vici: Deus enim nunquam vincitur, neque vincit, sed semper prævalet, & dominatur: no pued: entrar nadie en palenque con Dios, y agrauio se le haria en dezir, que venciò.* Et Origenes [b] notat præteriisse Ioannem mysterium istud; quia cùm de verbo secundùm diuinitatem agit, à qua longè abest tentatio, noluit inter mysteria referre tentationem. Quorsum ergo à Christo reprehenditur, quia ea est eius superbia, & audacia, vt qui semel Deum esse appetere ausus est, Deum ipsum tentare quotidie audeat, *superbia eorum ascendit semper,* vt horreant mortales eum, qui Deum ipsum minimè reueretur; tentat autem, licèt tentare nequeat, vt timeant etiam iusti, scientes nihil intentatum relinquere, etiamsi catena grandi ligatus sit, nec se offerant tentatori, nec dubitemus ligatum esse, nec quidquam tentationis in nos immittere, quod non facilè gratia suffragante superare possimus. Tentare igitur Deum, est sub euidenti periculo seipsum constituere, & per superbiam, & temeritatem gratiam velle ab eo impetrare, quam sola humilitas, & vera fiducia consequuntur.

a Hom. 2. de Spiritu sancto.

b Hom. 26. in Luc.

Superbia dæmonis & audacia.

Tentare Dñũ quid sit.

25. Matth. 4. 8. *Ostendit ei omnia regna mundi.* Vide magnifica templa, ibi adorandus, & colendus es; vide aulas, & regia palatia, ibi ab aulicis tibi seruietur, &c. *Hæc omnia,* &c. Non possum non admirari mundanos, dum hæc terrena tanti æstimant, putabam ego solo Dei iudicio hæc parua esse; sed iam coram ipso dæmone vilia reputantur, siquidem ob leuem adorationem, & exhibitam reuerentiam omnia tumultuariè offert: *por vna cortesia no mas? hæc omnia,* &c. Vide Domine quò iam dæmonis progrediatur audacia, iam tuo regio abutitur sigillo, iam disponit, iam furatur potestatem; *latrunculus latrocinabitur.* Quis ex tali manu dignitatem expectat? quid haberet nisi furto sublata statim auferenda? Ideo Ambrosius [c] affirmat, nihil possidere dæmonem, nisi à Deo traditum; ad quid? *non vt possideat, sed vt tentet.* Vnde cùm regna dat dæmon, diuitias, & honores, nihil aliud in domum infert, nisi tentationem: quid enim profuit Absaloni prosperitas? quid contulit regnum Achab, & Iezabeli, nisi tentationem? Facilis est ratio; nam nemo rem aliquam donat, nisi eo cum titulo, quo illam possidet, vel vsus, vel dominij; at nihil possidet dæmon, nisi titulo tentationis, *non vt possideat, sed vt tentet;* nihil ergo dat, nisi ad tentationem: vnde etiam non dat possessionem, vt patet in auaro, qui numos recondit, & ita nec in cibo, nec in vestitu gaudet bonis suis, sed in arca solùm *ad tentationem.* Aman similiter cùm omnia regis bona haberet, affirmat, *nihil me habere puto;* Esther 5. 13.
26. quia nihil possidet, nisi titulo tentationis, *non vt possideat, sed vt tentet.* Hac autem ementita potestate, & vsurpato sigillo regio magnam in mundo obtinuerat dignitatem; nam & Gentiles subiugauerat, & in Iudæa non minimum tenebat locum, vt in Concilio manifestè perspeximus, in quo vnus Pontifex, qui suffragium dedit, solam linguam Spiritui sancto, corde autem dæmonis voluntati obtemperauit. Ac tandem Antichristum in regnum eleuabit, cùm soluatur *modico tempore.* Inter fideles autem cur regia auctoritate abutitur? quis credit dæmoni? quis vult ascendere cadendo, *cadens in terrã:* quia peccator es, ideo iudex? ideo magistratũ obtinet, quia cecidit? ideo ascendit, quia adorauit dæmonem? ideo dignus dignitate, quia multas fecit indignitates? *& cui volo, do illa: demonio, pues por antojo se han de dar las dignidades? si cadens: condicion sea, y contra derecho;* prius enim quàm rem promissam donet, cadere in turpia desideria cogit, & alias vilissimas actiones homine indignas. Insuper autem, inquit Augustinus, promittit quod tu non es, vt des illi quod tu es; sicut Lusitanus, qui Æthiopes venari cupiens in Angola, vitream quamdam, vilémque supellectilem proponit, vt fallat, & in seruitutem trahat. O mortales, quis vos à mente dimouet, & ratione; *fieri non potest, vt res deterior faciat te meliorem: dabo.* Ecce genuflectunt diuites, *dabo:* ecce inclinant se virgæ rectissimæ, *dabo:* ecce cadunt in terram quos mundus magnos appellat. *Hæc omnia, vn mundo delante, este es el tropizo del seruir a Dios, el mundo delante.*

c Lib. 1. de Caim, & Abel, c. 5.

Exigua & euanida sunt omnia bona temporalia.

Vade Satana. O tyranne, scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis. Abi in malam rem latro 27.
diuini honoris: furum enim proprium est res ita Matth. 4. 10.
pretiosas vili vendere, sicut tu; tua sunt ista? tuæ sunt animæ? tua vtique sunt æterna tormenta, tuæ sempiternæ flammæ, tuus vermis nequissimæ conscientiæ, tua immortalia vincula. *Vade: vete, anda, dexame.* O patientia infinita Domini mei, mi Christe, quàm acerbum dolorem cepisti, dum audisti, & vidisti Luciferum te coràm regnum spondere, polliceri coronam, quam tu solus iure possidebas? Iacet ille alter rex moribundus, & tenui aure auscultans equites iam de successore colloquentes exaudit, vel priuilegia iam non suo, sed alio annulo signari, dormit, & somniat iam non esse regem. O grauem somnum, tacete, adhuc viuo, adhuc sum rex. Mi rex, princeps sanctissime, hæres animæ meæ, quanto dolore affectus es in solitudine cùm tyrannum vidisti tuam hæreditatem capere, vsurpare coronam, regna polliceri? Quid? cùm in angulis animæ vilissimo pretio diuenduntur? quid cùm à tua in dæmonis transit potestatem? quid cùm sigillo abutitur tuo? non satis doloris erat iuueni in iuuentutis flore, macie, & pallore esse conse-

Dolet Christus dæmonis falsi: di ortem & sorordeam nostram. Simile.

confectum inter rupes, & frigida saxa sine tecto, aquis, aëri, & frigoris tempestati obnoxium, die æstu, noctu, sicut Iacob, gelu vrgeri? cui nuda terra lectum, lapis puluinum dabat? mensa abstinentia, somnus vigiliæ; socij serpentes, famuli bruta animantia erant, non satis erat? Sed præter hoc vnicum laborum leuamen, & solatium, quod tibi supererat, amor videlicet animarum, quas opere isto ad te pellicere sperabas, tyrannum vides non solùm sibi arrogasse eas, sed te trahere in sui adorationem pertentasse? Ob hanc tristitiam te sicut solitarium passerem contemplor vigilantem, *sicut passerem solitarium in tecto: hizeme melancholico, y quise ver si pagauan mis tristezas vuestras vanas alegrias.* Relictus sum sicut Iob in sterquilinio, sola tegula, id est, duro, & aspero ieiunio vestra emundo vulnera, vestra apostemata curo, relictus sum quasi animal illud opprobriis, & maledictionibus saturatum, quod omnium delictorum onera deferens, in desertum impellebatur. O nostra corda, quomodo per hos dies gaudio relaxari poterunt? quomodo læto vultu, cultúve composito incedent? quæ noua vulnera in corpore Ecclesiæ aperiuntur? quæ peccata audent perpetrare famuli tanti regis? Vicisti Domine non tantùm dæmonem, sed animam meam; accingere retrorsum Gad noster, nunc iam te Deum, iam victorem, etsi fatigatum ostende. Adesto alme Spiritus, adeste Angeli? vestrûm est cibos, mensam, & epulas præparare: certum enim est personam diuinam illius personæ honori maximè consulere, à qua procedit, sicut filius Dei honoris paterni studiosissimus fuit, *non quæro gloriam meam, sed eius qui misit me, Patris.* Ideo Spiritus sanctus, qui à filio procedit, maximè eius inter homines honori intendit; *ille me clarificabit: el me honrrarà.* Vnde videas Spiritum sanctum occasiones captare verbum clarificandi; hic ergo ministros vocat, mensam apparat, cibos condit, vocat ad prandium, tu panem, tu epulas, tu potum præpara, interim anima mea canat victoriam, benedictionem postulet, poscat gratiam, & speret gloriam.

Psal. 101. 8. 28.

Ioan. 8. 50.

Ioan. 16. 14.

VERBUM SPIRITUS sancti. Apoc. 1. v. 16.

De ore eius gladius vtraque parte acutus exibat.

Virtutum armis tectus, ac verbi Dei gladio præcinctus ad arma contra dæmonem venit.

DISCURSUS XLV.

1. IN vniuerso illo pontificio ornatu, in quo visendum se Christus Dominus Ioanni dilecto, & Ecclesiæ sponsæ exhibuerat, nulla erant militiæ arma, nullis aliis belli armis, nullo signo armatus prodiit, quàm ancipiti gladio ex vtraque parte acuto ex ipsius ore prodeunte, vt liquidò omnibus constaret (vt exponunt sacri Doctores) hoc vno gladio spiritus, quod est verbum Dei, hoc est, fide, & prædicatione ipsam medullam animæ, & corporis pertingentis satis munitam, satis ad bellum doctam esse Ecclesiam. Quorsum tamen Domine cum signis cælestibus insignitus prodis, & tunica talari pontificia indutus, gladio accinctus, & vultu minaci videri vis? *Amor nescit dignitatem* (aiebat Augustinus) *no mira en autoridades el amor.* Mysterio non vacat hoc: quod vt sciamus, aduertendum est in dextera manu gestare Christum septem stellas, quapropter occupata erat manus, qua gladium gestare debebat. Et notat D. Thomas in illa dextera manu sic insignita Dei conditionem, & mores posse cognosci, qua videlicet stellas, bona æterna, cælum, lucem, fidem, amorem, & gloriam impertit: *y esto haze a derechas Dios: vnum solum opus est proprium suæ bonitati conueniens benefacere, & misereri.* Quòd si ensem gestat, vel ore, vel sinistra, vtitur illo contra peccatores, & dæmonem, qui persequitur illos: *quòd autem puniat, hoc contingit propter creaturæ rationalis malitiam, quæ primò est à diabolo inuenta: arma vniuersal contra el demonio inuentor del mal.* Hoc idem asserit Iob, quod declarat idem Thomas [a], *Ipse est principium viarum Dei, qui fecit eum, applicauit gladium eius: Dios no se ocupaua sino en vna sola obra a derechas, hazer bien: ipse*, videlicet iste iniquissimus hostis, iste tentator Deum compulit ad arma, & sinistra vti gladio. Zelo ergo, & amore accensus armatus procedit. Sicut contingit iuris peritissimo viro, mitissimo, & pacifico, qui nec in iuuentute, nec in academia accinctus est gladio, multo minus in graui senectutis canitie, cùm ipse debet reliquorum discordias restringere. Nescio tamen quis homuncio audax, & litigiosus commouet ciuitatem, & iuramento mortem minatur filiis, aut vxori; ecce repentè, & inopinato ense præcinctus venit. quid hoc? Vir sapientissime, habeo filios (respondet) vxorem, & bona, quæ defendam. In tantum Deum amor erga Ecclesiam adstrinxit, vt semper pacem mitteret in terram, & confregerit arcum, & gladium: at ecce repentè venerandus canitie, & qui vestitus erat linea tunica Pontificis, gladio accinctus prodit. Quid aliud istud est, nisi amor Ecclesiæ, & liberorum: dæmon commouet Ecclesiam, & iuramento mortem minatus est Ecclesiæ, & filiis. In ore autem ferre ensem, contra dæmonem procedere manifestum est (inquit Augustinus.) dæmon etenim omnia arma, & instrumenta bellica in vna lingua constituit; quare lingua pariter vincendus est. *Non gladio armatus, non ferro accinctus ad hominem venit, verbum malum seminauit, & occidit. Muger descuidada, hombre ocioso, y flaco no pienses, que entrarà el demonio en tu quadra à tentarte, calada la visera, enbrazado el escudo, ceñido de espada ancha, y lança en ristre, no, sino como venciò à otra muger con lengua de serpiente, con palabras dulces, y humanas, con lengua de liçonjero vano, con estas espadas tienta, y llaga los coraçones.* Armemus igitur verbo Dei Ecclesiam, hoc solo erit bene munita. *Accipite gladium spiritus, quod est verbum Dei.*

Apoc. 1. 16.

Gladius verbi Dei in ore Christi.

Vnum opus proprium diuinæ bonitatis benefacere.

2.

Cap. 40. 14.
a In c. 48. Iob.

Zelo & amore accensus Christus ad vim & arma venit.
Simile.

Ephes. 6. 17.

3. Ad inuidiam autem Christi Domini gladio item se dæmon sacræ Scripturæ accingit;

assi, escritura sabeu; ego pariter eruditus sum. O litteræ atrocissimæ! o sapientia peruersa, callidè doctum fieri ad nocendum: *maldita armas, abuso monstruoso del saber; aprehender leyes para romper derechos, escriuir para borrar honras, estudiar escritura para deshazerla, saber de libros de caxa para robar arcas, saber Theologia para dar passo a la ambicion, y anchura de cõciencia: letras de demonios para despeñar hombres.* Hac ratione vtuntur gladio hæretici, & peccatores: in caput tamẽ suũ, ignorans quisque superabit illos. Sicut refert Philo [a] contigisse Balaam, qui superbum Iurisconsultum, vel Theologum significat, qui substrauit asinam, hoc est, ignorantiam, & stupiditatem, in qua ille insidet, & confidit, *cui omnis insipiens insidet*, restitit asina, ille repetitis fustibus tundebat: aliquando enim tardus, & ignorans frænat sapientem, & ad se redire cogit. Excandescit ira Balaam, & inquit, *Utinam haberem gladium, vt te percuterem: no bastan palos, ò si truxera espada, yo te trauesara con ella.* O insipiens (inquit Philo) immo ideo gladius tibi denegatus est, quia insipiens es, & iracundus: verbum enim Dei non datur ad vindictam, nec violentis hominibus, nisi vt illo mortem sibi oppetant. Iustum est priuari Scripturis, qui sic abutitur illis, & vobis legum cognitio denegetur, qua ad dæmonis instar contra Christum armati proceditis.

Abusus sapientiæ & litterarum.
a Lib. de Cherub, & flãmeo gladio.
Hæreticorum exprobratur sacra Scriptura abusus.
Num. 22. 29.

4. Hac eadem de causa passus est dux noster Christus vti hoc gladio dæmonem, vt suo illum gladio perimat, vt præallegato loco aiebat Iob, *Qui fecit eum, applicauit gladium eius.* Beda sic explicat; cùm iam semel dæmon ob suam malitiam à vera regula fidei, & veritatis deflexit, cùm iterum veritate armatus venit, arma, quibus sibi malum, & tormenta adsciscat, ferre existimate: *para su mal ciñe essa espada.* quod ibidem affirmat D. Gregorius [b], *Quod a quibusdam vincitur, eius gladius ab auctore replicatur: & quia omne, quod applicatur, in seipsum reducitur, rectè applicatus Beemoth gladius dicitur: vencer al demonio, es degollarlo con sus mismas armas, para su mal le ciñeron espada, que assi como lo que se pliega, se dobla sobre simismo, assi la tentacion rechasada hyere como espada al mismo demonio.* Idem ponderauit D. Athanasius: Arundinem Christus accepit, cùm illi à diabolo porrigeretur, ignaro quòd contra seipsum gladium acueret: dicitur enim, arundo serpentibus lethalis. *Veni, valiente que armas traheis para entrambos.* Armet Philistæa Goliath, armet mundus puellam virginem donis, lenociniis, omnibus vestibus, vno verbo, & eodem, quo mundus ornauit illam, vincam, & in meum amorem alliciam. Postulauit Dauid ab Abimelec sacerdote gladium (gladium poscit in domo sacerdotis) erras Dauid, non sunt hæc instrumenta violentiæ, & sanguinis in domo pacis quærenda: verùm refricata memoria est (inquit) gladius ille magnus Goliath. In domo Domini erat gladius: *porque no era aquella espada del Gigante, sino que se la ciño al Gigante para su mal, y embuelta en vna sobrepelliz; porque la palabra de Dios aunque es buena contra el Gigante, el soberuio, el mundo: pero tambien es arma Ecclesiastica para derribar cabezas, y sobrepellizes, sea temida la palabra del Prelado.* Hó veniat (inquit Dauid,) *non est gladius similis ei: no hay otro como el.* quare? habet enim hic gladius prærogatiuam quandam, cecidisse, & capite mulctasse dominum suum: *hauer ya cortado la cabeza de su proprio dueño.* Armat ergo Ecclesiam Christus Dominus gladio verbi Dei, qui de suo ore dicitur procedere, vt ab illo spiritum mutuet; & quia ab eius ore ad nostrum venit: *a pedir de boca teneis las armas, que contra este enemigo no valen bachillerias, ni burlas, ni donayres.* Sed Dei verbum efficax, verum, vt iam ipse belli euentus satis ostendit.

Cap. 4. 24.
Arma dæmonis Deus retorquet in ipsum.
b In Iob.
1. Reg. 21.

Tunc ductus est Iesus à Spiritu in desertum. Notat Chrysostomus, etiamsi bono gladio accinctus prodeat, certaminis conditiones, & circunstantias sedulò obseruasse, & Euangelistam narrauisse. *Porque el buen successo de la escaramuza pende de muchas cosas, de la fortaleza del combatiente que sea hombre de coraçon. de la buena industria del padrino, que sepa el primor, y que sepa guiar a su ahijado. Del sitio donde se obra, que sea a proposito. Del cauallo, que sea alentado rebuelto, presto a la rienda, y espuela, ligero para salir, y entrar à los acometimientos del contrario, y blancos de buena suerte, que descubriere. y sobre todo el cauallero animoso, ajustado con conocimiento. Disciplina que es la medida de su lança, y espada todo esto preuino nuestro cauallero Christo. Tunc,* hoc est, cùm proximè filius Dei fuisset declaratus, & de Iordanis aquis stolam innocentiæ, quam intulerat, præferens, qua Patris oculos, & cælestem curiam allexerat, statim ad arma venit: *que en hauiendo ventajas de virtud, no hay sino tocar al arma, y pelear contra la inuidia.* Vix Polymita veste Iacob induit dilectum Ioseph, cùm ecce fratrum corda æmulatio, & liuor inuidiæ occupat. *Videntes autem fratres eius quod a patre plus cunctis amaretur, oderant eum, nec poterant quidquam pacificè loqui:* & in canticis statim atque sponsæ pulcritudo describitur, ad arma signum datur, & belli strepitus personat, laudatur à fœminis, & illa protinus ad arma confugit: *Quid videbitis in Sulamite nisi choros castrorum.* Et dum de lectulo Salomonis agitur, & de eius sponsa, statim de custodibus, & stipatoribus mentio fit. *Sexaginta fortes ambiunt omnes ad bella fortissimi: passito, que entran de guarda del lecho los doze pare de Israel.* Hoc ipsum adnotat Augustinus [b] in illud Exod. 17. in eodem tempore, quo filij Israel biberunt aquam de petra Horeb, quæ figura fuit Baptismi, statim ad bellum ab Amalecitis prouocati sunt; vnde ille colligit: *Quisquis ergo Christo coniungitur, non ad delitias, non ad voluptates, sed ad prælium preparetur; quia omnes, qui piè volunt viuere, in Christo Iesu persecutionem patientur.* Hoc idem ponderat Orig. [c] quam primò enim (vt dicit Isai.) Dominus auxiliator meus, ideo non sum confusus, statim artipit arma, & galea tegit caput, ideo dedi faciem meam vt petram durissimam.

5. Matth. 4. 1.
Belli passus occasiones obseruat Christus.
Gen. 37. 4.
Cant. 6. 12.
Cant. 3. 7.
b Ser. 3. de temp.
Qui nouam gratiam induerunt, statim ad arma se preparent.
c Super Iosue hom. 11.

6. *A Spiritu. El padrino el Espiritu santo:* filiorum enim Dei non leue signum est duci facile quocunque eos ducat spiritus, non violenter, sed per internam inspirationem, & gratiam, sicut Christus Dominus. hoc est illud Pauli [d], *Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei.* &, *Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus.* exponit D. Thomas hîc: *Hoc est, ab ipso debemus agi, sicut in vita corporali corpus non mouetur, nisi per animam, per quam viuit; ita in vita spirituali omnis motus debet esse à Spiritu sancto.* Et, *Spiritu ambulate: que cosa es andar en espiritu declara.* S. Thomas, Spiritu sancto proficite bene operando, ita vt mens

d Rom. 8. 14.
Gal. 6.
Electio status à Spiritu sancto proficiscatur.
Gal. 5.

suæ

sine ratio legi Dei consentiat. *No quiero alum bramientos dize, ni andar en espiritu es regir os por vuestra mollera. Escrito està lo que hauemos de hazer, y el guia.* como à David: *Persequar latrunculos illos, an non? Dixitque ei Dominus: Persequere*, &c. Ecce malorum reipublicæ Christianæ præcipuam causam, appetitum sequi vt magistrum, non rationem, gustum, non spiritum in eo eligendo vitæ statu cuique conuenientiori: *Grande mal tomar los hombres el estado de vida por su antojo, y humanos respectos*, & non expectare, aut consulere spiritum boni consilij fontem. David, *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam* [a]. Quò pergis? (quærit Augustinus) *que ansi de volar esta?* sed respondet titulus Psalmi, *in finem*, in requiem, in Deum, ad quem fruendum creatus sum, ad Christum legis finem; ad tam longum peragendum volatum aptiores forent aquilinæ alæ? minimè (ait Propheta,) sed columbæ, hoc est, Spiritus sanctimam etiamsi alas aquilæ habeam potentiæ, & dignitatis, non ibi quiescit animus. Vt ergo requiem inueniam, & vt longiùs protrahere volatum possim, & mundi laqueos effugere, opus mihi est Spiritus sancti pennis: aliàs enim neque ego, neque alius quisque de meo regno quietem, & pacem obtinebit; quia frequentiora sunt, exempla missa facio.

a Psal. 54.7.
b Psal. 54.8.
* Chrysost. suprà, & hîc citatur oratione 1. aduersùs Iudæos. *Haze el saluador lo que han de hazer los hijos de Dios, requerir las ocasiones si van fuertes, cincha segura, que ni rebiente, ni està floxa, que pierda silla, tiente las cabezadas no se adessiero del cauallo,*

8. *In desertum. No es pequenà ventaja dar nos à escojer el sitio para la pelea, digo el estado.* Verùm quis neget aptissima esse deserta loca contra dæmonis artem, & potentiam. Quare postquam David expetitas alas Spiritus sancti nactus est, inquit, *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine* [b]. Optimam electionem, puta si fugias sæculum (inquit Nazianzenus) *forum quoque ipsum, si fieri potest cum preclaro comitatu fuge aquilæ, vt magis appositè dicam columbæ pennis connestitus; abripe animam tuam ex hoc mundo, Sodomam fuge, incendium fuge, irretorto oculo gradere, ne in salis lapidem concrescas, in montem salutis causa te confert.* Non frustrà in statuam salis conuersa est illa, & in itinere collocata, vt quasi voce, & nomine admoneat omnes, vt saliant, vt fugiant: *sal muger de essa mala compañia: sal mancebo del siglo: sal donzella del mundo.* Vide quò fugiat magister omnium. Superest vltimum, equum nempe temperare, *templar, y requerir el cauallo del cuerpo.* quod ad nostrum documentum quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunans, & orans perfecit Christus. Chrysostomus: *Et quidem milites priusquam veniat pugnandi tempus, & thoracem abstergunt, & scutum, si quid desit, circunspiciunt, & frænos apparant, & equos omni diligentia nutriunt, cæteraque omnia rectè, diligentèrque curant; hos igitur imitantes, ieiunium vobis suademus* *. *El cauallero, que va à vn passeo no repara tanto en el aderezo del cauallo; mas quando va à negocio de veras? todo cuidado pide.* Vestra ieiunia quasi per ludum fiunt, non seriò res agitur, sicut ieiunauit Christus, *qui cùm ieiunasset, postea esuriit* [c]: *ayuno con ayuno verdadero* Sicut David, *ieiunauit ieiunio* [d]. certum est ieiunio ieiunaturum, sed ideo sic dictum est vt verum, & austerum ieiunium describeretur *: multi enim ex vobis non ieiunatis ieiunio, sed indulgentia, & delitiis; contra hoc enim tempus multo antè proceditis exquisitis cibo-

que le haga perder el freno, que no falten espuelas: quien may està fiado desi mismo, que no se vista debaxo de la casaca, o, librea vn buen jaco de malla fuerte de macho, y hembra. La espada al lado la lança de fresno, y prouar, y disciplinar vn bruto, de quien està fiada la persona, y la buena suerte: no se hombres como pensais vencer, ni en que poneis el honor, y prez de vuestra vida, y obras que el hijo de Dios en una tela secreta està quatro dias domando su obediente carne, y vos otros en cauallos, que muerden el freno, o, no le sienten. vais tan seguros como si fuera gineta de bucetas.

c Mat. 4.2.
d 2. Reg. 12. 10.
* D. Basilius hom. de ieiunio.

rum, & ferculorum generibus; alij scutum, & thoracem accipiunt, & licèt non cœnaturi sunt, sic se infarciunt prandio meridiano, vt nullatenus ieiunio locus detur, alij contra lacrymas, & seueritatem, & compunctionem ludis se armant, & libris prophanis, vt ieiunium fallant, *engañar el ayuno.* Christus vsque ad esuriem ieiunauit.

Et accedens tentator. Venit tandem ad arma, & obiectis, qui ad manum erant, lapi- 9.
dibus, summa arte, gladio decertare incipit, Matth 4.3.
& regula illa vniuersali vtitur, quam explorare, & pertentare vocant. *Tentar, prouar el braço, y la fuerça, treta vniuersal, y propria de demonios.* Non per modum dubitantis dixit, *si filius Dei es*; nouerat enim illum, & forsasse cælestem vocem audierat in Baptismo, aut fama cognouerat, aut ex Ioannis prædicatione: explorat tamen, & tentat, vt res clariùs sibi innotescat. Qua tamen ratione certior fiam? oblata nempe occasione peccati: aut enim est Deus, aut filius Dei, qui de oblata occasione liber culpa, & sine crimine euadit. Callidè tamen lapides obiicit; quia ad peccati ruinam soli lapides satis esse videntur. Primò propter rationem, quam miles strenuus suo duci dedit: *Es risa dezir vno por mas valiente que sea, que se tendra con dos, y con doze juntos; y sino diganle si peleasse con vno, con està condicion, que puesta alli vna piedra hauia de dar vn golpe a la piedra, y otro al contrario: no se vee, que sèria vencido: esse son en lo moral, demonio, y ocasion, demonio, y carne.* Neque Hercules contra duos: asserebat enim illum prouocaturum quemlibet hominum fortissimum, cum hac conditione, & pacto, vt concertans posito lapide, ex vno latere, semel ictum in lapidem mitteret, & postea ipsum feriret: *con tal condicion, que puesta alli vna piedra, tirasse vn golpe à la piedra, y otro a el.* Sic Herculem ipsum vincam ego perfacilè. Quid ad hoc illi, qui iactant se contra decem simul viros congredi audere? ideo dæmon quoties offert occasionem, confidentia plenus est; quia licèt constituas ex vna parte omnium hominum sanctissimum, qui Christus non sit, & ex alia parte lapides, hoc est, occasionem peccandi, vitij famem, sitim diuitiarum, luxuriæ titillationem, vel dignitatis acquirendæ gradum, dubia victoria est: opus enim est illi, qui tentatur, & se protegere, & occasionem fugere, & dæmonem, & carnem superare, & magni roboris est duos vincere, etiamsi vnus sit lapis. *Grande empresa vencer à dos, aunque el vno sea vna piedra, que puede ser pan.* Hinc ego facilè infero (ô carnalis homo) quot vulneribus, & plagis anima tua sauciata est, quot vulnera per integrum annum accipiet? nam si Hercules, Hectores, & Cæsares Dei, & acerrimi Christi milites, qui bellum contra dæmonem gerunt in domo Dei, corpore interim silente, & instar lapidis frigore tepefacto, vigilare opus est, vt ictus, & vim dæmonis infringant: tu qui contra dæmonem, & fœminam, contra dabolum, & carnem omni indulgentia, delitiis, somno, cultu, ioco, otio, risu armata procedis, quæ non lethalia vulnera quotidie excipies? *hay de la triste alma donde tales heridas se reciben*; quis plorabit interfectos populi mei? siquidem Iesum filium Dei lapidibus oblatis aggreditur, hoc tantùm confisus, neminem præter illum 10.

Oblata occasione peccati Dei filius dignoscitur.

Tentatio instante occasione difficile superatur.

Digitized by Google

illum contra duos, dæmonem nempe, & lapides, prævaliturum; nam (vt aiunt) *neque Hercules contra duos.* Quid ſi lapides magnetes eſſent: hæc enim ferrum ad ſe ſecretiſſima virtute trahit. *Eſpiedra imanla ocaſion tira del animo, y a vn del cuerpo inuiſible, y efficaz mente.* Sic occaſio animum imbecillum, & quaſi fœmineum ad ſe rapit: *todos ſomos flacos delante de vna ocaſion.* De occaſione ambitionis, & gulæ prodeat commune exemplum, & humanæ naturæ funus. Sap. 1. 13. *Deus mortem non fecit; impij autem manibus accerſierunt illam,* id eſt, mortem illi vocauerunt; qui ſunt illi? D. Chryſoſtomus parentes primos intelligit: mortem enim, quæ longiùs ab homine aberat, ſigno, & manibus accerſierunt. Quando

a In hunc locum Sap.

ergo ſic mortem attraxerunt (inquit Chryſoſtomus [a]) quia nuſquam tale legitur in ſacra Scriptura? tunc videlicet, quando occaſionem quaſi magnetem viderunt arborem, & pulcra poma, ipſa mali occaſio occulta virtute ſenſim attraxit eos: *la ocaſion tirò del hyerro de Adã, como iman, que aunque no huuò peccado antes del primero, huuò hyerro, que es ponerſe en la ocaſion del peccar.* Rupert. [b]

b In Gen. cap. 5.

Sed dum mulier corpore, & oculis vaga, incontinenter deambulat, fortè proſpectans qualis extra paradiſum mundus habeatur, &c. locus diabolo datus eſt, & occaſio porrecta, vnde tentaret. Cupiditatis occaſio nónne attrahit ſicut

Iſai. 30. 22.

magnes. Iuſſit Dominus populo ſuo, *& contaminabis laminas ſculptilium argenti tui, &c. & diſperges ea ſicut immunditiam menſtruata. Toma los idolos, y haz dellos vna maſſa desfigurada, no me hagas della mi copa, ni maſcaron de eſcudo, ni labor ninguna.* Quare tam ſeriò hæc iniungis Domine? occaſio enim cupiditatis ſicut magnes trahit, & adigit corda filiorum Iſraël: videas in illa vitu-

Pſ. 105. 20.

li conflatione, quem ex monilibus *conflauerunt*

11.

in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum: que diſparate el becerro de oro hauia de comer. Sed aſſerit

* Caiet. vide Lippomanum catenâ in Exodum.

quidam Doctor * dæmonem inſiluiſſe in os vituli, & motum præbuiſſe paſcentis, & ruminantis per ſimilem, ſicque imbecillia corda, oculóſque trahebat, & à vero Dei cultu ſeducebat. Sic quidquid ex pecuniis confles, vel in quacunque occaſione cupiditas ſperet lucrum, cor tuum ad peccatum pertrahet. Quid dicam de fœmineo congreſſu, & colloquio, dicat D. Ba-

c De vera virginitate, pag. 2.

ſilius [c]. *Sicut enim ſecretiſſima natura in magnete lapide nouimus, non ipſum ad ferrum duci, ſed ad ſe potiùs ferrum attrahere: ita & fœmineum corpus aduersùs maſculum ineffabilem accepit vim, per quam, fermè dixerim ignorante anima, quæ in ipſo eſt, viri corpus vltro ad concubitum pertrahit.* Vnde efficacitas hæc Doctor ſanctiſſime manauit? ab auctore magnetis. *Dictum eſt enim, propter hoc* (denique) *relinquet homo patrem ſuum, & matrem ob inſitum libidinis ſtimulum ad fœmina concubitum properans.* Et ſicut qui quietum vellet tenere ferrum, quod magneti applicitum fuit, ſtultus eſſet; ſic qui coram fœmina virum tranquillum

d Conſtitut. monaſtic. cap. 4.

exiſtimat; cùm aſſerat Baſilius [d], *Conſilium, rationiſque vim nobis perturbant, bellúmque voluntarium nobis creare, ſumma ſtultitia eſt.* Ideo ſat eſſe exiſtimauit, lapides obiicere fameſcenti Dei filio, vt exploraret an eſſet verè filius Dei, an ſicut homo occaſionis vi corriperetur.

12.
Matth. 4. 4.

Non in ſolo pane viuit homo, &c. Ingenioſa reſponſio ex ipſis ſacræ Scripturæ viſceribus deprompta; nam intentio dæmonis ea fuerat, ſicut Euam propter eſum pomi inimicam Deo efficere conatus eſt, ſic modò inter filium, & Patrem diſcordiam voluit ſeminare. Quare tu confidis Deo, qui quaſi inuidus poma denegauit Euæ, & tibi in tanta eſurie nondum ſubuenit, ſatius erit lapidibus iſtis confidere, remedio humano vti, quod præ manibus eſt, quàm expectare diuinum. Hæc intentio, contra quam directè pugnat reſponſio. Quid ais? ſic es immemor Scripturarum? non recordaris Eſau, qui vt temporaneam famem ſatiaret, primogenita pro lentibus commutauit? *En morior, quia mihi proderunt primogenita mea?* non quia paruipenderet primogenita, & ſacerdotium; ſed quia plus æquo vitam æſtimauit, dum prophanus non timuit ſacra vendens, vt famem reſtingueret corporalem.

Gen. 25. 32.
Famem corporis pellere curant cum diſpendio animæ.

Hoc totum ortum habet ex vniuerſali deſiderio, quo totus flagrat mundus, vt nempe fames tollatur de medio, etiam cum diſpendio animæ. Ignorant enim verba Dei, *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo,* & vos omni cura, & ſolicitudine redimere vultis corpus hac penſione, quam tenetur ſoluere? hac de cauſa duo maximè deploranda ſiunt.

Gen. 3. 19.

Primum quòd hac de cauſa ad Indos, ad Africam longas vias periculo, & ſolitudine plenas inſtituitis, vt ſemel diuites facti liberi à penſione paucis annis eſſe valeatis. Secundum iniquius eſt: nam vt hunc ſenſum redimatis, laborem ad animam traducitis: *quitais del cuerpo eſtas coſtas, aunque ſea paſſandolas al alma.* Quid enim ſunt contractus illiciti, iniuſtæ pactiones, furta, vſuræ, niſi arbitria quædam in vtilitatem corporis, quibus per compendium breuiter vultis his cenſibus quærendi cibum, corpus eruere; quòd cùm non ſine peccato lucramini, onera corporis ad animam transfertis.

Sic ſe habuit regis illius miniſter *Luc.* 16. qui 13.
cùm ad ratiocinia vocaretur bonorum domini ſui, ſecum cogitauit: Ego ſupputatis rationibus non ſatisfacio, remouebor ab adminiſtratione, fodere non valeo, ſtipem petere erubeſco: ſcio quid faciam, nempe cum debitoribus contractus aliquos edam illicitos, vt cùm amotus fuero, bene ſe habeant erga me, & ſic ad animam transferam pondus æris alieni, verecundiam nempe, & laborem, quos experturus eram, ſi ſtipem corrogarem, & foderem terram. Hoc nos quotidie miſeri facimus: onera enim, quæ corporis ſunt, ex Dei præſcripto, ad animum traducimus. Sicut cùm quis gaudet aliqua hæreditate; quia tamen oneratam videt aliquo cenſu, transfert cenſum ad aliam hæreditatem. Signum euidens hanc ſecundam minoris æſtimare. Certè pluris facitis corpus, quàm animam, ſiquidem vt corpus ſua penſione laborandi liberetis, onus peccati in animam transfunditis, hoc monet D. Paulus, *Qui furabatur, iam non furetur; magis autem laboret operando manibus ſuis: los que à fuerza de hurtos haueis paſſado el cenſo alma paraque hurtando tengais de comer, el remedio, que os reſta, es que le hagais trabaxar el cuerpo para redemir al alma.* Hoc idem ſignificat Chriſtus, dicens: *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Confidat Deo, qui homo eſt; nam homo non eſt corpus ſolùm, ſed & anima; animæ verò cibus eſt fides, & verbum Dei; quia *iuſtus ex fide viuit,* id eſt, alitur; quòd ſi anima alitur verbo Dei, idem Deus corpori ſubueniet: maius enim eſt animæ

Simile.
Epheſ. 4. 28.
Matth. 4. 4.
Rom. 1. 17.

animæ succurrere verbo, quã corpori alimento.

14. Matth. 4. 5. *Constituit eum supra pinnaculum templi.* Optimus hic locus est, vt & diuinitatem, & verum Messiam esse ostendatis; & dum Scripturam bene calletis, ego item biblia reuolui, & scio quòd etiamsi mittatis vos deorsum, dicto audientes erunt Angeli, & verbo Dei ad nutum obedientes, vt vos in vlnis suscipiant: *Angelis enim suis mandauit de te*, &c. Quam aliam artem doceat ille, qui nullam aliam melius callet, quàm exturbare, & exturbari, vt Dauid orans dicebat, *Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me: no me leuante la mano del malo; quia ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare.* Socios sui sceleris quærunt, qui de templo ad terram, de virtute ad vitium, de gratia ad peccatum, de Ecclesia ad inferna se præcipites agunt, ad quod nulla breuior via est, quàm verbi Dei abusus, & nimia confidentia in sacris Scripturis, & Dei misericordia: *que bien pequemos, que misericordia hay en Dios, y palabra suya.* Operantur iniquitatem, & maximam stultitiam: nam (inquiro,) cur apud te statuis peccare aduersùs tantum, & talem Deum de te benemeritum? Respondes; quia sat cognitum habes bonum esse, & tui misericordia erga te vsurum. O nefas! hoc ipsum te maximè à peccato auocare deberet. Viderunt duces Holophernis speciosam Iudith, cuius pulcritudinem eximiam collaudantes, omnes Bethulianas fœminas speciosas esse iudicarunt, & quod maximè ab vrbis destructione deterrere debuisset, hoc vnicum argumentum est illis, & causa bellandi, quis non pugnabit contra gentem, quæ tam pulcras fœminas habet? O Deus animæ meæ, quæ peruersio est ista? vt Deus cùm sis id bonitatis, id sapientiæ, id misericordiæ, tantæ denique gloriæ, & pulcritudinis, hanc ego efferam conclusionem, vtile mihi futurum fugere à te, bellum inferre, tua opera demoliri; quia pulcer es, quia bonus es, quia misericors es. O monstrum! ô diabolica verba! non sic inferas, sed ita. Immensi pretij est gloria, maxima est Dei pulcritudo, stultus ero, si hæc tanta, támque diligenda amitto, in mea voluntate sita sunt, solùm rogat dæmon, vt mittam me deorsum; nolo ergo tantam mihi moliri cum tali dispendio ruinam.

Lapsum suadet dæmon qui lapsum expertus est.

Psal. 32. 12.

Misericordia diuinæ abusus.

15. Matth. 4. 7. *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Huic etiam tentationi opportuno remedio verbi Dei occurrit Christus Dominus, arteque artem fefellit: ars enim tota dæmonis est cogitandi, tempus demere, ne locus detur verbo Dei, sed temerariè ruat homo in peccatum, sicque nullo interposito impulit illum, *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Hanc cælestem medicinam verba Dei continent, *Rogamus autem vos fratres, vt non citò moueamini à vestro sensu: no os appressureis, no os atropelleis, no os cegueis, dad lugar à la consideracion.* Nam si post consideratam rem ruitis in peccatum, graue crimen committitis, sicut dictis, & factis Dauid prædicat, *Etenim in corde iniquitates operamini, in terra iniustitiam manus vestra concinnant: hay peccadores tan mal suffridos, que no esperan à la obra, sino cochite, heruite en el pensamiento peccan: otros hay, que peccan de espacio, y cocinan: concinnant, y gui san la maldad muy de spacio, gran peccado.* Quare eidem Dauidi dictum est, *Et occidisti eum* (Vriam) *gladio filiorum Ammon.* Non refert Nathan adulterium, nec mentionem facit, nisi homicidij; quia nempe adulterium fuit breuissima perturbatio, & quasi cogitatio: at homicidium *concinnatum* fuit; nam gladio alieno, & in belli tumultu occidit, ne cogitarent mortis auctorem esse regem. Sic ergo dæmon cogitatam diu iniquitatem suadet: quòd si cogitare finit, ideo est, vt præmeditata grauior fiat. Monet ergo Paulus, vt nostræ libertatis compotes simus, solùm potest rogare, *mitte te deorsum, ne citò moueamini.* Hoc idem nos docuit Christus Dominus in hora passionis suæ *Matth.* 26. nam cùm hora tentationis adesset, tria admonet illos, *sedete, vigilate, & orate:* tres enim sunt dæmones, qui omnem tentationem excitant, Nazacel, Aldonai, & Mammona: caro nempe, superbia, & auaritia; tria videlicet capita canis Cerberi, tres furiæ inferni, tres illæ Parcæ, quæ filum bene viuendi præcidunt, & sicut vnicuique suam adhibet medicinam, scilicet eleemosynam contra auaritiam, orationem contra superbiam, ieiunium contra gulam: sic ad vincendum dæmonem tria illa prouidit, *vigilate, orate, sedete.* Aliquando dæmon per otium, & somnum vos capere vult, *vigilate*; aliquando vos extollere, & superbire tentat, *orate*; aliquando verò negotiator fit, & ardelio diligentissimus, & citissimè vos vult in peccatum præcipitare, tunc *sedete: sentaos entonces, y dezil de assi se hecha vn hombre de vn templo abaxo?* sic se præcipitem agit filius Dei in infernum, hoc est quod maximè dæmonem vexat. Sicut cùm quidam negotiator, vel procurator litis accedit, & multa effutire incipit verba, rogare, impellere, vt à te voluntatem aliquam extorqueat crudam, inconsideratam, tu si errare non vis, & vexare hominem cupis, sede tunc, & dicito: Cogitemus ergo rem, quiescas parumper, edormiam, si placet, consilium. Ideo, *Cogitationes consiliis roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella,* id est, quæ aggrederis, cum consilio age, non tenui, sed sagaci consilio, & cogitatione apud te pressè expendas; *no des la batalla quando quiere el enemigo, sino quando te està bien; lo mismo en las tentaciones da lugar al consejo.* Nulla opportunior medicina, vtpote à Christo Domino data, verba Dei obiicere, & ruminare Scripturam, quæ (vt Bernardus notat) non de volatu agit, sed de itineribus *in viis tuis.*

Dandus est locus considerationi in tempore tentationis.

Thess. 2. 1.

Psal. 57. 3.

16.

Triplex antidotum contra virus triplicis serpentis.

Mat. 26. 41.

Edormire consilium debet homo in tentationis tempore.

Simile.

Prou. 20. 18.

17. Matth. 4. 9. *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Concludit tentationem suam, sicut qui largè, & prodigè luserunt, & ad minores sponsiones non respondit aduersarius, aiunt, *omnia spondeo: mi resto và.* Violenta quidem vincendi ratio, *estocada arrebatada*, qua ambitiosos, & imperandi cupidos grauiter pungit. *hæc omnia; todo es mio, y todo es tuyo, si cayendo me adoras.* Arripit animos ventus hic tentationis, & ascendendi auidos ad pedes dæmonis prouoluit, dum aiunt, *dabo* hæc omnia, quæ sunt ambitionis præmia? res, quæ vno momento videntur. *Pues mas tarda vn mercante en descojertelas, y en reuoluer el cofrecillo, o, que poco es lo que puede dar os esse a quien adorais.* Hoc autem qualecunque est, iniustè distribuit: addit enim, *& cui volo, do illa.* Dæmon quid ais? dignitates, & munera ad arbitrium sunt danda, vbi est iustitia? vbi ratio? vbi maior, vel minor dignitas?

dignitas? nulla est, sed pro ratione voluntas. Proprietas quidem filiorum dæmonis, & superiorum gustu suo, non merito alieno dignitates impertiri. *Si cadens*, turpis in iure conditio, nihilominus offert; quia antequam det vobis dæmon, quod offert, in peccatum desiderij labi cogit, vt consensu peccetis. *Antes de da ros lo prometido, os lo haze dessear, y consentir, para que haya peccado en la voluntad antes de la possession, y os haze hazer otras vajezas, reuerentia, y esclauitud tan vil, que esta de acocearos. Promete os lo que no sois vos, y pide os a vos mismo, como el Portugues, que al negro de Angola con dijes le engaña, y trahelo a ser esclauo, y en siendo esclauo el, y lo que le dieron es de su dueño. Augustino, hombres ambiciosos no perdais la razon y derecho, como es possible, que vna cosa menor, y peor, que vos otros, os haga mejores:* fieri non potest vt res deterior, faciat te meliorem.

18. *Vade satana: scriptum est enim*, &c. Scripta verba Dei te perimunt, littera occidit, mors tibi in illis ministrata est: nam (vt notauit Tertullianus) *omnia aduersùs veritatem de ipsa veritate constructa sunt. Sus mentiras saca el demonio de las verdades de la escritura por esso tan malas; pero por esso le vencen verdades de escriptura.* O mendax, omnia tua sunt? mentiris: verùm ex tuo mendacio quanti æstimanda sit anima mea, facilè iam colligo, propter quam tu largam omnium regnorum sponsionem facis. Noui mercatores expectant donec antiquiores pretium assignent; senior negotiator damnationis animarum hic, qui in damnationem vnius animæ omnia profundit regna: quanti ergo emenda erit, si emitur ad gloriam? Sic notat Saluianus eisdem verbis, quibus dæmon excusauit se, non potuisse vincere Iob, eisdem animæ pretium extollit, *pellem pro pelle* (hoc est, pellem, & pellem) *& cuncta, quæ habet, dabit homo pro anima sua: auertere omnino cunctos ab affectu animarum suarum nititur: idem tamen charissimas esse debere cunctis animas suas confitetur. Es tanta la fuerça de la verdad, que a este negociante mentiroso le obliga a dezir vale vn alma mas que todo el mundo. Quis furor est viles à vobis* (*Pretium animæ vel ab ipso dæmone dicitur.*) *animas vestras haberi, quas etiam diabolus putat esse pretiosas: mas fauerece à vuestro valor el demonio, que vos otros. infra iudicium diaboli se amant.* Quid si pro vili delectatione, & pecunia illam collatis, & venditis? &, quod maximè plorandum est, vendis animum, vt obtineas lucrum, & animam, & lucrum, & Deum amittis: sicut Iudas (vt bene notauit Nazianzenus.) *Nemo potest retinere quod vendidit: non enim Iudas iterum Christum recepit, sed nec retinuit pretium.* Vniuersa perdit, qui animam vendit. 19. Age igitur, animam hodie sub hasta collocemus; personet præconis vox, anima diuenditur, quanti emitur? *ea quien compra vna alma.* Primus pretium assignat dæmon, *hac omnia tibi dabo.* Et ad quid emis illam? vt ad infernum detrudam: quid si emeres ad cæli palatia? nam ligna, quæ emitis, tumultuariè proiicitis, & viliori pretio emitis; si verò emitis ad ædificandam, & concamerandam aulam, quasi pretiosa eligitis, emitis, collocatis: si ad ignem inferni empta anima iudicio dæmonis tanti emitur, ad cælestis curiæ aulas, & palatia immortalis anima quantum valet? Paulus addit pretio vitam, & mortem suam. *Ego libentissimè impendam pro animabus vestris: yo no vna vez sino muchas muriera por vuestras almas.* (2. Cor. 12. 15.) Parum dixi, quotidie mortem appeto, *Quotidie morior propter vestram gloriam: buenos, y expertos mercaderes son estos, bien saben lo que compran.* (1. Cor. 15. 31.) Accedat tamen antiquus ille negotiator, qui meliùs eas nouit, quod pretium assignauit? Christus Dei naturalis filius. *Animam meam pono pro ouibus meis: que da Dios su vida por ellas.* (Ioan. 10. 15.) O pretium infinitum! ô pretiosi numi, ecce mortales in cruce vestrarum animarum pretium. *Empti enim estis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore vestro.* (1. Cor. 6. 20.) *Vade retro satana, Dominum Deum tuum adorabis*, &c. (Mat. 4. 10.) Reliquit eum diabolus, fugit, fugit, dereliquit stationem: *perdido hà el campo el enemigo, huyendo và.* Verbum Dei omnia superat, beati, qui audiunt, & custodiunt illud: *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Iesum.* Amen.

SIBI ATTENDERE, NVLLIVS NOMINI honestatique detrahere, nec aliorum famam lacessere monetur.

INSTITVTIO XVI.

20. PRINCIPIO huius dehortationis præpostero vtar ordine, dum remedia ad detractionem fugiendam propono, priusquam ferocissimam omnium belluarum semel solutam in campum produco. Cùm enim iam tempus est agitandi tauros, signum dari solet vagis & errantibus in platea recipiendi se, & cauendi sibiipsis, ne in cornua taurorum incidant. (CARDO TOTIVS INSTITVTIONIS.) Itaque te in tuto priùs collocabo, docebóque quid magis ad vitandam detractionem iuuat, pôst verò quos taurus inuaserit, & truculentam eius rabiem quis valeat effugere, quis superare, monstrabo. (Vide Busæũ in suo Panario v. Murmuratio.)

Strenui & fortissimi viri proprium est, non in eo quod sufficit sistere, sed ad excellens & præclarum progredi. *Cogitationes robusti semper in abundantia.* (Prou. 21. 5.) NOVI HOMINIS & Christiani viri cogitationes ad noua, ad potiora tendere debent. Hebræa lectio, *cogitationes soliciti*, Septuaginta, *cogitationes collecti*, vulgata, *cogitationes robusti.*

robusti. Nam ad operosum & arduum negotium peragendum, tria opus esse videntur, *fortitudo, industria, & virtus, fuerza, maña, y virtud.* Vt igitur negotium salutis peragatur, necessaria est robusta fortitudo in cogitationibus, industrius animus & solicitus in operibus, & collectus insuper in seipsum, & interior suarum cogitationum affectionúmque custos. Hominem exteriorem & vagantem per sensus externos sic describit Basilius: *Anima exterior dissipata, & extrinsecus per sensoria diffusa: que se exhala por los sentidos y se derrama.* Vnde è regione interioris hominis imaginem vidit Ezechiel, *Et missa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei. Quid est* (inquit Gregorius[a]) *cincinnus capitis, nisi collecta cogitationes mentis, vt non sparsa diffluant, sed per disciplinam constricta subsistant*; non vnus erat capillus, sed ita in vnum collecti omnes ad Dei obsequium, vt vnus reputentur; nullus enim eorum aliò respicit, & hæc est tanta in anima elegantia, vt ab ipsa captum esse affirmet sponsus, *Vulnerasti cor meum in vno crine colli tui:* nam licèt plures curæ sint, 21.
vel de familia, vel de re familiari; intentio tamen est vna, quia vnius est gloriæ Dei, ex quo fit, vt possit Deus animum ad se de cincinno capillorum rapere, & quasi inter cælum & terram tenere suspensum, quasi terrenis sublimiorem, & quasi cælestium comprehensorem. Theologiam istam (quis credat) in sua Seneca schola docebat, vix tamen persuasit. *Vis in teipso esse*[b], *ante omnia necesse est teipsum æstimare.*[c] *Innumerabiles enim sunt qui vrbes, qui populos habuere in potestate: paucissimi qui se.* Et quid si haberes[d], *Multum cùm deambulaueris domum, redeundum est.*[e] *Qui se habet, nihil perdidit.*[f] *Multum in se recedendum est*; imò[g], *tunc præcipuè in te ipse secede, cùm esse cognoueris in turba.* Seipsum, suaque, non aliena, respicere, in se descendere, secedere, secum esse, summa tranquillitas est. Sed ad nostram redeamus scholam, anima vna cùm sit, in plures spargi potentias, & operationes videtur, & per sensus diffluere; quæ autem fortis est, *considerauit semitas domus suæ*, & quæ robusta est, ad seipsam secedit, & vnit se Deo: sicut è contrario de exterioribus & prophanis ait S. Iudas[h]. *Hi sunt qui segregant semetipsos, animales spiritum non habentes*; licèt enim anima in illis sit, ita tamen ad exteriora diffusa, vt animales videantur. Sicut Pharisæi, qui cùm multam in externis lotionibus curam impenderent, propriam hypocrisim non agnoscebant, nisi exprobrati à Christo, qui arbiter est, non externorum, quæ videt homo, sed internarum cogitationum. *Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea.* Quæ verba exponens D. Th. ait[i], *Per vestimenta exteriora opera designantur, quibus homo quasi contegitur, secundùm illud Matthæi 12. Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. si en lo exterior me lauare mas que la nieue, ay de lo interior que lo juzgas tu.* & addit: *Tunc ergo vestimenta alicuius eum abominantur, quando exteriora hominis, quæ iustitiam prætendunt, in interioribus non concordant.* Sed, vt ait Bernardus, *eorum anima est pannosa & vilis. lindos vestidos y el alma de xerga y sayal vil y grosero.* Beatior est sors eorum, qui secum sunt, & nihil foris ostentantes decoram animam internis Dei oculis præsentant. Dauid eleganter ponderauit, *Psallam, & intelligam in via immaculata, quando venies ad me. Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ*: cantabo tunc, & intelligam, cùm in via immaculatæ animæ esse & incedere compereró; neque enim potest animæ vera inesse lętitia, nisi cùm in Dei est gratia. *conciencias que se llueuen como casas paxizas y hechan al alma de casa.* Sunt enim aliquæ conscientiæ quasi tuguria quæ stillicidiis multis pellunt habitantem. *Intelligam.* tunc enim à Deo illustratur, vt intelligat, & æstimet se, & æterna. *quando venies ad me*, ita domi manens, & apud meipsum: sicut matrona, quæ ad se venientem fœminam domi expectat; sic ego visitationem Domini mei præstolabor. *esperare en lo interior la visita regalada de Dios*; interim autem quasi per viridarium in mea innocentia perambulabo. Ideo Augustinus: *Nisi in via immaculata non potest psallere, & intelligere, el que no esta en gracia de Dios, ni puede alegrarse ni entender los secretos altos. Perambulabam in medio cordis mei. Domus nostra* (inquit Augustinus) *interior, cor nostrum est, quo modo quisque ab stillicidio exit de domo sua, aut à fumo, non sibi se patitur habitare: sic qui non habet quietum cor, habitare in corde suo libenter non potest.* quare opus est ad externa prosilire. Quantum autem intersit nostra nobiscum habitare, liquet ex euentu illo 3. *Reg.* 13. vbi vir Dei, cui iusserat Deus, ne panem comederet in Bethel, à falso propheta inuitatus, & falso quidem & ficto oraculo Dei acquieuit, manducauit, & ecce sermo Domini mortem illi comminatur. *Leo enim obuius fiet tibi, & interficiet in via*, qui cùm posset accusare mendacij hospitem, omnino oblitus culpæ eius ad suam conscientiam accurrens, culpam etsi leuissimam deplorauit. Apparat iumentum, & ecce leo irruens in

Cap. 8. 3.
a Moral. 31. cap. 9.
Cant. 4. 9.
b De tranquillitate, cap. 4.
c 3. Natural. quæst. in præfat.
d De remediis fortunæ.
e Epist. 42.
f De tranquillit. vitæ cap. 15.
g Epist. 25.
h Epist. 1. 19.
Iob 9. 30.
i In eundem locum Iob.
Psal. 100. 2.

in eum. Serò venis mors, serò accedis (ait Gregorius) iam mors inuenit animam domi culpam expiantem, iam iustus est, & quasi corpus iusti leo corpus custodit, agitur enim vita animæ in discutiendis propriis culpis, omissis alienis. Nec leuior est eiusdem Gregorij ponderatio epistolâ ad Mauritium: *Quia enim peccator sum, credo quòd omnipotentem Deum tanto vobis amplius placabitis, quanto magis me malè seruientem affligitis.* Beatissime Pater, nônne peccant isti, qui te affligunt & Ecclesiam? ita est, verùm ego in domo conscientiæ meæ manens solus reputo mea crimina: cæterorum autem non crimina, sed virtutes appello: *la vida nos va estar dentro de nos otros, y atar nuestra lengua*: quòd si lingua solui cœperit, hoc opus, hic labor est.

22. *Detractio etiam in Deum invehitur.* Taurus igitur solutus, lingua nempe detrahens, in medio circo consistit: caue tibi mi ADOLESCENS, *imò in bonam partem hoc accipe sancta Trinitas* (orat Nazianzen.[a]) *nec tu stultorum linguas prorsus effugisti. Verùm id eximium & magnificum habet maledicentia, quod vnà cum Deo maledictis figimur, iidem enim & diuinitatem reiiciunt, atque arrogant, & Theologum* (Gregorium) *contumeliis afficiunt.* Nam detractio, vt bene Theologus ait, habet in primis eximium, vel negare quodammodo Deum, vel saltem illi esse iniuriosum: & cùm putat in proximum irrumpere, offensam & plagam Deo irrogat. *Ecce ipsi loquentur in ore suo.* Auscultate detractores (inquit Dauid.) ex notis enim & signis facilè erit agnoscere, *& gladius in labiis eorum*, circumeunt, & circumcursant, quærêdo iustum, & inde in Atheismum proximè ruunt. *Quoniam quis audiuit?* Blanda putabis verba, & tanquam inarticulata, sed quàm atrocia sint, dicant gladij in labiis eorum, imò, vt ait Hieronymus, plagam in ipsum Deum inferunt: *quoniam quis audiuit*, Hieron. *quasi nemo audiat.* Deus vel non audit, vel non curat. Et Chaldæa clariùs, *Labiis suis dicunt, prævalebimus,* (dicho y hecho, gladius est in ore) *quoniam quis ille, qui audiet & puniet, y nos saldremos con ello. Quis noster Dominus est*[b]*? Quis nos videt*[c]*? Nemo nos videt*[d]. quoniam quis audiuit? O nefas: & *hoc* (vel hic) *quod continet omnia, scientiam habet vocis*, adest spiritus, qui omnia comprehendit, & crimen detractionis, quo proximum afficis, proprium reputat, sibique illatum. Nam cùm Spiritus sanctus in eo sit, vt corda fidelium vinculo amoris astringat, & vniat voluntates, iustorum animas sibi copulat arctissimo vinculo, ita vt iniurias illatas iustis, & suas reputat, & suas vocat: nam peccatum in Deum directè tendit: nihilominus ait, *si peccauerit in te*, quasi dicat, in te peccat quoties me offendit, & lædit charitatẽ; sed maximè offendit personam Spiritus sancti. *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei.* Quid hoc Domine, offensa videtur propria Dei? verùm tristitia longè est à Deo. Sed aptissimè dixit contristare spiritum, quia cùm detrahitis in côuersationibus vestris, putatis abesse proximum, & dicitis, *Quis audiet?* adest tamen Spiritus sanctus, qui & scientiam habet vocis, & tristatur, quasi ipse esset persona amici; quare Dauid præsentiam Spiritus sancti reueritus ait, *Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.* Quare toties repetis, sanctum, & tuum? ideo nempe, quia facultatem ad rectè loquendum postulat, *Domine labia mea aperies*; est enim qui punit & vindicat iniurias linguarum, & scientiam habet linguarum detractorum, quando ipsi petulanter dicunt, *Quis audiuit?*

Offendit Spiritum sanctum.

a Orat. de hum. nat. & orat. 3. de pace.

Psalm. 58. 8.

b Psal. 11. 5.
c Eccli. 23. 25.
d Dan. 13. 20.

23. Audacia ista à dæmone originem ducit, qui primus putatur fuisse Dei detractor, exprobrans commutationem Christi sui, & quòd homo fieri decreuisset vel apud parentes primos, detrahens Deo, & legibus eius, *Cur præcepit vobis Dominus?* quamobrem Paulus diabolicos vocat detractores, nam vbi nos legimus, *mulieres pudicas non detrahentes*, Græca habet lectio, *non diabolicas*, hoc est, non filias & similes dæmonis. Tanta enim est huius vitij malitia, vt dæmones ex Angelis faciat, & filios gratiæ in vasa iræ côuertat, & in truculentiorem bestiam *, quare côparant illam quartę illi bestiæ, quæ Danieli ostensa est, *dentibus armata magnis, ferreisque, ac multa comedens*, detractor est, ait Glossa, *quoniam non potest malitia tanta vno nomine comprehendi, sed os detractoris abundat illa.* & ex omnibus peccatis, vna quasi bestia coagmentatur, vt formidinem incutiat omnibus mortalibus, ait Nissenus[e]. *Lingua eorum gladius acutus, prodigiosa res prodentibus in homine arma, gladius acutus pro lingua.* & Bernardus[f] eadem pænè sententiâ, *Gladius* (inquit) *anceps, imò & triceps est lingua detractoris, quæ vno ictu tres interficit, audientem, absentem & seipsum.* Clariùs adhuc Laurentius Iustinianus[g]. *Equidem triplici scelere detractor efficitur reus, absentis quippe famam interimit, audientis, ac propriam: quod enim in corpore materiali agit gladius, hoc in anima detrahentium efficit lingua*; crudeliùs quidem perimit, dum animam occidit, cùm de tyrannis dixisset Christus, *Animam autem non possunt occidere.* Sed quid crudelius obsecro, quàm propriam occidere animam, & prius in se quàm in alios venenum refundere: quod D. Athanasius[h] apta similitudine explicat. *Quemadmodum si quis serpentem apprehendat manu, dum conatur in alterum proiicere, prorsus ipse mordetur: aut si quis ignem*

In seipsum retorquet malum detrahentis.

* Chrysostomus hom. 3. ad populum. Fugiamus dilecti, fugiamus detractiones, docti, quòd est totum satanicum barathrum insidiarum eius hæc incessio.
e In illa verba Psal. 56.
f Serm. de triplici custodia linguæ.
g De vita solitaria c. 4.
h Lib. de passione.

ignẽ manu tenens,dum vult hostem lædere,non intelligat quòd ipse prorsus exuritur; sic malitia magis lædit eos, à quibus habetur, quàm in quos intenditur.conuersi enim sunt in arcum prauum, ait Dauid, & Hieronymus. *Arcus prauus est,qui dum contra inimicos sagittas putatur iacere, sauciat tenentem. Homo es*(inquit Chrysostomus)*ne venenum euomas aspidum, homo es,fera ne fias,propterea tibi factum est os,non vt mordeas,sed vt medearis.tu lengua es salu dable como la del perro,pero si estas rabioso,con la ira a ti te despedaças y hazes rabiar al que muerdes.* Ideo 24.
clamat August.verbis Dauidis,& meliùs dicam Christi,*Erue à framea Deus animã meam.* Quare dixit, vnicam meam de manu canis,& non dixit, de pre canis,qui ore & dente mordet? Semper plurimi fecit Augustinus honorem suum, & existimationem. *Nobis enim*,inquit,*necessaria est vita nostra,aliis fama nostra.*& Apostolus, *Quæcumque casta, quæcumque carissima,quæcumque bona fama,si qua virtus,si qua laus,hæc cogitate.* Vides,ait,quanti facit Paulus,& inter carissima numerat famam: igitur *erue Domine vnicam meam de manu canis* , hoc est,de canibus illis,qui non tam lingua , nec dente, sed manu humana & blanda in silentio vitam vnicam meam famam tollunt;crudeliores enim sunt canes qui taciti accedunt,& irruunt in hominem : *de manu canis.* hos eleganter depingit Bernardus [a]. *Aliij quidem nudè atque irreuerenter, vti in buccam venerit,virus euomunt detractionis: aliij autem quodam simulatæ verecundiæ fuco conceptam malitiam, quam retinere non possunt, adumbrare conantur. Videas præmitti alta suspiria, sícque quadam cum grauitate & tarditate vultu mæsto,demissis superciliis,& voce plangenti,ẽgredi maledictionem,*&c. *Doleo*(inquit)*vehementer pro eo quòd eum diligo satis,*&c. Eccli.cap.10.hos breuiter descripsit , *Si mordeat serpens in silentio, nihilominus habet,qui occultè detrahit,plaga dolosa hæc est*(ait Augustinus) *estocada a traycion,occulta detractio plaga serpentis est,& aspidum mortifera;* imponitur enim plaga *manu* dissimulata : nam, vt ait Richardus , bestia illa Apoc.tres ordines dentium habebat,triplex videlicet genus detractionis,*coniurgium,opprobrium,& operationem.* Duę illæ species primę clamorosæ sunt,tertia verò fit manu,& in silentio;verùm reuerâ mordet vsque ad sanguinem , ita vt Deus quasi carniuoram bestiam puniturum affirmet Zachariæ 9.*& auferam sanguinem eius de ore eius , & abominationes eius de medio dentium eius.* vlcerat enim corpus,& animam, & sanguinem,hoc est,honorem sugit & deuorat exprobrator : sanguis autem humanus noluit natura vt cibus esset hominis , vt notat Arist. [b] quin potiùs potatus perimit , sic inhumanus cibus est , non ventri tantùm, sed etiam dentibus, alienus honor , ideo sæuitiam istam author naturæ vindicaturum denuntiat, *Auferam sanguinem eius de ore eius* , &c.

Psalm. 34. Hieron. explicat de Iudæis. Psalm. 21. Philip.4.8. *Lædis honorem proximi.* a Serm. 24. in Cantica. Vide Chrysostomum hom. 5. ad populum. *Hoc verò magis ridiculum est.* *Detrahentis secreti descriptio.* b 2. De anima.

Sed vt de remedio & antidoto agamus,suadere opus est ægroto quàm graui morbo laboret,& proprio nomine ægritudinẽ designemus. 25.
Origenes Doctor antiquissimus,& satis etiam ante & post mortem exprobratus [c], *Lepra*(inquit)*afficitur detrahentis anima,& omni morbo laceratur,*qui diuinâ lege à populi commercio exulabant,sicut & hæreses;de his Rupertus [d], *Cùm indesinenter adhæserit ori detractoris fœda ac humida loquacitatis lues, & suauis fuerit gutturi illius panis huiusmodi,iniquitatis hic erit; verumtamen non æquè vt leprosus,nondum æquè vt hæreticus à republica deiiciendus. no es bastante pena para el murmurador la del leproso , o la del hereje.* Sed quàm parum absit ab hæresi, qui est blasphemus,ait Anselmus [e], *Lacerantes mutuo vitam vestram comeditis vos vicissim , & omnia bona vestra blasphemantes.* nec blasphemus solùm,sed Iudæis crudelior,& obstinatior,vt ait Bernardus [f]. *Nec verò detractoris lingua ipso etiam mucrone,quo dominicum latus confossum est,crudeliorem dicere verearis;fodit enim hæc Christi corpus, nec iam exanime fodit,sed facit exanime fodiendo,*&c.confirmat hoc Augustinus in illa verba Psal.108.*Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi.Ideo potiùs hoc dixit,vt ostenderet magis Deum nocere,qui proximum detrahit, quàm qui eius mortalem carnem denuo surrecturã sæuiendo peremerunt. siente Dios mas los golpes de la honra del proximo,que los que se dieron en su cuerpo.* Hinc fit,vt cùm leprâ,blasphemiâ,hæresi , & Iudaicâ prauitate ægrotent , perhonorificum illud cognomen per Paulum nacti sint,*Deo odibiles :* alij vertunt, *Dei osores.* & Cyprianus [g] vertit,*Deo abhorrentes,* vt apertè Dauid testatur ex Dei sentẽtia,*Detrahentem secretò proximo suo , hunc persequebar.* Sed quia aliâ non minus graui ægritudine laborat,opus est eam detegamus, & remedium prouideamus.Laborant,inquit Augustinus [h],bulimia,& sacra fame, *qui deuorant plebem meam,vt cibum panis. Cætera*(inquit Augustinus)*quæ manducamus,possunt modò illa,modò ista manducari; non semper hoc olus,non semper hanc carnem,nõ semper hæc poma edimus.Cùm igitur ait,deuorant plebem meam,sicut cibum panis,quia semper panem manducamus ,significat nos sine intermissione deuorare plebem Domini.* Igitur de huius morbi lue, quia instat necessitas,statim agamus,ait Bernardus , *hartemosle esta hambre canina , si vis detrahere,tuis peccatis detrahe,non perspicias aliena peccata,sed tua; nunquam aliis detrahes , si*

Antidota contra detractionem. c Hom.7. in lib. Numerorum. d De Trinit. in Leuitic. lib.2.c.28. e Galat. 5. Pag. 317. f Serm. de triplici custodia. Rom.1. g Epist.68. Psalm. 110. h In Psal.52.

Remedia contra grauẽ morbum detractionis. te bene perspicias. Chrysostomus etiam[a] medelam affert, & famescentes istos explet memoriâ Sanctorum. *Vbi Euodius bonus odor Ecclesiæ, & sanctorum Apostolorum successor, atque imitator? vbi Ignatius Dei domicilium? vbi Dionysius Areopagita volucris cæli? vbi Hippolytus suauissimus & beneuolentissimus? vbi Basilius magnus, & par ferme Apostolis? vbi Athanasius sanctus, & virtutibus diues? vbi Syrus Ephrem magnus obtorpescentium excitator? afflictorum consolator? Monachorum speculum.* Sic est loquendum de sanctis carniuora bellua; tu verò non sic, sed, sicut ait Hieron.[b] *Appropriant super me nocentes, vt edant carnes meas. Carnibus meis saturamini*, vt aiebat Nissenus[c]. & iterum Hieronymus, *Dilexisti omnia verba præcipitationis*, legit, *verba ad deuorandum*, & Chaldæus, *voracitatis*.

a Serm. aduersùs impios hæret. habetur post opera Ephrem.
b In illud Psalm. 26.
c In illud Iob 19.

27. Sed quorsum de frænanda lingua agam, cùm illud fide certum sit, *linguam nullus hominum domare potest*. D. Thom.[d] cum Glossa. Potest quis domare quoad delicta grauia, sed non à leuibus semper. Clariùs tamen D. August.[e] *Neque hoc ideo dixit Iacobus, vt huius in nos mali dominationem per negligentiam permanere patiamur, sed vt ad domandam linguam diuinæ gratiæ poscamus auxilium.* &[f], *Si linguam nullus hominum domare potest, ad Deum confugiendum est, qui domet linguam nostram*, &c. &[g], *Maior consuetudo maiorem flagitat intentionem, lingua facilitatem habet motus, in vdo posita est, facilè labitur in lubrico; domabis si vigilabis, vigilabis si timebis, timebis si Christianũ te esse cogitaueris.* Primũ igitur remedium sit ex Hilario. Linguâ, inquit[h], caret, sensu intelligentiæ caret, & rationis instinctu. Debet igitur subdita esse rationi sicut calamus digitis, & semper ex præmeditato loqui. *Lingua intelligentis meditabitur sapientiam.* & rursus, *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis, quia intelligentis lingua ex meditatione sapientiæ sit, & eadem rursum tanquam calamus scribentis nihil incompositum, nihil incertum agat, ne sit sicut nouacula acuta, quæ fecit dolum.* Elegans similitudo si expendatur. *pedir le al murmura dor que se que de con vn tras lado de loque dize, porque le ande pedir quenta de ello.* Origenes: *Caue detractor, te enim in futurum obligas, peccatum proximi, quod nunquam fecisti, soluere*; caue ne scribas amaritudines, quoniam tu scribis in aqua, aut in aëre; is verò, cui detrahis, exarat eas in silice æternùm duraturas.

Nota. De hac linguæ frænatione vide multa in Paëz in epist. Iacobi cap. 3. maximè tamen Greg. 3. moral. cap. 10. Ambros. 1. de officiis cap. 3. & 4. & latiùs in Psalm. 38. ad ea verba, *Posui ori meo custodiam.*

d In Iacobi cap. 3.
e Lib. de natura & gratia. cap. 15. tom. 7.
f Tom. 10. serm. 4. de verbis Domini cap. 2.
g Ser. 28. de verbis Apostoli.
h In Psal. 51.

28. Secundò detractorum societas fugienda est, *remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te*, ait Sapiens, & D. Paulinus[i]. *Quòd si hæc in nobis esset diligentia, ne passim obtrectatoribus crederemus, iam omnes detrahere timerent, ne non tam alios quàm seipsos viles detrahendo facerent. Sed hoc ideo malum celebre est, idcirco in multis seruet hoc vitium, quia penè ab omnibus libenter auditur.*

Fugiendi sunt detractores.

Prou. 4. 24.
i In Hieron. epist. 14. ad Celantiam.

Tertiò remedia sunt, sed difficilia, sicut quæ contra pestem adhibentur, si fugere non potes, modestè detractorem corrige, vt monet Chrysostomus[k]: quòd si corrigere non audes, excusa saltem absentes, de quibus detrahitur, & labentem honorem sustine, & fulcire non desistas. *Fulcite me floribus, stipate me malis.* Quis vidit vnquam fulcra ex floribus? postulat igitur, vt nobiliores fœminæ & equites, à quibus longè debet esse vitium hoc vile, & abiectum, honori suo consulant, & odore bono verbísque honorificis confortent; vel saltem vultum ad tristitiam compone, vt monet Hieron. *Detractor cùm tristem faciem viderit, illico conticescit, pallet vultus, hærent labia, saliua siccatur.*

k Homil. 3. Habes quẽ laudes, &c.

29. Tu verò, si quis nomen tuum obtrectauerit, principiò sile, tace, ignis enim est lingua magnam siluam comburens; fac quod Nazianzenus. *Negant, inquit, vt pyritem, sic me conuitiis tundere desituros, quàm ex parua scintilla ingentem sermonum flammam excitarint.* in quæ verba Nicetas ait: *Appositissima similitudine vsus est Gregorius: sicut enim pyrites ignem internè habet, ac premit, percussus autem, & vi attritus eum exerit; sic ipse sermones apud se in mente habebat.* Taceas ergo, ne per loquelam ignis eliciat. Præterea Bernardus[l]. *Ne sit tibi cura de iniqua reprehensione blasphemantium, cùm recti diligant te, bona profectò consolatio, cùm blasphemamur à malis.* & Seneca[m], *Malè de te opinantur homines, sed mali*, &c.

Vides quàm opportunè in principio domum conscientiæ habitare docuimus, ibi secedere, & in tuto esse, confuge ad teipsum; *hæc enim est gloria nostra, testimonium conscientiæ nostræ*, 2. Cor. 1. *Ecce in cælo testis est meus, & conscius meus in excelsis*, aiebat Iob, & qui testem habet in cælo, reprehensiones hominum metuere non debet, ait Gregorius, & hoc ipsum sequentes discursus latè persuadent.

l Serm. 24. in Cant. videatur Busæi panarium verbo *Detractio*, in fine.
m Lib. de remediis fortunæ.

VERBVM PATRIS.
Deut. 5. verſ. 1. & 16.

Audi Iſrael, &c. Ego ſum Dominus Deus tuus, &c. Honora patrem tuum, & matrem, &c.

Vera & plena Chriſti religio in quo ſita ſit, quo cultu, & honore diuino venerandi parentes, iuſtis vndecunque supremæ legis obtemperare mandatis ſuadetur.

DISCVRSVS XLVI.

1\. PRÆDICANDI ſcientia, quæ quodammodo eſt cæleſtis (inquit Clemens Alexandrinus) iam te, ô mi Adoleſcens, vtroque modo iuuat, ac promouet, ſeu per manum, ſeu per linguam operetur; & cùm Dei verbum in hoc pædagogi nomen, & manus inciderit, confert ea, quæ ſunt maxima, principium fidei, vitæ rectè inſtituendæ deſiderium; dat materiam, & occaſionem ſalutis: iubet enim legem ſanctiſſimam colendi parentes, & in numero Deorum venerandi; immo totum librum legis, cuius auctor eſt Deus, in publicum hodie prodire, & in omnium hominum manus prouenire. Quod videlicet mandatum licet nihil glorioſius, nihil ad laudem illuſtrius, nihil vtilius (vt Paulus aſſerit *) homini contingere poſſet, *Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione* [a]: tamen ita eſt ipſis naturæ fundamentis innatum, vt parens Philoſophorum turpem, & ſupplicio dignam interrogationem putauerit, *ſintne Dij colendi, & amandi parentes?* immo idem ipſe [b], rationi, & nobilitati naturæ, ait, magis conſonum eſſe parentibus primò, quàm ſibiipſi conſulere; *neceſſaria præſidia vitæ parentibus maximè debentur, quibus rebus procreatores iuuare pulcrius eſt*; quos ſi procreatores (vt legunt alij) nominat, certè Dei locum tenere, & diuinis dignos eſſe honoribus affirmat, ſed & legi diuinæ ita conſonum, vt nec de auctore Deo, nec de conuenientia, nec de prouidentia libeat quæſtionem inſerere, vt Alexandrinus [c] pariter docet; fidei diuinæ, religionique ita conforme, vt audeat affirmare D. Gregorius Nazianzenus, *Deum illum facilè abiuraturum, qui parentem ſuum negat.* Cùm igitur hodierna die ipſum cæleſtem magiſtrum audentiſſimi Phariſæi ſuper minutiſſimis conueniant, & diſcipulos arguant, relicto ab eis auguſtiſſimo Dei mandato, ſophiſtico cultu contenti, & qui in ſuam tantummodo vtilitatem cedebat; operæpretiũ erit, quid lex, quantæ auctoritatis, & qua ratione adimplenda ſit primò oſtēdere? Secundò ſuperbam iſtorum cenſorum interrogationem redarguere, & quis honor, quantúſque ſit parentibus exhibendus? Tertiò denique tam ab iſtis, quàm à peccatoribus legem Domini ſanctam, & æquiſſimam vndequaque monſtrabimus, nullo perfugiendi loco relicto, quominus adimplenda ſit.

Optimus pædagogus verbum.

Pietatis in parentes lex naturalis.

* Honoris nomine intellige reuerentiam, amorem, obedientiã, alimoniam, & ſuſtentationem: primũ autem dicitur in promiſſione, hoc eſt, cum promiſſione. Exod. 20. 12. *Honora patrē tuum & matrem tuam vt ſis longæuus ſuper terram.*
a Epheſ. 6. 2.
b Ariſt. 1. topicorum c. 9. & lib. 9. Ethicor. c. 2.
c Lib. 2. ſtromat.

DIVISIO DISCVRSVS.

2\. *Acceſſerunt ad Ieſum,* &c. Docet Chriſtus Dominus in præſenti Euangelio Chriſtianæ religionis opus, ſubſtantia, & fundamentum, in quo ſit, quibúſque in rebus medulla, integritas, & plena perfectio ſit cōſtituenda, videlicet non conſiſtere in exteriore facie, & ſuperficie, quæ facilè adulterari poteſt, nec in exteriori oculorũ, & capitis demiſſione, quibus tegi poteſt ambitio, nec in cæremoniarũ apparatu, quæ cum fictione, & turpitudine ſimul poſſunt inueniri, ſed in eo nexu, & interiori amplexu conſiſtere, quo internis externa aſſociantur, & quæ patent oculis, cum vera intentatione, quæ ab oculis remota eſt, coniunguntur: in hoc enim pondus, plenitudo, veritas ſtabilis Chriſtianæ diſciplinæ conſiſtit. Quapropter cùm cæleſtis Magiſter venit in Iordanem, inauditum demiſſionis exemplum exhibiturus, renuenti Ioãni dixit, *Sine modo, ſic decet nos implere omnẽ iuſtitiã*; conſidera me quaſi vnũ de reliquis hominibus: nunc enim nondũ audita eſt vox Patris, nec illapſa columba; reputa me vnũ de populo (vt exponit Chryſoſtomus.) *decet*; nam licèt neceſſariũ non ſit, decens eſt *nos*, quibus verbi adminiſtratio demandata eſt, etiam exempli, & documenti ſpecimen propriũ *implere*; non tamẽ neceſſarium, ſed vtile. *omnẽ iuſtitiã*, quaſi dicat, ſine modò hoc, quod ſanctũ Sacramentũ non eſt, ſed ſanctitati congruũ, exhibere; quia etiamſi exterius quid eſt, & adiacens, implet tamen iuſtitiam: *eſte exemplo exterior da el colmo à la ſantidad mia, y al dechado, que propongo de mi vida.* Vocauit meritò ſanctitatẽ *iuſtitiã*, ſoluit enim ad æqualitatem debitum; duplici enim debito obligati ſumus, vno erga Deum, altero erga proximum: Deo interno cultu cordis, & voluntatis; *quia Deus intuetur cor:* homini ea, quæ foris in ſuperficie ſita ſunt; quia *ab homine videntur ea, quæ patent:* ſed quia proximus vtpote corpore tectus interna nõ penetrat, externis gaudet, & quæ in facie ſunt. Debiti huius cauſa eſt ipſa hominis cõditio tam ex ſpiritu, quàm ex corpore coagmentata; vtriuſque autem partis rationem exagitabit venturus iudex. *Deus autẽ pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.* Vbi nota, quòd integritas iſta opponitur manco, & mutilo: ſunt enim manci, & mutili in fide, & qui credunt ſymbolum Apoſtolorum, ſed negant alias traditiones, & illi, qui cùm velint animo aliquid facere, ſicut vult mancus, tamen exteriùs id corpore non exequuntur: *querer ayunar, y nunca ayunar; querer dar limoſna, y nunca darla, es voluntad manca*; integra debet eſſe ex ſpiritu, & corpore.

Matth. 15. 1. In quo conſiſtat noſtra religionis ſubſtantia.

Matth. 3. 15.

Corde & opere ſeruire Deo oportet.

3\.

1\. Reg. 16. 7.

1\. Theſſ. 5. 23.

4\. Huius duplicis partis interior principalior eſt, & quaſi cor, & medulla operis, vt ſpiritualia naturalibus aſſimilentur, in quibus natura primùm corda molitur (inquit Niſſenus) tamquam vitæ principium, hoc ipſum primò perficit gratia; & vera lex, quæ à corde originẽ ſumit; nam à corde ſicut à radice bonum, & malum arboris aſcendit, *De corde exeunt cogitationes prauæ*: nam neque in

Digitized by Google

occisione malum est, si in corde non est: at verò paleam e terra in odium Dei eleuare, maximum est peccatorum, si a corde procedit: omittere autem manus ablutionem exteriorem non nocet cordi. *Non lotis manibus manducare non coinquinat hominem*: nam quam aliam putas causam non acceptandi, nec approbandi Deum Caini sacrificium, cùm Abelis sacrificium sibi gratum ostenderit, gratis oculis conspectando; nisi quia (vt ex textu colligitur, & ex D. Ambrosio [a]) Cain obtulit quidem hostiam, sed non cor: Abel autem vtraque cõiunxit; *Audi, respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* priùs offerentem, pòst verò oblata suscipit: *ad Caim autem, & ad munera eius non respexit.* hoc est (vt ait Vatabl.) non prospexit inter oblata etiã cor offerre, & dum cor non videt, *nec ad munera eius se gratũ* præbet: obtulit insuper res mortuas, quales sunt terræ fructus, qui sine spiritu, & anima sunt: Abel autẽ viuam hostiam, & respirantem. Opera autem, quæ Deo placent, illa sunt, quæ per charitatem viuificantur, & quasi respirant, & expirant spiritu gratiæ; cætera verò, quæ à concupiscentia mouentur, emortua sunt. *Concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum, peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem.* nam sicut grauida mulier si quod concupiscit, non consequitur, aborsum facit: sic pariter concupiscentia opera emortua sæpissimè edit. Ea de causa (inquit Gregorius [b]) nos priùs cor sancti Iob purum, & sanctum iubet sacra Scriptura videre, vt cùm ex vna parte eum Deo inhærere, & ex alia opera externa eleemosynæ palàm prodire intuemur, in eo discamus Deum cordis intentionem, & internam vitam æstimare: inde tamen folia, & fructus hospitalitatis, & eleemosynæ tamquam ex radice nata placere; *mundari etenim debet priùs animus, qui eleemosynam præbet; quia omne, quod datur Deo, ex dantis mente pensatur.* Quid præstat largiri eleemosynam, stipem roganti, si erga domesticos ira & odio accenderis; quid vtilitatis tibi afferet sacrificium Deo oblatum, si mente, & animo sicut Caim à fratre diuisus es: *Discamus, quia exteriora munera ex interna cordis munditia condiuntur: las obras exteriores son como algunos manjares, que no saben mas, de conforme los guiZan.* Quod autem opera condit, puritas, & integritas cordis est. Hac de causa D. Augustinus videtùr secutus Septuaginta interpretes in loco illo Gen. 4. *Si autem male egeris, statim in foribus peccatum aderit.* Septuaginta, *Si autem non rectè diuidas, peccasti*; quasi diceret, si ab eo, quod offers, internum spiritum aufers, *peccasti*, ne sis queribundus: meritissimè enim in foribus statim aderit pœna tuæ hypocrisis: & quæ fores sunt istæ? vtique tribunalia, ad quæ causæ deferuntur implicatæ, & inuolutæ fallaciis, & mendaciis; accedente autem iustitia euoluit rem, & diuidit, quod mendacium confuderat, & dissimulauerat. Vel *forium* nomine exitus mortis designantur: *los puertos secos de la muerte*, in quibus regni Dei custodes omnes viatores, & eorum opera examinant, an in publicis tabulis diuinæ legis relata sint; *veamos, si van registradas essas obras*, & cùm recognoscunt nullo tabularum testimonio signata, occultum manifestant, pretiosum diuidunt, & Regi, custodi, & iudici per partes distribuunt. Nulla est, ô Adolescens, in nostra religione sententia acerbior, grauior, & seuerior, quæ sic timere cogat mortales, *Deum* (nempe) fallere non posse, & *Domini, Domini esse exitus mortis*, vbi omnia euoluuntur, & veritas à mendacio separatur; ex ipsius iudicantis ore idipsum accipe; *Veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & diuidet eum, & partem eius ponet cum hypocritis, ibi erit fletus, & stridor dentium*; iubebit Angelis recognoscere viatores, *& diuidet*, Hieronymus, & Euthymius, *pellet e sua domo*, Origenes magis ad rem, *diuidet, redibit spiritale donum ad Deum; corpus autem in gehennam.* Agite Angeli, quis præterit? vir religiosus; inspicite, & recognoscite, immo miles furiosus, crudelis, prophanus, *diuidet eum*, habitum illum, vestemque sacram altari seruate, hunc infernus adiudicate. Quæ est ista, quæ ascendit? Domine, nobilis est, pudica & orbata viro, videte, an vere vidua sit, velum tollite, nónne videtis calamistros, fucos, pretiosas vestes, vitia abscondita, auferte velum, & reseruate altari, partem eius ponite cum hypocritis, *ibi erit fletus*, ibi plangent ementita opera fallaciis, inania, sine corde: Deus enim non approbat externas cæremonias sine spiritu, & veritate exhibitas.

Matth. 15. 20.

a Lib. de Cain, & Abel.

Gen. 4. 4.

5.

Iob 1. 15.

b Lib. moral. c. 11.

6.

Iudex Dementis & sordis.

Psal. 67. 21.

Matth. 24. 10.

Huius doctrinæ præclara idea, & Christianæ perfectionis exemplar fuit Tabernaculi antiqui opus eximia arte confectum; vbi pulcerrimi illi Cherubini gigantea proceritate, auro fulgentes extentis alis adstabant; sub alis autem legem tectam, & occultam tenebant, denotantes placere quidem summo Deo externam operum exhibitionem; legem autem in medio cordis recondendam, & conseruandam, quod nemo meliùs Dauide expendit, & concinit, *In capite libri scriptum est de me*, hoc est, quod præcipue mihi incumbit, & apud me primò obseruandum statui, id est, quod in toto Pentateucho continetur, & lege dicitur, *vt facerem voluntatem tuam: para no apartarme de vuestra voluntad*: sed non mihi sat est voluisse, *& legem tuam in medio cordis mei: abraceme con vuestra ley, y no como quiera hechandole los braços, que esso es exterior ceremonia, sino: in medio cordis mei*; hoc enim ex diuino iussu fiebat, vt nempe cùm quis vngebatur in regem, librum legis in manibus tenebat. Nota prætera librum non instar nostrorum esse, sed longam membranam, & quæ in meditullium, hoc est, lignum, quod in medio erat, circumuoluebatur; igitur (inquit Dauid) non manibus tantùm tenere videbor, nec describam mihi Deuteronomium legis ex præcepto tuo c. 17. & 18. sed in tabulis cordis inscribam, & non compaginabo librum, hoc enim parum est, sed in ipso meo corde, quasi in meditullio, aut vmbilico circumuoluam volumen, vt impleatur illud, *In visceribus eorum dabo legem meam: yo partire mi coraçon, y como en caña enquadernare vuestra ley*; allusionem aliam elegantem egit, cùm dixit, *in medio cordis*: nam lex incipit littera quadam, quæ medium cor refert, & in alia littera simili medio cordi finitur, quibus quasi in summam quamdam redegit Deus legem: ait ergo; *toda vuestra ley de barra à barra no la junto yo con dos letras partidas, y que juntas haZen vn coraçon*; *sed in corde meo abscondi eloquia tua*; vt sicut inde spiritus vitæ emanant ad oculos, & cætera membra; ita à lege tua in opera externa mea, *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas*, & voluntas ista migrauit ad manus. *Leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi*, deinde ad pedes, *Pes meus stetit in directo*, deinde ad labia, *In labiis meis*

7.

Lex in medio cordis collocanda & seruanda.

Psal. 39. 8.

Psal. 36. 31.

8.

Prius sit lex in corde, deinde in opere

Psal. 118. 12.

Ibid. 48.

Psal. 25. 19.

Psal. 118. 13.

meis pronuntiari omnia iudicia oris tui; itaque Dauid finiebat in labiis, cùm exordium sumpsisset à corde: Scribæ verò, & Pharisæi ordine inuerso labiis honorabant Deum; cor autem eorum iniquitate erat plenum, & in lotione manuum persistentes coinquinatas habebant conscientias, quibus optime dictum, *Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe est à me: tenian en solo lo exterior ocupado el coraçon, vna virtud somera, y superficial puesta en ceremonias sin medula*; ideo discipulorum leuissimam lotionem manuum calumniantur. Vt igitur huic morbo medelam afferat Christus in lege gratiæ, in his religionem statuit, & virtutis profectum, in quibus idem possint attingere paruuli, & magni, sani, & ægroti, diuites, & pauperes, amando nempe, & ardenter legis eius custodiam expetendo, hoc gaudio triumphabat Fr. Ægidius, cùm à D. Bonauentura audiuit, æquè atque illum absque litteris, & libris posse Deum diligere ex corde, neque ad hoc indigere cæremoniis. Summam egit huius doctrinæ Exodi 30. cùm præcipiebat filiis Israel, vt nomen darent, & in libro filiorum Dei scriberentur, omnibus idem pretium imposuit, *Diues non addet ad medium sicli, nec pauper diminuet: es para el gasto del tabernaculo*; at studiosè, & prudenter legem purificationis statuens, diuersa valde munera pauperibus, diuitibusque præscripsit. *Par turturum, aut duos pullos columbarum.* Ea autem ratio est: nam purificatio peccatorum per eleemosynam, æquum est vt carior sit diuiti, quàm pauperi, quia vel plus delinquit, vel pluribus potest satisfacere; at verò cùm dato nomine in Dei cultum se mancipant, & per fidem, & amorem obsequium præstant, omnes æqualia munera pendant; quia in voluntate, & fide, & religione æqua est conditio diuitis, & pauperis, immo præstare potest amore, & fide. Grandis religio, & sanctissima lex non adstricta externis lotionibus, sed veris, & heroicis virtutibus, ne nostros contingat esse Christianos, quales imagines Deorum antiquorum, externo cultu pulcerrimæ, sed ab intus pannis, papyraceis tabellis, & clauiculis compactæ. *Ecce iste coopertus est auro, & argento, & omnis spiritus non est in visceribus eorum.* Inde in politiam religionis pestem labuntur, illud nempe specimen religionis assumere, quod satis esse videtur ad tegenda crimina, & satiandos oculos intuentium: *esta es la manera de Christiandad del dia de oy, hazer lo que es vso entre caualleros, y no mas, si se encuentra con el seruicio de Dios el honor, o, el interes pisar, y atropellar*: per calcatam religionem ad conseruationem status pergere, instar Simeon, & Leui, qui cùm gladio peremissent Sichimitarum vrbem integram, nihil rem pendunt, hominem enim occidere infamia non est: at sororis Dinæ stuprum ægrè ferunt, quia in dedecus cedere videbatur, *nunquid vt scorto abuti debuerunt sorore nostra?* Peccato item lethali Iudas cùm Thamar deliquerat, & plus faciebat, quòd existimaretur mendax, *certe mendacij arguere nos non potest.* Legem sanctissimam, & diuinissimam honorandi parentes irrumpant Scribæ, & ecce leuissimæ traditionis transgressores Christi discipulos iactant. Quare discipuli tui?

Matth. 15. 8.

Substantia legis in corde præcipuè sit, deinde in opere.

Vide chronica S. Francisci.

Exodi 30. 15.

Luc. 2. 24.

9.

In affectu & deuotione æqualis esse pauper debet diuiti: & eadem lege comprehenduntur.

Ier. 2.

Politici caruit vera & interna religione.

Gen. 34. 31.

Gen. 38. 23.

10. Alia pars discursus. Matth. 19. 19

De secundo vt iam agamus, ipsa lex sincerè enuntianda est, *Honora patrem tuum, & matrem tuam*: nam motiua legis non cum ipsa lege sunt promulganda; nam etsi ratione debet constare, hæc tamen non populi iudicio subiacet, penes quem solum est obedire; ideo D. Iacobus, *Si iudicas legem, non es factor legis, sed iudex*; & D. Hieronymus [a], *In lege ratio non quæritur*; sed lex (inquit Seneca) ita clara, breuis, & naturalis debet esse, vt sit quasi vox; *Legem breuem esse oportet, quo facilius ab imperitis teneatur, velut emissa diuinitus vox sit, iubeat, non disputet, nihil mihi videtur frigidius, quàm lex cum prolegomeno, mone, dic quid me velis fecisse, non disco, sed pareo.* Et ideo Philo excusat Moysem in Leuiticum; quia ibi potius fungebatur officio magistri, quàm legislatoris. lib. 2. de vita Moysi in præceptis monet, hortaturque magis quam imperat adhibitis plerumque præfatiunculis, & epilogis, provt res postulat, docere mallens, quàm cogere. Ideo & Pater absolutè imperat, *honora patrem*, sed ibi tacitè motiuum indicat, *tuum* (vt notat D. Thomas. [b]) & Filius Dei similiter, *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros*, &c. Concionatoris munus est, & ratione vrgere, & præmio allicere, & pœna cogere, & coërcere. Ideo D. Paulus notauit esse *mandatum primum in promissione, vt sis longæuus super terram, quam Dominus Deus dabit tibi.* Æqua quidem, & congrua promissio; hoc enim meretur eorum honor, & gratitudo (vt docet S. Thomas [c]) Filij (inquit) obtinent vitam à parentibus, sicut milites obtinent feudum à rege: sic ergo merentur hi eius conseruationem, quandiu parentes honorant; è contra verò sicut milites rebelles spoliantur feudo, ita & filij rebelles vita. Adde etiam (vt obseruat doctus interpres) aptissimam esse promissionem adolescentibus, qui præ cæteris optant diu, ac suauiter viuere (vt ait Aristoteles;) vnde nos etiam venari possumus, quam proportionem habeat honor parentum ad vitam longam, viget in nobis calor, qui consumit continuè in nostris corporibus substantiam; ex quo fit vt sensim decrescente virtute senes efficiamur, quod vt sedulò vitemus, quotidiano cibo reficimur *. Sed inuenies diuersitatem in cibis: quædam enim alimenta vim quamdam inferunt ipsi natiuo calori, quem etiamsi nutriunt, hebetant, infirmant opposita qualitate; quare etiamsi sustentant illum, ab ipsis tamen sicut gladius secando minuitur, & hebes fit. Quid si inuenias cibum, qui ita calorem nutriat, vt foueat, & conseruet? hoc munus ambræ (*alambar*) tribuunt Philosophi, quod sic nutrit, vt non debilitet: transeamus igitur de manducandis ad mandata. Vbi obserua reliqua præcepta secum afferre vim quamdam acrem mortificandi, quæque contraria est appetitionibus, & affectibus corporis, immo & anima ipsa concoquere difficilè videtur. At quartum præceptum est non solùm naturæ non contrarium, nec graue cordi, neque crudum, sed naturale, facile, & quod vitam, & annos producit *; *gran promessa para los hijos de Adam tan amigos de la vida.* Quòd si aliquando non ita fit, ideo est, quia filius consummatus in breui expleuit tempora multa, sic Tostatus; vel quia similes promissiones temporales cum aliqua temporali commutentur: vt, *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem*, quod in Lazaro non vides impletum; bene tamen impleri dicitur (ait Hieronymus) quia si

Cap. 4. 11.

a Dialogo 2. contra Pelagium.

Persuasio ad pietatem erga parentes.

b 1. 2. q. 100. art. 7. ad 2.

Matth. 5. 44.

Exod. 20. 12.

c In opusculis, opusc. 4.

11.

* P. Cornel. à Lapide hîc.

Theodoretus quæst. 58. in Genesim.

12.

* S. Thom. *que como el hijo en naciendo es de persi independiente de los padres quisò Dios arrendarlo, y atarle a ellos sino con atadura phisica a lo menos moral; y esta fue que el que obed. tiene goze de vida larga; al desobediente se le acorte, y assi es castiga la corta vida.*

hæc temporalia non præstet, longè maiora pro eis æterna, & cælestia donat, & panem spiritualem, patientiam, lauream've martyrij. Quòd si parentes primos consulamus, & filios, hoc ipsum reperiemus. Notauit S. Theodoretus agens de maledictione illa, quam imprecatus est Noe in Chanaã, & benedictionem Sem, non maledictionem, sed prophetiã esse, vt posteris timorem incuteret, ne talem impudentiã filius erga patrem imitaretur; *hoc autem sciendũ, quòd verba iusti non maledictio, sed prophetia sint:* nam dixit, *Maledictus Chanaã, prædicans quidem futura, deterrens autem posteros, ne peccarent in parẽtes.* Quòd liquidò constat in benedictione Sem: *nam Deum prophetauit habitaturũ in tabernaculis Sem; quòd carnem, quam accepit ex semine Dauid, & Abraham, templũ suum nominauit, llamò templo suyo al cuerpo, que hauia de tomar de este linaje.* nam quando cooperuit ignominiã eius, promisit Deum futurum esse filium Sem: *tomarale por padre Dios a Sem, pues supò ser tan buen hijo.* Sed videtur conuenientius promittere se futurum patrem eius, quam filium: hoc enim magis congruebat Dei dignitati, & pietati. Verùm si rectè consideres, si præberet se patrem erga Sem, semper Sem manebat sub nomine, & obligatione filij: at cùm Deus se exhibet in filiũ Semi, dat illi filium, & desideratissimum, & excellentissimum Christum, quem vsquã alter habuit; & ipse insuper Christus vtpote filius seipsum obligauit Semo, sicut parentem reuereri, colere, & memoriam eius in posteros commendare; vt iam notum sit non esse summum præmium filiorum longæuam vitam ducere, sed habere insuper diuinissimum præmium, nempe filium Dei exhibentem se filium eius, qui honore & pietate prosequitur parentes suos, & ita eorum necessitatibus ex officio subuenturum, quasi verus filius à Deo datus, & a principio mundi prophetatus.

Christus se exhibet filium eius qui parentes venerantur.

14. In Chanaã autem filium impudentem duplici de causa excandet parens Noe, & mala denuntiat. Prima, quia inter filios primus est post mundum innouatum, qui læsit parentem; prior autem, qui in aliquo genere delictũ, vel scelus aliquod inuehit, & quasi auctor eius est, grauissime punitur. Ideo Deus sic seuerè puniri voluit, qui in die festo ligna, & stipulas colligebat; quia opera charitatis in die festo non sunt prohibita, vt cælestis Magister nos docuit, & explicant sacri Doctores [*]; sed quia qui primi sunt legis transgressores (vt notant Theodoretus *in Numeros*, Saluianus *lib. 6. de prouidentia*) minori pietate digni sunt, & quia sine exẽplo peccant, & quod toti reipublicæ dant, perniciosum est, & grandi vitio præditum exemplum; nam (vt aiebat Seneca *lib. 1. de clementia c. 23.*) multa vt impossibilia iudicarentur, si solo intellectu iudicarentur: at qui eadem in vulgi oculos proponit, pudorẽ perpetrandi tollit, & veluti scelerum auctor est. Ideo Solon ille missam fecit pœnam parricidij, ne populo vel ex hoc constaret tale, támque immane facinus posse perpetrari; *itaque parricida cum lege cœperunt, & illis facinus pœna monstrauit*; ideo qui rupit murũ legis, maiori supplicio plectitur. ideo etiam Iudam proditorẽ post laqueum medium crepuisse existimant; quia primus inuentor fuit indigni potus, & indignæ sumptionis corporis, & sanguinis Christi, & quia primus malè Sacramenta libauerat, nõ morte solùm mulctatur, sed viscerum ruptione, & effusione, vt nouum supplicium, nouam delinquendi rationem & puniret, & exterminaret. Secundò etiam dignus fuit maledictione Chanaa, generali Dei lege in prauos filios lata, 15. *Qui maledixerit patri suo, & matri, extinguetur lumen in mediis tenebris: mandamos* (dize Dios) *que el hijo desmesurado contra su madre, sele acabe la luz de la vida, quando mas la podia dessear, que es en la iuuentud.* & cùm leuius hoc videretur, addit, *Oculum, qui subsannat patrem, & despicit partum matris sua, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ.* Vbi nota oculo posse in patrem delinquere, *con vn guiñar de ojo se offende la magestad del padre.* Ideo D. Ambrosius [a] sanctissimæ Virginis pietatem erga parentes suos laudans interrogat; *Quando hæc vultu læsit parentes* (nam solo vultu læditur pietas.) *con vn gestillo, ò ceño se desobedece a los padres:* pœnam autem à coruis infligendam statuit; quia per quæ quis peccat, per hæc punitur. Sicut Absalon, qui in ramis quercus adhæsit, quia quercus primæ hominum parentes extiterunt, dum humanum genus nutrierunt glande; punitur ergo à parente, qui patrem Dauidem læserat: ita pariter coruos in supplicium quasi carnifices vocat; quia filij coruorum erga parentes non ingrati, etiamsi ab illis deseruntur, postea vt parentes amant, & sequuntur; & præter hoc illi, & pulli aquilæ tam longam ducunt vitam, vt videantur a natura longæuæ vitæ præmio pietatis donari. Taceo, quod sapienter obseruatum video, horum supplicium in omnibus quatuor mundi viis, mari, terra, aëre, igne propositam esse, & denuntiatum: *tiene Dios puesta horca en todos quatro elementos.* Ambrosius, 16.

Pendet Abisalon, astrictus in arbore guttur,

Ne cælum patricida ferus macularet, humúmque.

Augustinus [b]: Septem vnius matris filij, à quibus contumelias, & iniurias passa maledictione incessit, subitò paralysis tremore, & compulsiuo motu affecti, ita vt terra eum ferre non posset, vagi, & profugi super eam quasi ostentui dati sunt. Filius item Clotarij Imperatoris quasi Absalon alter, in parentem rebellat, quem Deus non aëri, sed igni in media domo comburendũ dedit. Dominus item Sanctius Iaimi primi Aragoniæ regis filius pari scelere maculatus fluuio Cinga absorbendus, & eluendus, si posset, à Deo traditur. Peringeniosi tamen Romani in hoc fuerunt: nam huiusmodi reos mitti voluerunt in culeum viuos cum vipera, simia, gallo gallinaceo, & fele, atque ita in flumen deiici: parricidam ex rerum natura sustulisse visi sunt, cui repentè cælum, solem, aquam, terrámque ademerunt; vt qui eum necasset, vnde ipse natus esset, careret his rebus omnibus, ex quibus omnia nata dicuntur. Ideo Seruator inquit,

17. *Quare & vos transgredimini mandatum Dei?* Ne putes iram diuini Magistri in Pharisæos solùm intendi, te te expectat, te admonet de seuero Dei iudicio: nam *sicut fulgura* (inquit Chrysologus [c]) *cùm saxa, montes, arbores, ipsa domorum culmina terribili collisione dissoluunt, sensus hominum, mentésque corripiunt; ita Dominus quoties in Pharisæos intonat, suos timore salutari corrigit, & emendat, sicut hodie euangelicus sermo perdocuit.*

18. *Quare & vos.* In hoc differunt ea, quæ Deus vt sapientissimus iubet credere, ab his, quæ vt Omnipotens præcipit facere; quòd quæ credenda sunt, non sæpe claram sui rationem manifestant, sed occultæ rationes apud Deum ipsum manent: ea verò, quæ exequenda iubet, apertam sui rationem afferunt; omnia enim à ratione pro

[*] D. August. lib. contra Adimantum c. 22. & Irenæus, Tertull. ille lib. 2. contra Marcio. c. 21. defendentes opera & verba Saluatoris, qui sanabat in die Sabbati paralyticos: nam Sacerdotes in tẽplo Sabbatũ violant, & tamen sine crimine sũt, Matth. 12. 5.

Ingens facinus parricidium.

Act. 1. 18.

Primi peccati auctores grauissimè puniuntur.

Prou. 20. 20.

Prou. 30. 17.

a Lib. de Virginitate.

In quatuor elementis impiorum filiorum supplicia proposita sunt.

In Basilica Ambrosiana disticha inuenta.

b Lib. 22. de ciuit. c. 8.

Matth. 15. 3.

TERTIA PARS DISCVRSVS.

c Ser. 171.

Ea quæ iubet Deus apertam rationi æquitatem afferunt.

a Aduersùs Praxeam, c.3.

prodiere (inquit Tertullianus [a].) *habebat enim secum, conditor, quam habet in semetipso, rationem, suam scilicet; rationalis enim est Deus, & ratio in ipso prius, & ita ab ipso omnia.* Sed tamen aliquando se habet Deus sicut fide dignus amicus, qui merces credit nobis, qui iam dicet, ego satis appendi rem istam, afferte. Inurbanitas esset iterum ad trutinam referre; iam verò dicet, accipite eam vos, & pendite, ego credo vobis. Trutina in homine ratio est (vt inquit Tertullianus) & liberum arbitrium quasi libripens: *el que pesa, y examina lo que ya està pesado.* Sed hæc ratio potius ad terrena perpendenda, quàm ad diuina examinanda data est: nam Deus vt fidelissimus in rebus fidei solùm ait, crede, pendi enim ego satis ea, quæ credere te iubeo: at in rebus operi mandandis, videlicet legis præceptis, ad trutinam rationis vult nos referre, & rationi consona, & æqualia inuenietis. *En vuestra ciudad lo veis, donde hay muchas medidas, con que se miden las cosas; mas vn marco hay de todas essas medidas: con vuestra vara podeis medir el paño; pero no podeis medir el marco del fiel: con vuestra razon podemos medir lo de aca; pero no el marco de la eterna verdad, y sabiduria, que os dize, y al buen gouierno del mundo conuino huuiesse esse marco de infinita autoridad.* Similiter eueniet herum vocare famulum, & quæ secum meditetur, amicè aperire: *esto pienso hazer*, tunc verò non est opus, vt famulus rei cogitatæ rationem ab hero quærat, sed tacitè quod datur illi, accipiat. Sed cùm illi operosum negotium mandatur, opus est vt sigillatim omnia percipiat, examinet, interroget. Sic diuina, quæ pro sua dignitate Deus mysteria credenda proposuit, cum silentio æstimanda, & suscipienda sunt. Ecclesiasticus, *Noli scrutari multipliciter, plurima super sensum hominis ostensa sunt tibi; mandata verò legis*, vtpote ab ipsomet homine exequenda, liquidam secum afferre oportet rationem, æquitatem, & sanctitatem. *Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa: tan iustificadas en si mismos, que es impossible, que el hombre halle razon para no guardarlos, y sino a la prueua. Quare & vos.*

Cap.3.24.

Psal.18.10.

19. Seruus quidam curiosus, mercenarius, & minus diligens, qui se excusat ab exequendo domini mandato, sic quatuor rationes sine ratione prætexere potest, quare domino non obediat. Prima, & quis est meus herus? pro ea, qua est nobilitate, & dignitate inter cæteros maior, satis supérque obedio: non enim omnes domini æquali seruitio digni sunt. Secunda, ad ea, quæ in victum, & ornatum beneficia dedit, satis multum à me exigit. Tertia, si operi merces comparetur, plurima sunt, quæ exigit, exigua, quæ soluit. Quarta denique, ille bonus herus bonum à malo ministerium non distinguit; quod si intelligit, nihil mea refert (examinandum nobis est) quónam pede claudicat iste noster famulatus.

20. Et primò non nego præstare multum ad famulorum reuerentiam heri nobilitatem, & splendorem, quem neque taxare potest, quia ignotus, quia obscurus, mendicus, & inornatus; sed certè hæreditaria nobilitas non multùm æstimanda est, plurimi enim sordidi, & ignoti iacerent, nisi maiorum gloria potirentur. Illa igitur vnius Dei nobilitas non emendicata, omnipotens, antiquior mundo, omnium regum, & principum gloriam facilè superat. *Recordamini prioris sæculi; quoniam ego sum Deus, & non est vltrà Deus, nec est similis mei. Deueis de entender que soy por ay vn hidalgo probre, mirad que soy solo Dios, y de ay se prueua quien yo soy.* Et quidem Deus noster (inquit Tertullianus [a]) quòd nunquam fuerit ignotus, ideo nec incertus, in ipso primordio rerum conditor earum & compertus est, & prolatis rebus manifestatus; & ita quidem notus, vt etiam sine Moyse, & sine testamento populus quisque, *Deum quasi proprio nomine sic perhibebant; Deus Deorum, & si Deus dederis, & quod Deo placet, & Deo commendo.* & quasi puerorum cantilenam ad hoc instituit Nazianzenus. *Te maximum Monarcham, da predicare, quaso, te principem, Deúmque, ob quem nosse numen nulli sumus supremum.* Ponderanda tamen sunt verba Isaiæ, *Ego sum Deus, & non est vltrà Deus*; inde efficis, Domine, te Deum magnum, & nobilem esse? vtique (ait) & validissimo argumento, quod sæpe premit D. Gregorius Nazianzenus [b]: nam si vnus hominum rerum omnium principatum teneret, & vltrà non esset homo super terram, certè deberet esse Pater, & filius à Patre non esset diuersus, & æquali amore filius patrem redamaret, & ne indigens aliquo videretur Theologus, esset medicus, pharmacopola, sartor, architectus, & omnes artes calleret: modò enim cùm plurimi sumus, omnia hæc diuisa, & sparsa inter plurimos sunt: parens enim à filio accipit paternitatis nomen, filius filiationem ducit, hic Theologus, ille medicus, diuersi denique diuersa obeunt munera. Igitur si Deus aliorum Deorum societatem admitteret, non opus erat omnium rerum habere & originem, & principatum: at cùm non sit vltrà Deus, opus fuit ad plenissimam eius perfectionem, & consummatam beatitudinem, omnia in se continere, infinitam bonitatem, immensitatem, sapientiam, iustitiam, maiestatem: aliter enim neque Deus esset, neque solus, atque adeò neque nobilis, neque à seipso ita magnus Dominus, vt si maiestatis eius conceptum apud nos efformare possemus, nunquam vel leui crimine tantam maiestatem offendere possemus: sicut & Beatis hodie contingit, qui Dei visione, quasi rapidissimi fluminis impetu rapti neque delinquere possunt, nec aliquid de nouo sibi mereri.

Isai.46.9.

a Lib. 1. aduersùs Marcionem. c.9.

Deus notissimus mundo.

Cap. 46.9.

b Oratione 35. ferè in principio.

21.

Plenissima Dei perfectio.

Vide P. Vasquez in primam partē, & de impeccabilitate Christi.

22. Secundò aliter se excusant serui, quia videlicet vilia, & exigua beneficia ab hero acceperint, quod Deo suo obiicere nequeunt mortales: nam citra omnem dubitationem pluris te facis, quàm omnia beneficia, quæ à temporali principe accipis; dedit insigne religionis, habitum, pluris te facis, quàm habitum; donauit viginti millia numorum aureorum, certè charior tibi tuipse es, quàm numi, & plus vales; sed tu totus quantus es, beneficium es, & donum Creatoris: nullum igitur beneficium humanum, quod in lance humanæ rationis pensum, te in alium, quàm in Deum ferre, & propendere cogat: *nada puede hauer en contrapeso, que os lleue trasi, siendo todo vos dadiua de Dios.* Verùm expende seorsim beneficia. *Creationem*: finge Deum ex pacto tibi essentiam, & vitam dedisse. Heus, accede (nihil,) vis esse aliquid? vtique Domine; & quid vis fieri? viuens, animal, homo;

Tu totus es beneficium Creatoris.

Creatio.

homo; & quid retribues mihi? Domine quidquid sum, partus sequitur ventrem, & cùm me vilissimæ ancillæ tuæ venter ediderit, nempe nihil, *la nada*, ego seruus tuus, & quidquid seruus acquisierit, cogitauerit, experiuerit, Domini erunt. Audi ergo nihil, esto aliquid, esto quod vis, & vltrà hæc nolo retribuas mihi, nisi quod volueris, tibi hæc relinquo, & teipsum in manu consilij tui: *todo esso te doy, y demas de esso te hago libre, y darme has de cortesia lo que quisieres.*
Conseruatio. *Conseruationem*: vide acceptæ vitæ fila ex diuina manu pendere, à qua nunquam interrupta, sic tenuissima ducta, tanta summorum temporum annorum varietate distincta, vt vnum corpus tot venis irrigatum, tot arteriis animatum, tot neruis adstrictum, & flexum considerans magnus ille medicorum Princeps in opificio tanto auctorem fassus, & demiratus vitam vel ad diem vnum produci posse, nisi tanti conditoris manus operi suo adsisteret.
Prædestinatio. *Prædestinationem*: neque ibi sistendum, vbi hæserunt Plato, Aristoteles, & Galenus, diuina, & noua contemplanda sunt, te videlicet ex æternitate mente Deum tenuisse, & voluntate dilexisse, &
23.
Ier. 31. 3. diem sibi tuæ creationis præsignasse. *In charitate perpetua dilexi te*; vide quantum ex hoc tibi æs, & debitum contraxisti? *como pagaras esta deauda, este amor aunque te des à ti, y a todas las cosas? aunque no pienses, ni ames agora, y en la eternidad otra cosa, que à Dios, nunca, nunca pagaras.*
Præseruatio. *Præseruationem*. O quanta in vno beneficio suscepisti? quanta te inscio vitauit pericula peccandi? quoties post peccatum pœnam distulit? contemplare hominem capitali crimine adstrictum quasi miserum reum, qui ligatis manibus, & pedibus, & laqueo iniecto iamiam ex ligno suspendendus, & exturbandus est. Sic eras tu lethali peccato obligatus, & cùm posset Deus supplantare, & exturbare in æterna supplicia meritissimum homuncionem, & cùm tu & nolles appellare, & nescires, contra omnem ordinem iudicialem iudex ipse vocem tuam, & appellationem ad tribunal pietatis aduocat, & orat gemitibus inenarrabilibus: *haziendo con vos mil voces loque es vergonçoso a vn alcalde de poyo, que es oir os de nullidad en la sala de su misericordia, y reuocar su misma sentencia dada.*
24. Considera ergo teipsum tot laqueorum fragmentis collo appensis, quot fuerunt peccata, quæ te in inferna meritissimè deducebant; quos toties præcidit Deus, & complicem tui delicti, qui eodem detinebatur laqueo, miserè abscisso fune puniuit, & te liberum abire iussit. O funiculi noui Adami! ô vincula charitatis: quis te non amat iudex piissime? quis per hæc monumenta colli iucundas recordationes tui amoris non excitat? tenes me per hæc
Psal.9.14. vincula, teneo te, tenebóque dum viuam? *Qui exaltas me de portis mortis: sentenciado ya en todos tus tribunales me hiziste libre.*
Redemptio. *Redemptionem*. Pondera iam, si potes Deum ipsum, qui se pro omnibus impendit, quis neque obiter, neque per otium magnitudinem huius doni queat euoluere, nedum enuntiare? nec enim sine causa moriente Christo cælum tenebræ obum-
Matth.27. 45. brarunt: *Tenebræ factæ sunt super vniuersam terram*, vt in tenebris id saltem clarum esset, nunquam non obscurandum, & obscurum mansurum hoc mysterium, etiamsi omnium mortalium linguæ illud detegere, & extollere conentur. Quod si hæc tanti momenti sunt, quid in contrariam lancem imponat mundus, quod te separat ab æterna charitate & lege diuina? omnia, quæ in te sunt, diuina sunt beneficia: quidquid habet vxor, de bonis viri præsumitur acquisitum, nisi contrarium probetur, *ff. de donationib. inter virum, & vxorem. l. Quintus Mucius.* Sed Ieremias, *Ego vir vester, dicit Dominus*; probate Cap. 3.14. ergo mihi quid habetis, quod à me non acceptum referre debeatis? quid? certè nihil. O debitum antiquum, iustum, & quod tandem exacturus est Iudex hominum.

Tertiò excusationis rationem quærit mercenarius seruus, fateor magnis me beneficiis Deum 25. affecisse; verùm nec stipendia mihi præscripsit, nec mercedem statuit soluendam. O vanam ex- Tertia & vana excusatio. cusationem! audi, qua, obsecro, de causa Deus se nobis exhibuit hominem, & mortalem? certè vt cælum emere possemus, & vt erudiret nos: nam sicut prudentes mercatores largiorem pecuniam spondent, sicut augeri vident mercium pretia; ita tu cùm vides illum diuinum negotiatorem vitam, & sanguinem profundere, pretium, & valorem rei autumes: erit enim vel Deus ipse, vel Dei gloria merces illa, quæ tanti filio Dei stetit. Quod vt nos crederemus, & ille libenter impenderet, operæpretium fuit, vt simul & viator esset, & comprehensor, ita vt à primo conceptionis instanti gloria potiretur, ne temerè tanto pretio emisse suspicaremur: vidit autem, & diuitias omnes effudit. *Proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta: no se engaño el señor en dar tanto, ni os quiere engañar à vos, ni os pide mucho.* Heb.12.2.

Quartò reuereri herum tenuit proteruus, & 26. improbus seruus: subseruio homini tenui, & simplici, qui cultu quocumque, & qualicumque ministrandi ratione contentus est, leui obsequio, & reuerentia fallo eum, sepositus autem ab eius oculis facio quæ magis lubent, & quid, si nouerit, poterit in me facere iste rusticus? Vana erga Deum excusatio, qui cordis arcana penetrat; & ideo non satis est Deo, si oculos, linguam, manus, vocem laudis præbeas, nisi cordis arcem illi subiicias, proditionis suspicio est, *fili præbe mihi cor tuum.* Ambulemus, fra- Prou.23.26 tres, coram Deo in veritate, quem nec effugere, nec fallere possumus. Cùm quis personatus incedit, fallit intuentes, qui faciem assumptam contra faciem vident; at qui aderat, cùm personam accipiebat, falli non potest, *ne accipias faciem contra faciem tuam, & aduersus animam tuam mendacium.* Eccli.4.26. Sic fefellit Michol regis ministros, qui dum regem bellatorem Dauidem lecto iacere putant, statuam pannis, & pelliculo tectam, & simulatam vident. Veniet vtique dies, cùm euoluet Domi- 27. nus quid in animis nostris lateat. Nahum 3.5. *Et reuelabo pudenda tua in facie tua, & proiiciam super te abominationes, & contumeliis te afficiam: yo os sacarè a plaça, y andarè lo secreto de vuestro coraçon.* Melior te erat bonus ille Christi famulus, qui ad tria tribunalia causam deferens suam, nullibi 1.Cor.4.3. Vide Chrysost. hic de contemnenda hominũ laude, & Hier. ad Pammachiũ de obitu Paulinæ. quieuit in tanto saluationis negotio. Primò enim pleno euocato hominũ concilio, *a consejo abierto*, causam referens, & à culpa liberatus inquit, *Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die*, id est, ab humano iudice: *essos Iuezes solo juzgan por lo exterior.* At tribunal conscientiæ

delata

delata causa assident voluntas, intellectus, atque memoria, vbi etiam culpa vacare iudicant: renuit autem ille; *sed neque meipsum iudico: puedeme el amor proprio engañar; nihil mihi conscius sum.* Deferatur ergo ad Christum, quem fallere non possum, nec accusationes eius diluere; *qui autem iudicat me, Dominus est. Illum appello* (inquit Basilius [a]) *contra quem multa delicta committo, quæ committere me non intelligo: delicta enim quis intelligit; nisi solus Deus?*

1.Cor.4.4.

a Constit. monast. c.2.

28\. Nunc igitur vim huius verbi attentè audi, *quare & vos?* quo vno verbo cæli columnæ contremiscunt, *quare & vos?* quia Deum ligneum, ridiculum, ignotum, aut recentem, & ignobilem colebatis; an non æternum, immensum, nullis terminis circunscriptum? *quare & vos?* ob malam tractationem? quis genuit? quis nutrit? quis gerit puerum? quis infantulum in cuna versat, educat, imbuit, egregiè instituit, conseruat, redimit morte, clauis, & cruce? *quare & vos?* quia ministratis sine mercede, & stipendia non præstitui, nec præmia proposui? quis audet dicere? quis hæc mente capere potest, vel qua linea totius Scripturæ, vita, præmium honestis laboribus non continetur, non prædicatur? *quare & vos?* putabatis me Deum esse, cui imponere, fallere, & ementito cultu, genuflexione, incenso, cæremoniis, aqua benedicta, externa manuum lotione satis fecisse putetis? *quare & vos?* quia rerum inopia premebat vos? pecuniæ indigentia, cibi egestas? nónne vnus ego sum, qui ex mendicitate emergere facio, quis alius ex pauperrimo potest facere diuitem? ego solus: remedium ergo, quod vnicus Rex præstare potest, vis tu ab illo læsa eius maiestate, & violatis eius legibus extorquere? *quare & vos?* quia potenter, sed blandè delectationibus allicimur.

Seuera interrogatio iudicis æterni.

29\. O insaniam! quas illecebras, quas fluxas delectationes mortalis vita tulit, quæ suam improbitatem ipsæ non prædicent, & moneant difficultate, periculis, mœrore, morsu, & ægritudine? *quare & vos?* quia in foro, & mundi theatro cùm simus, honores alere, appetere, recuperare cogimur, etiamsi à diuinis præceptis interim discedamus. O insipientiam! multùm à vero honore aberras; nescis, quia in domo Dei omnes peccatores sunt helluones, ganeones, impuri, infamiæ, & insipientiæ notis sordidissimi? quomodo tu peccato vis honores in mundi pelago expiscari? *quare & vos?* quia satis temporis erit, ne fatiges nos, nondum ægrotamus, nondum vngimur, nondum candelam tenemus. Scis tu præscriptum tibi aliquod temporis instans in Dei libro præter hoc, quod in me audiendo iam elapsum est? *quare & vos?* quia magna est Dei miseratio, & qui centum etiam millia criminum condonabit. O blasphemiam execrandam! non habeo quid contra te obiiciam, nec pharetra diuini verbi sagittam suppeditat alteram. Tu Parens clementissime, tantam dementiam sustine, corrige, & reuoca obstinationem, vt tuam infinitam pietatem non iam proiecti homines, sed sancti, & timorati decantent.

30\. Venio tamen ad fidem, & ad legem, quam simul cum illa accepisti, & pariter professus es, elige vtrum voles, vel credis in Deum, quia summa veritas est; vel obtemperas legibus, quia summa auctoritas est; asseris esse fidelem, quia fidem tenes: quare credam fidem tuam, si non eam mihi ostendis ex operibus? *cortesia te hago en creer, que tienes fee: nam dæmones credunt, & contremiscunt.* Quare dum fidem accipis, à lege discrepas? O quàm certa est ex hoc tui iudicij, & damnationis causa. Audi verba Gregorij [a] Synagogam istam Vriæ litteræ damnationis portanti comparantis. *Vnde & Vrias ad Ioab cum epistolis, ex quibus occidi debeat, mittitur; quoniam idem ipse Iudaicus populus legem portat, qua conuincente moriatur: dum enim mandata legis retinens implere renititur, ipse nimirum refert iudicium, vnde damnetur.* nesciebant enim isti legis cælatores ad iudicem properasse, & terribile illos expectare iudicium, & Vriæ epistolam secum portare. Ideo Magister ait, ecce meos Apostolos, qui non mandata solùm, sed consilia obseruarunt; quare vos non saltem communia præcepta obseruastis? ecce meos castos, qui à se omnia carnis delectamenta abdicarunt. Quare vos adulteri non saltem vnica vxore contenti alienum torum maculatis? ecce meos humiles confessores, qui mihi etiam in extrema inedia rerum indigentia inhæserunt; quare vos in summa rerum opulentia neque salutem vobis, nec pauperi stipem, & aliena non rapere procurastis? ecce meos Martyres, qui oblatam crúcem sustulerunt, & sequuti sunt me; quare vos ventri dediti cruci infensi, & inimici fuistis? ecce meos Doctores, qui vos erudierunt, monuerunt, insudarunt; quare eorum verba contempsistis? finite illos; nam qui legem accipit, & legem non seruat, sicut Vrias *portabit iudicium.*

Certa dānatio his qui fidem sine operibus iactant.

Iacob.2.19.

a Lib.3.Moral.c.16.appositè Vriæ cōparat populum Iudaicū: quoniam de acceptæ legis scientia extollitur: sed huic Vriæ Dauid vxorem abstulit, & ipse suæ damnationis litteras portat.

VERBVM FILII. Matthæi 15. v.2.

Quare discipuli transgrediuntur traditionem seniorum?

Mores domesticorum ad sæuiorem disciplinam reuocat, sed errantibus à recto viuendi tramite, rectam, quæ in cælum ducit, viam persuadet.

DISCVRSVS XLVII.

VIRO prudenti, priusquam in alienam messem falcem mittat, multa circunspicienda sunt, illud præcipuè, vt cautior sit ex alienis periculis, ne, vbi alij corruerint, quid offendat. Accedunt Scribæ, & Pharisæi, & cuncta illa legis callida, & nimium loquens sapientia scholam Christi increpans, & arguens, tanta animi elatione, & extollentia, vt mitissimum magistrum ira accenderit, & per dulcissima labia fel amarulentiæ euomere coëgerit, vt illorum frænet petulantiam, & nos interim alieno periculo feliciter faciat esse cautos. 1.

Almus ille Spiritus sapientiæ parens, istorum oscitantem sapientiam, & errorem in corrigendo

Prou.26.3. gendo ambage quadam descripsisse videtur; *Flagellum equo, & chamus asino, & virga in dorso imprudentium: al cauallo buen açote, y al jumentillo lerdo buen freno, y al imprudente buen golpe, y reues, con que abiue, y despierte.* Mitto litteralem sensum, imprudentem videlicet instar bruti agitandum iam fræno, iam calcari adhibito; illud in mentem venit voluisse Salomon symbolum efficere doctrinarum, quas præpostero ordine, & inuerso docent aliqui: *symbolo de vnas ciencias enseñadas al reues*; docent enim flagellum equo, equo flagellum; quis tali modo equum excitauit? animal illud alacre, ardens, facile, velox, venti agilitatem superans flagello indiget? haudquaquam, sed fræno. Iam audistis quid de illo Iob, *Feruens, & fremens sorbet terram: hierbe, bufa, relincha, y tragase la tierra*: hyperbole est summæ velocitatis eius, sicut de mula Hispani solent dicere, cùm celeriter iter emetitur, *es mula muy caminadora, tragase las leguas*: sic de equo terram sorbere præ velocitate currendi per illam (vt Hebræi exponunt.) Contrà verò asinus rudis, piger, labores, & onera horrens, tardus, crassus, huic opus est subdere stimulum, flagello, voce, virga excitare, quòd nunquam vltra terminos abit, sed abit, & redit de molendino; sicut de Issachar pater eius prophetauit, *Asinus fortis habitans inter terminos, estarà se quieto como el asnillo, que nunca sale de su natural*; quis ergo iumentum frænauit vnquam, quod stimulo, & virga potiùs indiget? significat sine dubio fatuitatem, & errorem eius, qui reprehensionem inuertit, & frænum adhibet peccatori, & vult flagello iustum vrgere, & afficere. Clariora hæc fient dum diuersitatem illius legis mortis, & nostræ vitæ, & gratiæ expono. Erat populus ille Hebræus asino persimilis suo in præsepio pastus, & saginatus, legibus obligatus quasi funibus, cæremoniis compositus, & quasi instratus, mysteriis ibi clausis onustus*, flagello, voce, stimulo Prophetarum agitatus, sic tardus, vt iam grauia illa præcepta, nisi timore perculsus ferre non posset, *habitans inter terminos: no sele alçaua el coraçon a buscar bienes celestiales.* Facilè quis videt hunc populum flagello, & temporali pœna ad operandum indigere, non fræno; contrà verò equos (vt Augustinus aiebat [a], & D. Gregorius [b]) Christianum hominem Apostolos, & concionatores adumbrat: viui enim sunt per gratiam, læti, & alacres per vitam, & spiritum: *alentados por el Espiritu sancto*; ad bellum parati, & vt in eis Euangelium citissimè omnes gentes peruaderet, ad hos incitandos quis dicat opus esse iubas arripere? loris percutere? aut admouere calcaria? vel sibilis inflammare? en omnes erant exultantes, & iamiam cursum expectantes, cùm ecce sapientissimi isti equisones legis frænos commutant, nam euntes ad iuuenes filiosfamilias frænum ori adhibent, dicentes: Videte filij opus esse vobis fræno in sustentandis parentibus, templo primùm satisfaciendum, & altari, postea parentibus: *y dezirles à vuestros padres; padre pasemonos como pudieremos, y comamos con tassa, que al templo no se ha defaltar*; quo cum asinus ille misellus onus ferebat, & non manducabat? fræno enim inhibebatur iniquo, & impio. Veniunt iam hodierna die ad Apostolicum collegium, vbi equi illi erant, quos præuiderant Prophetæ mundum excursuros, & arrepto flagello linguæ percutere incipiunt, & quærere, *Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? que cosa es, donde se suffre, que no se lauen tus dicipulos segun la tradicion antiquissima de los señores de Iudea?* Sed Saluator noster, qui in mundum venerat, vt prædixit Isaias, vt fræna dirigeret: *a destroçar frenos, & auferam frænum erroris*, id est, erratum commutatum, *quod erat in maxillis populorum.* Ordine, vt via disponit omnia, & arrepto flagello diuerberat illos sicut rudes asellos. *Quare & vos transgredimini mandata Dei: vos iumentillo como no lleuais essa ley de amar, y sustentar vuestros padres?* Sinite meos discipulos, qui altiori disciplina edocti non tanti æstimant externas cæremonias (etiamsi non contemnunt) quanti virtutem, & internam charitatem faciunt; date frænum meis asseclis iustis, & sacerdotibus, ego comprimam eos hodierna die, quantum sat est; flagello tardiores ad operandum peccatores vrgebo, vt par est, non vt præpostera doctrina, sed bene ordinata tradit.

Error in docendo symbolicè exprimitur.

Cap.39.24.

2.

Gen.49.14.

* D Hieron. super Isai. Beda super Gen.22.

a Lib.18. de ciuitat.c.32. b 31.Moral. c.12. 17. & 18.

3.

Matth.15.2.

Cap.30.28.

Matth.15.3.

PARTITIO DISCVRSVS.

4

Quare discipuli tui. Non omnino aberrant isti censores: primò enim hac sua reprehensione sacerdotes, & Ecclesiasticos omnes commonent, quæ sui muneris sunt, cæremonias, leges, & obligationes obseruare: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam: sus labios son custodia de los sacramentos de la sabiduria diuina, y su boca es posito del pan de la ley Euangelica.* Angeli enim sunt, & legatione funguntur summi Imperatoris in regno terræ: nam ad regis legatum quæritur vir summo genere natus, amplissimus, & ornatissimus, acer, & industrius in rebus gerendis, tectus, & prudens, & illi insuper datur in scriptis minutatim, & sigillatim ordo seruandus in excipiendis aliis equitibus, in gerendis negotiis, & rebus tractandis apud alium regem; & hæc omnia non scrupulositates vocantur, sed omnia necessaria sunt illi, qui regalem maiestatem repræsentat. Hoc nobis obiiciunt aduersarij, quare sacerdotes, qui sancti, & Christi familiares estis, non æstimatis hæc, quæ parua videntur? Quare presbyteri, qui se iactant spirituales, dum epistola viua sunt, & Dei legatione funguntur (vt asserit D.Paulus) non satis tenent quo cultu corporis, quo loquendi modo vti oporteat, quæ visitationes excusandæ, quæ adeundæ fœminæ, quæ omnino fugiendæ, quæ exercitia vitanda, quæ verba, qui libri seligendi. O rem grauem (aiunt) homo non aliquando prodeat ad exhilarandum animum? *no se a de salir vn hombre a desenojar? quien los enoja?* Pater vide, quia homines sunt, & hoc ego detestor; non enim in primis (vt aiunt) principiis consentimus: nam Malachias ait esse Angelos testamenti Dei, & illi dicunt esse homines: audio dicentes, meipsum pugione confodere; scio vtique, & aures habeo simul cum lingua: *ya me despierto a mi mismo como el gallo, que despierta à los otros:* angor tamen, dum video vicinos nostros commonere nos, quod facilè posset vnusquisque peragere; quale est, *non lauant manus: porque contratan? porque salen al corillo con los profanos? porque tan codiciosos para sus pleytos? para sus deudos? ojala la tuuiessen para sus deudas.* & alia minutiora, quæ prætereo. Sed vt eos, vt nobiles equos tractemus, videant quanta modestia, & circumspectione, vt actiones omnes ederent,

Admonentur sacerdotes.

Malach.2.7.

5.

Cap.3.1.

ederent, diuinus Rex nullo inordinato motu minutissimas res prouidit (quas hic enumerare non licet) ad decentiam, & ornatum comparatas. Audi Ecclesiasticum, *Circumpedes, & femoralia, & humerale posuit ei, & cinxit illum in tintinnabulis aureis plurimis in gyrum, dare sonitum in incessu.* nónne videtur tibi audiisse equum perstrepentem vngularum sono, stratum, & ornatum fræno, & bullis pendentibus, monili elaborato, cum nolis iucundissime personantibus, sella, ephippiis insigniter decoratum? Sic erit sacerdos cultu, & ornatu Domini sui maiestatem referens; sicut de Alexandri equo refertur, cùm regem videbat, genua flectebat, vt conscenderet: postea autem sic comptus, & pexus ad pompam, tanto domino quasi superbiens, nullum alium suscipiebat insessorem, sed omnes à se facilè excutiebat, & exturbabat. Sic sacerdos dum illa ornamenta sacra induit, dum tantum regem manibus gestat, dum vident illum sic ad pompam, & elegantiam instratum, quid mirum suspicari haudquaquam manus luiui vacaturas, nec illicitis immiscendas negotiis, sed puras tanto operi vel ministrando, vel faciendo conseruandas: minutiora (dicis) sunt ista, quid interest hæc facere? magni (inquam) interest; & quia hæc non magni facimus, irreuerenter tractamur à secularibus, & licenter audent nos corrigere, & non satis mirantur, dum vident seruos Dei sacra mysteria vsurpare, qui eodem prophano habitu, loquela, conuiuatione, & visitatione vtuntur, qua reliqui prophani; itaque non sunt leuia, & contemnenda, quæ isti taxant.

Cap. 45. 10. *Parece, que pintò el Ecclesiastico vn cauallo enjaezado con mochila, caparazon, freno, borlas campanillas, pretal, y lazigos llenos de rica clauazon dorada; pues pinta superhumeral, ceñidor, tunica campanillas, y el contoneo, y passo graue, que por esso le pusò en lo interior tan ceñido paraque los passos fuessen pocos, y a compas.*

6\. Secundò Dei familiares seruos admonent, ne, licèt lethali culpa Deum non offendant, venialis macula saltem manibus suis non adhæreat; quia licèt non sit legis transgressio, at saltem aliquanto à legis rectitudine deflectit. Hæc peccata in seruis suis, & ancillis sanctissimis permittit Deus, vt anima semper Deo submissè, & modestè subseruiat: addit enim gratiam equo gerere collum in Gallorum morem, incuruum, hoc vult significare cùm postquam totam pulcram vocauit sponsam, *Collum tuum* (ait) *sicut monile: y a essa gracia que teneis, añadis otra, que es torcer el cuello, y mirad donde poneis los pies para no perder essa gracia:* esset enim indecora res ruere equum, dum insidet rex, & omnibus est ornamentis instratus: sic etiam ne anima tot exultans donis, & gratiis aliquando in mortale decidat, venialia permittit Deus, vt collo incuruo videat, quò pedem figat. Vidit hoc Dominus in adultera illa, de qua [a], *Comedit* (inquit) *& tergit os suum, & dicit: Non sum operata malum*; quid remedij? vocat Oseam, & vxorem ducere adulteram iubet, & filios ex adulterio natos in domum adducere. Quorsum filios adducet? vt si quando dum se gratiis, & donis sponsi, & hera domus meæ facta superbierit, & exultauerit: *si se me engriere, o entonare,* possim ego filios adulterinos obiicere, & incuruare collum, vt faces submittat Deo: *lauaos vos tambien, pensauades que erades santo: lauamini, mundi estote quicunque offertis munera in altari meo.*

Admonentur iusti etiam venialia vitare peccata.

Cant. 1. 10. Orig. hom. 2. in Cant. Tres Patres apud Theodor. Niss. in hunc locum his verbis: Primò dum in orbis figurâ equus collum flectit, pedum suorum incessus aspicit, eaque ratione consequitur, vt & sine offensione, & tutò currat, &c. accommodat animæ seipsam respicienti, & omnia impedimenta superanti.

a Prou. 30. 20.

Isai. 1. 16.

7\. Ne tamen eadem ratione loqui videar de grauibus peccatis, ac de leui noxa (vt isti Pharisæi) dicam solùm, quid ab effectibus sit sentiendum: primò enim leuem noxam non timere, & vitare, qui Deo seruit, inurbanitas est, & insolentia: sicut si famulus pactum faceret domino obtemperaturum; tunc tamen cùm ipsi pugionem contra pectus opponeret: *quando me mande las cosas con vn puñal a los pechos.* Sic ego nisi in rebus, vbi lethale periculum est, non multùm curabo: ego metam constituo, sicut equi cursores, vltra metam non transiliam, mortale non committam. Verùm cur à venialibus abstineam, quæ metam non transgrediuntur? *que cauallo tan rebuelto, que no passe la mano de la raya: que alma tan enfrenada, que si pone por termino el no hazer mortal, no passe della?* maximè cùm cursus iste ab indomitis concupiscentiis perficiatur. *Post concupiscentias tuas ne abeas, &c. si enim abieris, &c. tradent te in manus inimicorum tuorum.* Eccli. 18. 30 Quis enim gressum intractati equi contineat? quid dixi gressum equi, aut cursum? quis incedit, qui non timeat metas præterire? fortassis enim quid sit ambulare non considerasti? ambulare est pedem vnum præponere alteri, & alterna requie alium illi præmittere; parum est pedem, & pedem mittere, sed hac ratione homines longa spatia excurrunt, ita vt vnus apud Indos, alter in Hispania sit: horribile sanè est multis, peccati mortalis nomen, & quasi infinitam distantiam à Deo horrent maximè; sed tamen has minimas noxas non præcauentes solent quasi apud Indos, à Deo longissimè commorari: *como me he yo apartado de Dios?* Dauid, incedendo nempe; *qui enim elongant se à te, peribunt: poco a poco os hallareis sin Dios.* Psal. 72. 27. Nec adeò minima culpa est, quæ committi non debet, non dico propter vnius hominis vitam seruandam, nec propter innocentem puerum sine Baptismo pereuntem, si mendacio opus est, vt aquam recipiat salutis; nec propter totius vniuersi incolumitatem, & saluationem, ad quam peccati venialis necessaria esset conditio. Quid dicam? si in prætorio Pilati iam educendo filio Dei ad supplicium diceretur, siste mi Redemptor, expecta æterne Pater, faciliori modo salus hominis poterit obtineri, si fas sit, leuem noxam tamquam conditionem negotij, vel illum facere, vel me facere velit. Pergite (diceret Pater) adeamus ad crucem; diceret Agnus innocens, satius est me mori in cruce, quàm leuem noxam Patri meo irrogari. Ex pœna, & supplicio idem colligo: licet enim veniali macula non digni efficiamur æterna pœna; verùm si semel præceps in infernum mortali damnatus ruis, omnia etiam venialia, de quibus nunquam pœnitentiam egisti, persolues. Sicut cùm eques quidam consceleratissimus multorum debitor est sartori, fabro, seruis, ancillis; nemo autem eorum audet exigere stipendia, nec potest in vincula coniicere nobilem: tamen die quadam ecce vinculis mandatur, quia occidit hominem; tunc occurrunt omnes, & pecuniam vsque ad vltimum quadrantem extorquent. Mille quidem peccata venialia (maximè quæ inter se connexionem non habent) nequeunt vnum mortale conflare, nedum in infernum detrudere animam: verùm (quod Deus auertat) si contingat vel vno mortali damnari; statim quasi lepra veniales noxæ cooperient animam, &

Incommoda de non vitandis peccatis venialibus.

8\. *Nulla de causa veniale peccatum admittendum vt vitetur.*

& soluet minutissima quæque crimina, & cùm te liberum putes, dicetur, *Habeo aduersum te pauca*; quid si addat? *Multa habeo de vobis loqui, & iudicare*; ecce omnia quasi in sacculo signauit peccata: *quando deshaga el fardel, y costal de peccados, y trastorne ante vuestros ojos? ostendam in Gentibus nuditatem tuam*, ibi, serò licèt, cognoscetis, quantum intersit manus lauare, ne à prophanis corrigamur; *quare discipuli tui*? Satis animaduertimus in Dei famulos, arrigant modò aures censores nostri seculares.

Apoc. 2. 14. Ioan. 7. 8. Iob 14.

9. *Quare & vos transgredimini mandata Dei*, &c. Regis ira magnas habet causas, cùm maximè istam excandescentiam non siluerint Prophetæ. *Iudicabis in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ, & percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium*; defendet vtique suos Apostolos (explicat D. Irenæus [a]) *el tomarà el azote, y la vara para el asnillo lerdo, con que que rian estigar a los cauallos generosos*.

Matth. 15. 3. *Magnæ de causa ira excandet Christus.* Isai. 11. 4. [a] Lib. 3. cap. 10.

10. Prima ergo excandescendi causa est, quia munus accusandi, & iudicandi vsurpat homines, qui grauioribus criminibus obstricti, & maculati sunt. Hinc intelligendus venit Oseæ locus, *Visitabo sanguinem Iezraël super domum Iehu: pagarmelo tiene Samaria, y el señor Iehu alcalde de casa, y corte.* Quare Domine? tu laudas illum 4. *Reg. cap.* 10. quare modò morti adiudicas? Referam historiam*. Voluit Deus funditùs delere domum Achab (*otra buena lanza gran ladron idolatra*, &c.) negotium istud demandatum est Iehu, qui alacer, & expeditus ad extinguendam omnino idololatriam pergit, vt habetur 4. *Reg.* 9. quod optimè peregit iste, & crudeliter satis, Ioram, & Ochosiam, & septuaginta filios Achab perimens, sicque laudes diuinas promeruit, 4. *Reg.* 10. (propter hoc autem ne iudices putent laudandam esse aliquorum iudicum sæuitiam, qui peccare videntur in Stoicorum opinione, qui vitium existimabant, pietatem, & miserationem, & ista refugiebant, docentes non esse sapientis viri inuidia pungi, aut misericordia flecti.) hic autem seuerus vindex à Deo in inferiorem carcerem detruditur, & pœna grauiori mulctatur. Quare Domine ministrum industrium, & acrem punis? ideò nempe, quia vix reges trucidauit, adhuc manus madebant sanguine septuaginta infantum, & aliorum aulicorum regis, cùm ecce iste idololatriæ extirpator in aulam regis Samariæ se confert, vbi florebat idolorum cultus, & Ieroboamo annuit, & idola colit: *Quare & vos* (inquit Oseas) *cruel, y necio, acordais os de aquella Troya, y destrucion de Achab? pues essa renouarà Dios sobre vuestra casa: visitabo sanguinem Iezraël super domum Iehu.*

Iram diuinam concitant aliorum vitia indicantes cùm ipsi vitiosi sint. Cap. 1. 4. * Obseruat D. Hieron. & alij in hunc locum. *Vacare vitio opus est qui alios corripit.*

11. Eadem de causa * Angelus obuius fit Moysi, de medio tollere eum tentans, nisi Sephora accurrens puerum, quem secum ferebant, circumcidisset. Ex quo causam repentinæ mortis elicere possumus, cùm Moyses perrexit in terram Madian, non statim ambos habuit filios, maior vtique iam circumcisus erat, Gersam videlicet, qui fuit in Ægypto; alter Eliezer dilectus, recens natus, incircumcisus adhuc aliquot diebus præ mollitudine, & miseratione restabat: *ea no le hagamos mal, que es tierno.* Iratus Deus in illum inuadit; sis tu seuerus in populum, & circuncisionis executor, & domi tuæ sit, & dissimuletur incircumcisus. Prælatus vitiorum zelator notatus erit vitiis? Paterfamilias lusorem filium corripiens assiduus erit lusui? Matrona, quæ puellam ob leuissima quæque discrutiat, cùm illa maioribus criminibus obnoxia sit? quid? audeo dicere nullos esse acriores, & seueriores censores aliorum, quàm hos qui in seipsos mansuetiores, & indulgentiores sunt. *Dadme vn hombre muy rigoroso para los otros, para si sera blando; para los otros apreturas, para si consentido, y regalado*: & dum aliorum vitia speculantur, sua omnino impunita, & ignota relinquunt; sicut alibi de Atheniensibus dixi, *Omnes aduenæ hospites ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire, aliquid noui: que vino de Alexandria de Ægypto? que nueuas hay de Arabia? que cartas de Asia la menor? y tenian vn altar con vna letra, que dezia; ignoto Deo.* & nunquam de illo Deo interrogabant, istos interrogare oportet. *Tratemos dize Pablo del Dios no conocido, mire que se dize, que entra en tal casa, y la muerte le ronda las puertas, guardese. Dexe al religioso, y mire que dizen come de injustitia, dexe ella señora a la otra, y mire, que se murmura, que afforra ella sus vasquiñas con sangre de pobres*, in alis tuis, in vestimentis tuis inuentus est sanguis pauperum. *Dexe señor Eclesiastico al Duque, y Conde en su palacio, mire como gasta essos dos mil escudos, que nacen en sagrado, mueran en sagrado. Dexe señor Escriuan no la vara de medir del mercader, y mires à essos dedos llenos de tinta tan cara, y tan mala de limpiar. mirad Christiano que os falta Dios, y le teneis hechado a vn rincon como los Athenienses y andais muy cuidadosos, que fue? que vino? que se dize? hagen te occiosa*, quare & vos.

*Accinunt Isidor. Pelusiota, Rupert. Lyran. Tostatus, Caiet. Tertul. vide P. Pereyra c. 4. in Exod. disp. 5. n. 40.

Seipsum exprobrat qui aliorum vitia indicat. Act. 17. 21.

Altera summæ indignationis Christi causa est, quia in minimis rebus mordendi, occupati sunt graues viri: *porque murmuran de cosas tan pequeñas personas tan grandes; quare & vos?* nam quòd indiscretum vulgus obmurmuret, mentiatur, augeat res, mirum non est: vulgi enim lingua est instar stagni, in quod si minimum lapidem mittas, circum se orbes agit, qui maiores, & maiores fiunt, vsque dum franguntur in litore: *crecen las cosas en boca del vulgo, como las ondas en el estanque.* At omnia vitia in grauioribus viris constituta ex personæ celsitate grauiora fiunt; maximè tamen detractio, & vnumquodque verbum in his nocentissimum est: secum enim informationem, & testes affert, quibus res comprobetur, & sententia, & iudicium feratur: *luego condenan todos al que vn señor le murmura*; pila enim lanæ quid grauitatis habet, si proiiciatur: at si pila sit plumbea, & ore tormenti ænei explodatur, naues, mœnia, turres demolitur. Eadem ratione detractio in ore obscuri hominis nocet sibi, non verò alteri: at eadem detractio ex ore grauissimi Domini explosa grauitatem incredibilem assumit, sonitu personat, & solidissima mœnia disiicit. *Por ay se dize esto; andà que es burla; dizelo fulano, ò si el lo dize, verdad es.* Horrendum adducam exemplum. Rogat 12. 13.

Detractio quæ à grauioribus personis fit grauior est.

Google

gat Pilatus Christum, *Adolescens quid fecisti?* O inique iudex, sic rogas reum nulla præmissa probatione, aut infamatione? quid respondes? non enim ignarus es, licèt iniquus.

Ioan. 18. 35. Respondet, *Gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi: como? no basta por prueua ver, que te han trahido Pontifices, y sacerdotes?* Hi affirmant, tanquam nocentissimum acclamarunt, & tradiderunt te mihi Iudæi: & ita verum est, quod modò dico; vt cùm in via Apostoli non crederent futurum esse, vt morti, & cruci addiceretur vnquam bonus Magister; vt eos certiores faciat, & adducat ad credendum (ait,) quid miramini, accipite signa certissima,

Matth. 20. 18. *filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis: tradetur Gentibus,* &c. *Parece os impossibile morir yo en vna cruz: pues mirad que facil será, diran los sacerdotes, y Pontifices, que soy digno de muerte, y luego sere tenido por digno de ella*; & idem ipsi hanc eandem rationem Pontio Pilato roganti reddiderunt:

Ioan. 19. 4. *Ego non inuenio causam in homine isto*; qua ratione non inuenis?

Ioan. 18. 3. aiunt illi, *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus: siendo nosotros gente tan graue, y entregandole nosotros, no se ha de creer, que es mal hombre?*

14. Auscultate principes, quam probationem, quam contestationem affertis contra optimum, & innocentissimum virum? quam aliam (aiunt) præterquam quòd Apostolus, eiúsque discipulus, qui per tres annos disciplinæ eius assiduus fuit auditor, nobis tradidit illum pretio: & vbi auctoritas vnius Ecclesiastici interuenit, opus est tabulis? testibus? probatione? O summa exaggeratio? potéstne ad frænandas linguas aliquid grauius, & horribilius afferri, quàm dicere, Deum cruci tradi propter vnum mendacium fautricibus, tiaris, coronis, togis religionis, maiestatis, & sacerdotij. *Enmudeced malditas lenguas oyendo que muere Dios por vna mentira auctorizada con mitras, tiaras, coronas, y ropas de Magestad, y religion.* O nobiles, ô principes, videte quantum momenti habet verbum oris vestri, flores in manibus gestare, & mala fragrantissima in ore, vt fulcire possitis honorem Virginis, & religiosi viri;

Cant. 2. 5. *Fulcite me floribus, stipate me malis.* O columnas admirabiles, (inquit Nissenus [a]) ô noua fulcra, quomodo vnguenta ædium columnæ fiunt? quomodo per fragrantiam stabilitas fabricæ tecti confirmatur?

a In Cant. cap. 2.

15. *adobais el guante con ambar, y flores, adobad essa lengua con flores, y mançanas, que con el buen olor conforten la honra, que se và a caer.* Omnes Christum fragrantissimum pomum boni odoris testimonio demonstrent: nam si semel occasio fulciendi honorem præterit, difficulter linguæ morsus instauratur.

Ioan. 12. 2. Vngit caput Iesu Maria in amore, & officio persistens, & dum domus tota repleta est ex odore vnguenti, eiúsque deuotionem laudant, vnus ex discipulis quasi canis ossa corrodens opus istud taxat: at Christus Dominus nec occasionem præterit prospiciendi honori discipulæ, nec ignorare nos voluit, quantum, & quale damnum inferat publica detractio;

Matth. 26. 13. *Vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium, dicetur, quod hæc fecit in memoriam eius*; id est, ipsius mulieris memoria, & laus vbicunque Euangelium enuntietur, prædicabitur, ac si apertiùs diceret: Vide quale damnum intuleris mulieri, vt opus sit, ad illud resarciendum laudem eius in vniuerso decantari; vide quid sit malignè reprehendere deuotionem, vt opus iudicem esse, & omnes omnium sæculorum homines magni laudibus celebrent, quod tu extenuasti: *es tan grande y huele tan mal la boca de vn murmurador, que para cerrarse la serà menester la bola del mundo, y que todos derramen flores, y canten, que Magdalena hizo bien en derramar el vnguento.*

Alia causa indignationis iustissima fuit; quia sacerdotes mordent (ingens piaculum) illi præcipuè, qui nec cibos præbebant illis, immo & à parentibus auferebant: *recia cosa, que riñan al que no le dan de comer?* Ita prophani, & seculares mordent lingua, quos non sustentant pane: nam in primis delicatum, & pretiosum vnguentum sacerdotalis honoris perdunt: nam, vt ait Ecclesiastes, *Melius est nomen bonum, quàm vnguenta pretiosa: mucho mas cuesta, y mas se estima el honor, y credito, que el balsamo, ô vnguento precioso.* Sicut enim vnguenta (inquit Chrysostomus [a]) ex multis floribus, aquis, & oleis componuntur, & tota familia occupatissima est, istic ponderant puluceres, istic in æneo mortario conteruntur, istic in cerniculis setaceis transfunduntur, hîc in fuscinis coquuntur, illic in sublimatoriis exprimuntur; sic honor personæ Deo dicatæ non ex vno flore, sed ex pluribus conflatur: licèt enim vno verbo exprimitur *egregius concionator, vigilantissimus præsul*: verùm ô quantas industrias, quanta virtutum exempla, quantos labores, probationes, studia, modestiam; & alia delicatissima odoramenta opus fuit collocare ad vnam æstimationem componendam? quæ omnia vnum detractoris verbum perdit, Cant. 10. 1.

Musca morientes perdunt suauitatem vnguenti: cae vna necedad como mosco en agua de Angeles del credito de la donzella, ô como en manteca de azachar del candor, y pureza del religioso. fama enim, & existimatione deperdita nec ille suggestum, nec illa nuptias, nec præsul in cathedram audet ascendere: contrà verò bono honoris vnguento delibuti pulcros se, & imitandos exhibent. *In odorem vnguentorum tuorum curremus* [b]; qui splendor, & odor si dèsit, actum est de sacerdotibus. Dauid [c], *Caro mea immutata est propter oleum: señor que me han quitado el credito*; ipse declarat, *& ego factus sum opprobrium illis: porque han hechado al rincon mi persona sin credito, como cosa sobrada. factus sum in opprobrium vicinis meis valde, & tanquam vas perditum: como olla vieja tiznada inutil.* Et quod iniquius est (inquit Augustinus [d]) si vnus nostrûm peccat, omnes damnant; homines quidem parùm Dialectici, ideo opus est docere illos Logicam, ex vno damnant omnes nos; *& tamen ipsi etiamsi cum aliqua maritata inuenitur adulterata, nec proiiciunt vxores suas, nec accusant matres suas.* Vis autem eius argumenti magna est *, vnus est nequam sacerdos inter vos; ergo omnes? vna adultera est inter vestras vxores; ergo omnes? magis ego consulo honori fœminarum, prospice tu etiam honori clericorum. Videntur mihi isti persimiles canibus diuitis illius epulonis, 18.

16. *Nemo nisi substitum sibi aut fratrem corripiat.*

Cap. 7. 2.

a Lib. de compunctione cordis, agens de vnguento compunctionis.

Infamia damnum graue.

17.

b Cant. 1. 4.

c Psal. 108. 24.

Detractiones damna præter linguam sua.

d Epist. 137. tom. 2.

* *Concederis essos, alguna muger casada haze adulterio? si, pues, porque no hazen el mismo argumento, vna muger fue adultera, todas lo son: la mia lo es, mi madre lo fue, yo no soy hijo de mi padre, luego ni heredero de su hazienda, luego con mala consciencia la posseo vein (dize Augustino) que vuestro argumento es vicioso?*

lonis, qui nec mendico Lazaro dabat eleemosynam, & ex alia parte illi dolorem addebant, & lambentes vlcera exiguum sanguinem relictum exsugebant: sic isti (inquit D. Augustinus) non alunt, nec sustentant nos, & ex alia parte mordent, & vlcera nostra lambunt; *quare & vos?* opus est illos vt legis transgressores maiori obiurgatione ad seipsos redire cogamus: *porque vosotros murmurais delos sacerdotes, que ò no les dais pan, ò no les pagais diezmos, y primicias.* Hoc enim habet auaritia, vt cùm vbertatem maximam habeat verborum, rerum tamen maximam tenacitatem; ideo (inquit Augustinus [a]) hos nimium loquaces vrgere oportet, qui terrenis rebus nimium affixi diuina stipendia non soluunt. Sic vrget illos diuinum verbum. *Decimas tuas, & primitias non tardabis offerre.* Ponderat deinde Augustinus, *Si tardiùs dare peccatum est, peius est non dedisse,* &c. *Audi ergo indeuota mortalitas, nosti quia Dei sunt cuncta, quæ percipis? & de suo non accommodas rerum omnium conditori? quid faceres si nouem partibus sibi sumptis, tibi decimam reliquisset? quod certè iam factum est, cùm messis tua pluuiarum benedictione subtracta ieiuna defecit, & vindemiam tuam aut grando percussit, aut pruina decoxit. Quid auidè supputas? nouem tibi partes retracta sunt, quia decimam dare noluisti;* quibus instrumentis annuos prouentus collegisti, vtique meis: nam meus est homo, mea terra, mea pluuia, boues item mei sunt; *& cùm mea sint elementa viuendi, tu, qui manus accommodas, solùm decimam merebaris; ingrate fraudator, ac perfide, diuina te voce conuenio; ecce annus iam finitus est, redde Domino pluenti mercedem, redime te homo, dum viuis (y sino) dabis impio militi, quod non vis dare sacerdoti: permitirà Dios, que entren por tus puertas compañias de soldados violentos, que coman por fuerça, loque no quisiste dar al sacerdote de Christo:* & post hæc seuerus censor eris eorum, quos non ex pietate, neque ex religione, neque ex Dei lege sustentas?

a Serm. 219. de tempore, de reddendis decimis.
Exodi 22. 29.
Decima & primitia Deo soluenda.

19. Vltimam denique tanti furoris causam assignat Christus, cùm ait, *Quare & vos transgredimini mandata Dei?* quasi diceret, gratis, nulla de causa vos Deo beneficiorum, & muneris vinculis maximè obstricti mea pacta, & præcepta rescinditis, quod aliis verbis dixerat; *Sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi præuaricati sunt in me:* peccant enim in me sicut Adam ibi, & quando plus tenebatur meis iussis obtemperare, & eisdem beneficiis (quod summum ingratitudinis genus est) in meam offensionem abutitur. Quare diues inopia, & fame premit pauperem? & ipse liberè grassatur in populo, spolians homines? quare Christianus Christiano insidias parat, laqueos armat? quia diuites sunt, quia potentiores. O filij peccati, *sicut Adam* transgressi sunt; *quando menos me hauian de offender,* ibi in paradiso pactum meum transgressi sunt, *quare & vos?* Vos, qui estis rationis participes, in me insurgitis, cùm me reuerentur creaturæ mentis expertes? Cælo dedi leges, quas numquam violauit: mare infrænaui, & continuit se: aues, pisces, animantia in suis distinctis sedibus collocaui, & non transiliunt. *Ordinatione tua perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi; quare & vos?* Vos, qui puluis estis, contra me æquissimum, potentissimum: vos, qui immensum, & prope infinitum beneficiorum cumulum mihi debetis? vos, quos redemi, quorum mortem propria morte superaui, & vitam ad viuos rediens instauraui, & cælorum aditus summa petens patefeci, *quare & vos?* ego semper steti promissis, & pactis, leges, quas mihi sanxi, numquam transgressus: nam quando mundum Solis lumine orbaui? vel noctem lunâ, & astris priuaui? quando terræ cælestem influxum abstuli, fontium scaturigines exsiccaui, & fluenta rapidissima fluuiorum continui? quando mare piscium inops fuit? aër auium exilis? terra animalium, & plantarum sterilis? quin immo videre liceat me pastorem agere in terra, agricolam in agro, olitorem in hortis,
& œconomum in magna hac aula mundi, &, si licet dicere, parasitus * vester sum, ludens, iucundans, & oblectans animos facetiis, & salibus, quæ risum mouent, cantu passerculorum lenocinante, aromatum fragrantia, & aliis quamplurimis: *ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum; quare ergo vos* [a]? Accede tamen, propiùs videamus, an accessum persensisti meum? quando me optasti videre, & ego abfui, ad ostium animæ, & sensuum pulsans? quando somnum capere, & non ego flabello tenuissimam auram excitaui? coquus ego sum, qui in ventriculo ignem, & prunas accendo. Quis machinatus est, & quis gubernat internum istud horologium tot rotarum ordinibus, membrorum, venarum, humorum, compositum, tot facultatibus connexis in vno membro, & implicatis, numquam ab instituta ratione discrepantibus. Vide quot cellulas habet vnum caput, medullam, membranas, cartilagines, ossa, neruos, venas. Quis oculorum mirabile opus perfecit, conseruat, & quasi horologij manum indicem effecit? & linguam campanam cum suo malleo in sublimi loco, collocauit? certè moderatoris horologij munere fungor, & stipendia iusta non soluis. Porrò quæ mihi iactura sit si pecces, & si iustus fueris, quid donabis mihi. Rogo ne pecces, ne malis te afficiam, peto, vt seruias, vt bonis te cumulem. O querela iustissima, & grauissima nunc mitissimi Iesu, pòst verò horribilis, & furens interrogatio seuerissimi iudicis. *Quare & vos?* Gentilis fortè, & Barbarus homo rogatus idoneam excusationem afferet, *Domine non noui te, meis peccatis obcæcatus non promerui lumen fidei;* vos verò qua excusatione purgabimini? *quare vos? quare vos?* Præmeditamini (obsecro) quid in omnibus respondere possitis iudicis accusationibus in die iudicij, si modò rogaret à vobis, quare causidici, & aduocati munus elegisti, formidine, & periculo plenum; ideo nempe, quia auunculus meus legis peritorum bibliothecam amplissimam mihi reliquit. Egregia respondendi ratio; quare tu in clericatum ascendisti, qui militem agis in moribus? quia ducentis antè annis capellaniam fundauit proauus meus, & iam mihi sorte obuenit. O insana respondendi ratio! Quare tu equitem illum duxisti, quæ in Dei ædibus, & mona

Oseæ 6. 8.
Queritur Deus de trãsgressoribus legis.
Psalm. 118. 91.

20. * *Yo haze la concurrencia graciosa de los acaecimientos paraque os haga reir: dicì dicho agudo paraque os fuesse sabroso como si fuera vuestro juglar: yo hago gorjear las aues, inuentè la musica de las voces; yo hizè tantas especias aromaticas para vuestro olfato; aqui juego con vosotros mostrandoos vna violeta azul, alli vna rosa*

21. *blanca; alli descubro vna roja de Alexandria, y tras ella vna clauellina escura mas que el carmesi, y sobre esso vna assucena mas limpia, que la nieue, y reboluiendolas todas en prados, y jardines os hago cien rantilletes,* ludens coram eo.

a Prou. 8. 30.
Quid donas illum Deo si iustus fis: porrò quid das ei, his impius?

Stulta electio status reprehenditur.

monasteriis pudica esses, & modò adultera, & impudica? quia quadam die pro fenestra stanti mihi teneris oculis signa amoris præbuit ille, *à medio ojo me miro, y mostrò afficion*: & hanc rationem,& causam rogaturo iudici æterno exhibes?

22. *Sinite illos.* O verbum grauissimum, infinita indignatione plenum: *dexaldos, que ya yo, y mis Angeles los tenemos por dexados.* Domine, si cæci sunt, & cæcorum duces, semel derelicti, & cæci in quas rupes non impingent? in quæ præcipitia non cadent? in quam inferni foueam non ruent? *finite eos*, vt contingat eis, quod Leuiathan, *Videntibus cunctis præcipitabitur, que te dexarà despeñar hasta el abismo, y note dara vna sofrenada.* Sinit viuere exemplarem virum, vt præbeat virtutis documenta, *vinum, & oleum ne læseris.* Sinit etiam sponsam, vt ardentiùs perquirens teneat eum, nec dimittat. Sinit etiam tepidum peccatorem (in quo summa miseria elucet) & permittit illum peccatis exsaturari: *que se de vn hartazgo de sardinas de pecados, y torpezas*; vt radicitùs grauem ægritudinem pellat: at verò cùm seueram iustitiam ostentat in obstinatos, & incorrigibiles, ait, *finite eos: dexaldos.* Quare sinere eos permittis? quia sicut ignis, & fumus pellit, & abigit apes, sic (ait Basilius [a]) *vbi quid lacrymabile, & fœtidum peccatum est, Angelos repellit, sicut fumus apes: huid Apostoles, huid predicadores, que es por de mas curar à Babylonia. Non tendat, qui tendit arcum suum, & non ascendat loricatus: nadie los defienda, dexad las armas predicadores. finite eos.* Et tu quid agis, finis eos Domine? ego pariter sinam eos: nam quî possunt viscera mea ferre damnationem vnius peccatoris, *finite eos: vamo nos, no veamos espetaculo tan triste, como irse Dios, y quedar sin Dios vna alma*; ideo forsitan tam breui exhalauit animam in cruce Redemptor noster. Domine discipulus tuus Andreas nónne multo tempore in cruce viuens perdurauit? quare tu concupitos sponsæ amplexus soluis, deseris, & quasi furtiuè, & inopinatò te subducis, & efflas animam?

23. *ita vt miraretur præses, si iam interiisset.* Verùm Andreas persistit in cruce; quia multos ad Christum conuerti videt: at Dominus cùm videt vnum de latronibus coram augustissimo sanguine in damnationem ruere, & obstinato animo esse, aufugit, euolauit, & oculos depressit, & faciem, quasi diceret: *Sinite eum: quita os alla, ne veais caer vna alma al inferno tan sin porque; porque tu no crees creyendo esto?* Quare in me blasphemus es? quare in innocentissimo sanguine maculas vitæ nocentissimæ non lauas? quare in die redemptionis omnium tu tormenti socius me deseris? *finite* præscitos, finite eos; *quia omnis arbor, quam non plantauit Pater meus, eradicabitur: de quaxo los arrancarà, y hecharà al infierno.* Est ne hîc aliqua arbor istarum? in ignes æternos vultis abire? O quis cognosceret has arbores! Sed tu, ô vita animarum, ne deseras eos, protege arbor vitæ, quos tu condidisti; verum in te fiat, quod de te canitur: *Vox Domini intercidentis flammam ignis: de Dios es el ataxar las llamas del fuego eterno, con que Señor? con el liquor de vuestras lagrimas, y sangre.* Vel vt sapiens agricola, inserens eas in cruce tua, insere spinas, insere clauos, hîc vre, hîc seca, vt in æternum parcas, hæc summa pietas, in acerbitate doctrinæ rudem asellum diuerberare, vt à flagello

Sinit Deus ad interitū ruere insignes peccatores.

Iob 40.18.

Apoc.6.6.

Cant. 5.

a Orat. de Spiritu sancto.

Ier.51.3.

Cur tam breui animam in cruce commendauit Christus.

Matth. 27. 14.

Matth. 15. 13.

Psal.28.7.

sempiternæ maledictionis liber de cælestibus cogitet, & gloriam æternam meditetur, & sempiterna bona.

VERBUM SPIRITUS sancti. Apoc. 1. v. 16.

Habebat in dextera sua stellas septem.

Honori suorum domesticorum prospicit, obiurgat tacitus eorum vitia, detractorum peccata redarguit.

DISCVRSVS XLVIII.

PRÆSTANTISSIMAM ministrorum Dei dignitatem vt ostenderet Christus Dominus dilecto suo Ioanni, in medio septem candelabrorum aureorum ambulantem seipsum ostendit, *habentem in dextera sua stellas septem*; & cùm certum sit septem candelabra esse Ecclesias Christi gloria, & dignitate fulgentes; sic etiam constitutum esse voluit, & ab optimis auctoribus probatum, septem stellas Ecclesiasticum ordinem, & ministros designare, præcipuè cùm ibidem asserat Christus, *Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, septem stellæ Angeli sunt septem Ecclesiarum*: oportebat enim (vt citò dicamus) qui ambulabat, & lustrabat Ecclesias, vt foueret oleo, accenderet, & emungeret, & munus Episcopi agebat, puras, cælestes, & stellis splendidiores habere manus. Verùm vt eorum celsissimam dignitatem ostendat, quo aptiori symbolo potuit adumbrare, quàm septem annulis (de more antiquorum) ornatas manus gerere, & in singulis annulis stellam fulgentissimam insertam, & fixam, & stellatam sic ostendere manum; sicut ille cecinit,

——Stellatus iaspide fulua
Ensis erat.

Adde etiam in singulis gemmis stemma aliquod, siue insigne sculptum, vel crux, quæ signum est Dei viui, vel nomen ipsum regis (vt antiquitas tulit) quo veluti sigillo litteræ signatæ mittentur, vt ex Esther comperies. *Tulit ergo rex annulum, quo vtebatur, de manu sua, & dedit Aman: señal de gran priuanza dar el anillo, y sello real.* Sed similiter eximia honoris ostentatio est, famulum in dextera regis esse quasi annulum, atque adeò ingens supplicij genus à tanta celsitudine ob aliquod crimen exturbari. *Si fuerit Iechonias* (ille, cui nomen meum *Ie* insculpsi, vt notat Hieronymus) *annulus in dextera mea, inde detraham eum*, quasi non plus vltrà addens indignationis. &. *Ponam te quasi signaculum.* Vocantur igitur sacerdotes annuli, & quia Deum manu tenent, & liberalitatis eius dispensatores sunt; sicut 2. Reg. 8. 18. dicitur, *Filij autem Dauid erant sacerdotes: eran lo que podian ser, que? sacerdotes.* Et clariùs, *Filij Dauid primi ad manum regis: los allegados, los que tienen à Dios por la mano.* Sicut annuli rari, electi sicut pretiosæ gemmæ, annuli, in quibus æterno, & indelebili

1.

Sacerdotalis dignitas.

Apoc.1.16.

Ambr. Thoma, Richard. Glossa, Albert. Lyrano, Ribera, Alcazar.

Vide Rhodiginium lib. 6. c. 12.

Virgil. Æneidos 4.

Qui stellarum septem nominibus essent præsignes.

Cap.3.10.

2.

Ier.22.24.

Agg.2.24.

1.Paral.18.

delebili charactere dignitas, & auctoritas insculpta est, ita vt asserat D. Thomas, vt quamuis gemma ab annulo, anima videlicet a corpore media morte separetur, secum ferre characterem, & insigne gloriæ sacerdotalis. Quorsum autem (dices) gestat in manu sua Christus Episcopos, & sacerdotes, & domus suæ ministros? Rectè rogasti: adita fuerat vox aquarum multarum, quæ persecutionem Romæ excitandam figurabat, & audita erat vox tubæ, ea nempe persecutio, quæ iam retrò diebus excitata erat à Iudæis. Vt ergo ostendat Christus & ministros suos fuisse semper, & futuros esse in medijs tribulationibus probatissimæ, & spectatissimæ dignitatis, & ipsum eorum protectorem, & defensorem futurum, vt nullis tenebris obscurentur, nec lumen vitæ, atque doctrinæ denigrari possit, ideo vt stellas ostentat, & in manu suæ protectionis quasi annulos gerit. Adde etiam cælum esse Ecclesiam, & stellas septem, hoc est, septem planetas, eos nempe esse Prælatos, & in manu Christi quasi ab in-
Astra cæli Ecclesiæ prælati. telligentia gubernantur: quapropter eisdem notis, & verbis pro cuiusque conscientiæ varietate in septem concionibus sequentibus distinguit: nam Smirnensis Episcopus se habebat veluti sol, qui omnia sua virtute superat: Philadelphinensis vt Iupiter, ob prosperam valde, & felicem fortunam: Sardensis vt Mars, propter audaciam: Laodicensis vt Saturnus, ratione ignauiæ, atque pigritiæ: Ephesinus vt Mercurius, quia licèt prudens, erat tamen remissi ardoris: Pergamenus vt luna, propter morum
3. inæqualitatem: Thyatirensis denique vt Venus,
Eccl. 5. 7. ob imprudentem feruorem; quia autem *excelso excelsior est alius*, & stellis superior est sol, & ipsa mouens intelligentia, ideo & defectus stellarum, immo & hominum, ipsi Soli adscribuntur: quamobrem (obiter hoc dicam) cùm de iudicandis peccatoribus agatur in vltima die solem obscurandum, & lunam non daturam lumen, adijcitur; quare? quia subditorum crimina iis adscribũtur, qui illis præsunt, atque adeò cùm præsidente sole mundo, & luna per diem & noctem tot dissimulauerint, tot impunita crimina reli-
Gen. 1. querint (cùm præcipuè facti fuerint, vt præessent diei, & nocti) pœna iniquorum in illos redundat; onus quidem eorum, qui ad iustitiam
Prou. 23. 10. erudiunt multos, vt iam dicam. Porrò sanum consilium illud est, *Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne introeas: propinquus enim illorum fortis est, & ipse iudicabit contra*
a Super Prou. c. 23. 10. *te causam illorum.* D. Hieronymus [a], vt nullo modo nec minima quæque eorum pertingamus, qui vel Deo propinqui sunt, vel solo Dei fauore freti; quia ipse ita magnus, ita fortis est, & armis instructus, vt etiamsi gallina sit, ad de-
Protegit & vindicat suos Christus. fendendos pullos rostro, alis, & vnguibus magnos assumat spiritus. Taceo eos, qui contra Moysem insurgentes de dignitate eum exturbare conantur, & à terra deuorati sunt: taceo Ieza-
3. Reg. 21. Psal. 114. 6. belem, & Achab maritũ, vt vineam Naboth au-
4. ferrent: taceo etiam pueros, qui in Eliam Pro-
Scaliger lib. 5. & Rab. Ioseph sup. 1. Machab. 13. 43. apud Episcopũ Oriolanũ super 1. Machab. 1. 42. phetam petulantiores fuere; *custodiens enim paruulos Dominus: Iuez conseruador, que fulmina censuras contra sus enemigos.* Hoc idem subodoratus est Antiochus (vt aliqui notarunt) præcipit namque impius rex ne in contractibus, qui in suo tempore celebrarentur, nomen Dei adhiberetur, vna de causa (aliis relictis) ad declinan-

dam hac ratione diuinam iurisdictionem, & subducere se putans à tanto tribunali, qui tam seuerè animaduertit in eos, qui quamlibet inferunt iniustitiam paruulis, & se iudicem declarat eorum, *& ipse iudicabit contra se causam* Prou. 23. 11.
illorum; propinquus *illorum fortis est*; vide pedes, & quasi columnes esse comperies, vt vna Hierosolymam, altera Romam subiiciat. Vide ensem ore gestantem, hoc est, verbo suo omnia expugnantem, &, quod maius est, addit Dauid, *Dominus excelsus Redemptor eorum est: iunto el excel-* Psal. 77. 35.
sus con el Redemptor, titulo, que le costo tan caro. Et inde factum est, quod ponderat Augustinus, *Fecisti iudicium meum, & causam meam: hiziste* Psal. 9. 5.
de pleyto ageno proprio saliendo à su causa, y dandole a ganar: iudicium illud, in quo iudicari visus sum, meum fecisti. Hæc omnia penitùs ignorantes Scribæ, & Pharisæi classicum canunt, & ad vocem tubæ conuenientes *in cælum posuerunt os* Psal. 72. 9.
suum, calumniam in Christum Dominum sic intexunt, illum nempè puras non habere manus, 5.
qui impuros, & illotos sustinet discipulos: at ille, qui custodit paruulos, & iudicat impios manu, quam habebat stellatam, eorum crimina obiicit: *estrellales sus vicios*, & fortem pupillorum, & iustorum defensorẽ Christum esse ostendit; quare duo efficiam, illos admonebo tantæ dignitatis, & splendoris, qui in dextera Dei sunt: SVMMA
alios autem alienorum arguentes vitia, suis CONCIONIS.
coarguam, & argumenta contorquebo in ipsos; *quare, & vos?*

Quare discipuli tui: Superat omnes reges Chri- 6.
stus, dum his vtitur famulis, & ministris, quos Matth. 15. 2.
ipse sua manu condiderit, vnde fit, vt solus ipse iudicet eos: nam licèt illum reges in creando homines, & quasi de puluere suscitando imitentur, sicut Assuerus, qui septem constituit principes, *qui videbant faciem regis*, vt redemptionem Esther 1. 14.
adumbrent, etiam iniurias condonando, & cumulando immeritos honoribus, gratia, & donis: ac denique resurrectionem, homines esse indignationis ad suam gratiam reuocantes: at Chri- Christus facturus erat & iudicat ministros.
stus Dominus suos ministros verbo efficit, solem, lunam, & stellas, *& dixerunt, adsumus*, redimit sanguine, suscitat ad gloriam: at in hoc Baruch 3. 35.
excidit omnes reges, vt ille solus iudex eorum sit, & tam regum, quàm seruorum crimina iudicaturus. Vide ergo audaciam Pharisæorum, qui cùm in Christi Domini manu septem stellas videant, accusent magistrum, & alienæ causæ actores, & accusatores fiant: *sean tan atreuidos, que se entren en iurisdicion agena.* Habet tamen (si aliqua est possibilis) excusationem aliquam ista iudicij vsurpatio: nam dum mortalis est princeps, & magister, iudicium inferiorum refugere, & vitare nequit: *es el Pueblo Iuez soberano de los principes, y de sus aciones, y de las de sus ministros.* Vnde Cassiodorus [a], *Periclitamur in actionibus* a Lib. 12. c. 1.
vestris, si vos mala intentione tractetis. Et sanctus Iacobus, *Nolite plures magistri fieri fratres mei,* Cap. 3. 1.
scientes, quia maius iudicium sumitis: os sujetais à mas Iueses, y a dar quenta de causas agenas. Iam 7.
diu etiam dixerat Origenes [b], *Vides, quæ sit condi-* b Hom. 20. in Num.
tio principum populi, non solùm arguuntur pro suis delictis, sed & populi, hoc si cogitarent homines, numquam ambirent principatum, sufficit mihi pro meis propriis argui delictis, & pro memetipso rationem ferre. hoc onus in se suscipit, qui alienos filios educat. Ideo fortè inuenies populum plus lædere linguis viros illos, qui filiorum suorum educationi

Vulgus temere vitia discipulorum in magistros refundit. tioni incumbunt, & in spiritu promouendis animis insudant sedulò, non alia de causa, nisi quia discipulos docent, filios nutriunt, Christi ministri sunt, & hanc pensionem soluunt omnes magistri, sicut Aaron, qui erat quasi populi pædagogus de vituli fabricatione, & peccato populi arguitur, cùm reuera ipse se, & complures alij excusent à peccato. Vnde Plutarchus præfatione ad Traianum, *Sermo publicus delicta discipulorum refundere solet in praeceptores: sic Seneca Neronis sui culpa detrahentium linguis carpitur. Adolescentum suorum temeritas in Quintilianum refunditur; & Socrates in pupillum suum clementior fuisse culpatur.* Nec liberi ab hac censura sunt patresfamilias, promisit Deus Abrahamo filium, audit Sara auscultans, *& risit* in longæua ætate filium parituram: Deus autem ad illum, *Quare risit Sara?* Domine antequam respondeã, rogo, paulo antè, *non risit Abrahã in corde suo*: quare modò de vxoris diffidentia arguitur, non de sua? vt ille & reliqui nouerint sua delicta illis improbanda esse certissimum; sed ne dubitent vxoris, & filiorum etiam rationem reddituros; ideo de risu Saræ, non de suo arguitur: *para dar a entender, que pueden ser propias las faltas, que se cometen en su familia*; maxime tamen, quæ publice fiunt. Quare cùm quadam die Christus Dominus aquã, quam Iudæi *secundum purificationem suam habebant*, in vinũ conuertisset, & ex hoc discipuli superstitiosum illum abluendi morem deponerent; etiamsi videant naturæ auctoré, & legis, qui miraculum patrauit, posse discipulos à reliquorum lege eximere, linguis petulantioribus in magistrum insurgunt, etiamsi discipulos accusare videntur, *quare discipuli tui? calla necios, que os entrais en iurisdicion agena, à sacerdotes, y Ecclesiasticos en mano de Christo puestos, como en el cielo, como vosotros los quereis iuzgar?* Hæc prima sacerdotalis dignitatis prærogatiua est, exemptos esse à sæcularium omnium iudicio, & censura. Secunda verò prærogatiua est, etiamsi sint septem stellæ, quas errantes vocant, quia errare dum homines sunt, vtique possunt; corũ tamen errores non ab omnibus corrigendos, immo nec assignandos, nisi vel ab ipso Christo, vel ab iis, qui quasi intelligentiæ cælo Ecclesiæ ex munere præsunt: *ha de ser tal el resplandor del sacerdote, que deslumbre con su buen exterior, y si huuiere yerros, no los conozcan, sino los muy astrologos del cielo de la yglesia.* Quare eos frequenter, & de minutissimis arguere, non leue, sed graue crimen est; nulla enim res est in dignitate constitutis, quæ leuis dici possit: nam si Sãsonis virtus sita erat in capillis, sacerdotis honor ex vno capillo pendet; quare pueri, qui Elisæi capillos taxarunt, caluũ appellantes, non leui, & puerili, sed graui leonis internecione puniti sunt. Ideo sedulò procurauit Dominus eorum peccata non palam, sed secretò punire, vel omnino tegere; destraxerat ex inuidia fratri suo Maria, sed non sola, sed etiam Aaron (vt notauit Nissenus [a]) ex inuidia (inquam) quòd ille sic Deum familiariter alloqueretur, specie zeli inuidiam tegentes, quòd duxisset Æthiopissam, hoc est, Gentilem, homo Hebræus, & de tribu Leui. At qua ratione Deus, in fratres culpa, & peccato æquales animaduertit? diuersa omnino: nam Mariam lepra infecit repentè: sic corrosiua carnis, vt pæne instantaneo motu faciem, & corpus consumpserit. Aaronem autem seorsim, & priuatim in tabernaculo verbis increpat, &

Vide Abulens. super c. 32. Exod. & Exod. 7. Ipse se excusat, quasi ipse dæmonis industria conflatus fuerit. August. lib. 9. in Exod. q. 145.

Gen. 18. 13.

8.

Gen. 17. 17.

Sacerdotes secretò à Deo correpti.

9.

Sacerdotum vitia non vulganda.

a Super Gal. 5. ibi, *manifesta sunt opera carnis.*

Num. 12. 12.

familiarem suum Moysem vindicat, & defendit: *todos haueis de ser iguales? no, licito me ha de ser ami tener vno mas priuado, y amado; planetas sois; pero acada vno puse en el cielo, que yo quisi, aquellas sois, y en el dedo, que yo os pongo, alli os viene muy ancho estar.* Hac ratione acriter, sed secretò reprehendit. Quòd si seueritas cogit illum punire sacerdotes publicè, at saltẽ delicta, & causam vt potuit omnino latere fecit. Accedunt filij Aaron 10.
Nadab, & Abiud, & arreptis thuribulis igne alieno admoto incensum offerunt: ecce ignis de sanctuario subitò erumpens viuos combussit. Domine quod supplicium est istud? tacet. Doctores sancti, qui ignis alienus est iste? quod crimen? ignorant. Et tu Moyses mone populum, ne in idem crimen recidat: nolo, hoc vos desideratis, vt sacerdotum causa tabulis probata in iudicium deferretur, & ministrorum linguis agitaretur, nequaquam, sed sat est Dominum mihi dixisse, *Sanctificabor in his, qui appropinquant mihi: auisa à mis sacerdotes, que miren como viuen.* Venit carnifex ignis, & tam subtiliter mortem intulit, vt corpora, & quidquid interiùs est, exusserit: tectos tamen, & vestitos reliquerit lineis, albisque tunicis velatos, *que* (ne falli videar) *lineæ erant, pormas señas, que eran de lino*; quæ cùm percommoda ignis materia esset, immunis fuit, quia sacerdotalis: *tulerunt eos, sicut iacebant, vestitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt sibi fuerat imperatum: cubiertos con sus sobrepallices los quitaron de la vista; porque no anduuiessen inquiriendo, porque, ò como murieron.* Hoc idem in defensione adulteræ factum videmus, quæ cùm ad misericordiæ alas confugit, Seruator noster in terra scripsit. D. Hieronymus, peccata (inquit) sacerdotum; quare Domine non scribis in ære stilo ferreo, aut plumbi lamina, vel saltem in pergamena charta? ideo nempe, quia sacerdotum crimina sunt, quæ iam punita, & animaduersa debent esse, antequam delicti infamia omnium aures, immo nullius peruaserit, puluei tradantur, vt subitò delenda speres.

Verbo saltem (dices) lacessiuit? nunquam, 11.
consule Prophetas, & Euangelia, nec quid simile inuenies. Ezechiel nobis depingit Deum in consilio seniorum assurgentem, & iracundia plenum hæc effundere; *Væ Prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident: que es de estos predicadores, que predican sus conceptos, como si fuessen visiones, o reuelaciones?* ibi erant, coram se tenebat suspensos, & trementes, sed eos non videre simulat: & notauit hîc optimè grauis noster commentator P. Prado, hos esse blasphemos, & falsarios, sed vocat eos *insipientes*: primò quia quando vir dignitate præstans clarè mentitur, non est credendum mentiri velle, sed iocari, vel fefellisse eum, qui rem ad illum detulerunt: secundò, quia sacerdotes erant, & Prophetæ, quorum honori sic prospicit, vt publicè falsarios, & læsæ maiestatis crimine notatos solùm vocet *insipientes*: sicut per Oseam eos, qui omnimodam destructionem decem tribuum suis nugis moliti fuerant, appellat: *Scitote Israel stultum prophetam, insanum virum spiritualem: hago os saber Israel, que vos sois vn maluado, y vuestros Prophetas vnos insipientes.* Et in hoc Euangelio cùm omnium discipulorum nomine poscat Petrus, qualiter cibus illotis manibus

Leuit. 10. 3.

Confirmatur exemplo sacra Scriptura.

Leuit. 10. 5.

Nec verbo lasit sacerdotes Christus.

Ezech. 13. 3.

Pater etiam nunquam sacerdotum vitia diffamauit.

Oseæ 9. 7.

Digitized by Google

12. sumptus non coinquinat hominem, cùm sit vnus, qui rogat, graue illud verbum non ad illum, sed ad omnes iactat: *Adhuc & vos sine intellectu estis?* Domine alloquere Petrum, qui rogauit. Nolo; quia proximè creandus est Papa, & illius ignorantiam iam ex nunc tegere volo. Maius est, quod addam; Iudas semper auarus, & cupidus, videns Magdalenam sic largè pretiosum vnguentum effudisse obmurmurat; in illum fortè Magister intendet faciem, & ibi halitu suo interficiet impium? minimè, sed in omnes vultum dirigit, & ait, *sinite illam.* Paulo melior erat Caiphas Iuda, sed cùm ante eius furiosum conspectum alapa percussus est Iesus à teterrimo quodam ministro, Dominus, qui toto suæ passionis tempore siluisset, de mirando illo, & diuino silentio erumpit in verba, *Si malè locutus sum*, &c. Quid nouum tibi accidit nunc mitissime Magister? tot flagris cæsus, tot clauis, & spinis compunctus siles, & modò taciturnitatis claustra disrumpis? Ratio ea est, iniquus ille minister voluit, cùm percuteret, insolentiam suam tegere; ideo nempe percussisse Iesum, quòd summum, & venerandum Sacerdotem erecto collo, & non submisso, & seruili animo sit alloquutus: *sic respondes Pontifici? assi se ha de hablar à vn sumo Sacerdote?* Atque adeò cùm Christus videt de irreuerentia in sacerdotem insimulari, munus aduocati in sua causa agit, crimen diluit, & idoneam excusationem adhibet, ne imperfecta causa maneat: *si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem benè, cur me cadis? que dizes? yo al Sacerdote perdi el respecto? sedme testigos, acabese a qui esta acusasion, sepase, que nunca yo tratè mal de palabra à ministro de mi Padre.* Ideo etiam in hos accusatores exarsit; quia leuia crimina, & hæc sacerdotum publicè deferebant, & accusabant.

Matth. 15. 16.

Ioan. 12. 7.

Confirmatur exemplo saluatoris. Ioan. 18. 23.

Ibid. 22.

13. Tertia denique prærogatiua est annulus Christi sacerdotes sigilli formam, & insigne auctoritatis Christi, & nomen gerere: *par a hombres su sello real*; non enim Christus est sicut reges terræ, qui, non dicam in manu, sed nec iuxta se suspici quempiam volunt, nedum adorari: *la magestad de la tierra no suffre adoracion, ni priuado, que sea estimado como Rey.* Quòd si aliquando ad summam gratiam, & coniunctionem eleuant aliquem, ideo est, vt homines assuefacti adorationi vnius hominis, qui gratiosus est apud regem, faciliùs regem ipsum adorent, quæ etiam potest esse ratio illius stultæ molitionis statuæ, quam erexit Nabuchodonosor. Quis enim tam amens, vt sociam suæ adorationis statuam efficiat auream emortuam, nisi aliò intentionem suam dirigeret, nempe vt stolidi homines, qui metu statuam colerent, faciliùs deinceps regem ipsum adorarent; idque significare videntur verba, *erexerat sibi statuam*, sed adorationem sibi prætendebat. Sæpe etiam reges vel zelo, vel inuidia, vel puerili more, qui subitò petunt, quod donauerant, sublimem amicum, & gratiosum exturbant. At non sic noster Rex, ecce sibi septem erigit mundi gubernatores, ecce in vnoquoque nomen insculpit, potestatem tribuit, & sic collocatos in manu amplificat diuino suo nomine; *Ego dixi, Dy estis, & filij Excelsi omnes.* Quam potestatem sæpius repetit, constituite Deum Pharaonis, & Exod. 22. lege cauit, *ne quis Diis detrahat: ninguno murmure de mis Sacerdotes, seria mucha mordacidad reerle à Christo los anillos, mira, que chinela era de la otra Diosa? detrahite aliis: meis autem sacerdotibus haudquaquam.* Videte ergo istorum impudentiam, *quare discipuli tui?*

Christus sui similes in dignitate facit sacerdotes.

Dan. 3. 5.

Psal. 81. 6.

Quid si sacerdotes digni reprehensione sint? Optime rogasti; iam ipse Dominus stetit in medio Deorum, vt iudicet, vt moneat verbis quidem grauissimis, & quæ Scribas, & Pharisæos pariter comprehendunt: *vos autem: esto sois, si os estais en mi mano estrellas altas; pero si caeis: sicut vnus de principibus cadetis: caereis como el demonio, que cayò como rayo para destruir, y destruirse.* 14.

Miserandus est casus sacerdotis. Psal. 81. 7.

Primum igitur crimen sacerdotum est, & deplorandus casus, cùm de manu Christi, vbi sunt omni laica potestate superiores, iurisdictionem declinant, & de manu Christi transeunt ad manum dæmonis, ne dicam alicuius vitij cupiditatis, aut luxuriæ: tunc enim membra Christi fiunt (vt ait Paulus) membra meretricis: ingens peccatum, & horribili ingratitudine plenum; *quoniam si inimicus meus*, &c. *tu verò homo vnanimis, secundum pretium meum*, vel vt alij, *secundum ordinem meum: otro yo en dignidad, y alteza? comer ami mesa, y seruir a mi enemigo?* Ideo sæua indignatione digni sunt: nam quænam, obsecro, est causa, ob quam ille Deus sæpe prædicatus misericors, & patiens, in deserto tamen seuerum, & acrem peccatorum vindicatorem videre licet: nam ibi igne percussi sunt quatuordecim millia hominum, alij innumerabiles sepulcris concupiscentiæ iacent, iam ense, iam dehiscente, & degluttiente terra familias, iam serpentibus ignitis. Quid hoc Domine? tu clemens, & misericors in externos, quare sic domesticos punis? éstne crimen idololatriæ? sed hæc certè crimina apud alios reges impunita reliquisti, parcens eis, & dissimulans; ita est: verumtamen illos externos communi quadam prudentia sustentabam ex terræ prouentibus, & eorum industria. At isti summæ curæ mihi sunt, & suis & eorum cómodis inseruio, mensæ, tritico, potui, cibo, vestibus, prælucenti columnæ; quare maiori digni sunt supplicio, si non mihi, sed dæmoni seruierunt. O Sacerdos, cura diuini Patris, cuius mentionem habet Altissimus, qui sine sudore panem, sine vigilia gregem, sine solicitudine diuitias, & delitias terræ comedis; quid si dæmoni, & non Christo subseruias? O Doctor, cui Deus columnam fidei tamquam facem præfert, vt erudire possis plurimos ad salutem, quid si scientia abutaris in superbiam, in ambitionem, litteris in odium, scriptis in vindictam? *terrible atreuimiento seruir al Turco y pedir gajes à Philippo.* Transfugas istos digno supplicio reges punire solent, sicut Iudam Christus bonorum suorum confiscatione facta, ipsis verò miserando interitu extinctis. Hæc (inquam) est causa, vt etiamsi in manu Christi collocati immunes non simus ab humana potestate, & mortalibus linguis; contingit enim sacerdotibus, & eorum bonis Ecclesiasticis, quod euenire solet delinquenti, qui ad templum confugit: nam dum ibi est, iustitiæ ministri immunitatem loci reuerentur, comedit, ludit, conueniunt amici: at si illum extra sacratum locum vident, arripiunt, & in publicum carcerem detrudunt. Cùm

15.

Ne à Christo ad dæmonis vexillum fugiant. Psal. 54. 13.

Num. 16.

Num. 11.

Num. 16.

Num. 25.

16. *Propter sacerdos prophanis etiam iudicibus subiaceat in supplicium permittit Deus.*

Simile. Cùm bona Ecclesiastica, quæ in Ecclesiam confugerunt, in Ecclesia consumuntur, siluerunt reges, & Cæsares nostri: at cùm viderunt iam Ecclesiæ diuitias in alendis venatoriis canibus, equis, scurris, ludis, & vestes impudicarum fœminarum extra Ecclesiam splendere, & vestire alienas, non Christi domum, statim iustitia dixit: *sed pressas, llenadme pressas estas rentas. Porque señor?* quia extra Ecclesiam sunt, *y saliendo de sagrado, ya son mias.* Hoc idem nobisipsis sacerdotibus contingit, cùm in Christi manu, & eius famulatu sistimus omnes, tanquam astra fulgentissima suspiciunt; cùm verò prophanis contractibus, aulis principum, secularibus muneribus immiscemur, eadem nobis interrogatio fit, quæ fieri solet prophanissimis; *Quare discipuli tui? como hay sacerdote mercader? como hay clerigos contadores de señores? como nunca dize Missa fulano? como no se confiessa de año en año?* O prophana interrogatio! apage sis à Christi ministris. *Dize, que dizen Missa sin lauarse el alma, y las manos? no es possible.* Matth.15.2.

17. Ex secunda prærogatiua, nempe errantes esse stellas, & mundi gubernatrices, secundus oritur sacerdotum casus calamitosus: nam si semel nequam est, totius reipublicæ pestis est, & aspectus planè perniciosissimus: nam cùm planetæ in omnium conspectu sint, sicut & prælati, statim eorum effectus, & affectus sentit vniuersus orbis, & obseruant astrorum studiosi; quare si iracundus est, Martis domum intrasse, si minus castus prædominari Venerem, & in suspectam domum intrasse publicè obseruatur, & fertur. Vnde cùm D. Ioannis pestis symbolum, qua Deus Iudæos puniuit, vellet ostendere, mirabili, & peringenioso signo monstrauit: *Cecidit de cælo stella magna, ardens tamquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum; & nomen stellæ dicitur absinthium, & facta est tertia pars aquarum in absinthium, & multi hominum mortui sunt de aquis; quia amaræ factæ sunt.* Ecce fatale, & quasi infinitum malum, quod malus sacerdos, & præsul orbi inferunt, *cecidisse dicitur stella*, non reuera, sed per prauum influxum, & influentiam: sicut cùm nos Hispani dicimus in maximo Solis æstu: *parece, que se dexa caer el sol*; sic non existimes damnum inferre sacerdotes, cùm quis eorum publicè in ludo, in impudica domo inuenitur; iste interitus, & ruina similis est dæmonis ruinæ, qui omnino à cælo exturbatus est, sed damnum inferunt per influxum insensibiliter, per praua exempla, & documenta, ita vt iam damnum illatum sit, & nondum intellectum; ardet tamen *tamquam facula*, quia efficacissimè ardere facit conscientias. Vnde ait Concilium Coloniense: *Nulla re magis per hanc tempestatem fœdata est Ecclesia Christi facies, quàm profugorum monachorum, & sanctimonialium perfidia, atque flagitio: his enim auctoribus nata sunt hæreses, sacrilegia, incestuosa connubia, & sacrorum omnium profanatio.* Et Tertullianus [a], *Plus toga læsere rempublicam, quàm lorica: mas daño han hecho à la yglesia la ropa larga, que el habito corto, las capillas, que los morriones, las letras, que las armas. addit in tertiam partem cecidisse aquarum, & fontium*, ita vt non cognosceretur, qui fons esset infectus, atque ita nemo sibi tutò cauere posset, vt cùm plurimi cœnarent, quidam venenum in vno ferculorum esse præsensit, & palluerunt omnes. Sic factum in cœna videmus, cùm dicente Magistro, *Vnus vestrûm diabolus est*, omnes pallore suffusi, suspensi, & soliciti rogant, quisnam esset? *vn solo sacerdote malo turba vna ciudad, y haze sospechosa el agua de los sacramentos. & nomen stellæ dicitur absinthium*, vt significet pestem ipsam esse amaritudinem, omnia felle, & amaritudine mortifera inficientem. Quare sicut pestis multo antè tempore prædicitur, timetur, & antidota præparantur: sic Christus Dominus cùm cælum Ecclesiæ quasi manibus suis efformaret, monet: *auiso yglesia mia, que ha de hauer vn mal sacerdote: filius hominum tradetur principibus sacerdotum, vnus vestrûm me traditurus est (vt impleatur Scriptura) veruntamen va homini illi, per quem filius hominis tradetur.* Ac tandem cùm multos sibi calices præparatos videt flagellorum, spinarum, aceti, fellis, myrrhati vini, inter hos omnes absinthium, hoc est, peccatum Iudæ stellæ quidem altissimæ recusasse videtur. *Pater si possibile est transeat à me calix iste: iste*, inquam, *iste*, qui prodere me osculo venit; quare cùm ad omnia tormenta ipse Christus non expectauerit, sed obuiam prodierit, hoc tormentum, & pestilentem osculum non obuius excepit, sed expectauit, donec *eo loquente accessit Iudas, & osculatus est eum.* Pestis enim, quæ ex terra, hoc est, ex infimis homuncionibus, & mulierculis morum corruptione fit, toleranda est; at cùm è cælo Ecclesiæ à capite, à planetis ortum habet, vniuersa Ecclesia, & natura persentit, *multi hominum mortui sunt*; & putant isti, si malum est in sacerdotibus, manuum lotione posse purgari. *Quare discipuli tui?*

Casus calamitosus Ecclesiastici viri.

Apoc.8.10.

Casus lapsusque Ecclesiastici dæmonis persimilis.

18.

a Lib. de pallio cap. 5. num. 100.

Erasmus in Adagiis.

19.

Mat.20.18.

Mat.26.21.

Grauior fuit Christo culpa Iudæ omnibus suis cruciatibus.

Mat.26.39.

Mat.29.47.

Apoc.3.11.

Mat.15.2.

20. Quid si sigillo, & diuino nomine sibi impresso abutantur, & nomine, & annulo regis peccata obsignarentur? infandum, & execrabile crimen læsæ maiestatis. Legam vobis epistolam Dei per Ieremiam ad captiuos, qui sunt in Babylonia: aliquid enim noui affert nobis in hanc rem. *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël ad Achab filium Colia, & ad Sedeciam filium Maasia, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter.* Erant proculdubio graues isti viri, & iidem, qui Susannæ pudori moliti sunt insidias, & docet munus horum esse iudicum; qua tamen dignitate abutebantur, vt falsas prædictiones tamquam veras, & à Deo signatas populo inseminarent; minatur autem mortem, & non qualemcumque, sed frigendos esse in oculis suis publicè, hoc est, summo supplicio afficiendos: ignis enim pro graui quocumque tormento sumitur; nam filij Israël, qui dura apud Ægyptios subierunt, educti esse traduntur de ferrea fornace *Deut. 4. 20. & Iosue 7. 17.* cùm præcepisset Dominus igne comburi quemcumque de anathemate Iericho aliquid acciperet; tamen propter illud scelus lapidatus est à populo, iubente Iosue, qui sanè diuinum præceptum non est transgressus, & graue supplicium ollæ succensæ nomine exprimitur. Ex Daniele constat etiam lapidatos esse; & ex eodem textu similiter Angelum Dei paratum esse, *scindere eos medios.* Tot genera internecionis duobus senibus præparantur; quid egerunt? senes sacerdotes significant, & seniores in Apoc. vocantur, apud nos *señores*: isti

Abusus potestatis sacerdotalis ad nocendum.

Ier.29.21.

21.

a Epist. ad Africanum.

isti igitur insigniter scelesti (vt inquit Origenes [a], & obseruant docti viri) iudiciaria potestate falsos sermones prædicabant; iudicum autem, & Prophetarum auctoritate abutentes adibant fœminas vxoratas concipiendi Messiam percupidas, & partim timore perterritas, partim ostensione sigilli eas decipientes: *no veis, que somos Prophetas, pues hauiamos de mentir nos otros?* sic miserrimæ fœminæ obsequebantur libidini; fauet vterque textus Ieremiæ, *Prophetabant vobis in nomine meo mendaciter.* &, *Sic faciebatis filiabus Israel, & illa timentes loquebantur vobis: condecendian ellas, y os hablauan.* Domine nónne vitium istud illis temporibus sic familiare erat Iudæis, vt omnibus illud Ieremias obiecerit? *Saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur*: at non erant sacerdotes; isti verò graues viri Prophetæ etsi falsi nomine meo abutebantur, vt opus extorquerent à fœminis; ideo & rex confrixit eos, & populus lapidibus obruit, & Angelus scindere medios præparatus erat. Sed vt honori fœminarum consulamus, & virorum, aduertite fœminas illas, quas isti falsò inducebant, & illæ obsequebantur, illas esse, quæ ex Samaria ductæ fuerant idololatræ, schismaticæ, & à vero Dei cultu recedentes. Putauerunt insani senes eadem ratione Susannam catholicam, & fidelem filiam Iuda obtemperaturam: illa verò tot machinis expugnata non est; ideo addidit textus, *Sic faciebatis filiabus Israel: las de las diez tribus consentian: sed non filia Iuda sustinuit*; vt credant fœminæ nuptæ, hæreticum, & Gentile vitium esse, præter maritum, aliis obtemperare, etiamsi Prophetæ habitu profusam libidinem celare curent: *peccar con sacerdotes, y ser mala vna casada no se ha de presumir, si no es de vna muger sin Dios.* Viri autem, qui vxores habent fideles, & pias, & Sacramenta vsurpantes, nunquam adduci debent, vt credant, neque quid mali suspicentur: vna Susanna filia Iuda (hoc est, confessionis) honorauit fœminas, tranquillos effecit viros. Hi ergo Scribæ, & Pharisæi sub nomine Dei maiora crimina perpetrantes nostros sacerdotes insimulant, non cogitantes præter duos illos senes Susannæ, qui Iudæi erant, nullos alios tantæ iniquitatis posse reperiri, sed sanctos, puros, Christum referentes, & imitantes.

Cap.27.15. Dan.13.57. Cap.5.7.

22. *Honori fœminarum impensè consulendū.*

Dan. 13.57.

23. *Quare & vos?* Graui iracundia exardescit Saluator, cùm videt peccatores homines accusare, & litem excitare in iustos, obscurare conantes stellas splendidas. *Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum: es cosa cierta, que estos, que andan en pesquisa, y acecho de las vidas agenas, es gente peccadora oluidada de si.* Sunt isti sicut oculi, qui cùm omnia circumspiciant, in seipsos visum conuertere nequeunt: sicut quidam viri inertissimi, qui sumpto pallio domo egrediuntur, vxoris, & filiorum omnino immemores, & quid domi agatur, interdum omnino ignorant. Et vt à stellis non recedamus, Thales Milesius suo instrumento occupatissimus astra, & eorum gradus contemplabatur, quem famulus sic mente raptum, & absorptum videt, vt in profundam foueam lapsus interierit: sic isti stellas examinant, & foueam, & legem conculcatam non considerant. Ideo

Psal.36.32.

Aliorum vitia inspectantes seipsos ignorant. Simile.

Ægyptij aliorum vitas curiosè indagantem depingebant orbe ante oculos posito, & cælesti sphæra depicta: à tergo autem speculum, quod sincere, & vere facies hominum monstrat; videbis enim homines in rebus inanibus disquirendis, examinandis vigilantissimos, suæ autem cogitationis speculum retro collocant. Sint in exemplum Gentiles Athenienses, solertissimi, & curiosissimi in inferendis, & afferendis nouis rebus, quæ toto orbe patrabantur, vt refert S. Lucas, quid noui de Asia? quid Romæ nouum fit? quid attulit de Occidente nuntius? & ecce intrat D. Paulus, & inuenit eos à tergo habentes altare *ignoto Deo* sacratum. Perditissimi homines, videte magni interesse vos, proprios defectus speculari, priusquam alienas manus mundetis. Sic curauit Dominus Moysem, hominem, quem in aliorum correptionem creabat: nam antequam ducendi munus concederet, manum in sinum mittere mandat; sed heu lepra infectam videt, quasi illi diceretur, antequam aliorum manus purgare noueris, nosce teipsum: nam licèt qui præest, proprias manus aspicere, & purgare debet, qui non præest, alienas manus nec videre, nedum taxare debeat. Murmurauit Maria, & leprâ facies & corpus exesa & commaculata est, fit pro illa expianda, & purganda sacrificium auiculæ, quæ ex præscripto Domini sic mactabatur, vt priùs collo retorto caput & retrorsum inter alas conuerteretur, denotans, detractoris remedium esse, collum retorquere, & in seipsum oculos, & linguam conuertere: *espulgarse el pecho como auecilla. tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum: sedens aduersum fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: yo os dare vuestro merecido. arguam te, & statuam contra faciem tuam: yo os pondre el espejo delante; quare & vos?* Augustinus super hunc Psalmum; *Vis latere teipsum in dorso tuo, quod post dorsum posuisti, ante faciem videbis fœditatem tuam, non vt corrigas, sed vt erubescas: intelligite hæc, qui obliuiscimini Deum: ola que teniades à Dios no conocido a las espaldas: tolle te à tergo tuo* (inquit Augustinus) *vbi te videre non vis, & constitue te coram te:* nam si nosmetipsos iudicaremus, non vtique damnaremur, nec iudicaremur.

24.

Otiosi & curiosi vana inquirentes noua.

Cognitio sui.

Psal.49.17. Ibid. 21.

Quare & vos transgredimini, &c. Age infame vitium, agitandum es, & explodendum, etiamsi inter principes Hierosolymitanos magno in honore sis: quod enim vitium turpius, quàm vendere famam, & honorem? *reuendedores, y corredores de lonja, y feria.* Hoc igitur munere intoruentoris fungitur susurro, aut detractor aliquando à magistro in discipulos, aliàs à discipulis ad magistrum: *Quare cum publicanis manducat magister vester? que maestro teneis, y que honra? ni que recato el suyo, que se pone a comer con los publicanos, y peccadores?* Modò verò ad magistrum discipulos deferunt; *quare discipuli tui? que discipulos teneis ay, ni que escuela?* munus quidem diabolicum cùm Deo detrahit, & hominibus; quare sic amas Iob, & tua prouidentia vallatum tenes? *para que tiene vuestra Magestad vn Iob, que le estima mas, que el vale? toque le en lo viuo, y vera como falta.* Pergit statim ad homines, *Cur præcepit vobis Deus? porque razon os quitò esse vuestro Dios la mejor fruta del paraiso? agrauio es hizò.* Inuidia est ne aliquo modo similes ei fitis: *officio de corredor de vidas agenas*; ne credas illis: sunt enim sicut 25.

Matth.15.3.

Detractiones corripiuntur.

Matth. 9.11.

Simile.

sicut interuentores in nundinis, vbi de pretio
equi agitur, accedit ad emptorem, & miris lau-
dibus extollit equum, vide quàm venustus ad
aspectum, ad equitandum quam pompam ha-
bet, ad cursum alacritatem, & celeritatem, ad
pericula interritus, capite breui, oculis promi-
25. nentibus, & accensis, auriculis breuibus, & ar-
rectis, naribus, patulis, collo in gallorum mo-
rem incuruo, densa iuba, ventre subacto, ro-
tundis clunibus, ac pinguibus, ac denique gran-
di corpore, sublimi, erecto, aspectúque agibi-
li: *vale por mi vida este animal mil ducados como*
vna blanca. Et ecce è vestigio venditorem
adit, & vt de pretio demat, persuadet instantis-
simè. Non vides degenerem equum sine vi, sine
præsentia, coloris pessimi, malè compactum:
alli vna manquera, alli las sobremanos, acullà vnos
sobrehuessos, begigas, alifafes, si lo vee vn albeitar
no darà por el cien ducados. Ita se habent linguæ
istæ, quas Sapiens *linguas tertias* vocat, *lingua*
tertia multos commouit. hîc enim laudat, extollit,
in cælum vsque euehit hominem; mox verò
aduersarium adeuntes vituperant, vitiant, con-
terunt, & in nihilum redigunt. Crede, cùm te
laudant, gladios exacuere in te, vt à tergo apud
alium honorem tuum minutim concidant. Pec-
catum equidem detestandum, quod inter alia
detestanda illud habet, vt damni restitutio vix
sit possibilis; restitutio enim pecuniarum facilis
est, & tamquam nodus in fune magno datus: at
honoris detractio est tamquam nodus in capil-
lo tenuissimo factus, quis soluat? quis restituat?
quis (vt par est) æstimet? Ideo D. Petrus *Deo*
odibiles vocat: nam Dei potentiam quasi liga-
tam tenent, cùm ille saluare nolit, nisi resti-
tuentem; hi autem nunquam, aut ferè num-
quam restituant.

27. Remedium igitur erit, silere nos, quos in
suum famulatum Deus recepit, & tamquam
suam causam nostram agitabit, qui vnumquem-
que rogabit, *qua e & vos*? & hoc erit ingens, &
extremum supplicium; *propter hoc: ya està hecho,*
Sap. 1. 8. *y visto el processo: qui loquitur iniqua, non potest la-*
tere, nec præteriet illum corripiens iudicium: in cogi-
tationibus enim impij interrogatio erit: Dios le pre-
guntarà, y no es menester otro castigo; como al que
llena la capa del reues, como llena assi v. m. la capa?
nam vestietur pannis dormitatio. Est genus homi-
num in conuiuationibus occupatum, hoc vocat
Prou. 23. 21. *dantes symbola*: alter enim ferculum infert mo-
Detractorum voces & querela in ipsos retorquentur. nachi, alter Iesuitæ, alter equitis, alter verò
presbyteri, exacuunt gladios, conterunt, co-
medunt, hos pannosos videbis, & omnino do-
mus, familiæ, honoris immemores, opus ha-
bent, vt interrogentur, *interrogatio erit.* Eques
audias (quæso) vnde domus tua, pallium, &
honor omnino confectus est? *mire que llena essa*
alma del reues buelta de espaldas à Dios? Hoc solo
verbo ad seipsum redit: contra vnum *quare* alte-
rum obiiciendum est. Prodit Iacob nobilis, &
perantiquus eques criminaliter expostulans,
quare Angelus, vel ipse Deus Angeli specie ve-
latus femur vulnerauit, supplantauit? & nec cu-
rat, & claudicat adhuc ille, & quotquot de fe-
more eius nati sunt, *porque los de mi casta han de*
cojear siempre? interrogatio erit, habet etiam
Deus, quid ab illo rogare possit, quare tu tam
multo mane in materno vtero fratri obluctatus
es, vt primas ferre posses; & quare qui ex femo-
re vestro nati sunt, filium meum supplantare co-
nati sunt, & in crucem sustulerunt; quia filium
Dei se prædicabat? claudica tu, & claudicet
tuum genus, non honore solùm, sed & fide, li- 28.
cèt illorum multi salui fient. O Dei viui interro-
gationes, in quas angustias humanam naturam Cap. 31. 9.
redigetis, quas sic perhorrescebat Iob, vt cata-
logum earum secum ferret, disponens sermones
suos ad iudicium: *que le responderè à esto*? Quare
his, qui domini, & principes appellantur, alie-
næ opes adhærent manibus, lites excitant, con-
sumunt primogenita, nec restituunt, nec in
æternum soluunt? interrogatio erit, quare fœ-
minas lectissimas, splendore, & dignitate præ-
stantes turpitudo, dedecus, & humana vitia in-
uadunt? interrogatio erit, quare earum viri ocu-
lo petulanti alienas conspiciunt, vsurpant, &
prauis suis cupiditatibus, & illecebris perducun-
tur. *Si deceptum est cor meum super aliena vxore,* Ibid.
quasi vltimam maledictionem sibi deprecans,
scortum alterius sit vxor mea: hæc enim erat vlti-
ma inter Lacedæmones imprecatio: *Vtinam do-*
mum ædifices: ò no acaba la casa, ò se muere en ella
recien hecha, terram egeras: molimento de cuerpo,
equos alas, gasto, costa, y cuidado, y mal pago, vxor
tua mœchum habeat; viua amancebada tu mugere
vbi honor, vita, proles, diuitiæ funditùs inter-
eunt. Quare eques ille in lecto iacet paralysi,
vel podagra laborans, seminat, & aculeos colli-
git, & pro tritico, & hordeo spinas? interroga-
tio erit, quare pauperibus eleemosynam, seruis 29.
stipendia negat, viduæ immisericors, orphanis
crudelis exactor; hoc ego pertimesco (inquit
Iob) nam quid faciam, *cum surrexerit ad iudican-* Ibid. 14.
dum Deus, & quæsierit, quid respondebo illi? Quare
tu vxoratus continens nó fuisti? non vides stellis
puriores viros, & fœminas, quæ nec actu, nec co-
gitatione pudicitiam læserunt? *Quare vos diuites*
saluti vestræ non consuluistis, sed aliena deuorastis? *Accusationem detractorum resoluit Christus in ipsos.*
Ecce humiles confessores, qui me summa rerum
omnium inopia sequuti sunt, quare vos quasi
Deum vestrum ventrem, & abdomen coluistis,
& inimicos crucis esse, operibus saltem præ-
dicastis? Ecce Apostolos, & Martyres, qui ex ea-
dem massa compacti crucem, & mortem tolera-
runt. Quare vos nec vocem meam audire, nec
reuereri voluistis. Ecce stellas Doctorum, qui vi-
tam, annos, sudores in vestra admonitione in-
sumpserunt, quare non audistis? O manus seue-
ra, & potens tot annulis armata, quàm grauem
colaphum infliges mundo? *Guardaos peccador de*
mano tan llena de anillos, que darà pesado golpe, y
que darà vuestra pena impressa, y sellada con muchos
sellos, y eternizada. Iusti verò quàm celsi, quàm
sublimes, quàm tuti, quàm fulgentes, & gloriosi.
Beati (Domine) *qui in domo tua sunt*, beatiores
autem, qui in manu gratia pleni, beatissimi au-
tem, qui in gloria fulgent in perpetuas æterni-
tates. Amen.

Digitized by Google

ÆQVITATEM IVRIS HABERE, fidem Deo seruare, ad proximos fidelitatem tenere, cælesti doctrina informatur.

INSTITVTIO XVII.

Iustitia laus.

28. IVSTITIÆ, quæ (auctore Augustino [a]) virtus est, sua cuique tribuens, alienum non vendicat, vt ait Ambrosius [b], vtilitatem propriam negligit, vt communem æquitatem custodiat: *qua neque Hesperus* (Aristotele [c] teste) *neque Lucifer sit aquè admirabilis*: quæ summa virtus est, aut fons ipsa virtutis (vt putat Lactantius [d]) tractationem aggrederer, nisi fidelitatis disciplinam, quæ pars iustitiæ est, tibi opportuniorem iudicauerim: nam tui ad Deum vera iustitiæ ratio non est, est autem fidelitas, & quidem triplex. Illa quæ Deum respicit Dominum & auctores, cuique tu vt fidelis seruus respondere teneris: altera, qua tibiipsi fidelis es, nihil tibi de salutis negotio, & de his, quæ eam iuuant, derogans: tertia, qua proximo tuo tam in distribuendo, in corripiendo, quàm in commutando, æquitatem & fidelitatem seruas. quæ tria sicut distinxi sigillatim expendam.

PARTITIO INSTITVTIONIS.

a 19. De ciuit. c. 1. & in Psal 83.
b 1. De officiis, c 14.
c 5. Ethic. cap. 1.
d Lib. 5 diuinarum institutio. c. 5.

29. Et primò quidem. *Si quis in vobis* (ait Bernardus [e]) *desiderat in anima sua sedem parare Christo, ecce quanam illi serica, qua tapetia, quod puluinar oporteat præparari. Iustitia, inquit, & iudicium præparatio sedis tuæ.* Redde ergo Deo quæ sua sunt, ipse enim studiosè vbique ea quæ sua sunt designauit, ne vel tibi arroges, vel reddere obliuiscaris: hac de causa suum vocat semen verbi Dei, *seminare semen suum*; bona sua vocat talenta, vt sciat concionator Dei esse, quod prædicat, sui autem muneris esse exemplo bonorum operum copiosam Christo messem comparare, vt & minister verbi humiliter, & sicut seruus demissè se gerat, & vos qui auditores estis, hæc verba quasi diuina excipiatis: quæ duo vt faciliùs consequatur, accuratè vnum ab altero distinguit, vt notauit Augustinus [f], *Super cathedram Moysi sederunt*, &c. *Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, facite; secundum verò opera eorum nolite facere. Mea dicunt, sua faciunt.* Facile erit vobis discernere; nam mea quidem verba notam sui auctoris afferunt, & satis expressam, *Ecce dedi verba mea in ore tuo.* Quare Domine Ieremiam de hoc admones, & labia eius contingis, vt sciat ipse demissè se gerere, & fideliter, & vt à verbis hypocritarum discerni queant: nam Prophetæ fideles os Domini nuncupantur, vt notauit Hieron. [g] *Si non expaueritis os Domini, si no me amararedes mis Prophetas.* & ipsi Ierem. *Quasi os meum eris.* id est, Propheta fidelissimus. Vnde prouentus diuini verbi, & seminis doctrinæ, soli Deo tribuendus est; vt eleganter annotauit Augustinus [h], fructum memorans, quem cœpit beatissima Monica ex puellæ ancillæ petulantia: nam cùm ancilla ob dominæ suæ demissionem nimios haberet spiritus, probro heram suam affecit, & contumelia, *vino deditam* denotans, quia modico ob senilem ætatem vtebatur; at ipsa vt apis argumentosa ex insana voce mel sibi adlegit, & dum vixit, vinum amplius nusquam gustauit. Discant, inquit, Dei ministri, non sibi, sed diuinæ doctrinæ fructum assignare; nónne ista puella insaniret, si sibi virtutem Monicæ ascriberet? *De alterius anima insania sanasti alteram, ne quisquam cùm hæc aduertit, potentia suæ tribuat, si verbo suo alter corrigatur, quem vult corrigi*; sed fidelis sit Deo.

e Serm. 3.

Fidelis minister sibi non arroget fructum verbi Dei.

f Lib. de pastoribus. Matth. 23.

g Quæstio. in lib. 1. Regum 12.

h Confessio. lib. 9. c. 9.

30. Hoc ipsum admonet Paulus ei, qui eleemosynas largitur, *qui tribuit in simplicitate.* commodiùs posset dicere in liberalitate; verùm præclarè quidem, ait Hugo Cardinalis [i], præcauere voluit, ne intentio per arrogantiam deflectens fructum boni operis dissiparet: nam distribuens debet esse, vt formica, quæ cùm bona sua vim renascendi habent, & subterranea sint horrea, corrodit grani tritici partem illam, vbi renascendi vim habet, aliàs totum pullularet, & in herbescens folium diffluens euanesceret. Habent tua bona & eleemosynæ, ô diues, virtutem renascendi per intentionem in vitam æternam; debes tamen in simplicitate, non quasi tua, sed à Deo accepta distribuere: nam si tua existimas herbescunt, & in vanam ostentationem diffluunt; at cùm in Deo per secretam intentionem dirigis, fructus tibi pariunt sempiternos: quod facit simplicitas contraria hypocrisi, hac de causa sedulò & impensè nimis rationem inibit in extrema

Eleemosyna fructum non sibi arroget largiens illas.

Rom. 12. 8.

i In hunc locum.

Digitized by Google

trema dic cum impiis diuitibus, liquidúmque faciet, *non dedisti mihi manducare*. Quare non solùm rationes exigis, sed planum esse vis, nihil ab eis accepisse? vt nempe sciant diuites bona sua non tam sua, quàm Dei esse: quare ne quodammodo hypocrisi detur locus ingrediendi in cælum, certum planúmque sit, cùm pauperem iustum per inanem gloriam pauistis, mea, non vestra dispensasse.

Verumenimuerò genus aliud infidelitatis erit, si à verbo Dei exempla bonorum 31.
operum subtrahunt Dei verbique administri; *dicunt enim, & non faciunt*: vim enim verbi Dei, ignémque restingunt, & vanum efficiunt. *Væ vobis* (inquit Dominus) *Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum, & cùm factus fuerit, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos*. & inprimis nō laudat opus conuersionis Gentilis hominis, sed potiùs eis damnationem denuntiat, quia primum illud Dei est gratiæ, non suæ industriæ, perdunt tamen fructum iniquis prauísque exemplis: nam, vt ait Chrysost.[a] habet in sancto magistro doctrina sociam sanctitatem, quam libenter audiens discipulus imitatur: at verò hypocrita è contra nudam habet scientiam, prauitas doctoris vitia discipuli fouet, & erumpit in regulum, fitque maior iniquitas discipuli, quàm magistri. Et aliud quidem huius infidelitatis damnum est, quia cùm discipulus magistrum videt virtutem non attigisse, impossibilem iudicat; nam hac de causa D. Paulus fidelissimum seruorum Dei vocat[b]. *Moyses quidem fidelis erat in omni domo eius in testimonium eorum quæ dicenda erāt*. Scholia huius loci dedisse nobis videtur Philo[c]. *Fortasse quia legislator futurus erat, multo antè ipse lex animata rationalísque factus est per Dei prouidentiam, quem nescientes destinabat huic operi. Hizole a el tabla viua, donde se leyese lo que trahia escripto en tablas muertas*. & testimonium ferebat exemplo suo posse in actum reduci quæ in lege indicabat: è regione verò cùm Dei ministri *dicunt, & non faciunt*, sibi & doctrinæ contrariantur, & semel impossibilem legem iudicantes in omnium peccatorum barathrū ruunt, vt ait Paulus, *Qui desperantes semetipsos tradiderunt in operationē immunditiæ omnis, con desesperacion de consequir el bien se dan a todo linage de mal*. Ex quo sequitur libertas peccandi, & securitas ex infidelis ministri libertate 32.
nata, & quasi patrocinata, nam hac de causa impudicissimi homines, vt ait Theodoretus, opinati sunt Angelos etiam vi turpitudinis, & fœminarum amore captos, & vidisse, & adamasse filias hominum, cùm nomine filiorum Dei, non Angeli, sed filij Seth, veniant intelligendi: nam homunciones cùm essent, Angelorum indigebant exemplo, *putantes se forsitan intemperantiæ patrocinium habituros, si Angelos eiusdem criminis reos tenerent*. Fit denique infidelis serui documentis prauis (inquit Augustinus[d]) vt virtus bonorum in Ecclesia vertatur in dubium, & petulanter affirmari nullam castitatem, nullam humilitatem veram esse, dum in magistris, Dei que seruis desideratur. *Hic perturbatur in suis, vnde nulli facilè boni aliquid velit credere*. Et hic est sensus illorum verborū Christi Domini, *Cùm venerit filius hominis, putásne inueniet fidem in terra: sera tan poca y tan fingida, que criara rezelos, de que no ay nada hauiendo mucha*. Hinc etiam fit, vt viam & fores cæli claudere videantur. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, qui clauditis regnum cælorum ante homines, nec introeuntes sinitis intrare*: offendunt enim in vestro viuendi genere, & fidem & gloriam aufertis, quod extremum est infidelitatis, & quod grandis peccati nomen meretur: sicut, *Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia detrahebāt homines à sacrificio Domini*. Quamobrē infidelitatis arguitur Pater, nam vt ait Hieron.[e] *offendit Heli Pontifex, qui corripuerat quidem filios, sed non abiecerat, no les quito los officios*. tu verò Domine, quare hos honestè tractas, nec à sede & munere repellis; sed ais cùm de Scribis loqueris, *Seruate & facite?* Noster Maldonatus, priùs, inquit, oportuit sic coram populo delinire & honestare, in quos acri admodum correptione pòst erat animaduersurus, ne iræ potius & furori, quàm zelo tribueretur, sicut alibi Chrysologus de Abrahamo obseruauit. *Fili, voco filium* (diuitem) *vt intelligas iudicij esse quod pateris, non furoris*; quare non omnino à cathedra iniquos repulerit, discutit acutè doctor, quem videre libeat.

Matth. 23. 15.

a Hic. cùm virtuosus fuerit magister, discipulus imitatur: cùm autem fuerit malus, super excedit. *en el mal maestro torcia el mal exemplo con los vicios del discipulo y el mal exemplo fomenta el hecho y los vicios prorumpen y es peor el discipulo que el maestro, y el conuertido peor que si fuera gentil.*

b Hebr. 3. 5.

c Lib. 1. de vita Moysis.

d Epist. 48.

Matth. 23.

1. Reg. 2. 17.

e 1 Reg. 3. & lib. 1. contra Iouinianum.

P. Fr. Didacus Lopez Augustinianus parte 1. quadrag. fer. 3. Dom. 2.

II. Vt tamen erga Deum & proximos fidelis inueniaris, tibiipsi fidelis esto. Et sic- 33. *Attende tibi ipsi.*
ut vas, cui pretiosum vnguentum fidere statuis, probas priùs, an fideliter retineat aquam, *sic attende tibi priùs*[f], *& miserere animæ tuæ placens Deo*[g], *& recupera proximum secundùm virtutem tuam; & attende tibi ne incidas*[h]. *Nam quidem, vt ait Bernardus*[i], *rectus ordo requirit, vt priùs propriam, deinde alienas curare studeas conscientias. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur*[k]: aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? *Quamobrem si sapis* (inquit Bernardus[l]) *concham te exhibebis, & non canalem*. serua tibi oleum. Quòd si quis à te poscat, respon

f 1. Tim. 4. 16.

g Eccli. 30.

h Eccli. 29. 17.

i Epist. 8.

k Matth. 16. 26.

l In Cant. *Oleum effusum*, &c. c. 1. 2.

NOTA. Vide Nazianzenum orat. 8. in fine. S. Ephr. sermone parænetico in, *Attende tibiipsi.*

respondere debes: *Quòd si non habeo nisi parumper olei quo vngar, putas tibi debeo dare, & remanere inanis? seruo illud mihi, & omnino nisi ad Propheta iussionem non profero. Si institerint rogitantes aliqui ex his, qui fortè existimant de me supra id quod vident in me, aut audiunt aliquid ex me*, dicam eis, *ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potiùs ad vendentes, & emite vobis.* Verùm nihil opportunius, nihil elegantius de hoc fidelitatis genere, quàm sermo Bernardi [a], *Quid tibi prodest iuxta verbum Domini, si vniuersos lucreris, te vnum perdens? Quamobrem cùm omnes te habeant, esto tu ex habentibus vnus. Quid solus frandaris munere tuo? Vsquequo vadens spiritus, & non rediens? Vsquequo non recipis te, & ipse inter alios vice tua? Sapientibus & insipientibus debitor es, & soli negas te tibi. Omnes pariter participant te, omnes de fonte publico bibunt pectore tuo, & tu seorsum sitiens stabis: bibe tu de fonte putei tui. Denique qui sibi nequam, cui bonus erit?* Sed tamen cura nostri nos non subtrahat à proximorum cura, ne timor iudicis nimius te sicut illum damnet, cui dictum est, *De ore tuo te iudico, serue nequam*; sciebat enim Dominum suum etiam ex his quæ non seminauit, exigere prouentum. Ad terrorem nostrum hæc dicta sunt, ait August. [b] ne torpeamus otio, & à negotio animarum ob socordiam cessemus. Et Ambros. [c] *Videamus ne reddamus rationem pro otioso silentio: est enim & negotiosum silentium, & est silentium otiosum*; ad hanc enim curam expensas regias habemus, dona largitur, & partitur talenta Deus, vt eleganter Chrysologus [d]. *Vt enim infantis regij nutrices delicatis cibis pascuntur, vt purißimum lactis fontem alumnis suis propinent; sic supernus ille Rex verbi sui ministros licèt immeritos, propter filiorum suorum alumniam cælestis sua mensa cibus pascit & nutrit, quo delicatiùs illos lactare & pascere valeant*, vt iam erga alios fidelis sit.

34.

3. Reg. 17. 12. Matth. 25. 9. a Lib. 1. ad Eugen. Matth. 16. Eccli. 14.

Sed non te subtrahas à proximorum cura.

Luc. 19. 22. b Lib. de fide & operibus, cap. 17. c Lib. 1. officiorum, cap. 3. d Citatus à P. Alfonso Rodriquez tom. 3. c. 6.

35.

Ad proximorum curam & munera omni cupiditate carere oportet.

III. *Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Haud dubium quin ad animarum lucra* (ait Bernardus [e]) *iam fidelis anima vocetur.* Accinge te, serue fidelis, fraus, circumuentio, & violentia inualuere super terram, calumniatores multi, defensor rarus, esto tu saltim fidelis. Quæ munera æquitatis vt meliùs obeas, omni prorsus ambitione & cupiditate careas. Nam ministri ambitiosi candidati honoris, & ad altiorem sedem, aut præbendam pinguiorem inhiantes, ineptissimi sunt gubernationi; quare de Helia dicitur: Zelo ad cælum ascendit; nam cælum ad se rapuit virum sibi simillimum, nam motum quidem habet, sed non magis versùs hanc, quàm versùs illam partem, nec quidquam à mortalibus ambit, nec lumen & influxus huius vel alterius gratia his magis quàm aliis impertitur, in quibus recta & fidelis administratio continetur. Sit igitur fidelis sine acceptione personarum, ex fide enim Christi hæc fidelitas nascitur, & qui credit in Christum, in hoc debet ostendere fidem suam; & hic est sensus verborum Iacobi. Fratres mei qui in Christum creditis, nolite ob personarum respectum quidquam malè facere, *ne habeatis fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ.* hoc est, potius obtemperandum est præceptis Domini Iesu Christi gloriæ cælestis, qui neminem contemnit ad gloriam, sed eadem remunerat eos, qui eam promerentur, non secundùm personarum acceptionem, sed secundùm meritorum gradus & proportionem: imò de ipso Prophetæ prædixerant, *Non secundùm visionem oculorum iudicabit.* pro quo Septuaginta habent, *Non secundum gloriam iudicabit. no juzgara por el buen pelo de la capa.* quod exposuit Basilius [f], vbi sic ait, *Adsunt tibi ob oculos fratrum differentiæ, hic pauper, ille diues, hic hospes, alius domesticus, si iudicaueris, ne inæqualia videas, diuitem sublimem, pauperem humilem, noli in distribuendis honoribus respectus habere inæquales: est enim diues sæpe mendax, pauper verò iustus: non igitur tantùm faciem spectabis.* Bernardus [g], *Non sit in te acceptio personarum, non parui te reum peccati existimes, si facies peccatorum, & non potiùs causas iudices meritorum.* Secundò hæc fidelitas ostenditur, dum lucri gratia non ministerium exercet; nec quia muneribus subornatur: ideo ait Ierem. *Iudicate manè iudicium.* Regem admonet Sedeciam, cùm obsederat iam tertiò vrbem exercitus Nabuchodonosoris, 2. *Par.* 36. quam repetitam Dei animaduersionem nulli alteri rei tribuit, quàm iniustitiæ. Monet igitur vt ad tutandam etiam tunc rempublicam iura & æquitatem obseruet; nam deuotio quidem eremitis est communis virtus cum sæcularibus, at iustitiæ administratio regia virtus est, sic propria regum, vt sine hac minimè ministerium adimpleant. Sed cur ait, *Iudicate manè iudicium?* Hugo Cardinalis, & alij, ne moram faciatis in expediendis negotiis, nec ad horam differatis sententiam. Alij cum Hieron. *manè* putant *ieiuni*, iudicate antequam cibi delectatione affectio excitetur, & gustus epulis & vino delinitus à recta ratione mentē inflectat. *juzgad en ayunas, quiero decir antes de auer recebido coza alguna de las partes. manè iudicate*, ait Hieron. expecta lumen diei, ne oculus tuus tenebrosus sit. Quòd si ad ministros Christi transferas, necessariam doctrinam esse comperies; confessor enim non minus quàm

e Serm. 57. 58. super Cant. cap. 2. 10.

Explicatur Iacobus cap. 2. 1. Iac. 2. 1.

Acceptio personarum cauenda.

NOTA. Vide Aug. 8. confessio. 4. D. Leon. serm. 10. de Quadragesl. *Quos facit carnalis sapientia*, &c. Chrysost. imperfect. hom. 22. & concione 2. de Lazaro. Paëz in epistolam Iacobi c. 2. v. 1.

f Hom. 21. ex variis. g 2. De consideratione ad Eugenium. Cap. 21.

ized by Google

quàm rex & authoritate & obligatione tenetur ante prandium ieiunus omnino iudicare, hoc est, ne sacramentum administret lucri, aut munerum gratia, nec ante lucem, hoc est, iuxta tenebrosas, antiquas, obscuras, & mali fundamenti doctrinas, & opiniones: nec enim tibi propitius est confessor, qui in opinione cælum tibi constituit. 36.
Tertiò fidelis debet esse in verbo, ne formidinis, aut lucri gratiâ verba increpationis subtrahat: quia Christus amicus erat Lazari, ait, *Vado vt à somno excitem eum.* Et tam gratum putas, Domine, officium amicum excitare? ita quidem, adeò potest esse graui oppressus morbo, vt officium sit si minus gratum, at saltem vtile amico. Laborat æger veterno, agitur vita eius in excitando, acri & acerbo modo præscribit hoc medicus, circunstant famuli, aut hæreditatis cupidi cognati, qui minimè amant, potiùs fores & fenestras obstruunt, & altè dormire sinunt. Verùm vbi adest frater, aut fidelis amicus, quia amat, vexat hominem, nasum premit & digitos, & crebrá agitatione commouet, voce, manu, ictibus: qui (si doleat, si conqueratur) ait, amice doleo ego etiam, & plus quàm tu; sed amor cogit somnum mortis propellere. O vtinam essent, petulãs iuuenis, qui te à somno, à lecto, à pellicatu turpi excitarent; verùm habet Deus paucos fideles amicos, quin potiùs norbis, & sermonibus nostris somnum illis conciliamus, vt deplorat magnus Ezechiel. *Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis capiendi animas. muestra es esta culpa que con la aguja y hebra delicada del discurso no hazemos otra labor que de acerillos y almohadas, y las acomodamos al codo, y a la cabeza de todos o como gustara de este con ceto el conde que amedida viene esto para el rey.* Deus verò, qui fidelis est amicus, vario modo vexat homines, & excitat, vt ait Eliud. *Per somnium, in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina.*

Fidelitas in corripiendis vitiis sine formidine.

Simile.

Cap. 13. vide P. Prado.

Iob 33.

IV. Fidelitas etiam in doctrina sit, ideo enim aquæ sapientiæ fideles dicuntur, puræ, non fallaces, sunt fontes regij viridarij, huius fidelitatis laudem sibi inprimis peperit Simon, de quo Ecclesiasticus, *Simon Oniæ filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroborauit templum, in diebus ipsius manauerunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum.* Alia lectio, *remanauerunt putei aquarum*, facta videlicet expurgatione, Eccli. 48. agens de Ezechia, *Muniuit ciuitatem suam, & induxit in medium ipsius aquam, & fodit ferro rupem, & ædificauit ad aquam puteum. limpio Simon los arcaduces que Ezechias auia hecho antes*; & hoc ipsum egit Saluator, ait D. Thom. *Non veni soluere legem, sed adimplere.* Veni ad expurgandum, vt liquidæ fluant aquæ doctrinæ, sine erroribus, & falsis interpretationibus, & externis cæremoniis. Loquatur fidelis Paulus, qui scribens ad Corinthios, vt commentator est Thomas, spernit iudicium eorum circa litteras suas: *mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer*, vel *ab humano die*, legit Aquinas, *aut ab humano intellectu.* Quare sic contemnit humana iudicia? *Hîc iam quæritur*, ait, *inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Necessitas cogit me scribere, quia etsi multi scribunt, pauci fideliter; iudicium autem vestrum non curo: quia censura tanti magistri, ait Thomas [a], non humano & prophano iudicio, aut gustu ferenda est, sed vtilitate metienda; quare, vt libros eius, vt par est, coleremus, illud sciens & prudens iam moribundus (vt ipse ait) subdit, *Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maximè autem membranas.* Quorsum poscit afferri quaterniones, rogat Thomas [b], cùm tempus resolutionis instat? vt scribat, vt doceat, & moriatur scribendo, vt meliùs & sanctissimè diem obeat stipatus libris; libri enim Angeli custodes sunt nostri, vt ait Gerson [c]. Quartò zelus fidelitatis argumentum est: æstus enim est ex indignatione conceptus de his quæ indignè fiunt, vel aduersùs Deum ipsum, vel aduersùs homines, quos diligimus. Multa quæ occurrunt, tam de zelo, quàm de æmulatione, libens prætermitto, alibi dicenda. Vide P. Busæi Viridarium verbo *Zelus*, Paëz in Iacobi cap. 3. versu 14. §. 1. & alibi. 37.

Cap. 50.

1. Cor. 4.

a Lect. 1.

2. Tim. 4.

b Ibid. lect. vltim.

c De mont. contempl. c. 15. & 16.

Libri custodes Angeli nostri.

Digitized by Google

VERBVM PATRIS.
Deut. 10. vers. 6.

Vide Num. 20.25.

Aaron mortuus ac sepultus est, pro quo sacerdotio functus est Eleazar filius eius.

Animum à rebus humanis seuocare, filiorum educationi ante mortem prospicere, viriliter pro veritate certare, ac tandem munus euangelicum cumulatè explere, persuadet.

DISCVRSVS XLIX.

1\. Plinius secũdus epist. 18. lib 2.

EST quidem testamentum (teste vno inter Philosophos sapiente) quoddam morum speculum, quod cuiusmodi fuerit conditor, quali consilio, quo animo, quanta denique vitæ integritate, atque innocentia, planè refert, & exprimit. Est item, auctore Tullio, *immortalitatis argumentum*, huc namque pertinet (inquit ille) solicita illa, atque anxia educandi, & ad victum, dignitatémque necessaria prouidendi cura iis, quos genueris, & adoptaris filios, hęredes scribendi, testamenti condendi, busta, tumulos, nomina, monimenta, stemmata, insigniores characteres, ac lapidibus incisa epitaphia gloriosa collocandi. *Quid elogia significant, nisi nos futura cogitare?* Est denique (docente almo Spiritu) quoddam coticulæ instar, instrumentum, probatióque, quo supremo mortis conflictu, quanta cuiusque consilij, ac mentis vis fuerit, explorat; ita vt si illud suprema, & fatali hora conficiendum destines, æquum dumtaxat testaris animum, sin iudicio, sensúque valens, compósque, ac mentis integer matures constituere ante multo, quàm vis illa mortis ingruat, ac mentis aciem perturbet, non bonæ voluntatis modò, sed eximiæ solertiæ, sed prudentiæ, sed consilij vestigium litteris consignatum posteris tradas testamentum. His vtique consonant egregiè Iustiniani verba, qui testamentum *testationem mentis* finit, quippe quo legatis ipsis, vt vltimis sanctionibus se prodit testator non solùm mentis compos, sed prudentia, & iudicio solertissimus, cui consequens est, quod *l. 2. ff. de testamentis* statuitur, non tam corpore, quàm animo, ac mente valere oportere testatorem; cui affine est Apuleianum [a] illud parato iam scribere testamentum tabellione, coram illo sic præfari solitum testatorem, *Ecce nasus integer, illibata labia, mentum solidum, vos in hanc rem boni quirites testimonium perhibetote, & cum ritu signatis illis tabulis facessit*; vbi externæ corporis notæ integræ, ac vegetæ mentis testes adhibentur, atque iudices.

Testamentum quid sit.

Maturè & sana mente condere oportet testamentum.

a Lib. 2. fol. 36. prope finem.

2\. *Testamentum in procinctu.*

Verumenimuero fuit mos ille Romanis testamenta condendi longè dissimilis, qui ad bellum properantes, duobus, tribúsve adscitis testibus hæredem constituebant, quæ non scripta, sed militaria vocabantur; sic Plutarchus. Brissonius causas affert *lib. 7. fol. 652.* facientibus omnibus in procinctu testamentum, veluti ad certam mortem eundum foret: *quando haZian estos testamentos, iban resueltos à morir, ò vencer.* Sed vt ad sacra abeamus, Budæus [b] testamentum in procinctu vocat quod Christus Dominus condit, cùm discipulos hæredes gloriæ constituit; *si modo nostram tollamus crucem*, nimirum si illum impigrè æmulemur, nec crucem eius, hoc est, vitæ incommoda, & voluntarias adhuc pœnas eius causa subeamus. *Si quis vult venire post me*, &c. id est, quemadmodum ipse crucem proposita morte libens porto, ita eos, qui prædicatorum gaudent nomine, easdé vitæ molestias, & crucem exsorbere oportere, si gloriam illam exoptant, sint ad mortem succincti; idcirco Nazianzenus [a]. *Cùm quis (ait) obit diem, & testamentum condit, suiipsius index est, & instar stili, & gnomon horologij horam indicantis.* Quid (quæso) aliud est testamentum condere, quàm statuisse quempiam sibi moriendum, & in seipsum sententiam tulisse, atque veluti gnomone, & indice horologij supremam præmonstrasse horã, hærede constituto: *yo me muero, vos me heredais.* Quibus omnibus planum fit ex grauissimi Doctoris sententia, Euangelio nostro contineri testamentum, quod Præcursor Domini Baptistes morti proximus præscripserit; *testamentum in procinctu*, parùm siquidem abest, vt pugnam ineat, qua sit illi cadendum; certo namque capitis discrimine pro veritate dimicationem suscipiens, verè concionatorium munus obit. Nunc etiam dum testamentum parat, fidum sanè se præstat testem, Christi veritatem non minori, quàm sanguinis testimonio confirmans, auctoritatémque concilians, auctore Isidoro, apud quem testamentum sic dicitur; quoniam non valet, nisi post testatoris monumentum. Idipsum Paulus ad Hebræos indicat, etymónque, & notio vocis Hebraicæ, quæ testimonium sonat; deducitur namque ex verbo *bara*, quod est *occido*, quod Ambrosius de Testamento veteri intelligi vult. *Vetus dicitur sanguine dedicatum in typo, nouum in veritate.* Initium igitur iam nunc Baptistes facit verè testamentum auspicatus, suo sanguine, & capite testamentum condens: mentis namque compos probatur esse, quamuis compedibus constrictus, cùm audisset, & cùm esset iam maturum tempus Christum palàm Messiam appellandi, ac mundo denuntiandi, quem vel ipsa iam prodebant facta, *cùm audisset opera Christi*, saluti suorum filiorum consultum volens in patrocinium Christi Principis filios tradit, misit duos de discipulis suis: at propter iurgia, quæ alioqui consecutura forent, testamentum condit secretum, & clausum quęstionis, huius signo obseratum, *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Acceptum Seruator testamen

b Lib. 5. de asse, & eius partibus.

Testamento de canalleros. cuya grandeza està en no morir en su cama.

Matth. 16. 24. Luc. 9.23.

a Orat. in Athanasium.

3\.

PARTITIO ET SVMMA DISCVRSVS.

4\.

Matth. 11.

testamentum minimè resignat, & aperit, sed nouis aliis editis miraculis consignat. Insuper se vnum illo indicari, & contineri apertè indicans, ac impendentis mortis sui præcursoris conscius suggestum ascendit, ac funebrem de illo concionem habet, quasi iam defuncti iustis illum laudibus prosecutus, res ipsa docebit.

5. *Cùm audisset Ioannes in vinculis opera Christi.* Matth.11.2. Testatur in primis Ioannes quantum valeret prudentia, dum antequam mors potestatem præriperet, testamentum condit. Monitum quidem salutare almi sancti Spiritus, Ecclesiastici 14. 12. *Memor esto; quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum, quod demonstratum est tibi; testamentum enim huius mundi, morte morietur.* Mortalis homo (inquit) *memor esto*, tute istud tibi in animum induc, non vtique expectandum dum pulsans mors fores factum denuntiet, necessarium illud tibi persuade; quantumuis latè dominere, & principatu potiare, fatum imminere, instare illud iam properans, vt te tibi, tuaque adimat; quod si ita certum est, præoccupa, occurre, antegredere, ingenua tuorum abdicatione facta. De te ista narratur fabula (vt aiunt) auare, ad te noster est sermo, ne, quæso, in extremam horam trahas consilium auocandi animum ab his, quæ chara habes, sensim exue cupiditatem eorum, quæ ad te nonnisi commodatitia pertinent; sic adhibe, sic vtere, quasi mox renuntiaturus ad miserorum tenuitatem subleuandam. Vocat testamentum sepulturæ, & limbi, quam nos vltimam dispositionem appellamus Dei statuentis, vt omnes denique mortem obeamus, & vocat *inferorum:* omnes enim eius populi fideles, antequam Christus penetraret cælos, eò deferebantur in limbo custodiendi. *Demonstratum est*, quasi diceret, negari hoc non potest; hoc enim necessaria mathematicorum ratione probatur: principia enim demonstrationis hæc sunt, verbum Dei à diuina seueritate iam dudum prolata sententia, *morte morieris:* communis etiam omnium, qui vixerunt, mors, *demonstratum est*, clarissimam efficiunt veritatem, diues, & princeps, te, tuaque, domum, supellectilem, insignia, non hinc migratura; agat ergo rem tantam prudentia, immo sapientia, quæ finem rei attentè prospicit (vt ait D. Thomas,) & alto, & præmaturo fiat consilio, quod vi, & necessitate faciendum est; sic honorem capta, quasi mutuatus tibi alteri sit deferendus, quasi commodatas diuitias in bonos vsus expende; sic denique vtere hæreditate terrena, quasi citò aliis relinquenda, *& relinquent alienis diuitias suas: testamentum enim huius mundi, morte morietur*; totius enim orbis hæc summa, & caput est, Dei maximi voluntas declarata, & manifestata, *morte morietur*, vos, & mundum commorituros; cùm igitur hæc omnia peritura sint, iam incipe (ait Paulus) his gaudere, cum quibus in morte contentus eris: *præterit enim figura huius mundi*; ex quo infert, *qui habent vxores tamquam non habentes, & qui emunt tamquam non ementes.* Hinc iam præcursoris cælestis elucet sapientia, qui cùm se virtutis ornatu, principum æstimatione, & populari plausu prosecutum videret, cùm discipulorum schola magisterio, & vulgi opinione Messiæ munere, & proregis Christi Domini gloria potiretur; & ex alia item parte mortem impendentem in ca-

Maturè & satis in tempore condendum testamentum est.

Gen.2.17.

6.

Psal.48.11.

1.Cor.7.31.

tenis, & testamentum sepulcri, *morte morietur*, imminere præsentiret, & post mortem cum cæteris Patriarchis ad sinum Abrahæ descensurum, cedit omnibus, & Christum Dominum testamento hæredem constituit; cùm tamen hoc ægrè ferre suos discipulos, prospexit, eos præmittit ad Christum, opera Christi exploraturos, vt inde iam facile internoscant me nihil nouum, nihil iniustum agere, dum coronam depono, dignitati renuntio, omniaque in illum refero, quem sua opera hæredem vniuersorum prædicant. Idcirco igitur testamentum condit, *cùm audisset in vinculis opera Christi*: hoc enim pacto vita cedet gaudens, & serena fronte mortem oppetet. Huius rei vmbram quis non videt *Numer.* 20. cùm enim Dei populus ad montem Hor peruenisset, Moysem instruxit, qua ratione res ista perficienda esset. Voca Aaron, & filium eius: *Tolle Aaron, & filium eius cum eo, & duc eos in montem Hor.* Tolle, persuade illum deponere dignitatem, mortem imminere, testamentum condere: vt autem hilaris cedat vitæ, & honori, *tolle etiam filium eius*, vt de mea voluntate certus, & de filij sui successione (vt notauit Augustinus[a]) his duobus gaudens moriatur, sui honoris relinquens successorem, & Pontificem nouum, qui sui parentis officio sepulturæ saltem intersit; *cúmque nudaueris patrem veste sua, indues ea Eleazarum filium eius, & Aaron colligetur, & morietur ibi. Fecit Moyses, vt præceperat Dominus, & ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine; cùm Aaron spoliasset vestibus suis, & induit eis Eleazarum filium eius.* Spectaculum equidem admiratione dignum, filium è vestigio induere tunicas superhumerale, omniaque alia paramenta spectante populo. Quid hæc Domine? hæc prima Pontificum documenta sunt, vtpote omnium sapientissimi maturè testamentum condant, & Christum, & Ecclesiam constituant hæredem, sicque fiet, vt libenter mortem oppetant, cùm iam hæredem post se relinquant. Ideo textus addit, *& Aaron colligetur, & morietur ibi*, id est, hoc peracto, poterit Aaron serena fronte suo munere, & vita defungi. A die illa, qua Christus Dominus à Ioanne fuit baptizatus, filij spiritualis nomen sortitus est, cúmque Ioannes in maxima dignitate se constitutum videret: *veia, que le arrastraua la honra, y que no era suya*; videt etiam miraculis coruscantem, & seipsum satis manifestantem, tempus est (ait Ioannes) exuendi dignitatem, *Non sum ego Christus*, turbæ ad Christum, discipuli ad verum Magistrum traducantur, habeatur, & suspiciatur, qui verus Messias est, ego sum quasi gnomen Solis iustitiæ, hora est iam præsignandi, & intendendi in illum, *ecce Agnus Dei: veis aqui mi heredero*; scio tamquam agnum morti se daturum, descensurúmque in limbum, indéque Patres eductum, non hoc mihi venit in dubium *; ideo testamentum condo, & collo meo reposita est hæc spes mea, sciens quòd in terra Redemptor meus est, & quamprimum in vitam reducet, & asseret in gloriam: cui cogitationi apprimè quadrat Christi Domini responsio, *Dicite Ioanni, quæ audistis, & vidistis: dezilde à Iuan, que no es vana su confiança. colligetur, & morietur ibi: que bien puede morir descuidado*; satis enim fideliter suo functus est officio, nulla

7. Mat.11.2.

Vers.25.

a De sepultura Aaron.

Vers.26.

8.

Ioan.1.20.

Ioan.1.29.

* Hieronymus dixit quæsiuisse Ioannem an ipse esset, qui ad limbum pro liberandis sanctis Patribus descensurus erat.

Matth.11.4.

nulla sibi arrogata gloria, ego quam citissimè
in meam gloriam vocabo: iam enim etiam
Iusti omnibus exuunt, & gloriâ pro Christo deponunt. pauperibus Euangelium regni prædicatur, &
meo protegi, & locum tenenti collocando
cum principibus regni ego prospiciam; mo-
riatur in pace. O præclara nobilitas filiorum
Dei hac præstans, & excellens gloria, glo-
riam pro Christo deponere, & sua abiectione
29. Christum exaltare; paulatim à se diuitias de-
pellunt, ponunt honores, & dignitates, vt in
extrema vitæ hora, nihil, quod mors ipsa au-
ferat, reliquum sit: liberaliter, & ingenuè
exuunt, quod mors inurbaniter exactura erat.
Sicut nobiles viri, vel fœminæ, quæ ad sup-
plicium rapiuntur, omnia patientissimè fe-
runt; à communi tamen carnifice tangi, nu-
dari, & eodem gladio, quo malefici plectun-
tur, caput præscindi suum, hoc ægrè ferunt,
& morte ipsa intolerabilius est. Sic iusti, &
ingenuè educati ne mors communis iustitiæ
minister se, suaque contingat, & manibus
premat, exuunt honores, vestésque pretio-
sas, & ita nihil, quod mors demat, reliquum
est, sed tantùm superest mori. Secus se habet
auarus, qui sicut, qui differt solutionem, pe-
cuniam non persoluit, quousque minister iu-
dicis pro foribus adest; sic hi nihil à se abdi-
care, nisi morte exigente, & extorquente:
iusti verò à cælesti sponsa eodem, quo Chri-
stus nomine, & similitudine, appellantur.
Cant.2.3. *Sicut malus inter ligna syluarum, sic amicus meus
inter filios.* Cæteri homines sunt veluti ilices,
& quercus siluestres, quæ vel nullos afferunt
fructus, vel si quos afferunt, nisi fustibus fe-
riantur, ictibus percutiantur, non reddunt:
no dan nada, sino es, quitandoselo a palos; *ea
Luc.12.20. que os moris, hazed testamento*; *& quæ parasti,
cuius erunt? hac nocte repetent animam tuam*: *te
repelaran* (vt notauit Basilius) repetitione,
Christi munificentia. & citatione iterata animam à te extrahent.
Non sic meus sponsus (inquit Ecclesia) vix
natus lacrymas effundit, octauo die de ramu-
sculis sanguinem donat, in nouissima vitæ
hora testamento carnem suam, & sanguinem
relinquit; pergit vlterius, & in horto sudo-
rem, in manibus militum capillos, carnifi-
cibus vestes, peccatoribus sanguinem, inimi-
cis orationem, matrem discipulo, discipulum
matri, promissa legi, Patri animam, terræ
corpus, omnibus redemptionem largitur, *si-
cut malus: como mançano liberal, que no esconde,
ni recatea el fruto:* sed generosè præbet, sicut
Ioannes, qui omnia Christo renuntiat, ante-
Matth.11.2. quam mors ingruat, *cùm iam in vinculis audisset
opera Christi.*
20. *Misit duos de discipulis suis.* Etiamsi mor-
Ibid. ti proximus sit Domini præcursor, filiorum,
ac discipulorum suorum curam gerit; cùm
enim salutis suæ negotium expediret, solùm
superest quæ discipulorum sunt, exsoluere.
Sic iusti hora mortis imminente, nullo alio
dolore, & sollicitudine tanguntur, nisi de Ec-
clesiæ tribulationibus, in quibus anxiam, &
afflictam relinquunt: ita Paulus vinculis pro-
Act.20.29. ximus, *Scio quòd intrabunt post discessionem
meam lupi rapaces, non parcentes gregi*, & pro
his orationi vacat, suorum negotiorum im-
Ioan.11.13. memor, Christum Dominum imitatus. *Pater
ego ad te venio, serua eos, quos dedisti mihi*; ini-
quus verò, quæ suæ salutis negotia neque vi-
uens agitauit, neque exsoluit, eorum recor-
datione, & peccatorum tricis irretitus dolo-
re conficitur. *Recessit somnus ab oculis meis, &* 1.Mach.6.10.
*concidi, & corrui corde præ sollicitudine, remini-
scens eorum malorum, quæ feci in Hierusalem: co-
gnoui quod propterea inuenerunt me hæc mala,
& ecce pereo tristitia magna*: *cojelos atraycion la
muerte*; & in suis peccatis præoccupat, ante-
quam arma arripere, & negotia pertractare
queant, & expedire.
Agit igitur Ioannes non de filiis in statu 21.
constituendis, sed de collocandis, & tradu-
cendis; nondum enim solida virtute præditi
diutius erudiendi, & informandi erant. Sicut
nobilis eques, qui audiuit, iam principi fa-
miliam, & ministros assignari, & proceres re- Filios & discipulos in Christi famulatum mittit.
gni percupidè in eius famulatum recipi, filios
exoptare, vt à pueritia in conspectu princi-
pis educati chariores illi sint, & ad magistra-
tum, & honores cæteris postea præferantur:
eodem modo cùm Pater æternus, à quo om-
nis familia in cælis, & in terra nominatur,
filio hæredi Christo familiam hanc Ecclesiæ
constitueret, & fundaret, nouósque in suum
famulatum Apostolos adsciret, & discipulos,
opportunè etiam Ioannes suos filios in Christi
Domini famulatum remittit. Hæc vna, & ma-
xima Christianorum parentum prudentia est,
filios ab incunabulis Christo referre, ingenuè
& liberaliter educandos, Christi societati,
familiaritati adhæreant, & virtutum exerci-
tamentis assuescant, vt à multis annis à Chri-
sto gestentur in oculis, & in amoribus eius
sint: *paraque quando sean grandes, sea antigua
la conocencia*; qua enim ratione ad sacerdotij
dignitatem exaltabit Christus, quem vos gen-
tilitiis, & prophanis moribus imbuistis? quo
modo in suam Deus traducet domum, quem
vos quasi Paganum, & Turcam sine lege, sine Puerorum educatio.
disciplina enutristis? aut quomodo vanam,
& superfluam curam eorum reputatis, qui an-
nos, vitam, studia in filiis vestris instituen-
dis collocant, quasi plurimorum puerorum in-
stitutio causa sit multorum inutilium, & pro-
phanorum clericorum, quibus exundare dicitis
rempublicam. O durum, & insolens verbum!
dicito mihi si de multis, præclaris moribus,
enutritis sollicitè satis, paucos dignos, qui in
clericatum asserantur, vides; quid si pueritia
omnino derelicta siluescere, & in corruptis
moribus deprauari sineretur: certè multi edu-
candi sunt, vt aliqui tanto principi adstipu-
lentur, nisi melius reputes ensem deponere,
& breuiarium arripere, à Cæsaris militia ad
Christi famulatum, & sacerdotium nulla in- 22.
terposita informatione traduci. Audi Dauidem. Psal.126.4.
*Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excusso-
rum*; quasi dicat, nouit optimè Deus ab in-
firmo parente filium pollentem viribus educe-
re, à patre vno pede claudicante filium, qui
toto vagetur orbe, & ab obscuro patre, & de-
relicto clarum, & mundi principem extollere;
qua tamen ratione hoc fiet; *sicut sagitta in
manu potentis: haziendo esfuerços su omnipoten-
cia*; vt in altum tollat sagittam humili loco
natam, prauè educatam, illiberalem, & abie-
cti animi: proprium enim, & quod natura
fert, id nempe est, vt quos vultis filios vrba-
nos, honestos, nobiles, diuites, & morum
candore laudandos, hos primitùs virtuti ad-
dictos,

dictos, & probatissimis magistris traditos velitis, & præclarissimæ artis instrumenta priùs proponatis: *que la virtud no se les ha de entrar por la mollera.* Prima lectio cuiusuis artis (ait Gregorius) est instrumenta internoscere, & nomina, & vsus eorum sic aditus ad artem est; virtus ergo cùm ars artium sit, qui poterit percipi, & edisci, nisi priùs instrumenta rudi puero proponatis: *hijo esto es rosario.* Mecum adesto sacro, & verbo Dei audiendo, & operi mandando, fuge malis moribus præditos; his namque instrumentis animos filiorum sancti parentes perpolierunt, quam solicita, & zelo ardens Sara filium suum Isaac à malè morato Ismaele seiungere conata est. Quanta item cura Anna filium suum Samuelem in templum duxit virtutis scholam. Quàm etiam maxime salutem filiorum procurauit Iob, *ne forte peccent, & benedicant Dominum in cordibus suis*; & meritò quidem, & quia magni meriti est hoc (vt ait Hieronymus [a]) *non est parui apud Deum meriti, bene filios educare*; & quia qui hæc negligit, animæ filij sui rationem reddet; patere enim (ait Chrysostomus [b]) & malè educare, nefaria crudelitas, & impia est, satius illi foret ab vtero ad tumulum transferri: *crudeliores parricidæ sunt parentes, qui malè educant filios, quàm qui necant*; hi enim in corpora desæuiunt, illi verò animam æternis suppliciis mancipant, sicque talionis pœna mulctantur, *animam pro anima*, hac præfata monitione; *hazeles este apercebimiento, quando les da vn hijo: custodi virum istum, quòd si elapsus fuerit à te, erit anima tua pro anima illius.* Elapsus dixit, si fluxarum rerum aqua elabi contingat, tu animæ tuæ impendio persolues. Pater (dices) non hoc incumbit prælatis, parochis, magistris? O homo, ego te alloquor, tibique hoc persuasum velim, non parocho: *mira, que yo no hablo con el cura de la parrochia.* nam si parochus, nec præceptores, nec prælati hoc præstant, quare hoc à te arbitratis alienum? Portitor scapha flumen traiicere parat; flumen tamen ita est altum, vt funem superet, & remis propellere cymbam opus sit, laborat ille, & totis incumbit remis, nec sufficit: cymba enim vndis profluentibus fertur, quid superest remedij, ne rapiantur impetu fluminis? quid? vt nobiliores, qui vehuntur, à pallio se expediant, & remis impellant, donec ad ripam fluminis appellent. Præcipuus portitor, qui vos, filiósque vestros in hac Petri naui Ecclesia sancta ad portum ducit, Episcopus est, & parochus, flumen tamen humanæ conditionis altum, & periculosum est, illi remis incumbunt, laborant magistri, & nihilominus fluctibus fertur, & quasi demergitur nauis reipublicæ tot prauis moribus, tot insanis sumptibus, tot perditissimorum hominum fluctibus quassata. Quid consultius potest esse, nisi vt vos, etiamsi nobiliores sitis, ferulam, & tabellam, & exempla, remósque salutationis arripiatis, iuuetis opus tanti momenti, quòd vobis adscribenda salus, vel perditio sit: ideo enim vobis prænuntiatum est; *Custodi virum istum, quòd si elapsus fuerit à te, erit anima tua pro anima illius.* Ideo Ioannes etiam morti proximus filiorum suorum curam suscipit, qui res suas optimè compositas apud Deum habebat.

Cap. 1. 5.

a Epist. 7.

23.

b Lib. 3. contra vituperat. monast.

3. Reg. 20. 39.

Ipsi parentes filiorum educationi incumbant.

Simile.

24.

3. Reg. 20. 39.

Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? His verbis summatim perstrinxit Ioannes totius testamenti seriem, quod condere statuerat. Ex quibus tamen statim consurgit ratio dubitandi. Si hoc testamentum est, qua ratione dubium hæredem relinquit: ait enim, *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Si prima verba præscriberet, instituebat sanè hæredem, *tu es, qui venturus est*; subdit tamen, quod omnia destruit, *an alium expectamus?* Respondet tamen alto Ioannis consilio hoc ita factum fuisse. Quando testator prudens circa bona sua inter fratres, & filios orituras lites subodoratur, omnibus iam hæreditatem obire cupientibus, testamentum obsignatum, & secretum facit: manu enim propria hæredem subscibit bonorum suorum natu maximum, vel alium quemuis, & statim obsignat; vt tamen adulterinum non sit, sed secundùm leges factum, testes necessarios adhibet, quid ibi lateat ignorantes: qui tamen tabellionis signo, testes sint, & ibi postremam suam voluntatem manere consignatam: cùm verò resignatur, & perlegitur, planum omnibus fit, quis instituatur hæres (testandi quidem modus sapientior, à litibus remotior: sic enim vno filo cupidorum hæredum labia compescuntur: *con vna hebradcillo cose los labios à los apassionados herederos.*) Sic Ioannes suum condidit testamentum, intus enim clarè suam exposuit mentem, & voluntatem: *Tu es, qui venturus est: yo se, que sois vos el Messias*; si tamen resignaret, & apertè ostenderet hanc suam fidem, mentisque testationem, à filiolis suis vexaretur crebris interrogationibus, qui, vt ait Chrysostomus, eum à tali proposito abducere conarentur. Apage Pater a tanta humilitate; quare sic te demittis, tu proculdubio es Messias, nimiam gloriam fabri filio relinquis. Hæc vt vitaret, signat testamentum illa dubitatione, *an alium expectamus? o esperamos otro?* qua sola obscuram reddidit voluntatem, & subscriptio publicè facta est coram testibus, vt testamentum cum ritu legitimo valeat in posterum. Defertur ad Christum Dominum testamentum, qui cùm auctoritate publica factum videt, coram omnibus resignat illud, &, vt ait D. Lucas, illicò miracula patrauit, debiles, & claudos sanans, quasi diceret, hic Ioannes testatur me esse hæredem, qui venturus est. Quibus cum verba etiam Isai. conueniunt *c.* 29. 31. Messiam nempe miracula ostensurum; cùm igitur hæc omnia conuenientia, & consona sint, bene de me in testamento asseritur, *tu es, qui venturus est.* Vnde verba, quæ dubitationis speciem præseferunt, potiùs affirmatiua sunt: de more enim nostro, vt veritatem adstruamus, interrogationem addere solemus: *Vos sois el mas rico de esta ciudad, y esto quien lo duda?* Tu es, quem ego expectabam Messiam, expectabóne alterum? *por ventura hay que aguardar otro?* & quia morti proximus est; vt Deum confitetur, quem Deum credebat: fidei enim professio vbique; in mortis tamen periculo maximè exhibenda est. Sicut Iacob, qui fratrem timens petræ, id est, Christo accumbit, & somno se dedit: in illa enim hora nullius alterius vitij tentatio vim habet, nisi fidei, quam tamen morte imminente Patriarchæ profiteri non desistebant, & vt pateat omnibus credentibus

25. Matth. 11. 3.

An dubitet Ioannes, hoc enim contradicit hæredis legitima designationi.

Simile.

26.

Digitized by Google

hæc fidei non inanis professio, Euangelium, & Ioannis testamentum aperitur; *tu es, qui venturus es?*

27. Verumenimuerò cùm propè nullum testamentum sit, cui lis non moueatur, duas nobis exceptiones Ioánnis testamento, & hæredi Christo opponere possunt: nam cùm ille testamentum, vt de Christo testimonium exhiberet, instituit; contra tale testimonium duæ leges militare videntur. Prima habetur *lib. 2. del fuero juzgo*; in qua statuitur in fauorem amici, neque amicissimus, neque sanguine iunctus testimonium ferre possit. Secunda neminem in testem vocari in rebus maximi momenti, & ad crimen pertinentibus, dum vinculis constrictus est, & in carcere continetur: cùm ergo nemo Christo familiarior Ioanne, amore, & sanguine coniunctissimus, vinctus etiam cùm sit, & de re grauissima agatur, de inferendo nempe Messia diu expetito, & expectato, crimen erit non minus, quàm læsæ maiestatis, si adulterino testimonio, & contra leges inducatur. Verùm si primæ legis tenorem inspiciamus, potiùs nostræ causæ fauere videtur: asserit enim, consanguineum non vocandum in testem, nisi ad informationem, in qua de ætate, vel de consanguinitate, aut affinitate agitur, in quo casu omnibus præfertur propinquior consanguineus, & dignitate, & sanguine clarior, & qui quasi caput eorum est. Sed Ioannes etiamsi consanguineus sit, & coniunctissimus amicitia; vocatur tamen ad probandam consanguinitatem Christi cum Synagoga matre, & nutrice sua, ne alteri in sponsam daretur: valet ergo eius testimonium, ac testamentum; ideo enim eisdem dixit, *Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim, non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum*; valet ergo testimonium. Secunda etiam lex examinanda est, agit enim de eo, qui in vinculis est ob aliquod crimen, vetátque in testem adhiberi: exceptio tamen illa est; exceptio autem in iure firmat regulam in contrarium, & ita in testimonium vocandis discipulis prædicit Christus, *trahentes ad custodias*, &c. *continget autem vobis in testimonium*; quare vocantur in testes? quia etiamsi vincti sint, sine crimine sunt, & vacant culpa: *estar presos sin culpa antes mostrara ser fieles testigos.* Ioannes ergo, & quisquis innocens cùm sit, propter Dei gloriam patitur, quanto plus laboribus premitur, tanto magis veritas testimonij elucescit. Ideo lætari nos iubet D. Petrus, *communicantes Christi passionibus gaudete*, gaudete in vinculis pro Christo; cùm enim referetur testamentum, in gloriam vocari videbitis, & exultabitis, *vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes*: vt tamen egregium vestrum testimonium sit, vacare omni culpa necessum est; *nemo autem vestrûm patiatur vt fur*, &c. *si autem vt Christianus, non erubescat.* Insuper confirmatur Ioannis testamentum; quoniam moribundus condit, & morte testatoris roboratur; non enim est idoneum tempus mentiendi, & fallendi mortis hora: merces enim hæc mentiendi reueretur maximè exitum mortis, neque vlteriùs in aliam vitam asportatur, *es mercaderia el mentir, que no passa los puertos secos de la muerte.* Poteris hîc nos fallere, ô homo, cùm primùm autem mors falcem vibrat, & hastam, cùm

28.

Ioan. 3. 28.

Luc. 21. 12.

2. Cau. c. 4. 13.

1. Pet. 4. 13.

lupi aures apparent, omnia manifestantur; Ioannes ergo ad vitæ extremos limites testimonium fert, verum equidem est testimonium eius.

Vt ergo valeat testamentum, diem obit suum Ioannes; sed quo tandem vrgetur morbo? eo nempe, quo omnes optimi prædicatores corripi deberent; moritur, quia vera prædicauit, cùm nemo iam nostrûm hoc ægrotet morbo, nemo moritur; si enim vera prænuntiaremus, non defuisset saltatrix aliqua Herodias, quæ mortem machinaretur; hoc suprà ex Budæo tetigimus. *Tollat crucem suam, & sequatur me*: *lleue tan tragada la muerte, y la cruz hecha para morir*: sicuti Ezechieli præcipitur secum ferre sartaginem ferream, quæ instrumentum mortis erat apud Chaldæos; cùm ergo destructionem denuntiaturus esset, ne mortis formidine deterritus à suo munere desisteret, ferat secum sartaginem, vt iam ad mortem bene comparatus veritati prædicandæ non desit. De bonis natatoribus soletis dicere in aquis morituros; quia cùm in arte perdocti sint, non contenti nando flumina traiicere, & in sereno, & quieto flumine supernatare, profunda petunt, & vertigines aquarum superare nituntur: contingit autem superuenientibus fluctibus voragine absorberi; lauat interim alter corpus suum, & oblectatur iuxta ripam fluminis, etiamsi rideant prospectatores, quid mea interest. Vocat Ecclesiasticus mundi potentes rapida flumina; *Noli resistere contra faciem potentis, & ne coneris contra ictum fluuij*; eripe te si potes, à potentibus, & insigniter peccatoribus, qui quasi fluenta rapidissima vorabunt te, & absorbebunt: verumtamen si ex officio teneris, peccata corrige, contra eorum impetum obsiste, etiamsi eorum furore demergaris: sic enim decentissimum est mori perdoctos Verbi Dei natatores, & prædicatores; ideo addit textus sacer: *Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia*: *hasta morir, que os và la vida del alma en ello*; ideo dixit, *pro anima tua*, ne existimet concionator solùm se bono Ecclesiæ in communi consulere: de anima enim sua agitur, & salus æterna in discrimen vocatur, *pro anima tua.* O præcursor sanctissime verbi præco, quàm egregius natator Iordanis extitit Ioannes: *& iuxta Salim, quoniam aqua multa erant, & ibi baptizabat*; quadam autem die Herodis fluenta rapidissima nando traiicere ausus est, & regios conatus reprimere, etiamsi moriar. Vide rex, quòd Deo auersus es, & morum prauitate, & turpitudine animos offendisti; fuge Ioannes: *noli resistere contra faciem potentis, neque coneris contra ictum fluuij*: teneri me existimo, & pro iustitia, & pro anima agonizandum est quocumque discrimine. Rapitur ab Herodis ira, & vinculis traditur, & capite plectitur; nos verò interim iuxta ripam natamus, vbi pedem intra aquas inspiciamus, solùm in paruulos inuehimur, & nullius fructus labores nostri sunt, & munus nostrum nequaquam explemus: *pro iustitia agonizare*: si enim ego meo muneri satisfacerem, vestra crimina palàm obiicerem, vsuris deditos damnarem, lucris inhiantes, litibus gaudentes, impudentissimas fæminas, stolidos iuuenes, callidos senes, omnes denique vel do

29.

Bono animo sint concionatores ad corripiendos peccatores.

Matth. 8. 34.

Vide P. Prado, & Mald.

Eccli. 4. 32.

30.

Ibid. 33.

Ioan. 3. 23.

Ioan. 7. 24.

Iacob. 4. 2. de honore, vel diuitiis decertantes. *Concupiscitis, & non habetis; quoniam occidistis, & celastis, & non potestis adipisci, litigatis, & belligeratis, & non habetis: que sois profanos, gastais en trajes, y criais con libertad vuestros hijos.* Sic moritur Ioannes, lucernæ instar, & facis extinguitur; quia opus non erat, vt lumen præferret Christo, iam intento digito agnum Dei monstrauerat, & quasi sagitta ad signum collimata præsignauerat; iam Christi opera ab omnibus prospectantur, extinguatur lucerna Ioannis. Ducit princeps aliquis equitem amicum ad secretiora cubicula ad inspectandam domus supellectilem, pretiosa vasa, suis sedibus asseruata monilia auri, & argenti summa arte confecta, annulos, & armillas pretiosis lapillis insertas, accedit puer facem præferens, quid agis? Domine, præfer lumen, vt clariùs conspiciantur hæc omnia: tolle, tolle (ait) facem, quin potiùs hoc modico lumine splendent lapilli; refulget aurum, & adamantum claritas reflectitur: *brillan los diamantes, y berilos. erat Ioannes lucerna ardens, & lucens*; Christus verò conclaue illud, & abacus pretiosis monilibus aureis, & vasibus instructissimus: *caput eius aurum optimum* (Rab. David) *caput eius chetemphaz: en sola su cabeza hay mas que ver, que en vn monstrador de joyas de oro.* Prætulit facem Ioannes donec mundo conspiciendus prodit Christus; cùm ergo hodie iam eius opera splendescerent, & omnibus etiam cæcis, & claudis, & pauperibus manifesta essent, facem extingui iam posse, dicit: *Renuntiate Ioanni, quæ audistis, & vidistis*, dicite iam eius opera non indigere; sicque lux illa Ioannis extincta est.

31. *Mors præmatura Ioannis.* *Simile.* Ioan. 5. 35. Cant. 5. 11. Matth. 11. 4.

32. Statim autem quasi iam vita cessisset, funebrem laudum eius rationem assertor noster instituit, & quatuor verbis eius, & veri concionatoris, & pastoris munera, ac virtutes perstrinxit. Laudat primò constantem animum, quo si destituatur minister Christi, nihil ad perfectum adducet; *Quid existis videre in desertum, arundinem vento agitatam?* ne sicut arundo huc, illúcque feratur veritatis minister: nam si inconstans est, & facilis, vel iniecto metu, vel missu, & donariolis, vel supplicibus libellis, à sententia dimouebitur, & à suscepto consilio reuocabitur; accessit mulier Chananæa rogans; altera itē mulier fimbriam tenens, potuitne Christum Dominum ab itinere abducere? minimè; quia arundo nō est; quinimmo pedes eius columnæ sunt super bases aureas, quæ nec facilè dimouentur, nec aliò feruntur, nec annuit mulieribus nisi rogatus ab Apostolis: *señor, que dà voces despachalda: dimitte illam; quia clamat post nos.* Nihil infirmius fœmina, nihil tamen pertinacius, sicque quasi lapis probatorius viri est, & qui ad illam non flectitur, probatæ virtutis est. Ideo ait Pelusiota [a] fœminarum congressum vitandum: nam etiamsi marmoreo pectore sis, rupes tamen aqua excauatas videmus. *Quid rupe durius fingi queat, quid item aqua mollius, & quidem aqua guttula, & tamen assiduitas naturam vincit; si ergo natura cedit, voluntas, quæ tam facilè mouetur, qui fieri poterit, vt à consuetudine non vincatur, & euertatur?* Ideo mulier à molliendo dicta; ideo Seruator noster hac prima laude extollit Ioannem non mollitudine muliercularum delinitum, nec à saltatrice à proposito abductum. Sic se gerant iustitiæ ministri, & veritatis: iustitia enim est constans, & perpetua voluntas suum ius vnicuique tribuendi; &, *Non te ventiles in omnem ventum, esto firmus in via Domini*; & Paulus, *Stabiles estote, & immobiles, abundantes in omni opere Domini semper, scientes, quòd labor vester non erit inanis Deo.*

Ibid. 7. *Non flectitur amore fœminarum.* Mat. 15. 23. a Epist. 284. *pon los ojos en la tierra, mira con recato, y enseña las à ellas como han de mirar, guarda no te detengas, y te coja, y como à vn horrendo leon, a quien hazen horrible, y señoril las guedejas, telas corte, y las vñas, y dientes te las saque, y te dexe hecho ridiculo: dexalas, y te estimaran.* Eccli. 5. 11. 1. Cor. 15. 58.

33. Secundò laudat perfectionem eius, omni videlicet vitio vacare, quod à recto tramite deflectere eum cogat; quid existis videre? hominem mollibus vestitum, *Ecce qui in veste pretiosa sunt, in delitiis, in domibus regum sunt*: pretiosæ enim vestes, carnis oblectamenta, splendida mensa, & familiaris prophanorum congressus valde ministrorum Dei dignitatem, & splendorem extinguunt. Minister iudicis scriba, & consiliarius in hac nostra ætate dicunt suo munere pro dignitate fungi non posse, nisi ampla domus sit, plurima cubicula, multæ sellæ, sericæ tapetes, pretiosæ vestes: ita enim res omnes exulceratæ sunt, & ad extremam inuidiam adductæ; qua ratione iustitia consistere poterit? Audi tu, crudelis exactor, tuósne abusus honoris, & superbiæ pauperum sanguine sustentabis? *Ecce in alis tuis*, id est, in vestibus tuis, *sanguis animarum pauperum, & innocentum inuenitur*; quòd si hi aditus occludantur auaritiæ, & notum sit omnibus, Aduocatum, Consiliarium, & Prælatum dona non excipere, admittere, facilè sibi persuadent, sincerè veritatem, & iustitiam administraturos: ideo cùm Propheta Amos à prædicatione vellet abducere Amasiam, dicens: *Qui vides, gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem, & prophetabis ibi, & in Bethel non adiicies vltrà, vt prophetes; quia sanctificatio regis est, & domus regni*; & à prædicatione deterrere vellet, eo quòd præmium à rege sperare posset, neque cibos regios, qui sic veritatem prædicabat, ille satis ad rem respondit: *Non sum Propheta, & non sum filius Prophetæ, sed armentarius ego sum, vellicans sycomoros*: non est, cur famem mihi commineris, non enim sum ego de his Prophetis, qui magno sumptu, vel regio stipendio indigent, armentarius sum, & vili sycomorum fructu hinc inde collecto vitam dego; ex his vnus Ioannes valde à Domino collaudatus, eo quòd palatia regum fugit, cibos, missúsque principum missos fecit, vt veritatem apertissimè prædicaret.

§ Munera & dona ne accipias. Luc. 7. 25. 34. Ier. 2. 34. Cap. 7. 12. Ibid. 7. 14.

35. Commendat tertiò sapientiam. *Quid existis in desertum videre? Prophetam? dico vobis, & plusquam Prophetam*: tanta enim Ioannis sapientia fuit, vt in illum, qui in signum populorum propositus erat, digito intenderit suo, in quem omnes Prophetæ à longè solùm collimarunt. Secundò etiam sapientiam laudat; quia sic sapiens erat, vt vtilis populo esset: sapere enim, & sibi soli, vel auaritiæ, vel ambitioni, & non animorum saluti, desipere est: ideo hæc laus illi ab Ecclesia sub nomine sagittæ defertur ex Ierem. 1. *De ventre matris meæ vocauit me Dominus nomine meo, & misit me quasi sagittam electam, in pharetra sua abscondit me*; primò enim à Deo vocatus ad munus dicitur, ad quod dona requisita idem, qui vocauit, contulit. Sapientia item ornauit illum à ventre, & incunabulis; non enim vna die minister sapiens fit, nec repentè euadit concionator, qui suggestū conscendit: formauit igitur Deus sapientem *sicut sagittam*, in qua tria reperium

Mat. 11. 8. *Sciat quæ sui muneris sunt.*

periuntur, plumæ, cuspis, & virga: iudex enim, & concionator ferrea, & acuta cuspide instructus sit, zelo nempe, & acumine, non sæuitia vigere debet. Virga item, id est, vitæ inculpabilis & teres sit: *vida lisa, inculpable, y sin repelo.* Pennæ etiam litterarum iuuant: opus tamen est, vt moderatè adhibeantur; quia cùm opera ad Dei gloriam intentissimè ferri debeant, si pennæ plures sunt ingenij, & humanæ eruditionis, à signo aberrare facient, & ad vanam gloriam, humanásque laudes deflectent; vt vtrumque pro votis succedat, taceat ille, & in pharetra Dei abscondi patiatur, vt suo tempore sicut Ioannes ad ministerium obeundum proprio aduocetur nomine: *vocauit me Dominus nomine meo.*

36. Quartò denique laudat, quàm integrè, & cumulatè munus suum expleuerit; *hic est, de quo dictum est: Ecce ego mitto Angelum meum;* Angelus enim non sua quærit lucra, solicitus est, & nostræ saluti inuigilat; sic etiam Ioannes: & sicut Angelus perfecto opere custodiendi animam, etiamsi in infernum cadat, ille neque tristatur, neque cessat à gloriæ diuinæ fruitione; sic iudex, & concionator statuant sibi solum exigere Deum, vt quantum ex se est saluti animarum incumbant: si verò Herodes impius, & vana puella cum turpi matre sua cœno peccatorum volutentur, nulla prematur cura, neque conficiatur solicitudine, *omnes sunt administratorij spiritus propter eos, qui hereditatem capiunt salutis: son ayos de los predestinados, ocupados en esso;* tanti enim habentur apud Deum animæ quælibet, vt Angelos, Ioannem, & Apostolos in eorum custodiam deputarit, & earum gratia Prophetas, & discipulos gladio perimendos tradiderit. Age ergo Ioannes sanctissime, ingredere in petram, & in pace edormi: non enim illaudatus moriere, ecce tuus grandis ille Homerus Christus Dominus, tuarum laudum, vitæ, & virtutum encomiastes: iam salus euangelizatur mundo, tu Euangelium in limbum deferes, & Euangelia tibi tanti nuntij omnes illi Patres conferent: *os ganareis las albricias de la buena nueua;* qua certi facti sunt de præsenti gratia, ac de proximè iam obtinenda, & possidenda gloria.

Minimè afficiatur mœrore cùm absque sui culpa pereunt proximi.

VERBVM FILII. Matthæi 11. v. 1.

Cùm audisset Ioannes in vinculis opera Christi.

Mirabili vocis ac lyræ consonantia tolerantiam docet, & in dicendo Christianam libertatem exemplo Baptistæ persuadet.

DISCVRSVS L.

1. SApientibus, & qui angorem animo experti sunt, nullam excitat admirationem legatio ista Ioannis sapientissimi in vinculis & in grauissimo mœrore existentis: hi enim satis perspectum habent, sudorem animi longè dissimili linteo tergendum esse, quàm corporis; mœror enim, aut magnus qui animo insedit dolor amici memoria, donis, aut epistolis quasi sudario pellendus est. Id verò in maximam admirationem rapit, & in responsionem grauem, & tanto viro dignam cogit, quare Ioannes tandiu conuersationem cum Christo distulit, ramque cum tali amico familiaritatem adiuit, vel saltem cur ante vincula & carcerem suos ad Christum discipulos non remisit. Secundò, qua ratione vox dicitur audire? *Cùm audiisset Ioannes in vinculis opera Christi*, cùm ipse sit *vox clamantis in deserto.* Tertiò etiam quo pacto vox tanti præconis vinculis traditur? quis enim mortalium audeat vinculis id verbum Dei constringere, quod ingenua & libera conditione & natura (vt inquit Paulus) *nequit esse alligatum*, & quod omnem tyrannidem, omnémque regum vim perfringit, & superat?

Diuisio discursus, prima.

2. Sed vt ad primum illud rogatum respondeamus, præmittam illam omnibus notam, ab omnibúsque Philosophis prædicatam huius mundialis machinæ collationem cum bene temperata lyra, cuius mirabilem sonum audiisse videntur Plato, Pythagoras, Philo, Boëtius, & Anselmus, meliùs autem omnibus vnus Dauid. *In omnem terram exiuit sonus eorum*, vel, vt in Hebræo, *exiuit linea eorum, todos aunque sean mas sin coracon perciben el punto de musica consonante y medido de todas las criaturas.* Mitto magnum istud mundi organum, quod ex quo præcipua vox hominis defecit peccando, delirat & dissonat in multis, morte, cæcitate, paupertate, labore, in multásque dissonantias lapsum est, quia in manus impiorum incurrit. *Quoniam Deus mortem non fecit, impij autem manibus & verbis accersierunt illam: todo lo desconcertaron no dexaron cuerda ni traste en su lugar.* Quid agat Deus ad mundi instaurationem? vel primam chordam temperet, & secundùm ipsam cæteras, vel in manus detur alicuius peritissimi musici, qua sublatis & immutatis omnibus neruis, & fidibus, ad priorem rationem & consonantiam reuocet. Vnum & alterum molitus est Deus: cùm enim homo sit, ex mente D. Chrysostomi [a], decachorda cithara. *Et formatum corpus quasi instrumentum, imò sicut lyra indigens aliquo se mouente, vt per membra quasi per fides scientia sua & arte conuenientem melodiam Deo posset offerre.* Hoc instrumentum duplici ratione instaurauit. Prima, temperando omnium creaturarum primam & altissimam Christi humanitatem ad verbi Dei consonantiam, & substituendo eum vice alterius primæ, Adami videlicet, vt optimè notauit D. Maximus Turonensis [b], & dixerat Paulus, *instaurare omnia in Christo, quæ in celis, & quæ in terra sunt, in ipso;* ad hoc enim primus & prima chorda constitutus est. *primogenitus omnis creaturæ, vt sit ipse in omnibus primatum tenens.* Ad huius chordæ consonantiam reliquas naturas reuocare voluit; sicque in vnum duas inter se discrepantes naturas temperauit, vt in vno supposito sine dissensione concordent, sine confusione personent. Secunda ratione effectum est eo modo, quo quis chordas lyræ temperat demittendo vnas, eleuando alias;

Mundus sicut lyra.

Vide P. Viegas.

Infirmitates mortalium.

Homo decachorda cithara.

a Tom. 2. hom. 42. & alibi sæpius.

3.

b Hom. de vigil. natiuit.

Digitized by Google

alias; quasdam intendendo, quasdam verò laxando. Sic Deus primam omnium naturam exinaniuit, atque demisit vsque ad præsepe, & vsque ad bruta animantia, & postremam rationalem naturam ad diuinam intendit & eleuauit naturam (vt scias obiter.) Sicut citharœdus cùm temperat chordam vnam, intenta aure vsque ad punctum sibi debitum eleuat, cæterarum fidum puncta minimè attendens: sic oportet scire tuæ dignitatis punctum in Patris dextera altissima situm esse, quod probè callebat qui vsque ad illud punctum eam euexit naturam, atque adeò oportet te tuæ dignitatis memorem nullius alterius dignitatis puncta attendere, nec honoris, nec diuitiarum, nec humanæ laudis, aut persuasionis, *aquel es vuestro punto todos los demas os entonan o desentonan y os desgracian con Dios.*

4. *Christus citharœdus.*

Sumpta igitur cithara diuinus iste Orpheus blandis cœpit digitis duplicem hanc chordam impellere, tantàque dexteritate pulsauit, vt antiqua damna resarcire, & manifestè diuinitatem ostendere cœperit; ad eius enim tactum cæci reuocantur ad visum, *cæci vident*, resonat in ore mutorum vox, reformantur ad gressum claudi, reduces fiunt ad vitam mortui, & pauperes euangelizantur. Per hoc manifestè declarans in eo causam supernaturalem & diuinam inesse, à quo & supernaturales effectus, Deóque digna opera promanabant; *vnumquodque enim operatur secundum quod est in actu*; quamobrem licèt personare videretur chorda humanitatis cùm efferebat, *ego sum:* at affectus diuinus erat exturbandi & deiiciendi armatum exercitum, & retro abire cogendi: sicut cùm impleri hydrias aqua iubet. Vox quidem domestica, & vsui proxima, & familiaris, opus autem omnino diuinum, aquam videlicet in vinum conuertendi. *pisaba trastes y cuerdas como señor de la naturaleza.*

Christus verus Deus.

5. *Vox verbi Ioannes peropportuna.*

Huic verò temperatæ lyræ digna & præclara vox deesse videbatur, qua vt socia musica gratior esset, & testimonio eius, concordique voce veritas diuinitatis adstrueretur. Hodierna igitur die vox & lyra consentiunt, *ego vox*, confessióque Ioannis digitis, manibus & operibus Christi associatur, in vnúmque conueniunt. Ars quidem non noua, sed perantiqua, cùm Deus Moysi minimè eloquenti, sed qui miracula manibus patrabat, Aaronem associauit, qui canere & eloqui ad populum nouerat, naturam verò & decem chordas impellere nesciebat. *Misit Moysem seruum suum, & Aaron, quem elegit ipsum: posuit in eis verba signorum suorum.* Sic Christus Dominus in patrandis mirabilibus largus, parcissimus autem in declarando se Messiam esse solum, Dei regnum aduentasse, permisit Apostolis prædicare, *estaba como mudo en su abono y hablaua al mundo por señas.* erat enim vox eius Ioannes, licèt manibus, hoc est, miraculis, orbatus erat, *Ioannes signum fecit nullum.* Hodie igitur consentiunt pariter & vox & lyra. Sed quare non ante hunc diem? hoc enim primò rogatum fuit. Sed responsum in proximo est, in Euangelio, *cùm audisset.* Nam musici & cantores auditu maximè ducuntur, venit Ioannes vt testimonium perhiberet Christo, at ipse erat vox: lyram autem miraculorum pulsabat Christus; vox itaque anteuerteret lyram, & sine sono caneret, saltarétque extra chorum. Modò verò cùm simul opera Christi peruulgari cœperunt, statim testimonij vox auditur, *Cùm audisset Ioannes opera Christi*, & irrefragibilis fit Messiæ fides, & testimonium.

A simili ex sacra Scriptura Exodi.

Ioan. 1.

Responsio ad primum rogatum.

6. Ex qua vocis & lyræ concordia multa licet in nostram institutionem excipere. Primùm: sicut in puncto illo, in quo vetus lex pariter in vnum vidit conuenisse vocem, & manus Ioannis & Christi, inexcusabilis facta est Synagogæ ignorantia erga optatum Messiam, ita tua ô peccator socordia & ignauia inexcusabilis erit, quoties in eo, qui prædicat, manus, hoc est, opera verbis consensisse intueris. Secundò, quàm attenta aure punctum expectauit Ioannis, ne musica operum Christi & harmonia miraculorum præteriret. Ecce causam ob quam vniuersalis iudicij fragorem & horribilem sonum Ecclesia mater præmisit ante Christi Domini natiuitatem, vt dormientes filios excitaret, sicut assolent qui ad fenestram & domum alicuius, præclaram vocum harmoniam præparatam afferunt, excitant gladiis, vocibus lapidúmque collisione iacentes. *Hora est iam nos de somno surgere, nunc propior est nostra salus, quàm cùm credidimus.* Tertium, scis iam cuinam citharœdo cor tuum temperandum accommodes, non certè alteri quàm Christo. Dicis tibi esse cor ægrum, & vitiosum, suam quasi iam præsagiens damnationem: da huic citharœdo, qui machinam vniuersi instaurauit, da illi acerbos mores, & leoninam & efferatam conditionem, hic enim brutam, impuram & tortuosam naturam ad præstantissimæ & diuinæ rationem attemperabit: tradant se coniuges, inter quos morum, voluntatũ graduúmque discordia multas affert dissonantias, hic enim noster Citharœdus sublimia infimis, nobilia obscuris, diuina humanis, mirabili societate & vnione copulauit. Ne tempus & occasio prætereat, *ecce nunc tempus*; musica enim moram non patitur, nunc est tempus cùm vniuersa instaurat Christus, cùm eius coruscant miracula, *cùm Ioannes è vinculis audit opera Christi.* Cùm denique, vt ait Theodoretus [a], *manus eius tornatiles aureæ sunt, & plenæ hyacinthis. Manus eius eas vocat virtutes, quæ in actione consistunt, quas omnibus officiis sigillatim ita diligenter excoluit, vt inde veluti concentus quidam resultaret.* Quamobrem cùm Ioannes videtur verba petere, non quærit nisi opera, quibus vox sua consonet, firmúmque sit eius testimonium.

Iustificat se sapientia erga peccatores, cũ verbo & opere admonetur.

Rom. 13. 11

Vera in Christo consolatio & ægri cordis medicina.

2. Cor. 6. 2.

Matth. 11. 2.

a In Cant.

Harmonia operum Christi cum voce & testimonio Ioannis.

7. Secundum, quod maximè admirationem mouet, id nempe est, vt vox audiat, & attentè vocem excipiat. *Cùm audisset Ioannes opera Christi.* Sed non est cur miremur, hi enim omnes, quibus munus docendi incumbit, & voces sunt verbi Deique ministri, audiant opus est vt meliùs docere valeant. Itaque scholam verbi Dei adeant, & seipsos in eius disciplinam tradant bonis moribus imbuendos, tempus autem audiendi ac tacendi erit cùm vinculis & tribulationibus vexatus sit, & constrictus. Patientiæ igitur scholam adeamus, ex qua tanquam ex equo Troiano sanctitatis principes prodierunt. Sit igitur quadripartita lectio, prima pars probet labores & tribulationes perperam hoc nomine vocari, sed delitiarum, quod nomen vsque adhuc ignorabatur.

SECVNDA DIVISIO QVADRIPARTITA.

Quadripartita lectio tribulationum.

Secunda,

Secunda, quanta lucra & prouentus inde in no-
stris fiant animis. Tertia, cui nobis fidendum
sit, ad quem confugere debeamus in tribulatio-
ne constituti? Quarta denique perseuerantia &
constantia maximè commendatur; quæ omnia
attentos cum Ioanne nos esse iubent.

8. *Cùm audiisset Ioannes in vinculis.* Et in pri-
mis statuendum nobis est tribulationem esse
scholam; nusquam enim Deus sic animum do-
cet & erudit, quàm cùm ei compedem iniicit.
Illuminat animum tribulatio. Sicut enim quando cælesti fulmine immisso ter-
ra percutitur, & cælum subito fulgore collu-
stratur; sic tribulatio & dolor corpus ferire vi-
dentur, sed mentem & supremam animam illu-
strant. Nam per quas, quæso, rimulas insitata
illa lux Petro affulsit in tenebricoso carcere, nisi
Act. 12.7. per catenas & ostia carceris? *Lumen refulsit in
habitaculo*, quod quasi nouum refert, sed mini-
mè nouum est ibi, vbi vincula sunt, cæcas te-
nebras & animos illuminari, nam per quam viam
Act. 9.18. sparsit lucem Deus, quando *Saulo ceciderunt
squama ab oculis eius?* & vidit? certè per catenas
& compedes, quas dubio procul deferebat, vt
Christi cultores constringeret; nec alia ratione
Tobiæ 11. Tobiam Angelus curat quàm felle, amaro enim
labore Deus animæ oculos illuminat, vt falla-
cias mundi, spes vanas, mendaces, delitias &
lenocinia deprehendant; hac enim de causa sa-
cra Scriptura vocat tribulationem scholam &
Psal. 17.37. disciplinam. *Disciplina tua ipsa me docebit.* Et
Cap. 30.20. Isai. *Et dabit tibi Dominus panem arctum, &
aquam breuem, & non faciet auolare à te vltrà do-
ctorem tuum, & erunt oculi tui videntes præcepto-
rem tuum, & voces tua audient vocem post tergum
monentis.* Quæ verba Procopius [a] de schola af-
a In hunc locum. flictionis interpretatur, & de principio reuer-
sionis: *el os dará el pan por onças y el agua por ta-
ſa, y el buelgo tan coydo que no podais respirar en-
tonces tendreis vn maestro seguro que no os faltara
que sera la tribulacion.*

9. *In vinculis.* Labores nuncupandos esse deli-
tias & misericordias, fatentur iusti. *Confitebor
tibi Domine, quoniam iratus es mihi.* &, *Iratus es,
Psal. 59.3. & misertus es nobis*; vbi verbum Hebræum *resti-
tuere, reparare, & recreare significat.* & idem signi-
ficat quod Psal. 22. 3. *Animam meam conuertit,
voluio me el alma al cuerpo.* nam ira illa fuit sicut
cùm medicus iniecta aqua vel aliquo tormenti
genere lapsam & fugientem quodammodo ani-
mam reuocat. Chaldæus, *Iratus es nobis vehemen-
ti furore, conuertere in gloria tua ad nos.* Nam, vt
ait Augustinus, non miseretur nisi irascatur. O
b Serm. 1. de Martyr. 16. 2. Biblioth. Patrum. ira misericors, scribit Berengosius [b], & salubris
indignatio, per quam fructuosa fit omnis infru-
ctuosa conuersatio. O ira misericors, quæ sic
irascitur vt subueniat, sic minatur vt parcat; sic
aufert vt restituat, sic tradit vt eripiat, sic de-
Nota. struit vt muniat, sic abiicit vt recipiat: & addit
Lege Hebr. c. 12. & c. 3. Apocal. & Prou. 3. & Ier. 30. 11. *Castigabo te in iudicio.* & Bernardum serm. in ea verba Paul. *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Deum videri in Martyribus iratum fuisse, quan-
do carnis infirmitate peccauerunt, sed miser-
tum quando seipsos lacrymis pœnitentiæ post
flagitia mundauerunt: iratum quando supersti-
tiones errorum in iis destruxit, misertum quan-
do eis lumen veræ fidei & veritatis illuxit. *hacen
diuina correspondencia castigos y regalos.* ita vt
lapides Stephani dulces appellet Ecclesia, &
rationem reddit Augustinus [c]. *Sua enim dul-
cedo lapides torrentis Stephano dulcorauit*; ideo
c In Soliloq. c. 21. 22. gaudens suscepit lapides, sicut Ioannes vincu-
la. Ideo subdit Augustinus, *Si tanta facis nobis
in carcere, qualia agis in palatio: si tanta solatia
in hac die lacrymarum, quanta conferes in die nu-
ptiarum.* Hac ratione loquuntur qui Dei doctri-
nam & hæreditatem filiorum Dei in laboribus
absconditam agnouerunt. Ad hoc videndus est
Rupertus [a], qui postquam admiratus est cur a In Gen. lib. 9. c. 21.
Iacob tantus cæli ciuis, cui viuenti totus mun-
dus exilium fuit, tantopere de suo corpore cu- 10.
rauerit, & asportari fecerit in terram promis-
sionis, concludit: Si ergo moriturus continuò
promissiones terræ, quas acceperat, tanta cum
gratiarum actione veneratus est, vt saltem mor-
tuo corpore illam tenere cuperet, quanto ma-
gis viui possessores curare debuerunt, sic in ea
viuere vt non iratus Deus donum suum gratis
rursus offerret: exemplum enim viuis mortuus
dedit, vt in spe patriæ cælestis pignus amarent,
requiem æternæ hæreditatis, labores enim pi-
gnora sunt hæreditatis. Vnde Paulus, *Si extra
disciplinam estis, non estis filij.* Tangit vicinum & Hebr. 12. 8.
fratrem labor & tribulatio, & te intactum præ-
terit. malum signum, quamobrem non frustrà
Ionathas dedit Dauidi in signum gratiæ Saulis
verbum illud, *Sagitta intra te sunt*, & in signum 1. Reg. 20. 22.
odij, *Sagitta vltra te sunt.* nam cùm apud te est
Domini sagitta, crede te in filium adoptatum,
sin minus, *si extra disciplinam estis, non estis filij*; Hebr. 12. 8.
quare etiam inuitatus, vt si filius Dei est, descen-
dat de cruce, minimè Christus concessit, ne
falsum testimonium redderet, inquit Athana-
sius [b], quod solet esse signum filiationis Dei, b De passione Domini.
nam filij Dei est in cruce mori & persistere;
quare maluit paucos illos qui promittebant cre-
dituros in eum in periculo manere, ne totus
ignoraret orbis, permanere in cruce, filiorum
Dei esse signum notissimum. Quod per causa-
lem illam expressit Augustinus, *Imò quia filius
Dei est, non descendit de cruce, in cruce enim quòd
sit filius Dei ostenditur.* Doctrina hæc cùm Apo-
stolica sit, ab Apostolis est declaranda. *Gratias
agentes Deo, & Patri, qui dignos nos fecit in par-* Coloss. 1. 12.
tem sanctorum in lumine. Scholia Græca referunt
hanc gratiarum actionem ad labores, quos per-
ferre dixerat, & ita, ait, estis proculdubio filij,
siquidem in sortem sanctorum vocati estis; & 11.
quòd filiorum sit sors, designat illo verbo, *in
lumine*, hoc est, in Baptismo, vt exponunt Dio-
nysius & August. & hoc lætum nuncium Spiri-
tui sancto tribuitur. *Spiritus sanctus testimonium* Rom. 8. 16.
reddit spiritui nostro quod filij Dei sumus. nunc er-
go si filij, & hæredes sumus, adsit testamentum;
hoc ergo duas habet partes, altera est penitus
diuina, quia Pater noster erat naturalis filius
Dei, & ita est hæres in æternum paternæ glo-
riæ. Secunda verò pars ab eo vt homo est ac-
quisita, laboribus & ærumnis parta nobis conce-
ditur. *Oportuit Christum pati, & sic intrare.* Si er- Luc. 24. 26.
go volumus esse filij, nullam irrogat iniuriam
Pater dum nobis hanc hæreditatem dispensat
eomodo quo eam acquisiuit, vt certum sit quòd
si compatimur, & conregnabimus. Hæc autem præ- 2. Tim. 2. 12.
clara sors paterno affectu conceditur nobis, nec
vult aliquos ab hac hæreditate secernere, quin
potiùs cùm à Patre calix passionis propinaretur,
ait, *Pater mi, transeat à me calix iste: passe Padre* Mat. 26. 39.
mio este caliz a mis herederos. Quare prægustato
aceto transire ad suos voluit, *& cùm gustasset,* Mat. 27. 34.
noluit bibere; ideo oportet nos libenter labores
suscipere, vt in legato & testamento compre-
hendamur. *Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe,* Eccli. 24.

&

& in dolore sustine: no pierdas aunque trayga cargas la herencia de Dios; quare cùm omnibus renuntiare vellet Paulus vt Agrippá ad fidem traheret, vincula excepit, *exceptis vinculis his, trabaxos no los dare que son vinculos y no se pueden enagenar.* quod verum esse nemo mortalium post Christum eiúsque matrem manifestius probat quam Ioannes, qui homo cùm sit, talis sanctitatis, tantæ puritatis, fidelitatis & veritatis, modò, quia filius est, in vinculis, quasi in delitiis destinetur. *in vinculis.*

12. *Multa commoda spiritualia affert nobis tribulatio.*

Opera Christi. Quàm mirabiles vtilitates & commoda pariat hominibus tribulatio ostendit. nam in mediis laboribus non solùm non amisit auditum, aut obtusior effectus est, quin potiùs integerrimi sensus ad percipienda diuina redduntur. Confirmat hoc Iobi sententia, qui cùm ante tribulationem Deum *auditu auris* audiuisse fatetur, & quasi à longè, nunc autem tribulatus clarissimè Deum intueri affirmat.

Iob 42. 5.

Nunc autem oculus meus videt te: hecho de ver al fin de mis trabaxos que tengo mas luz. idcirco me reprehendo, yo me bueluo agora contra mi mismo y hago penitentia como ignorante. nam in tribulatione quasi in schola corripit, & flagris cædit tardum animum, quasi puerum ibi superbum humiliat; ibi ambitiosum frænat, compescit cupidum, & nimium in sua forma fidentem fœminam in memoriam pulueris reuocat.

Psalm. 118. 143.

Tribulatio & angustia inuenerunt me, mandata tua meditatio mea est: la letra con sangre entra. & ita ponderat hic Ambrosius Dauidem quasi natu minorem ad scholam tribulationis vocasse, vbi intellectum & sapientiam accepit, qua posset maiores & sapientiores erudire. Cassiodorus etiam Ioseph in exemplum affert, laboribus enim sapientior effectus est, *vt erudiret principes sicut semetipsum.*

Psalm. 104. 22.

Patientia enim non solùm sapientiæ, sed & perfectionis schola est: vnde Augustinus [a], *Qui fingis laborem in precepto, legit, qui abscondis doctrinam sub labore*, scientia quidem in qua Christus Magister est, & prototypon, cui assimilamur, vnde acutè P. Chrysologus [b], *Dico autem vobis amicis meis ne terreamini ab his*, &c. *Ad Dei amicitias,* inquit, *sublimatur qui propter Deum humanas despicit mortes, nescit timores; si amicos morum facit imitatio, morum similitudo coniungit: conuenienter eos amicos vocat Christus, quos imitatione sua mundi iacula & ipsam mortis formidinem conspicit, & prævidet calcaturos. Vobis proinde hæc dico, non omnibus, sed amicis.* nam quod multo labore & quasi per circuitum in nobis cæteræ virtutes præstant, hoc breui spatio & summa arte in sua hac schola perficit, & consummat patientia.

a In Psalm. 93. 22.

13.

b Serm. 101. Luc. 12.

Patientia opus consummat.

Narrat Greg. Nazianz. [c] de Antisthene Philosopho, cùm à petulanti quodam & audaci homine toto ore contusus atque comminutus fuisset, id magno consilio egit, vt in propria fronte quasi in statua percussoris nomen inscriberetur, alludens ad pictores qui subscribere solent in tabulis, *Apelles faciebat.* Vnde etiam desumptum videtur quod de patientia Iob aiebat Chrysostomus [d]: *Fingite*, ait, *vobis illam auream effigiem gemmatam, non tam splendido rex solio sedet, quàm tunc insignis ille clarúsque in stercore sedebat, nisi corpus vlceribus perterebrasset, interiores radij non emicuissent, nisi in stercore constitisset, diuitias eius non noueramus.* Posset verò quis imagini aureę patientiæ subscribere, *faciebat persecutio*, perfecit patientia, vel vt ipse etiam [e] ait, *Habent imagines inscriptiones suas præfixas, in quibus scriptum est quod prælium vicerint, ideóque nomina offensorum in facie posuerunt, vt ostenderent se de illis per patientiam triumphasse.* Nunc ergo vide quorsum traditus sit vinculis Ioannes, ad hoc nempe, vt patientia virtutem eius & perfectionem consummaret.

c Orat. 1. contra Iulianum.

d Hom. 5. serm. 35. de patientia Iob.

e Hom. 1. in Psalm. 50.

14. Matth. 11. 2.

Misit duos ex discipulis suis. Refugium in quod accurrere tribulati debeamus, ostendit, non enim Ioannes ad aulicorum auxilium, vel ad curiam regis, sed ad Christum confugit. Dum enim tu auxilia mundi, ludi oblectamenta, amicorum fauorem, priusquam Dei gratiam quæris, minimè inuenies gratiæ consolationem. Venit princeps aliquis in domum alicuius nobilis fœminæ, vt de obitu mariti condoleat, & mœrorem eius, sensu doloris sui leniat, inuenit eam tot amicarum consortio, tot famulorum stipatitio, & non admodum graui dolore angi, sed potiùs præ gaudio lacrymas fundere, tunc subducit se, nec pergit intrare, frustrà enim impenditur consolatio, vbi ab aliis exquiritur, & emendicatur. Ideo fugit à te diuina consolatio, quia vidua cùm sis in delitiis versaris, vt ait Paulus, & te desolatum relinquit (ô Adolescens) consolator spiritus, quia ad pellicum & amicorum oblectamenta confugisti, & quasi infantem nutrix abiicit, & asperè se gerit, vt ad veram genitricem gratiam Dei confugias, à qua bellariis & cupediis diuinæ delectationis attractus fallaces delitias spernas.

Quare nobis diuina consolatio subtrahitur à Deo. *Simile.*

Ardebant æmulatione Ioannis discipuli, quia Christus plausu omnium excipiebatur, Ioannes verò in vinculis erat; instituit ad hoc Ioannes legationes, in qua nihil aliud mysterij latet, quàm velle eos ad omnium gratiarum fontem verum Doctores & consolatorem mittere, vt eius voce, decore, miraculis pelliciantur. Verè quidem diuinum inuentum, ait Bonauentura, dolore aut alterius morte cruciari, vt vel sic confugias ad Deum, *cùm occideret eos, quærebant eum*; à quibus minimè se subtrahit, aut differt consolationem. *propè est Dominus his qui tribulato sunt corde.* Hæc est in hac re mens Doctorum, & experientia, nulla enim alia re aut consolatione reficiendus est animus, quàm si ad Deum confugiat consolatorem.

Psal. 77. 34.

Nouit hoc Anna quæ ab Elcanæ consolatione ad diuinam accurrit, & Iob consolatores suos cultores peruersorum dogmatum appellauit. in Hebræo est, *medici*, aut *curatores*, vel sanatores idoli, idest, falsitatis, aut vanitatis, idest, vani, inepti & imperiti medici, qui cùm neque de morbi natura, neque de remedio possint iudicare, falsa & nociua remedia adhibent, quia vera consolatio in solo summo Deo reperitur. Vel significat esse medicos idoli, quasi vellet quis idolum, stipem aut truncum sanare. Vel est sensus, estis idola mortua, quæ *hominem à morte non liberant, neque infirmum à potentiori eripiunt; hominem cæcum ad visum non restituunt, de necessitatibus hominem non liberant, viduæ non miserentur*, &c. Baruch 3. Rectè proinde ad Deum remittit mæstos & afflictos Iacobus cap. 5. 13. *Tristatur aliquis vestrûm, oret.* Sicut fecisse legitur Christus *Matth.* 26. & Dauid Psalm. 119. 1. *Ad Dominum cùm tribularer clamaui.* & Psalm. 141. 3. *Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.* hoc est, sigillatim memoro, nam & ipse delectatur, & ego condelector. *Memor fui Dei, & delectatus sum*, Psal. 76. 4.

1. Reg. 1.

15. Iob 13.

Quien cierto vosotros componedores de mentiras. Original. apegar o juntar, como hacen los ensambladores o los que la brantaracea y asi dize, fabricatores mendacij, maestros de componer mentiras porque juntan lo verdadero con lo falso, y de todo hacen vna razon vistosa y aparente y a si vienen a ser maestros de vanidad, esto es, inutiles.

a Orat. ad ciues suos
vbi Nazianzenus [a], *Quid memoria paratius? memor esto Dei, & delectaberis.* O facilem & parabilem medicinam. Vnde Iob miseriis & ærumnis oppressus aiebat, *Quæ est fortitudo mea vt sustineam, aut quis finis meus vt patienter agam?* Ecce non dubitat, sed ait, opus est mihi Dei adiutorio, vt possim tot mala tolerare. quem sensum indicat Chrysostomus [b]. *Tolerantia non à robore corporis, sed à pietate Dei manabat; nunc verò rem omnem non sua audacia, sed precationi committit.* Eadem ratione Ioannes non dubitat dum rogat, sed ad verum adiutorum *mittit discipulos suos.*

Cap. 6. 11.

b In Iob 6.

16. *Vt interrogarent.* Perseuerantia & constantia in tribulationibus exemplo Ioannis procuranda est, qui nusquam cessat à munere prædicandi Christum, & notum faciendi; iustus enim est sicut palma, quæ maiori onusta pondere altiùs eleuatur, nec folia inanis verbi amittit: sicut nec Iob, *In omnibus his non peccauit Iob in labiis suis: tubo teson de santa y perseuerancia.* Sicut de Ionatha dictum est, *Sagitta eius non est reuersa retrorsum.* quæ melius Ioanni nostro conueniunt, quem cùm miserit Dominus *quasi sagittam electam*, nunquam ab officio destitit suo collineandi in scopum, & Messiam designandi. Sicut Prophetæ qui eum præcesserunt, quos in exemplum adducit Iacob, *Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris & patientia, prophetas qui loquuti sunt in nomine Domini*, qui nullis aduersis frangi animis potuerunt. Ponite ob oculos crudeles & indignas mortes, quas subierunt ob veritatis & patientiæ laudem. *Quid loquuti sunt in nomine Domini?* quod sic exponit Beda [c]: *Videte (inquit) quia Prophetæ, qui tam sancti erant, tam immunes à delictis, vt Dei spiritus per eos sua mysteria loqueretur, quique ob id persequuti, afflicti & occisi sunt, quòd in nomine*, idest, *in honore, virtute, ex iussu Dei veritatem prædicauerint, & vitia reprehenderint.* Oportet igitur in bono persistere, nec reuocare gradum, dum ingruit tribulatio, quinimo si vna die ieiunabas, aut orationi vacabas, solerti & firma permansione eisdem operibus incumbas, & duplicatas eleemosynas distribue vt victor euadas. Nunc ergo lectiones colligamus, tribulatio schola est, veraque animæ disciplina, in qua eruditur qui vox est, imò vt sit vox audit attentissimè vt meliùs enunciet veritatem: mirum igitur non est vocem tacere, & auscultare; quibus rogato secundo satis fit.

Matth. 11. 2. *Perseuerantia in tribulatione.*

Cap. 2. 10.

Isai. 49. 2.

Cap. 5. 10.

c In Iacob 5. 10. sic D. Thom.

17. Ad tertium autem, quo pacto vox verbi vincta sit cùm alligari nequeat, respondeamus. Sed occasio, in quam incidit euentus, respondet. Ideo vox alligatur, quia liberè veritatem sine velo enuntiauit iniquo regi (iniquo, inquam, iustis enim & rectis meritò honor, etiam à concionatore, impenditur.) quod igitur istud crimen? quod? graue crimen putatur, nempe irrupisse vincula, veritas namque regibus vincta est: quod si prodit, non exit in lucem, sed clam & obuoluta facie atque cum formidine. Ausim dicere cælum non extimuisse, verùm ostendisse timorem in denuntianda regi veritate, & ita manum abscondisse videtur: cùm enim corripiendus erat Balthasar, *Apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum.* Omnes qui accumbebant, iuuenes erant, aulici & vino madentes, & quis hic efferat veritatem? Est, inquit, Iosephus: *Regina autem pro re quæ acciderat regi, domum conuiuij ingressa est*, Iosephus, auiam regis, Origenes matrem putat: in hoc inclinat Theodoretus; quæ vtpote senio confecta, & vidua, non delitiis diffluebat, nec iuuenilibus conuiuiis & lusibus astabat. Sed serò accedis grandæua & grauis fœmina, raro ex ore senum iam veritas suscipitur, fortiori manu opus est, ideo cælum manum misit, manum non quidem, sed digitos, *apparuerunt digiti*, abscondit enim manum; & quia verbo non est locus, scribatur, *scribentis.* Sed neque hoc placet, nam deprehendi potest author ex charactere: ita est, sed ad hoc vitandum non subscribatur. Nemo erit qui hoc audeat in terra; nemo? mittet igitur cælum. Opus erit vt quasi fulgur penetret ampla regis palatia. fiet ita, *apparuerunt digiti.* & quis ingredietur? qui bene nouit penetralia regia. & quo tempore? noctu; at noctu veritas tenebris offusa manebit? minimè, nā fax accensa præibit, *contra candelabrum. Paraque sepan los predicadores que no an de decir ni dexar las verdades a escuras sino sacarlas a luz clara.* Quare manum elegit, nonne lingua opportunior erat? sed manu vtitur vt manum præripiat, & anteuertat potentiam, & consiliarios regis. Secundò, quia volat verbum, at scripta duratura terrent animos, sicut fœminas ipsarum fœda expressa imago quam fugiunt. Nam cùm Michæas etiam rogatus veritatem regi declarauit, manu altera alapa percuti iubet rex: vt igitur regiam manum anteuertat, & vim regis præripiat, præueniatur à manu, & hac eadem manu veritas inuito denuntietur, & in fronte eius lepra scribatur. tunc iussit, *mittite eum in carcerem*, vbi panem angustiæ lacrymis & amaritudine comedat. Sed iam serò venisti pœna, veritas iam est denuntiata. Et quis soluit vincula eius? vtique Ioannes; si enim aduertis, *doctrina, & veritas*, quas in pectore gestabat sacerdos summus, catenis constringebantur: lex enim vetus quasi ligatam veritatem amabat, sed *vsque ad Ioannem*; cùm verò adfuit Ioannes, iam Christiana libertas & ingenuitas veritatis illuxit. Digna quidem Ioanne tutela veritatis: nam, vt aiebat Tullius [a], *Quid tam temerarium, tanque indignum sapientis veritate, atque constantia, quàm aut falsum sentire, aut quod non satis exploratum sit, & cognitum, sine vlla dubitatione defendere? Quomodo enim docebit veritatem qui contra eam mendax est?* Ideo imprudentiam cuiusdam legati taxauit Archidamus, quia vt senectutem dissimularet canos infecerat, aitque in senatu, *Quid veri hic dicet, qui etiam capillos mentitur.* Verùm ea est veritatis vis, vt etiam ab ore mendacis clarior & illustrior reddatur. Nam sicut dixit Tertullianus [b], *Nihil veritas erubescit, nisi abscondit.* quod etiam Hieron. [c] obseruauit. *Veritas angulos non quærit, proindéque cedit in dignitatem veritatis, si apertè ei bellum inferatur.* Huc facit, *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus.* vbi verti potest ex Hebræo cum Pagnino, *à facie veritatis*, vbi videmus conuenire inter se arcum & veritatem. quòd sicut arcus quanto magis comprimitur & oppugnatur, expugnat, & proiicit aduersarios, clarior euadens ac fortior. Vnde post veritatis ostensionem Stephanus oppugnatus à Concilio, *Visa est facies eius tanquam facies Angeli*, quia, vt ait Hilarius Arelatensis [d], plerumque euenire solet, vt qui

Quàm difficile vera denuntiantur regibus.

Dan. 5. 5.

Diuina ira & correptio securior est vbi humana deficit.

18.

Matth. 18. 30.

Ioannes asseruit in libertatem veritatem.

a Lib. 1. de natura Deorum, in principio.

Ælianus de varia historia.

19.

b Lib. cōtra Valentinianum.

c Epistola ad Rusticum de viuendi forma.

Psal. 59. 7.

Actorum 6. 15.

d Hom. de sancto Stephano.

ed by Google

qui mendaciter veritatem persequuntur, & impugnant, eandem clariorem videant, illustriorem reddant, solidiorem experiantur, ac fortiorem fateantur: vt planè in nostro Ioanne compertum est, qui veritatem amans etiam vinculis & tenebris amandatus, & illustrius eius testimonium,& ipse dignus habitus est, qui à Christo publico præconio commendaretur; omnes mensuras implens, quas concionatori D. Gregorius [a], præscripsit. *Nihil per ostentationem fingere, sensum verbis aperire, vera vti sunt diligere, falsa deuitare, bona gratis exibere, mala libentius tolerare quàm facere, nullam iniuria vltionem quærere, pro veritate contumeliam lucrum putare*, imò gratiam nec non & gloriam.

a 10. Moralium.

VERBUM SPIRITUS sancti. 1. Cor. 4. v. 1.

Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.

Summi Regis fidelis dispensator, veritatis cultor, fidei laude commendatus veraci Christi oraculo super omnes extollitur, & ante mortem laudatur.

DISCVRSVS LI.

1\. TERRENI reges & clarissimi principes seipsos commendant beneficiis amplissimis, quibus suos subditos ornant & prosequuntur: inferiores autem honestant, cùm eos acerrimè oppugnant, & in eos omnes suos conatus effundunt; per hoc enim, poliendos & cælãdos eos tradunt in manus bonæ & malæ fortunæ (meliùs dices, diuinæ prouidentiæ) qui duo sunt sculptores, quos Deus ad perpoliendam hominum naturam alto consilio præparauit. Hę autẽ duæ separantur, & distant inter se, bona namque fortuna eligit plerumque viliorem materiã, vt perficiat & honestet; quamobrem sæpius videre licet tenues & obscuros homines, maximè peccatores, locupletes, & in alto dignitatis fastigio collocatos: aduersa verò fortuna plerumque excellentiorem materiam arripit, vt in ea formet & sculpat præclaras dotes, & virtutes insignes: cúmque ab vtroque isto artifice quis euasit, absolutissima arte, & cumulatissima laude commendabatur ab antiquis sapientibus. *Homo cum bona vel mala fortuna compositus*. Magnus ille vir coram Domino, quem Deus summis & amplissimis beneficiis cumulauerat, sic illustris & præclarus de manibus bonæ fortunæ, hoc est, gratiæ euasit, vt meritò Ioannes nuncuparetur, & ab vtero *manum Domini esse cum illo* cognosceretur. In hoc ita Deus seipsum commendauit, vt eximium sanctitatis artificem esse patefecerit, Ioannes autem paruus & exiguus manebat, donec hodierna die in manibus aduersæ fortunæ, & durissimis ferramentis suæ artis expoliendum tradit, iræ nempe regis potentissimi, qua nihil perniciosius, cùm se in turpia abiicit, & vilissima insectatur, *no ay cosa peor que vn rey quando se amilana y se ase de sabandijas.* mulieri, qua nihil crudelius,

Tribulatio sculptor hominum.

Seneca.

Luc. 1. 66.

NERVI DISCVRSVS.

2\.

cùm in peccatis & ornatu splendet. *no ay leona mas fiera ni fiera mas cruel que vna linda muger.* vino, turpitudinis artifici, erroris & temeritatis. Iuramento denique & regio verbo, quo nihil debet esse firmius, nullus constantior adamas, ne deferatur rex ad tribunal pudoris, si semel sacramentum verbi sui temerare audeat. His vtique instrumentis lectissima & prima materia & melior mortalium effingitur, vinculis traditur, mulctatur capite, quod opus demiratus Chrysostomus [a], & ira turgidus rogat, *Vbi lex, vbi iustitia? mei autem panè moti sunt pedes, panè effusi sunt gressus mei: iba a dar vn puntillazo a la estatua, y el pie leuantado para irme tras la buena fortuna, pasabanseme los pies y perdia los estribos.* Cæterùm quieui cùm mihi euentus & rei finis tempúsque vno verbo declaratum est, *vt mitiges ei a diebus malis; donec fodiatur peccatori fouea.* & Hieron. ex Hebræo, *vt quiescas à diebus afflictionis.* Sicut etiam de Ioseph dixerat, *donec veniret verbum eius: hasta que sele llegò su dia.* tunc enim sic perfectus & omni opere absolutus euasit, vt summus artifex, in cuius manu laudantur opera, cum eximiis laudibus cumulauerit, dicens: *Quid existis in desertum videre*, &c.

a Hom. in Euangelia, & Psal. 72. 2.

Psal. 93. 13.

Matth. 11. 7.

3\. Quod nouum, ô Domine, mysterium, aut quò respicit tuus iste in suggestum ascensus, vt in demonstrandi genere orationem instituas, vt hominem mortalem commendes? aut quid rhetoricæ & artis in ea est, vt antequam ad thesim & quæstionem infinitam orationem reuoces, finitam quæstionem amplexeris, nec laudata patria, nec parentibus, nec genere, aut educatione, vt ait Cicero, & docet Quintilianus, subitò quatuor in eo mirifice extollis, quæ nec isti rhetores habuerunt, nec, vt par est, collaudarunt? Laudat primò naturam & ingenium ad ministerium idoneum, *Quid existis videre, arundinem vento agitatam? mirad que fundamento y naçizez.: no es hecho de melindre ni de vaybenes de mudable condicion.* Secundò nullo notatum vitio, nulla conspersum macula. *Quid existis videre, hominem mollibus vestitum: costosos vestidos y regalos de carne en comer y beber turban al ministro de Dios.* Tertiò sapientiam erga munus rectè dirigendum. *Quid existis videre, Prophetam? Dico vobis & plusquam Prophetam.* quam sapientiam etsi diuinitus acceperit, dignus est laude ob eius vsum, vt par est, in diuino obsequio collocatum. Quartò exequutionem ministerij laudat, hic est enim de quo scriptum est, *Ecce ego mitto Angelum meum qui præparabit viam tuam ante te.* Huius nouitatis ratio ea est, Christus enim voluit ostendere gloriam suam, & fidem firmam esse, & illustrem, dum in œconomo & fideli ministro consistat. *Cœpit ad turbas dicere de Ioanne.* quasi dicat, meus honos agitur in commendatione Ioannis, eiúsque æstimatio in testimonium meæ diuinitatis redundat, vt alter Ioannes apertè testatur, qui cum diuinitatis testimonio, *In principio erat verbum*, Ioannis testimonium coniunxit. *Ioannes testimonium perhibet de ipso.* & ad turbas maximè laudes effundit, vt scirent sua interesse talem elegisse œconomum regiæ domus. Quid enim maioris est, & ad res principis magis valet, quàm fidelis œconomus, qui ægrè & difficile reperitur. *Quis putas est*

PARTITIO DISCVRSVS.

Matth. 11. 7.

Ibid. 11. 8.

Ibid. 9.

Luc. 7. 27.

Matth. 11. 7.

Ioan. 1. 8.

Luc. 12. 42.

fidelis dispensator, & prudens? qui fidelis sit Deo, in eo quod ad temporalia pertinet, qui alimentis, ex quibus tegatur, contentus reliqua in vsus pauperum orphanorum & viduarum eroget: in spiritualibus autem, qui nullum ambiat honorem, aut gloriam, quæ soli
1. Petri 4. Deo competat, vt ait Petrus. Fidelis sit his quibus præest, si secreta Domini pro capacitate auditorum sine inuidia communicet, si exemplo aliis præluxerit, si temporaria dispenset, si in carne subditorum, hoc est, in diuitiis & nobilitate illorum non glorietur, vt Dauid in
Fidelis minister. præputiis Philistinorum. Fidelis item sibi sit, spiritum & virtutes sedulò colens, sanctimoniam, castitatem, ita vt ministerium ornet bonis operibus, vt se & eos, qui ipsum audiunt, saluos faciat. Quod idem considerans Paulus ait,
1.Cor.4.1. *Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei: como en Palacio se conocen los hombres por sus officios conozcan nos a nosotros por el nuestro.* At quis erit
Ibid. 2. hic? nam *hic iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. hic*, idest, in Ecclesia, vbi infidelis tantis suppliciis mulctatur. *iam* cùm recens sit Christi in cælum ascensus, *iam* cùm sanguis eius & memoria & fructus copiosior, *quæritur*, studiosè perquirimus: nam si me hunc esse dixeritis, prorsus negligam quid de me
Ibid. 3. sentitis. *mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer*: ne verò putetis superbi & dissoluti esse negligere quid de se homines sentiant, id docere cupio plus esse insistendum testimonio bono conscientiæ, quàm voculis & calumniis hominum, *aut ab humano die.* Diem vocat humanum tempus in quo est hominum iudicium, & silet diuinum. *decisiones y alcaldadas de iueces de poyo de que serien en con sejo.* quod tandem aliquando suam diem habebit, quando illuminabuntur abscondita tenebrarum, & ma-
Ibid. 4. nifesta erunt consilia cordium. *Sed neque meipsum iudico, quia etsi nihil mihi conscius sum*, tamen donec iudex legitimus cognita causa pronuntiet sententiam, nolo iustus haberi. *Sed qui iudicat me, Dominus est: recusaros quiero solo Dios es el que nose engaña en alabenças.* nam in illis sibi gloriam & ministro etiam comparat. Duo autem pertinent ad fidem, seu fidelitatem, alterum respectu Domini, alterum respectu eorum, quorum vsui & vtilitati commissa administratio est. hæc duo cumulatè expleuit Ioannes, & in textu manifestè explicantur.

5.
Matth.11.2. *Cùm audiisset Ioannes in vinculis opera Christi.* Quę est ista rerum vicissitudo, Ioannes, quis te de celsa dignitate exturbauit, nunc in aduersitatis rota constitutus, quis erga Christum sis, & an aliqua vertigine caput circumferatur, planum fiet: nunc firmo ne digito intendas & designes Christum, perspicuum fiet: nunc quantum in solitudine profeceris in curia manifestabis. Regna enim & aulica gloria equis comparantur ab Scriptura, vel quia superbum est animal equus, vt ait Gre-
a 31.Moral. cap.18. gorius [a], vel quia fallax, & vanos & fraudulentos
b In Psalm. 32. fauores principum denotat, vt ait Augustinus [b], *fallax equus ad salutem. es engañoso el fauor del principe tiene sus condiciones como cauallo, o se cruça o se*
Regna ventis comparantur. *pasa de largo como el de Absalon.* Maximè autem ob inconstantiam regna comparantur equis. Zacharias quatuor maria quatuor item ventis comparauit; nullum enim mare sine ventis, nulla nauis sine discrimine, nulla respublica sine naufragio, nulla securitas neque firmitas perpetua est;
Cap. 1. ideo Isaias stupæ assimilauit, Salomõ pilæ, *ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, deliciãs in orbe terrarum: rey nos cortes fauores son pasa tiempos o quando mucho juego de pelota de mano en mano.* ideo ad litteram interpretatur Lyra, *ludum faciens de orbe terrarum*, quando ab vno in alium secundùm quandam reuolutionem mutuò pila
Psalm. 104. 13. transmittitur. *Transtulit Deus de gente in gentem, & de regno ad populum alterum*, & hoc est, *posuit super eos orbem*, idest, orbis dominatum tanquam pilã. Quod attentè considerans Philo [a], *Quid*, in-
a Lib. quod Deus sit immutabilis. quit, *Carthago? quid Africa? quid Pontici reges? quid Europa? quid Asia?* &(vt compendio dicam)
6. *totus orbis habitabilis? que a sido el orbe y sus reynos sino vn batel pelotea do de todos los vientos? nam verbum diuinum, choreas in orbe ducit, & omnes gentes circumlustrando, nunc in his, nunc in illis imperia vel tribuit, vel adimit.* Et Gentilis Poëta,

Ludit in humanis diuina potentia rebus.

Quod videre libet in Heluio illo, quem fortuna quasi pilam à rustica conditione lignatoris ad imperij Romani sedem euexit, vnde & *fortunæ pila* dictus, vtpote vir in quo fortuna lusit. Romani namque principes in ipso inaugurationis suæ die de manu reipublicæ, fortunam globo insidentem aureo, pro dignita-
Suetonius in vita Antonini Pij. tis insigni sumebant: imò Antoninus Pius morti proximus Marcum Aurelium successorem vocauit, & fortunæ globum, se pilam auream, quæ in cubiculo principis asseruabatur, transferri ad eum iussit, quasi ludens de orbe terrarum in pila. Ærarij etiam præfectum, vel, vt alij putant, summum Pontificem, sic Deus
Cap.22.18. per Isaiam admonuit, *Ecce Dominus quasi pilam mittet te in terram latam, & spatiosam: & expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te*; quasi pilam, inquit, nam magistratibus & dynastis Deus quasi pila ludit. Quod bene calluit Dauid, qui pilam de Saulis manu accepit, *Mutabis ea, & mutabuntur*, vel, vt alij legunt, *rotabis ea, & rotabuntur.* O summa instabilitas! ô rota instabilis, quis tibi clauum figat, vt consistas paululum; en Baptistam qui in rota mundi vix & quasi in puncto tangebat quantum ad opus ministerij indigebat, & nihilominus ludit illo fortuna, & humanæ vicissitudinis rota à celsissimo admirationis & existimationis Messiæ gradu, nullo interposito spatio, vno impulsu ad carcerem teterrimum, ad societatem furum exturbauit. Verùm ne despondeas animum, citò consurget, & triumphum reportabit.

7. Nam licèt nulla stabilitas in mundana sit rota, clauo tamen fixit eam Christus, etiamsi rerum vicissitudinem ad nostram permisit vtilitatem. Ideo de suis concionatoribus dixit, *Vt adamantem & silicem dedi faciem tuam: no te acobardes que la frente lugar de la verguença y tela pondre de diamante.* Sed quare adamanti silicem adiungis,
Vices diuersas patitur prædicator. & pretioso vile comparas: adamas enim in annulis & regia corona inseruntur, silex verò in pastoris marsupio latet. Voluit, inquit Gregorius, vices nostras & vicissitudines exprimere, cõcionatores enim aliquando supra reges splendescent, aliquando in pera & in marsupio à tergo mundi, vel semoti ab oculis hominum in carcere delitescent, consurget tamen eorum gloria; ferro enim percussi scintillæ splendoris tanquam de

de silice erumpent, sicut cùm detruso Petro in teterrimo carcere *lumē affulsit in habitaculo.* & insuper ei, cui fores carceris obserantur, cæli ianuæ panduntur. Sicut enim cùm tu iubes ostium cubiculi claudi, statim iubes alterum aperiri, *el decir no os mandeis por essa puerta es decir mandaos por essotra.* Calluit hoc Philosophus ille, qui cùm ab Imperatore repulsam pateretur, lætus recessit. *Gaudeo*, inquiens, ô imperator, ex quo enim fores mihi opilasti tuas, dij suas reserari iubebunt. Melius autem Chrysostomus [a], *Non vides*, ait, *in ædibus quando ex aduerso & directè steterint duæ ianuæ, sitque ventus vehemens, si alteram clauseris, nihil potest ventus, sed magna parte virium eius præciditur; ita quoque nunc duæ sunt ianuæ os tuum, & eius qui te conuitiis effecit. Obstrue ostium istud vt Deus aperiat suum.* Hoc ipsum familiares Dei experti sunt, maximè Ioannes. *Dominus aperuit mihi aurem*, ideoque dicitur, *Cùm audisset, ya no priuo con Herodes pero Dios no me priua de mi oficio, antes me lo da de nueuo:* serui nempe Dei munere fungor: *aures autem perforasti mihi.* At Christus non seruum, sed amicum vocat: *Amicus autem sponsi qui stat, & audit eum cum gaudio, gaudet propter vocem sponsi.* Et vnde manat hoc gaudium? Rectè rogasti, ex operibus Christi, licèt enim tribulatus animus in mediis catenis & vinculis sit, non contristatur, si gratā aurem & attentam habet excipiendis doloribus Christi, & recolendis eius cruciatibus. Ideo præuenit matutino tempore cùm sponsa adhuc decumbebat in lecto, & labores eius causa perpessos enarrat, *Aperi mihi soror mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.* Sciebat enim immaturo tempore & cum labore, pallij & honoris dispendio auidè ipsum quæsituram, ideo ad ostium recolit prius, quod possit labores sponsæ minuere, & solatio esse dum absens est, *& non dixit, vbi est Deus, qui fecit me, qui dedit carmina in nocte.* Impij, inquit, ideo ægrè tolerant labores, quia minime attentam aurem præbent. Audi, inquit Gregorius [b], & dicito saltem, *Vbi est Deus, qui me fecit.* nam qui semel me fecit, vtique non in sempiternum destituit, *qui dedit carmina in nocte.* nam dum pueri clamant, & vxor, premunt angustiæ cibi, & indigentiæ, audi carmina in nocte Angelorum Christo in præsepio concinentium; doles corpore in lecto, audi Christum virum dolorum in cruce dolentem. In cibi indigentia memor esto fellis & aceti: iniusta pateris, memento venturi iudicis. O vox, ô harmonia suauissima iustis, qui aduentum Christi præstolantur, iniquis verò ingrata est, & importuna. *Audiuit etiam Herodes famam Iesu, & omnia quæ fiebant ab eo*, nihili tamē egit, sed, vt ait Marcus 6. aulicis conuocatis conuersationem familiarem intexuit, sítne Elias, an alter ex Prophetis, an fortè, vt ego existimo, Ioannes est iterum suscitatus, & hic finis colloquij fuit. *La fama del predicador de prouecho no les sirue a duques y caualleros sino de platillo y conuersacion.* Nec diuersum est quod narrant Apostolorum acta. *Ad nihil aliud vacabant* (Athenienses) *nisi aut audire, aut dicere aliquid noui:* ignotum autem Deum quærere minimè curabant. Ioannes autem ab vtero in seruum aure designatus, & Christi opera audit, & vt fidelis minister adimplet. *Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, vt fidelis quis inueniatur.*

[a] Hom. 11. in epist. ad Thess.

Isa. 5.

Ioan. 3.

Dolorli Christi memoria iuuat ad tolerantiam.

8.

Iob 35.10.

[b] Ibid.

Matth. 14. Luc. 9.

Actor. 17.

Exod. 21.

9. *In vinculis.* Sat erat mittere in carcerem, cur etiam cum facinorosis catenis & compedibus constringitur? verùm hic o Ioannes fidelitatis documenta exhibere oportet. *Probat iustos* (inquit Chrysostomus) *Deus*, sicut artifices, qui columnas excitant, & firmant, quas catenis circumquaque constringunt, donec mole ædificij confirmatæ in neutra partem deflectant. Iustos enim quasi honoris diuini columnas excitat Deus, mundúmque sustentant. *Liquefacta est terra, & omnes habitantes in ea*: ego confirmaui *columnas eius. nam cùm deficiunt populi* (inquit Augustinus [a]) *in sustentatione iustorum consistit orbis.* & Paulus ait, *Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse.* Venit aliquando Abbas Hilarion ad Abbatem Antonium, & ait Antonius, *Bene venisti Lucifer, qui manè oriris.* & respondit Hilarion, *Pax tibi columna lucis, quæ sustines orbem terrarum.* Sicut autem ingruente pondere columna firmatur, ita laboribus & tribulationibus sancti gloriosiores euadunt, ideo in Apoc. promittit Christus, *Qui vicerit*, hoc est, qui fidelem se præbuerit, *faciam illum columnam in templo Dei mei.* Quæ noua dignitas ista, aut quid peculiare erat in columnis templi? dignitas ea est, nempe quæ verbis sequentibus declaratur. *foràs non egredietur amplius*, id est, perueniet ad statum virtutis robustæ, & firmæ, & sic in Dei obsequium mancipatus, vt sicut Anna, *non discedebat à templo, ieiuniis, & obsecrationibus seruiens die ac nocte*: non solùm à Dei famulatu egredi non velit, sed neque posse videatur vlli vnquam rei intentus esse. Quod autem peculiare in his columnis templi erat, refertur 2. Paralipom. 3. 5. *Quasi catenulas in retiaculo super capita columnarum*; quasi dicat, ad hanc firmitatem adducunt tribulationes & catenæ sanctos. Sed tanti emolumenti est illis tribulatio, vt non dicendæ sint catenæ, sed quasi catenæ, vt apertè Paulus fatetur. *Exhibeamus nosmetipsos vt Dei ministros in multa patientia, quasi morientes, & ecce viuimus vt castigati, & non mortificati, quasi tristes, semper autem gaudentes.* Notandum (inquit Anselmus [b]) quia in his, quæ sunt aduersa, dictum est, *quasi, vt, sicut, tanquam*, quasi tristes; in his verò quæ sunt prospera, non sic est dictum, sed absolutè. *Semper autem gaudentes. Tristitia nostra habet quasi, gaudium nostrū non habet quasi, quia in somniis transit: qui somnium refert addit quasi, quasi sedebā, quasi loquebar, nostra quasi tristitia est, gaudiū non est quasi: porque los trabaxos estan en los iustos sin ser menester y estan asi para ornato.* Labores iustorum sunt principia catenarum, peccatorum autem catenæ sine fine, vnde D. Petrus, *Si autem primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio*, quæ verba declarat Gregorius [c]. *Iudicium in nostra correptione incipit, in damnatione reproborum requiescit, castiganos Dios con voces de padre aspauientos y terrores: mas a los peccadores como a galeotes.* nam & catenis vinciuntur æternis, finem nō habituris. *quasi catenæ*, quia licèt tribulentur iusti à bonis operibus, non impediuntur, sed liberi & soluti sunt. *Laboro*, inquit vnus, *vsque ad vincula, quasi malè operans: sed verbum Dei non est alligatum, omnia sustineo propter electos.* & Chrysostomus [d], *Consonat, eum qui in cælo animum defixum penitus habet, exemplo Pauli, nequaquam ab his, quæ super terram sunt, vinciri, aut cohiberi posse, quominus officium suum præstet.* Vinciuntur manus, sed manet lingua libera, quam nemo ligare possit, nisi formido sola,

Fidelitas Ioannis, in catenis comprobatur.

Psal. 74.

[a] In eundem Psal. & D. Gregor. 17. moral. 14. Quisquis in Dei opere, &c.

Galat. 2. 9.

In vitis Patrum lib. 5. tract. 17. num. 4.

Apoc. 3. 12.

Luc. 2. 37.

10.

2. Cor. 6. 4.

[b] In hunc locum.

1. Pet. 4. 17.

[c] 26. Moral.

2. Tim. 2. 9.

[d] Hom. 10. in epist. ad Colos. 14.

atque infidelitas. Si quis agricolā vinciat, sementem profectò impedit, manu enim ille serit; Doctorem verò si vinxeris, doctrinā compedire non vales; lingua, non manu, seritur verbum, verbum quod nullis subiacet vinculis. est enim Ioannes quasi in catenis, dum carcerem in templum conuertit. Fac tu similiter, nulla impediat fidelitatem ministri Dei. Illud autem notandum rectam columnam ipso onere confirmari, si recta est, cùm infirmor, tunc potens sum. Quòd si in tribulatione aliqui deficiūt, ideo est, inquit Chrysostomus, quia antè à gratia desciuerant, *auian desdicho y desplomado de la ley de Dios.* At licèt tribulatio iustorum *supra modum & supra virtutem sit*, & mirabile sit columnam vnam tantùm sustinere pondus, cessat verò admiratio, quia in gratia est, *gratia eius in me fuit, vt fidelis quis inueniatur.*

II. Fidelis concionator.

In vinculis, Causam catenarum nondum aperuisti: agè quare compeditus est concionator summus, eodem verbo respondet, quia concionator sum, sed fidelis, O Domine, *factus est mihi sermo tuus in opprobrium, & in derisum tota die: esto es ser predicador reprehender vicios y viuir affrentado? si irpor vn camino lleno de cruces da miedo, por que es señal que alli à auido muertos y matadores, y al navegante sele eriça el cabello columbrādo de lexos el mastil del nauio destroçado que en algun baxio se hizo pedaços quien va por vn camino donde no ay sino predicadores aserrados en poçados y de gollados como no a de temer ea volmamonos.* Consultius erit munus deserere. Absit à te turpis ista & fracta timiditas, quæ & in damnū auditorum redundat, & in offensam grauem veritatis, & recidit in concionatoris caput. Primò, quia cùm vos ô fratres haudquaquam veritatem excipitis, nos item prædicamus, non quasi in prælio cessim feriendo, & altè penetrādo, sed sicut qui armis ludit punctim solùm & tenui ictu feriendo, aut sicut qui tepidè & cum timore ad fores alicuius pulsat, quem dormitutientem nollet excitare: sicut milites stipatores ostij Holophernis, qui cùm diutius protrahentem somnum vident, noctem cum die coniungentem, captum amore Hebrææ comprehensæ, somnum interturbare non audebant, sed leuem strepitū edebant, quo quasi sono blando somnus potiùs conciliari solet, *vt non ab excitantibus, sed à sonantibus vigilaret: no osamos dar gritos de manera que el peccador despierte del sueño de la muerte.* inde fit vt non tam excitentur peccatores acri nostro dicendi genere, sed facili illorum somno & ingenio. *fitque sermo noster quasi carmen musicum quod suaui modo canitur*; quamobrem longè sumus à vinculis & capitali morte, sicut & Dauid, qui cùm inter Prophetas psallendo veritatem enuntiauerit, tranquillè obdormiuit. Secundò infidelitas ista in veritatis detrimentum cedit; accipe hoc non ex mea, sed ex graui Gregorij sententia, qui agens de Episcopis orientalibus, qui veritatem Trinitatis, quam credebant, efferre ausi non sunt, mysterium trium personarum, nec tres hypostases fateri audentes, quasi fœtum quendā mortuū in mentibus eorum fuisse aiebat. *Hi animo tenus pietatem colunt, vlteriùs autē eam non proferunt, velut mortuū quendam fœtum, in materno vtero extinctum: ex alia autem parte erat Athanasius, à qua parte vtinam ipse stem (nec enim maius quiddam iactare audeo) vt verum partum in lucem efferens, & accuratè nutriens, atque omnibus ob oculos proponens, quotidie augescentem, satis enim superq; dispensauimus, &c.* ait ergo Athanasium tam fidelē fuisse dispensatorem, vt veram Trinitatis confessionem in lucem ediderit, *y fue como parto suyo y no sele murio en el cuerpo.* Ob hoc autem meritò fidelis dispensator nuncupatur, secundùm illud, *Disponet sermones suos in iudicio*, Septuaginta habent, οἰκονομεῖ, id est, *dispensat*, & Christus Dominus veros animarū pastores *fideles dispensatores vocat*, & Apostolus, *dispensatores mysteriorū Dei.* Hanc candē vocem sui iuris fecerunt ac veluti ciuitate donarunt Græci Theologi, per eámque prudentiā illam intelligunt, quā in verbi diuini prædicatione, munerisque sui ad ministrationē, nihil improuidè, nihil temere aut tacere, aut dicere debere aiunt; qui enim timiditatis causa veritatē adstruere formidabant, arguuntur à Gregorio, quasi rei læsæ maiestatis, qui in vētre intellectus emortuam habebant fidem Trinitatis: & eadem ratione reus dicitur concionator animarum, quæ pereunt ob veritatis silentium, vbi oportebat veritatem esse. Tertiò, quamobrem si pericula sunt in loquendo, & corripiendo, maiora quidem sunt, & æterna, his qui veritatem supprimunt præparata, *en esotro camino del callar puso horca y se la tiene jurada como a homicida de almas.* neque enim frustrà innoxium se probat Paulus cùm ab Ecclesiis abscederet. *Quapropter cōtestor vos hodierna die, quia mundus sum a sanguine omniū: sean me testigos que no he muerto a ninguno.* Egregia quidem laus, non fuisse facinorosum; sed audi, *nō enim subterfugi quominus annuntiarē vobis omne consilium Dei.* Purgat se hoc crimine, quia sciebat latam esse contra istos homicidas sententiam per Ezechielem. *Si dicente me ad impium, morte morieris, non annuntiaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. Terribilis* (ait Theodoretus [a]) *& horroris plena cōminatio, idonea ad deterrendos eos, qui maximè lapidei sunt.* Sanguinem eius de manu tua requirā. de manu? Habet ergo manum concionator (inquit Gregorius [b]) putabam ego non manum, sed os habere, & vocē: vtrumque autem habere per Isai. dicitur. *Dominus dedit mihi linguā eruditā, discreta cortesana ladina eloquente, vt possim sustentare eum qui lapsus est verbo.* Sustentandi autem opus manu fit, vt ibi Lyra & Glossa obseruarunt, correptio enim manus est, & cōmuniter dicitur, *darle vna buena mano*, vt scias in manu tua salutem animarū consistere, & à tua manu esse requirendū earum sanguinem, hoc est, peccata, vt obseruat Gregorius [c]. Si ergo hinc & inde mors mihi impendet, melius est aut munere defungi, aut in eo mori, *nec enim facio animā meā pretiosiorē quàm me* [d]. quæ verba sic explico: pluris facio, & intimū mihi est munus Apostoli & Angeli per gratiā, quàm vita hominis per naturam; quidquid enim sum, non tam sum per animam meam, quàm per animas vestras: vos estis vita mea, *vos habeo in corde meo*, vestri causa viuo, & moriar, & ita nuncupor, non Paulus. *Sed ego vinctus in Domino*, cuius gratia sum, sicut *Ioannes in vinculis*, quasi fidelis dispensator.

14. *Mittens duos de discipulis suis.* Illustrior iā fidelitas Ioānis redditur dum discipulos ad verū magistrū remittit, ostendēs omnia lucra animarū nō ministris arrogāda, sed Christo, apud quē meliùs omnia bona reposita cōseruantur. *Reposita est mihi corona iustitiæ.* apud quē? quā reddet mihi Dominus. & quādo? *in illa die: en el dia del desenbolso.* & quis? *iustus index.* O prudens dispensator, ibi reposuisti thesauros

Margin notes: Iere. 2. 8. — Ezech. 33. 31. — Nazianzenus orat. 21. — 12. — Psal. 111. 4. — Luc. 12. 42. — Fidelitas ministrorū Dei. — Billius: Hoc eodem sensu vsus est Hiero in epistola ad August. *Nō officio nos mendaciū defendentes, sed ostendimus honestam dispensationem.* — Act. 20. 26. — 13. — Ibid. 27. — Cap. 3. 18. — a In verba Ezech. — b Hom. 11. — Cap. 50. 4. — c Suprà, & Psal. 50. Libera me de sanguinibus, *como al medico que no quiso sangrar al enfermo decimos que le mato, la palabra de Dios es vida del alma el que sola quita le quita la vida.* — d Act. 20. 24. — Matth. 11. 2. — 2. Tim. 4. 8.

thesauros tuos, vbi neq; incuria, nec vana gloria, nec ingratitudine peribũt: sicut cùm inopi cuidã ab Indis viginti millia numorũ deferuntur, quos cùm ruinosa in domo obseruat, fures surripiunt: sic vobis ô diuites, operæpretium erit diuitias apud Deum reponere, & nobis etiã merita tanti muneris nostri, & animas quas Dei legi subiecimus, ad auctorem suum remittere, ne furti cri-
2.Tim. 3. 6. mine arguamur à Paulo. *Ex his sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas, oneratas peccatis,* & vos ô fœminæ sensim ablactari sinite, & alteri fidem date, si meliori lacte verbi nutrit, & suauiori doctrina demulcet, ne diuisioni locus
1.Cor.1.12. detur. *Vnusquisque vestrũm dicit: Ego quidem sum Pauli, ego verò Cephæ, ego autem Apollo.* in quo maximè Ioannis humilitas splendet, qui cùm honore fungeretur, & dignitatis gloria, renuntiat ingenuè, & transmittit ad Christum. Sicut cùm nobilis casu inuenit annulum, & audit compertum esse dominum eius, remittit eum statim, si tuus est mitto annulum; abiectus verò & illiberalis tacet, & asseruat sibi, nec publico præconio denuntiat: sic homunciones dum inueniunt honorem, & dignitatem, etiamsi casu & sine meritis obtineant, nó referunt in auctorem Deum: sicut Salomon qui acceptam sapientiã in nómine Domini publico præconio prædicabat, ita vt Regina
Matth.12. 42. Luc.11.31. Saba *venerit videre sapientiã Salomonis in nomine Domini,* hoc est, sæpius decantatam nomini Domini. Et Ioannes cùm inuenisset annulum honoris, statim cognouit digitum cuius sit, illius nem-
Exod.8.19. pe, qui miraculis præsignabatur. *Digitus Dei est hic, para el es el ser mesias a mi grande me viene.* remittit ergo non dubitando, sed communi modo
1.Cor.4.2. loquendi, *Si tuus est, mitto annulum: si es vuestro ay os enbio este anillo. vt fidelis quis inueniatur.*

15. Matth.11.3. *Quanam ista quæstio Ioannis, & ex amore orta.* *Tu es qui venturus es.* Quid præstat in suprà dictis fidelẽ esse, si in ipsa fide infidelis est? Ostendit vtique infirmã fidem, at ægritudo ista & imbecillitas non in sua, sed in mente discipulorum est, amor autem in voluntatem Ioannis refundit.
2.Cor.11.29. Sicut cùm Paulus aiebat, *Quis infirmatur, & ego non infirmor, quis scandalizatur, & ego non vror?* ipsi enim infirmati sunt ex ægritudine, ego ex charitate, sicut de gallina Augustinus obseruat *in Psal. 58.* quæ statim matrem esse manifestat raucedine pectore depilato, & vix inuenit granũ cùm pullos conuocat. Ideo Ioannes ægrotat amore, ipsi verò infirmitate, omnẽmque dubitationem ab eo tollũt. Chrysostomus, & Cyrillus Alexandrinus, Vide P. Maldona. Cyrillum lib.2. thesauri.
in discipulos reiiciunt: sed inde in verba Ioannis, & vocem, licèt non in mentem, dubitationis species manauit. Sicut enim mulier grauida di- *Simile.*
uersis cupiditatibus affecta est, nam quod fœtus appetit, hoc ipsum ipsa expetit; quamobrem sæpius sine necessitate manducat, quod est Hispanè *antojo necesidad falsa,* & cupedias nouas maximè poscit. Sic Ioannes in vtero cordis sui discipulos suos gestans in lucem edere gestiens & desiderãs, *Filioli mei quos iterum parturio.* cùm in eorum ani- Galat.4.19.
mos subiit dubitatio, sitne Iesus Messias, ne abortum faceret piissima mater, cupiditati annuit, & cedit fœtus dubitationi, non vera fame, non vera dubitatione, sed ficta, sed materna. Quã pietatem libeat obseruare prælatum vt cohibere & condescendere discat suis subditis in his, in quibus non multum de lege, aut de consuetudine derogatur, si hoc opportunum remedium est, vt ad Christum faciliùs referantur.

Est denique interrogatio ista amatoria episto- 16.
la, qua in discessu & in procinctu anima ista san- *Epistola Ioannis amatoria.*
ctissima fidelitatẽ & amorẽ suo testatur sponso: obsignat autẽ litteras dubitatiuncula ista, vt celet amorem. Inscriptio quæ ab omnibus legitur, hæc est: *Tu es qui venturus est, an alium expectamus?* Ea Matth.11.3.
autẽ quæ continet epistola, solus Christus intelligit, *Nunciate dilecto meo, quia amore langueo: Señor y amor mio presso estoy por vuestro amor y confesado he la verdad.* amoris causa & veritatis tuendę Cant.5.8.
gratia intereo. Vnum desiderabam, te videlicet omnes suscipiant, ament & prosequantur, etiam cæci, claudi, pauperes, consectentur; hæc enim est vera sapientia, *recti diligunt te: el acierto esta en seguir os.* Hoc vt obtinerem, contenta mea voce, Ibid.4.
quasi tubæ, cardines cæli contremuere, & vniuersa ciuitas caput conuertit: vtinam ceruicem collũmque submittat. Maiestatem tuam supplex oro, vt his, quos ad te mitto tabellarios, sic tua liberalitate satisfacias, vt te Dei filiũ cognoscant, & profiteantur, me autẽ liberè hinc abire permittas. Respondet Christus tabellariis, miraculis ibidem patratis, rescribit Ioanni pacem, & felicẽ exitum, & coram circumfusa multitudine audientium fidelissimi sui œconomi dispensationem prædicat, & se verum Saluatorem in salutem hominum aduentasse manifestat.

DIVINO VERBO SE PRÆBET AVDITOREM *attentum: & qui surdas aures reddit veritati, increpatur.*

INSTITVTIO XVIII.

TANTA est diuini verbi audiendi vtilitas, inquit Bernardus, tanta, & 17. *Verbi Dei mirabilia.*
tam magna mirabilia, vt sicut circa sacras Deiparæ matris Mariæ imagines varia fideliũ vota & gratitudinis insignia appẽsa videmus, sic pro suggestu innumerabiliũ animarum spolia, & miraculorũ signa pendere possent. Nónne posset linteum funebre Dauidis pẽdere, quo iam ad in-
Psal.27.7. fernũ erat amãdatus, cùm repẽtè, vt ipse ait, *refloruit caro mea, & ex volũtate mea confitebor ei?* nónne illi, quos Elias cõuertit, & vt ipse aiebat, *claudicabant in duas partes,* scipiones proponere possent? nónne ferreã catenã poterat Augustinus dedicare, qua erat præpe-
1.Cor.15. ditus ei potenti verbo Dei, *qui educit vinctos in fortitudine? Omnia quidẽ est verbũ in omni-*
Abac.3. *bus* (ait Bernard.) *ad iustificationẽ. Audiat illud peccator, & statim cõturbabitur. Audiui, & cõtur-*
Ioan.6. *batus est vẽter meus. Et licèt mortuus sit in peccato, si audierit, viuet. Verba quæ ego loquor spiritus*

SVMMA INSTITVTIONIS. Multiplex Dei loquendi ratio.

& vita sunt. Si cor induratum fuerit, verbum Dei liquefaciet illud, emittet verbum suum, & liquefaciet ea. Quapropter à primordiis nascentis mundi salus hæc, sæculis omnibus verbo Dei est impertita, vt iam sigillatim expendo, vt faciliùs verbi diuini audiendi persuasioni acquiescas, & vtilitate, ac necessitate perspecta in mansuetudine insitum verbum sinu mentis excipias.

18. Principio itaque natura rerum, & primus homo verbo Dei formatus & firmatus est. *Ipse dixit, & facta sunt.* & Paulus *vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.* Explicat Augustinus: Ipsum nihil, aliquid voluit esse, vt vocē diuinā audiret, & vos Angeli putatis derelictos fuisse à verbo; minimè, ait Rupertus [a]. *Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritus oris eius omnis virtus eorum.* Et quorsum creati tot Angelorum chori, & exercitus innumeri, docet Dauid, *Potentes virtute, qui facitis verbum eius ad audiendam vocem sermonum eius,* vt nempe qui potentiores sunt, & populorum principes, primi sint qui, exemplo Angelorum, verbo audiendo assidui sint, & seipsos in documentum virtutis & obedientiæ suis subditis proponant. *Potentes* autem vocantur Angeli, quia audiunt, & obediunt Dei verbo: nam etiamsi Deum vident, adeò sublime, & Deo gratum putant esse audientes esse Deo, vt si illis optio daretur, vtrum eligerent, sine Dei visione esse, vbi tamen verbum Dei audirent, & obedirent, potius eligerent audire, quàm videre: nam si hoc ex præcepto Dei haberent, placet mihi hoc, nempe custodes esse animarum, obedirent statim, etiamsi Dei visione priuari opus esset. Pluris ergo faciunt audire quàm videre: nam in fruitione Dei ipsi adeò summum accipiunt bonum; at in audiendo ipsi Deo referunt. Beatius autem est dare, quàm accipere, in communi loquendo. Quid de stellis dicendum? statim euocatæ dixerunt, *Ecce adsumus.* Ignis, grando, nix, & glacies, quid noui attulerunt mundo? Respondet Dauid, *facientes verbum illius.* Nihil superfluum, nihil frustrà condidit Deus, dum ad audiendam vocem eius etiam brumalis glacies, & niuales, rigidique dies obtemperant conditori. Quid insuper infernus ipse, vt ait Chrysologus [b], voci Christi mox obtemperauit. *Tunc tartarus ligatis, vt erat, manibus & pedibus Lazarum retulit ad superna, timens & tremens, nedum soluit, nedum moras facit, nedum tardius ferret vnum, omnes cogeretur afferre.* atque adeò claudit August. [c] primum verbi Dei opus; *Ab ipso enim generis nostri exordio audiuit homo, non ab homine fallace, nec à diabolo seductore, sed ab ipsa veritate ex ore Dei: In sudore vultus tui edes panem tuum; proinde si panis noster est verbum Dei, sudemus in audiendo, ne moriamur in ieiunando.*

Verbo Dei audiendo principes & priniores populi adsint.

a De victoria verbi Dei. Psal. 32. 6. Psal. 102. 20. Baruch 3. 35. b Ser. 65. c In Psal. 32. Gen. 3.

19. II. Per legem loquitur in monte Sina, vt populum quasi in pueritia erudiat, scriptámque legem dedit, puerúmque suum sedulò satis per Moysem erudiuit, vbi verbi contemptores perierunt, cæteri verò cælesti cibo recreati sunt: manna enim ipsius verbi Dei typus erat, vt obseruat Augustinus [d]. *Istud enim manna, prout vult quisque, talem saporem sapit. Audi enim & Dominum dicentem his qui accedunt ad se: Fiat tibi secundùm fidem tuam. Hoc tamen si quis infideliter suscipiat, & non comedat, sed abscondat, putásne eò deducendum est verbum Dei, vt etiam vermis fieri putetur? Non te turbet auditus, audi Prophetam ex persona Domini dicentem: Ego autem sum vermis, & non homo: ipse enim est, qui est aliis in ruinam, aliis autem in resurrectionem.* Præterea in hac lege animalia munda accepta erant Deo, quæ ruminant cibum; nam, vt ait ipse Augustinus [e], *auditor verbi similis debet esse animalibus, quæ ob hoc quod ruminant, munda esse dicuntur; & non pigeat cogitare de his, quæ in aluo cordis accepit; & cùm audit, fit similis edenti: cùm verò audita in memoriam reuocat, fit similis ruminanti.* Edenti comparat audientem: nam cum gustu & delectatione debet edere, & quod illi apponitur, vt par est, æstimare; sunt enim plurimi ad instar febris phrenetici, qui cùm poculum ex hyacinthis & margaritis propinatur, nihil æstimant nisi frigiditatem; sic vos frigidissima in concionibus laudatis, pretiosa, diuina, & spiritus plena, necnon sacræ Scripturæ margaritas hauritis & deuoratis, ieiunam concionem dicentes, quæ vtilitati potius quàm delectationi consulit. *Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientum: vir autem stultus deglutit illud.* Prou. 21. 20.

Locutus est per legem.

d Tom. 10. ser. 91. e Psal. 36.

20. III. Nouissimè locutus est nobis in filio: nam, vt ait Augustinus [f], *verbum Domini etiam fœno dedit honorem, & honorem non transitorium: verbum enim dat carni immortalitatem. Et vnde*, inquis, *ad me verbum Domini? Verbum caro factum est, & habitauit in nobis; sed audi, verbum Domini manet in æternum. O vera pietas! manet Deus tuus, noli timere, non perit, & per ipsum nec tu peris, suxit, creuit, alimenta sumpsit, per ætates cucurrit, esuriem passus est, sed in carne; verbum enim manet in æternum.* IV. Etiam per indignos dignè locutus est, vt reduceret impios: nam & Caiphæ ore & asinæ verba Dei concessit, vt reuocaret insanum prophetam; cui enim causa non repudiauit hæc, ait Chry

Etiam per indignos loquitur verbum vt homines reuocet.

f Ser. 42. de verbis Domini.

Chryfoftomus. V. Per fomnium in vifione nocturna, vt aiebat Eliud. VI. Per dolorem in in lecto, vt fanet animum. VII. Per Angelum, hoc eft, concionatorem. VIII. Tandem ad me venit, inquit Auguftinus [a], & ad peccatores per internam infpirationem, cùm feruus eram peccati, & catena, & compede prauæ confuetudinis detinebar. *Ecce quid factus fum, vt de captiuitate ad te clamarem.* Vidi enim equum album, & qui fedebat fuper eum, dicebatur verbum Dei *. *Et quid eft hoc quod interlucet mihi, & percutit cor meum fine læfione, & inhorrefco & inardefco. Sapientia ipfa eft, quæ interlucet mihi, difcindens nubilum meum, intus docet vbi omnes difcipulos fuos bonus & folus magifter docet.* Difce, ait Chryfologus, quantus & qualis fis, ô homo, cuius caufa toties verbum eloqui dignatum eft. Sufcipe in manfuetudine infitum verbum, quod poteft animam tuam faluam facere.

a Pfal. 70.

* Auguft. tom. 1. lib. 11. Confeff. cap. 8. & 9.

Verbi autem Dei vtilitatem, fi vt decet audiatur, ex ipfo authore naturæ audire libeat, vt notauit Ambrofius [b], *Audi Ifraël, Deus Deus tuus, Deus vnus eft. Prima vox* (inquit) *Dei dicit tibi, audi, fi audias, cuftodies vias tuas, & fi lapfus es, citò corrige. non dicit loquere, fed audi; ideo Eua lapfa eft, quia loquuta eft viro quod non audierat à Domino Deo fuo.* Huc facit ritus ille, quem in Leuitico reperies, confecrationi facerdotis adhibitus extremum auriculæ victimæ immolandæ fanguine tingebatur: nam fanguis ille, vt notauit Theodoretus [c], typus erat fanguinis falutaris. Eft autem prima via falutaris audire Dei verba, & excepta cuftodire: ideo hoftiam iftam, quam vulgatus vocat *confecrationis*, vocarunt Septuaginta *explicationis*, alij *confummationis*: quafi ea cæremonia ad aurem animæ Deus explicet prædeftinationis iudicium, quod quidem in audiendo verbo Dei elucet, præcipuè vt ipfe inculcauit. *tiene vn barrunto de predeftinada el alma, que oye con gufto la palabra de Dios. confummationis* autem, dum alij legunt, fignificant, primum totius confummationis, & perfectionis gradum, & exordium confiftere in audiendo Dei verbo. quam notam iam in feipfo ouis illa, quæ quondam errauerat, agnofcebat. *Aures autem perfecifti mihi.* Mirabiliter promptum, & fedulum audiendo verbo fecifti me. Chaldæus clariùs, *Aures ad aufcultanda præcepta mea, formafti mihi: oidos nacidos para oir tu palabra, y fer efclauo errado y fellado*; ideo enim alius ex Hebræis legit, *aures perfodifti mihi*, & quafi ad audiendum dedicafti. Frequens etiam eft locus ille, *Quomodo fi eruat paftor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, fi eruentur filij Ifraël.* Non difficile erit extrahere totam ouem de ore leonis, cuius extremum auriculæ extra os leonis remanfit: ideo primus dæmonis incurfus (ait Chryfoftomus [d]) in aures hominis eft. Vide quid dicat pater illius, qui à dæmone vexabatur. *Non dixit* (ait) *attuli filium meum furdum, & mutum, fed habentem fpiritum furdum & mutum.* Nunquid nequitia fpiritualis (hoc eft, dæmon) humanis diftinguitur membris, & fenfibus anguftatur humanis? Verè erat furdus ipfe fpiritus, fic vocatur à Chrifto, *Surde & mute fpiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo.* Refpondet: Hoc loco quid diabolus homini fecerit declaratur. *Antiquus refuga, vbi Deum in terris reperit aduenifse, obftruxit aures hominum, & obferatis humani fenfus foribus fpeluncæ fuæ latebram pectus fecit, & parauit humanum, æftimans quòd illuc auditus verbi, & virtus diuini nominis penetrare non poffet.* Quæ ratio germanior eft, fi attendis quod notauit Ephrem [e]. *Mors principium habuit per aures Euæ.* Ergo per aures poterit vita ingredi. Quid agat poftquam iam reliquos fenfus occupauerat fuperbia vitæ, concupifcentia oculorum, & concupifcentia carnis, nunc de obturandis auribus agit, ne ad animam verbo pateat ingreffus. Quod in Centurione compertum eft, ait Bernardus [f], ad vocem Chrifti clamantis conuertitur. Si attenderet quod apparebat, quid nifi deforme & nigrum oculis fpectantium occurrebat. *Vnde ergo aduertit pulcritudinem, videns quòd fic clamans expiraffet: ergo ad vocem credidit, ex voce cognouit; erat enim fortaffe ex ouibus eius, de quibus ait: Vocem meam audiunt.*

21. Verbi Dei audiendi vtilitas.

b 1. Officiorum cap. 2.

c Quæft. 8. in Leuiticū.

Amos 3. 12.

d Ser. 52.

e Tractatu de linguæ malo.

f Serm. 28. in Cant.

Verùm non minus tuæ vtilitati congruit fecunda ratio. Sicut ante diluuium præparauit arcam, fic ad mundanam fugiendam malitiam, mendacium, & falfitatem, ratem, nauimque Ecclefiæ fabricauit: operæpretium enim erat, vt vbi mendacium inundat, veritatis arca fit, & fchola veræ doctrinæ. Vnde ficut in diluuio dolorum clamat ad Patrem Chriftus ex cruce tamquam fpeculator, vel explorator nauis. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vfque ad animam meam*: fic fimiliter clamat, *Saluum me fac Deus, quoniam diminutæ funt veritates à filiis hominum. padre mio poned en cobro mi iglefia, que* 22.

no ay

no ay verdad en los hombres. Quamobrem *Deus veritatis* dicitur, & Christus ipse hoc se nomine compellauit, *Ego sum via, veritas & vita.* Auctórque veritatis voluit haberi. *Gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* Et Dauid, *Veritas Domini manet in æternum.* Et doctrina eius vocatur *sermo & verbum veritatis.* & Paulus, *Prædicator veritatis. Magna est veritas, & præualet*, aiebat aulicus ille; quorsum hæc iterata nomina veritatis? certè vt arcam ostendat, ad quam confugiant, qui salui fiunt. Et sicut prudens vir & traquillus ferre non valens fori mendacia, & dolos, diuertit in villam, & gaudet naturali cibo, & potu; sic fidelis tot mendacia fastidiens ad concionem confugiat tanquam ad villam, tanquam ad scholam veritatis. *Deus verax*, ait Augustinus [a], *omnis autem homo mendax, quia non est homo verax, nisi in quo loquitur: no ay hombre que trate verdad, oye al predicador.* Et [b], *Amplectere veritatem, si potes, & fruere illa, & delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui: quid enim petis amplius quàm vt beatus sis?*

Ioan.14.6. Ioan.1.17. Psal.118.2. 3.Esdræ 4.41. a Psal.108. b Lib. 2. de libero arbitrio.

Mirabile est credentes verbum Dei non operari.

23. Qua de causa Christus cum admirationis specie rogat illos, *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Certè Domine mirabile hoc fuit inter Iudæos, verùm non minus mirabile est, cùm dolus, adulatio, & mendacium exundent, tam facilè acquiescant mortales his, quos iam in mendacio sæpius comprehenderunt? Si susurroni præbes aures, aut mendaci, ait Seneca, vel amens es, vel sine memoria, aut sine voluntate: nam si hodie audis, qui heri mentitus est, certè memoriæ defectum dicam, vel sine discursu es, cùm non cogitas posse hodie mentiri qui heri dixerat falsum; vel sine voluntate es saltem in posterum virtutem & veritatem colendi, si falso acquiescis, & præbes aures mendaci. *pensaremos que tienes voluntad de ser ruin, pues escuchas ruines*; maximè verò cùm libenter excipis verba seminantis discordias, hic enim sine dubio mentitur: nam hic semel despexit Deum, & pro nihilo duxit Deum, qui charitas est. Si igitur Deum despexit in quantum charitas est, quid mirum si credam despexisse in quantum veritas est? Mentitur igitur, & mirabile est in tanto mendaciorum diluuio non confugere ad veritatis asylum, & ad ratem Ecclesiæ, & ad sermonem veritatis. Ideo inquit Augustinus, *Beatus est qui fruitur inconcussa, & incommutabili veritate.* Vbi nota puram veritatem (erit enim tempus cùm sanam doctrinam non sustinebunt, 2. ad Tim. 4. & ideo iniunxit Paulus suo discipulo, *Formam habe sanorum verborum quæ à me audisti in fide & dilectione.*) sanámque doctrinam sedulò seruasse Christum, & ne falsitate admisceatur, ait, *Oues meæ vocem meam audiunt, & exiit qui seminat seminare semen suum.* Vox enim pastoris & semen hoc habent, vt nulli alteri misceri patiantur, ad hoc nempe, ne putetur aliquid falsitatis in doctrinam Christi irrepsisse; hæc enim est in concionatore iniquitas maxima.

24. Probat hoc historia regum. Fœdus fecere contra regem Syriæ, rex Israël Achab, & Iosaphat, consenserunt pariter, vt Deum consulerent circa euentum belli, Achab rex Israël quasi quadringentos Prophetas consuluit, qui vno ore dixerunt, *Ascende, & dabit eam Dominus in manu regis.* Iosaphat autem non acquieuit eis, nisi consuleret Prophetam Dei, qui vocatur Michæas; & quidem eo tempore cùm vnus ex falsis prophetis nomine Sedecias ferreis cornibus fronti affixis tauri instar intendere caput, & ventilare cornibus cœpit: Sic (asserens) ventilabis, ô rex, hostes tuos. In tanta regum maiestate rogatus, iterum atque iterum Michæas verum fassus est regem in illo belli conflictu perimendum, & superandum. Nouum & inauditum facinus in tantorum regum conspectu Sedecias perpetrauit, alapam enim inflixit Michææ sancto, ad hoc vtique vt prophetiam eluderet, & falsam esse probaret, quod probat argumento palmari: Si hic Propheta esset Domini, aresceret subitò brachium, sicut cùm Ieroboam contra Prophetam Dei extendit: at dum ego incolumis euado, maiori sum repletus spiritu, & ipse quidem Propheta falsus est. Et addunt Lyra & Iosephus, Eliæ etiam prophetiam falsam esse obiter probabat: nam Elias locum mortis regis designauerat, vbi Naboth sanguinem effuderat, & ibi à canibus sanguinem Achab lingendum; ab hoc loco discrepat Michæas: ergo vterque mentiti sunt. Discursum istum lege in Iosepho [c], & vtique ita factum est: nam sagitta vulneratus sanguis effluxit è curru vbi prædixerat Elias, & linxerunt canes, & mortuus est in bello contra Ramoth Galaad, vt prophetauerat Michæas. Sed tu Iosaphat rex sancte, quorsum cum iniquo rege fœdera facis, & contra vocem veri Prophetæ irrumpis in bellum. Certè permissus est errare, vt nos in hac tragœdia intueamur, qualem calamitatem afferat mendacium in

3.Reg.22.

c Lib. 8. Antiq. cap. 10. Interea Sedecias quidam vnus ex pseudoprophetis in mediũ progreditur, negans curandum quid Michæas garriat: argumento esse prędictionem Eliæ, qui sine dubio melius quàm iste futura cerneret, &c.

Mendacium in ore concinnantis iniquitas maxima.

ore

ore concionatoris, & vox falſa verbo veritatis immixta & diſſimulata. Similiter errauit vir ille Dei, qui contra iuſſum diuinum panem comedere coactus eſt à Propheta alio, dicente, *Et ego Propheta ſum, ſimilis tui*, &c. *& Angelus mihi dixit: Reduc eum tecum in domum tuam.* Meritò, vt notat Theodoretus [a], deuoratus eſt à leone. Rogat Chryſoſtomus [b], quomodo leo Prophetam Dei non eſt reueritus, ſicut quondam Danielem? Reſpondet: *Peccauit Propheta, & leo in via inuentum morte affecit, erat enim mendacij fuligine attractus, & leo eum non cognouit. Si Prophetam vidiſſet, vt Danielem, eum honoraſſet; ſed tanquam alienum inuaſit.* Nam falſam illam viſionem Angeli adiecit Propheta falſus, vt ſimilem illum Danieli perſuaderet, ſiquidem immittebat illi Angelum, & Prophetam, ne fame periret. *Ego Propheta ſum, ſimilis tui, & Angelus locutus eſt mihi in ſermone Domini: haz cuenta que tu eres Daniel, yo Abacuc, y el Angel me a trahido a ti, paraque no mueras de hambre.* Mendacium quidem impudens, atque magnum, quod procul debet eſſe à loco veritatis, qualis eſt ſuggeſtus: ſed antiquum eſt dæmoni veritatem Dei, & verba eius falſis verbis velle immiſcere; nam vt veritatem præcepti eluderet, dixit, vt legit Auguſt. [c] *Dixit ergo ſerpens mulieri, quid? quia dixit Deus*, &c. & Chaldæus, *Verúmne eſt quod dixit Deus?* & Pagninus, cum interrogatione, *Verè dixit Deus, non comedetis ex omni arbore horti? vos otros os perſuadis que Dios os auia de mandar eſo?* & illud verbum, *Scit Deus, quòd in quacumque hora comederitis ex eo, eritis ſicut dij.* Forma quidem iurandi frequens in ſacra Scriptura, *ſcit Deus.* 2. Cor. 11. *Deus ſcit, non mentior: con juramento oſa ſeguro*, &c. Optaret quidem dæmon verbis noſtris ſua miſcere mendacia, at ſuggeſtus locus gratiſſimus eſt verbi veritatis.

3. Reg. 13. — a Quæſt. 42. — b In Pſal. 3. — Falſus Propheta. — c 11. De Geneſi ad literam, c. 30.

25. Ecce poſt longam circuitionem cauſam inueni, cur verbum Dei minus audiatur, nempe quia locus veritatis eſt, & inſitioni & ſpeculo comparatur à D. Iacobo, quæ duo valde refugit natura; nam inſitio non fit ſine ſectione, & vulnere, quo truncus ipſe ſecatur & finditur. *Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Vnde Clem. Alex. [d] *Eſt*, inquit, *reprehenſio veluti quadam chirurgia affectionum animæ, affectiones autem ſectione diuidente oportet coarguere, increpare etiam dicitur, admonere: admonitionis autem etymologia eſt mentis immiſſio: engerir abilidad.* Noſtra enim reprehenſio vobis mentem inſerit. Præterea ſpeculum fœda anima mirum non eſt refugiat: dicit enim verum, nam repræſentat rem ſicuti eſt, ſicut de Azaria loquente ad Oziam regem, eleganter notat & ſcribit Chryſoſtomus [e]. *Egredere de ſanctuario tuo, non eſt tui officij, Ozia, vt adoleas incenſum Domino, ſed ſacerdotum. Vide libertatem, vide mentem ſeruire neſciam.* Sed quare non appellauit eum Regem? *Vidiſti regem, nec vidiſti diadema, ne mihi dixeris eſſe regnum, vbi eſt legum tranſlatio. & ipſe præueniens ſeſe dignitate deiecerat: repreſentole el eſpejo como el era, trabucaba leyes, y haciaſe ſacerdote no es rey.*

Iacob. 1. — Hebr. 4. 12. — d 1. Stromat. c. 8. & c. 10. — e Hom. 4. ad verba Iſaiæ, Vidi Dominum, in fine tom. 1. — 2. Paralip. 26.

Tu verò (ô mi HOMO) ne putes mentem tibi inſerendam à prophanis libris, nec adulantium linguis, ſed verbo veraci. Cherubinorum, qui *ſcientiæ plenitudo* ſunt, triplex erat opus; qui in atrio erant, ſolùm cælati erant, Chriſtianos quoſdam repræſentantes; qui in atrio ſunt, Deum reuerentur, ſed imperfecti, & vix diuina percipiunt, libentiùs legunt prophana; alij erant in templo, ſed vna pars eorum tantùm ſculpta, reliqua pars informis, *labrados de media talla.* Hi deſignant auditores quidem qui iam frequentiùs audiunt diuina, ſed nondum ea penetrarunt, nec ſanctitatem Sanctorum attigerunt. Tertio loco ſacratiori erant, qui integro ſimulacro & facie quidem ad Deum verſa plenitudinem ſapientiæ indicabant. Tu es (ô mi HOMO) qui ad huius diuini verbi Sancta ſanctorum ſeceſſum vocatus, eximio opere elaboratus, verbi diuini artem commendare, & in te expreſſam oſtendere debes, libentérque audire vt ſapientior fias.

Digitized by Google

VERBVM PATRIS.
Iosue 6. vers. 20.

Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox, sonitúsque increpuit, muri illico corruerunt.

In vrbium Ecclesiarúmque euadit principatum: & sub infirma specie triumphum gloriámque mirabilem reportat.

DISCVRSVS LII.

1. QVONAM pacto grano sinapis tota Regni cælestis comparata est magnitudo? Quis tantam fortitudinem ac potestatem indidit minimo grano, qua melius quàm tormentarij pulueris grana mœnia diruit, turres exturbat, dimouet à statu principatus? Quis celsam maiestatem induit, & regia corona redimiuit. *Simile est Regnum cælorum grano sinapis.* Quis dedit triumphos? quis victorias tribuit? quis thema fecit esse concionis? & eius facinorum historiam memoriæ commendari, encomióque sacrorum doctorum celebrari iussit? *Simile est regnum cælorum grano sinapis. Spes ista est* (inquit Chrysologus [a]) *credentium tota? expectatio ista est fidelium summa? ista est felicitas virginum? ista est gloria Martyrum? hoc est quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit?* O magnus, ô omnipotens! verè magnus es tu, cuius exigua & parua tam magna sunt, & magnificas vniuersa. Granum istud sinapis fidei verbum est, quod Christus in orbe seminauit, vt mundi vniuersi obtinerent principatum. Ita statuit magnus cum maximo Hieronymo [b] Augustinus [c], hanc ex ore summi Imperatoris expositionem excipientes, Matth. 17.20. *Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc illuc, & transibit; & nihil impossibile erit vobis.* Comparatio inuoluit antithesim, opponit enim exiguam rem ingenti moli, vt opposita inter se magis elucescant: exiguum granum, quod flatu ventilatur, & mons, qui æternùm duraturus, in sua sede videtur. *con ese grano dareis vn cabe a la gran bola de vn monte y vn toque franco con que pasarà de la raya*; sicut D. Gregorij Thaumaturgij narrat historia. Verùm vt fideliter eius facinora recolamus, & mirabilem virtutem fidei contemplemur, bella verbaque Iosue refricemus, verbis Pauli, *Fide muri Iericho corruerunt.* Constituit Deus Iosue imperatorem ac ducem non eorum
2. solùm, quibus tum imperabat, sed habitatorum etiam terræ promissæ, quos debellaturus venerat, vt in ipsa fides seminaretur. Vt autem granum istud fidei in fideli pectore altas mitteret radices, Angelus missus est (& fortè Michaël, etiamsi Iustinus Martyr [d] personam filij Dei fuisse existimet) & in Iosue mysterium Verbi incarnandi, & in orbe prædicandi adumbrauit, vt D. notauit Augustinus [e]. Leuauit oculos Iosue, prospexit enim proculdubio alta & futura mysteria, & cùm Angelum videt forma & militari habitu ornatum & instructum, rogat [a], *Noster es, an aduersariorum?* Neutrius partis ego sum, inquit, propugnator, sed diuini exercitus primus & princeps ego sum *; quid te oporteat facere venio admoniturus. Tunc ille ad suscipiendum fidei granum se humi prostrauit, & adorauit eum. Quid iubet Dominus meus seruo suo? meum enim est obtemperare, suum præcipere. Venit, inquit, tempus in quo vrbem Iericho in tuam redigam potestatem, factum puta, & vt opus fidei verbique diuini esse credas, nemo militum ensem distringet, nec ad vim & ad arma vocabitur: sed circuitione cum arca & personantibus septem Iubilæi tubis silente populo primùm, postea verò vociferantibus vobis & tubis insonantibus subitò muri Iericho corruent. Successit euentus? vtique, ait Paulus, *Fide muri Iericho corruerunt*; tunc enim fides Iosue virtutem suam ostendit. Sed quando granum fidei suscepit? tunc videlicet, cùm ab Angelo accepit mirabile nuncium, & supra omnem experientiam infallibile iudicauit, nec in controuersiam vocauit, nec militare super hac re consilium coëgit, vt doceat Christianos principes materias fidei nō esse disputationi committendas, ne ex argumentorum conflictu insideat pectoribus dubitatio, & error rei aliàs certissimæ, quibus maximè fidei auctoritati detrahitur. Quapropter Apostoli nusquam cum hæreticis disputationes, imò nec verba miscebant, vt scribit S. Irenæus [b], Tertullianus [c], & Optatus Mileuitanus [d]. Nec inter Hebræos qui quadringentas amplius scholas * diuinæ legis habebant, in quibus nulla legis disceptatio audiebatur, quia locus erat doctrinæ, non controuersiæ.

3. Accensus iam sinapis ignita virtute Iosue, instruit aciem fide ad fidei prælium, vbi illa tantummodo ductrix & præliatrix fuit. *Iericho clausa erat, atque munita*, videlicet, vt ait, Thargum, Chaldaicus, *foribus occlusa ferreis, & aheneis obserata vectibus*, propugnaculorum varietate, militum ac defensorum multitudine, cùm in ea se rex contineret, in eámque populi quasi in arcem tutissimam confugissent. Frumentum, sal, acetum, pix, incendiarium oleum, armaque omnis generis, vtpote quæ in agro optimo sita, & auro ferróque abundans nihil quod regiam authoritatem decet, desiderabat. Age diua fides, nunc tua virtus reuelanda est. Duo notanda sunt, primum, quo satis notum est, *fidem ex auditu* incipere: vnde primum monile, quo aures sponsæ ornantur, murenulæ sunt, quæ etiam sub

Mat. 13.31.
a Serm. 98.
Fides granum sinapis.
b In Mat. 13. tom. 9.
c Lib. 1. quæstio. Euang. quæst. 11. tomo 4.
Hebr. 11. 30.
d In dialogo cum Tryphone.
e Tom. 6. de quinque hæresibus c. 4. & Isidorus in commēt. in Iosue c. 6.
a Iosue 5.13.
* Hinc colligunt fuisse Michaëlem, hoc enim nomine insignitur vis Danielis 10. 21. & 12. 1.
Hebr. 11. 30.
b Lib. 3. c. 3.
c Lib. de præscriptionibus cap. 16.
d Lib. 5. in principio.
* P. Cornelius à Lapide refert in cap. 5. Deuter.
Fide muri Iericho corruerunt.
Fides ex auditu. Rom. 10. 17.

sub aquis audiuntur. Secundũ, prius fidem occupasse corda fidelium militum, quàm muros exturbauerit; hîc enim nulla alia arma fuere, nisi vox fidei Iosuæ, quam in campo militum seminauit, cuique omnes (ô rem mirabilem!) crediderunt. Ad hoc tubæ personant in manu sacerdotum, vt denotarent fidem quæ spargenda erat per vniuersum orbem, vt notarunt Augustinus [a], & Origenes [b]. *Assidua prædicatione sacerdotum destruatur Iericho, quæ typum mundi gerit*, & vt sono ipso fides in aures populi & corda penetraret: ideo dixit Deus ad Iosue, *Cúmque insonuerit vox tubæ longior atque concisior, & in auribus vestris increpuerit*, vides Deum intendere vt fidem ex auditu exciperent? Facit ad hoc quod sequitur, *conclamauit omnis populus vociferatione maxima*; quorsum hæc? cùm maximè Iosue dixisset, *Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neque vllus sermo ex ore vestro egredietur?* Prohibet voces non vt non audirentur ab aduersariis, nam certum est, non ita incuriosi erant & amentes, vt ne in editioribus quidem turribus speculatorem vllum haberent, qui hostium consilia & accessus nuntiaret; quare ergo præcipitur ne audiatur vox eorum? Respondeo, eorum est, quia sua est, *vox vestra non audietur*. Et quare mox simul cum tubis conclamare iubentur? quia hæ voces iam non erant suæ, sed fidei quæ in illis iam operabatur, quod ex effectu liquet: *statim enim corruerunt muri Iericho*; & quis demolitus est? fides. *Fide muri Iericho corruerunt.* Sublato enim clamore statim ruit vrbs: hac ruente statim irruerunt Israëlitæ, consentaneum enim fuit vt fidem vocibus profiterẽtur vnanimes, & suis oculis viderent, stantes, & derepentè corruentes hostilis vrbis muros, sacerdotalibus tubis occinentibus omnibus, contentissimè perpetim absque interruptione vlla. Tunc sine vi vlla, vt ait Iosephus [c], neque machina ipsi muro ab Hebreis illata strages facta est. Num fundamentis imbecilli erant muri, vetustate caduci, materia vitiosi, structura cariosi, pluuiarum ac tempestatum iniuria labefactati? nihil horum, fidei vis illorum fundamenta subruit, coagmentationem suam secreta efficacitate sua dissoluit, totósque subuertit, neque arietibus admotis, neque catapulta, sed sola disturbauit fide. Rationem autem Rupertus [d] attigit. Fides enim Iosue & totius populi, arcæ, tubarum & clamorum strepitu testificata tanta erat, vt si aures præberent, per aures illi semina salutis præstaret, saluique & incolumes permanerent. At illi lapidibus murísque surdiores neque vocibus neque tubis fidei aures præbuerunt: sed in obdurata obstinatione persistentes animis obfirmatis restiterunt. At fides tunc suo honori & efficacitati prospiciens, ne infirmitati eius quis ascriberet, diruit mœnia, vt liquidum fiat nihil esse quod fidei efficacitatem possit labefactare.

a Serm. 106. de tempore.
b Hom. 7.
Iosue 6. 5.
Ibid. 10.
4
Hebr. 11. 30.
c De Antiq. lib. 5. cap. 5.
d Iosue c. 9.
* Ita sentit D. Thom. quæst. 174. art. 4. præstare nonnullos Prophetas, Moysi, v. g. Iosue, in hoc facto, Moysem verò quoad omnia simul spectata omnibus anteferendum.
5.
e Iosue 10. 9.

Sed granum istud sinapis non virtute solùm, sed maiestate plenum est. Probat hoc res post conditum orbem visa nunquam, nec vlli fidelium concessa *. Cùm enim die quadam pleni fide Gabaonitæ suppetias peterent contra reges Amorrhæos, *irruit super eos repentè, tota nocte ascendens de Galgalis* [e]. Quinque autem reges viribus animísque fractis contriuit, & omni pugnandi consilio abiecto fugam effusè arripiunt. Fides autem quæ integram victoriam & promiserat & implere cupiebat, mentem Iosue & verba in Deum eleuauit (vt notat Caietanus) vt Soli & lunæ moram indiceret. Siste parum imperator, & rem tam insuetatam, tam orbis totius ordini repugnantem quam rogas considera. An ignoras ratam illam & constantem diuinæ prouidentiæ legem, quæ noctes diésque assiduis volutionibus Solis & lunæ gubernat? Sic rebus inanimis nihilque omnino sentientibus imperas sine stoliditatis nota? Quid si te milites, quibus coram rem agis, insipientem, arrogantem, iniquum & vanum suspicentur? quàm turpis tibi nota, quàm pudendum, probrum, si ex animi voto haud successerit, impendet? Verùm, ait Ambrosius [a], *ne nox impediret victoriam magnitudine mentis & fidei, clamauit, stet sol, & stetit, dum hæc victoria consummaretur.* & Bernardus [b] fidei gratulatur. *Iosue*, ait, *pugnat, & vt ad consummationem victoriæ dies sufficiat protelata, Soli vt stet non tam orat, quàm imperat, & meretur fides non tam Solis obedientiam, quàm de hoste prostrato victoriam.* Nam, si rem attentè perspiciamus, victoria vna fidei ascribenda est: vel enim sistere fecit oratione, vt putant Augustinus [c], & Gregorius [d], *& currentem solem missa ad Deum oratione frænauit, & fixit.* Hæc autem oratio nónne fide indigebat? Cæterùm Iustinus Martyr fidei maiestati assignat, per hoc enim fidei promulgatores Deus cõmendabat: nulla autem maior authoritas, quàm illa quæ nõ à labiis oratorum, (vt notauit Hieron. [e]) sed ab imperio astrorum proueniebat; terra enim data est cum vi & potestate, vt patet in Iosue, lex cum maiestate dispensata, redemptio item in Caluariæ monte cum magno signorum apparatu peracta, vt scirent gentes sub tenui specie grani sinapis mirabilem maiestatem abscondi. Et hanc cum maiestate debere tractari à principibus, eiúsque virtutes & victorias dignas esse quæ à D. Paulo fidei encomiaste memorarentur, *Sancti per fidem vicerunt regna*, &c. & addit, *& hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionẽ.* idest, omnes sic sunt mortui vt adhuc fidem retinerent. nam & Abraham non accepit viuens, & videns, sed viuens credidit, & mortuus accepit. Verùm ecce iam regnat, fides iam promissa simul cum fide possidetur, iam de regno eius Christus agit, *Simile est regnum cælorum grano sinapis* [f].

Fides cum maiestate tractari debet.
6.
a Lib. 1. officiorum c. 40.
b Apud eius vitæ auctores lib. 2. c. 7.
c Tract. 91. in Ioan.
d Super lib. 1. Reg. c. 2. fol. 161. colum. 1.
e Super Psal. 76. versu vltimo. Bernardus lib. 2. de vita Bernardi cap. 7. Iustinus contra Trypho. pag. 98. Augustinus lib. 10. de ciuitate c. 13. Hebr. 11. 33.
f Matth. 13. 31.

Grano sinapis. Prima hæc verba mordent nos concionatores, nam cùm verbum Dei sinapi persimile sit, non tantùm quia vim habet augendi se occultè & sensim, sed quia, vt notauit Magnetes [g], antiquissimus auctor, calidissimum est, salubriter purgat cerebri sordes, adhibitum familiaribus cibis, scindit crassitudinem pituitæ, & humores mali succi. Similis igitur est ratio verbi Dei: purgat humores intemperantiæ, reprimit ardorem & licentiam viuendi sine ordine, educit amaritudinem peccatorum, curat hominem, mordens reprehensione, secans doctrina, calefaciens compassione, excitans cogitatione, seminatur in mundo, & profert fructum supramundanum, seminatur in terra, & terrenos subducit ad sanctitatem. Nos ergo sic condimus vt virtutem subtrahamus, vel quia prauo viuendi modo miscemus, vel lucro, vel delitiis, vel prophana Philosophorum doctrina *, qua igniculos illos diuinos extinguimus, & vitam & efficaciam eius frustramur. Salsamentum est sinapis, quare nos aliis salibus condimus, non indiget Dei verbum melle tuo, *eloquium Domine dulce*, quinimo eius virtus euacuatur inani verborum

g In Apologia pro Euãgelio ad Theote-
7.
nem. refertur à Turriano de dogmaticis characteribus.
Acre sit verbum Dei & vehemens.
* *Todas estas mezclas, mal exemplo, interes, regalo, aplauso, humanidades de gentiles le quitan su fuerza y le mojan la polvora a Dios y quando va a hacer tiro no sale sino humo de nuestra honrra y palabras muelles y ineficaces.*

eloquentia; mouet lacrymas, accendit, vrit, secat, penetrat, si tu vires eius non frangis. Ideo Ambrosius [a] ait, *Malui peccatum vestrum incusando acriter increpare, quàm leniter dissimulando nutrire: quisquis enim fratrem non arguit peccantem, quodammodo hortatur vt peccet.* Peccatum quidem Ieremiæ lacrymis deploratum. *Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam.* Ideo etiam Cyprianus [b], *Qui peccantem blandimentis adulantibus palpat, peccandi fomitem subministrat, nec comprimit delicta ille, sed nutrit: at qui consiliis fortioribus redarguit, simul atque instruit fratrem, promouet ad salutem.* Et ad sinapis naturam alludens Hieron. [c] ait: *Ille est doctor Ecclesiasticus, qui lacrymas, non risum mouet, qui corripit peccatores, qui nullum beatum, nullum dicit esse felicem.* & alibi, *Docente*, inquit, *te in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscitetur: lacrymæ auditorum laudes tuæ sint.*

a Serm. 6.
Thren. 2. 14.
b Lib. de lapsis.
c Lib. 2. in Isai. & ad Nepotianum de vita clericorum.

8. Excandescitque & acriter inuehitur super verba Isai. *Caupones tui miscent vino aquam*; quibus adiunge sequentia verba, *Homicidæ ibi in iustitia habitauit*, Septuaginta habent, vt ait Hieron. & codices Sixtiani, *dormiunt*, Hebraicè *ialim*, *hospitata est*, seu *morata.* id est, vbi iustitia quieuit quondam molliter, & sine strepitu, aut interpellatione tanquam in proprio lecto, ibi nunc quieti dormiunt sine vlla perturbatione & metu latrones & homicidæ. *viuen en paz los homicidas y se van a la cama como en meson donde ayer durmio la reyna del mundo la Iusticia se acuestan sin miedo: por que el huesped que es el propheta no los despierta.* Imò vt vendat vinum verbi Dei miscet aqua, vt obseruat Nazianzenus [d], quia cùm ex verbo Dei lucrum quærunt, Euangelium suæ cupiditati aut ambitioni seruire faciunt, quod suo spiritu & commendatione tanquam aqua frigida ita diluunt, vt robur non habeat. Hi sanè cauponantur verbum Dei, & quæstuariam artem habent. Præterea condimento sinapis, quod non ad delectandum, sed ad mordendum & resecandum apponitur, delectationem illi potiùs aucupantur. *Non sic ego* (inquit Bernardus [e]) *illius doctoris libenter audio vocem, qui non sibi plausum, sed mihi planctum mouet.* & Cyprian. [f] *Accipe non diserta, sed fortia, neque ad audientiæ popularis illecebram culto sermone fucata.* & Chrysostomus [g], *Hoc*, inquit, *Ecclesias Dei subuertit, quoniam neque vos sermonem quæritis audire compunctiuum, sed qui delectare sono valeat, & verborum compositione tanquam citharœdos audientes; & nos segniter & ærumnosè vestras sequimur concupiscentias, cùm sit opus eas excidere: & idem sit ac siquis pater frigido & plus debito molli filio, licèt ægrotanti, placentam offerat, & aquam frigidam, & incusatus à medicis dicat: Quid faciam, non sustineo flentem puerum cernere, miser, & infelix, & proditor?* Hi quidem rectè dicuntur *adulterantes verbum Dei, no se casan con la diuina palabra si no amancebanse con ella.* qui enim pellicem sibi assumit, non filios, sed oblectationem prætendit, non gloriam Dei, sed plausum aucupantur: vnde contra hos eadem vox maledictionis vim habet, atque contra Ruben [h]; *Non crescas, quia ascendisti cubile patris tui.* vbi acutè Rupertus [i], *Ruben similis est qui torum Dei Patris, id est, plebis eius regnum adultero introitu ascendit, scilicet non audientium salutem, sine profectum, sed gloria sua quærendo voluptatem; quemadmodum iste ascendendo Patris sui cubile, non exinde generare sobolem, sed proprij corporis quæsiuit explere libidem.* Defraudatur etiam effectus verbi, & sinapis, quia solis verbis in sterilitate operum seminamus. Vide sinapis virtutem, vt grauiter notauit D. Chrysostomus [a]. Perge, ait Dominus, Azaria, & audacter loquere ad Oziam. *Egredere de sanctuario, non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum Domino, sed sacerdotum*, vide libertatem: vidit regem, sed non vidit diadema, Oziam vocat, non regem. Seminat aliud verbum in Aiæ lingua, & contenta voce coram Ieroboamo inter lapides altaris mittit sinapi, *Altare, altare, audi verbum Domini.* & statim dissoluto altari lapides in diuersa abierunt. Extendit brachium rex in Prophetam, & aruit brachium eius. Pungit & mordet cor regis, & ad pietatem mentémque meliorem conuertitur rex, & reddita est illi manus. Vide quanta & quàm breui tempore mirabilia patrauerit verbum Dei. Pergit inde Propheta, & contra Dei præceptum cum Propheta Samariæ cibos sumit, & statim à leone interfectus est. Nos quidem, ô Dei verbum, terribilitatem, soliditatem & vehementiam tuam, mirabilésque effectus debilitamus. *In Prophetis Hierusalem vidi similitudinem adulterantium, adulteran y des virtuan el vino picante de la mostaza con la mezcal del mal exemplo.* His & aliis iam sinapis ignea virtus nares & linguam accendit. Pergam igitur vos arguendo, obsecrando, & increpando, quæ munera sinapis sunt, vt ait Paulus.

Cap. 1. 22.
d Apologet. ad concionatores. Ambrosius Psalm. 118. serm. 12.
NOTA. Vide Nazianz. orat. in Iulianum, *Nihil molle*, &c. Bern. epist. 7. *Vereor displicere*, &c.
e Serm. 59. super Cantica.
f Lib. 1. epist. ad Donat. & in hæc verba Cypriani August. lib. 4. de doctrina Christiana. cap. 14. *Amertat Deus*, &c.
g Hom. 38. & hom. de sacerdotio 5. *Aures suas*, &c. vide etiam Chrysost. hom. 4. ad verba Isai. *Vidi Dominum*, in fine tom. 1. & hom. 5. *Non appellauit*, &c.
h Gen. 49. 4.
9.
i Lib. 9. in Gen. cap. 26.
a Hom. 4. ad verba Isai. *Vidi Dominum*, in fine tom. 1.
2. Paralip. 26. 18.
Ier. 23. 14.

Quod minimum quidem est omnibus seminibus, &c. Principio igitur ad ea quæ persuadere conabor, quasi fundamentum præiaciendum est, quod è nostris Doctor venerandus obseruauit, communi & inuiolabili lege statutum esse ab auctore naturæ, & quæ solùm in Adamo exceptionem habuit, res nempe omnes, etiamsi processu temporis in magnam molem aut proceritatem deuenturæ sint, ab exiguis principiis ordiri primordia, & quasi cunabula pueritiæ experiri, sic amnes, sic plantæ, sic animantia, sic regna augmenta suscipiunt. Huic vniuersitati multæ aliæ consequentes sunt. Prima, vis esse diues, à paruis incipe, & æstima minutiora. Secunda, vis Christianus esse, à ministris incipe, & parua ne contemnas. Tertia, vis à malo recedere, caue modica, & fuge leuiora. Quarta, vis denique salutem consequi, parua ne despicias, in lege enim ista communi neque erga regnum suum Christus dispensauit, sed ait, *Simile est regnum cælorum grano sinapis.* imò neque secum dispensauit, infans enim nasci voluit, qui Patris erat brachium, & vermi se comparauit qui regnat in cælo. *Ego autem sum vermis, & non homo.* &, *Hæc dicit Dominus ad contemptibilem animam.* vbi de Christo ad litteram sermonem esse putant Doctores.

10.
Marc. 4. 31.
P. Salmeron hic.
SVBDIVISIO DISCVRSVS.
Matth. 13. 31.
Psalm. 21. 7.
Isai. 49. 7.

11. I. Vis breui tempore fieri locuples, ne contemnas parua & viliora. Huius doctrinæ eximius prædicator est auarus, qui sæpius increpat iuuenes, quia omnia prodigè dispendunt. Sed heus cupide, non ego faueo parcitati tuæ, sed prodigos moneo, & rationem ordinémque domus suadeo. Disce hoc ex mercatore, qui cùm se vxorem, filios & amicos splendidè ornet, multaque pro oblata occasione impendat, omnium tamen rationem subducit, & leuissimas res in codicem

Parua non contemnenda etiam temporalia.

dicem

decem refert. Facit in hanc rem immensus ille sumptus serui illius regis, qui, vt ait Dominus, debebat decem millia talenta, quæ nullo modo decoquere potuit, nisi largo & insano sumptu: at cùm à rege oppressus ipsum & vxorem & filios venundari videt, subitò locuples fieri putauit, & quânam ratione? Inuenit conseruum qui debebat ei centum denarios, quem ita oppressit, vt pænè suffocarit, donec extorqueret debitum, habens quidem pro comperto, quod frequenti sumptu deperditur non posse nisi minimorum cura resarciri. Et quid memoro seruum, rex ipse cùm iuxta mare regale illud instruxit conuiuium, post saturata tot millia non alienum à larga & omnipotente manu putauit ea colligere, quæ supererant ex hordeaceo pane fragmenta, *colligite fragmenta.* per hoc enim & fides miraculi, & gratitudo ac memoria beneficij augebatur. Interroga obsecro patresfamilias, qui secundùm rectam viuendi rationem sua moderantur, facileque competies non tantum familiæ splendorem in his quæ prodigunt consistere, quàm in his quæ prouidè seruant.

12. II. Etiam parua ne præteteas, si bona sunt, & spiritualia, in his enim regnum cælorum consistit. Si enim sapientia Patris, ait Chrysologus[a], quærens in cælo & in terra nihil inuenit nisi granum sinapis, in quo potentiam totam supernæ dominationis includat, & totum illud regnum singularitate potens, æternitate felix, diuinitate fulgens, diffusum toto cælo, tota terra dilatatum, in grani sinapis conclusit angustias; quis parua si spiritualia sint contemnat, cùm semina sint æternæ vitæ, vt de gratia dicere solet D. Thomas, semen esse æternæ vitæ. Dicam parua frequenter peccata expiare in confessione? Sed qui potest esse paruum quod quia semel non præstiterunt, multi æternis sunt addicti flammis. Appellabo paruum, panem ex pietate erogatum? Sed qui potest esse paruus, qui visus est pænè ab inferis reuocare damnatum, & sententiam delere multis iniquitatibus promeritam. At fortè parua licet vocare, sacros globulos piaculares orando percurrere? Absit, quot enim animas beatissima Virgo ab inferni faucibus reuocauit? Vocabo parua verba concionatoris? Sed quis audeat vocare exiguum granum verbum quod in aure Antonij seminatum deserta impleuit, & immensos Christo fecit prouentus? Dicam paruum & contemnendum somnum, si bonum & sanctum est? Minimè, dum video in somnis vnum sinapis granum in humilem Franciscum missum, mirabili prole per vniuersum orbem propagari: at saltem lectionem libri sancti per otium, parum est. Sed ô Ignati Pater, quid te de sæculi militia saucium ad vera prælia animarum traduxit? vnde exordium habuit hæc arbor quæ ramis suis per vniuersum latè diffusa diuagatur? Nihil, ô Christiane, leue, nihil contemnendum. Quid si somnum contempsisset Pharao? septem annis fame vniuersum regnum consumptum periisset: *si dixera sueño es no ay que haçer caso pereciera toda Egipto.* Vna tantùm hora expectare noluit Saul Samuëlem ad offerendum sacrificium, & inde eius & regni ruina ortum habuit. *Stultè egisti* (inquit Samuël) *quod si non fecisses, iam nunc prosperasset Dominus regnum tuum super Israël in sempiternum.* Ratio autem non spernendi modica in spiritualibus ea est, quia Deus decreuit virtutem in infirmitate, sapientiam in ignorantia, & regnum in grano sinapis abscondere. Quis enim putaret mirabilem illam virturem Samsonis tenui capillo consistere, quod ipse suo damno deprehendit, cùm abraso capillo Dei fortitudo ab eo recesserat, *nesciens quod recessisset ab eo Dominus.* O quis non Samsonem, sed peccatorem in inferno rogaret vnde æternum malum ortum habuit? ab vno crine prauæ cogitationis, ab oculo petulantiori, ab omissa inspiratione, aut criminis confessione, *nesciens quod recessisset ab eo Dominus.* Verum dicis, ô nescia anima, sed quàm sæpe monuimus te negotium salutis, eiúsque regnum in minimis consistere, & ab exiguis magnos sumere progressus.

a Serm. 98.

Parua ne prætereas in negotio salutis.

In chronica D. Francisci.

Gen. 40.

1. Reg 13. 13.

Iudic. 16. 20.

13. III. Vis à malo recedere, fuge etiam leuissima, in his enim dæmonis etiam regnum consistit: tam enim est parcus, vt si te in damnationem trahere possit sola cogitationis culpa, nusquam curabit te in opus malum adigere. Est ergo praua cogitatio granum sinapis, quod si imaginatione suscipis, consensu excipis, & voluntate foues, in opus cæcum & amentem ruere facit. Est, inquit Gregorius, in mente nostra sicut domi esse solet prunarium multis carbonibus plenum, à quo nemine insufflante repentè scintillæ in omnem partem erumpunt: hi sunt primi motus, quos vix possumus impedire, accedit autem seruus, dæmon videlicet, *cuius halitus prunas ardere facit.* hoc vltimum liberum nobis est impedire. *Ardet*, inquit, *desideriis animus cùm diaboli suggestionibus instigatur: ardent homines cùm quodlibet temporale appetunt; quia nimirum vrunt desideria, toties Leuiathan halitus prunas accendit, quoties eius occulta suggestio humanas mentes ad cogitationes illicitas trahit, & tanto ignis suasionis illius amplius incendit, quanto se ei ad consentiendum molliorem quisque prabuerit.* Inprimis enim cogitationes istæ stultè fouentur in anima, cùm ad opus minimè pertingant; sed sine fœnore peccat turpis anima, quamobrem ei qui peccauit, & dixit in corde suo, non est Deus, nomen insipientis aptatur, dixit insipiens, non vocatur hæreticus à sacra Scriptura, nec sine fronte, & impudens, sed insipiens, quia ex peccato merè interno sibi damnationem molitur. Mitto irreuerentiam, alia enim crimina non Deus tantùm speculatur, sed mundi palatium, & reliqui famuli: at peccatum cogitationis coram ipso rege tantum fit, & in eum rectà tendit offensio, ardétque Deus simili ira atque Assuerus, cùm Aman vidit iuxta reginæ lectum iacentem, *etiam reginam vult opprimere, me præsente, in domo mea.* non erat sufficiens occasio putandi esse adulterum, nec in iure quis adulter iudicatur quòd seorsim cum muliere inueniatur, nisi aliæ circunstantiæ adsint: at verò domus regia, præsentia principis, reginæ dignitas, crimen adaugent, nec enim frustrà suum fatetur crimen Dauid, *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci*, vt fugias maximè culpas, & sacrilegia, quæ vel in Ecclesiis, vel erga virgines Deo dicatas turpiter animum inuadunt. Rogat Abulensis, cur vxor Loth versa est in statuam salis? Quidam respondent, quia curiosè Deum iratum respicere voluit, vt alibi diximus: quidam, quia prauum documentum dedit reliquis retro aspiciendi, & à proposito sancto deficiendi. Sic S. Prosper[a]. Cæterùm ea videtur causa, quia nempe ausa est præceptum irrumpere coram

Praua cogitatio vitanda.

Iob 41. 12. Greg. 33. moral. cap. vltimo.

Esther 7. 8. Textus in cap litteris, de præsumptione.

14.

Psal. 50. 16.

Gen. 19. 26.

a Lib. 1. de prædict. & promiss. c. 16.

Digitized by Google

tam ipso Angelo, cui honos debebatur, sicut Dei ministro & saluatori; quare tu non times in statuam salis conuerti, dum coram tuo conditore in cogitatione delinquis? Præterea etiam, quia ex cogitatione mala opera & iniquæ intentiones nascuntur, quot pedes & brachia putruisse, & cancri morbo laborasse, ac denique præcisa à corpore fuisse, quia leuiter scalpendo vlcus apertum est. Debet igitur anima dæmoni sicut Pharaoni quondam Moyses respondere, *Neque vngula remanebit ex eis: porque con esa no escarbe el demonio y nos haga voluer a Egipto.* nam, vt ait Hieron. [a] *non citò ad maiora progreditur qui etiam parua formidat*; accinit illud Plutarchi [b], *Signum est quòd rectè proficiens nullum iam peccatum exiguum putat, sed omnia studiosè vitat, atque obseruat.*

Exod. 10. 26.

a Ad Celantiam tom. 1.
b Lib. de perfectione virtut.

15. Quamobrem cùm grana ista pullulant, suffocanda sunt, ne postea nobis sint in interitum: vnde Nazianzenus [c] prauas cogitationes vocat primogenita Ægypti, & semen Babylonis, quod oportet allidi ad petram. alludit ad locum Psalmi, quem interpretatur Nicetas ibi. & Ambros. [d] & Chromatius [e], *Verè beatum, & verè euangelicum virum ostendit Dauid, qui desideria & concupiscentias carnis per infirmitatem humanam nascentes statim antequam crescant in ipso natiuitatis exordio per fidem Christi, qui petra dictus est, enecauerit.* ideo prouidè sponsa iubet, *Capite nobis vulpes paruulas.* Dum enim cogitatio mala (ait Origenes [f]) in initiis est, facilè potest eiici à corde: nam si diu permanet, adducit animam ad consensum. Ideoque Eusebius Emissenus, *Euenit (ait) vt qui primo tempore emendare noluerit, incipiat in sequenti nec velle, nec posse.* Occurrit autem huic malo sinapis verbi Dei, debet enim esse tanquam condimentum omnium, quæ agimus, vt calore suo & mordaci qualitate prauæ cogitationes extinguantur. Oportet autem comminuere & considerare verba Dei. *Meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum.* mouet enim sinapis à capite humores, & verbo Dei anima quasi expuit prauas cogitationes. *Pascitur anima cogitationibus suis: la salsa del alma son sus pensamientos buenos y si son malos muere.* Oportet autem diuina mysteria non deuorare, & sanctas cogitationes, & verba ruminare: vnde Sapiens, *Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, vir autem stultus deglutit illud. qual fue mas necia Cleopatra o Antonio, ella en darle vna perla de cien mill ducados desatada o el en bebersela?* Sententiam dicit Sapiens contra te, & contra Antonium. *Stultus deglutit illud, asi os tragais vos las perlas de la palabra de Dios valiendo vn reyno cada vna. Simile est regnum cælorum grano sinapis.* Ideóque marcidus es, & infirmus, quia deglutis, non mandis, nec diuina ruminas.

c Orat. 46.
Psalm. 136.
d 2. De pœnitentia c. 11.
e In cap. 5. Matth. tom. 7. Biblioth. antiq.
1. Cor. 10.
Cant. 2. 15.
f In Cant.
Consideratio verbi Dei.
Psalm. 76. 7.
August. confessio.
Prou. 21. 29.
Matth. 13. 31.

16. IV. Salutem vt consequaris æternam, ne parua despicias. ideo enim secundam de fermento parabolam addidit Dominus, vt intelligas sicut in grano sinapis regnum Dei, sic in exigua panis eleemosyna salutem æternam consistere: nam sicut paruo fermento satis tribus, hoc est, in multam massam intruso, tota tumet & augetur, sic vestræ domus res familiares, bona & terræ prouentus parua eleemosynæ largitione cumulantur. Nam sicut paruæ pecuniæ alienæ quasi fermentum omnia vestra bona corrumpunt, & instabilem reddunt domum vestram (vt aiebat Iob cap. 20. 19. *Quoniam confringens nudauit pauperem, domum rapuit, & non ædificabit eam. non fraguará. Non remansit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius. no dio al pobre vn bocado delo que comia como leuadura, portanto no permanecera* tubien *el Hebreo, portanto no parira* tubien *que la leuadura es la que esponja y leuanta el pan, sino das limosna no crecera tu pan ni tu hacienda;*) sic in paruis rebus regni cælestis adeptio, & rerum vestrarum augmentum consistit. Ideo in vilioribus rebus pretium beatitudinis collocauit: vnde dixit, *Quicumque potum dederit calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam.* quæ verba cùm expenderet D. Leo [a], ait, *Tanta seruis suis Deo præparante compendia, vt etiam præbitio aquæ, cuius vsus gratuitus, atque communis est, præmio non careret.* Vis, inquit Chrysostomus [b], immensam misericordiæ Dei massam tibi fermentare, mitte in eam, & conclude in sinu pauperis paruam misericordiam. *Quomodo enim dices: Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam, cùm tu non secundùm magnam misericordiam miserearis: fortasse autem neque secundùm paruam?* Da igitur non paruam, sed magnam, qui magnam habes massam peccatorum: *non potest autem parua eleemosyna ac leuis misericordia superexaltare iudicium multorum ac grauium peccatorum, quæ sicut onus graue grauata sunt super te.* Miraculum autem fermenti eleemosynæ satis supérque comprobatur, inquit Augustinus [c], conuiuio illo iuxta mare Galilææ tot millibus exhibito. *Saturata sunt tanta millia, & nihil minoratum est, & creuit in eis cibus dum patitur victus; sic eleemosyna si indigentibus erogetur.*

Matth. 10. 42.
a Serm. 6. de Quadrag.
b Hom. 21. in 1. Cor. & videndus est hom. 34. in Gen.
c Lib. 50. hom. hom. 26.

Vale alma fides, nec enim tuam maiestatem contemnam, quia exiguo grano sinapis collatam video; scio enim ex hoc discursu diuina non in magna mole, sed in paruis rebus abscondi. Quamobrem cùm Raymundus Catharinam Senensem rogaret, vt cælestia aliqua, quæ per visum lustrauerat, narraret. Absit, inquit, nec enim minori conscientia peccati id facere, quàm si blasphemiam in Deum efferrem; tam longè enim quæ vidi distare videntur ab eis, quæ possunt referri, vt eorum maiestatem temerare & dehonestare viderer: verè enim *nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c.* quare falluntur homines assuefacti externa specie rerum metiri cælestia, & interna; cùm vix terrena percipiant, quomodo ex vno minimóque grano *fiat arbor, & volucres cæli requiescant*, & habitent in ramis eius. 17.

In vita sanctæ Catharinæ Senensis per Raymundum.
1. Cor. 2. 9.
Luc. 13. 19.

Vale iterum regia maiestas sub exiguo throno grani delitescens, tu es fides *quæ dominaris à mari vsque ad mare*, & quis te in tantas modò redegit angustias? & quis non dolet vicem tuam? vbi est Alexander, qui nouos nondum exploratos orbes deplorabat, nunc maiori de causa inuentos errorum tenebris & hæresum peste infectos plangeret. Euenire cogitaueram Ecclesiæ quod ad Ezechielem iratus Deus dixit, *Ecce ego tollo à te desiderabile. desiderabile oculorum tuorum in plaga*, vxorem, templum: *& non planges, neque plorabis, neque fluent lacrymæ tuæ.* In tantam mentis stupiditatem incidimus, vt, dicente Deo, *Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperij vestri*, longè à lacrymis sumus. *Ora amictu non velabitis, & cibos lugentium non comedetis.* 18.

Psalm. 71. 8.
Ezech. 24. 16.
Ibid. 21.

VERBVM

VERBVM FILII.
Matth. 13. v. 31.

Simile est regnum cælorum grano sinapis, &c.

Regia fides sub ænigmate & forma sinapis, melius quàm Regina Saba, Christum gloriámque veri Salomonis, inuenit, reserat, admiratur.

DISCVRSVS LIII.

1. CVM tot in vno capite parabolas Christum Synagogæ, vel potiùs Ecclesiæ differentem video, Reginæ Saba aduentus, studium illius ardens, & mira Salomonis sapientia, & suauitas, in mentem venit, qua quæstiones, ænigmata, & acutè inuenta symbola, sic clarè & eleganter explicauit, vt fateri coacta sit, secundùm lectionem Septuaginta, *Apposuisti bona super omnem auditionem.* in hoc enim aduentu Reginæ inuenio quidquid ad discursum inueniri posse cogitaueram. Proponitur enim nobis ænigma specie quidem exiguum, & ignobile, mysterio verò & virtute magnum. *Grano synapis* symbolum est, in his autem explicandis & difficultas est, & jucunditas ingeniosorum, ex aptis allusionibus & concinnis comparationibus, quas in his inueniunt; præmium denique & plena rerum notitia, quæ sub ænigmate delitescebat. Quæ omnia optimè in hac arcana disciplina versatus Origenes comprehendit [a]. *Cùm plures sint, verbi gratia, in grano sinapis virtutes, quæ rerum cælestium imagines teneant, vltimus & extremus est iste, qui habetur apud homines in ministerio corporali: lo menos que tiene el grano de mostaza es ser bueno para salsa. habet enim in corporali re imaginem, qua doceri anima possit, & instrui ad contemplanda quæ sunt inuisibilia.*

Ænigma Christi ad instar Salomonis.
3. Reg. 10. 1.
INVENTVM DISCVRSVS.
a Hom. 3. in Cantica.

2. In primis autem vt ænigma sit perfectum, & absolutum, debet aptum esse ad eam rem, quæ affertur, significandam, & licèt in symbolo explicando difficultas sit, debet esse aperto & reserato symbolo, summa claritas, veritas, & conformitas. Hæc duo in nostro ænigmate reperiemus. Nam externa quidem species omnino separata atque à reipsa aliena videtur, vt bene notauit Chrysologus [b]. *Sed quid inuenerit audiamus. Simile est regnum cælorum grano sinapis: quærens in cælo & in terra nihil inuenit, nisi granum sinapis, in quo potentiam totam supernæ dominationis includat.* Præterea autem sic bene proprietates aptantur, vt quàm perfectum sit ænigma deprehendi possit.

Ænigmatis conditiones & proprietates.
b Ser. 98.

3. Prima quæ in certamen venit est Regina Saba, in qua rectè aliarum fœminarum ingenium, Synagogæ etiam curiositas designatur. Primò enim inuidia aliqua tangi cœpit, non puerorum solùm, sed maximè fœminarum, ideo Ambros. Septuaginta sequutus legit, *Beatæ mulieres tuæ, & beati pueri tui qui stant coram te semper.* Præterea præmium assignauit ipsa, hoc enim videtur significare textus, cùm ait: *Dedit ergo regina regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosas,* &c. munera quidem, non dona. nam munus (vt ait Vlpianus [a]) *est donum cum causa, vtputa natalitium, nuptiarum.* Verùm, ostendit etiam regina ingenium fœminarum tenax, & illiberale, & auarum, quod textus ostendit, *Dedit rex Salomon reginæ Saba omnia quæ voluit, & petiuit ab eo: exceptis his quæ vltro obtulerat ei munere regio.* Vbi vides muliebre ingenium postulandi, petendi, appetendi, orandi, exorandi, extorquendi, postquam obtuleris, dederis, donaueris. Est præterea mulier garrula & percontatrix, non minus quàm audiendi & sciendi auidissima, *& ita locuta est vniuersa quæ habebat in corde suo.* & propterea *docuit eam Salomon omnia verba quæ proposuerat.* Videre videor Saram pro muliebri ingenio post ostium tabernaculi clanculum audientem colloquium Angelorum cum Abrahamo, quæ curiositatis prurigo iam tunc videtur potuisse notari, cùm ex nomine Saræ litterulam expunctam voluit Deus, nomini verò Abraham additam, quasi fœminas vellet Deus minus sciendi curiosas, id est, pauciorum litterarum, at verò viros litteratiores.

3. Reg. 10. 1. *Fœminei mores.*
P. Pineda hîc lib. 5. de rebus Salomonis c. 14. num. 40.
3. Reg. 10. 10.
a Leg. interdû. de verb. signific. Tiraquellus lib. 9. connubialium num. 43. 44.
3. Reg. 10. 13.
Noluit Deus mulieres litteratas.
Gen. 18. 10.
Gen. 17. 5. 15.

4. Putauerant tres summi Doctores soluisse ænigma, Hilarius, Chrysologus & Nissenus: anteuertit autem illorum ingenia Saba Regina, quæ non exigua grani sinapis specie delusa ibi absconditam Christi maiestatem & regnum penetrando cognouit. Ait igitur, *Simile est regnum cælorum grano sinapis*, tu es ô mi Salomon, qui sub tenui specie contineris, tuum regnum, nempe Ecclesia in grano sinapis est significata. Rectè quidem ô Regina, sed opus est omnes proprietates accommodes. Placet, inquit. *Venter tuus eburneus distinctus sapphiris.* Tu quidem ô rex & homo es, & Deus, nam pectus tuum, hoc est, humanitas eburnea est; bene quidem per os elephantis designata, brutum enim hoc accedit maximè ad hominem ingenio, instinctu & docilitate: attamen *distinctus sapphiris*, non plenus, quia licèt non omnino diuinitas sicut caro manifestatur, translucet tamen per sapphiros, hoc est, per opera theandrica, & Dei viriles operationes, vt ait Dionysius, in quibus distinguitur diuinitas ab humanitate. Certè regina deprehendisti sub grano sinapis maiestatem Christi, iam serò accedunt Doctores, sed eos auscultare operæpretium erit. Hilarius [b], *Grano sinapis* (inquit) *se Dominus comparauit. granum hoc postquam in agro satum fuerat*, id est, *vbi à populo comprehensus & traditus morti tanquam in agro satione quadam fuit corporis consepultus, vltra mensuram omnium olerum excreuit, & vniuersam Prophetarum gloriam excedit.* Nec minus eleganter & percommodè explicat ænigma Chrysologus. *Nam sicut in integritate grani sinapis virtus habetur occulta, apparet verò virtus eius vehementissimè, si teratur; ita Christus corpore teri voluit, qui suam noluit latere virtutem.* & nos fratres teramus istud granum sinapis, vt eius vim in hac similitudine sentiamus. *Christus Rex, quia tota ipse est origo regnandi: Christus Regnum, Christus homo, quia totus homo reparatur in Christo; Christus granum sinapis, vnde magnitudo tota Dei, tota hominis exiguitate minoratur.* Tertio loco Paulum audiamus. *Et manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu*, &c. magnum? quid

Christus ænigmaticè latet sub specie grani sinapis.
Cant. 5. 14.
b In hoc cap. Matth. 13.
5.
Christus granum sinapis.
1. Tim. 3. 16.

quid ais Paule, nónne grano sinapis comparatur? magnum, inquam, ait Paulus, virtute, substantia & qualitatibus, est enim *sacramentum*, hoc est, mysterium, & arcanum diuinum, quod *manifestatum est* in carne; quid ais? imò caro eum obnubit, & abscondit, respondet tamen verè Deum apparuisse in carne: nam sicut ignem neque in sua sphæra, neque in silice videmus, at cùm in materia recipitur, statim apparet, & flammam excitat; & sicut inuisibilis & incorporea anima nulla ratione sensu capi posset, at semel in corpus ingressa suis se mirabiliter actionibus manifestat, dum loquitur, audit, ratiocinatur: sic Deus ille ab humano penitus sensu remotus cùm semel humanitatem apprehendit, ea ratione qua putares occultandum, eadem manifestatus est in carne. *Iustificatum est in Spiritu.* Putaret quis cum carne carnis vitia induisse, aut sub tenui & exigua specie hominis non posse virtutem Redemptoris inesse, remouet hoc à mente Paulus, quia & Spiritu sancto conceptus, & in spiritu baptizatus, & in cruce vim grani sinapis efficaciamque declarauit. Sibi iam quisque imputet si negotia salutis amiserit, quia *iustificatum est* negotium *in spiritu, Dios a hecho de su parte, y saneado su prouidentia.* Sicut Matth. 11.19. *Iustificata est sapientia*, hoc est, prouidentia Dei, *à filiis suis*, erga filios suos, id est, iusta, declarata, & absoluta, & ab omni calumnia libera. Itaque ænigmatis symbolum externum terret, & auertit mentem, at proprietates declarant; quis enim non admiretur infantem videns in præsepio, quem canunt Angeli? quis in hostia non stupet arcanam deitatem & humanitatem? Sed distinguitur sapphiris, hoc est, ex cælestibus virtutibus & proprietatibus dignosci potest, non plenè, sed distingui, *distinctum sapphiris.*

6. Verumenimuero dum iam ænigma reserauimus, nucleum eius, hoc est, Salomonem Christum cum oblectatione ruminemus, est enim sinapis granum, cogitatione atterendum est, vt mentem cordaque accendat. Ridebant gentes, mirabantur Iudæi tenuitatem eius, nec erat qui eum spirituali intuitu penetraret, *vbi scriba*, &c. at cùm creuit, & à terra eleuatus est in crucem, & cum protensis ramis, hoc est, Apostolis (vt ait Hilarius [a]) mundum inumbrauit, in eum gentes in spem vitæ aduolabant, & à diaboli flatu spirituque vexatæ tanquam in ramis arboris requiescebant. Quò etiam respexisse videtur Dauid, *Et ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra, quam fundauit in sæcula.* Comparat vnicornio, quia, vt ait Genebrardus, & alij, ædificat domum suam cornu illo quod in formam crucis habet, hoc enim in Christo mirabile admodum fuit, vt crucis despicabili instrumento Ecclesiam suam quasi palatium ædificauerit quantum ambitiosissimè fieri potuit, simile altissimis regum, ac superbissimis palatiis, instar arcis præclaræ, in quo omnis generis animalia requiescunt, vt eloquenter prosequitur Chrysologus [b]. *Hoc itaque granum sinapis in hortum suum misit Christus*, id est, *promissione regni sui, quod radicatum est in Patriarchis, natum est in Prophetis, creuit in Apostolis, in Ecclesia fecit arborem magnam, multiplices fecit in donationibus ramos, quos enumerat Apostolus dicendo: Alij datus est sermo sapientiæ, alij verbum scientiæ, alij cura sanitatum, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum*, &c. Rogo tamé ô Regina Saba,

Christi mysteria ruminanda & cogitatione emollienda.

a Ibidem.

Psal. 77. 69.

Crux Christi Ecclesiam ædificauit.

b Suprà.

quo pacto potuisti coniectare sub grani forma inesse Christi maiestatem? respondet cum Paulo, *Manifestatum est in carne.* Qua ratione caro manifestauerit Christum, Isaias indicauit, cui di- 1. Tim. 3. 16.
7. ctum est, *Sume tibi librum grandē, & scribe in eo stilo hominis.* Certe subobscura esset pagina quæ di- Isai. 8.1.
uino stilo exarata esset, at decreuit mutare stilum, vt posset à populo percipi. Sicut concionator qui supra captum auditorum loquens, admonetur, vt humanius loquatur: Hispanè *que humane el estilo*; ita decreuit Deus, *stilo hominis*, hoc est, per filium suum in carne manifestare seipsum, quod in cruce præstitit dum attritus quasi granū sinapis, extentus, nudatus, confossus, clauisque confixus, virtutem suam ostendit, humanā, ad tolerandum, diuinam, ad saluandum: quod ita manifestatum est in carne, & in cruce, vt ad Galatas ira exardens scribat, *O insensati Galatæ* (licet enim parenti & verbis & verberibus castigare filios *) *quis vos fascinauit*, conuitium iam emollit vestram cæcitatem, fascino Iudæorum tribuo. *Ante quorum oculos Iesus Christus præscriptus est in vobis, crucifixus* (corrigit cum Romana, alij enim, inter quos Anselmus, legunt *proscriptus*, id est, præ oculis vestris scriptus, &, vt Syrus, *pingendo depictus est in vobis*, id est, ante vos, in oculis vestris Christus crucifixus, *quien ignora ya a Christo, a su fee, a las virtudes despues que Christo se manifesto en la cruz?* ego enim in prædicatione mea quasi viuam imaginem Christi expressamque ostendo: vnde igitur vobis ista ignorantia subiit? nam si rustico librum ostendas, & optimis characteribus leonem, aquilam, scripta ostendas, mirum non erit nihil percipere: at si hæc eadem optimè & ad viuum exprimeres penicillo, vecors esset & amens qui non cognosceret ea. *Ecce igitur quasi pingendo pictus erat* (Syriaca) *coram oculis vestris Iesesena Meschicho crucifixus.* nónne ille est aquila in cælum volans, nónne agnus moriens, nónne leo resurgens? *O insensati! ò mente destituti!*

Deus per humanitatem se manifestauit.

Cap. 3. 1.

* Sic notat Gregor. 3. par. pastoral. c. 8.

Stultitia Christianorum. . .

Error iste à Iudæis in Galatas effluxit, qui non 8.
sicut Deum cognouerunt, *no le supieron mirar al grano de mostaza.* opus est enim in bono lumine quasi imaginem intueri Christum. *hacele agrauio la pintura el que no la mira a sus luces. In quibus* (nempe in damnandis) *Deus huius sæculi* (dæmon) *excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Christi* (appositiuè) quia per Euangelium glorificatur, quasi dicat, mundus ab Apostolis fidei lucem accipit, si à Christo, sicut Moyses ab Angelo, qui Christi typus erat, Christus à Patre quasi lumen de lumine, & radius à sole; & cùm hæc imago viuis coloribus expressa, & miraculis illustrata sit, hi qui pereunt sic infuscasse videntur splendorem eius, vt vix percipi possit à gentibus, & ita subdit, certum esse illos cæcutire, vel ænigma terruisse eos externa specie: nam ecce nos videmus, & virtutes in Christo crucifixo discernimus. *Ipse enim illuxit in cordibus nostris.* cùm ex infidelibus nos fideles fecit, *ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi Iesu*, vel, vt legit Syrus, *in persona Iesu Christi.* facilè enim cognoscitur quisque per faciem, maximè autem in bono lumine; ita qui ignorant Christum, non in bono lumine contuentur, scilicet fidei. & inde prouenit, vt

Christum . . . lumine . . . est . . .

2. Cor. 4. 4.

Ibid. 6.

Fiat arbor, & habitent in ramis eius, &c. Igi- 9.
tur mirabile non quòd Regina Saba in palatio Mat. 13. 32.
vidit

vidit Salomonis, sed quod in grano sinapis experimur, vt nempe Christus crucifixus palatium sit amplissimum, in quo omnes fideles requiescant, & *beati sunt qui habitant in domo tua.* Quod clariùs expressit Ioannes in Apoc. cum vidisse, ait, agnum stantem, tanquam occisum, viginti quatuor senu stipatitio graui, & odoramẽtorum fragrantia, & modulantium vocum cum citharis suis sono delinitum, &, quod maius est, aderant quatuor animalia similibus suffimẽtis & citharis personantia in cælo iuxta agnum. Quis enim est iste agnus stans, nisi verus ille agnus, qui stare videtur in cruce, *& tanquam occisus*, quia præsentem exhibet passionem; & quid agit mors? Videas modò cum Primasio, & aliis. Nónne mirabile sedem habere in cælo animalia iuxta thronum agni? fœtorem stabuli in odoramenta conuersum esse? mores & conditiones commutasse in diuinas, & voces, laudes, pietatem, & obsequia? angelico more exhibuisse? hoc totum præstat illa mors, videlicet qui præstat nobilitate alas demittit, cùm nudum aspicit agnum Iesum, & leo rugiens odio & ira leniat animum, & inimicum amet, cùm videt agnum pro inimicis orantem, & bos quidem rusticus agricola, volat. O rem mirabilem! transcendit humana, credit diuina, suaues odores orationis mittit, & laudes in cælo decantat. Homo denique nudus, & de paradiso exul reuocetur ad gratiam, & merita meritis agni associata in hæreditatem referant? hoc est, ænigma, sed reseratum iam atque in cælo decantatum. *Dignus est agnus qui occisus est aperire librum, & septem signacula eius.*

Christus amplissimum palatium omnes capiens.
Psal. 83. 5.
Passio Christi ferinos mores commutat.
Vide P. Viegas.
Apoc. 5. 12.

10. Habes quid admireris in grano isto (Saba Regina) & resumere spiritum potes, nam licèt magna sunt quæ apud Salomonem vidisti, dum tu Regina, (à qua vtpote Regina & sapiente longè abesse debebat admiratio, vt notauit Chrysologus) admirabunda cuncta contemplaris: maiora enim ostendam. Vidisti domum, cibos, habitacula, seruorum ordines ministrantium, & holocausta. Siste gradum, vide cuncta hæc in minimo grano sinapis collocata. Audi namque obsecro, œconomum domus Dei Paulum, qui Ecclesiam cunctamque Christi gloriam in verbo Dei consistere prædicat. *Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portántque omnia verbo virtutis suæ*, vocat *verbum Dei*, hoc est, granum sinapis *verbum virtutis*, non apparentiæ, non vanitatis, sed substantiæ. *portans omnia, el que lleba en peso la casa.* & in Græco est *fert*, quia denotat, vt ait Chrysostomus, cuncta gubernare, non portando, hoc est, cum negotio, sed fert, hoc est, facillimè, & sine negotio. In verbo igitur est tota domus, & verbum est granum sinapis, quis dicat? nisi qui nouerit res diuinas non prima fronte quanta sint ostentare, prodiit Babylon inscripto in fronte, *Mysterium*: at intus nihil gestabat; Ecclesia verò externa fronte, *granum sinapis*, intus verò mysterium regni Dei. *Vobis igitur datum est nosse mysterium regni Dei*, nempe quantum sit virtutis & efficacitatis in hoc grano, verbi Dei. Sunt enim in illo quatuor quasi elementa huius mystici regni, & totidem mysteria, quibus membra Christi efficimur, vt cohæredes simus regni in ipso. Primò enim sinapis claudit mysteria fidei quæ credenda sunt. Secundò præcepta & consilia operi mandanda. Tertiò quæ in oratione postulanda. Quartò quæ in Sacramentis nobis proponuntur suscipienda. quæ quatuor, quæ & efferuntur, & formantur verbo, sub grano sinapis continentur.

Mirabilis dignitas Christi & fidei.
Hebr. 1. 3.
De grano sinapis prædicatione comparato vide in thesauro absendito in hac Dominica in classe Societatis Iesu.
Luc. 8. 10.
SVBDIVISIO DISCVRSVS. Mysteria Christi in sinapi continentur.

Primò fercula deuoranda auditu proponuntur, & credenda mysteria fidei. *Si habueritis fidem sicut granum sinapis*, &c. in quæ verba Hieronymus [a] non portionem fidei in grano sinapis significat, sed totam fidem esse commemorat, sicut Paulus, *Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam*, &c. magna ergo est fides, etiamsi exiguo grano conferatur. Aquilæ enim Christianæ docetur non corticem, sed medullam cedri, hoc est, substantiam credere, edere & confiteri, *deuorando* tamen; ideo enim, vt ait Nissenus, lacti in vbere hausto comparatur. *Meliora sunt vbera tua vino*; vinum publicè, lac verò secretò puero stillatur, quod in sinapi manifestum est. nam terræ integer amandatur, & deuorandus datur Ioanni liber in Apocalypsi non examinandus. Quæ inde virtutes operatum sit hoc granum, refert Paulus, *Sancti per fidem vicerunt regna.*

Luc. 17. 6.
a Cap. 41. Ezech.
1. Cor. 13. 2.
Cant. 1. 1.

Secundò fidei consequens est operatio, lex enim nostra non in sapientia verbi solùm est, sed in virtute: leges autem istæ & præcepta rectè operandi sicut sinapis atterenda sunt, vt possint in particulari impleri, *deciendo a lo particular el legisladior. Memento quòd sabbata mea custodias*, vt bene notauit Philo [b]. quæ licèt præcepta tam negatiua, quàm affirmatiua mordent, prosunt tamen, & condimento amoris etiam amara comedi possunt: *al predicador le toca suauizar esos preceptos y molerlos como el thimiama in minutissimas partes in aureo mortario cordis.* Ezech. Assume verba mea in corde tuo. *y por si se hacen pesados esos preceptos se anande la leuadura en el Euangelio, y la memoria de los que an guardado la ley*, Ecclesiastici 44. *el bueno y mal exemplo son como leuadura modicum fermentum*, &c. 11.

b Lib. de Decalogo.

Tertiò oratio commendatur, quæ debet esse granum sinapis, ne videlicet sint multa verba, sed plena virtutis, & affectus, & vna postulatio, quæ omnes comprehendit, *Fiat voluntas tua. Ne multa loquaris in oratione.* & Chrysostomus, *Breues & crebras Christus & Paulus orationes docuerunt*, sicut sagittæ à bene curuato arcu; maximè autem oportet meditari & atterere in mente sinapim, vt exardescat ignis, vt simul petat, & simul oratio eliciat lacrymas.

Matth. 6. 10. & Luc. 11. 2.
Eccli. 32. 13.

Quartò denique Sacramenta, quæ verbo conficiuntur, grana sunt sinapis, maximè Eucharistia, in cuius exigua particula totus continetur Christus, & communio quædam seminandi, & inserendi ars est. *Erumpit radix eius vt Libani*, & crescit in arborem grandem, nos Christos mysticè constituens, & quasi deificans, *vnumquodque facit semen iuxta genus suum.* O Christe amantissime, tu verus es ille Salomon, portans omnia virtute verbi tui, tu factus es in condimentum omniũ quæ amara videbantur. Quamobrem Paulus nullam spiritualis doctrinæ buccellam dabat, nec sumebat, quam tuo nomine non condiret. Quæ est vita tua? *Mihi viuere Christus est.* quæ tua sapientia? *Scio & confido in Christo Iesu.* quis te in vinculis tenet? *Ego vinctus Christi Iesu.* in quo resurges? *In Christo Iesu.* quæ tua gratia? *Dei Christi Iesu.* quæ tua gloria? *Nulla nisi in cruce Christi Iesu.*

Osee 14. 6.
Gen. 1. 12.
Philip. 1. 21.

VERBUM SPIRITVS sancti. Apoc. 2. v. 26. & 27.

Et qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes, & reges eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur.

Milites suos ad bellum instruit, & gloriosam reportare victoriam docet: verbo suo, & virga, sublato mortis timore, gentes regendas esse & subiugandas predicit.

DISCVRSVS LIV.

1. ADMIRABILIS diuini verbi victoria in gentium innumerabilium conuersione, quæ in gloriosissima expeditione ostensa est Ioanni, etiamsi speciem copiosissimi exercitus cælestis habeat, qui plurimo constabat equitatu, & equites quidem bysso alba ac munda induti, equi verò niueo colore distincti, (Apoc. 19. 11.) Velim tamē quatuor nomina summi Ducis Christi attentè intuaris, & profundè contempleris. (*Christi quatuor mirabilia nomina.*) Vocabatur enim *fidelis*, *& verax*. Et in diademate gestabat nomen, *quod nemo nouit nisi ipse.* Præterea dicebatur *verbum Dei*, ac denique *in vestimento & in femore suo scriptum, Rex regum, & Dominus dominantium.* Fidelis nomen obtinuit, cùm fidem suam liberauit, quam dederat strenuis suis ducibus, dicens, *Et qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes.* id est, magnam vim & potestatem super gentes, *& reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur.* (Apoc. 2. 24.) Est enim virga ferrea perfectissimæ gubernationis Christi, & potestatis Euangelicæ prædicationis symbolum, nomen autem, quod in fronte instar summi Sacerdotis gerebat, *nemo nouit nisi ipse*, quia licèt multa diademata gestat in capite, multósque per prædicationem conuertendos certum sit, tamen solus ipse nouit quot & quantæ sint victoriæ, quot & quanti saluandi sint. At quia gentes omnibus vitiorum maculis conspersæ erant, &, vt ipsa fatetur sponsa, *nigra sicut tabernacula Cedar*, (Cant. 1. 5.) vestitus prodiit veste aspersa sanguine, *& vocabatur verbum Dei.* nam ipse qui verbum Dei est, in sua humanitate maculas nostras suscipiens verbo suo & diuina virtute abstersit, redemit, purgauit eadem ratione, & facili negotio, sicut creauit verbo suo, *cùm ipse dixit, & facta sunt.* (Psal. 148. 5.)
2. Quia verò qui sic credunt in nomine eius, dedit eis potestatem filios Dei fieri, & in reges creari, ideo potestatem istam omnino diuinam, sed paternam, *in femore* denotat, vbi filij & nepotes significantur, sicut, *& dux de femore eius.* (Gen. 49. 10.) Vnde & ipse Pater filiorum Dei dicitur, hoc est, *Pater futuri sæculi.* (Isai. 9. 6.) Talis enim princeps nunquam carebit liberis, totius est regni Pater, Princeps, & tot abundat liberis, quot filiis. His quatuor nominibus expeditio illa respondet, quæ à D. Luca *cap.* 10. luculenter narratur. (*Victoria Christi per suos milites mirabilis.*) Cum videlicet fidelis & verax, qui gentes promiserat suis ducibus, visus est in equo albo cum suis etiam equis similiter albis aduectis equitare, & sicut dux solet primus venire ad belli congressum, & filios quos habet natu paruos secum ad bellum ducit, in tuto collocat, ac securos præstat, ac non tam ad bellum, quàm ad victoriam & triumphum pergunt; ita Christus, inquit Lucas, ipse primus ad prælia verbi præcessit. *Designauit autem & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum, quò erat ipse venturus.* (Luc. 10. 1.) At verò quanto consilio multa diademata gerat in capite, multósque designet concionatores, & nomen earum gentium absconditum sit, quæ saluandæ sunt reticet, numerus designatorum ostendit: nam septuaginta duo præter duodecim designantur, & totidem sunt (si consulis Cosmographos) orbis præcipuæ regiones, *Messis quidem multa. Rogate Dominum messis vt mittat operarios in messem suam.* (Ibid. 2.) Sed quia bellum istud non ense, non hasta, non denique violentia, sed verbo perficiendum erat, ideo omni alio bellico instrumento exauthoratus prodiit, & solùm *de ore eius procedebat gladius vtraque parte acutus, vt in ipso percutiat gentes.* (Apoc. 19. 15.) Et cùm suos concionatores hoc vnico gladio ornauit, omni bellico instructu exuit, & imperat, *Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per viam salutaueritis.* (Luc. 10.) Quòd si vos minimè regna susceperint, & suis imperatoribus contenta regnum Dei, quod annunciatis, vósque minimè susceperint, nolite contristari, Rex enim sum, & regnorum parens, & in femore virtutē habeo generandi & creandi regna. Quòd si exultantes reuertatis, quia dæmonia subiiciuntur vobis, nolite in hoc gloriari: *gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cælis*, (Ibid. 20.) & quia Patrem habetis futuri sæculi multorum liberorum parentem, qui in æterno sæculo, & etiam in isto vos reges constituet, vt iamiam videre licebit.

3. *Designauit Dominus & alios septuaginta duos.* (Ibid. 21.) Opus equidem erat, Domine, diuina tua designatione, & virtute instrui, quos ad Gentes tuo imperio subiugandas mittis: statim enim contra eos armata hominum dæmonúmque acies obsistit. Armauit enim dæmon contra agnos lupos, contra innocentiam malitiam, contra bouem gladium & macellum; tu verò quibus armis instruis tuum militem, certè non aliis quàm *designatione tua*, à qua prouenit quod Paulus intrepidè affirmat, (*Designatio Christi quantam vim habeat.*) *Nihil damnationis est* (hoc est, nihil damni) *his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundùm carnem ambulant, no teman los señalados de Christo que no militan debaxo de la vandera de la carne mundana.* (Rom. 8. 1. SVMMA DISCVRSVS.) Præterea *virgam ferream*, ad domandas & regendas gentes, concedis; in vtroque multa mysteria latent, quæ versanda à nobis sunt.

4. Promiserat *fidelis & verax* discipulis suis Gentium conuersionem in virga ferrea, & præterea in Ecclesiæ gubernatione sessuros super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël, vt exponit Hilarius [a], & author operis imperfecti, quàm alto consilio id factum sit, ex loco Iobi *capite* 5. deprehendi potest. (a In Matth. 19. 28.)

Qui

Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possit implere manus eorum quod cœperant. Hebræi Hispani, *Desbaratador de pensamientos derechos delante de el no haran sus manos sotileza.* & subdit, *In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.* Certè Domine mirabile erit bouem à septem tribulationibus liberare? imò potiùs, inquit, facili negotio idipsum peragam, non aliis armis quàm verbo & virga. Definite, ludat armis suis. *In fame eruet te de morte. Nolite portare sacculum, neque peram. Et in bello de manu gladij* mortem minatur, & armatus ense venit, vos interim omnia ponite arma, *sine baculo, & sine virga. ni baston ni azagaya. à flagello linguæ absconderis.* O Domine, quid poteris obiicere linguæ dicaci & maledicæ; quid? taciturnitatem, *neminem per viam salutaueritis.* Congregat turmam malorum, *vastitatem, famem & bestias terræ*, sed non formidabis: ad hæc autem *nec aurum*, nec argentum in zonis vestris deferatis, & in eos pergite, *sicut agni inter lupos.* nam postquam omnem vim & arma exhauserit hostis, morieris sicut bos plenus annorum & laborum. *Ingredieris in abundantia sepulcrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.* Videtur mihi in hoc dæmoni contigisse quod euenire solet viro perito ludi scachidis, qui cum sciolo aliquo colludit, peritior enim designat vnum ex peditibus, vel equum, quo cum in mente sua ludum & victoriam obtinere meditatur, quo facto concedit illi primam manum, finit technas & industrias meditari, inire prælium, stragem magnam facere, captiuare regem, &c. verùm tacens ipse designato equo aut pedite victoriam eripit. *asi pareçe deja jugar al demonio del cauallo amarillo de la hambre de la Dama de la mala lengua que corre toda la plaça, parece van a dar mate al buey pero no bastan que esta señalado, nihil damni his qui sunt in Christo Iesu.* Designatio enim ista per Christum facta omnes fideles salutem tam corporis, quàm animæ sperare iubet, nec suam quacumque de causa damnationem timere, nisi à fide bonisque operibus discedant: nam non solùm in Christo elegit nos pater, non solùm dux noster est, sed ab illo tamquam à pastore designati sumus. *Ipse enim est quem Pater signauit*, & verè signauit, non accidentali signo, sed substantiali, & diuinitatis charactere, & ab illo signato designantur reliqui: *designare* enim deriuatiuum est, quasi nos omnes suo cuique impresso signo in Baptismo designauerit. Primò vt haudquaquam possimus herum & ducem nostrum fugere ea impossibilitate, quam ostendit Paulus, *De cætero nemo mihi molestus sit, ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.* Nemo Iudæorum me molestet, rogando, simne seruus Christi, an Moysis. nam cuius sim seruus, patet ex stigmate meo. Signauit me Moyses, an Christus? ille circuncisione, Christus vnctione & fidei signo, quasi candenti ferro, ne quasi malus seruus à Domino meo fuga me subducam, & vt possim à quolibet comprehendi. Altè impressa sunt signa, agnoscor à Domino, *& firmum fundamentum Dei stat, nouit Dominus qui sunt eius.* in quam spem nos vocat ipsa sapientia sub nomine fœmineo, vt fœminas in desperationem propensas excitet, & confirmet. *In Sion firmata sum, mas segura estoy que vn monte que tiene raices en el abismo.* Nam etsi in sublimia munera euehar, ero *sicut cedrus exaltata in Libano.* in luctuosis euentibus, *sicut cypressus in monte Sion.* in prosperitatibus, *quasi palma exaltata in Cades.* in contrariis euentibus, *sicut plantatio rosæ in Iericho.* in æstu tentationum, & in hieme tristitiæ, & nuditatis, *sicut oliua speciosa in campis.* in delitiis & abundantia, *sicut platanus iuxta aquas.* in infamia, *sicut cinamomum & balsamum aromatizans.* in morte, *quasi myrrha electa.* in filiorum educatione, *quasi vitis:* vnde tibi tanta securitas? ex præsignatione mei creatoris, & redemptoris. *Ab initio & ante sæcula creata sum, & vsque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministraui: y quien tiene de su parte a Dios, vsque ad futurum sæculum non desinam, le seruire aunque durase la vida vna eternidad, coram ipso ministrabo.* Non igitur est cur formidem, nec desperem; *quare enim morieris domus Israel?* cùm habeas à Paulo *nihil damnationis esse his qui sunt in Christo Iesu designati.* Secundò etiam,

Mirabilis sapientia Dei contra sapientiam mundi.

Iob 5.20.

Ibid. 21.

Luc. 10.4.

Iob 5.22.

Luc. 10.3.

Iob 5.26.

Simile.

5.

Ioan. 6.27.

Galat. 6.17.

Indicia prædestinationis nos ad spem vocant.

6.

2. Tim. 2.19.

Eccli. 24.24.

Ibid. 17.

Ibid. 14.

Rom. 8.1.

7.

Designauit Dominus. hoc est, creauit veros animarum gubernatores, & iudices, & liberauit fidem suam qua promiserat, *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion:* nam statutum erat etiam, *quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem*, vnde virga ista virtutis dicitur, quia potestas Euangelij diuina est, *trahe vara leuantada.* Et licèt contra impios sit ferrea, *& percutiet terram verbo oris sui*, nihilominus tamen in ea perfecta gubernatio per verbum Dei mirificè in virga ferrea declaratur: ferrea autem dicitur non ad terrorem, nec ad seueritatem tantùm, sed ad pefectissimam rationem prouidentiæ declarandam, qua infirmos concionatores instruxit vt bellum inferant gentibus, ipsique à bello liberi, & sine vllo damno redeant. Fac enim in vno gubernatore potentiam, beneficentiam, æquitatem & sapientiam, & patientiam cum comminatione & seueritate esse coniunctas. Hæc omnia verbum Dei præstat, & in eius concionatoribus manifestat: omnia tamen apprimè ferrea virga significantur. Potentia enim quo meliori symbolo significatur quàm ferro: vnde Daniel in ferro repræsentat Romanorum potentiam. Secundò beneficentia ad gubernandum optime ferro designatur, quia ferrum est inter omnia metalla vtilissimum, adeò vt sine cæteris parum aut ferè nihil videatur humanæ vitæ cōmodis deesse: at ferro sublato omnia ferè artiū instrumenta tolluntur. Quare orbis exploratores eo magis minùsve barbaras deprehenderunt gentes, quo plus minùsve ferri ad vsum vitæ habebant. Adde sceptrum Christi Regis nostri ferreum indicare eius beneficentiam, qua sibi paupertatem, non sceptrum aureum, nobis diuitias donauit, & vt nos ditaret, seipsum exinaiuit. Ad æquitatem indicandam optimè ferrum deseruit, iuxta illud, *Virga æquitatis virga regni tui.* Ad sapientiam etiam virga ferrea accommodatur, nam inter omnia metalla ex magnete incredibilem illam sapientiam mutuat, qua sicut intentò digito viam

Luc. 10.20.

Ps. 109.2.

Isai. 2.3.

Christi potestas cur virga ferrea nominata designatur.

Dan. 2.40.

Psal. 44.7. & Heb. 1.8.

viam in medio mari nauigantibus ostendit. Patientiam autem quid significantius quàm ferrum exprimit, vt liquet in incudibus, quæ ita patienter atque constanter impactos malleorum ictus sustinent ac respuunt; quid dicam ad comminationem? non ita est aptus auri splendor, quàm ferrum micans. *Si acuero vt fulgur gladium meum.* & , *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit.* Ad punitionem autem quod aliud potuit excogitari sceptrum nisi ferreum? Vides qua ratione virga ferrea, quæ sonabat durissimum imperium, summam benignitatem ministrorum Euangelij denotat? ideo non dixit, *conteres eos in virga ferrea*, sed *reges eos*, & Hebraicè *pasces eos.* Vnde primò licet cum Chrysostomo [a] colligere, regiam esse maiestatem, & quidem humana celsiorem, quam suis concionatoribus & sacerdotibus tribuit. *Aduersùs omnem* (inquit) *principatum legem trangressus est Ozias, cùm adoleuit incensum, quod sacerdotum munus est, siquidem sacerdotium principatus est ipso regno venerabilius ac maius; ne mihi narres purpuram, neque diadema, neque vestes aureas, vmbra sunt isthæc omnia, sacerdoti thronus in cælis collocatus est, & de cælestibus negotiis pronunciandi habet auctoritatem, quæcumque ligaueris super terram*, &c. Ea denique est huius regiæ dignitatis gloria, vt decreuerit ad eam, ait Iacobus, eligere pauperes in hoc mundo, diuites tamen in fide, & cohæredes regni, noluit enim vt sibi aliquid in tali electione attribuerent, sed totum in diuinam bonitatem refunderent. Ideoque eius potestas & virga dicitur ferrea, non aurea, vt modestiæ memores sint, virga autem vt alludat ad Moysis virgam, vt optimè notauit Theodoretus [b] vocasse Deum Moysem de rubo, vt eum liberatorem populi Israëlitici constitueret, & simul in legatum ad Pharaonem, in cuius conspectu admiranda prodigia in virga erat patraturus, ideoque dixit illi, *Mitte manum tuam in sinum tuum, quam cùm misisset in sinum, protulit leprosam instar niuis.* ait ergo, *Legislatoris manum infecit lepra, & quæ admiranda illa perpetrarat, cùm priùs fuisset leprosa signis diuinis inseruiuit, & elementa mutauit, quæ res Moysem admonuit perpetuæ humilitatis, quando manum eius futuram thaumaturgam, & ipsa etiam elementa commutaturam priùs lepra infecit.* Vide quàm *fidelis* est, *& verax*, & potestatem & virgam, quam promiserat, quàm cumulatè expleuerit.

Deut. 32. 41. Psal. 7. 13.

Psal. 2. 9.

a Hom. 5. in verba Isai. Vidi Dominũ. tom. 2.

9.

Benignitas Regni Christi in virga ferrea denotatur.

Mat. 18.

Iacobi 2. 4.

Exod. 40.

b Quæst. 16. in Exod.

Exod. 4. 6.

10. *Designauit & alios septuaginta duos.* Cùm putarent Apostoli ipsos tantummodo esse in negotio salutis & Euangelij, alios septuaginta diuina excitat manus: vt sciat vnusquisque Deum præter eos, quos nunc habet, alios habere, & solo verbo efficere posse ministros tum temporalis regni, tum etiam spiritualis. Et primò vt de regibus & ministris sermo sit, rogo quare Nabuchodonosori in vna eademque statua quatuor diuersa regna & Monarchiæ metallis quatuor denotatæ monstrantur, cùm possent diuersæ statuæ diuersa regna apertiùs repræsentare? Dupliciter & peringeniosè respondet sibi Maldonatus [c], causam fuisse vt illa ratione significaretur quatuor illa regna non eodem tempore, diuersisque in locis, quasi quatuor statuas futura fuisse, sed eodem loco diuersis temporibus alia ex aliis nascitura, aliaque ex aliis successura, sicut in statua, vt nemo principum cogitet, etiamsi aureum caput sit, ex omni parte esse perfectum, sed ex eadem familia alios illustriores, fortiores, & vtiliores, & viliores etiam futuros, sensímque vel deficere, & à primo splendore desciscere regna, vel in vno capite aureo instaurari. Alia afferri potest ratio quòd Deus voluit docere regem præter suam eius Monarchiam aliam & aliam amplissimam successuram, ne solus se esse somniaret: accidit enim hoc somnium Nabuchodonosori, tum cùm Iudæis, Ægyptiis & Moabitis, vt ait Hieronymus, superatis, solus sibi quasi Monarcha regnare videbatur. Itaque Deus, vt eius superbiam deiiceret, somnum illi accommodatum ad eius cogitationes iniecit: *pensais que sois vos solo? viuis engañado*; ibi enim vbi stas, alij Nabuchodonosores succedent, alij Pharaones, alij Cæsares, alij Romanorum Imperatores. Vide quàm prophana & sæcularis est ista superbia putantis secúmque cogitantis *solum* esse vt Nabuchodonosori culpæ tribuatur, & tam ingenti supplicio plectatur. Transeamus ad spirituales ministros. Putabat Elias, inquit D. Paulus, Dei familiam collapsam omnino esse, & ad summam tenuitatem redactam, cùm aiebat, *Domine* (Israëlitæ) *prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus.* Dixit hoc Elias mœrens, afflictus & ex mœstitia pusillanimis, æstimans omnia perdita esse, & longè deteriora quàm reuera erant, vnde errorem eius statim corrigit Deus, quid ais solus? solus relictus tu? *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal.* Ne putes, Elia, te solum Dei superesse cultorem, reliquos vel esse occisos, vel ad Baal deflexisse, ecce septem millia mea prouidentia & gratia reseruaui, qui me æquè colant ac tu. In hoc enim, inquit Rupertus, agitur honor Spiritus sancti, nempe vt notum sit non vni tantummodo se, sed multis & multimodè communicare. Affert ad hoc historiam Numerorum 11. *Congrega mihi septuaginta viros, & auferam de spiritu tuo, tradámque eis*; & ita factum est, & experimento compertum abundè, cuique spiritum impertitum fuisse, ex eo qui in Moyse erat sine vlla ipsius æmulatione, aut inuidia. *Mira pietas Dei, mira benignitas Moysis: quo enim alio modo meliùs satis populo facere potuit, quatenus non videretur solus gloriari? sed & hoc parum visum est quod septuaginta viros gloriæ suæ participes habere meruit, nisi etiam omnem populum optaret, similiter posse in Domino gloriari? cùm enim currens puer nuntiasset ei, dicens: Heldad & Medad prophetant in castris, statimque Iosue filius diceret: Domine mi Moyses, prohibe eos; ad hæc ille: Quid* (inquit) *æmularis pro me? quis tribuat vt populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum.* Reuertamur ergo ad argumentum D. Pauli. Designauit Dominus & alios, verum est, quasi dicat, Deum vt summè misericors est, hos ante alios designare, & præficere, sed ipsi non putent esse solos, vt aiebat Elias, & vt putabant Iudæi, ex quibus paucos saluauit, vt ad æmulationem eorum intrarent gentes, & cognoscerent non esse solos, vnde hic exclamat, *O altitudo diuitiarum! o, que rico es Dios, sapientia & scientia; o que*

Luc. 10. 1.

Ne putet minister Deũ sua opera multum indigere.

c In Dan.

11.

Rom. 11. 3. *Ne contingat superbire & extolli ministrum Dei.*

Demissio ministrorum Dei gratissima.

12.

Rupertus lib. 5. de glorificatione Trinitatis c. 19.

Rom. 11. & 12.

Ibid 33.

& que sabio es Dios, oportet non plus sapere, &c. Id est, ne quis efferatur, & magnificè de se sentiat, intelligat non exhausisse Deum suam potentiam, cùm duodecim Apostolos elegit, potens est & alios septuaginta designare, & diuersa membra vni eidémque corpori aptare. Vnde bene sequitur,

13. Luc. 10. 1. *Misit illos binos.* Præcauit enim sedulò ne inuidia inuaderet corda ministrorum, qui volunt singulares esse, nec vllum sibi æqualem habere in ministerio, signum manifestum eos non animarum lucra, sed propria emolumenta quærere. Filius enim non fert grauiter si frater eius in communi re & hæreditate paterna industriam & laborem collocet, omnia in parentis & in propriam vtilitatem redundant, *todo se cae en casa.* Si igitur collaboranti inuides, seruus es, non filius, operarius conductus, non hæres. Hæc mutua societas & bona habet communia, & merita, pœnásque tolerabiliùs fert.

Ne tangantur inuidia ministri Dei.

Num. 20. Peccauit Moyses, vel saltem dubitauit circa petram, vbi vox terrifica audita est, ambos arguens fratres. Et licèt culpa Moysis erat, vnio tamen fratris communem fecit esse culpam, & correptionem, atque ambo pariter in tabernaculum intrant, auxilium & veniam postulaturi, & vtrumque corripuit Deus cùm vnius tantùm videatur esse culpa: idem enim timor qui Moysem, è vestigio etiam cor fratris occupauit: ea erat inter eos animorum consensio, nihil enim sic rectè gubernationi opponitur, sicut animorum dissensio inter ministros; & vix Deus diuisionem sensit inter Aaron & Mariam ex vna parte, & Moysem ex alia, cùm eam rescindere conatur Deus immissa lepra, & cum publica mora totius exercitus, & aspera vtriusque correptione, qua sic eruditi & castigati manserunt, vt vna voluntas, sensus vnus, imò vna tantùm manus duorum esset in posterum, vt denotat Psal. 76. *Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi & Aaron: no los hallò mas de vna mano.* Contrà verò, quid eueniet, inquit Dio Chrysostomus [a], familiæ, in qua pater ab eius vxore dissentit, & ab vxore filij, nisi quod naui, in qua nautæ discordant, & hic in terram portúmque appellere, alij alto se committere mari contendunt, hi dant vela ventis, illi in anchoris subsistunt? Quid eueniet tribunali iudicis, si in diuersa tendunt ministri, nisi quod currui duorum equorum, quem in præcipitia ducunt duo in diuersa raptati equi. Et quod maius incommodum litibus hoc nostro sæculo euenire potuit, quàm Aduocatorum & Iurisconsultorum diuersa mens & contradictio, ex hac enim & immortales fiunt lites, & litigantes in summam pecuniæ indigentiam rediguntur, non secus atque contingit in flumine vbi fullones duo conueniunt in plicando & comprimenda sindone. Videas enim in principio linteum aut sindonem tumores magnos habere, & quasi bullas aquæ, vix tamen iste in hanc partem torquet, ille in diuersam contorquet, cùm extenuantur tumores, & tota sindon in summam tenuitatem & siccitatem redigitur. Sic se habent duo & diuersi eiusdem litis patroni, hic mentes textus in vnam partem, ille in diuersam legem contorquet, durat hoc æternùm, & interim tumores crumenæ litigantis resident, & extenuantur. Et quid sequitur si duo con-

14.

a Oratione 38.

Aduocatoris diuersa mentes & indicia quanta incommoda afferunt.

fessarij inter se iudicio dissentiunt, idem certe quod eueniret asino, ad quem soluendum misit Christus Dominus duos ex discipulis, qui si inter se certarent, vt solent confessarij, bene potest absolui, non potest absolui, bestia interim illaqueata manet, & noua impedimenta saluti animarum inferunt, qui ea auferre tenebantur. Contrà verò *frater qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma*, quod dictum Sapientis, *Frater qui adiuuatur à fratre*, facto & mirabili euentu comprobat Nazianzenus [a]. Antiochus Prou. 18. 19. etenim, qui Hierosolymam obsederat, minus fortes, minúsque ad resistendum comparatas inuenit turres & mœnia Hierosolymæ, quàm septem fratrum concordes animos vno tantummodo inter se fœdere charitatis constrictos; ideo veri regis ministri bini mittuntur, vt quæ vnus peccata corripit, corripiat alter, & quam iste morum disciplinam aut orandi modum tradit, confirmet & alter. *binos.*

a Oratione 22.

Et misit eos in omnem ciuitatem, & locum, quò ipse erat venturus. Tales quippe elegit ministros, & vicarios, vt præessent vrbibus, vt posset ipse sine pudore easdem vrbes adire, vbi laudaretur magister, qui tales sibi delegerat discipulos. *Vis nosse electores* (inquit Seneca) *nosce electos*; famuli enim honestant aut dedecorant regem, ideo vbi Iosaphat à religione laudatur, & ab ea maxime erga Deum pietate, à qua non recessit, etiamsi cognatus erat Achab & Iezabelis. Verumenimuero taxatur à populo fideli, & reprehensibilis fuit à Propheta, qui audacter videns regem ab illa expeditione redeuntem, in qua rex Israël sagitta traiectus interiit, ait Iehu Propheta, *Impio prabes auxilium, & his qui oderunt Dominum, amicitia iungeris? dais que decir viendo que dais calor al malo, y hechais mano para vuestro lado de ministros ruines.* Sed potiùs tales debent esse, vt vrbes sustentent, & orbem ne ruat & labatur in interitum, tales erant hi quos elegerat Christus vt posset pro eis Patrem orare: *Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo.* Non rogo (ait Caietanus [b]) vt omnino à tribulationibus subtrahas, hæc enim non sunt mala, imò diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, solùm posco vt serues eos à culpa, quæ verè malum est: insuper autem non rogo vt tollas eos de mundo, nam eos elegi vt mundum sustentent exemplo, verbo, & sanctis actionibus. Tales enim ego socios habeo, *Sanctifica eos in veritate, sanctos maciços y verdaderos*, & qui audeant dicere, *Tuus ego sum*, & ipse ad illos, *Vos amici mei estis.* Vbi Augustinus, *Tuus sum, saluum me fac. Facilis vox & communis videtur, sed paucorum est, satis rarus est qui potest dicere Deo, Tuus sum ego.* Volens etiam Dauid ostendere longè à summo Rege Deo abesse iniquitatem, probat hoc non alia ratione, quàm quia abhorret ab iniquis, quasi dicat, si non abhorreres ab impiis, & iuxta te accedere auderent, locus esset suspicioni, Deo placere iniquitatem. *Manè astabo, & videbo; quoniam Deus volens iniquitatem tu es.* Vnde probas? *Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. porque aborre ser peccados y tener officio de castigarlos, y andar rodeado de peccadores, y criados malos no es de la condicion de Dios.* Nec princeps, etiamsi sanctus & rectus æstimetur,

15. Luc. 10. 1.

2. Paralip. 19. 2.

Videant quos eligant ministros, principes.

Ioan. 17. 15.

b Ibid.

Ioan. 17. 17.

Psal. 118. 94.

16. Psal. 5. 4.

Praua societas fugienda.

si

si iuxta se impios tolerat, præmiorum distributor æquus erit, nec de se & de virtute bene meritis iuxta præmia donabit. Caietanus, vbi legunt Septuaginta, *non habitabit iuxta te malignus*, legit ex Hebræo, *non habitabit te.* iniquus enim, & tyrannus domini sui famulus non solùm iuxta, sed intra dominum habitat; quare durum est cogere vt credamus te iustum esse, si in te sicut in diuersorio iniusti habitant. *como creere yo que sois de buena alma siendo venta ya coyda de hombres sin alma?* Alij

Psal. 5. 5. legunt, *non habitabit te malus*, non patieris sic iniquorum arbitrio viuere, vt te quasi conductam domum suo Marte, & suo nutu, te in quamcumque rationem flectant. *no permittiras que te traten como casa alquilada que a tu costa muden ventanas y traçen a su modo tu coraçoro.* Verùm nemo elegantiùs, nemo hæc audaciùs regibus & Pontificibus obiecit & docuit, quàm Bernardus [a]. *Nescio quomodo vult & non vult exire læta quidem, sed lenta oratio, dum certatim illi contraria imperare contendunt maiestas atque amor.* Fuerat enim filius eius dum religiosus, modò verò & parens, dum Pontifex loquitur: ergo

[a] In prologo in lib. de cõsideratione ad Eugeniũ Pap.

17. de licentia amoris sine dignitatis offensione. & dum de cura tanti muneris agit, ait [b]: *Neque enim tibi ille (D. Petrus) dare quod non habuit potuit, quod habuit hoc dedit, sollicitudinem. S. Pedro que governo con tanto cuidado no te pudo darlo que no tubo que es descuido.* [c] *Superintendis sonans tibi Episcopi nomine non dominium, sed officium: el nombre de Papa no suena vanidad de señor sino cuidado de official.* Et sicut opifex & magister eius artis ministros peritos eligit, & idoneos; sic qui in eminentiori sede præsidet, æquitatem & legalitatem famulorum examinare debet. *Nec tuta tibi tua bonitas obsessa malis, magis quàm sanitas vicino serpente. Veniamus ad collaterales & coadiutores tuos, hi seduli tibi, hi intimi sunt. Quamobrem si boni sunt, tibi potissimum sunt: si mali, aequè plus tibi nocent. Non te dixeris sanum dolentem latera, hoc est, ne te dixeris bonum malis innitentem. Vana etiam erit excusatio, si dicas, te iusta, non iniqua, præcipere ministris. Siue leuent, siue grauent, cui rectius imputandum quàm tibi, qui tales elegisti, aut admisisti: tibi imputa quidquid pateris ab eo qui sine te potest facere nihil: poned por vuestra cuenta lo que yerra el que no puede hacer nada sin vos.* Christus ergo præmittit tales ministros, quos sine rubore iuxta se habere possit in omni loco in quem ipse erat venturus.

[b] Lib. 2. c. 6.

[c] Paulo antè.

Lib. 4. c. 4.

18. *Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos.* Vbi sunt Domine sacculus, pera, & calceamenta, nec non & virga, vbi itineris præparamenta? in primis, inquit, spem omnem collocate in hoc verbo, *Ego mitto vos, & sicut oues*, quas ego vnicè diligo (vt notat Chrysostomus [d],) & insuper nullis armis munitos? In quo igitur est spes victoriæ, in ea videlicet fide, & spe, qua instructi procedunt, quæ præstat omnibus armis. Eloquatur Cyprianus [e], *Quoniam maior est Dominus ad protegendum, quam Zabulus ad impugnandum.* Quod, inquit, apertè docuit Ioannes Apostolus. Ioannes in Epistola sua ponit, & dicit, *Maior est qui in nobis est, quàm qui est in mundo.* Doctor sanctissime, quomodo obsecro magnus esse potest ille ad protegendum, qui in iustis pusillis & abiectis moratur? Si ipsi parui sunt, quomodo qui in eis habitat magnus esse potest? *Nemo cogitet*, inquit, *quod periculum diabolus importet, sed consideret quod auxilium Deus præstitit, quando vnusquisque tantum accipiat de Dei ope, quantum se credit accipere: nec sit quod Omnipotens præstare non possit, nisi accipientis fides caduca defuerit. tan grande es la ayuda que da como es la fee y tanto recibe quanto cree y espera.* Arma enim Dei non mole & quantitate æstimanda sunt, sed virtute. Vide quanto sumptu, apparatu famulorum, seruorum, equorum & mulorum res suas omnes & supellectilem quidam eques Neapolim aut Romam inuehit: ille verò alter qui versatus est in itineribus expeditus, solus & impauidus omnes suas pecunias & spes in breui schedula subscripta defert. Sic iusti cùm ad bella & pericula procedunt, non armis, non multo milite & commeatu, sed verbo Dei, & fide eius, à quo mittuntur bene instructi, procedunt, *quia maior est, qui est in nobis*, per fidem & spem, *quàm qui est in mundo; lleuamos en cedula todo nuestro bien paraque cargaremos de carruaje?* Igitur qui in cælum migramus, discamus non grauia onera temporalium bonorum illuc inferre, sed simplicissima & pretiosissima eligamus, Deum videlicet, fidem, spem, quæ quotidie augeri possunt: *gran cosa lleuar en cedula nuestro thesoro, y esa augmentarla conforme nuestra fee, tantum accipias de Dei ope, quantum se credis accipere.* Ideo Paulus pauperiem Christianorum vocat diuitias, & simplicissimas quidem, *Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis.* Anselmus. Profundissima quidem Macedonum fuit paupertas, quia ad extremum arcas & crumenas euacuarunt. Sed ô quàm diuites permanserunt, paupertas enim illa cum gratia & fide, est pecunia simplicior, securior & certior, ideo Christus exuit discipulos suos hac spe temporalium bonorum, vt in vno Deo simplicissimo, qui maior est mundo, spem omnem collocent: vt discant ex hoc maxima cura Deo inhærere, & summam suorum bonorum seruare studeant. Cur enim, putas, petulans iuuenis, se totum meretrici tradit, nisi quia nihili facit Deum, neque in eo spem omnem defigit. Quid est quòd post turpe scelus ait impudens fœmina, *Peccaui, quid mihi accidit triste?* nisi quia non in Deo spem suam repositam habebat: sicut Iob, qui vnius redemptoris spem repositam habens cùm omnia diruta, vastata ac demolita videt, Deo solo contentus amissa non dolet. *Reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Vnde etiam sic expediti ad martyrium properamus, inquit Cyprianus, *Hi namque in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini nostri magnificabimus*, vbi nos legimus *inuocabimus*, legit *magnificabimus*; quasi dicat, multam illi supellectilem, nos schedulam tantùm nominis Domini gratia subscriptam ferimus, quam magnificare & augere possumus vel fide, vel spe. *ellos lleban gran recamara nos otros firma en blanco que podemos irla augmentando, tantum enim das nobis, quantum credimus.* Aiebat alibi Ambrosius: Credite ergo satis munitos esse, quia *ecce ego mitto vos.*

Luc. 1. 3.

Spes in Deo defigant ministri Dei.

[d] Hic.

[e] Ad Martyres c. 10.

1. Ioan. 4. 4.

Diuitiæ & protectio iustorum.

Simile.

Non multis [illegible], indiget Dei [illegible].

19.

2. Cor. 1. 8.

[illegible]

Iob 19. 27.

20. *Sicut agnos inter lupos.* Ecce impendet mors, sed nihil damni timeatis; noua enim bella elegit Dominus, ait Debora, nam strategemata temporalis prælij mortem tantùm corporis intendunt,

Non est cur mortem timeant Christi ministri.

tendunt, non animi. *Dan mate al cuerpo no al anima.* & hæc est *occisio*; vos verò hac ratione hominum corda animósque vobis lucrabimini, nihil enim sic alienas conciliat voluntates, sicut patientia, laborésque alicuius causa perpessi. Ideoque monuit suos discipulos Christus ne cùm audirent prælia, & opiniones præliorum,

Luc. 21. 9. desponderent animos, *sed credite*, inquit, *quia oportet primùm hæc fieri: esto adeir delante padecer para ganar almas.* Hanc eandem formam erga filium suum seruauit Pater, vt illi gloriam corporis alio titulo debitam concederet.

Isai. 63. 1. Dixerunt Angeli: *Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? quien es este herido y hermoso que fue muerto y es fuerte.* Respondet ipse: *Ego, qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.* ego sum qui dimicaui non ad interimendum, sed ad saluandum, atque adeò meam non in vincendo, sed in suscipiendo plagas, & in tolerando, virtutem ostendi: ego enim meique ministri, etiamsi propugnatores videamur, etiamsi vrgeamus & corripiamus peccatores, non ad indignationem, *sed ad saluandum tendimus.* Ideo regredimur de bello *tinctis vestibus de Bosra.* Vide hoc in sponsa quàm facilè delitias lecti deseruit, cùm

Cant. 5. 4. audiuit sponsi labores sui causa susceptos. *Venter meus intremuit ad tactum eius: Dio me vn buelco el coraçon, ad tactum eius. de pena de ver que los trabaxos le auian tocado.* Nullis aliis armis vim mihi inferre poterat amor, quàm amore & patientia dilecti. *Surrexi vt aperirem.* Ideo Chrysostomus, *Pœnis examinatur dilectio, hinc est quòd Christus mortem suscepit peramaram, quia vera dominatio est, ipsa quæ amore imperat, non timore, quæ per affectum sibi & corpora subdit, & corda.*

Inter lupos. Fiet vtique vt moriatur bos, & ad macellum ducatur. Verumtamen, inquit 21.

Eliphaz, *ingredieris in abundantia sepulcrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.* morietur Iob 5. 6.

enim Lucas sanctissimus, non quando mundus vult, sed cùm opportunior sit mors, & sit virtutibus & meritis exaggeratus; sed quare moriatur bos, à quo Ecclesiæ præsepe plenum est, nónne obstat lex Attica, *Bouem aratorem qui iugum trahit, vel in plaustris, vel in aratro, ne mactes; quoniam etiam ille agricola est, & humano generi laborum socius*: quis ergo dignior erat hoc legis priuilegio, quàm ille, *qui crucis mortificationem iugiter in corpore suo pro Dei nominis honore portauerat?* ideo fortè si obseruas, nullum Patriarcharum religionum martyrio consummari voluit Deus: nam his nobilissimum mortis genus, & Ecclesiæ vtilissimũ Deus reseruauerat, qualem obiit Lucas mortem, videlicet bouis, quam alibi descripsimus, qua apum genus extinctum ad vitam reuocatur. Mella hæc dulcissima, & apes, hoc est, sapientiæ alumnos attulit nobis Lucas, vt ait Augustinus. *Frangis nobis fauos mellis, de scripturis disserens gloriosè Euangelista, gratiam Mariæ, & Christi gloriam prædicas.*

Petrus Gregorius refert.

Refert Achilles Aldrouan. & P. Alcazar, & tu habes in verba Exodi.

CONSCIENTIÆ PVRITAS DEO IVCVNdissima, homini maximè expetenda: cordis impuritas omnino execranda.

INSTITVTIO XIX.

VENIAT dilectus meus in hortum suum, veniat in cordis puritatem, 22.
veniat in conscientiæ innoxiæ iuge & splendidum conuiuium. Hodie
a In Psal. 47 in corde meo gaudium inuenio (inquit Augustinus [a].) Certè sine causa quidam rogant: Quis ostendit nobis bona? signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti iucunditatem in cor meum: non in vineam meam, non in gregem meum, non in mensam meam, sed in cor meum. Sed quia cordis & conscientiæ puræ gaudia intus sunt, vbi nemo videt id quod ab oculis mortalium remotum est, gloriam esse, impuram verò mentem inferno comparandam describam, & persuadere conabor.

Gaudium de conscientiæ puritate.

CARDO ET PARTITIO INSTITVTIONIS.

Eccli. 13. 30. *Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia, & non est oblectamentum super cordis gaudium.* Gloriam prædicat Ecclesiasticus, & consecutum fuisse gloriatur Paulus, 23.

Eccli. 30. 17. 2. Cor. 1. 12. b Epist. ad Tolosates. c Hom. 54. in Matthæũ. *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* quare *nihil illis metuendum* superest (ait S. Martialis [b]) *quibus bona est conscientia.* & Chrysostomus [c], *nihil aliud iucundum est, quàm conscientia proba, & spes futurorum certior.* Vides qua ratione exploratores isti terram repererint fluentem lac & mel? Sin autem minus illis credis, attende rationi.

d Psalm. 38. *Nónne indicium gloriæ est*, inquit Ambrosius [d], *cùm rubor occupat faciem, nam bona conscientia pudore suffunditur, si renouetur ei suorum recordatio delictorum, & in sua meditatione exardescit ignis, non malus ignis qui adurat, sed non exurat. Talis ignis, quem Moyses in rubo vidit, quando rubus vrebatur, sed non exurebatur;* quòd si gloria est in memoria delicto-

Gloria est puritas cordis.

e Sup. in Mat. hom. 54. rum, à quibus libera est conscientia, quanto magis erit (ait Chrysostomus [e]) in recordatione virtutum, & bonorum operum? *Interroga moriturum hominem, & senio confectum res gestas, quas ex officio virtutis operatus est, & videbimus propter hæc quæ rectè gessit tanta lætitia gestientem, vt salire videatur. Sic Ezechias, cùm ægrotaret non mensæ delitiarum plenæ recordabatur, non eximiæ gloriæ, non regnorum, sed iustitiæ, ac rectæ conscientiæ: momento* enim,

Digitized by Google

enim, inquit, qualiter ambulauerim in conspectu tuo in via recta. Vides gloriam in morte, adde, gloriam ibi esse, vbi *lucerna* conscientiæ *est agnus*, hoc est, non fugiens lucem: nam, vt aiebat Seneca [a], *Bona conscientia prodire vult, & conspici turbam aduocat.* & Ambrosius [b]. Iubetur ex Haran egredi Abraham tanquam de cauernis, & cuniculis; *latere enim criminosæ conscientiæ est. Iustus dicit opera sua regi, peccator seipsum occultat.* Nónne gloriæ pignus est securitas conscientiæ & spes? ita quidem, ait Augustinus [c]. *Quomodo mala conscientia tota in desperatione est, sic bona conscientia tota in spe.* Nónne perfecta beatitudo est, in qua vnio est nostræ voluntatis cum diuina, inquit Hilarius [d], hæc est bonæ conscientiæ laus: *nam inordinata ista est omnis voluntatum pertinacia, vbi non*
24. *rationi voluntas subiicitur.* Quam gloriam speculatus Bernardus [e] exclamat: O felix conscientiæ puritas! ô felix sanctæ conscientiæ iucunditas, quæ vermem interiorem excludis, quæ à carcere doloris liberas rationem, quæ ab omni immunditia purgas mentem: ô mens sancta, ô paradisus delitiarum variis bonorum operum virgultis consita, variísque virtutum floribus purpurata, *& suauiter cælesti gratia irrigata.* hæc est paradisus, hæc est thalamus Dei, palatium Christi, habitaculum spiritus, lectus sponsi cælestis, in quo ipsa conscientia bona optimè delectatur, & requiescit cum sponso suo.

Apoc. 21. 23.
a Epist. 97.
b Lib. 1. de Abraha. cap. 2.
Gen. 12. 1.
c In Psalm. 31.
d Lib. 10. de S. Trinitate.
e Lib. de consideratione.

25. *Impuritas cordis infernus.*

Cordis autem impuritas cui nisi barathro comparanda? quid peccati conscientia nisi iudicium, nisi crux, nisi infernus? Apud illam enim summum iudicium & summum tribunal est (inquit Nazianzen. [f]) *Conscientia domesticum, & verum tribunal est. Vera atque incorrupta* (addit Ambros. [g]) *pœnarum præmiorúmque arbitra. Humana iudicia,* inquit Gregorius, *potest subterfugere malè agens; sed non iudicium conscientiæ.* ibi est scriba & codex. Chrysost. [h] *Conscientiam tuam, & scribe quotidiana peccata quando accubueris super stratum, & neminem infestum pateris.* Est quæ designet conscientia, *Signatum est super nos lumen.* Accusatoris quoque personam sustinet Ephrem [i], *Si concupiscentia vincat te in aliqua re, semper coarguet conscientia.* Vice aduocati fungitur & testis, vt disertè Apostolus, *Testimonium reddente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die, cùm iudicabit Deus occulta hominum.* Vnde S. Ambros. [k] scribit, *Suum cuique conscientia testimonium etiam verendum in tenebris.* Est denique vindex sui, & carnifex sæuissimus: torquet enim animam, vt optimè describit Eliphaz [l], & Sapientia [m], *Cùm sit timida nequitia, dat testimonium condemnationis: semper enim præsumit sæua perturbata conscientia.* & Ambrosius [n], *Peccator quamuis foris abundet, & delitiis diffluat, odoribus flagret, in amaritudine animæ vitam exigit: vita facinorosi vt somnium aperuit oculos, transiuit requies eius, euanuit delectatio, viuentes certè in inferna descendunt. Vides conuiuium peccatoris? interroga conscientiam eius: nónne grauius fœtet omnibus sepulcris?* &c.

f Orat. in plagam gran. post princ.
g 1. De officiis, c. 12.
h In Psalm. 50. hom. 2.
i Serm. parænetico in illud, Attende tibi ipsi.
Rom. 2. 15.
k Serm. 7. in Psalm. 118. vide etiam in Apologia Dauid. c. 8.
l Iob 15. 21.
m Cap. 17. 10.
n Lib. 1. de offic. c. 12.

26. *Quot turpitudines in se claudit impurum cor.*

Bene quidem, ait Ambrosius, impuri corde viuentes in infernum descendunt: sicut enim in inferno tot simul peccata & sunt, & puniuntur, ita mirum est, inquit Chrysologus [o], quanta ex vno corde peccata erumpunt, dicente Domino: *Quæ de homine exeunt, illa contaminant hominem: ab intus enim de corde hominum procedunt cogitationes malæ, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia: omnia hæc mala ab intus procedunt, & contaminant hominem. Quæ spatia* (inquit Chrysologus) *terrarum, quæ magnitudo vrbium, quæ latitudo regionum tantos hostes ferre, tot inimicos capere, tantas sustinere præualet nationes, quot vitia, quot delicta, quot crimina rapiunt humanos sensus, hominum corda patiuntur? Ad vnam ouem genera tota, tota feritas bestiarum, quæ magis eo sæuiunt, quo se explere nequeunt: satiare non possunt vnius captione voraci dente prædones; quod ad vnam columbam tot milui, tot aquilæ, vultures tot voraces, tantarum currat congeries auium sordidarum. hanc numerositatem senserat Propheta, cùm caneret; Circumdederunt me mala, quorum non est numerus.* Et hæc *ab intus de corde hominum procedunt*; hæc ab intus? Tolerabilis est hostis, cùm muros arietat extrinsecus, cùm foris positus cedit aliquando conflictu; cui verò est intus inimicus, cuius aduersarius in ipsis penetralibus iam desæuit, iste se intelligit, & sentit oppressum: iste se & captiuum perdit, & deplorat: iste suus expugnator esse non potest: *ab intus*, nouus est hic ordo bellandi? Desine iam mirari multitudinem, vide vitiorum, imò dæmoniorum turpitudinem: vide quot absurda vna conscientia contegat. *Erat non longè à dæmoniacis grex porcorum multorum pascens, dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorum.*

o Serm. 171.
Matth. 15. 19.

Digitized by Google

a Serm. 16. *corum. Digna petit indigna seruitus* (ait Chrysologus [a].) *De monumentis mitti se precatur in porcos nequitia, quia fœtores amittere nescit, sed mutare. Mitte nos in gregem porcorum. cœnum petunt ruentes cælo*, post æthereas habitationes ambiunt volutabra porcorum. Sed vide multitudinem, *mira lo que encierra vn coraçon sucio*; mitte nos in gregem. *Grex in gregem mittitur, vt prodatur dæmonum multitudo, vt appareat hoc duos portasse homines, quod numerositas non valuit sufferre porcorum. veis como en dos hombres cabian los demonios, que no cabiendo en vn rebanon de puercos los ahogaron*; qui sic porcos vt perderent, quæsierunt, quomodo desæuient in homines. Nos ergo vitia nostra purgemus, ne illi capiant potestatem nocendi. Nam si possemus rimari cor tot fœditatibus plenum, quis non horreret tot absurditates?

Hîc autem sedulò pensandum est, quid in impuro corde Deo contingat de- 27. *Absentia Dei ob cordis impuritatem.*
Luc. 11. 24. decoris: dixit enim cùm dæmonem pelleret, *Cùm immundus spiritus exierit ab homine*, &c. itaque immundus dæmon à te pellitur, & gratia victrix occupat domum, & tibi adornat? ita certè est: nam domus non est omnino vacans, aut tu habitas, aut dæmon: sed ecce dæmon redit, & tu Domine vbi es? abieras iam? ita, verum est; & qua de causa abiisti, & quo pacto? bene rogas: contemplare regem Dauidem, vel alium post tristem belli euentum, post rebellatum contra se filium, post incestu turpatas vxores, solum, noctu pallio obuolutum, galero appresso, pallida facie, & tristissima regiam deserere domum, & per posticum inscio hoste egredi. O mi Christe! ô gratiæ regia dignitas! ô Dei filiatio, quoties pecco, vos omnes opprobrio afficio, quis credat? verùm tu asseueranter affirmas, a *Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate.* Iansenius id sic reddendum putat: Et confutabitur Spiritus sanctus, ac veluti victus & improperio affectus, cum mœrore decedet eo modo, quo cauet Paulus, ne contristemus Spiritum sanctum Dei. Sic etiam exponit Hugo. Quid poterat dici absurdius de cordis impuritate? corripi & tristari, & à domo conscientiæ pelli Spiritum sanctum ob turpem cogitationem? O tristem animarum consolatorem, ego te mœrore repleo. O columba mundissima, ego de conscientiæ nidulo abire cogo? Opus est Domine, vt de remedio cogitemus, de corde expurgando agamus.

Psalm. 50. *Cor mundum crea in me Deus.* Iam de purganda conscientia solicitus Dauid creari adeò cor exoptat, vt notat Augustinus, quasi dicat purgatio, non sat erit, *ex nihilo cor deposco, vt nihil humano inquinatum sit*; postulat creationem, nempe ex nulla præsupposita materia: nam si gigneretur, aut produceretur carnale aliquid, & humanum, ipsi de materia adhæresceret, quæ iam corrupta erat, quia omnis caro corruperat viam suam. Igitur ex nihilo crea in me, nec originem trahat ab illo 28. *Remedia contra impuritatem.*
Psal. 39. 13. primo fonte impuritatis, quod ipse declarat, *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum.*
Cap. 4. Vel, *crea in me*, ait, quia *cor meum dereliquit me*: nam, vt ait Oseas, *fornicatio & ebrietas auferunt cor.* Verùm non postulat cor solum, sed cor mundum: nam cordis illam
Catena triũ Patrum. derelictionem mortem nuncupant tres Patres: mortem autem sordes conscientiæ intulerunt. *Sordes enim cordis alas comprimunt, vnde mors accidit.* & mors quidem
1. Reg. 7. 19. ab initio lata lege in pœnam designata, *ista est lex Adam, Domine Deus*; hoc est, homines de hoc solent cogitare, vt de nominis & familiæ diuturnitate, seriò prouideant: at verò ego de alia domo cogito, de templo cordis mei, *ista est lex Adam*,
Exodi 31. rudes & plebei ita cogitare solent, ego de obsequio tuo solicitus sum, *& tu quæso facias ei secundùm misericordiam tuam.* Pœnam autem ipsum cor immundum, &
b Lib. de modo bene viuendi ad sororem, serm. 29. lethalem quidem sibi irrogat: nam, vt ait Bernardus [b], *sicut vipera à filiis suis in ventre adhuc positis occiditur, ita impuræ cogitationes nostræ in corde enutritæ nos occidunt, quia consumunt corda nostra veneno viperino.* Impura cogitatio concepta 29.
mox infert mortem, sicut vipera sibi mortis sententiam dicit, cùm concipit, quia filij viscera disrumpunt materna: cor autem sicut venter est, qui dum est vallatus liliis, vt ait Theodoretus, Christum gerit, & parit. *Ventris nomine cor intellige, quod anima venter est, ideo puritate liliorum vallatus dicitur, quia puritatem semper debet concipere*, qua ablata bestialium cogitationum morsibus patet. Et sicut natura prona est ad malum, nisi vallata sit liliis, in turpissima labi-
Cant. 6. tur cogitationes, *Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt*, Hebraicè, *figmentum cordis humani*, vt discas cor officinam esse, & sicut figulus in sua figulina format lances, ollas, matulas, &c. ita homo in sui cordis concupiscentiæ officina format sibi imaginationes rerum, quas igne morositatis de-

coquit, postea verò in effectum producit. Sed ne putes ex corde humano nihil boni prodire posse in altera parte officinæ, est ratio, quasi aurifex aureas cogitationes, & pretiosas virtutis actiones formans; quod autem ait, *in malum prona sunt*, ad hoc est vt caueas ne cor fingendum figulo, sed rationis aurifici tradas, maximè hoc cauere oportet adolescens: ideo enim ait, *ab adolescentia sua*; ex illa enim ætate, ait Ambrosius [a], crescit malitia: nam *diligentia & studium peccandi incipit à iuuentute, vt puer quasi infirmus peccet, iuuenis tanquam improbus, qui studiosè cupiat peccata committere, & in criminibus glorietur*: nunc ergo intelliges, quàm opportunè de purgando tuo corde in adolescentia agimus.

Ab adolescentia cauendum maximè est à prauis cogitationibus.

a Hie. Exodi 8. 21.

30. *Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, &c. tempus putationis aduenit.* Hebræa, *tempus cantationis*: nam expurgatio cordis est quasi cantus, & clara confessio delicti: vnde Hispanè cùm nocens aliquis tormentis confitetur, clara voce delicta canere dicitur, *canto en el tormento*, torquet enim ipsa conscientia peccatorem, & blandè & suauiter premit Christi amor, quod in Iuda obseruat D. Chrysostomus cùm inter cœnandum de suo crimine verba miscerentur, adhuc ipse tacebat: Christus verò charitatis vinculis cor eius premere cœpit, & blandè torquere. *Ascendit Christus Deitatis tribunal, & conuiuium illud ante se, vt catastam constituens, propria conscientia reatu confiteri compulit reum*; munus carnificis agit cor nostrum, quòd si parcit tormentis, acriùs torquet Deus, & hic est sensus, *Si reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro*; plurimos, quos nos sanctos iudicamus, cor intus reprehendit. Desinant igitur illæ angustiæ, & migrent in Dei latitudinem, adhæreant Deo: nam, vt acutè Caietanus, si cor nostrum exiguo lumine nihil impunitum, nihil non reprehensum patitur, quanto magis reuelabit abscondita tenebrarum Deus, qui sine dubio maior est corde nostro? nec satis est semel, sed iterum atque iterum amputare. *Quis enim ita ad vnguem omnia à se superflua resecauit, vt nihil se habere dignum putatione putet? credite mihi, & putata repullulant, & effugata redeunt, reascendunt extincta, & sopita denuo excitantur: erras si vitia putas emortua, & non magis compressa, velis nolis, intra fines tuos habitat Iebusæus.* Tempus igitur putationis erit cùm conscientiæ examen & tui discussionem instituis, sicut ait Dauid, *Irascimini, & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini.* Ambrosius [b], *Suum vnusquisque condemnet errorem: voluit omnes homines suorum delictorum esse censores, vt & qui publico testimonio non tenetur, seipsum iudicem, qui in occulto lapsus est, erubescat, & aculeo quodam coerceat amaritudinis & pudoris.* Procedit vlteriùs Chrysostomus [c], & locum tempúsque tormenti designat. *Post cœnam quando itis dormitum, & nullo præsente multa quies, & silentium, excita iudicium tua conscientia, &c. dilania cogitationes improbas, de eis pœnam sume, occide cogitationem quæ peccauit.* Quòd si canere & confiteri nolit intra lectum quasi in catasta, *Quid graue* [d], *aut quid molestum est, quotidiana deflere peccata? cùm reputare tibi cœperis tanquam in equuleo suspende cogitationes tuas, & vngula timoris Dei radito eas.* Quòd si adhuc non canit, *propone tibi mortem gehennæ, superducito ei sectura ictum non habentem dolorem, iudicium facito tibimetipsi terribile.*

Confessio ad puritatẽ conscientiæ præstat.

Angori conscientiæ medicina datur.

Nota. De hoc examine quotidiano Aug. in Psalm. 76. *Cogitaui dies antiquos, iam iste*, &c. S. Cyprianus sermone de passione Domini. *Filius hominis deputatus est*, &c. Basilius serm. commonitorio ad monachos, *Quæ quotidie*, &c. B. Ephrem sermone ascetico de vita religiosa, *Negotiator sæcularis*, &c. Chrysost. in Matth. hom. 43. *Sedeat mens*, &c. Gregor. in Ezech. hom. 4. *Quisquis vita*. vide Busæi Viridarium v. Examen. Modũ accepimus à S. P. Ignatio egregio huius exercitationis & præcone & nouo quasi institutore.

Bern. Serm. 58. in Cantica.

1. Ioan. 3.

Bernardus suprà.

Psalm. 4.

b In exhortatione ad virgines in Psalm. 45.

c In Psal. 4.

d In Psal. 50.

31. *Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris?* iam ex ipsa cordis puritate, iam ex nimia sui discussione angor animi, & scrupulus conscientiam etiam iustorum mordere solet, quapropter de illa, quid sit, & quo pacto medicina adhibenda, videamus; hoc morbo laborasse Iob videtur, & notat noster Pineda ex Gregor. [e] *Sæpe* (inquit) *ita mens in culpæ recordatione concutitur, vt ad perpetrationem illius longè grauius quàm priùs, quando capta fuerat, vrgeatur, & deprehensa trepidet, séque ipsa vanis motibus impulsa perturbet. quedase la memoria de los pecados en embos cada, y toca alarma en la mayor quietud.* Ægritudo ista, ait Antoninus [f], à dæmone causam solet habere, sicut *Matth. 4.* afferebant ad Christũ infirmos, *& qui dæmonia habebant, & lunaticos.* abutitur enim dæmon lunæ influxu, quę in cerebrum dominatur, vbi animalis facultas residet, commouétque phantasiam, & mentem: tunc solus Christus sedare potest mare cordis nostri, expectabam eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate: nam *scrupulus est vacillatio quædam consurgens cùm formidine ex aliquibus coniecturis debilibus & incertis, vnde videtur esse scrupulus id quod apud alios dicitur pusillanimitas, quæ est ex tædio, seu timore rerum aduersarum, iners & inconsiderata animi deiectio*; deinde parit timorem,

e In Iob c. 3. v. a. sect. 2.

f 1. Parte sum. tit. 2.

Vide Albertum magnum lib. 4. de cœnis.

timorem, non illum sanctum, qui vrget animum ad spem, & solicitudinem. *Beatus vir qui semper est pauidus*, Prou. 28. at pusillanimitas ex frigida complexione & meticulosa nascitur, crescit, si natura attenuata sit imprudenti maceratione, vel alterius scrupulosi societate, & nimia familiaritate: nec enim frustrà timidos repulit Gedeon, cùm aiebat, *Qui formidolosus, & timidus est, reuertatur. tanbien se pegan las enfermedades del alma.* Timor autem ille sanctus est, de quo Gregorius [a]: *Bonarum mentium est ibi culpas suas cognoscere, vbi culpa non est.* B. Dominicus [b] virginitatis & sanctitatis speculum, *infandissima peccata sua* nuncupabat, cùm se ad sacrum celebrandum comparabat. B. P. Ignatius assiduis lacrymis, & quotidianâ confessione leuissimos defectus expiabat, & reuerentialem timorem nutriebat, & à Deo postulabat. Sed iam de remedio agamus, si ex ægritudine nascuntur, valetudinem recupera; si ex nimia maceratione, cessas; si ex consuetudine aliorum, qui scrupulis mordentur, abstine ab eorum consortio; si ex pusillanimitate, excita in te spem diuinæ misericordiæ, non peccata, sed bona opera considera: nam, vt ait D. Gregorius [c], *Nequaquam in iactantia vitium incidit, qui contra internam desperationis impulsionem ad statum se fiducia ex anteacta vita cõfirmando euocauit.* In sancto Iob apprimè doctrina hæc eluxit. *Vtinam appenderentur peccata mea*, &c. *& calamitas quam patior*, &c. quasi arena maris hæc grauior appareret. Ante peccatum time Dei iustitiam, post peccatum appella misericordiam. Contrarium agit dæmon, tu crede Deo, quære, vt ait Caiet. [d] confessorem doctum, & cuius os pateat ad te, & cor dilatatum, vt aiebat Paulus, non angustiamini in nobis, memor esto *filium* esse, & ex ore Christi nuncupatum fuisse, *Surgam, & ibo ad Patrem meum.* & Paulus, *In quo clamamus Abba Pater. Consule discretos, & acquiesce*, respondit Beatus quidam, qui vidit amicum angore conscientiæ solicitum. Si diutius persistit tribulatio, toleranda erit sicut & aliæ, quæ in rebus temporalibus, aut in valetudine obuenire solent: nam si hæ, licèt in rebus temporaneis meritum augent, quanto magis tribulationes animi, & quæ non offendendi Deum causa tolerantur. Placet proculdubio Deo dolor iste, qui ex timore amittendi illum nascitur: nam licèt in eo vitium sit, & error; ille tamen qui ex amore nascitur condonatur facilè: sicut lacrymæ Mariæ Magdalenæ, quæ plorat, quia Christum non inuenit, cùm tamen præsentem habet. Origenes: *Dolorem magnum possum excusare, errorem huius discipulæ; sed amor, quem habet in te, & dolor, quem habet de te, excusant eam apud te, nec propter hunc angorem peccabat plus, sed minus. nam securiorem viam sequitur etiam cum metu, vbi periculum non est, sed gratia.* 32.

Iudic. 7.

a Habetur distinct. 5. cap. ad eius. circa finem. glossa ibi.
b In historia prædicatorũ.
c In præfatione in c. 5. Iob.
Iob 6.
d In summ. fol. 60. *Scrupulus.*
Rom. 8. 15.
S. Antoninus in summa.

VERBUM PATRIS.
Iudic. 3. vers. 17.

Hæ sunt gentes quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem, &c. Erat autem Eglon crassus nimis, &c.

Homo, cui se dæmon non regem, sed tyrannum præbuit, in salutem reuocatur, verus mundi Saluator cognoscitur, laudatur.

DISCVRSVS LV.

1. HISTORIÆ & chronicæ nobilissimum sepulcrum sunt, in quo nomen, & memoria vniuscuiusque immortaliter conseruantur: quemadmodum enim sepulcri insigniores characteres, ac cœnotaphia, emortui elogia, & præclara gesta, sine metu, & sine adulatione testantur; ita pariter historia defunctos ornat, & liberè de regibus, & ducibus agit, nobisque exemplar vitæ exprimit, & famæ depositum custodit: ideo acuta, & vera est illa sententia asserentis, principes magis formidare debere historicos viros, quàm fœdas fœminas, insignes pictores, qui nunquam suo solent penicillo mentiri. Hac de causa puto ante Christi aduentum Deum prouidisse quosdam viros, qui factis facta, gestis præclaris præclara gesta eius exprimerent; quosdam etiam, qui penicillo linguæ, & sine adulatione memoriæ proderent, vnus est Dauid, qui eructauit verbum bonum, & sua opera regi dicauit: nam verbo, & opere, & velociter scribens vix potuit omnia facinora litteris commendare.

HISTORIA AD DISCVRSVM. *Historia ad quid.*

Quare ante illum, vt opus, & munus Saluatoris exprimerent, duodecim populi Dei duces, hoc est, saluatores processerunt; & post Dauidem vnus iubetur Isaias sumere librum grandem, & scribere in eo stylo hominis, *vna letra, que la entienda Dios, y todo el mundo*, quid? victorias, spolia. *Velociter spolia detrahe, citò prædare:* tam citò scribitur historia? Ita (inquit Hieronymus) ita enim est certa victoria, vt iam de spoliis colligendis, & de scribendis monumentis historiæ agatur. Videamus igitur ex

Iudices veri Saluatoris typi erant.
Isai. 8. 1.

saluatoribus vnum seruatorem adumbrantem, postea bella vtriusque suo apprime penicillo Isaiam exprimentem audiamus. Postquam diuino numine in terram promissam inuecti sunt
Iudic. 3. 1. filij Dei, eadem prouidentia factum est, *vt gentes derelinqueret Deus* (hoc est, Iebusæos, & alios)
Num. 12. *vt erudiret in eis Israelem, & omnes, qui non nouerunt bella Chananæorum*, vt erudiret: hoc est, vt sibi artem, ac peritiam præliandi compararent:
a Collat. 4. c. 6. nam, vt inclytus ille apud Cassianum [a] Daniel orabat, *Non rogo Domine, vt nunquam me dere-*
2. *linquas, sed non me derelinquas vsquequaque; expedit enim mihi, vt meam infirmitatem sentiens dicam bonum, quia humiliasti me*; & vt posteri viderent suum sibi liberum arbitrium in rebus omnibus relinquere Deum, & Chananæorum reliquatione Israëlitæ vti bene, & malè potuisse, & quidquid in mundo est, veluti tentationis occasionem existiment, virtutisque, aut vitij materiem. Tertiò denique hanc pugnam Deus Israëli reseruauit, non inuidens Deus quieti Israëlis, nec malè eidem consulens, sed sciens esse vtilissimam: vt dum Gentium semper istarum impugnatione deprimeretur, nunquam se sentiret auxilio Domini non egere, & ob id semper in eius meditatione, & inuocatione persistens, nec inertia solueretur, nec bellandi vsum, & exercitia virtutis amitteret; frequenter enim quos superare non potuerunt, aduersa, & contraria fortuna, securitas, & prosperitas deiecerunt. Antequam vlteriùs progrediamur, opus maximæ prouidentiæ ponderandum est, Deum dæmones reliquisse, à quibus humana vexentur corpora, & belli disciplina erudiantur animi, ne nobis, quod Romanis, contingeret, vt aiebat Magnus ille Cato, *vt ablato metu Carthaginis æmula vrbis, luxuriari felicitas vrbis inciperet*; sed potiùs sicut Spartani, qui ciuitatem aduenam, *Cotem iuuentutis* appellabant. *Confortauit autem Deus* (tunc) *aduersus eos Eglon regem Moab: ele el enemigo en el campo*, regem videlicet totius Syriæ *, *Chusarsates* (vocat Iosephus) *duarum militiarum*; Origenes verò [b], *Chusarsaton, humiliatio eorum*: tolerat enim aliquando tyrannos Deus (ait Theodoretus [c]) sicut ciuitates lictores, vt homicidas puniant. *Vides* (inquit Origenes) *quia peccata hostibus vires præbent: nam nec ipse Zabulus in nobis aliquid præualeret, nisi ei vires ex no-*
3. *stris vitiis præberemus. Sed postea clamauerunt ad Dominum, qui suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod, Dei laudem, & Dei confessionem* significans, vt Iesum nostrum exprimeret, *qui vtraque manu pro dextera vtebatur*, id est, *ambidexter erat*, hebraizantes *, *Scæuolam* Latinè vocant; quia sinistra tantùm vtitur: meliùs autem noster interpres, ambidextrum, ne absurdum concedamus; videlicet in vna ciuitate septingentos esse scæuas: nam in hoc lib. vox, quæ est c. 20. ver. 16. *viri fortissimi*, ambidextros significat, etsi sint septingenti: *huniera tantos zurdos*. Erat autem Eglon pinguissimus, ideo dicitur, *vitulus*, vel *vrbanus*, vt legunt Septuaginta, & in notationibus causa redditur, quòd vrbani homines esse plerũque soleant pinguiores; quia suam curant cuticulam, abundantiore irrigantur somno, cibo, potũque largiore saginantur; & quasi qui in
Iudic. 3. 20. pace possidet omnia. *Sedebat in æstiuo cœnaculo. Aod autem fecit sibi gladium ancipitem.* Hebr. *gomer: como la daga de españa: & accinctus eo subter sagum in dextro femore* (*señal de zurdo*) intrat

Bella tentationis quæ remedia afferant.

Lucius Florus de rebus Rom. lib. 2. c. 15.

Iudic. 3. 12.

* Procop. refert.
b Hom. 3. in Iudicum librum.
c In Therapeutico.

* Iosephus lib. 5. c. 6. Chaldæus, Rabbini Vatabl. Caiet. Arias, Marinus.

nullis astantibus stiparoribus, & ait: *Verbum habeo ad te*, Iosephus, *Oraculum Helohim habeo ad te*, quasi qui veniret à Galgalis, & oraculum idolorum afferret, vt non sine veneratione audiret, &, quod certius est, vt è sua sede se erigeret rex, more nostro cùm stamus, dum Euangeliũ recitatur, & ita posset vulnus dirigere, ne lethale esset si infligeret in carnis massa, vbi hæreret gladius, & non vitales penetraret partes: *& tulit sicam, infixitque eam in ventrem eius, tam validè, vt capulus sequeretur ferrum in vulnere: hasta la cruz de la empuñadura: statim insonuit buccina in monte Ephraim, descenderúntque cum eo filij Israël*: ipso in fronte gradiente, nónne videtis in Eglon carnalem spiritum, & immundum? qui hominem excæcat, & surdastrum facit, & mutum, pinguedo ista non est naturalis, sed quam gignit largior cibatus, potio, turpis somnus, desidia curarum, studiorum honestorum vacuitas; *pinguis enim* 4.
venter (inquit Hieronymus) *non gignit mentem tenuem*: nónne Aod noster Iesus ambidexter, qui vtraque manu, iam dextera, iam sinistra, iam humanis, iam diuinis operibus præliabatur, cuius verbum ita secretum, cuius gladius ex vtraque parte acutus verbum Dei est, qui in monte isto, vbi *Seirim*, hoc est, terribiles dæmones hispidi sæuiebant in homines, Euangelij tubam inflauit, & se victorem, vitæque auctorem manifestauit. Concinit cum his omnibus Isaias, *In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum, & occidet cetum, qui in mari est; numquid iuxta plagam percutientis se percussit eum?* Vocatur Leuiathan princeps huius sæculi dæmon: potentes enim, & tyranni immanibus piscibus comparantur *. Vocatur serpens *Bariach*, hoc est, fugiens (vt reddiderunt Septuaginta) quia lubricus est, & facilè se conuoluit in spiras, & fraudes, id quod de anguillis prouerbialiter dicitur; & ideo, inquit Nissenus [a], serpentis specie apparuit primis parẽtibus, vt astus suos, & vafriciem manifestaret, quarum vna est, quam ipse ponderat Nissenus, nempe per angustum foramen ingredi: nam tunc cùm squamæ non inuitæ, nec inuersæ intrant, comprimunt se; cùm verò retrotrahere vultis, omnes sese erigunt squamæ, & resistunt, *vienen à pospelo las escamas, y no quieren salir, que las escamas le sirven de vñas*. Cauete itaque ne serpens minimam inueniat occasionem, quæ sufficit ad ingressum; pòst verò difficilè extrahitur (vt aiebat Augustinus [b].) *O mala peccata, quàm faciles aditus, quàm difficiles exitus habetis.* Dicat Dauid quàm facilè per oculos patuerit aditus in animum eius; sed ô quàm difficulter excussit illum. Dicat D. Paulus, *Nolite locum dare diabolo*, &c.
5. alio nomine vocat vulgatus *vectem*: sicut enim clauis regiam potestatem significat; sic etiam vectis, & sera, quæ cohibent, & laxant, quod faciunt reges, non inuita metaphora pro regia dignitate capiuntur: immo est in vecte maior aliqua vis, quàm in claui. Optimè ergo dæmon vectis plusquam ferreus vocatur, qui obstruxit inferni, & peccati carcerem, ne quis inde emergat, & cæli portas, ne quis eò penetret; ita vt non sine gladio duro, & grandi crucis, & claue Dauid, hoc est, regia Christi potestate vllatenus diffungi, aut reuelli potuerint. *Vectis* autem dicitur, quia semel in animam ingressus sic fores, & custodem liberum arbi

Ibid. 21.

Peccatũ turpe, crassum, & bene saginatum.

Orig. in lib. Iudicũ hom. 3. Occisus est à Christo rationibus concludentibus, & verbo Dei.

Cap. 27. 1.

* Iob 40. Pharao Psal. 74. Tu confirmasti. Ezech. 32. draconi cõparatur.
a In Gen.

Dæmon blande ingreditur, difficile pellitur.

b Lib. confessionum.

Ephes. 4. 27.

arbitrium solicitat, & amplectitur, vt vix reliqua tibi videatur spes effugiendi; immo inuocandi Deum. Quare Symmachus *concludentem*, Theodotion *robustum*, alij *complectentem: como el alamud torcido no corre por las armellas.* Sic dæmon sese contorquet, sic se opponit, vt opus sit potentem Dei manum expectare, de qua dictum est, *Obstetricante manu sua eductus est coluber tortuosus.* Hunc ergo (inquit Isaias) interfecit Aod noster gladio suo grandi, & plaga crudeli. *Numquid iuxta plagam percutientis se percussit eum, aut sicut occidit interfectos, sic occisus est?* Durius (inquit) & seuerius percutiendus est, quàm beati, quos tyrannorum manibus perimi permisit Deus: non enim percutiet Leuiathan ea plaga, qua solet aliquis seipsum percutere, quæ hostilis non est; hac enim amicos vulnerare dicitur amicè, & quasi tangens pupillam oculorum suorum: Leuiathan verò plaga inimici, & castigatione crudeli, vt iam in Euangelio expendendum venit.

Iob 26. 13. Isai. 20. 7. Discursio Evangelii.

6. *Erat Iesus eiiciens dæmonium.* Immo in hoc ostendit se Iesum saluatorem venisse, sicut & Aod: iudicis enim, & principis proprium est, grauiter ferre iniurias vel Deo, vel proximo illatas, & instar Aod ense præcidere funem, vbi soluendi non est locus. Videas Moysem etiam in hoc facinore Christi figuram gessisse (vt inquit Augustinus [a]) qua ratione Ægyptium perimit, & silenter in arenam abscondit, cuius facinus excusant sacri Doctores [*]: nam perspecta suis oculis vexatione, quam impiè patiebatur, Hebræus misericordia permotus è vestigio ad animaduersionem impellitur, effectus quidem (notat Augustinus) ingenui, fortis, & acris viri, digni quidem, cui munus ducendi populum committeretur: sicut etiam cùm filias Iethro, & aquam à pastoribus vindicauit in terra Madian, statim (vt notauit Nissenus [b]) ingenium hominis cognouit Iethro, & decreuit, vt vni filiarum nuberet, suspicans neque lucri, neque honoris causa ad vindictam earum contra pastores insurrexisse, sed tantùm animo generoso, iniuriarum proximi impatientissimo, quod & in D. Petro resplenduit nocte illa, qua comprehensus est Christus, qui facti exitum non considerans, nec inæquales vires, & arma dimetiens, districto ense statim auriculam in terram excussit, quod tunc reprehendit Christus, sed postea placuit viri ingenium acre, vt præficeretur Ecclesiæ, sicut & Moyses Synagogæ: vterque enim in reprehensibili [*] facto (inquit Augustinus) vigorem, & spiritum ad supremam potestatem ostenderunt, vt sæpe contingere notauit Seneca [c]. *Sæpe tibi indolem in malis quoque tuis ostendam, muchas vezes aun en las faltas se descubre la buena inclinacion.* *Resecandum* (inquit Augustinus) *hoc vitium* (nimiæ animositatis) *sed tamen magnum cor, tanquam terra frugalis, ita ferendis virtutibus excolendum erat.* Sic ergo nemo præiudicet, vel iudicaturam assumat, si in se animositatem istam non sentit: nam si iustitia in potentiores exhibenda est, opus erit, sicut Alexander, prius præcidere, quàm soluere, ne locus detur intercessioni. *Noli quærere fieri iudex, nisi valeas in virtute irrumpere iniquitates, ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua.* Sic optimè fecit iudex iste, & saluator Aod: nam vbi non timetur, vim, & intercessiones iustitiam suffocaturas, potest iudex nodos impietatis leniter, & sigillatim soluere; ideo enim dictum est, *Dissolue colligationes impietatis.* quod à saluatore factum prædicat Isaias; & clariùs D. Ioannes, *Ad hoc venit (este es su officio) vt dissoluat opera diaboli: à desatar los ñudos de Sathanas.* Sed vbi impedimenta timentur, vel honor patris incumbit, secare opus est: sicut idem ipse Dominus fecisse narratur, cùm vendentes, & ementes (quia templum prophanabant) irato vultu, & minaci, flagellis eliminauit ita imperiosè, vt ausus sit Hieronymus [a] dicere, maius hoc sibi videri miraculum, quàm Lazarum resuscitasse, qui zelus domus Domini non dat locum soluendo, sed præcidendo: sicut Aod, qui cùm ascenderet de Galgalis, vbi idola colebantur, zelo diuini honoris accensus regem superbum subitò peremit, in quo se verum saluatorem manifestauit: *erat Iesus.*

Luc. 11. 14. *Princeps grauiter ferat iniurias Deo vel proximo illatas.* a Lib. 22. contra Faustum. c. 90. * August. q. 2. in Exod. tom. 4. Ambr. lib. 2. de officiis c. 36. Hier. in qu. Hebr super lib. 1. Reg. in fine. D. Thô. 2. 2. q. 61. art. vlt. & alij, quos eruditè P. Marquez lib. 1. c. 6. b De vita Moysis. * Reprehensibile putanit Aug. lib. 22. contra Faustum c. 70. in opinione sua, quam postea retractauit. c Lib. 2. de ira c. 15.

7. Eccl. 7. 6. Isai. 58. 6. 1. Ioan. 3. 8. a In Matth. c. 21.

8. *Eiiciens dæmonium.* Quare, si fortem & acrem prædicas saluatorem, nunc tardare fateris? an quia Aod noster etsi poterat dextra vti, hoc est, diuina potentia, hodierna die sinistra vti voluit, sicut Aod, & in humilitate congredi, non in maiestate, quod optimè obseruauit D. Leo [b]. Sicut cùm eques quidam in arenam descendit, vt vindicet fratris occisi mortem, atratus prodit, & nigro indumento arma tegit aurea, atrata est hasta, vnus tantùm ensis limatus splendet; ita Christus cùm ad vindicandam nobis illatam mortem prodit, atratus prodit veste lugubri nostræ infirmitatis tegente diuinitatem, *non in sua maiestate, sed in nostra congreditur humilitate*, solus ensis splendet, *gladius spiritus, quod est verbum Dei:* vel ideo tardat, quia (vt inquit Augustinus [c]) *non diabolus potentia, sed Dei iustitia superandus fuit.* Pulcra quidem verba, & quæ rem omnem attigisse videntur. Fugit nocens quidam, puta fur, aut proditor, cui tamen non fauet immunitas loci, & iustè eximi potest à iudice, ecce cum tribus lis est agenda. Primò cum Ecclesiasticis, qui immunitatem templo seruari volunt. Secundò cum ipso nocente. Tertiò fores reserandæ sunt, opus difficile; quia sacræ, & quibus nulla est vis inferenda: intrat in sacratissimum Dei templum dæmon, possidet corpus, possidet animam, vult extrudere eum, & ecce Ecclesiastici opponunt immunitatem, & in qua potestate hæc faciat rogant: ideo pugnat iustitia, & sapientia. Si ego dæmonium alio dæmone pello, ergo dæmones dissentiunt, & inter se diuisi sunt. Regnum ergo diuisum iam desolatum esset; ergo non pello dæmonem dæmone. Præterea ego, & discipuli mei vna, & eadem virtute expellimus, rogate eos vtpote notos, & consanguineos, an fortè magicis artibus, aut diabolicis vtantur? Insuper etiamsi ego de sua sede exturbo satanam; fortior ergo sum ego? sic enim contingit forti armato, cui fortior alter superuenit. Contraria denique consilia contrarios etiam duces ostendunt, sed sic est quòd ego pacem veni mittere, pacem amo, pacem annuntio, dæmon autẽ discordias: non est ergo eiusdem consilij meum, & dæmonis bellum, in hoc tardat conuincens istos. Venio ad dæmonẽ, iste iustitia eiiciendus est; quare, quia non habet ius in hominem, postquam habitat illum Spiritus Dei: & in hoc sensu

Cur tardat Christus in pellendo dæmone. b Ser. de passione. *Simile.* Ephes. 6. 17. c De Trinit. 13. c. 13. *Simile.* *Agit ratione Christus.*

9.

Ioan.12.31. sensu explicanda sunt verba Christi, *Nunc princeps mundi huius eiicietur foras*, hoc est, iam Christus dæmonem sua morte vicit, ita vt nisi per homines steterit, nihil prorsus in eos habeat potestatis, priuauit eum iure, quo regnabat, à primi parentis peccato: tunc enim traditus fuit mundus dæmoni quasi tortori à Iudice iusto Deo: & non solùm ius, sed possessionem amisit, & foras eiectus est (vt exponunt Augustinus, & Gregorius*) *foras*, scilicet de cordibus hominum, vnde iustitia superandus est: *sacale por iusticia; porque no le vale el sagrado, ni tiene otro derecho, que el que le da el hombre.* Sed in hoc est maior difficultas; quia iam non solùm cum dæmone agenda res est, sed cum libero arbitrio, ideo subditur tertiò, *illud erat mutum.*

* Et ferè eadem Basil. in hunc locum.

10. Luc.11.14. *Illud erat mutum.* Ecce quare tardat; non quia ex parte nostri Ducis desit potestas, sed quia difficilis expugnatio diaboli, qui fores libertatis per impedimenta recludit, sicut dæmonem istum fecisse legimus: facile enim est pellere dæmones loquaces, & garrulos, quales erant, quibus tacere iussit Dominus, *& non sinebat ea loqui.* Luc.4.41. Alij muti sunt, & vix verbum efferentes, hoc magis formidare debemus: nam isti milites multum loquaces, & magna iactantes imbecillæ virtutis sunt; ventosissimi enim sunt, & nihil amplius: at tardus in loquendo, versutus, & callidus, sic fortior est, & truculentior; nónne iactantem audis, *conscendam in cælum, & super astra*, &c. At quàm taciti Michael & eius vno verbo contenti Angeli, *quis sicut Deus?* Timeamus, fratres, dæmonem mutum, hic est fortis, armatus, hic est dæmon, hic est mutus, hic est Beelzebub, hic est princeps dæmoniorum, hic est rex mundi, hic est satan, hic est spiritus immundus, hic est nequam, hic denique est ille, quem, quia mutus erat, Dei verbum expugnat; nihil enim magis contrarium huic poterat inueniri, quàm Dei verbum, per quod omnia facta sunt; vnde in hoc bello de Dei gloria agitur, & Deo gloriam tribuit, qui apertè sua crimina confitetur; qui verò abscondit, & quasi tristem facit esse ducem nostrum: ideo Iosue ad suum Acham aiebat, *Da gloriam Deo*; gloriam enim dat Deo, qui peccata fatetur, ideo Apostolus, *Omnes* (inquit) *peccauerunt, & egent gloria Dei*, Dei gloriam *pœnitentiam* vocans. Quæ verba dicta puta à Paulo tanquam iudicialiter sententiam pronuntiante, audita vtraque parte, Iudæis nempe, & Romanis nobilissimis. Quid vos ô Iudæi arroganter contra Gentes insolescitis, cùm iustos ex lege putatis? Quid vos item Romani Iudæos quasi circuncisos contemnitis? Ego vestram vtrinque causam, vitam examinaui, & omnibus examinatis iudico, & edico *omnes vos peccatores esse, & egere gratia Dei*; sternit omnium hominum superbiam, coronas, & cristas deiicit, omnésque peccati condemnat, omnes mendicos, omnes supplices Deo facit, vt non nisi ad Dei gratiam, clementiam, & misericordiam, & indulgentiam prouocare, & appellare possint.

Dæmon mutus timendus maximè.

Isai.14.13.

Num.7.23. Rom.3.23.

Omnes egent gloria Dei, hoc est, pœnitentia.

11. 1.Tim.1.15. Quare ipse Paulus primum locum inter peccatores occupare vult, *quorum ego primus sum*, vt primus ad gratiam mereatur adsciri, *yo soy el primero, y el maior.* Ecce secundo loco magnus Augustinus ª: Ego, ego primus peccatorum sum; immo & maximus, & egeo magna, & gloriosa Dei gratia. Tertio loco Dauid Psal. 26. *Adiutor meus esto, ne derelinquas me*; Theodoretus, & Eusebius notant esse in Græco verbum iniuriosum, natum ex quadam fabula, vel ex prouerbio illo, *ad coruos*, vel ex metaphora scoriæ, quæ proiicitur ex metallo, & spurcitia; Domine, ne me mittas ad coruos: *no haga yo Señor la ida del cueruo*; vel ne permittas more coruorum cras cras dicere, & procrastinare pœnitentiam; vel ne patiaris regem esse quasi fæcem, & scoriam populi, quæ serò conuertitur ad Deum: *no sea yo Señor de la chusma, y escoria de los peccadores tardios.* Ecce alter rex pro foribus adest, fateri crimina iam desiderans, Ezechias. *Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.* Septuaginta, *Viuentes benedicent tibi, sicut & ego.* Quare ô rex in crastinum non differs confessionem tuam? quia nesciunt mortales, an in crastinum viuent, sicut & ego scio; si ergo tu scis, quare sic solicitus es de hodierna die? *ego hodie*, respondet, quia rex sum, & filios habeo erudiendos, quos edocere oportet, confessionem non esse differendam vsque ad lectulum, cùm iacet mortalis homo, sed viuens, viuens: *muy en su Iuicio, muy antes de estar enfermo*; *Pater filiis notam faciet veritatem tuam.* Vnde Cassiodorus ª; *O ingeniosa simplicitas, & mille tergiuersationibus cautior puritas, manifestare delictum, illis non index, sed aduocatus est Christus, qui se propria confessione damnarunt*: nam sicut aduocatus clientis sui causam defendit, sic Christus peccata confitentis excusat, & illa magis, quæ clariùs detegit pœnitens, vt liquet maximè in peccato Dauidis, qui & adulter fuit, & homicida, adulterium sæpe confessus est, & carnis imbecillitatem multoties accusat: homicidij autem non ita crebrò memor est, ideo Dominus adulterij immemor ait non peccasse Dauidem: alibi autem laudat eum, postea verò refricat memoriam homicidij; *excepto sermone Vriæ Hethæi*, quasi dicat, nemo putet peccata detecta siue regis, siue principis dignitati derogare; illa, illa, quæ non deteguntur clarè, illa, quæ per confessionem, & dolorem non delentur, illa scripta sunt apud Deum, & diuinæ hærent memoriæ. Sed restat nodus, & is Herculeus.

ª Lib.50.hô. 23.tom.10. Nullum est peccatum, quod fecit homo, quod non possit facere alter homo, si desit rector à quo factus est homo.

P.Lorinus, & refert Vlisse Aldourandum. lib.12. Ornitholog. c.1. in Psal. 26.9.

Isai. 38.19.

12.

ª In Psal. *Beati, quorum remissæ.*

3.Reg.15.5.

13. *Illud erat mutum.* Opus perdifficile aggredior, fores animæ obseratas, quarum vectem se fecit serpens tortuosus, reserare. O Christi mei sapientia! ô prudentia Redemptoris, faustam, felicémque tuorum ministrorum operam hodierna die effice, vt dent tibi adstantes animæ honorem: licèt enim claues habemus, sed non temerè eis vti debemus. Vide quid agat magister Christus. *Misit digitos in auriculas eius: entrò por los oidos vn taladro de temor del infierno. tetigit linguam: tocò la lengua con el dedo blando del Espiritu sancto facilitando la confession con buenas razones. & suspiciens in calum ingemuit: rogar al Señor, cuyo es mas este negocio que de nuestra industria.* O ministri Christi, quanta à nobis exiguntur? sed quid si ligatam relinquimus, quam liberatam putamus? & nos in eorum reatum intramus, & peccatum, quod vnius erat, fiat iam commune duorum; quid si serpens implicaretur clauibus? vt antiqui referunt contigisse, quod tanquam prodigium, & malum portentans vrbi, horruerunt omnes. At prudens Philosophus eos timore leuauit, non multum curan

Administratio pœnitentiæ attenta. Marc.7.33.

d by Google

a Plutarchus in Leōtichi. Erasmus in Apophor. curandum (inquit [a]) serpentem inuolui claui, illud esset pertimescendum, clauem colubro intorqueri: at in nostris clauibus vtrinque malum imminet, si dæmon inuoluit se claui, vel impediendo confessionem, vel cassam, & inanem efficiendo, vel amorem spiritualem in carnalem traducendo, ita cùm *in spiritu cœperitis*
Galat. 3. 3. (ait Paulus) *carne consumemini.* Graue malum: grauissimum autem si clauis sese contorquet, & insinuat serpenti; hoc est, cùm minister pœnitenti vel ob lucrum, vel timorem, vel dignitatem condescendit. Quid? etiamsi peccator his omnibus peractis non cooperatur, sed vel obsistit, vel lapidem immisit in seram obstinationis, vel occulti criminis. O difficile opus, bene
Luc. 11. 20. digito Dei significatum, *Si in digito Dei eiicio dæmonia.* Cùm enim pictor rude opus breuiter peragit, vel corporis partes maiores depingit, omnibus digitis sumit penicillum, & quasi rudi mineruà iactat colores: cùm verò pupillam oculi effingit, duobus, vel vno digito, si posset, intento penicillo opus peragit operosum, difficile, delicatum: ita Christus hoc opus digito delicatissimo, & tenui perficiendum docet.

14. Ratione igitur primò agamus, quam dat
b In Psalm. *Via meas enuntiaui.* Cassiodorus [b]; ex ipso regis abaco spectante Imperatore *, fur impudens, & audax vas aureum abstulit, fugit, comprehensus, lignóque iam suspendendus est; cùm ecce hoc nuntium cum viro suo, qui est à secretis, mittit Imperator: homuncio audax, egomet meis oculis te furantem vidi; sed quia vidi, iubeo te saluere, dummodo facinus viro, qui à secretis meis est, secretò etiam fatearis. O clementiam! ô insaniam hominis tantam pietatem respuentis! tene rationem; Deus te peccantem vidit,

* Carolo V. in Hispania spectāte fur ausus est vas surripere aureum.

Suadetur ratione confessio clara.

Hebr. 4. 13. *cuius oculis omnia nuda, & aperta sunt*, & ab ipso iudice præoccupatus es in delicto, *in operibus suis comprehensus est peccator*, & ipso facto in sup-
Psal. 9. 17. plicium addictus es, *stipendia peccati mors*, & hæc omnia effugis mala dicto solùm corde, & voce:
Psal. 50. 6. *Peccaui Domine, & malum coram te feci. Ecce la-*
Psal. 36. 10. *bia mea non prohibebo, Domine tu scisti*; & sacerdoti confessario, qui à secretis Dei, sat est confiteri; hoc etiam est certissimum, sicut quæ audisti, & hoc tenuis? *y quieres traher al cuello vn laço de condenacion, que no sabes quando el verdugo de la muerte te dará el traspie de la horca. Mira compensatio* (inquit Cassiodorus) *stupenda vicissitudo Domino sua propria mala dicere, & ab eodem præmia salutis accipere, quis non incitetur illi ad præmium confiteri, cui non possis negare, quod feceris.*

15. Secunda terribilis est, & quæ præcordia fœminarum (quas maximè tenet hæc stoliditas tegendi crimina) perterret valde, & pudorem exuit in confitendo. Audi Dauidem; *Quoniam ta-*
Psal. 31. 3. *cui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota*
Cardin. Tolet. in hunc Psal. *die*; si clamabas, quomodo tacebas? quòd si tacebas, quorsum clamores excitabas? Hæc mea ignorantia, hæc insipientia mea fuit: nam quo magis vulnus tegebam, eo magis incrudescebat, & augebam gemitus, & voces; quoniam
Psal. 31. 4. quando *grauata est super me manus tua*, tunc magis culpam silebam, quæ pœnæ causa erat; in-
c Lib. de pœnit. num. 10. quit Tertullianus [c], error eorum, *qui pudoris magis memores sunt, quàm salutis.* Addit perillustre exemplum, *velut illi, qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione conscientiam medentium vitant, & ita cum erubescentia sua pereunt, miserum est secari, & cauterio exuri, & pulueris alicuius mordacitatis anxiari; tamen quæ per insuauitatem medentur superuentura vtilitatis gratia commendant.* Finge nobilem virginem carcinoma, vel cancrum in vbere gestare, delicatam, & quæ apis aculeum sine clamore non ferret, ignorat malum, nihil externa species ostendit, tacet vel ob pudorem, vel ob dolorem, latiùs patet malum, & corroboratur quotidie, pungit dolor, & somnum capere nequit quousque acer doloris morsus cogit fateri cancrum, & ploratus turpissimos edere: *grande mal Zaratan zaratan en el pecho.* Iam de amputando, & extrahendo cancro agitur, munitur Eucharistia puella, corroboratur potione odoratissima, collocatur in sella, colligantur brachia, nudatur pectus, hîc adsunt medici, circumstant chirurgi, illic inter ardentes carbones ardent cauteria, hîc instrumentis artis mensæ scatent; fit terribile signum atramento in medio vbere, dissecat sine misericordia chirurgus, attrectat, contrectat, cohibet sanguinem candenti ferro, & oblonga acu vbera consuit, trahit, præcidit, succumbunt animo adstantes; ipsa verò afflicta, & iacens lamentabili voce deplorat. Cur plorat misera puella? quoniam *tacuit*: nam si enuntiasset morbum in principio, nemo medicorum tam imperitus, qui non benignè illi polliceretur salutem leui pharmaco hausto, vel adhibito. Descendas (obsecro) ô fœmina in infernum cogitatione, vide sauciam lethali vulnere peccati vel sororem, vel amicam, vide carnificinam illam, vide sine misericordia chirurgos, vide instrumenta terrifica, quid plorat virgo? *quoniam tacuit*; tace ergo nunc, commissa ne emittas, ne prodas conscios; non possum super illa tacere: *dum clamarem tota die.* Roga Deum alligare veniat vulnus, serò iam de remediis agitur, stirpes sunt altæ vitiorum. O fatua, & imperditissima mulier, non melius fuisset opportunè occulta aperire crimina, quæ à quouis vel ignaro confessore, antequam serperet malum, omnino sanata fuisses; ecce modò gemis, eiulas, lamentaris, frangeris, & inutiliter pœnitens debilitaris; frænet ista insania amentiā vestram? ô fœminæ, *ne tu verecundia bona ad delinquendum expandens frontem, ad deprecandum verò subducens: la verguenza buena hauia de ser al peccar; pero al curar os? al pedir pardon? al venda vos, y cerrar la boca a la llaga?*

Pudor ad confitendum nocet.

Vn zaratan en el pecho en cubierto grauissimo mal. Simile.

16.

Tertull. suprà.

17. Sunt & alia muta dæmonia, nec à nobis silenda; vnum est, quòd concionatorem vtile reticere, vel leuiter tangere docet, vt curiosis infarciat aures audientium; nec minoris lucri putat esse dæmon, quàm quæ retulimus, *Canes muti non valentes latrare*, non dixit (inquit Gregorius) *non volentes*: volunt enim quamplurimi, sed non audent. O nostræ cantilenæ! ô nostra carmina! ô vanam nostram deliniendi aures rationem, *canes muti; predicatores, cantores: curiosos mas que prouechosos.* Muti fiunt etiam negociatores, qui cùm incidunt in dubitationem circa contractus silent, & cæcis oculis in id propendent, quod magis arridet, illud nequissimi solatij effatum repetentes, *Fiat modò semel, postea de iustitia eius agemus, vel restituemus.* Effugiésne (inquit Chrysostomus) in Dei iudicio, vel peccata illa, quæ sciens, & prudens commisisti, vel etiam illa, quæ etsi ignorabas, tamen

Dæmon mutus in concionatore.

Isai 56. 10.

Mercatores muti.

Muti in tentationibus sunt aliqui cum vita dispendio.

men scire, & rogare teneberis? *Muti sunt:* nec desunt etiam, qui muti fiunt in tentationibus; aperi obsecro vulnus, vel periculum patri spirituali, ne tibi, quod Isaias refert, contingat.

Isai. 59. 5.

Oua aspidum ruperunt: qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod confotum est, erumpet in regulum: si el hueuo del aspid le arrojas, quedas libre, si le comes, matate, si le empollas, sale vn basilico, que te pica, y mata con dolor. Sic in praua cogitatione in virtute est adulterium, si aperis tentationem, quid mali accidit? si consensum præbes, hausisti venenum, si verò foues, occasione, loquela, tactu, & opere malo, iam publicè, & cum dolore mordet ad mortem; taces tu, tacet ille, tacet dæmon, quia mutus est, & omnes ad inferna deuoluentur. Hæc criminum manifestatio & plurimùm refert, & salutis æternæ amorem ostendit, dum adipiscendæ gloriæ causa, nulla remedia, nulla difficilia reputantur. Secundò etiam pudore, & metu afficit dæmonem; vtrumque eleganter Cassianus [a] docuit.

[a] Collatione 2. c. 10.

Dæmon quasi serpens de specu tentandi occasiones immittit; marcescit, cùm patefit, & quasi dehonestatus recedit.

Simile.

Sicut si vir nobilis noctu comprehenderetur in furto, nihil grauius potest illi obuenire, quàm si admota face accensa vultus eius proditur: sic dæmon, qui semper naturalis nobilitatis insolentia inflatus est, si in furto comprehenditur, *dehonestatus recedit*, ideo tenebras amat, & vmbras quærit, in vmbra dormit, in secreto calami. Si hæc ad vxoratas, & laicos dicimus, quid oportebit facere in tentatione virgi-
18. nes Deo dicatas, & religiosos iuuenes? nec minutiora esse dicas: nam, vt monebat S. Dorotheus, *non est ita amens dæmon, vt obiiciat his aliquid prophanissimorum, sed callidè, & per malitiam decipit.* Si te destitutum videt consilio senis, perinde est, ac si fur puerum pulcrum solum inueniat monilibus collo appensis; quia sine nutrice est, vel pædagogo, loco monilium,

Industria ad vincendū dæmonem morari & silere.

florum catenam appendit, pomum in vna manu, placentam in alia intrudit, & his puerilibus munusculis delectatus expoliatur veris, & pretiosis: ita nullo magis delectatur dæmon, quàm cùm virginem puram, & honestam matronam sine pædagogo, sine consilio senis inuenit: simplicibus enim gaudet ille, & qui præ pudore tacent. Vnde illud remedij superest, cùm ille nimis solicitus, & properans venit, tardiores vos esse in executione: sicut negotiatores vafri, qui extorquere volunt inconsideratam voluntatem, & præ nimia solicitudine tempus consulendi non dant; consultissimum putant mansuetudine, & tarditate frigidum dare responsum; siste (obsecro) edormiam consilium: negotium enim consultatione indiget. Memor esto huius responsi, ô inconsiderata, & proiecta mulier; &, sicut Susanna, sanioris mentis tempus postula, ne obmutescas, loquere: dæmon enim obturandi oris munere fungitur, ideo mutus dicitur.

In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæ-
19. *monia.* Contumeliosus iste dæmon, qui inua-
Luc. 11. 15. sit corda Pharisæorum, nos ad obturandum os eius cogit, & adhibito supplicio, & voce grandi præcipere, *obmutesce dæmon.* Cogitaueram ego (inquit D. Bernardus) detractionis morsus longè abesse à religiosis viris, & principibus: nam laudans sponsus os suæ sponsæ, *Dentes tui* (ait)

Cant. 4. 2.

sicut greges tonsarum, quos, vt vides, comparat dentibus: quia non est dolor, sicut dolor eorum; quia nihil tam horrendum, & horribile est, sicut murmur, & dissensio in congregatione. Illud tamen obserua, superiores dentes esse, & inferiores; *cùm autem inferiores moueantur, superiores nunquam moueri debent; quia etsi subditi aliquando turbentur, prælatorum est in mente composita perdurare: descompusturas, mordiscos, y quemaçones, con los vaxos hablan, no con los altos.* Hæc (inquam) cogitaueram, sed postea perspexi lanceam esse istorum linguam, & quidem acutissimam, quæ

Bernard. in serm. 63 ex paruis, & variis.

Dedecet graues viros linguarum morsus.

tres penetrat ictu vno: *nec verò huiusmodi linguam,* 20.
ipso etiam mucrone, quo Dominicum latus confossum est, crudeliorem dicere vereatis: fodit enim hæc Christi corpus, nec iam exanime, sed suis exanime fodiendo; fodit enim, & pungit eos, quos vitæ dedit, quam protulit ipse, qui seipsum tradidit pro eis. Vnde ex vno scelere in aliud prolabuntur, & in Christum, & Deum iniuriosi, & contumeliosi fiunt. Hoc peccatum hæresi comparat Dauid, & non qualicunque, sed stolidi Manichæi errori: ait enim, *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* &c. *potens*, hoc est, omnipotens in iniquitatem: *eres vn competidor de la omnipotencia de Dios tu para mal, como el para bien.*

Bernard. serm. de triplici custodia, manus, linguæ, & cordis.

Psal. 51. 3.

Si enim vera somniasset Manichæus, Deum videlicet esse auctorem malorum, oppositum vero Deo, tu vtique vel Deus es, vel errorem istum perfidè sustines: nam solo verbo, quidquid Deus molitus est, posses demoliri: verbo enim præsens fit Christus in Eucharistia, mutata in carnem Christi substantia panis, & tu vno verbo hoc destruis; *Christus non est verè in Sacramento: ego in Patre, & Pater in me est; opera, quæ ego facio,* &c. & tu vno verbo hæc destruis non in Deo, sed in Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia; illa puella virgo non est, Deus non est, cælum non est, sed cepa: deos autem malorum esse probari videtur; quoniam de nihilo magna augent, & quasi creant, &, quod mirabilius est, bonum in nihilum redigunt; creare enim, & nihilum facere, Dei solius proprium est.

Est quasi omnipotens ad malum detractor.

Ioan. 10. 38.

Ioan. 5. 36.

Vide quid ad detractores suos dicat Iob, *Quare persequimini me, sicut Deus, & carnibus meis saturamini?* sicut Deus; nam Dei opus est, & creare, & corpus augere; quod iam declarat: nam *carnibus meis saturamini.* Notandum enim est nihil illi vltra pellem reliquum fuisse, *pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum*; & nihilominus detractores suis carnibus exsaturari dicit. Sed vbi est caro, quam dentibus premas? Hó non indiget hoc vitium materia, etiam in id, quod non est, inuehitur, sine cibo mordet, & de nihilo magnas excitat tra-
gœdias: *hora tengan, hora no tengan materia,* 21.
murmuran, imitatur creatorem. Vnde sicut nihil optimum, nihil Deo comparandum; sic nihil execrabilius istis Manichæorum diis; &, quod nequissimum est, nullus fuit error, nulla ineptissima hæresis, quæ suos non habeat patronos, & defensores: sic in hæresi detractorum illa tria damna reperias, semper inuoluere mendacium, semper ab aliquibus credi, semper damnum inferre, & nullam compensationem fieri. Quapropter numquam horum fuit leue supplicium, sed horrendum, & persimille illi, quo fidei censores in actione publica homines detestabiles hæresiarchas, aut contumeliosos in

Cap. 19. 22.

Cùm magna de nihilo efficit.

Tria mala detractionis.

B. Virgi

Pœna de calumniatorum.

B. Virginem, aut Lutheranos ignominiosa morte condemnant: nam sicut in his actionibus concursus est incredibilis, tabulatum excitatum altissimum, & alterum, in quo sedent tres inquisitores, ibi rei suas audiunt sententias, miserabile cernitur, atque luctuosum agmen damnatorum, demissis capitibus, & oculis in terram semper intuentibus procedunt; principio haberi concionem, recitari edictum, singulos prodire damnatos in publicum, audire sententias suas, damnari pro delictorum atrocitate, & comburendos flammis condemnari, & vnumquemque suis ignominiosis insignibus procedere.

Actio publica in supplicium detractorum instituta.

Quare tam celebris actio instituta est? quia hic verbum impurum de sanctissima Virgine, vel contumeliosum de sancto aliquo, aut detestabile de Deo immortali audacter dixit, & iniectis vinculis, atque labiis acerrimè compressis producuntur in publicum. Nónne tibi celebris videtur actio habita *Num.* 12. à tribus inquisitoribus, Deo, Moyse, & Aarone, in quam prodiit vna tantummodo Maria soror Moysis lepra infami notata, ita fœda, vt Aaron ad Moysem dixerit, *Obsecro Domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod stultè commisimus, ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuum, quod proiicitur*
22. *de vulua matris suæ: ecce iam medium carnis eius deuoratum est à lepra.* & ad hoc spectandū aderat ignea columna Angeli, & sexcenta millia hominum per septem dies expectantium. Et quare sic in fœminam excandet Deus? *Quia non timuistis detrahere seruo meo Moysi.*

Supplicium detractorum.

Ecce tamen iterum tres inquisitores confidentes edicto publico præcipiunt omni populo, *Recedite à tabernaculis hominum impiorum*: ecce prodeunt in publicum Dathan, & Abiron, & egressi stabant in introitu papilionum suorum flammis omnes quasi flagrantibus sparsis horribiles, atque formidolosi, & infamibus mitris longioribus deformes, & horrifici, sententiam edicit Moyses. *In hoc scietis, quia Dominus miserit me, vt facerem omnia, quæ cernitis.* & confestim, ac cessauit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens ós suum deuorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum, descenderúntque víui in infernum operti humo. Et quid peccauerunt rei isti? *Scietis, quòd blasphemauerint isti;* & qua blasphemia? in Deum, & in ministros eius: non sat fuisset separare, aut saltem sepelire eos? minimè (inquit Ambrosius) *ne cælum aspectu, aërem halitu, mare contactu, terram sepulcro macularent: como apestados muy ondas las sepulturas, como parricidas no gozen de los beneficios de la naturaleza ayre, fuego, agua, ni tierra.* Ecce iam tertiò ignis egressus à Domino interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum; quorum pœna cùm notissima sit, vt in posterum duratura erudiret populum, & sacerdotes, præcipitur Eleazaro, vt thuribula ænea, in quibus obtulerant hi ignem, produceret in laminas, & affigeret altari, vt haberent filij Israël postea, quibus commouerentur: *fixadme essas laminas, como sambenitos de escarmiento:* murmurante autem tertiò omni multitudine filiorum Israël, percussit Deus quatuordecim millia hominum, & septingentos; nónne hæc omnia consideratu dignissima? non extremi iudicij speciem habent? O lingua quoddā in natura monstrum, quid iam mali non agas, si in filium Dei ore sacerdotum sic debacchata es? *in Beelzebub.*

Num. 16. 24.

Ibid. 28.

Ibid. 30.

Cùm immundus spiritus. Denotant verba ista istos quasi arreptos à dæmone insanisse, & coniecisse maledicta in Christum: nam qui se putat religiosum esse, & atro dente mordet, iam in dæmonis potestatem redit; & quidem periculosiùs Tertullianus: *In hoc se regnare putat diabolus, si sanctos à religione deturbet, & cùm venerit, inuenit eam scopis mundatam.* Tam citò Domine animam purificasti, & ornasti, & quæ instar inferni sordescebat, in paradisum restituis? vtique, sicut rex vt vnam tantùm noctem apud rusticum agat, tota domus purgatur, ornatur, suffitur odoratissimis pastillis, & suffimentis; sic Deus vt vno die apud animam moretur, omnibus donis cælestibus exornat, immo & has animas sponsas vocat, vt notat D. Bernardus[a], & Isaias, *Gaudens gaudebo in Domino,* &c. *monilibus suis,* quam munditiem tolerare nequit, *sed tunc vadit: huye de esse paraiso:* nam habet cameli naturam, & ingenium, qui (vt ait Plinius[b]) sitim quatriduo *tolerat, impléque cùm bibendi occasio est, & in præteritum, & in futurum obturbata proculcatione priùs aqua, aliter potu non gaudet.* Sic dæmon amat immunditiam, quod maximè liquet ex Marci cap. 5. 12. *Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus;* per hoc enim itendebat (inquit Hieronymus) simile quærere; nam cœnosis conscientiis gaudet. *Quare assumit alios septem;* in multitudine enim, & commixtione multorum sordescunt conscientiæ, & insensibiliter labuntur in turpia, & obscœna: *& ingressi habitant ibi.* O misera sors! ô deflenda vicissitudo, domus Dei ornata, & culta sic breui, sic vna quasi hora in stabulum, in infernum dæmoniorum commutatur? Quis videt nauim prospero flante vento, mercibus onustam ab Hispanis ad Indos properantem; quid si subitò frangi contingat? *Diuitiæ tuæ, & thesauri tui, & multiplex instrumentum tuum cadent in corde maris in die ruinæ tuæ.* Vnde Augustinus[c], *Omnis homo qualis sit, tunc, cùm loquitur, fortè scit; qualis crastino futurus sit, quis scit?* Et Seneca[d], *Noli huic tranquillitati confidere, momento mare vertitur, eodem die vbi luserunt nauigia, sorbentur.*

23.

Marc. 1. 26.

Mordaces à dæmone commouentur.

Purant animam fugit dæmon.

a Serm. 62. in Cant. Cap. 61. 1.

b Lib. 8. cap. 18.

Recidentis in peccatum anima, damna maiora.

Ezech. 27. 27.

c Serm. 24. de Sanctis.

d Epist. 4.

24.
Sed ne tanta gloria sine gloria maneret, cecinit tuba noster Aod, & Pater cælestis tanti facinoris cantatricem excitat mulierem communem: *Beatus venter, qui te portauit: buena madre tiene, y en la leche mamò el valor, y nobleza, bien sele parece.* At ille cùm nobilitatis laudem lacte acceptam, & à progenitoribus ductam audit, corrigit mulierem; *quinimmo* dicens, sit ita, stat bene, quod dicis: sed nobilitas ducum, & ministrorum Dei illa est, quam sibi per propria opera nanciscuntur, quorum vnum filiis Dei dignum est audire verbum Dei, & custodire illud: *& mater mea, quam appellatis felicem, inde felix, quia verbum Dei custodiuit; non quia in illa Verbum caro factum est.* Vt tu (Adolescens) hoc verbo Dei quasi semine natus, illo quasi lacte nutritus, verbo (obsecro) maiora mediteris facinora, & inde magnus efficiare gratia in terra, gloria in cælesti patria.

Amen.

Luc. 11. 27.

Aug. tract. 10. in Ioan. & lib. 8. de sancta virginitate c. 3.

VER-

bós.

VERBVM FILII.
Luc. 11. v. 14.

Erat (Iesus) eiiciens dæmonium, & illud erat mutum.

Animam prædam dæmonis effectam omnibus impedimentis superatis recuperat, & ad thronum pietatis, & confessionis reducit.

DISCVRSVS LVI.

1\. PRIMA Euangelij verba id exprimunt nobis magni illius Dei exercituum; *Qui educit vinctos in fortitudine*, cuius nomen ab Isaia vocatum est, *accelera, festina; qui portat omnia verbo virtutis suæ: que todo lo que quisiere lo llena ya hecho con su poderosissima palabra.* Salus hominum, & Patris virtus, studium eius, & opus quodammodo retardari, & celeritatem impediri, dum à miseri hominis corpore dæmonem propulsaret: *erat Iesus eiiciens dæmonium.* Miror sanè (strenue Dux noster) velle te signa explicare contra dæmonem, & aperto cum illo Marte congredi; quid poterit hoc gloria tuæ potentiæ amplificari? quinimmo lædi, & obscurari. Contra ducentos Mauros, qui eruperunt, & desilierunt in Carthaginem, opus erit vt delectu militum facto, & commoto bello sumat arma Philippus, & prodeat ipse in aciem? at non satis erit, vt proxima illa ciuitas classicum canat, & ciuitatis rector cum armata militia, & copiis ad hoc de more comparatis eos compellat in fugam? Quid si videas regem indicere bellum, & vna die bis centum præstantissimos duces conducere, comparare copias firmissimas, delectum inclytum facere, tormenta bellica curribus imponere, omnia arma, & commeatum, quæ in Hispania sunt, triticum, & hordeum colligere, in regio palatio signum regium explicare, sub illóque nomen dare proceres regni, fortes, & ad dimicandum industrios, & regem ipsum denique procedere in aciem, quid suspicari posses? Turcam videlicet ipsum velis, & copiis instructissimum per mediterraneum descendere trecentis triremibus, trecentis nauibus æquè comparatis, multísque nauigiis armis, & munitione onustis, scaphis ad ingrediendum, pistris ad excurrendum, monocrotis ad insiliendum, nauiculis exploratoriis, statim diceres, vtrinque de corona certatur: *esto và de poder apoder.* Non enim gloriosum duceret Sylla bellum gerere, nisi pari virtute, & dignitate vidisset Marium; nec Iulius Cæsar ipse in Græciam descenderet, nisi Pompeij potentia suæ quodammodo similis esset: neque Octauianus Europæ vires, robúrque colligeret, nisi armatas contra se videret Marci Antonij vires, & Orientis. Quàm non est tui Domine hoc belli genus? non sat erat Regem cæli omnipotentem Angelorum militiam instruere, contra dæmonem mittere? nisi quòd tu etiam aciem offeras hosti, & illum aggredi, & manus conserere velis? omnium mortalium stupor, & pauor animos occupat: vt vel sic homo intelligat, quàm acer suæ salutis aduersarius sit dæmon, qui cum Deo componi præsumit, & bellum contra illum sustinere. Sat fuit contra quatuor reges Deum vnum Abrahamum rusticis, domesticis, famulis instructum mittere, & ad propellendam Philistæam puerum armare sat fuit: ad expugnandum verò dæmonem Deus ipse opus est se expediat; quare? quia referunt historiæ (non fabulæ) vera fides, atque æternum Dei verbum in lib. Iob: *Non est potestas, quæ comparetur ei.* Videte si locus est somno mortalibus, qui inimicitias gerunt cum illo, quem Deus ipse debellauit, & nondum prædam extorsit, nec bellum omnino profligauit, sed *erat Iesus eiiciens dæmonium: tiempo passado, y no cumplido, toda via pelea por sacar os (hombre deshonesto) esse demonio sucio, que traheu en esse cuerpo; y a vos trampista esse espiritu de bullicio, y mentira:* adhuc bellum durat, adhuc animæ vita in dubio est.

Psal. 67. 7. Cap. 8. 3. Hebr. 1. 3.

Certam impensè dæmonem expugnare decreuit Christus.

Quàm acer aduersarius est dæmon quem tanto sumptu debellat Christus.

2\. *Gen. 14.*

Cap. 41. 14.

3\. Verumenimuero, si rectè consideras (inquit D. Ambrosius [a]) huius moræ causam, tu es (ô pretiosa anima) cuius gratia tui amans belligeratur: longas tui ergò vias laboriosas subiit. Vtinam ego aliquid earum valeam exponere. Fingite, & cogitatione depingite arcem altam, latissimam, firmam, captúque difficilem, muris, fossa palustrique, ac limoso amne communitam in ipsis duorum regnorum finibus collocatam, quæ regna, corona, lingua, legibus, professione, & animis longè dissident: quàm auidè regum quisque sibi expugnare arcem, & vindicare cuperet, & decertaret, qua ratione obsideret? quas excursiones, & eruptiones faceret? Quid si certiores fierent inibi clausam esse prudentissimam, pariter & pulcritudine præstantem virginem, alto natam genere, quam non solùm in captiuam, sed in sponsam asserere gloriosum foret: quibus tunc putas, desideriis nouis flagrarent? *El hombre vn alcazar real, en quien cabe Dios, puesto en los confines del tiempo, y de la eternidad. Que salas? que aposentos? lo mas alto, que es la cabeça, que artificiosa? que lindeza hay, que con ella se iguale? Alli esta casa del saber, la torre del omenaje de este mundo menor; alli tienen aposento los sentidos, que mas à mano sirven de pajes a la razon; alli se assienta la memoria secretario de esta señora, en cuyo poder estan los registros en diuersas gauetas de esso artificioso escritorio; que bellas, y vistosas ventanas tienne esta torre, ojos con vidrieras para hazer la atalaya, y centinela: las orejas, que son, sino troneras, por donde cuela el sonido, puertas de los recados de la alma por passos tan torcidos paraque haya recato, que artificio, y boueda el de la boca, donde reside la lengua interprete del alma con tal virtud, y eminencia de apoderarse de las gentes, que es ver vna alma señora de todo retrato de Dios, extremo de auiso,* &c. Quid putas homo est? (inquit Ambrosius) nisi regia arx, quæ totum Deum capit, in confinio temporis, & æternitatis, cæli, & terræ, mortalitatis, & gloriæ collocata: quæ aulæ, quæ cubicula, qui apparatus, quæ supellex, quæ mirabilia? quæ cùm considerat Dauid sapiens rex, & amplissimus, in admirationem rapiebatur. *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam: señor quando de vuestra*

a Exaëm. c. 8. lib. 6.

Agitur vita animæ in prælio Iesu.

4\.

Psal. 138. 6.

vuestra mano su buuitra salido esta fabrica, sino la mia, esta bastaua para ver los primores de vuestra sabiduria. Ac primum partem præstantissimam (caput) inspiciamus. Quid enim arte, neque natura factum, etiam cælum ipsum, poterit cum illo conferri: cælum enim est (inquit Ambrosius) & tanquam arx inter reliqua vrbis mœnia eminet; ibi regalis quædam habitat sapientia turris tutissima (*del homenaje*) vbi imperialis potestas ministris huius parui mundi, munera, robur, validitatem communicat: ibi distinctas sedes, & cubicula habent sensus, qui ad manum sunt, & vt famuli rationi subseruiunt; ibi memoria residet, quæ, vt ait Plato, secreta seruat domus, & quasi in scriniis, & distinctis thecis res digestæ, & asseruatæ sunt, vt post multos dies suo ordine quæque, & proprio nomine in memoriam reuocentur (quod valde mirabile visum est Augustino) quàm amplæ fenestræ in domus supercilio, & fronte oculi, vt de quadam scena superiore anima inuersa vitreis specuculis prospectet, & quasi desuper speculetur, & inimicorum caueat incursus. Auriculæ extentiores quasi extra mœnia turres, quas vocant *troneras*, vt verba, nuntiaque recipiant, flexuosam habent viam, vt in eius finibus vox repercussa sine offensione interiores ingrediatur anfractus, & pudica anima quid excipere, quid respuere oporteat, diligentiùs examinet. Quis cameram illam describat, vbi lingua est animæ interpres, cordis arcana pandens, tali virtute prædita, vt tenui aëre verberato nunc commoueat, nunc demulceat audientis affectum, iratum mitiget, fractum erigat, soletur dolentem, teneat animos suspensos, & circumfusam multitudinem. Quis penetret fabricam illam internis sensibus, secreto, arte, & maiestate præparatam?

5. Quis animam contempletur, cuius gratia vniuersa hæc domus constructa est? Dei imago, prudentiæ mater, genere nobilissima Angelorum propinqua? Contra istam arcem omnia sua tormenta librat dæmon, cælum pariter vim dirigit omnem: *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper*, & dum animam expugnare inuitam non valet, mœnia corporis capit, fores claudit, fenestras oculorum occludit, obturat aures, & quasi contra incantatam turrim vim omnem collocat; ferreas fores, hîc gigantem, illic monstrum horrendum, erit quidem alter Alcides, qui expugnare eam intendat: *cùm fortis armatus custodit atrium suum. Ego* (inquit Ambrosius[a]) *ciuitas munita, ego ciuitas obsessa: munita per Christum, obsessa per diabolum; sed non debet obsidionem vereri, cui Christus adiutor est: munitur enim gratia spirituali, & sæcularibus periculis obsidetur. Cognosce te homo, cognosce te decora anima; quia imago Dei es, in qua mirabilis facta est scientia Dei: cognosce ergo te homo, quantus sis, & attende tibi, ne quando laqueis implicatus diaboli fias præda venantis, qui circuit quærens quem deuoret.*

SVMMA CONCIONIS.

Psal. 73. 23.

a Exaëmeron cap. 8. lib. 6.

6. Ecce intrat liberare obsidione expugnator acerrimus, caput, oculósque conuertite. *Deus vester: Dios en persona; y Dios vuestro. Ecce Dominus Deus: Dios en toda su autoridad; in fortitudine, con todo su poder: dominabitur brachium eius. sin duda vencera, y le quedarà el braço sano: ecce merces eius cum eo, tiene por premio de sus batallas ganar vna alma, y desencantar vna torre: sicut pastor gregem suum pascet, y el tratamiento, y estratagemas no seran de soldado, sino de pastor amoroso.* Domine, quomodo hanc subitam mutationem muneris facis? nunc miles, nunc strepitum, & armorum commotionem excitas, & iam è vestigio ad pastoritiam vitam, mores, & ingenia traduceris. Ita (inquit) expugnatio ista non vi, non armis, sed digito, sed amore peragenda est, sicque quasi exauctoratus pastoris ingreditur vitam, ad Iacobi mores alludens, qui cùm mollis, & delicatus esset, postquam in Rachelis amorem exarsit, durus æstibus, & gelu ferendis factus est: ita ego pastoris mores induam, deprimam, & demittam maiestatem meam, solo Rachelis stipendio militans (*militat mihi crede, militat omnis amans*) non depono, sed commuto bellum; *ecce merces eius cum eo, yo me darè por bien pagado, si os gano* (*alma.*) Stabo legibus, quas egomet feci, non confringam arbitrij fores, rogabo, gemam, plorabo, fundam lacrymas, myrrham primam, & sic verbis expugnabo. *Aperi mihi soror mea sponsa; quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium: desdeque me humanè te llamo, hermana, te requebro, y te busco, y despues de humanado, mira loque me has costado?* O vox plena auctoritatis, & salutis! ô amor solicitus! Virgo purissima (anima) nullam tui deditionem dæmoni facias, antequam huius principis singularem amorem cognoscas; sed cùm dæmonis tormenta personant, cùm repetitæ tentationes animum pulsant, considera hæc: finge tibi virginem lectissimam (qualis tu es) nobilem, clausam, quàm perditè exquireret ciuis quidam, qui capitali odio cum virginis parente flagraret; sed accedit ciuis alter, eius honorem zelans, & consilia riualis detegit illi, & insidias amoris specie tectas denudat: scito pudica virgo hunc ciuem percupere honestatem tuam violare; non quia te amet, sed quia vlcisci se putat, si hac lædat iniuria parentem tuum. O nefas (inquit illa) à me abeat immundus: nam neque à me oculorum conspectum extorquebit, nec verbum dulce, sed iram, rabiem, inimicitiam immortalem; non secus, ô anima, te dæmon deperditè amare, & expugnare fingit; non quia te amat, sed quia Deum tuum odit, *superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper*; fuge tyrannum, ama principem: etenim etiamsi dæmon per vim te cogere videatur, omnia tamen horribilia monstra, quæ fores obseruant, prosternet, *dominabitur brachium eius.*

Isai. 40. 9.

Animam non virtute & armis, sed amore expugnat Christus.

Isai. 40. 10.

7.

REPETITIO DISCVRSVS.

8. *Illud erat mutum.* Principio igitur quasi expertus dux tormenta idoneo, & apto loco collocare constituit: *leuanta rebelines, y plataformas, y pone caualleros, y padrastros, de donde asestar mejor.* Sic ait Augustinus[a]: *In comestione posuit gulam, in generatione luxuriam, in exercitatione ignauiam, in conuersatione inuidiam, in gubernatione auaritiam, in correctione iram, in præsulatu, siue dominatione superbiam, in corde posuit cogitationes malas, in ore locutiones falsas, in membris operationes iniquas, in vigilando mouet ad praua opera, in dormiendo ad somnia turpia.* Et Tertullianus, *In hoc se regnare putat diabolus, si sanctos à religione Dei deturbet: cerco apretado qui en escapara del?* Post hæc turrim ipsam mediam, cor (inquam) expugnare, & in duritiem inducere omnino curat; atque adeò horrendum monstrum pro foribus opponit, quam feram horribilem etiamsi doctores omnes in suis commentariis conclusam tenent Nissenus, Augustinus: at D. Bernardus[b] in Pontificis Eugenij conspectum

a Serm. 40. de tempore.

b De consideratione ad Eugen. lib...

ctum catena constrictam deducit. Quod est cor durum? quod est, inquis? *si non expauisti, hoc tuum est: si oyendo dezir coraçon duro no temblaste, y te assombraste, el tuyo es coraçon duro:* prodeat in lucem. *Quid ergo cor durum ipsum est, quod nec compunctione scinditur; que supo peccar, y no saber lloras; y el que en tantos males no llora, ya và asido del primero anillo, y es labon: nec pietate mollitur, no hablan con el dulçuras, ni bondad, ni piedad de Dios: ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit; que de estos emplastos estas mal sufrido? estos thesoros desprecias? y a thesoras iras para la eternidad? nec monetur precibus; esta es vaza de villano vil, que mientras mas le ruegan, mas se estiende: minis non cedit; ea señor jugad dela mano Izquierda: indicium horribile;* incerta mors, seuerus iudex, iudicia profunda, sententia extrema, æternitas pœnarum, ignis vorans, planctus, & stridor dentium, lectulus tineæ, culcitra vermium, ardores sempiterni, mallei igniti, scorpiones, caldaria resinæ, & sulphuris, nullo mortis instrumento, non obiecto, non repræsentato, impauidus est ad omnia; nemo est (inquit Gregorius) qui tonante cælo, & fundam retorquente Deo, & fulmen iaculante, non pertimescat, hìc concionatorem tonare, & lapidibus fundæ minari, fulmina, & furialia verba audit (vt ait Zachar. *cap. 9.*) & cogitat puerorum sagittas, vel lapillorum puerile lusum, id est, flagellis duratur, mortis, gladij, aut ignis intentatio feram truculentam frænat, flagellum mitigat, hæc nullis flagellis cædit, *ingratum ad beneficia; desconocido a las mercedes de Dios: ad consilia infidum; infiel a los consejos, soberuio incorregible, amigo de su parecer, capitoso: ad iudicia sanum; no se mira, ni cura sus llagas, de los otros es seuero censor, y hombre de malos higados: inuerecundum ad turpia; sin verguenza placear el peccado, grande mal hazer gala de la deshonestidad?* sicut Absalon, qui in solario publico coram populi conspectu ingressus est ad vxores patris sui regis: *impauidum ad pericula; arriscado, animoso, aunque sea muger se haze vn Roldan para ir al peccado: inhumanum ad humana, no siente desastres: temerarium ad diuina: descomedido a Dios, à su yglesia, y à sacramentos como vn Balthasar sacrilego: & vt breui cuncta horribilis mali mala complectar, ipsum est, quod nec Deum timet, nec hominem reuerètur: toma os el pulso hombre miserable, y temblad, si os hallais con este accidente.* Cœpit horrere monstrum istud Pontifex Eugenius, ad quem sic iterat sermonem Bernardus: Quæris qua ratione callus iste, & obdu ratio fiat, vtique eadem ratione, qua quis cæcus fit: nam, sicut ait Paulus, à claritate in claritatem, in eamdem imaginem transformamur; sic à tenebris in tenebras obductio oculorum fit: *vna catharata en vn ojo se va haziendo, tendiendose vna tela delicada oy, mañana otra hasta que no vee nada. Primum tibi importabile videbitur aliquid: pues yo hauia de cometer esse peccado? processu temporis iudicabis, non adeò graue, paulo post & leue senties: paulo post etiam delectabit, ita paulatim in cordis duritiam itur, & ex illa in auersionem.* Sicut illa sua ancilla, quam refert Seneca, quæ curationem cæcitatis respuebat, dicens non ipsam cæcam, sed reliquos cæcos esse, & in obscuro cubili detineri? atque de instituto suscepto non desistit dæmon, donec optata, & cogitata perficiat: nam vt Deum lacessat, eius imaginem omnino delere curat, & quam in spiritum loquentem, & viuentem fecit, loquela priuat, & oculos visu, &, vt ait Ambrosius [a], *carnem suam velut tumulum circumferentes, cui miseram infoderunt animam suam. Viuos item sepelit* (inquit Chrysologus [b]) *& humana mecu auidus, quos crudelitate sua occidere non potest, viuos gestis feraliter funerare. Sicque*, vt inquit Seneca [c], *inscribas: Mortem suam antecesserunt*; & custos monumenti fit dæmon, vt inquit D. Chrysologus [d], *auctor mortis mortis incubat mansiones, custoditque atrium suum.* Et, quod horribilius est, ipsa anima sui non miseretur, sed potiùs gratulatur vermibus, peccatis, & fœdissimis ipsis delectationibus. Iob, *Putredini dixi: Pater meus es, mater mea, & soror mea vermibus: cobran amor à sus culpas, como si fueran padre, y madre: similiter eos, qui exasperant*, id est (vt inquit Augustinus) ad iracundiam prouocant Deum, existimantes se reges esse, *qui habitant in sepulcris*, & dæmonis mancipia sunt.

10. *Cæcitas spiritualis quo pacto contingat.*

Quasi in sepulcro collocat animam dæmon.

a Lib. 1. c. 6. de Cain & Abel.

b Serm. 17.

c Epist. 61.

d Ibid.

Cap. 17. 14.

II. *In Beelzebub principe dæmoniorum*, &c. Nec minori expugnatione indiget monstrum istud, lingua videlicet maledica, quæ in ore sacerdotum, & scribarum ligata erat. Perniciosior tamen, quàm cordis duritiès: ille enim sibi damnum infert; hæc autem importunissima bellua commune malum est, & publicum nocendi instrumentum, & verè diabolicum; vel quia dæmon prior omnium detraxit Deo, quòd aliquando futurus esset homo, vel saltim leges eius contemnens, & obmurmurans; ideo Paulus ait, *Habemus mulieres pudicas, non detrahentes*: & Græca habent, *non diabolicas*, non illa labe conspersas, quam homines à primo illo detractore traxerunt. Ideo exturbare illam priùs intendit Christus quasi cathedram, immo quasi *vniuersitatem iniquitatis*: illa enim abutitur hypocrisis ad laudanda bona, ad tegenda opera mala, illa abutitur luxuria, vt in virginea, & abstrusa pectora venena effundat. *Corrumpunt bonos mores colloquia praua.* auaritiæ deseruit ad fallacias, & lites iræ, quasi limatus ensis ad scissiones, & schismata seminanda, quæ mala non semel, aut iterum, sed continuò causat: nam oculi eclipsim patiuntur, plicantur, & tremęnt manus præ senectute, pedes claudicant, & inutiles fiunt tempore: lingua verò raro titubat, raro imbecilla, raro tacet, dum nocere potest; ideo in illam ira Dei in inferno singulariter deseuit, sicut videre est in lingua diuitis illius, & vt omnino nocens, & iniqua fit ad id solum, quod præstat homini salutem æternam, muta fit: *malum inquietum*, hoc est, incoërcibile, irreparabile, omni medicatione carens. Fortissimus ille Dauid hoc monstro territus, ac debilitatus exclamat, *Ad Dominum, cum tribularer, clamaui: señor en la tierra no hay fuerças, fauor al rey, auida Dios.* Quo timore deprimeris rex? *Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa*: tu qui alios defendis, & vindicas, sic cadis animo? tu rex? non est rex, neque imperator, nec Pontifex, qui tutus esse possit à dolosa lingua. Deum voco, vt meus defensor sit: expecta igitur responsum. *Quid detur tibi, aut quid*

Bellua formida lingua maledica.

1. Tim. 3.

Iacob. 3.

1. Cor. 15. 33.

Psal. 119. 2.

Psal. 119. 3.

12. *quid apponatur tibi ad linguam dolosam?* vocas physicum, & dicis illi, te quartana febre laborare hyeme intrante; hectica, aut phthisica confirmata; postulas remedium, at ille non omnino ignarus respondet: Quod ergo remedium (putas domine) tibi ego possum adhibere tanto morbo? ad hoc vocatus sum? quid miraris, hoc velim intelligas, quàm immedicabili morbo labores; ita ego, cui omnia possibilia sunt, vt tibi difficultatem ingeram, vt caueas tantum malum, teipsum rogo, *quid detur tibi ad linguam dolosam?* à me quæris? me interrogas domine? te rogo (inquit) vt vel sic intelligas, quanto morbo labores: nos verò interim grauitatem morbi intelligamus. Primum malum enim est, cùm dæmon propulsatur, & gentes circumfusæ exclamant admirantes inde occasionem carpere detrahendi: *mal de Demonios dezir mal de lo que todos se admiran, dezir mal a secas, y de balde, Diabolica enfermedad.* Dicito dæmon, si ille ignotus remaneret, & in obscuro sita eius sanctitas, sineres, & missum faceres: nunc verò quia plauditur, laudatur, ideo aduersùs illum inueheris? iniuria quidem ipsi Spiritui sancto irrogata: cùm enim almus hic Spiritus in discipulos venit, *alij stupebant, quidam autem irruebant.* Secundò peior ægritudo est sciens, & prudens veritatis detractio, & proximi obmurmuratio: hæc enim hasta recta in Deum contorquetur, infernale vitium est, quod igne, & fumo passionum obtenebratur, & ardet: *y cada ruin à su fuego dize mal del bien ageno.* Verùm accidit illi, vt igne passionis flagrans lingua, fuligine se inficiat: nam sensim labitur, & à verbis proximi ad probra, & blasphemias diuinas præceps ruat. Vident nescio quid in illa fœmina, & audent dicere, meliùs foret ferre, & tacere, & dare eleemosynam, & minus orationi, & recitationibus vacare; non ausus est punctim ferire deuotionem, sed obliquè, & quasi cursim, sit patiens, & minus frequenter ad
13. sacras epulas veniat. O nequam, *sicut nouacula acuta fecisti dolum*, cui solùm radendi superflua munus incumbit; at quia acuta est, labitur, & capillos, & carnem secat: sic isti metas lingua transiliunt, & incipientes radere superflua, & secare putida, ad sanam, & bene valentem sanctitatem secandam ore sacrilego transeunt: *encarnarse la nauaja de su lengua, passan de lo enfermo à lo sano, tachan la virtud, y desacreditan la frequencia de sacramentos.* Tertiò hoc idem damnum, sed alia via aliæ inferunt linguæ, malum afferentes consilium specie amicitiæ tectum: quorsum tam frequens criminum expiatio, hoc maritus mulieri, hoc idem obiicit mulier marito: *que señora dexa os de essas cosas, son nouedades.* Quid ais? quorsum dehortaris diuina? an ignoras in vna confessione animæ salutem consistere, sicut in venæ scissione suo tempore facta? *Os iusti vena vitæ: fuente de vida, y vena de salud.* Quartò excessit puer Sunamitidis, quæ cùm adire Prophetam vellet, præmonuit maritum (neque enim illo inconsulto egredi ausa est) ait ille, *Quam ob causam pergis?* neque enim hodierna dies festiua est? Hô, quid incitatam meam mentem reprimis? iacet mortuus puer, & expectabo festum diem? ascendit in asinum, excitat puerum, vt stimulo exagitet: *dale à essa bestia: mina, & propera ne mihi*

Lingua petulans difficile curatur.

Actor. 2. 7. 12.

Facile in blasphemiam vel heresim labuntur detractores.

Psal. 51. 4.

Prou. 10. 11.

4. Reg. 4. 24.

miram facias in eundo; sunt enim aliqui ad hoc solùm lingua præditi, vt teporem inferant studio, & ardori deuotionis aliorum. Quorsum hic dæmonia propulsat? sineret illum surdum, & mutum; hoc dæmoniacum est? non considerantes hoc ipsum dæmoniorum munus esse. Belluam istam superauit Christus excitans de media plebe mulierem, quæ voce, & affectu insaniam eorum repressit: *porque las viejas afrentan à estos letradaços, que hazen ascos de exercicios santos, que ellos no los entendieron jamas, y estas gozan de Diuinos mysterios: beatus venter, &c.*

Reuertar in domum meam, vnde exiui, & fiunt, 14.
&c. Ne putes cum muscis iam nobis bellum gerendum; licèt enim Beelzebub princeps muscarum dicitur: attamen princeps dæmoniorum est, *el peor de los monstruos nos resta por vencer*; omnem enim vincendi spem in contentione, & pertinacia collocat: *en porfiar como la mosca*; qua enim ratione non pertinaciter homines tentabit, qui Dominum Deum suum iam cognitum iteratò pertentat in deserto? vt ponderat D. Chrysologus [a]. *Aduertite fratres si possit saxus inimicus, quamuis sæpe victus, homini cedere, qui audit, & sentit Dominum Deum; & tamen adhuc tentare non desinit.* Sicut hera Ioseph, quæ per multos dies vexabat adolescentem, & sicut musca molesta erat ei impudens fœmina, nondum considerans quàm despiceretur à seruo: *cùmque vidisset mulier vestem in manibus suis, & se esse contemptam: era el demonio mosca disfraçado en muger: cuius mos est, reuertar in domum meam, vnde exiui: ello no quedan hombre, y muger en el mundo? el boluerà a ser el de antes.* Vnde infero, sicut nullus audacior inimicus, quàm dæmon muscarum molestissimus; sic nullum atrocius crimen, quàm peccatum repetere, qui semel ab illo liberatus est, & à suo statu deiici Dei seruum; quod expressis verbis illi paralytico significauit Christus, *Caue, ne deterius tibi aliquid contingat. No es tanta pena de vn peccado el infierno con todas sus penas, y eternidad: porque en todo esse castigo, y pena rigurosa hay briz. nas, y girones de misericordia, y solo se cumple el lleno de la justicia Diuina en castigar vn peccado con otro pecado esso es la suma, y el tanto monta de todo el rigor de Dios y de toda la miseria del hombre.* Primò propter summam fœditatem, quæ iteratam culpam comitatur: nam cùm dæmon pedem extulit ab anima, custodes ostij constituit inconstantiam, & leuitatem, quæ vim inferunt feræ, & propositum, quo quasi ferreo pessulo claudebatur, infringunt; & dæmoni patet aditus, & anima redit ad vomitum. Sicut de duobus piscibus refert Aristoteles [b], alter centipes, alter verò marina vulpes, qui cùm hamum deuorasse sentiunt, & in visceribus iam fixum esse, è vestigio viscera omnia reuomunt simul, & hamum, quo reiecto viscera resumunt, & recenti sanguine coalescunt, & liberi euadunt. Vocant Prophetæ concionatores piscatores. *Mittentes in flumen hamum. Mittam piscatores, &c.* cupientes, vt par est, meliori quo possumus cibo pisces inescare: at illi reiecta doctrina, quæ viscera vomere coëgerat, vitia resumunt, *& in domum antiquam reuertuntur: danse à sus vicios, y*

Luc. 11. 24.

Dæmonis pertinacia.

a Serm. 13. in Matth. 4. 7.

Gen. 39. 13.

15.

b Lib. 9. histor. cap. 37.

Isai. 19. 8.
Ierem. 16. 16.
Piscatores prædicatores.

quedase el antaño fuera. O fœdissima turpitudo, sus lota in volutabro luti, &c. Secundò ingens malum, id est, propter damnum, quod illud statim subsequitur: (Matth. 12. 43.) *cum immundus spiritus exierit ab homine, &c. assumit septem alios nequiores se, &c.* (*Recidiua in peccatum quàm mala.*) Sic se habet peccatum, sicut homo, qui ruinosam, & deteriorem domum habitabat, in exilium missus ob crimen aliquod domum locauit, & interim mundant, reficiunt, & ornant; repetit ille, & ornatiorem, & instructiorem inuenit; hæc sunt Christianorum peccata, & seruorum Dei, inquit Augustinus, Beda, & Hilarius, & Hieronymus; & hoc eodem exemplo iniquitatem Hebræorum exaggerat Christus. Timebat Iacob, ne filios perimerent Chananæi in vindictam earum cædium, quas ipsis intulerunt iidem filij: at ille meliori consilio ascendit in Bethel (retine tibi nomen, *domus* enim *Dei* sonat) & collecta idola domesticorum, & purgata, & perlustrata domo ad radicem arboris consepelit, quo facto Gentes omnes in summam admirationem, & pauorem rapuit; (Gen. 35. 5.) *terror Domini inuasit in omnes ciuitates*, & bellum, & timorem omnino expulit.

16\. Transacto verò tempore filij Iacob de Ægypto in terram promissam asseruntur, quam Deus quasi verrens, & purgans peste habitatores, & bello mundauit, & præparauit vacuam, vt illi tranquillè sub ficu, & vite, melle, & lacte abundè potirentur, vno solo vero Deo adorato, sepultis iam idolis, & eorum cultoribus in deserto; (Psal. 67. 7.) *similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulcris.* Quid igitur post hæc? (in hoc mali caput est) intrant domum mundatam decem tribus, diuertunt ab aliis duabus, & templi cultu, & in Bethel ascendunt, & in eius vertice, vbi Iacob antiqua sepelierat idola, ibi, vbi *domus Dei* appellabatur, vitulos excitant, & qui minutiora antè idola colebant, iam eximia erigunt, quæ à longè poterant prospici, & quæ antea agrestes serui Iacob colebant, & famuli à pedibus; modò rex, & proceres Samariæ venerantur, atque adeò dæmon mundatam domum inuenit, & alios nequiores se reduxit, surdúmque, mutum, cæcum penitus effecit regnum. Horrendum crimen! (Osee 14. 1.) *Pereat Samaria* ira Dei in Bethel, arma, furiæ, exilia, pestes, bella in illam ingruant.

17\. Hæret lingua, & horrescit animus, hæc, quæ ista repræsentat historia, cogitare, nedum effari; quod vt exponeret Christus ipse, septem dæmoniorum molestissimo reditu figurauit, & aliis eloquentiæ coloribus exprimi vix potest. Peccata inter Turcas efferatos, inter Gentiles immanes, & barbaros terram aridam, in qua non degit dæmon; quia nihil succi inuenit, nec noui aliquid sperat ab iis, quos iam in sagena tenet ad inferos exturbandos, tolerabile est. Peccata verò inter Christianos? (*Horreant regna antiqua peccata, & sordes sæculorum in qua prolapsa sunt.*) idololatria impudici amoris inter Hispanos homines? *que es vn idolo, que enterrò su tartaraguelo con dolor de toda España en vna Caba, donde sepultò la honra, y valor del reyno, y escarmentò el mundo, y pasmò las naciones, y pusò en cadenas, y manos barbaras la riqueza, religion, y corona de España? grande mal.* Peccata in his, qui diuina sacramenta vsurpant, mundant conscientias, & in Bethel simul ascendunt, dicto vale periuriis, vsuris, & immunditiis? vitia vomere, & iterum vomitum fœdissimè lambere, & resorbere? Peccata in Dei seruis, ac domesticis in Dei famulatum ascriptis, in religiosis, sponsis Christi? in spirituali gente? quæ quando idola sepeliuit sub arbore crucis, territi sunt prophani, nec ausi sunt linguas distringere, sed pauore suffusi interrogare; illa connubium contempsit? à cognatorum, & amicarum societate, & coniunctione se seuocat? à corporis obsequio, cultu, & indulgentia discedit? claustris se velut sepulcris amandat? modò turpis, modò vilis effecta, modò leuis, & inconstans. O malum infinitum! ô ineffabile, ne dicam irreparabile; nullam ego vidi gentem (ait Augustinus[a]) honestiorem, & gloriosiorem illa, quæ in Bethel inhabitat, quæ domus Dei est, si, vt par est, colit Deum: nec iniquiorem vidi, cùm semel ab officio desciuit, & seducta est sine causa, & necessitate: (Psal. 77. 57.) *conuersi enim sunt in arcum prauum: con el teson mismo de antes, y aun mayor; porque estauan violentos tyran al mal.*

18\. (a Epist. 13. 7.)

Grauiter offensus est Deus, & Dei arca, cùm iuxta illam Dagon immanem dæmonem erexerunt Philistæi, exturbat illum, & in faciem deiicit, & frontem terræ æquat. Excitant iterum illum, & tunc Deus confractis manibus deiectum, caput ad fores templi, vel extra templum proiicit: (*Recidentes in peccatū quàm graui mœrore laborant.*) sic pariter isti cum sacerdotali veste, & cùm istæ cum mundissimis castitatis velaminibus, & sancto habitu peccatum, & impuros mores coniungunt; ecce subitò supercilia, & frontem ad terram demittunt, & melancholici, & subtristes peccati pondere fiunt. Perseuerant, & iterum peccant, & ad cælestem mensam accedunt, & in peccatis celebrant; tunc maiori infensus ira Deus bonorum operum brachia frangit, & fidei caput obtruncat, & extra Ecclesiam propellit propter hæresim, vel errorem, in quem ruunt. Quod optimè adnotat hîc commentator noster Maldonatus; nulli peiores sunt hæretici, quàm qui cùm boni aliquando Catholici fuissent diuinam aspernati gratiam, & catholicæ fidei simplicitatem fastidientes hæretici facti sunt.

19\. Quarta denique bellua rufi coloris verecundia est aperiendi crimina, quam interficere oportet, (*Pudor in aperiendis peccatis.*) vt linguam reserare valeamus, nam ingrediendi multi aditus patent dæmoni: vt autem egrediatur, sola confessionis porta reliqua est, quam omnino seruat postquam dicto *peccaui*, eripuit se Dauid, & latro dicto *memento mei*; & prodigus semel dicens, *peccaui in cælum, & contra te* (Luc. 15. 18.): nam sicut Deus *dixit* (vno videlicet verbo) cælum firmauit; sic altero verbo cælum penetrat pœnitens. *Dixi,* (Psal. 31. 5.) *confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & statim, tu remisisti impietatem peccati mei.* Sed ne graue esse præceptum aperiendi crimina iactes, vellem tibi priùs tribunal describere fœdissimum, furiosum, & horridum, quod apud Indios Iaponios dæmon ipse instituit. Septem leucarum iter asperrimum, ieiunia, & labores, obuij dæmones humana vestiti forma, sed teterrima, & horribili, qui ad examen cōscientiæ vocant, & aduolui terræ homines, & immotos esse iubent. (*Confessio diabolica & seuissima apud Gentiles.*) Eminet ibi saxea rupes altissima, nubes pertingens, ex qua summa profunditas prospicitur: in vertice rupis oblongum lignum extat, & foras mittitur, ex hoc trutina pendet, & in vna statera homo pœnitēs inter cælum, & terram collocatur, ibi alta voce fatetur crimina omnia; quid si reticeat vnum? statim in summam illā profunditatem exturbatur à dæmone.

Tu

20. Tu verò Ioannes sanctissime describe his Christianis, qualem sedem, & tribunal vidisti ad absoluenda crimina. *Ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens, & qui sedebat, similis erat aspectui iaspidis, & sardinis, & iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinæ, & in circuitu sedis sedilia vigintiquatuor, & super thronos vigintiquatuor seniores sedentes circumamicti stolis albis, & de throno procedebant fulgura, voces, & tonitrua, & in conspectu sedis tamquam mare vitreum simile crystallo.* Explicet nobis tribunal istud aliud agens Tertullianus [a]. Quis est, qui sedet nisi Pater? & quis ille nobis intelligendus est Pater? Deus scilicet, tam Pater nemo, tam pius nemo: facies autem *iaspidis*, & *sardinis* non est, vt terreat, sed vt in spem vocet, qui Deus est omnipotens ad peccata condonanda, quod vt manifestum sit, iride tota sedes circundabatur viridi, vt apertè viridis color passionis Christi symbolum sit etiam quasi pignus à Deo datum, quo suam peccatoribus placationem testaretur: sedes autem similis erat propitiatorio, aureæ nempe tabulæ, & duo Cherubini parui pro sella. Vocabatur autem *propitiatorium*: vt si diceremus, *el perdonadero*: sedet autem duobus Cherubinis, *sapientia* scilicet, & *sanctitate*; vigintiquatuor seniores circunstant, citharas & odoramenta gestantes, vt videas quibus tua peccata committas, senibus, prudentioribus, expertis, hominibus, qui ab agno potestatem acceperunt: *mira (dize Tertulliano) en que corro hechas tus peccados*: inter insultaturos, & qui in risiloquio consistunt? *donde hazen burla del caido*? minimè, sed inter fratres, atque conseruos, vbi communis species, metus, gaudium, dolor, passio, quid tuos aliud, quàm te opinaris? *piensas, que es Angel el confessor? que no sino hombre.* Augustinus, *Homo sum, à me nihil alienum puto*: & dum tu graueolentiam peccatorum effundis, hi omnes suffimentis pretiosis nares Dei suauitate, & odore quietis reficiunt: *le sossiegan à Dios el enojo con sus oraciones, y virtudes los confessores santos*, & præparatas habent citharas: peracta enim tua conuersione gaudium in toto cælo est. *Heus tu peccator, bono animo sis, vides, vbi de tuo gaudeatur.*
21. Quòd si ibi *fulgura sunt*, illæ sunt illustrationes subitæ, & considerationes breues, sed quasi iaculatæ, quæ hebescentem animam illuminent. *Voces* blandæ, & humanæ his, qui iam culpam detestari accedunt: pro suggestu enim grauiora, & acriora verba efferantur, inter confitendum blanda. Quare ad instituendos prædicatores, vehemens ventus, & ignis ardens auditus est. At cùm eosdem audiendis, & absoluendis peccatis imbuit, halitu blando potestatem impertiuit: sed quia proterui aliqui sunt, & contumaces, vel nimium sapientes, *tonitrua* audiuntur, vt hos terreat, vrgeat. *Fulmina* verò, vt obstinatos quasi dæmones expugnet: euolue (inquit Tertullianus) quæ spiritus dicat Ecclesiis: *desertam* dilectionem Ephesiis imputat stuprum, & idolothytorum esum Thyatirenis exprobrat, &c. & tamen omnes ad pœnitentiam commouet sub comminationibus quidem. Summam autem huius rei facilitatem mare illud vitreum ostendit: nam, vt explicat Carthusianus, in illo Pœnitentiæ sacramentum, in quo sordes animarum abluuntur, adumbratum est: vas enim istud de speculis mulierum factum dicitur; quia (vt inquit D. Gregorius [b]) *Videntes maculas in pœnitentiæ dolore compungimur; compuncti vero quasi in labro de speculis mulierum lauamur.* Vide quàm facilè pulcritudinem fœminæ, si solo speculi conspectu maculas, & fœda, quæ videat, abluentes delerent? ideo legem D. Iacobus speculo comparat, in quo vir, id est, homo antiquæ legis fœda videbat, sed non auferebat: nam illa lex ad scelerum cogitationem, & eorum remedium quærendum impellebat; non tamen perlucida sacramenta quasi aqua sordes eluebant: pœnitentia autem vas vitreum nobis contulit: *donde se nos trasluce con la absolucion dicha con palabras claras, nuestro perdon, y gracia*: & quàsi crystallinum speculum est, vt statim ac sordes speculamur ad patens, & manifestum remedium aquæ exundantis conuolemus. Veruntamen ais, quis transeat ad thronum Dei per mare vitreum, vbi omnia peccata aperienda, & tegenda sunt, vexat erubescentia delicti? O stultitia, pudoris es potius memor, quàm salutis? *ne tu verecundia bonus, ad delinquendum expandens frontem; ad deprecandum vero subducens: al peccar sin miedo, ni verguenza, y al lauar os del pecado os empachais?* Vide vbi deficiat peccator; simile quid contingit elephanti immani belluæ, feroci, & forti, quæ turrim armatorum sustinet, ad tormenta, ad clamores bellicos, ad fragorem interritus; qui tamen audito suis grunitu, leporis instar aufugit, & ad fluuium veniens si vmbram sui in aquis videt, timet, vel interturbat aquas, vel noctem expectat vt flumen traiiciat. Hæc timidi pœnitentia est, peruenimus (Dei misericordia) ad pœnitentiæ aquas ita pellucidas, vt gratiæ notionem, & spem certissimam veniæ speculemur, ibi hæret petulans fœmina, ibi impurus adolescens, ibi rusticus homo. O homo, nónne tu es, qui elephantis more, nec belli, nec maris pericula extimuisti? modò vmbram tuam exhorres? O mulier, nónne tu noctu Hectoris, & Roldani vires iactasti ad peccandum, ad ocultandum, ad fallendum maritum? quare modò times? *ibi trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Psal. 13. 5.
23. Sunt isti sicut magi Pharaonis, qui potuerunt serpentes, reptilia, & ranas effingere; at in tertio signo defecerunt, nempe cùm culices efformare deberent: *hazen peccados grauissimos, y despues al hazer mosquitos, que es mucho menos, desfallecen.* Imponit finem persuasioni bonus hic Doctor. *Quid ergo vltrà de duabus humanæ salutis quasi Phæris, stili potius negotium, quàm officium conscientiæ meæ curans? Paraque me canso en escriuir, y alabar el espejo, venga miremonos en el: peccator enim omnium notarum cùm sim, nec vlli rei, nisi pœnitentiæ natus, non facilè possum super illa tacere: sepan todos que mi alma fue captiua del demonio; y pusò todas sus señales en mi la culpa, y no hay paraque encubrirlas.* Sua stigmata profert Paulus, suas notas prædicat Adam, ego, qui peccator sum omnium notarum, nolo tacere, sed victori Christo gloriam decantare, qui animam sibi vindicat, vt sine macula, & ruga, purget gratia, nubat in gloria.

Apoc. 4. 2.

Tribunalis pœnitentiæ descriptio.

a Lib. de pœnitentia.

Suauis fit confessor & mitis.

Mare vitreum pœnitentiæ typus.

b Hom. 17. in Euangel.

22. Cap. 1. 23.

Pœnitentiæ sacramentum ipsa experientia suaue & iucundum fit.

Tertul. lib. de pœnitentia in fine.

VERBVM SPIRITVS sancti. Apoc. 12. v. 7.

Et factum est prælium magnum in cælo: Michael, & angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & angeli eius.

Ad Ecclesiæ bella, & salutem incumbit, & audacissimi dæmonis arma extorquet, & retorquet in ipsum.

DISCVRSVS LVII.

1. MINACES litteræ, & acerbæ à Deo datæ sunt Zachariæ in Damasci ciuitatem, sibique fœdere coniunctas vrbes. *Onus verbi Domini in terra Hadrach, & Damasci requiei eius*: quare tamen has formidines, & minas iactauerit Deus, nobis breuiter inquirendum est. Damascena ciuitas incredula caput erat Syriæ, vt patet, *caput Syriæ Damascus*, ex qua sæpe exorta bella, & eruptiones factæ in terram Israel, vtpote quæ sæpe cum Israelitis contra Iudam conspirauit, & quæ proxima erat Hebræorum finibus, & eorum vicinis maximè infensa. Quare pro generali hostium nomine vulgo *Damascus* habebatur: sicut apud nos Hispanos vulgo Maurorum nomẽ pro quolibet hoste accipitur; cùm verò captiui ex Israelitis sæpe deferebantur Damascum, quæ ciuitas erat proxima, & munita: sicut cùm nostri captiui abducuntur Argerium, *en hauiendo captiuos à Argel con ellas*; ideo celebre est Damasci, sicut Argerij nomen. Quid moliri poterit contra hoc Dei prouidentia, & Ecclesiæ Hierosolymitanæ cura; hoc nempe, vt illa Ecclesia, *& nasus eius fiat sicut turris contra Damascum.* Hoc omne consilium, omnis Ecclesiæ prudentia in eo est, vt veram Dei religionem contra Damascum defendat. Quid molitur Christus? id nempe, vt statim ac natus sit, contra Damascum (quæ ciuitas erat, & proxima, & nomen suum hostiliter insequebatur, nempe *Iudæam*, hoc est, *confessionem*) arcum intendit, *antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci: yo sere el alcayde de essa torre, y tomare el officio desde el pesebre.* Illa futuram promittit, sicut murus, firmam, fidelem, & nulli respondentem, quin potiùs obsistentem. *Ego murus, & vbera mea sicut turris*; ille verò sibi munus istud assumit, *Ero murus ignis in circuitu eius, & ero in gloria in medio eius.* Domine qua ratione fiet, vt tu in medio sis Ecclesiæ,
2. si murus eius es? certè non intellexistis, cùm ego sum in medio Ecclesiæ meæ, à veris cultoribus veneratus, & quietus, tunc sponsa murus meus est, quo munitus sum: at cùm illa dormit, & pace gaudet, ego tunc foris muri munus obtineo, defendens illam. Quare audite verba, quæ sequuntur, *& Damascus requiei eius*, hoc est, vides ciuitatem istam rebellem, cæcam, hostilem, idololatram, ciuitas requiei meæ est: *no la tengo yo ay, sino para desenojarme, y descançar mi braço, vt requiescat spiritus meus in terra Aquilonis*, tunc nempe, inquit Cyrillus, *cùm qui plurima eum, & effrenate peccando offenderunt, pœnas luerint; quia Domini est oculus hominis, & omnium tribuum Israel*, Hebr. *Domino, siue ad Dominum**. & est sensus reciprocus: *agora dais en la quenta: no veis, que Dios esta hecho ojos del hombre, y mucho mas de su yglesia, y la yglesia esta hecha ojos, y attenta al seruicio, y amor de su esposo?* mutuis enim, & reciprocis curis, & officiis sese adinuicem prosequuntur: quare & munera prouidendi, & consulendi commutarunt. Audi sponsum studium sponsæ commendantem [a]. *Oculi tui sicut columbæ: tus ojos son con alas de Zelo, y amor, que buelan a lo alto*, & mihi, & meo cultui prospiciunt: contrà verò [b], *Super lapidem vnum septem oculi sunt.* Cunctis oculis meæ prouidentiæ speculator factus tibi consulo (Petra, seu Ecclesia mea) hoc idem in Canticis repræsentatur: nam vbi illa dormit, sponsus solicitus est; at cùm ille quiescit, vaga illa, & omni est solicitudine plena. *Ego dormio* (inquit illa [c]) *& cor meum vigilat*: nam tunc sponsus eius vigilat, & rus egreditur in vineas balsami ne pereat, ad metendum aromata, *messui myrrham meam cum aromatibus*, & ne suscitent illam, imperat, *ne suscitetis dilectam*; aliàs autem quàm vigilans illa, quàm curiosa [d]. *Confidit in ea cor viri sui: facta est sicut nauis, de longè portans panem*, traiicit mare, *& de fructu manuum suarum in terra plantat vineam: con tal muger puedesse hechar a dormir el esposo, & spoliis non indigebit*; & in media hac diligentia sponsæ, quid sponsus meditatur? dormit, *cùm esset rex in accubitu suo: dormia su Magestad*, ita vt de strato vbi quiescat, & vnde somnium capiat, inquirat: *Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie: han trocado cuidados.* Accedamus ad proximiores hi-
3. storias; vacabat iam diuino cultui, & sanctificationi Hierosolymitana Ecclesia. Ecce subitò *radix peccatrix* scelestus Antiochus illustris filius Antiochi regis intrauit in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureũ, & candelabrum luminis, & vniuersa vasa eius, &c. & comminuit omnia, & sicut draco fecit cædẽ maximam, & locutus est in superbia magna, *factus est planctus magnus in Israel, & in omni loco eorum*, &c. & speciositas mulierum immutata est; *perdieron su lustre, y compostura las mugeres*, & omnis maritus sumpsit lamentum, & quid amplius; & quæ sedebant in toro maritali, lugebant: *las recien desposadas, y las recien paridas con estarse toda via en la cama de bodas, y de alegria, llorauan.* Quid agit tunc sponsus, dormit? quin potiùs hanc eamdem obsidionem multis retro annis Danieli reuelat, & ait Angelus ei; *In tempore illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui: calla varon de desseos, no llores, que ya se esta armando con armas conocidas, y probadas en otra guerra antigua, el que se llama Miguel.* Hoc autem neque tunc,
4. nec modò satis intellectum est; verùm audi historiam, nam munierunt milites Antiochi *ciuitatem Dauid muro magno, & firmo, & posuerunt ibi gentem peccatricem, viros iniquos; & facti sunt in laqueum magnum, & factum est hoc ad insidias sanctificationi, & in diabolum malum in Israel: grande mal cercar de peccadores, y peccados la ciudad sancta de gente idolatra, la ciudad fiel, & in diabolum malum*: dæmones enim, & eorum tentationes alij aliis nequiores sunt. Malus fuit dæmon, qui Iob bonis expoliauit, peior, qui salutem

Zach. 9. 1. — Isai. 7. 8. — Isai. 17. — *Damascus dicitur adiutorium Ephraim.* — Cant. 7. 4. — Isai. 8. 4. — Cant. 8. 10. — Zach. 2. 5. — *Reciproca cura Christi erga Ecclesiam, & Ecclesiæ erga Christum.* — Zach. 6. 8. — * Si est datiuus Domino, est sensus, omnis homo est Domino [illegible] — a Cant. 4. 1. — b Zach. 3. 9. — c Cant. 5. 2. — d Prou. 31. 11. — Cant. 1. 11. — Ibid. 7. — 1. Mach. 1. 21. — Ibid. 26. — *Michael Ecclesiæ defensor.* — Daniel. 12. 1. — *Michael noster Christus.* — 1. Mach. 1. 33. — *Nequam dæmon, sed alter alio nequior.*

salutem abstulit, pessimus, qui filiis orbauit: diabolus autem malus, qui ad blasphemias adigebat. Mala quidem furti tentatio, mala luxuriæ; nequissima autem, quæ fidem tollere, confessionem impedire, aures verbo Dei obturare contendit, *in diabolum malum* dormiet vtique
1.Math. 2.1. sponsus? Audi. *In diebus illis surrexit Mathathias filius Ioannis, & consedit in monte Modin, & habebat filios quinque.* Rogo, quid significat Mathathias, nisi, *quis sicut Deus*: nam Dei zelo accensus ostendere conatus est maximum discrimen esse inter Deum verum, & inter ficta idola, muta, cæca, & surda, & quæ similes faciunt, qui adorant ea. Ecce iam in prospectu stat dilucida explicatio duodecimi cap. Apocalypsis, & eorum, quæ ibi narrantur, omnes suas curas, & cogitationes Ecclesia sponsa contulerat, in colendo Christum, & verum Dei filium confitendo, & contemplando; ex quo duo mirabilia contigerunt, vt in illius speciem transformata sit, &, quod maius est, grauida facta; vtrumque autem non mirum sit vobis, dicente
2. Cor. 3. 18. D. Paulo, & exponente Anselmo: *Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes in eamdem imaginem transformamur à claritate in claritatem: nos namque* (inquit Theodoretus) *vt speculum sumus, qui claritate excepta splendorem*
5. *à nobis remittimus: reflexa su luz Christo en nosotros.* Inde etiam grauida facta est, dicente Isaia,
Cap.26.18. *A facie tua Domine concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum:* quod non ignorauit Plato; *Sunt* (inquit) *qui animo sunt prægnantes multo magis, quàm corpore, & concipiunt animo eos fœtus, quos animus potest concipere, & parere prudentiam, iustitiam, & virtutes alias.* neque Augustinus, *Omnis homo* (inquit) *concipit animo, neque vnus potest esse sine conceptu; sed alij concipiunt à diabolo, alij de Christo: peccator concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* Itaque & pulcra, & grauida facta est Ecclesia: nam omne id, quod gentilitas adorabat, mundus eius, & ornatus factus est: & sicut ille sydera, solem & lunam adorari fecit in odium Christi; sic Christus vero cultu, & cælesti monili exornauit: nam reticulum, & capillos vitta cogit gemmata duodecim stellis, vestem vario lucis & Solis splendore intexit: sandalium autem facit lunam: *por trencillo de diamantes doze estrellas, por vasquiña de razo de oro el Sol, por chapin con cerco de plata la luna. Quien adornò con tanto cuidado esta señora, no su cuidado, sino el que ella tiene de su esposo.* Capilli tui sicut grex caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad. *San Ambro. lee tonsarum: los cabellos son el cuidado; pues como compara los cabellos à los no cabellos; si son cabellos, como lo son, pues los compara a las ouejas desquiladas, luego no los tienen, luego compara los cuidados a los no cuidados: es assi que la esposa tiene cuidado de su esposo; pero descuido de de si es, descuidadissima, de Dios lo es sumamente, descuida de si; porque cuida de Dios, y assi le dize el:* Capilli tui sicut purpura regis vincta canalibus: *tus cabellos son amorosos cuidados ciñidos todos con vna sola cincta de plata, digo con vna sencilla intencion de agradarme; por esso vos hermana cuidais de vos tanto; porque descuidais de Dios, os tocais; porque el no os ha tocado, que la tocada de Dios no se toca tanto.* Sed ecce bellum, ad arma, ad arma vocamur: *que muger compuesta, y madre de hijo maioratzgo de estado tyrannizado, pide vn san Miguel, que la guarde.* Vix filium peperit Ecclesia, adhuc in toro coniugali manebat; *cùm ecce visum est aliud signum in cælo;* Apoc. 12. 3.
vandera contra vandera; & ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli. Quid agit sponsus? dormit? nequaquam, quin potius ecce sicut Mathathias Michaelis galea, & armis tectum in auxilium Ecclesiæ venit; *& factum est prælium magnum in cælo Michael*, hoc est, Christus, *& Angeli eius*, nempe concionatores, *præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & angeli eius*; quia Christus per se, & per Euangelicos prædicatores bellum idololatriæ fecit, & regnum, quod pacificè possidebat fortis, armatus, fortior alius superueniens abstulit, *& proiecit illum in terram*, hoc est, superbiam, & fastum eius depressit: *at postquam vidit draco, quòd proiectus esset in terram, persequutus est mulierem, quæ peperit masculum: renouose la guerra contra la yglesia, y essa es la que agora dura, sacar peccados de las almas, y almas del poder del demonio.*

Erat Iesus eiciens dæmonium, & illud erat mutum. Si verum est, quod aiebat Augustinus, *alij* 6. Luc. 11.14.
concipiunt à diabolo, alij de Christo, anima huius miselli hominis grauida est, & draconis fœtum gerit, atque externa signa, vel hæresim concepisse, vel turpe luxuriæ peccatū, denotant. Quòd si ex accidentibus, & signis coniectandum est, non fallor ego: nam ad non leuiter coniectandum fœminam præcipuè virginem defloratam esse, & concepisse, si non corpore, saltem animo, sat est illam crebrò conuenisse adolescentem petulantem. Sit in exemplum Eua, quæ statim ac acquieuit serpenti, statim virus peccati concepit animo: & Rebecca, quæ cùm adduceretur, & Anima concipit à dæmone.
prope sepulcra, & oppidum conspecta esset ab Isaac futuro sponso, statim cooperuit se pallio, quasi iam nupta, immo grauida esset: *al punto, que la viò su esposo, se diò por no doncella.* Semel Virginum modestia & pudor.
enim deliquisse, non generat suspicionem concepti peccati: at repetita crimina, & occasione proxima valde timendum in ventre animi coaluisse, & formatum & confirmatum esse peccatum. Huic periculo obnoxiæ sunt animæ illæ, quæ nimiam cum dæmone ineunt amicitiam: *que andan de camarada con el demonio como Iudas.* Sicut cùm duo eamdem nauim conscendunt, & Simile.
in eadem camera eodem pane nautico vtuntur, socij sunt in maris periculis; postea cùm de naui desiliunt, amicitia perpetua iuncti sunt: sic fœminæ, & viri, qui in vna peccati occasione cum dæmone degunt, & iam ex peccato victum, vestes, & calceos, & delitias communes habent, proculdubio iam diabolus misit in corpus peccatū, & in proximo est, vt pariat iniquitatem. Signa autem serpentis concepti inania non sunt. Nazianzenus [a] exposuit, *quòd ad-* Signa conceptus dæmonis.
uersus vitam cæcis oculis properat: no veis, que està a In com vbi calamitates animæ deplorat.
ciego? surdus etiam; quia quæ dæmonis sunt, audit, ad diuina aures obturat, *aures tuæ flectuntur ad diabolum, & auertuntur à Deo.* Mutus est etiam, quòd liquidò monstrat de dracone concepisse: nam cùm rufus est, rubore etiam animam suffundit, & impedit, ne peccatum confiteatur: *las señas todas son de preñez de* August. in Psal. 91.
algun dragon torpe, y sucio. nam ex his, quæ ardenter exoptant grauidæ fœminæ, fit coniectura fœtus, quem ferunt. Quis autem neget (inquit Nazianzenus [b]) serpentem conce- b Vbi proximè.

7. pisse fœtidam animam, quæ idipsum, quod dæmon appetit, *præcipitia illius legens, mortem concupiscit: antojo de caer, de despeñarse, y de entrarse en vnos puercos, no os parece antojo del demonio?* Ita compertum est (inquit Chrysologus [a]) nam cùm *Marci 5.* ab illo homine legionem dæmoniorum subducere in desertum locum vellet, qui illum in sepulcris degere cogebant, quid expetiuit dæmon? *Mitte nos in porcos. Vide vbi satanas sedem desiderat collocare, de sepulcris in porcos, semel infectus putredine habitacula fœtida; & immunda perquirit, fœtores amittere nescit, sed mutare.* Accedit, cùm peccatum ingeneratum est, in anima est, quasi anima eius, & dæmon sic amatur, sic seruatur, sic operatur, sicut si esset anima, & talem eiicere dæmonem, animam eripere est. Sic Clemens Romanus Pontifex [b] de Simone Mago fatetur: *Ex quibus est Simon hic, qui tali morbo comprehensus, nec sanari iam potest; quia voluntariè, & ex proposito iam ægrotabat, nec contra voluntatem eius in eo habitat dæmon; est itaque inseparabilis, &, vt ita dicam, anima eius iam effectus.* Viuit anima iam ex peccato, vti vitam adimis, si peccatum eiicis: sicut cùm de adolescente expulit Dominus dæmonem, *Factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent; quia mortuus est.* Quid si postquam dæmon in anima est, nutritur, & alitur, vt crescat? propterea monet virginem Eustochium D. Hieronymus: *Nolo sinas cogitationem crescere, nihil in te Babylonycum, nihil confusionis adolescat: beatus ille prædicatur, qui tenebit, & allidet paruulos suos ad*
8. *petram: dichosa alma, que da con tiempo con los hijos del peccado en la piedra Christo, y los haze pedaços.* Inde enim fit, vt neque peccatum viuat, & anima iam serò parturiens, vel præ dolore disrumpatur, vel simul cum peccato suppliciis deputetur æternis. Quod, ni fallor, duo eleganter expressere Prophetæ, primus Ezechiel fatuitatem fœminæ, hoc est, animæ sic describit: *Et quando nata es, in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus,* &c. Depingit fatuam fœminam, quæ furtim concepit puellam, & ne detegatur, furtim etiam pergit ad agrum, vt ibi puellam pariat, & relinquat. O stulta (inquit Deus) & impia, scis tu, quantis indigeat puer recens natus, vel puerpera parturiens indiget, obstetrice excipiente, indiget sale, nutrice, pannis, fascia, lacte, pulticulis, cunis, puella gerula, altrice matrona. O quantis indiget peccatum, vt viuat, & nutriatur: *que de cargas trahe consigo vn peccado, aunque lo quieras encubrir: & non pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnum ex istis,* Septuaginta legerunt, *& non pepercit oculus tuus, vt faceres tibi vnum ex his: ni huuò quien la tuuiesse, ni tu misma tuuiste lastima de ti.* Nam cùm opus sit, vt peccatum nutriatur, & viuat, manu obstetricante, *vna buena tercera, que sea vna celestina.* qui tegat, *quien lo encubra,* qui lauet, ne prodat illud fœtor suus: *quien los laue; porque nolo huelan;* quis retegat, infasciet, sustentet, ac tandem ancillæ gerulæ, quæ, vt assolent, circumferant, & omnibus notum faciant. Tu sola impia es tibi? nónne melius tibi fuisset tuum Dominum adire, nefas confiteri? ecce vno verbo aliam misellam ad vitam, & honorem reuocaui. *Transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo: vine, dixi, inquam, tibi, in sanguine tuo viue: con vna palabra yo te se absuelto, te di vida, te lauè, te vestì, te hizè reyna, a sangre fresca agora, que callas tu peccado, mal remedio tienes:* nam si de dracone concepisti serpentem, quis nisi Deus poterit verecundiam subducere, tortuosum colubrum dirigere, certè grauius certamen est, quàm draconem ipsum superare. Sic fatetur D. Gregorius in illa verba Iob, *Si abscondi quasi homo, peccatum: scio enim quòd per infirmitatis verecundiam, plerumque grauioris est certaminis cõmissa peccata prodere, quàm nondum admissa vitare: mau bareu vos en confessar vuestro estupro, que la otra en ser doncella, por esso anima es.* Difficultatem illam præuidens cælestis Magister saliuam oculis imponebat, vt videret, digito linguam tetigit, & iterum digitum in auriculas immisit, *& erat eiiciens,* quasi diceret, serpens incantauit animam, & prægnans est, opus est gratia, & arte ad decantandam illam, vtpote fidei lumine obiecto: *mira, que es fee de Christo, que vn solo peccado callado mata el alma:* linguam tangere rationibus variis, facilitatem inducere fatendi actus suos. Tertiò denique exemplis quasi terebrantibus auriculam adaperire, terrere, minari. Quale est illud illius fœminæ, quæ ingentia sua crimina, quasi conceptos bufones fœdissimos habere visa est, Quòd si nec ista sufficiunt insipientiam eius verbis Oseæ arguere, & sempiternum malum denuntiare: *colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius;* verba equidem summa eloquentia plena, & quam dubio procul imitari non dubuit poëtas, & referre, & explicare Hieronymum. Peruenerat ad nubilem ætatem lectissima quædam virgo, cùm lapsa est in secretam libidinem; quam tamen natura non dissimulans, augere ventrem cœpit; sed remedium erit semel, & iterum fasciis circumtegere, & infasciare corpus, colorem perdidit, repentè marcidum factum, pertæsum est cibi, somnum capere haud poterat, febriculis interterrantibus iactatur. Præsensit rem sagax, & prudens mater eius; timet autem celaturam libidinem. clam conuenit illam, ægra es filia mea, & perspectis signis præsagire audeo te grauidam effectam esse, si facinus perpetrasti, multa tibi circumspicienda; dicito mihi amabo matri tuæ: rubet illa, demittit oculos (& hoc sat erat) instat mater, vide; quia ego de decus tegere, & honori cõsulere potero, mitigare dolores, vitare mortem, ne fortè vna infamia ambæ afficiamur: grauatur illa hæc quasi noua audire: *quite allá señora, pues á mi estas cosas?* dum ecce corpus facinus ostendit, & repentini dolores ingruunt, angitur animo, & inexperta dolore disrumpitur, & clamoribus implet domum. Audit mater, ô amens, & imperita fœmina quid hoc? Ignoro, nisi peccatum meum; quid ais? sic peccatum tuum prodis? tace, sile; quomodo taceam, quæ dolore laceror ex intimis sensibus, peccaui; corrige verba, terge lacrymas, gemitus cohibe, ne persentiat pater: impossibile est, peccaui, premor, consumor, contabesco dolore. Intrat parens ira turgidus, regali voce personas, vt mare feruens, iræ vndis fremens, & subitò ense transfodere intat. Detinet illum vxor, atque interim videt illa flagrantem ira parentem, totis artubus contremiscit, frigido sudore, & rubore suffunditur, plurimas solùm lacrymas fundit. Sonat illa furialis vox, excauate foueam huic fœminæ impurissimæ, canibus abiicite fœtum istum ærumnosum, ostendite illi districtum hunc ensem, quo post partum

Marginal notes (left): a Ser. 17. — Vers. 12. — Difficulter peccatum ab anima pellitur si placet anima. — b Lib. 3. ad Iacobum. — Marc 9.26. — Psal. 136.9. — Ezech. 16.4. — Peccatoris stultitia, & quantis indiget ad peccandum. — Ezech. 16.5. — Ibid. 6.

Marginal notes (right): 9. Cap. 31.33. — Stultitia animarum quæ pecca a detegere recusant in confessione. — Osee 13.12. — Hieron. lib. 3. ad hæreses — 10. — De ira describitur. — 11.

partum perimenda est. O procrastinata pœnitentia! ô stoliditas peccatricis animæ. Vide quò te tua perduxit peruicax taciturnitas, & obstinatio. Audi ergo non poëtam, sed Prophetam Oseam: peccauit Ephraim ærumnosum crimen, & putat Deo suo tegere crimen, & ideo colligationes iniquas intexit, *Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius*, ecce dolores, *dolores parturientis venient ei.* Conuenit illum quasi mater Deus (vt exponit Rupertus, Albertus, & Montanus) scio ego facinus, concepisti dolorem, & paries iniquitatem: *nunc non stabit in contritione filiorum: mira, que no podras suffrir lo que te espera, yo soi tu madre, y te podre librar. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: serà el confessar agora sacarte del infierno: yo me tomare entonces con la muerte: ero mors tua ô mors, & morsus tuus ero inferne: no las as de hauer tu con la muerte, ni con el infierno; yo se sacar salud de semejantes quiebras: de peccato damnauit peccatum; y cubrir de gracia la afrenta: vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia.* Ingratus peccator mutus tacet, & excusat, & tegit scelera; *yo soy de essas? si por cierto*; ecce mors, & inferni dolores, intrat subitò seuera iustitia patris voce grandi, *pereat Samaria in gladio, paruuli eorum elidantur, & fœta eius discindantur: muera, muera para siempre, dad en essas paredes infernales con el parto de sus peccados.* Instat Propheta adhuc, liberum & viuum peccatorem admonens: *Conuertere Israël: Christiano, hijo de Padre Catolico, acuerdate de tu fee, no seas mudo: tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Dominum, & dicite ei*: Michaël sanctissime, *omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum: vos señor me quitad el demonio, y veis aqui todo quanto caudal tengo para vos*: interfice idololatriam, perime draconem; infidelitas enim est tacere crimina, & quia *ego credidi, propter quod locutus sum: la fee, que he tenido en vos mi Miguel sanctissimo, me abriò la boca: & nos credimus, propter quod & loquimur*, dicit Paulus, & Ambrosius [a] de Zacharia credente, *Meritòque continuò resoluta est lingua eius, & locutus est mutus: salga, salga a campo, veamos que pecado es este?*

Oseæ 13.13.
12. Ibid. 14.
Rom. 5.20.
Oseæ 14.1.
Ibid. 2.
Ibid. 3.
Psal. 115.10.
Luc. 1.
a Ibid.

13. *Et cùm eiecisset dæmonium, locutus est mutus.* Non refert Euangelista prima verba, quæ locutus est, quæ maximè notanda erant; vel quia confessus est peccatum suum coram Christo Domino, vt sicut Achan idolorum spolia de sinu depromens daret gloriam Deo; & Christus Dominus subiceri voluit peccatum, quod ipse ingenuè fassus est; vel quia cum Dauide cecinit, *Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulcris.* Hoc verbo, & facto admiratæ sunt turbæ. Duplici de causa admiratas turbas credo: prima ex eo quòd peccatum idololatriæ, & dæmonem sic Christus conculcauerit, & fides victrix euaserit contra draconem. Audiamus historiam Iacob. Frangi cœpit animo Iacob, sibique diffidere, fortunisque, ac liberis crudelitatem Chananæorum formidans; quia tot Sichimitas gladio trucidauerant filij sui. Ascendit in Bethel Dei iussu, & lustrata omni domo, collectisque idolis (quos Deos nominat, vt notat Rupertus [b]; quia in illis loquebatur dæmon, vt à veri Dei cultu subduceret) fide plenus in monte sepelit omnia sub

Luc. 11.14.
Psal. 67.7.
Confessio peccatorum quo pacto peragenda.
Gen. 35.5.
14.
b In Quæst. super Gen.

Terebintho. Quid inde subsecutum est, vt terrore perterritis omnibus circumuicinis bellum profligauerit. *Terror Domini inuasit omnes ciuitates, & non sunt ausa persequi recedentes.* Moralem sensum dedit nobis ingeniosus Abbas Rupertus [a]. Primò enim Christianus in Bethel domum Dei Ecclesiam conscendat, & conuocata omni domo animæ omnia idola, quæ vel intellectus, vel voluntas adorabant, vel sensus capiebant, nullo relicto Iacob parenti optimo confessario deferenda, & nuntianda, vt & illa, & inaures, & quidquid idolorum fuerat ad aram crucis, & ad radicem eius consepeliat; hoc enim facto *terror Domini inuasit in omnes gentes per circuitum: tiembla el demonio de fee como esta*: vt qui heri timebat Esau, nunc draconem septem capita præferentem perterreat, & superet: *teme el demonio de vn hombre, que confiessa, y sus peccados quedan enterrados.* Altera fortè admirationis causa fuit, cùm immundus dæmon expulsus est, & in publicum prodiit; hoc enim habet luxuriæ peccatum, vt si aliquando delitescat, sic se infamia, pædore, fumo prodat, vt id sensibus propè percipi posse videatur. Putaueras peccator fore vt tua semper crimina latitarent; expecta, & vide qua ratione draconem istum quasi taurum in theatrum, & plateam agitandum infero: ideo enim & Ioannes draconem istum graphicè describit, & Iob etiam Leuiathan, vt in septem capitibus capitalia crimina videas, in coronis superbiam vniuscuiusque vitij, in rufo colore crudelitatem, in flumine aquæ, quem ore vomebat, garrulitatem, & persecutiones, quas in prædicatores excitat, vt obruat, & ora claudat. Eadem pariter ratione Iob *reliquum corpus illius* (asserit esse) *quasi scuta fusilia*; quia impudicæ animæ vna alteram tegit: *vnas se encubren con otras, y toman el rosario, el manto, y la estacion, y el Iubileo por broquel de su peccado: vna vni coniungitur*; nullum enim locum vni Dei inspirationi concedunt: *& ne spiraculum quidem incedit per eas: todo lo cierran con escamas, la noche con el sueño, el almuerzo, con el espejo, las galas, con el passeo, el cantar con el romancero; la conuersacion, con el juego, todo asido, y trauado sin dar lugar à vn pensamiento de Dios. Portas vultus eius quis aperiat: vna boca con vna cordillera de dientes*; qui animos pauore occupant, quia sic impudici omnes detrahunt, mordent, infamant, vt quasi foliis alieni honoris direptis propriam contegant nuditatem: bellum autem aggredi in illum, perridiculum est: *quasi stipulam æstimabit gladium. Alto à la talanquera hombres, guarda, que sale, que come hombres*; ne prodatis crimina, ne in publicum efferatis turpitudines hominum. O imperita fœmina, sic putabas tua crimina tegenda? *cùm sublatus fuerit, timebunt Angeli, & territi purgabuntur: elo que sale aquel aquien temen los fuertes de Dios. O, ô fugite de terra Aquilonis.* Interlinealis ter repetit, *ô, ô, ô fugite.* O homines, ô temerarij, ô amentes fugite, *toro ho, ho, ho*, fugite mortales. Eia taurus solutus in medio circo consistit. Cuiusnam peccatum est? Rubeni; colloca te in tuto Ruben primogenite: ferox enim est taurus, ecce cepit illum, & disruptis visceribus inglorium infamia notatum reliquit, *effusus es sicut aqua.* Et quod fuit crimen; quia ausus est maculare torum paternum,

Gen. 35.5.
a Lib. 8. in Gen. c. 22.
Spectaculum turpissimi luxuria peccati.
15. Cap. 41.5.
Ibid. 7.
Ibid. 5.
Ibid. 20.
Ibid. 16.
Zach. 2.6.

Digitized by Google

ternum, & in matrem petulanter, & libidinosè inuehi? Iam in media platea cornibus minitatur regi Dauidi: Caue rex, in tutiora palatij receptacula te recipe, truculentus est amor. Sed quid contra me gigantis congressores? ne confidas in robore, immo nec sanctitate, *fugite*: ecce Dauidem in arena iacentem, & in peccato. Quare? *quia alienam concupiuit vxorem*, & quanam parte impetiuit taurus? primò animam occidit; pòst verò vxores cornibus ventilauit omnes, & Absaloni incestuosa luxuria cumulauit: *Mala buelta ha sido esta, guardense de adulterios los de la plaza, miren que sube el toro alos andamios, y palacios.* Iam tertiò attollit caput, & caudam, & sibilis agitatur, & prouocatur peccatum Salomonis. Fugite sapientes, fugite Doctores, ô, ô, ô, quia sordet sapientia, dum luxuriæ vacat: ecce iactatum per plateam, qui iudicio, & sapientia ante omnes pollebat; ecce cornibus eleuat, confert, *que le lleua*. Quò? quò? si putatis? nescimus. Iam nouas vires sumit crimen sacerdotale filiorum Heli: *toros en sagrado? y hombres consagrados en toros?* Timete sacerdotes, *fugite*: nam ecce Nazaræus Sanson deposito crimine, & Solis specie, brachiis fœmineis circumuoluitur: ecce vna dies cœpit omnes filios Heli sacrilegos, & retro cadens ipse confracto capite perit negligentissimus parens: Ephod enim sanctos petit, sed sanctos non facit: *no haze santos la sobre pelliz. Fugite fornicationem: ô mortales temed.* Beatos viros consulite, in quæ receptacula se receperunt. Francisce, vbi tutiùs hi tauri prospectandi sunt? de media niue, & rigente gelu; vis tu saluari stupa coram igne? Benedicte vnde tu? de medio rubo pungente iuuenile corpus; & tu vis stimulante dæmone, sanguine, fœmina saluari? Et tu Ignati, ex quo loco petulantem virum ad luxuriam pergentem spectasti? De gelido lacu membra mortificata, & pænè ad sensum carnis extincta in rigentem aquam, vt tutus essem, intuli. Et vis tu vegeta valetudine conuenire fœminas, audire blanda, induere mollia, & vbilibet vegetam castitatem seruare? *fugite.* Prodeas iam tu in arenam Michaël sanctissime; mi Christe, libera filios Adam, expecta in equo crucis tuæ cum hasta verbi tui ad necem paratissima: tu victoriis, & triumphis assuetus, *tu vnus de principibus.* Secunda nempe Trinitatis persona vindica sanguinem Baptistæ ab adulteris capite truncati. *Audite populi omnes, & attendat terra, & plenitudo eius,* intendite omnes: *quia ecce egreditur Dominus de loco suo: que sale a alancear el hijo de Dios. omnia idola eius ponam in perditionem: sale a dar cabo de los idolos de los Christianos.* Exiit Michaël sanctissimus, extendit in cruce quasi arcum æreum brachia sua, & hasta in caput eius infixa lethali vulnere affectum prosternit; sed ecce simul latus eius, & manus transfodit, & venit plangens: *super hoc plangam, & vlulabo, vadam spoliatus, & nudus, faciam planctum velut draconum: que es esto (Dios mio) de donde venis?* Deus plorans? Deus nudus? Deus vulneratus? qui factum est, vt taurus appropinquaret tabernaculo tuo? *In scelere Iacob omne istud: peccados de Christianos me han herido, gente, que sabe que su padre con esconder los idolos pasmò toda la sierra:* & illi denuò peccant, & publicè luxuriis me offendunt. Et quare fugis Domine? *quia desperata est plaga eius; quia venit vsque ad Iudam; porque no veo remedio para tanto mal:* quia antea fornicatio apud Gentilem, apud Turcam grassabatur, & Indos cæcos, & perfidos Mauros dedecorabat: modò verò *venit: ha dado buelta el diablo, y tal buelta, que trahe consigo otros siete, y ha entrado, vsque ad Iudam*, & Christianos peruasit; hinc autem eum expellere ridiculum est: nam inuenit mundatam domum, præsepe amplum, & cibis plenum, stabulum magnum, pastum vberrimum: in prato, in hortis, inter salices, in lectis, stratis, theatris, scenis, omnia quidem sunt vincula, è quibus etiamsi dæmon se eripere cupit, nescit per quam partem possit: neque illi deserent vnquam peccata sua; licèt enim meam mortem illis obiicias, haudquaquam resipiscent. Numquam credam Domine? videant te in cruce pendentem, & à peccando terrebuntur. Ecce mortales, ecce delicati milites ducem vestrum vestris iniquitatibus iacentem. Vide impudice quali lecto iacet filius Dei; vide ærumnosa fœmina Christum Michaëlem sanctissimum, ad quantam nuditatem, & angustiam tua peccata detulerint: *En esta cama dura pago yo vuestras torpezas: fugite, fugite*, fera truculenta fuge. *O vicio infernal, ô puertas del infierno, que tantos tragais cada dia, baste, baste peccador, mirad vuestra flaqueza quan fuerte es, pues tal estrago ha hecho en el hijo de Dios.*

In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Nondum omnino profligatum est bellum, draconis lingua soluitur ignem vomens. Proculdubio (aiunt) non est hæc Michaëlis virtus, sed Beelzebub potestas: *el Dios de las moscas haze esto, que este nos es hijo de Dios.* Domine quare soluisti feram bestiam, illorum præcipuè linguam, qui propter auctoritatem, & dignitatem vulgarem turbam istam in suam sententiam trahunt? Bene quidem dicitis, considerantes infinitam linguæ licentiam; verùm expectate finem belli, quod est maius malum linguæ? illud nempe, quod D. Iacobus expendit, *Lingua est vniuersitas iniquitatis: es vna vniuersidad de maldad, donde leen cathedras todos los vicios.* Superbia primam, auaritia secundam, luxuria aliam; sed lingua omnes horas sibi vendicat, Græcè κόσμος, id est, *mundus iniquitatis*: nam etiamsi exiguum membrum lingua, omnia capit, omnia continet. Qua ratione? eadem videlicet ratione, qua charta continet geographicè descriptum orbem: *mundo puesto en mappa*, in quo explicata manu regis Hispaniam, & Italiam, &c. Audias qui multas excurrêre plagas, qualem in lingua descriptionem gerunt. Dulce erat hoc, verùm est mendaciis plena charta, *mundus iniquitatis*, mentitur, pingit pro libito, grandia minuit, parua extendit, alta extenuat. Videas hoc in fidei mysteriis, quantum, putas, distat Deus à mendacio? infinitum quidem; quantum Christus à Beelzebub? immensum; ita ergo errat charta ista, vt Deum, & mendacium proximiores faciat, & Deo mendacium adiungat, & testem eius adhibeat, &

Marginalia (left): 16. — *Fugienda occasionis luxuriæ exempla.* — 1. Cor. 6. 18. — 17. — Michææ 1. 2. — Ibid. 8. — Ibid. 5.

Marginalia (right): Ibid. 9 *Turpior fornicatio apud fideles fugatur à Christo.* — 18. — Luc. 14. 15. *Bellua immanis lingua.* — Cap. 3. 6.

a Oratione de humana Christi natiuitate. Item orat 3. de pace.

& filium Dei consubstantialem Patri non esse. Ideo optimè Nazianzenus [a]: *In bonam partem hoc accipe sancta Trinitas; nec tu stultorum linguas prorsus effugisti: hechad a buena parte, lo que digo, tomad mis palabras en el mejor sentido que pudierren; ni vos os escapastes delas lenguas de los malos, tambien entrau en mappa, y*

19. *tal, que junta el cielo con la tierra. Tertium autem, idque maximum, quod eximium quiddam, & magnificum habet maledicentia, quòd vnà cum Deo maledictis figimur. Un mismo compas en este mappa pica en Dios, y en nos otros, pisa a la Diuinidad, y al hombre: idem enim, & diuinitatem reiiciunt, atque arrogant, & Theologum contumeliis afficiunt.* Quid inde sequitur? vanos esse, qui viam, quam ad cælum ducunt, secundùm mendacem chartam instituunt: *tan necio sois vos en jornada tan importante, fiar os, regir os, y hazer caso del mappa errado, del que diran, y de las lenguas de hombres maldicientes.* Secundum illud est, vt lingua sibiipsi tormentum pariat. Audi Iacobum, postea Dauidem, *quæ maculat totum corpus*; Græcè, *luto inuoluit; todo lo pone del lodo*: sine fræno enim immanis hæc bestia per quam partem ducet te, nisi per foueas bitumine, & luto plenas, in quibus reges illi profugi vsque ad coronas submersi sunt: *siempre guia por los atolladeros, y lugares sucios.* Addit, *inflammat rotam natiuitatis.* Videtur alludere ad

Non est mirandum quid de nobis maledica lingua iactat.

Iacob. 3.6.

20. quoddam tormentum, quo antiqui reos torquebant, rota videlicet, cui alligatus nocens pariter admoto igne adurebatur, paritérque dissecabatur. * Quo torquendi munere conscientia ab initio nascentis naturæ fungitur, *nullum Siculi inuenere tyranni tormentum maius.* Et Seneca vocat, *tormentum naturale, & carnifex natiuus: potro, y verdugo, que nace, y crece con nos otros*: atque adeò rota natiuitatis perinde erit, ac si diceret *rotam naturalem, ingenitam*, rota vt nullis expectatis testibus, terminis, tabulis, in cubili secreto cordis nocens ipse torqueatur, & pariter igne spirituali anima ipsa conflagret. Ideo aiebat Cicero, *Sapiens in terra non ascendit rotam: el sabio mira loque habla*; & eloquentior Salomon, *Qui custodit os suum, custodit ab angustiis animam suam: no se mete en ruidos el hombre sabio, ni tiene que ver con la Inquisicion, mira bien lo que habla.* Quorsum minaris mihi inquisitionem? Dauid respondet; *Posuerunt in cælum os suum, & lingua eorum transiuit in terra*; Hebr. *& lingua eorum deambulat in terra*: nam priùs deambulant terram, & lustrant lingua sua terrena, & postea in Deum ipsum sagittas intendunt: sicut Pharisæi deambulauerunt terram. *Hic filius fabri est? à Nazareth potest aliquid boni esse? vnde hic litteras scit? hic Samaritanus est, postea in Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia.* Eadem ratione isti detrahunt iustis; vel quia cum peccatoribus manducant, quia frequenter sacras epulas edunt; postea religiosum, pòst verò Christianam disciplinam, tandem ipsum Christum blasphemant; & sic seipsos in linguæ præcipitia dant, & promeritas soluunt pœnas. *Dilexisti omnia verba præcipitationis, propterea Deus destruet te in finem: al cabo, al cabo lleuarcis vuestro pago; y essa lengua se ira despeñando: præcipita Domine linguas eorum*, vt modò de

* De hoc instrumento agit Iosephus describens Machab. mortem. Et Tertul. in apologetic. & Cicero 1. Tusculan. 1. Sapiens in terrà non ascendit rotam, id est, tormentum. Prou.21.23.

Psal.72.9.

21.
Luc.11.15.

Vir linguosus labitur in hæresim, aut blasphemiam.

Psal. 51.6.

Psal 54.10.

iustis, postea de beatis, ac denique in Deum ipsum iactent maledicta. Contra hydriam istam blasphemam Antichristum, est Michaël noster, qui fidei faciem præferens superba capita extinguit, & linguas perfidas cohibet *, ac de omni diabolica lingua triumphat.

Sed ne tantus triumphus maneret in tenebris, ecce sponsa Christi Ecclesia sub mulieris specie (vt ait Beda) victoriam illi canit: *Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti* [a]; vicisti dæmonem, vicisti luxuriam, superasti maledicas linguas, dignus es filij Dei nomine, & tantæ matris laude, quæ te gestare meruit, & mamillis labia adhibere, in quibus gratia diffusa est. quæ verba in duobus corrigit Dux noster, dicens, *quinimmo beati*, &c. *esta bien esse buena muger.* Sed vide præter hanc beatitudinem vnius matris, aliam esse, qua frui possunt omnes, qui credunt, *qui audiunt verbum Dei*: nam Beatitudo à Boëtio [b] describitur, *status omnium bonorum aggregatione perfectus: vna piña, y pella de todo lo necessario, y gustoso; porque lo superfluo no es gloria, sino escalera del infierno.* Hæc autem beatitudo in vno verbo Dei quasi in summa continetur, vt tenuit Bernardus [c]: nam si induratur animus, *emitte spiritum tuum, & liquefaciet ea: anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est.* Si tepere cœpit ignitum eloquium tuum vehementer; si nox ingruit, *Lucerna pedibus meis verbum tuum* [d]; si vocamur ad arma, *Arripite gladium spiritus, quod est verbum Dei* [e], si maculis se coinquinat humanis, *iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis* [f]; si corpus ægrotat, *dic tantum verbo, & sanabitur*; sicque concludit Bernardus, *Verbum Dei omnia in omnibus.* Oportet autem vt secundum huic addatur, *& custodiunt illud*: anima enim verbo beata fit in beatitudine constituta; sin verò, in infernum commutatur, adueniente dæmone cum aliis septem nequioribus, sed ideo corrigit iterum fœminam; aduertas mulier beatam quidem matrem extitisse, quæ me per nouem menses portauit. At beatitudo eius, qui verbum Dei continet, non debet habere terminum, nec mensibus computari, in eo victoria Michaelis fuit maxima; quia sic draconem superauit, vt neque locus *inuentus sit eorum amplius in cælo.* Ne inertiam tuam vltima temeritate, & stoliditate claudas, & fiant nouissima tua peiora prioribus, omnes aditus dæmoni præcludere opus est. Audi ridendam & admirandam Philistæorum inertiam, fortissimum Sansonem apud se dormientem tenent, cùm impunè possent occidere, hoc solùm contenti, vt manus fortissimis funibus obligent, solutus somno quasi ignis paleas vincula stricta comminuit. Iam secundò neruis ligant, frustrà tamen; cognito arcano mysterio tondent capillos, eruunt oculos, tenent, ducunt in templum. Ecce vobis maior paratur ruina: nam cùm sensim capilli fortitudinis suæ renascuntur, iam tunc recuperatis viribus columnas deiiciens, exturbans postes tẽpli vos morte plectemini; quem si semel gladio confodissetis, rem omnem peregissetis. Sic similiter inconsiderata, & inopinata mors occupat illum, qui cùm semel peccatũ occiderit, crimen repullulare sinit, resumit enim vires, & alios nequiores se; & ereptam à se animam, & puerum alis aquilæ, & ad secretum locum prope

* D. Petrus etiam & fides Petri, quæ omnes

22. extinguit errores; est vnus de principibus Michaël, qui se dæmoni in Simone Mago opposuit, illumque ex æthere præcipitauit, & ad lux belli, & Angelorum expulsionem mirificè alludens, quod munus hodie per Angelos suos sanctæ inquisitionis ministros obtinet, & nunc etiam bellum hæreticis infert.

a Luc.11. 27.

b Lib. 3. de consolatione prosa 3.

Mirabilis & multiplex verbi Dei vtilitas.

c Serm. de multiplici vtilitate verbi Dei.

d Psal. 118. 15.

e Ephes.6. 17.

f Ioan. 15.3.

23.

Retinere gratiam & Dei verbum oportet.

Recidiua damnum.

properantem iterum ex beata infelicem, ex gloria infernum, de munditie ad luxuriam deturbat; *& ſtetit ſuper arenam maris: toda via nos deſaſia.* Sed Michaël noſter percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorum interficiet impium. Humilitate contra ſuperbiam, verbo contra linguam maledicam, gratia contra peccatum, & contra luxuriam gloria.

Iſai.10.22.

AVGVSTISSIMI EVCHARISTIÆ ſacrificij dignitatem, firmitatem, pretiúmque æſtimat, ac eius ſacræ celebrationi adeſt, fide, & ſpe, tali hoſtia digna.

INSTITVTIO XX.

24. ACCEDO iam ad diuinum & cæleſte myſterium (vt verbis S. Iacobi vtar a) & auguſtiſſimi ac tremendi ſacrificij laudes aggredior, indignus quidem; ſed de tua bonitate confiſus emitto tibi vocem, qua etſi dicendo laudes potiùs eius imminuam, ineffabilem tamen eius gloriam extenuabo, & Primò ſacerdotium & ſacrificium Chriſti, quare æternum nuncupetur, exponam. Secundò, plenam eſſe, & cumulatam retributionem omnium beneficiorum, quibus Pater nos obſtrinxerat, ad ſolatium noſtrum ediſſeram. Tertiò, quantæ maieſtatis ſit, & quàm gratum tribus perſonis, vt omnia ab illis impetremus, aperiam. Quartò, forma eius, & viua expreſſaque paſſionis repræſentatio, quàm dulcis ſit Deo, nobis vtilis, & omni obſequio veneranda, paucis vt potero deſcribam.

a In Liturgia tom. 6. Biblioth. p. 1.

Dignitas huius ſacrificij. DIVISIO INSTITVTIONIS.

25. I. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum. Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.* Ex præmiſſo Dei iuramento, & firmitatem, & ſolatium, & maieſtatem rei facilè poteris, Adoleſcens, coniectari; *Deus enim* (inquit Paulus) *volens oſtendere pollicitationis hæredibus immobilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum, vt per duas res* (altera nempe, quid dixerit; altera quid iurauerit) *quibus impoſſibile eſt Deum mentiri, fortiſſimum ſolatium habeamus. fortiſſimum* dicit, vt noſtram vincat incredulitatem; *ſolatium* verò ad conſolationem; *iuramentum* denique, vt oſtendat eius rei, de qua agitur, excellentiam, quam Omnipotens ſuo confirmat ſacramento. Et præterea addit, *non pœnitebit eum.* Vide Domine, quia in his oſtendis, vires amoris, more hominum, expertum fuiſſe. Quis enim niſi amor verbum hoc audeat proferre? *no ſe arrepentira.* Inſtituis nouum & mirandum ſuper omnia ſacramentum, cuius cùm formam à te audiunt diſcipuli, retrò abierunt, & tu nuſquam retrò abiturum affirmas? *yo no me voluere atras, non pœnitebit eum.* Vide, obſecro, quia qui ſimili ſe ſpecie panis tegit, & obnubit faciem, patet non ſolùm incurſui hæretici ineptiſſimi, impij & craſſi, qui ad has diuinas tuas epulas nauſeat: vel Iudæi ſtupidi & ceruicoſi incredulitati, ac denique Ethnici humanæ rationis, & eloquentiæ ſtudiis inflati, qui omnes ab hoc myſterio, quod humanæ rationis captum excedit, diu multúmque abhorruerunt, *non pœnitebit eum.* Sit ita vt hæc ab incredulis patiaris (quod eſt amantium) verùm quî ferre poteris ſacerdotem tuum, qui ad Dei ſui ſacrarium, ad Chriſti ſui ſanguinem putidiſſima lingua, virulentiſſimo ore, ſordidiſſimis labiis accedere audeat, & conſpurcare? *non pœnitebit eum.* Quòd ſi hoc, quia amas, non infame iudicas, deſpici tamen ægrè ferre ſolet amor. O quot videre videor ex tuis fidelibus non nauſeabundos, ſed ſtomachabundos etiam erga eos, qui has diuinas epulas frequentant, vel longiores ſunt in celebrando, vel templa & aras tuas frequentiùs adeunt, dum ipſi ludo & otio, necnon turpitudinis vitio diffluunt? *non pœnitebit eum.* O dulce verbum! ô amatorium verbum, ipſos lapides deliniens, & obſtinata corda demulcens! mihi dicitur hoc verbum? mihi iurat Veritas? mihi pollicetur Omnipotens? quis me poterit ſeparare à tali fide, à tali charitatate? *iuraui: jurolo mi amor, y lo cumplira. Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi. non pœnitebit eum.*

Pſal.109.4.

Firmitas huius ſacrificij.

Hebr.5.7.

Heb.6.18.

26. *Tu es ſacerdos in æternum.* Non ſolùm æternum erit eius ſacerdotium, quia Dei filius naturalis eſt, ſed quia qui ſemel, vt ait Paulus, ſecundùm tempus pro omnibus nobis mortuus eſt, ritu Aaron extra portam, vt Iſaac, & mactatione corporis, & effuſione ſanguinis; voluit tamen *translato ſacerdotio* ſacrificium æternum inſtituere

Rom. 6.

Quo pacto ſit æternum ſacrificium.

Heb. 7.12.

stituere incruentum, & purum, secundùm ordinem Melchisedec, hoc est, in æternum: & quod non vnâ oblatione consummatur, sed multis, & sæpius repetitis, vsque ad consummationem sæculi: &, vt ait Paulus, *hic autem eo quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium.* Nam si æternùm duraturus esset orbis, omnes quotquot salui fiunt, ab isto sacerdote saluantur. Sed quid egit ingeniosus amor? redemptionem illam, & merita quasi conclusit, ne effluerent: sed nos omnes liberè frui possemus diuinis eius meritis, & sanguine, fluit fons per riuulos, quos si præterfluere sinis, nec opponis quòd contineat aquas, exiguæ vtilitatis sunt; si verò per diuersos canales diuidis, diuersa viridarij loca rigat atque fœcundat. Erupit ex Christo sanguis in cruce quasi peccatores abluendi cupidus, *ibunt aquæ, ellas se iran a buscar los peccadores*, & in horto, *factus est sudor eius sanguinis decurrentis in terram*; igitur ne præterfluat, & pereat, tanti sanguinis virtus sistat in hoc sacramento, stet sanguis Christi, verbis contineatur, & stagnet in calice, vt eleganter Eusebius Emissenus [a] ait. *Vt coleretur iugiter per mysterium quod semel offerebatur, & quia quotidiana & indefessa currebat pro hominum salute redemptio, perpetua etiam esset redemptionis oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria, præsens esset semper in gratia.* Sed est quid altius ponderandum, quod Paulus attingit, ne quis putaret merita hæc passionis aliquando exhaurienda, sacrificium istud instituit, vt in eo Christi passio, & mors, quæ verè sacrificium fuit, vt probat D. Thom. [b] quotidiana repræsentatione renouaretur, & sicut tunc *Christus* (vt ait idem Paulus) *semel oblatus est ad multorum* (id est, omnium) *exhaurienda peccata*; & ex illis meritis quasi puteus altus factus est, vt sicut quotidie manant peccata, quotidie etiam brachiis extensis Christus exhaurit, & exhaurire non cessat; nam ideo non dixit *exhausit*, sed *exhaurienda*. Ita sacrificium istud instituit, non ad extinguenda, sed ad exhaurienda quotidie peccata, quæ ex puteo cordis nostri manant. Quod ex historia Numeri declaratur. Dum populus transiret Iordanem, steterunt aquæ, & arca in alueo posita cessauit aquæ defluxus. Rogo tamen, steterunt per illud tempus, & cessauerunt duo illi fontes *Ior*, & *Dan*, ex quibus componitur, conflatúrque fluuius Iordanis? minimè cessarunt, benè tamen cùm venerunt ad arcam, quam vt sisterent, iam Deus præparatam habebat: ita similiter nusquam ab Adamo ad finem vsque sæculi cessabunt peccata; amor tamen Christi arcam huius sacrificij, & opposuit in cruce, & manere voluit in sempiternum, vt si causæ non cessent peccatorum, nunquam cesset arca meritorum, sed multorum exhauriat peccata. Rogabis autem, si sacrificium istud in æternum instituebat in passione sua, cur maturauit eius ante mortem institutionem? non sat est æternitas à parte pòst ad satiandum eius amorem? vrget Cyprianus. nam botrus & racemus prior est quàm vinum, *& vinum non venit ad bibendum, antequam corpus conculcetur, & exprimatur.* nam nemo propinat racemum ad potum. Sine ergo amor, sine Christum conculcari, & premi in torculari passionis; quare iam passionis calicem propinas. *Hic est calix noui testamenti, qui pro vobis effundetur.* Certè præmatura est ista immolatio; verùm nihil ad hoc respondet Nissenus [c], nisi ardentissimum Christi amorem anteuertisse inimicorum inuidiam, & ante sanguinem sanguinem propinasse. *Non Iudæorum impetum, non, inquam, Pilati sententiam expectat, sed consilio suo anteuertit, arcano sacrificij genere, quod ab omnibus cerni non poterat, seipsum pro nobis hostiam offert, victimam immolat, sacerdos scilicet existens, & agnus. Quando id præstitit? cùm corpus suum discipulis congregatis edendum, & sanguinem ad bibendum præbuit.* Sit ergo spes nostra fixa in eo, qui in æternum mihi præparauit inexhaustum meritorum & gratiarum fontem, ardeat charitas, & acceleret tarditatem, dum tanto antè mensam, & cibos & passionis suæ mysteria vni mihi præparauit.

28. II. Habemus iam in hoc sacrificio, quibus soluamus (quis diceret) quantum à Dei largitate acceperamus. Qui in magno ære alieno est, nec quiescit in lecto, nec somnum capit, nec domi residet, sed exul, tristis, & de soluendo cogitans, angore & solicitudine premitur: nullam aliam à rege (ait) expeterem gratiam, quàm vt me hoc grandi ære alieno liberaret; quid enim mihi impendet, nisi amissio omnium rerum? instant exactores, vrgent ministri iudicum, pignora capiuntur ex abacis, nemo grandē pecuniam mihi credet, decoquam omnia, & nec sic soluendo ero. In multo ære alieno erat Dauid post largum illum sumptum gratiæ, & donorum, quem peccando egerat, noctes ducebat insomnes, cogitando pro peccato suo post tot sumptus, tot diuina accepta beneficia, quæ ille enumerat, quasi obæratus amicas adit creaturas, vt solutionem adiuuent, voces ab his, ab aliis laudes mutuatas postulat, astra, cælos, Angelos,

Hebr. 7. 24.

Simile.

Eadem gratia nobis datur, & durat in altari.

a Hom. 55. de baptismo catech.

27.

b 3. Part. quæst. 48. art. 3. & ibi P. Suarez vita Christi tom. 1. in commentario.

Quotidie exhaurit peccata, noluit ea omnino extinguere, vt tanto sacrificio daretur locus.

Aquæ peccatorum veneruntur sacrificium altaris.

Quare ante passionem instituit passionis memoriale.

c Oratione de resurrectione.

Deo plenè satis facimus pro acceptis beneficiis hoc vno sacrificio.

Digitized by Google

gelos, ignem, grandinem, montes, & colles fideiussores aduocat: quæ cùm ingentem pecuniam soluere nequeant, regem summum adit, tibi Domine derelicta est causa mea, *apud te laus mea in Ecclesia magna*, meam dixi tuam laudem, quia si mea non esset, nunquam soluendo essem. *apud te est*, tu pone manum in liberando me hoc ære alieno. Mentem Dauidis, & ad quid oculos coniecerit, adeptus est Augustinus [a]. *Vota mea reddam in conspectu timentium eum, edent pauperes, & saturabuntur, manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ.* Nam quid nomine voti, quid pinguis sacrificij nuncupatione intelligitur, nisi hoc sacrificium? *Quæ sunt vota tua? sacrificium quod obtulit Deo, sacrificium pacis, sacrificium charitatis, sacrificium corporis sui. Norunt fideles vota quæ reddit coram timentibus eum: nam sequitur, edent pauperes, & saturabuntur.* Quamobrem in hoc sacramento omnis angor animi pellitur, omnis tollitur solicitudo soluendi. nam, vt ait Augustinus, *dignatus est laudare se Deus in hoc sacramento, vt homo posset perfectè laudare se; quòd enim homo se laudet, arrogantia est; quòd Deus se laudet, iustitiæ; quòd Deus se laudet pro nobis, misericordiæ est*: nam si in largiendo, & pro nobis tolerando, vt ait Dauid, *magnificatus est vehementer*, sacrificium istud inuocamus, vt laudet eum *secundùm multitudinem magnitudinis eius*: nam, vt eleganter Doctor quidam * notauit, summa nostri debiti tribus partibus constat: prima ex his, quæ accepimus ante Christi aduentum: secunda ex iis quæ in carne & passione donauit: tertia ex his, quæ per resurrectionē, ascensionem, & sedem apud Patrem promisit, & præparauit. *His ergo tribus debitis Missa respondet: quæ enim ante sacrificium in ea fiunt, significant ea, quæ ante mortem fuerunt, aduentum, ostensionem, perfectam manifestationem. Secundò sacrificium mortem ipsius, & annuntiat, & continet; quæ verò post sacrificium, Patris promissionem, vt ipse dixit, resurrectionem, ascensionem, Spiritus sancti descensum, & fidelium communionem. En igitur sacrificium secundùm multitudinem magnitudinis eius*, qui suscipit illud. Rogabis, cur cùm Missa tanti sit pretij, tam breui spatio permittitur celebrari, & recitando fieri? Respondeo, imò quia summi valoris est, ita peragitur, ingens enim pecuniæ solutio non numerata pecunia fit, sed in trutina & lance penditur; longum enim esset seorsim & sigillatim multa millia numorum numerare. *por ser gran paga se haze por peso y por ser de immenso valor se reza y abreuia la missa vos estad attento al peso que va mucho en eso.*

[a] Psalm. 21. 26.

* Nicolaus Cabasila in Liturgiæ expositione tom. 6. biblioth.

29. *In gloriam summæ Trinitatis redundat.*

III. Sacrificij maiestatem, ad gloriam Trinitatis, nostrámque vtilitatem appositissimum esse verba illa Redemptoris declarant: quia peractâ cœnâ, egressóque ad proditionem Iudâ, peractâque diuina institutione sacrificij & sacramenti, orationem conuertit ad discipulos. *Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo.* quæ verba etsi de clarificatione per passionem & resurrectionē interpretantur Augustinus, & alij, nomine claritatis Cyrillus Alexandrinus intelligit gloriam & maiestatem huius diuinissimi sacrificij. *Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.* Quanta autem sit hæc claritas, disce ex hoc, si placet. Finge tibi cogitatione hominem adeò felicem & fortunatum, qui medium obtineret adeò efficax, vt tres diuinas personas suo obsequio sibi per amorem deuinciret, & obligaret: præterea Virginem Deiparam in sui amorem pelliceret, diuos qui in cælo sunt, maiori gloriç accessu cumularet, animas quæ in purgatoriis flammis sunt, in lucem æternam assereret, Ecclesiam illustraret, fidelibus benefaceret, sibi diuinam obtineret gratiam, & Deo ipsi omnium beneficiorum æquales referret gratias. O summa felicitas, quis tam fortunatus est inter mortales? tu quidem, qui huius sacrificij particeps es, quotidie Missam audis, hoc est, *volantariam oblationem*, vel *Christum*, qui est hostia nobis missa, vt ait D. Thom. *

Ioan. 13. 31.

* De Missæ etymologia vide Isidorum 6. etymologiarum cap. 19. *Missa*, quia in ea catechumeni foras mittuntur. Non esse nomē Hebr. probat Vasquez 3. p. tom. 3.

30. *Perplacet Patri.*

Et in primis Patri æterno laudem & gloriam affert, dum offertur in hoc sacrificio vnigenitus filius eius Iesus Christus: quanto enim maior est dignitas personæ, quæ reueretur principem, claritas & maiestas magis resplendet. hac de causa, vt notat Augustinus, voluit Deus vitulos sibi, oues, hædósque caprarum immolari, vt hac ratione ipsum authorem vitæ & mortis confiterentur; sicut si rex victum coram se regem, etsi tyrannum haberet; sic Deo animantium oblatio grata erat, etiamsi falsa esset eorum deitas. *Deus deorum Dominus locutus est & vocauit terram* [b]. Quid ais Dauid? súntne dij, respectu quorum Deus sit maximus deorum? Minimè gentium, ait Dauid, sunt verè dij, sunt tamen falsi, & qui falsò coluntur, & reputantur: verùm Deus oblectatur, & aliquali honore afficitur, cùm has abominationis Ægyptiorum Deo vero immolabat populus, vt apertè & manifestè ipse dixit, *Audi populus meus*, &c. *non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos: nunquid manducabo carnes taurorum,*

[b] Psalm. 49. Psalm. 40. 9.

rerum, aut sanguinem hircorum potabo? iam sunt mihi fastidio dij falsi, etiam mihi in laudem & confessionem oblati; est alia vera laus, & digna Deo. *Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua.* hoc mihi gratissimum dignúmque erit sacrificium, cùm Christi mei carnem & sanguinem obtuleritis.

Almo etiam Spiritui quantam gloriam afferat, quis non videat, dum sacrificium suscipit à Christo, qui licèt, in quantum homo est, sacrificium, in quantum persona filij æterni Patris est, conprincipium, à quo Spiritus sanctus procedit? quod melius intelliges, si supponas Patrem carnem sumpsisse, vt sacerdos esset, & offerens coram filio æterno verbo suo, tunc quid honoris accresceret filio ab homine quidem offerente, sed qui Deus Pater est. Hoc igitur cogita de Spiritu sancto, qui coram se sisti videt Christi carnem & sanguinem, qui verè principium eius est, in quantum filius. Simile quid videas in spiritu illo angelico, qui apparuit Manue Samsonis parenti, cui cùm sacrificium Christi typum appararet, prohibens dixit, *Si me cogis, non comedam panes tuos.* Verùm qui panem renuebat comedere, in altum sublatus sacrificium acceptauit; quare? Respondet Augustinus [a]. *Quòd stetit Angelus in altaris flamma, magis significasse intelligendus est illum magni consilij Angelum in forma serui, hoc est, in homine, quem suscepturus erat, non accepturum sacrificium, sed ipsum sacrificium futurum;* nam in cælo est Spiritus sanctus, cui dignè per hoc sacrificium obsequium fit, & gratissimum est, dum inter flammas ipsas odorem eius suscepturus persistit. 31. *Gratissimum est Spiritui sancto.*

Iudicum 13.

a Quæst. 54. Iudicum.

Nec minus gratum & gloriosum est filio Dei: nam vnum deesse videbatur beneficiis à Christo in nos collatis, videlicet ob ingentem eorum magnitudinem nullam æqualem referri posse gratiarum actionem: & ita verum est hoc, ait Rupertus [b], vt nomen gratiarum actionis vix ante Christum reperias, hic enim quasi inuentor fuit huius obsequij: maximè tamen, cùm Eucharistiam, hoc est, gratiarum actionem, instituit, in qua oblata caro & sanguis verbo Dei gratias rependunt passionis, quam sub forma serui perpeti dignatus est; quare cùm stupes ad tanta Dei beneficia, memor esto, vt ait Rupertus, nullam ante Christum mentionem gratiarum actionis factam: *quia nondum impleta fuerant beneficia Dei, quorum hoc summum est.* 32. *Verbo Dei etiam est suauissimum.*

b De glorificatione Trinit. lib. 8. c. 10. in illud Isai. 45. Iste seruus Domini primus est, qui Deo gratias egit, ante quem non facilè quemquam inuenies, siue in lege, siue in Prophetis, de quo manifestè scriptum sit, quòd Deo gratias egerit, non dum quippe impleta fuerant beneficia Dei, quorum hoc summũ est quòd istum filium suũ in forma serui esse voluerit.

Mariæ item Deiparæ & sanctorum gratiam ac voluntatẽ, quàm facilè hoc sacrificio promeremur, ad nostrámque beneuolentiam allicimus: maximè tamen Virgo complacet in hac oblatione, qua non verbis tantùm magnificat anima eius Dominum, sed debitas gratiarum actiones rependit, quia fecit in ea magna qui potens est. Talis erat dignitas passionis Christi, vt nulla gratiarum actio digna esset, nisi passio ipsa in actionem gratiarum iterata. Et quidem hoc exoptares tu, sed quî fiet hoc, ita vt animam eius doloris gladius non pertranseat, videndo iterum filium clauis, spinis, & cruci addictum. Amor igitur adinuenit rationem, qua mater filium offerat, filium oblatum suscipiat, & nec in offerente crudelitas, nec in victima vox doloris, aut effusio sanguinis virgineum cor transuerberet, sed actio sit gratiarum plena gaudio, immortalis mors, incruentum sacrificium, crux sine dedecore, sepulcrum sine lacrymis, mater non orbata filio, filius sub forma serui honorans matrem. Quid dicemus quale sit animarum, quæ purgantur in flammis, suffragium, & auxilium, quo mirabiliter de catenis solutæ in patriam migrant (sed de hoc alio in loco agemus.) Quod si absentium catenas disrumpit, & fores inferni reserat, quam vim putas habere ad peccatorum expiationem, indulgentiámque obtinendam? Quòd si vmbras illas consideres, multam pro peccatis effusionem sanguinis, multa ad gratiarum actiones, multa ad impetranda beneficia comperies. Sed ô quàm frustrà, inquit Leo, multiplicantur sacrificia, cùm omnia hoc vno instaurantur. *eran sombra y missa seca respecto de este sacrificio.* Vnde Chrysostomus [c]. *Quid agis Moyses? sanguis ouis rationabilem hominem liberare consueuit. Valde, inquit, non eo quòd sanguis est, sed Dominici sanguinis propter demonstrandum exemplum. Nam sicut regnantium statuæ, quæ sine causa sunt, nonnunquam ad se confugientibus anima, ac ratione decoratis subuenire consueuerunt, non quoad sunt ære confectæ, sed quoad retinent imaginem principalem; ita & sanguis ille qui irrationabilis fuit, animos habentes homines liberauit, non quoniam sanguis, sed quia huius sanguinis ostendebat aduentum.* Ad gratiarum actionem, & obtinenda dona cælestia quàm opportunum sit, audi Dauidem apud Augustinum, *Delectare in Domino* (in Eucharistia) *& dabit tibi petitiones cordis tui. Memor sit omnis sacrificij tui; tribuat tibi secundùm cor tuum, & omne consilium tuum confirmet, & impleat* 33. *Maria Deiparæ perquam gratum.*

c Hom. 5. & 6. ad Neophytos.

Philip. 4. 5.

Psalm. 19. 4.

Digitized by Google

Dominus omnes petitiones tuas. Et D. Paulus, *Dominus propè est* (in Eucharistia) *nihil soliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione petitiones vestræ innotescant apud Deum*; petite tamen, & simul gratias reddite, quia Eucharistia est, hoc est, gratiarum actio.

IV. Forma sacrificij non minus grata erit, Deóque placabilis, & ad impetrandum idonea; eadem enim est, quam Christus in cruce tenuit (si demas sanguinis effusionem.) Explico rem. Modus in rebus multum præstat ad decorem: nam sacrificium Caini toruo vultu, & ex communioribus rebus cum tædio & incuria oblatum, non fuit gratum Deo, sicut Abelis. Pretiosa offerebant diuites Hierusalem in gazophylacium; at (vt notauit Villalpandus noster) multiplicabant communes monetas, vt sonitum emitterent, & multa obtulisse viderentur: cùm tamen vetula contrarium fecerit, leuem enim monetam, & minutissimam misit; vt non donum, sed modus & affectus præualeret in conspectu Dei. Nostri ergo sacrificij qui modus est, nisi quem in cruce habuit Christus? Fac coram te esse filiam Iephthe, virginem lectissimam, florentem annis, candore & pulcritudine præsignem, quæ de parentis voto & ingenua sua voluntate ante aram super ligna sistitur immolanda, hîc est valor rei oblatæ, princeps & pulcerrima virgo: est & decor, honestas, elegantia: est etiam offerentis dignitas, Rex nempe præpotens, dux, & defensor Israëlis, qui in virguncula vnica amorem omnem collocauerat; pendent capilli aurei in vtramque partem, modestè passi, eburneæ manus, & teretes digiti explicati: ingenua genua super ligna flexa, lacteum collum ad plagam excipiendam detectum: vitta operit micantes tanquam sidera oculos. Qualis erat in hoc conflictu Parens? Sicut cera in camino ignis, tanquam nix, quam æstus soluit. Rogo quid puella tunc à Parente reposceret, supplẽxque oraret quod religiosus & potens Pater non ipsi concederet? Fugite vmbræ, recedite imagines emortuæ, tollite hinc ligna, mors & puellæ deuotio, non appareat in conspectu Christi mei amplius (vt ait Augustinus [a]) ligna enim crux est: ara, altare illud sacrum; virgo purissima, humanitas est Christi; Rex est Pater omnipotens: gladius verba sunt consecrationis, ex vi quorum sanguis in calice, corpus sub specie panis constituitur; moritur Christus quotidie pro nobis in altari, sed quod super omnia est, amor est idem, mansuetudo eadem, voluntas, sanguis, elegantia, gaudium est idem, quod habuit in cruce; quid positus in hoc conflictu talis filius à tali parente postulans non obtinebit? disce sacrum æstimare, nec exigua & terrena postulare, sed gratiam & gloriam.

[a] Quæst. 49. in Iudicum lib.

VERBVM PATRIS.
Iudic. 14. verſ. 12.

Proponam vobis problema: quod si solueritis mihi intra septem dies conuiuij, dabo vobis triginta sindones, & totidem tunicas.

Arcanum fidei ænigma non nisi sponsæ pandit fortissimus Samson: quid in eo mirabile, quid amabile, & quid terribile, nouo manifestat ænigmate.

DISCVRSVS LVIII.

I. CAVSAM mihi offert fortissimus Samson proponendi tibi (ô Adolescens) conuiuiale ænigma argutum, & perobscurum, nec dissimile ab illo, quod ipse inter epulandum dissoluendum proposuit. Congressus enim & certamen ænigmatum (quod *certamen loquelæ* dicebatur) lætissimum erat, atque iucundissimum; erat enim præcipuum certamen honoris, & sapientiæ, proposito etiam solutionis præmio. Velim etenim in Samsone fidem fortissimam contempleris, in sponsa eius Ecclesiam consideres, cui nisi ænigma panderet, fortissima fides nusquam diuina reserasset mysteria. Sicut enim Samson non nasceretur in terris, nec à parentibus gigneretur, nisi à cælo promissus, sic fides minimè nasceretur in nobis, nisi cælitus nobis dispensaretur, qui Nazaræus etiam est; Christiana enim fides non Gentilem licentiam, nec Turcarum petulantiam, nec hæreticam conscientiæ libertatem permittit, qui etiam promissam cæsariem nõ ponit: fides namque non abradit cogitationes rationis, nec contra rationem aliquid docet. Duxit inuitis parentibus

Sap. 8. 18. *Samson fidei typus quæ soluit ænigmata & noua proponit.*

tibus Gentilem vxorem, sicut postea fides Gentiles adamauit, semper inuita & reclamante Synagoga. Virtus eius tenui consistebat capillo, incredibilis enim fidei fortitudo, eo quidem mirabilior, quo maiori imbecillitate puerorum & puellarum tegebatur. Illa denique fores abstulit, pessulum ferreum fregit, columnas diruit: nam ab angusta Synagoga ad ampliorem domum, & dilatatam Ecclesiam migrauit, & in his omnibus patrandis orbata est luminibus; solo enim fides auditu nititur, lingua, vt rationem sui reddat, capillis humanæ diuinæque rationis, qui non in hominis authoritate nituntur, sed diuinitus indita virtute, & præclarissimum facinus captiuus Samson perpetrauit, vt gloriam Christianorum adumbraret, quorum fides & cæcis oculis sapientiam mundi superat, & vim omnem rationis & intellectus in obsequium fidei captiuat, festiuissimaque ænigmatum certamina proponit, & gaudia ineffabilia pollicetur, vt D. Petrus prædixerat. *Quem cùm non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes creditis; credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili,* vt in discursu iam libet intueri.

1. Petri 1. 8.

2. Cùm publico spectaculo & muneribus vellet Omnipotens nunquam delendam ex animis hominum memoriam suorum mirabilium celebrare, fecit, inquit Dauid, mundóque diuinum ænigma proposuit explicandum, certamen indixit, præmia spopondit, & hostiam supra calicem rubei sanguinis depinxit ad viuum, litterásque supposuit, *Manhu,* quid hoc est, *que es esto?* quæstio quidem tot retro sæculis indissolubilis, quam tu solus ô amor vitulæ tuæ, hoc est, Ecclesiæ manifestandam declarasti. Sponsio præmij, digna est ænigmate. *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit.* Triplex in vno præmiũ designatur, ænigma ipsum, cælestis gloria, & nomen absconditũ, sicut exponunt nobis Richardus, Beda, & Hilarius.

NARRATIO SEQVENTIS DISCVRSVS.

Apoc 2. 17.

3. Primi in certamen prodierunt, & primas conuiuij sedes occuparunt Prophetæ, quorum ipsum nomen expositores ænigmatum designat Propheta, quasi *profunda fans,* aut *procul fans,* omnésque intentis oculis in diuinum scopum collineantes, ducti à Spiritu sancto ænigma multipliciter dissoluunt. Vos interim adeste animis.

Cap. 9.

Lustrauit sedulò Zacharias sanguinantis legis sacrificia, hostias & altaria, indéque explicatis contemplationis alis, & suauissima Spiritus sancti aura subleuatus pernicissimè inuolauit ad nostra vsque altaria, nouámque Ecclesiam, quam vt videt plicatis per demissionem alis, apertisque mentis oculis honesta & vrbana curiositate quæcumque pulcra, pretiosa & elegantia Christus ad suam sponsam colendam & ornandam comparauerat, sigillatim inspexit. Principiò crystallinum fontem, & purissimum mare Baptismi intuetur, in quem denigratæ animæ accurrentes super niuem candidiores redeunt, & deletis seruitutis notis repentè in filios Dei adoptantur. Craterem secundò lustrauit pretiosissimi confirmationis vnguenti, ad quem cùm vacillantes animos accedere videt, dum illo vnguento delibuti sunt, nouo temporati robore quasi probati enses flecti possunt, sed minimè infringi, nec à veræ fidei confessione abduci. Oculos dein conuertit in rubrum mare sanctæ pœnitentiæ sanguine Christi tinctum, à quo

Entrò Zacharias y con vna cortes curiosidad mirò los camarines recamaras de las joyas y preseas que le gano Christo a su esposa.

Æthiopis teterrima specie deposita animæ columbæ candore & pallore auri decoratæ recedunt. In quibus cùm ænigmatis solutio non apparet, in cellam vinariam, vbi omnia ad nuptias apparatissima sunt, penetrat, ibique mẽtem oculósque in mensa defigit, omnibus Ecclesiæ filiis propositam, secúmque de solutione meditatur. *Quod est bonum eius? & quod est pulcrum eius?* Age, perge Propheta sancte, iam ad rei prospectum venisti. *ya estais al viso sancto Propheta, determinad loque es. Frumentum electorum & vinum germinans virgines.* Hic cibus, qui robustos alit spiritus, non languentes, & ad terrena segniter abiectos, sed casto nitore fulgentes, & angelicæ naturæ quamsimillimos. Attigisti rem Propheta sancte, rectè collineasti (*tirar tan de lexos y caualla tan de lleno bien parece que os adestro el braço de el Espiritu sancto a quien tumas le salio tiro auiesso*) & eo quidem mirabiliùs, quo ab obscuro loco legis ictum misisti: sed non mirum, scopus enim erat in claro & aperto loco legis gratiæ.

Zach. 9. 17.

Caro mea verè est cibus. Haudquaquam rectè coniiceret Propheta, nisi hæc verba prælegisset: sic enim se abdidit Christus Dominus intra hæc accidentia, vt operæpretiũ fuerit his quasi litteris manifestari, *verè est cibus.* Quemadmodũ cùm Elisæus Propheta clauso ostio puero suscitando incumbit, deforis opus fuit seruus adesset, qui Dominum intus latentem proderet. *Exquisierunt atque scrutati sunt Propheta, manhu?* quid hoc est, *vbi est Dominus?* Tu Ioannes adesto pro foribus, vt meis verbis respondeas, *Caro mea verè est cibus, decid que aqui estoy, que coman y callen.* Accumbis inuitatus apud amicum, & oblectaris quidem epulis, cùm tamen exquisitæ sunt, curiosæ, & de longè petitæ, etiamsi amico tuo credis, rogas nihilominus, quid manducamus? at ille securũ esse iubet: sanæ quidẽ sunt epulæ, & ab amico propositæ, nõ dubitat Christianus, verùm cuperet videre quod mãducat; sed securũ reddit verbũ Christi, *verè est cibus: segura cosa es la que comeis.* 4.

Ioan. 6. 55.

Non est locus dubitationi in hoc sacramento post assueuerationem Christi.

Verè est cibus. Opponit hanc mensam vmbratili illi pani propositionis, & typis antiquis, arcæ, agno & panibus: quæ quidem non reficiebant animum, in quantum figuræ, nam & panes suis faciebus impressi ibi manebant. Arca, & agnus, & virga in sua manebant substantia, at verò cibus iste bene à Propheta *frumento* comparatur *electorum*, quia etiamsi communis panis speciem habet, at substantia diuersa est, qua electi verè nutriri possunt; *verè est cibus.* Etiã opponit & discernit panem istum à quacumque alia re creata, quæ minimè est cibus: nam numi crumenã implent, sed non cor: panis arcam & stomachum satiat, sed non animã: honor non in te, sed est in honorante: decor in externa cute, quæ facillimè flaccescit: cuncta denique euanescũt, & ieiunam animã relinquunt; *caro autem mea verè est cibus:* imò hic cibus omniũ aliarum rerum substantiã hausit, & exhausit. In cuius rei significationem referunt authores graues, eadẽ nocte qua Christus Dominus in Bethleem domo panis natus est, hanc iuxta insulam nauigantes vocem audisse querulam, *Mortuus est Pan, el dios Pan es muerto el dios de hartura y buen año el que alegraba la tierra con su fiesta;* quia qui orbem sustentabat, iam minimè habet vnde sustenter, nec de area, nec de torculari; quia verus Pan dixit, *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.*

Nouis instructus Spiritus sancti oculis prodit 5.

El Propheta canta como va el y su exercito y camarines fino las galeras; veniendo al Rey Isai. 60. 1. & paulo ante c. 58.

in certamé euangelicus Isaias, qui non abacos & mensas perlustrat oculis, sed vniuersam felicitatem, palatiũ, aulã, & euentus regiæ domus contemplatur. *Surge, illuminare Hierusalẽ.* Videt regẽ a sæculis desideratũ, videt in eius ortu cælestibus terrenas miscere lætitias. Magos ab Oriente, præduce stella, munera, fidem, coronas ad eius pedes prouoluisse, rem vtpote postremã mirabiliorem Spiritus sancti aduentu instar rapidissimi fluminis, qui annulit, aduoluit, & in suis vndis sepeliuit, leges, imperia, senatus, academias, sectas, idola, gẽtes, orbéque ignorantiæ tenebris mersum, sedem piscatoris cælesti lumine collustratã effecit. Maris etiam ora & Oceanum speculatur, *me enim naues expectant*, faustã felicémque nostrorũ seculorum sortẽ, noui orbis manifestationẽ, in qua Hispaniç, Indiarũ thesauris Caroli V. immensæ molis, & Ecclesiæ infiniti fideliũ numeri, accessio fit. *Adducam argentũ eorum, & aurũ eorum cum eis nomini Domini Dei tui.* Conuertit ad Orientẽ faciem, videtque Lusitanã nauim post emensa Oceani spatia præclaros illos Adolescentes Iaponiorum regum primitias adferri, deuotissimè se totos & sua regna ad summi Christi vicarij pedes prouoluisse;

Isai. 60. 14. *& venient ad te curui filij eorũ, qui humiliauerunt te, & adorabũt vestigia pedũ tuorũ.* Nullum horũ mirabiliũ sic rapuit oculos, atque illa, quam postremo loco memorauit. *Mamilla regũ lactaberis, & scies quia ego Dominus saluans te.* Huic inuideo filiorũ tuorũ felicitati, cùm pariter obscuros, & claros, diuites, & pauperes, vnũ sugere lac, vnam appetere mammã, vna regia mamilla lactari conspicio. Attigisti scopũ, Propheta, Euangelij

Ioan. 6. 56. sunt verba quæ prædixisti. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinẽ, in me manet, & ego in eo.* de quo lacte & vbere nobis dicendum est.

6. Diuinus amor semper noua, semper memoranda gessit: præstat tamen, & longè omnibus antecelluit, cùm Deum materna obire munera, & infantem suum nutrire fecit. *Verbum* (inquit Alexandrinus Clemens) *omnia est infanti, & pater & mater, & pædagogus & altor*; voluit enim omnes aditus præcludere, per quos amor puerorum diffluere solet: ideoque & pater esse voluit & mater, & pædagogus & altor. Præterea, quia, vt ait Clemens [a], *aluisse sæpe affert plura amoris incitamenta, quàm peperisse.* Hoc etiam munus nutricis sibi arrogauit; *omni ergo ratione Christo coniungimur in omnibus.* Secundò etiam in ipsis vberibus delectationem posuisse, argumentum amoris est: nam fontes illi, vt ait Aristoteles, proximiores sunt cordi, vt amor cordis inde quasi per canales hauriri possit à filio, & ita quidem ad matrem conuertitur puer, vt si semel mamilla lactandus est, opus sit ad omnes terga vertere, soli matri inhærere, quod apprimè vitam & mores eorum, qui ad has sacras epulas accedunt, declarat; debent enim cessare ab ambitione, mundanis valedicere, respuere delectationes, & illi soli inhærere quę mater nostra est. *Quasi modò geniti infantes lac concupiscite*; sæpe accedite, sicut infantes. Illud tamen super omnia amorẽ istum declarat, quod ait, *mamilla regũ lactaberis.* in quo iam æterni amoris vbera pandit, quod ne cogitare quidem auderem, nisi ipsa Sapientia prodidisset: ait namque, *Cum eo eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies:* vbi originalis lectio habet, *quasi nutritius, & quasi nutrita prope eum.* crede, quasi dicat, nihil in me ab æterna maiestate alienũ, ipsi coæterna sum Patri, & nutritius dici possum, quoniam ab ipso & à me sunt omnia: at nihilominus quasi nutrita prope eum sum ab æterno; ab illo enim fontali deitatis origine eandem substantiã, essentiamque per generationẽ à regia mamilla traho, & communico: & hoc est, quod postea vim huius meæ cõmunicationis explicans ei qua æternaliter paternã deitatem communico assimilaui, *Sicut misit me viuens Pater*, &c. quæ Ioan. 6. 57.
verba eodẽ quo nos sensu de æterna generatione intelligit Cyrillus. Ad hanc ergo nos non dissimili amore vocat: *& qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Vnde apertè D. Dionysius, Clemens Alexandrinus, & Chrysostomus, *Sacramento Dei nutritos* nos vocant, ósque adhibere iubent dulcissimæ mammæ, quia, vt ait Tridẽtina Synodus, dulcedo ista in proprio fonte gustatur, cùm aliis sacramenta distillatam gratiam impendant.

a Lib. 1. pædagogi. c. 1.

Hic nos lacte nutrit sicut vera mater.

Clem. Alex. lib. 1. pædagogi. c. 6. *Lac verbale concupiscite.*

Prou. 8. 30.

7. Aliud etiam amoris effugium præclusit, vt cùm videret nutrici legi nimium adhæsisse, & sanguinem brutorum, & non mammam appetere, quid agat (inquit Cyprianus [a]) publico edicto præcepit, ne quis sanguinẽ animantium bibere audeat, ac denique cùm morosus infans matrẽ fugeret, & legi adhæreret, ablactauit eum; & vbera plenã mundissimo sanguine dedit, ostendendo pariter tenue esse illuc lac, *& egena & vacua elementa*, quod ipsi non coacti fatentur. *Nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo*, Hebraicè, *super cibo isto vacuo:* vt hac saltem ratione corda filiorum ad sua vbera reuocaret. *Ego ero nutritius Ephraim.* & addit, *& declinaui ad eum vt vesceretur:* vbi alij legunt, *colligaui pedes eius, faxele y obliguele a estar en mis pechos, o al pesebre de su Señor. Declinaui*; putaret matrona aliqua iacturã mei honoris egisse, dum proprios nutrire filios, imò & alienos, non respui, nec à me indignũ iudicaui, dũ eorũ pelliciam corda: ad hoc autẽ *colligaui pedes eius*, hoc meo manifesto amore & grãdi beneficio pedes colligaui, ne qui semel ad mea vbera venit, fugere audeat, aut ad turpia redire, aut pedem in alienã domũ inferre. Ad hoc igitur *declinauit*, abiecit se, inquit Augustinus; *quia nisi esset humilis Dominus Iesus, neque manducaretur, neque biberetur.*

a Serm. in cœna Domini.

Christi amor maternus.

Oseæ 11. 3.

Semel gustato hoc cibo regredi ad peccatũ non oportet.

8. Nec minor est amore materna altricis & nutricis nostræ solicitudo, ne quid noceat, ne quid desit infanti. Quamobrẽ obseruat rogátque auctor grauis, quare haurire noluerit, sed primis labiis delibare amarissimum fel, quod ipsi in cruce propinatũ est. Ratio autẽ est, quia cùm multa potionũ genera dãnatis dari consuetũ sit, illud erat vas quod è vestigio mortẽ inferebat, quod veneno amarissimo fiebat, quod etiã Propheta vocauit *fel draconũ vinũ eorum, & venenũ aspidũ insanabile.* Abstinent nutrices ab eis maximè cibis, quibus nocumenti aliquid lacti fit, hoc enim ipsum redundat in infantem: cùm igitur mater nostra, inquit Augustinus [b], præuidisset ex latere suo sacramenta promanatura, *In mysterio* (inquit) *& typo sanguinis & aquæ*; statimque ac venenũ epotum est, ad cor pergere. Apage, inquit, absit à me vt fel & venenũ hauriam, & à primis labris ad cor ire permittam, ne nutricis incuriæ tribuatur, cùm inter infantes fideles *imbecilles sunt, & dormiunt multi.* Hoc enim non mihi attribuendũ, quia *nolui bibere* venenum, ne ex eodem fonte mors & vita manarent.

Cur fel gustauit, sed noluit bibere.

Deut. 32. 33.

b Lib. 2. de symbolo ad Catechumenos.

9. Quare etiam qui hæc vbera frequẽter appetunt, & huic assuescunt lacti, Christi nomen sortiuntur, *qui Christi sunt, los que son Christos, les S. Ambrosio.* nam mater nostra nomen filiorum sibi vendicauit, sicut de lectissimis illis matronis refert

Nomen etiam suum filiis dat Christus.

a De claris mulieribus c.9.

refert Plutarchus [a], quibus ob insigne facinus concessum est, vt suis nominibus filios nuncuparent, à Caia Caius diceretur: à te ergo, ô Christe, Christi tui filij nominantur, hoc poscit amoris tui insigne facinus. Dulcedinem huius lactis quis referat, vmbram quandã vidit Dauid cùm casu famescenti regi panes obtulit Achimelech, indéque ad Achis perrexit: cùm autem ad regem Achis peruenit, ita immutatus & à seipso deficiens videbatur, vt amenté putauerit rex. Canetur igitur euentus iste, & titulus præfigatur Psalmo, *Cùm commutauit vultum coram Achis*; quasi diceret, mentis eleuationes & ecstasis tunc maximæ fuere, tunc vultus immutatio visa est, cùm panem, vmbrã futuri, manibus & ore tenuit. *Immutauit gustũ suum, aborrecio todo quanto ay*: alij, *immutauit mores suos, no mas vilez, a no mas amor de criaturas.* Quare Psalmũ istum ad mulcendum filios suos olim decantabat Ecclesia, & conciliabat deuotionis somnum, dicens: *Gustate, & videte*; ideo Clemens Alexandr. [b] *Ad mamillã Patris accedamus, quæ curarum obliuionẽ inducit.* O mater piissima, quales tibi gratias, quales debem⁹ amores. *Meliora sunt vbera tua vino*, & Hebraicè *amores tui vino*; quia qui semel vbera sugit, amore tui corripi necesse est, nisi efferat⁹ aliquis & ingratus hæc suæ ingratitudinis probra audire mereatur.

1.Reg.21. — Psal.33.1. — Ibid. — b Lib.1. pædagogi.c.6. — Psal. 33. 9. — Cant.1.2. — Virg. Æneid. 4.

Nec tibi diua parens: ———
——— sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanaque admorunt vbera tigres.

10\. Tertio iam loco Ezechiel ænigma dissoluisse putat, contẽplans enim non sacramẽta, nec euentus Ecclesiæ, sed diuersos fideliũ gradus, & flores, quibus vernat hoc diuini sponsi viridariũ, sitne arbor vitæ in medio Ecclesiæ, sedula inuestigatione perquirit. Videt lauros celsas Apostolorũ in Apostolicæ dignitatis culmine collocatas, victrices & proceras Martyrũ palmas. Pinos virginei pudoris cælesti conuersatione à terrenis elatas, cupressos solitarias, vitam Anachoretarũ exprimentes, virides oliuas vberes ac sanas confessorum, lilia in religiosis viridariis & monasteriis virginitatis candore pulcra & odorifera, violam humilẽ & subtristẽ viduæ Christianæ, vites suis vlmis suffultas, matronarum videlicet, quæ suis coniugibus quasi manibus fultæ, & caducã fragilémque naturã à terrenis subleuãt, & ex honesto toro natos vberes, racemos pendulos pãpinis honoris à Solis ardore defendũt. Vidit deniq; malũ medicã pulcrã & vberẽ, diuitẽ Christianũ, rosam matronæ nobilis spinis curarũ horridã, sed pulcrã, hyssopũ quę egreditur de pariete, humilẽ, pauperẽ cõsiderauit, nec audet affirmare quid sentiat. *Age fili hominis, pone ænigma, narra parabolã.* Omnis ista Ecclesiæ species & vbertas ab vno diuinitus inserto ligno prouenit. Dicã igitur: vidi Aquilã grandẽ, nẽpe Deũ, vt exponit D. Gregorius [c], quæ de alta diuinitatis cedro surculum, seu medullam verbi diuini intulit, illiq; nostrã inseruit carnẽ, & naturã in meliorẽ ac diuinã cõditionẽ mutauit. Verè attigisti scopũ Propheta, Euãgeliũ est quod dixisti, *Sicut misit me viuẽs pater, & ego viuo propter patrẽ: & qui manducat me, & ipse viuet propter me*; mitti enim perinde est, atque incarnari, vt exponit S. Cyrillus Alexandrinus: semel enim viuit humanitas per vnionem Verbi, cum ea indeque virtutem habet caro eius viuificandi. Tot sunt mysteria in hoc vno beneficio collata, vt ea æquissima lance opus sit diligenter æstimare.

El Propheta Ezechiel mira el Aranjuez, y iardines reales. — *Regia viridaria lustrat & laudat Ezechiel.* — Ezech. 17.2. — c In Ezech.

11\. Primò enim quandam huius incarnationis extensionẽ in hoc sacramento quasi per nouã insitionẽ prætendit. *Intendat mens humana, & cõtempletur* (iubet Anselmus [a]) *videat & miretur. Vnum filiũ consubstantialẽ Deus Pater genuit, hunc sibi tam vnicũ, & omnibus modis æqualẽ, nõ passus est remanere solũmodo suũ, sed cùm ipsum in rei veritate esse beatæ Mariæ vnicũ & naturalẽ filiũ.* & D.Th. [b] *Quod de nostro assumpsit, totũ nobis contulit ad salutem.* Et quid intendit per hanc incarnationis extensionẽ. Dicam, si potero, ex mente D.Thomæ, beneficiũ istud Christi passionẽ suscitare, & esse quasi animã aliorum beneficiorũ. *Sacramentũ nãque istud* (inquit Aquinas [c]) *est diuinæ passionis repræsentatiuum*; verba enim sacramentalia optime calamo scribæ cõparat Dauid, *Lingua mea calamus scribæ*; agunt enim quod dicunt, & nõ per aëra ferũtur, sicut pennæ, sed quacumque percurrit exarant & imprimunt verba, sicut calamus scribæ; quare & Christũ sub his speciebus cõstituũt, & illũ ipsum, qui iam non moritur, mortuũ repræsentant, sicut cùm mei causa omnẽ sanguinẽ exhausit, & effudit in cruce. Quorsum (Doctor sanctissime) dum sui expressã imaginẽ dedit passionẽ potius quàm alia mysteria expressit ad viuũ? vt nempe renouaret in vnoquoque nostrûm quæ gessit in carne, & hæc quasi emortua & transacta beneficia suscitaret, faceretque memoriã æternã suorũ mirabilium, & vnicuique nostrûm consignaret, quod in vniuersũ mundo cõcesserat. Cùm Isaac benedixit filio Iacob, fecit quod cæcus poterat, ad discernẽdum quisnã esset cui benedicebat, nam & accedere iussit, & tetigit manibus, committens quod oculis attingere nequit. *Accede huc fili mi vt tangam te* (deberent enim, si possibile esset, electores experiri, & quasi manibus cõtrectare quos in sublimes sedes vocant.) Isaac denique Iacob benedixit non omnino posita suspicione, sed trepidè dicens, *Vox quidem vox Iacob, manus autem manus Esau.* Postquã igitur eum in successorẽ eligit, & instante fratre, & contradicente à proposito non recessit, nec eandẽ benedictionẽ filio Iacob voluit impertiri: iterũ euocatũ Iacob benedixit, quasi priori benedictioni ritus aliquis aut solẽnitas defuisset. *Vocauit itaque Iacob, & benedixit eũ.* Quorsum hæc venerande senex? immemor es prioris benedictionis. Absit, inquit, imò potiùs ne filius Iacob immemor sit, iteratò rem istã celebro. Prima enim vice cogitare potuit Iacob nihil patri debuisse seni cæco, qui cum formidine primatũ dederat, porrò industriæ Rebeccæ, & suæ ipsius audaciæ & solertiæ totũ tribuẽdũ esset: vt igitur paternã voluntatẽ cognoscat, & regustet amorẽ patris, nec nudã benedictionẽ ferat, sed volũtatis plenã, iterũ benedicatur, nam opus bonum quod vel ab inuito, vel ab aduersario fit, cadauer est, & emortuũ beneficiũ, quod solũ bona volũtas dantis suscitare valet. Dederat iã nobis Christus sanguinẽ, dederat vitã, non quidẽ ignorans, sed *sciens Iesus* dederat, post experientiã eorum qui aderãt, *sciens quòd diabolus misisset in cor vt traderet eum Iudas.* Dederat summo accensus amore, *cùm dilexisset suos*; quia tamen ingratus mundus cõmune sibi beneficiũ minus quàm par est fecerat, & vel Patrum desideriis aduenisse, & amore virginis incarnatum fuisse, ac denique post resurrectionem iam mortis & passionis memoriam & amorem deleuisse; iteratò igitur & sigillatim in vnamquamque animã extendit & incarnationẽ, & passionem, & amorem, omniúmque beneficiorum hoc sit quasi anima, non quòd extincta sint,

Extensio quædam incarnationis est. — a Lib. cur Deus homo. — b Opusc. 47. — c 1.Cor.11. lect.5. — Psal.44.2. *Simile.* — Gen.27.22. — 12. — Gen. 28. 1. — *Hoc beneficiũ quasi anima est reliquorũ.* — Ioan.13.2.

Ioan.6.57. sed vt in nobis iterũ excitentur & viuant. *Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse viuet propter me.*

13. Quanta autem dignitas per hanc nobis insitionem accesserit, quis dicat, nisi qui *diuina nos*
2.Petri 1.4. *consortes naturæ nuncupauit.* Nam sicut humanitas plantata, & in diuino supposito inserta, immutata natura à seipsa quasi dimouit, & à vita humana & cõmuni ad diuinam viuendi rationẽ transtulit; sic qui dignè & deuotè communicat propter viuificam illam carnem a communi vita ad Christi vitam transfertur. Non secus atque arbor siluestris & inculta, cui suauissimæ alterius arboris surculus inseritur, mutata conditione & natura
Noua in Christo vita. dulces iam edit fructus copiosissimos. Sic nos post susceptũ surculum istum, quem tulit aquila, non viuimus humano more, & prophano, sed diuino, *viuet propter me.* Optarem ego (inquis) hac noua ratione in Christo inseri, vereor tamen ne moribus contradicam. Hoc ipsum denunciauit Ieremias, sed pariter remedia adiecit, quibus agricolatio ista & initio facienda sit. *Statue tibi*
Ier 31.21. *speculas*, vel, vt alij, *amaritudines*, corripe teipsam, discute mores, & crimina, esto amaro animo, & falce compunctionis finde truncum cordis tui;
Noua insitio in sacramento. alias enim qui poterit inseri Christus? Præcide ramos superbiæ, fastus, & ambitionis, amputa inueterata scelera, quære putatorem, confessorem, inquam, non largum, & qui blanda manu multa dissimulet, ne diuageris in amore terrenarum rerum. *Vsquequo dissolueris filia vaga*? Imitare opus
Ier.31.22. illud incarnationis, quod sicut in virgine & in humanitate in te denuo peragitur, *nouũ fecit Do-*
Ibid. *minus super terram, fœmina*, hoc est, anima, *circundabit virũ*, sponsũmque suum, in eáque noua incarnatio fiet, nam ideo Septuaginta transtulerunt, *Vsquequo conuerteris filia despecta? quoniam creauit te Dominus salutem in plantationem nouam*, & Christo semel in anima suscepto fac quod agricolæ solent, circumliga arborem luto, & pannis inuolue, faciem obnube, tace, & somno spi-
Ibid. 26. rituali sopire, vt statim subdit Propheta, *quasi de somno suscitatus sum, & somnus meus dulcis mihi.* nam dulcem mihi linguam & animæ palatum reddidit, vitam commutauit, vt iam non in me, sed in Christo viuam, *& ipse viuet propter me.*

14. Verumenimuero nõdum Prophetarum dictis ænigma reseratum est, ampliora enim & diuiniora in hac breui nota & summa continentur, *Manhu*, quid hoc est? Da responsum, diuinum oraculum, quis te sine te, quis verbũ sine verbo manifestabit? O vox tot retro sæculis expetita! ô fideles felicissimi, qui talem vocem ipso diuino
1.Cor.11.24. ore exceptam auditis. *Ego enim accepi à Domino*,
P.Turrianus lib. de Eucharistiæ sacramento. inquit Paulus. & quid accepisti? *hoc est corpus meum.* O vox plena salutis, tantæ authoritatis, & veritatis, vt per mille amplius annos nemo hæreticorum realem Christi in sacramento præsentiã abnegare ausus sit. *Nouissimè autem locutus est no-*
Hebr.1.2. *bis in filio, cifra antiquissima que audubiste en lengua de todos los Prophetas y ninguno la supo declarar hasta que hablo Dios en su hijo*; quis enim cogitaret in vna hostia & vno calice hæc omnia esse, quæ iam si potero sigillatim refero.

15. Fige mentem, fidem & oculos in breuem illam particulam hostiæ, quæ tactum refugit & visum: in hac igitur particula, *est corpus meum*, in hac est illa venerandi Adolescentis species pulcra, pectus illud diuinæ sapientiæ, thesaurus, huic humeri impositi, his supposita brachia, in quibus operandi mirabilia virtus, & tolerandi onera patientia singularis enituit. Eminet caput illud aureum, tranquilla frons, honestissima facies, os dulce, organum diuini spiritus; ossium fortitudo constat, nerui & arteriæ protensæ, pretioso sanguine venæ rubent, caróque vero sanguine diffuso, colore & candore nitet in fronte, rubet in labiis, rosarúmque rubor splendet in genis. Quis sacratissimos animæ aditus penetrat? quis omniũ virtutũ chorum consideret? hic quasi cælum intellectuales virtutes, illic morales, cardinales & theologales, & quæ frænum solent esse irascibilis & concupiscibilis, vbi nulla affectio immoderata insurgit, quasi ad speciem solùm & decorem, sicut effecti leones adsunt etiam ad ornatum & decores. Rigat hunc paradisum immensa illa nullique cõcessa gratia, in interiore parte fons ipse gratiarum scaturit. Iuxta aquas arbores duæ, fructuũ spiritus vnus, donorũ alter, mira proceritate diffusi sunt. Hic pellucidum sapientiæ stagnum, quod tribus canalibus redundat, & scientiæ acquisitæ, infusæ, diuinæ atque beatæ. Custodit paradisum istum primus ille homo, anima, inquã, Christi, de cælo cælestis, his floribus oblectata, his scientiis plena, his fructibus fœcunda, his donis locupletata. Adest Pater, adest & filius, & huius quasi paradisi custos Spiritus sanctus diuinas spirat auras, & immensas elargitur gratias. Quis nisi amor in tam breuem summã tanta potuit bona redigere? Dixerant quondam Philosophi summã esse orbis hominem, alij verò eiusdẽ hominis oculum centrum & quasi compendiũ omniũ rerũ vocabant. Theologi verò plus vltrà inuenientes iustũ virum compendiũ esse tam supernaturalis orbis, quàm naturalis affirmarũt. At plus vltrà inuenit Patris brachium, & cùm humanæ naturæ diuinam inseruisset, in eo omnibus se libenter voluit cõmunicare. Ibi terra virgo est purissimæ carnis, spirat diuini spiritus aura, ardet amoris ignis, & manat aqua pretioso sanguine mixta: ibi est mitissimus agnus, ibi leo fortissimus Iuda, ibi ceruus, ibi columba, ibi aquila, ibi virgultũ, flos, margarita, & manna, in eo est homo, in eo iustorũ iustissimus, in eo sua paupertas mirabilis tenui velo quasi funebri linteo contentus, in eo castimoniæ candor elucet, & candidas animas facit, in eo obedientia resplẽdet, sic prompta, vt fiat vno sacerdotis verbo præsens, & pro libito vbilibet collocetur: in eo admiranda patientia declaratur, cùm ab indignis & turpibus animorũ sordes, corporis maculas, & hæreticorũ deformissima facta, & turpiora verba benignissimè tolerat: illic Trinitatis sedes, & tabernaculum Dei cum hominibus, illic omnia quæ à te expetere potest multipliciter caro mea, quæ vno verbo claudis, & dissoluis ænigma, dicens, *hoc est corpus meum.*

Quanta in vna hostia contineat mysterium Eucharistia.

Iubeor tamen ante finem discursus, aliud ænigma proponere dissoluendum. *Fili hominis pro-* 16.
pone ænigma, narra parabolam. Ezech.17.2.

Manhu, quid hoc est? quid hoc? sim ego in hoc sacramento omnium desiderabilium fons thesaurúsque copiosus diuitiarum Ecclesiæ, pretiosum monile legis gratiæ, & ornamentum meæ sponsæ, & hoc in postremis ducat, & quæ Dei sunt amplissima hic homo paruipendat, & pedibus trahantur, ista impiorũ & porcorũ hæreticorum spurcissimo ore deuoluantur in cœno, quid hoc turpius? quid mirabilius? vt Zacharias idem Cap.13.6.
percontatur, *que sunt plaga ista? que cifra es esta?*

Iusta Christi Domini querela de peccatoribus & ingratis.

Quid est hoc? sim ego suauissima eorum mater, nutrix,

Digitized by Google

nutrix, gerula, & vbere pleno lactans, in quibus omnes meos amores, vitam & sanguinem impendi, & ipsi erga me morosi, insuaues, ingrati, vt vix mammam appetant, semel in anno accurrant, præcepto constricti, pudore permoti, aut excommunicatione compulsi? quid
Osee 6.4. fœdius? *Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda?*

17. Quid est hoc? sim ego mirabilis insertor animarum, quas noua insitione, & plantatione in meliorem frugem conuerto, & ad diuinam sustollo naturam, & dignitatem, vitæque diuinæ à patre acceptæ sator sum liberalis, & post viginti & triginta annos, in quibus vir ille, vel illa fœmina me sæpe susceperunt surculum, qui germinare facio in vitam æternam, & post tot amplexus, post toties iteratam insitionem, semper detractor ille? loquax, inquietus, iracundus, furens atque superbus, quasi vento pasceretur, & mendaciis, aut prophano cibo? Quid
Isai.10.3. horribilius? *Quid facietis in die visitationis*, cùm in summam colligat Deus, & rationes subducat tantorum donorum, atque gratiarum.

Quid hoc? si panis inopia ingruit, & cælum serenum est, gemunt, plangunt, supplicationes faciunt, terga sæuissimè feriunt, cruces tollunt, & vt famem corporis ad animum transferant, vt detur esca ventri peccato se maculant, & cùm tunc temporis animæ spirituali famæ premantur, sine gratia, sine Deo, & quasi in feretro viui corporis iacentes, & infernalibus flammis deputatæ, & cùm sim ego panis vitæ, omnibus propositus, propter me nec suspirent, nec appetant, nec mei saltem memores sint? Quid hoc ineptius? aut quid à fideli animo ma-
Gen.27.37. gis alienũ effingi poterat? *& tibi vltrà quid faciã?*

18. Quid est hoc? sim ego panis vitæ, Rex immortalis, qui vitã me dignè suscipientibus confero, & cùm vix me in sacra mensa susceperint, statim quasi cadauer horrendum, & frigidum, de pellendo de domo animæ agunt? dum ille negotia, ille alter ad litem, hic ad concubinatum, iste ad mensam & potum properat, quasi tandiu me sustinere domi non possint? quid hoc irreli-
Isai.44. giosius? *Quis similis mei?* Quem inuenies aut pulcriorem, aut sapientiorem, aut diuturniora bona pollicentem?

Quid hoc? Sit inter sacerdotes qui presbyter sit, mihi sacratus, à me vnctus, & ad ecclesiasticam sedem non infimam euectus, nec sine annuis redditibus, sed ex ecclesiasticis possessionibus duo aut sex millia aureorum percipiat, & post viginti annos presbyteratus, post tot stipendia accepta, cùm posset in regia mensa panem Angelorum edere (quòd si communis esset clericus, absque dubio efficeeret) hic tamen per integrum annum sacra non celebret, in quo & priuet Ecclesiam sacrificiis, Deum gloria, Iesum Christum honore, fideles meritis, defunctos suffragiis, seipsum cælesti beatitudine? vt turpi accumbat mensæ, & meo pane meretriculam &
Ier.11.15. pellicem sustentet? Quid hoc sceleratius? *Quid est hoc quòd in domo mea dilectus meus commisit scelera multa?*

19. Quid est hoc? Sunt in Ecclesia mea homines omnium scelerum maculis notissimi, non solùm intemperantia, sed studio & officio cum scandalo, in omni flagitio versati, & his omnibus sceleribus inquinati, cùm ad sanctam hebdomadam peccando perueniunt, omnes ad sacras epulas accedunt, omnes sacrilego ore & turpi lingua cælestem panem accipiunt? quid hoc scelestius?
Quid est quod debui vltrà facere, & non feci? Isai.5.4.

Quid est hoc? sunt inter fideles quidam sic munditiæ & elegantiæ amatores, vt lectulus mundissimus, indusium mundum, mensa mundissima sit, epulæ muditie plenæ, vestes purgatissimæ, famuli elegantes, pueri ornati & pulcri, & qui in omnibus nimis delicati, nimisque religiosi sunt; sola anima omnium scelerum colluuione sordeat, in qua ego habito, & mihi prophana labia, & cor vitiorum, gurgitem detractionum, mendaciorum, fallaciarum, rixarum, fœdissimarum cogitationum stabulum nec purgare, nec ad tot sordes aliquando nauseare contingat? Quid magis à vera dignitate alienum?
Quis audiuit talia horribilia? Ier.18.13.

Age, *narra parabolam, propone ænigma.* Di- Ezech.17.2.
cam si valeo mi rex.

Hoc est, te inter rusticos commorari: nam 20.
cùm tibi amor ad opus tuum sic faciem obnubit, rustici mortales inurbanè se gerunt, tu pro tua benignitate sic te geris, illi pro rusticitate sic te despiciunt, amantium onera sunt, & eorum qui personati incedunt.

Hic est insipientium error, qui cùm te tacitum & silentem vident, ita semper futurum esse autumant.

Hoc est, quòd deficientibus bonis operibus sensim fides languet, religio cessat, amor tepescit, & quadam die repentè in barathrum insipientiæ, erroris & malitiæ hæresim deuoluentur, dum sine operibus credunt & operantur quasi non crederent.

Hoc est arcanũ diuinũmque ænigma, quod tu fortissime Samson vni tuæ sponsæ, & fideli animæ pandis. *Vobis datum est nosse mysteria regni* Mat.13.11.
Dei: cæteris autem in parabolis. Dissolues tamen in extrema die cùm esus iste in æternam conuertatur mortem, vbera amoris plena in efferatissimam leænæ rabiem mutabuntur, & surculus ille, & virga Iesse in nostris visceribus inserta, in virgam ferream transibit: & hac animaduersione puniatur qui tales contempsit diuitias, talia facinora amoris paruipendit, talem nutricem refugit, vt ad terrena conuertatur. Tu mi Adolescens Samsonis, hoc est, Solis fili, disce ænigma
Patentis tui, vt rogatus, *Manhu, quid hoc est?* vno Exod.16.15.
verbo respondeas, *cibus vitæ, panis de cælo veniens, requies animi, & pax Christi, fons gratiæ, & æterna gloriæ pignus.* Beatus Ignatius epistola ad Trallian.

VERBVM FILII.

Ioan. 6. v. 56.

Caro mea verè est cibus; & sanguis meus verè est potus.

Sub nouo ænigmate mysteriorum maximum penetrat: priuilegia amoris, celsa dignitas, vitæ fons, gloriæ pignus reserantur.

DISCVRSVS LIX.

QVEMADMODVM conuiuiali ænigmate Samson occasionem dedit in- 1.
ducendi ænigma sacrum cælestis & præclari conuiuij, sic etiam nouo lo- *Ænigma nouum p.r*
quendi

Oseam proponitur & dissoluitur. quendi genere Oseas inuestigare cogit quid sub illo pane, quid item in nouo calice arcanum sit: inter mirabilia enim Christi ea refert fidelibus faustissima. *Osee 14.6.* *Germinabunt sicut lilium, & erumpet radix eius vt Libani: viuent tritico.* vbi Hieronymus ex Septuaginta testatur legendum, *frumento inebriabuntur.* Ecce ænigma; quid enim rei est frumento inebriandos esse homines. Certè ænigmatica sunt verba, in quibus minimè consistendum, sed altiùs penetrandum est ad intelligentiam mysterij; *ideo sic aptantur verba* (inquit noster P. Turrianus [a]) *non ad occultandam veritatem, sed ad excitandam mentem, vt optimè notauit Origenes* [b]. *Prouidentia Dei factum esse, vt essent in lege, & Prophetis, & vetere historia quædam impossibilia, ne si ipsius legis, siue prophetiæ atque historiæ vtilitas & consequentia ex se appareret, continuò fortassis existimaremus nihil aliud esse ibi intelligendum, præter id quod in promptu esset, atque ita vel à dogmatibus recederemus, vel nihil altius & diuinius non excitati intelligeremus.* Quis ergo ignorat non posse panem inebriare? ergo anagogicè erudimur de mystico pane, qui in eisdem mysteriis cum mystico vino consecratur, vnde sapientes prouocat ad certamen Propheta. *Osee 14.10.* *Quis sapiens, & intelliget ista? & intelligens, & sciet hæc?* Nec audeas dicere sub illis figuris nihil esse, *quia os Domini pariter locutum est. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis?* Hoc est ænigma, ad quod nos inuitat Nazianzenus [c]. *Mensam hanc tibi offerro, ad quam communiter accedimus, salutisque mea typos, quos eodem ore perago, quo hanc ad te deprecationem obeo. Quòd si in hac vita fieri non potest, vt perfectam rerum cognitionem assequamur, id quod restat honore affice.* Oratione 29. hæc vltima verba subdidit.

a Cap. 33. de sacramento Eucharistiæ.

b 4. Lib. Periarchon.

c Oratione 17. & typos vocat, sicut Tertul. figuras lib. 4. cōtra Marcio. quibus verbis nihil aliud intelligunt, quàm partē sacramenti, quæ in oculorum sensum cadit, hoc est, species panis, & vini. sunt enim hæc signa, sed rerum præsentium, nimirū corporis Christi realiter præsentis. Sic Turrianus contra metonimicos tract. 1.

2. *Caro mea verè est cibus.* Certè ænigmata sunt ista, sicut illa, *bibent tritico, frumento, inebriabuntur.* Tenuis hic adest & delicatus Spiritus sancti penicillus (ait præclarus Theologus Damascenus) quare si libet coniicere, ænigmatis solutio ex alio eiusdem spiritus opere petenda est. Vna, inquit Omnipotens, manus est, quæ vno virginis *fiat* incarnationis opus peregit, & verbo simplicis sacerdotis eiusdem incarnationis significationem efficit. Inde gratia manauit, hinc amor & pignora gloriæ, & si in vno difficilia quædam sunt, in alio mysterio superantur: siquidem eundem habent auctorem qui naturæ leges pro libito disponit, & transilit. *Tu quæris* (inquit) *quomodo panis fiat corpus Christi, & ego dico tibi: Spiritus sanctus superueniet, & ipse faciet hæc, quæ supra naturam sunt, & supra intelligentiam.* Perplacuit hæc doctrina Doctori Angelico Thomæ, quam verbis Sapientiæ confirmauit, quibus diuinum spiritum artificem, *mundum* atque *subtilem* nuncupat: *purus* vtique in incarnationis opere, *subtilis* in hoc ænigmatico mysterio, vt ait D. Th. nam sicut sculptor, aut fictor, in hoc subtilitatē ostendit, vt gigantem in annulo, vel in vngue fingat; *sic ad demonstrandam sapientiam Spiritus sancti sub minima specie sacramenti facit esse facile totum Christi corpus, hinc Spiritus sanctus dicitur subtilis.* Præterea subtilitas pictoris, inquit Plinius [d], *in effingendis vltimis lineis deprehenditur.* nam molē corporis depingere vt emineat, *est quidem magni operis,* in effingenda verò vltima linea, hîc labor, hîc subtilitas est. *ambire enim debet se extremitas ipsa, & sic desinere, vt quæ occultat etiam ostentet;* vt si mediā faciē depingat, ita exprimat vultus extremas lineas, vt qui intuetur, non mediā solùm faciem, sed integram coniectetur, *el remate este tan bien hechado que llebe la vista y conide la imaginacion al otro lado.* Hac subtilitate fecisse opus incarnationis illa verba ostendunt, *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* vbi Theophylactus ex Græco legit, *extrema pictura lineamenta ducet.* Sine elegantiam huius operis ô Virgo, almi Spiritus arti subtilissimę, qui sic vltima lineamenta ducet, vt cùm te homines matrē videant, & cum filio, tamen te virginem permansisse credant, & cùm filium communi forma hominis versantem videant, vlteriùs per fidem progredientur, vt Deum ibi latentem credant, hócque fiet ex tuo virgineo purissimóque sanguine. Idem igitur artifex & pictor Spiritus hoc mysterium perficiendum suscepit digito suo (nam ad subtiliora effingenda pictor vno & tenui digito penicillum tenet) eximium hoc opus peregit; ita vt discessurum à nobis Christum sic viuum, sic præsentem sub illis accidentium coloribus & sapore constituit, vt licèt corporeus oculus partem illam sacramenti tantùm intueatur, fides tamen etiam quę occulta sunt ostentet; & ipsa subtilitas mentem ducit, vt asserat, *manet Christus tamen totus sub vtraque specie: pasad entendimiento Christiano de las vltimas lineas que alli esta todo entero.* Primum illud subtilissimi spiritus opus plures habuit & sui admiratores, & prædicatores: nam *in omnem terrā exiuit sonus eorum,* vel, vt in Hebræo, *exiuit linea eorum.* Videtis ô mortales lectissimam illam virginem, eadem quidem mater Dei est, quam sic gratiosam effinxit spiritus, vt mater sine dolore pepererit, sine labe concepta, pudica, honesta, grauis, quæ tandem etsi mortem obiit, ad cælestia assumpta est. Videtis etiam hominem illum in cruce lineam vltimam effingentem, dicendo, *consummatum est.* Ecce tali tāmque diuina arte vltimam lineam mortis iecit, vt Gentilis centurio vlteriùs cognoscendo progressus sit, *verè filius Dei erat iste.* In illa denique hostia, in qua vltima linea circunscribitur, etiamsi latere videtur, attamen omnipotens manus non latet subtilissimi spiritus, qui iubet sub specie & parte sacramenti aliam non imaginari, sed credere, nempe Christi substantiā. *Caro mea verè est cibus.*

Sap. 7.

Mira subtilitas Spiritus sancti in hoc sacramento.

d Lib. 35. c. 10. vbi de Parrhasio pictore.

3. Luc. 1. 35.

Rom. 10. 18.

Ioan. 19. 30.

Mat. 28. 54.

4. *Caro mea verè est cibus.* Non minus ingeniosè S. Isidorus [a] perscrutandi ænigmatis rationem docet. *Omnia quæ fiunt, inquit, & facta sunt, mira valde sunt, sed assiduitate viluerunt: idcirco sic diuina scrutare opera vt semper ea immensa cogites. Gran cosa el cielo, hermoso el sol, dulce la miel, oloroso el clauel, artificioso el hombre pero la costumbre a apocado esas magestades espejos de la diuina: tu no seas grosero, vsa de artificio, y miralas con auiso como quando miras vn castillo esculpido en la piedra de tu anillo le piensas immensamente mayor.* penetra cogitatione, & immensa coniice quæ ibi exigua tibi offeruntur. Quòd si hanc prudentiam exigit cogitatio, & cognitio rerum creatarum, qua putas discretione opus erit ad opera gratiæ, quorum quodlibet omnem simul naturam excedit? & ad illam contemplandā gratiam, quæ nomen Eucharistiæ sortita est, hoc est, *bona & maxima gratia.* Si enim illam vt mysterium est consideras, est admirabile & impenetrabile sacramentum: si dignitatem, ad quam euehit hominem, summa est, quia deificat: si beneficium, omnium est amplissimum: si delitias animæ, omnem continent suauita-

a 1. Lib. de summo bono. c. 10.

NEXVS DISCVRSVS ET PARTITIO. *Arte & ingenio speculari oportet hoc mysterium. Ecphrasis Euangelij.*

suauitatem: si vt ænigma, omnium lætissimum & festiuissimum, & quia conuiuiale, & quia ingens præmium promittitur, & magna fides victrix euadit. Non quia humana capere mens posset quod ibi latet, nisi docta esset à suo Samsone, quem sic audiuit loquentem, *Caro mea verè est cibus.* Fuit quondam manna datum in cibum Patribus, qui cibus iustis conuertebatur in id quod cupiebant, vel in saporem perdicis, vel phasiani, sed nec perdix erat, nec phasianus: at iste meus cibus saporem habet eius quod promitto, est nempe spiritualis animæ esca. *Caro mea verè est cibus.* Audistis iam matrem angustia famis oppressam proprium deuorasse filium, sed hunc emortuum, & tostum igne: nam si viuum posset, iterum vtique viuum retulisset in ventrem: at *qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem*, viuus *in me manet*, & viuus *maneo in eo.* Memoras mihi contigisse, iam viuentem à viuente deuoratum in eius ventre diu vixisse, Ionam videlicet in ventre ceti. bene est; sed non aduertisti, cetum minimè ex Iona viuere, nec ipsum ab illo vitam mutuare? at verò hoc meæ carni singulare est, vt sicut à Patre accepi, & accipio vitam per diuinitatem, & animam, sic etiam *& qui manducat me, viuet propter me.* Obiicies fortassis, etiam qui manducabant manna, viuebant ex eo, sicut nos ex cibo: rectè quidem, sed non notasti qua ratione illi *mortui sunt*, nulla ratione cibo impediente mortem, at *qui manducat hunc panem, viuet.* Vnum tibi superest, & quidem opportunè obiiciendum, filium nempe dum in vtero matris est, viuum esse in viuente, & ex eius sanguine ali. Ingeniose quidem excogitasti, sed minimè considerasti tempore certo nouem mensium hoc contingere: at qui *manducat hunc panem, viuet in æternum.*

5. *Caro mea verè est cibus.* Magnum in primis & mirabile sacramentum quis valeat intueri. *O absconditum mysterium* (exclamat Romanus Clemens [a]) *ô stupendum super omnia miraculum, abstrusum & impenetrabile sacramentum*, verè tu es Deus absconditus. Sed rogo sanctissime Pontifex, si iam quod ibi latet vno verbo expressimus, quorsum absconditum, stupendum & impenetrabile vocasti? Sed huius exaggerationis causa est, quia latet hic alterum Trinitatis mysterium, non illud quod vnius est substantiæ in personis tribus, sed Trinitatis, quæ trium substantiarũ est in vna persona. *Corpus* namque vna substantia est, *anima* altera, *diuinitas* tertia: hæc tibi Trinitas credenda & veneranda est, cùm ad sacram mensam accedis, sed non ab omnibus perscrutanda. Sicut in templo tria etiam diuersa loca comperies. Primò, atrium erat in quod mundis siue immundis licebat intrare: atrium autem exterius voco Christi Domini corpus, & ea quæ passionem eius referunt, & adumbrant. Secundò, Sancta dicebatur locus, in quem ingredi licebat sacerdotibus, ad laudandum & colendum Deum, qui locus animæ sanctissimæ Christi apprimè aptatur. Tertiò, Sancta Sanctorũ, in quo diuinitas delitescebat, sicut in Christo.

[a] Lib. de veneratione sanctorum.

Quorsum absconditũ mysterium dicitur.

Trinitas substantiarum.

6. Intra igitur in atrium, quod pluribus aris ad offerenda sacrificia Christi Domini corpus designabat. nam & ibi hædus, ibi agnus, ibi vitulus mactabatur, vmbræ quidem cruciatuum, & dolorum, quos nostri causa Christus perpessus est; quorum tamen memoriam epulando & potando voluit celebrari, vt dulce nobis esset recolere quod ipsi acerbum fuerat toleratu. *Caro mea*, inquit, *verè est cibus.* & addit, *quotiescumque manducabitis panem hunc*, &c. ostendens memoriam istam nobis dulcissimam fore, & sæpius iterandam: *quotiescumque* dixit, vt occurrat illiberalitati nostræ; turpe enim esset, si sponsa accinctum videns sponsum, qui ad Indos migrare properat, diceret: Quoties, Domine, memor ero tui? quoties? hoc rogat qui amat? quoties respiraueris, & spiritum attraxeris, quoties manducetis, & bibatis; hoc enim denotant verba, *quotiescumque manducabitis.* Non igitur roget anima iusti quoties ad sacras epulas accedã? quoties memor ero dominicæ passionis? Accede igitur ad crucis aram, vide oblatum ibi agnum, vt rubent pretiosa vulnera in candido corpore vibicibus ceruleis variegato: audeas etiã cor ipsum acri dolore compunctũ penetrare ibi tui causa, in ara impositum esse perpende, solue amorem, persolue passiones, hac sola cibi & calicis cõmunione, *sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Gutturi, dixit, nã gustus iste spiritualis dulcedinis de palma crucis excerptus non in primis labris, nec in lacrymulis consistit, sed in operibus ex feruore cõcepto exhibitis; ideo ait, *Ascendã in palmam, & colligam fructus eius:* ascendam imitando crucem, & plenis manibus descendam botris eius. nam & plagas mihi inferam, & flagris carnem afficiam, & vibicibus palloreque mortificationis indutus prodibo, vt vna ex ouibus mei amantissimi Iacob esse merear, plagis variegata suis; istæ enim notæ sunt ouium, quibus maximè ditatus est.

Atrium ante hoc mysterium quid sit.

Continua Christi memoria hoc sacro conuiuio celebratur.

Cant. 2. 3.

Cant. 7. 8.

Liceat iam in sancta beatissimæ animæ penetrare: ibi ingens illud vas æneum, duodecim boũ humeris mare repræsentabat, pelagus, inquam, virtutum Christi, obedientiæ, demissionis atque patientiæ. Ne tamen prætereas quin grandem rem consideres. Anima illa corpori sacratissimo sic coniunctissima, beata erat, & in mari illo gloriæ lacteo & dulcissimo innatabat, & cùm tot gaudia suppeterent, cùm tot aquæ redundarent, corpus, ô mira res, siti oppressum viam triginta trium annorum peregit: sicut si in magno æstu post longam viam & ardentissimam sitim viator, cùm ad fontem accurrit, linguam exerit, aquam osculatur, repentè in medio fonte serpentem sinuosum videt, qui totus pallet, tremit, fugit, & transit maiori quam antea siti pænè enectus. Debebatur tibi, ô gigas, qui exultasti ad currendam viam, vt à primo instanti fons vitæ tibi proponeretur, *quia apud te est fons vitæ:* sitis tanta fuit vt cùm vita simul desierit, ingressa tamen in corpus anima cùm fontem gloriæ peccati sinuosi serpentis offensum videt, & quasi perturbatam gloriam, resilit, & surgens ait: *Quid mihi est hic, dicit Dominus*? & corpore orbato gloria, & lætitia, ad nostram prosequendam salutem perrexit. *Propter nos egenus factus est, cùm esset diues: el lo ayunò y lo mal pasò, vt eius inopia nos diuites esse possemus.* Vide quo amore, & in quo camino charitatis panem istum decoxerit. 7.

Anima Christi quasi huius templi sancta est.

Simile.

Psal. 35. 10.

Isai. 52. 5.

Penetra, si audes, ad Sancta Sanctorum diuinitatis, & per se primò ibi personam filij Dei, deinde alias contemplare. Hîc est arca illa impenetrabilis, quam admiratio sola aperit, & humilitas ac reuerentia, quid ibi latet nemo exprimat, sed quasi cælesti motu raptus, vel quasi phantasma 8.

phantasma nocturnum, quod pauca & interrupta verba profert; sic tu cum Ieremia exclama, *Fortissime, magne, potens, magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu.* hoc ipsum Cherubini alis propitiatorium operientes nos docent, vt nos rustici solo pauore & ecstasi mysteria diuina celebremus. *Pauebunt ad bonum eius*, Septuaginta *stupebunt.* Nec cælestes tantùm, sed nostri etiam doctores eandem reuerentiam & timorem incutiunt. Audi Hieron. *Quòd si iratus fuero, aut me nocturnum phantasma deluserit, basilicas Martyrum intrare non audeo, ita animo & corpore contremisco.* Videas tu Ecclesia Dei qualis debeas accedere ad sacram Synaxim, fœminarum prophanum cultum deponere, chirothecam è manibus, fucos ex ore, calamistros de capite, & malè olentes odores; nam in his comendis & poliendis tempus abit, serò accedunt, & sine deuotione recedunt; nam nec cultus prophanus, nec sericorum stridor, nec ficta facies deuotionem Dei ingerunt, sed hominum, & quidem petulantiorum; age, *Pone ornatum, vt sciam quid faciam tibi.* Sinite curiosa in alium diem, honesta iuuant, deuota lectio, & sancta, & domestica conuersatio. O quanta tuorum fidelium erat pietas antiqua, cùm simul omnes sacro reficiendi cibo, ne tangerent, mundissima lintea proponebant, ibi suscipiebant, ibi adorabant, ibi tot lacrymis sudaria tingebant, vt alio sapone, alia aqua minimè indigerent. Hoc totum postulat cibus, qui impenetrabilia mysteria continet, quæ solùm ibi esse concionatores affirmant, quasi ad populum conuersi Cherubini, *Caro mea verè est cibus.*

Ier. 32. 19.

Exod. 33. 5.

Sic referunt Græci & antiqui Patres.

9. *Et sanguis meus verè est potus.* Ænigmatica etiam sūt verba, amor enim in vnoquoque verbo latet, amoris sunt verba, quis ambigat? Vocauerat diuinus Rex sponsam suam, *columba mea, perfecta mea, vna matris suæ, electa genitrici suæ*, opus erat vt dicta factis comprobaret. Vocauit igitur *columbam*, sciens, & prudens, inquit Cyprianus. nam columba animal simplex est, non felle amarum, non vnguium laceratione violentum, sed mitissimum, & quod post granum quodlibet oculos in cælum conuertit: addit tamen, *præter id quod intrinsecus latet*, pendulos gestabant virgines, è fronte capillos, & ita collaudat sinceram inspiciendi rationem, & quasi ex insidiis furtiuam, & modestam, atque silentem; quod de luna dicitur, *silet*, cùm nube aliqua obducta absconditur: sic enim oportet accedere sponsam, tacitam, sinceram, mundam & dulcem, omni *amaritudinis felle* deposito: sed quorsum sanguis columbæ conuenit? Respondet D. Ambrosius proposita alia quæstione, vnde nempe colligere potuit Noë recessisse iam aquas diluuij? ex eo quòd columba ramum tulit oliuæ? Respondet igitur [a], *Columba non mergit caput*, vbi profunditas est, vbi obscuritas, non mergit caput: placet ergo mihi vna mea columba, inquit Christus, quæ cùm inuitatur ad calicem, vbi meus rubet sanguis, etiamsi vini species sese visendæ offerant, non profunda rimatur, sed vbi profunditas terret, oculos in cælum subleuat. Consilium quidem fidelibus opportunum, inquit Augustinus, cùm subit animum aliqua huius panis dubitatio, statim oculos in cælum leuare, quod vno verbo creauit Deus: cælestia namque non sicut

Cant. 6. 8.

Cant. 4. 1. & 3.

Non curiosè perscrutādum hoc mysteriū.

Act. 8. 23.

[a] Lib. de Noë & arca.

Quid fideles oporteat facere erga hoc mysterium.

terrena, humana sunt metienda ratione, ibi enim *tota ratio facti est potentia facientis.* Doceat nos Danielis columbina fides, quem cùm inuiseret Abacuc, & in ore putei vocaret ad prandium, *Daniel serue Dei, tolle prandium quod misit tibi Deus*: tunc ille columbæ more oculos in cælum leuauit; *recordatus es mei Deus, & non dereliquisti diligentes te.* Domine quorsum venit Angelus si venit Propheta, & quare non fores reserantur ad hoc, vel quorsum deforis vocant, nec ingrediuntur. Respondeo adductum fuisse Prophetam, quia opus reficiendi animas cælesti cibo munus sacerdotum est, nec per ostium intrant, ne suspicari posset regem dedisse annulum, & claues, & terrenam esse mercedem: at cùm ex summitate cibum descendere videt, quasi columba leuat oculos, & diuinam ibi largitatem contemplatur. Nouum quid est hoc, quod verticem superat, & de cælo descendit, vincit rationem cibus iste, age columba, acue rostrum, vrge, roga, disquire, qua ratione post tantum emensum iter epulæ adhuc calent; quo pacto totus quantus erat Propheta vno potuit sustineri crine. Roga item cur venit Angelus; veniens autem cur non introiuit? Absit, inquit columba, curiosa interrogatio, *præter silentium* capillos præpendere fecit, siluit, & à terra in cælos oculos eleuat. *Recordatus es mei Deus.* & hoc sufficit vt credam absque eo quòd mergam caput; quia columba sum.

Dan. 14. 33.

Ibid. 37.

Perfecta mea. Quî poterit Domine ad speciem Deo dignam reformari senio & turpi macula fœdata Ecclesia? Huic quæstioni respondet sponsus, *Sanguis meus verè est potus.* Nimis magno constat tibi ô Iesu sponsæ tuæ pulcritudo, quæ sanguine coëmenda est. Ita est, inquit; verùm ideo vocaui eam *perfectam meam*, alij enim sponsi amare queunt vxores quales quales sint, sed non valent fœdas ad pulcritudinem reformare; ideo D. Paulus solùm ab eis expetit, *Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam.* in hac vna re eum non poteritis imitari, nempe quòd ita sponsæ pulcritudinem exoptauit, *vt seipsum tradiderit, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ*, videlicet cùm in Baptismo lymphis illis limpidissimis & odoratissimis emundatur. Vt autem *perfecta sua* esset, senium & rugas depellere opus erat difficile: *vt exhiberet ipse sibi sponsam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam.* Alludit, inquit P. Salmeron [a], ad aquam illam acrem & fortem, quam ad delendas oris maculas mariti ad suas referunt vxores. Sed quid de rugis agendum? istæ enim minimè abolentur, etiamsi non desint fœminæ quæ artificio mirabili & maculas & rugas dissimulant. dissimulare quidem, nam tollere solus Christus potens est. Ideo Iob id maximè dolet quòd voluerit Deus in fronte scribere illi peccatoris signa, *Rugæ meæ testimonium dicunt contra me*; ideo D. Thomas in persona eius loquens ait, *corpore vehementer doleo, quòd ex mea calamitate, ex meis rugis & tabe*, argumentum petatur *sceleratæ vitæ, argumento irrefragable de vexez rugas en el rostro.* Volo igitur, ait Christus Dominus, à facie Ecclesiæ meæ rugas tollere, nempe à sacerdotibus: igitur bibite amici, *sanguis enim meus verè est potus*, rugæ autem nihil aliud sunt, quàm defectus sanguis; quare solo sanguinis haustu deleri

10.

Ideo perfecta est spōsa, quia Christus eam perficit.

Ephes. 5. 25.

Rugas Ecclesiæ tollit cibus & sanguis iste.

Ibid. 26.

Ibid. 27.

[a] In hunc locum Pauli.

Iob 16. 8.

Digitized by Google

deleri possunt. Bibat ergo sanguinem meum perfecta mea.

II. Cant. 6. 8. *Vna est columba mea, una genitrici suæ.* Quid ais Domine, sic pellis à tuo amore reliquas iustorum animas, nónne regis opulentissimi est, & Dei maxime proprium plures adamare animas. Ibid. 7. *Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ*, &c. Respondet Dominus, sponsæ meæ conuenit maximè mihi soli inhærere, & apertè dicere, *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.*

Totus sit Christi qui totum suscipit Christum. Cant. 7. 10.

At mihi qui rex sum, & parens, illud maximè proprium est, vt me omnibus communicem, vitam & sanguinem omnibus impertiam. Vnde postquam cecinit Dauid, *Confitebor tibi Domine in toto corde meo,* (Psal. 110. 1.) hoc est, postquam vidi Dominum meum sic omnia mirabilia sua in vnam escam quasi in summam redegisse, *escam dedit timentibus se*, (Deut. 6. 3.) æquum esse iudicaui Deo, *qui vnus est*, & in vna buccella omnia sua mihi dedit, nihil de meo corde demere, aut subtrahere, sed *ex toto corde meo, & ex tota anima mea* confiteri ei. Ego qui multiplex sum, vnus ero in confitendo eum, indéque gratias fundam, vbi beneficij accepti sedes est, *in toto corde meo*; quæ enim ratione placere poterit tanto regi cor alieno amore captum, & alienis morsibus iam dilaceratum. (Oseæ 8. 8.) *Deuoratus est Israel, mordiscado esta Israel.* qui poterit sic deuoratum cor ad mensam summi Regis accedere? & hoc maximè cùm minimis de caussis & leuissimi amoris occasione Deum cum creatura commutauerint. Quod appositè satis & opportunè sponsa ad Regem Christum, cùm iam iuxta fores palatij essent, respondit, (Cant. 7. 13.) *Mandragoræ dederunt odorem suum.* Dicā priùs quid mandragoræ sint. D. Augustinus [a] docet herbas esse, quarum poma sunt aspectu pulcra, odore grata, sed sapore insipida: quidam asserunt habere vim conciliandi amorem, alij fœcunditatem conferre, vel saltim somnum, imò, vt aliqui affirmant, torporem etiam inducunt, & occupant cerebrum, vnde motus est, & ideo nimiam inferunt tarditatem, quam significabant, dicentes, *Mandragoram bibit.* Cùm igitur puerulus Ruben ludibundus mandragoras collegisset, arrogasséque sibi eas Lia, cupiens Rachel saporem prorsus insulsum capere, à Lia obtinet mādragoras, obtēto prius sibi Iacob congressu, vt ipsa apertè ait, (Gen. 30. 16.) *Ad me intrabis; quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei.* Nónne admiratione dignum est ô Rachel tot annis, tot laboribus, ac tanto desiderio coëmpta sponsum vendideris mandragorarum mercede, odorémque sponsi plusquam nardinum supra mel & fauum cum mandragorarum odore fatuo commutaueris? O nostram rusticitatem, quoties proh dolor! diuinos amplexus, cælestes delitias, ipsúmque Deum, qui nos per triginta annos tot impēsis laboribus & sumptibus conquisiuit, propter puluisculi speciem & amorem abiicimus, vendimus, & cor nostrum dilaceramus. Ego, inquit sponsa, non sic in alieno malo cauta doctaque sum, *mandragoræ dederunt odorem suum*, iam nuptiales flores odorem suum efflant, iam proximæ sunt nuptiæ quando totus mihi eris: ego igitur tui pariter tota ero,

Stoliditas & ingratitudo animarum.

a Contra Faustum, lib. 22. c. 56. Vide P. Pereira in cap. 30. Gen.

12. Cant. 7. 13. nam *noua & vetera seruaui tibi, todo lo deuo a vuestro amor esa poquedadque me, resta os offrezco porque os amo de todo coraçon, in toto corde meo.* Quid hoc spōsa, nónne nobis etiam natus datúsque est sponsus; tibi arrogas sponsum, amorem & sanguinem eius? Minimè, inquit sponsa, imò si hoc attenditis, non sum vna, nam ideo addidit Dauid, *In consilio iustorum & congregatione, vengan todos los iustos que para todos ay en el caliz de amor*; (Psal. 110. 1.) ad hoc enim mirabile quid & nouum fecit Christus, cuius vestigium aliquod inueniemus in naturalibus. Quis est qui carnem suam odio iniquo oderit? quin potiùs naturali lege *nutrit & fouet eam.* Et qua ratione nutrit? quis referat. Iecur, inquit Galenus [a] primum membrum est quod in humano formatur corpore, quod quidem ex ventriculo alitur, & acceptum alimentum conuertit in sanguinem, diffluitque innumeris venis, copiosus & æquissimus sanguinis distributor. Quid si amor hoc nobis hoc verbo significare voluerit, *& sanguis meus verè est potus.* Ita quidem, nam Zachariæ ait, *Et ego ero ei, dicit Dominus, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius*; (Cap. 2. 5.) reddam illam non solùm tutam, sed illustrem. Vbi ex originali alij legendum putant, *ego ero iecur in medio eius*, ego ero fidelis distributor sanguinis, & amoris; ego enim ero summus sacerdos, qui sacerdotes creabo, quorum officium sit vt sumant, & dent cæteris, & quod ante consecrationem panis est, & vinum, in sanguinem & carnem meam conuertant. En tibi ô Ecclesia vitæ fontem, iecur istud arca est tuæ valetudinis, & incolumitatis: nam & murus est, & iecur, & arca, summusque sacerdos, quo ablato corruit vniuersa salus & religio. Hæc fuit illa mirabilis & religiosa vox vxoris Phinees filij Heli, quæ accepto nuncio (1. Reg. 4. 21. & 12. 31.) de mariti morte, & obitu Heli, & ingruentibus simul doloribus partus, & cùm primogenitum in manibus teneret, nec de hoc gaudium, nec illis mœrorem cœpit, sed exclamauit, *Translata est gloria ab Israel, ichabot. el amparo, la arca de Dios, el higado le falta al pueblo, moriran los hijos de Dios.* Noli conqueri Ecclesia Dei fortunam aduersam, principum obitum, & magnorum ducum, nec exiguos terræ annique prouentus; noli exultare in primogenitorum ortu, gloria tua murus igneus, iecúrque, & fons vitæ in hoc calice est; quare cùm efferri vides sine comitatu, cùm iacet inglorius & oblitus in altari, cùm super illo nauseant peccatores, contende vocem; certa enim impendet mors, cùm *translata est gloria Israel.* quod post desolationem deflet Ierem. *Effusum est in terra iecur meum super contritione populi mei.* (Threnorum 2.) Omnes languent, & despondent animum, vbi calix iste abest, viget in hoc & robusta est Ecclesia, *quia sanguis eius verè est potus.*

Nutrit Christus Ecclesiam sicut iecur corpus.

a De fœtus formatione lib. de partibus animal.

Vita & virtus robúrque Ecclesiæ in hoc pane sita est.

13. *Qui manducat meam carnem*, &c. Dignitas summa & ineffabilis deificationis in hoc vno verbo designatur, confirmatúrque, alimenti comparatione, quod transformatur, & vnitur cum comedente, maiori quidem vnione, quàm substantia cum accidente, & per quam iam non tam vnio, quàm vnitas ab amore prætenditur. *Vos estis corpus Christi, & membra de membro: vnum corpus (parum erat) vnus spiritus omnes qui de vno corpore participamus.* (1. Cor. 12. 26.) Ita etiam Innocentius III. *cap. cùm Marthæ, de celebratione Miss.* rem huius sacramenti esse vnitatem, idest, perfectionem vnitatis; & clariùs Lateranense Concil. *cap. firmiter* hoc sacramentum institutum esse ad perficiendum mysterium vnitatis: inde fit quod à Patribus dicitur, per hoc sacramentum non solùm à Christo assumi, sed transformari, & eleuari, vt exprese promiserat Paulus, *Conuiuificauit,* (Ephes. 2. 5.)

Dignitas deificationis quo pacto nobis ab hoc pane procedat.

cauit, & consurgere fecit, & consedere nos fecit in cælestibus in Christo. hoc est, in alto maiestatis gradu. Sed ne ænigmata deseramus, illud Eliphaz non videtur prætereundum. *Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum,* hoc est, quàm naturale est auibus volare, sic homini labor. S. August.[a] *Pulli vulturis altissime volitant, vultur est Dominus Iesus, quoniam sine viri commixtione de virgine natus est*, qui voracissimus est, & præstat olfactu; ad trecentas enim leucas subodoratur cadauera. En familicū nostri amantissimum Iesum graphicè descriptū. *Et pulli* (inquit Augustinus) *filij sponsi altissime volitantes, conuersationem in cælis habentes, vt labore liberentur, in quo homo nascitur, secuti vocem sponsi, dicentes: Comedite amici, bibite, & inebriamini charissimi. ya no ay vaxe zas ni amilana mientos ni raterias sino presuncion celestial de almas generosas, buelos al cielo y vida de alla*; quinimo quodammodo impeccantes reddimur, vt bene annotauit Theophylactus[b], quia salua hac vnionē cum Christo, si integra & indissolubilis debet manere, nec peccare debemus, sed impeccabili Christo quamsimillimi reddi. *& quia prior carnis nostra natura corrupta est à peccato, vitáque destituta, dedit nobis Christus suam impeccabilem, & omnis peccati expertem, viuacem & vita plenam similem in nobis carnem, vt eam assumentes in eam permisceamur, & viuamus citra peccatum, quantum licet*; quis enim audeat peccato inquinari semel diuinis epulis refectus? ideo D. Ioan. *Omnis* (inquit) *qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in ipso manet, & non potest peccare, qui ex Deo natus est*, in sensu videlicet composito non potest peccare, si hanc diuinissimam cum Christo vnionem dissoluere non vult.

a In verba Iob 5. 5.

Amplius peccare non debet qui hoc pane semel vtitur.

b In cap 5. 2. ad Corinth.

1. Ioan. 3. 9

14. Dubitas tamen qua ratione dignitas ista possit à pane procedere, nam in eadem domo multi filij ex vno pane edunt, per hoc tamen non vnum corpus ex omnibus coagmentatur: frustrà ergo nos omnes hanc celsissimam dignitatem ab vno pane mutuari posse speramus. Respondeo, filij dum panem edunt, conuertunt panem in suam substantiam, & vt sunt distincti, ita diuersi manent, hic verò panis omnes in se conuertit, qui cùm vnus sit, & vnum & idem corpus, in qualibet hostia contineatur, omnes in vnum corpus cogit, & coagmentat. *Multi vnum corpus sumus, qui de vno pane participamus.* nam quânam alia ratione verum teneret, inquit Gregorius, sententia illa Saluatoris, *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo.* exclusi namque manemus ab ascensu in cælum, qui nunquam de cælo descendimus. Cæterùm respondet D. Gregorius in illud Iob, *Annuntiat de ea amico suo, quòd possessio eius sit, & ad Deum possit ascendere.* nam ascensus Christi nostri pariter ascensus est, sumus namque per vnionem huius sacramenti membra eius, & quasi portiones eiusdem carnis, & in ipso ascendimus & consedemus. Vlterius aliquid addit ad hæc August.[c] nos videlicet non tam in sacramento in vnum coalescere corpus, sed qui dignè & frequenter communicant portiones sunt ipsius sacratissimi panis; ait enim Dauid, *Mittit crystallum suam sicut buccellas.* & legit ille, *velut frusta panis. Multi,* inquit Apostolus, *vnum corpus sumus. vnus panis, vnum corpus sumus: vnum corpus sumus multi, ipse dicit*; *ergo si vnus panis totum corpus Christi, membra Christi frusta panis sunt.* Attende obsecro Christiane quantus sis, quali te reuerentia & cultu geras post sacram istam mensam, cuius esu non solùm reficeris, sed eius pars mirabiliter efficeris.

Quo pacto ex vno pane vnio resultet fidelium inter se.

1 Cor. 10. 17.

Ioan. 3. 13.

Cap. 36. 33.

c Psal. 147. *Membra Christi efficimur.*

Psal. 147. 17.

Sicut misit me viuens Pater, &c. Beneficium omnium maximum hoc vno verbo & firmatur, & continetur: quis enim in orbem vitam afferret, nisi vita, quæ erat apud Patrem, in quo omnia alia beneficia facilè superauit, vt affirmat D. Clemens Pap.[a] ex Apostolorum sententia, *Idem Dominus Iesus Christus Eucharistiam pro vniuersis offerri hortatur, quia sua magnitudine omne beneficium operuit: anego el mundo en mudeciolas lenguas*; alia enim beneficia vel extra se erant, vel liberam dabant facultatem quid amplius postulandi. nam dum dixit, *Ecce dedi vobis omnem terram quasi olera virentia*, quoddam quasi antecœnium dedit, & licèt multa contulit in exitu de Ægypto, ibidem tamen longè ampliora daturum indicauit, dicens, *Adijciat Dominus super vos, & super filios vestros.* manna enim ideò Angelorum panis dicitur, quia ab Angelis ministratus est hominibus: sicut cùm princeps nouit famulum habere aliquos amicos inuitatos, relinquit suæ voluntati vt illos ad suum cubile trahat, & ibi seorsim ferculis domini exsaturet; ita Deus ad Angelos dixisse videtur: Pascite vos Hebræos istos, qui de nostra sperant misericordia. *Panem Angelorum dedit eis*, hoc est, ab Angelis ministratum: at verò nobis ampliora concessit, regiæ fecit accumbere mensæ, & quid offert? *Panis quem ego dedero caro mea est pro mundi vita: sua magnitudine omne beneficium operuit, bechonos el mar encima y lamedida de el dar fue la inmensidad.* 15.

a Institutio. Apost. c. 37.

Gen. 9. 3.

Psal. 113. 14.

Ioan. 35. 52.

Affirmat igitur his verbis Christus quod humana mens non auderet cogitare. *Sicut misit me viuens Pater.* Sicut ille qui indeficiens est vita, exponit S. Cyrillus[b], cùm me in materno vtero formauit per vnionem cum verbo, diuinam mihi indidit vitam; cùm hæc in me vita sit, fiet vt qui manducat, in se vitam istam habeat, & suo quo potest modo diuina viuat vita: hæc enim omnia connexa sunt, sicut alibi Paulus in eandem sententiam incidit. *Omnia vestra sunt, siue mors, siue vita, siue præsentia, siue futura: omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus verò Dei. por ser Christo de Dios viene a ser suyo todo loque es de Dios y por ser vosotros de Christo teneis a todo Christo ya Dios.* En peruenimus ad vitæ fontem dulcissimum, quia vita nihil suauius, nihil iucundius, in quo veterem vitam & mores deponere æquum est cum Paulo, *Viuo ego iam non ego, viuit in me Christus.* En tamen prodigium fatale, nam ex eodem fonte mors & vita promanant, & ex dulci trunco amarus nascitur fructus peccatori. *monstruos y prodigios de la gracia tanto comulgar, y el fruto de malas obras.* quod diuina lege cautum prouisúmque fuit. *Non coques hædum in lacte matris suæ.* Difficilem existimauit locum istum D. Augustinus. Inter expositiones aliorum illa arridet magis quæ est Vatabli & Oleastri, ne coquas hædum in lacte matris, id est, ne occidas, & coquas hædum lactantem, quandiu sugit lac matris; intellige tamen, *ne occidas ad esum*: nam ad sacrificia offerenda octa- 16.

b 4. Lib. in Ioan. cap. 6. *Fons vitæ Eucharistia.*

1. Cor. 3. 21.

Gal. 2. 20.

Exodi 23. 19. & alijs locis.

Indignè communicans sibi mortem ex vita fonte haurit.

uo die poterat hædus, agnus & vitulus offerri Deo. Voluit igitur ab eis tollere omnem speciem crudelitatis. Vnde alius mihi sensus occurrit, cui adstipulantur Abulensis, Lyranus, Caietanus, & D. Thom. qui simpliciter hoc præceptum vt sonat accipiunt, vt scilicet prohibeatur hædus coqui, siue, vt Hebraice est, lixari in lacte materno, ne quod hædo erat in delitiis, & alimentum vitæ, vertatur in tormentum, vt bene notauit Philo, vt alibi diximus. Itaque si coqueretur in lacte alterius à matre sua, non irrumperetur lex, expresè enim vetuit maternum lac; & ratio à natura desumpta est, filius enim dum in vtero est, vel adhæret mammæ, & ablactatur, quasi surculus est matri suæ insertus, vnáque vita & vno alimento nutritus, per vitem enim in vtero alitur, natus verò per vbera: igitur cùm sic pendeat à vita, ne voces in mortem, ne eodem instrumento viuendi mortem illi inferas inhumanam. Vocas ô Christiane matrem panem vitæ, & fontem salutem Christum, & ipsi quasi surculus insertus es, nónne ergo horribile prodigium esset haurire mortem vnde vitam cepisti, & in materno lacte concoqui? hæc fuit

17. Iudæ stupenda malitia, quam Christus Dominus sic explicauit, *Nónne duodecim elegi, & vnus vestrûm diabolus est?* quæ verba ex dictis meliùs omnibus explicat Cyrillus [a], *Sicut qui adhæret Deo, vnus spiritus fit cum eo; ita qui adhæret diabolo, vnus spiritus fit cum eo.* Vnde sicut surculus qui inseritur arbori, similis est ei, ita vt nucleus nucleo, & os ossi conueniat; *quando se ingiere se procura conformar pepita con pepita, huesso con huesso*; ita qui in Deo inseritur, qui spiritus & charitas est, in spiritu & in charitate debet vniri, vt fructu sit filij Dei. Quid agat dæmon? *cùm diabolus misisset in cor*, id est, cùm adhuc esset Iudas in sinu matris, cùm dulcissimo lacte nutriretur, diabolus insertus est in cor eius, & ecce repentè dæmon apparuit, monstrum quidem ita horrendum, & execrandum, vt mater ipsa exhorruerit, & exclamauerit, *Nónne duodecim elegi, & vnus vestrûm diabolus est?* nónne mirabile est inde mors ingruat in discipulum, vnde reliquis vita est impensa? Nunc intelliges quid denuntiet Paulus. *Quicumque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini*: diuersa enim est sors filiorum, ac peccatorum. Sicut cùm adolescens ad mensam patris accumbens quàm liberè, quàm licenter, quámque largè cibis appositis vtitur, nulla illi ratio sumptus, nihil exigit pater, nec vllæ supputantur rationes: at cùm alij duo scelerati iuuenes intrant in diuersorium, epulantur largè, potantur effusè, & post cœnam ecce caupo qui ante discessum adest, conferamus, inquit, rationes (boni iuuenes) eorum quibus pransistis, & largè potastis: vides diuersitatem, nónne eosdem cibos isti & ille epulati sunt? ita sanè, verùm ille vt filius epulabatur, isti vt externi, vt alieni, & hospites; ab illis igitur ratio exigitur. Cura vt sis filius Christiane, quòd si filius, epulari liberum tibi est, quoties feruet deuotio, & fames est panis vitæ; sin verò delicti conscientia in te est, crede in diuersorium intrasse, vbi rationum summa colligenda est, & corporis, & sanguinis Christi ratio exigenda, soluenda nunquam, *& hoc est iudicium sibi manducare*, interno videlicet, & æterno iudicio damnari: sic

Ioan. 6. 70.

a Vbi suprà.

Ioan. 13. 2.

1. Cor. 11. 27.

Quid sit manducare sibi iudicium.

ut Iudas qui in testimonium latæ sententiæ crepuit medius, damnante eum vita nouo mortis genere, quia noui peccati auctor fuit, vt æquissima sententia puniretur, *Viuet propter me.*

Sacrilega communionis auctor primus nouo mortis genere plectitur.

18. *Hic est panis qui de cælo descendit, esse si que es pan.* Istæ veræ delitiæ animæ, in quibus delitiari nos conuenit, inquit Bernardus. Gentiles namque ante mensam istam nauseabant super cibis mundi; vnde Seneca ad Lucilium: *Crede mihi Lucili, si gaudere debes, ne gaudeas vanis.* & Plato, *Utile erit, & præclarum, voluptates voluptatibus commutare.* nam sicut pretium, quod communi pecunia circumfertur, multum occupat, & grauat, & idem pretium, si auro commutetur, breui loco perstringitur; sic delectationes quæ vulgares sunt, & mentem dissipant, in hac vna diuina delectatione quasi in summam collectæ sunt. Vel quia, vt ait Clemens Alexandrinus [a]: *Sicut panis minutatim in vinum coniectus vinum arripit, quod autem est aqueum relinquit; ita etiam caro Domini, quæ est panis cælorum, ebibit sanguinem, eos qui ex hominibus sunt cælestes ad incorruptionem enutriens, solas autem illas carnales cupiditates ad corruptionem relinquens*; ideo *verus cibus* dicitur, quia, vt ait Augustinus, illud verum dicitur, quod ritè munus suum obiit: sicut iudex, aut faber, aut dux, verè iudex, verè artifex, verè dux & pater dicitur; *hic igitur panis est, este si que es pan, verè est cibus, qui de cælo descendit.*

Ioan. 6. 58.

Vera animæ delitiæ.

a Lib. 1. pædago. cap. 6.

19. Sapienter tamen hæ nouæ delitiæ semel & iterum pane cælesti & potu declarantur. *Sapientia ædificauit sibi domum, posuit mensam, miscuit vinum.* & in Canticis, *Bibite, & inebriamini charissimi.* Et vnde cognosces ebrietatem? (inquit Bernardus [b]) ex verbis aurum, amor & vinum difficilè delitescũt. Audi sponsam. *Osculetur me osculo oris sui: ructauit vbi gustauit.* Omnia secreta effutit, laudes proprias decantat. *En gratia ipsius multis iam annis castè sobriéque viuere curo, &c.* te amo, te diligo, ad te conuersa veni, manum osculata sum, & pedes, *non quiesco, nisi osculetur me osculo oris sui.* Quod audaciæ genus est hoc? Sed respondet ipse, *Postremò cùm ista multis precibus, & lacrymis obtinemus, tum demum audemus forsitan ad ipsum os gloriæ caput attollere (pauens & tremens dico) non solùm speculandum, sed etiam osculandum.* & vbinam? ibi; *quia Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus, cui adhærentes in osculo sancto vnus spiritus illius dignatione efficimur; faciem tuam Domine requiram.* Vide sponsa, quia rem postulas, *quæ exsuperat omnem sensum, pax Dei, paz de Dios es este manjar.* Scio quid posco, quis linguam corrigat, quam vera Patrum doctrina erudiuit? Quid ergo in pane isto habemus? Respondet Ignatius [c], *Gloriam Dei, & pacem Christi.* Certè obscurioribus tenebris rem istam infuscasti. Visne significare *pacem Christi* inseri in visceribus nostris, qui de eodem pane participamus? aliam pacem intelligit. Fortè significat, Christum per hoc sacramentum pacem sibi peperisse, *que con este sacramento quedo en paz con su amor*; quia diuinus amor crudele illi inferebat bellum, quia cùm omnibus placeret, ipse minimè contentus & placens manebat. Sicut Apelles, qui cùm eximiis tabulis aliorum satiaret oculos, & animos, sibi nunquam satisfaciebat. & de se Tullius, *Ego omni officio ac potiùs pietate erga te cæteris satisfacio*

Prou. 9. 1.

b Serm. 9. in Cant. & serm. 4.

Pax Christi quæ sit in hoc sacramento.

c Epist. ad Trallian.

20.

facio omnibus, mihi ipsi nunquam satisfacio: nunca digo que he hecho loque devo. Tanti pretij & valoris fuerunt Christi Domini opera, vt vnoquoque eorum Deo Patri abunde satisfacere, peccatum destruere, gratiam impendere, ruinas reparare Angelorum, & hominem saluare posset. Sed nullum eorum, nec multa, infinito amori satisfacere poterant, & cùm omnes mensuras expleret, nunquam sibi satisfaciebat; & dum in laboribus esset, amplius & amplius pati desiderabat. *Baptismo habeo baptizari*, &c. at instituto semel hoc diuino cibo quieuisse videtur amor. *Hic est cibus, este si que es pan.* Pacem Christi, *quedò en paz con el amor de Dios y del hombre.* nam & in Patris obsequium, & cultum nouum, & singulare sacrificium elegerat, & in amicitiam & beneuolentiam hominum se in cibum dederat, & potum; *comedite amici.* Agisne de pace ista sponsa? minimè, aliam quæro.

Luc. 12. 50.

21. Alia pax est quam conciliat hoc sacramentum, estne illa, quam tandem obtinet filius principis, cui litem excitauit super primogenito & hæreditate tyrannus aliquis, & turbulentus vir. nam cùm res tanti momenti sit, & solicita vita litigantium cùm secundam sententiam obtinet, respirat, quiescit, & ait, nunc pace fruor? Nam duplicem hanc substantiæ nostræ partem, animam videlicet, & corpus dæmon oppugnat, & litem excitauit, vt vitam non corporis solùm, sed animæ subtrahat. At cùm anima in gratia communicat, interna lætitia perfunditur, quasi iam sententiam faustam audiuerit, & dicatur ei: Pax tibi Christi sit, viues & viues in æternum. Hæc meritò pax Christi nuncupatur, quia Christus nobis illam promeruit; idque non obscurè in cruce innuit, dum ait: *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me, longè à salute mea verba delictorum meorum.* hoc est, vt explicat Augustinus, Domine vox ista non tam est vt faustam sententiam pro mea obtineam carne, alienæ carnis vox est postulantis, vt mitiges saltim grauem illam mortis sententiam. Hoc ipsum intellexit Concilium Ephesinum tom. 1. *Vox derelictionis erat euertentis illam quæ nobis acciderat derelictionem.* Pro nobis igitur sententia lata est, & hoc est quod dicit, *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Vides pacem, vides secundùm nos dictam sententiam, quiescere iam possumus. Estne pax ista, de qua loqueris, & quam vocas *Pacem Christi?* aliam quæro pacem.

Matth. 27. 46. & Marc. 15. 34. Psalm. 21. 2.

Ioan. 6. 56.

22. Quænam igitur est ista pax Christi? loquere apertiùs. *Pauens* (inquit) *& tremens dico, non solùm speculandum, sed etiam osculandum.* Sed quî fuit hoc? Respondet, *cui adhærentes in osculo sancto vnus spiritus illius dignitate efficimur.* Pacem posco Domini mei Iesu Christi, os suum adhibeat meo, sentiam ego amorem suum. Age clariùs, tacet ipsa, sed doctores eius ipsius affectus manifestant. Videte, inquit Tertullianus [a], omnia signa prophani amoris fallacia sunt, vana & turpia, & quæ facilè adulterari possunt: sophistica enim pacis specie ô quanta solent odia delitescere? quare cùm populus ille Hebræus & Iudæus labiis tantummodo honorabat Deum, factum est vt eorum vnus Iudas osculo pacis ipsum tradiderit, pacis verò ementitæ, quæ osculo denotatur: signum quidem quod non vltra dentes intrat. *Debuit osculo tradi Christus, qui labiis à populo diligebatur: fue facil hallarse quien vendiesse à Christo en vn pueblo que si le daba paz no le entraba de los dientes à dentro.* Hoc igitur poscit sponsa. Nolo mi Deus alia mihi præbeas amoris signa, quàm quæ tu manducanda & sumenda porrigere soles, pacem videlicet, quam os Domini in interna animæ facie imprimit: *pacem Christi, paz de Christo, labios sacrosanctos impresos en la faz de mi alma;* finem desideriorum, arrham beatitudinis, præsagia prædestinationis, delitias quæ sola contemplatione deificant. Nam si vt præclarum donum refertur obiisse Moysem *in ore*, aut *in osculo Domini*; quanto iucundius & gloriosius est animæ fideli decedere in osculo Domini sui, & *in pace Christi*, in pace in idipsum dormiam, & requiescam. *pacem Christi*, cedo aliam mi sponse, nam labia tua sunt pater & filius, è quibus suauissimus procedit Spiritus; igitur osculetur me, & secundùm eam imaginem reformabor, secundùm quam conditus sum. Cedo aliam, nam cùm hominis illam terream statuam in spiritum viuentem excitasti, demisisti vtique maiestatem tuam, & vsque ad osculum properasti, os ori adhibuisti. Cedo aliam, mi sponse, quia Christi pax est, & fortè sæpius repetita, moriar ego in osculo Domini. O vera animæ dulcedo, *delitiari nos oportet in pace isto*, ait Bernardus, *hic est panis, este si que es pan y verdadero deleyte.*

Intima vnio animæ cum Christo expetenda.

a Lib. 4. contra Marcio.

Matth. 15.

Pax Christi summè expetenda.

23. Contrà verò humanæ delectationes fluxæ & fallaces sunt, vt bene doctus & expertus affirmat Salomon. *Ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij.* Sicut si diceretur tibi: Ingredere in aulam domus, ibi enim est Cæsar, quod facile mendacium esse deprehendis, dum tabulam vides pictam ad Cæsaris formam, verùm neque ibi est Dux ille strenuus, nec Imperator Augustus, nec elegans scriptor. Sic panis humanæ delectationis solo nomine panis est, non re, hinc *comedistis, & non estis saturati.* Vide quo pacto in statuam salis versa est vxor Loth, nō stultam putes imaginem (inquit Clem. Alexandrinus) sed quæ mentes spiritualiter intuentium condire possit. Nam cùm animum eius percellerent delitiæ Sodomæ, cùm expetitis orbabatur, saltim visu oculorum voluit percipere, vnde in salis statuam conuersa est, facta est in terriculum & exemplum petulantium, & impudicorum. O lapis sapiens! ô magistra & dux viatorum, statua, quis te pro rostris nostræ curiæ constitueret, vt insipientibus loquereris. Bene quidem fœminea statua, & salis, vt clara & vulgari voce fugam admoneres. *Sal muger de esa occasion, sal de esa Sodoma mancebo, sal de esa Babylonia cortesano.* Fugite, *fugite fornicationem: fugite de medio Babylonis*; caue ne in salis statuam conuertaris, sapientiam tuo exemplo homines doceas.

Prou. 23. 2. Fallaces delitiæ carnis & quas fugere oportet.

1. Cor. 6. 18.

Quod vt auerteret Deus mulierem aliam insipientes ad mensam vocantem inducit. *Posuit mensam, miscuit vinum. Bibite amici*; vinum enim hoc non tentat caput, sicut prophanum, quod merum est, & à quo *omne caput dolens, & omne cor mœrens.* Porrò Mariæ nos debere panem istum, qui de cœlo descendit, sentiunt planè Doctores. P. Damianus [a], *Perpendite fratres quàm debitores sumus huic beatissimæ Dei genitrici,*

Prou. 9. 2.

Isai. 1. 9.

a Serm. de natiuitate virginis.

genitrici, quantásque illi post Dominum gratias agere debeamus: illud siquidem corpus, quod beatissima Virgo genuit, nunc de sacro altari percipimus, & eius sanguinem in sacramentum nostræ redemptionis haurimus, &c. Vnde nec impropriè, nec inepte, ad deuotionem & pietatem contemplari possumus, cùm filius quasi portio quædam sit matris, vt ex Aristotele [a] didicimus. *Est*, inquit, *filius pars ipsius patris, vel matris*. In communione sacra nos non solùm Christi, sed etiam Mariæ carnem sanguinémque velut certam Mariæ partem, & præcipuam suscipere, nostrique cum virgine mirabilem effici coniunctionem, & communionem [*]: & sicut Euæ omnino contraria fuit, sic panem verum, verásque delitias instaurauit. Vnde Damianus [b], *Eua tradidit per quem nos æterni conuiuij fame mulctauit: cibum Maria dedit, qui nobis cælestis conuiuij aditum patefecit*; vnde etiamsi, *hic est panis qui de cælo descendit*, dicitur, etiam verissimè à Virgine pronuntiatur, *Comedite panem meum*.

Multum debetur Mariæ sanctissimæ de hoc beneficio & Eucharistiæ dono.

[a] 5. Ethic. c. 4.

24.

Non sicut manducauerunt Patres vestri manna, & mortui sunt †. Superest spem vestram stabilire, & firmare: videtis namque antiquos etiamsi manna manducauerunt, interiisse. Ad hoc autem verbum illud adnotate, *non sicut manducauerunt*; modum enim esus, Iesus noster variauit, ita vt in ipso cibo vitam nobis consignaret æternam. Sicut cùm milites morti designati, vel iam interfecti, Θ prænotato significabantur; sic T, erat sospitatis & incolumitatis signum. quare cùm Deus saluos facere voluit Hebræos, iussit [c], *Sument de sanguine agni, & ponent inter vtrumque postem, & in superliminaribus domorum*. Postea etiam ait Paschasius Abbas [d] *Ezechielis* 9. cùm vellet saluos facere gementes, & dolentes, super abominationes quæ fiebant, in media Hierosolyma, transiit Christus, & signauit Tau frontes eorum, *& ideo bene iuxta altare stare perhibentur, vt milites ad stipendia vitæ percipienda accedentes diuinitus discernat*. Itaque in hoc sacramento postes animæ sanguine agni designantur, vt transeat mors, & illæsos relinquat iustos. Vide igitur quomodo vita tua æterna agitur in hac designatione, ne à sempiterna morte comprehendaris. Vnde diuini consilij fuit in hoc mysterio signare credentes, inquit Paschasius, ita vt possint dicere, *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*; in hoc enim occurrit dæmonis stratagemati, qui suos signo bestiæ & charactere designat, molles videlicet, turpes & delitiis diffluentes, vt eleganter annotauit Alexandrinus Clemens [e]. *Eos qui magni animi & excelsi existimantur, voluptates certos efficiunt* [f], *ex sententia Platonis. Simplex ergo ratio philosophiæ nostræ docet omnes animi perturbationes & vitia esse impressiones faciles animi, & veluti obsignationes potestatum spiritualium*. Vide Dauidem, vide mulierosum Salomonem, à quo delinitus fuit nisi à voluptatibus. Christus verò postes animæ saluandæ non voluptatibus, sed Tau, hoc est, signo crucis, designat: vt optimè notauit Paschasius. *Signum crucis, mortificationem scilicet Iesu in corpore suo circumferentes*; contrarium enim debet esse dæmonis & Christi sigillum, etiamsi asperum, & insuaue videatur. Quod Diadochus [f] obseruauit, *Sicut in cera*, inquit, *nisi multum tepefacta & mollita sit, non potest sigillum imprimi, sic nec in homine sigillum virtutis*

25.

[*] Ipsa etiam inuitauit ad institutioné, vt affirmat Cyrillus apud Maldonat. Ioan. 2. v. 1. & Epipha. serm. de laudibus Virginis. Virginé, inquit, appello velut sacerdotem pariter, & altare, quæ quidem mensam ferens dedit nobis cælestem panem in remissionem peccatorum.

b Ser. de natiuitate Virginis.

† De Manna, & quàm apertè Christum in Eucharistia adumbrauerit, P. Cornel. videndus in Pentateuchū c. 17. in fine.

c Exod. 12. 7.

d Tom. 6. bibliothecæ antiquorum Patrum, c. 8.

Sermo suos quasi impressa sigillo Christus in Eucharistia designat.

Psal. 4. 7.

e Strom. c. 7.

f Interprete P. Turriano tom. 5. bibliotth. antiquorum Patrum, c. 94.

Dei imprimi potest, nisi ex laboribus & infirmitatibus probetur. Oportet autem, inquit, *cum gratiarum actione voluntatem Domini sustinere, vt testimonium conscientiæ nostræ in conspectu Dei tute & toleranter operemur*; *importantes el tener señal y seguridad contra la muerte*. Vnde Eliud apud Iob dicit, *Increpat quoque* (Deus) *per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit*. & antea dixerat, *Tunc aperientur aures virorum, erudiens eos instruit disciplina*. vbi Vatablus legit, *tunc aurem hominibus vellit, & disciplinam eorum velut impresso sigillo consignat*. & securos eos reddit: nam, vt ait Dauid, *in tribulatione dilatasti mihi*. nam *signatum est super nos lumen vultus tui*. Placet Domine amicos tuos signari laboribus, & doloribus, vt occurras arti dæmonis, qui eos emollit delitiis; verùm nónne consentaneum esset naturæ hominis eam delitiis spiritualibus delinire? ad quid enim manna erat, nisi ad emollienda illa durissima corda populi Hebræi? Sit ita, inquit Deus, verùm non manna, sed sanguine meo ego signabo, efficiamque dulcem memoriam mei transitus ad Patrem, & ita erit hoc sacramentum phase, id est, transitus Domini, vt cùm memineritis meæ passionis, & dulci memoria animæ delibutæ, & consignatæ manebunt: ne sicut *Patres vestri, qui manducauerunt manna, & mortui sunt*, etiam ipsæ moriantur.

Cap. 33. 19.

Vers. 14.

Psal. 4. 2.

Ibid. 1.

Ioan. 6. 56.

Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. 26.
O vox plena salutis! quis neget vitam ibi inesse, vbi vita æterna manducantibus dispensatur? quis formidet etiamsi ingruentem mortis noctem videat? Duo enim rem istam arduam confirmant, quæ validissima sunt, & firmissima: alterum est, ipsius Christi præsentia, alterum Christi verbum. Quære obsecro alia firmiora fundamenta, cùm Iulius Cæsar temerè aggressus à Bellona, mare Adriaticum traiiceret nocte intempesta breui scapha vsque portum Brundusij, naues vt instrueret contra Pompeium, agitari cœpit mare, & vndis profluentibus nauarchus grauem tempestatem oboriri intellexit. Tunc Cæsar detecto vultu se cognoscendum dedit, & ait, ne formides amice, Cæsarem enim & fortunam eius vehis. Sed quanto magis fidendum est illis qui Christum in anima suscipientes vocem illam amicam ab ipso audiunt; ne formides anima, tecum vitam & resurrectionem conuehis, & summam illam non fortunam, sed gratiam, quæ humanitati contigit, vt à persona filij Dei assumeretur, tecum portas. Alterum spei fundamentum ex verbo Dei in hoc sacramento sumitur, quod eleganter ponderat Ambrosius [a]. Sunt, inquit, in hoc sacramento duo, & sacrificium, & sacramentum: sacrificium cœpit esse cùm Christus oblatus est pro nobis in cruce, itaque sacrificium istud expleuit per mortem suam, & passionem, & quod præfigurauerat & promiserat cœnando, in cruce reipsa adimpleuit moriendo. Alterum est esse sacramentum & pharmacum immortalitatis: stemus ergo verbis Christi, ipse sacrificium quod cœperat impleuit moriendo, & liberauit fidem suam, tanto sanguinis & vitæ dispendio; sed eisdem verbis huic sacramento consignat vitam æternam: ergo implebit verbi sui promissionem, ad quam non iam indiget morte, nec cruce, sed solo sacramento repræsentatiuo mortis: non indiget effusione

Ioan. 6. 58.

Mortis formidinem pellit Eucharistia.

a Lib. 4. de sacramentis c. 4.

Pignus certissimum vitæ æternæ.

sanguinis, sed infusione gratiæ: non infamiam & dedecus promittit, sed gloriam. Crede igitur fieri posse ab eodem Deo per cibum quod fecerat per mortem, nec minus posse sacramentum quàm sacrificium, illo humana natura consecrata est in gratiam, isto dedicata est in gloriam.

VERBUM SPIRITVS sancti. Actor. 17. v. 22. & 23.

Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosiores vos video. Præteriens enim, & videns simulacra vestra, inueni & aram, in qua scriptum erat: IGNOTO DEO.

Aberrantes ac deuios à recto viuendi tramite, ad scopum & metam omnium consiliorum ac desideriorum dirigit, atque destinat.

DISCVRSVS LX.

1. NON eo animo veni (generose Adolescens) vt tibi in regia, cui accumbis, mensa chironomontis, aut structoris officio fungar, aut vt vinum amoris, quod ante te est, propinem, & prægustem; panis enim iste nec expedito structoris gladio, nec salsamentario, aliòve humanæ eloquentiæ condimento indiget, secum affert saporem, quo non hominum tantùm palatus, sed Angelorum etiam oblectari possit. Quare vmbratilem illum panem, quo in deserto populus iucundè reficiebatur, sacra pagina *panem* vocauit *præparatum*, & ipsum nomen *manna* rem præparatam significat, *no tiene aqui paraque entremeterse, el encarecimiento mentiroso, la eloquencia engañosa ni la humana industria artificiosa.* Vinum item prægustatore non indiget, ipsa Sapientia quidquid opus erat exhibuit, *posuit mensam, miscuit vinum.* Nec iam per ænigmata loquar, nec problemata proponam, sed apertis verbis (pauens & tremens dico) memoriam celebramus illius venerandæ passionis, quam in augustissimo isto sacrificio pariter & sacramento nobis commendatam reliquit ipse Christus, qui reali & vera præsentia sub illis speciebus latet, & inuitat nos. Solùm ego inuitatos traham, festiuissimóque ludo oblectabo, quo pariter scias *quæ à Deo donata sunt*, & aberrandi à Deo & sempiterno fine causam, rectáque in Deum tendendi viam inter epulandum ediscas.

Exod. 16.
Prou. 9. 2.
SVMMA ET SCOPVS DISCVRSVS.
1. Cor. 2. 12.

2. Vnicum tantummodo est verum & summum bonum, in quod conditus est homo, & à quo famelicum eius cor & auida voluntas exsaturari potest: Deus nempe, vel clarè visus in cælo, vel tectè delitescens in hoc sacramento. Quod cùm ita compertum sit (inquit Isidorus) & cùm omnibus quasi scopus palàm propositum sit hoc sacramentum, nullus ferè mortalium collineauit, quousque Deus ipse corporatus, & carne tectus audiendus & attrectandus inter mortales conuersatus est, & se illis accidentibus tectus gustandum & suscipiendum exhibuit. Videres homines quasi agnos qui inter balantes oues propriam matrem disquirunt, quibus si digitum obiicias, lambere & exsugere incipiunt vbera matris, existimantes quousque nullus exceptus succus delusos esse ostendit, & maiori sedulitate ad matrem accurrere cogit. Sic videas homines in æternum finem & bonum destinatos cuiuslibet alterius boni specie delusos instare gustum aliquem excipiendo, donec dolum & fallaciam agnoscentes proprio naturæ pondere Deum, quem non vident, quærere coguntur. *Nam dum opus quodlibet appetit* (inquit Isidorus [a]) *quasi ibi iam mentis requies infigit: sed dum ei non sufficit, mutata intentione ad alias atque alias actiones transit: dúmque per diuersa requiem solidam quærit, nec inuenit, in labore miser & varietate viuit, & vacuus à requie manet.* Videtur bonus iste Doctor ludicram rem ludo puerorum explicasse.

Fundamentum vitæ spiritualis, & dogma moralis vitæ.
a Sentent. lib. 1. c. 13.

3. Fuit lusio satis vsitata inter pueros, quæ nuncupatur *Gallina cæca*: nam facies eius, qui gallinam agit, strophiolo velatur, pueri circum compluuium loca occupantes ictibus acribus calceorum vel palmarum Gallinam vocant: ecce illa rectà eò quò strepitus vocabat cõtendit, & cùm iam putares comprehensuram, qui calceo perstrepebat subitò interquiescit, & aliò non minori strepitu euocata rectum iter versùs eum suscipit: at ille diuaricatis mirum in modum cruribus, vel leui declinatione corporis in dextram aut sinistram irruentem deludit. Ne putes ludicra & puerilia hæc esse, sed altam dignámque mente Pauli cogitationem. Qui cùm Athenas intrat, vbi mundi sapientia & fastus philosophicus quasi in propria sede vigebat, dixit: Vidi deos vestros, altariaque lustraui (ó viri Athenienses) in quibus varia superstitione deorum turbam distinctis aris, & diuersis de causis colitis, inter quas aras vnam reperi, *Ignoto Deo* sacratam. Videtur mihi (pace vestra dicam) contigisse quod modò in lusione puerorum euenire referebatur: nam Dei ignoratione quasi velati, quem natura duce versùs quamque partem quæritantes hinc inde à Venere, à Baccho, à Marte euocati, & ab amore diuitiarum allecti attrectastis falsos deos, vnicum & vobis ignotum, sed valde propinquum nunquam inuenientes. *Quærere Deum, si forte attrectent eum, aut inueniant, quamuis non longè sit ab vnoquoque nostrùm. de toda la circumferencia del orbe os esta llamando Dios y vosotros errados y ciegos desconociendo a dios haueis leuantado dioses falsos.* In cuius erroris remedium ego annuntio vobis Deum carne tectum, & corporatum, vt qui non nisi attrectando contenti estis, Deum inuenisse gaudeatis. Ad hoc videtur D. Ioannes allusisse. *Quod fuit ab initio, quod vidimus, quod perspeximus oculis nostris, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, annuntiamus*, &c. vt optimè in hæc verba annotauit Nazianzenus.

Simile.
Error Atheniensium circa Dei notionem & religionem.
Error Gentilium vnde manauit.
Act. 17. 27.
1. Ioan. 1. 1.

Hoc quod de præteritis generationibus non sine miseratione retulimus tibi, ó Ecclesia fidelium, aptissimè conuenit, in qua cùm non sit alia tam felix natio, quæ habeat deos ap- 4.

pro

Digitized by Google

propinquantes sibi, sicut tibi adest Deus tuus diuersis affectibus in diuersa ducti cæci filij tui, *quærere Deum, si forte attrectent*, deuij ac præcipites feruntur, cùm in medio tui *Deum* verè *ignotum* habeant, verè absconditum. Hoc nomine ignoti, exinaniti & absconditi nuncupauit Christum in Eucharistia Dionysius Halicarnasseus vetus & Græcus author *, ait, inquit, Paulus [a], *Non rapinam arbitratus est, sed semetipsum exinaniuit, non quemadmodum qui per labores & studia Dei regnum rapiunt, ipse obtinuit, secundum illud* [b]: *Violenti rapiunt illud; non sic Christus comparauit laboribus, vt esset æqualis Deo, sed hic habitat in nobis, secundum illud testamentum in quo dixit* [c]: *Accipite, hoc est corpus meum*, &c. *Hoc sacramentum est, in quo verè, vt dicit Apostolus, se Deus exinaniuit.* Contemplare igitur aberrantes a fine suo erga creaturas, cæcámque gallinam agentes non sine lacrymis intuere, & paulisper attende.

* Refertur à P. Turriano de Eucharistia, & verba eius vertit ex Græco.
a Philip. 2. 6.
b Matth. 11. 12.
c 1. Cor. 11. 24.

Cultores ventris aberrant.

5. Specta primos, qui Deum attrectare cupientes in proxima regione ventrem inuenerunt, coluerúntque, vt ait Nazianzenus [d], atque insuper illud, oportet vt mensa variorum eduliorum mole turgeat, elementis omnibus nobis subministrantibus, omnésque inter se certant, quisnam auidum & lurconem ventrem ad saturitatem vsque maximè curet, & deliniat, *quorum Deus venter est.* illi afferuntur hæc voluntaria venena, æstiua nix, caniculæ glacies, ostrea cœno saginata, concharum inertissima caro, certè aberrant isti à Deo suo, & turpiter quidem, *dum in porta*, vt aiunt, *Cantherius* offendit. *tropieçan estos al primer paso*, nam, vt ait Hieronymus [e], *cor habet in ventre gulosus, sicut cupidus in lucro:* sicut piscis ille qui dicitur ὄνος, id est, *asinus*, de quo Clemens Alexandrinus [f], & Aristoteles, solùm inter animantia asserit, asinum istum habere cor in ventre. *nota el peligro de artarse viene a ser peligro de haçerse asno.* Horum stoliditas non parum nocet orbi. nam *Prouerb.* 30. dicitur, per tria mouetur terra, *per seruum cum regnauerit, per stultum cùm satiatus fuerit cibo, per odiosam mulierem cùm in matrimonio fuerit assumpta, tiembla la tierra de vn vientre arto.* En tibi ructus veteris crapulæ, en succedunt vomitus, crura vacillant, tardescit lingua, madet mens, nant oculi, clamor, singultus, iurgia gliscunt, & verè errasse deprehendunt, *vere mendaces erant colles, vere salus in Domino Deo Israel.*

d Orat. 16. in medio, & ibid. Elias.
Philip. 3. 19.
e Ad Iouiniã.
f Lib. 2. pædagogi.
Vers. 21.
Ier. 2. 23.

Errant etiam petulantes luxuriosi.

6. En tibi secundò in errorem raptus libidinosus iuuenis, voluptatis amore incensus arma suscipit, noctu concursat, attrectans si fortè Deum inueniat: pascit oculos aspectu mulierum, obsidet impudicarum domos, nihil occultat, nec appetitum dissimulat, propter verecundiam, sed in adulteria, in stupra, in omnis corporis voluptates inflammatus ac feruens libidinibus fertur. quibus vnum è duobus contingit: nam si non ad optata perueniunt vecordes, fiunt stupidi, morosi, pallidi, solitudinis amantes, zelo & timore pleni, animo perturbati, mente, quod peius est, à sua sede dimota, spe delusi, cogitationibus fatigati, zelo cruciati, suspiriis pleni, & vindictam meditantes, hæc Hispanè dicitur, *necedad.* Sed Latinè etiam eodem titulo honestatur, *Putruerunt, & corrupta sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ, dioles mill picones al negro amor y las heridas se bueluen a encançerar y son tan necios que las van alegrando y enconando mas.* Si ad optata perueniut, ne putes Deum suum attrectasse, nam cùm cæcus & amens ferebatur, putabat à fœmina vocari, & incidit in profundissimam foueam. *Fouea profunda os meretricis.* Vis scire quid sint istæ compositæ & splendidæ fœminæ, sunt quasi reginæ quæ in pictura textili tapetis Flandrij, magna pompa, & veste oblonga, & gemmata splendent, quas si à tergo respicis, inuenis tapetum ex mille fragmentis & filis intextum, in quo splendor nullus, gemma nulla est. Ita cùm isti se putant reginam pulcram, fidelem & ornatam inuenisse, euanescente breui voluptatis hora inueniunt ex alienis spoliis & ruinis ornatam & comptam fœminam, fallacia, ægritudine & peccatis plenam, *no podeis atar ni fiar de ella porque esta hecha de ilos quebrados de mill necios a quien a hecho traycion. Ne intendenderis fallaciæ mulieris, guardate mariposa ciega que no ese se tu Dios.* Nulli ergo fide, nulli salutem tuam committe: dum blanditur, sæuit; dum spernit, rapit; dum negat, pellicit; si tacet, trahit; si tangit, cogit, nunquam magis noxia, quàm dum fugam simulat, docta mentiri: ergo omnes time. Frustrà tamen dantur admonitiones, nam cæcæ istæ gallinæ donec honoris, diuitiarum & valetudinis pennæ durant, non dant cogitationes vt conuertantur ad Dominum; resipiscuntur tantummodo cùm his omnibus expoliati, sicut ille prodigus filius, omnia expilata & consumpta vident, serò tamen, sicut Henricus VIII. Angliæ rex *, qui impendens naufragium æternum præuidens amaro animo sibi sortem miserrimam denuntiauit, *Omnia perdidimus, errado auemos no este Dios.*

Psal. 37. 6.
Prou. 23. 27. *Simile.*
Prou. 5.
* Apud Sanderum.

Nec minus à Deo suo deerrasse videtur, quæ multo manè surgens ad speculum arte, calamistro & pigmentis naturam corrigere tentat, quarum errorem mors vltima detegit, *fallax enim gratia, & vana est pulcritudo*; tempore enim & annis flaccescit decor, rugis arata facies risum & tædium eorum qui colebant illam mouet. Et sicut præceperat Deus vt cùm quis de populo ancillam seruam & alienigenam ducere vellet, abraso capite, & tonso capillo, inornata & penè nuda ante ipsum collocaretur. Vide (quasi dicat) quam vis in vxorem ducere? cessa ab incepto. Sic Deus cæcas istas gallinas à suo auocat amore, cum horrore mortis, vel senectutis, quod perinde est, denudat ornatu, decore, & splendorem obscurat, atque ad amentem iuuenem ait: Vide quam adamaueras, in quantam fœditatem prolapsa est. 7.

Errant fœminæ faciem colentes.
Prou. 31. 30.

Longiorem viam arripiunt duo non minori errore ducti quærere Deum, si fortè attrectent. Alter enim ad Indos pergit; & qua de causa, obsecro, bone vir tam longam arripis viam? vt diues fiam, primogenita fundem, domum splendidam excitem. Alter Romam migrat, sordent enim omnia apud sæculares principes, munera graui onere premunt; quid facilius, quid iucundius quàm ecclesiastico pane vti prouentus 8.

Errant auari & cupidi aut honorem vel dignitates ambientes.

Ecclesiæ & terræ expectare. Errorem illius pensemus priùs, qui diuitiis inhiat, & ad Indos pergit: certè bone vir in errorem Absalonis incurrisse te doleo; cùm enim Deus iniunxisset, ne quis auderet prophanas columnas, aut statuas excitare, ne per errorem quasi Deos colerent, *Absalon erexerat sibi titulum: dixerat enim, non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei.* Fit post hæc, permittente Deo, vt è capillis pendens peremptus ibi proxime in fouea sepeliatur multis lapidibus, inter quos titulus ad aliorum lapidum aceruum adiectus est. Migrat igitur ad Indos cupidus ille, peragrat orbem, traiicit mare, & ad specus profundissimas in obscuris terræ subterraneis excauatas intrat, reuehit secunda fortuna aurum illud, & argentum, iniquo sudore Indorum & labore conflatum: excitat lapidem, iuuenem, inquam, stultum, petulantem, quem cùm putat ad honorem excitasse, memoriam suæ insaniæ dedicat in æternum, breuique tempore nihil aliud de maioratu superest, quam ibi interiisse, *echan vna piedra en vn estanque sosegado y ella se hunde solo dexa en la tez de la agua vna y otra y otra onda que no paran hasta quebrarse en la ribera. Fundan estos maiorazgos y el fundador acontece hundir se hasta el infierno y aca no queda sino vna fama fragil, quanto como don fulano quatro mill otro diez mill otro veinte mill, y es falso que no ay vn real y la memoria sola de la piedra que le fundo. Tabernacula eorum à progenie, in progenie: vocauerunt nomina sua in terris suis.* Psal. 48. *Melius est ædificia facere* (inquit Chrysostomus [a]) *quæ aspiciant homines non in hoc tempore solùm, sed etiam in posterum. O insipiens, quid tibi prodest ista memoria, si vbi es torqueris, & vbi non es laudaris?* vbi cœpit ædificare regiam Salomon, ibi ruere cœpit regnum, & à Dei gratia desciscere, vt bene notauit Hieronymus [b]. Quid si ad istum errorem sepulcrorum superbiam adiicias. Chrysostomus, *Sepulcra* (inquit) *superba accusationes sunt mortuorum, & lapis de pariete clamat fuisse ipsos inimicos reipublicæ.* Famelicum illum tandem intueamur, qui iam Roma redit panem Ecclesiæ referens. Sed ô infortunium, nam vel in mediterranei fluctibus mersus, vel ab alio qui præoccupauit gratiam, frustratus, vel ad litem reuocatur præbenda, & vacuus omnino abscedit, qui Deum quærebat, cùm non longe sit ab vnoquoque nostrûm.

Leuit. 26. 1.
2. Reg. 18.
a Hom. in Matth. in illud, *Noli tuba canere.*
3. Reg. 6.
b Isai 38.

9. Difficiliori itinere gradiuntur principes qui regum & maiorum gratiam expetunt, cùm omnes contenta voce pericula aulæ regiæ denuntient. *Communionem mortis scito, quia in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis.* Nam rex vulgari voce à fulmine parum distat. *de Rey a Rayo ay poca differentia*; ab vtroque tamen procul esto, si mihi credis, ne tibi quod misero homuncioni cum leone contingat: qui sic cicurauerat leonem, vt ad publicum spectaculum euocatis gentibus, & inspectantibus caput in os leonis intrudebat, nec deuorabatur; sed quadam die cùm iam satis abstinuisse putaret leo, cùmque circumfusa spectatorum multitudo copiosior aderat, acceptum benignè caput dentibus pressit, & truncauit. Semper leo rex, etiamsi mitissimos mores & largam promittat gratiam: vnde Augustinus ad saniorem mentem istos reuocat verbis Dauid, *Deus noster refugium, & virtus. Quædam sunt refugia vbi non est virtus, quò quisque confugerit, magis infirmatur, quam confirmetur.*

Eccli. 9. 2.
Errant principes ambitiosi.
Psal. 45. 2.

10. Non multum distant vitæ amatores, & qui in æternitatem volunt viuere. *Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem: trabaxan por la eternidad y para viuir sin fin a pesar de la muerte. Non videbit interitum cùm viderit sapientes morientes*, Hebraicè, *non videbunt foueam, pareceles que ese tributo es alla para gente ordinaria. Vocauerunt nomina sua in terris suis*, &c. vt nomen & vitam posteritati commendent. Errant & isti, non iam gallinæ comparandi, sed iumentis. *Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus.* Nam, vt ait Caietanus, non significat hominem in honore constitutum bestiales mores induisse, sed iumentum esse in negotio honoris acquirendi, *en lo que mas presume como es, medios de honrra, y de conseruar su vida y eterniçarse, en eso son como iumentos estolidos.* Sat est de ludo, ad seria pergamus.

Errant etiam vitæ amatores.
Psal. 48. 9.
Ibid. 10.
Ibid. 12.
Psal. 48. 13.

11. Magnus enim Augustinus in summam admirationem prorumpit. Quousque tandem (anima mea) cæca, atque delusa Deum attrectare tentas, consilio lapsa, & errore decepta. *Fige in Deo mentem saltim fatigata fallaciis. Pon tus mientes en solo Dios si quiera enfadada de tantas burlas.* Audi sapientissimum Paulum, qui cùm Athenis esset, lapsos fuisse humano errore sapientes, illos conuincit. Quæritis Deum attrectantes, quem ibi quasi ignotum colitis. *Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis*, & quidem vobis ita proximum annuntio, vt eum quasi diuinum oraculum libeat auscultare, deuiosque & errantes ad se adducere. Loquere Domine, audiunt serui tui.

Aliquando fatigata fallaciis anima ad Deum peruenit.
Act. 17. 28.

Ventris amatores, quos vix potest saturare mensa creaturarum, comedite, *caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* & vos cæci amatores hic potestis mundissimis amplexibus frui, nuptiisque honestissimis delectari. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* Tu item in colenda facie occupatissima, en tibi æterni Patris facies, quæ beat Angelos, non spectanda solùm, sed manducanda datur. *Sicut misit me viuens pater*, &c. Vos etiam qui pingue beneficium, & Ecclesiæ panem ambiebatis, ecce omnium beneficiorum Dei pinguissimum beneficium, non Roma, sed cælo delapsum. *Hic est panis qui de cælo descendit*; & vos etiam sistite diuitiarum cupidi, & æternitatis ac vitæ amatores, en vobis sine solicitudine æternum testamentum, sine labore hæreditas, sine cura vita in æternitatem comparata. *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Sed singula pensanda sunt.

EPHRASIS EVANGELII.

12. *Caro mea verè est cibus.* Vocat & reuocat hoc verbo epulantes, & bibentes, & gulæ indulgentes, vt explicat Nazianzenus [a]. *Hoc nobis vocalissimus ille diuini verbi præco ab excelso & publico præconio inclamat. Filij hominum*, ne obsecro his, quæ oculis cernuntur, animum vestrum magnopere adiungatis, nec frumenti solùm ac vini saturitate omnem huius vitæ beatitudinem metiamur, sicut errantes, qui

a Orat. 16.
Elias Cretēsis ibid.

à fructu

Psal. 4. 8.

à fructu frumenti, vini & olei sui, præsentis vitæ felicitatem dimetiuntur. Certè Domine his tuis epulis minimè vitasti hoc inconueniens: nam neque ad fidem, neque ad bonos mores hoc tuum inuentum opportunum videtur. Ad fidem ineptum esse probo, ex eo quòd Theodoretus adnotauit *in Exod.* ideo Moysem redactum in puluerem, vitulum epotandum dedit populo, vt perspicuè eorum redargueret cæcitatem, qui pro Deo colebant, quem mox edere & potare cogebantur. *Insana* (inquit) *mentis est posse adorare quem comedis*: vtrique autem dubitationi ipsa respondet sapientia. *Sapientia ædificauit sibi domum, miscuit vinum, posuit mensam. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum.* Quid hoc? rogat Cyprianus, ignorantes ad conuiuium vocas, cùm possis Angelos inuitare? insipientes qua ratione consentanei erunt percipiendis epulis, quæ omnes sunt sapientiæ & intellectus plenæ. *Cibauit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ potauit illum.* An fortè insipientes vocat eos, qui in suis oculis sibi credunt esse insipientes: vel eos, qui omnino abdicatis curis sæculi, & alieni ab omni sæculi vanitate, stupidi ac rudes fiunt, excelso tamen animo humana despiciunt? an fortè insipientes vocat eos, qui tanti mysterij maiestate perspecta mentis & ingenij acie perstricta tenuitatem suam ad diuina celsissima perscrutanda cognoscunt: an fortè, quia antequam extra se, vt ita dicam, exiret Deus, non mirum insanirent homines, & ad alios deos, etiam quos ederent, colendos inducerentur: at postquam amor Deum extra se & ad nos etiam in forma panis descendit, vera sapientia est desipere, vera sanitas insanire, vera fides edere quem adoras; iam vno verbo *esus*, & *Iesus* clauduntur, ideo sapientia vocat insipientes, eos videlicet, qui more diuino quàsi à statu dimoti, & extra se positi ad diuina credenda & percipienda efferuntur. Neque obstat bonis moribus mensa, in qua primi lapsi sunt parentes nostri: nam etiamsi caro corrumpit sapientiam, & prudentiam, immo & vita ipsa in mortem conuertitur, *Si secundùm carnem vixeritis, moriemini*; hoc tamen præuidit Sapientia, ideóque ad vinum merum inuitat, *sed ad vinum quod miscui vobis: al que yo os he adobado. Caro mea*, inquit, *& sanguis meus, mi carne dice, mia, va si conseruada adulçada con la diuinidad como la nuez moscada, ea golosos fiad que es bocado de amigos, comedite amici.* Sicut enim in obscuro angulo domus, vbi filij appetente nocte, vel formidare solent, vel offendere, lumen proponi, & lampadem accendi imperatis; sic se Christus in cruce ad tollendum horrorem mortis proposuit, & inter epulas carnem exhibuit, vt auferret pericula carnis, & mensæ. *Caro mea verè est cibus.*

Non obstat edere quem adoras.

Prou. 9. 1.

Eccli. 15. 3.

Qui insipientes putantur cùm verè sapientes sint.

Rom. 8. 13.

13. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in te.* Sta in excelso, & intende animum, & oculos, & videbis grande & mirificum amoris spectaculum. Dixerat Chrysostomus[a] hominem esse citharam decachordam: *nam si habet quinque sensus carnales, quinque alios habet spirituales, nam & videt spiritualiter, & audit, & odorat, & gustat & tangit*; verùm addit, *Solus autem libidinis sensus inter animam & carnem non est communis, sed solius carnis proprius, & priuatus. Solo el sentido del tacto carnal y bruto como rustico y villano se a hecho tan de parte de la carne que sera menester Dios y su braço para enpararentarle con el espiritu.* Rusticum istum omnibus modis debellare contendit Christus, primò eleuando illum: ad hoc autem ipse descendit, adamauit virginem, & virgo ipse virginitatem in cælum vsque euixit, & corona redimiuit. *Simile est regnum cælorum decem virginibus.* Ecce iam rustica caro cælestes induit mores, etenim in cælo neque nubent, neque nubentur. Cæterùm adhuc in sua rusticitate permanet, non enim *omnes capiunt verbum istud.* Alia igitur ineunda est via. Agamus, inquit, de nuptiis, non iam spiritualibus solùm, & per amorem, sed realibus, & corporalibus: sensus enim iste, & rusticum corpus, non aliis nuptiis poterit satiari. Agam igitur pace tua Domine de tuis nuptiis. Amores ò animæ, amatoria non verba, sed facta, nuptias amoris prædico. Et quæ nam est sponsa caro & anima? & cui nubit? Christo; & vbinam? in hoc sacramento; & quî fieri poterit? manducando; & quis negotia ista tractauit? amor. nam cùm rusticum corpus & carnem quotidie suscipere vidit, famulos suos panem, & vinum, & ad ipsa penetralia cordis ingredi vidit. *Ad inuidiam concupiuit*; & arrepto pallio panis, & specie pulcra vini ad intima cordis penetrauit, & ibi amatoriè prosequutus est sponsam, vt ad se traheret, & ad nuptias vsque perduceret. Sed quia quondam verba tantùm dederat, *desponsabo te mihi in fide, & in misericordia.* iam non verbis contentus consummare tentat matrimonium. Affirmat luculentis verbis Origenis Magister sapientissimus, & inter Martyres illustrissimus Ammonius Græcus, *Vt alimenta sensibilia nobis coniuncta & commixta efficiunt corpus, sic hæc mystica participatio tanquam naturalem quandam conglutinationem facit fidelis cum Christo in hoc sacramento*; nomine verò mixtionis Græci vnionem naturalem intelligunt, imò vnionem verbi cum humanitate mixtionem appellant, vt duo Doctores annotarunt *. Clariùs quidem, nec minus aptè ad hanc rem loquitur Nonus Panopolitanus Poëta Græcus Ægyptius ante mille annos, *Caro mea verè est cibus, quicumque autem meam carnem pariter & sanguinem gustauerit, is in me manet, & ego pari iugo cum ipso ero.* Verba quidem amoris & mysterij plena, nam & connubium vocat communionem, & *pari iugo* dixit, non eodem iugo, quia etiamsi vnimur Christo, non tamen cum æqualitate personarum, ita vt vnus è duobus efficiatur Christus, aut nos Christi nuncupemur, nam duæ naturæ in Christo, & duæ personæ sub eadem diuinitate pari iugo sunt, & eodem: at vnio ista nostra non personarum, sed naturarum est. Hoc ipsum Cyrillus Alexandrinus[a] statuit. *Quis dubitat Christum vitem esse, & nos palmites. Audi Paulum*[b]*: Omnes vnum corpus sumus in Christo, qui de vno pane participamus.* Sicut si ceræ cera admisceatur; *sic communicatione corporis & sanguinis Christi ipse in nobis est, & nos in ipso.* Mitto Hilarium, & alios. Dum apertè loquitur Paulus[c], *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* In hoc est magnum Adæ & Euæ matrimonium, quia verum connubium Christi cum Ecclesia adumbrat, quam maxima vnione sibi copulat in hoc sacramento, vt alibi ex Polycarpi discipulo Irenæo[d] docuimus; ideo quasi pro

a Tom. 2. hom. 42.

Rusticum sensum tactus & gustus eleuat Christus atque sussollit.

Matth. 25. 1.

Matth. 19. 11.

Amoris nuptiæ mundissimæ.

Iacob. 4. 5.

Osee 2. 20.

14.

Vide P. Turrianum de Eucharistia, & alia manu scripta opera a Doctore Complutensi.

* Apollinianus Græcus, Hesselianus Doctor Louaniensis.

a Contra Arianum, qui negabat Patrem familias Deum nô esse eiusdem naturæ cû vite quæ est Christus.

b 1. Cor. 10. 17.

c Eph. 5. 32.

d Lib. 5. aduersus hæreses supra in verba Exodi.

pronubus inuocatur Spiritus sanctus, inquit S. Fulgentius [a]. *Sic Ecclesia dono Spiritus sancti adhæreat Christo, vt mulier viro suo.* Clariùs adhuc D. Chrysostomus [b], *Per corpus suum se nobis commiscuit, & in vnum nobiscum redegit: hoc enim amantium est, ab affectu ad vnionem realem transire.* & S. Laurentius Iustinianus [c], *Cui* (id est, Ecclesiæ) *pro fœdere maritali corporis & sanguinis sui sacramenta concessit, vt non solùm spiritu, verùm vt essent duo in carne vna.*: *quis linguam corrigat, quam vera Patrum doctrina non corrigit?* rogent à me, quid dicis? quod Augustinus, Theodoretus, Gregorius Nissenus, Damascenus [d], Haymo, & alij quamplurimi docuerunt.

a In verba Pauli.

b Hom. 45. in Ioan. & 61. ad Populum.

c De triumphali Christi agone, cap. 2.

d Lib. 4. de fide, c. 14.

20. Renuit adhuc rusticus sensus, & linguam nostram corrigere audet; ideo Angelicus doctor [e] rem istam stabiliuit. Duplici (inquit) ratione amantem alteri vniri contingit, altero modo per affectum, altero modo personaliter seipsum præsentem reddendo. Primus modus amor est, secundus amor consummatus, vt explicat Aristo, ex Aristophanis sententia. Quare in connubio consensus præcedit, postea realis & personalis traditio: hoc ipsum post amorem communio cum Christo efficit, sicque, inquit, intelligenda sunt verba Ioan. *Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos, llegò a lo que podia llegar.* Et quis finis, & quod extremum fuit istud, in quod peruenit? Dicat D. Dionysius [f]. *In qua nocte tradebatur, seipsum tradidit, communionem beneficè instituens, vt nos cum suis diuinissimis summa vnione copularet.* Posses (ô Paule) alias similitudines elegantiores asserre, quàm matrimonij Adæ & Euæ; renuit enim sensus rusticus sibi tantam exhibitam benignitatem credere: sed contra hanc rusticitatem meritò ait Augustinus, *Eat retro cum similibus, qui dixerunt: Durus est hic sermo, quis eum potest audire: nos autem audiamus duos in carne vna, Christum, & Ecclesiam, sicut mediatorem Dei & hominum Christum Iesum.* Eat retro turpis & impudicus, qui stabula concupiscentiæ quasi cæca gallina frequentat, taceat in suo cœno rana turpis, & vocalissima. Tu ô anima mea dilectum tuum amatoriis alloquere verbis, sentiat amoris plagas, qui tales amoris ardentissimi artes ad eum inflammandum inuenit; iste meus & Christi thalamus? iste delitiarum locus? & hic à fidelibus paruipenditur, huc coacti veniunt? ab hoc amore & vinculo diuortia faciunt ob turpem & caducam creaturam. Age igitur dum hæc non præstant, ad vim & ad arma veniamus.

e D.Th. 1. 2. Quæst. 28. art. 1. in corpore.

Realis vnio Christi in Eucharistia explicatur & confirmatur.

Cap. 13. 1.

f De diuinis nominibus, cap. 4.

Ephes. 5. 31.

Nam, vt notauit D. Gregorius Nissenus [g], secretum instruxit bellum contra carnem nostram, & minimè opinatum: Si quis enim dux muros vrbis diruere, & obsessos fame confectos, panibus missis, vinòque tormentorum loco oppugnare vellet, mirum quidem strategema omnibus videretur: at si vinum panésque toxico lethifero infecti essent, certam sibi hac arte victoriam pareret. Hoc Deus ad sensus corporeos vincendos egit: nam & carnem carnalibus obiecit, & tactui concorporeum se exhibuit, & attrectandum dedit, vt cùm quæreret carnem, solam Christi carnem vitâ diuinitatis quasi herbæ succo respersam comederet, & semel hausto sanguine quasi mero inebriatus diuinos mores & amores meditaretur. *Sic inebriatus quoque fuit noster Beniamin Paulus; quoniam fuit in ecstasi, cùm diceret: Siue enim excedimus Deo (ad illum enim erat excessus) siue sobrij simus, vobis, &c. Quod ergo hic adhortatur, comedite amici, & bibite, tunc quoque factum est per diuinum illum cibum, & potum, vt mens excedat à vino superata.*

g In Cantic. hom. 10.

Bellum amatorium ad carnem nostram subiugandam.

2. Cor. 5.

21. Vtinam (ô Gregori) per hoc superatus maneret tactus, sed cùm illiberalis sit, & insolens, per vim & arma amoris potentioris debellandus est. Repeto verba Chrysostomi, vt belli necessitatem credamus. *Solus autem libidinis sensus inter animam & carnem non est communis, sed solius carnis proprius, & priuatus: es el tacto grosero del vando de la carne y su gran priuado quien le pasarà al bando del espiritu?* Instituit ad hoc Christus pedestre torneamentum, nam & in terris visus est, & galea texit caput, primúsque carnis & corporis delitias venire in certamen coëgit. Descendit itaque in arenam, lustrauit plateam, & lustratio ista habuit magnam speciem, & dignitatem, à dextris eius semper patronus aderat Spiritus sanctus. En tibi ex contraria parte carnis propugnator, turpis amor in plateam intrat, multis turmis equitum stipatus: insolens autem, & de victoria certus venit sine patrono, vt notauit D. Maximus [a]. *Nemo, inquit, qui peccat, potest habere infirmitatem carnis patronam, quæ eum defendat; vnio enim carnis cum verbo totam naturam roborauit, relicta inexcusabili affectione erga passiones voluntarias, sublato maledicto.* Afferebat tamen vinctum Paulum, & de vinculis clamantem: postquam enim descripsit hanc pugnam carnis, & spiritus, ait: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quien saldrà por mantenedor y me librarà de estas prisiones de mi carne? Gratia,* inquit, *Dei per Iesum Christum Dominum nostrum:* vbi Chrysostomus intelligit *Eucharistiam*, in qua & bona gratia est, & Christus, ad cuius compagem vnimur, & à tactu pestifero carnis liberamur. *Vnde* (inquit Paschasius [b]) *exultant fideles dum se intelligunt ad tantam vnitatem Christi sociatos per gratiam.* Concurrunt primò, fortiter & animosè hastas perfringunt, deinde veniunt ad gladios, sed turpis amor animo concidere cœpit; & licèt cauea & lignum traiectum in medio erat, deuicit eum Christus, totùmque hominem ad se in Eucharistia traxit: *Ecce in me manet, & ego in eo.* Hanc victoriam graphicè describit in communione Paschasius. *Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei: piensa quedarse libre el bruto sentido.* Nam ad hoc etiam aqua apponitur, vt in calice conuertatur, *dans indicium, quòd animalis homo totus debeat transire in spiritum, & spiritualis fieri.* Quam victoriam cùm ex alta contemplationis specula Dauid intuetur, qui à sua carne vexatus toties fuerat, exclamat, *Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea: Mantenedor diuino que con mantener mi carne la sujetais al espiritu: sitiuit ergo totus homo, vt de carne & anima transiret ad spiritum: quatenus spiritualis totus in Deo esset, & verè diceretur, In me manet, & ego in ipso.*

Opus est tactum rusticũ subiugare.

a In centuria 5. c. 46. Turrianus in manuscripto in Prou. 30. *Malorem fortem.*

Rom. 7. 24.

22.

b Tom. 6. Bibliothecæ, de corpore & sanguine Christi, c. 11.

Rusticum tactum ad se trahit Christus.

Psal. 62. 2.

23. *Sicut misit me viuens Pater.* Corrigit insaniam

niam eorum, qui similitudinem cum Deo appetentes à Deo maximè discreparunt, vidit enim Deus homines diuinam cum Deo similitudinem ambientes, præpostero tamen ordine. Nam vel hæc similitudo obtineri poterat collocando Dei in nobis speciem, & deitatem, in quo primus errauit homo, dum acceptam diuinæ imaginis formam non æstimando, vt par est, comparauit iumentis insipientibus, & similis factus est eis. Quòd cùm hac via non successisset, tentauit aliam, quam notarunt D. Augustinus, & Tertullianus [a], nempe transferre in Deum quod in ipsis vel bonum erat, vel malum, vt in vtroque Deum sibi similem affingerent, & adoptando, vel adaptando Deo peccata sua, diuinitatem peccati causam assererent, vt homines etiam peccatores deorum nomine & honore colerent, qui fuit error Priscilianistarum, contra quem duo hi strenui duces dimicarunt. Deus verò, qui sic errantes vidit mortales, in filio suo remedia meditatus est: quapropter in qua nocte tradebatur egit cum Patre de reparanda imagine. Non desistent ô Pater mortales isti amissam recuperare similitudinem, ne tamen aberrent occurramus eis, hac nempe ratione, *vt sint vnum, sicut ego & tu vnum sumus.* Ad hoc autem nostra in illis collocetur imago, *qui manducat, &c. in me manet, & ego in illo.* & quia ipsi in nostram transmeare substantiam aggressi sunt, transferentes in nos peccatum, eadem via vitam illis impertiamur diuinam. *Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, &c.* & vt vita ista diuina perpeti duratione in ipsis conseruetur, cælesti pane stabiliatur. *Frumento & vino stabiliui te.* Vt autem credatur, diuina ei sit consequens & adiuncta æternitas. Fiat, inquit, filius Dei. *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.*

Diuinam similitudinem appetites modestiori forma obtinent in hoc sacramento.

a Contra Priscilianistas.

Ioan.17.21.

Ioan.6.57.

Ibid.58.

24. *Veram affert saturitatem hic panis.*

Gen.49.20.

Hic est panis, qui de cælo descendit. Heus tu qui pingue beneficium magno labore & longo circuitu ambiebas. *Hic est panis qui de cælo descendit: este si que es pan y renta rentada. Pinguis est panis Christi, qui præbebit delitias regibus: tiene mas sustancia de lo que parece.* Inuitauit Abraham hospites suos *ad buccellam panis*: postea verò & butyrum, & lac, & hædum comederunt. Nam diuinus iste panis externa quidem specie solùm offert *buccellam panis*: at reuera pinguis est, & alia multa in se continet ad animarum delitias; ita vt *sicut adipe & pinguedine repleri possit anima mea.* Sors autem diuini panis & hæreditas securior est in sacerdote, & in eis qui abdicatis omnibus soli Deo & diuinis officiis incumbunt. Nam Ioseph, qui nomen fidelis serui consecutus est, eo quòd inopia panis oppressos & pauit, & simul in seruitutem domini sui redegit, ab hac communi lege seruitutis terram sacerdotalem excepit. *Præter terram sacerdotum, quæ à rege tradita fuerat, &c. & ideo non sunt compulsi vendere possessiones suas.* & , *Excepta terra sacerdotum, quæ libera ab hac conditione fuit.* atque hoc solo pane bene distributo cunctam Ægyptum in seruitutem redegit Pharaonis, *præter terram sacerdotum*, quam nulla de causa attingere, neque vsurpare debent reges. *Vos enim estis genus electum, regale sacerdotium.* Obiter tamen libet admirari quàm facilè omnia concesserint Ægyptij pro cibo, nam & vestes, & iumenta, & seipsos in seruos dederunt, erat enim panis vitæ, & vita agebatur in obtinendo cibo. O Dei Ecclesia, quis te expoliauit? quis in te nudo pede ambulare, ornamenta deponere, diuitias spernere, & mancipia sacra fecit tot præclaros viros, & lectissimas fœminas? nisi iste panis vitæ, fames ista sacra, iste enim panis solus sufficiens est ad consolandum pauperem spiritu, continentem, & eos qui intra claustra religionis, ab omnibus terrenis delitiis abstinent. Ecce ô prælati, vnde liquet ius quod ad frequentiorem communionem habent religiosæ, & castæ, cæteræque Deo sacratæ animæ; venditis enim omnibus, & spretis mundi delectamentis quasi ex iustitia postulant, ne sors ista sacerdotalis illis auferatur, quod interlinealis Glossa [a] manifestè expressit. *Pecora pro frumento damus, cum bestiales motus à nobis amputamus, vt verbo veritatis vberiùs vacemus.* Aliud insuper præstitit fidelis seruus Ioseph, terras nempe, & prædia feraciora, in quibus seminantes, maiorem sibi partem prouentus retinerent, vt ita collapsa respublica restauraretur. Sed hoc maximè conuenit sacerdotibus, & ad hoc fortè alludit quod ipsa Sapientia asserit. *Et sic in Sion firmata sum, &c. & radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius*; sic enim legendus est locus iste, *in parte Dei mei: tengo prendas de gozar de descanso eterno pues en la tierra tengo suerte y posse Sion en la parte de mi Dios.* Quare, obsecro, si Deus est, quem possides, vocas partem? Respondet, confido enim per hanc partem gloriæ reliquam gratiam & gloriam recuperaturam. Sicut cùm prudens ciuis iuuenem videt, quem à se emancipauit, omnem hæreditatem & bona decoquere, & dissipare, tunc bonus pater occupat aliquam præcipuam hæreditatem, & sibi arrogat: *para que quando tenga seso este moço tenga con que recobrarse.* Per vnam escam primi nostri parentes hæreditatem gratiæ & gloriæ amiserunt, quæ bona cùm Christus instaurare vellet, omnium bonorum summam, vt ait Dionysius, in vnam Eucharistiam coëgit, & hoc pingue beneficium, *& partem Dei*, hoc est, *optimam partem* sibi & sacerdotibus arrogauit, vt cùm insanus mundus velit in salutem restitui, in hac Dei parte reparetur. *vn enpeño de tantos peccados no se acaba sin esta parte*; imò; vt indicat S. Cyprianus, Petro obsistenti, hanc partem ipsi auferendam comminatus est, cùm dixit: *Si non lauero te, non habebis partem mecum: aduertid Pedro que en vna parte opartida os queda vuestro renta ecclesiastica y mayo razgo en lauaros y en comer pan de vida y qui en rebusa lo vno no tiene gana ni derecho para lo otro.* Ecce reipsa præstitit quòd promisit Christus, & expleuit desideria eius, qui panem Ecclesiæ auidissimè perquirebat. *Hic est panis qui de cælo descendit.*

Psal.61.6.

Gen.47.20.

Ibid.26.

1. Petri 2.9.

Eucharistia amorem rerum terrenarum & vitæ despicientiam exuscitat.

25.

Frequentiori communione reficiendæ sunt religiosè degentes.

a In illum locum Gen. 47. &c.

Eccli.24.16.

Simile.

Ioan.13.8.

26. *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Quid aliud æquum erat sperare à cælesti pane, quam cælestem vitam? Dicam quod refert Doctor Roffensis [b], cùm sacerdos quidam perdifficilem viam suscepisset, hiemali tempore, dum lubrica omnia, plena periculi, & aspera rigente glacie à vento ab ingruente nocte & gelidissima tempestate mortem extimescere cœpit; exiliit autem ad rupem, apricum locum quærens, nec tanta niue coopertum. Venit nox, & crescens luna affulsit, viditque variis ex antris prodire serpentes, omnesque ad certum saxum confluere, ibi vnius horæ spatium lambendo. Quod

b Lib.4. contra OEcolampadiũ, c. 21. de Vuesilaxgron, &c.

Vitæ refrigerium & refectio vitæ est Eucharistia.

Quod cùm ipse prospexit semel & iterum, iam pænè fame enectus præuenit serpentes, & accessit ad lapidem, quem cùm lamberet, ad vires & ad vitam sensit reparari, sicut si largiori cibo & potu se refecisset. Qui hæc prouidit ad seruandam vitam serpentium niuali tempore, quid putas prouidit ad spiritualem & æternam conseruandam vitam animarum? præstitit autem vitam istam non in duro lapide, sed in ligno vitæ, vt notauit Paschasius [a]. *Sicut in paradiso lignum vitæ fuit, ita prouisum est in Ecclesia hoc mysterium salutis, non quod eidem ligno hoc esset in natura, sed re visibili virtus inuisibilis operabatur; ita siquidem & in isto communionis sacramento visibili, diuina virtus ad immortalitatem sua inuisibili potentia quasi ex fructu ligni paradisi nos, & gustu sapientiæ sustentat, & virtute: quatenus per hoc immortales in anima quandiu ex hoc dignè sumimus, demum in melius transpositi ad immortalia feramur.* Nam quodammodo fit in nobis per communionem, quod in Christo & eius resurrectione factum est per vnionem: nam sicut in morte Christi etiamsi corpus ab anima adinuicem separatum est, minimè tamen à verbo destitutum, nam & cum anima erat, & à corpore nunquam abfuerat, atque adeò facile fuit verbo animam iterum corpori vnire. Sic, inquit Paschasius [b], cùm corpus Christo etiam vniatur in hoc sacramento, etiamsi anima separata sit, poterit à Christo iterum suscipi, & in vitam æternam vocari. *In vno eodémque caro nostra viuificatur spiritu, & manemus in illo per hominem quem assumpsit, sicut & ipse per hoc mysterium corporis & sanguinis sui in nobis, & ideo nos cum illo simul crucifixi sumus, & in Baptismo simul consepulti, & in resurrectione simul conresuscitati.* Vnde iubetur Ioannes metiri altare holocausti, quod etiam Ezechiel depingit, hoc est, vt metiatur deuotionem maximam primorum fidelium: nam consonat hoc cum eo quod *cap. 6.* dicitur, animas scilicet interfectorum propter testimonium (siue martyrium) subtus altare clamasse, nempe vt excitarentur corpora, quæ ex altari illo communicauerant, quasi ex iustitia postulabant, ideo metiebatur Ioannes altare; pro deuotione enim vniuscuiusque & fide hoc sacramentum operatur & vitam, & gratiam, & resurrectionem.

a Tom. sexto Biblioth. c. 1. de corpore & sanguine Domini.

Elegans collatio.

b Vbi suprà expositione in illud Matthæi, *cœnantibus autem,* in fine.

27.

Apoc. 11. 1.

28. Reuertatur ergo eò vnde incepit oratio. Vnicum est (ô Adolescens) verum, & indeficiens bonum, in quod quasi in finem destinatus es, caue ne aberres, vel sis quasi venator, qui cùm arcum præparatum & intentam sagittam diu tenet, cùm non inueniat in quem collineet, in glebam iacit illam, vel in quid aliud simile. Cor humanum, celsum atque pænè diuinum, natura tua intentum, & destinatum es in æternum finem Deum, vel in cælo, vel in sacramento, ne demittas animum ad creaturam: nam si collineas ad cibos, brutam conditionem imitaris; si aurum appetis, terra fis, si honorem aucuparis, in ventum solueris, & euanescis. *Fige in Deo mentem, saltim fatigata fallaciis,* ibi omnia in vnum collecta habes, mensam, thalamum casti & diuini amoris, primogenita duratura, panem delitiarum, gratiæ & sempiternæ gloriæ.

Homo in Deum intentus & destinatus nullo contentus est nisi Christo in Eucharistia, vel Deo in cælo.

CHRISTI VERI SAMSONIS EXEMplo, crucis amore flagrans nouus HOMO, inuita carne, sibi in sponsam ducit, adoptat in matrem.

INSTITVTIO XXI.

29. QVo pergis Samson? cur in alienis ciuitatibus sponsam tibi stabili matrimonio iungendam quæris? prius tibi certè amor, quàm hostis oculos eruit. Sit tibi in amoribus lectissima de tua gente puella, & pulcerrima virgo; verùm cur addictus es, & amore traheris Philistææ, incognitæ, externæ, ignobilis, & quæ mox alteri fidem & manum dabit? O quanta facinora patrare, quales teneris deuorare labores: teneris desponsare tibi alienigenam, leonem perimere, ænigmata proponere, & soluere, fauum ex leonis ore extrudere, & ablatam tibi sponsam bello, strage, morte vindicare. Nobilem istam Christi nostri vmbram tibi proposui breuiter (mi Adolescens) vt quò charitas Christi progressa sit, cùm crucem in sponsam adamauit, & pariter matrem tuam spiritualem, & agnoscas, & colere, vt par est, edifcas.

Iud. 14. 1. & seq.

Crux & mater adamanda.

SVMMA INSTITVTIONIS.

30. *Quod natum est ex carne, caro est; & quod natum est ex spiritu, spiritus est.* Carnalis homo cùm ex carnali matre nascitur, totus carnalis dicitur, & peccato est coinquinatus; spiritualis autem homo cùm naturâ suâ carnalis sit, fieri non poterat spiritualis, nisi à Spiritu sancto, & spirituali matre gigneretur. Quare cùm Christus nouam spiritualium filiorum prolem ardenter cuperet adoptare, Samsonis instar se ad quærendam sponsam accingit, & crucem alienigenam, Gentilem, infamem, asperam, & teterrimam adamauit; & non solùm difficilia quæque superauit, sed nos tandem ad eam quasi matrem amandam, colendam, & imitandam allexit. *Si quis vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me.* Et inprimis ne tibi graue & onerosum putes ex cruce renasci, & mihi in sponsam adsciscere, crede mihi, velis nolis, Ioan. 3. 6.

Digitized by Google

nolis, crucis filius debes esse, nemo enim mortalium sine cruce est. Loquatur primus optimus ille spiritualis crucis magister: *Dispone, & ordina omnia secundùm tuum velle, & videre, & non inuenies nisi semper aliquid pati debere, aut sponte, aut inuitè; & ita crucem semper inuenies: aut enim in corpore dolorem senties, aut in anima spiritus tribulationem sustinebis. Nam neque tu Paulo melior es* (ait Chrysostomus [a]) *neque Petro, qui nunquam remissionem assecuti sunt, sed fame, & siti, & nuditate laborarunt.* Ausim dicere, nullum ab initio mundi fuisse Deo gratum, qui crucis expers hanc vitam traduxerit. Et quid mirum, cùm ipse Christus à primo suo ortu vsque ad mortem crucem portauerit: *nam proposito sibi* (gloriæ & tantæ sponsæ) *gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta.* Fortassis sceleratos, & qui cupiditatibus suis obsequuntur, & omne voluptatum genus absque metu consectantur, sine cruce vitam transigere putas? Sed quominus tibi fidem habeam, obstat aureum illud os, cuius hoc est verissimum oraculum. *Inuidus, & pecuniarum amator, & meretrices amans, & gloriæ cupidus, & aliorum quisque malas exercentium actiones, multas sustinet tristitias, & tribulationes, & lugentibus nihilominus tribulatur.* Mira autem ars Dei nostri in hoc elucet, vt ponderat Augustinus [b]: voluit, vt ostenderet veram matrem esse crucem, priùs ostendere crucem malorum esse nouercam; nam si præsentia bona veram matrem putaremus, quis crucem veram matrem, & cælestem Hierusalem appeteret? *ideo autem huic vitæ malè dulci misces amaritudines tribulationum, vt alia quæ salubriter dulcis est, requiratur. O infelicitas* [c] *generis humani! amarus est mundus, & diligitur; putas si dulcis esset, qualiter amaretur? turbatur mundus, & amatur mundus, quid si tranquillus esset mundus? formoso quomodo hæreres qui sic amplecteris fœdum? flores eius quomodo colligeres, qui à spinis non reuocas manum?* ideo postquam ostendit nouercam, crucem videlicet peccatorum, ad veram matrem sectandam nos inuitat. *los trabajos de los malos son madrastra, los de los justos madre.* Nunc ergo facilè traham omnes ad me. *Si quis vult venire post me,* &c. *tollat crucem suam, & sequatur me.*

Thomas de Kempis lib. 2. de imitatione Christi, c. vltimo.
a Hom. 66. ad Antioch.
b In Psal. 43.
c Eidem serm. 111. & 149. de tempore.
Nemo sine cruce est.

Quò tamen pergis mi Samson? quare tam ardenter amas illam, quæ in opinione omnium nihil abiectius? quæ iugum, labores, molestias, & calamitates proponit? verùm in hoc potentia nostri Samsonis enituit, *cùm per crucem* (ait Chrysostomus [d]) *quæ ex natura sua non lenis, sed aspera, non iucunda, sed amara, homines à variis illecebris & blandimentis ad se pertraxerit, sibique adhærere persuaserit.* Sit ita, Domine, verùm quis non repudiaret fœminam, quæ aliquando cum filio Dei, aliquando latronibus nubit, & communis est bonis & impiis? *vniuersa enim* (inquiunt) *æquè eueniunt iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo.* & addunt, *Hoc est pessimum inter omnia, quæ sub sole fiunt, quia eadem cunctis eueniunt.* Verùm magna diuersitas est inter has cruces, nam vna eadémque vis, ait August. [e] *bonos probat, purificat, eliquat, malos damnat, vastat, & exterminat. Vnde in eadem afflictione mali Deum detestantur, atque blasphemant, boni autem precantur, & laudant;* & hoc est quod ait Sapiens, *Sicut in percussura cribri remanet puluis; sic aporia hominis in cogitatu illius:* crux enim & tribulatio est cribrum, iusti blandè & sensim purgantur, & seorsim discernuntur; in impio autem nihil remanet nisi aporia, *piedras, granςones, tierra y poluo. Tantum interest,* ait Augustinus, *non qualia, sed qualis quisque patiatur: nam pari motu exagitatum exhalat horribiliter cœnum, & suauiter fragrat vnguentum, con el mismo monimiento hiede el cieno, y conforta y arrebata el balsamo.* Cæterùm non pauci sunt, qui crucem quidem ad tempus amant, sed statim de diuortio agunt, nec ferre possunt supra modum diuturnam: maximè autem, cùm adstantes dicunt, *Si filius Dei est, descendat nunc de cruce.* Sed minimè diuturnam censebis vllam crucem, si cogites vitæ breuitatem, peccatorum grauitatem, æternitatis immensitatem, cuius respectu *momentaneam & leuem* Apostolus omnem tribulationem appellauit, & vnico puncto totam quasi crucis vitam circunscripsit. Apostolus item Petrus *modicum* ob paruitatem, & ob breuitatem nuncupauit. *Modicum passos ipse perficiet, & nunc modicum oporteat contristari in variis tentationibus.* ergo cùm in cruce pendes, audire te existima illud Domini ad latronem, *Hodie mecum eris in paradiso.* Ad extremum (ait Augustinus [f]) *nulla crux diuturnà videbitur, si ei dederis latitudinem, longitudinem, altitudinem, & profunditatem: latitudo charitas est, quæ sola bene operatur, efficitque ne pereat, quidquid boni facis. Quæ est longitudo? Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. hæc est longitudo crucis, vbi totum corpus porrigitur, vbi quodammodo statur; quo stando perseueratur: si vis habere crucis longitudinem, habeto perseuerandi magnanimitatem.* Quid est *habere altitudinem, nisi cogitare Deum, amare Deum, & gratis amare ipsum Deum adiutorem?*

31.
d Hom. 4. in 1. epist. ad Corinth.
Diuersa crux iustorum & impiorum.
e Lib. 1. de ciuitate c. 8.
Eccli. 27. 5.
32.
2. Cor. 4.
1. Petri 5. 1.
f Serm. 7. de verbis Apost.

Digitized by Google

33. *Quanto amore dilexit crucem Christus.*

His igitur ablatis impedimentis quanto amore, & quàm meritò Samson noster Christus crucem alienigenam adamauerit, aperiamus: iam enim nos vrget charitas, vt eius facinora imitemur. Amauit in primis crucem ob decorem, & quia bene dotatam & gloriosam vidit. Nec enim putes cæco impetu ductum Samsonem Dalidam dilexisse; in Thabore enim vti Pater aderat, & gloriæ dotes prælibauerat, & nihil non clarum, illustre & diuinũ affulgebat, de excessu dulciter agebat, in amore crucis persistens, *dixítque ad Patrem suum: Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis.* Porrò crucis amore magis quàm gloriæ aspectu duci videbatur, cùm de iungenda sibi cruce secretò, ne dissoluatur, agèns minutatim crucis ęrumnas memorat. *Tradetur, flagellabitur, conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum.* De gloria autem vno verbo contentus ait, *Tertia die resurget, a la gloria parece que mira de medio ojo, por ser premio. la cruz como esposa le lleua los ojos, porque le a de costar mucho, y dar gloria al padre.* quam complacentiam Christi, nõ amorem tantùm vocat Theologus, sed vim secretam, & coactionem. *O corpus ante dissolutionem mori coactum! o cuerpo hechicado, y como obligado a morir antes por fuerça de amor que de la muerte!* Amauit autem crucem, non tam ob decorẽ quam habebat, quàm ob pulcritudinem, quam ab ipso habituram præuidit: sicut cùm statuarius rude & vastum lignum gratis oculis inspicit, non quia in illo aliquid pulcrum appareat, sed quia præuidet artem, qua illud expoliendo decorabit. Vnde Augustinus [a] loquens ad virgines pulcritudinis amantes, & studiosas, Christum in amoribus habere in cruce persuadet. *Inspicite pulcritudinem amatoris vestri, illud ipsum, quod in eo derident superbi, aspicite quàm pulcrum sit internis luminibus, inspicite vulnera pendentis, cicatrices resurgentis, sanguinem morientis, pretium credentis, commercium redimentis: hac quanti valeant cogitate. Totus vobis figatur in corde, qui pro vobis fixus est in cruce.*

Iudic. 14. 3.

Luc. 18.

Nazianz. orat. de S. Gorgonia.

Simile.

a Lib. 5. de virginit. cap. 14. Verba ponderanda, continent enim summam omnium quæ pulcra esse videntur vulnera ob amorem accepta, cicatrices in corpore glorioso, pretium redemptionis, &c.

34. Hinc est à Christo decorata crux, Andream allexerat, & trahebat amantem: nam, vt ait Bernardus [b], desiderabat siquidem dissolui, & cum Christo esse, sed in cruce, quam semper amauerat. *Quid enim dicit illi amata sua. Per te, inquit, me recipiat, qui per te me redemit. Ergo si diligimus eum, congaudeamus ei, non solùm quia coronatus, sed & quia crucifixus. Vnde tam noua lætitia? certè & crux pretiosa est, & crux amari potest, & crux habet exultationem. Nec mirum si suauitatem dedit qui dedit & igni, aut quomodo crux dicatur insipida, vbi dulce sapit (Laurentio) flamma?* Sed quia de dote, quam non vides, ne contingat dubitare, cruci decreta est æterna beatitudo: nam, vt ait Paulus, *quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, sed non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.* Vis autem credere quanta sint quæ non videntur? ex cruce libet hoc coniectari. Ait eleganter Chrysostomus, *Denuntiauit Christus nobis suauia & tristia: sed tristia quidem vitæ dedit præsenti, suauia verò in futurum distulit, pariter demonstrans quòd non decipit homines; decipiens enim suauia priùs proponit, & mox infert tristia. Nam plagiarij qui puerulos abducunt, & furantur, non plagas & verbera, neque aliud huiusmodi pollicentur, sed placentas, & bellaria, & alia huiusmodi, quibus puerilis ætas gaudet, vt his illi allecti in extremum periculum delabantur. At Patres contrarium faciunt, cùm ad ludum literarium pueros mittunt, pædagogos præponunt, flagella minantur, timorem incutiunt, & cùm priorem sic ætatem transegerint, tunc ipsis in habitu virili constitutis, honores, potentiásque, & delitias, & omnes suas diuitias tradunt. Sic Deus quoque fecit, non plagiariorum more, sed patrum more curam nostri gerens.*

b Serm. 1. de S. Andrea.

2. Cor. 4.

Nota. Lege Chrysost. hom. 1. de resurrect. hom. 16. ad Antiochenos.

35. *Suauis nobis crux & mortis medicina.*

Secundò sicut Samson ex mortuo leone fauum mellis eduxit, sic Christus crucem aliam inuenire debuit, sed dulcissimam, & suauissimam, memoriam videlicet suæ passionis in Eucharistia, vt quidquid in passione & cruce fuit & dulce & vtile, nobis sine ingrato sapore & dolore in cibum offerret. Crux enim ista sub specie panis, vt ait Algerus, instituta fuit ad solatium Christi de morte sua, & vt nostræ, quæ teterrima erat, medicinam, & remedium afferret: nam poscebat amor, vt tale, támque diuinum crucis sacrificium in ęternum permaneret; nam si amorem respicias, optaret quidem, vt in finem sæculi in illa cruce persisteret, & verbum quidem Patris id ad litteram sonare videtur, *Tu es sacerdos in æternum, tu ansia es hayer un sacrificio hasta el fin.* Sed addidit, *secundùm ordinem Melchisedec.* Longum esset ô fili in cruce vsque in sæcula permanere, nouâ vtamur inuentione, occurrat tibi leo mortis vespere ante crucem tuam, agitabis illam mente, apprehendes voluntate, & ex illa sic præmeditata fauum mellis plenum crucis amore & dulcedine distribues in tuos discipulos, sicut Samson: sicque fiet, vt perpetua sit tua crux, sed dulcis, sed iucunda, & duos mirabiles effectus sortiatur, quos ponderat Algerus

Google

a Lib. de sacramentis corporis & sanguinis Christi tom. 6. cap. 1. ex Augustino lib. 3. contra Maximinum cap. 2.
b Philip. 2.
c Ibid. cap. 3.

rus [a]. Primus est, dignitas summa, ad quam crux ista, dum editur, nos euehit; ait enim Paulus [b], *Humiliauit semetipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum. Nunquid antequam hoc fieret, non erat altus filius Dei, verbum Deus apud Deum? nunquid ex cruce cepit esse altus filius Dei? quis hoc dicat? Hoc ergo illi donatum est propter crucem, vt homini, secundùm quem factus est obediens*, &c. Et quid dedit homini; certè quod anima corpori, quod ignis ferro. *Cum ergo ignis igniat, anima animet, quid Deus nisi hominem sibi vnitum deificet, & super omnem creaturam exaltatum puritatis, omnipotentiæ, & Deitatis etiam prærogatiua secum glorificet?* In hoc igitur est ingenium, hæc fuit ars amoris, nempe crucem suam tegere in sacramento, vt verè suscepti à matre nostra, dum sacramentum suscipimus, filij Dei efficiamur; & ita explicat Algerus Ioannem [c]. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Potestatem autem dedisse ait: *nam in veritate sui corporis verè corpus Ecclesiæ sibi voluit esse concorporatum, vt in illo nullius gratiæ nobis esset diuortium, cum quo nos solidaret tam vnicæ vnitatis sacramentum, certúmque esset hoc pacto nos cum ipso in vita æterna similem dignitatis obtinere gloriam, si cum ipso, per ipsum, in hac vita similem innocentiæ seruare voluerimus gratiam.* Secun- 36.
dò mortis, quia cùm ad flumen mortis perueniebamus, quasi pueri plorantes, angustias, & fluctus horrebamus, & hærentes in litore transitum refugiebamus; quid agat materna pietas crucis in hoc sacramento? sicut cùm Pater plorantem puerum vlnis & sinu susceptum lætari iubet, & cæcis oculis, ne fluctus horreat, trans flumen collocat; sic Christus fidelem animum hærentem, trepidantem, & plorantem suscipit, *in me manet, & ego in eo*, & cæcis oculis corporis ad gloriæ portum traducit: *viuet in æternum.* Noua quidem crucis inuentio, & post Christi amaritudines nobis dulcior facta; crux quidem omni ætati, omni sexui congruentissima: nam qui clauos, flagellationes, spinas cilicinæ vestis horret, & crucis speciem formidat, Christi carnem communione suscipiendo sensim Christo figitur, sensim passiones moriuntur, sensim manus ab illicitis arcentur. O dulcis mors! ô faui dulcedo mirabilis! æquum est, vt cruces reliquas æquo ferat animo, qui hoc pane reficitur, hac cruce saginatur ad perferendos labores: nam, vt vulgo dicitur, *a buen bocado buen grito:* ænigma autem noster Samson Nicodemo proposuit, non dissimile quidem ab illo, quod Samson proposuit inter epulandum, *De comedente exiuit cibus*, &c. ait enim, *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis.* Ænigma autem sic soluitur: nam sicut in Leone mortuo viuorum cibus dulcissimus inuentus est, sic in mortuo serpente, & quod minimè venenum habebat perspecto, à viuis ictus veri veneni sanabantur, *ars vt artem falleret, & medelam ferret, inde hostis, vnde læserat.* Ita similiter in altum leuauit hominem, vt ibi moreretur, qui tamen erat Deus, & ibi tegit diuinitatem humanitate; sic in Eucharistia Christum pro nobis in altum sublatum speciebus tegit, qui tamen in cibo vitam & gratiam nobis impertitur, *& medelam* fert, inde nempe hostis, vnde læserat, cibo cibum, morte mortem extrudens.

Eucharistia noua crucis inuentio.

Ioan. 3. 14.

Tertiò, crucem sibi Christus adinuenit, quam tamen nobis voluit impertiri, significans nusquam pœnituisse pati, dum nos in eadem pericula & tormenta vocauit: crucem enim spiritualem quasi vestem ab incunabulis induit, sub illa creuit, illam honestauit, vt nos contra mundanum morem induti procederemus, æstimantes gloriam ignominiam, exaltationem abiectionem, verásque diuitias nuditatem: quare sicut mundani honores quærunt & æstimationem, nos qui crucis filij sumus, & in spiritu procedimus, debemus quod ipsi contemnunt, amare: *quia quod natum est ex carne, caro est* in operationibus, & quod ex spiritu, hoc est, ex cruce spirituali natum, spiritualia debet exhibere opera. Sed est notandum, oportere nos matrem nostram & agnoscere, & reuereri: nam inimici stultitiam, alij scandalum reputarunt; nos verò *Dei virtutem, & Dei sapientiam:* voluit *enim per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.* Quare pro diuitiis paupertatem, honoris loco ignominiam, & inimicos loco amicorum substituit. Quis modò matrem suam agnoscat? quis ieiunium, flagellationem, nuditatem, crucem Christi, & matrem filiorum Dei confitebitur? verùm has cruces faciliùs quisque amat, quia in conspectu hominum sunt, & cùm quis aliquam earum tulit, etiamsi publicè per vias ciuitatis sanguinem fundat, non ægrè fert, quia publica est: attamen est alia crux occulta, & ab oculis hominum, & plausu remota, & latet, sicut crux Domini in humiliatione sepulta in dedecore, in infamia, in infortunio, in tentatione, in testimonio falso, & has cruces adorare oportet, has super caput tollere, has quasi matres nostras colere; sæpe enim conculcamus eas, & pedibus prouoluimus tanquam ignotas, & nullius pretij: & licèt laudes crucis, & conceptus nobis 37.

Alia crucis inuentio tribulatio.

1. Cor. 1. 21.

arrident, vix ingruit dolor, vel tribulatio, cùm fœdissimam eius faciem refugimus, cùm tamen à Christo de hoc fuissemus admoniti, *Absque Synagogis facient vos, & persequentur, putantes obsequium se præstare Deo, &c. hæc autem dixi vobis. esto os auiso, porque tiene esta manera de cruz mala cara, vt cùm venerit hora eorum, reminiscamini:* nam & ego eandem duxi in vxorem, adamaui, & matrem vestram constitui, & hoc satis est vobis credentibus, vt existimetis in ea esse gloriam vestram: quare flexis genibus quasi matrem adorate, & flagellum osculamini, & manum persecutoris ad vestram expolitionem extensam putate. Ioan. 16. 2.

38. *Inimici crucis.* Necessarium denique omninò est, aut vt amicus crucis sis, crucem ferendo, aut inimicus, crucem fugiendo: si hoc secundum eligis, audi obsecro Pauli verba non sine lacrymis scripta. *Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.* En qualem Deum sibi statuant, qui Deum crucifixum habere recusant: pondera triplex genus supplicij. Primum, *quorum finis interitus*, & sempiternum exitium. Quod præuidit Dominus, & sicut pastor viatorem in solitudine, vagum, præcipitio vicinum solicita voce monet: Siste siste viator, hæc est via, ambula per eam; sic errantem & deuium ad viam, & vitam reuocat Christus. *Si quis vult venire post me*, hæc est via, *tollat crucem suam*, ne animæ suæ detrimentum, hoc est, sententiam vltimam patiatur. Secunda pœna, *quorum Deus venter est*, ponderanda est gulæ fœditas; & tertia pœna, nempe, *& gloria in confusione ipsorum*, perpendenda est ex his, quæ de Dagon super frontem suam coram arca ruentem, habet P. Cornelius à Lapide [a], & Abulensis de Dagon [b]. Dagon enim deus venter, & ventris causa colebatur, verùm iustâ pœnâ puniuntur eius cultores nouâ & inusitatâ ægritudine viscerum, & morbi Gallici, & tandem in faciem suam corruunt: nam gloria in confusione est eorum qui nec gratiam in cruce, nec inueniunt gloriam. Philip. 3. 18. a In Philip. 3. hoc vers. 18. b 1. Reg. 5. 9. 11. & 12.

VERBVM PATRIS.
Iudic. 15. vers. 16.

In maxilla asini, in mandibula pulli asinarum, deleui eos, & percussi mille viros.

Asini mandibula mortis despicabili genere, & maledicto ligno, absconditam fortitudinem, & liberationem perpetuam prodit.

DISCVRSVS LXI.

1. a Lib. 6. de officiis c. 21. ADORAMVS, inquit Rupertus [a], *in cruce Domini nostri Iesu Christi opportunam gloriam, salutem acquisitam, reducem vitam, saluationem perfectam, liberationem perpetuam.* ex quibus omnibus, in quibus in summam redegit crucis exaltandæ causam, materiámque gaudiorum, illud primò venit expendendum, quàm opportuna gloria fuerit quam crux intulit humano generi, nulli alteri melius comparanda, quàm ei quam Samson sua captiuitate, vinctione, deditione, liberatione, felicissimáque cum hostibus dimicatione reportauit, gestiunt ex Ambrosio [b] legere oculi, audire aures. Primùm ergo aduersarij exercitus formam & vires contemplemur. Primam aciem ducit mundus, corpus exercitus caro cum suis occupat, postremam tenet dæmon tanquam princeps. Secundò prodit in prælium Samson noster Christus, & dato signo prælij illo verbo, *nunc iudicium est mundi*, opportunam gloriam comparat: sed ne videretur gratis, & solùm à diuinitate victoriæ laus venisse, eleuat maxillam, & exaltat crucem in qua vicit mundum, *salutem acquisitam.* Tertiò intrat in possessionem animarum, vt ipse promiserat, *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Quartò debito supplicio punit aduersariorum insolentiam, & captiuos in libertatem asserit. Trophæum in memoriam sempiternam excitat, crucem, & quanti sint pretij labores ostendit. In quibus tria illa videre licet, *reducem vitam, saluationem perfectam, liberationem perpetuam.* Primùm ergo perpendamus

Bellum spirituale per crucem contra vitia capitalia.

b Epist. 70. NERVI DISCVRSVS.

2. Saluianus lib. 1. de prouidentia. *Opportunam gloriam.* Sicut in vno Deo & gubernatoris & iudicis atque ducis attributa conuenisse reperimus, nam vt iudex arguit, vt iudex regit, iudex præmisit sententiam, iudex noxios punit, iudex innoxios munerat. Sic Deus (inquit Saluianus) non solùm eos qui ius dicunt, iudices, sed eos qui iusta gerunt bella, & qui armis iniurias propulsant, iuris defensores dici voluit, & saluatores: vt notauit etiam Augustinus [a]. Cùm igitur populum Dei immanes

Iudicum 3. 9. & 15. & 2. Esdræ 9. *Dedisti eis saluatores.* a Quæst. 13.

immanes Philistæi inuaderét, omnésque terrore essent perculsi, excitauit eis Samsonem, comprehenderuntque, *& ligauerunt* (Iudæi) *duobus nouis funibus, & tulerunt de petra Etham.* Funium & numerus & nouitas notatur, vt magis eluceat miraculi admirabilitas, qui non vnum funem, sed duos, non veteres & detritos, sed recentes ac nouos, *haboth, crassos fortiterque implexos.* Quidnam mysterij subodorantur Philistæi dum ab vno Samsone plus timēt quàm à tota Iudæorū gente, quomodo cum non per seipsos, per ipsiusmet Samsonis populares, propinquos & notos capiunt. Quomodo ille vt populo suo consuleret, omneque ab eo malū auerteret, vinciri se vltro passus est, spontéque illa valida brachia fortésque manus in funes ac vincula dederit. Magnum magnum hîc iam elucet mysteriū, quod explorare, cogitare & ruminare operæpretium erit. Ingēs de vincto Samsone tum Philisthæos subiit gaudium. Ideoque læti & alacres instructis agminibus, passis vexillis, tubis clangentibus, resonantibúsque tympanis, appropinquanti occurrerunt, pæanaque & epinicia cecinerunt: verbum enim Hebræum *heribu* iubilationem, lætitiam, ouationem indicat maximam. Cúmque manus in eum iniecissent illi, eúmque tenerent, ducerent conuiciis, minisque afficerēt, *irruit spiritus Domini in eum*, & viribus auctis & excitatis vno veluti momento nodosos illos funes fregit, ea facilitate & celeritate, qua lina, seu stupa solent, ab ardente igne solui, atque consumi. *Inuentámque maxillam,* id est, *mandibulam asini, quæ iacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros.* Tertullianus [a] primus gloriā istam decantet. *Pro populo solus, nullo mucrone, nec armis, os retinens asini, prostrauit corpora mille.* Quis vnquam audiuit talia? vnus homo in hostium suorum medio, armatis cinctus vndique inter millia plurima, captiuus ipse, manibúsque captus, seipsum soluit expeditissimè, in illos omnes irruit: gladio, hasta, telo, clauaque nulla instructus, sed vilissima, cadauerosa, stillante adhuc & humente vilissimi animalis mandibula, forte fortuna illo in loco iacente, tantas illas copias solus ferit, fundit, prosternit. Quis non videt Christi mei *opportunam gloriam*: quis non audit Dauidem canentem, *Percussisti omnes inimicos meos maxilla.* nam despicabili mortis genere mirabilem victoriam peperit, & ex maxilla asini, hoc est, ex morte iudicio gentium stulta salutem obtinuit, meritoque ex maxilla, vel ex loco eius fons emanauit, vt ex vna cruce omnium bonorum fontem in nos manasse credamus: aperuitque Dominus molarē dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ, & vocauit nomen loci illius *Ramath lechi,* quod interpretatur *eleuatio maxillæ.* Quis nō videt Christum exultantem, & post victoriam crucem dedicantē, vt ex eleuatione maxillæ fons omnium benedictionum scaturiret? ideo D. Leo [b], *Quia crux tua omnium benedictionum, omnium est causa gratiarum, per quam credentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte.*

Samson victoriam Christi per crucem adumbrat.

Ambrosius lib. 1. officiorū c. 26.

a Lib. 3. contra Marcio.

Psal. 3. 8.

b Serm. de passione.

3. *Salutem acquisitam.* Quanti facienda sit nobis acquisita per crucem salus nescimus, nisi trium aduersariorum, qui damnationem moliebantur nostram, aperiamus. Primus congressus in mundum fuit: quid autem sit *mundus*, ex Paulo & ex Chrysostomo excipiamus. *Non,* inquit, *est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus.* Nō est de nihilo res, sed *in cælestibus*, hoc est, propter cælestia. Et qui sunt aduersarij nostri? mundani homines, amatores mundi, quod luculenter explicat Augustinus [a]. *Ne forte cum dixisset mundi, intelligeres dæmones esse rectores cæli & terræ; mundi dixit, tenebrarum harum; mundi dixit, amatorum mundi; mundi dixit, impiorum & iniquorum; mundi dixit, de quo in Euangelio dicit, & mundus eum non cognouit.* Itaque mundus iste componitur ex hominibus, in quos potestatem habet dæmon, sicut venti super mare, & sicut spiritus in corpus quod excruciat, & agitat. Et *primo tenebrarū harum,* nam Deus lux est, qua fruuntur & illustrantur beati, cui nihil fœdū aut coinquinatum accedit: in inferno autem tenebræ infuscant omnia, atque ideo ibi nutritur durities, obstinatio & turpitudo. Quid agat igitur dæmon in mundo, qui medius est inter hæc duo? Seminat videlicet tenebras, offundit omna ignorantia, vt sicut iusti, eo quòd pudica & sancta amant, accedere videntur ad gloriæ lucem, & cælestem vitam subodorari; ita ipsi econtrario obstinati, duri, & qui terrenis hærent, & turpia amant, paulatim videntur ad tenebras sempiternas appropinquare: vocátque *rectores*, sicut de forti aliquo viro dicimus in ludo gladiatorio bene regere & versare ensem, ita mundus bene versat mendacium, & ludit & illudit, proponit, repræsentat, exprimit, & imprimit. *Tenebrarum harum,* facie enim, vultu, moribúsque satis ostendunt cuius sint filij. Sicut è contra iustis ait Paulus, *Vt filij lucis ambulate, limpios vestidos de Christo como el que a de salir a luz. Amatorum mundi,* & quomodo amant? ita deperditè suas delectationes amant, vt animas in pretium dent; cordatum enim & prudentem virum non mirum est nænias puerorum, & plumbeos gladiolos ad oblectandos pueros pecunia coëmere, verùm ob hæc eadem puerilia, vitam & animam soluere, hoc Æthiopū est, quos crepundiis & vitreis globulis capiunt mercatores vt vendant. Ita quidem mirum non est edere ad sustentationē corporis, lucrari, negotiari, verùm ob delitias, & largum potum, & cibum animam profundere, insaniæ est argumentum. *Amatorum mundi,* proiecti quidem in amando, ita vt Dauid legem Dei cōcupierit amare *super diuitias peccatorū multas,* maiori quidē, vel æquali amore ac diuites diuitias expetunt. *Impiorum,* inquit, *& iniquorum,* sic ad peccandum proni, vt de illis Iob, *qui bibunt sicut aquam iniquitatem*, vel magna cum siti, vel, vt vult Gregorius [b], cum magna facilitate: quidam enim, etsi impij, deuorant iniquitatem, quidam mandunt, & opus criminosum quasi dentibus conscientiæ conficiunt, & minimè in ventre cordis requiem habent; alij verò *bibunt sicut aquam* facilè, dulciter & lætè; fallit enim eos dæmon, sicut ægrotum medicus, qui in aqua quam auidissimè expetit, miscent & soluunt pulueres qui optimum sortientur effectum; ita dæmon peccata grauissima minutatim concisa, & quasi soluta, propinat in aqua, & vos nihil attendentes, furta, & adulteria, & iniquos contractus quasi aquam bibitis. Rector insuper harum tenebrarum dæmon est, quamobrem debes mundum considerare quasi hominem illum à dæmone possessum, de quo, *Exeunti ei de naui statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis, &* neque

Ephes. 6. 12.

Mūdus quid, & quo pacto expugnādus.

a In Psal. 54.

Dæmon cur dicatur rector tenebrarum.

4.

b In Iob.

Facile bibit iniquitatem impius.

Marc. 5. 2.

neque catenis iam quisquam poterat eum ligare, & semper die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamans & concidens se lapidibus. Itaque mundus energumenus est, vt eleganter ponderat Chrysostomus [a]: primò enim mundani degunt in sepulcris, nempe in cordibus suis, vbi seipsos & fœtorem conscientiæ tolerant, nec minus mirabile sit vnum istorum ad gratiam, quam ad vitam reuocare, ait Gregorius. Quid si os aperiũt, quid emittet sepulcrum nisi fœtorem, infamiam, conuitia, seipsos discerpunt, infamant, deturpant, ad continendum eum in officio tot leges, tot pragmatica statuta: sed ô quàm facilè omnes infringit? *Quid enim luxuria corruptus atque petulans, qui ad omnem corporis formam hiscit, à dæmoniaco differt? non videtur nudus ambulare? sed vtinam bene ornatus veris ornamentis non esset priuatus. Non lapidibus seipsum cadit, sed sceleribus, quæ lapidibus duriora asperioraque sunt. Quis igitur hunc hominem ligare poterit? quis eum à petulantia remouebit? Quo fit vt nunquam in seipso, sed semper in sepulcris versetur: sepulcra enim profectò sunt meretricum diuersoria, multo fœtore, multa putredine, multa immunditia repleta; ac auarus nonne talis est?* &c.

a Hom. 29. in Matth.

Luxuria energumenos facit.

6. Secundum locum in exercitu caro tenet illecebris, armata, nec enim ad expugnandum infirma dicenda est, inquit Tertullianus, hoc corpus exercitus vt destrueret Christus in crucem sublatus est. Rom. 6. *Hoc scientes, quoniam vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, & vltrà non seruiamus peccato, el cuerpo de la batalla.* alludit enim ad exercitum, qui suas manus & cornua habet: corpus autem est quod tardiùs dissipatur, nec vicisse dicitur qui corpus aciei non destruit. Ita similiter, ait Thomas, peccatum habet suum corpus, *ipsam videlicet congeriem malorum operum.* Sancti itaque fuerunt in præteritis generationibus, qui manus & cornua exercitus profligarunt, Abraham, Isaac, & Iacob: solus autem Christus corpus peccati destruit, in seipso molem & congeriem peccatorum suscipiens. *Hunc leonem* (inquit S. Iulianus [b]) *ante aduentũ Christi nemo fuit qui exterreret, donec fortior ille venit, & alligauit fortem*; quare verba illa Iacob moribundi, *salutare tuum expectabo Domine*, Targum Hierosolymitanus sic explicat. *Non expecto redemptionem Gedeonis, quia est salus temporalis; neque redemptionem Samsonis, quia est salus transitoria: sed expecto redemptionem Messiæ filij Dauid, qui venturus est vt reducat sibi filios Israel.*

Carnis incursus.

b Capite 3. Nahum.

7. Tertiam aciem tenet superbia & ambitio, quàm dæmon moderatur, & princeps mundi huius nuncupatur: sed vnde princeps? respondet Cyrillus [c], *per deceptionem & rapinam hanc gloriam habet.* & Gaudentius [d], *Vsurpatione*, inquit, *non natura, dio en ser ladron de honrra y hecharon le del cielo; & proiectus est draco ille magnus*, Apoc. 12. In terra autem in filiis Adæ regnare cœpit, caputque iniquorum & hæreticorum fuit Cain, qui fratrem non tantùm ex inuidia, sed ex odio fidei videtur occidisse: nam ideo Martyrem dicimus Abelem, & diuinæ prouidentiæ propugnatorem, vt indicare videtur Targum. Præualuit hic error, suósque habuit patronos, & defensores Epicurum, Lucianum, Democritum, & Sadducæos, quos execratur B. Iudas, *Væ eis qui in via Cain abierunt*, nempe in infidelitate; *principatum deinde violenter tenuit, & exercuit tyrannidem*, ait Gaudentius.

Superbia opponitur cruci, sed retunditur.
c Lib. 1. in c. 4. Ioan.
d Ser. 12. ad Neophytos.

Can. Iudæ c. vltimo.

8. Verumenimuero ideo principatum affectauit dæmon, & ambientium honores dux effectus est, quia ferre non potuit in priuata conditione manere, sed preesse & dominari, etiamsi dæmones sint, vel qualescumque quibus imperat, vt acutè obseruauit Nazianzenus [a]. *Occultámque sensim, & furtiuam in deterius prolapsionem, dæmonúmque sceleratissimam ambitionem, cayo poco a poco de su stado primero del cielo luego de la tierra al fin se contento con el infierno*; ac denique in tantam vilitatem abiectus est, vt *dæmones rogarent eum, dicentes: Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.* Qualis dux, tales sunt milites, qui sub eius vexillo nomen dederunt, qui quidem omnes ambitiosi sunt, vt ait Bernardus [b], *quantis tamen vsque hodie fœda sequuntur infeliciaque vestigia*, qui cùm indignos se vident honore, furto & rapina obtinere nituntur, & cùm nequeant Angelis dominari, porcis preesse non dubitant: mundana enim ambitio, quæ olim de principatu & dynastiis decertabat, nec contenta erat vno orbe, iam acquiescit facilè cuicumque dignitati & præfecturæ hominum, si nobiles sunt, sin minus scelerati, & infames: nam quod Dauid ex necessitate permisit in deserto, *& conuenerunt omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno*, id est, *omnis vir, cui erat creditor, & amaro animo, & factus est eorum princeps*, hoc ipsi ex ambitione faciunt, vt saltim præsint latronibus, transfugis, & sceleratissimis. Vel, si opus est, pecunia ex altari ablata emere tentabunt dignitatem, vt refertur *Iudicum* 9. fecisse Abimelec, imò apparenti & falso fastu & comitatu contenti sunt, vt refertur de Themistocle, sic à iuuentute ambitione honoris exarsisse, vt Epiclem præclarum artis musicæ magistrum, & ob id ab aulicis visitatum, in domum referre curauerit, vt saltem sic quæsitus videretur à primoribus Atheniensiũ iuuenibus. Quod idem de dæmone scripsit Cyrillus [c]. *Adulterium igitur principatus nomen diabolo est, non natura, sed errantium prauitate perdurans. su principado se funda en engaño de los subditos y asi todos tienen mal el de soberuia ellos de engaño.*

Dux ambientium dignitates dæmon.
a Epist. 45.

Matth. 8. Vide Chrysostomum vbi supra hô. 29. in Matth.

b Ser. 4. de ascens.

c Lib. 10. in Ioan. c. 40.

9. *Nunc igitur iudicium est mundi.* Accesserunt Gentiles homines ad Iesum, quos videns Seruator noster egit de passione sua, & quasi rex qui præparatur ad bellum, & qui verè homo erat in parte animali propassionem sensit, & turbari cœpit, *& nunc anima mea turbata est, & quid dicam: Pater clarifica filium tuum, sed propterea veni in horam hanc, pretendiendo la muerte hauemos llegado hasta aqui; ideo pater clarifica nomen tuum, sea de mi lo que vos quisieredes con talque la victoria quede por vos.* & audita voce, *& clarificaui, & clarificabo*; & certus de Patris promissione: sicut dux magnus exercitus videns ex aduerso hostes, & ex alia parte auxiliares copias, scipionem proiicit, & dat signum prælij, irrumpit impauidus. *Nunc*, inquit, *iudicium est mundi, esta es la hora.* Et quod signum das nobis strenue dux? *Non aliud, quàm crucem pretiosam & viuificam*, hoc est, *signum in bonum, vt videant qui oderunt te, & confundantur. Nunc iudicium est mundi, agora haremos inicio del mundo.* Cyrillus Alexandrinus, & D. Thom. & alij, duo iudicia distinguunt, & damnationis, & discretionis: non agit de primo iudicio, *non enim misit Deus filium suum*

Iudicium de mundo per crucem.

Vide Greg. Episc. disputatione cum Hebræ. & Iudæ. in Isai. 5.

suum vt iudicet mundum: iudicium secundum comprobationis est, cùm contrarium sequitur eius quod spectabatur. Sicut cùm quis enfem distringendo vt fratrem occidat, suo ense sibi digitos abscindit, en, dicitis, iudicium Dei incidit in foueam quam fecit. *Cognoscetur Dominus iudicia faciens*; & in quo fecit iudicium? *in operibus manuum suarum comprehensus est peccator, sin hechar mano dios con sus mismas obras los castiga*; & hic est sensus Ioannis 9. *In iudicium in hunc mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vident caeci fiant, saldra muy al contrario el Iuicio de lo que se piensa: nunc igitur iudicium est mundi,* nunc ostendam mundo quàm illusus sit qui partes dæmonis agit, & tyrannum sequitur: ego ostendam res longè aliter se habere, quàm ipse putat. Christus igitur apparuit in cruce, subit mortis iniurias, inquit Chrysostomus, & *ecce iudicium.* Putauit mundus præsumptione & superbia honores obtinendos, sed ecce iudicium, quia non nisi per humilitatem exaltantur filij Dei. Existimauit mundus sumptibus & diuitiis ad saturitatem perueniri, videbit tamen iudicium Dei, quia non in opulentia, sed in paupertate regnum Dei est. Putauit in delitiis beatitudinem esse, videbit autem iudicium Dei, cùm Christus in cruce omnem delectationem vanam ostenderit. O præclarum iudicium crucis, quo delusos famulos suos, qui ad hostem Christi transfugerant, ad Christum reuocauit. Nam sicut si dubium esset circa mentem alicuius legis, sufficeret & præstaret omnibus Iurisperitis, ipsius legislatoris, si viueret, viua vox, quæ mentem eius aperiret, & diceret, hoc intédimus in hac lege; ita cùm mundus quasi in biuio esset, nec auderet à communi mundanorum sensu recedere, videns autem Christum legislatorem mentem in cruce satis liquidò manifestare, fit mundi iudicium, nam superbi posito fastu humilitatem cogitant, & aiunt: Cogitaueram ego sublimem locum præclariorem esse, sed ô iudicium Dei, audio Christum dicentem, *Ego sum vermis, & non homo. Yo pensaba dice el rico que la felicidad estaba en el regalo, veo adios en vn pesebre, Iuicio de Dios*; quare vbi Roma depingitur in Apocalypsi ad fidem, ad se, & ad meliorem mentem rediisse, illud quasi iudicium Dei describitur, in quo ignis cuncta consumit, plorant nobiles, mercatores, & nautæ: quis enim putaret tale iudicium Dei futurum erga Romam, vt superbia eius deficeretur, & humilitas, imbecillitas, paupertas, & insipientia regnarent? *que por probreza se va al cielo?* ita quidem, hæc est legislatoris mens; quare, inquit Bernardus, aut mundus errat, aut Christus fallitur; hoc est impossibile: illud ergo certum & manifestum est. *Ecce iudicium.*

Psal. 9. *Quale iudicium mundi egerit Christus per crucem.*

10.

11. Superest vt pro meritis pœnas luant tres hostes humani generis. Primò namque mundum, vt par est, puniuit, vt ait Origenes [a], eleuando illum in crucem, in qua Christus eleuatus, nudus, exprobratus eleuauit mundum à diuitiis, ab honore, à deliciis, à terra denique, & omnem gloriam eius ad se traxit, ibique qui quondam mundani fuerant, fatentur mundum nouum nouásque diuitias inuenisse. *Absit mihi gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, &c. per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo*; ibi crucifigam mundum, & ostentui exponam, pudeat mundanis mundano more viuere, ex quo ego in crucem ascendi. Secundò, *triumphauit eos in semetipso*; hac enim de causa ita nudus, ita omni discipulorum ope destitutus in crucem ascendit, vt planum fieret in seipso, & non in alio, in brachio suo, & non in potentia hominum salutem attulisse. *In brachio tuo auxiliatus sum tibi.* Carnem item etiam in cruce confixit. *Scientes quoniam vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati.* ibi confixit, non quia omnino extinxerit bella carnis, semper enim durant; sed quia bella quæ deinceps mouet, sint carnis quidem, sed crucifixæ, vt licèt manus & oculos corpúsque habeant fideles, & praui insurgant motus, turpésque perturbationes, sint tamen quasi motus hominis crucifixi, & qui a Christo & à cruce renuit remoueri. Tertiò dæmonem expoliauit, & peccata omnia, quæ quasi graue onus grauabant homines, ad se transtulit: quod onus ita est graue, vt gigantes sub onere gemant. *Sicut onus graue grauata sunt super me*; hæc omnia obligauerant mortales, libere enim se obligant dæmoni peccádo, vt videas ante opus peccati quàm solerter debes cogitare, quid ago? quid molior? sicut qui fideiussoris pro amico obligationẽ vult subscribere, quàm tarde pennã sumit? quàm attente omnia circunspicit? quàm serò ad chartã exarandam accedit? Has igitur obligationes temere ab vniuersis hominibus factas deleuit, & cõfixit vna die in cruce. Quod qualẽ materiã gaudendi & exultandi dederit, nemo intelligit, nisi qui graui æris alieni pondere premitur, vel qui legit D. Paulum ad Galat. 3. *Conclusit omnia sacra Scriptura sub peccato, vt promissio ex fide Christi daretur credentibus, hecho presso Dios al mundo, paraque ninguno saliese de la carcel sino por fee y meritos de Christo.* Ælius Spartianus [a] refert de Adriano Imperatore, quòd cùm vellet omnium ad se voluntates pellicere, innumeros fisci regalis debitores ex vrbe & ex Italia in diem vnum conuocauit. Videres vndique vinctos & citatos ad denuntiatam diem trahi; timidi omnes pallidi, tunc maximè cùm in Traiani foro rogus excitaretur, tunc ille vtpote mundi imperator, & qui in terra nulli alteri deferebat obsequiũ, ablatis ab vnoquoque obligationis litteris, & in fasciculum collectis, simul in rogum iniecit comburendas. Titulus téstatur, qui incipit, *Imperatori Cæsari D. Traiani,* &c. & subducta ratione a Budæo, 27. milliones vna die remisit. Silet tamen humana tenuitas coram te, ô crux, ô imperatrix orbis, ante quã *omnia conclusit sacra Scriptura sub peccato,* omnibus dicta dies ab Adamo, at tu tuúsque Imperator Christus in rogo illo amoris & pietatis *delens quod aduersùm nos erat chirographum decreti,* &c. *canzelo y clauo en la cruz todas nuestras obligaciones,* & noua insuper dona latroni, Saulo, Magdalenæ donauit.

a In verba Pauli, *Absit mihi.*

Rom. 6.

Quid est carnem suam crucifigere.

12.

Quid præmeditandum ante peccatum.

a De vita Adriani Imperatoris.

Iam de captiuis asserẽdis agit, qui sub dæmonis potestate tenebantur. nam ideo S. Ephrem [b], & Rupertus [c] crucẽ vocát *firmamentũ fidei, captiuitatis nostræ solatium*, imò & 2. Reg. 7. Dauid inter alia diuina dona populo collata refert, *Quem redemisti tibi ex Ægypto gentem, & Deum eius.* Nam licèt Tigurina habeat *gentem cum iudicibus eius*, hoc est, principibus, & ducibus: alij autem etiam Deum ipsum liberatum quodammodo intelligant, quasi ipse se in vincula detruserit cum populo suo, dolores eius senserit, vt in rubo monstrauit, ac tandem etiam in libertatẽ fuerit 13.

b De cruce.
c Lib 6. de officiis c. 21.

Crux ipsa dũ exaltatur & inuenitur quasi redempta dicitur.

assertus. Non potest tamen ô crux sanctissima in dubium verti, an tu gentem & Deum ipsum eduxeris è captiuitate, in te enim abscondita erat gloria Christi, & dono Dei Heraclitus nos & Christi gloriam de captiuitate eduxit. *Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur*; quæ verba Hiero explicat de crucis redemptione, & Chrysostomus [a], *Crux orbem conuertit, atque sanauit, veritatem reduxit, terram in cælum restituit, & ex hominibus Angelos fecit*, & hoc est quod vno verbo dixit Rupertus, *salutem acquisitam, reducem vitam*.

Psal. 92.
a Hom. 55. in c. Matth. 16.

14. *Saluationem perfectam.* Quam saluationem & possessionem hominum ipse Dominus indicat, dicens, *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum: dexadme subir a la cruz que yo tomare possession del mundo todo.* Vis rem istam grandem, vt par est, expendere, finge tibi hominem qui in omnem partem vincula & ligamina fortissima iaceret, & siluam robustarum quercuum depellere, & auulsas ad se trahere moliretur. Quid tu eras munde, orbis quid eras, nónne quercus Basan, robustissimi peccatores, altis radicibus in malo obfirmati, te vniuersum occupabant? & quis, aut quomodo traxit omnia nisi crux? Ad hoc notanda est Ægyptiorum obseruatio circa *Tau*, hoc est, sceptrum in formam crucis, vt quidam putant conformatum; hoc enim vocabant, *funiculum triplicem*, & quia amor alienatos animos allicit, colligit, deuincit, etiam amorem *Tau* vocitabant, à voce antiqua *Tau*, quæ est *attrahere*, & colligare. Non ignorauit hoc Plato [b] in Ægyptiorum eruditione apprimè versatus, dum ait, *Tau habere vim ligandi*, hic est *funiculus ille triplex, qui*, vt ait Sapiens, *difficile rumpitur*, hic est amor ille in *Tau*, crucifixus, qui omnia trahere ad se posse promisit, vel, vt legunt Græci, *omnes traham ad meipsum*. Nam in hac cruce anima suspenditur *à terra* (ait Drogon Episcopus [c]) *& dulcia poma de ligno vitæ decerpit. Nihil ab illo liberum fuit, in communionem sui, & terram traxit & cælum: traxit ad se Patrem, quia clamor eius introiuit in conspectum eius, & contremuit terra, & petræ scissæ sunt.* Traxit denique ad se inferos, & mortem ipsam, vt in barathrum deturbaret, *præcipitauit mortem in sempiternum*, atque adeò Ioanni dictum est, *Bestia, quam vidisti, fuit, & non est.* Nam, vt ait Chrysostomus [d], *ex arca Ecclesiæ eliminatus est diabolus; qui verè niger & tenebrosus coruus est, suffocatus est in aquis Baptismi*. alludens ad coruum qui dimissus ab arca non rediit: suffocat autem eum in aquis Baptismi, pellendo eum à baptizatis, vt verè dici possit fecisse Christum *saluationem perfectam*.

Omnia ad se mirabili modo de cruce Christus pertraxit.
b Citatus à Goropio lib. 6. in Hermath.
c Lib. 1. de sacra Domini passione lib. 1. tom. 2. biblioth.
Apoc. 17.
d Tom. 3. ser. 1. de Spiritu sancto.

15. *Liberationem perpetuam.* nam post victoriam, crucem, quasi trophæum excitauit, & firmauit Christus, vt perpetua esset eius liberatio, ideo namque vbique figitur, inquit Chrysostomus [e], quia seruat templa, defendit vrbes, *diabolus timet ensem, in quo lethale vulnus accepit: teme la cruz como el perro el palo, con que vna vez le dieron golpe.* Quod eleganter Deus ipse per Ezechielem decantauit, *Et scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile, & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum: ego Dominus locutus sum, & feci.* Quæ verba de cruce explicat Hugo [f]: nam etiamsi arborem vnum Sedechiam humiliauit, & arborem humilem Zorobabelem exaltauit: at Hiero de Synagoga intelligit, & de Ecclesia, *Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima eius, occidit ei sol, cùm adhuc esset dies.* Sed eleuabitur lignum humile. *Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo*: vt caueat vnusquisque, & accepta dona ad Deum referat. *Noluit benedictionẽ, & elongabitur ab eo.* Verumenimuero ipse sanctus Doctor nomine ligni viridis verbum æternum intelligit, quod in alto monte Israelis & in visceribus lectissimæ Virginis plantauit, cuius sublimitatem quis videat nisi Aquila? *In principio erat verbum, & verbũ erat apud Deum*, post verò proceritatem eius quis referat nisi Paulus: *Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam*; ac denique super omnes cedros excreuit, Angelos videlicet. *Qui est caput omnis principatus, & potestatis.* Germinauit creuitque sapientia & ætate, apud Deum & homines, ostensione videlicet maiori, arbor ista paradisi, pulcra aspectui, oculisque delectabilis. *Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios.* O corda hominum, huc faciem & oculos conuertite, rusticos omnes & siluestres reputabitis si huic meo sponso conferantur: huic vni vestrorum desideriorũ hedera inhæreat, amplexetur, & in cælestia conscendat. O pulcerrimũ lignum, & vtile! Verùm expecta, arbor meæ salutis, vult enim Dominus ramos amputare protensos. *Ego Dominus humiliaui lignũ sublime, & siccaui lignum viride.* O æterna parens, quid hoc? *quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est: quien tal pensara de tales entrañas que tubiera braço para podar este arbol? ego humiliaui*, hoc est, permittam. Et in quantã se abiecit humilitatem? in extremam videlicet, dum ille Altissimus *descendit ad mortem, mortem autem crucis.* Illud autem emphasim continet: nam cùm vellent inimici eius ex lege *Deut.* 21. vt maledictum reputare, non attenderunt ad verbum illud, *maledictum à Deo.* quod verbum nusquam in reliquis maledictionibus inuenitur, vt ostenderet reliquos homines à suis peccatis maledictos esse, Christum verò à nemine posse maledici, nisi à Deo propter scelera nostra. Igitur ob nostra crimina lignum istud pulcerrimum abscissum est: ita quidẽ, ait Isai. *Abscissus est de terra viuentium, propter scelus populi mei percussi eum*, &c. & Paulus, *Christus nos redemit de maledicto, factus pro nobis maledictum.* O charitas Patris immensa! ô ineffabilis filij amor; vsquequo progressus es, vt nos ad vitam reuocares? O nostram duritiem! ô vecordiam mortalium, quousque tandem tanta peccatorum maledictio grassabitur in nobis, pro quibus maledictum fecit Pater filium sibi amantissimum? Christus Iesus maledictus in cruce ob tua maledicta peccata? Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Audi verba non sine reuerentia proferenda, *Ego Dominus humiliaui lignum sublime.*

e Apud Hugonem in fi. Ezechielis 17.
f In Ezech. c. 17.
4. Reg. vlt. & Ier. 37.
Ier. 15. 9.
Isai. 35. 1.
Psal. 108. 18.
16.
Ioan. 1, 1.
Ephes. 1.
Coloss. 1.
Luc. 2.
Opus crucis diuinum tam in humilitate quàm in exaltatione.
Cap. 53.
Galat. 3.

Et exaltaui lignum humile. Tunc enim cùm abieci maiestatem filij mei vsque ad crucẽ, tunc exaltaui illam, & erexit caput, & exaltaui quidem vsque ad cælos: nam cùm fores eius obseratæ essent, claue crucis reserauì, & super humerum filij mei imposui. *Dabo clauem Dauid super humerum eius.* Hæc cælos aperuit, & paradisum reserauit; illa enim sanguinis & aquæ effusio & aqua extinxit igneum gladium custodientis illum, & sanguine obtundit aciem gladij, talique ictu fores pandit, vt commotæ sint inferi portæ, vt ait Propheta, *Conturbati sunt principes Edon, robustos Moab obtinuit dolor, obriguerunt*, &c. 17.

Isai. 22.
Quantũ exaltauerit crucẽ Christus.

de

de dæmonibus enim exponit Gregorius Emissenus. Perge tu, Christiane, insectare illos; iam enim facile erit profligare eos quos timor & pauor occupauit. *ya van de capa caida y no tienen fuerza si vos no se la dais. ego enim Dominus exaltaui lignum humile*, & ita quidem exaltauit vt vno & æquali honore cum Christo venerandam & colendam proposuerit. *Ego Dominus feci.*

18. *Et scient omnia ligna regionis, quoniam ego Dominus humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile.* Certum sit omnibus à nemine salutem & vitam, nisi ab hoc ligno expectandam. *Ego Dominus feci*, pro *faciam*: *yo lo dixe yo lo cumplire el cielo se desportillarà y la tierra se derretirà, pero mi palabra, no.* Nulla præter crucem salus, quare vt perpetuam hanc saluationem & stabilem prædicet Isai. subdit,
Isai. 22. *& aperiet, & non erit qui claudat, claudet & non erit qui aperiat, & figam illum paxillum in loco fideli*; quid ais? iam clauem, iam paxillum vocas? & quare paxillum vocas? *palillo porque era desechado*; *& erit in solium gloriæ domus patris sui, & suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius, vasorum diuersa genera*, &c. *vsque ad omne vas musicorum*: figebatur enim
19. lignum in medio tabernaculi, vel domus, cui primogenitus filius comparatur, à quo pendent reliqui minores fratres, & omnia ex illo vasa suspendebantur. Fixit ergo Christus in sublimi montis Sion lignum crucis quasi paxillum, ex eóque omnia vasa gloriæ suspendit, Virgo, Apostoli & Martyres iustique omnes inde appensi sunt, non quia omnes in cruce obierint, sed quia omnes clauis tribulationis confixi sunt, ne offenderent, sed confiterentur crucifixum. *Vas* in sacra Scriptura significat instrumentum cuiuscumque rei: vasa mortis arcus & sagitta, vasa musica cithara & lyra. Omnia igitur instrumenta, quibus olim Deum offenderant, ex hoc paxillo suspenderunt: retia Apostoli, reges sceptra, iuuenes possessiones, virgines suas dotes & ornamenta, & amore & dolore perculsæ, cum Christo confixæ & suspensæ fuerunt: crux ista beatissima, vt sicut in salicibus suspendas organa. O gratus aspectus! ô spectaculum mirabile! ô mundi iudicium, en Paulus voce præconis non iustitiam, sed Dei pietatem prædicat. *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.* Notum sit omnibus qui Christo nomen dederunt, in cruce eius suspendere debere carnis delitias, inordinatas appetitiones, & omnia instrumenta peccandi. Verùm proh dolor! quàm pauci sunt, ô crux sancta, qui sua de te suspendant spolia? omnes terrena deperditè amant, delitiis diffluunt, & soli ventri seruiunt. Alij, inquit Drogonius [a], timent crucem, quia latrones sunt. *Sed quare timent homines crucem? quia latrones sunt; si latrones non essent, crucem non timerent. Faciunt homines seipsos speluncam latronum, & quod maius homicidium, corpus occidere, an spiritum? quot homicidia in seipso perficit. Quid autem in omnibus suppliciis tam horrendum quàm crux? ideo timent crucem latrones, quia crux scelerum vindex est, crux aqua lance iudicat, & remunerat, ideo impiis formidolosa, piis autem super omnia ligna paradisi gratiosa est.* Verùm inter supplicia illud maximè formidandum quod

P. Prado in Ezech. 17. versu 22.

Impij quare inimici sunt crucu.

a Tom. 2. Biblioth. lib. de sacramēto Dom. passio.

subdit, *In die illa ego Dominus Deus exercituum auferam paxillum qui fixus erat in loco fideli, & frangetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo; quoniam Dominus locutus est.* Abstulit à Græcia, ab Africa, Asia, Germania, Anglia, caue ne etiam à te ô Hispania, quam colis externo cultu, auferat à mente, à moribus à mortificatione, quæ in externa cruce adumbratur, *frangetur & cadet.* Attende igitur Christia- 20.
ne, téque duplici cruce arma, & materiali quam adoras, & spirituali qua vitia amputas: nam non vacat mysterio quod dicitur Iosue 8. cùm Iosue apprehendit regem Hay, in cruce suspendit, vbi LXX. legunt, *Regem quoque eius suspendit in ligno gemino*; quorsum duorum lignorum mentio fit, ait Origenes [a]. *Si autem vt sciam duplicem esse virtutem crucis, in qua & Christus in carne suspenditur, & diabolus cum suo exercitu triumphat, ex intelligentia sacramenti ædificabitur anima mea.* Debes igitur in cruce tua configere vitia, nec in alio loco quàm in corde tuo, *in loco fideli*: vt verè designatus in nobiliori parte cognoscaris à Christo nunc & in die iudicij; ideo namque Cyrillus [b] vocat, *iudicium discretionis, fidelium ab infidelibus.* Tertullianus, *Deum ab Ecclesia, el Dios de la Iglesia.* Deus enim à dando dictus; quid ergo non dedit per crucem? *Saluationem* igitur *perfectam* nuncupemus cum Ruperto, *fabricam salutis, nautam mundi, naturæ decus, vitæ notionem, morum nobilitatem, sapientiam lucem doctricem orbis terrarum. Tenebrarum excidium*, ait Rupertus, *lucis infusorium, mortis effugium, vitæ nauigium, salutis imperium*, ac tandem Chrysostomus appellat *Regum magnificentiam, Imperatorum Philosophiam, orthodoxorum perpetuam gloriam.*

a In Iosue, & Num.

b In Ioann.

Rabanus apud Vinceñtiū Belsacensem, lib. 4. c. 29.

VERBVM FILII. Ioan. 3. v. 1. & seqq.

Erat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, &c. Sicut Moyses exaltauit serpentem, &c.

Sub specie crucis obscura, præbet se potentem, benignum, atque munificum, præclaraque ac diuina documenta relinquit.

DISCVRSVS LXII.

VENIENTEM ad nos Deum longè antè, quàm intentis oculis mentis contemplatus Dauid, iter pandit, & mundo silentio indicto ad diuini Regis excipienda facinora reddit attentum. 1.
Exurgat Deus, hoc est, postquam semel redux ad vitam immortalem Christus fuerit, iam quemadmodum cum arca ad prælia eleuabatur, omnes contenta voce dicant, *Exurgat Deus, santiago cierra españa.* iam certi de victoria victrices voces effundant, ad hanc enim fidelem vocem cadent inimici nostri. *Cantate Deo*; quid

Psal. 67.

Plausus & laus cruci ab omnibus datur, & triumphatori Christo dicitur.

quid moramini regij cantores? *Psalmum dicite nomini eius*: non est tẽpus tacendi, in quo sol, luna, petræ, sepulcra & mons ipse qua possunt lingua loquuntur. *Iter facite ei, campo campo, plaça al Rey triumphante*, qui super mortis equum vehitur, *qui ascendit super Occasum.* Sectantur regis currum *millia lætantium*, acclamantiúmque, viuat Rex, & licèt *viderunt ingressus tuos Deus, & principes Iuda duces eorum*, ibi regis stipatores, *manda Deus virtuti tuæ*, & ibi etiam Beniamin adolescentulus, Hebraicè *Zaguil el que naçio postrero, Iuan el regalado.* Cæterùm præcipuæ vocantur ad plausum istum fœminæ, crucis enim inuentio ab Helena lectissima inter fœminas, mulierum laudes exposcit, *in medio iuuencularum tympanistriarum*; & vbi nos legimus, *Dominus dabit verbum euangelizantibus*, Hebr. habent, *euangelizatricibus*, eis datur crux per aliam fœminam absconditam; fœmina enim triumphatorem peperit crucis, fœmina thesaurũ istum inuenit, fœmina gratiam nobis obtinebit, Maria videlicet sanctissima, cui si crucem quam amiserat reddimus, gratiam quam amiseramus ipsa inuenit, seruauit atque concessit. Sit igitur nostri discursus thesis, fœminarum

NERVI DISCVRSVS.

istud præclarum encomium, *Rex virtutum, dilecti, dilecti, & speciei domus diuidere spolia.* Tria sunt in duce nostro maximè canticis celebranda. Primum, in despicabili & infami ligno thronum suum regium, maiestatem, potentiam in infirmitate ostentasse; inuentio quidem digna Deo, *Rex virtutum.* Secundum, *dilecti, dilecti*: etiamsi rei bellicæ incumbit, non tollit hoc, quin amet, & amatoriè prosequatur sponsam: inuentio autem noua in hoc est, ducet nempe sibi fœdam, & faciet pulcram, infamem honorabit, sterilem matrem filiorum Dei efficiet. Tertium, *& speciei domus diuidere spolia.* Erit largus & munificus, nec deerunt multa quæ distribuat: inuentio autem in hoc consistit, vt nudus cùm sit ditet omnes, & expoliat principatus, vt Ecclesiam suam, & speciosam domum, speciosis etiam spoliis ornet. His tribus Euangelium consonat, ambóque sigillatim expendemus.

2. *Rex virtutum.* Titulus Regem manifestat, etiamsi sedes indigna Rege videtur: sed tamen in qua tanquam in sede maiestatis suæ

Crucis regia maiestas.

orbem iudicabit. Vis scire dignitatem huius throni, lege Isai. 6. qui vidisse narrat Deum in excelso throno, in tanta gloria & maiestate, vt ex redundantia eius, *& ea quæ sub ipso erant, replerent templum.* & postea addit, *Audite audientes*, &c. quæ visio sic apertè de Christo eiúsque throno agit, vt D. Ioannes nullum dubitandum locum reliquerit *cap.* 12. vbi cùm mentionem fecisset Iudaicæ cæcitatis, & mortis crucis, addit: *Hæc dixit Isaias quando vidit gloriam eius.* nec de Christi persona, nec de throno, scilicet cruce eius, ambigendi locum Doctores graues* dederunt, sed præcipuè de throno Augustinus ait, *Mirantur autem Seraphim quod Dei filius tantum se humiliauerit, & crucem subierit, & terrenis innotuerit.* Liquet ex his thronũ esse crucem, in quo solùm visus est stipatus Seraphinis, quos ante Isai. nemo Prophetarũ viderat, venerant enim ad lectum & thronum amoris, fortes in amando, & ardentissimi Cherubini, in quo Rex fortissimus sedebat, *Rex virtutum*; nec solùm igniti erant, sed eandem cum Rege gestabant vestis formam: nam in formam crucis extendebant alas, vt sic placerent Regi: sicut aulici solent etiam in vitiosis rebus & notis corporis imitari regem; sicut

* Eusebius demonstratio. Euang. c.7. lib. 1. Hilarius lib. 2. aduersùs hęreses Arria. Ambrosius de Spiritu sancto lib. 3. c. 3. Cyrillus in thes. contra hæreticos lib. 12. c. 2. in Ioan. lib. 3. cap. 29. Augustinus quæst. in vetus Testam. quæst. 88.

3. ille Philippi gratiosus, qui cùm monoculum videret regem, altero se orbauit oculo; sicut ille alter claudicabat, quia simili modo incedebat rex: ita similiter in gratiam Regis sui Seraphim in formam crucis se conformarunt, quasi cum Paulo assererent, *Nobis autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* de qua throni claritate agere videntur verba Patris ad filium, *& clarificaui, & iterum clarificabo.* Nondum ô filij extincti sunt splendores illi, in quibus te genui, *in splendoribus sanctorum ex vtero*, etiam in cruce te *Regem virtutum* splendoribus circumfundam, ita vt omnia tuę diuinitatis, in mediis tenebris testimonium luculentum ferant. Verumenimuero non ita ad rem videtur spectare Nicodemi historia, siquidem in

3. *Gloria in ignominia.*

cruce excæcandi erant Iudæi, vt dixerat Isai. appositè tamen & percommodè venit si intentum Christi Domini respiciamus: nam voluit se simul Regem sapientem & potentem ostendere; & qua ratione hoc fiet? cùm videlicet stultitiam cum summa sapientia copulauerit, infirmitatem virtute, ignominiam gloria cumulauerit, honestaueritque ingloriam & infamem crucem. Fauet cogitationi nostræ Augustinus[a], verba Pauli declarans, *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.* Comparat igitur Christum Dauidi regi, dum apud Gentilem regem Philisthæum propter Saul confugerat, qui videns cunctum populum contra se commoueri, amentiam simulauit, & quasi fatuus saliuas per barbam diffluere sinebat: ait igitur Augustinus, *Sed attende, quia super barbam decurrunt saliua; quomodo enim saliuis infirmitas, sic barba virtus ostenditur.* cooperuit enim sub eo, quod mundus stultitiam iudicabat, veram fortitudinem, quam depromere non oportebat. Quare nunquam Dauid sapientior, nunquam robustior, quàm cùm fortitudinem imbecillitate, sapientiam stultitia dissimulauit. Sed ô quàm meliùs calluit omnia Deus, inquit Augustinus, *quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus*, quare in cruce vbi maior erat species stultitiæ, ibi maiorem sapientiam abscondit; quapropter eisdem rebus, quibus excæcauerant se Iudæi, oculos aperuit Nicodemo.

a Psal. 33. com. 2.

1. Cor. 1. 25.

4. *Erat autem homo ex Pharisæis Nicodemus, nomine Princeps Iudæorum. Hic venit ad Iesum nocte.* Iste nobiliorum & principum ad Christum accessus, semper vt res noua sedulò prænotatur ab Euangelistis. *Ecce princeps adorabat eum, erat quidam regulus, modò etiam erat homo ex Pharisæis, eran contados por los dedos los nobles que entonçes seguian a Christo*, & hic quidem nocte venit, vt vtrisque placeret, inquit Cyrillus[b], Iudæis quidem per diem, *principatus sui gratia*, & Christo etiam miraculis per motus, *vtrumque & fidem & gloriam hominum retinere cupiens, tenebris se commisit: de dia hablaua con el mundo y de noche con Dios.* At fortè commodiùs iudicauit in miserrimo sæculo, genteque omni vitiorum labe sordidata, & quam Deus à cælo purgare descenderat, per noctem venire, ne salus eius periclitaretur inter eos, quibus nihil fidebat Christus ipse, vt mox in Euangelio sequitur.

Mores sæculariũ principum.

b In Ioan. lib. 2. c. 33.

Cur nocte venit Nicodemus.

sequitur. *Iesus autem non credebat semetipsum eis, eo quòd ipse nosset omnes* (*id est, non fidebat eis qui credebant.*) fugiebat igitur vt poterat mundanum honorem, nobilitatem, munus, existimationem, (dæmonis quidem negotiatores) à quibus maximè præpeditum quondam fatetur Augustinus [a]. *Retinebant me nugæ nugarum, & vanitates vanitatum, antiquæ amicæ meæ, & succutiebant vestem meam & carnem, & submurmurabant: Dimittis nos?* Omnium igitur ora obtrudebat, sola protectus nocturna vmbra. Per hoc etiam insuper opus salutis tutius operabatur, nec enim frustrà, vt notauit eruditè Abulensis [b], iter arripuit Abraham nocte, non tantùm vt promptam obedientiam exhiberet, sed etiam ne si dies esset, à Sara interpellaretur, multaque à filio, aut saltem à famulis obiicerentur, & opus illud impediretur. Ego verò ex Euangelio rationem aliam desumam. Videns Ecclesia iam crucem cælesti dono inuentam, nobilem, formidolosum memorat Nicodemum; quasi diceret, videtis meticulosum? hic ergo fuit quem primum *Rex virtutum* armauit, hic primus crucem adorauit, & cruce armatus *audacter introiuit ad Pilatum*; mille enim clypei pendent ex ea, & vt Martialis vir Apostolicus ait [c], *Armatura vestra inuicta contra Satanam crux est, galea custodiens caput, lorica protegens pectus, clypeus tela maligni repellens, gladius iniquitates & angelicas insidias appropinquare non sinens, sola la cruz es poderosa para armar vna alma de punta en blanco.* Et quod vni contigit Nicodemo, hoc de multis commemorat Ezechiel, & Ioannes in Apocalypsi, qui cùm Angelos vident terram ex Dei iussu dissipaturos, audierunt vocem prohibentem ne *Tau* signatis in fronte nocerent. Quorsum in fronte Tau infigitur? frons enim locus est pudoris, & verecundiæ, &, vt sapiens quidam dixit, *limen est hominis*; alter, *sedes verecundiæ frons*: igitur sicut signata sanguine domus in Ægypto ab Angeli percutientis ira libera omnino fuit; sic crux data est in signum fidelibus, vt impauidi ad pericula, ad tyrannos, ad tormenta migrarent, illo armati signo, imò in die iudicij ad eos dicetur, *Leuate capita vestra.* Oues meæ, dicet, pretioso meo rubricatæ sanguine, nónne prædixi vobis venturum aliquando in sede maiestatis meæ? *Leuate capita vestra.* O Domine, terra tremit, fulgura & fulmina quasi à bene curuato arcu iaculantur, stellæ à suis sedibus auulsæ cadunt, feruens & tumidum mare quasi stupidum hæret, & in littoris arena decumbit, & non vis timeant miseri homunciones. Leuate capita vestra, inquit, est fronte crux descripta in Baptismo, & bona opera vestra aperto & hilari vultu vos protegent, sunt enim insignia *Regis virtutum.*

a Lib. 8. Conf. c. 11.

b In quæst. in Gen. 22.

Cant. 4.

c Epist. ad Burdegalẽs.

5. *Arma Christianorum crux.*

6. In hoc enim *Regis virtutum* potentia resplenduit, cùm milites creauit, & exercitum solo infirmo crucis signo instruxit, & armauit. Versat eleganter Arnobius [d], *Benedictus Deus qui docet manus meas ad bellum, & digitos meos ad prælium.* Domine quæ arma sunt ista? nónne porrigeres digitum tuum quo Ægyptum in interitum adduxisti? & de quo dixit, *Digitus Dei est hic*? nónne Chaldæum imperium in perniciem extremam tribus digitis attulisti, & vt à corporibus dæmonem pelleres, solum digitum denudasti, *in digito Dei eiicio dæmonia*? me verò imbecillem & infirmum solo meo digito munis? Cæterùm tu Dauid qui strenuus es miles, nec digito contentus es, coge consiliarios belli, & agita quæstionem istam, quænam arma commodiora eligat Deus ad instruendum suum militem. Nam ensis aptè quidem latus muniret hominum, benéque versarent; sed quorsum mulieribus aptaretur, aut quid ineptius quàm ense instructa mulier? at gladius non incongruè aptaretur fœminis. Sit ita, verùm quid agamus de pueris, quos etiam munire armis cælestibus conuenit, gladio autem minimè; frequens enim esset & plagas suscipere, & digitos circumligare, & curare. Elige telum; sed ô quantum occuparet manum, domum, Ecclesiam. Vides ô Dauid quàm aptè ad Christianam militiam, omnísque sexus conditionem, arma crucis applicaui? nam, vt ait Augustinus, *leui motu manus exprimitur*, & omnem percommodè armat ætatem, vt bene notauit Ionas Aurelianensis [a]. *Quòd si alia qualibet morte præuentus fuisset, quo signo (rogo) diabolus pelleretur? quo vexillo frons Christianorum tuta mansisset? qua figura, corporis & animæ firmaretur infirmitas? Nulla mors tantæ maiestati meliùs conuenire potuit, nisi quæ nobis perfectæ salutis indicia dereliquit.* Benedictus igitur Deus virtutum, *qui docet manus meas ad prælium, digitos meos ad bellum.*

d Super Ps. 141.

Exod. 8.

Aptissima crux ad instructionem nostram.

a Lib. 2. de cultu imaginum, tom. 4. Biblioth. Antiquorum.

Dilecti, dilecti. Sponsus etiam est, & apprimè mores amantium nouit, & amatoriè prosequitur (quis dicat?) crucem. Vnde Domine à te diligitur sponsa omnibus notis infamis, obscura, sceleratorum sanguine turpata, quam vnus potest honestare Deus? Secundò, fœda est atque teterrima; quænam enim tristior species & facies, quàm crucis & tribulationis? Tertiò, quo pacto filios tibi procreabit quæ ex officio filios reipublicæ punit, perimit, infamat? Cæterùm attende, & nouam Dei inuentionem contemplare. Nã consultò apposuit sequentia verba diuinus Vates; quid iactatis crucem obscuram & sordidatam esse? *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri: dexad a la nueua esposa que aunque la veais fixar en el lugar infame yo le dare titulo de reyna y que quede hermosa como vna paloma y tenga reclinatorio dorado. Dum discernit cælestis reges super eam, quando Dios se resuelue en leuantar vna criatura. Niue dealbabuntur in Selmon* (Selmon obscuritas, sordes) in ipsa obscuritate illustrabit, in ipsis sordibus emundabit, *yo los sabre illustrar.* Quid enim est honor & gloria (inquit D. Thom.) *gloria est clara cum laude notitia*; à qua igitur creatura maiorem accepit gloriam Deus, quàm à cruce. Crux ergo Dei gloria est. Vbi eius attributa potentiæ, sapientiæ & bonitatis maiorem sui speciem hominibus dederunt? nam in cruce infirmum fortè superauit, dedecus orbem honestauit, bonitas se totam effudit: habet ergo crux gloriam, dum talem tanto suo sponso concedit; imò tota Christi gloria in terris crux est, vt ait Cyrillus. *Gloriatio gloriationum est crux, quod sciens Paulus dixit: Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Vnde fit si contingat crucem filios generare, hos futuros esse nobilissimos, & præclarissimos. Nunc ergo opportunè sequitur in Euangelio,

7. *Amatoriè prosequitur crucem Christus.*

Amen

8. *Amen amen dicò tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.* Scito sapiens hoc te nescire, etiamsi grandæuus sit homo oportere vt noua natiuitate ad salutem efferatur; & quo pacto hæc mirabilis nascentia continget? aqua, inquit, & Spiritu sancto. *Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est.* Sicut enim ex ignobili & obscuro parente nascuntur filij pari nota infecti, ita à carne non nisi carnales, & à spiritu spirituales & noui filij procedunt. Et vt pennæ columbæ sint & purissimæ, nempe ab Spiritu sancto, qui incubat super aquas vt filios regeneret, etiam filij spirituales procreantur, & qui à parente optimo adoptantur. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Vnde tamen habet aqua Baptismi vim regenerandi, & tales támque illustres filios? Recte rogasti, habet à cruce fœcunditatem, habet à Christo splendorem; quare Nazianzenus [a] Baptismum vocat *splendorem animarum*; & Philo Carpatius [b] matrem Ecclesiæ appellat: *crux humanæ salutis auctrix est, in qua salus mundi auctórque perpendit; in cruce enim cum dolore cordis & corporis parta est Ecclesia.* Sicut enim Moyses exaltauit serpentem in deserto in medelam eorum qui percussi fuerant; sic ego sola imagine peccatoris: speciem enim istam assumam, vt dulciùs ad meum amorem sponsam & filios pelliciam, vt ait Bernardus [c], ne putaretis exiguo pretio emptos leuiori vinculo teneri ad amandum; hac enim de causa Euam non à terra, sed de latere & costa Adami fabricauit, vt arctiori vinculo amoris mulierem erga hominem colligaret. Hoc ipsum prætendit, inquit Paulus, in morte crucis, & in

9. specie peccatoris, nempe vt Christus diligeretur ab Ecclesia, quam tali matre progenitam, cruce videlicet cum dolore & clamore valido in lucem edidit; serpens enim æneus potiùs nobilitatem Christi significat, & per contrapositionem adumbrat. Sicut enim serpens, etiamsi non erat verè serpens, sanabat; ita Christus, qui non erat vere peccator, saluabat, quæ optimè obseruauit Nazianzenus [d]. *Serpens æneus aduersus morsus serpentum suspenditur, non tamen vt Christi passi typus, sed contrarium per antiphrasim intelligeretur.* Ex quibus planum fit crucem ingenuorum filiorum Dei matrem esse, ita vt sicut virgo purissima Maria dedit nobis redemptorem, crux dedit nobis redemptionem, atque ita digna facta est Christi sponsa, ad eiúsque nuptias vestem ad eandem formam dissecuit: nam & ille extendit brachia, protendit & ipsa, ita vt Christus à cruce, crux à Christo speciosam formam accipiat, parem subeat formam, nomen & dignitatem, quod notum est pueris ipsa elementa litterarum ediscentibus. nam & crucem Christum, & Christum crucem appellant, vt notum sit omnibus infamiam nostram & ignobilitatem non à nostris parentibus ductam, sed à nostra degeneri viuendi ratione; fugimus enim crucem quasi nouercam, quasi ignobilem. Pudet aliquem sui parentis, manifestè ostendit se nobiliorem electurum fuisse, aut ditiorem, si in potestate sua fuisset: ecce ergo sapientia Patris, potuit eligere matrem & sponsam, & elegit crucem, & Paulus potuit eligere matrem, & relicta Synagoga adhæsit cruci; in quo igitur consistit superbia nostra, vt matrem tot filiorum Dei propagine illustrem contemnamus? *Dilecti, dilecti, esposa del bien quisto y amante sabio que no se enamora de legañas.* Sed quod in his filiis diffidentiæ vera mater amittit, in aliis non frustrata effectu recompensat, vt scribit Bernardus [a]. *Non apparebit vltrà vacua in nobis crux Christi, quemadmodum in multis filiis diffidentia, omnino refloruit quasi de nouo lignum, in quo pependit Dominus, ipse colligit vos, qui diligit vos tanquam viscera sua, tanquam fructum pretiosissimum crucis suæ, tanquam dignissimam recompensationem effusi sanguinis sui.* Vocat nobiles viscera Dei, & dignos crucis fœtus, quos semel regeneratos locupletat, vt iamiam sequitur.

Et speciei domus diuidere spolia. In cruce se Christus largissimum præbuit donorum distributorem, nam omnibus quidem distribuit non viliora, *sed speciei domus: lo mas precioso de todo su palacio, speciosa domus.* Huc facit insigne illud Christi, cui præclarum illud verbum subscripsit Paulus, PROPTER QVOD, *blason illustre del escudo Real de Christo. mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen*; quasi dicat, ab humilitate crucis nomen sortitus est Saluatoris, & spoliorum distributoris; eleuat enim quasi vexillum crucem, & sub eo nomen IESV collocat, more antiquorum, qui sub vexillo regio Romanarum legionum, vbi res numaria asseruabatur, nomen regium constituebant; quasi dicerent, ab illo bello & vexillo præmia digna facinorum depromenda fore. In cruce igitur tanquam sub vexillo sanctorum militum pro quantitate laborum stipendia continentur, vt etiam Isai. prædixit, *Eris radix Iesse qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur: agora esta como raiz en cubierto mas el leuantara la vandera de su cruz y luego vendran a alistarse debaxo de ella los mas alexados*: sciunt enim ibidem esse *diuisorem spoliorum, alli esta la arca del pagamento general.* & pro mensura laborum sic erit, & seges prouentus, vt eleganter Chrysologus [b] ait: *Credamus quod crux nostri corporis sit aratrum, fides semen, sulcus sepulcrum, resolutio germen, expectatio tempus, vt cùm ver Dominici aduentus arriserit, corporum nostrorum matura tunc viriditas vitalem resurgat in messem.* Nam etsi regibus & imperatoribus solemne fuit dona largissimè populo distribuere, vt de Tito refertur, & in sacra pagina Dauid de Saule commemorat. *Filiæ Sion super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis*; verùm tibi, ô mi Rex vnice, nomen conuenit *diuidere*, hoc est, *diuisoris spoliorum*, qui in dedicatione illius theatri Caluariæ montis, in quo nostra salus peracta est, ludos instituisti, & grande spectaculum, ad quod confluebant omnes, vt ait Euangelista: illic tamen tua effusa munificentia resplenduit, nam Patri dedisti animam, matrem discipulo commendasti, discipulum matri, vestes militibus, latroni regnum, carnificibus sanguinem, humano generi redemptionem, limbo lætitiam, mortuis resurrectionem, corpus terræ, inimicis orationem, legi finem, & tibi, ô pretiosa crux, quid tandem contulit, nisi gloriam & diuinitatem, & speciem & decorem? Verè quidem *diuisor spoliorum*, & non qualiumcumque, *sed speciosa domus.* Et vt nemo tantorum spoliorum expers fieret, nobilis inducitur Nicodemus, cui non postrema pars obuenit; nam vix animam Christus exhalauit, cùm vidua manebat tali orbata

Marginalia (left column): *Noua natiuitas per crucem.* — a In sanctū Baptisma. — b Cant. 4. — c Ser. 20. in Cantic. — *Mater nostri amantissima crux.* — d Oratione 2. de Pascha.

Marginalia (right column): a Epist. 110. ad Gaufredum. — 10. — *Donorum distributor largus in cruce Christus.* — Vegetius de re militari. lib. 2. c. 10. — b Ser. 103. — 11. — *Nicodemi laus, & pietas in crucem.*

bata sponso crux. Hic primus cum vniuersa familia coluit, adorauit, & ad eius pedem prouolutus est. Si ita, ô mortales, retribuit officia formidolosis, quanto maiora donabit strenuis & audacibus? si corpori suo defuncto obsequia impensa sic persoluit, quibus donis cumulabit eos qui viuum & præsentem colunt. Grata quidem & gloriosa inuentio tegere fortitudinem infirmitate, thalamum & delicias in sanguinante sponsa, thesaurum diuitiarum sub vexillo paupertatis, & nuditatis, & hæ nouæ inuentiones eò tendunt vt nos vnam nouam & mirabilem crucis inuentionem celebremus, de qua iam pauca subiiciam.

12. *Inuentionem crucis & tribulationis ægrè colimus.* Nullum enim festum minus acceptum fidelibus video, quàm crucis inuentionem, in hoc solum minus Christiani videmur, fugimus crucifixum, & socij fieri laborum horremus. O quàm solemnia sunt prosperitatis festa apud prophanos, nam & primogeniti diem natalem & litis secundam & faustam sententiam, & alia quanto possunt gaudio concelebrant. E contra verò iusti sua in tolerando gaudia posuerunt, ex D. Iacobi consilio. *Cap. 1.* *Omne gaudium existimate fratres, cùm in varias tentationes incideritis, sea fiesta de seis capas en vuestro Kalendario entrar por vuestra puerta la cruz el trabaxo la enfermedad.* O noua loquendi ratio! ô inuentio peregrina gaudendi, homini quidem, verùm non Christiano, ante cuius oculos Christus in cruce præscriptus est. Nam quid est, obsecro, inuenire crucem, nisi matrem reperire, honorem insuper, gloriam & protectionem, sicut apertè Nicodemo monstrauit, est enim vera nostra spiritualis mater. Videas quendam virum vitiis sordidatum alienum à diuinis prophanis occupatum, & hoc repentè inuento thesauro & ægritudine, vel iniuria vel iactura bonorum in meliorem frugem reddit, & fit sanctus; quid hoc? *Gaudium in tribulatione.* inuenit thesaurum. Nam qui in laboribus non est, deterior est, & exiguos in sanctitate progressus fecit: sicut pullus, qui dum intra testam est, quàm languidus, deformis & impeditus est, at cùm pia mater rostro testam frangit, effringit vincula, quàm expeditus, quàm nouus fit, vita, rostro, alis, & forma? Sumus etiam nos imperfecti, dum intra testam sumus amoris, rerum visibilium; dum verò crux quasi pia mater rostro nos pungit, excitatur in nobis vita, spiritualis feruor, nutrimur denique, & vita fruimur; nam dum fouemur delitiis, plausibus, imbecilles, fœminei, atque carnales efficimur. 13. *Hebr. 12.* Ponderat hoc Theophylactus in verba Pauli, *Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris. Pulcrè ait, videtur non esse, non enim verè est mœroris; quomodo enim fuerit mœroris, cùm sit lætitia mater? sed nobis qui ægrè ferimus, videtur.* Idem Hilarius [a]. *Nunquam dulcius sancti requiescunt, quàm dum laboribus fatigantur.* & Hieronymus [b], *Christianis vexilla crucis sunt delitiæ, trophea nostra vitæ, non pompis, sed miseriis reputantur, in nostra classe viri fortes opprobria sciunt portare, non munera; ideoque plus vobis datum est non solùm vt credatis, sed etiam vt pro Christo patiamini.* Chrysologus denique [c], *Sicut misit me Pater, & ego Mitto vos: Mitto*, inquit, *ad tolerantiam famis, ad onera vinculorum, ad squalorem carceris, ad perferenda omnia genera pœnarum mitto, non authoritate adhuc iubentis, sed toto diligentis affectu.* Ex hoc amore profecta est inuentio ista crucis, ait Paulus. *Placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.* Egregia inuentio, loco diuitiarum paupertatem, dedecus pro honore, hostes pro amicis conferre; vt vna cruce multas sanctificaret cruces, & vnus crucifixus multos suæ gloriæ socios haberet, sibique persimiles, vt in parallelo videre licet, si hinc Christum in cruce hîc in tribulatione positum hominem contemplemur. *Parallela Christi crucifixi & hominis tribulati.* Christus per crucem in altum & sublime eleuatus est, fidelis per tribulationem, terrenis affectibus depositis, in cælestia sustollitur. Christus brachia æquè in dextram & sinistram protendit, fidelis in tribulatione æquanimitate Christo conformis cum vtraque fortuna componitur. Christus in cruce pedem pedi imposuit, quasi per otium ibi esset, quia omnia iam consummauerat; fidelis omnia per patientiam in cruce perficit, & consummat. Christus in cruce palmas extendit, & fidelis in tribulatione largas manus & perforatas ad subleuandam inopiam habet. 14. Christus in cruce à tergo tormentum habere videbatur, & fidelis qui constans est in tribulatione, quasi à tergo humeris celsóque animo, (qui non est nisi in tribulatis) omnia perfert, & portat. Christus in cruce coronam habet, sed spineam, & in cruce discit fidelis ea munera obire, quæ oneri sint, non honori, & ex Dei amore pœna sint, non gloria, onus quidem imperare, gaudium vsque ad mortem obedire. Christus in cruce cor patens habuit, & in laboribus sinceritas generatur & veritas duplicitati & falsitati contraria. Christus in cruce omnibus cor præbuit, & tribulatio mitigat animos, aspera lenit, inimicitias pellit. Christus in cruce matrem, mulierem appellat, & in tribulatione Dei seruus carnis & sanguinis delitiis renuntiat, & solam spiritualem cum Christo cognationem æstimat. Christus in cruce sitim animarum habuit; tribulati enim non blandi & delitiosi proximorum saluti studiosi sunt. Christus in cruce caput altissimo Patri demisit, qui omnibus capite celsior erat: & in tribulatione positi paruipendunt primatum & dignitates. Christus in cruce dixit, consummatum est: & in tribulatione hæc gloria decantatur bene vitam consummare, qui in laboribus sunt constituti. Christus in cruce paradisum concedit latroni, & in laboribus sic purgantur homines, vt possint Deo associari, & comites fieri ad Regna cælorum. Christus denique in cruce, in morem exilientis, pedes copulauit, brachia extendit, pugnos plicauit, & oculos in terminos fixos habebat: & in tribulatione positus saltum facilem super mortem vltra foueam, vltra sepulcrum, imò vltra omnia mundana fecit: nam pedes vix nisi in miseriis subsistunt, manus doloribus, ad dexteram & sinistram plenæ oculi in præmio, in fine & in gloria defixi, quam expeditus homo consequitur, & experitur: quod Tertullianus [a] scripserat, crucem intestinum trophæorum esse gratiæ, & gloriæ.

Gregor. in 1. Reg.

a Canone 11. in Mat.

b In regula monachorum.

c Serm. 84. Luc. 10.

a Apologet. contra Gentiles.

VERBVM SPIRITVS sancti. Hebr. 12. v. 2.

Aspicientes in Auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, &c.

Decreto ornatissimo sponsam obscuram & contemptibilem amat, ducit, ornat, & illustrat.

DISCVRSVS LXIII.

1. DIFFICVLTER celari possunt animi affectus; & quod in amoribus est, ægrè tegere possunt, non principes solùm, sed neque sapientes, nedum sinceri rusticique pastores. Cordi erat maximè, & singulari animo in Rachelem Iacob, non propensus solùm, sed mancipatus: at post fidelem illam septem annorum seruitutem, frustratus labore cùm manus commutauit Laban, Liam illi tradens, nequiuit generosum viri pectus talem concoquere & celare ingratitudinis offensam, verùm deuorata acerbitate, asperitate, & duritie Labani, nouo studio Rachelem suam, sibi septennio laborum cōparauit. Non possunt dulces animi affectus, mi Rex, omnino occultari; quęnam enim ista tua vltimæ noctis sedulitas, & solicitudo? quæ mysteriis plenæ repræsentationes? quæ splendidę mensæ? qui plausus? quò respicit singularis iste amor? O quàm ægrè noster Rex suos potest amores celare? Sequamur vmbram istam Iacob, & fortè diuinum Christi amorem venari licebit. Ambæ istæ fœminæ (inquit D. Isidorus [a]) Rachel & Lia, duas alias Christi sponsas adumbrarunt: crux erat vna, quæ finis erat temporalis vitæ, gloria alterâ, quam sibi despondit in die resurrectionis, quam sine fine adamauit. Vtramque tali amoris vinculo sibi copulauit, vt quod à se & à suomet corde Iacob obtinere non potuit, Christus præ amore nostri facili negotio peregerit, cùm nempe æternus Parens suo coæterno filio liberè proponeret, quam potiùs eligeret sibi ducendam, aut æternam Rachelis, hoc est, gloriæ pulcritudinem, aut crucis fœcunditatem, infamiæ coniunctam, elegit (ô pietas) fœdam mortem pituitosam Liam, priusquam ad suæ Rachelis gloriosum thalamum ascenderet. Hoc sensu verba ista Pauli, *Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.* Commentatur S. Gregorius Nazianzenus [b], *Cui cùm liberum fuisset manere in propria gloria, & diuinitate, non solùm exinaniuit semetipsum vsque ad formam serui, sed & crucem sustinuit, ignominia contempta.* Quem affectum ita clarè manifestauit suis aulicis Rex noster, vt ardentem eius nuptiarum cupiditatem contemplantes, ad oblectandum eius animum imagines expressas suæ sponsæ interdum offerebant; hoc enim videntur

2. intendere Seraphim, qui in formam crucis conformati, passis alis, & brachiis extēsis, sponsę crucis speciem offerebant. & additur, *& ministrabant ei*; quia videlicet alis aërem ventilantes cor ardens amore refrigerabant, quod instar camini amore sponsæ flagrabat. Hæc etiam fuit maturandi gressum causa, cùm intrat Hierosolymam, & vnum & alteram, pullum & asinam, postulandi ratio, vt nempe viam ad sponsam acceleraret, & magnis itineribus confectis, & mutatis ad celeritatem iumentis curreret, ita vt tardiores essent Apostoli, nec eius gressum possent exæquare. Et cùm vellet Paulus fideles ad diuinæ gloriæ brauium capessendum excitare, Christi ad sponsam properantis documentum affert. *Aspicientes* figite oculos *in authorem fidei*, qui prior vobis æterna bona prædicauit, & obtinuit; *& consummatorem Iesum*, qui vt summa gloria opus redemptionis cumularet, crucē sibi præ gloria elegit; *qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione cōtempta.*

3. Sistas, obsecro, supreme Rex, etiamsi magnis itineribus ad finem amoris properas. Sanum solet esse regibus & principibus consilium eas nullo pacto res aggredi, in quibus possint experiri suæ potestatis limites & mensuras, nec aliud admittere consilium, quàm quod ad honorem suum confert. Quod igitur consilium? quę regia, ne dicam diuina potentia valeat honestare nuptias Dei filij cum despicabili & infami cruce? Nam qui inter nos cordatus vxorem ducere decernit, quatuor sedulò discurit, & acerrimè cogitat. Primum nobilitatem exigit, & antiquum & purum sanguinem; habet enim nescio quid in venis generosus sanguis qui ad egregia facinora animos commouet, & incitat, vtpote ingenuorū spirituum officina. Secundū diuitias poscit; semper enim paupertas lęna fuit pudicitię fœminarum, nisi eximia sanctitas custos sit honestatis. Tertium pulcritudinem amat, nam, vt ait Hugo, & placuit D. Thomæ sententia, sicut idem cibus & missus placet magis in munda patina & pulcra, quàm in agresti & sordida; ita eædem Christianæ virtutes sub pulcra & speciosa forma Christiano viro gratiores sunt, quàm in fœda & insuaui fœminea facie. Quartū ingeniū & suaues mores, quibus tanquam sol mūdo grata est, vxor marito, & filiis, à quibus mœroris & tristitiæ nubila pellit. Age igitur diuine sponse, quænam harum rerū in tua sponsa resplendet? nobilitas? vndeiā latronibus; qui in illa luunt pœnas? diuitiæ? multo minus, nuda est, & nudos excipit omnes. Forma? quis nō videt speciē mortis habere quam omnes fugiunt & horrent. Mores verò quis acerbiores & duriores habet: quot enim in suo complexu necem subierunt? Quid te permouit, diuine Moyses, vt duceres Æthiopissam? quis te in Philistæam ducit fortissima Samson, vt ibi ducas in vxorē, cuius gratia tot opus sit domare leones, difficultatésque superare? quare Liam prætulisti Racheli? *Hanc volui accipere vxorem, quia mihi placuit. hasta quererlo yo para que la estimeis.* Verùm audite qualē elegerim sponsam, omnibus bene dotatā moribus, specie, nobilitate atque diuitiis.

4. Est igitur in primis honesta & nobilis. S. Cyrillus, cùm nobilitatem eius inquireret, alto supremæ Trinitatis loco natam inuenit, tria enim illa ligna in formam crucis conformata Trinitatem in vna essentia designant, imò & nos eodem signo munimus, simul & Trinitatem pronuntiātes, *per signum crucis, &c. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Vnde cùm Dauid longè antè præsciuit ex sua prosapia filios Nazareni propagandos, videtur secum mussitare, qua ratione genus

---

Marginalia:

[a] De summo bono.

Liam pituitosam crucem adamauit Christus.

[b] Apud OEcumenium cap. 17. prope initium in epist. Hebr. 12.

Hebr. 12.

Consejo de Reyes y principes no emprender cosa de que pueda resultar la prueba del limite de su poder.

NERVI DISCVRSVS.

Richardus de sācto Victore apud D. Thom.

Nobilitas crucis.

Digitized by Google

nus suum de gradu & statu dignitatis in tantam
Psal. 72. 15. vilitatem præcipitaretur. *Si dicebam, narrabo sic; ecce nationem filiorum reprobaui, no lo osaua decir mi tratar de mi linaje callaba. Existimabam vt cognoscerem hoc, labor est ante me.* Fatigarer quidem si homines de nobilitate crucis quærerem, irriderent enim me, *Donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum: hasta que vea el santa sanctorum de la Trinidad y vea adonde va a parar la procession de las cruces.* Vnus cruciferorum erat Paulus qui multos in circuitu obmurmurantes Hebræos & Gentiles audiuit: Hic est qui scandala prædicat, hic est qui stultitias enuntiat, infimæ notæ vir. O insipientes, inquit, quantum à vero iudicio aberratis: pergam ad cælum, vt ibi de nobilitate crucis inquiram. *Scio huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus, &c. raptus sum vsque ad tertium cælum*; ibique cùm inquirerem, vix tertiam domum intraui, cùm quidquid optaueram reperi. Et quid affers? *Pro huiusmodi gloriabor, traygo que el mejor, quarto que tengo es el de la cruz.* & pro huiusmodi gloriabor; ideo etiam, inquit Chrysostomus, tam seuerè corripuit Petrum, cùm illum à morte crucis seducebat. *Vade*, inquit, *retro post me satana, non sapis ea quæ Dei sunt.* Sicut cùm de ducenda vxore agit princeps cum aliquo, interpellat eum famulus qui à secretis eius est, absit à Domino meo tàlem ducere vxorem notis infamem; apage sis, inquit, & quid tu nosti lectissimam & regali loco natam? *non sapis*, inquit, *quæ Dei sunt, no sabeis la mitad del negocio*; scis etenim me esse filium Dei, ignoras tamen crucem esse Dei, hoc est, nobilissimam. Vnde Chrysostomus ait, *Si Apostolorum vertex tam durè reprehenditur de crucis erubescentia, quid nos timebimus, qui ita de eius ignobilitate erubescimus?*

5. Habeo tamen quod opponam huic tuæ nobilitati; patibulum enim locus infamiæ est, & illa infamiæ nota commaculatur, qui ad publicam actionem per censores fidei producitur.

Primus in cruce damnatus & suspensus damon.

Secundò, si latroni infamis fuit, quare Christo honesta erit, & gloriosa: Ad illud primum respondent Nazianzenus, & Ambrosius. Cùm lignea statua producitur in actione fidei, vt loco hæretici comburatur, peccauit lignum, aut manet iniustum aliqua nota infamiæ? minimè verò. Age ergo, serpens in deserto peccauerat? minimè, sed ibi eleuabatur vt figura Christi.

Nazianzen. orat. 2. de pascha.

Serpens æneus aduersùs morsus serpentum suspenditur, non tamen vt Christi passi typus, sed antypus: para decir como esta serpiente no tiene peccado asi tanpoco le tendra Christo en la cruz. Erit ergo simulacrum peccatoris? ita est; & quis est qui damnatur? rectè rogasti, dæmon.

Paulus Vidnereo tract. 7. de cruce. Ibid.

Visibiliter Christus crucifixus est, inuisibiliter diabolus. quod publico præconio denunciat Nazianzenus. *Crux te prostrauit, vita auctor tibi necem attulit, exanimis es, mortuus, immobilis, iners, serpentis licèt figuram serues, in sublimi loco ignominiosè pendes: desde oy quedas crucificado en estatua y despues lo seras en la realidad en Christo.* Et prouidè quidem ita omnia dispensata sunt,
a Serm. 55. inquit Ambrosius [a], vt in serpente sicut in statua primus delinquens puniretur. *Serpens primus crucifigitur, vt quia primus peccauerat diabolus, primus crucis sententia feriretur. Deinde post serpentem in saluatore homo ipse crucifigitur,*

vt post auctorem puniatur & facinus: y de aqui no se sigue que la cruz sea infame sino el demonio y la culpa. Ad secundum. Cùm domus aliqua perillustris leui aliqua macula conspurcata dicitur, mittuntur qui quærant de eius nobilitate: sed obstat nescio quis secreto odio ardens, & inuidia; tunc rex aduocata ad se causa scripta omnia comburit, silentium perpetuum indicit, & vnum ex illa familia repentè in suam traducit, & munere & insigni aliquo honestat. Non miror crucem notam infamiæ incurrisse iudicio hominum, qui externa iudicamus; Rex verò diuinus, chirographum decreti deleuit, & repentè latronem in 6.
regium solium adsciuit, vt credat orbis nobilem esse matrem, à cuius complexu filius ad regnum assumitur; ideo Chrysostomus [a] *vocat regum magnificentiam imperatorum philosophiam.*

a Hom. 55. in cap. 16. Matth.

Hinc fit vt quidquid crucis nomen & insigne habet, sit etiam honoris nostri insigne præclarissimum, & quasi nostræ nobilitatis stemma præferendum. Quod de tribulatione affirmat Paulus, *Vobis datum est pro Christo non solùm vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini: sobre el pecho lleno de fee poned el habito y señal gloriosa de la cruz y trabaxos:* datum est autem vobis insigne hoc *pro Christo, Christo os lo alcanzo de su padre.* Gloriosus namque ingressus est ad Patrem, & ait: Gaudeo, ô Pater, crucem adamasse, plagas excepisse; verùm vt pares in nobilitate mihi filios habeam, præferant in se nobilitatis insignia, affligi illorum corporibus vulnera mea, dolores, febres, ægritudines pro Christo perferant, vt cognoscatur vera eorum nobilitas. Ideo Tertull [b]. *Fecit nos Christus religiosos crucis, hizo nos comendadores de la cruz*, qui cùm insigne pectori affixum vident, aiunt, *Absit nobis gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, esta si que es gloria que le dio Christo a su esposa.*

Philip. 1.

b Apologet. aduersùs Gentiles.

Secundò, licèt ignobilis esset crux, splendidæ dotis gratia maximi esset habenda. Hac de causa cùm in Thabor de nuptiis ageretur sub nomine excessus, ait D. Leo, quod ibi *loquebantur de excessu, hoc est, de cruce*; quia vbi semel actum est de sponsa locuplete, & bene numata, statim occurrit crux, vtpote opulentior, & tanto principe digna, nec frustrà secretum illis demandauit, ne fortè tam diues matrimonium dissolui contingeret. *Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat esto sequede aqui hasta que este matrimonio se consume en la cruz no se despinte, poniendolo en aprecios humanos.* Inde prouenit cruci prædiuitem esse erga filios suos, nam *ideo statera* nuncupatur: nam cùm multa est pecunia soluenda, non sigillatim numeratur, sed quasi per compendium, trutina appenditur; ita pretium quod in cruce persolutum est, cùm infinitum esset, in momento solutionem perfectam absoluit in statera crucis. In eundem etiam sensum D. Gregorius verba illa Iob declarat: *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas, quam patior, in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret.* Iudicatis me peccatorem, quia solùm perpenditis calamitatem meam, quam non nisi ex graui culpa natam esse putatis: sed tu Domine in causa es cur ita iudicer, quia videlicet nondum *tollis peccatum meum*,

7. *Bene dotata & locuples crux.*

Cap 6 2.

nec aufers iniquitatem meam : en tomando vos a peso este mi peccado en el peso de la cruz; quasi arena maris hac grauior appareret. Grauiores esse pœnas comperiemus, quàm peccata, quæ tu semel in cruce tanquam in statera imposuisti, *o quiere deçir tomad apeso mis peccados que si en vuestra valanza los poneis seran como vna arena.* in hac statera imponere debes peccata tua (ô homo) cùm te in desperationem inducunt ibi, quasi arena minutissima maris in lance crucis omnia peccata leuissima reputata sunt. Quòd si tam diues es peccatoribus, quanto es locupletior iustis, qui talem matrem amant, & colunt. Ideo Nazianzenus [a] de sapientissimo Basilio ait: *Diuitiæ illius erant, nihil habere, & crux, quam solam tota vita familiarem habebat: su caudal y sus quentos de renta sus indias y sus minas eran la cruz;* omnia enim bona iustorum à cruce in ipsos promanarunt. Et iure quidem non diuino solùm, sed etiam humano id statutum esse videtur. Nam *Institutis de rerum diuisione. §. præterea quod per alluuionem.* decernitur, quodcumque bonum quod per alluuionem & inundationem fluminis in tuum fundum & prædia obuenerit, tuæ sit possessionis, & dominij, nisi ligna sint manifesto signo notata. Lex quidem diuina in gratiam & consolationem eorum, qui tribulationibus vexantur, & qui proximiores fiunt Caluariæ monti, & aquis

9. multis passionum Christi: nam breuissimo illo tempore, quo durauit passio, *omnes fluctus suos induxit pater super filium*, vbi aquæ tribulationum sanguine illo permixtæ, & infinitis illis meritis exaltatæ inundauerunt, & omnes animas peruaserunt, reliquias ac diuitias passionis impertientes, ditantes meritis, exemplis, fructibus, virtutibus & donis, quæ semel accepta iustè retinet anima, & sinum replet, & cordis intima redundant, indéque velut è thesauro sibi quidquid opus est sumit, vt aiebat Augustinus [b]. *Quidquid mihi deest sumo mihi ex visceribus Domini mei Iesu Christi, quoniam misericordia effluunt, nec desunt foramina, per quæ fluant.* nam si paupertas mihi est, vado ad crucem, & ibi inuenio pauperem Christum ditantem me: si ingruit afflictio, pergo ad afflictum qui consolatur me: si mors impendet, eo ad crucem, & inuenio mortuum qui resuscitat me. O diuites animæ! ô templa locupletissima ligno illo pretiosissimo quod per alluuionem ad vos venit! ô domus Dei opulentissima hac splendida supellectili plena; & superabundans ad te tanquam ad propitiatorium accurrent: de te cecinit Dauid, *Quàm dilecta tabernacula tua Domine: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini: volad alma mia a aquel arbor no pongais vuestro nido sino en aquel monte; etenim passer inuenit sibi nidum.* Et quis est iste passer, nisi Christianus, titulo Psalmi declaratus, *Pro filiis Chore?* vbi Incognitus legit, *Pro filiis Caluariæ, los que aman la cruz y se precian de anidar en sus braços.*

[a] Orat. in laudem Basilij.

[b] In manuali.

Psalm 83. 2.

10. Tertiò, nec minus speciosa est, quàm diues: nam inter mortales effatum solet esse commune, qui fœdam amat, pulcram putat; secus verò Deus, qui si fœdam amat, pulcram facit, atque satis esset ad commendandam eius formam placuisse Deo, à quo omnia decorantur, honestantur, eique amorem & corpus suum sacratissimum commendasse? Duo ligna, ais, quid pulcritudinis, quid decoris habent? certè ex se nullum, sed quanta sunt, quæ alioquin vilissima reputantur, auro vel argento inclusa, & pretioso emblemate coronata monilia? sunt pretiosissima. Rude quidem lignum erat crux, & infame, at postquam sanguine cælestis agni emblemate depictum est, & regio titulo & Christi corpore decoratum, quantum putas pretij & decoris obtinuit? imò, vt inquit Chrysostomus, quemadmodum fœmina, quæ minus formosa est, coram formosiore apparere renuit; sic sol specie crucis inspecta faciem texit, & fugit, celerique cursu se subtraxit. *no es tiempo de salir a vistas mis rayos esta hermosura me deshace.* Sed aliunde tamen ineffabilem & diuinam pulcritudinem sortita est: nam inde formosa est, quia figura est expressa Christi; imago enim expressa alicuius eo magis pulcra est, quo pulcrior est ille, à quo desumpta est. Sufficiat igitur decori crucis, à Christo fuisse desumptum, & vbicumque imago crucis, aut quid simile, apparet, rapit oculos cælestis sponsi: quapropter tribulati gaudere debent, in eos enim tanquam in crucis imaginem defixos habet oculos Christus: & Pater ita eius oblectatur aspectu, vt possimus orantes dicere, *Respice in faciem Christi tui, piedad señor mio si quiera por lo que me parezco a mi Padre y a mi madre la cruz.*

Speciosa atque decora crux.

Quartò denique dulces & suaues mores erga filios habet, & erga sponsum: nouum hoc videtur contemplanti eius seueritatem, & asperitatem erga Christum in cruce pendentem, nam in die illa nec flecti voluit, nec amoris signa præbere; defectus quidem fœminis grauis, si in suo sensu nimis persistant, cùm nulla præter viri sui voluntatem ducantur, nam ideo vxorem non ex capite, sed ex costa formauit Deus, vt sociam, non verò vt dominam: durior igitur & obstinatior est crux quæ ad tremorem montis, ad scissionem petrarum immota permansit; verumenimuero culpanda non est crux, quæ ardenter potiùs dilexit sponsum, non enim frangi mysterij potius fuit, quàm ingratitudinis. Quomodo enim in duritie sua persisteret lignum fragile, cùm petræ scindebantur, nisi præuentum miraculo, cùm in suo complexu contineret sponsum, cuius causa mœrore omnis creatura conficiebatur? Voluit quidem dulcis sponsus, vt sicut eximiè dilectam matrem viuere oportuit, sic etiam sponsam crucem conseruari, aliàs sicut virgo tota in lacrymas effusa interiret; ita crux in blandum sudorem diffluerret, nisi virtute sponsi consisteret. Nec passus est dulcis sponsæ amor in alio lectulo mortem expectare sponsum, quàm in sinu suo, quod non renuit sponsus, imò brachia brachiis, pedésque pedibus protendens totum corpus cruci sicut animam Patri commendauit. Tua ô Virgo pace dictum volo, certè hoc cruci concessit, quod tibi denegauit, nec enim sine causa scriptum, *Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ.*

11. *Suauis erga filios crux, & erga sponsum.*

Erga filios suos quis crucis dicat pietatem, curam & amorem; quid enim est crux nisi piissima mater, quæ rostro suo sicut gallina socordiam nostram pungit, tollit inertiam, nouam vitam incipere cogit, & alas quibus in sublima feramur concedit. De vnicornio refert Vincentius, 12.

cornua

Vide P. Lorinū in Psal. Sicut unicornium sanctificium suum in terra.

cornua in modum crucis habere conformata, quibus miram pietatem exercet; cùm enim opus est cum suis hinnulis, filiis videlicet paruulis, flumen traiicere, in suis cornibus, in quibus vim magnam habet, susceptos hinnulos inuehit, & in tuto collocat. Semel, o fratres, Christus mortem subiit, nec iam tranare opus erit mortis & passionis aquas, nos sumus quibus statutum est semel flumen traiicere: quorsum ergo putas voluit in simulacris adhuc crucifixus apparere, & cornua illa, spinas & clauos ostentare, nisi vt confortet filios, & ad spem excitet. Nolite pauere in traiiciendo mortem, ô filij, tanquam infirmi: adsum ego in cruce, *cornua in manibus meis*, ego vos in tuto collocabo, in matris complexu salui eritis. *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad meipsum.* Omnia, inquit Cyrillus, etiam peccatores suspensus in cruce traham, inde enim te vocat ô paupercula anima, tibique manum porrigit, & sicut succinū paleas à terra excitat, sic Christus leuiculas & molliculas vilesque fœminas blandè allicit, & a terra sustollit. Sic Dauid de puluere clamat, quasi puer qui cecidit, nec quid remedij superest, nisi matrem inclamare. *Quoniam conglutinata est in terra vita nostra, exurge Domine, adiuua nos, & redime nos.*

Christi simulacrū in cruce cur nobis proponitur, quid denotat.

13. Verùm si dum viuis, Domine, sic adamasti crucem, quare modò moribundus nec dulcia verba, nec pretiosa dona concedis? Fuit hoc ardentissimi amoris argumentum. Iacet morti proximus Adolescens, qui paulo antè lectissimam duxerat sponsam, fugit illa conspectum, & ipse suæ imbecillitatis conscius renuit aduocare, vocat parentem suum, vel fidentiorem ex amicis. Vides ô pater, qua ratione intra mortis angustias, vnum à te, vt amoris erga me testimonium, postulo, vt charitatem qua me prosequebaris, eam omnem in vnam dilectissimam sponsam transferas, & colloces, eam vt meipsum diligas, coli & obseruari iubeas; annuit pater, & insalutata sponsa (quod nequit amor) decedit. Hæc omnia filio Dei euentura præuidit Dauid, vt obseruauit Rupertus, qui ingeniosè & opportunè notauit ante Psalm. in quo Dauid Christi ærumnas longè commemorat, statim in principio, quasi supplicem libellum, vel codicillum, ad patrem misisse. *Deus laudem meam ne tacuerv.* Legit Theodoretus, seu explicat, *Deus crucem meam ne tacueris*; hanc enim vocauit Christus *gloriam suam*, seu *clarificationem.* & Paulus, *Dominum gloriæ* appellat, cùm crucifixionis meminit. Quod a te postulo, ô Parens (inquit etiam Hugo) vt laudem meam morte quasi obscuratam per crucem & resurrectionem instaures, ita vt eadem adoratione colatur, qua ego filius tuus adorandus & colendus sum. Ad sponsam autem nullum verbum, cùm matri & latroni loquutus sit, donec voce illa, *consummatum est*. nuptiæ factæ sunt, & consummatus amor in finem peruenit, in æternum tamen duraturus; cætera enim connubia morte dissoluuntur: at istud morte ipsa perfectum est, in cuius testimonium, inquit Augustinus, & Bernardus, noluit alligari sicut latrones, sed
14. verè clauis figi, nèc inuitatus voluit de cruce descendere, *vt verè filius Dei ostenderetur*, permansit in cruce, ne diuortium faceret à tali sponsa, nec minori adoratione digna videretur, quàm Christus, etiamsi moreretur: nam carnales nuptiæ dissoluuntur, vno ex sponsis occumbente: at istæ nuptiæ cum indissolubili vinculo peractæ sunt; Christo ascendente in cælum, etiam matrimonium in cælum migrauit, & sponsa in cælum assumpta est per amorem, inde simul cum Christo ad iudicium veniet. Quem amorem erga crucem etiam ipsi carnifices reueriti sunt, & subodorati: nam cùm accederent ad confringenda crura latronum, amantissimo sponso pepercerunt, *non fregerunt eius crura*; quasi dicerent, hi pedibus & cruribus puniantur, quibus furta perpetrarunt; tu verò ô Adolescens, alibi mortis tuæ causam habes absconditam, cor aperiatur, latet enim in pectore, non culpa, sed amor, inde enim verba illa eruperunt. *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, donec,* &c. aperto Christi latere cruci omnes thesauri panduntur, omnia pretiosa spolia donantur, corona annuli sanguis, & à tergo esse iubetur, vt absente sponso, & in cælum assumpto, honori eius prospiciat, & ipsi quasi vitis adhærescens, *sicut vitis abundans, crescat in lateribus domus suæ*, filiósque quasi racemos nutriat, & à bestia defendat, mortuo Domino, & sepulcro amandato. Sola virgo iuxta crucem mansit, *stabat*
autem iuxta crucem Maria, vt viduam crucem 15.
solaretur, vt eius honori consuleret, ne quid dedecoris pateretur, vt denique prior in Ecclesia coleret, & adoraret crucem, nobísque colendam proponeret, ibique exaltata maxilla fortissimus Samsom fontem omnium benedictionum aperiret, vt ait D. Leo, & S. Martialis [a]. *Crux enim Domini* (inquit) *armatura nostra inuicta contra satanam est.* Et Ephrem Syrus [b], *Armemur hac insuperabili Christianorum armatura; ea enim victrix est mortis, fidelium spes, lux orbis terræ, paradisi reparatrix, dæmonum expultrix, monachorum adminiculum, firmamentum fidei, magna salutarisque custodia, & perpetua orthodoxorum gloria*: ex hoc enim fonte *virtus de infirmitate manauit*, inquit Leo, *vita de morte, gloria de opprobrio*, quia, vt ait D. Dionysius [c], *signum vitale est crux*, & in *Tau* ab antiquis vt vitæ & prosperitatis signum, sceptris & statuis affixum est; imò signum illud quod posuit Dominus in Cain, inquirunt Doctores quod signum fuerit; quod ad vitam conseruandam datum est? & putant aliqui fuisse *Tau*, cui consonat originalis lectio, *posuitque Dominus in Cain characterem, vna letra de salud*, quod post ea sibi dari postulabat Dauid, *Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur.* quem locum Cassiodorus & Hugo de crucis vexillo & signo vitali intelligunt, vt verè dicatur, *Nunc iudicium est mundi*, id est, euenit quidem salus mundo longè aliter, quàm ille expectabat, *virtus nempe de infirmitate, vita de morte, gloria de opprobrio*; hoc postremum vt magis admirabile sancti Patres ponderarunt: nam cùm Christus de summa gloria sui aduentus ageret, sicut ad commendationem maiestatis sedem memorauit, in sede maiestatis suæ; sic etiam crucem venturam prænuntiauit, *tunc parebit signum filij hominis*, vbi Cyrillus [d], & Hieronymus [e], *Signum verum & proprium Christi crux est, hoc signum lucidum præcedit regem*, & cùm dixisset, *Venit hora vt clarificetur filius hominis. Vides* (ait Hieronymus) *quomodo gloriam propriam sciebat esse crucē: antea enim glorificabatur tanquam Deus, nūc autē glorificatus est patientiæ ferens coronā.*

Amor Christi morientis erga crucem.

Psal. 108. 1.
Ioan. 12. 23.
1. Cor. 2. 8.

Prima omniū beatissima Virgo crucem coluit.

a Epist. ad Burdegalēs.
b Lib. de vera pœnitentia.
c De Ecclesiastica Hierar. c. 2. Ruffin. lib. 1. historiæ. P. Torres philosophiæ moralis principum lib. 1. per integrum caput, de *Tau*, Chassanæus lib. 2. de gloria mundi c. 24.
d Catechesi 13.
e Hic.

16. Verùm non solam in cruce gloriam humanam habuit, sed diuinam: sic enim explicat, vt vidimus, hæc verba Pauli Nazianzenus. *Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.* loco æterni gaudij potiùs maluit crucem. Quòd si obiicias, quare qui æterna gloria potiebatur, gloriam ex ignominioso ligno sibi acquirere maluit, & crucem sustinuit, confusione contempta? vt nempe nos cognoscamus quanta dulcedo latuerit in cruce, quanta gloria in ignominia. Sicut euenire solet delicato & gratioso puero filio principis, qui cùm ad mensam Patris regiis enutriatur epulis, aliquando a mensa ad famulorum conuictum & mensam se abiicit, & crassiores cibos libentiùs deuorat. Deliciis paradisi æterni fruebatur Christus Dei filius, quas licèt non fastidierat, cupiebat tamen nostris epulis satiari, humilitate, paupertate, doloribus, quas cùm ibi minimè inueniret, ad mensam famulorum venit. *Saturabitur opprobriis, comio como hambriento de estas vaxezas y dolores:* vt iam nos delitias crucis & gloriam in terris æstimaremus. & dicat Cyrillus [a], *Gloriatio* autem *gloriationum est crux, quod sciens Paulus dixit: Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi,* qui cum Patre viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

Gloriam suam in cruce collocauit.

Simile.

a Catech. 13.

INVIDIÆ LIVOREM PRÆCAVET, euellere radicitus ex animo studet, & inuidentiæ veneno salutari amoris antidoto medetur.

INSTITVTIO XXII.

17. CVM nihil magis tibi cauendum, nihil cautius prouidendum sit, quàm ne animus liuore capiatur, ne dum zelo in fratris odia conuerteris, gladio tuo nescius ipse perimaris; cumque inuidia radix malorum omnium sit, fons cladium, seminarium delictorum [a], interitus vitæ, pestis naturæ, diaboli inuentum, inimici satio [b], malorum princeps, mortis mater, vitiorum radix, doloris initium, calamitatis parens, ignominiæ principium, mucro reconditus, bilis venenosa [c]: operæpretium erit (ô Adolescens) antequam in corde tuo firmas agat radices, auellere, & remediis (si quæ sunt) vim eius propulsare, & acerbitatem & duritiem eius emollire. Ad hoc Paulum, diuósque omnes, & antidota afferre curabo.

Malum inuidiæ cauendū.

a Cyprianus serm. de zelo & liuore.
b S. Basilius hom. 11.
c Nyssenus in vita Moysis.
SVMMA INSTITVTIONIS.

18. *Pacem sequimini cum omnibus, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat vos, ne quis fornicator, aut prophanus, vt Esau,* &c. Cùm calamitas sine remedio sit odisse felicem, (vt ait Cyprianus) atque adeò facilior cura, vbi plaga perspicua, & citò ad sanitatem medela subueniente perducatur vulnus quod videtur, nunc verò inuidiæ vulnera abstrusa sint, & occulta, remedium curæ medentis admittunt, qui se intra conscientiæ latebras cæco dolore clauserunt, vide quàm operosam & arduam curationem aggredior, dum non ramos amputare mali, sed radicem amaritudinis auellere tento. Sed vt à Genesi incipiamus, vnde etiam vitium hoc originem trahit; Cain primus fuit, qui videns sacrificium fratris acceptum fuisse Deo, *iratus est vehementer, & concidit vultus eius.* Simili modo stomachari cœpit Esau contra fratrem Iacob. *Oderátque Esau Iacob propter benedictionem, qua benedixerat ei pater, & dixit in corde suo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum.* illud &, est causalis, id est, quoniam occidam, *dias vendran en que tenga mi padre bien que llorar, porque yo quitare la vida a mi hermano.* Germinabat iam radix inuidiæ, & hos ab initio ramos protendebat. Venient (inquit Cain) dies luctus patris mei, quoniam occidam Abel fratrem meum, & veram efficiam nominis Abelis significationem. *Abel enim luctus interpretatur,* quod quantum malum sit, ex ramis qui ex tali radice procedunt, liber coniectare, vt aiebat D. Iacobus [d]. *Quòd si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem*; & Paulus allusisse videtur ad verba Deut. 29. *Ne sit inter vos radix germinans fel, & amaritudinem,* Hebraicè *fel, rosa* dicitur, hoc est, toxicum, & venenum, à verbo *ros*, quod significat caput, vbi serpens venenum habet; & quidem primum serpentis venenum inuidia fuit, *Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum*, & ibi radices fixit, indéque in mortales omnes diffusa est, in primo homine inuidiam seminauit gloriæ conditoris, & diuinæ felicitatis: in secundo homine fratris liuorem & iram plantauit, & inde rami propagati sunt. Cui aptè quadrat, quod ex authore Græco Gisnerius refert, cùm serpens

Hebr. 12. 15.

Difficilem admodum venit inuidiæ ægritudo.

NOTA. De inuidiæ natura, prauitate & remedio, August. lib. 11. super Gen. ad litt. c. 14. & serm. 83. de tépore. Prosper lib. 3. de vita contéplatiua, c. 9. Hieronymus in cap. 5. epist. ad Galat. Greg. Mag. lib. 5. Moral. c. 33. & 34. Chrysost. hom. 44. & 45.

Gen. 4. 5.
Gen. 27. 41.
d Cap. 3. 14.
NOTA. Nyssenus etiam lib. de vita Moysis. Basil. hom. 11. & 12. de variis. Cassianus collati. 18. c. vlt. D. Th. 2. 2. q. 36. vbi Caietanus non minus subtiliter quàm latè. Aristot. lib. 2. artis Rhetoricæ. cap. 9. & 10. Plut. lib. de differentia inter odium & inuidiam.

Inuidia cum ipsis mundi primordiis incæpit.

Digitized by Google

serpens veneno graue caput sentit, in terram expuit, ibidémque nascitur toxicum, herba quidem venenosa; hac etiam ratione serpens venenum illud, quod in capite congesserat, in terram humanæ naturæ expuit, & in primo homine radices misit, fouit, & discordias in orbe seminauit, quas *radices amaritudinis* Paulus vocat, Iacobus *zelum amarum*, & subdit, *non est ista sapientia desursum, sed terrena, animalis, & diabolica*; ideoque, vt vidisti, Basilius [a] eam nuncupauit, *inuidia diaboli præceptum, serpentis venenum, inimici satio.*

a Vbi suprà.

b Vbi suprà. Sed non est quòd aliquis existimet (ait iterum Cyprianus [b]) malum istud vna specie contineri, aut angusto fine concludi. *Latè patet, Zeli multiplex, & fœcunda pernicies, radix omnium malorum inde odium surgit, animositas inde procedit, auaritiam zelus inflammat, dum quis non potest suo esse contentus, videns alterum ditiorem. Ambitionem zelus excitat, Dei timor spernitur, magisterium Christi negligitur, iudicij dies non prouidetur, inflat superbia, exacerbat sæuitia, perfidia præuaricatur, impatientia concutit, furit discordia, ira ferueseit*; radix verò amaritudinis quos non amaros ramos producat? Et primò amarissimum est hoc vitium his, qui eo laborant: nam (vt ait Chrysostomus [c]) *huius affectionis malitia primùm corrumpit Cain, à quo generatur; sicut enim vermis, qui à ligno producitur, lignum primò corrumpit, & consumit, ita & inuidia illam primò animam corrumpit, à qua nata est. Qualis porrò est anima tinea?* (prosequitur Cyprianus [d]) *quæ cogitationum tabes? quanta rubigo zelare* (hoc est, inuidere) *quæ aliorum gloriam faciat pœnam suam, nullius magis quàm tuæ salutis inimicus, hostis semper in pectore tuo est; pernities intus inclusa, calamitas sine remedio.* 19.

Multiplex est inuidia.

c Hom. 46. in Gen.

Amara inuidia ipsis inuidis.

d De zelo & liuore.

NOTA. Vide Gregorium lib. 5. moral. c. 34. Bernardum serm. de conuersione ad cleric. c. 12. Augustinum serm. 87. de tẽpore. Prosper lib. 3. de vitiis & virtutibus.

e Serm. 121.

Quod malum cùm omnes Doctores grauissimum iudicauerint, à nobis expendendum est. *Nam* (vt ait Chrysologus) *omnia quidem ad suorum semper intendunt, & prosiliunt læsionem, sed suos semper ampliùs inuidia consumit, & sua sustinet sine fine supplicia: nam quis ibi malorum finis, vbi alterius bonum pœna est? vbi cruciatus aliena felicitas? malum multiplex, quot sunt prosperitates hominum, tot tormenta sunt inuidorum.* Quamobrem tantus est iste in inferno inuidiæ cruciatus, vt flammarum ardorem excedere videatur. Ponderat hoc idem Chrysologus [e], & ait, pœnitentiam illam diuitis in inferno non fuisse pœnitentiam, sed pertinaciam, & obstinationem. *Adhuc tu in Lazarum sic crudelis, de sinu Abrahæ mitti putas Lazarum ad infernum? ad infernum de gremio? vt video, quod agit diues, non est nouelli doloris, sed antiqui, & zelo* (id est, inuidia) *magis incenditur, quàm gehenna: efecto son estas palabras de la enemistad antigua*; ita enim est graue tormentum inuidia, vt quia nullum desit damnatis, ad prospectum gloriæ iustorum proponantur. Vnde loquens Christus Dominus maleuolis, & impiis Iudæis, & tormenta inferni minitans, ea non assignat solùm, sed modum patiendi tanquam quid grauius præscribit, dicens: *Ibi erit fletus, & stridor dentium, cùm videritis Abraham, Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei: vos autem expelli foras*, &c. Quare Domine non potiùs illis obiicis quod æternum est, summum ab igne illatum dolorem, & carentiam diuinæ visionis, quod extremum malorum est? Respondet eo in loco Caietanus. *Ad cumulum demum pœnæ adiicitur salus futura omnium nationum mundi; nihil enim sic inuidum torquet, & discruciat, quàm si aliorum felicitatem videat.* Et cùm Deus per Prophetam supplicium Eli denuntiauit, inter comminationes & iras, rigorem limitasse & conuertisse putares, dum ait: Nemo ex posteris tuis ad canos perueniet. *Veruntamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo*: sicut cùm dictum est ad Nabucodonosorem, cùm succidi iubetur tanquam arbor, *Veruntamen germen radicum eius in terra sinite, cortalde, pero dexalde raizes a la inuidia*: nam non à benignitate, sed à seueritate verba hæc prodierunt; ait enim, *Sed vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua*, futuri sunt de tuo sanguine aliqui in meo altari, non ad leuandam pœnam, sed ad excitandam inuidiam, vindicem seueriorem, & radicem amaritudinis, dum in altari summo sacerdotio fungi videas alios, à quo tu meritò pulsus & exturbatus fuisti. Sic epulo ille vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius, vt vulnerum dolor cresceret, & boni alieni inuidentia, qua sic torquetur, vt quasi cruciatus æterni oblitus vnam aquæ guttam leuamen futuram putet, cùm ad instans Lazarus priuetur gloria, qua fruitur, & in infernum descendat: *vea yo a Lazaro fuera de esa felicidad, que para aliuio de mis llamas vna gota me bastara*; non quòd ex hoc putes minui cruciatus, sed vt inuidiæ tormentum quantum sit dignoscas *. 20.

Luc. 13.

Radix amara inuidia.

1. Reg. 2. 33.
Dan. 4. 12.

Supplicii sicut carnifex infert.

* Vide Paez in Iacobi 3. vers. 14. §. 1.

Amaritudo etiam radicis os & linguam attingit, vt bona quæ dulcissima sunt, 21.

vix possit sine acerbitate & amarulentia narrare; ideo inuidi Iudæi dulcissimum IESV nomen præ liuore proferre recusant, sed dicunt, *Comminemur eis ne vltrà loquantur in nomine hoc.* Indigni profectò inuidi, qui exprimant suauissimum nomen, quod nemo exprimit, eo quo decet animo, nisi in Spiritu sancto. Notauit etiam OEcumenius [a], cùm statuerunt Petrum & Ioannem in medio, interrogabant, *In qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos?* Vide quàm subdolè interrogent, malebant enim Apostolos fateri suum esse opus, quàm potentiæ Christi. Et aduerte quòd nec nominare volebant claudi sanitatem, & celebre miraculum extenuant dicendo, *Fecistis hoc?* Sed non capit amarulentum, os plenum liuore, *quidquam pacificè loqui*, vt habetur Genesis 37. *Quando enim* (inquit Rupertus [b]) *virus animi lingua dissimulare potest?* nequeunt inuidi, nequeunt à contumeliis abstinere.

Amara radix inuidiæ amara verba profert.

Actor. 4. 17.
a Actor. 3.
b Hic.

22\. Aures etiam amaras habet ex radice amara, inuidus homo. Quod etiam in rusticis & simplicioribus locum habet; quid agat in aulicis? cùm rediret de agro senior filius illius boni parentis, & appropinquaret domui, vt audiuit symphoniam, & choros, nolebat introire. Rationem reddit Chrysologus [c], *Inuidum fugat symphonia pietatis, chorus charitatis excludit, & quem venire ad fratrem, & appropinquare domui vocat ratio naturæ, hunc peruenire zelus non sinit, liuor non patitur introire*, habet etenim amaras aures, sicut Saul, qui ægrè ferebat puellarum plausum, & cantum Dauidis. Vide Chrysostomum [d]. Oculos etiam amaritudine & liuore suffundit, quod ex definitione nominis Bernardus colligit [e]. *Quid inuidere nisi malum videre est? Nosse cupis basiliscum? venenum in oculo gerit pessimum animal, oculum venenatum. Nosse cupis nequam; fascinantem inuidiam cogitato.* Et Chrysostomus [f] notat id, quod Palæstini in Geraris ad Iacob dixerunt, *Recede à nobis, quoniam potentior factus es nobis valde. Cuius gratia abigis iustum? num aliqua tibi in re nocuit? num iniuriam intulit? abi à nobis, quoniam potentior factus es, ita agere solet inuidentia, non potest benigniter videre aliorum felicitatem.* Et Chrysologus [g], *O zeli tumor, duos non capit domus ampla germanos, & quid mirum fratres? fecit inuidia vt mundi tota, duobus esset angusta fratribus, latitudo: nam ipsa Cain iunioris erexit in mortem, vt esse solum, liuor faceret quem primum fecerat lex naturæ, para lleuarse las primicias de los hombres la inuidia, y que fuesse solo y vnico en maldad el que lo era por naturaleza* *.

Aures etiam inuidiæ lædit.

Oculi etiam inuidi sunt.

Luc. 15.
c Ser. 4.
d Hom. 7. in Epist. ad Rō.
e Ser. 5. in Psal. *Qui habitat.*
f Hom. 52. in Genesim.
g Ser. 4. de duobus filiis.
* Vide alios inuidiæ effectus apud Paez Iacobi 3. vers. 14. §. 2.

23\. Sed de quærendo antidoto contra incurabilem morbum agamus. Cùm enim malum in radice sit, vsque dum radix auulsa fuerit, viget in animo liuor: quamobrem irritæ sunt industriæ & conatus eorum, qui fugiunt faciem eorum, quibus inuident, vel in iram concitantur: tollis enim ramos, & radix manet alta in corde reposita. Sicut si quis oleastrum vellet inserere in bonam oliuam, errat (inquit Columella ex Virgilio,) nam surculus oliuæ non rectè ab amaro oleastro suscipitur, nam vel montes pastorum socordia flagrare solent, incendio, vel gelu siccantur rami, vel denique radix, & truncus oleastri, amaros ramos effundit. Sic tu cùm ad sedandam iram consideratione te armas, fugis conspectum inimici (certè non erras, docet hoc doctrina Sanctorum;) manet tamen inuidiæ radix amara, cùm ramos tantùm amputas, germinabit iterum: nam vel ardebit ira, vel refrigescet charitas, vel amara natura suos in motus erumpet, & arbor peribit. Satius est de radice euellenda, vel in dulcedinem conuertenda agere. Ad quod alludit D. Basilius, cùm de vna animæ virtute, irascibili nempe, agens, militi comparat ad magna animæ facinora apto, *quando veluti miles quidem apud ducem arma sumens paratus est eius iussu auxilium præbere: soldado que milita y tira le pagamento de la razon para estar a punto en la occasion virtuosa. Neruus est animi, fortitudinem & constantiam ad res bene gerendas præbens.* Canem custodem, & equum deinde vocat, qui frænum suscipit. *Est radix denique bona, si absit à corde inuidia, & Zelus.* Doctè quidem, & appositè ad nostram doctrinam dictum: pro quo nota, experientiâ compertum esse virtutem vnius arboris in aliam transfundi, & commeare per radices sibi inuicem communicantes. Sic explicant aliqui Canticorum verba c. 1. *Botrus Cypri dilectus meus mihi.* Botrus vitis Engaddi, dicitur botrus Cypri, odoratissimæ arbusculæ, quæ iuxta vites plantari consueuit ad fulciendam vitem, mutuabat autem & inferebat odorem botris vuarum, &

Remedia inuidiæ.

Ante omnia radix euellenda est.

NOTA
De inuidia P. Gregor. de Valentia tō. 3. disput. 3. & 13. tribus punctis, quæ tam scitè & breui dicit, vt solet, & adducit verba Basilij: *Fugiamus ergo fratres intolerabile malum, serpentis est præceptum, diaboli inuentum, inimici satio, punitionis arrhabo, pietatis impedimentū, via ad gehennam, Regni cælorum priuatio, nam & ipso fatentur ore hoc vitium inuidi, aspectus illis est aridus, & obscurus, genæ subtristes, &c. anima ipso morbo suffusa prouidentiam in dignoscēda veritate ac rebus gerendis minimè habens.*

24\. dicebatur *Botrus Cypri* odoratus; absit ergo (ait Basilius) à bona radice irascibili radix altera inuidiæ, ne à dulcedine in amaritudinem transeat, & adhærescat radici amaritudinis. Verùm ex hoc aliqua remedij spes elucet, quæratur nempe radix aliqua dulcissima, iuxta quam radix amaritudinis dulcescat; hanc Paulus ostendit, bonus

Eccle

Ecclesiæ hortulanus, *in charitate radicati*; hæc enim nulla amaritudine inuidiæ exacerbatur, aut acescit. *Charitas non æmulatur, non agit perperam* *; imò potiùs sicut Cyprus odorem viti & botris communicat, sic etiam charitas radicata in anima reliquas omnes potentias sanat, & odore replet virtutes, & bona opera, vt vsque ad vitam æternam ramos fundant. Sicut igitur cum vitio terræ tritici semen in tipham transit, & nucleus melopeponis suauissimi in cucumerem citrinum degenerat, agricolæ autem vitium terræ cognoscentes nucleos & grana in mel & saccharum infundunt: sic dum vitio cordis radix amara inuidiæ nequit sanari, oportet melle charitatis, & dulcedine amoris amaritudinem corrigere; ideo, vt grauiter notat Greg. [a] Deus charitatem proximi infundere iubet in charitatem Dei, ne quis putet posse verè Deum diligere, si proximo inuidet, aut odit. *Sed nemo cùm quempiam diligit habere se protinus charitatem putet, nisi priùs ipsam vim suæ dilectionis examinet: nam si quis quemlibet amat, sed propter Deum non amat, charitatem non habet, sed habere se putat: charitas autem vera est, cùm & in Deo diligitur amicus, & propter Deum diligitur inimicus.* Vnde notat Basilius [b], charitatem Dei charitati proximi vno præcepto copulasse, vt ex amoris dulcissima radice, inuidiæ radix dulcescere posset. *Et sic vbique præcepta hæc duo copulat, vt quòd proximo quisque benefecerit, id habeat, perinde ac si ipsi factum fuisset, & qui primum præceptum seruat, secundum etiam posse seruare, & per secundi obseruationem reditum aperiri ad primum.* Ambrosius [c] eadem de causa putat Christum humilitatem cum charitate proximi copulasse, vt humilitas sanet radicem inuidiæ. *In nullo enim* (ait) *hæ virtutes abinuicem diuiduntur, & ambarum tam indiscreta connexio est, vt qui in vna earum construitur, simul vtraque potiatur; quem enim fructum habebit, aut cum inflatione scientia, aut cum humana gloria fides, aut cum iactantia largitas, aut cum elatione martyrium?* itaque charitas & humilitas radici huius morbi medentur *, efficaciùs tamen sanguis ad radicem arboris effusus naturam arboris acrem mitigat. *Liberabimur autem*, inquit Chrysostomus [d], *ab inuidia peste, si cogitemus quomodo Christus, & nos dilexit, & alterutrum amare præcepit; at quomodo nos dilexit? pretiosum sanguinem dedit pro nobis, qui eramus inimici, & modò peccaueramus. Sed tu nec vis pro fratre sanguinem fundere, quin potiùs sanguinem illius ex opposito fundis, mandatum impugnans.*

Charitatis radice dulcescit inuidia.

* Hieron. in caput 5. ad Gal. *Ideo & Apostolus Paulus adiecit: Charitas benigna est, non zelat.*

a Hom. 38. in Euang.

b Reg. fusiùs disput. q. 3. in Ioan. 13. 35. *In hoc cognoscent omnes quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.*

c Epist. 84. ad Demetriadem, lib. 10.

* Vide Busæl Panariū Inuidiæ remedium 7.

d Hom. 53. ad Antioch.

25\. Alterum magni medici Basilij [e] remedium est, sublimem te & maiorem rebus omnibus constituere: hic enim contemptus omnino pellit tristitiam de alieno bono; quia, vt ait Seneca, nulla res humana digna est contentione, aut inuidiâ. *Quid faciendum* (inquit) *vt hac peste affecti facilè liberemur? si nihil rerum humanarum magni æstimemus; non enim in rebus fluxis bonum constituimus, sed ad æternorum bonorum participationem vocati sumus. Opes, honores, voluptates, eloquentia, instrumenta sunt virtutis rectè vtentibus, nihil per se veræ felicitatis habentia. Qui ergo ita fuerit animatus, vt nihil vsquam humanum admiretur, huic proculdubio inuidia dominari non poterit.* Vide Gregor. 5. *Moral. cap. vltimo.*

Remedium alterum inuidia.

e Loco citat.

26\. Sed tanquam grauissimo morbo ambo simul Doctores cum Basilio Gregorius occurrerunt. Basilius [f], ni fallor, eludere morbum docet, & subtrahere materiam monet, quod mortis memoria consequitur. *Tunc enim* (ait) *incipimus diligere proximum, cùm inuidiæ materiam subtrahimus.* Inuides fratribus quòd primas tibi præripiunt, sed quid hoc si mors ingruat tibi, vel ipsis? quis laborat inuidendo ei, cui mors insidias prætendit? concede inuidiam morti, inuideat ipsa, satis vastabit ipsa, quod nunc splendet & floret in proximo. Quòd si post mortem proximi non erit quid iam ipsi inuideas, expecta mortem eius, ne tibi mortem consciscas inuidendo. *Nam vita carnium, sanitas cordis, putredo ossium, inuidia:* inuidia enim homines corrumpit, & ita August. [g] inuidos vocat *membra putrefacta, & abscissa, atque emortua, & sine sensu, descomulgados.*) *Sensus noster fratres, vna fides est, vna charitas, vna sanitas est; teneamus fidem tanquam sensum, teneamus charitatem tanquam sanitatem, & quamuis diuersa munera membra habeant, tamen vnitate charitatis teneantur, vt mereantur ire post caput.* Hinc nascitur vel tristitia illa Caini, vel mortem sibi consciscere cupientis, vt inuidis contingere solet, vnde remedia eadem quæ contra mœstitiam animi adhiberi solent (& nos alibi præscribemus [h]) eadem iuuant contra inuidiam, quæ est tristitia de bono proximi: quare *Iob* 5. dicitur, *paruulum occidit inuidia*; paruus enim vel magnus dicitur homo ex corde quod habet: quare pusillus corde paruulus est, & hunc inuadit inuidia; pœna autem alia non est quàm mors, *occidit inuidia.* At hoc ipsum de tristitia dixit Eccli. *A tristitia festinat mors.* Vide exemplum, flagrabat inuidia Rachel, sterilitatem suam & liberos sororis contemplans, & angoris plena ad maritum adit,

Mortis memoria inuidentia materiam subtrahit.

f Vbi suprà.

Prou. 14. 29. 30.

g Serm. 17. de diuersis.

h Instit. 31. de lætitia. spirituali.

Cap. 38.

da

da mihi liberos, alioquin moriar. Et quis te interimet? certè nemo nisi inuidia; paruulum occidit. Et Isidorus Pelusiota, *alioquin moriar*, interpretatur, *mihi mortem inferam*: hæc est inuidiæ furialis ira. Si igitur omnium rerum, de quibus certatis, aut contenditis, finis est mors, expecta mortem, eadem enim erit finis inuidiæ; expecta absentiam, expecta rerum vicissitudinem, cur tibi vis mortem oppetere, & quidem grauiorem, dum inuides gloriæ alterius. Gen. 30. 1.

Quòd si gloriæ cupidus es, & inuidiæ ictus non sentire desideras, *illam* (inquit Gregorius) *hæreditatem dilige, quam cohæredum numerus non angustat, quæ omnibus vna est, & singulis tota.* Imminutio ergo liuoris est affectus surgens internæ dulcedinis, & plena mors eius perfectus amor æternitatis, & gloriæ.

VERBVM PATRIS.
Iudic. 16. vers. 30.

Concussísque fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes, & cæteram multitudinem quæ ibi erat: multóque plures interfecit moriens, quàm antè viuus occiderat.

Christus mortis sententia vltrò se vinciendum tradit, sed omni populo Gentium consulens concussis columnis Synagogam demolitur ad instar Samsonis.

DISCVRSVS LXIV.

1\. OPTAVERAM in Samsone SALVATORIS nomen reuereri, ea saltim de causa, quòd seruatorem Christum adumbrat; verùm sic amorem cum summa sapientia coniunctum video, sic fortitudinem cum sagacitate consensisse in viro isto, vt altiora, & profundiora, quæ sub isto nomine latent, rimari libeat, & speculari. Nouum sanè esset duobus inuicem belli conciliis coactis eo animo, vt vnus alterum offendat, hostis tui decreta eadem, & strategemata eligere, quibus illum offendat; cùm illud in primis in his conciliis obseruari soleat, quemlibet oportere alterius consilia eludere, & interturbare. Magna item virtute, & fortitudine indiget, qui in certamine paribus armis gigantem aggreditur: vincere autem eum suis armis, & proprio gladio iugulare, Dauidis est, immò Dei solius facinus decantandum. Astutus quidem dux, qui hostis strategemata præcauet, & subterfugit; at eadem in ipsum retorquere sagacitatis est. Prouidus ille, qui manus, & exercitus à tergo hostis descendere parat; sapientior tamen aduersarius, qui armato militi ex insidiis occurrit, capit, interficit omnes. Pertinax, & acer qui obsidet vrbem, expugnat, & diruit; callidior autem dux, qui tunc temporis cuniculos agit, & repentino igne sulphureo subitò pellit, atque deuastat. Ille leues equites præire iubet; hic verò aculeis, & tribulis ferreis inseminatis in via, mancos reddit equos, & debiles: ille cibos, & munitionem præparat; hic lotis manibus capit omnia, & arrogat sibi; hæc omnia sapientiæ, & eximiæ sagacitatis argumenta sunt. Posset quidem Deus exercituum Philistæam deiicere, & profligare excitato Dauide, vel alio; suscitat autem Samsonem, *cui benedixit Dominus, cœpitque spiritus Domini esse cum eo in castris Dan*: Hebræa habent, *cœpitque spiritus Domini facere ei recordationem.* Sicut cùm quis excitat aliquem à somno; sic Deus excitauit illum, vt appareret robur eius: *ola recordad, que sou valiente, y paraque se sepa, que yo os hecho fuerte, os he dado el valor durmiendo, como à Salomon el saber.* Adamauit primò Philistæã, sed obuiam fit illi leo, hoc est, lex quædam Iudæorum, quæ eorum cum alienigenis nuptias vetabat, vt acutè obseruat Alabaster [a], quæ habetur *Num. 36. c. 14.* hanc legem quoad verba lacerat Samson, & verum inde spiritualem sensum quasi mel inuenit: nam quis putaret Christum Gentili sponsæ adhæsurum, legẽ regiam Iudaicam paternam abrogaturũ, vt legem gratiæ, quasi mellis fauum educeret? circundant eum quasi vulpes parentes vxoris, & promissam vxorem denegant, quo eum à se faciliùs propellere possent: at ille in vulpinam istam astutiam animaduertens, vulpibus captis, & ligatis, facibus accensis segetes omnes concremauit, in tantum vt vineas quoque, & olíueta flamma combusserit. Veniunt amici Iudæi, vt ligarent Samsonem, & traderent Philistæis, *Ligare* (inquiunt) *te venimus, & tradere in manus Philistinorum*; quibus ille, *Iurate* (ait) *& respondete mihi, quod non occidatis me, &c. ligaueruntque eum duobus nouis funibus.* Ecce vinciendum se dedit, & vinctus pergit ad hostes. Sed ô Dei sapientia, vix peruenit ad locum maxillæ, cùm irruente spiritu Domini in eum, sicut solent ad ardorem ignis ligna consumi, ita vincula, quibus ligatus erat, dissipata sunt, arreptáque maxilla interfecit in ea mille viros, qui quidem nusquam occiderentur, nisi illum vinctum securi comitarentur. Auferunt ab eo abrasis capillis fortitudinem, eruunt oculos eius, & clausum in carcere molere faciunt; frustrà tamen: nam & capilli eius renasci incipiunt, & conuenientibus in vnum principibus Philistinorum, vt immolarent hostias

CARDO DISCVRSVS.

Mirabilis sapientia est arma eadem & industrias atque strategemata in hoste ipsum retorquere.

Iudic. 13. 14. *Collatio Christi cum Samsone.*

[a] Cap. 17. Appara. pag. 105. 111.

2.

Iudic. 15. 12.

Digitized by Google

hostias Dagon deo suo: Dimitte me (inquit ad puerum suum) vt tangam columnas, quibus innititur domus, & reclinet super eas; erant autem ibi circiter tria millia: at ille inuocato Domino, & apprehendens ambas columnas (etiamsi inter sese distabant) ait, *Moriatur anima mea cum Philistim, multóque plures interfecit moriens, quàm antea viuus occiderat.* O nouum consilium, omnem vincens expectationem. O vir Samsonis nomine dignus, quod interpretatur *iteratio nominis: dos vezes Saluador:* nam si in sinu Dalidæ fortitudinem suam amisisse visus est, & nominis famam: at tunc nominis iacturam reparauit; quando? cùm seipsum morti dedit, & templum diruit inimicorum: *mas hizo deshaziendose, y muriendo, que hauia hecho viuiendo.* nam reliqui nomen sibi viuentes pepererunt; at vnus Samson Christi Domini typus moriens gloriosius sibi nomen comparauit: nam cùm viuens gloriosum sibi Saluatoris nomen effecisset, sed moriens in cruce multo plures hostes interfecit, valde gloriosum nomen peperit: hoc enim innuit titulus ille, quem præfixit Pilatus, *Iesus Nazarenus, Rex Iudæorum.* quasi diceretur, iteratio ista nominis est, semel in circuncisione Iesus dicitur; iterato tamen Iesu nomine in cruce insignitur, sicut & Dauid cecinit, *Deus noster: el que se harà de nuestra parte, Deus saluos faciendi*, comparabit sibi secundò supra nomen Dei nomen Saluatoris, & Iesu sibi gloriosissimum, & mundo gratissimum. Qua autem ratione id præstiterit, diuinam sapientiam, & bonitatem simul cognoscemus. Dæmon enim verbum Dei iniuria afficere, Christum perdere, mundum cælesti sanguine, & doctrina priuare meditabatur, & sacerdotum principibus iniquis, sacrilegis, & simoniacis, quasi columnis Synagogam, & templum latronum speluncam factum fulcire, atque sustentare; concilio ad hoc inito cogit ministros suos, Pontifices auaros, Pharisæos elatos, scribas stultissimos, vnam Christi mortem prætendens; *Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* Cogit etiam Deus concilium, & euocatur diuinus ille conuentus; vbi de diuino honore recuperando, & exaltando Christum agitur. Et quod medium elegit? passionem ipsam, & mortem, quam ipsi inferre hostes decernunt: *Propter scelus populi mei, percussi eum*, tali odio prosequor, sicut Samson, peccata, vt haud dubitem filium morti tradere, dummodo peccata intereant. Et D. Petrus, *Hunc definito consilio, & præscientia Dei traditum*, ecce diuinum decretum; *per manus iniquorum affligentes interemistis*, ecce decretum dæmonis; sed ita decernit dæmon, vt omnia sua consilia in illum retorqueat diuina sapientia, atque satanam suo gladio iugulat, morte, & cruciatibus, quibus necabat, enecatur, de concilio nequissimo saluberrimum consilium educit, & de peruersa voluntate, & sceleratissimis mentibus in malum coëuntibus fructum salutiferum, & mundi pacem elicit, vt enarrat Paulus, *in quo habemus redemptionem per sanguinem eius: por la que ellos derramaron, secundum diuitias gratiæ suæ, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia, & prudentia: venciò à toda la astucia humana, y diabolica; vt notum faceret sacramentum voluntatis suæ; para salir con la suya a pesar de todos sus enemigos; & accipere Leuiathan sempiternum habere; que siendo malo el demonio me sirua à mi en todo lo que el hiziere, y tracere.* Quapropter quidquid dæmon excogitauit contra Deum, in verticem eius recidit, & in honorem Dei cessit. Ecclesiastici 39. *Sunt spiritus, qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt sibi tormenta sua.* Sic in hoc casu se gessit Deus sicut lusor scachidis, qui cum imperito colludit; præmittit hic peditem, & ille repentè capit eum: excusat errorem, & mouet calculum alterum; sed vix sedem mutauit, cùm capitur, mouet regem, aut reginam, & ambo intercluduntur; tunc peritus tabulam deserit, & collusorem, nullam excusationem admittens, sed ignorantiam eius taxans: *vna vez, y otra, y otra mate anda, que no và enesso, sino en que sabeis poco.* Sic dæmoni permisit Deus, vt mitteret in cor Iudæ, vt traderet eum, sed hac ratione nos omnes in libertatem asseruit, ligauit, & comprehendit in horto, absoluit nos, verberauit, & dolores nostros abstulit, *languores nostros ipse portauit*, spinis coronauit, sed ab animis nostris penetrantes spinas euulsit, cruce onerauit, & exonerauit nos culpis. *Posuit Dominus in eo iniquitates omnium nostrûm:* affixit cruci, sed inde victor euasit, *& qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur*, vt sciat mundus, dæmonisque ministri, *non esse prudentiam, nec sapientiam contra Dominum: no hay à Dios engañarle, ni deslumbrarle.* Lætetur iustus etiamsi in ipsum malos consensisse videat: ex eorum enim concilio id obtinebit Deus, quod suæ voluntati congruerit, & honori; timeat peccator, quia etiamsi multo consilio vtatur, vt se à Deo obedientia subducat, vndique comprehendendus est; & consilium Achitophelis de interimendo Dauide commutauit Deus suspenso Achitophele, & liberato Dauide, *dissipauit Dominus consilium Achitophel*; conueniant fratres de sepeliendo, vel vendendo Ioseph: Deus enim commutabit consilium, sicut factum est Gen. 50. *Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, sicut in præsentiarum cernitis.* Ineant concilium ad perdendum Christum: nam per eandem viam *exaltauit Pater illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.* Vidisti sapientiam, nunc contemplare amorem. Recessit Samson noster in desertum Ephrem: sol mundi quare abscondis faciem orbi? quia quo magis ego ad occasum accedo, meus magis innotescit amor, & mortuos filios suscito, sicut Samsone, hoc est, sole mortuo filij Israël tanquam sydera affulserunt. Et quare doloso Iudæorum concilio, & iniqua sententia tradis te vinciendum? Respondet Augustinus: *Quia nec nos habebamus, vnde viueremus, nec ille vnde moreretur*, & ideo *Christus pro nobis mortuus est.* Exponit Thomas, id est, *loco nostri.* Amor sancte iam nihil tibi deesse videbatur, quam orbatum esse oculis instar Samsonis? Quare columnas exturbas, & Synagogam diruis: quia qua ratione ipsi stabilitatem eius meditabantur, ego disturbationem eius molior. Quæ te tamen ratio cogit commori simul in cruce; non poterat alia ratione fieri? *Non expectatur ratio, vbi affectus trahit: basta importar os à vos paraque yo vaya à la muerte con tanto gusto*; & quia sic plures interficiam moriens, quàm viuens interemeram, & nomen Samsonis, Solis, & Saluatoris mihi in sempiternum

Iudic.16.30. Vide Abulensem in hunc locum super lib. Iudicum.

3.

Christus Dominus cũ vitæ dispendio gloriosum sibi nomen vitam nobis peperit.

Ioan.19.19.

Psal.67.21.

Psal.2.2.

Isai.53.8.

Act.2.23.

Ibid.

4.

Christi sapientia elusit omnem artem dæmonis.

Ephes.1.7.

Vers.35.

Simile.

Isai.53.6.

5.

Mala quæ dæmon in ipsos fundit Dei sapientia contra ipsum reuoluit.

2.Reg.15.34.

Vers.20.

Philip.2.9.

ternum comparo, & consilia consiliis aduersariorum oppono.

6.
Collegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium.
Ioan. 12. 47. *Iustitia stabilimentum est vrbium.*
Regium thronum, vrbésque vniuersas, & orbem iustitia ædificat, Hierosolymam verò mentita hæc, & fallax species iustitiæ in sempiternam desolationem adduxit; ad quod probandum non aliena supellectili indigens vtar, quàm historia, & sacra Scriptura. Insigne, præcipuum, & gloriosum ciuitatis, & curiæ, *fidelitatis*, & *iustitiæ* nomen est, eiúsque patrocinium apud iudices esse integros, æquissimos, & sanctissimos. Chrysostomus Antiochiam laudat, non quia altis turribus præsignis est: *nam & Sodoma turres habebat; sed quòd in illa primò fideles Christianorum nomen sortiti sunt:* laudat Paulus Romanos non ab antiquitate, &c. sed quòd *fides vestra annuntiata fuit vniuerso mundo*, sicut ipse ad Romanos scribit: gloriosiùs autem cognomen Hierusalem *vrbs fidelis, & iusta*, &c. qua die tamen in ea iustitia, & æquitas desideratæ sunt, Deus de cælis iustitiam immisit: *à vna ciudad, donde con el fauor de naturaleza, riqueza se han hecho de camarada la malicia, y la iniusticia, no es possible, que tarde en venir alguna vara despachada del cielo: respondebit mihi cras iustitia mea: a vna casa, donde se hauia hecho fuerte la iniusticia embiò Dios en fauor de Iacob no vna vara, sino muchas de iusticia, con que le desagrauiò, y colmò su fortuna, virgas*, inquam, à quibus ipse exoptauit æquitatem, dicens, *Respondebit mihi cras iustitia mea: haze ecos en el cielo el ay del pobre, y responde de alla luego la iusticia.* Idem in Hierosolyma videre licet; quia ex quo deficit iustitia in sacerdotibus, & Pilato, statim erecta est virga crucis, qua comminatus est Deus ingens illi supplicium; quapropter si semel in mundo desideraretur, subitò de cælis descenderet, *Iustitia de cælo prospexit, tunc videbunt signum filij hominis.* Ideirco Salomon, qui vndecumque gloriosam fecerat vrbem, summum opus effecit, dum sedem iustitiæ exercendæ splendidam, grandem, publicam ædificauit. *Fecit rex Salomon thronum de ebore grandem*, & ex ea parte, qua rex sedebat, duæ conspiciebantur manus ad denotandum secreta, atque diuina summi Regis prouidentia sustentari, & cor regis esse in manu Domini; sustentari autem vtroque brachio Ecclesiastico, & sæculari. Ostendebat item Deus manus, vt qui sedent sciant deferre Deo, & proprietatem, directúmque dominium penes Deum esse, à quo ipsi subdelegantur. Ad thronum insuper per sex gradus, & duodecim leones ascendebatur, qui quidem diuersos iustitiæ ministros denotant à summo vsque ad vltimum gradum: nam iustitia à suprema sede per manus ministrorum ad plebem descendit: *baxa la iusticia de mano en mano del rey à los ministros hasta el pueblo.* Quòd si iniustitias aliquas hîc videmus, ideo est, quia iustitia hæret, vel adhæret iniquis manibus administrantium eam; quia manus vnius visco auaritiæ peruncta est, alterius atramento teterrimo causam obscurat, labe conspergit, & litturas falsitatis in rem apertam mittit. *Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia, non mireris super hoc negotio; quia excelso excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alij, & insuper vniuersæ terræ rex imperat seruienti: si vieres monstruos de iniusticia, vna sentencia sangrienta, y violenta iudicia, vn pleyto, que rebienta como apostema sin tiempo cruel, y dolorosamente, que haze grital al agrauiado, ne mireris super hoc negotio; quia excelso excelsior est alius: no te marauilles, que como baza por gradas, và la iusticia menos cabandose en cada vno vn po quito, y al fin se suele perder el negocio por vn officialillo el menor de todos.* Vt huic malo occurreret, gradus omnes, hoc est, ministeria, aureos, & eburneos fecit, atque in vnoquoque leonem constituit vigilantissimum, qui vel parum dormit, vel semiapertis palpebris, vt speculetur, an iustitia munda, & pura per manus inferiorum deferatur; ne tamen putarent supremi iudices, & regis consiliarij posse dormitare, admonentur, *insuper vniuersæ terræ Rex imperat seruienti.* ideo in suprema sede Salomonem (parum est) Deum præsidere. *Deus stetit in Synagoga Deorum*; principiò dicit *stetit*: nam antequam iudicet, rei, & accusati vicem exercet: *haze officio de reo, y de juzgado para examinar si iuzgan bien.* Sicut cùm prælatus examinat presbyterum ad audiendas confessiones, nulla meliori ratione fit hoc, quàm dum agit Episcopus personam pœnitentis: igitur pater presbyter fac me vnum esse de peccatoribus, qui apud te mea fateor crimina; nunc experiar qua ratione iudices crimina & punias, atque medearis: ita monet Dauid iudices, attédite, & considerate; quia cùm vidua, & pauper ad vos veniunt æquitatem vestram postulantes, Deus *ibi stat* *, & quasi reus sententiam auscultat, & periculum facit, sit ne in vobis amor æquitatis, *& non hominem iudicatis, sed Dominum*, vt ipse aiebat Paralip. 19. *in medio*; quemadmodum cùm serò, & clausis ianuis rediit ad discipulos, vt certi sitis, etiamsi causas protrahatis, oculos veritati claudatis, libros, leges, & rationem obseretis, ipse *stat in medio*, reserans omnia, & inclinans causam in partem, quam vos non vultis. Aquila legit, *in interioribus Deus iudicabit: no hay cautelas para con Dios: vsquequò iudicatis iniquitatem?* Proh nefas, vos delinquitis, qui iudices, & censores estis? & stateram dolosam facitis, & virginem purissimam æquitatem deuirginatis? *Concupiscentia spadonis deuirginauit iuuenculam, sic qui facit per vim iudicium: ò monstruo el guarda Damas del rey es el primero, que se atreue a la doncella, que guarda? & facies peccatorum sumitis: tomais mascaras para hazer injusticias*; hoc enim est facies assumere: *tomar mascaras de peccadores*; quia non sic impudenter scelera, & iniustitias aggrederentur, nisi personati accederent, & laruati: *si no lleuaran careta, no se atreuieran a hazer libertades.* Quis cordatum virum nobilem saltare faceret, & repræsentare simiam, vel quid simile cogeret quietum virum, & senem? quis? assumat semel faciem alteram, & incedat personatus, & videas pueriles, & scurriles, & amentis similes edere saltus coram rege, & curia vniuersa. Venerunt igitur ad extremum iniquitatis, qui cùm ex munere debeant rectè incedere, & recta iudicare, faciem doctorum, & litteratorum, & insignia, &, quod maius est, iuramenta, ius cuique suum seruandi assumentes ponunt timorem, & pudorem, & cùm contorquere iura, & non rectè iudicare videantur, peccata eorum nomine iudicis dissimulentur: *toman el officio de* iuezes

Margin notes (left column):
Gen. 30. 33. (beside "despachada del cielo: respondebit mihi cras iustitia mea")
Rom. 1. 8. (beside "manos non ab antiquitate")
7. Psal. 84. 12. *Thronus Salomonicus iustitiæ sedes & exemplar.* 2. Reg. 10. 18.
Eccl. 5. 7. (beside "litturas falsitatis")

Margin notes (right column):
Ministri iniqui aut inepti.
8. Eccl. 5. 8.
Psal. 81. 1.
Stare dicitur Deus & sisti in iudicio vt sic melius examinet iudicia iniqua.
* Eadem ratione dixit de Moyse, *Sedit Moyses, vt iudicaret populum qui assistebat Moysi à mane vsque ad vesperam, esperando sus despachos, y sentencias.*
Psal. 81. 2.
Eccli. 20. 3.
Psal. 81. 2.
9.
Licentiùs liberiúsque peccant qui iudicum nomen habent.

by Google

juezes como mascara para non andar aderechas. Vnde sequitur, quòd Dauid lamentatus est vidisse omnes ministros iuris personatos noctu incedere, hoc est, à iure, & æquitate omnino aberrantes. *Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant, mouebuntur omnia fundamenta terræ*; nolunt scire iura, & leges, legitimámque mentem textuum, nec intelligunt quòd Iosaphat Dei vice suis aiebat ministris, *Quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit*, ideo, *in tenebris ambulant*, veritas, æquitas, & sanctitas conculcata manet, quasi ab his, qui noctu concursant, *mouebuntur omnia fundamenta terræ: el mundo dara vn buelco, que no le conozcamos.* Ideo Græcus ille sapiens morti proximus sapienter ab amico postulat, vt cadauer eius iubeat prônum in sepulcro collocari, cúmque ille Græcum morem resupina collocandi corpora, opponeret, ait, non ego nouum aliquid postulo; nam qui gubernant, sic leges, & iura irrumpunt, & in tenebris ambulant, vt proculdubio orbis voluendus sit, & mouenda terra in gyrum; tunc ergo resupinus ero. Vides quòd vocatur in Hierusalem consilium esse desolationem eius, vides specie, & facie iustitiæ inuidiam tegere, vides personatos omnes sacerdotum nomine, en ex hac die in tenebris ambulant, mouentur, fundamenta vrbis, & orbis conditor sententia iniquissima morti addicitur, & hoc est quod vocatur *concilium.*

Psalm. 81. 5.

2. Par. 19. 6.

Psalm. 81. 8.

10. *Concilium.* Nihil antiquius, nihil salubrius sub vno capite multa esse consilia, quæ status rationi consulant; *quoniam ibi salus, vbi multa consilia*; quæ verba id innuere videntur, quod euenire solet equiti, qui in villam diuertit lætus, alacer, expeditus, venatur, excurrit, ludit, spernit curiam, & aulicos: ægrotat repente, en sordent omnia, & fastidio sunt, & redire in vrbem parat; *lleuad me à la ciudad*, quid tibi videtur deesse ad somnum, ad quietem, ad aëris puritatem, ad aues, ad fructus? ita est, inquit, omnibus his abundat pagus noster; sed cùm considero pertentare pulsum empiricum, non medicum, sed chirurgum, despero salutem, ducite me in ciuitatem, vbi corona medicorum, & multa consilia salutem iubeant sperare, *ibi enim salus, vbi multa consilia.* Quamobrem Deus Moysi dedit ad populi salutem *septuaginta*, vt multa essent consilia, *viros* fortitudine ad resistendum, & ad exequendum præditos, *senes* iudicio maturo, & experientia probatissimos, *sapientes* denique, ne errarent. Sit tamen regum illustre documentum Assuerus, qui elegit sibi *septem principes, & eorum faciebat cuncta consilio: todo passaua por sus manos, scientium iura maiorum, & leges.* Primò septem elegit, hoc est, plurimos, *los sietes, los veintiquatros*: nam duo, vel tres pauci sunt ad onera portanda negotiorum, diuidant munera, & onera, non omnia vni conferantur officia, in quo peccarunt maximè Athenienses, & ob id reprehenduntur ab Aristotele [a] *ne ad vnum omnia deferrent*, aiebat Tiberius, *plures posse facilius munera reipublicæ sociatis laboribus exequi*; quia vel gemere sub onere, vel succumbere necesse est. Nec sanum consilium est, vas vsque ad summum implere, refundi enim liquorem opus est; quod obseruauit Moyses in mari æneo, quod fabricauit in vsum tabernaculi, quod nunquam explebatur, nisi ad tres partes; qua ratione consonant duo loca

Prou. 11. 14.

Simile.

Consilij necessitas & vtilitas.

Esther 1. 13.

Multa consilia vtiliora.

a Lib. 2. Polit. cap. 9. Tacitus lib. 1. annalium cap. 4.

sacræ Scripturæ, *capiebatque tria millia metretas, cantaras*; &, *duo millia batos capiebat*: in priori enim loco agit de capacitate eius, in secundo de vsu, & seruitio eius. Ambitiosorum proprium est cuicunque dignitati idoneos se existimare; sicut Apostoli, qui sedes postulaturi veniunt, & rogati, possintne calicem Domini bibere, audenter respondent, *Possumus*, quem Christus ipse non sine sanguinis sudore cogitauit, & cùm gustauit mortem hausit simul acerbissimam: in occasione tamen videas illos viribus destitui, vel succumbere oneri, vel pudore suffundi; & licèt vnus esset multis muneribus exercendis aptus, satius, & consultius est præcipi pluribus plura largiri munera, quibus obstringit animos, & catenis amoris continet, atque obligat; amatur à pluribus, quod optatissimum est, & suis quique muneribus occupati à seditionibus supersedent, & pax publica firma quasi base stabilitur, quam otiosi, & à præcipuis muneribus abdicati, & præsentem rerum statum oderunt, & interturbare sequentem meditantur. *Sint igitur septem scientium iura maiorum, derecho, y leyes ciuiles*, quæ qui ignorat, recedat necesse est à peragendo munere. Sed ne item sit nimium subtilis legis interpres, vt in partem quamlibet inclinet adulterinis sensibus vtens, sed amet genuinas, simplices, & germanas textus mentes, nisi iam opus esset sophisticis cauillationibus: sicut iudicasse amentem quemdam in casu, quem refert Siluester [a]. Scientia autem non tollit docilitatem, adeant aliena consilia, vel saltem excipiant, sicut Moyses, qui statim Iethri consilio acquieuit; quod maximè obseruandum iubet S. Gregorius [b], nulla in hoc honoris, & existimationis iactura: Dauid enim super condonando Absalon Teucam auscultauit, & D. Paulus etiam Episcopum *Doctorem* esse vult; sed Græcè leges, *docibilem*: certum enim est ex diuino oraculo, *quia reuelasti ea paruulis*; & ore turpissimi animantis Prophetam erudiuit, *Num.* 22. Principes insuper erant, ne vel possent, vel saltim suspicionem generarent, subornari posse aliquando, & cæteris paribus hi ad munera seligantur duplici de causa: nam & nobiles, & bene numati vires habent, quibus obsistant perditissimis, diuitibus, equitibus, quos iudex pauper fortè verebitur. *Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates.* Secunda; quia isti auaritiæ labe carere solent, qua vix liberantur, qui indigentissimi assumuntur ad munera: vitium quidem detestabile, Tullio teste [c], *Nullum vitium est tetrius, quàm auaritia, præsertim in principibus.* Isidorus [d], *Citò violatur auro iustitia: al primer lance se estraga.* Plato item morte dignum decreuit iudicem, qui facilè muneribus corrumperetur. Nec longè abest Cambisis supplicium, qui iniqui iudicis pelle detracta sedem conuestiuit. Nouit iam aditum istum ad iudices qui admonebat, *A consiliario serua animam tuam, priùs scito, quæ sit illius necessitas*; & antea dixerat, *Noli consiliari cum socero tuo; porque es conocidamente interessado en las cosas domesticas, pues se ha de inclinar mas al gusto de la hija, que al prouecho del yerno.* Hoc idem timendum est de iudice auaro, aut indigente: nec enim frustrà elegit Christus sui aduentus testes, & fidei ministros reges Magos sapientes, & à longè

2. Par. 4. 5. 3. Reg. 7. 26.

11.

Matth. 20. 23.

Iudices numerantur.

P. Mariana lib. 3. de Rege cap. 2.

Vide Vasq. 12. P. Mariana lib. 3. de Rege c. 10.

a Verbo Cõsilium q. 1. num. 3.

b 2. Past. c. 8

Matth. 11. 25.

12. Eccli. 7. 6.

c De officiis lib. 2.

d Lib. 2. synonymorum. P. Petrus de Ribadeneira lib. 2. de virtutibus principis cap. 14.

Eccli. 37. 9.

gè

ge dissitis regionibus recenter aduentantibus, ne subornari, nec ignorare, nec acceptione personarum duci possent. Contra verò Balaam, vt notat Philo, cùm corruptus vana promissione regis procedebat, etiam opposito nouo, & inusitato miraculo, & rudi bestiola, *tanta cupiditate ferebatur* (ait Augustinus) *vt nec tanti monstri miraculo terreretur: nada retrahe de su intento aun sabio codicioso.* Maius est, quod in Actibus refertur, vt disputante, vel tonante Paulo postremi iudicij diem, & horribilia mala prædicante Felix præses timore perculsus in alium diem rem differre conetur, præcipuè quòd auri aliquid à Paulo speraret; quam

a Opusc. 21.

ob causam instanter monet D. Thomas [a] ducis Brabantiæ vxorem, ne officia venderet, nec iustitiæ munera ob periculum vendendi populum, vt sumptus empti muneris compensent; sicut etiam Simonem Magum egisse legimus, qui Spiritum sanctum coëmere tentauit, reuendere cogitans maiori pretio, vt apertè sentit Vrbanus

b In cap. salnetur 1. q. 3.

Papa XI. [b] Quare etiam Thebani decem ante annos cessasse à mercatura iubebant quemlibet, qui ad publicum munus assumebatur, arcentes illos instar eorum, qui peste laborarunt, qui per aliquot menses à conuictu aliorum seducuntur:

13. nam qui proprio incumbit lucro, & mercaturæ, qui poterit multas merces & externas minori pretio inferre in rempublicam? *Sicut ergo principes.* In illis [*] insuper *recta intentio* resplenduit: asserunt enim; *Egredietur sermo regina ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos, & parui pendant imperia maritorum* [c]: *esse serà mal vniuersal, mirese bien, y pongase remedio.* Hic rectæ intentionis amor ex Dei timore generatur, ideo Tertullianus [d] refert Ethnicos ipsos magnifacere solitos iudicia Christianorum, vtpote ab his profecta, qui præ oculis habent Deum, & vitam futuram; *nam & iudicatur magno cum pondere, & apud certos de Dei conspectu*; & sagacitas ad discernendum à timore Dei prouenit [e]. *Consummatio timoris Dei sapientia, & sensus.* Timor etiam parit amorem veritatis, quam ardenter debet amare qui venari, & inuestigare vult, etiamsi obscurata, & celata sit ab iniquis [f], *quasi qui apprehendit vmbram, sic qui attendit ad visa mendacia: no se cautiua de aparencias vanas, ni de relaciones fingidas, que llegadas a asir no tienen fundamento.* In pectore Aaronis in vnum consensisse videmus *Vrim, & Tumim, iudicium, & veritatem*; quare deficiente vna sordet iudex, & iustitia: vnde non respondit Christus Pilato interroganti [g], *Quid est veritas? fue visoñeria quien tenia tal silla, y tal causa delante, y tal reo ignorar la verdad.* Hæc omnia cùm desiderentur in Concilio Hierosolymitano, timor Dei, sapientia, integritas, & potentia sine auaritia, summum bonum in moralibus, quod est consilium, concilio suo perdunt, & dissipant.

* *Abran los ojos los que gouiernan no le turben a Dios esta maquina, que el comparto, y todos los que estan en alto, que por esso los ojos nos los pusieron en los mas alto de la persona para ver, y diuisar tales agrauios, y si no obran en esto no son ojos, ni estan en su lugar.*

c Esther 1. 17.

d Apolog. c. 39.

e Eccli. 21. 13.

f Eccli. 34. 2.

g Ioan. 18. 38.

14. *Quid facimus.* Efferuet ira boni consilij inimica. *Duo sunt inimica consiliis, ira, & festinatio: passion, y prissa destruyen el consejo, y el juzgado*; quis enim aquiescet consiliis, nedum sententiæ eius, qui sine consilio, & ratione viuit? Ambrosius [h], *Supra me debet esse, cui me committere paro: an eum idoneum putabo, qui mihi det consilium, qui non dedit sibi? si viue en peccado, como me darà licion, ni consejo, quanto menos sententia iusta?* Isti igitur sic sunt ebrij, & affectu iniquo obcæcati, vt nec nomen Christo dent, sed *hic homo; en los affectos personales enojese el rey, y el juez del vestido, que no viene justo, de la bota, que viene ancha, de la vianda fria, y beuida caliente; pero en los despachos no ha de hauer quexas; porque la persona de los reyes se puede enojar; pero no el officio.* A quo quidem nulla expectantur verba, neque facta, nisi animæ plena consilij, atque salutis. Secundum, quod aduersatur sano consilio, est nimia festinatio: oportet enim, vt aiebant antiqui, *edormire consilium*: sed in iudicibus iuuat aliquando festinatio; sic enim multa reipublicæ damna solent rescindi, & excusari. Duodecimum agebat annum Salomon, cùm regnum accepit, & oblata illa duarum meretricum causa super filio litigantium, afferte (inquit) mihi gladium, *diuidatur infans*: obseruat autem Iosephus circunstantes in risum, & in admirationem ductos puerilem, aut iuuenilem sententiam iudicasse; executio autem festinata rem obscuram patefecit, & ius declarauit eius, quæ vera mater erat: quod si inquisitione, adhibitione testium, probatione examinaretur, nunquam de veritate liqueret. Idque fortè significat sacra Scriptura: *Regnauit Dauid, & faciebat iudicium, & iustitiam: daua sentencia, que luego tenia execution*; ideo enim mala indies augentur, quia etiamsi iustam sententiam dicant iudices ipsa dilatione, vel delinquentes loci, vel temporis posito interuallo effugiunt, ideo laudatur Moyses, quòd auditis Iethri consiliis, *fecit omnia, quæ ille suggesserat*: nam, vt ille aiebat: 15.

Lucius Florus. *Ira mentem consilijmque peruertit.*

h Lib. 1. officiorum.

Festinet aliquando index in iudicando.

2. Reg. 8. 15.

Exod. 18. 24.

Tolle moras, semper nocuit differre paratis.

Lucanus lib. 1. pharsaliæ.

Et ille alter, *Antequam incipias, consulito; vbi consulueris, maturè facto opus est*; melius D. Paulus, *Qui præest in solicitudine: consultar de espacio, y executar aprissa*; quia solicitudo secundùm Aristotelem, & D. Thomam, *est velox executio tardè consiliatorum; apressurada execution de consejos espaciosos*: nam ruminari, & præmeditari sapientis est, & quod non ruminabat inter animantia à Deo reprobatum erat, vt notat Augustinus [a], & Salomon [b]. *Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis; vir autem stultus deglutit illum*: post ruminationem autem festinatione est opus, sicut Deus ipse, qui super desolatione Sodomæ tardè consilium sumere describitur; executionem autem in momento peregit, vt notauit Magnus Gregorius [c]; *que si calman las electiones, ò sentencias, arman contra si la ambicion de los otros pretendientes, ò la malicia de la parte contraria, que litiga.* Nazianzenus [d]: *Quis adeò desipiat, vt celeritatem gerendarum rerum securitati, & vtilitati præferat?* Festinant ergo, *quid facimus?*

Salustius in proœmio in Catilinam.

Rom. 12. 8.

a Lib. 6. contra Faustum cap. 7.

b Prou. 21. 20.

c Lib. 19. moral. cap. 23.

d In apologet.

Hic homo multa signa facit. Cur, quæso, vos tot signa molestè habent? nonne vos estis, qui per Prophetam quærebamini? *Signa nostra non vidimus; iam non est Propheta, & nos non cognoscet amplius*; qua ratione iam tædet miraculorum, certè aliam dispositionem habetis. Videas iuuenem, cùm bene valet, auidè gallinæ esum concupiscere, numquam ego edam auem? tædet iam arietinæ, & bouinæ carnis: ægrotat, & tædium cibi incidit, & appositam auem reiicit, & appetit crassiores cibos, quorum antè tædebat. Eadem ratione isti miracula 16.

Ioan. 11. 47.

Psalm. 73. 9.

Prauum affectus mentem mutat & linguam.

Simile.

cula auidissimè poscebant, quæ tunc Deus parcè dabat: has enim diuitias in feliciora tempora reseruabat, quas cùm Christus gratis, & multipliciter impertitur, fastidiunt isti, & repellunt, dicentes: *Multa signa facit; ni tanto, ni tan poco.* Quis gustum immutauit vestrum? vtique affectio noua, hæc enim dulcem linguam mutat, & qua hodie quis amicum laudat, & mirificè extollit, subitò accensa per iram, & prauum affectum probro, atque iniuria afficit, quem miris laudibus commendauerat. Liquet hoc maximè in libris Regum, cùm Abner erat ex parte Isboseth filij Saulis in odium Dauidis, eum corona donauit, & regem vocauit in tubis, & clamoribus: *Viua, el rey Isboseth*; ecce nouus rex Isboseth exprobrat peccatum suo patrono Abner, qui statim ira turgidus per vias & vrbes alta voce Dauid regem prædicans, ait:
2. Reg. 3. 18. *Dominus locutus est ad Dauid, dicens: In manu serui mei Dauid saluabo Israel*; affectio praua rationem commouet, pertrahit, & contingit, quod
Cap. 5. 18. acutè Isaias deplorabat, *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plau-*
17. *stri peccatum: traheis aprouado el peccado con razones friuolas, inuentadas con la passion, y teneis por tan fuertes las ocasiones, que tiran de vosotros, y os parecen vuestras razones euangelio*; cunctas enim rationes vestras quasi aranearum fila vanissima solo flatu disrumpam. Non possum vitam sine ludo transigere, nequeo ego cælibem, & castam vitam ducere, nusquam potero iram, & iuramenta frænare. O funiculi vanitatis, ex vobis pendent tot peccata? ô vincula plaustri, his trahuntur tanta onera peccatorum? & tenuissimos funiculos vocatis vos, funes fortissimos? ô rem turpem, & calamitosam, veniet extrema hora huius diuitis, vel equitis, & post quadraginta, vel sexaginta annos, immensa pondera peccatorum ad tribunal Dei deferenda sunt, & quasi plaustris ducenda iuramenta, sumptus, odia, fornicationes, adulteria, amissum tempus; & rogatus de ratione, & causa delinquendi, vanissimas fuisse rationes prodet, quibus impulsus fuerit vt tale pondus peccatorum ferret, *hallarase a la hora de la muerte, que ha trahido acarretadas las maldades con cuerdas de razones friuolas, que con la passion, le parecieron moramas.* Sicut contigit his sacerdotibus, qui, vt ait Propheta,
Isai. 5. 20. *dicebant bonum, malum*, & prauo suo affectu miracula ipsa, quæ Christum manifestant, causam inferendi mortem illi dignam iudicant: *Hic homo multa signa facit.*

Vanissima & futiles excusationes peccatorum.

18. *Venient Romani, & tollent gentem nostram,*
Ioan. 11. 48. &c. Ecce nomen concilij, speciem gerit communis vtilitatis; vnusquisque autem propriæ attendit vtilitati, & suis lucris inseruit. Vis scire, ducátne te communis boni affectus, an proprij? accipe certa signa. Quotiescunque ad concilium vocatus ferues, & solicitus ab vno in alium suffragia extorques, omnia commoues, mouésque lapidem, etiamsi gratia, vel munus deferendum sit indigno, vel minus digno: *ea señores fula no es mi hechura, metamos hierro, dad calor à su partido, oy por mi, mañana por ti, ellos ya van de ganilla*; viri enim integri nullius lucri cupidi rectà tendunt in senatum, audiunt quæ proponuntur, & ita iudicant, aut suffragia ferunt, quasi Dei tribunali iudicandi sisterentur. Erat apud Philistæos Dei arca captiua, à qua

Signa proprij affectus in iudicando.

cùm graui supplicio, & turpi ægritudine afficiuntur, concilium ineunt sacerdotes, & augures, quid agemus de arca Dei? Facite (inquiunt) plaustrum nouum, & duas vaccas fœtas, quibus non est impositum iugum, *iungite in plau-* 1. Reg. 6. 7.
stro, & recludite vitulos earum domi, & aspicietis, & siquidem per viam finium suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande; fecerunt ergo illi hoc modo: *ibant autem in directum vaccæ per viam, quæ ducit Bethsames, & itinere vno gradiebantur, pergentes, & mugientes, & non declinabant neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Vaccæ istæ capita reipubli- 19.
cæ, & iudices denotant, quorum humeris nititur lex, & iustitia. Cùm igitur videris conuenire capita ad electionem, & extra terminos suos, & patrias exeunt, vitulósque consanguineorum, & filiorum deserunt, nec attendunt illis, sed pergentes, & mugientes, nulla ratione attendentes, vel suis affectibus, vel filiorum postulationibus, vel amicorum intercessionibus rectà tendunt in Bethsames, hoc est, domum Solis; sin minus, in Philistæam redeunt, terram Deo odibilem, & hostilem; moralis iste sensus Rabbini cuiusdam est: *sic enim incedere debent, qui sacra* Rabbi Dauid.
legis iugo suppositi per internam scientiam arcam Domini portant, vt propinquorum necessitatibus condolentes à rectitudine non declinent: pergentes, & mugientes, sentir se tiene. Sed nequaquam à recta semita iustitiæ deflectendum; hoc si ipsi, qui capita sunt, præstant documentum, statim imitatores habent reliquos, & res tota ad normam iustitiæ peragitur. *Sed &* 1. Reg. 6. 12.
satrapæ Philisthim sequebantur vsque ad terminos Bethsames. Considerent attentè, quis sit quasi dux consultationis, quam subsequantur, si rectà ad Deum tendit; si verò est aliquis, qui quasi draco in cælo aliorum suffragia deuorare vult, istum exturbent; trahet enim post se tertiam partem stellarum, sicut in concilio isto videre licet: cum enim vident Caipham dignitatis conseruandæ cupidum, omnes ad nutum eius locuti sunt, & fatuæ eius sententiæ mox omnes applaudunt, & subscribunt, *venient Romani.*

Qui præest concilio prauo sit affectu liber.

Et tollent gentem nostram, & regnum. Vide 20.
consequentiam, si Christum dimittimus, o- Ioan. 11. 48.
mnia perdidimus, nisi vsuris, & iniustis contractibus vtimur, numquam diuites erimus, nec domus consistere, nec sustentari poterit familia, nisi de illa pellatur Dei timor, & pura conscientia. O barbarum, & perabsurdum verbum, fide vacuum, dæmonis veneno plenum; quis putat pellendo domo Deum ditescere? Quid obiicis, *venient Romani*; multis necessitatibus vrgeri, & circumdatum esse; moriatur ergo Deus, qui fons est bonorum omnium? nónne ab illo speras salutem æternam? quare non temporalem? ad quam conferendam nec minus potens, nec minus sapiens est? Ignoro tamen (inquis) velit, nec ne: nam de potentia non dubito. O infidelis, non est Deus æquè bonus, ac potens? quòd si adhuc de bonitate, & voluntate dubius esses, inde sequitur oportere peccando extorquere voluntatem eius, vel diuitias? perinde est ac si diceres, eques ille diues est, dubito an velit subuenire indigentiæ, volo bona eius clam diripere. Malè vtique ratiocinaris; hac ratione

Insana & barbara consequentia, indigentia premimur, pellatur Deus, & religio de domo, aut republica.

duci debes, eques iste diues est, vel ab illo extorquenda est pecunia per vim, per dolum, aut amicitiam; satius erit vti amicitia, cætera enim incerta sunt, & peccato obnoxia: Deo igitur nec inferre potes vim, nec supplantare fallacia, & dolo, quia æquè omnipotens, ac sapiens est; superest, vt per amicitiam remedium speres, & credas æquè bonum esse, ac potentem; & quia bonus est ille, ideo te oportere malum esse, absurdum est. Quamobrem si tot infortuniis obsideri non vis, fige in Deo spem, mentémque tuam: ibi enim collecta omnia in vno Deo comperies; pes circini vbi sistit? in centro, & dum ibi fixus manet, quid fit, vt ducto alio pede in gyrum perfectus efficiatur circulus: si enim pes ille primus non fixus manet, franguntur lineæ, & circuli imperfecti manent. Centrum Deus est, pes tuæ

21. spei sistat in Deo: *fige in Deo mentem anima mea* (aiebat Augustinus [a]) *Dios mio, centro de mi alma, vltimo fin mio, en vos soy algo, en vos hago puño de todos los bienes, que todos paran en vos como lineas en el centro, si de vos me salgo, luego me, cercan mil menguas.* Tantummodò ergo tuum amorem, & gratiam expeto, cætera non curo, etiamsi veniant Romani: sic enim edoctus sum à Dauide, *Multa flagella peccatoris: el peccador no medrarà con Dios*; iustum verò *misericordia circundabit: le ronda, le sitia la casa; tu vallasti eum.* Peccator verò centrum sibi constituit peccatum, vt suæ indigentiæ subueniat, & machinatur multa, quibus à malis se eripiat; fit autem, vt infinitis infortuniis obsideatur, *multa flagella peccatoris.* Quare? *Labor in medio eius, & iniustitia, pone por centro el peccado:* & inde sequitur industrias addere iniquissimas; *& non defecit de plateis eius vsura, & dolus: y quien tiene tal centro, que puede esperar? die, ac nocte circundabit eam, super muros eius iniquitas,* &c. *vna maldad, y otra le vienen acercar; sino me saliere esse trato, harè esse.* Ideo auctor quidam ex nostris exponit, *plusquam muri circundati iniquitate.* Putant non venturos Romanos, si Christum extra muros pellant, quod vt falsum esse credant, *veniat* (inquit Dauid) *mors super illos: necios por encima de los muros vendrà la muerte, o, la tierra os puede tragar viuos, & descendant in infernum viuentes.* Sed vt credatis non mea, sed diuina prædicare, diuinum oraculum habemus, hanc desolationem prædicens, *Oportet primùm hæc fieri, sed nondum statim finis.* Primum quidem erit, & certissimum venturos Romanos, à quibus vrbs tota desolabitur; *sed hæc initia sunt dolorum: consurget enim gens contra gentem,* &c. Quid ais Domine? arma, pestis, rabida fames, crudele bellum nomen meretur initij doloris? ita est (inquit) *quia nondum statim finis*; hæc enim omnia nihil sunt, si cum æterno tormento componantur: *el mal, que està de esse cabo de la muerte esse es mal,*

22. *mortuus est diues*, hoc est initium, *& sepultus est in inferno*, ecce finis; quæ scire oportet, vt cùm minatur dæmon, dicens, *Venient Romani: ha que pierdes honrra, ha que moriràs de hambre.* Nolo me peccato committere; iam enim edoctus sum hæc initia esse doloris, licèt matres infantes suos deuorent, licèt stercora præ fame deglutiãt, licèt templum conflagret igne, & millia millium hominum vno bello interficiantur, Dei verbum affirmat, *hæc initia esse dolorum*, finem horreo ego æternum, infinitum, irreparabilem, nolo huic consilio acquiescere, sed diuino. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; timete eum qui, postquam occiderit, animam potest mittere in gehennam.* Vsurpat ad fallendum vos dæmon pictoris, & perspectiui artem, qui quando proximè in tabula, &, vt aiunt, *alo cerca,* pingit ruinas vrbis, tuguria eremitæ, vel pastoris, sua propria mensura depingit, ita vt parua magna videantur: at cùm montes altissimos longè exprimit, multo minores quàm pagos, & tuguriola pingit; hoc ita fieri docet perspectiua, & falluntur oculi, dum quæ parua sunt, magna videntur. Sic dæmon verbum illud, *venient Romani*, ingruet fames, dedecus, infamia, mors, hæc omnia pingit dæmon propè in ianuis, & ita proximè vt iamiam Romanorum aquilas, tubásque instare diceres, quibus terret nos; iustus verò tunc ita, *initia sunt dolorum.* Quid hæc ad inferni pœnas? iudicia autem Dei, quæ sunt, *sicut montes Dei*, id est, Altissimi, vltimam sententiam inferni cruciatus à longè depingit, vbi vix percipi possint; *que no serà tanto como dizen, que no vendrà tan presso.* Caue Christiane, caue fallaciam, caue finem dolorum, initia cur times? Iudæi sunt qui temporalia timent, amant, & reipublicæ statum Christo præponunt, & vniuersa amittunt.

Oportet, vt vnus moriatur homo. Sacratissima ista verba, quæ sacrilego ore, & diabolica intentione effutire ausus est Caiphas, nesciens quid diceret, tanta sunt ponderatione digna, vt Christus ipse Patris sapientia ad illa ruminanda, atque pensanda in desertum Ephrem secesserit, non metu (inquit Rupertus) *sed vt bonis de se cogitandi studium augeret.* Iam concionator iste non diuinas ad populum dat conciones, iam cælestis medicus sanandis infirmis non incumbit, iam non excipit petitiones, iam vacant diuini Regis tribunalia; & quid cogitas ô Verbum Dei filius? altissimæ sunt, cogitationes tuæ; *mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus*, Hebr. *mihi autem nimis pretiosa sunt cogitationes tuæ Deus: nimis confortatus principatus eorum*, Hebr. *nimis multiplicata sunt summa earum: lo alto de los pensamientos de Dios, digo, sus amigos, que todo es vno lo que piensa en beneficio del hombre, se lleba la palma*, & cùm tot, tantaque beneficia excogitauerit à die, qua creauit illos; si tamen hæ cogitationes conferantur cum ista, quam de reparando homine animo versat, ista eminet omnibus, summitatem tenet, sicut clata palmarum, & summitates ramorum eius; id est, cùm posset Deus iste hominem multiplici alio medio redimere, summus summè, altissimus altissimè, Deus ineffabiliter negotium istud excogitauit, voluit, atque peregit. Nimis pretiosæ sunt cogitationes tuæ, vt nempe *vnus*, id est, Deus, *moriatur homo*, in quantum homo est, ne amici sui intereant, quos nimis honorauit; *demasiado los haueis honrado.* Ausculta, obsecro, contraria hominum consilia. *Quia cogitauerunt super me consilia*, Hebr. *consilia consultauerunt, dicentes: Mittamus lignum in panem eius*, moriatur, cruci addicendus est. Collige ex his sententiam illam non à concilio Iudæorum, sed à Trinitatis sede Manasse. Hoc igitur concilium auscultandum, & contemplandum

Margin notes (left column): a Lib. confessio. — *Amore Dei tantummodo contenta sit anima.* — Psal. 31. 10. — Psal. 54. 11. — Ibid. — P. Sà. — Psal. 54. 16. — Matth. 24. 6. — Matth. 24. 8. — *Peccato nulla ratione ob indigentiam succumbendum.* — Matth. 24. 6. — Luc. 16. 22.

Margin notes (right column): Matth. 10. 28. — *Simile.* — 23. Ioan. 11. 50. — *Secessit ambulans ad passionis meditationem.* — Psalm. 138. 17. — Ierem. 11. 19.

dum

Digitized by Google

dum est, & de se bonis, & iustis cogitandi studium auget. D. Bernardus attentas aures præbuit, & obseruauit Dei filium Christum gratias referre Patri: *Holocaustum, & oblationem noluisti; aures autem perforasti; corpus autem adaptasti mihi.* Non refert gratias ob sacratissimam

Psal.39.7.

24. vnionis hypostaticæ gratiam, nec de multiplici scientia, nec de immensa gratia; *sed quia corpus adaptauit, ita vt mori posset homo pro populo*: & hoc est, quod in concilio illo supremo proposuit Pater, sic amo homines, sic honorare volo, vt nisi ad profundendam vitam, & sanguinem eorum causa, non descendam in terram, ob id grates refero tibi Pater mi; quia acceptasti, & adaptasti mihi corpus, indeque manauit decretum, quo Caiphas denuntiauit; non quia Caiphas, *sed quia Pontifex erat illius anni*, & vices gerebat Dei Patris: libet enim Deo aliquando per indignos loqui verba salutis (inquit Chrysostomus.) Latam sententiam cogita, vt approbent omnes. Approbas tu ô Homo? hæreo Domine, nescio in quam partem inclinem: si approbo, morti trado Deum meum; si reprobo, mortem mihi infero, ego inhibeo me, atque subduco ab hac causa, & ad Patrem deferri volo. Approbat Pater. *Sic Deus dilexit mundum*; approbat Verbum Dei, *tradidit semetipsum pro nobis*; subscribit Spiritus sanctus, *obtulit se per Spiritum sanctum*: concedunt Angeli, neque appellare volunt, etiamsi caput Angelorum spinis coronetur. Et tu ô Virgo purissima consentis latæ in filium sententiæ? vindica lumen oculorum tuorum: annuit Virgo purissima; quia iam ab initio sententiæ consenserat, quod eximiæ laudis, & meriti est. Laudatur Virgo; quia concessit Angelo, *fiat mihi*. Quid eximium est in hac obedientia? tantum est accipere dignitatem matris Dei, quam omnes fœminæ diu expetebant? & laudabilem se exhibere omnibus generationibus? potius ego humilitatem, quæ hic splendet, æstimarem, quàm obedientiam. Verùm cælestis nuntius à diuino consistorio veniens, *fiat* expectat, obedientiam præstolatur. Quare? quia quamuis humilem se præbuerat in tanta dignitate, obedientia magis opus erat: nam licet oblata dignitas maternitatis summa erat, at pensionem tantam illi iniunxit, & manifestè ostendit; hoc tibi ô Virgo pendendum est, vt non ægrè feras

Quanto amore mortem oppetiuit Christus.

Ioan.18.13.

Ioan.3.16.

Ephes.5.2.

Amor Virginis & obedientia singularis.

25. filium tuum in cruce pendere: quod illi notum fecit sicut Christi animæ, vt quemadmodum Christum maxime veneremur; quia nouit, acceptauit mortem, & inde infinitam eius charitatem venamur, *Ipse prior dilexit nos. Charitate perpetua dilexi te*; sic similiter cùm filium donat, & *fiat* Virgo concedit, notus sit nobis mirificus ille amor Mariæ sanctissimæ erga nos; tunc enim (inquit Augustinus [a]) hominem agnouit, & Deum, & quando nuntiatus est, respondit, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum: saluum fecit filium ancillæ suæ, & filium suum; filium suum in forma Dei, filium ancillæ suæ in forma serui: alli señalo por esclauo; aures autem perforasti mihi: y la madre recebio hijo señalado para la muerte.* Cogitantibus igitur filio, & matre, mortem impendentem cogitemus & nos, nec ingrati simus, quales describit Propheta, *Non dabunt cogitationes suas, vt conuertantur ad Dominum: no dieron à Dios si quiera el pensamiento para conuertir se.* O si vel cogita-

1.Ioan.4.19.
Ier.31.3.

a Psal.85.16.

Luc.1.38.

Obtemperat mater Dei Patri, & filiū in mortem sinit abire propter nos.

Oseæ 5.4.

tionis momenta Deo concederemus, vacemus his diebus huic cogitationi, saltem quotidie per quadrantem cogitemus amorem, cogitemus miracula, & signa, quæ hic homo facit, cogitemus sententiam iniustam, cogitemus Sansonem fortissimum, qui se vinciendum tradidit, cogitemus crucifixum, delicatum, confossum lancea, qui per vulnera amorem manifestat, *hic homo*, non possum non illum cognoscere designatum à Patre, à matre, à Prophetis, & præcursore, *hic homo*, qui talem sibi mortem excogitauit, vt moriens vitam nobis largiretur, & arreptis columnis, & demolita Synagoga per crucem salutem fecit, nulla ratione expectata, sed obductis oculis, Sansonis instar; quia *non expectatur ratio, vbi affectio trahit*, trahit Christum nostrum ad mortem, *vt totus nobis figatur in corde, qui totus pro nobis fixus est in cruce.* Amen. Bernard.

VERBVM FILII.
Ioan. 11. v. 47.

Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant, &c.

Ad superanda dæmonis odia, & Pharisæorum dolos, amoris certamina subit, ipso in prælio occumbens animas arctiori amoris lege deuincit.

DISCVRSVS LXV.

NVNQVAM diuinus amor nostri causa detrectauit certamen in arenam, quondam descendit cum litigioso dæmone in desertum, qui suarum virium imbecillitatem expertus, inducias in tres annos impetrauit, hoc significat verbum illud, quod subdidit D. Lucas, cùm ait, *Diabolus recessit ab illo vsque ad tempus*; tempus autem hoc induciarum putat esse Euthymius [a] *vsque ad insidias Iudæorum.* Ecce iam bellum indicit, classicum canit, explicat signa contra Christum, & conglobatus, & consertus principum, & sacerdotum exercitus in concilio (vt iustum bellum videatur) bellum infert Redemptori; tu interim (mi Princeps) ex alta mentis specula attento animo, & oculis contemplare, quò tui amantissimi seruatoris amor processerit: *los extremos de amor del amado Señor*, & quò tandem odium dæmonis, & hominum inuidia proruperit, *el extremo, a que llegan vnos hombres abrasados de odio, y inuidia.* Primum ego perpendam, secundum in ipso Euangelio satis, superque declaratum est. 1.

Cap 4.13.

a In c. 4. Matth.

HÆC SVMMA DISCVRSVS.

Diuini amoris opera facilè equidem (ait Bernardus [a]) verbo facta, vno item verbo exprimerem; *dixit enim, & facta sunt: at verò qui me tantùm & semel dicendo fecit, in reficiendo profectò, & dixit multa, & gessit mira, & pertulit dura, nec tantùm dura, sed & indigna.* Amor enim (inquit [b]) non satiatur amando, nisi vim suam commendet patiendo, in conferendo enim beneficia dulcedo, & suauitas, in perferendo acerbitas sentitur; vis ergo amoris potius eligit pati, quàm benefacere. Quare nihil esse medium putat, sed aut moriendum, aut perpetien- 2.

a Tract. de diligen. Deo in fine c.1.

b In serm. paruus 66 in fine.

dum decernit: & forsan hoc saucia amore sponsa cantabat, *Fulcite me floribus, stipate me malis; quia amore langueo.* Quare fulcra quæris, & morbi remedia? remedium est mori, dedas te morti, ne quæras mortem amoris subterfugere. Alia (inquit) optima mors est, & potiùs eligenda; quæ mors præstantior, quàm præ amoris magnitudine mori? quæ respondet, pati: *padeceo viuiendo.* Quare vita viuat, moram faciat mors, inducias concedat amor: patientia enim primas illi fert; ideo duret vita, vt moriar patiendo, quod præstantius est, quàm mori amando. Hæc illius noui inuenti causa est: Christus namque, qui tanto amore prædilexerat hominem, ab vniuersi orbis primordio mortem elegit, & mortem doloribus, & acerbitatibus plenam, vt mors illi non obueniret amando, sed tolerando. Hac fame amoris, hac siti æstuabat Christus, vt aiebat Tertullianus[a]: *Taceo, quod figitur; in hoc enim venerat: numquid tamen subeunda morti etiam contumeliis opus fuerat? sed saginari voluptate patientiæ discessurus volebat: nole satisficiera la muerte, sino fuera con dolor.* Mirifico amore mortis tenebatur, siquidem tanto antè mori voluit, mortuus est ante mortem, mortuus dum moritur, mortuus voluit esse etiam postquam resurrexit. Dicam primum, nempe mortem ante mortem appetiuisse; quid enim significant verba illa: *Agnus, qui occisus est ab origine mundi*, id est, qui voluit occidi, qui vt librum scriberet vitæ, vbi saluandorum nomina continebantur, mortem ille iam olim appetierat, ibi, vbi vitam diuinam degebat; ibi, vbi à Patre nondum emancipatus erat, iam mortis dolores concupierat, atque adeò per Isaiam seipsum interrogat, *Et nunquid mihi est hic, dicit Dominus; quoniam ablatus est populus meus gratis? y yo que hago aqui, que tengo yo aqui?* Domine vbi es? nónne in cælo? nónne in Patre? in æterno gaudio? éstne alius melior modus essendi, quàm vbi in teipso gaudes, Patrem redamas, & infinito flagras amore? Amo vtique, & vitam duco amoris; verumtamen amare, & pati mihi magis gratum est; ideo quæro, *nunquid mihi est hic?* Hoc in æternitate dicebat, vbi amor iste multo mane amauit; sed mori ad mortem desiderauit. Secundum exploratum est, nempe mortuum fuisse, mortem moriendo amasse, & apertis vlnis, & pansis brachiis quasi in amplexu accepisse. Tertium tamen mirabile magis, mortuus est postquam resurrexit. Quid enim aliud significat visio illa agni in cælo, *& vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem, tanquam occisum; estaua como muerto,* quod vnanimiter, & vox ista Hispana, & Græca denotant: si iam resurrexit, quomodo vocatis *tanquam occisum*: ante mortem enim potuit habere voluntatem efficacem moriendi, post resurrectionem verò quomodo? Cùm dicat Paulus, *Christus iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur.* Fateor Christum Dominum non habuisse voluntatem efficacem mortis, quæ nullatenus futura erat, & neque simplicem, cùm res impossibilis esset, & ipse sciret impossibilem; habuit tamen delectationem, & maximam capiebat voluptatem, & gloriam ex mortis suæ recordatione, & oblectatione inde percepta. Argumento est; quia ante ipsam mortem futuræ mortis repræsentationem instituit Eucharistiæ sacrificium: & sicut

Ardentissimè appetiuit mortem Christus.

a De patientia.

Multipliciter mortuus est Christus.

3.

Apoc.13.8.

Ticonius. Aretas. Ribera.

Isai 52.5.

Auiditas moriendi Christi Domini.

Apoc.7.17.

4.

Vide P. Alcazar in hunc locum.

Eucharistia.

in templo Salomonis in igne sacrificium agni quotidie offerebatur; ita in Ecclesia augustissimum sui corporis, & sanguinis iuge sacrificium instituit, quod dicitur sacrificium agni *tanquam occisi:* id est, tanquam immolati, qui sine sanguinis effusione saltem amoris argumenta, & quanta cùm voluptate mortem appetierit, iugiter demonstrat; *gusto de morir, y se esta saboreando en lo hecho continuamente; y haziendo plato de su amor, y muerte.* Regustat quotidie, quod semel gustauit. Post hæc autem quò vltrà procedat amor? ad conferenda beneficia? minimè; nam & hoc pergratum, & dulce iudicauit, sed ad perferendos dolores, & acerrimos, atque acerbissimos. Est ne plus vltra? ita; nam vnum cum altero commutauit, nempe beneficia conferre dolores perferendo, & perferre dolores dum beneficia confert. Pone Christum sanasse leprosum; ita tamen, vt in seipso lepram exciperet, & dum suscitaret mortuum, seipsum morti traderet, & dum tollere lectum paralytico iubet, ipse sibi crucem inferret in humeros, & dum coronat beneficiis homines, sibipsi coronã spineam infigeret; hoc idem igitur ingeniosus amor effecit, vt hodierna die miracula, quæ gloriosè quondam patrauerat, mortis, & exitij occasio sint, & iisdem collata beneficia multa, occasionem mortis sibi inferẽdæ obtulerint aduersariis: hanc enim illi, vt causam arripiunt, & fatentur; *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit,* leprosos mundauit: nos igitur constituamus illum tamquam leprosum; mancos, & claudos sanauit, configamus manus eius, & pedes crucі iacentes, & mortuos suscitauit; igitur subeat mortem, & crucem: oculos restituit cæcis; igitur obtenebrentur sui, faciat miracula, & sibi vulnera; faciat beneficia, & sibi dolores, ac denique omnia recidant in caput eius; & quò iam vlteriùs pergat amando? quò? in infinitum. Obstabant morti eius peccata, quæ intercedere * necessum erat Iudæ proditoris, sacerdotum, Pilati, & militum; mortem amat infinito propter nos amore, sed peccata odit infinito propter se odio. Quid agas in hoc casu ingeniose amor? nam nec potes amare, quod summè odisti, nec potes deserere, quod infinitè amasti, & qui occisus es ab origine mundi, hoc est, occidi voluisti, iam æternam non potes retractare voluntatem; hic amor infinitus est, hoc odium pariter infinitum est, vnum infinitum alio maius esse nequit; non igitur superabit amor; non ergo morieris. *O præclarum facinus amoris*, tu has subterfugies angustias. Hanc pugnam, & neutrale bellum in Christi voluntate contemplatur D. Ambrosius[a], cùm humana voluntas in Christo non repugnans diuinæ, sed abhorrens à Iudæorum peccatis sic exorat: *Pater si vis, transfer calicem istum à me*; quem? istum, istum Iudam proditorem, qui suspendendus est, istum Pilatum, qui sententiam dicet, istum Caipham, qui decretũ mortis præscribet, istam Iudæorum ruinam, istam timeo, istam vitare vellem, *& nunc anima mea turbata est; & quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora; por esso se me haze dificil el morir.* Verùm ecce amor ad bellum accingitur, & infinitum odium, & peccata superat, deuorat, & dissimulat, & nonobstantibus his ad mortem properat. Accipite (quasi diceret) quod plus amo, filium nempe, vt vobis sit gratior, feram ego quod maximè oderam, nempe peccatum. O amor animæ meæ, quis

Ingratissimi sacerdotes ansam interficiendi ex ipsis beneficiis Christi arripiunt.

5.

Superauit amor Christi mortem, & peccata insuper Iudæ & aliorum.

* Supposita hominum libertate, & mortis forma, quam elegit, *sicut necesse est, vt veniant scandala.*

a Lib. 10. in Luc.

Marc.14.36.

Ioan. 12.

Ioel. 2. quis tanto amore non flagrat? quod pectus durum non frangitur? *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Terrible espada esta, mas que ropera, que no repara en cortar el sayo, y la capa en el ayre llega à entrar por medio del coraçon; conuertimini ad Dominum Deum vestrum: no quede lanza en biesta; quoniam benignus & misericors est: benigno en sufrir el peccado, que permitio, misericordioso en dar la salud à su hijo.* Sed vt clariùs loquatur, addit: *patiens, & multa misericordia, & præstabilis super malitia. Diola vida de la gracia en la cruz por manos de la malicia, y da oy el consejo de salud por medio del consejo maligno de los que alli se juntaron no a saluar sino a condenar.* Inde ergo vim habet verbum illud, *collegerunt ergo*, illationis nota quorsum hic apponitur, nisi vt credas rem tam nouam, & inauditam à suis principiis duci, ab illo nempe sempiterno amore, ab illa voluntate moriendi, ab illo ardentissimo amore, quo infinitum odium superauit, & venenum peccati exhausit, & exantlauit: *collegerunt ergo.*

6. *Collegerunt ergo Pontifices, & Pharisei concilium.* Aciem iam instruit sub specie hominum dæmon: primam, mediam, & postremam aciem, mendaces homines, ambitiosos, & superbos tenere iubet. Procedit dæmon tectus, & laruatus, vt habetur *Apocal.* 12. Sed quare tegit se draconis specie? vt possit vtique *trahere tertiam stellarum partem*; meliùs enim cauda, quàm facie, & dentibus peragit cruenta bella, & clades. Habebat quidem septem capita, & decem cornua, septem horribilia ora dentata, & vngues ferreos: præsensit tamen parum valere hæc arma a[d] eos homines exturbandos cælo, vbi habitant: nam *draco visus est in cælo: para hombres espirituales, y Pontifices no valen armas cara a cara.* Arte opus est, & simulata malitia, his exturbandis aptior est cauda: nam si inuaderet virum spiritualem ad furtum, ad necem inducendo, insanus dæmon esset; sed callidè collaudatis moribus sanctis, & amore doctrinæ suæ, accedit ad visendam fœminam, vbi sensim spirituali in carnalem amorem commutato cauda percutit vtriusque corpora, & in cœnum turpissimum de cælo deturbat. Ideo licèt infensissimos Christo nouerat

7. Pontifices; non tamen retecta facie illorũ corda solicitat, sed caudã mouet, & armat exercitum, vt cùm iam collectos simul teneat, cauda in damnationem præcipites agat. Considerat bel-

Apoc. 19. lum, & exercitum D. Ioãnes ad eius prospectum, & vocans nos, & stultam eorũ mentẽ deridens, & deludens asserit: *Esperad, y vereis como el juntarse estos principes es para cojerlos jũtos la ira de Dios:*

Psal. 2. ad illud alludens, *Astiterunt reges terræ*, &c. *aduersùs Dominum*, &c. *qui habitat in cælis irridebit eos: mirad cosa de risa es la que vereis; pero vosotros, que sois hombres, temed de estos monstruos, que vereis: & vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ spiritus tres immundos in modum ranarum.* Ecce tibi cunctus exercitus, numera si vales; *tres ranas, y no mas*: verumtamen

Ranarũ more inuadit iustos dæmon. time illos; *sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, & procedunt ad reges totius terræ, congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis*

P. Viegas in Apoc. *Dei.* Qui sunt isti? Quidam auctor putauit esse tres legatos ab Antichristo mittendos vel in fine mundi, vel in dimidio temporis, vt putauit

a Cap. 11. Apoc. D. Prosper [a], in tres partes orbis, qui persuadeant, Antichristum esse Christum. Sed textus non admittit hoc, nec sunt tres partes mundi, sed quatuor, & fortassis post Americam numerabitur Australis nondum satis nota. Quidam

8. dixit hæreticorum symbola esse, bene quidem, *Hæretici ranis persimiles.* cùm ranæ stultæ, garrulæ, & importunæ sint; sint verò, si id placet, tres ranæ, *Gentilismus, hæreticismus, & Iudaismus*, quas obmutescere fecit verbum Dei. Verumenimuerò cùm ex ore dæmonis prodierint, & spiritus dæmoniorum sint, & eius sint quasi sternutamenta: *tres estornudos del demonio*, hoc est, quàm simillimi dæmoni, ex ore eius prodire videntur, sicut ex ore filij hominis verbum Dei prodire in specie ensis visum est: *este es todo el exercito en suma lenguaje del demonio por boca de hombres. nam* Glossa apud D. Thom. in c. 9. ad Ephes. *mali homines aqui sunt diaboli*: & quod per se dæmon non est ausus, id linguis hominum perpetrare ausus est. *Accedit autem confœderata Iudaico mors furori*, & (vt ait Ambrosius [a]) homi- a Ser. 3. in Psal. 118. nes nocendi disciplinam erudit, & aliquando doctiores dæmone euadunt. *Diabolus peccatores discipulos erudiuit, & procedunt ad reges totius terræ, congregare illos in prælium.* Contra Christum ranarum linguæ vires, & linguas habent? *ad diem magnum omnipotentis Dei.* Ceterùm bellum in caput suum conuertetur; nam suismet ipsorum armis deuincet, & iugulabit Christus, & sua morte sicut Sanson consepeliet.

9. *Collegerunt ergo concilium*, &c. Prodit igitur prima rana clamore suo rauco, & importuno cogere in concilium reges contra Christum. Isti sunt viri susurrones perniciosissimi reipublicæ: eia agite principes, cogite ergo concilium; ex quibus principiis pendet illud ergo? Ipse Ioannes explicat, *Quidã autem ex eis abierunt ad Pharisæos, & nuntiauerunt eis, quæ fecit Iesus*: quia nempe ex eisdem, qui interfuerunt Lazari suscitationi, concinnauerunt narratiunculam, & cùm ranæ vocalissimæ sint, earum instar importuna vociferatione coniurationem commouent, & *Susurronum vitium pessimum & execrandum.* concilium. O monstrum! ô vitium horrendum, non sat fuisset te susurrationibus mundum, & pacem perturbasse, nisi etiam iusto Christóque mortem nefariis conatibus machineris? *por saber, que darian gusto a los Phariseos, fueron con estos chismes, y parlerias.* Qua enim ratione non dico Pontifices, sed perditissimi hominum auderent mortem meditari Christo, nisi ranarum istarum, & zizaniorum disseminatorum verba illorum furorem incitassent *? quos ita extimescere debent principes, vt Christus Dominus sicut David à facie Absalon fuga, ab his ranis se surripere decreuerit: nam cùm quidam ex eis abierunt ad Pharisæos, & nuntiauerunt eis, quæ fecit Iesus, *iam non in palàm ambulabat apud Iudæos*: sicut etiam antea Ioannis 4. *vt cognouit Iesus, quia audierunt Pharisæi, quòd Iesus plures discipulos baptizat, quàm Ioannes, reliquit Iudæam*; semper enim cùm referunt res, augent illas, & tragœdias magnas excitant. Videas nauem onerariam instar ædis magnæ magni roboris ad omnem vim, & contumeliam perferendam post longum, emensum mare Hispalim appellere, quæ cùm ad litus propiùs accedere nequit, patitur circa se actuariola ministratoria, & scaphas, *bateles y esquifes*, quibus merces sunt gerendas cõmittit. Malum necessarium, videas enim breui spatio terram omnem mercibus abundare, sed surripiunt in itinere multa,

* Vide in Iudice, fer. 6. inimicorum classe 2. ex Gregor. 3. parte pastoralis.

Simile.

Infamatores & susurrones mendacia vēdunt.

multa, & in reliquis expendendis adaugent pretium, & mendacia, ita vt nauis honorem, & apud mercatores fidem, & existimationem imminuant: *hazen perder el credito a la naue.* O 10.
nauis Hierosolymitana quam pretioso, & expetito Messia onusta, longá emensa viam portum iam tenebas, dum ecce ex te perditissimi homunciones has ipsas merces suffurātur, & mendacijs miscent, quibus tu, quæ fidem dabas, fidem, & salutem amisisti. Videas hoc in istis, qui nuntiauerunt Christum baptizasse plusquam Ioannem: nam mendaces quidem fuere; etenim nunquam ille baptizauerat, sed tantummodo discipuli. Et alter qui affirmauit, *Hic dixit, possum destruere templum Dei*; quod præclarum erat mendacium, cùm ille solùm dixerit, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Et vt notat Hieronymus, *falsi testes* vocantur isti *duo nouissimi*; quia licèt aliquid veritatis dixerint, mendacium ipsi immiscuerunt veritati; & plus roboris habet ad permouēdum animos id, quod narratur, quàm id, quod nostris oculis intuemur: nam mortuorum suscitatio non tam incitauit animos Pharisæorum, quantum istarum ranarum importuna loquela enarrans Lazari suscitationem præclariorem fuisse, & oportere, vt coacto concilio tanto malo supprimendo vacarent. Ne credas princeps his euntibus, & redeuntibus, qui gerulorum munere funguntur, nec vos fidem adhibeatis, cum auditis hæc, & hæc dixisse concionatorem: nam si in aliquo verum afferant, in multis mendacij vitio laborant, & sæpe de veritate detrahunt. Iam susurrones istos de suo templo pelli iusserat Deus, dum (vt notat Theodoretus) imperauit, ne super oblationes, & placentas mel infunderetur, *nec quidquam mellis adolebis in sacrificio*: ideo nempe, quia apes vniuersos flores prælibant, pungendo illos, vt postea susurro, furto ablata in medio effundant: sunt enim sicut apes, cruda decerpunt, & cruda effundunt in curriculo susurrantium, vt sic dulcē faciant conuersantium colloquia; hos igitur pulsos omnino vult a templo, & obturanda ranarum ora, si potest fieri.

Cauent principes a susurronibus alterius vitia excutientibus.

11. *Quid facimus: quia hic homo multa signa facit.* Ecce mediam aciem tenet crudelis ambitio, rana quidem importuna de palude propriæ voluntatis, & cœno peccati desiliens in terram, peccatum commune principibus, qui in omnibus, quæ aggrediuntur, prius voluntate, quàm ratione ducuntur; dixerant quondam, *Volumus à te signum videre*, ecce prima voluntas, pedem infert, etsi rem illis negari contingat, illic fremere, & vociferari, & augere tragœdiam; *a vn hombre como yo sele ha de negar esto?* Similiter etiam hodie prima voluntas morte dignum censet, antequam ratio; *multa signa facit.* Quid si vera signa? quid si sunt in vestram vtilitatem? quid si pietas in pauperes exercetur? O crudele spectaculum ambitiosæ voluntatis! ô monstra horrenda, spectate illa & vos Christiani, ne talem imitemini insaniam, & crudelitatem, nempe inter ipsa beneficia mortem Christo inferre. Cautum erat diuina lege, *Non coques hadum in lacte matris*; sancta, & pia lex, non ob id solùm, quòd à Deo sit; sed quia pietatem admonet, impietatem damnat: nam, vt ait Philo Hebræus, *indicauit valde iniquum id, quod animali viuenti cibus fuerat, in condimentum occisi vertere: genero de crueldad perder la vida por el mismo medio, que antes la recebia.* Nam miracula vocat D. Gregorius Nyssenus [a] lac paruulorum, & Alexandrinus Clemens [b] ideo gaudere miraculis Iudæos putat, quia paruuli, & tanquam paruulis lactis potus est datus: isti igitur ingens crimen cumulo peccatorum addiderunt, cùm Agnum Dei Christum ideo morti adiudicant, quia miracula fecerat. Sed ô quanto crudeliores sumus nos, qui in ipsis diuinis beneficiis mortem filij Dei perpetramus; quia Deus pecuniosum te fecit, O diues, ideo lucro iniusto, & vsurariis quæstibus vacas, quia tibi nescio quid pulcritudinis, & decoris indidit, qui flores vestit, & coloribus pingit, adultera eris Christo, & marito? quia patent sacri illi fontes, & cruor filij Dei gratis, his maxime diebus peccatoribus datur, ideo tu in peccato sacram escam edis, & ex ipsa peccatorum confessione nouum peccatum elicies? Hæc summa iniquitas est, *si ex remediis venena, & ex ferro ensis, & ex igne conflagratio, vt ex cibis cruditas, & ebrietas ex vino confletur.* Hæc Hilarius [c].

Ambitio crudelis.

Propria voluntas.

Ingrati sanguini Christi arguuntur.

Exod. 23.

a Sic Dominus animo nos imbecillo præditos per miraculum nutrit, lib. de hominis opificio.

b Orat. ad gent. Nunc autem sunt quidam tanto magis impij, quanto est benignior Deus, ac humanior.

Ansam arripere peccandi ex beneficiis iniquissimum est.

12. Super tanto peccato quasi irrugit magnus ille Gregorius Nazianzenus. *Ira, & mœrore impleor, propter meum Christum: vtinam & ipsi condolescatis, cum video hac de causa eum odio haberi, & contemni, propter quam eum honorare æquum erat; ô rabia, ô ira iniustissima; que tanto amor por amor sea aborrecido por beneficios offendido, por milagros muerto, por afficionar escandalize?* Hanc eamdem vocem dudum iam per Prophetas emiserat Amos 9. *Nunquid non vt filij Æthiopum vos estis mihi? filij Israel, ait Dominus*; certe ingratitudinis nota nigriores vos estis ipsis Æthiopibus, qui tantis collatis beneficiis nequiores quotidie estis, qui nunquam mutatis colorem, sed sanguinis, & lactis miraculorum degeneres in pristina improbitate perseueratis; *potest Æthiops mutare colorem suum? pues paraque me canso con esta gente?* Turcis ipsis immaniores estis erga me; nam illi barbari non me conculcant, vos me despicitis, illi ignorant me, vos me probè nostis, *vos estis mihi? Turcos para mi los Christianos? crueles con Christo los que tienen su fee?* Et qui estis vos? nónne mihi vt Æthiopes reputabimini, putatis vos a me in aliquo pretio haberi, quamuis sitis Patribus fidelibus progeniti? nonne ego pluris facio vos, quàm Æthiopes? simili probro afficienda est tanta impietas, *auaritia in capite omnium*; non solùm omnes auari sunt, sed tanta auaritia, vt illius telo sint perituri, & ita legunt, *Auaritia in frusta concidet eos*, seu, *vulnerabit omnes qui sunt in capite omnium: dexad à estos señores del consejo, que ellos me la pagaran; nouissimum eorum in gladio interficiam, non erit fuga eis.*

c In Psal. 68.

Vers. 7.

Chrysost. hom. 11. in nat. Alb. Isido. ad reprimendā confidentiam Israelitarū, dicta putant verba Prophetæ.

Pagninus, & Vatablus.

13. *Venient Romani*, &c. Iam extremam aciem tenet carnis loquela, quam sapientiam carnis, & Deo infensissimam vocat Paulus, & quam nos clariori vocabulo politicam disciplinam, status rationem, Machiauellisticam doctrinam impiam, & deterrimam, quam (proh nefas) politici principes ambabus animi vlnis excipiunt, apud quos pietas, & religio, & virtus omnis fit nundinaria, simulant religionem, & eatenus fatentur illam, donec optata assequantur; facti verò voti compotes maiori impetu ad damna pietatis erumpunt: *toman de la religion lo que han menester para salir con sus intentos.* Age monstrum horrendum, hodierna die exsibilandum, & in vltimas oras deportandum eris. Quid meditaris? mortem Christo, vt perseueret respublica? ecce quàm

Politicorum hæresis profligatur.

quàm vana tua spes, quàm stulta tua scientia, quæ bene sapientia carnis dicitur; hæc namque de cœno carnalis peccati tamquã de palude resilire solet. Ideo carnalis illius ranæ vox est, *principem eo natum*, vt cuticulam modò curet, suámque potentiam qualitercumque amplificet, Sardanapalum imitatus, nec multum curet subditorum res. Habeo insigne exemplum, quo tantam amentiam retundam. Nónne sanctus quondam Dauid? ecce de cõsilio Machiauelli domi se continet vagus, & otians, rapitur amore Bethsabeæ, labitur in peccatum, Vriæ mortem meditatur, ac tandem perficit, sed nimis politicè; nam occultè

Verè hypocrita politici. molitus est mortem, vt famã, & existimationem apud suos conseruaret, qua vna retenta pereat (inquit) Vrias, & ego voti compos euadã. Dauid iam laruatus, & tectus inani specie iusti procedis, peccator cùm sis? Audi Gentilem hominem. *Extrema peruersitatis est* (aiebat Plato) *cùm prorsus iustitia vacet ad id tantũ niti, vt vir bonus esse videatur.* Post hæc autẽ vbi est Deus? Audi cantilenam.

Plutar. ex Platone, lib. num inter pocula sit philosophãdum.

Sedet interea conditor altus,
Rerúmque regens flectit habenas,
Rex, & Dominus, fons, & origo,
Lex, & sapiens, arbiter æqui.

Boetius 4.6.

14. Sed audias, obsecro, vocem filij tui, & fortassis cognosces. *Sapientiam, atque doctrinam stulti despiciunt: quien se oluida de Dios, sino el peccador?* Ideo Clem. Alex. habet nomine *stulti, sine Deo*; nam qui sine Deo est, temerarius, atque proiectus ad audiendum est; & è contra stultus, & imprudens eò deuenit iniquitatis, & stultitiæ, vt Deum esse neget: nam cum religione metus cõiunctus est. Vnde afferuntur Symmachi verba [a], *Plurimum valet ad metum delinquendi præsentia religionis vrgeri.* Itaque temeritas omnem abiicit disciplinam, & Atheos homines facit; quo vno abiecto fræno omnem probitatem despiciunt, leges tam diuinas, quàm humanas transgrediuntur, & omnem æquitatẽ tollũt. Hoc fortasse voluit D. Basilius [b], *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* Hoc itaque *cùm in animum induxerunt, certatim ad omne reliquum peccati genus ruunt:* immo Deitatem contemnunt. *Impius cùm in profundum venerit peccatorum contemnit*, vocat *profundum malorum* negare Deum. Immane scelus (vt ait Rupertus [c]) & nomine *profundi* Græci afferunt vocem *centri*, impius, quasi diceret, cùm in profundum, vel centrũ peccatorum venerit, *contemnit: pone se en el centro de la impiedad, y insapiencia, y todo el mundo es suyo.* Et illic semel collocato omnia grauissima peccata ad illud centrum confluunt; immo ibi quietus esse videtur, sicut in centro, vbi, vt asserunt Philosophi, *res non grauitant*, non percipitur grauitas peccatorum, neque inæqualitas in atheismo, inde contemptus, turpitudo, despectio æquitatis, & ipsius rationis hebetatio. Videas in Dauide, qui post Dei contemptum iustitiæ, & rationis leges omnes contempsit. Vocat strenuum militem Vriam, & dissimulata malitia mortis suæ sententiam portare iubet, qua monet Ioab, vt felicior belli euentus esset, constituat in prima acie Vriã, vbi omnino pereat. *Ponite Vriam ex aduerso belli, vbi fortissimum est prælium, & derelinquite eum, vt percussus intereat.* Do tibi politice, rem totam latere, & Ioab seruare secretum. An non rem putas & rationi dissentaneã, & Dei proui dẽtiæ? Quid si Vrias in itinere litteras resignaret, & explicatas legeret? *Ponite Vriam ex aduerso belli*; me, me? in quo peccauit? *vbi fortissimum est*

Prou. 1. 18.

a In Epist. ad Impp. Habetur inter eas, quæ sunt Ambrosij lib. 2.

b Quòd Deus non est auctor malorum.

Politici labũtur in atheismum.

Prou. 18.

c Lib. 10. de operibus Trinit. c. 5.

15. *Absurda hæresis politicorũ in quos incõmoda ruit.*

2. Reg. 12.

prælium; contra me bellum? qui pacem amaui? *& derelinquite eum*; me, me, & quando dereliqui te? *vt percussus intereat*; vnde mihi mors? & quis hæc imperat? *yo el Rey*, rex Vriam? quem amo? quem colo? cuius causa belli discrimina subeo? qui vrbanitatis causa nec vxorem inuisi, nec lectum conscendi, nec à foribus regiis discessi? Vide stulte politice, quò tua procedit iniquitas, rectè de te verus Sapiens dixit, *Sapientiam, atque doctrinam deprædantur, vel exarmant stulti*, &, vt aiebat Leo Imp. [a] *iura impietas exarmat: como el que quiere matar al corregidor, hazele arrimar la vara, y assi des autorizado matalo.* Ita isti leges, & iura exarmant, & vim auferunt, vt impunè iam quidquid velint, perpetrent. Sed ô mortalium inanis spes in illo ipso prælio, & obsidione, quo mortuus est Vrias, deuictus est Ioab, & interiit Abimelec filius Ierobaal, & tam infaustus fuit belli exitus, vt nisi per nuntios Ioab non sit ausus ante regem comparere; quin potiùs vt sedaret regem, dixit nuntio, vt statim adderet, *etiam seruus tuus Vrias Hethæus occubuit*, vt regis os obtruderet; ac tandem omnia in caput eius reciderunt: nam illi dictum est, *Quamobrem non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius: pagareis la pena del talion:* sed pœnam vestræ politiæ exsoluebitis; *tu enim fecisti abscondité, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël, & ouem reddes in quadruplum: quatuor filij tui peribunt.* Vide quàm secundos euentus habet ista politicorum disciplina.

Prou. 1. 18.

a In libello consiliorum eius.

1. Reg. 11. 21.

Pœna politicorum.

2. Reg. 12. 10.

16. *Venient Romani.* Ne tamen putes per sapientiam carnis potuisse summum sacerdotem suum seruare principatum; audi quid, & quantum hæc possit sapientia. Indiderat Deus lapidibus rationalis sapientiam quandam, vt vel per splendorem, vel alio modo summus sacerdos admoneretur aliquando de futuris, aliquando & maximè de rebus fidei, & religionis: debuisset autem noster Caiphas Vrim, & Tumin consulere, & non homines pari incitatos odio in Christum. Sed vide quanto antè præuiderat Deus hoc sapientiæ carnalis concilium: nam in rationali, neque in Apocalypsi, nec in Scriptura, vbi de gemmis agitur, nusquam meminit Deus adamantis: multo autem minus vbi gemmæ cum Dei sapientia, aut cum diuino timore comparantur; nónne adamas splenderet in rationali, vnum, & firmissimum esse posset fundamentum Ecclesiæ, & ciuitatis Dei? & inter gemmas regis Tyrij minoris pretij ista? minoris esset splendoris? & vbi de pretiosis agitur lapillis *Iob* 28. & *Isai.* 54. adamas pretiosissimus non numeretur? minimè; quia si adamas symbolum est tyranni regis, & sapientiæ carnis, hæc duo, & ab omni ratione, lege & religione aliena sunt, nec vrbes sustentant, sed instabiles reddunt, nec reges ornant, sed dedecorant, nec à veris æstimatoribus hæc pretio habentur, si à carnali sapientia procedunt. Videas autem omnia ista in adamante figurata: primò enim acuminatus nascitur adamas, ita vt tribulus, & adamas eodem Hebraico nomine significentur *samir*, *à samar*, quod est sibi cauere, Hispanè *guarte*, sicut Hispanè *abrojo*, *abre el ojo*: vix enim natus erat Christus in Bethleem, quando

Vide P. Serariũ in Iosue, vbi de Vrim, & Tumin agit.

Carnalis sapientia Deo odibilis & infensa.

Ezech. 28.

Plinius.

quando sibi cauere debuit à carnali sapiente Herode politico Idumæo, qui legis, & Scripturæ libros consuluit, vt recederet ab eis, vt politice nimis tegeret cruentum necis decretum. Præterea cùm indomitus sit, & inuictus, à calido hirci sanguine vincitur, ac mollitur: nam reges, & qui in hoc sæculo maximam apud homines æstimationem habent (cùm reuera abhorrendi,& detestabiles sint) qui etiam vim, arma, & exercitus, ac potentiam ostentant, fœdissimæ voluptatis sanguini cedunt, & meretriculæ subiiciuntur. Audite (inquit Chrysologus) & videte stultam carnis sapientiam. Petiuit Herodias caput Ioannis Baptistæ, *& contristatus est rex propter insiurandum.* O politice, & tu times Deū? Minimè,sed *propter simul discumbentes, noluit eam contristare.* O nequam, tuā crudelitatem vis dissimulare? sed tibiipsi contrarius es: nam paulo pòst auditis operibus, & miraculis Iesu, dicebas, *Quem ego decollaui, Ioannes Baptista resurrexit*

17\. Petrus Chrysol. ser. 163.

à mortuis. Herodes quid egit gladius tuus? crudelitas tua quò processit? maleuolo quidem, & veraci sensu testis ipse criminis sui, assertor sceleris sui, sui facinoris accusator existit. Iste est rex sapiens, egregius iudex, censor morum, disciplinæ custos, vindex innocentiæ, criminum pœna; quod decollauerit Ioannem, dicit: quare decollauerit, tacet? porque no digan, que el diamante se dexò labrar con sangre de vn animal torpe, ne potestatem regiam tanti facti confunderet turpitudo. Sed Euangelista prodit vt interfectoris dedecus interfecti producat ad gloriam: *Digase para honra de Iuan, que en el dia de su sentencia, en los estrados de vn rey tuuò estrado, y voto vna muger.* Deinde etiam adamas sic tyrannus est, vt à magnete abstrahat ferrum: in ferro enim Gentes significantur; in magnete vera sapientia. Ecce noster Caiphas vno perempto Christo fidem hominum à Deo abstrahere conatur. *Si hunc dimittimus, omnes credent in eum.*

Rom. 8. 7. Ier. 23. 29.

O terrena sapientia, rectè in adamante adumbraris, qui sua duritie, quæ nec cedit ferro, neque igni, nec verbo Dei conterente petras, nec legi Dei subiecta est: nec enim potest (ait Paulus) ac denique contra Christum armata est, & inimica Deo. Sed frustrà pugnas vana, & stulta sapientia: nam sicut proprietates illæ adamantis euanuerunt (vt quidam obseruauit *) veniente Christo, cuius hæc omnia typus fuerunt: & sicut adamantem ligno conteri nonnulli affirmant, sic effectum est, vt veniente Christo, & vitam profundente, lex, cæremoniæ, sacerdotium,potentia,templum,velum,sacramenta omnia quasi egena elementa euanuerint, & ligno crucis sapientia carnis stulta sit reddita; ac tandem Christus omnia traxerit ad seipsum,vt ponderat D. Leo [a]. Traxisti Domine omnia ad te: quoniam scisso velo templi sancta Sanctorum ab indignis Pontificibus recesserunt,vt figura in veritatem,prophetia in manifestationem, & lex in Euangelium vertatur. Inter quæ traxerit ferrum imperij Romani, & ita traxerit, vt à te omne bonum, regnum, & tiaram detraxerit.

* Inter Origenis opera extat lib. 19. in Iob, qui alterius auctoris, sed antiqui censetur esse. Vide P. Alcazar

18\. a Serm. 8. de passione Domini, post medium.

Vos nescitis quidquam. Vera quidem sententia, nesciam vocat stultitiam, vno verbo confirmat, quod multis ego probaueram. Digna tam superbo principe vox: licèt tamen in ore istius leonis fauum dulcissimū fabricauerit Spiritus sanctus; alius tamen Leo,nobis dulcissima mella parauit.

19\. D. Leo, quem de Dominica passione fructum decerpere nos oporteat, vno verbo exposuit.

a Serm. 7. de Epiphania.

Legem ergo viuendi (ait [a]) *nobis remedia nostra sanxerunt, & inde data est moribus forma, vnde mortuis est impensa medicina*; documenta enim passionis Dominicæ viuendi nobis legem sanxerunt, & pharmacum nostrum factū est medicina salutis; quasi diceret, videte quid morte Domini factum est,& inde vobis media,& remedia salutis præparate. Colligerunt conciliū; cogamus & nos super graui negotio salutis; *que nadie en cosas grandes es bien obrar de su cabeça*: siquidem sapientior inter architectos magnā moliturus fabricam, si prudens est,aliorum etiam consilium adit. Et sapientissimus medicus,ipse etiā Hippocrates,statim in ęgritudine vocat alium,qui pulsus pertentet,etiamsi inferior sit. Super omnia summi Dei valeat exemplum,qui cùm in tribus personis sit, & quælibet Deus sit,& summa sapientia, summa prudentia,tres videnter super negotio creationis hominis consilium ferre, *Faciamus hominem.* Primò ergo cogamus concilium, in quo timor Dei præsidē agat: ille loquatur,& causam proponat, venite ad conciliū ó meæ potentiæ, anima mea, cor meum:accedite, fortassis vltima dies est ista, in qua grande negotium vltimò peragendum est. *Quid facimus* (Christi filij) in quibus rebus occupati estis? quibus curis distracti? dum Christus sic ardenti, & inflammato animo mortem expetit? dum ille flagrat amore, vos frigidi? dū sacro sanguine dies consecrat, vos prophani? dū cupiditate mortis tenetur, vos & suæ,& vestræ obliuione obruti estis? Mens mea,dicito,quid cogitas? cùm tui amās nil nisi de morte cogitat? memoria mea, *quid facimus*; quæ te cepit obliuio Dei seruatoris summi etiā negotij,& summi,& ęterni boni? Voluntas mea,quid facimus? quid tuum transuertit sensum cum concubinario amore rerū pellecta,

Inimici nostri & pœna Christi nobis sunt doctrina & medicina.

Aliorum consilia adire operæ pretium est.

Concilium animæ.

nefarie à Deo recedis? quid amas delectationem? voluptatem? honores? diuitias? quanta sunt ista, si cum æterno bono cōponantur. Sensus mei quis vos aberrare fecit,& viā bestiarū arripere,obscurato duce rationis lumine delectabile solū (postposito fructu) prosequentes? nónne tā in prospectu oculorū cæli palatia sunt,quàm terrena? nónne ibi immortalitas perpeti duratione florescit? quid in terreā pulcritudinē macie conficiendam, sanguinem mortis putredine atterendum tanto affectu ducimini. Quid facimus (inquit D. Chrysost.[b]) si operoso salutis animæ negotio non vacamus? Potius aliena quærimus,quā nobis vtilia; neque domum veterascentē cernere pateremur, neque ruentem,neque procellis labentem; *anima verò ratio nulla?* Rursus iumenta si habeamus,eorum quærimus vtilitatem,& equisones, & veterinarios accersimus,& eorum per nos curam gerimus; *anima verò ratio nulla?* Quid autem de brutis loquor nobis vtilibus,sunt multi,qui passeres habēt,nihil afferentes vtilitatis, sed tantùm simpliciter delectantes,& multæ de illis quoque leges,& neglectum est nihil,inordinatum nihil, canum etiam curam habent, ne plusquam expedit, impleantur, vt veloces sint, dum fame premuntur, & esurie; *anima verò ratio nulla?* Se etenim non curant, ne crapulentur, & qui temperant bruta, ad brutorum feritatem deducuntur *. Equos siluestres, & immansuetos, calcitrantes, & mordentes, cùm cœperint periti sic breui tempore docent, vt nullo iam ostendente gressus compositi deliciis sessor delectetur; *anima verò negligenter ambulantis curam suscipit nemo.* Sed saltat quidem, & calcitrat,& humi trahitur tamquam

20\.

Cura & ratio propria salutis ferè nulla.

b Hom. 42. ad populum Antioch.

* *Que dize: cauallo nueuo, indomito, feroz he visto yo traer del freno descompuesto, mordedor, relinchador, desbocado, y en breues dias lo he visto en poder de vn picador diestro con la disciplina hazerlo medido, compuesto, hermoso, mirado, sin condiciones, ni tachas. y del alma, en quien Christo ha de passear, no hay quien cuide de la mexor valle sus condiciones, y llenaria a la escuela.*

tamquam puerulus,& infinita subit dedecora,& nullus ei repagula imponit, nullus tricas,& fræna? nullus peritum inducit sessorem, Christum dico: *Propter hoc omnia confusa sunt. Hic homo multa signa facit.* Iam noua,& inaudita signa amoris exhibet tui causa Christus, multa amoris argumenta, quid vltrà expectas? *Si hunc dimisitimus.* Si, quod Deus auertat, istum amitteres, quando
21. recuperabis? Quid iam de tanto tepore, duritie, infidelitate, & peccandi assiduitate suspicari, & reformidare æquum est, nisi vt *veniant Romani.* Infideles, qui fidem arripiant, & tibi vt arefactæ ficulneæ ad radicem securis adhibeatur; Romani veniant, nempe appetitus vestri effrænes, barbari, petulantes, qui cæco impetu fidem, gratiam, & salutem peccandi licentia auferant. Iam Christus remedia, & leges sanxit, *oportet, vt vnus moriatur homo.* Et quis est iste homo? Christus? & quare Christus? perlege iterum litteras (ô mi Christe) & quàm meritò grauiter conqueri potes, & melius quàm Vrias de morte, & de iniuriis expostulare, *vt vnus moriatur Christus?* Christus; quare? quid tibi mali egit? quid propter te non est passus? ille vita extinguendus, & de anima pellendus, vt Barabbas ille, tuus ille procax adolescens, ille adulter, viuat, volutetur in cœno, & tibi amicus, riualis, dæmon sit, & inferni causa? Meliùs erit (inquit D. Leo) vt pharmacum nostrum sit medicina salutis,& ex Christi morte leges bene viuendi nobis statuamus; *expedit vobis*, vt vnus homo vetus, & Adami peccatis, & mortis lege obstrictus moriatur peccatis, & concupiscentiis, & cruci Christi affigatur: illa etenim mors mortem petit, illa flagella flagella, illa sputa fucorum, & colorum speciem damnat, purpura ornamenta condemnat, confixi pedes sanctos incessus docent, ac denique pallor pallorem, demissi & obscurati oculi, modestiam, effusio sanguinis eleemosynæ largitatem, ac denique mors ipsa, ac vulnus lateris, quo diuitias omnes exhausit amor, illud nobis prædicant (inquit Bernardus [a]) ingentem peccati malitiam, quæ tanta eguit solutione, & medicatione. *Væ tibi amaritudo peccatorum nostrorum, propter quæ tanta amaritudo soluenda est: ay grande, y*
22. *amarga la hiel de la culpa, que tantas amarguras le truxo al Redemptor.* Expedit igitur & tibi, vt eadem pharmaca sumas, per quæ salus semel tibi obuenit; & sicut ille recedit, & ab ira inimicorum se subducit, & pergit in desertum; tu etiam in solitudine à negotiis abstractus curam tui gere, fuge loquelam carnis, mundi, & dæmonis, quæ aduersùs Creatorem concilium cogentes morti adiudicarunt; tu amorem illum, & antiquum amatorem considera, ama, sequere, & contemplare, & sapientissimi concionatoris consilium arripe: *fidem posside cum amico in paupertate illius, vt & in bonis illius læteris, in tempore tribulationis illius permane illi fidelis.* Iam non longè abest à morte: *nam (sicut) ante ignem camini vapor, & fumus ignis inaltatur, sic & ante sanguinem maledicta, & contumeliæ, & minæ.* Hæc iam præcesserunt signa, statim veniet mors; quid respondes ad Agnum illum, qui te ab origine mundi dilexit hæc: *Amicum salutarem non confundar, à facie illius non me abscondam, & si mala mihi euenerint per illum, sustinebo.* Hæc lex, quam moriendo sanxit, vt saltim morientis miseratione frangar, amore inflammer, gratia sanctificer, & afficiar gloria.

Christus doctrina nostra & medicina est.

a Serm. 2. in Dom. in ramis palmarum.

Eccli. 22. 28.

Ibid. 30.

Ibid. 31.

VERBVM SPIRITVS sancti. Apoc. 4. v. 2.

Et statim fui in spiritu: & ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens.

Capitali decreto mortis suæ saluti hominis consulit: concilij terreni à iuris æquitate deflectentis vitia manifestat.

DISCVRSVS LXVI.

DECRETVM etsi seuerum, *vt vnus moriatur*; salutare tamen tibi, plenum pacis, socium naturæ, diuinum, & immortale, ne existimes (ô mi homo) à callido, & terreno concilio pleno sceleris, & audaciæ, quod Hierosolymæ coactum est, profectum fuisse; sed à cælesti, & diuino senatu salutis principe, & publicæ incolumitatis consultissimo promanasse. Speciẽ eius, vt à D. Ioanne Theologo accepimus, proponam; *& statim fui in spiritu, & ecce sedes posita in cælo, & supra sedem sedens:* nam licèt ante hanc diem Deus Pater sit; Deus tamen ex quo sedit, vt filium vnigenitum pro omnibus morti adiudicaret, se Deum benignum, iustum, & hominum amantissimum exhibuit: *parata sedes tua extunc; à sæculo tu es. Et qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardinis; & iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ.* Quasi diceret, qui præest concilio, omnipotens est, qui præsefert creasse omnia, vt ostendit iaspis, & posse suscitare filium, quod ostendit sardius, iris autem in circuitu sedis smaragdo persimilis pacis esse concilium, non afflictionis, denotat: Christi enim passio semel à Patre decreta, & illius iram mitigat, & eius gratia omni benignitatis officio Ecclesiam prosequitur, *& in circuitu sedis sedilia vigintiquatuor, & super thronos vigintiquatuor seniores sedentes circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ: Veintequatros senadores ancianos; y essos señores, en nuestra lengua de maduro consejo, y edad venerable.* Circumamictos vestimentis albis, & coronas in capitibus gestare non vacat mysterio, vt & puritatem quasi sacerdotalem, & potentiam, & cum Deo coniunctionem ostendant: *& de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua*, nempe vt potentia sedentis manifestaretur, & timor mortalibus incuteretur: sicut, *Cœperunt audiri, & micare fulgura; vt timor Dei esset in vobis. Et septem lampades ante thronum, qui sunt septem spiritus Dei*; vt ostendat Assuerum istum verum, & sapientissimum dum sedet consiliarios septem secum habere omnis iuris, prudentiæ, & prouidentiæ doctissimos, & qui decretum laturi sint saluberrimum cunctis; ipsis verò Hebræis exitiale. *Et in conspectu sedis tamquam mare vitreum simile crystallo*, quia cùm thronus iste tribunal erat Ecclesiæ, & iuxta tribunalia aqua proximè adhibebatur ad abluendas sordes culparum: sicut

1.

Apoc. 4.2.

Mors Christi non humano sed diuino decreto dispensata est.

Psal. 92.2.

Antes erades Dios para despues, que tomastes silla entre los hombres, mostrastes mas vuestra clemencia, y misericordia.

2.

Exodi 19. 16.

sicut fecisse legitur Pilatus, ostendens per hoc æternus Pater thronum in terra fixisse, non vt homines damnet, sed vt saluet, non vt eorum sanguinem fundat, sed vt cruore piissimi vnigeniti sordes culparum emundet; ex vtroque denique latere adstabant quatuor animalia ministros euangelicos exprimentia, qui hodierna die, & quoties de Christi passione agitur, *virtutem, beneficentiam, liberalitatem, & æquitatem* sedentis in throno decantent, & prædicent. *En vna cosa reparo, que no hay entre tantos estrados ninguno de muger; porque se por despedidas del gouierno de la yglesia, y no se delugar a su intercession poderosa a perturbar el mismo Assuero, como se vio en Esther: à sola la virgen viniera bien darle oy estrado en causa de tal hyo*, &c.

3. Iterum igitur oculos conicientes, & cælestis senatus speciem contemplantes quatuor, vel quinque qualitates recti, & honesti concilij reperio (concilij namque, & consiliariorum ope ita æternitas rerum, & terræ salus firmatur, vt cælum, munus eligendi, cogendi, & dirigendi sibi arrogauerit.) Principiò igitur Deus in medio erat; quia si à senatu, & conuentu Christus abest, quò tendent iudicia, sententiæ, & intentiones? *Deus stetit in Synagoga Deorum*; perillustre quidem senatorum nomen Deos vocat, sed potestatem subdelegatam habentes; ipse enim in medio stat, *en pie, en pie.* Quomodo ergo asserit D. Ioannes, supra sedem sedere? Dauid stare dicit, ne dormientem, aut alia agentem putetis; Ioannes verò sedentem, vt & præsentem, & permanentem esse credatis. Dauid stare dicit; quia bono consiliario, & iudici Christus est consiliarius, & aduocatus, & actor: Ioannes verè sedere asserit; quia iniustis consiliariis iudicem aget æquissimum, & seuerissimum: *Christo es el Iuez, que le ha de residenciar.* Sed præcipuè stat, vt intelligat iudex inter stantes, & expectantes sententiam, puta inter orphanos, & viduas, Deum etiam tanquam partem æquum iudicium expectare. Stat denique, vt intelligatis, facilè ad cuiusuis rectam intentionem suam opem præstiturum: sedet autem, vt prauas vestras intentiones diiudicet; vnde Aquila legit, *in interioribus Deus iudicabit: el juzgara vuestras cautelas, y marañas.* nam bene animatos ad iustitiam dirigit, & fouet; sinistrè autem, & iniustè agentes suo carnifici puniendos committit: *ponclos en mano del alcalde de su casa, y corte la muerte. Ego dixi, Dij estis: vos autem sicut homines moriemini*; nec minas tantùm putetis; *constitue Domine legislatorem super eos, & sciant gentes quoniam homines sunt.* Vnde prauus gubernator duos supra se iudices habet, Christum, & mortem, seueram quidem, & vsque ad vltimum halitum principum vitam auferentem.

Christus rationes officij exiget à iudicibus.

4. Secundò vestes gerebant candidas, vt probitatem morum, & innocentiam præcipuam vestem esse rectorum, censorum, & iudicum intelligant: nam, vt D. inquit Ambrosius [a]: *Quis in cœno fontem requirat? quis de turbida aqua potum petat? quis vtilem iudicet causa aliena, quem videt inutilem vita sua? quomodo potes eum iudicare consilio superiorem, quem videas moribus inferiorem?* minimè quidem, *fieri non potest* (aiebat magnus quidam) *vt qui probrosam, & voluptuariam vitam traducit, viro aliquid dignum vel consulat, vel agat.* Quocirca *qui consilium dare volet, alienam à vitiis custodire debet prudentiam, quia nihil inquinatum incurrit in illam.*

Innocentia iudicis.

a Lib. 2. Officiorũ. c. 12.

Cæsar Aug. oratione in M. Ant. apud Dion. lib. 50.

Tertiò coronas aureas habere dicuntur in capite: nam charitas in clarioribus, & celsioribus viris magis splendet, & auro coronat eos, ac pariter venerandos, & amandos efficit; sic Laodicensi Episcopo dictum fuit, *Suadeo tibi emere aurum ignitum, probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris.* Et coronati non ideo regiam coronam vsurpant: iusti enim spiritum principum, & regale cor habent, quo non suo lucro, sed regni totius vtilitati consulunt, *charitas enim non quærit, quæ sua sunt*: qui ergo omnem suam solicitudinem in commune bonum collocat, meritissimè corona insignitur: *con razon tienen coronas los ventiquatros del cielo.* Sicut & Christo Domino, statim ac de prouidendo cibo curat, corona donatur: *cayeron en la cuenta tal Zelador, y Padre digno es de corona.* 5.

Apoc. 2.

Ioan. 6.

Collegerunt Pontifices, &c. Omnia ista attributa, & optimo consilio requisita defuerunt huic concilio, & quidquid erroris, vitij, & mali poterat inueniri, cumulatissimè habuit. Primò enim defuit in eo Dei præsentia: nam quomodo (quæso) adesset Deus senatui, in quem conueniunt senatores sine Deo, & contra Deum? conspirauerant omnes contra Deum, quomodo poterat Deus suffragantium votis fauere, & peruersæ determinationi annuere? *Væ filij desertores, dicit Dominus, vt faceretis concilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum. O hyos Apostatas, y cismaticos, que os juntais à concilio sin auctoridad, y sin Dios, y vrdis tela sin mi espiritu, vos otros os lo ilais, torceis, y texeis, y no es mia la vrdiembre.* Homines sine Deo quid possunt ordiri? Quare optimè istorum conciliabulum telæ comparauit; quia sicut illa ex multis filis, sic concilium ex multis sententiis constatur, quæ in vnum finem tendunt; & sicut interrupto filo aliud annectitur coitione mirabili, vt nullum interrupti fili signum appareat: sic in isto concilio peccatum peccato ita inuoluebant, vt malitia eorum tegeretur; inuidia prima fila duxit, *hic homo multa signa facit*, statim filum adhibuit ambitio, *tollent locum nostrum, & gentem:* deinde fila sua inuexit auaritia, *oportet vt vnus homo moriatur pro populo.* Et sicut in textili opere nihil perficitur, nisi percurrat hinc inde [a] radius; sic in istis communitatibus, vbi Deus desideratur, vnus nunquam deest minister, qui dæmonis munere fungatur, qui omnium sententias irretiat, & laqueis; & nodis implicet, vt suæ sententiæ, & intentioni consentiant. *Estas son las señales de faltar Dios de los concilios, ser pecadores los que se juntan, filij desertores: jurados conjurados contra la verdad; hazer tela, y trama en orden à sus intentos de inuidia, ambicion, y codicia, y vna lanza de rade vn solicitador.* 6.

Defectus concilij Iudæorũ.

Isai. 30. 1.

a Los hacederes son las lançaderas del demonio que todo lo andan y texen.

Quapropter cùm absit Deus à concilio isto, statim dæmon occupat sedem; dæmonem autem huic concilio præfuisse plusquam suspicio est, cùm grex quidam iuuenum petulantium, & qui ad voluptatem cæco, & inflammato studio feruntur, etiamsi pecudum more voluptatibus corporis inseruiant, & laxatis habenis omni se voluptati, & turpitudini tradant. Adhuc difficile diiudicabis præsitne dæmon istorum iuuenum consuetudini, & societati: nam licèt ille 7.

Digitized by Google

ille omnino taceret, & quiesceret, est, cui eorum excessus adscribantur, & luxurianti carni, & æstuanti iuuentuti, & effræni ætati, & ipsorum corruptis, ac deprauatis moribus ab omni virtutis exercitio remotissimis; frequentes occasiones etiam, ac denique homines ita proiecti in malum sunt, vt nec stimulante dæmone, nec pelliciente occasione ipsi sibi ruinam, & scandalum præparent. Quare sub dubio manet dæmonis tentatio: verumtamen cùm senes ciuitatis, & ætate, & professione grauiores, qui mundo, sæculo, & prophano viuendi generi vltimum vale dixerunt, *principes sacerdotum*, qui altissimum dignitatis apicem tenent, quos mundus reueretur, vt Deum offendant, conueniunt, non est, cui malum hoc adscribamus, nisi dæmoni. Quare D. Ioannes *Apoc.* 12. opposuit illud verbum, *Draco magnus apparuit in cælo*, dixerat enim, *signum magnum apparuit in cælo*, hoc est, noua Ecclesia, & communio Sanctorum; quasi diceret, cùm dæmon in cœno Romanæ vrbis volutabatur, difficile dignosci poterat dæmon, an eorum superbia adigeret plebem in sua peccata: at postquam spirituales viri, & Christiani in vnam coierunt Ecclesiam, postquam communio Sanctorum facta est, tunc demum diaboli astus, & opera, & extollentia clariùs visa est; quia vitia, quæ in terra perpetrant mortales, suæ infirmitati assignant; peccata verò quæ iam inter Sanctos huius cæli mystici peraguntur, dæmoni ipsi adscribenda sunt; nam neque caro castigata allicit, neque ætas matura, & frigida, nec occasiones, quæ in cælo minores sunt, & pauciores, nec mundus, qui vale dixerunt: ergo si collegerunt concilium, *Draco magnus apparuit in cælo: el demonio preside.*

Viri sapientes & religiosi cum peccant à dæmone adiguntur, & peccatum eorum diabolicum dicitur.

Etiam draco in cælum Ecclesiæ subit, & inter viros sanctos viret anomis.

8. His etiam consequens est, vt absente Deo, & præsidente dæmone infirmi homines inter se conueniant, & fasciculum, & consuetudinem prauissimi homines inter se faciant: *es menester, faltando Dios, hazerse de gauilla los malos.* Talis est vitij imbecillitas, vt ope deficiente diuina, humanam prauè, & iniustè acquirere teneatur: secus verò iustus cùm se diuino brachio adiutum præsentit, solus congredi audet, & victor euadit. *Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum*: seruemus verbum illud, *Dominus irridebit eos.* Nemo ausus est satraparum in Babylonia Danielem accusare, donec omnes simul inter se consenserunt, & vno agmine in eum proruperunt; vnus verò Daniel amicis, patria, parentibus orbatus deuicit omnes, hoc solum curans diuinam perficere voluntatem, quod rex adhuc barbarus adnotauit, *Deus tuus, quem colis, liberabit te.* Verùm nec ille adiuuit, sed remisit ad Deum suum; *Dios te ayude*, quia bonus es: sic enim in senatu accidere solet vnum ex senatoribus rem aliquam pietatis, vel diuini obsequij proponere, vel prætendere: & ob eam ipsam causam omnes suffragium ferentes videas abiicere spem, & despondere animum: *al punto se les quiebran las alas, y pierden los aceros para negociar, no hay juntarse para la buena elecion*? nec ferre, nec promittere opem & suffragium, sed tenui voce, & infirma proponatur (asserit) meo non deero suffragio.

Consuetudo & conspirationes iniquorum ad malum.
Psalm. 2.
Dan. 6.

In malum quàm sollicitî sunt prophani iudices.

Quis ergo rem peraget? *Deus tuus, quem colis, liberabit te*: *Dios te ayude, que tienes justicia.* Sin verò facinus aliquod contra legem alter collega vult perpetrare; videas quanta solicitudine suffragia, & doctores colligit, quanta promittit, quanta vendit, *collegerunt concilium: à vna señores metamos hierro.* Dæmonis hæc industria est, qui homines in malum, in vnum cogit, & in fasciculos redigit indignos, vt iustum, & dignum abiiciant. Psalm. 67. *Increpa feras arundinis: señor hazed rostro à estas parcialidades, ô esquadrones cerrados*, qui hastas tenent suæ potentiæ, vt feræ videantur in medio arundineto, vel tantorum grex salacissimorum suas vaccas defendentium: *congregatio taurorum in medio populorum, vt excludant eos, qui probati sunt argento*, hoc est, vt ab electionis spe abducant eos, qui digni sunt; vel quia docti, vel quia probati in bello, sicut argentum in igne. Omnes hos conatus adhibent, quia Deus abest à suo concilio; quare ille ridet eos. *Qui habitat in cælis irridebit eos: riese Dios de vna junta de sabios apassionados, y haze, que se riande ellos. Stulti facti sunt principes Taneos. Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis.* Videte stultos istos sapientes in curribus, & lecticis properantes, omnes sunt moriones, quos in theatrum vocat insana affectio, vt risum moueant regi. *Qui habitat in cælis irridebit eos*: immisso enim in caput eorum spiritu vertiginis, *Enfermedad propria de cabeças, conque los dexa Dios dar en mil despeñaderos.* Ægritudo quidem capitum, propria, & adeò grauis, vt corpus sui compos non sit, nec vbi manum, vbi pedem figat, percipiat, sed omnia in gyrum rapi existimat, quemadmodum isti, qui in orbem capita gerunt, quærentes vnde Christum possint calumniari, neque reperiunt: *collegerunt*, &c.

Iniusti consiliarij iustos & dignos repellunt.

9.
Argento, id est, vt argentum. *entren en consejo essos soldadasos acendrados en esse crisol de flandes, oran, piñon.*
Isai. 19. 13.

Quid facimus. Iam desideratur innocentia, quam vestium candor denotat, & mare vitreum iuxta tribunal, in quo lauabantur sacerdotes, & iudices, vt omnino puri manibus, corde, & intentione sint: nam qui capitis munere funguntur, oportet sint labe sint vel inuidiæ, vel ambitionis, vel luxuriæ, vel auaritiæ: ruit enim iudicij dignitas, quoties coinquinatus est iudex, & rapit om[illegible] mortem; sicut vnus Caiphas, qui nemin[illegible] resistente non se solum, sed vrbem ad perdi[illegible]nem vsque pertraxit. Probant eximia loca [illegible]eræ Scripturæ, sed illa præcipuè *Exod.* 32. quando cæca illa, & insana turba filioru[illegible] raël à Deo aberrans vitulum concupiuit, [illegible] uenerunt principes, & adeuntes ad Aaron rogant, *Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant.* Adnotarunt hîc duo auctores Græcus vnus, & Latinus alter, hoc facto voluisse caput exturbare populi, videlicet Aaron; quare Hur non sunt alloquuti, cui etiam Moyses populum commendauerat. Et secundò etiam cùm tot homines essent, & variæ artis opifices, aurifex inuentus non est, qui coqueret, & liquaret metallum ex monilibus collectum, neque funderet, aut effunderet, sed omnes in hoc insistunt, vt solus Aaron conflet, *fac nobis*: ego (inquit ille) nec purgare metalla, nec in vase fusorio conflare vitulum vnquam didici: sed ad

10.
Innocentia in iudicibus pernecessaria.

Caiet. & alij in catena Lippom. in Exod.
Principes & capita reipublicæ exturbare nititur dæmon.

hoc respondet Hebræus textus (vt notat Caietanus) *& formauit illud in stylo, vel ligauit illud in crumena*, hoc est, impetrarunt ab eo vnum è duobus, vel vt stylo delinearet formam eius, *lo dibuxase, y trazase:* vel saltem in vase vno, sicut in crumena monilia, & inaures ligauerit, tanquam sigillans illas publicè in crumena: *como quando poneis en vna bolsa quinientos ducados, y dezis este es el cauallo*; sic ab eo postulant, vt congregatis omnibus nomen imponat: *este es el beçerro.* Quo facto ipsi se aurifices facerent, & perdifficile opus redderent facile.

11. Quare autem instanter postulant, vt quocunque modo Aaron adhibeat manus mechanicis operibus sacerdos? quare? vt planè conspiceretur iam populi caput non solùm non ausurum reprobare superstitionem, sed quodammodo approbare, & cùm prouolutos coram vitulo videret, comprimeret os, nec auderet vitium redarguere: si enim semel iudici innocentia desit, vel noxa inhæserit aliqua, nec liberas habet manus, neque linguam, neque virgam, sed suo crimine obligatus tacere cogitur; quare sui criminis auctorem efficere Aaronem procurant. Alter locus est Amos, qui ait, *Væ qui propinatis vinum Nazaræis meis*; Cap. 2. 12. hominibus quidem vinum propinatis, quibus iniunxeram ego, nequaquam vinum delibarent. Quid mali Domine vrbanitatis specimen præbere erga religiosos viros? latet hîc grauis malitia, quam explicat euentus ille nuptiarum Cana Galilææ;

12. rogat enim Gaudentius Brixiēsis: Qua ratione credibile est in solemnioribus nuptiis, & consulto factis Christo Domino, vini defectus esset, cùm maximè esset architriclinus ad viua fundenda; abundant enim in superfluis, & deficiunt in necessariis: *menos de quien lo reparta, y mas de vino, que repartir.* Mos erat, & à Deo præscriptus, vt in splendidioribus conuiuiis vnus adesset sacerdos Nazaræus, grauis, seuerus, vino abstinens, vt cùm cibo incalescerent, & habenas compotationi laxare vellent, hic grauitate sua, & parcitate comprimeret. Quid illi faciunt? primum, quem ad pocula inuitant, & vino inebriare contendunt, Nazaræus est, vt illo iam ebrio facto, impunè deinceps, & licentiùs se vino possent obruere; vt sic deiecta auctoritate nullam ipsos ampliùs corrigendi, [illegible] cohibendi facultatem haberet. Ad quod [illegible]ludit Propheta, *Væ qui propinatis vi*[illegible] *Nazaræis meis.* Vultis à iudicibus, & præ[illegible]s auctoritatem vel subducere, vel minuere, vt aliena vitia nequeant corrigere: nam si [illegible]agus, otiosus est, & qui collusores in do[illegible]cipit, qui poterit in publicis, vel priuatis tabulis colludentes corrigere? Si lucrum expectat de venditione vini, qua ratione pretium commodum pauperibus præscribet vino vendendo? Sic isti cùm innocentes non sint, ipsam innocentiam de medio tollere curant, ne ampliùs obiurget vitia, & liberè possint suis lucris vacare. Quare cùm manus iudicum ab omni munere mundissimæ debeant esse, vt prædones possint comprehendi, Ioannes tribunal vidit iuxta mare vitreum, & clarissimum fontem, res candidas, & manus purissimas ostendens; aqua enim illa *iustitiam* significat, & innocentiam. Verùm accidit hoc tempore ministris iustitiæ idem, quod his, qui molis operam dant, qui cùm quotidie iuxta aquam sint, nihil minus apparet in facie, crine, vestibus farinæ oppletis: sic ministri iactant se iustitiam comitari, & administrare, & cùm iuxta mare sint, nihil minus agunt, quam iustitiam, ille impunè in media ciuitate homines spoliat, ille excusat, & ad partem lucri intrat, & vitiorum participes sunt, quæ si corrigere cupis, statim ipsa iustitia sese opponit; quare iuxta aquam ambulantes nequaquam à sordibus expurgantur. Et cùm mare iustitiæ redundet, siti iustitiæ orbis vniuersus vexatur: *porque si la iusticia es mar, ellos tienen tomados los puertos*; sicut apertis verbis exprobrauit Isaias. *Pupillo non iudicant: muere de sed de iusticia el pobre, que se seca de puro llorar, y nunca vee esta justicia por su casa. Causa viduæ non ingreditur ad eos.* Et cùm aquam impium sit sitienti denegare, rogat iudices Dauid, *Humilem, & pauperem iustificate*, vt exponit Rupertus *Psalm.* 59. ideo iuxta portas vrbis erant tribunalia, & ibidem fontes, qui oculi vocabantur; quia ibi erant iudices multis oculis siti iustitiæ consulentes, quia ex iustitiæ desiderio sæpe pereunt causæ. Hæc fortè sitis vexabat Isaiam morti proximum, cùm aquam postulasse fertur, quasi diceret, magna siti premitur mundus, cùm plectuntur iusti, & tot peccatores vitæ vsura fruuntur. Hoc idem ô mi Seruator, tua illa extrema sitis in cruce monstrauit, cùm querula voce dicis, *sitio.* Mira res, qui ad fixuram clauorum tacet, ad sitis tormenta non tacet, quia videbas Hierosolymam omni iustitiæ aqua destitutam; siquidem in causa innocentissimi Domini vnus ait, *expedit*, alter causam scriptam publicis characteribus cruci imponit, & omnes aduersùs te sententiam dicunt, *sitio; ay ciudad, secado se han en ti las fuentes de la justicia.* Verùm exultate pauperes, quia si in terreno iudice iustitiæ aqua desideratur, redundat diuinus, ideo *Apoc.* 7. verba solatij subscripta sunt, *Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna: estos son los agrauiados en la tierra*; modò verò iam sunt ante thronum Dei, *non esurient, neque sitient ampliùs*, non vltrà sitient iustitiam: *quoniam agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum.* Agnum vocat iudicem verum: si enim absit mundicies, & innocentia, de iustitia actum est.

Quid facimus; nam hic homo multa signa facit. 14.
Iam inuidia virus suum vomit; nam sic ratiocinati sunt, hic homo miracula faciens mundum conciliat, & hominum voluntates, ex alia parte nobis crimina nostra obiicit, & obiurgat, fiet sine dubio, vt ille gloriosus, nos inglorij maneamus, ille ditescat, nos fame pereamus; igitur tegamus inuidiā boni publici prætextu, multa cōtra te (liuor insane) habebā, sat sit de turpi & muliebri vitio morem istum detegere, videlicet, quòd cùm à longè excellentias, & gratias aduersariorum prospicit, mirificè extollit: deprimit autem cùm iuxta se videt. Vide istos, *quid facimus? multa signa facit: millares de milagros haze espantosos, y grandes:* at cùm præsentem habent, pessundant illam, & superbè rogant, *Quod tu signum facis? tu que milagros hazes?* Hinc iam monstra erumpunt maiora.

Si dimittimus eum sic, venient Romani, &c. 15.
Videntur

Margin notes: *Cupiunt prophani viri sanctos suis comprehendere vitiis vt corripiendi potestatem adimant.* — *Simile. Aliquando iustitiæ ministri minus iusti sunt.* — 13. — Cap. 22. — *Sitim iustitiæ cur patitur orbis.* — *Compensat in gloria Christus quidquid de iustitia suis fuerit detractum est.* — *Inuidia liuor.*

Digitized by Google

Politici sub nomine boni publici suis lucris inhiant.

Videntur habere coronas in capite, & bono communi consulere; sed aliter se res habet: nam dum sine Deo statum reipublicæ conseruare student politici, funditus regna destruunt; vox quidem bonum commune personat, & coronam conseruare iactat, dum Gentilem illam, & hæreticam vocem profert, *Si violandum est ius, regnandi causa violandum est: que importa hazer injustitias, si se gana, o, conserua la corona?* O execranda verba, & bono ipsi publico infensissima. Politicum fuit consilium, & rationem status obseruans excitare Ieroboamum vitulos, vt populus ibi adoraret, & ne quotannis ascenderet in Hierusalem. Quid times politice? Roboamum? nónne Deus potentior est illo, qui à te potest regnum auferre, & tradere Basa, & per ipsum omnem tuam generationem delere? quare industrias, & studia politica diuinæ prouidentiæ anteponis, cuius memor esse deberes, cùm centum octoginta millia hominum, quæ contra te fecerat, & in campum adduxerat Roboam, Deus vno Prophetæ Aias verbo expulit, & domos suas repetere iussit? Prodeat Absalom, qui etiam pro ratione status colendi consilium Achitophel arripuit, abutendi videlicet vxoribus patris sui regis, *Ingredere ad concubinas patris tui:* ratio status fuit, vt hac ratione & prauorum animos incesto facinore libertate pleno pelliceret, & conciliatos conseruaret; formidabant enim, ne inimicitiæ inter patrem, & filium aliquando sedarentur, & in gratiam redirent: at formido ista ablata est isto petulanti, nefario, & minimè ferendo facinore perpetrato: *haga vna, y buena; y rompa del todo con su padre, si nos quiere tener seguros.* Erras politice, quia dum armas militem contra parentem, excitas contra te Deum acriorem aduersarium, licèt enim aurei tui capilli multorum animos conciliauerint, de ipsis tuis capillis in suspendium trahet te Deus. *Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram: abrid los ojos.* Soli Deo innititur regnum, ille coronæ stabilimentum est: aufertur corona à Ierosolymitanis; quia licèt coronas publicas repræsentabant, corda priuata, lucrum, amantia gerebant. Audite ergo; caput, & vnica causa ruinæ illius, quam reipublicæ omnes egerunt, ministri isti sunt, & gubernatores lucris inhiantes, & propriis vtilitatibus consulentes: *hombres, que toman los officios de la corona para vandear sus haziendas.* Quòd si conueniunt, & coronas gestant omnes in capite, & vox quidem communis est boni, *venient Romani:* statim tamen proprij boni conseruatio vocem emittit priuatam, *& tollent locum nostrum; muestran lo que tienen en el coraçon, que era el interes particular.* Cepit Samson trecentas vulpes, vt vna die Philistinorum campos, & messes deuastaret, captásque per extremitates colligauit, atque astrictis ardentibus facibus sic colligatas dimisit. Mirabile sanè est tam paruo numero cladem tantam, & vastationem peregisse: nónne melius foret vnamquamque solam dimittere? minimè: nam si aduertitis, etiamsi ab extremitatibus vinctæ tenebantur, capita autem seorsim & diuisa erant, & quælibet diuerso impetu in locum suum ferebatur; quare quæ à dextris erant, sinistram petebant, & quæ sinistræ, ad dextram locum pergebant, & quò vna pergebat, omnes accurrebant, & rursus quò ista ducebatur, adducebantur & reliquæ: *tiravanle de alli sus hijuelos, a la otra su querencia, a otra parte iba la rueda à donde ella queria.* Sic denique diuagatæ sunt errando, vt cunctas messes combusserint, conculcauerint, ac funditus deuastauerint. Continet vnus quidem locus omnes senatores, & gubernatores, vno nomine omnes insigniuntur, vnũ denique, & idem munus est; vinculum autem hoc valde à tergo est: *cae muy al tranzado essa vnion, y essa atadura, y oluidanla, y hechanla a las espaldas.* Capita verò, & sententiæ omnino diuersæ, quæ cùm diuersa petant loca, diuersis intentionibus, lucris, & desideriis ferantur, & iam iste filiorum amore raptus rapit omnes alios, & iam alter domus stabiliendæ gratia ductus ducit reliquos, fit, vt breui tempore annonæ caritate panis, vini, & olei vniuersa respublica funditùs deuastetur: nec indignam putent similitudinem, vulpeculis comparantur ab Ambrosio, & Augustino, & à Ruperto, & Origene: pectore enim auaritia, & ambitione flagrante pauperum rem omnem, & reipublicæ commoda incendio consumunt.

Plut. tom. 1. opusc. in apoph. reg. & imper.

Confirmatur exemplo.

16.

Regnum Dei innititur prouidentia.

Consiliarij & rectores vrbis propriis lucris consulentes rempublicam deuastant.

17.

Psalm. 2. can. 2.

18.

Si hunc dimittimus. Audis plurium vocem, sed ne decipiaris, vnusquisque suæ vtilitati consulit; speciem tamen vnionis præferunt, vt odium dissimulent. Comparat eos Philo [a] febribus quartanis, quæ obseruantissimæ sunt dici, & horæ, in ruinam tamen febricitantis: omnes enim videas signo dato, vel dicta die ad senatum ex diuersis locis confluere; sic tamen quasi quartana febris, vt damnum inferant pauperi. *Idem in febribus vsu venit, vt videmus; nam & quotidiani, & tertiani, & quartani, vt medicorum filij vocant, circuitus, status as horas habent nocturnas, diurnásque, & eundem semper seruant ordinem.* Vnio autem ista vulpium est, non capitum, non amicorum; *conscientiam sibi dant, non amicitiam, cùm conspirant; tunc autem sibi concordant, quando in perniciem iusti conspirant,* (aiebat Augustinus [b].) Cæterùm, vt hęc clariùs appareant, vide quid amor lucrifaciat, & zelus mundi quid tandem efficiat; nam in tantum zelo tanguntur, in quantum lucri aliquid expectatur. Videas in euentu illo, qui Actuum 16. v. 26. refertur, habebat domi ciuis quidam in vrbe Philippis puellam quandam habentem spiritum pythonem, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando; transeuntes autem Paulum, & Syllam, vocabat illa seruos Dei; Paulus autem misericordia ductus ait dæmoni, *Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea, & exiit eadem hora.* Ecce vna totius populi vox tumultum excitat: & quos vt sanctissimos venerabatur, adducit ad principes, & magistratus, dicens: *Hi homines conturbant ciuitatem nostram, non sicut Iudæi; & annuntiant morem, quem non licet nobis suscipere, neque facere, cùm simus Romani: vayan fuera, que son Iudios, y nos otros Romanos.* Audìs vocem communem, sed intentio quæstus priuati erat. Vides zelantes Romanos mores, sed id minimè intendunt, neque memores fuerant religionis, neque imperij, nisi quando lucri iactura perspecta est: boni autem communis specie obducta spoliant, lacerant vestes, diuerberant, vinculis dant; talis est boni priuati auiditas, vt etiamsi diabolus sit, qui quæstum facit, præponant Christo; nemo enim talem dæmonem, qui pecuniam, vestes, & monilia in domum adducit, vult pellere, vt

a Lib. de confus. lingua.

Studiosissimi ad malum iniqui iudices.

b In Psalm. 36.

Lucri auiditas & auaritia mala & funestissima.

vt Christus in animam veniat: quemadmodum isti, qui lucri causam timore Romanorum tegunt, & plus amant quæstum, quam Christum.

19. *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo*, &c. Vide opera Dei, & vide opera diaboli: audi verba Dei, & audi verba diaboli: vide quam sibi mortem adsciscat peccator, & vide quàm præclarum opus peragat gratia. Nihil boni attulit peccatum, en vnum idémque verbum veritas ipsa est, si à Deo proficiscatur: idem autem insigne mendacium, quo sibi, & Hierosolymæ ruinam moliti sunt. Loquatur qui hæc proximè mysteria speculatus est Zacharias *cap.* 3. 28. qui volens confirmare animos eorum, qui variè iactati erant, magnam rem illis promittit, Christum germen, Christum lapidem, vt in illo regnum renascatur, & in isto lapide Ecclesiæ maiestatem, & amplitudinem excitet. *Ea buen animo veis aqui dos obras magnificas Redemptor, y Templo hecho por el Messias.*

Nihil boni attulit peccatum.

Hoc vno opere sibi omnes isti consiliarij & vrbi ruinam moliti sunt.

20. Accessit prior (tempore) dæmon, vt Iesum filium Iosedech sordidaret, quia figura erat Christi, & illum hominum maculis, & pœnis vestiret, vt quasi peccator appareret, ne aliorum crimina posset eluere: sed æternus Pater increpat satan, *increpet Dominus in te*, apage sis malorum, & sordium patrator; & ad Iesum conuersus Pater inquit, *Aufer vestimenta sordida ab eo; abstuli etiam à te iniquitatem tuam, & indui te mutatoriis: ponite cidarim mundam super caput eius: qui en dize, que Christo tiene peccado? antes el à todos los librara de peccado.* Eadem ratione proposito lapide Christo, qui futurus erat caput anguli, ecce dæmon primam manum mittere tentat, & conuocato concilio præsidet Caiphas, vt de structura sui regni tractent, & super lapidem primum, nempe Christum *septem oculi sunt*, id est, coniiciunt oculos in illum, oculos quidem auaritiæ, oculos superbiæ, oculos inuidiæ, oculos odij, oculos lucri, & commodi, oculos ambitionis, oculos politici status conseruandi, septem oculi, quo nomine à Scriptura vitia significantur: ac tandem in quod opus, & finem perduxit fabricam dæmon? ad eum nempe, vt proposito Christo, & Barabba, Barabbam eligant, Christum reprobent egregij ædificatores: *Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Dæmon quod est opus tuum? peccata quem finem habitura estis? regna quomodo firmitatem, & stabilitatem quæritis? hisce oculis Christum respicitis? peribis dæmon, peribunt vna die peccata, ruent à fundamentis regna: cuius exemplar supplicij ne longiùs protraham, ex cap. 5. eiusdem Zachariæ accipite, *Leua oculos tuos*; quid est hoc Propheta? *hæc est amphora egrediens*: quid enim potest esse post volumen illud peccatorum Iudæ, nisi figura supplicij pro mensura criminum; omnia enim iudicia tua in mensura, & numero, & pondere disposuisti: *mensura* enim significat iudicium de meritis; *pondus* verò est damnatio secundùm merita causæ. Hoc autem ex hoc loco maximè constat: ad damnandum enim Israël primùm explicatum est volumen viginti cubitorum longum, decem latum, in quo rationes continebantur diuinæ iustitiæ, præcepta Decalogi, &c. Deinde apparuit mensura plena impietate; super quam imponitur talenti pondus eiusdem quantitatis: nam & amphora pe-

Septem oculos in Christum coniiciunt in malum.

21. P. Prado in Ezech. c. 7. §. *& ponam te.*

dis quadri mensura est, & talentum eiusdem est magnitudinis; vide Dei æquitatem, vt iuxta mensuram delicti sit & plagarum pondus. Et quod est delictum? quæ impietas? illa videlicet, quæ omnia Iudæorum scelera cumulauit. quæ? lege titulum: *Hic est oculus eorum in vniuersa terra: que mote es este?* Varia circa titulum istum Doctorum placita: sed tu nota Hebræorum morem in scribendis characteribus grandioribus, breuibúsque verbis (loco præconij) causam eius, qui addicebatur supplicio, quod ipsi cum Pilato in morte filij Dei præstiterunt. Cùm igitur mulieres illæ alas habentes milui carnifices essent tanti supplicij, subscribunt causam, eam nempe, quòd in lapidem Christum oculos cupidos, auaros, inuidos, & politicos coniecerunt tam principes, quàm præses concilij; & ciuitas, quæ per hæc media caput exerere, & coronam conseruare prætendit, *in terram Senaar*, hoc est, in dispersionem per orbem vniuersum, disseminetur, *& hæc est basis sua*, quam sibi ædificauit; *constituatur iuxta basim suam.* non dicit supra; quia stabilitatem non habebit, neque certum locum, *sed iuxta basim*: nam sicut basis ad normam, & mensuram ipsius columnæ solet fabricari; ita impietas ista in loco, quem merebitur, collocabitur. Et quis est locus iste? nullus. Quare? quia illi voluerunt Christum perdere, ne perderent *locum, & regnum*, & hoc est supplicium iuxta basim, hoc est, pro mensura delicti, vt videlicet vna die locum, & regnum amittant. Vide dæmon, videte peccatores laborum vestrorum fructum. Consulite ô reges historiam, consulite Scripturam, lustrate rempublicam, & regni prouincias, & inuenietis his pœnis affici, quæ iuxta mensuram delictorum sunt; ruit ibi regnum, vbi fidei fundamenta exinanita sunt; grassatur pestis, vbi deseruntur ægroti; regnat fames, vbi parca manus est in indigentes: ac denique cuncta collabuntur, vbi legis præcepta, & Christi amor interiit.

Zach. 5. 6.

Causa supplicij Hierosolymæ publico præconio manifestatur.

Pro mensura iniquitatum supplicia irrogantur à Deo.

Ego calabo sculpturam eius. Ego quod expedit vobis mea manu, & attentissimè perficiam: nihil enim ad perfectum adduxit lex, nihil boni ex peccato prodire potest. Quare ite foras peccata, apage sitis à sacris hisce diebus, non hoc opus peccata perficiunt, sed amor, & gratia Christi. Taceat Caiphas, & loquatur Spiritus sanctus, *vt moriatur Christus.* Tradat Pater filium, & filius seipsum, & non tradat Iudas. Dicat Christus minorem esse Patre, & non dicat Arrius: salutis enim opus nequaquam à peccatoribus perficiendum est. Quare *Actorum* 19. cùm ex inuidia Pauli quidam exorcistæ filij principis sacerdotum ab homine dæmonem pellere vellent, *& pessimum* quidem; dæmon ipse de facultate ad hoc quæsiuit: *quien os ha dado à vosotros poder para esto? Iesum noui, & Paulum scio; vos autem qui estis?* & exterritos togas soluere, & aufugere fecit, salutis enim opus non ab impiis peragendum est. Tolle manus sanguine plenas iracunde, reconde ensem, alio sanguine, aliis plagis afficietur Christus, ablue manus impure adolescens, alius maculas in candidissimum corpus iniiciet, deprime extollentiam, superbe, alij coronam fabricabunt capiti eius, *ego calabo sculpturam eius.* Septuaginta, ecce 22.

Desine peccare, non enim peccatis, neque à peccatoribus mysterium salutis peragendum est.

ecce ego fodi foueam, Aquila, *sculpam aperturam eius*, ego attentissime huic incumbam operi. O quàm structuram effecturus sum; ideo nolui, vt lapidaretur: mors enim lapidati quasi casu facta sæuum spectaculum moribundi, contusi, & confracti capitis efficit: sculptura autem mea amantissimi animarum formam præferet, brachiis extensis ad amplexus, & aperturam in latere, *vt pateant viscera charitatis* (ait Augustinus) os ad osculum præparatum, vt ait Bernardus; *vt oscula daret suis dilectis*. Subdit Propheta finem tantæ structuræ,

Forma crucifixi ad alliciendas animas.

23. *Et auferam iniquitatem terræ illius in die vna.* Vbi vltima manus accesserit exculpendo lapidi Christo, & mortis sententia indicta, in crucem tollatur eadem die, qua ego sculpturæ finem fecero, iniquitatem mundi finem fecisse putate: talis enim est structura, talis ostentatio amoris in crucifixo filio meo, vt qua die in cruce suspiciendus proponatur, omnis iniquitas pariter intereat: *quien ha de peccar viendo muerto a Christo por el peccado?* Si rixantes duo ciues, & districtis ensibus se adinuicem impetentes, ciuis alter, vt pacem mitteret, aduentaret, illi ira turgentes, & furore ebrij pacificatorem perimunt, cùm iacentem vident, nónne iram recondunt simul & enses, & abscedunt, dicentes: Quid fecimus? quid non moliatur insanus furor? quid parabolas narro, vbi historia sacra nos docet? Consenserunt rex Iuda, & Israel animis, & armis contra regem Moab, qui in bene munitam vrbem ingressus erat, quam tam ingenti obsidione, & armis obsessam tenebant, & in tantas angustias redactus rex, vt de salute desperans, & viam morti aperiens, *arripiens filium suum primogenitum, qui regnaturus erat, pro eo obtulit holocaustum super murum, & facta est indignatio magna in Israel, statimque recesserunt ab eo.* Canite receptui peccatores, finem, finem accipiat peccatum. Videte quò vestra progressa sint scelera, iacentem Christum, *quem proposuit Deus propitiatorem*, fundentem sanguinem, simul & animam. Videte amantissimum Patrem filium vnigenitum gladio sententiæ perimentem, audite præconium, *Propter scelus populi mei percussi eum.* Et tu amantissime princeps acquiescis sententiæ? ille vtique ingenuè fatetur, *Deus meus volui.* Quare sic vitam prodigis? *vt accipiat finem peccatum*; quod ita putauit Paulus obtinuisse Christum, vt de peccatorum interitu agens asserat obiisse Christum, *propter remissionem præcedentium delictorum.* Et Græcè exprimitur clariùs in hunc sensum, Christus omnia etiam præcedentia peccata aboleuit; iam ergo ampliùs erit peccandum? post tantum amorem? post tantum nobis exhibitum pretium? absit.

Finis iniquitatis mors Christi est.

Simile.

4. Reg. 3. 27.

Isai. 53. 8.

P. Cornelius in hunc locum.

Fr. Garcia Euang. conc. Tom. 3.

24. Quare cùm oculi omnes auaritiæ, & inuidiæ in eius mortem coniecti essent, ne amplius locum daret peccato sacerdotum, & ne citius implerent mensuram patrum suorum, abscondit se ab oculis eorum; *sed abiit in regionem iuxta desertum.* Sicut cùm Dauid fugiens Saulem in speluncam recessit, sed addit sacra historia omnes ad illum confluxisse, *omnes fratres eius venerunt ad eum.* Iam Christus Rex noster quasi malefactor capitali sententia damnatus est, & ne peccato locum det, recedit, ne non citatus, & coactus accedere videatur. Adeamus omnes nos ad Regem nostrum, sileant negotia, taceat furor bellicus, nudentur parietes, expolientur prophana indumenta, deponantur arma, lusus, citharæ, omnis pariter natura funebri sonitu ore resonet creaturarum, & vos comparatis lacrymis exequias his sacris diebus tantæ maiestatis peragite. Videte gloriam, & gloriæ principem sepulcro iacentem frigido, onere nostrorum delictorum, de cane ipso, à quo morsum sæuum accepimus, morsus medicina paratur: *de los pelos del perro sale la medicina para su mordedura.* Et siquidem nostra crimina sunt, quæ sic eum plagis affecerunt, à nobis ipsis vnguenta præparentur, quibus condiendum est sacratissimum corpus, lacrymæ, eleemosynæ, orationes publicæ, & voluntariæ verberationes. Abest Christus, secessit, non est hîc? Cùm abbas quidam canem per multos annos aluisset, & ferendis oneribus deseruiret, die quadam illo absente abbas diem obiit, & sepulcro amandatus est. Disce homo ex bruto gratitudinem; venit canis, & quasi malum præsagiens citius, quàm par erat, vidit omnes monachos, & cùm abbatem beneficum non videret, perrexit ad sepulcrum, vbi sic vlulauit, sic latrauit, sic caput in lapidibus contudit, & lacerauit, vt noluerit viuere mortuo, à quo vitam acceperat, & panem. Et vt credas amorem perfecisse hanc fabricam, & sepulturam, sigillatim omnem illam cum Chrysologo perlustra. *Crux hæc non meus, sed mortis est aculeus; claui isti non mihi infigunt dolorem, sed vestram mihi infigunt altius charitatem; vulnera hæc non educunt gemitus meos, sed magis vos meis visceribus introducunt; extensio corporis mei vos dilatat in gremium, non meam crescit in pœnam; sanguis meus non mihi deperit, sed vestrum prorogatur in pretium.* Ad hunc finem iuxta thronum, in quo tale decretum latum est, erant quatuor animalia cantantia, & dicentia, *Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, &c. & diuinitatem*; nec multum est, dem laudem ei, qui dedit sanguinem, dem gloriam, qui dedit gratiam, & vitam sempiternam mihi, & vobis. Amen.

Passionis dominicæ memoria quo pacto peragenda.

In vitis Patrum.

25.

CONSORTIA FOEMINARUM PERIculosa, earum familiaritatem cautè fugiendam, & commorationem omnino vitandam, persuadet.

INSTITVTIO XXIII.

Partitio institutionis.

26. O, *fugite de terra Aquilonis. O Sion, fuge quæ habitas apud filiam Babylonis. Fugite fornicationem.* Fœminæ consortium, mulieris commercium vitandùm est tibi, (ô Adolescens) quia fœmina est, & quia pulcra, & quia flagitiosa & petulans, etiamsi sancta & pudica. Verùm quia fugæ persuasio quid fœmineum redolet, quàm impense peccati & lapsus, ne dicam scandali, occasio fugienda sit, vel ex ipsis fœminis accipe; Alexandrina enim, sic à Melania nuncupata, vt Palladius [a] refert, decem annis in sepulcro delitescendi nullam aliam roganti causam reddidit, nisi quia, *Quidam insano mei amore tenebatur, & ne eum viderer molestia afficere, vel in inuidiam vocare, malui me viuam in hoc monumento inferre, quàm offendere animam, quæ facta est ad Dei imaginem.* Mascula quidem dictio, & sententia, quam à grauissimis viris hausisse videtur; ab Ambrosio [b], *Ne vel fortuitis occursibus pateat ad vulnus alienum, vel suum; vtrumque vulnus suum, ne temere aut videat, aut videatur, latere operæpretium est.* A Nazianzeno [c], *Ad hæc, virorum aspectum fuge, si fas est etiam grauium, & pudicitiæ laude florentium, ne fortè ex fraude Beliæ vel ferias, vel feriaris;* fuga enim sola ita peccati occasionem rescindit, vt nihil mali fermenti maneat, vnde renasci possit peccatum. Liquet illud pudicissimæ Susannæ cum insanis illis amatoribus; quæ cùm posset præsens periculum alia faciliori via deuitare, noluit, nisi postulata negando: posset quidem tunc honestam causam quærere, quominus concederet postulata vel amoris signa data laudando, vel in opportuniorem occasionem differendo: at ne longiùs & vlteriùs eorum insanus amor ex spe fidei datæ produceretur, & in prauo desiderio perseuerarent, etiam cum honoris & vitæ iactura (dum fugæ locus non suppetebat) amorem rescindendum, & peccandi occasionem etiam per desiderium auferendam putauit. Sed ne fugiendi diuinam artem viri à fœminis didicisse videantur post triumphatam vnam, videatur & audiatur Ioseph. nam si saltem excusatur quòd sæpius ad cubicula dominæ suæ sine timore ingrediebatur, laude tamen dignior est, quia fugit, vt ait Ambrosius [d]. *Iustus debuit prauidere, ne furenti copiam daret.* nam licèt ex eo excusatur quòd ad negotia domini & ratiocinia ingrediebatur, *& quia commissum à domino nequibat deserere obsequium, non tamen satis erat quòd securus sui dominus interiora, quasi qui capi non posset, ingressus est. hecho estaba a resistir, pero deuia mirar que andaba cerca de la muger.* Verumenimuero securiùs relicto pallio, imò necessariò fugit. *excusatur quòd ingressus est: prædicatur quòd elapsus est.* Fuga fuga decantetur, fugæ gloria debetur, aliis enim diebus reliqua erat spes in corde fœminæ futurum esse, vt ipsum aliquando deliniret: at fuga soluit & præcidit omnem spem, *& elapsus est*, fecitque gloriosum fuga triumphum.

Nota Exempla. Chrysost. hom. 14. de muliere mala ad varia loca Matth. *leones in lecto*, &c. Hieron. epist. 22. ad Eustoc. *Samson*, &c. Ephrem tom. 1. in serm. de iudicio & retribut. *Quis vestrum lasciuè.* Cyprià. de singularitate cleri, qui verè eius est lib. *Nũquam feminæ.* Basil. de constitut. monast. c. 4. *Quod si quis dicat.* Bernar. in Cant. ser. 64. *Cum fœmina semper esse, & non cognoscere fœminam, nonne plus est quàm mortuum suscitare*, &c. P. Cluniacẽsis lib. 1. c. 25. apud Castrum Lycianum. Alia vide apud Petrum Damianũ Card. tom. 1. nuper edito, vt epist. 5. & 8. lib. 4. & 16. lib. 5.

Omnino prætendenda est occasio & spes turpis amoris. *Fugiendi fœminas causæ quamplurimæ.*

27. Fugiendi autem causas summatim dixi. Primò, *quia mulier.* Dauid enim fœminam vidit, sed honestam, & vxorem nobilem, non petulantem, nec vagam, & tamen nouam hanc mulieris fugiendæ militarem disciplinam à Deo acceptam refert. *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum.* & statim, *Qui docet manus meas ad prælium*; quasi dicat, ne putetis Deum indignam milite disciplinam docuisse, *Deus qui præcinxit me virtute*: at virtus hæc in pedibus ad fugam aptis non minus consistit, quàm in manibus, & ferreis brachiis. *Posuisti vt arcum æreum brachia mea.* Vnde Ambrosius [e], *Non erubescam fugere*,

Zach. 2. 6. 1. Cor. 6. 18.

a In vit. Alexand.

b Lib. 1. de pœnitentia.

c In ad Virg. exhortatione.

Gen. 39. 10.

d Lib. de Ioseph.

Psal. 17. 34.

e Cap. 4. de fuga sæculi.

Digitized by Google

fugere; gloriosa enim fuga est fugere à facie peccati; imò, vt notat Ambrosius, cùm non iam pedes, sed alæ illi defuisse videbantur, vt se ab occasione mulieris eriperet, periisse omnino putabat. *periit fuga à me; ergo Dauid vbi fugam quærebat vt euaderet aduersarium, & non inueniebat pennas suas, ancipiti fluctuabat certamine. At vbi in potestate habebat pennas suas, titulus Psalmi in finem est*, id est, *perfectionem consummationémque victoriæ. agora me llamen valiente que tengo alas para huir*; quasi armis enim noui Christi milites formidine instruuntur. *Posuisti firmamentum eius formidinem*; ne contingat ad vocem ancillæ vnius turpiter à Christo discedere, & cum iuramento magistrum negare.

Secundò, *quia pulcra*. Hoc opus, hic labor est; auertendi sunt oculi ab ea, in quam totius populi incurrunt oculi. Quod autem monstrum est, quod brutorum truculentissimum, quod solum spectatum interimat spectatores. Tu sola pulcritudo possessori ruinam, spectatori lapsum, mortémque moliris; vbi enim innocentior & purior species & pulcritudo est quàm in puero: at ista in Moyse recèns nato in discrimen vocauit parentum domum; mater enim eius *videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus*, & per hoc obnoxiam fecit morti familiam, ideoque optimo consilio decernunt, vt ait Rupertus [a], puerum in aquam mittere, ne zelum & æmulationem Ægyptiorum incitaret tanta pulcritudo. *Ne populus propter elegantiam eius, quæ iam ardere cœperat, magis inflammaretur inuidia.* Ac tandem hæc pulcra facies cautiores omnes mortales fecit, dum filiam Pharaonis ita allexit, vt ob eius amorem, quo custodiendum decreuit, fatalem regni ruinam tandem molita sit. Nec in Susannæ facie honestissima immunem locum inuenit. Vide in quale discrimen vocatus eius honor fuerit? Quòd si contingat in turpi fœmina, in impudica speciem residere, fugite Angeli; pace vestra dixerim, vobis etiam fugiendum est. Nam licèt ignoranter vos quidam aiunt à pulcritudine exturbatos fuisse, *videntes filij Dei*, & Septuaginta, *Angeli Dei, filias hominum quòd essent pulcræ* (loquitur de filiis Seth;) hoc tamen satis indicat, quale sit ad nocendum speciei pulcræ venenum, vt eorum etiam, qui Dei, non hominum filij videbantur, in præcipitium adduxerit. Mitto Loth & vxorem eius, vix enim Angeli pulcra specie, eius ingrediuntur domum, dum Sodomitarum turpe exarsit incendium, ita vt filias non sit satis prostituere, sed quotidie, vt ait D. Petrus, aspectu & auditu cruciabatur. *Iustus erat habitans inter eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant*; laborabat enim non parum in custodiendis animæ fenestris, oculis nempe, per quos spicula mittit pulcritudo cum turpitudine iuncta. Vxor autem nequiuit se ab incendio subducere, vt ait Ambrosius [b], *imò quia impudicos homines, licèt non impudicis oculis vidit, naturam amisit.* Nam hoc peculiare habet petulantis pulcræ fœminæ aspectus, vt ipse interimat, vt ait Saluianus [c]. *Alia quoque omnia mala agentes polluunt, non videntes, vel audientes. Lustraui* denique (ait Salomon) *vniuersa animo meo, vt cognoscerem errorem imprudentium, & inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus est venatorum; qui placet Deo, effugiet illam: qui autem peccator est, capietur ab illa.* Iudices enim iam semel decepit species, vt *Danielis* 13. vidimus, & ideo fortè obiter nos docere voluit Christus, aliud agens, vt ait sanctus Gaudentius [d]. nam ait, *Nolite iudicare secundùm faciem, sed iustum iudicium iudicate. Ne carnales*, ait, *cuiusquam formæ pulcritudine allecti à regione veritatis, rectaque sententia, sinistro iudicio moueamur.* Quòd si iudices à recto iudicio & statu dimouet, militibus quid faciet, qui perspecta pulcritudine Iudith vno ore fatentur. *Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his meritò pugnare contra eos debeamus?* quia pulcræ, pugnandum est nobis vt expugnemus, & hoc *meritò* faciendum decreuerunt. Vide in quam dementiam veniunt sectatores pulcræ mulieris: fugienda igitur omnino est.

Tertiò, *quia peccatrix, & petulans*. Hæc licèt seipsam prodit, quot sint in domo eius pericula, ab auctore veritatis per Salomonem discamus. *Mulier*, inquit, *stulta & clamosa, plenaque illecebris, & nihil omnino sciens, vocat transeuntes per viam, vt declinent ad eam, & ignorauit* (qui declinat ad eam) *quòd ibi sint gigantes, & in pro-*

Marginalia: 28. *Pulcritudo periculis plena.* — Exod. 2. 2. — a Ibid. — Gen. 6. 2. — *Præcipitium in pulcritudine.* — 2. Petri 2. 8. — 29. — b De Ioseph. — c Lib. 6. de gubernatione Dei. — Eccles. 7. 26. — d In Ioan. 7. — *In dementiam adducit pulcritudo.* — Iudith 10. 18. — 30. — Prou. 9. 13. & 18.

fundis inferni conuiuæ eius. Septuaginta habent, *Mulier insipiens & audax, indiga buccellæ fit quæ non nouit pudorem: ipse autem non nouit, quia terrigenæ apud eas pereunt, & in profundum inferni occurrit, sed resilire memor eris in loco, neque inicias oculum tuum ad eam.* Quid in schola fatuæ (mi Adolescens) poteris ediscere, aut quæ medicina reipublicæ per hoc poterit adhiberi, quòd in ea stultarum mulierum domunculæ sint: nam duo habet ex sententia Platonis. *Blitea & lutea est meretrix.* Vbi nota *blitea*, hoc est, stupidi saporis, & succi insipidi, sicut bletus herba est. Et Dioscorides [a], *Bleti nullus in medicina vsus.* Si ergo insipida est & inutilis mulier turpis, & ex alia parte lutosa, quid aget boni in republica ad vitanda turpiora & grauiora vitia. *Clamosa* insuper dicitur, *& plena illecebris*, vt pelliciat iuuenes, quam ne ignorare contingat, graphicè satis expressit & descripsit Philo [b]. Impudentiam præseferens in oculis, elata ceruice supra natiuam staturam assurgens, ridens, cachinnabundaque, calamistrata, cincinnatula, fucata facie, pictis superciliis, recens lota, purpurissata, pretioso floridóque amicta palliolo, gemmis, aureisque armillis, superba, & murenulis mundóque muliebri cætero, spirans vnguenta fragrantissima, petulans, suæ formæ prodiga, adscititiæ verò auida, & cum ea pedissequæ domesticæ, vafricia, iniustitia, nequitia, quibus stipata more principis sic allicit, sic pertentat animum, *de punta en blanco armada de mala muger. Et ignorauit quòd ibi sint gigantes.* Quidam, vt sunt Beda, & Hugo, *dæmones* intelligunt. nam bene Chrysostomus [c] domum meretricis *diaboli officinam* appellat, & cum dæmone coire affirmat; & insuper etiam *earum lenones esse*, qui amatores alliciunt, & conducunt, & deinde mercedes salariaque partiuntur. Ephrem [d] etiam sanctitatis speculum post Chrysostomum hoc ipsum affirmat. *Quid est meretrix? causa diaboli, diaboli consolatio, arma diaboli, triumphus tenebrarum, dux delictorum.* Rectè quidem *causa diaboli* dicitur, iuxta acceptionem Iurisconsultorum: sumitur enim pro iure in talem rem, vnde quemlibet causam suam tueri dicimus, id est, suum ius; atque ita mulier causa diaboli appellatur, id est, ius diaboli ad animas obtinendas, quibus ablatis fortè dæmon se omni iure priuatum agnosceret: *en viendo hombre y muger juntos nunca tiene perdida la esperanza de ganar el pleyto y vencer. Diaboli consolatio*, quia si quam posset habere dæmon ex his mulierculis, captaret. *Arma diaboli*: nam armis quibusdam eminus, aliis cominus confligunt; mulier tamen dæmoni pro omnibus armis est. *Triumphus denique tenebrarum* dicitur, quia in ipsa diabolus triumphum agit, non solùm turba amatorum, quos blanditiis alligatos ad se pertrahit, sed quia, vt ait Chrysostomus [e], *Mulier Absalon, mulier Amon perdidit; ipsa Iob perdere conata est.* Et alibi, *Hæc est mulier antiqua malitia, quæ Adam eiecit de paradisi delitiis: hæc cælestes homines fecit terrenos, hæc humanum genus mersit in infernum, hæc vitam abstulit mundo*, & alia vide *hom. 17. ex variis in Matthæum.* Sed quid mirum, triumphum de omnibus agat, si ab insipientibus amatur.

Mulieris petulantis incommoda.

31. *Et ignorauit quòd ibi sint mortui*; sic enim legit Pagninus, sicut Isai. 26. *Et ignorauit quòd ibi sint cadauera.* Nam cùm gratia destituit peccatorem, Deus, qui animæ vita est, etiam abest, ac manet anima emortua in viuo corpore, &, vt ait Cyprianus, *Viuus funus suum portat*, & in his sordibus sicut cadauera contabescunt, & putrefiunt. *Iumenta in stercore suo*, vt ait Propheta; quare nihil sentit amens qui amore captus est, ait Chrysostomus [f], *etiamsi afficiatur probro ac contumelia, etiamsi verberetur, etiamsi turpiter & indecorè gerat, etiamsi expellatur à patria, etiamsi bonis paternis euertatur, etiamsi patris beneuolentia priuetur, etiamsi qualibet grauiora patiatur, non dolet, non dolet, inquam, propter amorem impudicum.* Alij, *& non nouit quòd ibi deiiciantur gigantes*, ignorat quod omnes norunt, & nos iam diximus, fortissimos nempe homines, qui robore gigantibus pares erant, à meretricibus prostratos, atque triumphatos: nisi velis nomine gigantum eximios viros, sublimes sanctitate & meritis intelligere, vt sentit Cyprianus [g]. *Quanti & quales Episcopi & clerici post confessiones & victoriarum calcata certamina, post magnalia & signa mirabilia vsquequaque monstrata noscuntur cum his omnibus naufragasse, dum volunt in naui fragili nauigare. Quantum leones domuit vna mulieris infirmitas delicata, quæ cùm vilis ac misera sit, de magnis efficit prædam.* Septuaginta nouum aliquid interpretantur, *Et ignorant quòd terrigenæ apud ipsas pereunt.* Terra genitos appellat gigantes, quos tamen ipsa opprimit.

Quot strages fecit vna mulier petulans.

Nazian

a Lib. 2. cap. 19.

b De mercede meretricis.

c In Matth. hom. 2. & hom. 1. ad Corinth.

d Tract. aduersus improbas mulieres.

e Hom. 61. in c. 10. Ioan. tom. 3.

Isai. 26. Morientes non viuant, gigantes non resurgant.

f Hom. in Psal. 111.

g De lapsis.

a Oratione in laudem Basilij. Nazianzenus enim [a] carpens audaciam eorum, qui ad suggestum repentè subsultant, & sine doctrina, magistri euadunt, fabulam ortus gigantum refert, ait enim Lerneæ cuiusdam serpentis dentibus in terram proiectis repentè ex his proceræ magnitudinis gigantes armis omnibus instructos erupisse, qui statim ipsi Ioui bellum inferre ausi sunt, quibus sanè non dissimiles esse dicemus eos, qui necdum virtuti, vt ita dicam, nati sunt, & prima honestatis præludia inchoarunt, recentes omnino atque noui semetipsos velut gigantes derepentè natos robore insignes, & armis omnibus instructos arbitrati ad prælia castitatis descendere audent, quos statim videas deiici, & prosterni, non quidem à Ioue cælitus fulminante, sed à lasciua fœmina, quæ fulminat oculis, vt ait Hiero. *hombres que se nacieron de repente a la virtud vn manto de soplillo, y vn guinon de ojo, mejor que vn rayo los haze ceniza y escarmiento y pasmo.*

Quartò, *etiamsi sancta, & pudica*, fugienda est. Nam dæmonis ars ea est, 32. *Sancta mulier etiam fugienda.* vt maiores casus & ruinas moliatur, à minoribus incipit, principiò lapides Christo obiicit, mox rem dubiam, *Mitte te deorsum, quia Angelis suis Deus mandauit de te.* Deinde iam contra primum maximúmque mandatum audax fuit, non enim ita insanus est, vt sanctis viris aliquid prophanissimorum obiiciat, vt ait S. Macharius, sed paulatim faciliora proponit. Finge tibi gigantes, quos describit Plato [b], b In Dialogo 2. de republica. veluti statuam Nabuchodonosoris; quibusdam enim parens eorum terra aurum admiscuit, aliis argentum, aliis ferrum inseruit. Soluit autem Plato Apologiam pari ratione ac Daniel somnium statuæ, nam hæc gigantum è terra dissimilis generatio tres hominum conditiones adumbrat, aureos sapientes, argenteos honestos ac diuites, ferreos agricolas & milites. Sed ô mortales fugite, cerei enim estis ardore mulieris facilè illiquifacti; quos enim etiamsi ferro conformatos & robustissimos libido non domuit & emolliuit? *Ferreas mentes libido domat*, ait Hieronymus, & Chrysostomus. Quemadmodum si quis leonem egregium & ferum ceperit, deinde iuba detonsa dentes exemerit, & vngues circumciderit, deformem reddit, ac ridiculum, ac vel pueris expugnabilem, illum qui tam terribilis & intolerabilis erat, qui vel solo rugitu omnia quatiebat; sic & istæ quoscunque ceperint, licèt fortes, sub potestatem redigunt diaboli, molliores reddunt, importunos, ignauos, ingenio seruili illiberales, contumaces, loquaces, & omnino omnes muliebres affectus istorum animis imprimunt. *Occasionem mali etiam sancti effugiant.* At dices, sancta est illa, pudica, & ego pariter annis, meritis & sanis moribus exaggeratus sum; falleris, inquit Gregorius, etiamsi in sanctitatis cumulum veneris, imò sis tu sicut agger & cumulus sanctitatis, fuge mulierem. Audi Vatem sanctissimum, qui ad cautelam nostram & cecidit & prædicat. Psal. 117. 13. *Impulsus, euersus sum vt caderem.* Alij ex Hebræo legunt, *tanquam cumulus arenæ impulsus sum, euersus sum.* Non me inimicus deiecit, sicut Samson columnas exturbauit, sed transuertit paulatim, *traspalo me como vn monton de arena*; vides enim viam occupatam cumulo arenæ, quam ventus sensim aliò transfert, *vn embate y otro de ayre grano a grano traslada vn monte de arena.* Nam *Authoritas Patrum suadet fugam fœminarum.* quæ ego egi, minima leuiaque videntur, inde tamen à gratia in peccatum, imò in cumulum peccatorum mutatus sum, à sancto in adulterum & homicidam conuersus. Hoc ipsum in transmigratione Hierusalem, ait Dominus per Ierem. Cap. 9. *Hierusalem aceruus arenæ*; nam vel loquitur de ruina ædificiorum, & contritis domibus, vel, vt placet Hieronymo, de hominibus in captiuitatem ducendis. *Dabo Hierusalem in transmigrationem: pasare a Hierusalem a otra parte.* Quod licèt primo aspectu impossibile iudicabitur, fiet autem facili negotio, *sicut aceruus arenæ*, & de templo Dei fiet Babylon errorum plena, & fiet etiam vir sanctus dæmon, si paulatim fœminarum commercia non fugit.

c Offic. 1. cap. 20.

NOTA. Hier. ad Nepotia. de vita clericorum. Ephrem tom. 2. in doctrina varia. Chrysost. hom. 24. de muliere mala ad varia loca Matthæi, ego existimo. August. ser. 250. de tempore. Greg. lib. 11. ep. 4.

NOTA. De vitanda commoratione earum cum clericis, aut monachis, Cypr. lib. de singularitate clericorum, qui verè Cypriani partus est, vt probat Card. Baro. tô. 2. annal. Vide Basil. in admonitione ad fil. spiritua. ab aspectu nefando.

Suadet hoc sanctorum Patrum auctoritas, Ambrosius [c] in primis. 33. *Viduarum ac virginum domos, nisi visitandi gratia, iuniores adire non est opus. Quid necesse est vt demus obtrectandi locum sæcularibus? Quid si aliqua illarum fortè labatur? cur alieni lapsus subeas inuidiam? Quàm multos etiam fortes illecebra decipit, quanti non dederunt errori locum, & dederunt suspicioni. Cur non illa tempora, quibus ab Ecclesia vacas, lectioni impendas? cur non Christum reuisas, Christum alloquaris? Christum audias? Quid nobis cum alienis domibus. Vna est domus quæ omnes capit, illi potiùs ad nos veniant, qui nos requirunt.* Hanc autem seorsim

ſim à fœminis viuendi rationem vtriſque conuenire exemplum Dinæ perſuadet, quæ curioſitatem videndi non viros, ſed regionis virgines coæuas, luit ſui raptu, & tam infami ſtupro. nam, vt ait Tertullianus, *Publicatio virginis bonæ ſtupri paſſio eſt.* Quare cùm ſexus fœminarum, vt ait Chryſoſtomus [a], *incautus & mollis ſit, incautus quidem, quia non omnia quæ videt, aut audit, cum ſapientia & ratione conſiderat: mollis autem, quia facilè flectitur, vel de malo ad bonum, vel de bono ad malum*; oportet ne vir ſanctus etiam iuxta pudicas fœminas ſolus ſit, Thomas enim *Monachum ſolum dæmonem ſolitarium* appellabat: nam, vt ait Seneca [b], *omnia nobis mala ſolitudo perſuadet*; & [c], *Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccaturis teſtis aſſiſtat.* Et Iuſtinianus Imp. [d] vult non clam & ſine teſtibus viuere monachos, *ſed inuicem teſtes eſſe mutuæ honeſtatis.* Nam, vt ait Theodorus Studita [e], *vnius facilis eſt calumnia.* Sicut Ioſeph ab hera calumniam paſſus eſt, quia ſolus erat, ita & Suſanna calumniam ſenum ſubiit, quia ſola erat. Hac de cauſa ſanctus Auguſtinus [f] ita ſancit. *Quando ſimul eſtis in Eccleſia, & vbicumque fœminæ ſunt, inuicem pudicitiam veſtram cuſtodite, Deus enim qui habitat in vobis, etiam iſto modo cuſtodiet vos ex vobis.* Et D. Thomas Cantipratanus [g]. *Quàm vera*, inquit, *ſit hæc ſententia, Væ ſoli, ego noui qui triginta annis vices Epiſcopi in diuerſis prouinciis habui: qui in hoc articulo, quo religioſi ſoli vadunt in viis, vel ſoli manent in curiis, horrenda mala, horrenda ſcandala, horrendaque pericula frequenter audiui, quæ numquam ſuſtinuiſſent adiuncto ſocio, vel feciſſent.* Tu ergo mi Adoleſcens expertis crede, & illud, *væ ſoli*, extimeſce, magnes enim fœmina quæque, quæ ferrum trahit: fuge fœminas, maximè adoleſcentulas, ex conſilio Pauli.

a Hom. 4 in Matth. tom. 2.
b Epiſt. 17.
c Epiſt. 11.
d Nouel. conſtit. 133.
e In ſuo teſtamento, §. 15.
f In regula. cap. 12.
g Lib. 2. cap. 11. §. 1.

VERBVM PATRIS.
Ruth 4. verſ. 14.

Dixerúntque mulieres ad Noëmi: Benedictus Dominus, qui non eſt paſſus vt deficeret ſucceſſor familiæ tuæ.

Fœminarum obſcuratam dignitatem Mariæ natiuitate illuſtrandam, nuptiæ Ruth & Booz læto præmonſtrant augurio, & præſignant myſterio.

DISCVRSVS LXVII.

I. Exordivm et intentvm discvrsvs.

OSTENDAM tibi, Adoleſcens, Mariæ illuſtriſſimam & ſacratiſſimam proſapiam, vt demonſtratis eius parentibus, non minus virtute quàm genere præſtantibus, qui, haud ſine ingenti miraculo, in tali ætate, & poſt longum cunctiſque notum ſuæ ſterilitatis vitium, incomparabilem filiam Septembri menſe orbi pepererunt, notum ſit cunctis, ſicut Dauid ex Ieſſe homine non admodum illuſtri natus eſt, & virtute ac ſapientia præluxit, vt eos illuſtraret magis, quàm illuſtraretur, ſic Mariæ profecto vſu venit, vt parentes, auos, atauos & proauos, omnéſque ſuos progenitores vera nobilitate ſuperaret magis quàm æquaret. Sed vobis ô fœminæ, maior eſt cauſa lætandi, honor veſter naſcitur, quoddam datur vobis inſolitæ nobilitatis initium, & perfectæ virtutis exemplum proponitur. Vobis ex Ruth Moabitide, & ex ortu Mariæ notum fit, vt ponderat Alexandrinus Clemens [a], Verbum Dei ex æquo virorum & mulierum pædagogum eſſe. *Si enim vtriuſque vnus Deus eſt pædagogus, vna Eccleſia, vna moderatio ac temperantia, vna verecundia, alimentum commune, coniugales nuptiæ, reſpiratio, viſus, auditus, cognitio, ſpes, obedientia, charitas, omnia ſimilia, communis autem gratia, & ſalus communis, quorum quoque communis eſt dilectio & educatio; viris itaque ac mulieribus commune nomen homo eſt.* Naſcitur ergo ornamentum generis veſtri, & tunc quidem naſcitur, cùm tam dæmon, quàm Herodes furibundus ſimul & ſtolidus diuini conſilij impugnator regium Dauidis genus extinguere, ne quiſquam ex illo Meſſias procreetur, vi ſumma conatur: ſed fruſtrà, vt diſcurſus iam oſtendit.

Fœminarum honor Maria.

a 1. Pædagogi. c. 4.

Naſcitur Maria anno 14. imperâtu Herodis Idumæi. Abulenſis, & P. Caniſius.

2. *Dixerúntque mulieres ad Noëmi: Benedictus Dominus, qui non eſt paſſus vt deficeret ſucceſſor familiæ tuæ, & vocaretur nomen eius in Iſraël.* Voces quidem ſunt, quas audis, acclamatoriæ, quibus afflictæ viduæ Noëmi, ruſticanæ Ruth 4. 14.

næ fœminæ gratulantur nouas nuptias Booz cum filia Ruth castitatis laude inclyta, & de paterna superstitione ad pietatem ac verum Dei cultum conuersa. *Bendito sea el criador que tenois nieto, mayorazgo tenemos vna muger ha remediado todo nuestro linaje.* Hæc historia est in libro Ruth, ad quam nos sacer Euangelista deducet, nósque libenter rusticorum nuptias adibimus: multa sunt ibi grata, multæ causæ lætandi; nos verò interim huius exultationis causam & originem recolamus.

Triste quidem spectaculum, præstans domus stirpe antiquissima maiorum, & perillustribus viris fortunisque nobilitata, cuius tamen facultates & ampla supellex funditus vel dissipata vel in magno ære alieno posita, primogenitus aliena viuit manu, vel cuncta bona ad externos mortuo hærede legitimo deuoluuntur. E contra verò quantam affert materiam gaudiorum primogeniti eius familiæ natalis dies, qui cuncta ad antiquum splendorem & amplitudinem instaurabit? Cogita tecum quo pacto quáve industria Deus natalem diem fœminæ (qui nescio qua de causa tristis esse solet) omni felicitate, omníque gaudio repleret. Primogenitum ad hoc bonorum omnium, in primo homine posuit, reciproco quidem testamento, vt homo Dei esset hæres, & Deus omnia quæ hominis sunt iure hæreditario obtineret, bona primogeniti dissipari, decoqui, & pænè ad extremum disperdi sinit: & cùm omnia afflicta, obscura in peccati sorde iacerent, & pænè desperata salus, ecce subitò natalis Mariæ occurrit, vt cùm dicitur, filia est, sed primogenita, fœmina est, sed splendor fœminarum puella est, sed lectissima virgo, in regnum & coronam nata, non est filius, sed filia, & mater Dei, quæ immensam lætandi causam nobis omnibus affert.

Primogenita Maria sanctissima natale omni gaudio cumulauit Deus.

3. Principiò hæreditatem & primogenituram Deus instituit, cuius duæ erant partes, altera originalis gratia, altera temporale dominium auium, piscium, & animalium terræ. Scripturæ etsi perantiquæ, numquam deleri potuerunt, vigent adhuc, sed nouam interpretationem doctus quidam ex nostris adiunxit. *Posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum.* Non quidem significat agricultorem solum, aut vsufructuarium, sed præfectum ac principem eius; hoc enim significant illa verba, *operaretur, & custodiret*; opus enim significat hæreditatem, vt patet ex Isai. cap. 40. & 62. *Opus illius coram illo.* id est, habet ille curam hæreditatis suæ, siue populi sui, & ita operari est hæreditare, vel possidere. *Hiçole heredero.* Et *custodiret* ponitur pro custodem esse; mos enim est sacris scriptoribus ex idiomate Hebræo vti verbis adiectiuis pro nominibus ab eis deductis, & verbo substantiuo, vt *mori* pro mortalem esse, Rom. 6. *Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur.* hoc est, postquam Christus resurrexit à morte, iam non est mortalis, siue morti obnoxius: custodire ergo est custodem esse, id est, præfectum, principem, regem, ac dominum. Sicut Ieremias *cap.* 4. custodes vocat reges gentium. *Ecce auditum est in Hierusalem custodes venire de terra longinqua:* posuit ergo Deus hominem & hæredem & dominum, principem & regem horti amœnissimi. Sed cùm primus Adam hæreditatem diu continere non valuit, in secunda instauranda & conseruanda venit; cui tamen vtpote cælesti vniuersi orbis principatus est datus. *Quem constituit hæredem vniuersorum*; &, *Quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis, & in terra, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens:* maximè autem de Ecclesiæ principatu gloriatur, *Benedictus populus meus Ægypti, opus manuum mearum Assyrio, todo esmio: hæreditas autem mea Israel, esto estimo en mas que esotro.* Dulce quidem & gloriosum mortalibus & fidelibus hæreditatem esse Christi, quam benignis aspicit oculis, & tanquam suam colit, quasi ex eius prouentibus vitam ageret Dei agricultura.

Gen. 2. 15. — *Homo princeps & primogenitus factus.* — Vers. 16. — Heb. 1. 2. — Colos. 1. 16. — Isai. 19. 25.

4. Sed quo pacto (quæso) nos sumus hæreditas Dei, cùm Dauid dixerit Deum esse hæreditatem nostram, *Etenim hæreditas mea præclara est mihi, Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei?* Contingit mutuo se diligere coniuges, nec habere suorum bonorum hæredem, tunc ipsi testamento reciproco vnus alterum hæredem constituit, quicumque alterum in morte præueniat. Deus tam ardenter homines dilexit, & ab eis redamari sic voluit, vt inter vtramque partem reciprocum testamentum condi decreuerit, vt Deus hæres esset nostrorum bonorum, nósque inter bona sua adoptaret; & homines Deum sibi adscirent, & pars sua esset Omnipotens. Quòd si prima illa ineffabilis est misericordia, secundam quis valeat enarrare? Si inter ducem, aut regem & seruum eius ea familiaris coniunctio amoris intercederet, vt aperte diceretur: Hic seruus mancipium est ducis, & dux totus est huius mancipij, quantus esset hic honor? quanta mortalium admiratio? nónne insanus est qui hanc hæreditatem pro vlla re mundi commutat? *Quid mihi est in cælo, aut à te quid volui super terram?* mobilia bona pereant, & radices, quis nisi fatuus Esau à se abalienari patitur. *Scitote, quoniam postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est: nam non inuenit locum pœnitentiæ, quamquam cum lacrymis inquisisset eam.*

Psal. 15. 6. — *Simile.* — *Simile.* — Heb. 12. 17.

5. Hanc ergo hæreditatem, quæ à Deo discesserat, vt ait Ieremias, *facta est hæreditas mea, quasi leo in silua dedit contra me vocem.* Mirabili ratione Deus sibi recuperauit, matrimonio videlicet: sicut cùm virgo quædam & iuuenis ambo primogeniti matrimonio iunguntur, & primogenita in vnam familiam coëunt, & vna intrare in aliam dicitur: sic Deus in Virgine & in humanitate vtramque hæreditatem recuperauit, & vna intrauit in aliam, vt optimè notat Tertullianus [a]. *In deposito est caro apud Deum per fidelissimum sequestrem Dei & hominum Iesum, qui vt hominem Deo redderet, & Deum homini, carnem spiritui, & spiritum carni, vtraque in semetipso copulauit, iuntaronse los mayorazgos en la encarnacion, y el espiritu entro en nuestra carne, y nuestra carne entro en el espiritu.* Hanc primogenitorum vnionem in vno Christo probat Matthæus, dum ait, *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid*, &c. & quòd hæc instauratio per fœminam futura esset, expressit Isai. *Egredietur virga de radice Iesse*, & Hiero ex Theodotione vertit, *de trunco Iesse*. i. cùm generatio ista truncata videatur, & ad fœminam deuoluta, tunc erumpet gloria eius, vt natiuitas huius fœminæ communi plausu excipiatur, & concinant rusticæ fœminæ gratu

Cap. 12. 8. *Bona quæ homo amiserat nouis nuptiis Deus recuperauit.* — a Lib. de resurrectione carnis. *Sequester Christus.* — Cap. 1. 1. — Cap. 11. 1. *Instauratio mundi in Maria facta est.*

gratulanter, & lætè, *Benedictus Dominus, qui non est passus, vt deficeret successor familiæ tuæ;* hoc enim opus esse videbatur ad exhilarandum humanum genus, cùm videbat omnes suas spes ex vnius fœminæ natiuitate pendere, nam ante natiuitatem Virginis infelix & infaustus erat ortus fœminarum, nec immeritò. Quamobrem legi virorum natales dies apud antiquos celebrari, vt refert Augustinus [a], & liquet ex conuiuio Herodis, & filiæ petulantis Herodiadis saltatione: nullius autem fœminæ natalis dies celebrari consueuit. Ad quid enim tunc fœmina nascebatur Deo inimica, quam quasi peccati inuentricem omnes creaturæ inuaderent, nisi à creatore cohiberentur, qui communi illa pœna contentus quasi extremum malum adiecit, *in dolore paries.* Secundò nascebatur non solùm ad laborem, sed vt *laborem preberet Deo in iniquitatibus suis*; ille enim qui in educendo populum de Ægypto abyssum reserauit, diuisit, & in medio pelagi vernantem floribus terram, & herbam germinantem dedit, *& campus germinans in medio mari*, demersit hostes, eduxit filios, splendidè pauit, duxit & perduxit in deserto, laborem nullum senserat, ad secundandum & sanctificandum partum, ortúmque vnius fœminæ laborauit, & virtute meritorum & sanguinis effundendi sine macula & ruga in lucem perduxit.

a Lib. de ciuit. Dei.

Fœminarum ortus quare infaustus reputatus.

6\. Tertiò nascebatur fœmina cum maiori tunc discrimine amittendi Deum, vtpote vas fragile, & quod semel sibi & homini lapsum parauerat, cuius delicti memoriam nunquam aboleri volens Deus (vt ait Paulus, & explicat S. Paulinus) iussit vt mulier semper in templo *velet caput suum*, & ob delicti pudorem, & ne sit Dei ministris iterum recidendi causa; ac denique vt dubiam semper causam suæ salutis existiment, ob summam suam fragilitatem, quærántque cum Petro, *Quid ergo erit nobis?* Quartò etiã, quia ingeniũ fœminarum & natura non ita idonea sit vel ad magna munera obeunda, vel facinora patranda, tanquam aliquid superfluum videtur, & quasi superaddita ad aliarum numerum animarum, quæ solùm natæ videntur, vel vt numerentur inter homines, vel vt delitiis vacent, edant, bibant, & oblectentur. *Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.* Et stultiùs adhuc dixerunt, *Hac est sors nostra, nullum sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra.* Vt ergo omnes honestet fœminas, & beatum faciat natalem diem earum, vna inter omnes Maria non solùm Dei amica, sed in Dei amicitia concepta prodeat, quam non inimicè, sed festiuo plausu omnes suscipiant creaturæ, quæ non laborem Deo præbeat, sed adiutorium sit simile sibi: nam ex omnibus aliis locis, quos Deus creauit, laborem sibi (si pati posset) comparasset de cælo, vnde Angelus cecidit, de paradiso, vbi lapsus est homo, de amœnissimis pratis, & nemoribus, vbi vel luxuriæ veræ, vel mysticæ fornicationi idolorum vacabant. De Virgine autem, vt notat Guerricus, quasi de cælo ad diuinas delitias à constitutione mundi præparato, nihil non gloriosum, honestum & diuinum excepit. *Delitiæ meæ esse cum filiis hominum.* Ac tandem non nata est vt numerum faceret, sed vt singularis esset, & vnica primogenita. quo nomine appellat eam S. Bernardinus [b]; *Primogenita Redemptoris, qui plus pro illa redimenda, quam pro omni alia creatura venit.* In quæ tale augmentum suscepit primogenitum & hæreditas gratiæ, vt eam videatur gratiam obtinuisse, qua nullam ex decreto maiorem dabit Deus, *meritos cigostaticos*, ex eo quòd de ea natus est Iesus: maternitas autem dignitas est altissima, cui adæquantur Mariæ merita, atque adeò nulla est gratia maior: vt luculenter Damianus. *Omne fastigium (ait) sanctitatis transcendit, omni praponderat gloria, nec planè maius aliquid creatura poterit creator impendere.* Nihil amplius dices ad laudem eius. Hæc est mulier de qua natus est Iesus, primogenita gratiæ, ad quam hæreditas vniuersa deuoluta est.

Peccatores superfluunt in mundo.

Sap. 2. 8.

Natalis dies Mariæ quantis de causis lætitia plenus.

Prou. 8. 31.

Primogenita Redemptoris Maria.

b Serm. 51. cap. 3.

Los meritos de la virgen se llaman cigostaticos, como dixo Demosthenes oratione 3. hablando de vn mancebo que si le pusiesen en balança sus meritos, y valor con el cetro, y corona, o con el baston de general se hallaria que pesaban mas sus meritos.

Huius primogeniti (vt sicut par est æstimetur) diuinas consideremus expensas, quantum æris alieni contraxerit, vt recuperationem eius, & primogenitam restauratricem colamus, & æstimemus. 7.

Liber generationis Iesu Christi: libro del desempeño de la palabra de Dios. Attendite mortales, & vos maximè Iudæi, hic est liber, in quo Deus liberauit fidem suam, qua filium inter vos nasciturum promisit. Ingens quidem & locuples primogenitum, in quo constituendo oppignoratus est Deus, & quod in regibus tanti æstimatur, verbum suum pignori dedit. Principes sæculares toto anno nouum æs contrahunt insanis sumptibus, vt vna die soluant: sic Deus cùm magnum opus aggredi præuidit, ad magnos sumptus conscribendos grandem librum veteris legis prouidit, in quo quid debebat ex voluntaria promissione, scribebatur: alterum autem Euangelij librum ad fidem liberandam & solutiones conscribendas dedit. Accessit Adam inops, nudus, & obæratus, cui Deus liberaliter ait: Scribe tibi, *semen tuum conteret caput eius.* Venit Abraham canis plenus, tristi vultu, filiorum orbitatem dolens, & legitimi hæredis, & scribere iussus est, *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Venerat Iacob ad portas mortis, & limbi vmbras teterrimas timens, nullo suorum laborum accepto præmio iubetur scribere, *Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est.* Et cùm populus ducem Moysem moribundum videt, angi cœpit; audit tamen Dei oraculum, *Prophetam suscitabo de gente tua.* Nusquam soluendo se futurum existimauit Dauid, nisi ad diuinam opem confugeret, exclamans, *Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine?* cùm audit, scribe Dauid, *Iurauit Dominus Dauid*, &c. largè scribis, promittisque, Domine, sed in futurum; nónne melius esset aliquid citò dare? Agite ait, venite omnes, afferte veterem legem, cæremonias, holocausta, sacrificia, omnia ingenuè pendenda sunt. *Legem mandatorum decretis euacuans: ea señor conoceis este libro reconoceis estas ditas, si pues pagadnos*, fateor quæ promisi, placet ad numerum soluere, explicate librum debiti, & sigillatim omnia soluantur, & fides mea coram Matthæo, qui à secretis est, liberetur. *Liber generationis Iesu Christi.*

Matth. 1. 1.

Liberat fidem suam Deus in natiuitate Mariæ.

Gen. 3. 15.

Gen. 26. 3.

Gen. 49. 10.

Deut. 18. 18.

Psal. 88. 50.

Psal. 131. 2.

Ephes. 2. 15.

Constituto iam quod de soluendo & liberando fidem tuam agis, & recuperando primogenito, quare Domine in prima linea harum litterarum te hominem natum ex muliere, mortalem & passibilem prædicas, non sic Domine prudentiores filij sæculi agerent; cùm enim nobilis aliquis denuò in vrbem aliquam sedem & domicilium collocare intendit, id primùm in consilio 8.

Christus liberaliter omne nostrum æs alienum soluit.

consilio publico præstat, nobilitatis nempe litteras, priuilegia & exemptiones exhibere, ne cùm ciuitati ascribitur, inter ignobiles & tributarios inuoluatur. Itaque hæc tibi prudentia videtur? eius igitur sapientia est diuina, quæ vtpote nobilissima contrario modo se gerit. Nam cùm in orbem intrat Pater æternus, edicto publico Angelos admonet, ne filium etsi corporatum, & carne tectum, minori obsequio & cultu venerentur. *Cùm iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, & adorent eum omnes Angeli Dei. Hola, auiso que me ha nacido mayorazgo Rey, alto Angeles a besarle la mano*; ipse verò inter mortales aduena cùm immunitatis litteras putares exhibiturum, æterni, impassibilis & immortalis librum depromit, in quo renuntiat illis omnibus exceptionibus, in quantum valet, & melius ex iure potest, & requirit vt nulla ratione erga eum seruentur, in quantum, & quia homo est, humana carne ex naturali generatione, diuino licèt conceptus modo, filius Abrahami & Dauidis factus, qui omni pœnæ & tributo obnoxij sunt, & vna impossibilitate peccandi seposita, quam deponere nequit, impassibilitati & immortalitati renuntiat, atque adeò officia Solis implorat, vt æstu & calore exurat, itineris vt fatiget, sitis vt affligat, homines denique cuiusuis generis sint, in ipsum tanquam in hominem insurgant, nullo habito diuinitatis respectu. Requirit hoc etiam à magistratibus Hierosolymæ, vt sicut hominem tractent, protestatione facta, vt si aliter se gerant, appellaturus sit ad Herodem; quòd si hic dubius hæserit, causam ad Pilatum delaturus, vbi plenam iustitiam sibi seruari postulabit, & ad hoc præsentes litteras & testes inducit, & parti contrariæ, si qua est, transcriptio detur eorum quæ continet à communi scriba Matthæi nomine, qui sic habet, *Liber generationis Iesu Christi.*

Hebr. 1. 6.

Christus se ipsum morti & passioni obnoxium exhibuit.

9. Quid egisti Domine, nónne vides, quia primogenitum tuum & hæreditatem funditus euertisti, filios infamasti? quid me vocas vt explicem coram eis nobilitatis librum, si in primis & insignioribus litteris eorum infamia & obscuritas est consignata? quid flagella, claui, crux, ad nobilitatem præstant? immo potiùs ideo hæc ita constitui, vt doceas homines & principes liberare fidem suam, quam fidelitatem à Deo suo perdiscant, qui in libro distinctè omnia debita soluenda exarat, isti enim tui equites absoluti & liberi esse autumant, nemini deferre volunt, à nullo regi debere putant. Doce ex meo exemplo demissionem, qui titulos abscondi, & exemptiones, vt similis reliquis reperiar; doce ne putent ob principatum terrenum primas sedes cæli obtenturos. In schola videas puerum, qui primus accessit, ferulam tenere, qua negligentiores & tardiores cùm veniunt percutit, at si cùm ad corrigendum vocantur, hic malos & peruersos affert characteres, putásne impunè abibit, quia primus omnium accessit? haudquaquam, quin potiùs maiori supplicio dignus est. Verum est ô equites quod iactatis, genus nempe vestrum ante plures alios in scholam & fidem aduenisse, & ferulam arripuisse, qua satis instar puerorum vestras iniurias vindicatis, & percutitis, ac nobilitatem iactatis; verùm si ad iudicium paginam lituris plenam, & peccatis vitam turpatam affertis, iuua-

Principes maximè decet fidem suam liberare & debitum soluere.

Acriùs puniendi nobiles praui. Simile.

bitne antiquitas, aut nobilitas generis & fidei, aut auertet supplicium, pœnamque excusabit? absit, immo maiorem infliget, hos enim seorsim puniendos maiori vtpote pœna dignos secernit in iudicio Deus, ait Veronensis Zeno [a]. *Hoc est autem iudicium. aqui suena la justicia quien; quien es el castigado, ambiguos vtique Christianos designauit, ac lubricos, vnos hombres del genero ambiguo, qui inter pios impiósque sint medij, nullam partem tenentes ad plenum, cùm vtramque tenere non desinunt. No son fieles porque tienen las obras de paganos. ni infieles porque tienen vna cruz y vn rosario adoran la cruz y no se apartan del demonio*: non sunt impij, quia Christum colunt; nec sunt pij, quia offendunt Patrem iniquis moribus. *Vnde non est absolutus reatus, ambiguitas enim, nisi fuerit discussa, iure non potest mereri sententiam*; quare in carcere seruantur, nec eorum expediuntur causæ, hæret enim Dei iustitia, quasi dubitans, vtro eos compellet nomine: cuius generis estis homines? ambigui, dicent; & tu Domine cuius generis es? masculini sum, verùm fœminei generis: formam carnémque Mariæ matris non inficior, *filius hominis* sum; hæc est mea nobilitas, vos etiam in hoc gloriamini. *Liber generationis Iesu Christi.*

a Tom. 2. biblioth. serm. in Psal. 100.

Filij Dauid. Rursus Dauid primogenitum nouo ære alieno deperdit, qui adulterio, homicidio & publico populi scandalo, multisque sceleribus satiatus ad nuptias progreditur cum Bethsabee. Mane paulisper rex, & tu domina ne matures ad nuptias, displicet enim Deo summo Regi hoc coniugium. *Displicuit verbum hoc quod fecerat Dauid coram Domino*; immo, vt notat Procopius, *significatur Deum plus hoc coniugio offensum esse, quam adulterio; adulterium enim cupiditate victus admisit, coniugium autem deliberationis assensum habet. esta es ya mucha malicia.* Verùm ecce repentè Nathan ait ad regem: *Transtulit Dominus peccatum tuum.* Age, perge ad nuptias, iam nec obstat peccatum. Quid hoc Domine? quid te ad indulgendum impulit? sed certè respexisti ad Mariam, quam *primogenitam redemptionis* constituebas. Nam fundabat Deus gratiæ primogenium, in quo caput erat Christus, virgo quasi mater gratię, & filiorum Dei. Quod cùm resciuit Dauid, primum locum occupare voluit, titulo quidem nequissimi peccatoris, *Tibi soli peccaui, si peccadores buscais señor yo soy el mayor y solo en esse genero.* Quòd si titulum & litteras exigis, ecce obiicio quas tu mihi dedisti: *vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.* Et hoc ipsum præuidens Paulus, primum occupare locum studet. *Venit Iesus peccatores saluos facere, vino a fundar mayorazgo para saluar peccadores.* Domine hęc mihi præbenda iure conferenda est, *quorum ego primus sum.* Hac de causa Dauid ante Abraham est in libro generationis Christi, quia licèt Abraham iustissimus erat, at cùm primogenitũ est ad conferendam illam gratiam, quam nemo iustorum de condigno mereri poterat, vix, vt ait Paulus, *apparuit benignitas, & humanitas non ex operibus.* cùm Dauid præoccupat, & titulum maximi peccatoris & magnæ misericordiæ allegat, *Ego primus sum.* Et secundò vt peccatores denuo resipiscentes alliciat, ne diuinam iustitiam nimium formident, & ad sordes suas conuertantur. Iustus verò ita est assuefactus Dei domicilio, familiaritati & delitiis spiritualibus, vt nec vi à Dei domo expellas: sicut Pater filij perditi ad natu maiorem

10.

Peccat Dauid, & nouum ac côtrahit primogenitum. 2. Reg. 11. 27.

2. Reg. 12. 13.

Psalm. 50. 6. *Soluit Christus pro insigniori in peccatoribus.*

Ad Tit. 3. 4.

iorem dixit; *Tu fili semper mecum es*; quapropter benignè suscipiendi sunt qui ad Deum sic conuertuntur. Est enim tam graue malum peccatum,& verus offensi Dei dolor sic penetralia cordis vulnerat, vt nisi post conuersionem delitiis spei & amoris oblectaretur, sola peccati commissi cogitatio mœrore & desperatione animum conficeret. Ideo de quodam, qui sic deliquerat,ait Paulus,*Sufficit ei qui huiusmodi est,obiurgatio,quæ fit ei à pluribus, vt è contrario magis donetis,& consolemini, ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur.no les seais pesados dãdoles en cara con sus vicios:obsecro vos vt confirmetis in illum charitatem.* Præmittitur etiam Dauid, plus enim Dei causa egisse videtur Dauid indulgendo propter Deum inimico,quàm Abraham non parcendo filio propter eundem Deum: nam in illo Dauid vocauit in discrimen seipsum,coronam,regnum; Abrahã verò filium solum & progeniem obtulit; iniuriæ enim condonatio primogenita fundat, illustrat obscuros, & peccatores non filios solùm, sed Christi facit progenitores. *Filij Dauid.*

Peccatores ex itandisunt ad spem.

2. Cor. 2.

Iniuriarum condonatio gloriosa.

12. *Iacob autem genuit Iudam.* Et Ruben vbi est, qui primo loco natus est? certè in hoc iterum primogenitum deperditum est; sic enim fuit ad audendum proiectus vt paternum thalamum ascendens macula turpissima matrem fœdauerit, *puso mancilla en el lecho de su misma madre*; violauit torum patris sui. In hoc petulanti iuuene talem Deus iram effudit in omnes primogenitos, vt ex hac die abrogarit, debilitarit & infregerit morem vel gentium vel Patriarcharum, primogenitum præferendi, quinimmo deinceps parum aut nihil fauisse videtur primogenitis,& largiùs indulsisse, & præfecisse iuniores, & minores,liquet in *Iacob*, in *Dauide*, in *Salomone*, in *Machabæis*, inter quos Mathathiæ Iudas successit. Videatur denique horum regum series vsque ad Cain,& hoc ipsum facilè comperietis,quare Abulensis[a] communem sententiam retractat, & in exemplum producit Ruben, cuius primogenita & Ioseph data sunt,& principatus Iudę,ob fortitudinem animi, vt vos parentes studiosè educare nitamini filios natu maiores; habetis enim Deum contrarium, nec bene animatum erga eos. In causis autem maximè primogeniti,aut hæreditatis,non leuem formidinem iniicit, contrariam partem tueri peritissimum Iuriscõsultum, quanto magis Deum, qui non primogenita tantùm,sed & regna nutu suo transfert à gente in gentem,& de populo ad populum alterum.

Parum fauet Deus primogenitis.

P. Pineda Salomone præuio c. 1. 23. Reg. 1. q. 35.

13. *Booz autem genuit Obed ex Ruth.* Iam personat tympanum, & fistula pastoritia ori admota, agrestem plebem excitat; iam saltatorum sonalia percrepant, crepitacula mille sonos efficiunt, quibus tota vicinia personat; quid hoc? nuptiæ, nuptiæ rusticorum, *vocem sponsi, vocem sponsæ, vocem molæ, & lumen lucernæ: trahed hachas, luces, adufes y tamborinos, suenen los almireces, al hacer colacion bodas bodas en el pueblo de Dios? no es de ver la llaneza de los villanos y su traje sencillo? no seles come ropa de polilla contentos estan con el brial bermejo que no se lo visten sino en bodas o pascuas, debaxo del sayal no ay al ni por capitulo ni por pregmatica de cortes seles quitò guarnicion ni seda ni recamado ni seda sobre seda entorchados ni lantejuelas. siempre in puris naturalibus su gesto y cara descubierta, sus ropas de estambre sus sayos con girones, borceguiles de leche y quando mucho sus jubones con puntas y collar y camisones azules y las caperuças con cintillas vn golpe en el sayo por do asoma el lienzo con puntas.* Eamus & nos ad nuptias, conueniamus in circulos, & vsitata conuenticula. Nónne videtis venerandum senem, & canis plenum agricolam, Booz & Ruth,honestam atque pudicam. Nónne videtis gaudio nimio exultãtem matrem eius Nohemi? Sistite rustici,sileant omnia,cesset lætitia; habeo quid opponam his nuptiis, nequaquam vlteriùs progrediendum est. Tu enim inueterate senex nunc venis ad nuptias,quid de te gentes iactabunt, nisi delinitum fuisse illecebris vnius mulierculę extremè inopis,& spicas colligentis; quis non intemperantem dicet, imò Deo minimè obtemperantem? nónne extat lex Deuteronomij, qua per decem generationes nuptiæ prohibentur Israëlitis cum fœminis quæ idola coluerint in Moab? Et tu primo coniuge vidua Ruth, non ad primas nuptias cessasses, quin ad secundas properares? tanti momenti erat tuum coniugium ad stabiliendam nobilem familiam, & primogenita suscitanda, & tu vetula Nohemi arripe filiam tuam, & meliorem frugem, & pudicos mores doce; ne iterum in noctis tenebris iuxta lectulum hominis dormiat, nec conueniat illos in tenebris; quid enim boni attulit intempestæ noctis circundatio fœminæ? O primogenitum gratiæ funditus euersum! ô spes humani generis incisa! ô funiculus aureus prosapiæ generosæ Dauidis, & Abrahami solutus! iam longiùs Deus suum in terram aduentum protrahet. Virgo purissima fœminarum ornamentum prospice honori parentum tuorum, libera eos ex his angustiis, supera difficultates; ita erit, ait Virgo, nec enim desunt sanctæ Ecclesiæ Doctores.

Felicissima nuptiæ Booz & Ruthæ.

Ierem. 25. 10.

Et quidẽ maximus in his nodis dissoluendis, felicissimúsque Doctor Augustinus, & Chrysostomus, vel author operis imperfecti, omnia hæc difficilia complanant. Nam Booz venerandum senem meritò Ioseph in castitate comparandum putarunt Hebræi[a]: sed meliùs expendit Abulensis[b]. *Profectò (inquit) admirandum est, etiamsi ferreus aut adamantinus esset, & ossa eius ænea, & caro eius lapidea; tulit tamen ista incitamenta venerabilis Booz, virtutis desiderio seipsum temperans.* Siluit, pertulit, ratione conuicit, spectauit vsquedum impedimentum tolleretur, nec nox, nec securitas, nec lenocinia pulcræ puellæ à castitatis amore potuerunt dimouere. *Iure ergo de talibus parentibus Christus nasci voluit, quia tantæ virtutis extiterunt.* 14.

14. *Castitas Boozi laudatur.*

De castitate Booz vide Serarium nostrum Ruth. c. 3. q. 10. fol. 82.

a Cap. 2. Sanhedrin.

b Quæst. 29.

Nec obstat lex, ait acutissimè Augustinus, nec hoc casu factum, & temere putetis; imò sic à Deo dispositum erat. Licèt enim ea lex nuptias cum Moabitis prohibet, sed per decem generationes tantùm, quibus peractis non obligat: recense ergo generationes ab Abrahamo vsque ad Booz, & impletas decem comperies. O ingeniosa respondendi ratio; & vera quidem, vt compertum sit nobis quanto ante has nuptias præuidens Deus terminum legis præscripserat ad decem generationes, vt in lucem produceret primogenitas ex sanctissimis parentibus; quare curiosi & eruditi notarunt, nomen Hebræum, quod est in hoc capite 4. *Hæ sunt generationes Phares*, vers. 18. esse *tholedoth*, hoc est, *generationes*, & hîc esse scri-

15. *Legitimè duxit Booz Rutham Moabitem.*

Vide P. Serarium qui hæc latiùs prosequitur.

ptum

ptum sex litteris integris, vt *Gen.* 2. v.4. cùm in aliis locis nusquam integrum & perfectum inuenies, sed quinque tantum litteris scribatur, vt vel desit secunda, vt *Gen.* 36. 1. & 9. vel quinta, seu penultima, vt *Gen.* 6. 9. vt quasi intento digito designaret hac litterarum integritate significari per hanc Boozi genealogiam, adeoque per Dauidem, seu eum qui per Dauidem significatur, & ex eo generatus & natus est, Christum saluatorem, restituendam humanæ naturæ integritatem, & sublatum iri quodcumque originale aliudque peccatum, quod aliquem affert defectum: sicuti quando *perfecti erant cæli, & terra,* Gen. 2. vbi *tholedoth*, generationes, integrè scribuntur.

A Christo instauranda omnia sicut à principio erat.

16. *Dauid autem genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vria.* Hic iam miserè primogenitum mergit in homine, in quo in sempiternum stabiliendum putares; sicut prædictum erat, *permanebit cum sole, & ante lunam, in generatione & generationem.* Ne miremini Salomonis gloriam, lunæ splendor est, si cum Christo, qui verus est sol, componatur. Decrescet quidem luna, sol autem permanet idem, quod subodoratus Hieronymus legit, *Cum sole & vltra lunam,* Solis & lunæ oppositione diuersitatem vtriusque regni denotans. Et quidem proprietas similitudinis est, quia luna vix incrementum suscipit cùm deficit. *Luminare quid minuitur in consummationem*, ex Græco alij, *cum mutatione*; & Iesus Sirach dixit, *Stultus vt luna mutatur.* Eadem ratione Salomon mutatus est, quid ais? sapiens stultus? & vt luna mutatus est? ita quidem experientia monstrauit, & textus indicat. Nam sicut in mense 28. dies lunæ numerantur, totidem Patriarchas in regno temporali, quod in Euangelio describitur, reperies, & facies hæc lunæ peracta est ab Abraham vsque ad Dauid generationes quatuordecim, & à Salomone vsque ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim. Fuit ergo plenilunium Salomonis regnũ cum extremo regno Dauidis, decrescereque cœpit in Salomone. Vide omnem humani imperij & opulentiæ gloriam, cui negatum est stare diu. Quo autem pacto hæc diminutio lunæ Salomonicæ euenerit, & ipse Salomon & Augustinus declarant; homo enim est vt luna, atque adeò cùm conuertitur à Deo ad bonum commutabile, auersio, sequitur comes peccati. Salomon igitur stultissime vt luna mutatus est, ac tunc maximè, cùm instar lunæ facie ad terram & terrena conuersa, ex superiori parte lumen amisit, ipse loquitur, *Verti me ad alia*; &, *Cùm me conuertissem ad vniuersa opera quæ fecerunt manus meæ*, eclipsim passus est; in superiori animæ parte & delitiis obtenebratus est; *quæ desiderauerunt oculi mei non negaui eis.* Iam suprema parte non illuminabatur, conuersa mente, & studio ad creaturas, & ita addit, *Cùm auersa esset mens eius à Domino Deo Israel, qui apparuerat ei.* Latiùs hæc eadem Augustinus [a]. *Quod anima humana recedens à sole iustitiæ omnes suas vires in terrena conuertit, & eo magis magisque obscuratur, in interioribus & superioribus suis, & lux illa ingenij ad inferiora vergit, mutatúrque in deterius, ad exteriora progrediens, terrena sapiendo.* Quid vidisti luna, à cuius conspectu à sapientia & sanctitate decrescere cœpisti. Vidit mulierem, nónne sat est. Siste rex, ruis in foueam, in qua parens tuus inferno inferiori propinquus fuit. Verùm ex hoc

Psalm. 71. 5.

Gloria genealogia Christi in Salomone decrescit.

Eccli. 43. 7.

Eccli. 27. 12.

Auersio & conuersio à Deo.

Eccl. 4. 1.
Vers. 11.

Eccl. 2. 10.

4. Reg. 11. 9.

a Psalm. 71.

17. *In foueam peccatorum parentum ruunt filij & nepotes.*

illud certum elicimus, vbi pater foueam agit peccando, ibidem filios ruere commune est, raróque contrarium vidimus; en à mulieroso parente, & maximè matre vitium hausit: nam & filios matribus quàm patribus similiores natura efficere solet, tum corpore, tum moribus, vt docent Arist. [a] & Hippocrates [b]. Sic iubetur Oseas vxorem fornicariam sumere, *ex qua filios fornicationis matri similes procrearet fornicarios*, sed non quieuit affectus in vnica, *adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis*; multas etiam Ægyptias insano amore prosecutus *. O fœminæ, qualem Deo rationem profusi & perditi maioratus & regni, reddere potestis? in vobis deliquit magnus ille Salomon, & ne calumniam istam ex meo puteris cerebro confictam, ex textu Euangelij manifesta est, in quo Matthæus ad Christum ab Abrahamo descendendo nullam fœminam nisi peccatricem memorauit; Lucas econtra ascendendo vsque ad Deum nullius mulieris neque sanctæ, neque peccatricis meminit, ostendens quidem ad ascendẽdum ad Deum nullam manum porrigere, nec iuuare, ad descendendum verò à Deo omnes appetissimas esse, & ad peccandum procliues.

a 2. De genera. animal. cap 4.
b Problem. lib. 20. c. 12.

* Indicauit hoc vulgata illa Hispanicarum, *el rey Salomon, amo mugeres estrañas muchas y a las hijas de pharaon y de los Gentiles que nombro, el señor a los hijos de Israel no entredes*

18. En iacet, & collapsum omnino est primogenitum, honor fœminarum elanguit, euersa est spes, & mortalium gloria; quorsum Domine, hanc miserrimam rerum conditionem permisisti? Certè ars fuit & inuentio diuina, vt omnia secula Mariam auidissimè expeterent, & primogenitæ natiuitatem postularent, & natiuitatis eius communis esset lætitia. Cùm castra in hostium conspectu posita sunt, & acies vtraque instruitur ad dimicandum, nequit cognosci victoria, nec melior sors, nisi ex multitudine copiarum: at intentis iam & paratissimis militibus ad confligendum, & dato signo præliandi cùm alios alij magnis clamoribus aggrediuntur, & acerrimè & furenter inuadunt, cùm iam per multum tempus variis tormentis, & puluere tormentario, globis accensis, vehementissimè pugnatum est, tunc iam non diu dubia & anceps est victoria, inclinata est ad vnam partem. Si ergo cùm altera pars deteriori Marte confligit, cùm vulnerati iam numerari non possunt, cùm magna pars militum terga vertere meditatur, tunc repente per montis verticem dux strenuus cum decem millibus militum in subsidium recenter atque paratus veniret, equo veloci, fulgentibus armis, vix crederent in auxilium suum aduenisse. Hoc ipsum euenisse narratur Iosuæ, & exercitui eius, cùm contra Hiericho comparatus esset; vidit enim Angelum strenui militis forma, splendenti ferro super humerum instructi, ad quem accedens Iosue rogat, *Noster es, an aduersariorum*: cùm autem in subsidium eius venisse cognouit, ô quales spiritus, qualem fortitudinem assumpsit. Quid putas hoc esse Euangelium, nisi campum duarum acierum; quæ paratissimæ sunt ad dimicandum, & super primogenio cælesti diu, multúmque conflixerunt. Peccatores enim suis iniquis operibus obstabant, ne Deus in terras descenderet; iusti verò suis orationibus instabant, & petebant aduentum. Neutrale bellum multis durauit sæculis, nam & mulieres peccatrices, vel steriles, vel idolorum cultrices, homines nihilo meliores misericordiam Dei impediebant, cùm multi ex nostris cecidérant, &

con ellos ni ellos con vos otros con esta se pega y se llegaro por amorio.

Iuuat ad lapsum & ruinam fœmina.

Ex gratior & lætior mundo natiuitas Mariæ, quo mulierum erat eius status.

19.

Iosue 5. 13.

vulneribus vltro citróque illatis omnes cadere videbamur, en tibi per deserti montis verticem, ventrem nempe sterilis Annæ armata fœmina apparet; non vna, sed multis stipata gratiis, à cuius conspectu expauent hostes, & mirantur nostri. *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum? Pulcra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata.* Nam quindecim annis ante Dei in terram aduentum, & post fundatam Romam 738. & post creationem orbis 4073. & post diluuium 2417. & post primam Abrahæ factam promissionem 2020. & post primum regni Dauidis annum 1153. erecto Salomonico templo, & mundo in pace constituto, in hanc lucem se dedit Angelorum regina, mundi hæres, primogenita gratiæ, cæli gloria, reparatrix fœminarum, in matrem Dei nata. Rogant te ô Virgo miseri mortales, *Nostra ne es, an aduersariorum.* Venis in subsidium nostrum? ita quidem. Ego sum illa primogenita diu desiderata, ego sum fœminarum decus, & honoris earum reparatrix, & sicut semel nata primogenita omnia decorat, honestat, implet & illustrat; *sic Maria* (inquit Bernardus[a]) *omnibus omnia facta est, & de plenitudine eius accipiunt vniuersi, captiuus redemptionem, peccator veniam, iustus gratiam, Angelus lætitiam, tota Trinitas gloriam.*

Cant. 3. 6.

a In fine discursus sequentis.

VERBVM FILII.
Matth. 1. v. 1.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham.

Honestissimo & summo splendore nata B. MARIA generi nostro amissum honorem præstat, & fœminarum obscuratam dignitatem restituit.

DISCVRSVS LXVIII.

1. ETSI Mariæ intemeratæ genitricis Dei natiuitas præcipuum, & singulare præbet hominibus gaudium (inquit Damianus[a],) vtpote quæ totius extitit humanæ salutis exordium; generi tamen suo splendorem afferre voluisse, & nobilitasse fœminas, noluit in dubium verti; eximius eius encomiastes Damascenus[b], *O Deo* (inquit) *digna filia, humana natura venustas, primigena matris Euæ correctio, mulierum ornamentum, certabant inter se sæcula, quódnam ortu tuo gloriaretur.* Quorsum enim (inquit Chrysostomus[c]) S. Matthæus recordationem nobis infert historiæ, in qua turpia adulteria continentur, nisi quia sic magis virtus Redemptoris, ac pietas refulgebit. Quòd si minus credis, crede Euangelio, & D. Chrysostomo eleganter expendenti; in Matthæo enim cùm viri præclari numerentur, quatuor tantùm fœminæ, & omnes turpissimæ memorantur; in Luca verò cùm generationes septuaginta, & amplius enarrantur, nullius fœminæ mentio facta est; separatio valde similis ei, quæ tempore Iobilæi præcipitur, cùm fœminæ seorsim in templum vnum, viri in aliud alia via confluunt. Nec aberrat comparatio, si perpendis: nam licèt à fœminis generentur homines, vnus Adam liber ab eis quidem euasit; quot autem millia millium illarum causa interierunt? *Propter speciem mulieris multi perierunt*; ciuitas Sichem nónne gladio trucidata, nónne tribus Benjamin interfecta, & consumpta, combusta, & desolata Troia? vt in ipsa genealogia videre licet; in qua enim fœminæ quatuor numerantur, viri paucissimi sunt quadraginta & duo; in illa verò, vbi mulier non est, septuaginta & amplius numerantur. Et ne putes maledicendi causa notasse, ecce Patriarcha ille, à quo Iudæi nomen accipiunt, non exiguum legitur commisisse delictum: vrget enim Thamar fornicationem accusans. Primaque Thamar duos de Iuda gemellos parit, Phares, & Zaram; sed ille, quem obsecro leonem interfecit, ex cuius ore fauus educi posset? iste quem solem in meridie sistere fecit? Porrò qui ex ea nepotes referuntur, Hesron, Aram, Aminadab vsque ad Iesse, quæ miracula patrarunt? quem mortuum puerum dederunt matri suæ? quos vel arborum, vel plantarum libros prodiderunt? certè non multos libros eorum occupauit memoria, nux capiet eorum facinora melius quàm Achillis; quòd si virorum vitia detego, prudens facio: fœminarum enim labes peruulgandæ non sunt; magna enim de causa Iudam, & Thamar commemorauit historia: nam Ruth, & Rahab non frustrà intulit mentionem, quarum vnam alienigenam, aliam etiam meretricem fuisse constat; siluit Euam, quæ nihil mali fecit; tacuit Athaliam, at fortè quia purissima erat, Iezabelis immemor, fucos, & pigmenta fœminarum voluit præterire; quorsum autem fœmineos istos viros retulit? quo titulo genealogiam Redemptoris occupant? quia consanguinei quidem sunt Christi, & Mariæ. Sic nouum tibi videtur in mundo homines ex solo sanguine viuere, sicut Sarmatæ? & illi quidem bucephalorum suorum, & equorum sanguine vtuntur,

a In natiuitate Vir. serm. 2.

b Orat. 2. de natiuit.

c Hom. 3. in Matth.

Simile.

Quot strages mundo ediderit mulier.

2.

Gen. 34. Iud. 20.

Quare hi Iudæ filij in genealogia nominantur.

Ironicè intellige hæc omnia.

Quare aliquas, & non alias fœminas nominauit.

Venit & epoto Sarmata pastus equo.

3. Isti alieno viuunt sanguine, & perantiquo splendore, non suo fulgent; éstne fortis eques ille? minimè, nusquam ensem nudauit; vacauit litteris? ita, octo insumpsit annos, sed ignorat omnino iura; ingenio pollet? claro, & acuto, sed inertissimo: éstne quietus, & domi se continens? absit, semper intempesta nocte domum repetit; vnde igitur suspicitur, pauent omnes ad eius ingressum, & quo loco, quáve sede collocent, dubitant? est consanguineus nobilissimi equitis, & regi gratissimi, sanguine isto alitur, & subsistit. Ita in hac genealogia plurimos nec sanctos, nec sapientes; nec acres in bello reperies, sed Christi consanguineos; eadem ratione vndique turpes, & ignobiles fœminas comperies, quæ solùm ex Virginis honore, splendore, & natiuitate nobilitan

Etiam in sordibus generis sui gloria Christi & Mariæ resplendet.

Digitized by Google

nobilitantur: oportuit enim omnia sordescere, vt tanto Redemptore, tali etiam mundi reparatrice indigere vtrumque genus agnosceret, *vt disceres, ideirco venisse Christum, vt nostra mala deleret omnia.* hæc ferè Chrysostomus [a].

[a] Citatus variis in locis.

4 Vt igitur salus mundi, & mulierum ornamentum in publicum prodiret, & Maria honor fœminarum suspiceretur, & crederetur, in ipsa eius natiuitate, & in Matthæi Euangelio regiam lecticam fabricauit longè pulcriorem illa, quam Salomon ipse describit. *Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constrauit propter filias Hierusalem.* Lectulum genialem fecit Christus, cuius materia cedrus erat, iudices nempe incorrupti, reclinatorium aureum reges. Ascensus eius, hoc est, pars superior, quæ vulgo vocatur *el cielo, la cubierta, el techo, lo leuantado* (ibi enim ascensus passiuè sumitur) *ascensus purpureus* Patriarchæ sunt; columnæ argenteæ, quis negat esse quatuor istas fœminas, quæ à sacro Euangelista nomine designantur Thamar, Rahab, Ruth, & Bersabee; *mediam autem charitatem constrauit*, id est, in medio se, & matrem collocat dilectissimam, vt cognoscatur mirabile hoc opus, ideo affabre factum, tantáque magnificentia elaboratum, *propter filias Hierusalem*; vt splendorem fœminis afferat, instauret collapsam naturam, & earum ornamentum Maria à cunctis virginibus honoretur, & vt Salomonem procedentem virgines prosequebantur cum thuribulis, & vasis odoriferis, vicos, & loca pretiosis odoribus perfundentes; ita in processu, & ortu Mariæ, Angeli, virgines, cunctæ deuotæ animæ vnguentis suauissimis spirantibus amorem, lætitiam, gratitudinem, à domibus eburneis myrrham, guttam, & casiam orationis educentes, *ex quibus delectauerunt te filiæ in honore tuo: y el nacimiento de Maria buelo al nacimiento de Dios en la tierra.*

Ferculum regium ad producendã virginem Mariã. Cant 3.9.

Maria in honorem fœminarum prodit.

Psal.44.9.

5 Primò cedrus materia eius est, *de lignis Libani*; iudices enim incorrupti debent esse, & incorruptam conseruare iustitiam, quasi lectissimam Virginem, vnde ex cedro iubentur fieri fenestræ, & ostia regiæ domus sponsæ, *compingamus illud tabulis cedrinis*: vermis enim non corrodit cedrum; quòd si virginem iustitiam non seruant, perinde est quasi virginem nobilissimam in ipsa regis aula violarent, vel extraherent, & furarentur; sic intelligendus est Ecclesiasticus, *Concupiscentia spadonis deuirginauit iuuenculam; sic qui facit per vim iniquum.* Eunuchi antiquitus, & nunc apud Sinas, pro foribus erant palatij, vbi virgines custodiebantur; sed quid si custos ipse iura omnia irrumpens virginem violaret? quorsum fores ex cedro? quorsum custodis munus? O monstrum! talis vtique est vis illa, quam iustitiæ inferunt iustitiæ ministri, & custodes, quam cum cedro incorrupto legis, & rationis munierit Deus, isti sub nomine spadonum, & custodum id sæpe aggredi audent, quod audentissimi, & impudentissimi ne cogitarent.

Iudices incorrupti.

Cant.8.9.

Cap.20.2.

6 *Reclinatorium aureum* regiam stipem denotat, opus quidem, quod Deus ipse elaborat, & multo antè præuidet, & disponit: nam, vt ait Plato, etiam in ipsa conceptione aliquid regium potestatem habet, quo natura præiacit fundamenta futuræ dignitatis: *barrunta la naturaleza la futura dignidad, y señale al recien concebido con la señal de purpura de Magestad, y señorio*; quibus respondeo illi, quæ statim obiici solet, difficultati, quare Dauid cæteris præponitur, *filij Dauid*, & quare dicitur, *Iesse autem genuit Dauid regem*: nam in Iesse nondum erat rex? verùm iam præsignatus erat rex diuina electione, & in Iesse abiectissimo parente iam aliquid prælucebat generosum. Et cùm Euangelium legis gratiæ illum commemorat, cæteris præposuit, non sine causa, sed quia præsciebat primum, & quasi præcipuum esse in Christi conceptione, in qua tria contulit eximia, & sanctitatem Deo gratissimam, & secundùm cor eius, & fortitudinem, qua comminuebat ossa leonum, deiiciebat gigantes, & quem iactabat lapidem (crede Scripturæ) *infixit in fronte eius*, ac denique regium sanguinem, ex quo concipiendus erat Christus, vt reclinatorium esset aureum, in quo Christus requiesceret, & ex quo hoc verbum audires, *de qua natus est Iesus*, è vestigio puellam istam reginam, Christum verum regem crederes, suspiceres, & colores: *paraque desde luego respetemos a la recien nacida como Reyna.* Et in ipsa eius conceptione maternitatem præluxisse, & omne peccatum, & maculam profligasse; atque adeò sapientiam, munditiem omnem, & libertatem prouidisse, *mejor barrunta la gracia, que la naturaleza; y assi al ser concebida la hizo libre; porque nascia para reyna*: quapropter *ascensum purpureum* imposuit, hoc est, Patriarchas generosæ prolis parentes effecit, vt omnium virtutum genera, & ingenui mores, quos purpura denotat, puellam istam contegerent, & honestarent.

Subodoratur natura quid moliatur in conceptione principum.

In Dauid & eius dotibus prima lineamenta iecit gratia futuræ conceptionis Mariæ.

In conceptione B. Virginis iam quid regium & sanctum præstruxit gratia.

Columnas eius fecit argenteas. Certè non aptè videtur nomine columnarum quatuor hasce fœminas denotari; quid enim mobilitas, & infirmitas fœminea cum stabilitate, & firmitate columnæ? & quorsum instabiles, & leuissimæ fœminæ iuxta Dei matrem (quæ iuxta crucem instar columnæ stabat) sociæ adhibentur, & comites? Nota tamen tria illa verba, *sibi fecisse argenteas columnas: hizo el sapientissimo como para si las columnas de plata*; opus enim, quod ex argento fit, vtpote fusile, & conflatum igne, ignis probat, & scoriam separat, & cælat opus eleganter artifex ingeniosus. Audi Zachariam depingentem opus, & artificem. *Et sedebit separator in Azoto, videbit Ascalon, & timebit, & Gaza, & dolebit nimis.* Fac Deum iam inter mortales matrem sibi præuenisse, & studiosè velle præparare, vtique aurificis munus aget, & separatoris, & matrem *sibi* eliget, *sibi*, inquam; nam si sibi posset Deus essentiam, & naturam seligere, non aliter, quàm separando designaret. Volo summam esse liberalitatem, sed sine timore defectus, & indigentiæ; volo lucem esse inaccessam, sed sine eclipsi, & defectu; volo vnum in Trinitate esse, sed sine confusione, sine inæqualitate: *sedebit ergo, tomara la obra muy de asiento; & sibi matrem creabit*? qualem? *sibi, como para si*, separando videlicet. Quid bonum est in fœminis? matres esse? assumam hoc, sed separabo naturæ dedecus conceptionis; quid oportet esse à mulierem? sit ita; verùm sine

7 *Probatæ mulieres, non improbæ eliguntur, vt columnæ & sociæ virginis sint.*

Zach.9.6.

Omnia pura in conceptione Mariæ.

ſine labe conceptam ; quid glorioſum? virginem eſſe? ſeparabo infœcunditatem, & mater erit intacta ; quo magis gaudet mater? quia natus eſt ex ea homo? ſumam hoc matri, vt ſine dolore pariat. Vides doctum iam eſſe aurificem, & in ſeparando peritum, & expertum ; ne igitur vereâris etiamſi ex meretricibus opus columnarum moliatur, turpe aliquid Virgini adhæſiſſe, ſedulò incumbit operi ; vide quæ ſumat, & quæ ſeparet.

8.

Vide P. Pereyra tom. 4. in Gen. c. tat Doctores, & diſcutit factum, & peccatum Thamar.

Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Eſt in inceſſu Thamar, quid excuſandum, quod nempe myſterio deſeruit, vt ait Chryſoſtomus, & eſt peccatum eius damnandum, vt ait Auguſtinus, ſed mala facta non obſtant, quominus in illis aliquid gereretur, quod ad ſalutem hominum pertineret ad ſignificandum. Porrò per hominum facta bona deinceps facienda nihil intereſt ſi facta illa, quibus ea ſignificantur, bona ſint, an mala ; ſubdit exemplum Auguſtini [a] ingenio dignum. *Quid enim mea intereſt cùm volo aliquid legendo cognoſcere, vtrùm ex minio reperiam ſcriptos nigros Æthiopes, & atramento, candidos Gallos : ſi fuera pintura no es bueno eſſo, pero eſcritura no importa* ; factum ergo Thamar perpendite ex minio ab Spiritu ſancto ſcriptum : *con letras coloradas, y tan claras, que bien ſe mueſtra hauia myſterio en obra de peccado tan publico.* Concubuit Thamar cum Iuda ſocero ſuo, ſimulans ſe meretricem, & libidini tranſeuntium expoſitam, meretricio habitu, talique loci opportunitate, vt concubitus nurus cum ſocero flagitioſus omnino ſit. Videte ad quæ facinora fœminæ ornantur? videte vagandi licentia quæ damna afferat? erubeſcant fœminæ, & crimen hoc ſtudioſè à Moyſe litteris commendatum in Iudæorum pudorem referatur : nam huius facti contemplatio plurimum valet ad deprimendam Iudæorum, & Chriſtianorum etiam arrogantiam de ſui generis claritate mendaciter gloriantium ; quorum tamen prima generis primordia fœdiſſima, & ſane quam pudenda, & probroſa fuerunt : non enim puduit eos dicere Chriſto noſtro, Ioan. 8. *Nos ſemen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam* ; & paulo infrà : *Nos ex fornicatione non ſumus nati.* Sed vtrumque apertum fuit, & inſigne mendacium : *no fuera mejor callar, que no blaſonar tanto noblezas ante paſadas, donde moralmente nunca falto algo, que conuenga callarlo?* Hæc veluti ſcoria reiicienda ſunt ; ſume verò ad honorem Mariæ, quod ibi myſterio deſeruit amor ille prolis, & concipiendi Meſſiam, laudandus in fœminis illis ; ſed ſepara peccatum, & libidinem. Sagacitas fœminæ commendatur à Chryſoſtomo [b]. *Attende quomodo ſilens fide dignos teſtes affert, qui loquantur, tres arrhabonum ſpecies mittit, annulum, armillam, & baculum* ; ornamenta enim manuum geſtabant more Chaldæorum. Nónne vides Mariam ſanctiſſimam in biuio legis ſcriptæ, & gratiæ ſedentem, quam Pater æternus adamauit, quæ maternitate Meſſiæ inuitata ſeparat citò virginitatem, *virum non cognoſco* ; contemplare eius ſagacitatem, dum ſigna ab ſponſo poſtulat, datur illi annulus virginitatis, *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te* ; dantur armillæ, *virtus Altiſſimi obumbrabit tibi* ; datur & baculus crucis : *ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum* ; quibus acceptis, & dato *fiat*, repentè mater Dei efficitur. Sed o nouum miraculum, duas in vtero naturas geſtat, humanam, & diuinam. Prior erat diuina, *Pater maior me eſt*, hoc eſt, diuinitas ; ſed humanitas prior porrexit brachium, cui amor ſtatim alligauit coccinum ad mortem illum præſignans, mortem vtique illam, quæ in cocco verme figuratur ; ex illius enim morte, & ſanguine coccineæ veſtes & regum, & diuitum tingebantur : nos enim Chriſti ſanguine diuitias, & ſplendorem regium hæreditamus. Hæc verò turpia facta mulierum facilè Maria noſtra purgauit : *con la facilidad que tomais agua beneaita limpia los pecados de las flacas peccadoras.* Quod ne gratis dictum putes, *vocatur Maria fons hortorum, puteus aquarum viuentium.*

a 22. Contra Fauſtũ c. 62. & c. 83.

Quia nobilis omnino mundus à ſorde peccati, quod vera labes eſt & macula turpiſſima.

9.

b Hom. 62.

Quaſi aqua benedita ſordes fœminarum emundat Maria.

Cant. 4. 15.

10.

a Lib. de mirabilibus ſacræ Scripturæ.

Rogat Auguſtinus [a], quare Deus, qui mundum deleuit aqua, piſces omnino non extinxit, ſicut cætera animantia cùm piſces ſalaciſſimi ſint : Reſpondet, cætera animantia fructibus terræ ſuſtentari ; terra autem erat maledicta. Rogat iterum quare terræ maledixit, non mari? Reſpondet, quia crimen hominis non eiu piſcium fuit, ſed in fructibus terræ. Sed melius reſpondet ; *ex tunc enim (ait) decreuerat Deus mundum aquis purgare Baptiſmi* ; quare noluit ſubiectam eſſe maledictioni creaturam, quam in communem benedictionem alto conſilio præſciuerat, & deſtinauerat. Ergo dum quæritis, Virgóne ſordem originalis peccati contraxerit, & communi maledictioni obnoxia fuerit? Reſpondeo negando : quam enim Deus in mundi libertatem deſtinauerat, qua ratione nec ad inſtans dæmonis captiuam permitteret? qua ratione maledicta, quæ omnium benedictionem obtinuit? qua ratione impura, quæ lauandis ſordibus ſuæ genealogiæ, & omnium fœminarum quaſi aqua benedicta in templo Dei erat collocanda. *Benedicta inter omnes mulieres : vos ſois la pila de la agua benedita de la gracia ; quia benedictus fructus ventris tui* * ; & ſicut ad craterem aquæ benedictæ res amiſſæ collocantur, & ſuſpenduntur, ſic quas perditas meretriculas, & peccatrices putatis ad Mariam confugiſſe, & gratiam obtinuiſſe inuenietis : ipſa enim nobis inuenit gratiam, & correctio Euæ facta eſt.

* Cùm expiare peccata dicitur Virgo, ratione filij intellige, ſicut Doctores loquuntur, Auguſt. Bernard. Ideo tu benedicta ; quia benedictus fructus ventris tui.

11.

† P. Prado Ezech. 16. diuerſa loca affert, & diuerſos ſignificatus, ex Iſai. loco id maximè probat mercari, & meritricari pro eodem ſumi. *Viſitabit Dominus Tyrum, & reducet eã ad merces ſuas, & rurſum fornicabitur cum vniuerſis regnis terræ.*

Salmon autem genuit Booz de Rahab. Eſt etiam in Rahab quid ſeparandum, quod apertè Scriptura commemorat : mitto quæſtionem, fueritne Rahab meretrix, an caupona, an mercatrix, nolo diſputare, & quia nomen meretricis variè in ſacra Scriptura ſumitur ; vel quia etiamſi mercatricem nuncupemus, non longè abeſt meretricem vocare, vnde *Iſai.* 23. 15. † ab vno verbo in alterum ſemel & iterum tranſiit. Vnde etiam natum puto verbum Hebraicum *Zon*, quod has omnes actiones cauponæ amplectitur, ſcilicet domum, & eſculenta proſtituere, domi excipere hoſpites, vendere illis obſonia, conuiuari, cauponari, laſciuire : *eſtaua muy cerca de vender con las granas la verguenza, y eſſe deuia ſer ſu officio, y aſſi tuuò tan a la*

mano

mano el corden de grana: mendacium autem eius nequit excusari; susceptis enim exploratoribus, & alia via nondum dimissis cùm viri à rege Hiericho missi quærerent nuncios, quos domi absconditos adhuc habebat, dixit [a]; *Fateor, venerunt ad me, sed nesciebam vnde essent, cùmque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, nescio quo abierunt.* Quæ verba quatuor ad minus mendacia videntur continere; separate ista: mendacium enim nec propter vitam, nec propter totius mundi lucrum licitum est, magno asserente Augustino [b], & Gregorio [c]. Sed quis non videat in fœmina ista multa Spiritum sanctum respexisse, vel imitanda, vel quæ saltem honorem fœminarum, Mariam scilicet adumbrabant. Primò enim eius hospitalitas commendatur à D. Iacobo [d]; *Similiter & Rahab meretrix nónne ex operibus iustificata est, suscipiens nuncios, & alia via eiciens?* Itaque duo laudat, primò hospitalitatem: in hoc enim minimè meretrix fuit; hospitalitas enim *character est virginalis animæ*: sicut ait Chrysostomus [e]. Secundò, quia vna via suscepit nuncios, & alia eiecit: in domo enim mulieris hospitalis non vna, sed duplex via est, & pietas, adeò vt conuertatur etiamsi meretrix sit, & omnes viæ quæ antea luxuriæ inquinamento deseruiebant, ad excipiendos, dimittendósque impudicos, conuertuntur in vias charitatis, & ostia hospitalitatis. Quare existimo nuncios ab illa inuitatos esse, & veluti compulsos ea, qua erat ab optimo parente Abrahamo pietate imbuta, qui non excipiebat solùm hospites; sed rogabat, vt notarunt, & D. Chrysostomus [f], & Chrysologus [g]. Alienigenas insuper excepit Rahab, non viros aliquos magnos, à quibus remunerationem expectaret, vt notauit Chrysostomus [h]. Ac denique singularis amor Dei in fœmina ista resplenduit; quia cùm amor patriæ vehementissimus sit, pietate, & amore Dei patriæ amorem superauit. Patria enim à patre dictam existimant aliqui, quia primus parens est; & Cretenses à matre matriam dicebant; & Plato [i]: *An sic est sapiens* (inquit) *vt te latuerit, & patri, & matri ex progenitoribus patriam esse anteponendam?* Vnde pro patria quot heroes suam vitam deuouerunt [k]? Quot fœminæ vitæ periculo se dederunt? memorare Iudith, quæ amore patriæ compulsa dimissum ornatum pulcritudinis reassumpsit, extremóque periculo sese obtulit: *hic est amor, seu charitas patriæ, quæ omnes omnium charitates complexa est*, vt ait Ambrosius [l]. Regalis etiam, & generosi pectoris signum fuit summum capitis discrimen, suorúmque extremum supplicium non timere; ideoque securitatis signum coccinea vitta præponitur, vbi amor vigebat, & regnabat sanguis Abrahæ regius; inde Bernardus: *Non timeo, quia amo, paueant, qui non amant.* Quæ omnia ei vno verbo Iosuæ remunerantur: nam cùm bellum ingrueret, cúmque iam septimo circuitu tubis clangerent sacerdotes, cùm denique omnes vociferarentur, *Sit ciuitas hæc anathema: quemada, assolada, descomulgada sea toda la ciudad: & omnia, quæ in ea sunt*; tunc illud verè regium, & diuinum verbum auditur: *Sola Rahab meretrix viuat cum vniuersis, qui cum ea in domo sunt*; in hac igitur fœmina remedia fœminarum per Mariam inferenda denotantur; tribus enim indigebant animæ, & maximè omnium fœminæ, primum vt tam sancta, támque hospitalis, & ornata fœmina & domus esset, quæ Deum hospitio recipere mereretur, hoc præstat Maria excipiens Christum in domo sua. Sed quali domo excipit? Dicat sanctus Petrus Chrysostomus [a]; *Quantus sit Deus, satis ignorat ille, qui huius virginis mentem non stupet, animum non miratur, pauet cælum, tremunt Angeli, creatura non sustinet, natura non sufficit.* Loquitur more nostro, sicut cùm amicus amicum inuitat; qui exclamatione quadam rem explicat: O si hoc templum, & insanam illam, & religiosam molem vidisses! *no sabeis Señor de edificios, si a quel no aueis visto*; ita pariter *ignorat Deum, qui huius virginis mentem non stupet*; cælum ipsum pauet, Angeli cæli ciues tremunt, creaturæ tantæ molis, & artis magnitudinem non sustinet, immo & magistra natura æstimare non sufficit. Hæc igitur non Rahab purpuraria, sed perhospitalis virgo, atque adeò, vt aiebat Chrysostomus, vix virgo humanitatem, & diuinitatem excepit, & abscondit vsque ad præfinitum tempus.

Et quid exigit Rahab nostra pro pensione domus? dicat Chrysologus [b]: *Et vna puella sic Deum in sui pectoris capit, recipit, oblectat hospitio, vt pacem terris, cælis gloriam, salutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum cælestibus parentelam, ipsius Dei cum carne commercium, pro ipsa domus exigat pensione, pro ipsius vteri mercede conquirat. Pinta vna doncella, que recibio al Rey del cielo en su casa, y le dio tal gusto, que pidio à Dios, que desarmase sus exercitos; pacem terris: que bolvieße la corte al cielo, y por ella les dieße gloria; cælis gloriam: que abrieße las careeles, y perdonaße destierros; salutem perditis: que resucitaße todos los muertos; vitam mortuis; que emparentaße la tierra con el cielo, que es como casar el cazo con la olla, como dixo el Espiritu santo; terrenis cum cælestibus parentelam: que pidio vltimamente Señor, aunque sois Dios casaos con la villana humanidad, aunque es infame, passible, terrena, rustica: ipsius Dei cum carne commercium, pro ipsa domus exigat pensione.* Magna quidem sunt ista, maiora supersunt. Quid fuit gloriosius in domo Rahab, illud quippe, quod D. Iacobus perpendit, *suscipiens nuncios, & alia via eiciens. El tener dos puertas la casa de Rahab fue la mayor ventura suya, y de los exploradores.* Vide ergo nouum in Maria miraculum, quæ suscipit Deum, & clausa omnino manet, Chrysologus [c]: *Concipies, & paries filium, quis ingreditur, & egreditur, & introitus sui, & exitus nulla vestigia relinquit, diuinus habitator est, non humanus: para Dios no tiene puerta ninguna para los hombres tiene dos; porque las han menester.* Hæc est ô mortales vestræ salutis causa, nempe virginem aliam viam inuenisse, ostium alterum, & effugium, per quod possitis effugere diuinam iram, ante incarnationem vna videbatur esse tantummodo via, ostium vnum, per quod vel ad mortem, vel ad infernum omnes migrabant reges,

a Iosu. 2.4.
b Tom. 4. duob. libris contra mendac.
c 18. Moral. c. 27.
d Epist. cano. c. 2. 25.
In aliquibus adumbrat dignè Mariã Rahab.
Hospitalitas virginum quid.
e Hom. 48. in Gen.
12.
f Hom. 41. in Gen.
g Ser. 121.
h Hom. 20. in primam ad Cor.
i In Cliſone.
k Vide Iustinũ lib. 2. & Cic. in Tusculana.
l Lib. de viduis.
13.
Iosue 6.16.
Sola virgo sine peccati macula concepta.
a Serm. de annuntiat.
Maria domus qua Deum excepit.
14.
b Ser. 141.
Eccli. Quid communicabit cacabus ad ollã.
15.
Virginitas Mariæ preclarissimum donum.
c Ser. 142.
Virgo ad salvandum multas habet vias & fores fidelis.

Digitized by Google

Iof. 23. 14. reges, & Patriarchæ; *En ego hodie ingredior viam vniuersæ carnis*, aiebat vnus; at post assumptam carnem, & Saluatoris titulum, duas claues gestare visus est in Apocalypsi. Ecce ha-
Apoc. 1. beo *claues vitæ, & mortis*; & duplex exitus est in domo Dei, de quo canit Dauid: *Deus no-*
Psal. 67. 21. *ster Deus saluos faciendi: ya Dios es Dios de sal-*
16. *uar, y no de castigar solamente: & Domini Domini exitus mortis: y es Señor Señor de dos puertas.* Quis ergo ostium aperuit nouum, & viam nouam? tu, ô Virgo pijssima, peccatorum dissimulatrix, quæ morti damnatos alia via eiicis, tu templum immunitate honorificum, in quod se conferunt peccatrices, in te remedium habet meretrix, quæ si per vnam viam pudorem, annos, vitámque profuderit, adhuc per te spes reliqua est per aliam viam eiecisse, & saluasse. Estne alia huius domus prærogatiua? alia vtique maior, & digna Dei genitrice. Ecce tumultus belli, ecce ingruit exercitus, adest armatus Iosue, ecce Dei verbum rebelles muros solo tubarum clangore diruit, ecce excauantur à fundamentis domus, puluis, voces, horror, pallor, corda, aërem, & animos occupant, vna tunc vox principalis personat, *sola Rahab viuat.* O domus virginalis priuilegium singulare; dicam vt potero adhibito
Simile. exemplo ficti belli, quod in tabula scachidis, *iuego del axedrez*, repræsentatur, sunt ita periti huius ludi collusores, vt in mente sua absente tabula verbo tenus prælientur, & militent. Rex niger albo opponitur, pellit de sua statione, capit reginam, vulgo *dama*, & latrunculi octo omnem excurrunt tabulam, & depopulantur, & capiunt; videas collusores tacitas secum moliri technas, quibus conficiant, & absoluant ludum. Itaque cùm ille
17. regem intercludere curat, & cùm amissis reginis, iam aliquem peditem in reginæ locum, & dignitatem inuehere prætendit; tunc regina suam domum occupat, perambulat sola, viuit, regnat, & qui ceciderant milites, & iam captiui erant, propter reginam superstitem viuunt, & triumphant. *Antequam Deus*
Prou. 8. 29. *quidquam faceret: no hauia tabla de xedrez, ni trebejos de criaturas*; verbum Dei iam colludebat (inquit Rupertus) & dæmonis technas præueniebat, *ludens coram eo, ludens in orbe terrarum.* Itaque in diuina mente hæc Virgo, quæ hodie nascitur, & de qua natus est Iesus, *iam concepta erat: ya tenia Dios hecha esta dama.* Pergit verbum Dei, & collocat hominem in bona sede paradisi, quasi in regia sede, cui proxima creata est regina Eua: dæmon autem, qui iam technas moliebatur contra verbum Dei, capta regina Eua, regem Adamum captiuum, & peccati seruum effecit; ecce quotquot in tabula erant, originale debitum, & maculam contraxerunt: *comiose de vna vez todas las piezas, à todas las hizo herederas de culpa, y de pena*; *& comedent, & deuorabunt, & subiicient lapidibus fundæ: arrojolos lexos del cielo, como si los tirara con vna honda.* Tunc vrgente bello, tunc cùm reginam Mariam de sede pellere nititur, vox verbi triumphantis de dæmone auditur, *Sola Maria viuat: esso no; no nos lleuareis la dama:* nequaquam attinges domum Mariæ, sola illa viuat vita gratiæ, sola immunis à peccato, sola sufficit, vt omnes, quos peccatum deuorauerat, ipsa feliciter restituat, illos maximè, quos textus designat cum vniuersis, qui cum ea in domo sunt: *los que se acojen à sagrado, y piden yglesia, y se fauorecen de la inmunidad de la Virgen, y de su pura concepcion.*

Zach. 12. ... *Salus cunctis mortalibus per Mariam ratione filij & purissimæ conceptionis.*

Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ. Adeo culpabilis est mulier ista, 18.
(vt vtar Anselmi verbis [a]) *quòd nomine non est* a In Matth. 1.
digna; quare multa sunt nobis separanda, vt argentum purum, & expurgatum tertiæ columnæ sit; primo immanissimum homicidium, & adulterium propter eam perpetratum est, vt ponderant Zacharias Episcopus Chrysopolitanus [b], & Beda [c]. Deinde marito in bello mortuo iusta non persoluit, neque iusto luctu illius necem, & innocentiam prosecuta fuit, sed statim ad expetitas cum Dauide nuptias conuolauit; nam, vt ait Theodoretus [d], *post Vriæ mortem mulieris luctus fuerunt nuptiæ.* Peccasse etiam videtur, quòd parum cautè se lauerit eo loco aperto, & edito, videlicet in solario, vnde conspici è domo regia posset; *mulier enim* (celebre est apud omnes) *exuta tunica pariter verecundiam exuit*, & neque in balneis permissum (ait Cyprianus [e], & Theodoretus [f].) Rursus fœdissimum adulterium tàm in fœmina, quàm in viro, & forte mulierositas illa Salomonis à matre deriuata, & refusa in filium videri poterit, mitto pulcerrimam fuisse, absente marito nec ferre potuisse *litem formæ, ac pudicitiæ*, quæ plurimas deiecit, & exturbauit. Rupertus [g] denique inter steriles enumerat; at forte quia pulcerrima, nam & exemplis sacræ Scripturæ, & ratione ex philosophia naturali petita probatur, cum pulcritudine iuncta esse solet sterilitas. Virgo tamen vtpote desponsata Ioseph honori coniugatarum consuluit, operit vitia, & honestat dignitatem, ante Solis ortum astra in magnitudine, & splendore distinguuntur, *Stella differt ab Stella* (inquit Paulus) quædam sunt primæ magnitudinis, quædam secundæ, aliæ nebulosæ; orto verò sole omnes in lacteo, vel aureo mare merguntur, & eiusdem Solis fulgore perfunduntur; in cœlo Euangelij huius splendent astra, errant peccatrices, vxoratæ fœminæ nebulosæ erant sine nomine, sine fama; ortu verò Mariæ fulgent, splendent, & diuino cohonestantur decore, ac lumine. Ideo, vt affirmat grauis Doctor, Salomon suam matrem, melius dicam matrem Dei Mariam alphabetico illo encomio, *Mulierem fortem quis inueniet*, voluit celebrare; quasi dicat: Quis inueniet in vna fœmina sapientiam, doctrinam saluberrimam, virtutes raras, fortitudinem animi virilem; alphabeti autem tantùm duo encomia perpendam: *Mulierem fortem quis inueniet?* Ecce (inquit Bernardus) quàm difficile tunc erat, cùm Maria nata non erat, mulierem fortem inuenire: & addit, *quis fortem, & nobilem inueniet?* quasi hac voce Bersabee omnia sæcula iubeat esse attenta ad celebrandam natiuitatem huius pretiosæ puellæ: *longè, & de vltimis finibus pretium eius: mas preciosa, que las perlas traidas del cabo del mundo.* Illud tamen nota comparari margaritis, in quarum piscatura illud euenire solet; vt capta vna concha cæteræ primam

b Cap. 5. sup. concordiæ. c In Matth. 1. d Quæst. 25. *Sordes Bersabee eius Maria.* e Lib. de obitu Virgi. f Lib. 12 de Græc. affect. g In 1. Matthæi, Inuenta est in vtero. 19. 1. Cor. 15. 41. Rodolphus Baynus, P. Pineda præuio Salom. Prou. 31. 10. *Mulier fortis quanam dicenda.*

Digitized by Google

primam sequantur, & in retia se dedant pariter capienda. Difficultas fuit in inuenienda vna Maria; hac enim inuenta, ô Deus bone, quot illustres fœminæ se in claustra, & in retia amoris dederunt? vnam ex his à Deo recenter captam laudat; & gratulatur Bernardus [a]: *Benedicta tu in nobilibus; quæ pro gloria certantibus cæteris de contemptu gloriæ gloriosius sublimaris, & sublimius gloriaris. Paucorum est virtus, paucorum, inquam, præsertim nobilium: insignior planè, atque illustrior, quòd de paucis facta es, quàm quod orta de magnis: illud namque Dei munere tuum est, hoc tuorum. (rara cosa, y venida del cabo del mundo.) nam si in viris virtus rara est auis in terris, quanto magis in fœmina fragili, & nobili? Denique mulierem fortem quis inueniet? multo magis, quis fortem, & nobilem?* Cesset iam interrogatio, quis inueniet? inuenta etenim Maria, affulsit castimonia, diuidens mundum (*no cabian en la tierra las virgines.*) Addit secundò, *Fortitudo, & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo: no gastarà mucho en galas, las naturales la haran hermosa*; reliquæ enim (inquit Bernardus) *induuntur purpura, & bysso, & subinde conscientia pannosa iacet: fulgent monilibus, moribus sordent; econtra tu foris pannosa, intus speciosa resplendes, sed diuinis aspectibus, non humanis.* Quorsum adiungit, *& ridebit in die nouissimo*; quorsum risus in graui fœmina? multo minus in Virgine; quòd si nouissima est postrema dies, quorsum ridet in morte? Certè nouissima dies est, dies constituta solutioni; igitur sic modesta erit in cultu, sic parca in sumptibus, vt si diem præstituerit, & ad diem soluere oportuerit, *ridebit: lo pagarà holgadamente sin tomar el pesar, que trahe consigo el dia del plaso cumplido.* Quæ verba solùm beatissimæ Mariæ aptè quadrare iam probo. Ex quo peccauit Eua, magnum æs contraxit mundus, nec soluendo fuit: nam prima monarchia Assyriorum sic obærata est, & debitum contraxit grauissimum delitiis Sardanapali per annos circiter mille ducentos, vt soluendo non fuerit; secunda Chaldæorum in luxu etiam, & in litterarum æstimatione depauperata est: tertia Medorum, & Persarum in vxorum multitudine, & monarchia: quarta amore diuitiarum flagrauit in Alexandro, & ipsis diuitiis locuples nequiuit soluere Creatori: quinta Romanorum matrona superbissimo fastu, & honoris cupiditate orbis effecta domina, stabulum tantùm nascituro Domino præbuit. O Virgo, te expectat mundus, venit præstituta dies, & temporum plenitudo, cùm Rex diuinus de palatio suo nostram puram columbam lauantem se vidit, adamauit, duxit, ac Salomon Christus ex ea natus est, quo filio sic largè, & iustè persoluit delictum æterno Patri, vt cùm omnium donorum, & omnium fœminarum in die nouissimo iudicij rationem exposcat, vna nostra Bersabee *ridebit (holgadamente le pagarà à Dios, y aun le que darà a deuer à Maria;)* plus enim videtur dedisse Virgo, quàm accepisse, & creditor ipse debitor effectus est: nam Christus Dominus duplici titulo filius Dei dicitur, & quia Verbum est, & Dei filius naturalis, & quia homo, & Deus est Iesus Christus: sed hoc secundum dedit Maria Deo; aliquid ergo reddidit, quod non videtur accepisse. Liquet exemplo; promisit Rex matronæ dum grauida est, filium nasciturum, ex te magnum ducem constituam; donum quidem pendet à rege, maximè tamen à matre; deuinxit enim donum, & gratiam filio ex tali domina nascituro: ita similiter per Angelum promisit æternus Pater; ideoque, *& quod nascitur ex te, sanctum vocabitur filius Dei*: sit ita, vocetur filius Dei; at iste filius ex Maria nasciturus est: illi ergo tribuitur esse, & vocari filium Dei naturalem, qualem Maria dedit, qualem peperit; peperit autem filium Dei, quod tanti pretij est, vt Deum constituerit debitorem, vt cùm sistere oporteat fœminas ad tribunal Christi, Maria *ridebit in die nouissimo: con migo las haueis de hauer señor, pagadme nueue meses de hospedaje, y vn hijo Salomon que os di.*

Booz autem genuit Obed ex Ruth. Est etiam in vidua Ruth Moabitide præter idololatriam aliquid expurgandum, nam secundas nuptias alienigena cum venerando sene Booz expetiuit; secundarum autem nuptiarum festinatio infamis semper habita est, etiam apud Ethnicos; tres enim Imperatores * sic statutum volunt: *Si qua mulier nequaquam luctus religionem priori viro nuptiarum festinatione prætiterit, ex iure quidem notissimo sit infamis.* Vnde perantiquus mos annum præscribebat *lugendi maritum* †. Et ne putetis vulgare esse hoc negotium, liberare nempe Ruth ad hac calumnia, ne interrumpatur progenitorum Christi genealogia, & impediat dæmon Messiæ aduentum ex Maria, audite Bernardum: *Ad B. Virginem sicut ad medium mundi, sicut ad centrum terræ, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium sæculorum omnium respiciunt, & qui in cælo sunt, & qui in terra, & qui in inferno habitant, & qui nos præcesserunt, & qui sequuntur, & nati natorum, & qui nascentur ab illis. Pleyto matrimonial, en que les va a todos los siglos su estado, y buena dicha a los del limbo, a los del suelo, a los passados, a los venideros.* Agitata est causa coram Deo, coram Angelis obsistente, & accusante dæmone, vt solet: *como perro de todas bodas quiso estornar estas.* Obstabant ex parte Verbi nimia charitas in homines, nimius amor, quo eò vsque processit, vt diceret: *Deliciæ meæ esse cum filiis hominum*; obstant Angeli suum negotium agere volentes, congruentissimum esse, vt assumat Verbum angelicam naturam, in qua Redemptor excellat redemptum natura, puritate, maiestate; aptiores namque sunt ad quæcumque munia obeunda, principatus, potestates, atque dominationes. Quòd si fœminam adamauit, quare oriundam ex Ruth Moabitide vidua egentissima de spicilegio viuente, & ex Booz sene canis pleno, & qui suam intemperantiam satis prodit dum grandæuus iam de nuptiis agit? Vrget dæmon, & multa obiicit: nónne Domine ab initio tibi inuisa est caro, cùm asseuerasti: *Non permanebit spiritus meus in homine, quoniam caro est?* Non obstat (inquit Deus) amor, non sibi est contrarius, quòd si paupercula est, virtute pollet, & ego statuam per ordinem lapides suos. Terreat te fœditas vultus: *denigrata est facies eius super carbones*

20. a Epist. 113.

Interna pulcritudo & ornatus procurandus fœminis.

P. Mariana in hunc locum.

21.

Soluit pie cū- ctis vna Maria ad instar redemptoris.

A simili.

Luc 1. 35.

22. *Vxor iusta persoluat defuncto marito.*

* Gratianus, Valentinianus, Theodosius, l. 1. Cod. de secundis nuptiis. Extrà cap. 1. & 2. eod. tit.

† De lugendi tempore, vide P. Pineda in præuio Salomone lib. 1. c. 4. vbi citat auctores.

Negotiũ omnium sæculorum Maria.

23. *Quanta in vna incarnatione difficilia verbum Dei superauit.*

Gen. 6. 3.

Digitized by Google

carbones; nubam illi, & formosa erit: pictor est, nónne suam imagini pulcritudinem
Isai.61.10. potest impertiri; *Ego vero quasi sponsam ornabo monilibus suis.* Qui poteris ferre fornicariam vitiis sorditatam? illud nempe prouide obseruans, ne præcipuum fœminarum florem
Ierem.3. decerpat quis: *Ego dux virginitatis eius ero*, matrem simul, & virginem adamabo. Sed quid ad hoc, quod in seruitute est, peccati
1.Ioan.3.4. mancipium effecta? *Qui facit peccatum, seruus est peccati.* Cùm Deus seruam ducit, liberam & illustrem efficit; *Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis*: at saltem ama propinquiorem, nunc peregrè proficisci vis ad terrenam, rusticam ambiendam, circundandam, & inter rusticanos degere poteris? immo in hoc mea resplendet maiestas, qui mulierem fortem longè, & de vltimis fini-
24. bus nubendam adduxi. Certè tuam læsit maiestatem; nam mihi adhæsit, regnúmque alterum mecum excitare præsumpsit, non est contemnenda præsumptio ista, amo tales spiritus, ego in meliores commutabo: *no son malos humos de Reyna, esso nos lleuamos hecho.* Quorsum tibi domi tot Angeli? vt, inquam, paranymphi sint, comites, testes, stipatores, administri. O amor, quantas mei causa difficultates deuorasti? ó Virgo pro te dicta est sententia: *nam euocato diuino illo*
a Ser. de incarnatione. *conuentu* (inquit Damianus [a]) *init Deus concilium, cogit concilium, facit sermonem cum Angelis de redemptione hominum, & statim de totius diuinitatis thesauro Maria nomen euoluitur, & per ipsam, & cum ipsa, & in ipsa totum hoc faciendum decernitur, vt sicut sine illo factum est nihil, ita sine illa nihil refectum sit.* Pergant igitur nuptiæ Booz, & Ruth, sonent tympana, psalteria, vocet illam suus
Cant.2.10. *Opportunè nascitur Maria.* sponsus: *Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni: salid a vistas Esposa santa, salid al mundo Maria, que todo està de fiesta, y de bodas: iam hiems transiit, imber abiit, & recessit: el mas lindo tiempo del año septiembre; tempus cantilationis*, hoc est, *putationis, cùm canit frondator ad auras*; tempus, *Zamar* Hebraicè, *tiempo de Zambras bayles, alegrias: vineæ florentes dederunt odorem suum: agora se sangran las cepas de valsamo, todo el campo està lleno de fragrancia.* Solus dæmon repulsam dolet, qui in progenitoribus Mariæ *laborabat* (vt ait Rupertus) *serpens antiquus, obsistere volens Dei proposito, ne impleretur promissio*, quod ita longè abest, vt sponsa statim vocem sponsi audierit, & cognouerit. *En dilectus meus loquitur mihi: como se os hecha de ver, que sois Dios en cumplir vuestra palabra, y en disponer todo el mundo para nuestras bodas.*

25. *Ex Maria natiuitate cunctarum fœminarum pendet honor.* *De qua natus est Iesus.* Perfecto opere columnarum iam Virginem inuitare possumus, vt ferculum conscendat: *propter filias Hierusalem*; ex illius enim natiuitate omnium fœminarum honor, omnium salus animarum pendet. At quorsum statim ac nascitur, *natus eius vocatur Iesus*? vtique vt nouerit se, & nouerit nos, & nouerint illam peccatores omnes: quæ omnia vno clausit verbo sponsus, vt acutè, & erudite
b Apud P. Mart. Del no Cãt. 1.8. Guillelmus [b], *Si ignoras te, ó pulcerrima, inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum*; si ignoras te, hoc est, an ignoras te? & debet pronunciari *te* cum pondere, an ignoras *te* esse *stellam maris*? an ignoras *te*, quòd sis mediatrix Dei, & hominum? an ignoras *te* esse pulcerrimam mulierum, ornamentum virginum, decus etiam meretricum, sicut Rahab, honor viduarum, sicut Ruth, splendor coniugatarum, sicut Bersabee? quòd si vno verbo *te* ipsam noscere vis, *sequere vestigia gregum tuorum*; contemplare pias animas ad te confluentes; quia in te vident agnum, qui tollit peccata mundi. *los deuotos, que van a vos os daran a conocer quien sois*; *illa nempe, de qua natus est Iesus*; *sed quia adhuc hædi sunt, quia de recentium criminum vulnere sauciam habent conscientiam, à Maria per Iesum adhuc fouendi, sanandi, & paulatim in oues mutandi sunt, & de sinistra in dexteram transferendi*; & sicut vocauit Zachar.9.
vinctos suos eos, qui in limbo erant, iamiam educendi per ipsum: sic etiam vocat hædos suos, non quos ipsa fecit, vel vult esse hædos, qui statuantur ad sinistram, sed quos magis, magisque conuertit in oues ponendos ad dextram; sic vocat hædos suos, sicut medicus vsitato sermone vocat ægrum suum, non quem ipse fecit ægrum, sed quem suscepit curandum. Sed quia tu nequis iam ignorare te, teipsam lauda, tuam ipsa gloriosam natiuitatem decanta. *Ego* (inquit) *ex ore Altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam*; sic enim Eccli.24.5
à ventre materno edita sum, sicut si ex ore purissimo Dei prodirem. Altissimi, inquam; nam cùm audis creasse Deum rerum naturas, quasdam abiectas, celsiores alias inuenies; ego verò altissima ab Altissimo edita sum: cùm vides etiam in magna sede collocatam, & dignitate constitutam, quam puellam vidisti, contemnis, vel saltem minus æstimas; ideo in ortu Virginis, statim Euangelium addit, *de qua natus est Iesus*, & ipsa nunquam extitisse abiectam, nunquam contemnendam, sed ex ore Altissimi altissimo loco natam. *Primo-* 26.
genita ante omnem creaturam, ego in hæreditate Domini morabar, iam cùm sorores meæ creabantur, ego primatum tenui, ego omnium pulcritudinem hausi, immo ego sola sum primogenita, cuius causa Christus fundauit domum Ecclesiæ, & primogenita gratiæ, quod non obscurè ipse testatus est sponsus, *pulcram vt lunam* me appellans, luna enim Ecclesiam significat, quasi diceret, tu sola pulcrior es cuncta Ecclesia, etiamsi splendeat Apostolorum chorus candidus, virginum grex niteat rubore suo, Nazaræi Martyres sapphiro præluceant, ac denique omnium Sanctorum splendor instar lunæ in orbem redigatur, tu sola illustrior, tu sola præclarior. Ascende ó Virgo, ferculum intende, prosperè procede regum & Patriarcharum comitatu, *qui omnes tenent gladios, & ad bella doctissimi*; quia omnes arma sumpserunt, acriter dimicarunt, ne dæmon istam tuam natiuitatem interturbaret, Abraham reges superat, Iosias, & Dauid inuictissimi, & gloriosi reges, virgines etiam, & illustres fœminæ ferculum comitantur, de more suo lampades omnes præferentes.
Quare? *propter timores nocturnos*, vt isti gla- 27. Cant.3.8.
dio, illæ lumine, eas depellant tenebras, quibus vitam mundi, & lumen sæculorum extinguere princeps tenebrarum tentauerat; *hinc verò ad bella doctissimi, quia cur bellarem,*

Peccatores ducendos, purgandos & a... suscipit Maria.

Omnes Patriarchæ & iusti huius egressus stipatores fuerunt.

uent, *cauſam præ oculis habebant huiuſmodi: buen porque tenian de ſus batallas, y mas que de lexos vieron à Maria*; & ſemel perſpecta huius ſpecioſiſſimæ Iudith pulcritudine, omnes vno ore ad arma ad arma vocant; quis non pugnauit pro populo Hebræorum, qui tam pulcram habet fœminam matrem Dei mox futuram, hoc certamen ſæculorum fuit, ô beatiſſima Virgo, *quódnam ortu tuo gloriaretur*: omnes enim vna communis lætitia excipit, cùm iam ſpes ſalutis mundo affulget, ideo Auguſtinus te mundi ſaluatricem vocat, *ede incomparabilis fœmina inuiolabilem virum*, *& ſic fœminam ſaluabis*, *& virum*: *quare communis eſt lætitia*, *commune remedium*, vt ait Bernardus [a]; *omnibus omnia facta eſt Maria*, *& de plenitudine eius accipiunt vniuerſi*, *captiuus redemptionem*, *æger curam*, *triſtis conſolationem*, *peccator veniam*, *iuſtus gratiam*, *Angelus lætitiam*, *tota Trinitas gloriam.*

a In illud Apoc.12.1. *Signum magnum apparuit in cælo.*

VERBVM SPIRITVS ſancti. 2.Cor. 4. v. 6.

Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris, ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei, in facie Chriſti Ieſu.

Mariæ natiuitate noua lux orbi affulget. Digna Dei mater deſtinatur, qualis erga homines futura ſit oſtenditur.

DISCVRSVS LXIX.

I. DIVTVRNITAS temporis, quam in pingendis tabulis pictores impendunt, leue argumentum non eſt, vel eximij operis, quod effingunt, vel limitatæ virtutis potentiæ, quæ vno enixu nequit conceptam in lucem edere imaginem, ſed opus eſt per partes & per interualla conficere; nunc primùm rude quoddam operis ſimulacrum adumbrant, deinde formant expreſſa figura, ſuiſque lineamentis effingunt, poſtremò ſumma cura expoliunt & abſoluunt. Liceat mihi, ô diuina ſapientia, hoc ipſum in creatione lucis de te ſuſpicari, non quidem creatricis potentiæ imbecillitati temere aſſcribam, de qua dictum eſt, *Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul*, *no ſe embaraço, todo lo que ſe crio lo crio el y todo lo crio en vn punto*; ſed cùm in natiuitate lucis alia natiuitas adumbrabatur, Virginis nempe Deiparæ, magnitudo huius operis & ſtudium, quo illud moliebaris, opus retardaſſe, & in partes more pictorum diuiſiſſe videtur. Tertiò namque ſeſe accinxit diuina potentia conditoris, vt lucem, diem & auroram matrem Solis ederet, perilluſtre quidem natiuitatis Mariæ ſymbolum, vt cùm tandem opus conſummaret, & mundo affulgeret Maria, diuturnitas temporis ſine iactura conditoris opus commendaret, & eius abſolutiſſimam perfectionem ac puritatem oſtenderet.

Natiuitas lucis.

Eccli.18.1.

Prima lucis natiuitas verbo & operatorio ſermone, *fiat lux*, perfecta atque edita eſt: ſed licèt pulcra affulſit, & arbitrio conditoris bona, hoc eſt, pulcra apparuit; at verò Mariæ natiuitas in hac primigena luce nondum ſatis exprimebatur: nam, vt ait Paulus, venter vnde nata eſt lux prima, fuit materia illa prima inuiſa & tenebroſa, & cunabula eius & pannos tenebras fuiſſe oſtendit, dum ait, *Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere*, *ipſe illuxit in cordibus noſtris*; quaſi dicat, noſtra, ô peccatores, in ortu lucis conuerſio, & natiuitas ad fidem, & ad gratiam, adumbrata eſt; ideo enim acutè ponderat Anaſtaſius Sinaita [a], *vidiſſe Deum lucem quòd eſſet bona*: at tenebras non dixit eſſe bonas; certè quia Deus tenebras, hoc eſt, peccatores non fecit, quare oſtendit quòd omnia illa quæ venerunt ante veram lucem, quæ illuminat omnem hominem, & terram obſcurarunt, obruerunt, demerſerunt & ſuffocarunt, non eſſe bona: vnde ipſa lux loquitur [b], *Omnes qui ante me venerunt, fures ſunt, & latrones.* Quid dicis Domine, num fures & latrones ſunt Abel, Seth, Enoch, Baptiſta? ſubſiſte, inquit, qui hæc interrogas, vel loquor de Angelis, qui ceciderunt, qui fures bene dicuntur, & ſicut Ægyptij vna catena tenebrarum in inferno continentur; vel loquor de originali reatu, & tenebra, à qua omnes ante me nati ſunt; *omnia enim concluſit Scriptura ſub peccato, vt omnium miſereatur* [c]. *hecho en la carcel la eſcrita a todos los peccadores para hacer glorioſſo el nacimiento de Maria princeſſa diuina abriendo carceles y ſacando a luz los que eſtaban en tinieblas de culpa, eſo es; de tenebris lucem ſplendeſcere dixit.* Quamobrem putandum eſt hac prima die infernum creatum eſſe: nam cùm Angeli inſtantaneo actu non diu poſt creationem ſuam peccauerint, ſtatim cælo detruſi ſunt in infernum, quem quaſi carcerem & equuleum Deus in centro terræ aperuit. Noluit igitur Deus matrem oriri, neque adumbrari in luce prima, ne iuxta tenebras, iuxta Angelorum lapſum, nec iuxta inferni creationem proxima videretur, procul ſint hæc omnia à matre Dei; ad hoc enim ſi conſideras naſcendi ordinem inuertit Chriſtus; inter homines enim prior eſt genitrix filio, atque adeò filius eſt hæres ignobilitatis matris, optaréntque ignobiles præueniſſe parentes, & anteuertiſſe eos, vt pro votis eligerent diuites, & illuſtres parentes, à quibus oriundi eſſent. Hoc igitur aliis minimè conceſſum tibi ô aurora ſingulariter datum eſt, vt filius, qui eſt lux mundi, & à Patre in ſplendoribus Sanctorum genitus, in quantum Deus eſt, longè antè in matrem eligeret puriſſimam quaſi auroram, & luce ipſa puriorem ederet. Imò tota Trinitas, vt ait Sinaita, huic tuæ primæ naſcentiæ aſſiſteret; ait enim textus, *& dixit Deus*, Pater vtique, *fiat lux*; dixit autem per Verbum, & Spiritus Dei ſanctus *ferebatur ſuper aquas.* Ecce tota Trinitas prima lineamenta Mariæ naſcituræ ducebat. Primogenita ante omnem creaturam lux & Maria ſicut ſol creata, qui primò creatus eſt, licèt informi luce, & nondum 2.

NOTA. S.Baſil. initio exaëm. Theodoret. Gen.1. Naz. Oratione de nouo die Dominico, lucem illam primam aſſerunt fuiſſe qualitatem immaterialem, ſicut accidentia Euchariſtiæ alij corpus quoddã lucidum ad ſimilitudinẽ denſæ nubis. Sed D.Th. 1. p.q.67. moleſtè fert hãc nubeculam. *Nam aut illa nubes lucida facta ſole euanuit: atqui nõ eſt credibile primum Dei opus ſtatim interiiſſe, præſertim cæterorum dierum operibus permanentibus: no quiero creer que a la mejor de ſus criaturas la criaſe Dios para aniquilarla, ni a Maria con neceſſidad de ſantificarla.*

Præuenta virgo ſanctiſſima gratia fuit, & à tenebris ſepoſita.

a Exaëmerõ tom. 1. Biblioth.lib 1.
b Ioan.10 8.
c Gal.3.22.

Singulariter Maria eſt mater ſuij conditoris ſui.

nondum perfectissima: vnde Damascen. *Primigena Eua correctio, mulierum ornamentum, orbis splendor & lux.*

3. Secundò ex prima illa luce, vel sole informi, & imperfecto, quarto die alio subtiliori penicilli ductu lux plenior, quæ dicta est sol, absoluta & consummata fuit, eiúsque natiuitas communi omnium rerum, quæ iam extabant, vtilitate, splendore, & quasi iubilo & plausu excepta est. Et quidem natiuitas ista Solis iam propiùs Mariæ natiuitatem, eiúsque conceptionem singulari puritate adumbrat. Dicitur enim Maria electa vt sol, id est, vt sola; sola enim ante omnia astra, sola purissima, sola sine macula, vt *sicut sol* (vt aiebat Plinius) *lumen cæteris syderibus fœneratur*; sic Maria mater gratiæ, & primogenita redemptoris dicitur, vt cæteris lux per partes, Mariæ verò tota se infudit gratiæ plenitudo. Sol igitur dicitur in nascendo sola, sicut sol electa, quia seorsim ac per se immunis à tenebris & macula creata dicitur. Ideoque opportunè rogat D. Basilius, quare conditor Deus, qui solem in præsidem & patrem constituebat, non prima die, sed quarta creauit, cùm lucem, cui inferiora munera concedenda erant, prima die produxit; Soli verò, quem maximè decebat antiquitas dierum, tanquam parenti & præsidi dignitatem istam denegauit. Sed Maria, tua immunitas agitur, præuidit enim Deus ortum lucis è ventre tenebrarum futurum esse, sicut ait Apostolus, *Deus qui dixit è tenebris lucem splendescere*; noluit enim tunc temporis & iuxta tenebras solem creare, non quia lucentissimi astri minor esset futurus splendor, etiamsi è tenebris educeretur, sed vt nescio quam indecentiam vitaret, si tam pulcer fœtus matrem fœdam haberet. Haudquaquam igitur concedatur nobiliori astrorum vilis & obscura genitrix; sed præcedat lux vt studiosius putetur Deus præseruasse matrem à culpa, quam solem à tenebris primis, in quibus culpa non erat, sed imago culpæ, quam prouidentiam deuotè & eleganter notauit Anselmus *. *Quamuis de mundissima virgine conceptus sit, non tamen ex necessitate, quasi de peccatrice parente iuxta proles generari nequiret, sed quia decebat vt illius hominis conceptio de matre purissima fieret.*

[Margin: P. Pereira tenet hāc sententiam, & probat ex D. Th. S. Dionysio Areop. & altero Dionysio Carthus.]

[Margin: *Sola & sol mundi Maria.*]

[Margin: *Sol non iuxta tenebras creatus, nec Maria proxima fuit culpa.*]

[Margin: 2. Cor. 4. 6.]

[Margin: * De conceptu virginali cap. 18.]

4. Tertiò iam penicillum ducit Sapientia, & natiuitatem huius fœminæ omnino faustam, & cælestibus donis cumulatam adumbrat; vbinam putas? in domo Iob, ad pristinam fortunam & felicitatem restituti, vbi cum plena manu, vt solet, imaginem illam, Iobi videlicet, collapsam & fœdatam reparat, & omnia duplicata reddit, in condendis & procreandis filiabus tenui & accuratiori penicillo incubuisse videtur. Nam tres dedit filias, quæ nec paucæ sunt, nec plurimæ, & præter hoc vnicuique quod cuique opportunum erat concessit. Prior enim nuncupata est *Dies*, quasi præuideret, cùm dicat obstetrix, filia nata est, tristandi sunt omnes, vt solent in ortu fœminarum: sit igitur eius nomen *Dies*, vt notum sit mundo posse Deum fœmineum natalem diem communi gaudio explere. Secunda, iam ortu suo anxios & solicitos redderet parentes honoris, & dotis: nam vnam vix fœminam quis custodiat, quid duas virgines? quarum fama vt flos flaccescit, & odorem amittit: occurrit Deus timori parentum, & tam honestam & pudicam famæ fragrantiam dedit, vt *Casia* nuncupata sit, nulla alia dote indigebit, nudam, vt aiunt, & discalceatam quasi casiam (quæ spolium arboris est) accipiet sponsus. Tertia, iam maiori cura solicitatura erat corda parentum, superflua enim in primis videbatur, nónne sat habet domus cùm duas filias habet? sed præuenit timorem diuina potentia filiam, conferendo speciosam, pulcram, sed fœcundam, multa filiorum propagine illustrem; ideoque *Cornu stibij* appellata, vel *Cornu Amalthea. como el cornucopia lleno de flores y frutos de hijos y nietos.* Sed hæc prima lineamenta sunt, iamiam Mariæ instat natiuitas, iam illam plausu & iubilo possumus excipere.

[Margin: *Tertia lucis natiuitas, & vmbra Maria.*]

Nam cùm Spiritus sanctus mulierem in lucem erat editurus, virginem nempe, & cùm mortales qui virum & Emanuelem expectabant, dum audiunt recens natam fœminam esse, tristandi erāt, quid agat prouida sapientia, generationem istam quasi firmamentum syderibus ornatum extendit, *Liber generationis Iesu Christi*; in eóque fœminam ostendit vestitam sole, redimitam stellis, lunæ rota calceatam, ipsámque *diem* vocari præcipit. *este si que es dia.* Et licèt nocturno tempore oriatur, dicent, *Quæ est ista quæ progreditur sicut aurora consurgens, pulcra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata.* Exultent mortales; licèt enim fœminæ sit natiuitas, omnino tamen cælestis & splendida est. Et sicut dies fundationis Romæ percelebris erat, vt ait Plutar. *& diem illum purum, & sine sanguine fieri oportere debebat*; sic diem istum Mariæ sine labe peccati, sed cælestem penitus, & purum esse decuit; *diem purum, sin mezclada sombra. sicut in die honestè ambulemus, este si qui es dia.* Nec est quòd timor custodiendi illā vos angore solicitet: nam, *soror nostra paruula est, & vbera non habet; agora es ninam y noda eso cuidado*; verùm imposterum *si murus est, ædificemus el propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis; en el alma le daremos gracia que la defienda y en lo de fuera cedro debuen olor y fama*, talique arte & modestia faciem eius confingemus, vt in nullius cogitationem veniat offendere, sed colere & adorare, quinimò tali decore interno (qui in exteriorem vergebat, ait Thomas) erat instructa, vt spectatores omnes ad diuina cogitanda sustolleret, & ad venerandam eius maiestatem adduceret. Tertium autem præcauit etiam diligenter Sapientia, ne videlicet indotata videretur, aut multa cura & impensis sumptibus dotanda & instruenda (quibus enim satis iam fœmina, dos comparatur? quos non sumptus cultus fœminarum exigit?) vir doctus & eruditus refert communem dotem apud antiquos fuisse decem millia æris, (*diez mill marauedis,* Hispanè) & quæ tulit quingentos mille, *dotata nomen attulit, dio vna estampida en toda la Grecia.* Nemo tamen in ortu Mariæ de dote solicitus sit, iam illam locupletem & splendidam fecit spiritus. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Cæteras puellas, illarúmque parentes, spinas dixerim, cultus & dotis studiosas & anxias; tu verò sicut lilium sine cura Salomone speciosior eris: sicut enim solus Deus eius curam gerit in agro; sic ego tuæ dotis & ornatus curam suscipiam: nam licèt in deserta terra Annæ sterilis nascitura sis,

[Margin: 5. *Omnes lætitiæ causas in ortu Mariæ Deus simul coniunxit.*]

[Margin: *Dies Mariæ.* Cant. 6. 9.]

[Margin: Cant. 8. 8.]

[Margin: 6.]

ſis, erit tamen vt cornu Amaltheæ copioſiſſimum, & fœcunditate glorioſior cunctis fœminis, quia ex te filius meus naſcetur, *de qua natus eſt Ieſus*, qui vocatur Chriſtus, vt verum canat Eccleſia, *Natiuitas tua* Dei genetrix Virgo non ſicut fœminarum natalis dies triſtitiam afferet, *ſed gaudium annuntiauit vniuerſo mundo*, nec ad te vllæ tenebræ culpæ accedent, *quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ*, nec ſuperflua erit natiuitas tua, cùm ex te natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus, *qui ſoluens maledictionem dedit benedictionem*, &c. Nunc ergo nos qui filij lucis iam ſumus, cælum, vnde nata eſt Maria, contemplemur.

7. *Liber generationis Ieſu Christi.* Liber, & cælum cognata ſunt, ideóque Dauid, *extendens cælum ſicut pellem*: liber igitur iſte cælum eſt ſideribus colluſtratum, ſed liber eſt, in quo Deus ſcripſit promiſſiones ſuas Abrahamo. Contemplemur illud vt librum, poſtea tanquam cælum, in quo Virgo apparuit, intueamur. SVMMA DISCVRSVS.

8. *Liber generationis.* Lege, quaſi dicat, librum iſtum quicumque ſis, hic enim inter hiſtorias tenet facilè principatum, quòd ſi de reliquis hiſtoriis dixit Tullius, *nihil earum rerum ſcire, quæ antequam naſcereris facta ſunt*, hoc eſt, ſemper eſſe puerum, quid de ſacra Scriptura diceret, quæ veritate firmior, & dignitate authoris nobilior, & fine atque vtilitate præſtantior, diuino dono Eccleſiæ conceſſa ad commune ſolatium; quod melius præſtat quàm Plato in Dialogis, Ariſtoteles in Ethicis, Plutarchus in Moralibus, ac Seneca vbi de vtriuſque fortunæ remediis agit: vt opportunè ad Spartiatas ſcribens Ionathas docuit, cùm pacem & fœdera inire vellent. *Nos enim quando nullo horum indigeremus, habentes ſolatio ſanctos libros, qui ſunt in manibus noſtris: en tiempo de paz quando no nos aprietan guerras acudimos a voſotros. y baſte para entender que no acudimos a los Lazedemonios por ſoledad y deſconſuelo que tengamos. que quando le tubieramos buenos conſoladores tenemos de nueſtras puertas a dextro los ſanctos libros.* Liquet hoc maximè in hoc Euangelio, & breui libro, in quo tot nominum coaceruatio ad examen tantum memoriæ aptum videtur: at tot cauſas conſolationis habet, quot capita, & quot perſonæ narrantur. Vides te deliquiſſe, & peccaſſe, & turpi macula vitam ſordidaſſe, erige animum, quia Deum habes, qui tam longè abeſt, vt à peccatoribus abhorreat, vt non dedignatus ſit eos in parentes eligere, quos ſi in pœnitentia imitari non piget, ipſe in ſanctitate & gloria ſimiles faciet, ſicut Dauid. Es ne filius natu minor, quem in primogenito, & bonis omnibus natu maior prælatus eſt? ſolatio tibi ſint tot qui in Euãgelio natu poſteriores erant, diuina prouidentia, reiectis primogenitis, ipſi primas tulerunt, & diademata hæreditarunt; & tu corrige mores tuos, & tibi tribue, ſi vitia Ruben habes, & Eſau atque Adoniæ mores imitaris. Miles ne es, & regi diuturnis in præliis inſeruiſti. Quereris quia pedes claudi, & mutilatæ manus, nunquam tibi ſtipendia & præmia retribuuntur? ſit tibi in ſolatium hiſtoria Vriæ, cui ſtipendia tam iniuſtè & turpiter numerauit, atque perſoluit rex, vt illa verba oſtendunt, *ex ea quæ fuit Vriæ.* Sapientia aut philoſophia præſtas, & filium genuiſti, qui vix rationis eſt particeps, nec tu ſolatio es deſtitutus. Sapientior multo fuit Salomon qui Roboamum genuit, de quo Veritas ait, *inſipiens & corde pauido.* Tu etiam Gothorum ſanguine nobilem te iactas, & Guſmanorum, aut Mendozino ſplendore, ſine eorum facinoribus contentus viuis, vides canos barbæ oblongos, & paſſos, anteambulonis munere fungens, & fœminam manu ducis communem & obſcurã; tu ſimiliter qui nobili genere natus palatia & aurea tecta maiorum meminiſti, & nunc non domum, ſed antrum aut ſubterraneum ſpecum, tuæ artis inſtrumenta ad oſtium habens, inter fabros vitam degis poliendo tabulam, dolando ferrum, non minus durum quàm tua fortuna, aut inopia? O quantam tibi ſolatij materiem hiſtoria affert, in qua Ioſeph ſanctus recta linea ex Dauidica ſtirpe procedens, per ſe iuſtiſſimus pauperrimi fabri labore manuum victum quærit. Et ſicut aliàs Chriſtus dixerat, *Si in viridi ligno hæc fiunt, in ſicco quid fiet*; tu dic econtra, ſi in Euangelio, quod lignum ſiccum videtur, ieiunum, & nominibus tantùm conflatum hæc fiunt, & tam vberem ſolatij materiem habemus, in viridi quid erit? vbi conciones, parabolæ, colloquia diuina, & hortamenta cæleſtia continentur, & ea quidem, *quæ ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt*, & in hoc libro conteſtata, vt in illo ſolatium habeamus, in Iob, Iudith, Eſther Tobia, & Daniele.

1. Mach. 12. 9. — Solatia ex ſacra pagina. — Luc. 23. 31. — Rom. 15. 4.

9. Sed iam Euangelium ſicut cælum ſideribus plenum ſuſpiciamus, diuina doctrina refertiſſimum. Quadam enim nocte Deo, qui ſeipſum manifeſtauerat, dixit Abraham: Itaque Domine ſine filiis moriturus ſum, omnium bonorum filium ancillæ inſtituam hæredem? minimè, ait Deus, filium habebis hæredem, veni in agrum, ſuſpice cælum, & vide quia qui iam filios tibi quaſi arenam maris promiſi, nunc illuſtriores & cæleſtium more viuentes promitto, *numera ſtellas ſi potes*; cælum enim tot ſideribus diſtinctum tuæ futuræ prolis præclariſſimæ exemplar eſt, *ſic erit ſemen tuum.* O præclara ſimilitudo huius genealogiæ, cælum variegatum aſtris, diuerſis quidem, fixis quibuſdam, errantibus aliis, quædam quæ aquam, calorem influunt alia, Iupiter ſtanneus, Mars ſanguine tinctus, argentea luna, quædam primæ magnitudinis, ſecundæ aliæ, quædam nebuloſæ, & quæ vix apparent. Primæ magnitudinis ſtellæ Abraham, Iſaac, & Iacob, quanto ſplendore vitæ & ſanctitatis ſcintillant? primæ etiam magnitudinis tres illi ſancti reges quos Eccleſiaſticus commendat, nuſquã idololatriæ peccato obſcuratos, quam nec tenuerunt, nec conſenſerunt, Dauid, Ezechias & Ioſias. Quàm pulcra ſydera huius cæli myſtici, quantam gloriam illi attulerunt, Salomon Mercurius ſapientiæ, qui ſcientiam influit, Aſſa pronepos eius, qui inuita ſatis parente ſua (quæ Adonidis erat ſacerdos) ſplendorem habuit, ſed plumbeum, quaſi huius cæli Saturnus. Reddam rationem huius appellationis; cùm enim ſenuiſſet, & ei liberè veritates quaſdam Propheta Dei prædicaſſet, ſtatim compedibus & tenebricoſo carceri ſe addixit. Sed citius Deo obtemperans podagra, grauiore compede pedes eius tenuit, ne moueretur, quo tandem dolore interiit, ideo Saturnum huius genealogiæ dixi. Sed in quo referunt compedes Saturnum? Bene rogaſti, memor eſto ambitionis Iouis, qui regnandi cupiditate in vincula & compedes conieceit parentem ſuum; fabula quidem, ſed quæ

Euangelium Matthaei cælum firmamenti. — Gen. 15. 2. — Ibid. 5. — Ibid.

10. *Vitia regum & ducum ac mulierum genealogia Christi.*

arcanum naturæ inuoluit: nam tardissimi motus est Saturnus, quod luna vno percurrit mense, sol vno anno, Mars duobus, Iupiter duodecim, Saturnus nondum peraget triginta mille annis. Quàm exigui splendoris Ozias, hebdomadarius; quàm nebulosa frons noua lepra infecta, & à commercio hominum proiectus. Nónne Manasses luna eclipsim & deliquium passa videtur sanguineo vultu ob eam sæuitiam, qua Sanctorum sanguine Hierosolymam tinxit. Nónne Lucifer splendidissimus Ioseph Mariæ sponsus, qui in tertio Lucæ capite stella primo loco posita micat, & coruscat, *vt putabatur Ioseph filius, qui fuit Eli, el Hespero en este primer capitulo de S. Matheo el phosphoro aquien luego se sigue la luz.* Alij qui innumeri sunt, nec numerantur, qui nec primæ magnitudinis sunt, nec secundæ, nec vt Saturnus splendent, nec scintillant vt Iupiter, sed nebulosæ sunt stellæ, & subobscuræ, sine historia, sine fama, tumultuariè in antiquioribus libris conscriptis, aut à Deo reuelatis ad Euangelistas. Vnde Hugo de sancto Victore ait [a], *Vsque ad ortum sanctissimæ Virginis omnia caligine plena erant, ipsa verò tanquam lux mundum illustrauit, & quamuis aliqui sancti ante eius ortum nonnihil splendoris haberent, si cum claritate Virginis conferantur, obscuri planè erant.* Quid enim fides Abraham? quid obedientia Isaac? quid mansuetudo Dauiidis, si cum Maria conferatur. *Liber generationis Iesu Christi.*

a Serm. 34. qui est de natiuitate.

11. *Virum Mariæ, de qua natus est Iesus.* In hoc firmamento tot sideribus distincto, *signum magnum apparuit, Virgo nempe, amicta sole, luna sub pedibus eius, & in capite eius corona duodecim stellarum.* in qua visione multa in honorem Virginis continentur. Et illud primo loco notandum, stellis & Soli comparari, quia nemo, vt par est, eius celsitatem & magnitudinem percipit: sicut nemo putaret tantæ magnitudinis esse sidera, nisi ex Astrologia didicisset. Secundò gratiam Mariæ non fluxam, non aliquando turpandam, vel minuendam, sed ab instanti primo, sicut sol à puncto creationis eodem quo nunc splendore affulsit, & nunquam à suo splendore deficiet. Tertiò etiam non sine causa duodecim stellæ consenserunt inter se, vt benignitas & pietas Mariæ denotaretur. Nam ex coniunctione siderum inter se ô quàm contrarij & periculosi influxus in nos descendunt: at in Mariæ capite omnia benigno influxu temperantur, vt Bernardus [b] ait. *Nihil austerum in Virgine, nihil terribile, tota suauis est omnibus, omnibus misericordiæ sinus aperit, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi, captiuus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam*; nec enim frustrà amicta sole apparuit, nisi vt ostendat etiam peccatoribus propitiam esse. *Virgo veluti alterum solem induit sibi; quemadmodum enim ille super bonos & malos indifferenter oritur, sic ipsa quoque præterita non discutit merita, sed omnibus se exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omnium denique necessitates amplissimo quodam miseratur affectu.* Quarto amicta sole, hoc est, Christo, visa est; quid hoc? nónne sol dictus est, quia solus; quis ergo cum Christo comparandus? Sed ad hæc duo eximij Doctores respondent, Thomas [c], & Bonauentura. Tria fecit Deus, in quibus certum genus infinitatis esse

Apoc. 12.

Benigni influxus Mariæ in nos.

b Serm. de verbis Apoc.

Matth. 5. 45.

c 1. p quæst. 25. art. 6. ad 4.

videtur, & Christi humanitas, & beatitudinis visio, & materna dignitas Mariæ, titulus enim iste infinitam (inquit) dignitatem continet. Addit Bonauentura, Deum quidem maius & amplius cælum fabricare potuisse, maiorem autem matrem quo pacto potuisset? Itaque magna est Maria. Sicut ergo magnates regni cùm concurrunt in eundem locum, ipsi inter se conueniunt super loco, & sede cuique debita; sic etiamsi Dei infinitas absoluta sit: at cùm Maria ex magnatibus vna est, Dei maiestas & Virginis matris dignitas inter se in cælo conueniunt, & ita sicut signum magnum apparuit in cælo mulier amicta sole. Quintò, *Luna sub pedibus eius.* Hoc symbolum & dignitatem Mariæ, & pietatem declarat; luna enim inferiores rerum naturas designat, quibus omnibus superior est Virgo, vt Germanus contemplatur. *Omnia* (inquit [a]) *tua sunt admirabilia, ô Deipara, omnia super naturam, omnia ingentia, & aliorum vires superantia; fecit tibi magna qui potens est.* Hæc autem tua sublimis dignitas tota in nostram vtilitatem in cælo posita: nam quia ingruente nocte mortis & aduocata & adiutrice indigebamus; ideo tu lunam tibi & sidera seruasti, vt nobis contra potestates tenebrarum auxilium feras, & vbi non potes inuocare Iesum, voca Mariam. Nam, vt ait Anselmus [b], *velocior est nonnunquam salus, memorato nomine Virginis, quàm inuocato nomine Domini Iesu.* Sextò tandem Virgo in cælo apparuit, vt Deus omnino non ignoraretur tanta matris gloria perspecta: nam, vt vt ait Chrysologus [c], *Quantus sit Deus, satis ignorat ille, qui huius Virginis mentem non stupet, animum non miratur.* Ad hoc autem sui expressam imaginem Deus in cælo posuit, non solem solùm, sicut antea, sed solem, lunam & stellas, vt quocunque lumine vndique Deum manifestet. Cùm pictor effingit tabulam, vel vt domi maneat, vel ad ostentationem tantùm artis, imperitos monet, quo bono lumine visenda sit: nam aliter collocata, vel prope oculos posita, litturis plena videtur, & vmbris: at cùm tabulam vt in publicum prodeat depingit, vndecumque splendore circunfundit, vt non vno lumine, sed multis perspiciatur. Creaturas quidem Deus summa condidit arte, & vnaquæque, vt ait Hieron. [d] *fulgurat Dei cognitionem*; sed terrenis tantùm bonum est hoc lumen, vt inquit Paulus, *Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur*: at cùm Maria ne Deus ignoraretur, in cælo & coram omnibus erat proponenda, ideo eam omni lumine circumuestiuit, vt videatur à cælitibus, conspiciatur à Deo, suspiciatur à terrenis, illis astra, illi sol, istis luna, quantus sit Deus in Maria manifestabunt. *hizo esta imagen de Dios a todas luces; a Dios es hermosa: tota pulchra es amica mea: a los Angeles. Quæ est ista quæ progreditur sicut aurora: a las almas de la tierra; viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt, & reginæ laudauerunt eam.* Vnde colliges Virginem respectu progenitorum diem esse cum nocte compositum, solem in medio stellarum; ita asseruit Damianus [e]. *In illa inaccessibili luce perlucens sic vtrorumque spirituum, id est, hominum, & Angelorum, hebetat dignitatem, vt in comparatione Virginis non possint, nec debeant apparere.*

Apoc. 12. 1. 12.

a Orat. de zona Virg.

Nomen Mariæ efficax.

b Lib. de excellentia Virg. cap. 6.

c Serm. 140.

Tota pulcra Maria, Simile.

d In cap. 1. Ezechielis.

Rom. 1. 20.

Cant. 1. 15. Cant. 6. 9.

e Serm. de assumptione.

13. *De qua natus est Iesus.* Ne cùm recens natam

Maria in omnium remedium nata.

tam videmus puellam, cogitatio subrepat, inferior eius dignitate summa arte prudens Euangelista omnia congessit, quæ infimas nostras mentes ad sublimem cognitionem & æstimationem eleuarent. Primò ex comitatu & regio stipatitio, in quo maximè ad eius pedes prouoluit, tam iustos, quàm sceleratissimos peccatores; quasi dicat, en tibi adulteros in Dauide, homicidas in Manasse, idololatras in Ruth, meretrices in Rahab, iustos qui venialiter & mortaliter deliquerant, sed qui remedio pœnitentiæ ad gratiam redierunt, sicut Dauid & Manasses, alij iusti sine peccato mortali, verùm cum originali & veniali, Abraham, Isaac & Iacob, vt Virgo omnium mediatrix, imò redemptrix intelligatur, vt ait August. [a] *Ede incomparabilis fœmina inuiolabilem virum, & sic fœminam saluabit & virum.* Secundò ex titulo & nomine filiam principis agnoscemus, *virum Mariæ*; maris enim nomen omnium gratiarum congregationem significat, *Mariæ enim tota se infudit gratiæ plenitudo*, nec putes vacuum esse aut infœcundum mare, ait Epiphanius, *mare est spirituale, habens gemmam cælestem Christum*; indéque fit vt tota sit cælestis, fluuiales enim aquæ ex mineralibus & terrenis coloribus speciem induunt, argillacea terra rubeum, salsuginosa candidum, mare verò quod profundius est, & longius à terra, solam cęlo speciem & ceruleum colorem induit, tenuiter fluit sanctitas iustorum, & ita locus est culpæ originalis terrei coloris. Maria verò, quia mare spirituale est, ob immensam gratiæ profunditatem, ait Epiphanius, solo cælesti vestitur colore, solam diuinam puritatem & splendorem imitatur. Tertiò commendatur ex officio & munere maternitatis, *de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* quo vno verbo immensas Mariæ nascentis dotes laudésque clausit Matthæus; hac enim industria exploratores terræ promissæ repetentes ad Moysem, qui miserat eos, vt fœcundissimam & feracissimam terram inuenisse probarent, racemum tantùm vberrimum & grandem retulerunt. Quid obsecro intenditis hoc vno racemo probare? terram locupletem esse, congruam valetudini, latissimam, & populosam? quare ergo non senes aut aureos numos, vel chartam descriptæ terræ refertis. Verùm ô prudens consilium, certè racemus vbertatem, benignitatem climatis, populorum copiam, & gentium robustarum valetudinem & vires ostendebat. Ita Matthæus, cùm cælestis regni, vnde ista filia principis nascitur, & in terras venit, ostendere vellet, solùm Iesu Christi matrem appellat, & racemum ex ipsa pendentem demonstrat, vt vitis dignitas ex fructu dignoscatur, & Regni cælestis opulentia æstimetur. Nam dum luce Solis & lunæ circumdata venit, lucem affert cælestem, & immaculatam animam Dei simillimam, *qui lucem habitat inaccessibilem*, quæ lux tanto est mirabilior, quanto ex tenebrosa vulua oriebatur, vbi tenebris originalis maculæ omnes animæ offunduntur. *Quæ est ista quæ progreditur*, id est, quæ terminos transilit humanos, & vbi offendunt omnes in cuspa, ipsa expedito & celeri gressu progreditur [a]. *Quasi aurora*; quia optimam à lege vetere, & iucundius à lege gratiæ accepit. *Nox præcessit*, inquit Paulus, *dies autem appropinquauit*: nam de illa nocte illustrem sanguinè regum, de hoc die gratiam accepit, vt doctè dixit Idiota [b]. *In Maria omnia priuilegia Sanctorum congesta sunt.* Secundò racemus iste pacem cælestem enuntiat, quam attulisse in orbem ipsa fatetur, *ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens, desde que me escojio mi Salomon por esposa llamen me la pacifica, ex quo facta sunt, desde que traté de que fuese su madre gozo de paz y me parezco à Dios mi Salomon. Nullam habeo culpam, ex quo facta sum, parejas corremos yo y la gracia.* Et hoc, inquit Augustinus [c], *Quis audeat dicere: Sine peccato sum natus, aut mundus sum ab omni iniquitate, nisi illa beatissima Virgo, quam Deus sic elegit, & prælegit ante mundi constitutionem, vt sancta & immaculata mater Dei esset.* Tertiò etiam racemus promissæ terræ salubritatem & sanitatem cælestem ostendit: vt clarè August. [d] *Genitrix Domini nostri salutem intulit mundo*, & salutem opportunam, & quasi desperatam valetudinem: itaque sicut medici criticos, seu iudiciales morbi dies obseruant, ita videtur Deus (vt notat noster Maldonatus) obseruasse criticos dies ad salutem generis humani; tertiò enim decimumquartum diem obseruabat, dum rempublicam (vt ostendit Matthæus) quodammodo collapsam renouabat priùs per Patriarchas, deinde per duces, pòst verò per reges: sed vera salus per Mariam facta est, *hizo su curso la enfermedad en Maria.* Vnde Rupertus, *Mundo exoriens Maria finis extitit dolorum, & consolationis initium.* Quartò denique racemus iste, Christus nempe ex Maria natus, gloriæ cælestis nuncia attulit, nisi dicam possessionem: nam si aliquando diuinam essentiam vidit, certè in ventre materno credendum est citius quidem Paulo, qui statim post conuersionem putatur à D. Thoma per triduum non manducans, neque bibens, cælestia libasse gaudia. Quis ergo non concedat Mariæ quod persecutori datum nemo Inficiatur. *Rapta est* (inquit Rupertus [e]) *Maria in tertium cælum, & vidit arcana mysteria, quæ non licet homini loqui, perfectius & excellentius quàm Paulus.* Certè ingeniosè Matthæus regni cælestis nuncia certissima dedit, posito in sinu Mariæ vberrimo racemo, qui vocatur Christus.

15. *Cessat infirmitas vbi Maria adest.*

Verumenimuero licèt principes commendent maiorum magnalia, & illustre nomen, comitatus & generis splendor, at faciliori modo egeni & pauperes concipiunt eius nobilitatem ex ea quam ad fores eius pietatem & largitatem ostendit. Tu quidem Matthæe sanctissime, Iudæis satis regium Mariæ sanguinem probasti & commendasti, nos verò quid esset Maria nondum satis tenebamus; cùm verò ipsa largam manum ad nostram subleuandam inopiam extendit, tunc comperimus quanta sit, & nomina ipsa satis ostẽdunt, in quibus mater cõsolationis, Domina remediorum, Domina spei, Domina charitatis multipliciter nũcupatur, ad hoc enim nata est vt nobis lucis fõs sit, gratiæ mater, & pignus glorię.

Matris Iesu nomen laudum Mariæ summa.

14.

a Serm. 21. de tempore.

1. Tim. 5.

Rom. 13. 12.

a Rupertus, Hugo de sancto Victore Maria fuit aurora, quia præcedentis temporis, quod quasi nox fuerat, extitit finis, & vera lucis, gratiæ Solisque iustitiæ, qui ex ipsa genitus est, præuentrix & sidus antelucanum.

b Lib. de laudibus Mariæ.

c Citatur à Busto in concione de Virg. conceptione.

d Serm. 35. de Sanctis.

e In Cant. Oculi tui columbarum.

ANIMÆ DIGNITATEM OMNIBVS rebus anteferendam, & in ea lucranda viriliter insudandum docet.

INSTITVTIO XXIV.

16. *Dignitas animæ.* DIVISIO INSTITVTIONIS.

DISCE quanta sis, ô grandis anima: grandis Deo, grandis Christo, grandis cælo, *& si ignoras te, ô pulcerrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.* Terribiliter intonat sponsus in dilectam, ait Bernardus[a]: nam austera quadam comminatione (inquit Origenes[b]) sponsæ animos, ad cognitionis suæ curam suscitat. Minax oratio, ait etiam Philo Carpathius[c], admonitorius sermo, increpatiua verba; vbi enim ignorantia, ibi dedecus, & ignominia. Nam si homo ignorat se (aiebat Tullius) esse quiddam æternum, & immortale, caduca & momentanea bona ad se pertinere putabit; si nescit se ad beatitudinem esse factum, voluptatem pastúmque sectabitur: si non intelligit se esse animal rationis particeps, atque sibi cum ratione esse viuendum, virtutem ac honestatem ad se nihil pertinere putabit. Ex quo etiam necessariò fiet, vt seipsum non amet, cùm amor non nisi in rem feratur cognitam: at quid absurdius, magísque à natura abhorrens, quàm seipsum non amare? Disce igitur qualis sis (ait Chrysologus[d]) vt ego qui tuæ incumbo innouationi (inquit Basilius[e]) non tua, sed te nouerim æstimare: nam qui se non noscit (addit Ambros.[f]) sua cognoscere nequit, cùm ab vna sui cognitione rerum quoque suarum pendeat cognitio.

a Serm. 33. in Cantic.
b In Cant.
c Cant. 1. 8.
d Serm. 141.
e Hom. 10. in exaëmeron.
f Lib. 6. exaëm. c. 7.

17. *Præcipuè animas diligere dicitur Deus.*

I. *Grandis itaque es Deo.* Nam licèt, vt ipsa Dei sapientia fatetur, *diligis*, ô Deus, *omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti*; verumtamen *amas animas*, vt vel sic intelligamus animas amatoriè prosequi, reliqua sat esse diligere, *del alma es enamorado, de lo demas criador*; nota enim est satis differentia inter *amo*, & *diligo*, maximè in sacra Scriptura. Vnde sapientissimus ille animarum æstimator Paulus nouam dimensionem amoris Christi & Dei adinuenit, *vt possitis comprehendere quæ sit altitudo.* Noua quidem dimensio, & quæ prætervolat mentes; quorsum Paule nouas rerum mensuras extra Aristotelem ex tuo depromis ingenio? quibus quid respondeat ignoro, nisi egregium eius commentatorem Thomam[g] consulimus. Putaueram, inquit, Deum iustorum animas summa dilexisse charitate, verumtamen eius altitudinem charitatis demiratus sum, cùm video peccatrices animas non diligere solùm, sed amare: nam in creaturis, vt aiebat Sapientia, diligebat bonitatem rei naturalem, & inditam; at in amplexu & amore peccatricis animæ cùm nihil sit boni quod amet seipsum, amat seipsum, amplexatur infinita delectatione, & quæ amorem iustorum videtur superare: nam in anima iusta est quid amet, in peccatrice verò nihil, nisi seipsum; atque adeò, addit Paulus, *supereminentem esse scientiæ charitatem.* Quid ais Paule, scientia in Deo non intelligitur, sicut in nobis præferre facem diuino intellectui ante voluntatem: præit igitur voluntas intellectui? aut amat plusquam cognoscit? qui ergo eminentior esse potest charitas scientiæ? certè nihil amat quod non nouerit; cæterùm amor supereminentem illum docuit scientiam? & quænam ista scientia? quædam, inquit, ardenter amantium scientia, aut nescientia est. Nam cùm ex vna parte sordidissimam & in suo volutatam sanguine animam vidit, ex alia amoris impatientia adigeretur, excæcasse videtur amor mentem, vt emineat & supereminent charitas, vt amet impuram, amplexetur sordidam, & ducat in sponsam adulteram, & hoc est quod nomine ignorantiæ vel silentij declarauit, cùm dicit se *nescire*, aut *silere*, *haze del que no vee agrauios.* Nec solùm non videt, nam silet & dissimulat. *Silebit in dilectione tua, ni habla ni se da por entendido aunque te halle en adulterio*; ex quo fit vt exprobrari patiatur ab inimicis quòd *peccatores recipit, & manducat cum illis*, imò potiùs vt in domum suam reducat, publica præconis voce compellat, & vt in omnium veniat notitiam, detractoribus

Sap. 11. 16. & 17.
Ephes. 3. 17.
g 1. 2. quæst. 30. & 31.
Eph. 3. 19.
Dissimulat errores suorum.
Soph. 3. 17.
Luc. 15. 2.

Luc.15.4. bus, & his quidem scribis præconium committit. *Hic peccatores recipit, & manducat cum illis.*

Verùm quia non amat solùm, sed vnicè amat, pastoris illa similitudine vnicam inter centum errantem ouem quærentis satis ostendit, & eleganter expendit Tertullianus [a], *Quòd mulier drachmam perdidit, & requirit, & reperit, & amicas ad gaudium inuitat, nónne restituti peccatoris exemplum est? Errat & vna pastoris ouicula, sed grex* (integer) *vna carior non erat: vna illa conquiritur, vna pro omnibus desideratur, & tandem inuenitur, & humeris pastoris ipsius refertur; multum enim errando laborauerat, no quiere menos vna que a todo el rebanon.* Ouem prosequitur amando qualemcumque, nec enim vna multum præstat aliis, ouem non diuitem, nec bene numatum Matthæum, nec elegantem Magdalenam, sed ouem errantem, & ancillari officio addictam Samaritanam, vel adulteram, vt cùm nudam & omni expoliatam decore, & nobilitate, vnicè prosequitur, animas, non numos, corda, non corpora quærere credatur, vt eleganter ponderat Chrysostomus [b]. Nemo mihi obiiciat illum fugitiuum alium furem, facinorosum alterum, omnia prætergreditur amor, & animæ pretium quod exquiritur non in externis consistit. Hoc me docet verus animarum ponderator, qui è carcere, sicut si rex in palatio esset, epistolas ad animas transmittebat, aliam in fauorem adulteri, alteram in fauorem serui, *propter Onesimum epistolam mittebat, & propter eum qui apud Corinthios stuprum commiserat.* Has autem litteras propria scripsit manu, qualibuscumque licèt characteribus, non bonis quidem. nam ad Galatas ait, *Videte qualibus litteris scripsi vobis mea manu, aunque la letra es mala es mia*, & sic explicat Theodoretus, & ita cum aliis intelligendum putat, *Ego*, inquit, *scripsi hanc epistolam, etsi non pulcrè scribens.* Cuius si quæris causam, nulla alia est, nisi quia Deus, qui verus arbiter est, pretij animæ omnes non ex nobilitate, nec diuitiis, sed ex natura æstimat, & pretio quo emptæ sunt; ideo etiam Paulus seruum æquè atque alios æstimat, vt aduertit Chrysostomus. *Denique* (inquit) *cogita quantum illum esse necessarium sit, quem tantus Christus ita appretiatus est, vt nec sanguini suo pepercerit.* Vnicum istum amorem Dei erga animam ipsa deprehendisse videtur, dum ait, *Dilectus meus mihi, todo mi Dios para mi*, hoc est, vnicè me diligit, *& ego illi*, ego pariter teneor ipsum vnicè redamare. 18.

[a] De pœnit. c.8.

[b] Super ad Philippenses 1. 18. in illa verba *sine per occasionem.*

Cap.6.11.

Cant.2.16.

Puro & sincero amore nuđe animam quærit.

II. *Grandis Christo.* Quis neget, dum Christo non iam satis fuit te amando prosequi, sed patiendo, & tolerando, nec qualicumque ratione, sed omnimoda: nam, vt ait Bernardus, *Passibilitas erat in corpore, patientia in corde, passio in ore.* Hoc quidem amantium est, vt inter ipsas glorias etiam quid pati cupiant, vt amor non amare, sed amare tolerando velle videatur. Hac de causa, vt notat Caietanus [c], acriter satanæ nomine retro abire iubet Petrum, *Vade retro post me satana.* Quid hoc Domine, nónne proximè antè vocaueras filium columbæ, nónne paulo antè dæmoni dixisti eadem verba, *Vade post me satana?* Est ne æquale vel adorationem diaboli à te postulari, vel à passionis mente abduci. Porrò si Iudam amicum appellas, quorsum Petrum satanam? ita quidem prohiberi sentit passionem ob amorem animarum, sicut si diabolum adorare cogeretur, & dæmonem vocat impedientem passionem. Quòd si Iudam vocat amicum, ideo est, quia saltem (etsi cum peccato) passionem suam ad effectum permouebat. Verùm quid immoror, amor & pecunia ipsæ se produnt dormientibus nobis, concursat per vias, & noctes insomnes ducit; ideo vtique est, *quia vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum*; est ergo anima Christi mei thesaurus, vnde colligis? attende. Affirmant aliqui ex Doctoribus Christum cœpisse à Iuda lauare pedes; & hoc quidem animos incredibili perfundit admiratione, tunc enim diaboli mens & cogitatio impleta videtur, cupiebat enim adorari à Christo, & ad hoc omnem mundi gloriam impendebat ingenuè; *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* At Iudas erat diabolus, vt ipse asserit Dominus. *Vnus vestrûm diabolus est*; cùm ergo ante pedes eius est Christus, genuflexo est ante diabolum. Quòd si rogas cur hîc adorare, illic verò noluit? Respondeo, quia errauit dæmon modum efficacem intentum consequendi, nam ad extorquendam adorationem diuitias Christo, maiestates summo Regi spopondit, & regna Imperatori maximo donat. O stulte dæmon, errasti, offer illi animam vnam, etiamsi Iudæ proditoris sit, in hac enim repositos habet thesauros suos, quos si coram ipso depromis, *etiamsi omnia dedit ei pater in manus*, ea omnia & seipsum ad proditoris pedes prouoluet, & liberalissimè impendet. *Vbi enim est thesaurus, ibi est & cor.* In anima delitias suas collocauit. *Delitiæ meæ esse cum filiis hominum*; anima eius cibus est, vt ipse 19.

[c] Matth. 4. 10.

Matth. 6.

Matth.4.1.

Prou.8.31.

Passionis amor amorem animarum manifestauit.

Thesaurus Christi anima.

dixit, *Cibus meus est*, &c. animas sitire videtur, & quasi potu oblectari, non solum dum aquam ab adultera petit, sed in cruce, vt interpretatur Ambrosius, cùm dicit, *Sitio.* Quæ sitis, inquit, aquæ non erat, quia ipse fons erat aquæ viuæ, sed bibentes sitiebat. *Sitit sitiri*, ait Nazianzenus, *bibere cupientibus præbet.* Animæ denique eius sunt ornamenta, & monilia, *his omnibus velut ornamento vestieris.* Animæ eius sunt præmium. *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* Da mihi animas, cætera tolle tibi. Prou.8.31. Ioan.4.14. Isai.49.18. Psal.2.8

20. *Grandis cœlestibus anima.* III. *Grandis cœlo.* Cùm *cœlum* dixi, non sedem illam, sed Angelos, sed Deum intellige. Grandis es cœlesti patriæ, *Lætantur cœli*, inquit Tertullianus [a], *& qui illic Angeli, pœnitentia hominis.* Et qui quæso ibi sunt præter Angelos? cœli, & ij gestiunt lætitia, & tripudiant gaudio, ita vt quasi choreas agant; nam ait, *Gaudium est in cœlo coram Angelis Dei*; cùm ergo spectent Angeli, certè vel cœlum exultat, vel Deus: elige è duobus quod mauis. Vnde tanta præfulgeat lætitia cœlestis gloria, quia sicut vno Deo deficiente inanis & vacua maneret; sic vna deficiente anima, tota curia penè deserta & vacua putatur. *Erat & vna pastoris ouicula* (ait Tertullianus,) *sed grex vna, illa carior non erat: vna pro omnibus desideratur.* Nam vnaquæque certum genus diuinitatis habet ex pretio quo empta est, & à Deo æstimatur. Nam solùm hæc dignitas in tribus personis diuinis reperitur, vt vna tantum valeat, quantum reliquæ, & nullæ ibi deesse dici possint, vbi vna earum est. Verùm ô animæ dignitas, quod Deus natura non acceptum habet, tu per gratiam & æstimationem accepisti, & quod in eo est essentia, in te est amor quo Deus te diligit: quo quidem tam pretiosa es, imò diuina, vt vna pro omnibus sis in cœlo, *vbi vna pro omnibus desideratur*, & vnius acquirendæ gratia totus Christus fatigatus est. Ex quo porrò sequitur quàm plenum cœlum sit vnius animæ possessione: nam sicut in terris vna desiderata omnes perdidisse putabat, ita in cœlesti patria in qualibet earum reliquas quas perdidit habere putabit. Hoc in Ezechiele deprehendemus, agit enim *cap. 20.* de reditu ex captiuitate, vmbra quidem alterius vitæ, ad quam non omnes iniqui remigrabunt, Deus autem his damnatis omissis ait, *Ibi seruient mihi omnis domus Israel, omnes, inquam, in terra, in qua placebunt mihi.* Et quænam est hæc terra? iam dixit, terra viuorum, & in quo cognosces esse gloriam? Dauid explicat, *Placebo Domino in regione viuorum*; ibi ergo placebit mihi *omnis domus Israel.* Domine qui fiet hoc vt ab omnibus tibi seruiatur, si in eam non ingressuri sunt omnes, sed *foris canes*, mendaces, facinorosi erunt, & tu apertè fateris, *Et eligam ex vobis transgressores, & impios, & de terra incolatus eorum educam eos, & in terram Israel non ingredientur*; quomodo ergo omnes tibi seruient in ea? Respondet iteratò verbum repetens, *Omnes, inquam, todos, digo ninguno me a de faltar*: nam sicut hic vna amissa anima reliquas amisisse putabam, sic in cœlo vna pro omnibus erit, eique congratulabor, *vna es dilecta mea, vna genitrici suæ, muchas seran esposas del grand Salomon.* Sed sicut mater in filia vnica amorem totum sic collocat, vt omnium filiorum immemor sit; sic ego, sine te ô anima manebo solus, *ipsum solum manet*; tecum verò ô quàm diues ero, nec memor ero hominum peccatorum, tu enim grandis es cœlo.

Æstimatio regna anima.

a De pœnit. Luc 15.7. 10. Ibid.40. Psal.114.9. Apoc.22.15. Ezech.20.38. Cant.6.8.

21. *Diligentes animas amat Deus.* IV. Cæterùm si te adhuc ignoras, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum. Non credis tam impensè à Deo & Christo diligi; disce hoc à pastoribus, quos summus Pastor ideo ardenter dilexit, quia ad instar sui, te vidit amare; *amo mucho Dios a los que vio que te amaban y imitaban sus affectos.* Verba D. Leonis [b] pensanda sunt. Mirabar, inquit, cùm ob aquæ frigidæ potum cœlum dispensatur, & aliquid in pauperis anima latere suspicatus sum. *Vnde ista impendia tanta æstimari taxatione meruerunt, vt dicatur illis: Vestrum est regnum Dei.* Certè amor latet in hoc negotio, sicut cùm quis habens equum venalem, sciens ducem aut Marchionem affici cupiditate obtinendi equum, cùm venitur ad pactum pretiúmque taxandum, quanti venditur equus rogat; respondet ille, mille numis aureis, non quidem quia equus suprà quingentos valeat, sed equus ipse cum eo affectu & cupiditate ducis, aut Marchionis, valet vtique mille numos aureos, *el cauallo y la affi-cion*

b Ser. 4. de collectis. Matth.10.42.

Digitized by Google

cion del Duque bien valen los mill ducados: igitur ex quo ego vidi regnum cælorum dari pro vase aquæ frigidæ; frigida & amor Dei erga pauperem, dixi, æquiualent Dei Regno. *Cùm amatur ab homine quod Deus diligit, meritò in eius ascenditur regnum, in cuius transitur affectum.* Quòd si opus aquæ frigidæ temporale sic retribuit, quid si ministros suos spirituali animarum saluti intentos videt; sicut cùm Moyses materno affectu, & posito omni suo lucro (vt ponderat Bernardus [a]) omnia dona, omnem familiaritatem abiicit, & non vult amicus Dei haberi si populum suum delet. *Loquitur planè parentis affectu, quem nulla possit delectare fœlicitas extorribus quos parturinit, si el pueblo no a de tener parte en estos fauores Señor guardaos vuestro fauor*; nequeo enim pretiosa animarum pignora in peiori statu quàm me videre, hoc ita diuinum rapuit affectum, vt per Salomonem cecinerit sponsus, vt explicat Rabbi Salomon, *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum. a que gusto me a dado vn hombre que tubo ojo a lo que yo amo y no a lo que el podia medrar.*

a Ser. 12. in Cant.

Cant. 4. 9.

Ex quo fit vt summi apud Deum sint pretij qui huic animarum culturæ & negotiationi incumbunt. *Adiutores enim Dei sumus*, vos item *Dei ædificatio estis, Dei agricultura estis*, & in 2. epist. voluit nos coadiutores fieri, *vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.* Hoc est, vt proximorum iustificationi incumbamus cum eo, qui ita animas dilexit, vt pro eis *peccatum fieri* non indignum reputauerit. *Hizose rescate de almas quanto gustara que le rescatemos vna?* nam non eripis filium vnicum à Turcis, vt ad parentem referas incolumem, sed animam Dei filiam à dæmonis captiuitate in æternitatem asseris, vbi sempiternas laudes decantet, vnde non solùm augmenta gratiæ suscipis, sed salutis argumentum, Chrysostomus [b]. Hoc enim non solùm nostræ salutis argumentum erit, sed & occasio, si non solùm nobis, sed & proximis vtiles sumus, eos ad viam veritatis manu ducentes. In hoc munere præsultabat gaudio Apostolus. *Facti sumus paruuli* (aliàs leues) *in medio vestri, parecia que me oluidaba de mi authoridad por medir me con vosotros*; & ideo addit, *tanquam si nutriat filios suos, ita desiderantes vos cupidè volebamus tradere vobis, non solùm Euangelium Dei, sed etiam animas nostras.* O pretiosæ merces animarum, quæ tam felices fortunatósque facitis negotiatores. *Si enim magna mercedis est* (ait Gregorius [c]) *à morte eripere carnem, quamquam morituram; quanti meriti est animam à morte liberare in cælesti patria sine fine victuram? ay pesqueria de piedras preciosos como esta?* Ieremiæ 15. *Si conuerteris, conuertam te.* Hieronymus, *Si conuerteris animas, conuertam te, & ante faciem meam stabis, no te perdere de vista grande en mi casa te haré, & si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris*: nam sicut os Dei quidquid dicit, facit; sic quidquid postulaueris, dabitur tibi. *tendras me a que quieres boca.* Quòd si infirmus es, ne formides pericula; *conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos, &c. mirad como cumplis con el talento tomad animo que os diran, serue nequam, &c. no mireis a lo que agora soys sino a lo que hara Dios de vos por amor de sus almas.* 22.

1. Cor. 3. 9. Cap. 5. 21.

Felices negotiatores animarum.

b Hom. 3. in Gen.

1. Thess. 2. 8.

c Hom. in Matth.

Inuides fortasse ieiuniis & vigiliis æremitarum, nónne plus est animam à dæmonis faucibus eripere? *Nihil est* (ait Chrysostomus [d]) *quod animæ possit æquiparari, ne vniuersus quidem mundus.* Inuides etiam prælatis, & principibus, quia saltem habent vnde largè eleemosynam possint pauperibus erogare? O quanto largior & effusior tua est pietas, si erga animarum salutem versatur. *Itaque etsi immensas pecunias pauperibus eroges, plus tamen effeceris, si vnam conuerteris animam.* Ieremiæ 15. 19. *Qui enim educit pretiosum à vili, quasi Dei os erit, quippe qui hoc facit, Petrum & Paulum imitatur. Sed quid ego os memoro, os erit Christi.* Quid æmularis? charismata meliora? martyrium? Audi Chrysostomum [e]. *Ponatur quempiam ieiunare, martyrio comprobari, atque cremari: alium verò ad ædificationem proximi martyrium differre, nec differre modò, sed etiam absque martyrio decedere. Vter igitur post hanc peregrinationem maior erit? Non est nobis multis in hoc loco rationibus opus, nec longiore disputatione; cùm magna voce beatus Paulus sententiam iam protulerit, dicens: Cupio dissolui, & cum Christo esse melius mihi: in carne autem adhuc permanere, propter vos magis necessarium est.* Ita proximi ædificationem potiorem duxit, quàm resolui & esse cum Christo? Quid porrò æmularis; Pauli consolationes, audi quales erant. 23.

d 1. Ad Cor. 1. hom. 3. in fine.

e Hom. 78. in Matth. ante finem.

Cùm venissemus Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus, &c. *Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in aduentu Titi.* Putabis frigidum verbum, sed addit, *Non solùm in aduentu Titi*; sed in quo? *quia consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem.* Lucra animarum solantur nos. Quid denique potius eligendum quàm videre Deum, audi ipsum, cui quasi optio data videtur, & ait: *Quod si viuere in carne mihi fructus est operis, & quid eligam ignoro: si ay interes de almas en el viuir en verdad que en duda estuvé si me vaya a ver a Dios.* Vatabl. *Si viuendo fructum aliquem facere possum, & quid eligam ignoro.* Sensus est, viuere mihi in carne est operæpretium, & ex alia parte, *mori mihi lucrum est*, vt dixit versu præcedenti; quid ex hisce duobus eligam ignoro. Potésne ignorare Paule, ait Chrysostomus hic, quòd per te cælo splendidior facta est terra? minimè, sed bene sol terræ & stellis quàm simillimus est, quæ, vt notat Theodoretus, terga dant Deo, vt homines respiciant, & prospiciant, &, vt ait Augustinus [a], erat Paulus sicut columba delicata, religata, affectu, non cupiditate; volare non poterat, propter faciendum officium, vt ex his iam tandem ô anima qualis quantaque sis deprehendas, & vos quibus mentis portio concessa est, genus recognoscite vestrum, vestrámque naturam immortalem considerate.

Philip. 1. 22. — a Psal. 54.

VERBUM PATRIS,
Ruth 2. vers. 10.

Vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem.

Fœminarum genus amanter fouet, verbo allicit, desponsat sibi, donis cælestibus cumulat, quibus verum animarum Saluatorem esse manifestè probat.

DISCVRSVS LXX.

1\. QVORSVM fœminæ crimina (Ecclesia mater) in lucem profers, detegis adulteria, idololatram in exemplum proponis? Dux eligitur fœminarum ad fidem, ad gratiam, quæ extiterat magistra peccandi? *los perdones de los reyes dexan nota: los de Dios llenan lo todo de honra, y de gracia*, an quia delictorum condonatio, quæ à regibus fit, notatos, & labe conspersos relinquat homines; quæ verò à Deo fit, ornatiores gratia, & cultiores efficiat, & qui in publicum prodire, in documentum proponi non erubescant? Verùm iam rei causam teneo: contendit Euangelista Ioannes peccatorum animos fide confirmare, & in spem vnici Saluatoris erigere, quod etiamsi validissimis, plurimísque rationibus efficere poterat, hoc vno argumento euincit; primam videlicet, & insigniter scelestam fœminam repentè de peccato ad gratiam, de adultera ad cælestem torum fuisse traductam: qua argumentandi ratione vtitur Paulus, *Fidelis sermo*, dogma verissimum de Verbi aduentu, & incarnatione; *humanus sermo*, legit Ambrosius, hoc est, peccatoribus gratus, *buenas nueuas*; quem sequitur Augustinus [a]: sed D. Hieronymus [b] magis probat vulgatam editionem, *fidelis sermo. Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere*; quo testimonio hæc veritas innititur? respondet; *quorum ego primus sum*; præcipuus ego, intellige (ait Augustinus) *primum non peccatorum ordine, sed peccati magnitudine*; sic S. Thomas [a]. Ex his, qui hostili animo à Pilato postularunt, vt Christus cruci affigeretur, tamen salutem sunt adepti, ego primus sum; *prueua de salud como la mia no la ha auido en el mundo.* Quod & ipsi Samariæ ciues subodorati videntur, dum se ad fidem tractos contemplantur: aiunt enim, *& scimus; quia hic est verè Saluator mundi.* Vnde scitis? Respondent (ait Leontius) acutissimè, non solùm Iudæorum, sed omnium etiam Gentium Saluatorem venisse, quod hac ratione concludunt; qui solus Iudæorum Deus (vt ipsi putabant) expectabatur, non Iudæos solùm, sed Sichimitas, Iudæis abominabiles, nationem hostilem, blasphemos, hæreticos saluare venit; igitur in omnes mundi peccatores venit, qui ad scelere insigniores, Deóque odibiles venire non recusauit: quantam autem *pietatem, patientiam, & amorem* in hoc negotio collocauerit Christus, vnde planum, liquidúmque fiat; *quia hic est verè Saluator mundi*, paucis iamiam rationibus premam.

1\. Tim. 1. 15. — a Ser. 8. de verbis Apostoli c. 5. — b Epist. 102. ad Marcellam. — a Hîc lect. 4. Vide Aug. in quæst. vet. & noui Test. q. 67. tom. 4. — Ioan. 4. 42. — *Christus verus mundi Saluator.* SCOPVS DISCVRSVS.

2\. Sit autem ratiocinatio prima ex positis in Euangelio deducta: nimirum, quia fœminam, & hanc alienigenam adamauit. Quod genus pieta

Ruth 2. 10.

Digitized by Google

Fœminæ adamasse alienigenam argumentũ amoris redemptoris. pietatis Booz Christi Domini effigies sua cum Rutha desponsatione adumbrauit: Booz enim prædiuitem hominem in nuda stipula iacentem Ruth vidua alienigena circundedit noctu, & ad pedes eius prouoluta, quasi vnam de ancillis se haberi, & super illã sponsalitium pallium extendi postulauit. Quid ad hæc Boozi pietas? *Benedicta* (inquit) *es à Domino filia, & priorem misericordiam posteriore superasti: quia non es sequuta iuuenes pauperes, siue diuites: noli ergo metuere, sed quidquid dixeris mihi, faciam tibi.* Pergit, & ad nuptias suam iam vocat Ruth. Siste gradum: perperam enim hanc ducere vxorẽ cogitasti. Primò propter disparem fortunam, & ætatem, tu senior, illa adolescentula, tu Iudæus, & opulentus; Ruth verò peregrina, & paupercula: quis tale non improbabit coniugium [a]? Secundò genus, & religio dispar; nónne illa Moabita est, & quæ si modò non colit, certè idola antè coluerat? Tertiò lex à Deo lata, quæ à tali connubio illam repellit, *Deut.* 23. quæ lex ab Ecclesiæ introitu Moabitas arcet. Quartò, quomodo ferre poterunt conciues tui te fortem, diuitem, honoratioribus populi, & amicitia, & cognatione coniunctum ad seniles venire nuptias, & locum suspicioni intemperantiæ grandæuum dare, qui ob frigidam ætatem à prole desperant, gustui, & delectationi vacat? Verùm ó pietas, ô viri benignitas, *vide* (ait S. Hieronymus [b]) *quanti meriti sit, deserta prestitisse solatium, ex eius semine* CHRISTVS *oritur.* Prudens accedit ad nuptias, nec contra ætatem dum euentus probat filium posse gignere, nec intemperans, quem religio, pietas, castitas summa decorabat, nec in ancillam, ne qui potens erat, & diues, peregrinam, & pauperem premeret, vel alio indigenæ, & pauperi marito iuncta premeretur inopia, vel diuiti maritata, irritaret, ac minus coleret illum, ideo nubit, vt amore, obseruantiáque sibi magis deuinciret. Nec contra legem; nam dupliciter respondet Augustinus [c]: primò, quia lex illa fuit quædam veluti prophetia, quòd ab Abraham videlicet vsque ad Booz, cui Moabitis nupsit Ruth, decem fuerint generationes: ait enim, *vsque ad decimam generationem; computantur ergo decem generationes ex Abraham, quando fuit & Loth, qui genuit Moabitas, & Ammonitas*, Gen. 19. 37. *Sunt autem istæ generationes, Abraham, Isaac, Iacob, Iudas, Phares, Esron, Aram, Aminadab, Naasson, Salmon, cuius filius Booz*; peringeniosa Augustini respondendi ratio. Verùm Augustine quid si in Deuteronomio non in decimam tantùm generationem, sed in æternum Moabitis in Ecclesiam aditus denegatur? Respondet legem de solis viris, non de fœminis agere, duplici de causa: quòd virorum esset, non fœminarum culpa, ob quam hæc pœna Moabitis inflicta fuerat, vt ex *Num.* 22. idem sanctus colligit. Vel secundò *, quòd ad patrum, non autem matrum genus, ac stirpem referri soleant filij. Verumtamen quis iam in hac pietate erga alienigenam Boozi, te verum animorum amatorem non contemplatur †? qui alienigenam Samaritanam circundas, nubis Ecclesiæ, matris ex Gentibus collectæ effigiem, euangelizatricémque constituis. Quid agis Domine? sic pauperculam tibi matrimonio iungis, & humano destitutam auxilio? quis poterit tantam pauperiem ditare, tantam indigentiam subleuare? tu potens es, quære tuæ gloriæ comparẽ; quis de tua fama

Ruth 3.

Obstant plurima nuptiis Boozi & Ruthæ.

a Inter dispares improbat Stobæus lib. 66. & 68. hæret. precipuè Beza. Vide P. Serarium in Ruth c. 4. q. 12.

b Epist. 25.

Dissoluuntur difficultates nuptiarum.

c Suprà citatus, & à P. Serario in Ruth.

3.

* Sententia Abulensis q. 76. in Ruth.
† Contemplatur omnes, qui mysticum sensum attigerũt, Glossa, Dionys. Carthus. Hugo Victorinus, Isido. Chrysost. D. Hiero D. Ambr.

factóque non detrahet? quis legẽ non à Patre solùm, verùm à te latam (*in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis*) tibi non obiiciet? At in hoc verum mundi Seruatorem se esse ostendit, vt sæpius prædicat Paulus, qui postquam nos imbecillorum infirmitates sustinere docuerat, & onera peccatorum portare, id est, tollere peccata *firmiorum*, munus, ait [a], esse munus Episcoporum, presbyterorum, concionatorum, imbecilles sustinere: nam ibi Græca habent, *οἱ δυνατοί*, quæ vox significat *potentes, siue potestates Ecclesiæ.* Post hæc, ait Chrysostomus [b], Christum rursus in exemplũ adducit: *Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: Improperia exprobrantium tibi ceciderunt super me: no tuuo jamas vn dia bueno, ni de placer desde el instante, en que se vio en el officio de ganar almas.* Vbi eclipsis est, & supplendum hac ratione, sed potiùs sibi displicuit, & nostris commodis inseruiuit: *non sibi placuit* ille, qui ditior erat Booz, diuinitatis oleo perunctus, donorum, & gratiarum cælestium opulentissimus sibi satis poterat gratulari, & placere, sibi sufficere; *que por esso el Heb. le llama: Sadai: el abst ado*, pereat homo, quid mea interest, proprio contentus bono cur alienis curis premar? nihil tale dixit, *non sibi placuit: no se alzò, ni quebro con el hombre*: sed potiùs societatem bonorum nobiscum coire non renuit, commoda nobis, incommoda sibi partitus est, sibi improperia, nobis honorem impertiuit; & quia hominem, quem socium elegerat, fidem fregisse, & ad triremes mortis, & laboris damnatum videt, eandem calamitatem subiit, non suo, sed Patris honori consulens: *non sibi placuit*, debemus & nos, *los que somos nos*, quos Deus maiori gratia, & munere donauit, *infirmitates aliorum sustinere, & non nobis placere*; somno, cibo, oblectamento se, qui potentes sunt, aliquanto priuent, vt infirmioribus subuenire queant: *nam tu quidem* (ait Chrysostomus [c]) *potens es, & si condescenderis, nihil damni feres; ille verò extrema periclitatur, nisi portatus fuerit*; quid perdis, si horam quietis perdis? quàm multis autem subuenire potest rex vna hora? vna hora Booz Christi parens efficitur, vna hora, *quasi sexta*, quando diuinum regem meridiatione, vti oporteret, alienigenam mulierem conueniens, ad se cum suis conciuibus conuertit, & ideo aiunt illi, *& scimus, quia hic est verè Saluator mundi.*

Adde pietati tolerantiam laborum, quam noster Booz Christus mirificè in conuersione alienarũ gentium ostendit, ad quas postea missus Paulus labores suos victimæ, & sacrificio comparauit: ait enim, *Sed etsi immolor super sacrificium, & obsequium fidei vestræ, gaudeo, & congratulor omnibus vobis*, dixerat; *quia non in vanum cucurri, neque in vacuum laboraui*; existimo, nec vitam, nec labores amisisse propter vos: *no se pierde la vida, sino se gana*, quando pro animarum salute impenditur: quia licèt inanes, & frustrati videantur labores mei, tamen non absque fructu, & materia gloriationis. Rationem optimam reddit; *nam etsi immolor super sacrificium, & obsequium fidei vestræ*: cùm sacri presbyteri à tyrannis opprimebantur, obtigit eorum vni præclarissimo celebranti ab ingruentibus repentè militibus mortem perferre, & pugionibus ipsa in celebratione sacri trucidari, *ecce sanguis sanguinem tetigit*; super sacrificium enim Christi, & eius purissimum sanguinem discipuli Martyris sanguis effundi

Matth. 10. 5.
Quãtum laborem Christus amore animarum impenderit.

a Rom. 15. 3.

b In hũc locum. tom. 4.
Psal. 68. 10.

4.

c Hic tom. 4.

Ioan. 4. 42.

5.
Tolerantia Christi in negotio salutis.

Philip. 2. 17.

Quasi victima est labor pro animabus impensus.

Ose. 4. 2.

effunditur. O magnum sacrificium! ô vera digna Deo hostia! hoc, ait Paulus, mihi quotidie pro vobis laborantibus contingit: vos enim per fidem viua Christi hostia estis, quid superest, nisi vt sanguis meus, & fides mea super calicem fidei vestræ effundatur; quare quoties me vrgent labores, ingruit bellum, impendet mors; *gratulor, gaudeo*, quis audeat inanes meos labores appellare; præcipuè cùm ex illis *liturgia fiat*, id est, integrum sacrificium; fit autem integrum, & solemne, cùm ego me offero pro vobis, cùm libamen fio: vos enim fidei præmittitis confessionem, postquam ego concionem habeo; pòst verò in partem calicis mortis, & laborum vestrorum quasi ad victimam venio; sed gaudeo, cùm finis laborum vestra sit salus. Si ergo Pauli fatigationes hostiæ sacratæ Deo nomen merentur, quid de nostri Seruatoris labore, & fatigatione dicemus? quid est hodiernus labor, nisi libamen, seu mortis, & crucis libatio, quam postea subiturus est, vt sponsam subnigram, & fuscam; quia Gentilis erat, sine ruga sibi sponsam præparet? Contemplare ergo Boozi instar Christum, quemadmodum cum suis messoribus, ac ventilatoribus albentem messem Samariæ intuetur, quomodo exhilarescit, & cantet, vt in vltima cœna, & quemadmodum ad prædurum sacræ crucis stratum ierit, ibique obdormierit; accede eodem anima mea sanctissimarum eius nuptiarum cupida religionis, & charitatis perfusa, ebriaque liquore discooperi sacros illos pedes, quibus è cælis ad nos descendit, tui causa Iudæam, & Galilæam, & obiter Samariam toties, & tam laboriosè perambulauit, peruigila apud eum, ausculta dum è suo cubili septem illa verba, cygneásque voces effert; pete ab eo, vt super te vilem, & abiectam ancillulam sui amoris pallium expandat. O amor, ô tolerantia, ô ineffabile holocaustum, quis ignorat, quia hic est verè Saluator mundi?

Λειτουργία pro verbo obsequi.

σπένδομαι, libamen offero, spendo me.

Boozi instar Christus ab anima circumdandus. Mat.26.30.

6\. At verò vis amoris & tolerantiam, & pietatem superat: nam etiamsi prædiues est Booz, & messores, & ventilatores habeat, non se labori subtrahit, sed potiùs in area velut vnus de messoribus fatigatur. Tua sunt hæc Domine, quæ in Boozio præcesserunt, velut tui amoris vmbræ. Rogo ergo, Domine, ita tuis optatis amplissimus tibi fructus respondeat: *assi tengais buena dicha en vuestra sementera amorosa*; quare dum amorem seminare venis, sic fatigatus incedis? *fatigatus ex itinere*, misisti messores Patriarchas, & ab initio Prophetas, præmitte nunc etiam Apostolos, desine, laborent verbo, arent, ferant falcem, metant: desine Rutham, Ethnicum videlicet populum ad alios agros digredi, ad suos deos, ad sua dogmata; quare ad ciborum communionem inuitas, dicens, *Da mihi aquam*? D. respondet Augustinus [a], dum ait, *Amor est motus amantis ad amatum: vn affectuoso mouimiento, con que se extiende el coraçon, que ama acia el amado*; in quo motu, vt subdit D. Thomas [b], si est amor amicitiæ, de tribus lætatur amicus, de eo, quòd sit, quòd viuat, & quòd bene sit illi: vnde quidquid his tribus aduersatur, omnino odit, ac propulsare cupit; vnde alibi ait [c], *Amor amicitiæ quærit bonum amici, & quando est intensus, facit hominem moueri contra omne illud, quod repugnat bono amici.* Sicut enim Elias Deum diligebat, sic doluit de peccatis in eum commissis, *Zelo Zelatus sum pro Domino Deo exercituum*; & qui super omnes diligebat, ait Ioan. *Zelus domus tuæ comedit*, &c. Cùm ergo Seruator noster, eodem, quo Patrem, amore homines diligeret, ineffabili etiam amore vitam, & salutem hominibus cupiebat: quocirca cùm illos ærumnosos, plagis peccatorum, & calamitatibus plenos inueniret, quo amicitia firmior, quo amor ardentior erat, & actior, eo dolor acerbior, cura assidua, & perpetua salutis. *Post gloriam misit me ad gentes, quæ expoliant vos: qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei. Mitti*, ait Hieronymus, est incarnari; quare sensus est, ipso in instanti Incarnationis, quo gloria eius anima potita est, illi præscriptum fuisse homines diligere, quos cùm sic miseria plenos contuetur, commiseratione affectus est. *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei: en los ojos tengo yo vuestro mal, à mi me toca el remediaros*; frangi ergo amici misericordia pluris habetur, quàm donorum largitio: hoc enim amoris est, illud largitatis signum. Gregorius Magnus [a], *Exteriora largiens, rem extra semetipsum præbuit; qui autem fletum, & compassionem proximo tribuit, ei aliquid de semetipso præbuit.* Quocirca vt amorem ostenderet noster amantissimus Booz, miseriæ nostræ lacrymas, dolores, fatigationes nobis præbere debebat, quod est amoris; quod fieri haudquaquam potest, nisi quis eosdem labores passionis iniurias intret, & experiatur calamitates amici. S. Chrysostomus [b], *Impossibile est mortalibus scire afflictiones afflictorum, eum, qui experimentum afflictionis non habuit, & sensibiliter omnia non sustinuit.* Quocirca sicut cùm quis inuisit amicum, vt de eius calamitate doleat, vel de obitu parentis, quoquo modo potest dolorem induit, & lugubres vestes latissimè explicatas, mœrorem suum singultibus, & fletibus exagitat; sic qui nos saluare venit, & consolari amantissimus Iesus, qui vestem culparum induere nequibat, atratus hodie prodiit, lugubrem pœnarum vestem superinduit, *pro similitudine absque peccato*; sic nobis similis, sic amans, sic fatigatus, vt imperiti Samariæ contemplantes vno ore clamitent, *scimus, quia hic est verè Saluator mundi*, hoc idem sancti Euangelij facta, & verba confirmant.

Labor impensus à Christo & tolerantia.

Ioan.4.6.

a Lib. 83. quæstio.

b 2. 2. q. 25. art.7.

c 1.2. q.28. art.4.

3.Reg.19.10.

Cap.2.17.& Psal 68.10.

7\.

Zach.2.8.

Charitas Christi qua venit in mundum.

a Lib.20. Moral.c.17.

b Hom.7.in epist.ad Hebræos.

Hebr.4.15.

8\. *Venit Iesus*, &c. *fatigatus.* Venit, ad quod venerat saluationis negotium, in quo sic impensè laborauit, vt in eo gerendo triginta & tres vitæ annos expenderit, sic solicitè, vt de iudice in iudicem, de hoc in illud tribunal ad horam vsque extremam causam detulerit: sic laboriosè, vt omnem pecuniam exhauserit, omnem, quem ad extremum seruabat, sanguinem consumpserit; sic nauiter, & sedulò, vt nullum vicarium sui dederit, nec à se in consummatam causam abire sit passus; sic meditatè, vt nulli alteri se immisceri voluerit, qui solo verbo cuncta formauerat; à quodam rogatus, vt inter fratres pacem mitteret, *Dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem.* Deo dignum responsum dedit: *Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem inter vos? hombre, a mi me quieres ocupar en temporalidades? quita, quita, que tengo ya otro mayor negocio.* Quod tantum negotium, hoc est, tanquam molestum? *Venit filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat: officio de saluar, y buscar lo perdido.* Salubre quidem mihi, sed tibi operosum. Vide hominem, qui in regia curia negotium gerit, iacet in lecto, sed vigil,

Quàm impensè laborauerit Christus in negotio salutis.

Luc.12.13.

Luc.19.10.

Simile.

vigil, arcem causæ, vbi tota res est, versat, ratione confirmat, & vndique ius causæ præmunire studet, & ne excidant memoria, ibi in codicé refert; ecce insomnem ducens noctem, satiùs ducit exurgere, & de multa nocte euigilat, porrigens manum ad tunicá sui, quasi impos ad dirigendos, ordinandos, & euoluendos codices manus adhibet; vix pallium arripit illotus, iam die facto in procuratoris domum se confert. Quem apud illum patronũ adhibeo? quem, nisi rotundũ istum numum argenteũ, splendorem huius plusquam principem reueretur: *si por este no lo haze, no lo haran por el Duque.* Inde in aduocati domũ pergit; huic numum aureum splendidiorem in manum mittit, qui subitò bono animo esse iubet; causa tua (inquit) integra est, nulla me aduocato causa cecidit, hic incipit effutire, & effundere Iurisconsultorum responsa, libros percutere. Igne pereant hi, & ignarus iuris peritiæ dici volo, si præsentem litem perdidero. Iam tempus est vt prodeat regis consiliarius, expectat foris, & magna stipatũ caterua ad regiam vsque comitatur: intrant omnes causæ immemores, & dum aliæ causæ agitantur, hæc vna ex omnium memoria effluit. Accurrit citissimè ad actorem, domine, quare mea causa non est agitata? his dictis tacitus aureos numos porrigit, quibus audacter promittit se in sua referenda causa Chrysostomum vespere futurum; ecce meridies, domum redit, fame, siti, & labore fatigatus in lectum decidit. Quid mali tibi accidit? Hæc lis, hæc mihi mortem prius adferet, quàm illam perficiam, atque conquiescam. Rem, causámque nostræ salutis Seruator noster gerit, circum omnes concursat, dona distribuit, miracula, misericordiam, causæ iustitiam omnes profitentur; ab omnibus autem parum obtinet. Ecce meridies hora quasi sexta defessus ad puteum venit, sedet super lapidem *fatigatus ex itinere*; quæ te Domine premunt angustiæ? quæ curæ solicitant? Hæc, quam pro vobis suscepi, causa interitum mihi minatur, antequam obtineam. Ita erit, Domine; verùm si aliena causa est, quare tantum studium in illa procuranda collocas? *porque os matais tanto, señor? mal ageno dexelo en el suelo*; nónne longè à salute tua verba delictorum nostrorum? & nos interim damnati rei omnibus curis laxati viuimus. Quare ô Christiane, discruciaris inanium rerum curis, & quasi Agar filius seruæ sensualitatis prudentiæ, quæ de terra est inquisitor acerrimus, ad causam animæ tuæ iners & obliuiosus es factus; quare causam aliò transferre, iudicem placare, mortuam animam deflere, antequam supplicio addicatur æterno, non studes. Mortuum viderat filium suum nobilis illa mulier 4. Reg. 4. & incunctanter nulla temporis, nec loci seruata occasione pergit. Quò vadis mulier? *non sunt calendæ, neque sabbatum: mirad, que no es dia de hallar al Propheta; vadam: probemos; quiça le hallare.* Vocat puerum, & iumento insidet, monens celeritatem, & diligentiam: *propera, ne mihi moram facias in eundo*; quia emortuum reliquerat filium. Et tu quare de salute æterna non es solicitus? si ei, qui iam supplicio mortis addictus est, vnam tantùm horam iudices darent, vt vel rogaret, vel à se causam mortis propulsaret, & hanc totam dormiret, quæ insania? quæ improbitas hæc? O inertissimi mortales; audite, quis negotium hoc gerit? ita vt soluto possis tu animo

Negotium salutis nostræ agit Christus.

Ioan. 4. 6.

9.

Psal. 21. 2.

Ratio animarum nulla, & ad negotia salutis inertissimi.

10. *A simili.*

esse? post mortem quis rem animæ tuæ curabit; quòd si imperfecta causa moriatre, poterit in alio sæculo resarciri? Vos, ô viri, causam hominis huius tractandam suscepistis? nemo. O causa derelicta! ô lis sine patrono! *ò negocio sin parte,* quando agitaberis? quem exitum habebis? omnium aliorum negotia suscipis, ab animæ tuæ negotio auocaris? aliis litteratus, tibi indoctus; aliis presbyter, tibi prophanus; aliis medicus, tibi imperitus; aliis gubernator, tibi omnino dissolutus; flexis genibus orat ille animorum patens ad Thessal. 4. *Rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis, & operam detis, vt quieti sitis, & vt negotium vestrum agatis: dexad los negocios agenos, mirad à vuestro procurador; qui est verè Saluator mundi.* Vers. 1.

Fatigatus ex itinere. Non de Solis ardore, nec fame, nec pedibus nudis, nec arenosa via, & æstuosa, nec de siti, vel de solitudine, sed *ex itinere* fatigatum asserit: *el cuidado amoroso le hasia largo el camino* *. Considera viatorem ad rem magni momenti peragendam in curiam celeriter, & expeditè pedibus iter agentem, de nullo conqueritur incommodo, nisi de longo itinere. Hó, fugit sine dubio populus, leucæ leucas parturire videntur, brachia extendere, gressum maturare, collum, oculósque erigere, an fortè turris appareat; hó vnius diei labor superest, donec prospiciatur; credo dæmonem suo è loco surripuisse, & transtulisse oppidum; non melius situm, collocatúmque fuisset oppidum in hac valle, quàm in illo inaccesso monte, vbi iter longum est, deuium, mille leucas distans, ambagibus, decliuitatibus, & accliuitatibus plenum; leuca vna vocitatur hæc? ad insaniam me adigit, qui iter vnius diei leucam appellauit: *mal haya quien alli le hizò de piedra, elo, mirad donde asoma vna legua hay de aqui alla.* O amice, oppidum in culpa non est, sed curæ, quæ te anxium, & solicitum faciunt, assignanda est; Christiane agnosce saltem hodierna die, quàm sitiat animam, & salutem tuam Redemptor tuus, qui sic solicitus in puteum Samariæ contendit, vt longitudini itineris, non aliis incommodis, fatigationem adscribat: *fatigatus ex itinere, camino, no haura vn ataxo, por donde llenes al diuino enamorado, que no sufre tardança?* nullum est itineris compendium sic quærenti, sic amanti. O amor animæ meæ, mihi cur non longius videtur iter, quod habeo ad te? *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar: multùm incola fuit anima mea.* Hieronymus ex Hebræo; *Peregrinatio mea prolongata est: como es tan largo este camino; como no os voy a ver?* Quò tendis tu peccator, cui hæc peregrinatio longa non est? vereor equidem malum exitum habiturum, ille enim qui ad supplicium rapitur, etiamsi viæ vrbis longissimæ sint, productiores semper desiderat; scit enim sub finem itineris mortem sibi paratam esse: tu certè ad supplicium raperis, qui sic discessum ab hac vita sentis, cui natalis tui anni numerandi, neque nominandi sunt, qui barbam, & capillos tingis, & colis: qui sicut ille diues, ais, *Anima mea, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, & bibe, & epulare: Dios te los dexe goçar muchos años, qualquiera vida le parece corta al malo.* Iustus verò quasi ad cœnam inuitatus properat, iter accelerari cupit. *Omnes aues venient ad cœnam magnam* Dei:

11. *Amoris solicitudo longam viam facit amanti. Simile.*

* Ex Chrysost. hom. 35. In Samariam Christus venit, mollem, & lasciuam vitam expellens; laboriosam autem nos docens: non enim iumentis vsus est, sed adeò intentè vadit, vt ex itinere fatigetur: *el cuidado de lo hizo olvidarse del regalo.*

12.

Psal. 119. 5.

Luc. 12. 19.

Apoc. 19. 17.

Dei : ligeros como aues combidadas. Ideo fatigantur in hac vita, *& fatigatur ex itinere, qui est verè Saluator mundi.*

13. *Sedebat sic supra fontem. Sic*, id est, humi, *non in sella, sed in terra, vt contingit*, &c.* (ait D.Chrysostomus.) Aliud Saluatoris veri signum, & amoris inuentum. Vidit Ioannes Angelum, qui arundinea, & aurea mensura lapides, altaria, & murum ciuitatis Hierusalem cælestis metiebatur : ea tamen mensura erat mensura filij hominis, quæ est Angeli : *medialas primero, y luego las media consigo mismo.* Venit cæli architectus Christus lapides quærere, sicut Salomon marmoreos, & candidissimos; hic laboribus, tunsionibus, & pressuris excidit, & elaborat, vt suis postea coaptet locis : *midelas primero con la regla de su fee, y luego con sigo mismo*, id est, *con la traza de su diuina mente. De aqui hare vn Romano, vn Corintio*, &c. Venit ergo hodie Samariam verus hic lapicida, lapides quærens, omnes à fidei regula desciuisse reperiens, venturam prænouit mulierculam, duram sibi, fragilem tamen viris suis : *desmoronadiza; pero facil de labrarse, hecha el tanteo, y para hazerla a su medida sientase en el suelo, arrimase a la piedra; esso es, supra*, Hebr. *iuxta fontem*, mensura filij hominis : sed quæ etiam est mensura Angeli; angelica enim facies quasi meridianus fulgor, erecta, labia purpurea, ad libandum aërem aperta : *el calor de adentro peleaua con el fresco de fuera, ya se iua vn color, y se venia otro de sus hermosas mexillas.* Oculi graues, venusti, luminibus cæli persimiles : *las pupillas de ambos ojos puestas en el medio, que à todas partes parece, que mirauan : a raiz del cabello de oro, y en la frente serena, y ancha como de vna bruñida plata nacia el sudor, y se sembraua como vn blanco, y menudo rocio de mayo, descubriase en el cuello el azul de las venas, que subian como ramos por todo el; tal mirar, y tal blandura de sudor, que piedra mas dura non enterneceria? Venit mulier de Samaria,*

14. quam ipse sui corporis cultus prodit incessu, ornatu, in comitatu, flagrantia oculorum, libertate sermonis, omni gestu, omni motu corporis obscœnissimo, non adultera solùm, sed procax videtur. Quid hæc ad Christum? quid hæc ad mensuram filij hominis, nedum Angeli? *que es esto señor, y esta piedra dize bien con el modelo de vuestro entendimiento?* illa peccatrix, tu iustus, illa prophana, tu diuinus, immo Deus ipse, fœda illa, tu pulcritudinis exemplar mirabile : *à tal Principe ha de faltar vna bellissima princesa?* Omnia perspecta habuit, & quia humilem præuiderat, ruinosam, & teterrimam humi prostratus, sic fatigatus sedet, quasi innuens, mulier tui amantissimum contemplare, qui ne tui dissimillis videatur, sic defessus recumbit. Quid times? quid languentem formidas, qui prostratus est, vt te in altum attollat? *Agora es tiempo de conuertir os, muger liuiana, quando como ambar diuino se abaxa Christo a leuantar del mal estado las liuianas; guarda os no venga en silla de Magestad : in sede Maiestatis suæ.* Quid moraris, mulier, surge; modò Christus quasi cælestis succinus paleas leuissimas sustollit, impuras & ærumnosas conuertit, expectas vt crucem tollat : *tunc omnia trahet ad seipsum*, modò tibi iacet, tibi salutem porrigit, & gratiam; *quia hic est verè Saluator mundi.*

15. *Da mihi bibere.* Petit, vt se verum salutis auctorem iam omnino demonstret : nam petit temporale bonum, vt mentem eius, ac cælestia dona attollat amoris inuentum, quod bene nouerunt sancti viri. Videt quis puerum, & pomum, quod in manu gerit, obnixè exposcit, vult pomum vir haudquaquam, sed vel vult accedentem puerum, & pomum porrigentem osculis, & amplexibus complecti, & alio maiori dono afficere; sic ait Augustinus [a] : *Qui bibere quærebat, fidem ipsius mulieris sitiebat*; & [b], *Petit Christus bibere, & promittit bibere, eget quasi accepturus, & affluit tanquam satiaturus.* Et D. Bernardus [c] : *Diabolus porrigit pomum, & surripit paradisum; sed Christus contrà porrigit paradisum, & petit pomum, petit aquæ frigidæ calicem, fontémque donat aquæ salientis in vitam æternam.* Matth. 10. *Quicumque potum dederit vni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ tantùm, in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam.* Et iterum Augustinus [d], *Fidem eius sitiebat, quia eidem Spiritum sanctum dare cupiebat.* Si ergo indiget, eo fit, vt egestate eius tu locupleteris : *dichosa tu pobreza señor, que assi me enriqueze.* Hoc ergo verbo saluti mulieris initium dat : petit enim primò tanquam misericors, vt præueniat mulierem. *Deus susceptor meus est, Deus meus, misericordia eius præueniet me.* Quare ergo præuenit 16.
postulando? vt se auctorem gratiæ manifestet : erat enim iudex peccatricis huius, quare iustitiæ, & æquitatis iura seruare volebat, à quibus nunquam in conuersione peccatoris deflectit : seruat enim ius libertatis indemne, & merita passionis suæ illibata. Verùm aquam petit, id est, liberi arbitrij vsum, & alias dispositiones, quibus bene est diuinæ vocationi per fidem, per pœnitentiam, per charitatem sese peccatorem obaudientem præbere : *fue al fin vn dexarse cohechar pedir poco para dar mucho, y darle fauorable sentencia.* O amor animarum, quid iam de tua pietate prædicauerim, à quo tam exiguis munusculis tantorum criminum condonatio fit? potu aquæ eleemosyna exigua, cælum quasi venale est? iustum pro calceamentis traditum, Propheta Amos demiratus est; tu verò iustitiam ipsam frigidæ potione obtinendam proponis : nam vt animam tibi lucreris, misericordias quasi venales habes, abscondis maiestatem, & virgam, litteras mortis in profundum demergis, & te indigentem simulas, aquam postulas, vt præstes vitam, te Saluatore quis erit, qui condemnet? *Deus, qui iustificat, quis est, qui condemnet, quis accusabit aduersùs electos Dei?* Ego verò hæc verba sic conuerto in contrarium : *juzgando Dios assi, quien hay, que no acuda à el?* quis? qui voluntariè sibi mortem æternam adsciscit : *hic enim est verè Saluator mundi.*

Da mihi bibere. Vide quàm minimis rebus salus immortalis consistit, quàm exiguis officiis cæleste regnum addictum est, hoc maximæ prudentiæ est, & prouidere, & meditari. Paucis rebus æternum bonum, irreparabile item damnum tibi machinaris. Quis suspicaretur Samsonis fortitudinem, robúrque in capillo, vel tanquam in causa, vel tanquam in signo fuisse? nónne meliùs in lacertosis brachiis, alióve membro collocaretur? minimè, sed in capitis excremento, in sordido, pendulóque humore, in re omnino stupida, futili, & ridicula totum illud robur dependet : vt in rebus exilibus saluationem sitam esse cogites. D.Chrysostomus [e] crines illos 17.

Marginalia:

* Ne putes Euangelistâ mimesi vsû, quasi dicendo, *sic* voluit sedentis habitum repræsentare, qui enim scribit, non potest habitu suo sedêtis habitum exprimere, sicut histriones.

Peccatoribus se accommodat benignissimus amor animarum.

Describitur eius pulcritudo.

Joan. 4. 6.

Demittit se vt attollat iacentem in sordibus.

Petit vt donet sicut verus auctor gratiæ & liberi arbitrij.

a In Ioan. tract. 15. b Ibid.

c De primo gradu superbiæ.

d Lib. 33. q. 64.

Psal. 58. 11.

Præuenit gratia & misericordia peccatores, sed seruat ius libertatis.

Venales misericordias proponit Deus.

Cap. 2. 6. & 8. 6.

Rom. 8. 33.

E minutissimis rebus salus animæ pendet.

e Hom 15. ex variis in Matth.

illos vocat *arcanum Samsonicæ virtutis martyrium*, id est, testimonium. Procopius; *Filij hæreticorum rident, quòd in capillis gratia est; rideant igitur quòd in Apostolorum vmbris gratia est: in fimbria item vestimenti Christi: in luto denique, quod cæcum illustrauit: quapropter voti nomine pretiosa apud Deum fuit coma.* Quid de illo Abacuc? quem Angelus in vno crine suspensum, ollam similiter, in qua salus Danielis sita erat, in Babyloniam detulit: *no podia asirle del cuello, si mas ay està la gracia*; in minimis rebus gratia est, & damnatio; in vno sponsæ crine captum se prædicat sponsus: vno item crine libidinosæ mulieris iuuenis irretitum in libidinem, in vitia inaudita, in barathrum quasi oblongo fune adductum fatetur. Quis grana fici paruipendat? *A simili.* cuius mollitudine allectus passerculus pungit rostro, intima eius melle serta deglutit, ac deuorat, mox in murum, saxúmve pontem rostrum extergere venit: at ibi casu inter silicina saxa granum decidit minutissimum, en breuissimo tempore arbor integra fit amplissimis, & latissimis ramis, truncos tantos, tantósque ramos procreans expandit hinc inde, saxa propellens, montem, si opus est, & murum commouet. Quot fœminæ, quæ & fortitudine, & verecundia, honestate, pudore, muris, turri, montibúsque comparantur. *Cant. 8. 10.* *Ego murus, & vbera mea sicut turris: no hablan con migo bayegas, flaquezas, ni ruindades.* Vno solo verbo, quod iniqua mulier in cor eius misit, & propositum rupit, & radices malæ delectationis mittit, fenestras, aures, oculos aperit, ac omni se libidini omnium admiratione prostituit. Audi in inferno lugentem, quis me æternis his pœnis addixit? peccatum; qua ratione Virginem tantum inuasit malum? Ecce quàm minutissimis rebus, risu ioculari, manus ostensione, oculi petulantis aspectu, litterarum breuiusculatum lectione: me miseram, si tali die tacuissem, domi me inclusissem, oculos cohibuissem, non me in sempiternum hæc vna ex multis criminibus intexta catena teneret. Postquam Christus cæleste regnum, & saluationis negotium grano sinapis comparauit; postquam item ad perditionem, & interitum granum pulueris tormentarij hostilis ira adinuenit, & in his tantulis granis vita, mórsque constituta sunt; quis minima quæque despiciet? Ideo seruator noster à minimis salutem mulieris orditur, vt credas; *quia hic est verè saluator mundi.*

18. *Quomodo tu Iudæus cùm sis bibere à me poscis*, &c. Illa quasi superstitionis Iudaicæ zelo ardens ait, *quomodo tu, &c. señor Nazareo como no guarda sus ceremonias santissimas?* * O mulier, éstne responsum hoc homine liberali dignum? Ideo dicitur ª, *Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier, linguata homini quieto*; quia senis pedes in lapides offendunt, arena fallente vestigio retardat, ac tandem fatigatus ascendit: *assi vna muger habladora pone en peligro la mayor prudencia, y sosiego del varon cuerdo.* Verùm si Chrysostomum sequimur, & Theophylactum, renuit cum Iudæo societatem, cui non licebat petere cibos, etiamsi eis liceret concedere, prima demittata est Iudæum, cui odibilis erat vallis Sichem aquam postulare: nam, *Duas gentes* (ait) *odit anima mea; tertia autem non est gens, quam oderim; qui sedent in monte Seir*, Turcas (quasi diceret) & Philistim & Mauros; & *stultus populus, qui habitat in Sichimis: los mezclados Hereges Politicos*; quos omnino vitare, & eliminare docemur. *Sermo enim eorum vt cancer serpit*, * &c. hi enim in duas partes claudicant, digni, qui à nobis, & sacris Ecclesiæ aditibus repellantur. Secundò etiam aquam denegat, vt prauam fugiat societatem, & consuetudinem cum viro alienæ religionis: *corrumpunt enim bonos mores colloquia praua.* Quid societas? quid familiaris fœminarum congressus? etiam quos spirituales, quásque sanctas, & quietas appellant, fugiant sapientes: *las que parecen que ha años, que han llegado al puerto de la modestia, porque al fin vn leon sin dientes, y sin vñas, y vna serpiente sin lengua siempre su vista causa pauor, y iusto miedo.* Ideo qui eas bene nouerat, earum consortium plorans monet ª, *Quis medebitur incantatori, à serpente percusso, & omnibus, qui appropiant bestiis; sic ei, qui comitatur cum viro iniquo, & obuolutus est in peccatis eius: no le quiero tener lastima al encantador.* Quare enim incantare tentasti serpentem? quia virus habebat, & fel amaritudinis, & mortis. O insipiens quare illi appropias, dum hæc noueras? certè non doleo vicem tuam, sicut nec eius, qui agitare tauros in media platea ausus est, & *qui appropinquant bestiis, y mas quando las tales con irritamentos de habito y trage indigno, o, ageno despiertan el frio de la edad, quando assoma el rizo hurtado: quando los dientes, que hurtò naturaleza los suplen con los de la bestia peregrina blancos, y labrados. quando con elguiño de los ojos, y con el passo compuesto con arte venden la hermozura, y dan pregones a la castidad.* Time ergo hoc fœmineo pelago, in quo qui confidentior est, primus periclitatur; nunc in breuia crescit dorsuosa, nunc inundatur æstibus inquietis, nunc feruet, nunc reuomit, nunc iura rigentia glacie, igne æstuat; sed & lacrymæ fluunt ore ridente, vt odisse, & amare, velle, & nolle, placere, & displicere, nullo momento intercalante credas, & vt vno verbo dicam, fœminam priuatim conuenire solius Christi sit; *quia hic est verè saluator mundi.* 19.

20. *Voca virum tuum, & veni huc* *. Iubet hoc saluator noster, eo quòd vellet non cum illa sola, sed etiam cum ejus viro donum illud, quod promiserat, communicare; quia vel spirituale sit donum, vel temporale, vt illa putabat, non satis honestum putabat nuptæ mulieri quidquam donari, inscio marito. Addit Augustinus ᵇ. Vocare virum iubet Christus, vt per illum doceretur mulier, quæ non satis videbatur idonea, vt quæ dicturus erat Christus, intelligeret, quod ab exordio mundi sic sanctum, & stabilitum docuit auctor Hebræus (Moyses Barcephas c. 28.) Euam ab Adamo de non edendo arbore vitæ præceptum accepisse, *Eua didicit ab Adamo præceptum de non edendo cibum.* Itaque præceptum solum Adamo datum, qui postea mulierem præscripta doceret; quod sancti Ephrem Syro dicto confirmatur, qui sic mulierem subiectam viro voluisse Deum notauit, vt legem Dei per illum edisc at (nisi infidelis sit, vel peccator.) Hinc Eua primò deliquit, aures dæmoni præbens, & fructum accipiens ab illo, absente viro; quod fortè non obtigisset, si illa rem priùs ad maritum deferri oportere diceret: *si como buena casa dixiera, comunicarelo con mi marido.* Vide grandis mali natalem diem, mundo fatalem, & tristissimum. *O que de desastres entran por essi puerta en el* 21.

Marginalia: * August. adnotauit omnia vasa Gentilium immũda esse, quia multas sæpe res immundas tangebant, ideo eis vti non poterant, *y assi con melindre, y burladaxe*, &c. — a Eccli. 25. 27. — Eccli. 50. 28. — *Politici odibiles Deo.* 2. Tim. 2. 17. — * De origine Samaritanorũ vide 4. Regum 19. cùm decẽ tribus ab Assyrio rege captiuæ ducerentur gẽtes illius regionis, quæ idola colucrant, magni Dei supplicia pertimescentes Iudæorum legi adhæserunt, propriam retinẽtes, quinque tantùm libros legis suscipientes. Orig. tom. 4. in Ioan. & Epiphan. in Anacephalæosi, & hi hostiles erãt, & ad quos ipse saluator ire discipulos vetuerat, Mat. 10. — a Eccli. 12. 3. — * Sic Chrysost. Theophylact. Euthym. — b Tract. 15. *Nihil inscio marito accipiat mulier.* — *Adulteros habuit Samaritana, quinque nempe viros.* Chrysost. in Ps. 13. — Gen. 2.

en el mundo. Audi bene à Deo doctum virum Tobiam, cuius ſanctimoniæ (ſi aduertas) hoc primum experimentum fuit: nam cùm Anna vxor eius ad opus textrinum iret, vt quotidie de labore manuum ſuarum victum, quem conſequi poſſet, deferret. Factum eſt, vt hædum caprarum accipiens detuliſſet domum, at ſenex lumine priuatus, ſed non diuino ſenſu, ex voce balantis ſic philoſophatus eſt: *El ilado de vnas manos frias, y canſadas no es poſſible llegar à grangear vn cabrito*; ergo vel furtiuus eſt, & hoc malum, vel datum dono me abſente, & cæco, & hoc nefas eſt; age domina, age, *videte, ne furtiuus ſit, reddite eum dominis ſuis: corteſia os hago a vos, y a mi en dezir que deue ſer hurtado*: at illa exprobrare cœpit ei. O ignorans mulier, vide, quid domum intuleris, hædulum? cuius cornua, quæ modò cornicula ſunt, honorem vtriuſque ventilabunt. Sic etiam Dei ſponſa loquitur, vbi legem nuptiarum potiſſimam illi denuntians ſponſus ait, *Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem*, nec flumina obruent illam, munera, dona, minæ, tribulationes, vulgi dicta, & ſimilia perditorum hominum ſtrategemata: ſicut aquæ multæ fluminis ſunt, qui cùm augetur aquis de ſummis iugis montium impetu maximo, incredibili rapiditate, horrendo ſtrepitu, atque fragore ſaxa prærumpens, pontes lapideos, molas aquarias rapit, & euellit, & omnia ſecum trahit, & ad ima deuoluit. Sic munera omnes naturæ leges prærumpunt, radices honoris euellunt: *hazen romper con el honor, con el que diran, con obligaciones eſtrechiſſimas.* Sicut Rubeni dictum eſt, qui maternum lectum commaculauit, *Ruben effuſus es ſicut aqua: ha hijo de mi dolor gran rompimiento fue el vueſtro, pues rompiſtes la preſa del reſpecto materno; no creceras mas*: ſic munera omnia euellunt, & irrumpunt. Vbi verò fidelis es vxor, ait; *Si dederit homo omnem ſubſtantiam, quaſi nihilum deſpiciet eam, ego murus: que es eſſo de dadiuas? que rompen preſas? eſſo no haran a mi: ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens: no ſoy yo vna reyna? vna Salomeſa? no ſoy yo la Pacifica? teniendo tal eſpoſo no he meneſter a nadie.* Ideo cùm hoc fœminarum ſit præcipitium, monet mulierem, vt virum ſuum vocet, vt doceat illam; *quia hic eſt verè Saluator mundi.*

Cap. 2. 21.

Cant. 8. 7.

Fidelitas vxoris.

Cant. 8. 7.

Ibid. 10.

22. *Scio quia Meſſias venit, &c. ego ſum, qui loquor tecum.* Venit, id eſt, aduentat, in propinquo eſt, iam natus eſſe dicitur, iam fama manauit Chriſtum Meſſiam eſſe, qui nos ſicut cæteros doctrina, & miraculis edocebit; *cùm ergo venerit: ello algo tardarà; pero ſi viene, el nos harà iguales con los Iudios*: quàm propinquam ſalutem habet, & niſi ſe proderet, non agnoſceret. Sic etiam nos cæci, & ſurdi ad diuinas voces ſumus, proximiorem Deum non agnoſcimus, niſi cùm per internas aures illabitur verbum hoc: *Ego ſum qui loquor tecum.* Cùm iaces in lecto iuuenis, tuis ſceleribus exultans, & tripudians ſubitò tunc timore corriperis gehennæ? *ay que hay infierno: ego ſum, qui loquor tecum.* Cùm luſibus vacas, cùm riſu diſſolueris, tunc fortè funebris ſonus cymbalorum ſonat: *ay que hay muerte: ego ſum, qui loquor tecum.* Cùm te, ô mulier obiecto ſpeculo oppletam canis, & rugis, iam deformatam frontem, putidúmque dentem aſpicis? *ego ſum, qui loquor tecum*; vt cum canis ſenſa, moreſque conformes. Eſt homo ſcilicet puer, cui nutrix pulticulas porrigit, lacte nutrit, tota die gerula fit infantis, edormire facit cantus lenocinio, hanc diligit puer, matri verò moroſus eſt, inſuauiſque; poſtquam autem hanc vocem nouit, *Ego, ego ſum mater tua*, ad veram matrem totus tripudians accurrit: ſic peccator præſentibus vtitur, & ſuis ſceleribus lætatur; cùm verò ex ſcelerum conſcientia horribiles exiſtunt formidines, vel ſpe bonorum cæleſtium erigitur, quid ſonet hæc vox, ſentit: *Ego ſum qui loquor tecum*; tunc aſſeueranter ait; hæc mater mea, *hic verè Saluator mundi eſt.*

Deus adeſt nobis & pulſat & non cognoſcimus.

Simile.

23. *Et continuò venerunt diſcipuli eius, & mirabantur; quia cum muliere loquebatur: nemo tamen dixit, quid quæris?* Viderunt; nemo tamen dixit: modò contraria ſunt omnia; quia maledici non vident, & dicunt, non audiunt, & aſſeuerant. Grande malum, non adhibere oculos rei, aduocatos, & teſtes: *no hazer juezes, y teſtigos à los ojos, que eſſo medio mal ſeria*: ſed mentem, ſed imaginationes, immo & inſomnia: *y eſſo dezirlo por cierto.* Iniquitas non ferenda, immo potentiſſima malitia: ſic enim loquitur Dauid, *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate: quo vſque tandem* (Tulliano more) *abutere patientia Dei*, qui potens es in nequitia? agit contra Doeg, qui occidit multitudinem ſacerdotum: *Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua.* Meditatè tantum malum aggreſſus es: ſed inquiro, lingua quomodo meditatur, aut cogitat? nónne mens eſt, quæ cogitat? verum eſt, ſed hoc ipſum ſcelus maximum eſt, nempe linguam loqui, quod nunquam neque factum, neque cogitatum eſt. Sed antequam verba Pſalmi proxima explicem, audiamus ſapientem, qui remedium, & antidotum prouidit, dicens, *Verbis tuis facito ſtateram: pon en balança tus palabras, y ſea la lengua el fiel*: & ſicut ſtatera in eam propendit, vbi maior grauitas eſt, ſic lingua in eam partem inclinet, quæ in conſideratione magis ponderata, cogitata, & grauior appareret, ſicque fiet, vt & in verbis parcior, & in iudicando æquior ſis. Nónna vides in republica virum, qui fidelis executor dicitur, cuius munus eſt non addere, neque minuere, ſed quæ quiſque emit, æqua bilance ponderare: *quanto pediſtes? diez, pues diez llenais, dad le à cada vno ſu peſo.* Quid vidiſtis? hominem priuatim cum fœmina colloquentem, & quid amplius? nihil; ergo ſis æquus iudex, colloquia, colloquia ſunt, & verba, ne addas pondus, & in temeritatem propendeas: ſicut qui ait, *& vidi colloquentes*, & quæ præ verecundia ſilentio inuoluo. O potens in iniquitate, quare de verbis, & colloquiis ſolùm opera nefanda colligis, dum non vides? Ideo addit Dauid, *Dilexiſti omnia verba præcipitationis linguæ doloſa, propterea Deus deſtruet te.* Tu lingua tua præcipites egiſti innocentes, & quæ non vidiſti aſſeuerasti, tibi, tibi ruinam molitus es. Adnotarunt viri docti Dauidem in aliquibus Pſalmis, & Ieremiam in Threnis alphabetico ordine ſententias proferre, & cuique ſuam adſcribere. Verùm *cap.* 2. lamentationum, vbi de deſolatione Hieruſalem lamentatur,

Cur ſæpius errant detractores.

Pſalm. 51. 3.

Ibid. 4.

Eccli. 28. 29.

Contra detractores iniquiſſimos verum.

Pſalm. 51. 6.

tatur, inuertit ordinem litterarum *vers.* 16. vbi est littera פ *phe*, quasi facies, & os debebat esse ע *ain*; quæ est quasi oculata. Mysterium autem in eo est, quod in sententiis subiectis declaratur, causam nempe ruinæ, & desolationis Hierosolymitanæ reipublicæ innuere; nempe priùs lingua acuta quasi nouacula, de Dei honore, de fratrum suorum fama, & capillis decoris, & gloriæ detraxisse, quàm hoc, de quo detrahunt, oculis perspexissent, & publicè mentirentur in his, quæ neque viderant, neque vera erant; & ita ait, *ain*, tu aperuisti os tuum. *Deus* item *destruxit, & non pepercit*, &c. quod verè factum est, cùm postea verbo contumelioso Christum violare voluerunt. *Nónne bene dicimus nos; quia Samaritanus es tu?* vnde scitis? vbi vidistis? nos scimus Samaritanam conuenisse iuxta puteum. Et inde Samaritanus? *propterea Deus destruet te, ô Hierosolyma.* Verùm optimè (si nosti) *Samaritanum* appellasti illum, quem non iam tua loquela, sed vulnera, quibus nostra alligauit in ligno verum Deum, *saluatorem mundi*, non tam verbo expressit, quàm charitate testatur.

Adelantose la lengua maldiciente a morder lo que no hauia visto ni estaba cierta de ello.

Ioan. 8. 48.

VERBVM FILII. *Ioan. 4. v. 1.*

Venit (Iesus) in ciuitatem Samariæ, &c.

Fœminas ad se diligendum omni arte, blandimentis, donis, & pollicitationibus allectare, & rapere studet.

DISCVRSVS LXXI.

1. *Magnanimus sis bien.*

COMMVNE, & protritum principum terræ solet esse pronuntiatum, ac pænè regalis vox, regis animum nullatenus expleri debere iis, quæ iure hæreditario obtinuit, regnis, & prouinciis; quinimo nec præbere se facilem oportere in audiendis hominibus, qui eum coronæ suæ circulo includi, ac domo sua, & ditione contineri persuadent: hos autem affectus, & consilia cum vno tantùm ducum clarissimo, & acerrimo debet conferre: *que principes de grandes pensamientos busquen marineros sabios, y diestros, que naueguen los mares, que descubren, y lleuen a puerto sus intentos.* Relicta Hierosolyma deserta petit seruator noster, suaque consilia cum illo almo Spiritu secretò confert; amoris affectus quasi concoquere non valens, cum strenuo suorum ducum Dauide communicat. Hic enim eius agens personam sic ait, *Deus locutus est in sancto suo.* Hieron. id est, in Christo, cuius typum Dauid gerebat, meus animus est, meúmque consilium, quod iamiam refero: *lætabor, & partibor Sichimam.* Principiò bellum committam, meaque tabernacula figam in valle Sichem, quæ modò Samaria dicitur; ibi dimicationem Sichimitis denuntiabo, & iniuriam parenti meo Iacob inibi factam vindicabo, imparatam enim Dinam filiam Iacob, & ad visen-

Psalm. 59. 6. *Amor debellandi orbem & obtinendi animas.*

das Samariæ fœminas prodeuntem, Sichem filius principis Samariæ insequutus diripuit, violauit, *ac tristem, mulcéque blanditiis deliniuit*; ego par pari referam, egrediar in agrum, & misellam mulierem incautam pelliciam, & in meum amorem inducam, sicque fiet, vt totius Samariæ dominatum teneam. Ne tamen hoc regnorum inopiæ tribuatis (ait Augustinus) *meus est Galaad*, aceruum testimonij, hoc est, immensum Martyrum aceruum possideo, *meus est Manasses*, exercitum habeo, qui potentiæ, dominatus, laborum, ac diuitiarum immemores Manasses appellantur, *meus est Ephraim*: fructificatio enim mei sanguinis vbique per crucem amplissima erit, & diuturna. *Iuda rex meus*; iam enim populum me credentem, & confitentem in meam redegi potestatem. Sed verò mirum me tenet desiderium Moabitarum, *Moab olla spei meæ*, ita in optatis est mihi gentium salus, vt nec mensæ accumbam, nec cibum mihi gratum sumam, nisi priùs meam fidem, & amorem inducam, eos nempe de Loth in peccato natos infideles, & idolis seruientes. Nec adest finis, *in Idumæam enim extendam calceamentum meum*; iis 2.
enim denique & loco, & religionis cultu longè dissitis Turcis, Barbaris, Indis mea Sacramenta patefaciam, fidelem populum in mutuam gratiam, & amicitiam reuocabo; quòd si renitantur, amicitiásque discindant, *chirothecam meam extendam*, & militum more, & regum vrbem obsidentium, intra illam chirothecam proiiciam, nunquam me ab ea recessurum ostendens, nisi vrbe capta: hodierna enim expeditione peccatores expugnare venio insigniter scelestos, & ex Orco reuocare damnatos. Ex his, quæ cum suo Dauide confert diuinus Rex, Salomonis difficilis locus planus fiet; inducit enim sponsam nostri seruatoris rogantem: *Indica mihi (hô) quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum:* vellem te in meridie inuenire cubantem; in meridiatione enim quisque ad studia naturæ, & ad ea, ad quæ animus propendet, fertur, lusor colludentium mensam, loquax colloquentium curricula, delicatus mollissimum lectum quærit, meridiatione vtens; tu ergo procliuis eris ad amorem. Vellem etiam te in meridie, hora videlicet prandij inuenire; tunc enim principes bene poti, saturati, & hilariores facti gratiores, & libentiores esse solent erga suos. Cubantem item vellem inuenire te, cui sola vna manus libera erit, vt ad amplexus, non ad supplicium me vocandam sperem: cui sponsus statim respondet; *Si ignoras te, ô pulcerrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.* Certè, Domine, hæc signa, vt inueniaris, 3.
hæc vestigia, quibus te consequatur sponsa non ad te consequendum, verùm ad errandum accommodata videntur: si enim dixisses, me sequere, & per vestigia mei gregis insectare, bene erat; eò enim tendit pastor, quò grex eius fertur. Verùm sponsæ grex errás, & à te deflectens, qua ratione errantem sponsam ad te ducere potest? Sed ad hæc intelligenda aduertamus duplicis gregis hîc fieri mentionem; vnus est ouium, quem pascit sponsus, iustorum nempe nonaginta, qui à cælesti Pastore non recedunt: alter sponsæ, qui etiamsi hædorum, hoc est, peccatorum sit, ad Ecclesiam tamen pertinet: vel quia fide

Vidit animas & saturari cupit eis.

Rabbi Immanoel apud Pagni. legit sic, ex radice nagh al.

Cant. 1. 6.

Ibid. 7.

In reuocandis peccatoribus totus est Christus.

fide signatos gerit, vel quia signandos, & pascendos vbique terrarum quærit *. Oues ergo primi gregis ad Christum pertinent: hædi autem ad sponsam, qui cùm errabundi à vera semita deflectant, incessanter à diuino Pastore perquiruntur; hoc eius opus, hic labor eius est, errantes insectare, & reducere: quare optimè sponsæ signa ad se inueniendum, non vestigia sui gregis, sed ipsius sponsæ hædos, & eorum vestigia contemplari iubet, vt inueniri queat; quasi manifestiùs diceret, disce vbi sint Sichimitæ, Samaritæ, & hæretici: vbi Ephraim, & Manasses, schismatici, qui sub Hieroboam à Hierosolyma, & cultu Dei recesserunt. Disce vbi sint Moabitæ, & Philistæi, Gentiles nempe; vbi sint Idumæi, Iudæi scilicet omnium obstinatissimi; ac denique vbi sit ouis errans, vbi fœmina sordidata vitiis: ibi enim in meridie pascor, ibi mea quies, meus amor requiescit, ibi olla spei meæ †: intuere vestigia peccatorum, & per hæc tandem peccatores quærentem reperies. His ita *cap. 1. Canticorum* transactis sponsum reperit pastorem accumbentem, regem ad regales nuptias paratum, & *c. 2.* quid illi euenerit narrat: *Introduxit me* (Rex) *in cellam vinariã, ordinauit in me charitatem.* Cella vinaria per metaphoram dicitur, vbi omne illud erat, quod ad exhilarandum animum, & reficiendum pro regalibus nuptiis solet præparari. Sicut titulus Ps. *Pro torcularibus*, quæ postea DD. sic appellant, *Quàm dilecta tabernacula tua*, &c. *concupiscit & deficit anima mea*, &c. *Ordinauit in me*, verbum est militare; *in me*, in accusandi casu venit tam Græcè, quàm Hebraicè, *contra me, super*, id est, aduersùs: sicut *Philisthim super te Samson*, hoc est, contra te.

4. Ait ergo sponsa, ne miremini sorores me iam sub vmbra sponsi requiem desiderare, & inter lectissimas fœminas adnumerari: me denique subnigrã, & alienigenam ad thalamum adsciri, quæ idolis seruieram, & à vera religione deflexeram; quia ad hoc conficiendum Rex me insciam, & imparatam in Ecclesiam deliciarum omnium cellam introduxit, vbi aciem amoris contra me instructam vidi; ordine etenim militari hinc abaci constituti erant vasis aureis, & argenteis ad epulas sacras instructi, collucentes, & splendentes; illinc mei cultus ornamenta, murenulæ, inaures, annuli, dextrariola, ibique denique amoris philtra, *benediços de amor*, poma, flores, aromata, faui mellitissimi, myrrha, & quidquid ad exhilarandum cor conducit, (*fesamoasisa Hispane el alegria, el apenjoli.*) tristémque me blanditiis deliniuit, tenuit, vicit, in sui fidem, amorémque pertraxit: *en viendo tantas inuenciones de amor, dixe, esta es guerra, esto es morir, esto es ser vencida, yo me doy por vencida.* Vicisti Domine, vicisti me. Quòd si hodierna die sic aciem in fœminas instruis, obstinatissima erit, quæ tuo non cedat amori; perge igitur, nam de te meritò dictum est *, *Deus amatoriè prosequitur nos. Intẽde, prosperè procede, & regna*, & ad euincendam fœminam noua amoris ingenia, inuentaque depromeˢ: *salid de inuencion, Dios mio, hazed disfraces*; quæ te illustrem reddant, & amabilem: quæ autem sint hæc, facer nobis textus insinuat.

5. *Venit Iesus in ciuitatem Samariæ*, &c. *Venit mulier de Samaria*, &c. Contendit hodierna die Christus fœminas lucrari per eamdem viam, per quam sibi ipsæ ruinam, & damnationem

* Vult enim benignus Dominus, vt non modò iustos, verùm etiam peccatores, omni studio complectamur. Theodoret. in c. 1. Cant.

† D. Chrysost. in Ioan. & Cyrillus, cibum suum putant perditorum hominum, conuersionem; idem Rupertus.

* Psal. 44. 5.

ˢ Discursus est D. Bernardi serm. 31 in Cant. Christus enim pro necessitate animæ personam, vultúmque induit, omnibus omnia factus.

Ioan. 4. 7.

moliuntur. Primò ergo offendunt in ardenti cupiditate foras prodeundi; verùm hîc omnes ferè impingunt, & honoris iacturam experiuntur. Nónne Dina capta, delinita, & violata fuit, quæ tamen non ad visendos viros, sed fœminas illius regionis (vti diximus) prodierat? Nónne Dei arca semel extra tabernacula ducta in bello capta, & à Philisthæis idolis comparata fuit? Quid sponsa? quæ semel fugientem sponsum incomitata quæritans ab vrbis custodibus dilacerata, & vulnerata reuertitur? Quid denique fœminarum mater primigena è paradiso visenda, & ad circumspiciendum, & videndum prodiens serpentem ausa est conuenire, quam vt instauraret, Deus ipse morti obnoxius factus est homo; *venit ergo mulier, & ecce venit Iesus*, ipsam proculdubio quærit; cùm quidam eques noctu capite obuoluto incedit, & contra aliquam fenestram sistit, stat tacitus, signa amoris dat; nam in fenestra nescio quæ fœmina digitis, vel alio modo scalpsit, & strepitum edidit, at, at. *Sat est, tate* (*dezimos*) *a esta buscaua*, vtrinque signa referuntur amoris. Venerat multo mane (ait Euangelista) gratiosus Adolescens, multo impenso labore, & in puteo persistit, *& ecce mulier de Samaria venit*; at, at: proculdubio illam amatoriè prosequitur (cùm verò loquimur de amore, non turpem, & meretricium putato, cui digna domus stabula sunt, & prata: sed castum, pium, sanctum, & diuinitus insitum, qui in sacrariis habitat, in templo colitur, in cælo perenniter viuit; age iam Domine, instrue te ad certamen, ordina aduersùs hanc mulierem tuæ charitatis ardorem, & aciem amoris. Fecit, & primò personam induit amantis, sedentis, defatigati: *el primer disfraz es de amante cansado*; nulla enim aptiora existimauit esse arma ad expugnandam fœminam, quàm illi se defatigatum obiicere. Ideo sole vstus, longo itinere fatigatus venit, arena, & lapidibus offensus, fame confectus, siti enectus, omnes denique creaturæ in Deum creatorem tela contorquent; quæ proditio hæc, ô creaturæ! ô atrocia crimina! ô mirandam Domini patientiam, sic aduersùs Creatorem insurgitis? nónne dictum est, *Creatura tibi factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersus iniustos: & lenior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt, a vos señor todas vuestras creaturas os han de seruir, y si fueren dañinas, y crueles, sera para los malos, mas a vuestros sieruos se mostraran blandas.* Quare ergo te omnium iustissimum vexant, & cruciant? *la culpa tiene el disfraz de amor.* Sic vexari voluit, ars amoris est, & diuinum inuentum; sicut si ciuis vires serui sui experiri volens, vocans eum ait: Perge nocte intempesta, & certo loco hominem expecta, qui pallio subnigro obuolutus, galero ad oculos vsque appresso incedit, hic meus est aduersarius, distringe gladium, & illi manus infer; tunc herus eamdem corporis habitudinem, & pallium indutus, per eandem viam, quam ipsemet præscripserat, abit. Ecce seruus subitò ad arma confugit, plagis confodit; siste (ait herus) siste, sat est: nam herus tuus sum. Hô (ait seruus) quorsum hæc? illic frendere, & fremere, ensem proiicere, facti culpam in herum transferre: quare dum hæc imperas te obuium fecisti?

&

Cupiditas egrediendi domo fœminis communis & periculosa.

Gen. 34. 1.

1. Reg. 4. 11.

Cant. 3. 3.

Simile.

Amat & subit pericula amantium Christus.

Sap. 16. 24.

6.

Simile.

& si hac transire cogitabas, quare mihi malum hoc imperasti? Ob primum illud humani generis crimen Deus in hominem inimicitias gerit harum simultatum, animaduersionem omnibus creaturis demandauit, satis (ait) & pallio, & corporis miseriis seipsum prodit, percutite: omnibus hominibus viam hanc concursantibus plagas impingunt, dolorem, famem, labores, mortem denique: *daldes (dize Dios) que bien lo merecen*; placuit autem summo Deo, qui hæc imperauerat, vestem laboris fuscam induere, caput diuinitatis obnubere, & qua ipse morte, & laboribus inimicum obseruare iusserat, transire non renuit; in illum tanquam in aduersarium insurgunt, *quoniam in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Philip. 2. 7.

7. Cùm verò illis Deum esse, quem confixerunt, innotuit, & per patientiam inauditam, & omnipotentiam, qua latronem conuertit, & Centurionem manifestatus est: horrent creaturæ, & quasi stupore attonitæ sol demisso capite in nubes se abdidit, qui nimio Deum æstu affecerat, terra tremuit, lapides inuicem collidentes confringuntur, qui difficilem viam illi parauerant. Quorsum hæc Domine? tibi maximè, qui hæc omnia futura prænoueras? sciens tamen, & prudens hæc fecisti; quia amore prosequeris animas, quas nihil sic in amorem allicit, quàm earum causa perpessos labores vel referre, vel obiicere. Quod in cælesti sponsa videre libeat *Cant.* 5. ex antelucano tempore de more suo nuptiis operam dederat sponsus Christus, myrrha, & floribus refertissimus ad sponsam, foresque ornandas peruenerat, primus in arenam descendens, militat enim, crede mihi, militat omnis amans, renuit illa, quæ vnguentis vnxerat pedes suos. Tunc ille arma amoris distringit dulcissima verba; *quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium*: at ego, quæ rustica, & surdastra fueram, ad hæc verba liquescens extimui: *Venter meus intremuit ad tactum eius*: Hebr. *galat*, quod ad ipsum attinet, super ipsum, ex compassionis affectu, *en tocando esse punto, contremui*: *sicut misereor super turbam, & doleo super te frater mi Ionatha, venter meus commotus est super ipsum*; *diome vn susto mortal, y vn buelo el coraçon oyendole lo que hauia padecido por mi*, super ipsum; *de lastima*, quod sequentia verba, euentúsque significant; quia surgens vt aperiret, & declinasse sponsum comperiens, tristissima edidit verba. *Anima mea liquefacta est, vt locutus est*: Hebr. *anima mea egressa est à me, no stava yo en mi; no es possible, que yo tuuiesse alma, quando me hablo mi amado*, sua mala referens, & ego non respondi; ferus enim animus est, qui ad hos labores non inardescit, qui talem amantem non amat: *venit ergo Iesus fatigatus, venit item mulier*; tibi venit mulier, tibi fatigatus, vt te in amorem polliceat, ecce diuinitatis caput obnubit; *el amor le trahe disfraçado, y todo se lo atreue, y todo lo sufre como encubierto amante*; oblatret licèt canis, ancilla ingratum, & asperum

Chrifti labores perpessi eximium excitant amorem.

Cant. 5. 2.

8. responsum præbeat, à iudice circumquæratur, amoris sui æmuli nocte intempesta insequantur peruigiles; tu verò, cuius causa hæc fiunt, Dei tui misericordia non frangeris? non sic se habent humana: nam si sui causa, & honoris sui defensione, notum esset fœminæ, clarissimum ciuem vulneribus prope fores confossum humi iacentem, relictum, sudore, & sanguine perfusum, omnibus pænè sensibus esse alienatum; non de strato descendens nimio dolore perculsa progrederetur, in brachia susciperet, sudorem mortis profluentem extergeret, mollissima verba daret, sanguinem multis modis continere curaret? vtique, & inter hæc officia verba pœnitudinis attexens diceret: Parce amantissime, parce præstantissime ciuis; quia mei causa hæc patrata sunt, mei honoris gratia hæc vulnera inflicta, tibi cor, tibi manus exhibeo, & quidquid sum, tuum in sempiternum erit; tu ergo mulier iuxta Iesum sedentem conside, & considera vulnera pro te à creaturis suscepta, adora, & pœnitentiæ lacrymis puluerem exterge, misericordiam implora: fatigatus enim est onere peccatorum nostrorum. *Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est; quia excelsus reputatus est ipse.* Clamat ad ingratos Isaias, qui in Christum credunt, quem sua peccata de cruce pendentem demisso capite, pedes, manúsque transfixum, apertis brachiis, exanguem, & pænè efflantem iam animam morti dederunt, ne talem sic defatigatum amantem offendant; *ha de estar a punto de dar su alma de puro cançado*; sicut qui post cursitationem longam anhelitu crebro, atque singultu, in maximis angustiis animam agere videtur: *ha, ha, ha no le alcança el aliento; quiescite, no le cansčis mas, a viro, que es hombre, y Dios disfraçado*, qui hæc perpeti voluit, vt obstinatam mulierculam frangat; *venit Iesus, venit mulier.*

Similis.

Christus in passione quo affectu colendus, & amandus.

Isai. 2. 22.

Mulier da mihi bibere. Secundum fœminarum præcipitium inopia est cum pulcritudine iuncta. De hac quidam cecinit, 9.

——rara est adeò concordia formæ,
Atque pudicitia.

De fame, & rerum indigentia Quintilianus [a], *Magistra peccandi, maxima necessitatum, durissima malorum*: nam & Abraham necessitate compulsus cibum inter idololatras quærit, pulcerrimam suam Saram in honoris discrimen vocat, vxoris in sororis nomine commutato; forma ergo, & inopia fœminas præcipites agunt, formam, ait Dominus, illi obiiciam, sitim, & inopiam proponam: ideo enim *sedebat sic* qualis mulieri gratiosus, & decorus aduenerat; os enim illi obiecit sacrum, ipsa fatigatione venustius, aureos capillos, subtiles, Nazaræos, hinc inde passos, discriminatos; tranquillam frontem candicanti rosæ persimilem, cælesti rore conspersam: sudor namque à summa fronte nascens minutissimas gemmas adumbrans, vel in aureo supercilio sistens, vel ad lacteum collum, pectúsque decurrens sacro monili vnionum decorabat. Oculorum venustas vtriusque maiestatis, diuinæ, & humanæ, sedes videbantur in fœminam semper intenti, in quam animorum venator amore ferebatur. Facies denique tota suauitate coloris rubore genarum, arcuato superciliorum vestitu grauitatem comitate, diuinitatem humanitate conditam personabant. O viua Patris imago, quos non tui mirabiles excitabis amores? qui te fugiunt oculi, & in terrena deflectunt? Quid aliud præter te corde humano reponitur? Præsigni forma adolescens erat Ioseph ad æmulationem vsque dilectus, capillo subflauo, & cincinnato, venustis oculis, qui licèt à fœminis abhor

Inopia nocet mulieribus.
Iuuenalis Satyra 10.
a Declamatione pro ciuibus.

Describitur Christi pulcritudo alliciens animas.

abhorrens etiam ab hac sui vxore pellicienda, omnium tamen fœminarum oculos, cordaque concitauerat. Quid dicam infamis ille moribus, capillis famosus Absalon, vitiis licet sordidatus, fœminas Hierusalem decore allexerat; capillis irretierat: Tu ergo Patris splendor, pulcer in corpore, speciosior in animo, tua hac lenitate, & liberali specie ad ritum procliui fœminam flectere, allicere non vales? Obsecro Domine hanc tuam egregiam formam apud aliquam sui persimilem recte colloces: *hazed Dios mio buen empleo de vuestra hermosura*; quæ animarum tanto
10. decore digna putabitur? *Ecce mulier venit haurire aquam*, cum illa, quæ ancillari munere fungitur, comparatur nudis brachiis, oblongo fune contorto amphoram sustinentibus, quinque peruulgata viris, libertate sermonis, cantuve, corporis motu obscœno, gestu meretricio, procax, seipsam prodens, hanc diligis? vrget necessitas durissima malorum, *Mulier da mihi bibere.* Certè, Domine, non inopia est, quæ te angit, sed sitis animarum. Nam princeps iter faciens, in quo neque oppida occurrunt, neque villæ, neque vmbræ ad vim ardentis Solis frangendam in fonticulũ quemdam incurrens, ex equo descendens, confracta testa, neque pocula aurea reposita, neque ministrantes expectans, in ostestam auidissime infert, & vtraque manu sustinẽs aquã, immo fontem absorbere videtur, non inopia videretur vasis aurei fulgentis, sed aquæ, quam sic sitit, vt testa pro vase aureo abutatur. Certe Domine non inopiæ, sed siti animarum refero te aquam exhaurire velle ope istius mulierculæ, cuius cor quasi vas est confractum. *Cor impij quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit.* Sitis tua lacrymarum est, qui tot iustorum pretiosa possidens vasa, testam omni transeunti peruulgatam sic amas, sic rogas, *Mulier da mihi bibere*; cui illa: *Quomodo tu Iudæus cum sis bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana?* Rei scopum attigit, etsi adultera, & imperita mulier, oportere nempe fœminam cum Samaritis libidinosam quasi Gentilibus, à Iudæo Dei filio se abstinere: malum etenim est (o mulier) cum alienis viris libidinari; verùm à viro vel voto astricto, vel sacro vncto oleo non abhorrere horrendum crimen. Malè precatus est Dauid 2. *Reg.* 1. montibus Gelboe; *ibi enim abiectus est clypeus fortium, quasi non esset vnctus oleo*; libeat execrari mulierem, & malam illi pestem imprecari, quæ ad pedes prouolutum Dei ministrum sacro vnctum oleo non refugit, sacrilegúmque, & infandum scelus non denegat: *Quomodo tu? como vos sciendo vngido*, &c.
11. *O mulier, si scires donum Dei.* Ecce aliud salutis fœminarum discrimen: quæ enim earum donis non expugnatur? Ægyptij sapientes amorẽ fœminarum lychno comparabant lucenti: verùm qui vt lumen mittat, oleum infundas, & stilo emungas continuo opus est, & vno flatu oris extinguitur, & male olet, flaccescit, & perit citissimè pulcritudo, & amor fœmineus, maximè si dona non suppetunt, & munera amantis, vel repromissio. *Repromissio nequissima multos perdidit dirigentes, & commouit illos quasi fluctus maris: si porfian conmbarcò as las dadiuas derribaran la naue mas cargada de honra.* Ideo qui benè nouerat fœminarum ingenium, ait: *O muger, y que tengo que darte?* hæc aqua, donúmque Dei Deus ipse est, vt asserunt Athanasius[a], Augustinus[b], Basilius[c], & Hieronymus super Isai. 55. *Omnes sitientes venite ad aquas*, &c. Hæc *autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum*, cuius fons est Pater, torrens filius, stagnum Spiritus sanctus. Quid enim iste Deo hominem explere potest? Ideo fortè Sapiens dixit, *Non saturatur oculus visu, neque auris auditu.* Vbi notat S. Gregorius Nissenus necdum dixisse duos oculos; omnia enim, quæ mundus continet, vix oculum satiare valent, neque autem visum, nedum totum hominem; ideo ignorantiæ attribuit peccatoris vanam rerum humanarum spem, dicens, *si scires*: peccans enim omnino ignorans appellatur.

12. *Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam*, &c. Renuit concedere Christus Dominus aquam, quam illi obtulerat, duplici de causa. Primò, quia ait, *vt non sitiam, neque veniam huc haurire. o hija de Adam; que quieres el bien para huir de Dios.* Vis ò mulier pulcritudinem ad tumorẽ, & superbiam, valetudinem ad delectationes, diuitias, & saturitatem; ne iterum opus sit rogare Deum: non melius est hæc à Deo repetere? Disce hoc ex catulo, quem ad oblectationẽ domi alis, qui cùm famelicus est, lætus tibi semper adest, vocatus accurrit, si paruũ est frustum, quod illi proiicias, statim redire solet, & in pedes se erigere, si parum iterũ mittis, capit oculis ad te semper intentis; si verò multum illi obiicias, etiam reuocatus non redit, sed ad rem obiectam arripiẽdam, seruandam, deglutiendam totus est intentus. Hoc nostrum est ingeniũ, sæpius petentibus rogata vel non conceduntur, vel minutatim, vt oculos, animos, & spem in Deum intendamus: scit enim re magna obtenta, arrogantia, & elatione à Deo recedere, neque iterum ad puteum pietatis, & gratiæ recurrere. Non sic Salomon ille, qui sapientiam expetitam adeptus meritis precum, vigiliarum, lacrymarúmque regnum, nomen, maiestatem, non more regum, sapientúmve aliorum, sapientiam ipse suam sibi arrogauit: quinimo sic in Deum sapientiã retulit, vt nihil in eo, nisi Deus, Deique nomen conspiceretur etiam ab Ethnicis, idque significat reginam Saba *venisse* (ad Salomonem) *in nomine Domini*, vt obseruat Caietanus, *nomen Domini* non ad profectionem reginæ diuina prouidentia susceptã pertinere, sed potiùs ad Salomonis sapientiam, &
13. famam *, ita vt legi possit, *audiuit famã Salomonis nominis Domini*; quasi diceret, totam tribuendam nomini Domini: palam enim illam sapiens prædicabat, & in Deum referebat. Ideo differt Deus spiritum, & aquam vitæ, vt ad illam expostulandam sæpius redeamus, nos verò dicimus, *neque veniam huc haurire.* Secundò fœminæ donationem distulit, ea quidem de causa, quam subindicat, dicens, *Voca virum tuũ*, quasi diceret, quid fœmina poscit, quid accipit absente nimirum suo viro? Quocirca Abimelec Saram suo Abrahamo restituens ait, *Ecce dedi fratri tuo mille aureos, hoc erit tibi in velamen oculorum tuorum*; cuius loci varius est sensus: nam genere neutro pro masculino posito legunt quidam, *hic*, id est, maritus tuus, poterit omnibus satisfacere, quòd intacta manseris: *segura và la muger con su marido.* Alij *velamen*, pro veste: *tocas, y manto*, quibus solent fœminæ oculos aperire. Sed meliùs alij *velamen oculorum*, pro cibo, victúque declarant: nam videre aliquando est viuere. *Non potui vt viderem*, id est, non possum ampliùs viuere præ malorum pondere, nisi suppetias feras mi Deus; appellatione oculorũ vita significatur *Psal.* 119.

Marginal notes:
A simili.
Eccli. 21. 17.
Consuetudinem fœminarum fugiant Ecclesiastici.
Donis alitur fœmineus amor.
Eccli. 29. 24.
a De incarn. b Tract. 15. in Ioan. c Psal. 45.
Ioan. 7. 39.
Eccli. 1. 8.
Quare Deus petenti, non det . . . promissa.
Simile est Senecæ dictum epist. 73. Vidisti aliquando canem, &c. *Simile.*
* Dispunctio Hebræa sic indicat, & Septuaginta, *Regina saba audiuit nomẽ Salomon, & nomen Domini.* Tigurina, *famam Salomonis in nomine Domini.* Vide P. Pineda Salom. præuio lib. 5. c. 14. n. 7.
Gen. 20. 16.
Psal. 39. 13.

Iere. 7. Rursus; quia aliquando vita sumitur pro victu, oculorum nomine hoc loco victus significatur, qui vocum progressus est frequens in sacris litteris; vt 1. *Reg.* 14. de Ionatha dicitur comedente fauum mellis; *aperti*, siue illuminati, *sunt oculi eius*, id est, sumpto cibo confortatus est. ergo hoc (inquit rex Abimelec) quod trado viro tuo, scilicet mille argenteos, *erunt vobis*, & omnibus, qui tecum sunt, videlicet vniuersæ familiæ, in velamen oculorum, siue in velamen victus, siue in adminiculum victus: Hispanè, *para ayuda de costa*, velamen, pro auxilio, & adiumento; *& memento te esse reprehensam*, id est, reprehensibilem; quia dixisti, *Abraham esse fratrem tuum.*

Nihil sine viro accipiat uxor.

Scio, ô domina, tecum esse virum tuum: *que hay marido en casa*, qui cùm domi sit, omnium conscius debet esse, quæ donantur, siue hæc ad vestitum, siue ad victum, vel ad vitam ipsam præstent; *idcirco dedi fratri tuo*, non tibi.

Matth. 1. 13. & 20.

Ideo Angelus Domini Virginem alloquitur. sed Ioseph præcipuè virum eius, certus etsi cæleste nuntium afferret Mariam per Iosephum tanquam per internuntium facile credituram, neque illo inuito aliquid accepturam; nam ad dona cælestia virum interesse vellè insinuat Saluator, dicens, *Voca virum tuum*.

14. *Non habeo virum. Dicit ei Iesus: Benè dixisti, quia non habeo virũ*, &c. Nunc iam medici personam agit Dominus. Quis tale asserat? communis enim fœminarum morbus est, latebras quærere, & crimina sua tegere;

Tegere crimina fœminarum solitum.

morbus quidem fœmineo generi frequens, adulteris tamen, & flagitiosis quasi insitus: nam vel fici foliis, honoris videlicet alieni óperculo turpitudinem suam tegere conantur, vel excusationem prætexunt, dicentes etiam alias sui similes vitio compares esse, & persimiles. O vesania! ô detestandus error fœminarum, hodie damnatus, & reiectus in Orcum, vnde reuocatus veneras, reiicieris. Audi sapientiam ipsam in Salomone loquentem,

Prou. 30. 18.

Tria sunt difficilia mihi, & quartũ penitus ignoro; viam aquilæ in cælo, viam colubri super terram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia; vide an legendum sit, *in adolescentula* *, & sensus erit de adolescente, *viri, de los esforados del lugar, adolescentula* intelligitur virgo clausa: ait ergo Sapiens rem difficilem prætendere, & supra suam sapientiam, ingens malum, nempe clausam subripere Virginem; sed supra modũ difficile: nam nullum sui sceleris vestigium relinquere oportet; sicut neque illa tria.

* Legi potest, vt bene notauit Iansenius, *viam viri in adolescentia.*

Adulterium non minus quàm stuprũ tegi vix potest.

Vide quid aggrediatur iuuenis, nónne hæc admiranda stoliditas, cæcitas, & amentia singularis.

Prou. 30. 20.

15. *Talis* (ait) *est via mulieris adulteræ quæ comedit, & tergens os suum dicit; non sum operata malum.* Nefarium crimen illud, quod de adolescente asserebamus, verùm adulteriũ perpetrare, & illud tegere, prodigium est, & simile portenti, omnem exhauriens sapientiam; illa verò sic est amens, vt solùm tergens os suum omnibus oculis tenebras obducere putet, *tergens os suum.*

A simili.

Puer tibi est delicatulus; edax tamen eorum, quæ in domum inferuntur, paniculos bis coctos tibi allatos sustulit, edit, rogatus negat; tu verò, quæ mater eius es, citissimè in supplicium vocas, & verberibus adiicis, vapulabis, o puer; quare? quâ de causa? quibus litteris, quibusve testibus eius veritas consignata est? *porque processos se dan estos assotes, conque indicios?* O miser, vestigia quæris? ecce vestigia, quibus tam ore, collo, pectore, & dentibus ipsis, micis minutissimis derelictis, tuum scelus prodidisti. *Talis est via; tan necia es como esto la pretencion de vna adultera*, quæ perpetrati sceleris tecti, & absconditi nulla vestigia reliqua fore existimat, & licet os suum tergat; omnibus tamen bene iudicantibus adultera videtur; quibus vestigiis, testibus scelus proditum est? quibus? filiis, qui quasi micæ eiusdem panis, quo satiata est, è collo, vberibúsque foras erumpunt, monilia, torques, annuli, & gemmæ, quæ è collo pendent à suo dilecto donatæ. Quis hæc poterit inficiari? Audi Sapientiam. *Ex iniquis enim somnis filij, qui nascuntur; testes sunt nequitiæ aduersùs parentes in interrogatione sua: para el juicio de Dios ya llenan el processo Lecho los adulteros.*

Sap. 4. 6.

Petulans mulier ipsa se prodit.

Cùm hæc ita sint, sic est sine méte, & sine fronte hæc mulier, vt Prophetam esse necessum iudicet, qui sua crimina palàm ostẽdit: *Domine, vt video, Propheta es tu*: domina, vt video, profusæ libidinis es tu. Nónne funẽ, & amphorã in puteũ portas? quorsum nisi vt aquam viro non tuo exhaurias? Dura res velle æstimari, & haberi pro pudica, & virgine, quæ prostitutæ signa gerit, calamistrũ, fucos, monilia, calceos, nõ viro suo, quẽ vel absentẽ habet, vel extinctũ, vel per integrũ mẽsem nõ alloquitur: *quinque viros habuisti*, ne abscõdas morbũ; quia nisi quod nouit medicina, non curat, nosce morbũ, & agnosce medicum, qui te curare venit.

16. *Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in ciuitatem, &c. venite.* Venatoris denique personã agit diuinus animorum amator *: malum enim fœminarũ maximum, & execrandũ est, ruinam multis modis viris moliri, venari, & capere, vt ait Salomon [a], *Mulier pretiosam viri animam capit*: & [b], *Mulier laqueus venatorũ est, & sagena cor eius, vincula sunt manus illius: lazo armado para necios: qui autẽ peccator est, capietur ab illa.*

Prou. 6.

* Cyrill. in Ioan. quia venturã Samaritanã ad aquas sciebat, doctrinæ illi retia tetendit. Simon Cassia. lib. 11. c. 1. Super fontẽ velut auceps Dominus sedebat aues rationales aucupaturus in retibus verbi sui, in quibus vna præcepta iudex ad capiendas alias facta est.

Hæc ergo, ait Dominus, quæ penè meretricia vita illecebris capiebat homines, à me capienda est, vt quæ in perniciẽ vires, animósque profuderat, in salutẽ totius Samariæ se iam omnino traducat. Ideo ad puteũ expectat quasi venator, alloquitur blandè, & animũ ad diuina sustollit. Ne fugias mulier, ne paueas, non in mortẽ capieris, sed in salutem, tu illecebris capiebas homines, pòst Dei verbo animos lucrabere Deo. Quanta iniquitas (ait Augustinus) & quàm lugenda peruersitas, vt anima, quam sanguine suo Christus redemit, luxuriosus quisque propter vnius momenti delectationẽ diabolo vendat.

a Prou. 6. 26.
b Eccli. 7. 27.

Hoc tuum munus, hoc maleficiũ extitit, si venatori credas; salutis illicium peccatoribus es futura. Horrent fœminæ, quoties ad virtutis exercitia vocantur; quasi tenebricosi carceris; verecundiã, stoliditatem, modestiã, rusticitatem, silentium, ignorantiã appellant. O ignoratio deploranda, quàm satius tibi esset (ait Augustinus) te ipsam venatori tradere, quàm in latitudine vitiorum degere! sicut ceruus, vel dama in bellis timida.

Felix fors fœminæ quæ se dedit Christo, non sæculo.

Si mihi crederet (ait Augustinus) se statim venatoribus daret: hac enim sua proditione improuisas sagittas, latratum, morsúmque canum, buccinarũ clangorẽ effugeret. Secus verò currens cæco, & præcipiti fertur impetu, montiũ prærupta transilit, præceps ruit, à molossis furenti impetu gradientibus mordetur, acerrimè vexatur, & opprimitur; nónne melius foret te statim iugulo tradere, & ex te missus & munera fieri equitibus, & regi ipsi in cibum offerri? nónne melius est

17. epulum Christi esse, quàm lenonum? Audi; in

Leuit. 16. 9.

in solemni expiationis die sortem mitti inter duos hircos præscripserat Deus: *hechad suerte entre dos machos de cabrio; cuius exierit sors, offeret illum pro peccato; cum autem sors in caput emissarium ceciderit, statuet eum viuum, vt in solitudinem mittat: vayase a sus anchuras cargado de los peccados de todo el pueblo.* Quid hirci significant (ait Origenes [a]) nisi duplex peccatorum genus? Alterum saluandorum signum; alterum damnandorum. Rogo ergo nunc, elige quam malueris sortem; nonne melius est Deo in sacrificium, hostiam immolari, quam libertate vaga canum infernalium iram morsúsque incurrere? Fabula est, verùm, in qua hædus magister libidinosæ mulieris poterit esse, fugiens lupum in ouium gregem intrauit exultans, & præ gaudio exiliens, pace, & salute frui gaudens quam maximè; post pauca autem deorum sacrificuli oues in hostiam allaturi in gregem intrant: tristatus est hædus, sed secum ex vtraque parte mortem iam sibi impendere cogitans ait: Vbique gladius, vbique mors hædum insequitur; melius est me diis immolandum, quàm lupis dilaniandum tradere. O mulier te iam muta animantia loquuntur, quid spectas? Expecto Messiam, *si el Messias viniese, por ay se ruge que viene ya. Scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus; cùm ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia: a sus sermones me conuertire, y nos hara iguales a los Iudios, y Samaritanos.* Hic seruator noster simulatam personam deponens; *dexose de disfraces, dixit, ego sum, mulier, qui loquor tecum: reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in ciuitatem.* Siste, quò pergis, mulier? quid te rogantibus dictura es? Dic, Messiam inuenisse, qui te omnibus amoris officiis diligenter excoluit, qui Iudæorum cùm natus esset rex, in Sichimitas nunc denuò pedem intulit, ordinauit charitatem, aciem amoris instruxit, sitire, edere, commorari non renuit. Dic post quinque viros nefarios, tui amantissimum, verúmque amicum, fatigatum ex itinere te blandè loquentem, & pellicientem inuenisse. Dic adolescentem tibi occurrisse speciosum forma præ filiis hominum, qui cùm homo, & Deus, id sanctitatis, id pulcritudinis sit, te non repulit; quin potius seipsum obtulit, & quasi prostituit. Dic in mercatorem incurrisse, qui te muneribus delinire non destitit, gratiarum monilia, confessorum, & Martyrum byssum, & purpuram tibi credenti spopondit. Dic inuenisse medicum animorum, qui modò tua crimina aperuit, postea sua vulnera, liuorem, & sanguinem in tua pharmaca dabit. Dic venatorem tibi iuxta fontem insidias parasse, & quæ suo cantu animos irretierat imperitos, modò in illicium ciuitatis, in Euangelistriam subitò traduxisse. Dices denique te stolidissimam fœminatum fore, & omnino ferream, si talem amantem non redamares, promittenti Deo non crederes, medenti vulnera non aperires, venatorem non denunciares. Mihi ergo quid dicis? quid gratitudinis refers? *O immortalis, & mea causa mortalis, bis genite, quique ad profliganda mundi mala carnem sumpsisti, crucem gestasti, tibi viuo, tibi loquor, tibi viua sum victima; quæ sola ex omnibus facultatibus reliqua est, & si quid mihi post me reliquum est, id totum tibi offero. O Dios immortal otra vez por mi engendrado, y hecho mortal, &c. vos amo, a vos predicare, y pregonare por las plaças, veis ay mis albajas, y ami totoda me offrezco.* Meliùs est me sitim pati, quam sitire Dominum meum: *adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. la lengua se me pegue de sed al paladar, si me oluidare de vuestra sed.* Bibe Domine; quia dum bibis, viuit anima mea, viuit amore, viuit gratia, viuet in gloria.

a Hom. 10. in Leuit.

Apologus de hœdulo.

18. *Epilogus concionis.*

Nazian. oratione ad Christum.

VERBVM SPIRITVS sancti Rom. 6. v. 19.

Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ: sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, &c.

Peccatricem turpitudini, & leuitati deditam mira industria, humanitate, & facilitate allectat ad se, & pertrahit.

DISCVRSVS LXXII.

ECCE *non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat; neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat.* Erigite aures, animósque attendite, mortales: ipse enim adest, qui vobis siue iustis, siue impiis spem salutis adfert, vestram calamitatem leuare, omnibus præsidio esse desiderat. An formidaris diuinas aures vestras orationes non excipere? *neque aggrauata est auris eius.* An putatis omnipotentis manus vestris calamitatibus, luctibus, funeribúsque subuenire non posse? *Ecce non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat.* In hæc luctuosa verba subitò erupit Propheta Isaias, cùm Deum fuisset intuitus à populo suo recedere properantem, thesauros fidei, pietatis, & amoris colligentem, sedem, & locum mutare tentantem. Immo verò tali rerum, & amicorum inopia oppressum contemplatus est, vt interpreti nostro verba defuisse credas, nec potuisse vno verbo cuncta complecti mala, in quæ ob crimina nostra prolapsus est Deus. *Vidit Dominus, quia non est iudicium: & vidit, quia non est vir; & aporiatus est, quia non est qui occurrat.* Cognouit Dominus ius, legem, & veritatem inter homines non morari; immo neque *virum*, hoc est, fortem, prudentem, & integritatis laudem assecutum: quapropter *aporiatus est.* Verbum est Græcum, quod significat *hæreo*, consilij inops, & perplexus sum, in summam angustiam redigor, pauper sum, & indigeo: *angustiado està Dios, perplexo està Dios, necessitado està Dios*; nulla alia de causa, nisi *quia non est qui occurrat*, qui eius dona libenter oblata velit excipere, inuitantíque occurrere. Hæc verba sigillatim expendam.

1. Isai. 59. 1.

Dol. Deus peccatores non tæduit ad spem misericordia obtinenda.

Isai. 59. 16.

INTRODVCTIO.

Aporiatus est Dominus, angustiis premitur. Contemplare matrem puerperam, quæ primogenitum in lucem edidit, pulcrum, & elegantem; à genitrici tamen auersum, vbera materna abhorrentem, soli matri suæ tristiculum, insuauem, & morosum; ecce in maximas venit angustias, tum propter infantem se minimè amantem, tum ob lactis vbertatem, qua exuberat pectus, & vbera plena: nam è vestigio cæcus, paruu

2.

A simili.

Mater, Christus.

paruulúsque catulus quæritur, qui vberibus adhibitus prima generosi sanguinis libamina sugit, & primogeniti thesauros lactis exhaurit, vndique angustiis premitur, si seruat lac, vel si belluæ, & non filio communicat, *aporiatus est Dominus.* Hæc primò in seruo, quàm in Domino perpendere libeat. Nutricis munere fungebatur Paulus erga eos, quos fide, & amore filios pepererat Christo, *quasi paruulis lac vobis potum dedi*; qui autem se illi in prædicando opponebant, lac doctrinæ illo in sacro pectore continere volebant. *Va mihi, si non euangelizauero*, his æstibus agitatus huc, illúcque gradiebatur, ab his minimè exceptus; ab aliis tamen amanter, & suauiter recreatus. *Aporiamur, sed non destituimur*; angustiamur quandoque, nouorum tamen filiorum prouentu, & fide consolamur. Sic ergo Seruator noster, qui mundum cælesti lacte quasi regia mamilla lactabat, Iudæam omnem diuinis imbuebat disciplinis, pòst lactis pabula aquam Baptismi per Apostolos effundebat: aqua enim amica lactis est, & germana (ait Clemens Alexandr. [a]) commota est super hoc Hierosolyma, & in furorem acti Iudæ filij, quos auidè quærebat generosa mater quasi genuinos catulos, in matrem, & Apostolos conspirant: Dominus autem sic aporiatus est, vt statim in Galilæam transmeare cogatur, viam per mediam Samariam instituens, lac diuinum non valens comprimere, cæcam caniculam, peccatricem, & alienigenam mulierculam pectori, vberíque pleno admouet, & cælestium donorum adulteram, & immeritam participem efficit; *quia non est, qui occurrat: porque no hay quien le salga al camino à Dios.* Sicque meritò clamat Propheta: Ecce, accedite mortales, & ad acerbum, & miserum spectaculum oculos mentis conuertite; est enim angustiis circumuentus Deus: *fatigatus ex itinere*; sic à suis Christianam fidem tenentibus repudiatus, repulsam passus, vt æquum iudicauerit Turcas, Indos, Barbaros, cæcos, & immanes suæ doctrinæ vberibus admouere: *& non est qui occurrat.* & neque sic amatur, excipitur; ergo *ecce mulier de Samaria*; hæc tuorum desideriorum adimpletio, hæc quod tibi in optatis erat, licèt ignara, & alienigena, libenter perficiet. Age suauissima mater, prædica verbum, diuinas illi instilla disciplinas, curásque, & doloris causas referto.

1.Cor.3.2.

2.Cor.4.8.

a Lib.1.pædagogi.

3. *Deus quasi derelictus, mercaturam agit.*

Aporiatus est Dominus. Pauper, & indigens est Deus à suis derelictus: fac tibi cogitatione præsentem mercatorem, aliàs nobilem, cuius omnes res, & pecuniæ in mercatura versantur, qui post maximos quæstus, post longa itinera, curas, & labores impensos, telas sericas palàm propositas, in tabulis suis collocatas, emptores à mane vsque ad vesperum præstolatur; nemo tamen accedit, nemo mercatur; contemplare tacentem, barbam scalpentem, vngues, & chirothecam rodentem, secúmque meditantem. O infelix, quò me premam, rem omnem in mercatura collocaui, quæ nisi expendatur, qua ratione societati, & pactis, dictísque diebus stare potero? proh dolor, frangam fidem, dissoluam societatem, locum, & sedem mutare cogar. Olim Deus omnia sua bona in punitione, seuera animaduersione, & criminum vindicatione collocauerat, harúmque rerum copiosam mercaturam faciebat, & quasi domesticum mercatum vltionum, & suppliciorum instituebat; his tamen neque ditior factus, neque suis dilectior, misericordiarum, & donorum cælestium merces venales proponere, quæstus maximos facere volens, decreuit. Itaque munus hoc, & mercium gestus sic adamauit, vt iam vltrà Deus vltionum appellari non patiatur, sed misericordiarum Pater, & Deus totius miserationis; non iam in domo Dei iustitiæ expenduntur, sed in domo peccatoris, inde emit Deus iustitiam, & supplicium, si quod in impios oporteat exercere. Pater igitur misericordiarum dicitur; quia (vt ait Bernardus [a]) *miserendi causam sumat ex proprio, iudicandi, & vlciscendi sumat ex nostro.* Sicque fit, vt licèt æquè Deo & iustitia, & misericordia conueniant; vlciscendi tamen munus non per se, sed per accidens dicitur aduenire; ab alio enim illi aduenit: miserendi tamen opus per se illi inest; per se enim Pater misericordiarum, & cui proprium est misereri semper, asseritur: munus enim magistri non est pueros flagris afficere, hoc enim ridiculum est; sed per se edocere, per accidens verò flagellare, sin minus edisicant. Quapropter sacræ litteræ semper Deo munus miserendi attribuunt; quod exemplo luculentiùs explicabo. Habet princeps famulum nulli alij addictum muneri, quàm vt lyram pulset, cantus edat, vt tempus, & heri sui voluntas postulauerit: scit ille munus suum, sicque studet suæ arti, & muneri adimplendo. Quando Dominus cantu gaudet, facilè imperat, dicens: Fac aliquid; tunc è vestigio ille cantatum in mediam coronam prodit; hoc enim munere fungitur. Si verò princeps opus aliquod iniungat, quod psallere, & pulsare citharam non sit, sigillatim illum instruere, & admonere oportet, vtpote si imperaret vt munus à secretis ageret, litterásque ad alios principes mitteret. Sic sacra pagina quando à Deo iustitias expetit, clarè, & manifestè deposcit. *Contere brachium peccatoris, & maligni*; &, *Dissipa gentes, quæ bella volunt.* Cùm verò misericordias expostulat, nihil aliud, quàm vt munus suum expleat à Domino rogat. *Si iniquitates nostra responderint nobis, Domine fac propter nomen tuum*; *quoniam multæ sunt auersiones nostræ.* nihil nisi *fac* asserit: ergo hoc eius munus est misereri. Et, *Intende, & fac. Laudate cæli; quoniam misericordiam fecit Dominus.* Regia, & Complutensis habent, *quoniam Dominus fecit*: idem ergo est & misereri, & munus suum explere, vt planè noueris Christiane, qualem Deum roges, qualem habeas Patrem, qualem misericordiæ amatorem, & mercatorem. Ex quibus iam libeat colligere, quàm meritò clamet præco cælestis Isaias, *ecce*, properate, mortales, tristeque spectaculum intuemini hominem Deum, qui tot labores in pietatis mercatura collocauit, palámque propositas merces nullus apperit, nemo exposcit, *non est, qui occurrat.* O rem mirabilem, Deus inter mortales indigentissimos cælum venale proponit, & nemo empturus properat; ad quem confugiunt, qui Deo non occurrunt? proh dolor, assumam merces in cælum, concidet fides, dissoluam societatem, eósque sordescere, & indigere

Venales proponit misericordias mercator noster.

a Serm.5. de natiuitate.

4. *Pater misericordiarum Deus.*

Simile.

Psal. 10. 15.

Psal. 67. 31.

Ier. 14.7.

Ex officio misericordias dispensat Deus.

Dan. 9.

Isai. 44.23.

5.

indigere in æternum patiar. *Aporiatus est Dominus.* Ibo igitur ad populum non credentem, vos alloquor Samariæ ciues, suscipite Deum vestrum diuinis mercibus onustum, liberalémque mercatorem: *quia non est, qui occurrat. Ecce mulier de Samaria.* Age Domine, nec tam instans occasio videtur prætereunda; ille incunctanter licèt non emere, sed haurire aquam velle cognouit: multo tamen mane suarum mercium speciem iucundissimam, & ad aspectum, ostensionem, gratissimam suarum diui-
Simile. tiarum facturus euigilauit; non secus ac mercator, qui per vicos, & plateas merces emendas circumfert, si in fœminarum coronam incidit, statim lætus, & expeditus arculam omnem euoluit, merces explicat, & ex inuolucris liberaliter profert, palámque constituit, vittas, zonulas, funiculos, fascias, pepla delicatissima, specula fulgentissima, filum Lusitanum, grana hyacinthina, & rubra, margaritas, filum sericum rubrum, pallidum, candidum, aureum, argenteum, diademata ad capita mulierum ornanda, vt speciem rerum obiiciens, in cupiditatem inducat. Sic nobilis animarum amator merces, quas Hierosolyma respuit, fœminæ fortunatissimæ reseruauit, quam cùm ad hauriendam aquam venturam prænouit, cælestes merces explicauit, palámque constituit, vt gratiores essent. *Dilectus meus, candidus, &*
Christi pulcritudo. *rubicundus*, &c. è venis enim sacratissimis rubrum sanguinem quasi penicillo defatigatione, & labore per genas diffudit, & ad radices subflaui capilli, & aurei minutissima grana candidā sudoris quasi margaritas facit erumpere gemmas dentium candicantium, prodit respirandi cupiditas, coccinea labia bipartita suauitatem odoris inhalantia, suauitate vocis, comitate sermonis ad fœminam demulcendam comparata, brachia candidissima explicat, marmoreos pedes producit; serenam frontem ad aspectum gratam obiicit, & intentos oculos à fœmina nunquam deiicit. O felix fœmina, quæ talem nacta es occasionem! ô vendendi cupiditas Domini, cui non merces suas gratis porrigit, qui adulteræ tam libenter prodit? illa equidem diuinitus edocta casum in consilium vertit, & quæ haurire venerat aquam diuinis ditata donis regreditur; modò iam *non est qui occurrat:* ideo nudus, indigens, *& aporiatus est Dominus.* Immo & tertiò iam

6. *Quasi inops consilij Deus.* *Aporiatus est Dominus.* Consilij inops est Deus, afflictus, perplexus est: itáne verò deerit, qui illi occurrat, ne angoribus conficia-
A simili. tur? Considera parentem generosa filiorum prole exultantem; inter tot autem vnus consceleratissimus, impurus, petulans, supplicio quotidie, & vinculis addictus, quem pater nec verbis compescere, nec animaduersione frænare, nec à perditorum familiaritate, & congressione patrio iure potest prohibere. Quod inire potest consilium pater? *quia non est, qui occurrat.* Ecce adsum ego, mecum pennas remitte. Qui tibi æstus? qui error? quæ inopia consilij tibi potuit euenire homini minimè malo? cogitas de filio? fine has cogitationes, reliquósque filios in honore constitutos considera, hunc, cuius libidinem coërcere non vales, cui satis, sed frustrà patria disciplina prouidisti, desere, obliuioni trade, vagari permitte. Quid perdis? perditum? pereat, abeátque in malam rem, honoratiores habes alios, & modestiores: *non est, qui occurras, non me dais buen consejo;* non enim bene obliuio vnius filij ab aliorum possessione petitur, nec parentis dolorem leuat: quod significanter admodum Ecclesiasticus explicauit, *Sicut in percussura cri-* Cap.17.5.
bri remanet puluis, sic aporia hominis in cogitatu illius: sic rationes, & cogitationes voluuntur, & circumferuntur in intellectu consilij inope, & mœrore confecto, sicut in cribro, cùm purgatur triticum; id enim voluendo, & circumagitando agitur, vt quæ leuiora, & puriora sunt, per cribri foramina sensim collabantur; furfures verò, & cortices, ac si quæ crassiora sunt, remanent. Sic cùm quis curas cogitatione versare, & agitare incipit, cernit ea, quæ illi solatio esse poterant, labuntur, memoria excidunt: ab his autem rebus, quarum desiderio angitur, neque oculos, neque cogitationem potest auertere. Vndecim filios se coràm possidebat Iacob, interim tamen nuncia- *A simili ex sacra Scriptura.*
tum est ei feram pessimam deuorasse Ioseph; quis suadeat parentem, ne minoris filij iacturam defleat? Absit, omnes à cogitatione labuntur, solus remanet angor, & dolor de obitu Ioseph. Nunc ergo iterum atque iterum clamare Prophetam æquum est, *ecce* attendite homines, & videte vniuersorum Parentem angoris, & acerbitatis plenum; *quia non est qui occur-*
ras, indiget consilio, nec est à quo capere pos- 7.
sit. Non est? ego, Domine, licèt sim puluis, & cinis, meo suasu, & consilio subuenire conabor. Quæ te cura solicitat? quam ob caussam pomeridianis æstibus fatigatus incedis? Pastor animæ meæ, nónne melius tibi foret in vmbraculis à labore cessare, animúmque curas remittere? minimè, (ait) ouiculam enim perditam conquiro, nec acquiescet animus, donec inueniam. O Domine, hæc ratio in tua difficili causa inueniri potest, nempe in memoriam reducere nonaginta nouem oues, quas extra omnem aleam, & discrimen in pascuis cælestibus possides, reliquam, vnicam, te fugientem ex memoria depone, & voluntaria obliuione lupis deuorandam trade; quid tua interest? *non est, qui occurras: no me facais de cuidado;* omnes enim Angelorum greges innumeri meam præteruolant cogitationem, solúsque superest, fixúsque in mente manet dolor de perdita muliere. *Ecce mulier de Samaria: ela señor a la ouejuela perdida.* Ecce peccati filiam, adulteram, quam ardenter diligis, cura, pastor, & pater amantissimè allicere verbis, & in pristinum amorem reuocare. *Si filius honorabilis mihi Ephraim, si par-* Ier.31.20.
uulus delicatus: si tendra estima mi hijo de mi? si meo amori, & dilectioni acquiescet? si præbebit se filium erga fatigatum genitorem suum? *quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius: idcirco conmota sunt viscera mea: ay mi hijo, que de solo ver te se me ha derritido el coraçon.* Patrem considera, laborem perpende, semper sum pater, *sentite de Domino in bonita-* Sap.1.1.
te, saltem Deo quod patris est, date, curam, amorem, placabilitatem; modóque attentiùs ausculta, quibus modis te ad eius amorem allicere tentat.

Fatigatus ex itinere sedebat sic. Libeat modò 8.
digressionem facere, dum hæc mulier pro- SERMO EVANGELII.
piùs ad puteum accedit, in qua homini summi boni

boni, & æterni mali momenta æqua lance perpendamus: operæpretium enim me facturum duxi, si negotium nostræ salutis, a quo pendet æternitas, suo, vt par est, momento ponderemus. Itaque constitue tibi hic trutinam, binámque lancem; primam hoc verbum constituit, *fatigatus Iesus*: alteram *sedebat sic*; hoc enim significant verba, *descançaua al passo, que se hauia cansado*: si requiescit, ideo est, quia fatigatus aduenerat; nullis enim conceditur gloriæ requies, nisi priùs fessis, & fatigatis. *Perpende*, obsecro, qui sint labores ex hac parte, quod pœnarum pondus in hanc lancem Pater imposuerit, *Iesus fatigatus*. Quibus fatigatus? omnibus mundi peccatis, pœnis scilicet omnium peccatorum. *Posuit Dominus super eum iniquitates omnium nostrûm.* Quos angores non pertulit? molestias, maledicta, ærumnas, cruces, summam rerum vicissitudinem, discipulorum ignorantiam, vulgi inscitiam, procerum maleuolentiam, scribarum audaciam, discipuli proditionem, mundi ingratitudinem, summam denique omnium rerum egestatem morti coniunctam expertus est: tanto pondere grauata statera in terram propendet, sedétque *fatigatus Iesus ex itinere*. Sed vide vbi sit altera lanx? quò ascenderit? in celsitatem gloriæ, in requiem immortalem. Audi; *sedebat sic: el peso mismo, aunque se cansa, le sube al descanso*, quod non tacuit Paulus, *Momentaneum, & leue tribulationis nostræ in hoc sæculo.* hæc ex vna parte constituit; modò in alteram bilancem oculos attollit. *Æternum gloriæ pondus operatur in nobis*; ergo *sedebat sic*. Vultis videre qualis futura sit iusti requies? videte, qua ratione laborum pondus sustinuerit, qualiter de via fessus sit; pari enim mensura, gaudio, & æterna tranquillitate fruetur. Si enim quæras, quid est *requiescere*? inquiram ego, quid est *deaurare*? vtique aurum tollere ab eo, quod auro tectum, & inauratum erat; idem dico tibi, quid est requiescere? *descansar*; cessare à labore, animum remittere, quod nullatenus fiet, nisi priùs defatigationem, & lassitudinem senseris: *vt requiescant à laboribus suis.* Ex quibus haud difficulter apparet, quod sæpe curiosè inuestigamus, in quo sit tanta gloriæ diuersitas animorum simul Deo fruentium, cùm sit eadem æternitatis sedes, cæleste stratum, genialis lectus? qui Deus est, in quo quiescunt. Nónne (rogo) in vna, & eadem sella diuersi diuersimodè requiescunt? qui enim multum tempus, vel sedendo, vel otiando consumpsit, non gaudet sessione; qui verò longissimam breui tempore viam confecit, vel à diurnis, & magnis laboribus conquiescit, subsellio, lectóque iucundiùs gaudet, & altiùs, dulciúsque dormit. *Dulcis est somnus operanti*, contrà verò Ecclesiasticus, *Vigilia, & cholera, & tortura viro infrunito: el regalon entra crudo en la cama, y no halla descanso.* Sic ergo in beatitudine contingit, qui fatigatior ad Deum euolauerit, hic maioris gaudij particeps fiet. In quo immensam Dei largitatem considera, qui honoris mensuram gloriæ, & æternæ salutis vestris manibus, vestro arbitrio permittit, liberúmque tibi relinquitur maiores, maximósve gloriæ accessus in dies eligere, & comparare. *Sic fatigatus*; similitudinem enim hæc verba significant: *en el grado, en que se fatigò, descansò.* Quod clarissimè Isaias prophetauerat, *Pro eo, quod laborauit anima eius, videbit, & saturabitur: verà, y se satisfarà, sedebit sic.* Sic etiam Paulus tacitam exsoluens quæstionem, qui potuerit Saluator noster homo laboribus insuetus tam impigrè ad labores, ad pericula, ad mortem properasse, & sustinuisse? Respondet Paulus; quia videlicet etiamsi vt Viator vitæ labores vnam bilancem onere grauatam in terram, in puteum, in crucem, in sepulcrum propendere videret: simul tamen qui beatus erat, & clarè cælestia intuebatur, alteram ad Patris dexteram gloria Dei filio digna refertam, & celsissimam contemplabatur, qua perspecta non solùm hæc onera patienter ferebat, sed immensas curas, & ærumnas ingentes deuorauit, & exantlauit. Quod cùm certò sciret Paulus, non solùm labores patienter ferebat, sed auidè quærebat, ardenter suscipiebat, inexplebili cupiditate sitiebat. *In laboribus plurimis, in carceribus, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, ter virgis cæsus sum*, &c. Quare te Paule, in tales, tantósque labores committis? vtique; quia in his mihi salus, vitaque constituta est, *fatigatus sedebit sic.* Tene igitur bilancem, serue Dei, nemo in contrariam partem inclinare persuadeat; ibi labores, & vigilias incessanter imponito, *non sicut cæteri, qui spem non habent*; sed sicut prouidus diuinitúsque edoctus à cælesti magistro, *qui sic fatigatus sic sedet*, mortalitatis itinere peracto: sicut quondam super fontem ex itinere *fatigatus sedebat sic.*

Alia etiam æterni mali digna ponderatio facienda est. Pro quo duplicē in trutina bilancem assigna. Vna est, *Ecce mulier de Samaria.* Altera, *Venit haurire aquam*: quod enim symbolū aptius ad mobilitatem fœminarum harum exprimendam, quàm eas bilancem facere, illísque delectamenta, quæ apud iuuenes luxuria, & leuitate remissos, tanti pōderis sunt, imponere: quod etiam magis nobile, notiúsque symbolum grauitatis peccati, quàm *amphora*, quam secum portat, in qua pendentem, & considentem iniquitatē iam olim viderat Zacharias. In primam igitur bilancem pondus imponito omnes mundi, & carnis illecebras, quinque viros (nónne sat esset) libidines, cantilenas, ornamenta, & quæ omnia ad trutinam ponderata Salomō vanitatem appellauit, & visa mendacia; quantū momenti habent hæc? quantum fœmina leuitatis symbolum, mendacij artifex, fallaciæ magistra: quantum duratura? *momentaneum, & leue.* Quanti emuntur? multa opera, multo impenso labore voluptates explentur. O homo, en virtutis, & sapientiæ disciplina, cùm voluptas quasi titillat sensus, cùm ad eos cum suauitate affluit, & illabitur, ne te libidinibus constringendum tradas, sed ratione præditus pondus considera, rerúmque leuitatem perpende. Quo si hæc minus mouet, oculos in alteram bilancem attolle, Quantæ grauitatis est peccatum, inde perspicies, in amphoram detrudi, sursúmque tolli; iniquitatem vidit Zacharias: *talentúmque plumbi* æstimata est: *inmenso peso*; os amphoræ plumbo etiam operitur: omnia enim, quæ peccatum comitantur, plumbea, & grauissima sunt. Fiat ergo appensio iusta, & digna ponderatio, *hæc est oculus eorum in vniuersa terra.* Videto qualem mensuram celerrimè explere conentur omnes, qui effrænatè ruunt in

Margin notes (left column): Æternitas suo momento ponderatur. — Gloria pondus. — Isai. 53. 6. — 2. Cor. 4. 16. — Futura requies iustorum qualis. — 9. — Apoc. 14. 13. — Eccl. 5. 11. — Cap. 31. 24. — Libertas ad promerendam gloriam.

Margin notes (right column): Cap. 53. 11. — 10. Oportuit Christi animam beatitudine frui, vt sic tot labores sustineret. — 2. Cor. 11. 23. — 1. Thes. 4. 13. — 11. Immensi mali ponderatio. — Cap. 5. — Rerum leuitas continet in peccato. — Cap. 5. 7. — Ibid. 6.

Grauitas peccati.

in omnia genera peccatorum, quàm graue sit peccatum nunquam perpendentes. Perpendat igitur ipsa Dei sapientia, quæ pondus adulterare non potest: *ducunt in bonis dies suos*; lætantur quidem, sed omnes voluptates præterfluunt, neque perpetuæ sunt, sed breuissimæ, & vanissimæ: *& in puncto ad inferna descendunt*. ex altissimo gradu dignitatis, & gratiæ præcipitatus peccator, *in puncto* ad inferna descendit. Dicant Philosophiæ periti, quo maiori grauitate res prædita est, eo celeriùs inferna petit, cursumque peragit. Si igitur immensa internalla loci, quibus Deus ab inferno disiunctus est, excurrit peccator, & metitur in puncto, planum fit, infinitam grauitatem continere peccatum, cum qua amphora peccatoris infinita spatia in momento temporis peragit. Te igitur in hac causa inter vtramque bilancem iudicem constituo, nec dissentiri his, quæ propono, poteris. Sicut enim necesse est lancem in libra ponderibus impositis deprimi; sic animum perspicuis cedere, & assentiri. Si ex vna parte leuitas fœminea, delectationes, fallaces, & turpes; ex alia peccatum infiniti ponderis præpendet, in quam partem te propendere, & inclinare æquum est? cui immortalem thesaurum committes? fœmineæ leuitati, an peccati grauitati? ex illa immensam leuitatem, ex isto infinitam grauitatem humeris tuis imponis, qua te premes? quid magis horribile? quid magis deforme? quàm cùm de salutis momento ad trutinam rationis agitur; sine iudicio, & sine ratione esse? Audi gementem, & sub peccati onere laborantem. *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me* [a]: cùm tamen peccata eius Deus ipse in humeros suos transtulerit; *Transtulit Dominus peccatum tuum* [b], quo deprimeretur, si in peccati amphora peccatorem mors præoccuparet? eò nempe, vbi fatigatus ex itinere diues ille epulo siti, & fame in æternum torquetur; Lazarus verò in æternum recreatur: sicut Saluator noster, qui *sic fatigatus, sic sedebat* supra fontem; pro mensura enim laboris iustorum requies paratur, & desideria explentur.

Iob 21.13. *Ratione à simili ex Philosophia.*

12.

Nota. Si lapis molaris inciperet cadere è conuexo firmamenti versùs terrã, opus haberet nõaginta annis, vt decideret, & terrã attingeret, etiãsi singulis horis caderet, & descenderet ad ducẽta milliaria, naturaliter enim non possee amplius spatij peragere. Diuide enim 160. milliones (tot enim sunt à terra ad cõuexum firmamenti) in dies, & annos, dando cuique horæ ducẽta milliaria, & inuenies rẽ ita se habere. Vide P. Clauiũ in sphæra.

a Psal. 37.5. b 2. Reg. 12. 13.

13. *Quo vberiùs mundo inseruiuit peccator eo aptior Deo inseruiendo.*

Mulier de Samaria venit haurire aquam. Quid tam longa expectatione Domine, in hac peccatrice fœmina inquiris? Quid carnis in illa, quod sic tuos mirabiles excitauit amores? Nihil, præter hoc, *mulier de Samaria venit haurire aquam*: nam fœmina, quæ cum lætitia, & voluptate quinque virorum profusam libidinem, perditos mores, acerbissimum iugum seruitutis, & otiosæ libertatis potuit sustinere; nec meridianis æstibus, nec labori parcens, sic læta, & expedita ad hauriendam aquam venit, hæc vtique aptissima ad labores virtutis perferendos erit, & quo in leuitate constantior, eo in Deo inseruiendo firmior euadet. O magnum peccatorum solatium, iure quodam ad virtutem ascitos esse, quo ardentiùs vitiis inseruierunt, ex quo magis soliciti in inseruiendo Dei hoste fuerunt, eo firmiorem actionem habere, vt in Dei seruos asserantur. Videant interim quàm paucis contentus sit Dominus, & quos illi ad virtutem conatus adhibere debeant, hoc Paulus edocuit, *Humanum dico, propter infirmitatem vestram*. D. Chrysost. [c] Humanum dico, quod humanum est, parum est. Nobiliores vos habeat sancta libertas charitatis, quam in carne validos habuit vsus terrenæ voluptatis. Hieronymus, & Augustinus sic explicant, qui vobis Christi vitam, mortémque proposui omnino insumptam, & collocatam, in asserendo vos in libertatem gratiæ, magnum quid à vobis exigere possem; sed animaduertens infirmitatem carnis vestræ, humaniter admodum, & indulgenter vobiscum ago, multúmque remitto de meo iure, minus à vobis deposcens, quàm rei dignitas postulat: cùm enim dicere vobis possem, quod Iudæis quondam dixit Baruch: *Sicut fuit sensus vester, vt erraretis à Deo, decies tantum conuertentes, iterum requirite eum*; humaniori vtor ratione, vt, *sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem*. S. Augustinus [a]: *Quid est, sicut illud, ita & hoc? nisi quemadmodum ad peccandum nullus vos cogebat timor, sed ipsum libido, voluptásque peccati, sic ad iustè viuendum non vos supplicij metus vrgeat, sed ducat delectatio, charitásque iustitiæ: vos otros os alquilastes à seruir a la iniusticia* (id enim est *exhibere*) *hazerse buenas beyas*. Modò dico, vt liberè, & volentes sitis serui iustitiæ. Chrysol. [b] magnitudinem pietatis ostendit, cùm euangelicam doctrinam ad tam humilia, & verecunda deponit exempla, vt sanctitati tantum, quantum immunditiæ; quantum iniquitati iustitiæ, tantum imponat & imperet seruituti. vide ibi alia. Verùm hic nobis obstrepit infirmitas tua multa à te exigere Christum, maiora hæc esse, quàm vires fœminæ ferre possint. Sed ignoras prorsus: qui enim ad sua onera, iugúmque suaue inuitat, satis perspectam habet fortitudinem, qua sicut mundo inseruisti, Deo inseruire valebis, si traducere in Dei seruitutem coneris vim, & conatus; quibus de puteo humanarum cupiditatum libidines educere, & explere non destitisti; *hydria enim* (ait Augustinus) *amorem sæculi designat, puteus terrenam conuersationem, de qua hauriunt voluptatem*: quæ ergo in meridiano æstu fune oblongo hydriam tanto labore explere præsumit; quare seruire iustitiæ in sanctificationem recusabit? At dices, homo sum, imbecillus, laboribus insuetus. O vox improba ex nimio otio, & effluenti ingenio, & ignauo producta, in tuum dedecus hæc fœmina in aspectum, lucémque profertur; *venit mulier haurire aquam*. Nulla inter fœminas tam impotens, quæ saltem ad hauriẽdam aquam temporalium delectationum quolibet posito labore non audeat: inter homines autem in scelere vigilantes, in perditis rebus proiectos hoc inertissimum verbum profertur, non habeo vires, quibus hauriam æternæ salutis aquam; diem integrum in ambulando conterunt, & stantes vnam concionis horam audire posse negant: totam noctis quietem ludendo transigunt; Deo autem, & Virgini globulos sacros per quadrantem percurrendo vacare laboriosum est; expectat tenebras miles, & ferreo casside tectus, lorica indutus, clypeo munitus, ferro denique onustus per ciuitatem concursat: vel regis stipendia sub aliquo vexillo meretur, & putidam, fœtidámque carnem paucis verberibus afficere impar est viribus. Opus est ad Indos transmeare, diuitias congerere, in ipsa terræ viscera ire non dubitat, patrem autem animique medicum conquirere, inanes gressus, effœminata opera putat: O miser, quid est faciliùs, aquam sursum efferre, an

Rom. 6.19. *Deus paucis contentus à peccatoribus.* c Hom. in hunc locum Pauli.

14. Cap. 4. 28.

Rom. 6.19.

a Epist. ad Anast.

b Serm. 114.

15. *Ignaui & socordes peccatores arguuntur.*

decorsum

decorsum effundere? vtique extrahere laboriosius est. Aqua ergo cupiditatum mundi fune extrahitur, educitur, maximo sudore, & labore obtinetur: dona verò cælestia effluunt, è cæloque dilabuntur; quare in hæc distlus ignauus,
Confirmatur eadem doctrina. & in alia obtinenda solertissimus es: *Mulier da mihi bibere*, in te oculos conieci, introque aspexi, & noui mihi optimè ancillari officio posse deseruire, quæ serua mundi, luxuriæque mancipium certis notis compuncta fuisti. Vide Domine ne multum exigas, onúsque recuses. Nequaquam multum est, id exigo, vt illum animum, illúmque ardorem adhibeat in porrigenda mihi aqua, quo suis lenonibus ministrabat. Quod idem luculentis verbis exigit Pau-
16. lus, vbi ille de gloria loquitur; nos verò de gra-
1. Cor. 15. 47. tia. *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis, qualis terrenus, tales & terreni*, &c. P.
a Vbi suprà serm. 114. Chrysolog.ᵃ Absurda, & indecens videretur cõparatio (*sicut exhibuistis membra vestra*, &c.) quæ tantum gloriæ, quantum turpitudini hominem cupit esse subiectum. Sed vtinam vel tantum: *oxela hiziera mos tanto por el cielo, como el infierno*, & quando tantum cælo, quantum terræ; quando tantum virtuti, quantum vitiis fragilitas humana famulatur.
A simili. *Da ergo homo Deo tantum, quantum carni vitiisque tribuisti.* Ingressus in officinam pectoris iuuenis illum hominem argillaceum effingentem luto, & argilla os, caput, vestémque formantem. Quorsum? Dicam: antequam id, quod cogitatione efformarunt pictores, imaginémque animo comprehensam in lucem efferant, rude primum operis simulacrum adumbrant, ex quo in bono lumine collocato, motus, sensus, & quæ ad vitam proximè accedunt, exprimunt; quibus peractis fictam statuam demoliuntur, & expressam ex illa, claram figuram suis lineamentis effingunt. Omnes vos (ait Paulus) ad viuum effictæ imagines Creatoris extitistis; peccatum verò, & lutulenta vitia vos in argillam, & lutum malè compactum conuerterunt, emortuos delictis sine gratia, sine colore, *qualis & terrenus, tales & terreni.* Christus tamen, qui vos gratiæ donis reformare venerat, quid à vobis terrenis exigit? nempe vt illa terrea imagine ante oculos vestros proposita, illa vobis obiecta vita maculis plena, rudique simulacro, inde solùm ardorem, animositatem, studium, quo in terrena ferebamini, excipiatis, & exprimatis, postea Christum egregiis virtutum coloribus in vobis illustretis,
1. Cor. 15. 48. *vt qualis & cælestis, tales & cælestes* euadant in resurrectione: modò tamen exigit, *vt sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis.* Heus auare, te Paulus admonet, vt tibi proponas ardorem illum, cæcitatem, iniustitiam, compressam manum, minimè liberalem; parique solicitudine nouam, mundam, largam reformes, animæque, & con-
Ad instar terreni simulacri reducendus est Dei homo. scientiæ ratiociniis sicut humanis insistas. Te superbe Paulus alloquitur, vt ex illa, quæ te in præcipitia animæ gloriæ cupiditas extulit superbia, & ambitione, te humilem ex luto demissum, & modestum componas. Et tu carnalis, & intemperans illa spurcitiarum simulacra, sordidaque opera in memoriam reuocare saltem obiter non dubites, & pari studio appetitiones cohibere, motus frænare ieiunio, oratione, lacrymis, & flagris coneris. Tu item fœmina antiquam illam mulierem tibi obiice ærumnosam, impudicam, comptam, scelere, & libertate nobilem, & qua solicitudine te diu, noctúque vt formosa mundo viderere, vexasti, pari studio vitrea specula effringas, ornamenta deponas, fucos abiicias, funem, & hydriam desideriorum relinquas, & ad imaginem illius cælestis hominis, vel illius peccatricis Magdalenæ, vel saltim huius fœminæ, quam hodie tibi imitandam proponit seuera disciplina libidines contine, vetustatémque restaura: paucis enim contentus est Deus, & si in his ab hominibus labor recusatur virtutis, statim 17.
per Ieremiam queritur: *Quia adulteris repleta est terra; quia à facie maledictionis luxit terra* &c. *factus est cursus eorum malus, & fortitudo eorum dissimilis.* Cap. 23. 10.
Proh pudor! quis ferat animo vestram dissimilem fortitudini? mundi seruituti ardentes, robusti, erecto semper, & confirmato animo estis: ad virtutis autem studium friget animus, mollis, angustus, & eneruatus redditur? Quis est mundus? pro cuius amore tot, ac tanta profundere, ac perdere officia non dubitatis? solus ego sum tanto labore dignus: *Solus Deus dignus est officio & labore virtutis.*
nihil autem amoris erga me residet in vobis. Hoc egregius Psaltes vos edocere facto suo voluit, qui aquam de cisterna Bethleem allatam cum tanto militum suorum discrimine noluit bibere, sed libauit eam Domino, dicens: *Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc: num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarum periculum bibam?* 2. Reg. 23. 17.
Itáne futurum est, vt ego magnus sim dominus, dux, comes, aut rex, cum animæ meæ discrimine? itáne futurum est, vt prostituam ego pulcritudinem meam, & in eius admiratione homines tenere velim, simúlque dulciter sanguinem animarum, peccata, damnationémque quasi aquam ebibere? *libauit eam Domino.* Apage sis vt tanti dispendij aquam ebibere audeam, soli Deo immortali inseruiendo dignè tantus labor impenditur. Ideo huius fœminæ anxiam solicitudinem contemplans, inuidia, & æmulatione permotus,
ad inuidiam concupiscit spiritus; oculos in illam Iac. 4. 5.
coniicit, neque ab illa deiicit, donec blandis allocutus verbis in suam redigit seruitutem, *da mihi bibere.*

Da mihi bibere. Sit ita Domine, vt tibi mulier inseruire velit; quod autem munus in do- 18.
mo tua obtinebit? quod munus dicitis? sponsæ: hoc enim occultè innuere volo his verbis, *In sponsam vocat & eligit peccatricem amatoriis verbis.*
Mulier da mihi bibere. O cælestis magister, hoc vno verbo concionatoris mihi præcepta dedisti, & quò meum munus, quò mea ferri debeat oratio, declarasti. Ad hoc enim missus sum, vt Domini ardens quoddam desiderium, sitimque animarum expleam, quas ad mortem vsque sitire videtur. Misit quondam Abraham fidelem seruum, qui filio suo Isaac iam ad nubilem ætatem venientem dignam sponsam reduceret, iuratúsque quasi per verba Euangelij, quæ tunc in eius femore latebant, fidelissimus nuntius discessit. *Prædicatoris munus sitim Christi animarum explere.* Venit autem ad puteum, qui in Nachor Mesopotamiæ regione erat, oculósque ad cælum attollens hac vsus est oratione, *Domine* Gen. 24. 12.
Deus domini mei Abraham occurre, obsecro, mihi hodie, & fac misericordiam cum domino meo Abraham: ecce ego sto prope fontem aquæ. Hic est optimus locus, & nullus melior, *quò solent mulieres egredi ad hauriendam aquam.* Quod autem

ſignum præ ſe ferre debet, quæ eligenda eſt: illa (inquit) cui ego ſponſalitia verba dixero, *Da mihi bibere*, libereque reſponderit, *Bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipſa eſt, quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac*; illa, inquam, quæ libenter annuerit, & neque camelos ſitim pati permiſerit, illa à Domino præſignata eſt, & in ſponſam aſcita. Ego igitur hoc munere fungor, ad vóſque iuratus mittor, hoc ſolum in iuſſis à Domino accipiens, vt vnam ex vobis animam in ſponſam Chriſti Domini eligam. *Ecce ſto iuxta fontem aquæ*, tempore, & loco, quo animæ ad diuini verbi aquam hauriendam conueniunt; tu Domine, cuius munere fungor, eò, quò mea properat oratio, dirige, nempe, vt aliqua harum animarum gratum tibi reſponſum mihique iucundiſſimum præbeat; *Bibe, & camelis tuis hauriam.* Cameli autem quid ſignificant, niſi concionatoris laborem, qui animum relaxat à moleſtiis, ſuorúmque laborum leuamen ex conuerſione peccatoris ſuſcipit. Aggreditur ergo Dei verbum, téque ore meo ſic alloquitur: *Mulier da mihi bibere. O mulier ſi ſcires donum Dei.* Quorſum ô mulier putas longiſſimam viam peruolui, niſi vt hanc opportunam occaſionem nactus te alloqui, tibique omne pectus aperire poſſem? *Exiguum eſt*, quod peto, illuſtre, & diuinum quod promitto: imple tui cordis hydriam deſideriis cæleſtibus, votis, gratitudine, & ſuauitate, & tuo dic creatori, ſicut quondam Rebeccam Eliezer fertur dixiſſe, *bibe.* En Domine mea voluntas tibi in æternum deuota, procul erit ab illo turpi, & obſcœno amore, quo adoleſcentulos, corruptelarum illecebris, irretiui; tuus nouus, tuus immaculatus ſpiritus cordis mei intima repleat: te enim amo, tibi nata, tibi ſponſata eſſe cupio.

Quo affectu anima in obſequiū Chriſti ſe debeat offerre.

19. Fruſtrà Domine, ni fallor, labores, verbaque perdis, aliámque inire rationem ad capiendam fœminam oportet: hæ enim luxuriæ deditæ difficile mutant mentem, nec *dant corda, vt conuertantur ad Dominum.* Hac ergo aggreditor via, te illi amantem exhibe, illius cauſa labores impenſos, omnéſque fortunæ caſus, in quos incidiſti, per ordinem percenſe, os rubore, & ſudore perfuſum oſtende, te Iacob eſſe iacta in amore Rachelis conſtantem, & in ſtudiis, quibus illam es proſequutus, nullo modo illi primas deferre. O vtinam illa ex me audiret, quæ illius gratia perpeſſus ſum: ſed iamiam refero. Scias ô fœmina Iacobum cùm nondum adoleſcentiæ annos exceſſiſſet, domeſticam, & ciuilem agere vitam: *Iacob autem vir ſimplex habitabat in tabernaculis*; Eſau verò agreſtis, & immanis, montes excurrens, tranſiliens valles, difficiléſque ſaltus, feras agitare, rus colore nouerat. Iacob prçterea leniores manus habebat, digitos teretes, quaſi blando aliquo vnguento delibutas. *Frater meus homo piloſus ſit, ego lenis*; poteritne Iacob ruſticam vitam agere? vim frigoris ſuſtinere hyemali tempore? verno calore æſtuans, & ſudore pænè perpetuo fluens, arua, agróſque incultos, & ſine tecto, pedibus ſæpe nudis percuttere, & excolere? vel greges paſcere, inſomnéſque ducere noctes? nequaquam; longè alia conditione natus, & educatus eſt, ac frater ſuus; dubito an ſuſtineat, ſi dura imperas. Attamen poſtquam eximium oculorum lumen Rachelis cernit, vno aſpectu in talem amorem incidit, quo à ſeipſo quaſi defecit, nullis parcens laboribus, ſcilicet de ſeipſo refert. *Die, noctúque æſtu vrgebar, & gelu, fugiebátque ſomnus ab oculis meis, ſicque per viginti annos ſeruiui tibi.* O Iacob, quam ſubitam tui mutationem vitæ, & inſtituti fecit amor? ſed de Iacob hactenus. Dulciſſime Ieſu, venuſtiſſime, ornatiſſime princeps, ediſſere huic fœminæ parabolam: lapideam enim licèt duritiem animi habeat illa, emolliendam non dubito. Eram ego, ô fœmina, princeps natura Dei filius, diuinitate Patri conſimilis, nullis obnoxius laboribus: ſemper in Patris complexu reſidens, quò nulla laborum vis appropiat. *Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Matri pariter ſanctiſſimæ charus, ab illa delicatè, liberaliter, ornatéque tractatus; quæ me naſcentem tam molli & delicata carne induit, qualis eſſe principum rarò ſolet: Spiritus ſancti opera, & virtute Dei obumbrante mirabiliter operata, vix tamen domo Patris mei pedem extuli, viſceraque materna reliqui factus homo, cùm tui amore captus, à meipſo mutatus, à me defeciſſe videor: amor enim durum ad labores corpus effecit, puerum in præſepio nudum excepit, grandiorem humi cubare, in templo, pane, & aqua victitare, ſtipem mendicare, inſomnes in deſerto ducere noctes mandauit, iam nauim conſcendere imperat, ærumnáſque, omnium rerum inopiam pati in promontoriis, iam villas, & caſtella concionando excurrere iubet; nec his, & aliis laboribus frangi poſſe putes: hodie enim in tanto æſtu, inedia, & labore confectus, nudis pedibus feruida arena curſare, itineris laborem pro te ſuſcipere non dubitaui, teſtes angoris, & amoris adhibeo concitatum ſpiritum, arentia labia, brachia fatigata, laſſata membra, pedes velociore curſu, longo, & aſpero itinere laceratos. Hanc ergo ad ſolam petitionem ſudore defero, & lacrymis, vt aquam anxio peregrino propines, ei nempe, qui ſplendor Patris cùm ſit, tibi ſe in ſponſum offert. Heu, quàm egregius ſe nobis offert ſponſus, *Quomodo tu Iudæus cùm ſis bibere à me petis, cùm ſim mulier Samaritana*? Vbi eſt amor? vbi donaria pretioſa? vbi ornamenta? *qui etiam quo hauriat aquam, non habet*, vbi cæleſtis ſupellex? & aqua, quæ in cælum vſque effluit? quærat, quam diligat: nuditas enim hæc rerum omnium inopia, nudi pedes paucorum beneuolentiam, nedum amores excitabunt. Poſt hæc, quod mirabilius eſt, maiorem ſe iactabit eſſe patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum iſtum, vnde etiam eius pecora quondam bibebant? O mulier te tuis verbis circumſcribis, plagáſque texis; modò euincam, quod à te extorquere intenderam. Patrem appellas Abraham, & Iacob, patris ergo exempla, dicta, & facta vim legis apud optimos filios habent. Audi ergo quid tuum parentem egiſſe referat Oſeas, ſuperiori hanc hiſtoriam attexens: fugit Iacob in regionem Syriæ, *& ſeruiuit Iſraël in vxorem, & in vxorem ſeruiuit: in Propheta autem eduxit Dominus Iſraël de Ægypto, & in Propheta ſeruatus eſt.* Iacob cùm homo obſcurus eſſet, nulla nobilitate, aut dignitate perſpicuus, ſed priuatus, & in quadam miſera conditione conſtitutus, ſeruiens Laban non auri, vel argenti, ſed pulcerrimæ Virginis amore allectus, non pretio ductus, ſed præmio, quam ſic adamauit, vt iniuſtè negatam ſeptennio laboris iterato promeruerit: at ille obtinuit

Noua ratione amoris pulſat cor turpis fœminæ.

Gen. 27. 25.

Ibid. 11.

Tolerantia laborum ex amore.

20.

Gen. 31. 40.

Pſalm. 90. 10.

Quantis ad ſe pelliciat verbis Chriſtus animam.

21.

Retorquet in ipſam verba mulieris.

Cap. 12. 12.

Ratione, à ſimili, à minori.

22. obtinuit vxorem tanti amoris, & officij. Similiter etiam, vt populum integrum filiorum Iacob, qui à tuo parente nomen sortitus est Israël in sua obedientia, amore, & officio, mari, terraque contineret, solum misit Deus Prophetam, *& in Propheta seruatus est*; tu verò Iacob hominem mecum conferres? hominem cum Deo, seruum cum Domino, eius constantiam, & amorem cum meo compones? Rursus quod est maius Prophetam ducere per deserta, populum? an Deum se ducem homini præstitisse? & ex filiabus Israël vnicam, & hanc degenerem tam ardenter amasse, tam solicitè quæsisse? *Ad iracundiam me prouocauit Ephraim: mira que me voy enojado*; ingenui enim animi repulsam amoris ægrè ferunt, & eorum officia exigere potius, quàm rogare videntur, caue ne vehementiùs commouear. Siste Domine, nec in iracundia longiùs progrediare; omnes enim tuo amori se tradunt: quòd si hæc mulier diu obsistit, ideo est, quia nondum te satis cognoscendum præbuisti: *dic ergo: Ego sum, qui loquor tecum.* Vidisti matrem illam afflictam lacte, vberibus exundantem, filiis inuisam, & derelictam, *ego sum, qui loquor tecum. Ego sum* mercator ille inter homines infelix, tu, quæ mulier es, ne me contemnas. *Ego sum* Pater ille de filio solicitus, tu salutis, & honoris prodiga, in domum Patris reuertere, te enim libenter excipiam, relicta hydria, oneréque plumbeo peccati, quo in infernum præcipiti amentia ferebaris. Inspice ad exemplar hoc noui supercælestis hominis, & sicut te vitiis deturpasti, ad exemplum eius vitam moresque reforma; non enim adulteris nata es seruire, sed Dei filio, qui omnia venit instaurare, & ex ore Magistri fideique Doctoris Nazianzeno & Ambrosii verba compone. *O immortalis, & mea quidem causa mortalis*, tu ne propter me fatigatus his genite peccatricem quæris? *quique ad profliganda mundi mala carnem sumpsisti, crucem gestasti, que vos sois el saluador y tan a costa vuestra? tibi viuo, tibi loquor.* O verè Deus absconditus! ô summa Deitas! ô suprema maiestas, iam non vereor maiestatem, Deum reuereor, non me seruam, sed sponsam nuncupo, non iam hydriam & funem, sed amorem possideo, non iam emortuam aquam, sed gratiam viuam in cælum erumpentem, & in sempiternam gloriam.

Ierem. 4. 17.

Epilogus discursus, & solutio parabolæ.

IVVENTVS

CHRISTIANAM HVMILITATEM NEquaquam imbecillam, aut ignobilem iudicandam: sed quæ omnium laudem & amorem conciliat; Deo gratam, homini necessariam, & sedulò procurandam esse suadetur.

INSTITVTIO XXV.

SI quis ignobilem, & nullo splendore, nullâve commendatione dignam Christianam humilitatem existimauerit, Ethnicum puta, *via enim humilitatis aliunde non manat*; inquit Augustinus [a], *non ab Epicureis, non à Stoicis, non à Platonicis, à Christo venit.* Quòd si Christianus aliquis eius existimationem imminuit, errorem suum deponet, si meipsam prædicantem audierit, oculorum Dei scopum, virtutem Christi, honorem Mariæ, patientiæ matrem, sororem charitatis, sociam mansuetudinis, fundamentum arcémque virtutum. Quamobrem nos primò eius præstantiam & dignitatem commendabimus, mox verò de necessitate, vtilitate, proprietatibus, gradibus, ac mediis, ad eam consequendam idoneis, agemus. 23.

a In Psalm. 31.

PARTITIO INSTITVTIONIS.

I. *Quis sicut Dominus Deus noster?* Et quò tandem, Dauid, sublimitatem Dei tui sic per interrogationem extollis? vtique vt nota sit vobis humilitatis dignitas, in quam Altissimi Dei oculi demittuntur. *In altis habitat, & humilia respicit, in cælo & in terra*; cùm enim tot sint in illa cælesti aula visenda, & admiranda, non demittit solùm oculos ad humilia, sed capitur rapitúrque, etiamsi in Publicano, in Achab humiliato resplendeat; puella enim pulcra etsi qualemcumque vestem gerat, & reticulis capillaturam contineat, inculta & inelegans sit, habet quid spectabile & formosum: ita Deus vmbratilem illam pœnitentiæ speciem, quam preferebat Achab, noluit præteriri, sed (vt notauit Gregorius [b]) in occulto latere non passus. *Et factus est sermo Domini ad Heliam Thesbitem, dicens: Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? como vos no aueis visto ni reparado en tan linda gracia y talle como tiene Achab?* Sicut etiam è cōtra superbientes, & de acceptis donis sese efferentes, nec videt, nec audit. *Nescio vos*: sunt enim virtutes istorum sicut epulæ, quæ si fumosæ sunt, fumo fœdantur, & insuaues fiunt; ideo aiebat Bernardus, *Nec vestra bona opera suscipit quum fumo superbiæ lasciuiunt.* Humiles verò amat, vocat, excitat. *Quæ est ista quæ* 24.

Psal. 112. 5.

Rapit Dei oculos humilitas.

b Hom. 10. in Ezechiel. 3. Reg. 21. 29.

Cant. 3. 6.

Google

quæ ascendit sicut virgula fumi; etiam fumos humilium amat; quia rectà in Deum tendunt; & quibus constant? *ex aromatibus vniuersi pulueris pigmentarij*, virtutibus nempe contritis, comminutis, & in puluerem redactis, pretiosi enim sunt plurimi religiosæ vitæ anni, pretiosa studia litterarum, corporis maceratio, ieiunia; verùm si his extolleris, aut fumos quæris, aut vendis, inanis tuæ vel alienæ existimationis perdis omnia; si verò ea comminuis, & in puluerem & in nihilum humilitatis redigis, diuinos oculos ad te rapis: sicut Paulus, qui longiùs enarratis laboribus, carceribus, mortibus, Ecclesiarum omnium solicitudinibus, & reuelationibus, mox omnia in puluerem soluit, & *nescium* se vocat, & *minus sapientem*, ac denique *Apostolorum minimum*, &, *nihil sum*, affirmat, quo verbo omnibus illis virtutibus humilitatis cumulum adiecit. Igitur non solùm in nobis humilitatem insinuamus, sed nec de totius familiæ, vel vrbis aut Ecclesiæ virtutibus, & dotibus extollamur. Quid enim interest Ecclesiam, aut religiosam familiam grandem esse, & virtutibus clarissimam, si tu, cuius pars es, superbis & extolleris. Si vna pars terræ in sublime sese efferret; corrumperetur; in hoc verò omnium partium conseruatio consistit, nempe vt in centrum inclinet, illud quærat, ibique in puncto illo infimo velit requiescere. Ita similiter totius Ecclesiæ conseruatio consistit in hoc, vt quilibet fidelium in centrum pergat humilitatis, à quo totius orbis firmitas pendet. *Domini enim sicut cardines terræ, & posuit super eos orbem.* & hæc *humilia respicit in cælo, & in terra.*

Humilitas in sanctis actionibus.

1. Cor. 15. 9.

In humilitate consistit vniuersi & cuiusuis familiæ conseruatio.

Ps. 112. 5.

25. *Oculi Dei humiles faciunt.*

Respicit, inquit, vt ostendat à diuinis oculis non solùm bona, sed ipsam insuper humilitatem nobis promanare. *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.* Nam diuini oculi longè diuerso modo aspiciunt ac oculi regum terræ. Aspexit rex aulicum quendam blando vultu, & spei pleno, & statim videas inflari & extolli, quia alacri vultu me rex aspexit; Deus verò suo humiliat aspectu, & demittit animos, & per hoc exaltat suos famulos. *Aspexit & dissoluit montes*, quas enim superbias non comprimit, quos fastus non demittit, sicut experta fatetur sponsa. *Nolite me considerare quod fusca sum, quia decolorauit me sol.* Hoc inter beneficia memoro, me vtique aspexisse Dominum, aspexit tamen sicut sol, vt me subnigram omninò nigram faceret. hoc est, quia me pulcram in humilitate vidit, aspectu suo humiliorem reddidit. Antea enim etsi subnigra eram, aliquid boni in me esse cogitabam, ideo dixi, *Nigra, sed formosa, sicut pelles Salomonis*; modò verò nihil sum, nihil in me decoris esse comperio. Hoc ipsum fatentur Cherubim, qui Deo proximè astant: velant enim faciem Dei alis, quasi rogantes, ne nos Domine aspicias. nam minuis, & in nihilum vertis splendorem nostrum, & seipsos etiam velare dicuntur, pedésque operiunt; quasi dicant, qui sunt isti pedes vt Deo appropinquent? *Dissoluit montes, des haze alos mas altos y ermosos*; itaque in cælo & in terra humilitas est: secus enim oculi Dei non respicerent *in cælo & in terra*, nisi humilia videret. Omnia Chrysologus comprehendit [a]. *Parabola* (inquit) *illa, pastoris ouem vnam quærentis in terra, relictis nonaginta nouem in cælo, plus diuinæ pietatis, quàm consuetudinis humanæ loquitur, & exprimit veritatem: magna relinquere, amare minora, Dei potestatis est, non est cupiditatis humanæ, quia Deus & quæ non sunt facit esse: minora denique Deus curat, cùm homines maiora solùm mirentur, & venerentur.*

Hab. 3. 6.
Cant. 1. 6.

Ibid. 5.

Minora quærit Deus & amat ac mysteria reuelat.

Hab. 3. 6.

a Ser. 168.

26. *Humilis Dei oculis spectatoribus contentus est.*

Vnum igitur à te primò exigit iste diuinus aspectus, nempe vt sicut magnus ille humilia & abiecta solùm respicit in cælo, & in terra, tu qui abiectissimus es, non alios oculos, non plausum, non ames hominum aspectum; soli Deo viuas, ipse sit tuorum operum scopus: crede satis ad laudem & plausum tibi esse Deum habere spectatorem, non quæras alios, ait Chrysostomus [b]. *Hoc enim est Deum afficere contumelia, quando eum, tanquam qui ad admirandum non sufficiat, prætereuntes ad conseruos tendimus*: quasi, si comicus inurbanus relicto rege, & paucis ex aulicis spectatoribus, ad publicum theatrum migraret, miseræ plebeculæ oculis magis contentus; absit hoc ab humilitate Christiana, dicat summo Regi cum Seneca [c], *Alter alteri theatrum sumus.* Tu mi Deus humilia è cælo respicis, ego te solum spectatorem volo: tibi mea trado, nihil præter te lucrari cupio; nam, vt ait Chrysologus [d], Deo videtur non credere qui ad obsequia, quæ Deo offert, testes quasi ad contractum quærit. *Si in paupere Deo fœneras, testes homines non requiras: si esperas galar don de Dios no esperes hombres que sean testigos. nam de accipientis fide dubitat, qui sine mediatoribus nihil dat.* Itaque satis sint nobis Dei oculi, nostra, nec nos debemus considerare, nec sinistra sciat quid dextra fecerit, vt vltima dies ostendet, cùm dicent iusti, *Domine, quando te vidimus esurientem, & pauimus te?* Certè vigilanter dictum est hoc verbum, nam dum ipse ait, *Esuriui, & dedistis mihi manducare*, agens de bonis operibus

b Hom. 12. in c. 4. 1. ad Corinth.

c Ad Lucilium.

d Ser. 9.

operibus, ipsi rogant, *Domine, quando te vidimus esurientem?* Certè fecistis bona opera, & non vidistis, & ita opulenti estis, vt ego coram vniuerso orbe bona vestra pando, & vos quid in vobis esset non vidistis; vobis enim sat erat fecisse, meum erat spectasse: *alter alteri theatrum sumus.* & dum vos abscondistis vestra opera ab humanis oculis, ego coram omnibus manifestabo, hoc enim puto dixisse Paulum, *Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo*; agit enim de bonis operibus, etiam, quæ vocat *tenebras*: sicut Iob lapides pretiosos tenebras vocauit, *tempus posuit tenebris: su dia le vendra al diamante de salir aluz.* Ita sileat humilis, abscondat opera sua, habent enim Deum qui verus iudex & arbiter est, & reuelabit opera in abscondito facta. Hoc fortè confirmat Dauid. *In die tribulationis meæ Deum exquisiui manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus: por mas a escuras que este sin ver ni ser visto voy tentando con mis obras y hallo que Dios las mira sin ver las yo: pero vendra dia enque las saque aluz. & tunc laus erit vnicuique à Deo*, qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo & in terra.

1. Cor. 4. 5. — Iob 28. 3. — Psal. 76. 3.

27\. LI. Virtutem Christi appellat Bernardus [a]. *Libenter*, inquit Paulus, *gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi: sed nondum forsitan intelligis de qua specialiter dixerit, quia Christus omnes virtutes habuit, sed cùm omnes habuerit, pro omnibus tamen vnam, idest, humilitatem commendauit, cùm ait: Discite à me*, &c. Augustinus etiam vocat Christum primum humilitatis Doctorem [b]. Vnde Cyprianus [c] ait, *Hic est primus religionis introitus, sicut in mundum primus Christi ingressus, vt quicumque piè vult viuere, humiliter de se sentiat, neque supra se in mirabilibus ambulare præsumat. Hanc primam gratiam ingrediens mundum noster paruulus attulit, & à cunabulis nos sibi conformes fieri volens, teneri voluit in vita, quod exhibuit in persona.* Primò enim Christus in humilitatis arca thesauros suos reposuit, vt ait Augustinus [d], & *tutissimus est*, inquit Basilius, *omnium virtutum thesaurus*, cui Christus hunc titulum inscripsit: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: huc confluunt omnes diuitiæ tuæ, todo viene a parar aqui.* Honor Christi est, nec aliter tam bene suo videretur honori consulere, quàm humiliando se: poterant namque mortales dubitare diuinitatem furto abstulisse, & sibi arrogasse; postquam verò se demisit, liquet verè Deum esse. *Non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit.* Accepit, ait Ambrosius, vnionem cum Verbo, sub pacto se abiiciendi & humiliandi; quam conditionem si minus impleret, fur dici posset, quia commissum sibi non reddebat: non igitur rapuit, nec quicquam amisit, ait S. Methodius Martyr. *Nam quod diuinitate obtinere non poterat, humilitate conquisiuit*; quasi dicat, honor & omnia mea in animabus conquirendis sita sunt: igitur ad hæc omnia demitti opus est; abiiciam me ergo, vt eas mihi obtineam. Vnde addit Ambrosius [e]. *Sed in his omnibus detrimentum nullum video diuinitatis eius, profectum operationis agnosco: no perdio nada, y luciole el humillarse. Qui nihil habebat quod ad potestatem suam adderet, habuit quod cultum suæ maiestatis adiungeret.* Et quî poterit giganti aliquid superaddi? Certè respondeo, personæ nihil, verùm aliquid pedibus eius supponi potest, quod ipsum superexaltet: hoc igitur egit per humilitatem crucis Christus, ait Tertullianus [f]. *Si enim Deus, & quidem sublimior, tanta humilitate fastigium maiestatis suæ strauit, vt etiam morti subiiceret, & morti crucis, cur non putetis nostro quoque Deo suas pusillitates congruisse: claro es que la cruz le leuanto, porque no, tanbien los pañales y la cuna? Sola enim humilitas est* (inquit Bernardus [g]) *quæ exaltat Christum, cùm per naturam diuinitatis non haberet quo cresceret, vel ascenderet, quia vltra Deum nihil est: per descensum quomodo cresceret inuenit, veniens incarnari, pati, mori, ne moreremur in æternum: propter quod Deus exaltauit illum.* Præterea in hoc non solùm honor diuinus agitur, sed etiam gratiæ lucra in discrimen vocantur, *en que nos humillemos le va a Dios el buen empleo de su gracia iustificante; humilibus autem dat gratiam*, vel, vt alij, *omnem gratiam: superbis autem resistit*, non quidem pugnando, sed auferendo illis gratiam, quod cùm valde formidaret Dauid, aiebat, *Ne auertas hominem in humilitatem, & dixisti: Conuertimini filij hominum.* Hebr. *conuertis hominem vsque ad contritionem, & dicis: Conuertimini filij hominum*; quasi dicat, audiui Domine solere te gratiam auferre superbis, vt sic deiicias; & conterere vt conuertas. O Domine, ne sic me velis conuertere, tanto humilitatis & gratiæ dispendio, ego tibi humilis & demissus ero, & lucra gratiæ retribuam. Habet etiam in hoc requiem & domum suam.

28.

Margin notes (left): a De gradibus humilitatis. — 2. Cor. 11. — b Lib. 1. de virginit. c. 3. — c Ser. de Natiuit. Christi. — d De sancta virgin. *Huccine redacti sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi in te, hoc pro magno discamus à te.* — Phil. 2. 6. — e In Psal. 118. ser. 20. — f Contra Marcionem lib. 2. n. 21. — g Ser. 2. de Ascensione. — Psal. 89. 3.

Margin notes (right): *Humilitas virtus Christi.* — *Veritatem diuinitatis adstruit humilitas Saluatoris.* — *Exaltauit Christum.* — *De mittendo superbos ad se pertrahit.*

Super quem enim requiescam (rogat) *nisi super humilem, & quietum*; est enim humilis anima, sicut cælum Empyreum beatorum, quod non sicut cæteri mouetur: *Superbia enim eorum ascendit semper*; cor verò humile in seipso quasi super nihilum instar terræ requiescit, nec alium appetit locum.
29. Agitur denique Dei & Christi gloria in humilitate: nam si gloria datur ad mensuram gratiæ, & gratia abundantior confertur humilibus, vtique maior eos manet gloria. Sed audi quod mirabilius est, cùm Pater Christo non ad mensuram dat spiritum, nec gratiam, gloriam tamen corporis pro mensura humilitatis dedisse videtur: nam, vt notat Nazianzenus, cùm Christus in gloriam intrauit, maior ascendit, quàm descendit, quia exaltauit se dum viueret. Minimè, sed quia exinaniuit se: & vnde colligis altiorem & celsiorem rediisse ad cælum? Respondet, colligo ex verbis Prophetæ, qui audisse refert cælestes voces. *Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.* Nec enim denotat, aperite, seu reserate portas, sed portarum extructuram erigite, & ædificium ipsum exurgat, iuxta ea quæ scribuntur *Nehemiæ 3.* videtur enim maior ascendere, *Qui in diminitate descenderat, in humilitate maior redire videtur.* Sed quia gloriosus iste ingressus humilitati tribuatur, voluit Christus non vt *portæ eleuarent capita sua*, vt legit Pagninus, sed ipse demitteret caput suum in cruce, *& inclinato capite emisit spiritum*; quasi dicat, mihi gloria debebatur, sed ego hunc honorem vni humilitati tribuendum duxi, vt nempe mihi inclinato & humiliato gloriæ daretur ingressus: *abaxeme yo y no la puerta se leuante todo esto se deue a la humildad que se abaxe Dios para entrar por ella a la gloria de su cuerpo.*

Psal. 23.7.9.

P. Alcaçar præclare sicut omnia obseruauit Apoc. 11.12.

Ipse Christus gloriosior & altior in demissione visus est.

30. III. Honor Mariæ in humilitate consistit. Pro quo obseruat Bernardus [a], quòd *redeuntes à monte Oliueti vnanimiter perseuerabant in oratione. Quid* (inquit Bernardus) *si fortè Maria affuit, nominetur prima, quia super omnes est tam filij prærogatiua, quàm sua priuilegio sanctitatis. Petrus, Andreas*, &c. (ait Lucas) *hi omnes perseuerabant vnanimiter cum mulieribus, & Maria matre Iesu. Ita ne & mulierum sese vltimam exhibebat vt nouissima omnium poneretur? Maria quanto maior erat, humiliaret se, non modo de omnibus, sed præ omnibus meritò facta est nouissima prima, quæ cùm prima esset, omnium se nouissimam faciebat. Meritò facta est omnium domina, quæ sese omnium exhibebat ancillam: meritò denique super Angelos exaltata est, quæ & infra viduas & pœnitentes, infra eam, de qua eiecta fuerant septem dæmonia, ineffabili sese mansuetudine inclinabat.* Illa denique, cuius humilitatem Deus respexit, etsi placuit ex virginitate, tamen ex humilitate concepit, & vt placeret virginitas, humilitas proculdubio fecit: sicut ait Bernardus [b].

a De verbis Apoc.

Actor. 1.14.

b Hom. 1. de laud. Virg. in Missus est.

31. IV. Patientiæ matrem dixi. Quis enim tolerantior est humili, aut *flagelli plagam, quæ liuorem facit, & à lingua, quæ comminuit ossa*; quis potest immunis aut tutus esse, nisi qui in cogitatu humili se abscondit. *Proteges eos in tabernaculo suo à contradictione linguarum*: nam superbi inani labore consumuntur dum à flagello linguæ sese volunt superbiendo abscondere: irritus quidem labor, dum humana iudicia superfugere putat. Vt ergo eludat flagellum humilis, primum remedium est, in tuto & eminentiori loco, Iudæo videlicet se collocare, *& flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Verba Gregorij habes infrà *Institutione 57. de patientia, in fine.* Secundum remedium est, nos ab omni studio ambitionis remouere, atque in abiectionem tanquam in tutum locum confugere: sicut arces & castella, quæ non iam in editissimo loco, sed in depresso ædificantur, vt valeant vim tormentorum effugere: nihil mihi debetur, omnium malorum dignus sum, humilis est, & vera cogitatio, à qua quia se erigit superbus, semper querelas excitat, quia maioribus se dignum reputat, & quia iniuriam putat eo grauiorem esse, quo ipse maior est, reliqui verò minores, & leuissima quaque iniuria, penitus honorem & existimationem amisisse arbitrantur: sicut qui non satis notam fixámque habent nobilitatis famam, leuissimis de causis totam amisisse putant. His quidem nullum superest remedium quàm se vbique demittere, sicut qui procero corpore est, dum fores ingreditur, etiamsi opus non sit, caput demittit. Sed quia hoc studium in occasione se abiiciendi onerosum est, & non multum durat, ponatur in mente remedium propriæ vilitatis vera cognitio, secundùm quam non solùm nulla mihi irrogatur iniuria, sed à nullo honorari, ab omnibus contemni dignus sum, humilis ista cogitatio ex peccatorum meditatione orta mater est patientiæ.

Eccli. 28.21.

Patientia mater humilitas.

V. Soto

V. Sororem charitatis nuncupaui, nam pro eodem reputantur à Deo, & 32.
a In Exod. 32. ideo, cùm quis ex humilitate obsistebat Deo, vt inquit Rupertus [a], cùm Moyses aiebat, *Si non facis, dele me de libro tuo*; tunc ex charitate placebat, & appropinquabat Deo. *Quia Deus charitas, Deus humilitas est, & cùm per humilitatem, siue per charitatem à Deo quisquam procul absistit, miro modo quantum à Deo quasi recedit, tantum illi proximus fit.* Quamobrem post ingentem illum verborum apparatum, quò Ioannes nos ad summam & extremam charitatem contemplandam Ioan. 13. 15. Christi nostri inuitat, in humilitatis spectaculum & exemplum ducit. *Exemplum dedi vobis*; cuiúsnam, amoris, an humilitatis? vtriusque quidem, nam idem sunt: sicut cùm publico præconio charitatem præcipit, *Tollite iugum meum super vos*, hoc est, præceptum charitatis, vt explicat Augustinus, vergit tandem in humilitatem, Matth. 11. 29. dicens: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*; in vnum enim recidunt charitas & humilitas, & sicut proprius amor & superbia fratres sunt, sic charitas & humilitas pari germanitate iunguntur.

b Hom. 52. in Gen. 26. 16. VI. Sociam esse mansuetudinis quis neget? ideo namque Chrysostomus [b] notauit mansuetudinem Isaac, quando rex Geraræ eum abegit à terra sua. *Vide iusti, inquit, mansuetudinem, quomodo non superbiuit, neque videns diuinam sibi gratiam assistere contra regem surrexit, sed quasi vir omni patrocinio carens, & nullum auxilium expectans, faciebat quod sibi præcipiebatur, & statim illinc discessit.* Et cùm iurgium fuit inter pastores super puteo, inde profectus fodit alium puteum, & ita addit: *Nihil contendit iustus, neque obluctatur, sed etiam pastoribus cedit; hæc enim vera mansuetudo est, non quando quis offensus mansuetè fert: sed quando quis ab his etiam, qui inferiores putantur, offenditur, cedit.*

c Apud Busæum citatum d Ser. 36. VII. Fundamentum denique est, non virtutum solùm, vt docet Ephrem [c], 33.
& Bernardus [d], sed sanctitatis, imò diuinitatis, cuius particeps fit homo. Nam statim ac Moyses humilis abiecit seipsum, vt minimè legationis obeundæ, quam sibi Deus imponebat, idoneum se iudicaret, dixit Deo: *En incircuncisis labiis sum, quomodo audiet me Pharao?* Statim illi dixit Deus, *Ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit Propheta tuus.* e In Exod. 6. 12. & Exod. 7. 5. Ait ad hæc Rupertus [e], *Gloriosa virtutum regina humilitas, quæ in cælum volare consueuit, locuta est in eo, dicente se incircuncisum esse labiis, & idcirco dignum, ac pro sua reuerentia magnificum accepit responsum, vt audiret homo, priuatus regnantis hominis se esse Deum.* Vide Chrysostomum [f], & Ambrosium. f Hom. 66. in Matth. *Si humilitas Christum exaltauit, accipe ergo argutis auribus, si putas quòd Christo profuit humilitas sua, cui ergo non proderit? si illum exaltauit, quem non augebit?*

Non potui liberare fidem dicendi necessitatem, vtilitatem, propietates. Media, indicia humilitatis vide in P. Busæi viridario à capite tertio vsque in finem 34.
verbi, *Humilitas.* Illud præterea nota capite primo, affert enim ex Bernardo duplicem humilitatem, alteram intellectus, alteram affectionis, quæ ab eo dicitur cordis; & Christus ait: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Nota ergo mirabiliter in Christo & in Virgine fuisse: in Maria quidem non illa prima fuit humilitas quæ nascitur ex cognitione defectuum, quos non habuit, & frigida esset humilitas: alia est quam charitas inflammat, & hanc habuit Maria feruidissimam; Christi verò humilitas altissima fuit, quia cùm in mente sua infinitum se esse videret vsque ad puluerem se deiiecit, voluntate quidem & humili affectione, *como el principe que se conoce por hijo de Rey, y el amor le haze irse al tinelo de los pajes y allanarse con ellos, ansi Christo con estar abraçado a su mismo conocimiento se abaxo con la voluntad tanto que se puedo abraçar del peccador:* & præponderauit humilitas affectionis cognitioni summæ dignitatis. Videatur Bernardus *serm. 4. de Aduentu, & serm. 48. in Cantica, & serm. 42.* & est humilitas quam nobis veritas parit, &c.

VERBVM PATRIS.
1. Reg. 16. verſ. 13.

Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius: & directus eſt Spiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps, &c.

Deſtinatur Rex, diuina in Baptiſmo præſignatus electione ad bella gerenda.

DISCVRSVS LXXIII.

1. QVIS aliquandò (rogat Rupertus) ſic vnctus eſt rex, & tali (ſicut Dauid) ad regnum ordine perductus eſt? Omnes reges, aut proprio flatu ſinguli ad regnum ambitioſè aſpirauerunt, aut hæreditaria ſucceſſione prouecti ſunt, aut in filiis hominum confiſi. Hic autem adhuc puer cùm poſt fœtantes iret, viuente & regnante Saul, nihil eiuſmodi in corde ſuo habere poterat, nec principes fuere fauentes, & acclamantes, ſed fratres magni inuidentes, & de puero indignantes. Sequar ergo præclarum iſtum Doctorem Rupertum [a], meliore ſanè dignum tempore, qui in tribus diuerſis locis & myſterium hoc penetrauit, & neruos tetigit, quibus poſſet diſtingui. Tria enim vigilanter Dei ſapientia obſeruauit in electione & inauguratione Dauid. Primû, ne Propheta vllo modo præcognoſceret filium Iſai, qui inter alios vngendus erat, quod ita peractum eſt, ſicut narrat hiſtoria. Dixit Dominus ad Samuelem, imple cornu tuum oleo, & veni, mittam te ad Iſai Bethleemitem, prouidi enim in filiis eius mihi regem. Vnde cùm ſeorſim ingreſſi eſſent filij Iſai, vt notauit Abulenſis [b], ſigillatim oblatus eſt Eliab, natu maior, & robuſtus, facie præſigni, eleganti, & protero corpore: orauit Dominum ſine dubio, & ad eum quaſi aſtantem conuerſus ait: *Num coram Domino eſt Chriſtus eius?* & dixit Dominus ad Samuel: *Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ eius.* & repulſo primo, ſecundus, & natu tertius, & reliqui oblati & reiecti ſunt. Nouiſſimè verò vocatus Dauid natu minor, rufus ac decora facie, arcano myſterio, vt in his omnibus Chriſtum figuraret vnctus & præſignatus eſt. Quorſum, Domine, quem iam in ſpiritu nouerat Samuel, ſic tegis & abſcondis, vt ipſe Samuel nequeat inter fratres diſcernere? Reſpondet Abulenſis [c]. *Noluit Deus indicare Samueli, quem vncturus eſſet, vt magis declararetur quod iſta fierent opere Dei, & non voluntate Samuelis.* Secundum, ita acta res eſt, vt Samuel, qui miniſter inaugurationis erat, nihil à Saule incommodi pateretur, ſed potiùs ſummo honore decoratus erga populum eſſet, qui tantæ fidei, tantæ dignitatis erat, vt præſente & viuente rege alterum ſuo teſtimonio poſſet ſubſtituere. Tertium, cùm prima vnctio clam facta fuit, & licèt ab illa die directus eſt Spiritus Dei in eum, tamen ſecundò in Hebron ſuper domum Iuda mortuo Saul vnctus eſt, tertiò ſuper vniuerſum Iſrael, deiecta à ſpe regni omni domo Saul, vt res denique regni & principes in pace & tranquillitate ſtabiliti ſub tali rege in ſuo gradu manentes perſeuerarent.

1. Reg. 16.

[a] In lib. 1. Regû c. 22. & 27.

Tria myſteria inaugurationis Dauidis.

[b] In 1. Reg. 16. q. 16.

[c] Suprà.

Plane in illo quaſi ſpeculo tota vnctionis Chriſti forma præfulſit; ille namque tertiò vnctus eſt. Primò videlicet vbi de Spiritu ſancto conceptus eſt: ſecundò vbi cùm baptizaretur, veniente ſuper illum Spiritu ſancto in ſpecie columbæ, demonſtratus eſt: tertiò vbi reſurgens ex mortuis tantam vnctionis ſuæ gratiâ in ſuos fideles transfudit, quantam Dauid commendauit, his verbis, *Ecce quàm bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum.* Agam igitur de ſecunda inauguratione in Iordane, ad quam alludit Euangeliſta, cùm ait, *Altera die vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe:* nam hæc deſignatio Agni Dei multis diebus fuit poſt Baptiſmum; alludit tamen ad illum, atque adeò in eo tria illa obſeruauimus. Primû, quàm liber omni affectu fuit Baptiſta, vt vnctio & electio Chriſti penitus diuina monſtraretur. Secundum, quanta gloria in Ioannem redundauerit ex hac ſummi Regis vnctione, & teſtimonio. Tertium, quantum ad regni Chriſti ſtabilitatem & tranquillitatem præſtiterit hæc eius demiſſio, qua voluit in humilitate orbem totum continere, & fundare. 2.

Dauidis vnctio figura fuit Chriſti vnctionis & manifeſtationis.

Pſal. 132. 1.

Ioan. 1. 29.

NERVI DISCVRSVS.

Et in primis vrget difficultas ex illis verbis orta, *Altera die vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic eſt, de quo dixi: Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt;* nam, quomodo idem Ioan. verſ. 33. ait, *Ego neſciebam eum, ſed qui miſit me baptizare, ille mihi dixit: Super quem videris ſpiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, ille eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.* Quomodo ergo ait, *ego neſciebam,* cùm dixerit, *ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* perſpicuum ergo eſt Ioannem Chriſtum cognouiſſe. S. Chryſoſtomus [a] reſpondet, Ioannem ſemper eum redemptorem, Deúmque, & quidquid erat, cognouiſſe, cùm ad eius aduentum in vtero etiam matris exultaſſet, ſed de facie non cognouiſſe, antequam ad Baptiſmum veniret, cùm Chriſtus in Nazareth, & in Ægypto, ipſe in ſolitudine totam antè vitam tranſegiſſet: ſimul autem atque vidit, diuino afflatu cognouit, illum ipſum eſſe, quem natum ſciebat, quem poſt ſe venturum, & in Spiritu ſancto & igne baptizaturû prædicauerat. Exemplû ex hiſtoria præfata appoſitiſſimû affert Rupertus [b]: nam ſicut Samuel certò ſciebat inter filios Iſai vnum eſſe qui in regem vngendus erat, cùm neminem eorum de facie cognouiſſet, & ſimulatque Dauidê vidit, Deo inſpirante eum eſſe 3.

Ioan. 1. 29.

An Ioannes ante cognouiſſet Chriſtum.

[a] Hom. 16. in Ioan. ſequuntur Græci, vt aſſolent.

[b] In lib. 1. Reg. c. 22. Obſeruauit acutè Maldonat. in hunc locum Matth. 3. & 14.

ed by Google

esse cognouit; *Sic profectò præcursor Domini Ioannes eum, quem præcurrebat, secundùm spiritum nouerat, sed secundùm carnem, vel secundùm faciem non nouerat; vnde & dicit: Et ego nesciebam eum. hoc nempe ad puritatem veri testimonij plurimum valet, quia videlicet ibi in eligendo fauoris, vel gratiæ humanæ suspicio nulla subesse potest, vbi ipsa cui fauor aut gratia impenditur persona, necdum cognita est.* Vides, iam non tantùm soluit difficilia Rupertus, sed vtilia docet; error enim humanæ electionis ex multis contingit, maximè quæ in terra fit, sicut electio Saulis, quam molestè tulit Deus, & in signum huius vix Samuel vnxit Saulem, cùm ait, *Inuocabo Dominum, & dabo voces, & pluuias* (hoc est, tonitrua) *& scietis & intelligetis quàm grande malum feceritis in conspectu Domini, vobis petentes super vos regem.* Quod ita factum est, vt per tonitrua, fulgura & pluuiam, qualis sit electio terrena denotaretur, quod ipsi intellexerunt, & Samuel prędixerat, *& hoc vobis in signū, quòd dedit vobis Dominus regem in ira:* at verò cùm electio cælestis est, cælesti & placido signo monstratur, sicut electio Matthiæ, quæ igneo splendore designatur à cælo; & sicut electio Messiæ, specie columbæ, in qua Spiritus sanctus apparuit, vt à diuina voluntate facta denotetur.

Error in electionibus ex acceptione personarum natus quo pacto vitandus.

1. Reg. 12. 17.

4. Sed quare in aqua ista præsignatio & vnctio nostri Dauidis facta est? Respondeo, ideo factam fuisse in aqua, non vt lateret dæmonem, vt putauit Rupertus, sed vt à Spiritu sancto facta crederetur. Dæmon enim ambitione principatus terram occupauerat, & quasi sortitus fuerat nomen principis: cùm enim non posset sine dignitate & potestate esse, satis videbatur illi, si hominibus, imò brutis, dominaretur: vt grauiter Nazianzenus [a]; *Occultámque sensim* (ait,) *& furtiuam in deterius prolapsionem, dæmoniánque sceleratissimam ambitionem*; sic vocat ambitionem dæmonis, quæ adeò proiecta & auida dominandi fuit, vt à cælo & à terra exterminatus cathedram in inferno libenter collocauerit, imò cùm ab hominibus pellerentur, *rogabant Dominum, dicentes: Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum*, vt saltem immunda bruta ad imperium suum mouerent, sicut multis ex nostris ambitiosis hodie contingit, vt lugens ait Bernardus [b]. *Quanti tamen vsque hodie fœda sequuntur infelicitaque vestigia.*

a Epist. 45.

Ambitio dæmonem imitatur & sordescit.

Mat. 8. 31.

b Serm. 4. de ascensione.

5. Verùm ad nostri regis inaugurationem non cælum, non terra, sed aqua designatur, quia non solùm super aquas dominatum suum, & potentiam suam ostenderat Deus per seruos, per Prophetas; Moysem, Iosue, Heliam, & Helisæum, & per seipsum postea ambulans super aquas, sed à principio *Spiritus Domini ferebatur super aquas*, vel, vt Hebræi legunt, *incubabat sicut columba supra nidum*, & inter ipsa mundi primordia ferebatur spiritus, vt iam tunc virtutem sanctificationis aquarum natura conciperet, in quibus ille parens diuinus, qui alios parere facit, noluit sine germine esse, sed potiùs fouet aquas, vt in illis filium, quem è ventre Virginis exclusum Spiritus sanctus per triginta annos alis suis fouerat, idem in lucem emittat; quare cùm Pater filium videt, statim ait [c], *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*: & sicut *directus est* ex illa die Spiritus Domini super Dauid, ita etiam super Christum; sed nobiliori modo: nam licet in Dauid directus est, & columba per gratiam & dona fouebat eum, hæc tamen gratia habebat alas, poterat enim deserere Dauidem, quando peccato suo quasi de nido expulit Spiritum sanctum; quod est, vt ait Paulus, *contristari Spiritum sanctum*: at de Christo prædictum erat, *& requiescet super eum Spiritus Domini*, & hoc signo declaratus est, vt ipse testatur Ioannes, *Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum.* in quibus omnibus denotatur, electionem & vnctionem ad regnum diuinitus esse factam, & dignitatem non ambiisse, sed potiùs ad eum dignitatem properasse, & quasi præoccupasse, sicut Dauidem; nullam enim ex tribus dignitatibus Christus ambiuit, de regia enim corona ipse fassus est, *Constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius*: vbi Hugo, super omnem Ecclesiam, quam montem vocat, propter eminentem sanctitatem montem nuncupatam. Sacerdotium minimè affectauit, quinimo iuratum accepit à Deo Patre. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum.* non extorsit ab eo *fiat*, quin potiùs Pater iurauit illi dignitatem, *yo os juro que lo aueis de ser*; & de eodem Pontificis munere ait Paulus, *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron; sic & Christus non semetipsum clarificauit, vt Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, filius meus es tu.*

Exod. 7. & 14. & Ios. 3. 4. Reg. 2. 4. Reg. 5. Ioan. 5.

c Mat. 17. 5. *Este si que es mi hijo amado, y digno de ser Pontifice y redemptor de hombres.*

Ephes. 4. 3. Isai. 11. 2.

Nullam dignitati ambiuit Christus.

Psal. 2. 6.

Psal. 101. 9.

Hebr. 5. 4.

6. S. Thom. [a] *Non promouit seipsum: no dio paso en su promocion,* sed, vt ipse ait, *Qui me misit, maior me est, & à meipso non veni.* & Anselmus, *Non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret, id est, non semetipsum clarum fecit, no informo de su Iusticia ni hizo ostentacion de sus meritos.* Sed quod suum erat egit, reliqua Dei voluntati reliquit, & hoc est quod ait, *qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Nam sicut Aaron, vt bene notat Rupertus, non nisi aqua lotus cætera sacerdotalia indumenta accepit; sic Christus tingi voluit in Iordane; cætera Patri suo sicut Aaron facienda commisit, nempe vt clarificaretur coram fratribus, & virga illa Iesse floresceret in conspectu eorum. Et hoc est quod obscuris verbis, diuinissimis tamen, à Patre suo postulat, ante passionem suam, *Pater ego te clarificaui super terram, opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam, & nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate, quam habui priusquam mundus esset, apud te.* Quatuor glorias in Christo inueniunt Theologi, gloriam Verbi, in quantum Deus est: gloriam animæ, ex visione beatifica: gloriam corporis, ex resurrectione; & gloriam nominis sui, in quantum Dei filius est carne tectus. Certè nullam harum postulabat sibi dari, cùm iam habebat: quid ergo postulat nomine clarificationis? Notandum, ait Ambrosius [b], impendere & appropinquare Christum ad Baptismum sanguinis per passionem suam; qui quidem Baptismus non sine peccato carnificum & sacerdotum euenturus erat. Rogat ergo, *Opinionem de te hominibus huius mundi infunde, vt cognoscam* te

a In hunc locum.

Ioan. 8.

Exod. 29. Leuit. 8.

Ioan. 17. 4.

b 4. De fide c. 6.

Deus glorificat iustos cum à sæculo conculcantur.

te Deum verum, & tu hanc de me confirma in illis opinionem, vt credant me tuum filium, & Deum verum. Sit ita, ait Pater, etiamsi te inter latrones collocent, erit qui te verè filium meum testificetur, dicens, *Verè filius Dei erat iste.* nam vbi Christianus partes suas agit, & officia erga Deum, Deus ipse eius honori consulit, etiamsi inter latrones & profligatissimos viros in carcerem mittatur, & de carcere ad supremos educet honores, sicut Ioseph, immo sicut regem nostrum Christum, de quo ait Augustinus [a], *A flumine quippe dominandi sumpsit exordium, vbi baptizatus à Ioanne, eodem monstrante cœpit agnosci à discipulis, qui eum non solùm magistrum, verùm etiam Dominum appellauerunt.* Vides quomodo Deus cælitus factam hanc inaugurationem ostendit?

Mat. 15. 54.

a De ciuita. lib. 17. c. 8.

7. Secundò, *Venit Iesus à Galilæa in Iordanem, vt baptizaretur ab eo.* Ex dictis in præcedentibus quanta sit dignitas Ioannis elucet, nam cùm præsignatio ista fieri deberet à tribus personis, ne contingeret vt eadem persona & signata esset, & signaret, qui actus oppositi videntur, quid agat verbum Dei? primum nempe, quod est designari, sibi libenter accepit; secundum, quod est designare, Ioanni tribuit, atque adeò cùm verbum Dei vox sit, vocem suam Ioannem effecit, & cùm verbum Dei sit brachium Patris, Ioannem item brachium & manum fecit, & hoc fortè significant verba illa, *etenim manus Domini erat cum illo*; & quæ manus? illa videlicet, quam postulabat Dauid, *Mitte manum tuam de alto*: nam in primo digito, pollice nempe, potentia Patris significatur, quæ illum in ventre materno sanctificauit, liberans eum de potestate dæmonis. Secundus, qui est index, sapientiam significat, quæ illum præmisit ad dandam scientiam salutis plebi eius. Tertius, qui longior est, misericordiam denotat, *quæ est super omnia opera eius*, & maximè super Ioannem ostendit, *quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum eo.* Quartus qui cordis dicitur, amicitiam & amorem sponsi designat, qua ipsum prosecutus est. In quinto, qui minimus est, quis non videt eius humilitatem. Sub hac manu fuerat Ioannes, at nunc Christus est sub illa. Quare ita se gessit Pater, vt designaret filium, ita Spiritus sanctus, vt ostenderet Regem, ita Verbum, vt taceret, & non designaret, quia iam loco suæ personæ Ioannem substituerat; etenim *manus Domini erat cum illo.* Hinc fit, vt sicut cùm gigas, ad quem inuisendum confluunt gentes, eleuata manu superat eum qui eximia proceritate pollebat in populo, tunc omnes cedunt, omnes sub eius manu sunt; sic ex hac die liberè & ingenuè fatentur omnes Sancti manui Baptistæ facilè submitti, sub qua Christum vident, vt suum amicum exaltet, & testimonium eius firmissimum sit, vtpote à tam sublimi persona & sanctitate profectum. Quamobrem omnes eum quasi gigantem sanctitate eximium appellant. *Maximorum Prophetarum maximus. Primorum primus inter Apostolos, Martyrum Martyr excellentissimus: pasen los tres choros por debaxo de la mano del gigante. Totius iustitiæ principatus* vocatur à Petro Damiano, immo hic in terra degens sub manu sua etiam Angelos superabat *Angelus, sed inter Angelos electus: pasen debaxo de su mano los Angeles que en quanto a ser embiados llebales el principado.* Clau-

Mat. 3. 13.

Luc. 1. 66.

Psal. 143. 6.

Theodoret. & P. Damia. serm. de Baptista.

dit Ambrosius [a], *Præcellit cunctis, eminet vniuersis, antecellit Prophetas, supergreditur Patriarchas, & quisquis ex muliere inferior est Ioanne.* Liceat, obsecro Patres sanctissimi, Apostolos saltem gigante isto apparere, sed occurrit Bernardus [b] ex verbis Augustini. Non apponas mihi Euangelistam cæteris discipulis magis dilectum, non Apostolorum principem omnibus Apostolis antelatum, non vas electionis ad cæli tertij secreta translatum, nec Apostolicus splendor audeat occurrere præcursori, quia iam omnes isti adolescentiæ metas excesserant, cùm à veritate prolatum est, *Inter natos mulierum nullus maior Ioanne baptista.* & Imperfectus etiam ait, *Quia omnibus sanctis est maior, cui solus Christus est prior.* Cui consonat Augustinus [c]: *Quisquis Ioanne plus est, non tantùm homo, sed Deus est.*

a Ser. 65

8.

b Tom. 1. ser. de præcurs. Baptista.

c Ser. 23. de Sanctis.

Sed ne duos istos gratis locutos existimes, sic excelluit omnes in prædestinatione, vt illa verba, *prius quàm te formarem in vtero noui te*, de æterna prædestinatione præ cæteris intelligat Innocentius Papa [d]. *Quando quod pluribus communiter conuenit, vni spiritualiter attribuitur, antonomasticè debet intelligi.* Nouit igitur Ioannem, hoc est, prædestinare placuit, & priusquam formaret in vtero. *Quia prædestinauit ei maiorem gratiam in præsenti, & ampliorem gloriam in futuro.*

d Ser. 1. de Ioanne Baptista.

Excellit item omnes in eo quod de ipso etiam, ante eius ortum prænuntiatum est, *Eris magnus coram Domino*; etiamsi gigas iste in sanctissimæ Trinitatis senatum conueniat, erit magnus, non maior, sed talis vt inter duas personas tertius, inter tres quartus, non sicut Deus, sed sicut homo possit apparere. Et hoc est fortassis quod duo illi laudum Baptistæ eximij encomiastæ affirmarunt. *Ioannes totius medius est Trinitatis.* Damianus suam explicat sententiam: nam in Iordane *Pater auditur in voce, filius baptizatur in flumine, spiritus in columba specie adest, Ioannes totius medius Trinitatis: en la eterna representacion de tres personas en vna diuinidad donde ninguna criatura campean. Iuan haze su persona y a vn diza su dicho, y se llena los ojos: oydos y coraçones, vt omnes crederent per illum.* Ego verò *medium* inter tres personas vocari Ioannem existimo, ob eam verissimam aulicorum sententiam, debere reges aliquem eximium virum habere meritis, canis, & diuitiis exaggeratum, qui in pacandis tranquillandisque animis occupatus sit: nam cùm dona & gratiæ vtpote à potentia humana manantes exiguæ sint si cum ambientibus conferantur, mœrent multi, detrahunt alij, & potentiores tumultum excitant contra regem. Gerat igitur vicem mediatoris ille, imò sit quasi Spiritus sanctus in medendo, consolando, inspirando, & fauendo, fitque vt & rex tranquillè regnet, & persona ad hoc assumpta secreta & quasi spirituali potestate medius fit rex inter regem & populum. Iurauit Dominus Deus Pater filio suo regnum, sacerdotium, virgam, non super Israël solùm, sed super gentes; dum ecce tumultuati cœperunt. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania aduersus Dominum*, &c. quare? certè nulla de causa. Similiter Iudæi admirabundi dicebant,

9.

S. Ioã. Chrystomus hó. 17. ex variis in Matthæũ P. Damia. serm. 1. de Ioan. Bapt.

Summa dignitas Ioannis coram Deo magnum esse.

Son muchos los pretendientes pores los offi los ay mal contentes o por mal despachados o por agrauios a su parecer o por repulsa, y dis fauor o por dilacion o inuidia o zelo del acrecentamiento y estimacion delos indignos esto; descubre las llagas en los mal contentos simplatos animales, con deciendo, &c. es el Espiritu santo del Rey.

bant, *etiam in gentes Spiritus sancti gratia diffusa est: que es esto tanbien el Espiritu santo seda a los gentiles.* Igitur ad sedandos animos medius assumitur Ioannes, vir tam eximiæ sanctitatis, vt etiamsi inscio populo, ad hoc missus est de deserto, vt aspera in vias planas componeret, id est, turbatos animos & agitatas ciuitates tumultibus sedaret, *vt omnes crederent per illum.* Quieuit igitur orbis in præsentia eius, & euasit Ioannes magnus coram Domino, & medius quasi rex inter cælestem Regem & populos. Sed dum semel à politica disciplina exemplum sumpsimus, pauca prosequamur; errauit quidem Saul dum Dauidem quasi inimicum prosecutus est odio, quam satius consultiúsque fuisset ipsum adscire sibi familiarem, & quasi medium ad restingendas populi seditiones; populi enim non verbis leniendi, sed pietatibus, donis & muneribus alliciendi: nullum vidi ex ferocioribus animantibus tigridem, aut leonem blandè, aut submissè gessisse se erga eum, qui solo fœno pabulóque communi ea saturauit; legi verò naturæ mirabilia, ob spinam quam leoni detraxit quidã, vel ob periculũ, in quo erat liberatũ, aut mitigatum doloré bruta, grati animi signa & subiectionem mirabilem præstitisse. Credite principes, & vos, qui medij estis inter reges & populum, fœnum esse, verba & ventum leuiter & tenuiter refrigerantem, minimè tamẽ sitim restingentem, interna vnctione opus est animos penetrare, cordis vulnera sanare, & opera sancti Spiritus imitari, qui quidem non blanda solùm inspiratione, sed multo magis donis & operibus mirabilibus animos ad tranquillitatem redigit. Deberent se considerare hi qui *medij* sunt inter regem & populum sicut imagines, ad quas deuotionis & salutis obtinendæ gratia gentes confluunt, quas imagines non tam commendant sani & bene valentes, qui turmatim accurrunt ad sacella, nec dona quæ afferunt, quàm claudi, qui scipiones ibi post sanitatem appenderunt, & captiuus catenas, & qui de naufragio in vna tabula portum tenuit. Certè multi ex his ministris non imagini Sanctorum, sed idolis veniunt coæquandi, quæ cùm donis, monilibus, annulis, & murenulis onusta sint, nec curant ægritudines, nec audiunt, nec miracula patrant, & tamen adorationem diuinam sibi arrogant, & vsurpant Deitatem; Ioannes verò *medius* inter personas Trinitatis, omnes ita apud homines commendauit, vt non verbo tenus, sed etiam opere honori eorum consuluerit, & ita *medius fuit totius Trinitatis, el priuado de las tres personas el confidente secreto del verbo encarnado.* Quòd si miracula nulla fecit, mysterio non vacat, nec doctrina, vt iamiam dicam.

Principes regum gratiosi nec tantum verbis allicere potent gentes.

10.

Simile.

Priuados y ministros de Reyes que no despachan ni remedian son idolos y vsurpadores de la corona contentos con que los visiten y presenten mas no oyen ni veen ni remedian.

11. *Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Sanum quidem gratiosis regis consilium, vt sciant se in familiaritate temperare, & cohibere se ne potentia, aut sapientia, aut gubernandi disciplina præpollere velint. O quot naues his scopulis allisæ sunt; quis enim mortalium ingenij vela, vires, animum & spiritus comprimere potuit? porrò quis, non inquam rex, sed nec priuatus homo, potuit iuxta se diutius sustinere ingeniosiorem, eloquentiorem, aut peritiorem: *baxios de la vaxeza humana el priuado y el subdito de grande entendimiento ha menester nauegar con gran tiento y con la sonda en la mano y templar el grande ingenio, y como Dauid el valor de su persona. Noli videri sapiens coram rege.* non dixit, ne sis sapiens, sed *noli videri, escondad y templad el entendimiento.* Quod quàm difficile sit, ostendit fides, quæ sola domare potuit, & captiuare potentiam illam, quæ minus obtemperare & submitti nouit. Præterea etiam exultatio illa animi, qui vel de obtenta regis gratia, vel de victoria parta gloriatur, vix reprimi potest, *la priuanza es veleza que enbriaga*, & luxuriantis animi exultatio post victoriam rapit cordatissimos & fortissimos duces, nec mentis compotes sunt. Liquet hoc maximè in Samsone, qui cùm in maxilla asini terra & fœda atque saniosa mille prostrauit Philisteos, sibi & maxillæ plaudit & gratulatur, Dei penitus oblitus, & cantauit sibimet, *In maxilla asini, in mandibula pulli asinarum, deleui eos, & percussi mille viros,* locúmque & festum dedicationis & exaltationis maxillæ dedicauit, *Eleuatio maxillæ.* Displicuit Deo hæc cantilena, & barbara sine Deo gloriatio: & ratio quidem in promptu est, omnes enim qui canticis mysterium aliquod celebrarunt, ita exultantem animũ temperarunt, vt minimè sibi, sed Deo gloriam decantarent. Sicut lectissima Virgo cum blanda & canora voce *magna* (hoc est, maxima) quæ in ea Deus fecerat, dulcissimè personat. *Magnificat anima mea Dominum.* quam sicut ductricem vocum & gratiarum actionis sequuti videntur omnes quotquot à sæculis cecinerunt, Zacharias, tres pueri Moyses, Isaias, & Anna, & fortè in pœnam arrogantiæ siti vexatus est. Nam, ait Ambrosius [a], *Vtinam quàm fortis in hostem, tam moderatus in victoria fuisset, qui debuit euentum pugnæ diuino fauori & præsidio deferre, sibi arrogauit, dicens: In maxilla asini deleui mille viros. Neque aram statuit Deo, neque hostiam immolauit, sed negligens sacrificij, assumptor gloriæ, vt triumphum suum perpetuo conseruaret nomine, vocauit locum maxillæ interfectionem*; vix enim contineri potest animus, vel luxurians in prosperitate, vel in gratia regis, vel de victoria exultans. Nostrum verò Ioannem vide, qualem in tanto honore & gratia modestiam seruat. *Ego debeo à te baptizari.* De tertio iam agamus.

Temperent se amici regis sapientia & demissione.

Quare minus grata fuerunt gratia Samsonis.

Luc. 1.

Cant. Zachar. Dan. 3. Exod. 15. Isai. 38. 1. Reg. 2.

a Epist. 70.

Sine modò, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Audi mirabilia Ruperti verba [b], vt hæc, & quæ ex Paulo subiiciam, meliùs intelligas. *Nam verè mitis & humilis corde considerabat quòd quamuis sanctus esset sanctorum, nullúmque omnino peccatum haberet, tamen de terra sumptum corpus haberet, quódque ad iustitiam pertineret, vt humilitatis remedium, propter quod docendum venerat, ipse in semetipso demonstraret, submittendo aquis, quam assumpserat, carnem nostram, quæ se ad similitudinem creatoris omnium extollere affectauerat in Adam.* Discursus huius doctissimi Abbatis hic videtur esse. Centrum humani corporis ex terra compacti terra est, animi verò cẽtrũ humilitas; deliquit homo dũ è terra conditus cælestia propriis viribus appetiuit, quare & Deum & centrũ quietis suæ amittens, quærebat illud in creaturarum circumferentia, *si fortè attrectent*, sed non inueniebat. Cupiebat maximè Dei verbum errorem creaturæ à se conditæ corrigere, atque adeò auidissimè cupiebat inter homines degere, & centrũ humilitatis designare, & intra ipsum hominem constituere, sed pugnabat cum maiestate humilitas, cum diuinitate certabat abiectio, nec cælo terra consentiebat; ex alia parte totum humanæ

12.

b In Ioan. lib. 3. c. 3.

Centrum humanæ quietis & hominis Incarnati humilitas est.

humanæ naturæ corpus quasi os extra iuncturam auulsum dolebat, & clamore magno cælestem medicum postulabat. Quid agat amor? cor diuinum solicitauit, & ad homines ita allexit, & inclinauit, vt amor pondus esset, & illo posset ferri quocumque tenderet; quòd si ad infima & abiectissima deprimeretur, non abiectio, sed amor nuncuparetur. Quare omnia illa opera summæ demissionis, qui hæc diuini verbi mysteria penetrarunt, non humilitatem, sed amorem appellitarunt, vt cùm lauat pedes discipulorum Ioannes, *in finem dilexisse* scribit, nomen enim dedit actioni; non humilitas, sed amor.

Hoc centrum amor Christi & humilitas designarunt.

13.

Quo pacto Christus centrum nobis designauit.

Amor iste, verbo Dei non inditus, sed natus in ipso videtur, & ab ipsa æterna Patris generatione ductus; hæc enim minimè sine cognitione animarũ facta videtur, vt textus probat, in quo inenarrabilem Verbi generationem ipsius Pater declarat. *Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te*; vbi de æterna generatione agi dubitare non licet. Sed ne putes genus nostrum alienum à tali mente & fœcunda memoria patris fuisse, audi quid subdit Hebræa lectio, & August. & Hieron. *Tecum principatus & imperium in die virtutis tuæ.* cognitio illa omnium rerum comprehensiua *, qua Verbum gignitur, à Patris mente minimè exclusit hominem præcipuum Dei opus, atque adeò ab ipsa generatione Patris *secum est*, & *fuit eius principatus*, hoc est, princeps omnium creaturarum, & in qua suum extunc principatum constituere iam decreuerat. Sicut ergo sine admiratione ventos in diuersa rapi, & aquam sublimia petere, indéque ad profundas valles descendere quotidie in nubibus vides, quia Deus ab initio dedit *ventis pondus*; sic ne mireris dũ videris Dei verbũ ad ima descendere, amor enim est pondus eius, ideo monet idem Iob post enarrata Dei mirabilia quasi cæterorum maximum, *Quis demisit lapidem angularem eius*, (nempe terræ) eleua oculos, & illud semel stupendum super omnia opus videbis, Deum nempe ex alto demisisse lapidem angularem, & designasse centrum terræ hominibus, tunc nempe, vt explicat Gregorius, cùm Pater æternus Verbum suum, quod sicut lapis propendebat in homines, *non emisit, sed demisit lapidem angularem*: nam *emittere* significat quidem imperium in eo qui mittit, at *demitto* significat licentiam & facultatem eundi, quò iam per amorem inclinabatur: inclinauit ergo cælos, & Pater demisit Verbum, ipsum autem summo amoris pondere ad nos venit. Et quæ de causa venit dicat Paulus. *Quòd ascendit quid est, nisi quia & descendit primùm in inferiores partes terræ: qui descendit ipse est, & qui ascendit supra omnes cælos, vt adimpleret omnia*, id est, ne putes loqui de corporali adimpletione, nam corpus Christi quomodo poterat adimplere cælos omnes, & terram. Nec loquitur de locali motu, nam diuinitas hac ratione non descendit de cælo, vbique erat; agit ergo de amore illo, quo Christi diuinitas & anima ardentissima charitate & pondere infima & sublimia petiit, iustos suos quærens vbicumque eos inuenit, vt in centro humilitatis constituat. Descendit igitur priùs in materna viscera, ibique adimpleuit omnia, nam & Virginem gratia cumulauit, & humanitatem induit in sempiternum: pergit deinde ad Iordanem, & inter peccatores demittit se, &

Hier. & Doctores omnes. vide Maldona in Psalm. 109.

* S. Thom. 1. p. q. 34. August. lib. 5. de Trinit. c. 13. & 14.

Iob 38. 6.

Ephes. 4. 9.

mergi voluit, & ab inferiori tingi. Quò tendit hæc tua demissio Domine? Volo, inquit, implere omnem iustitiam, nam homo centrum amiserat, & vacuum reliquerat, quod implere operæpretium est; atque adeò iterum Rupertus [a] rem omnem attingit. *Formauit enim Deus hominem de limo terræ, quod videlicet elementum elemento aquæ inferius est, & erat, & sub eo latebat, donec dixit Deus, appareat arida. Multum erga terra intumuerat, ordinéque excesserat, vbi homo terrenus Altissimo similis esse concupierat, reducendus erat ad ordinem, & docendus, vt sciret confiteri cuius esset conditionis, atque in testimonium eiusdem confessionis submergeretur de elemento aquæ; quæ terra grauior est, vnde homo principium sumpsit.* Et hæc est ratio, quare humilitas iustitia nuncupetur. *Grande enim habet momentum in ratione iustitiæ conditionis huius meminisse, & abrenuntiando superbia diabolica sub aqua corpus deprimere, ac deinceps memoria tenere quod Deus propter superbiam dixit homini, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Proinde diligenter aduertendum est venisse Iesum ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo.* Nec sistit aut cessat amoris pondus, inter latrones mori voluit; quare? vt ibi principatum suum redimeret, & impleret omnem iustitiam, & iustos lucraretur: & hoc est ille Baptismus auidè ab ipso expetitus. *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor vsquedum perficiatur? Angitur* (inquit Ambrosius) *vsque ad perfectionem, busca su centro.* Inde ad limbum descendit (ô humilitas) vt iustos, qui ibi aderant, recuperaret; &, vt ait Paulus, *descendit in inferiores partes terræ, vt adimpleret omnia*: descendit igitur non in pœnam, nam anima gloriosa & beata quî poterat pœnam descendendi habere, sed descendit vt pondus amoris ad infima descenderet quò ferebatur, & inde ad sublimia nos per humilitatem eueheret; habent enim hoc fideles à die qua Christus Baptismum sanctificauit, vt sicut aqua tantum in sublimia eleuatur, quantum descendendo deprimitur, ita nos cum Christo ab humilitate Baptismi ad cælum pondere humilitatis ducimur, atque adeò fideles Patriarchas, qui per humilitatem in inferiores partes descenderant, ad cælestia attollit, vt adimpleat omnia. Vides ex dictis centrum hominis esse puluerem, demissionem & humilitatem? vides abiectionem tui amorem esse, non pusillanimitatem? vides qua ratione omnis iustitia adimplenda est? vides quàm ardenter & quali propensione ab æterno te Verbum quæsierit, amauerit, tenuerit? vides Regis tui vnctionem mirabilem, & qui in homine posuit principatum suum? Fac ergo quod in his verbis denotatur, *tecum principatus in die virtutis tuæ: mi Dios al primer toque de arma en saliendo mi Rey a batalla con el nos vamos todos, tecum principes*; hoc enim exigit tantus amor, hoc noua hæc, & inaudita inauguratio, hoc Pater monet, hoc columba designat, hoc natura exigit de terra nata, mergi aquis vt emergat inde ad gratiam, & ad sedem gloriæ.

***

[a] Vbi suprà.

Iustitia dicitur humilitas quia æquissima est.

14.

Luc. 12.

Psalm. 109.

VER

VERBVM FILII. Matth. 3. v. 13.

Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo.

Iesus aqua Baptismi tingitur, NOVVS HOMO profundæ demissionis exemplo eruditur.

DISCVRSVS LXXIV.

1\. *Notat grauiter Masius in Iosue 3. v. 3. in fine.*

A PRIMA die, qua Iosue Christi nostri typus dux esse cœpit, loco Moysis totius populi Israël ordinem inuertit, quem in migrando per desertũ arca per tot annos obseruauerat, cùm videlicet primum locum tenebat columna quæ per nubem diu, per ignem noctu præcedebat, ducebatque populum; arca verò mediam aciẽ tenebat, vbi tutior esset, & ab omnibus coli posset. At nunc duce Iosue nulla columnæ mentio, nulla nubis ratio, nullus de arca timor ordóve seruatur, quin potiùs primam aciem ducit arca, prima pericula subit, prima intrat in Iordanis aquas, vt ductrix esset populo traiicientis Iordanem. Quod (vt interpretatur Augustinus) finem Mosaicæ legis indicasse videtur, legis verò euangelicæ exordium ab aquis Iordanis incepturum, *fue vn barrunto de la despedida de la ley de Moysen y de la entrada dichosa del Euangelio. Nunc ergo duce Iesu arcam Domini sequuntur, nube subtracta, tanquam velamine ablato.* Moyses namque qui legem designat regebat populum per aspera, deserta & montosa, ideóque ductrice columna indigebat, obscura licèt, certa tamẽ in incerta via. Iosue ducit populum iam in promissæ terræ prospectu, & traiecto semel, ope arcæ Iordane, nulla alia ope indigebat, nullo alio duce, tempore enim antiquæ legis paruo & subobscuro lumine cõtenta erat Synagoga, quo nomine nuncupauit propheticum lumen D. Petrus, *attendentes tanquam lucernæ*, quæ viam aperiebat inter montosa & ardua longè peregrinationis loca, at euangelicæ lucis manifestatione fugiunt vmbræ, sol gratiæ affulget, cuius aduentu ignis, nubes legis, & Angelus disparuerunt, vnusque dux noster Deus est, carne tectus, qui hodierna die per Baptismi aquas transiens, ipsisque in vndis in Regem vnctus, in ducem cõstitutus, iter pandit ad vitam & gloriã, quam iam in prospectu habent, nec errare continget vbi ipse præit exemplo, & vestigia eius omnes nos sequi & imitati docet, & exemplo permouet.

Præstantia lucis euangelicæ supra legem.

1 Petri 1.19.

Deus noster Christus manifestatur in Iordane.

2\. *Regis & præsulis exemplum quantum iuuet.*

Quod planiùs & intelligentiùs ex ipso textu cognoscemus, quantum videlicet præstet regis & principis præuium exemplum; Iosue enim ad excitandos milites, qui in medium Iordanem intrabant ad collocandos duodecim lapides, & vt eorum fidem & obedientiam probaret, nam licèt iam experti fuerant aquas reueritas esse arcam, at nouum videbantur subire periculum, dum ipsi tantùm ad collocandos lapides in alueo redibant; bonus ergo dux dolens eorum periculum, & vt nemo in fide & spe primas illi ferret, intrat impauido corde, tam lætus & expeditus, vt dum illi ex littore duodecim lapides prægrandes afferunt, ipse per seipsum alios duodecim locauerit, *alios quoque lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo*, & hoc est *posuit, asento como a niuel y regla*, vt discant ex nostro Iesu principes quod iam in vmbris præscripserat Iosue, debere principes *implere omnem iustitiam*, non parcè erga Deum & legem se gerere, sed Dei libenter gloriam profiteri, non verò rationem status, hæc enim ea solùm exigit opera fucata & vana, quæ oculos mortalium pascunt, Christus verò *ad omnem iustitiam se extendit*; & licèt cessasse videt in Ioanne aquas Iordanis, hoc est, Prophetas, & antiquam legem: at ipse per se voluit in Iordane lapides collocare, & æternam suæ demissionis formam & memoriam consecrare; nos verò dulcem hanc recolamus memoriam, & exemplar imitemur. In primisque disquirendum est, quis est qui ad Baptismum venit, quis Baptista est tanti principis, quid velit à nobis hoc suæ demissionis documento.

Iosue 4. 3.

Politicorum ratio longè sit à sacris Dei & Religionis obsequiis.

Consecrat in æternam memoriam suæ demissionis.

NERVI DISCVRSVS.

3\.

Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, non quidem vt baptizaretur, vt putauit Origenes, nam multis antè diebus baptizauerat eum: sed venit ad Ioannem vt partes suas expleat Ioannes testificandi esse filium Dei, & vt Christus honori Ioannis consulat, à quo Baptismum acceperat. Videte, quasi dicat, qualis est Baptista, ego ab eo baptizatus sum; nam ad hoc munus quæritur inter reges & principes minister idoneus dignitate, nobilitate & sanctitate, multisque diebus ante ortum principis præparatus est; & quidem ad hoc respexerunt prærogatiuæ illæ, quibus Ioannem Deus præ cæteris ditauit & insigniuit, fecit Salomon ferculũ *propter filias Hierusalem*, vel ad inuisendas fœminas, vel vt ferculum commodaret eis; ecce attendit vrbs tota quænã sit illa ad quam primò inuisendam rex Salomõ in ferculo suo prodit. Magnus quippe Ioãnes antequam natus dum Salomon Christus in eo ferculo, quod sibi sacrauerat Spiritus sanctus, ante omnes visit & sanctificat. Nec solùm præparauit eum, sed eius generationem oraculo Angeli paterna oratione & gratia Annæ, quæ gratia nuncupatur. Quare Ambrosius [a] ait, *Ioannem Zacharias magis orando genuit.* & addit, *concepit Ioannem non natura, sed gratia*; ideóque quasi filium gratiæ non suum vocat Elizabeth. Sed simpliciter Euangelista ait, *peperit filium.* & Chrysologus hanc prærogatiuam eximiè extollit. *Sterilitas ista non erat maledicta, sed mystica, in qua partus non ablatus est, sed dilatatus:* & sicut in Mariæ conceptione, ait Damascenus [b] (vt diximus) *natura gratiæ cessit, tremula stat, progredi non sustinens, atque gratia effectum anteuertere ausa non est, sed tantisper expectauit, donec gratia fructum suum produxisset.* Sic in *Zacharia & Elizabeth* (ait Chrysologus [c]) *stupet sexus, frigescit caro, membra sopiuntur, tempus præterit, ætas transit, absolescit totum, quidquid est & humani ordinis, & negotij coniugalis, vt diuino muneret, non partu, ex hominibus Angelus nasceretur.* Ornauit eum non natura solùm, sed gratia & sanctitas singularis; & dignius quidem quàm Ieremiam; *ille quidem* (ait Damianus [d]) *in matris vtero sanctificatus, hic Spiritu sancto repletus*, imò, vt ait Chrysologus, *ante peruenit ad cælum, quàm tangeret terram, ante cœpit*

Dum Christus se demittit Ioannes mirificè exaltatur.

a Serm. 63. de Ioan. Bapt.

b Orat. 1. de natiuitate Virg.

c Serm. 89.

4\.

d Serm. 1. de Ioanne Bapt.

viuere Deo, quàm sibi; quia antequam saperet, meritum conquisiuit: præcipuè tamen oculos præparauit, vt solem iustitiæ venientem ad se posset intueri: ad hoc autem visitauit Maria Elizabeth, vt sicut lunæ influxus (vt ait Plinius [a]) vim maximam in oculos habet, ita Maria, quæ *pulcra est vt luna, illuminatrix* dicitur ab Epiphanio, influit sol iustitiæ per Mariam mirabilem illam sanctificationem & lumen, atque oculos, quos natura clauserat, lux Mariæ aperuit, ita vt potuerit sicut hodierna die digito designare, & exultare præ gaudio. Præparauit etiam Leuanam virginem (quam Deam vocabant antiqui à leuandis pueris in ortu suo) Mariam videlicet, nam, vt ait Beda [b], *tandiu mansit, donec videret præcursoris natiuitatem, propter quem maximè venerat.* Et Bernardus [c], *Tanto tempore manet cum Elizabeth virginalis integritas, & nunc dulciori colloquio, nunc amplexu feliciore Ioannem puerum consecrat & insignit, vt ipsa Dei genitrix felicem puerum primum de terra leuaret.* leuaret quidem non ritu Gentili, vt dixi, sed Patriarcharum, vt Rachel filium ancillæ Balæ sibi leuando adoptauit. *Indicauit mihi Dominus, & exaudiuit vocem meam, dans mihi filium, & idcirco appellauit nomen eius Dan* *. Præparauit item gratia quæ mater eius dicta est ab Ambrosio. *Concepit Ioannem non natura, sed gratia,* imò & totus ipse gratia dicitur, non quòd gratia sit, sed quòd gratiam eximiam continet. Quis autem in eum tantam infudit gratiam, ex coniectura colligemus, ait Glossa. *Nam si in primo aduentu Mariæ Spiritu sancto sunt repleti, multum est illis superadditum tanta mora mansionis.* Verùm licèt præcelluit merito, præluxit exemplo, rapuit in admirationem eius pœnitentia, quia *ante rapuit arma, quàm membra*, vt ait Chrysologus, & passio eius Christi passioni proximior nomen *præpotentis Martyris attulit.* Verùm eius authoritas (mea opinione) ex hodierno testimonio clariùs & illustriùs effulget. *Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens, &c. & quia hic est filius Dei.* Quòd si testis diuinitatis factus est, & testimonium perhibuit de lumine, certè vel diuinæ essentiæ visione, vel saltim eius splendoribus singulariter fuit collustratus. Quod clariùs intelliges si præcedentis discursus historiam referas. Nonne vides qua ratione Samuel non solùm elegit Dauidem in regem, non declarauit solùm, sed vnxit & præsignauit, poterant enim fratres eleuari, & improbare electionem, & minimè velle obtemperare: at cùm vident vnctum, & Samuelem qui vnxit venerari eum, & quasi regem colere, silent omnes, & fratrem verè regem esse credunt. Elegerat iam pridem Christum, & præfecerat eum Pater, vt ipse testatur. *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius.* At præsignatio publica, & declaratio digito & testimonio Ioannis reseruata est, tanquam fideiussori diuinitatis Verbi, & præclarissimo vadi honoris Christi, ad quod munus proculdubio copiosissimũ gratiarum cumulum præhabuisse necesse fuit. Nam qui creditor est & fideiussor alterius in multorum millium quantitate, vel habet illam pecuniam, vel saltem fidem eius, vt possit alterius fideiussor esse: igitur cùm Dei filij vades sit Ioannes (licèt Deus non erat) fidem tamen & existimationem talem habuit, qua Deus creditus est, *existimante populo, si esset Christus*; quare cùm maiorem erga populum opinionem sui acquisierat, tunc fideiussor cõstituitur, & extento digito ait, *Ecce agnus Dei*, vt vos obiter etiam discatis qui sunt rerum sacrarum & domus Dei testes fideles & veraces aduocandi, non enim de diuinis æquo iudicio prophani iudicant, sed qui stant in domo Domini, & in atrijs domus Dei nostri, nam virtutis censuram quo pacto audeat ferre, qui in peccatis natus est totus, & qua ratione valeat erudire alios qui in seipso vitijs diffluit, & à Dei sapientia alienus est; ideo sapientia ipsa antequam magisterium ineat mortalium apud Deum fuisse in æternitate, & cuncta cum eo disposuisse, longa oratione percenset. *Quando præparabat cælos aderam*, &c. vt tandem liberè audeat dicere, *Nunc ergo filij audite me, audite disciplinam meam, & estote sapientes. como juzgará del trabaxo de la virtud quien no la obró jamas, ni el baptista de Christo si no le conociera. Ecce agnus Dei.*

Ecce agnus Dei. Iam nomen quod principi baptizato imponitur, eius erga homines pietatem manifestat. *Agnus Dei qui tollit peccata mundi*; frequenter vsurpat nomen agni Ioannes, quia amorem Christi apprimè denotat; sit ita dulcissime Ioannes, verùm quorsum tam citò Baptista nomen quod mortem præsignat imposuit? principes enim cognomina post mortem obtinere solent secundùm eorum facinora, illum *agrum* nuncuparunt, *liberalem* istum, alterum *crudelem.* Respondet in principe nostro non tam opera pensanda, quàm amorem, quo ante mundi constitutionem pro nobis mortem & cupiebat, & præ oculis semper habebat, & ipso nomine voluit indicari, *Ecce agnus Dei, entre todos los que an de morir este ha de morir como cordero innocente.* Hic futurus est holocaustum, quod Patrem placaturum est. Sed vt planiùs hoc amoris opus intelligatur, charitas Christi non vna, sed trina morte contenta fuit, nam mortuus est ante mortem, vt illa indicant verba, *agnus qui occisus est ab origine mundi*; mortuus est secundò in cruce, quam mortem Baptismum nuncupabat, quasi aliquid ad perfectionem ipsi deesset, vt ait Ambrosius, *vtique vsque ad perfectionem angitur, asi deseaba el morir como vn pretendiente desea vn habito o vna plaça.* Tertiam denique mortem in repræsentatione vera & reali præsentia in Eucharistia adinuenit, vt post mortem mori posset. Itaque verè & realiter ex vi verborum, quibus panis in corpus Christi, & vinum in sanguinem transit, eiusdem sacrificij crucis incruenta & vera fit repræsentatio. Verùm Baptismus iste quorsum Domine suscipitur? éstne mors? habet aliquid crucis, vel sanguinis effusi? non habet, præhabet tamen repræsentationem & significationem eius quod ego valde cupio, nam licèt corporis ablutio per se nihil significat, nam & Pharisæi vasa, mensas, lectulósque baptizabant, vt constat ex D. Marco *cap.* 7. at verò ablutio illa ad significandum assumpta à sapientia Dei habet infirmitates & languores populorum significare, *aquæ multæ populi multi*; quas tamen infirmitates ita desiderat agnus iste super se tollere, vt multis retro sæculis ipse tanquam cygnus cecinerit in ipsis aquis, *Saluum me fac Domine, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, infixus sum in limo profundi, & non est substantia*; itaque voluit baptizari vt mortis candidatum se esse osten-

Margin notes:

[a] Lib. 16. de lunæ proprietatibus.

[b] In Luc. c. 1.

[c] Ser. de laudibus Baptist. & P. Damia. vbi suprà.

Gen. 30. 6.

* Appellauit quasi suum, vt ait P. Pereira: suum autem faciebat per adoptionẽ, & ita Gen. 30. in Hebræo legimus, *Vt pariat filios quos possim ego adoptionis lege, quasi meos super genua mea collocare.*

5. *Mirabili lumine illustratus Ioannes testimonium perhibuit veritatis.*

Psal. 2. 6.

Non æqui iudices nec testes sunt prophani homines rerum diuinarum.

6. *Agni nomine frequenter vtitur Ioannes.*

Amor in Christi actionibus pensandus.

Trina morte amorẽ suum commendauit Christus.

Apoc. 13. 8.

Psal. 68. 3.

Mortis candidatum Christum. Simile. ostenderet. Sicut si princeps pretiosum & splendidum sibi ædificaret sepulcrum, & insigniores litteræ ipsum iam ibidem iacentem præsignarent: Hic iacet D. Marchio, aut dux, vel rex, & insuper pretiosas exuens vestes, pullatus cum omni sua familia viuens funeralia & exequias sibi perageret. Quid si rogatus de rei nouitate adderet, habeo mei sanguinis inimicos, volo citius quàm par est mortem, quam ipsi cupiunt, oppetere; habeo item fratres natu minores, volo vt ipsi primogenitum meum & principatum adeant, & subeant filij hæreditatem. O mi Christe, dicam de tua immensa charitate quod in homine mortali fingere non valui, iacebant sub onere peccatorum mortales, sitiebant sanguinem tuum Iudæi, & testamentum firmare oportebat tuo sanguine, cùm amor tuus tantæ dilationis impatiens, atratum hodie producit, & peccatoris specie pallida mortalitatis tectum, sepulcrum in Iordane constituit, & titulum sepulcri inscribit, *Ecce agnus Dei, aqui yaze desde oy se quenta por muerto.* His exequiis abest mater, ne simul mortis formam intueretur, & dolore angi inciperet: pater tamen adest, acceptans ex hac die filij mortem, & hoc est quod dixit Ambrosius [a], *Vnus* (scilicet Christus) *mersit, sed lauit omnes, vnus ascendit, vt ascenderemus omnes, vnus omnium peccata suscipit, vt in illo omnium peccata morerentur.* & Nazianzenus [b], *Baptizatus est Christus, vt totum terrenum Adam immergeret aqua*, & hoc nomine alibi ipsum Dei agnum nuncupat. *Succedaneus culpæ nostræ, el cordero sustituto de Isaac.* Sed illud verbum *culpæ nostræ*, nouum aliquid significat; significat enim paternam pietatem, qua ciuis quidam audiens filium perditissimum per sententiam morti adiudicari, clamat & renuit, aditque iudices, orans & obtestans prius ab ipso vitam & animam, quàm à filio oblaturos: quid enim aliud significat oratio illa Christi, *Pater si possibile est transeat à me calix iste: verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat.* Moriar ego Pater, fiat in me voluntas tua: acceptat Pater mortem, & scriptis mandat, *Hic est filius meus dilectus*, signat suo sigillo, & Ioannis digito, *Ecce agnus Dei*, & ex hac die *succedaneus culpæ nostræ* nuncupatur, vt manifestè Paulus scribit, *quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ*, & præcursor, *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. tollit*, iam non iubet tollere grabatum, nec tollere iugum, ipse etiam tollit; quid enim præstaret nostra satisfactio, si sua non accederet. *Peccata nostra ipse pertulit super lignum*; & verè dicitur cuilibet peccatori, *Transtulit Dominus peccatum tuum.*

7. (margin)

Mortem intrat & subit ab hac die Christus.

a Lib. 2. in Luc. tom. 5.

b Orat. de Baptismo.

Verè languores & pœnas nostras pertulit Christum.

Rom. 3. 25.

Ioan. 1. 29.

Matth. 11.

1. Petri 2.

8. Libet ergo nos omni cura & debito solutos, expeditos, alacres, otiari, frui rebus, oblectari, & pro arbitrio viuere; iam enim habemus succedaneum culpæ nostræ, & fideiussorem. Vnde horrendum naturæ monstrum prodiisti? vnde impia hæc consequentiæ ratio infertur? Deus propter me moritur, ego non moriar, Deus tollit peccata; non ergo puniet mea. Hæc tua assertio multum peccat, in magno est errore: audi agnum ipsum Dei sub onere peccatorum tuorum laborantem. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores*; videte quale ædificium, quàm amplam domum peccatores ædificauerint, *super dorsum meum*, qui elephas non sum, nec camelus, sed agnus Dei: tollam igitur quia Deus sum, tollam peccata mundi, ob hoc tamen ne putet hæreticus nulli satisfactioni propriæ obnoxium esse ob proprias culpas, nam ideo addidi, *prolongauerũt iniquitatem sibi*, etiamsi mihi onus graue imposuerunt, sed sibi etiam quid soluant, quid ferant, quid satisfaciant superest. *Sibi* damnum inferunt cùm pœnas & culpas in me refundunt; magnam enim istam molem, quam super me excitarunt omnes, vnusquisque destruere debet, vnusquisque enim prolongauit sibi, *para si hicieron mal, que les obliga a satisfacer.* Sed ne catholico amentiam istorum imitari contingat, audiat nomen illud nouum, quo iustus homo & fidelis Deum nuncupauit. *Nisi Deus Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modo* (ô Laban) *nudum me dimisisses.* Quid est *timor Isaac*, rogat Augustinus? respondet Caietanus, Deus est de quo dicitur, *Sanctificate Dominum Deum Israel, ipse est pauor vester, ipse terror vester: el dios que pone pauor y temblor.* Teneo iam igitur quare *timor* Isaac nuncupetur: nam cùm iamiam super collum Isaac gladius impendet, etiamsi vox Angeli sistere iubet, nónne satis timoris frigida ossa pueri & tremor occupauit, ita vt pauere, & Dominum timere posset in posterum? Audi igitur, quid dicat Paulus, *Vnde in parabolam accepit, esta muerte y este amago, quedose en representacion sombra fue de la muerte de Christo.* Quid audio mi Christe, vmbra terret Isaac? vmbræ timor sic absterret homines iratos, vt dicat Iacob timorem Isaac prohibuisse Laban, ne in eum iras exequeretur. Quid hoc? si gladij vmbra, aut hastæ, in prælio hostes deuinceret, perimeret, in fugam cogeret & profligaret, quid verus ensis faceret, si super ipsos vel super caput tuum vibraretur. Tantummodo crucis Christi vmbra, verberum significatio, & repræsentatio mortis, sic terruit Isaacum, vt perculsus tremore & pauore centum annos viuat, & Deum aliàs sibi benignissimum ipse & posteri pauorem & horrorem appellent. Tu Christiane, qui paternum ensem districtum in caput tuum minatem & intentantem æternam mortem vidisti, cuius mortis succedaneus fuit agnus Dei filius innocentissimus, qui verè extinctus, verè clauis transfixus, verè lancea confossus est, nónne æquum erit timere cùm audis vocem agni Dei, qui tollit peccata mundi? nónne iniquum & barbarum erit ex his elicere viuendi licentiam, peccandi facultatem, otiandi causam, fugiendi satisfactiones, effugia, non alia de causa quàm quia tibi bonus iste fideiussor digito designatur? O ingratitudo, erubesce & vecordes mortales ne amplius nota turpissima inuras, neque enim frustrà monuit Sapientia, *Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris*, eius præcipuè qui solas inter mortales *animam suam posuit pro te. Ecce agnus Dei.*

Sat esse ad nostram salutem Christi passionẽ absq; cooperatione nostra, hæreticorum.

Psal. 128.

Gen. 31. 42.

Isai 8. 13.

9. Heb. 11. 19. Timor ex Christi passione animos corripit.

Ratio à simili.

Eccli. 29. 20.

10. Nunc actio ipsa Baptismi quomodo peracta sit, venit contemplanda, & inserenda hic quæ in præcedenti discursu præmisimus. Verba enim

Baptismus Christi quo modo peractus.

enim regis erga magnos principes sunt maximè obseruanda, *et rey habla con su Almirante attencion.* Ioannes vrbanitate præuenit Christi humilitatem. *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me.* O Ioannis humilitas, anteuertisti Petri verba, benè ò Petre occurristi Christo, dicens, *Non lauabis me in æternum*; verùm alter te prior dixerat, *Ego à te debeo baptizari; ego debeo*, id est, indigeo, quid ais sanctissime Ioannes, certè tu nequaquam indiges lauari, mundum vix natus pedibus conculcasti, carnem satis dura pœnitentia subegisti, dæmonem non memoro, qui statim victoriam desperans à te recessit; quem ergo times? quo spiritu ais indigere, quo ab vtero repletus es? quo lumine indiges, cùm sis lucerna ardens, & lucens? Verùm respondet audisse, *non verearis vsque ad mortem iustificari*, & postea eodem spiritu Paulus orat, *vt abundetis magis ac magis, sin termino sin tasa sin decir basta os acrecentad en sanctidad.* Miratur insuper Christi humilitatem, qua non solùm se demittit ad pœnas suscipiendas, sed ad formam & speciem culpæ, & verè passibilis carnis professionem, & tunc maximè cùm non ad circuncisionem omnes, sed ad Baptismum confluebant raptores iniqui, hypocritæ, Pharisæi, gementes, & lacrymis potius quàm aquis sua fatentes & expiantes peccata, & scelera grauissima, inter hos canes vlulantes, inter hos lupos frementes, inter mugientes lasciuos tauros aderat mitissus agnus, & quid agebat, & qualem professionem faciebat, cuiusve vtilitatis? certè tanti fecit demissionem sui, vt vbique eam conquisierit, etiam cum honoris dispendio: sicut si nobilis eques in die publicæ actionis fidei inter damnatos se interfereret, insignia pœnitentiæ & culpæ indueret, vel si filius principis post paternas epulas ad mensam puerorum & famulorum descenderet, fame premi quis dubitaret. Certè vel saturari opprobriis, vel abiectione, cupit Princeps noster, qui habitu inuentus vt homo, quod satis erat, non quieuit donec ad Baptismum venit, *vinose al tinelo de los pajes con deseo de hartarse y humillarse.*

Proficiendi ardor iustorũ. *Ecclesiastici 18. 22.* *1. Thess. 4. 1. 10.* *Mira Christi demissio.* *A simili.*

II. *Sine modo, sic decet nos implere omnem iustitiam.* Iam tertium quod proposuimus ipse explicat Christus, quid nempe hac sua demissione à nobis obtinere nititur. Sine Ioannes, sine, hac enim demissione lex implenda est, humiles enim sunt qui plenè legem adimplent: nam & humilibus datur gratia. Hæc autem iuuat ad operandum, nec enim sat esset lex & arbitrium, gratia implet, & implere iuuat; atque adeò humilitas est quæ adimplet: nam qui videt humilitatis actus, putabit à pusillanimitate cordis ortum habere; minimè tamen magnanima est, & omnes numeros implet, *es muy cumplida la santa humildad la ley era muy corta gratia y humildad la llenaron.* nam humilitas omnem iustitiam implet, & quoad se, & quoad proximum: quoad se facilè mensuras explet vilioribus & abiectioribus contentus, qui omnium indignus reputatur. Implet etiam proximorum legem dum abstinet à litibus, quæ ex superbia & cupiditate nascuntur. *Concupiscitis, & non habetis*; inde sequitur, *litigatis & belligeratis*; implet etiam, nam cùm nemo lætiorem vitam agat, affabilitate & comitate proximos suscipit, Dei etiam implet legem per humilem obedientiam. Secunda expositio est, *sic decet nos.* Scio Ioannes Baptismo non indigere, sed non mihi solùm natus, datus sum hominibus, eis prodesse cupio, & sicut caput, membra reliqua onus portare suum, exemplo adiuuare debeo, vt non solùm legem, sed vltimam iustitiam, hoc est, ceremoniam & ritum explere discant, vt principes quæcumque pia, & sancta rosarium, aquam piacularem, confessionem & communionem frequentiorem, indulgentias, & pia loca adire & obseruare curent, ne vacuum detur in orbe gratiæ, quod naturæ leges non patiuntur: impleant igitur hæc omnia ne vacuum detur. *Sic decet nos*; sumus vtique *nos*, hoc est, sumus prælati, & capita non sumus, hic & ille, sed *nos* publicæ, communes personæ, & quæ pro pluribus supponimur. nam si essemus *tu*, aut *ego*, non ita desideraremur in rebus diuini obsequij: at cùm simus *nos*, strictiori iure obligamur. Huic expositioni adnectitur quàm iam exponere gestiebam, sine Ioannes me semel tecum hoc opus demissionis explere, vt nemo deinceps vllam excusationem habeat, nec effugium, quo se ab humilitate possit subducere. Consonant verba Pauli, *Quòd ascendit, quid est nisi quia & descendit*, primùm in inferiores partes terræ. *Qui descendit ipse est & qui ascendit supra omnes cælos, vt adimpleret omnia.* Hoc apud vos statutum sit, qui descendit non ex indigentia descendisse, ipse enim est sublimis, ille qui potuit super omnes cælos ascendere, vt adimpleret omnia, atque adeò qui in cælo valuit cauitates & vacuas sedes implere, quid capit in terra cùm se demittit? Certè omnes vacuitates, omnes cauitates explere, *vt impleret omnia, para llenar los vacios que en el mundo auia con su humildad*: vt impleret opera humilitatis gloria, & ita impleret, vt nemo se ab humilitate excusaret. Dicet enim litteratus, demittat se idiota, me enim litteræ ac sapientia clarum & grauem effecerunt, præcludit hoc effugium Christus, & ego sapiens nónne eram, & tingi volui cum peccatoribus. Dicet nobilis, me sanguis extulit, & illustrem fecit, faber non se efferat, sed abiiciat; implet vacuum istud Christus: Nónne nobilis eram ego, & ingenuis parentibus natus Baptista? & cum peccatoribus me demisi. Dicet diues, nullius indigeo, diues effectus sum, oret pauper, genuflectat, sordidis induatur, ego ad splendorem acquisiui bona. Implet vacuum istud cerebrum: Nónne ego pauper factus sum, cùm essem diues? migrat ad cælos etiam vt impleret omnia, ibi enim etiam vacuum reliquit Angeli superbia. Quò vadis Domine, si in cælum ascendis, quis promouebit opus nostræ salutis? ideo subdit, *& ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores; ad quid Domine? ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, para seruir y humillarse.* Apostoli quidem qui se omnium peripsema nuncuparunt, prædicatores qui vos verbo doceant, confessores qui exemplo præluceant, Episcopos qui se abiiciant & demittant ad pauperem in opus ministerij: sed

Humilitas iuuat ad implendam legem & omnia. *Iacobi 4. 2.* *Iustitia hic etiã ritus & ceremonias significat.* *Principes religionis opera & pietatis primi obeant.* 12. *Ephes. 4. 9.* *Humiliandi se nullus excusationi locus.* 13.

sed quare ô Paule Papam non numerasti, vbi est thiara, vbi Petrus & successores eius; multis possem respondere, sed non opus fuit Christi vicarium alio nomine quàm *ministri* designare *. Nam qui dixerat Christum se abiecisse ad inferiores partes terræ, non aptè piscatorem coronatum memorasset, sed seruum seruorum Dei. Nam cùm rex est aperto capite, nemo ex magnis principibus qui posset, tegit caput, nec in hoc cognosces, aut discernes principes, quos magnos regni nuncupant, *esta descubierto el Rey nadie se cubre ni se conoce ser grande.* Dum Christus est in terris, in præsepio, in Baptismo, in cruce, nulla fit mentio thiaræ, mitræ, aut coronæ; nemo magnus, nemo dicendus rex, sed *minister, & seruus seruorum Dei filij*, quem pater laudat, columba designat, indicat Ioannes auctorem gratiæ & gloriæ.

*Salmeron contra Bezam tom. 14. 785. col. 1. ad Ephes. c. 4.

VERBVM SPIRITVS sancti. Hebr. 1. v. 2.

Locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula.

Nouus Homo à vero Dei filio vicarius in sui locum sufficitur, qui crucis trophæum Romæ inserens principatus coronam triumphumque reportat.

DISCVRSVS LXXV.

1. QVID est, quòd Angelorum & hominum agminibus exclusis, solus Petrus in consortium diuinæ maiestatis, & cum Domino residet præsidente? 'Dulce colloquium, sancta conuersatio, consilium speciale Petri & Dei. Hæc (inquit Petrus Damianus [a]) inter se curiosè aulici solent inquirere, cùm regem vident equitem aliquem quietè conuenire, & longum inter se habere sermonem. Nollent insani hæretici colloquium istud cum Petro priuatim Christum habuisse, ne hic videatur pro se vno respondisse, sed omnium ore primum erupisse, ne verba illa, *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, Petro vni tanquam capiti dicta videantur, non considerantes pronomen demonstratiuum, *hanc*, vicem gerere relatiui, *super quam ædificabo Ecclesiam meam*; Petrus enim & petra idem sunt, nec verba verbis conferre sciunt: nam & hic est, cui nomen mutauit, vt singularem & eximiam dignitatem concedere nouo nomine *Petra* indicaret, videlicet eum fundandæ Ecclesiæ caput constitueret, suúmque in ea vicarium faceret. Hic est, cui statim dicitur, *Et tibi dabo claues Regni cælorum:* eidem ergo sigillatim, *super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, dictum est. Absurdum enim est, tam paucis verbis rerum aut personarum mutationem fieri. Certè ignorant isti, quorsum Christus omnes rogauerit, sciens vnum Petrum responsurum: nam cùm Christus Dominus Apostolos duodecim ad duodecim

a Serm. 1. de S. Petro Apostolo.

Verè Princeps Ecclesiæ caput & petra Petrus.

Matth. 16. 18.

Patriarcharum similitudinē eligeret, vnum hodie veluti Abrahamū eligit, qui propter maiorē fidem euangelicæ Ecclesiæ caput & fundamentū esset. Paria enim in vtroque sunt omnia, nā vterque fide excelluere, nomē vtrique vt parentibus multarum gentium mutatum est. Sed gaudeo valde, vt dum Petri celsissimam dignitatem laudare aggredior, contrariarum opinionum conflictu clarior & illustrior euadat: ea enim nobilitatis monumenta & insignia, quæ in contradictorio iudicio (vt aiunt) quis obtinet, probantur maximè, & semel obtenta ora aduersariorum obturant. Igitur hodierna die huius nostri summi Parentis dignitatem vindicabo, & cōmunibus sanctissimorum Patrum testimoniis hæreticorum nouam & perniciosam opinionem exterminabo; laudes interim tanti Pontificis extollam. Licèt enim sacris institutis Ecclesiæ Romanæ præscribatur, ne concio ad populum habeatur in die consecrationis Pontificis, ne præsens laudes suas audiat, sed submissè se in omnibus gerat; at in nostri Petri consecratione D. Paulus ense & verbo adstare iubetur, vt verbo suo Regis Christi potestatem, & quam Petro vt Proregi & Vicario dedit, contra insolentiam & petulantiam opere & verbo defendat.

Petrus Abrahamo comparatur.

Gen. 17. 5.

Attentè mecum cogitans, quid significent insignia religionis, quibus pectore designati procedunt nobiles nostri, & catholici equites, visi sunt mihi flores esse *, ampullæ, & quasi vibices, quos in externam cutem feruor generosi & antiqui sanguinis promit, feraces & antiquæ terræ flores, & quasi signa ardentis fidei, quæ ebullit in pectore; fenestræ certis in locis positæ, per quas aquæductus nobilis purique sanguinis, qui à maioribus ducitur, per quas venas procedat, libet speculari. Inuentum quidem non nouum, sed quod politica respublica ab Ecclesia sancta mutuata videtur: in qua quidem videmus Regem nostrum Iesum, qui omnibus modis suos nobilitat, & nobilitatis stemmata, & fumosas illas imaginēs bello crucis, & militari gloria comparatas, procreatis clarissimis principibus familiarum, liberalior, & sine inuidia communicat. *Axiomata namque sua Christus elargitur aliis*, inquit magnus Basilius [a], & nobilitatis insignia posteris suis relinquit. Hoc ipsum Hieronymus scribit [b], *Cùm ipsum sit verum lumen, Apostolos loquitur: Vos estis lux mundi**. Et sicut Hispaniarum rex diuersos habitus & insignia Alcantaræ, Calatrauæ, & aliorum ordinum, inter equites suos distribuit, vtpote qui magnus est istorum ordinum Magister; insigne autem aurei velleris, quod gerit ipse, paucis, & his eximiis nobilitate & genere donat; eadem ratione Rex noster Christus, etsi varia stemmata dedit, margaritam in candido spatio virginibus, facem accensam in manu confessoribus in pallido campo, rubeam crucem in cæruleo cælestique clypeo Martyribus, cæteris Apostolis sedem in aureo spatio: at nostrum Petrum vt Ecclesiæ caput, singulari electione, singulari stemmate, petra, rubrâ cruce insignita, quæ regiæ maiestatis insignia sunt, & à nemine vsurpanda, discernit, & aureo vellere crucis & agni in eo pendentis, gigas iste sanctitatis culmen Apostolicæ dignitatis mirabilis homo, interriti & generosi cordis, dignissimè inter omnes insignitur & condecoratur. 2.

* *Habitos de caualleros son vnas flores y muestras honrosas, que como ampollas el feruor de la sangre noble y castiza saca afuera, rosas plantadas en buena tierra, y vnos como escupidos de la fe ardiēte que bulle en el pecho; arcas y lumbreras puestas a trechos para mirar por donde va arcaducada la sangre noble, limpia y defensora de la fe.*

Omnibus modis illustrat suos Christus.

a Hom. 10. de pœnit.

b In Oseæ c. 1.

* Vocabula sua Apostolis suis donauit, *Ego sum*, inquit, *lux mundi; vos estis lux mundi.* Ambrosius lib. 7. in Luc. 9.

3. *Speciali insigni afficitur Petrus petra & crucis.*

ratur. Percelebre quidem festum, eo fine institutum & instauratum, vt quantus sit Petrus in regia aula dignoscatur, cui singularis hæc prærogatiua conceditur. Philippus Burgundiæ dux magnus primus fuit, qui in honorem equestris ordinis, & ad tuandam, defensandámque fidem, ordinem istum aurei velleris fundauit. Primum quod obseruatur, vt perpaucis decus istud conferatur, & hi perpolleant sanguine, religione, & meritis, & ex se magni sint. Principio examen fiat & inquisitio de puritate sanguinis, auitæ fidei, & à maioribus hæreditario iure ad posteros delatæ; semper enim nobilis purusque sanguis ab erroribus, lapidicina fuit congruentissima, vnde firmi Ecclesiæ lapides exciderentur. Secundò facinora referantur, quæ & maiores & ipse peregerit, ne singularitatis & acceptationis personarum arguatur rex. Tertiò, professionem fidei, quam tenet, defendendam publicè obeat. Quartò, aureo vellere pulcrisque annulis aureis torques collo appenditur, certis verbis, quibus fidei exaltatio demandatur; regiæ insuper mensæ accumbit, amicè comedit, ludit, & ab omnibus aulicis summâ cum gratulatione ædes suas repetit. Tibi, ô sanctissime Pater, hæc conueniunt, tuas ex Euangelio veras laudes eliciam, quod in duas lances diuisum, vna Christum Regem Dei veri filium, verámque fidem continet; altera Petrum cum Ecclesia, cælo, & clauibus, quantus sit, perpendit: & præfatæ cæremoniæ obseruantur. Primò, inquisitio fit à Propheta; secundò, facinora referuntur; tertiò, fidei professio exhibetur; quartò, aureo torque insignitur; à mensa ad ludum, à ludo in cælum remigratio fit, cunctaque Ecclesia gaudio præsultat.

Aurei velleris auctor & inuentor ad religionis tutelam.

DIVISIO TOTIVS DISCVRSVS.

4\. *Eximium dignitatis argumentum hominem vice Dei in terra constituere.*

Sed licèt nihil luculentius, & quod apud omnes Theologos & Patres in confesso sit, Christum filium Dei viui esse; hodiernâ tamen die verè & maximè ostendit, dum diuina auctoritate, quam à Patre æterno iure habet, sui vicarium, magnúmque familiæ & Regni parentem Dei vice substituit. *El Rey en nada es mayor que en hazer grandes; ni Christo se manifiesta meior ser hijo de Dios, como en hazer a vn hombre vice Dios en la tierra.*

5\. *Christus non rapina tenuit diuinitatem.*

Principiò ergo statuendum est, ea de causa de Christi diuinitate quæri, & grauem inquisitionem istam fieri duplici de causa. Prima, ne de Christo suspicari possent mortales, quod de suis equitibus execratur Tullius, *Aliqui* (inquit) *transfundunt se in aliorum familias, & nomina*; ideo grauis inquisitio fieri debet. Quod à Christo meo longè abest, (inquit D. Paulus) *non enim rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo.* Quod satis notum fuit D. Petro, cùm ab illo diuinam potestatem accipit. Vtique verè esse Dei filium credit, qui in filios Dei adoptare potest, vt notauit D. Ambrosius [a], *Sciuit Petrus, quòd in filio Dei omnia sint; omnia enim dedit Pater filio. Si omnia dedit, æternitatem, quam habet, maiestatémque transfudit. No ay que hazerle informacion del linage y diuina generacion; non licet mihi scire generationis seriem, non licet me nescire generationis fidem.* Sed ne gratis dictum videatur, loquatur de cælis Gabriel, de terra Paulus. *Hic erit magnus* (inquit Dei nuncius) *& filius Altissimi vocabitur.* Aliter hæc de Ioanne, aliter de Christo dicta obseruant Origenes [b], Ambrosius, Beda, & Theophylactus. *Dictum est etiam* (ait Ambrosius) *de Ioanne ab Angelo, quia erit magnus; sed ille quasi homo magnus, hic quasi Deus magnus: magnus enim Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis.* Ideo additur, *& vocabitur*, id est, erit, *Altissimi filius.* Audiamus super hæc D. Paulum [a], *Locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula; tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit; cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te?* & rursum, *Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in filium:* quæ non expositione, sed ponderatione indigent, his nempe significare Christum primarium & necessarium esse hæredem Dei Patris, adeóque neminem posse in consortium hæreditatis, beatitudinis & gloriæ Dei admitti, nisi per Christum in filium adoptetur: notat autem Paulus hunc eundem esse, *per quem fecit & sæcula*, non vt instrumento, sed quasi per ideam & sapientiam architectonicam, increatam, & omnipotentem, *fecit*, creauit *sæcula*, hoc est, temporaria omnia. Sed quorsum verbi *creatoris* meminit, dum de Christo Redemptore agit? quorsum Angelorum? quorsum nominis Filij, & Verbi Patris, *Ego hodie genui te?* Certè probatio ista in immensam D. Petri laudem redundat, si Rupertum [b] audiamus, qui probat eleganter lapsu Angeli, & ruina Adami hoc saltem comperisse, *quia principatum nullus hominum humiliter ferre potest, nisi Deus increatus:* quod probat ex leuitate vtriusque creaturæ, quia neuter Dei beneficia sustinuit, neuter pondus tanti honoris humiliter ferre potuit, vtpote vterque creatura leuis. Vnde autem leuitas vtriusque naturæ, nisi ex propria conditione? vterque de nihilo saltem mediatè creatus est: quia ergo tam Angelus, quàm homo de nihilo creatus, creatura leuis est; *& nisi ipsum Verbum increatum per amorem suscipiat, nullius ponderis est.* Nullum Dei donum, siue beneficium Dei ferre potest humiliter. Si autem omnia vni, quæ cuilibet creaturæ conferat, non supportat creatura per elationem subuersa, *que seria si a vno le diesse el Principado? bunderse hia como corcho con el peso.* Ecce comprobatum est ex duobus, scilicet ex summo Angelo, & ex homine, qui prior conditus est, & pater omnium fuit constitutus, *quia principatum omnium nullus humiliter ferre potest, nisi Deus increatus.* Soli ergo Verbo Dei conuenit principatus, quod potest dicere: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*; de quo Paulus, *Quem constituit hæredem vniuersorum.* Sed quid ad hoc respondes, ingeniose Doctor? quod vni Petro dictum est, *Tu es Petrus, & super hanc petram,* &c. Respondet primò, inde facilè coniectari posse quantus sit D. Petrus, qui inter Angelos & inter homines solus accepit, solus humiliter ferre potuit principatum. Secundò, cum conditione loquutum fuisse, omnem videlicet creaturam leuem esse, *nisi ipsum verbum increatum per amorem suscipiat.* In quibus verbis insitionis opus tetigisse videtur. Est arbor in horto insuauis, rustica, & amara; sed acris & fortis; inseritur surculus dulcis & suauis; videas diuersos in diuersis ramis fructus, quos vna arbor ferre haudquaquam posset.

Margin notes:

a Lib. 7. in Luc. c. 9.

b Hom. 6.

6\.

Hebræa phrasis, vocari pro esse, Isai. c. 1. 26. Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis, id est, eris ciuitas iusti. & alia quæ affert Maldonat. hic.

a Hebr. 1. 2.

Immensa D. Petri laus. Psal. 2. 1.

b De glorific. Trinitat. c. 12. & 13. & ante c. 11.

7\. *Gratia & beneficiorū Dei intolerabilis magnitudo, nisi gratia fulciamur.*

8\.

Petrus Christo insertus & eximio amore & similitudine copulatus.

Simile.

possit. Accede modò, & contemplare Petrum, & fortè mirabilem istam institionem reperies; ex vna parte amaras mittit lacrymas, homo est: ex alia alienas culpas & pœnas soluit, Deus. Ecce vinculis & catenis constringitur, homo; ecce inferni ergastula, & ferrea vincula infringit, Deus; ecce pedes eius & sordes lauare iuuat, olent hominem. Sed quid Dei Filius ad pedes prouolutus? Deum constituit. Quid est quòd gallus culpæ arguit? homo. Quid quòd ipse vt gallus Ecclesiam excitat, & suscitat? Deus. Quomodo in mediis vndis ambulat firmo gressu? Deus. Quare tamen ibidem pæne mergitur? homo. Mortuus in cruce adoratur (ô crimen!) Deus est. Et quomodo est Deus, si in cruce tollitur Petrus? Homo est. Si Petrus, quomodo Christus nuncupatur? quia Deus. Si Deus, quomodo homo? Rectè rogasti, quia *Dei verbum per amorem suscepit.* Et verbum Dei ipsitum hos tam diuersi fructus ramos & opera protulit mirabilia. Scias ergo verum Dei filium mortalem hominem suæ dignitatis & hæreditatis vicarium substituere potuisse Petrum. Qua ratione id peractum sit, nostro discursu planum fiet.

9. Isai. 28.

Generis inquisitores cautè & non primo affectu inquirant.

Ordiemur ab Isaia nobilissimo aulico, cui Petri & Petræ inquisitio demandata videtur: nam disquisitiones istæ homini alterius vitæ commendari oporteret, *Estas informaciones de linages y honras, a hombres de la otra vida se auian de encomendar*; talis enim deberet esse, qui de mensa, vbi sedet, præteritas generationes, quæ in Deo requiescunt, rimari & speculari contendit; & inter sanguinem & sanguinem, quem non vident, iudicare. Vis scire quid accidat his antiquis & nobilioribus iam defunctis, de quorum nobilitate quæritur? quod contigisse fertur statuæ strenui illius ducis Roderici à Viuar, quem Hispani *Cid* vocant, qui cùm Iudæorum & Maurorum insectator fuerit acerrimus, cùm simulacrum eius in sepulcro iacere videret audax Iudæus, vindicandi se gratia mentum tenuit, exprobrans eius infirmitatem. Deus autem, qui absentis causam & partes agit, & mortuorum iniurias vindicat, effecit, vt emortuæ statuæ brachium commoueretur, & ensem distringere minaretur: quo timore perculsus Iudæus aufugit. Potest Deus causam generis defuncti eleuare, & absentis honori consulere, perterrito, imò à terra deuorato generis inquisitore, qui vindictam sumit cum alieni honoris tanto dispendio. Hac etiam de causa ordo, quem seruare debeat in tam graui tractando negotio, à Deo iniungitur, *non multi nobiles*, videlicet vt probet Petrum & condiscipulos nec nobiles esse, nec liberos, *que prueue que no son hijos dalgo*: scit enim, etiamsi velitis, vos nobiles omnino esse non posse, *Prueuo que no sois hijos dalgo*; quia, vt suprà notauit Rupertus, ideo leuissimi inuenti sunt mortales, quia de nihilo creati, terra enim de nihilo creata est: terra autem mater tua est, auus autem nihil; non ergo ex aliquo es tu; atque adeò nec nobilis. Secundò, quia magnas moles, atque ædificia super nihilo fundari vides, *Quia fundauit terram super nihilum*, quia ingens opus, & moles magna, & Deo digna: Domini enim sunt cardines terræ, *& posuit super eos orbem, para que sea conocido el criador, estrivado sobre nada.* Eadem ratione, vt ponderat optimè D. Chrysostomus [a], in spirituali ædificio Ecclesiæ iubet ignobiles probari discipulos, *que no son hijos dalgo*; ex hoc enim honor Dei, filij Dei cognitio, fides vera, & credulitas mysteriorum Dei pendet, quod sic probat. In re graui huiusmodi verbis vtar, quæ & famulo, & ancillæ, & viduæ, & institori, & agricolæ comprehensibilia, captuque facilia sint. *Primum ergo cum gentibus certamen est ineundum. Finge que disputo con vn Gentil*, cui sic proponam. *Verbum creauit cælum & terram; ergo est Deus.* Negat ille. Si dixero, mortuum suscitauit, incredulus est: non igitur aliunde oportet argumentum sumere, quàm ab his, quæ inter nos & illum confessa sunt, & quæ in dubium reuocare nequit: nam quòd cælum fecit, & aliqua quæ dicebam, non sustinebit vt sibi nunc suadeantur, *son cosas viejas essas, y no les hazen fuerça.* Quæ igitur sunt illa, quæ & ille fecisse Christum confitetur, & non contradicit? *Quòd Christianorum genus plantauit Christus; neutiquam enim contradicet, quòd omnes vndique Ecclesias, orbis Christus fundauerit.* Non credis super nihilum fundasse terram, & ex nihilo creasse; at credes qui Ecclesias fundauit, Christum esse, filium Dei, manifestum est enim, illas super nihilum fundasse, hoc est, supra homines nihili faciendos, nullius momenti, nec nobilitate præditos, nec sapientia insignes; *No eran hijos de algo. Veis como me va el ser conocido por hijo de Dios, que no sean hijos dalgo mis dicipulos?* Igitur, hoc primo loco obseruate volo Isai. qui inquisitionem Petri agit. Hæc enim sunt inquisitionis faciendæ capita. *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum: qui crediderit, non festinet.* Quærite præter Christum Dominum, (de quo D. Cyrillus [b], & Iudæi [c] ipsi cum Chaldæo locum istum intelligunt) cui præter Christum hæc verba conueniant? *Lapidem probatum* bello, passione, ancillæ linguâ: quem enim non probat mulier? aut quis lapis in gubernationis sede collocatur, quem fœmineæ linguæ, obsecrationes, & lenocinia, lacrymæ non expoliant? *lapidem*, saxeum, fortem, non sicut nos gypso compactos, molles, qui vix fidem in tentatione sustinemus. *Probatum*, non qualicunque ictu, sed fidei examine, in quo defecerunt Angeli. Petrus verò tam doctè & generosè respondit, vt nemo inuidus, nemo Petri primatum ægrè tulerit, *gran prueua de ser Pedro piedra de toque, que nadie quiere chocar con ella, ni prouar sus quilates, en comparacion de Pedro.* Illud inter homines primum stabiliatur, dignum te esse dignitate; hoc vno, si fieri potest, detractorum ora obstruuntur: nam vbi in Saule requisita ad regnum non vident, tumultuantur; sub vno tamen Dauide in bello probatò colla omnes submittunt. *Angularem*, ad extrema copulanda, Iudæum & Gentilem, vt instar Christi *duos condat in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem*: quod vt indicaret qui est pax nostra, *venit in partes Cæsareæ Philippi*, confines Gentilis populi. *Pretiosum*, non

1. Reg. 8.

a Tom. 5. lib. quod Christus sit Deus, in princip.

10.

Elegans diuinitatis Christi argumentum.

Honor Christi agitur dum discipulos abiectos elegit.

Isai. 28. 16.

Lapis probatus Petrus.

b In Isai.

c Apud Lyram. Chaldæus sic legit, *Ecce ego statuam in Sion regem Messiam, regem potentem, angularem,*

11.

Ephes. 2. 15.

non ex carnis lapidicina, sed cælesti genere; non ex sanguinibus, quia caro & sanguis non reuelauit tibi. *In fundamento fundatum.* Certè signum istud nemo vsurpare, nemo rapere potest. Et quia Christo proximior est; *& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Insuper etiam ob eius eximiam in centro demissionis humilitatem, quam laudat testis D. Clemens [a],
a Lib. 2. recogn. itinerar.
& eius itineris comes, quamque ipso genere mortis professus est ordine inuerso, vt Christo sic niti videretur. Subdit Propheta, *Qui crediderit, non festinet,*
Isai. 28. 16.
Hispanè, *no se corra, no le pesara, no se pondra colorado, no se saldra del corrillo, donde le estan motejando de ser Christiano, o catolico.*

12. Sed quoniam, sicut euenire solet, cùm de alicuius honore disquisitio fit, vt malè affecti libellos occultè mittant, obiicientes turpia, indigna, in equite illo, quid nobis obiiciant hæretici, audiamus. Primum, negasse Christum;
Vide P. Maldonat. hic.
in primis mediocriter eruditi sciunt, Petrum non negasse Filium Dei, sed hominem illum, & primam illam fidem non amisisse. Deinde fateor negasse, verùm locum, vbi cecidit, surgendi celeritatem, cum D. Chrysostomo [b] considera.
b Hom. ad populum, de iuramentis, habes alibi. *Adhuc ex negatione, aliqua in laudem eius cedunt.*
O quanta sunt, inquit, necessaria ad excitandum vel aulicum, vel equitem, vel ciuem; qui in palatio peccauit, opus est voce, fustibus, clamore, sicut cùm mulus regius pretiosa sarcina onustus cadit in limoso loco. *Asinus est peccator, animi pondus non sustinens cecidit, excita, vrge, clama, varia sit medicina.* Petrum verò blando aspectu excitauit Christus, respiciens in Petrum, *vocem dimisit per intuitum,* quasi diceret, Petre quid factũ est? Obiicis secundò, etiam in mari hæsitasse, & timuisse. Sed ò quantum eius fides & feruor hoc facto commendatur? *Ibi cadit* (ait Ambrosius [c]) *vbi nullus ascendit; ibi nutat, vbi nemo ambulat.*
c Lib. 10. in Lucam c. 22.
Cayendo dexa atras a todos los Apostolos, que hara leuantandose? felicius ille cecidit, quàm alij steterunt. Imò oportuit permittere Christum, vt Petrus timeret, & penè mergeretur, vt ait acutè & grauiter S. Maximus [d],
d Serm. de S. Petro.
quia nostro modo loquendi poterat Christus quandam quasi formidinem habere, ne Petrus sibi per omnia æqualis videretur, si per vndas sicco vestigio pari gressu cum Christo ambularet, *Domini sui forte viribus æquaretur.* Tertiò obiicis, nescisse quid diceret in monte, cùm ibi tria figi tabernacula desiderabat. Sed parce (inquit Augustinus [e]) amanti, parce beatitudinem sitienti;
e In soliloquio c. 21. vel 22.
quia sicut nimis siticulosus viator quocumque tubo, canali, aut confracta testa sitim satiare cupit; sic Petrus tanto beatitudinis amore æstuabat, vt ibi in agresti monte, sine tecto, sine ornatu, gloriæ sedem figere desideraret. Parce denique ebrio, *qui cùm vnam tantum stillam dulcedinis gustauit, omnem aliam protinus fastidiuit.* Quòd si hi defectus in tantam gloriam eius, & doctrinam nostram redundarunt, quid de virtutibus dicendum erit? *Error Petri doctrina nostrorum est,* (ait Ambrosius [f]) *turbatio eius omnium petra esset;*
f Suprà.
nihil mihi nocuit quod negauit Petrus, profuit quod emendauit: didici cauere eloquia perfidorum. Vale hæretice. Didici & ego fugere qui verè negant Christum: Petrus enim vix negare sciebat, cùm periuranti nemo credebat.

13. *Præclara D. Petri facinora.*
Iam secundo loco facinorum commemoratio & inquisitio fiat: nam cùm rex singulariter amat famulum, duo exigit amor. Primum, vt multa in eum beneficia collocet. Secundum, vt eius facinora illustria publicè prodantur, quo famuli honori accessio fiat, & suspicio à rege omnino tollatur: sicut in Abrahamo, cui dictum est, *Quia fecisti rem hanc, benedicam tibi.* Gen. 22.
Vide ergo gesta mirabilia, ob quæ summus Imperator suprema Petrum affecerit dignitate: nam in cælo Ecclesiæ fuit Michael, in splendore Alexander, in fortitudine contra Synagogam Samson, in oppugnatione Romæ Cyrus & Darius, in sapientia cum fortitudine coniuncta Hercules, in duello mortis, & victoria per mortem comparata alter Christus. Sed ne vana iactare verba putes, ex Apocalypsis libro, & gestis Apostolorum, has veras accipe historias. Apocal. 12. 7. *Et factum est prælium magnum in cælo, Michael, & angeli eius præliabantur cum dracone: & draco pugnabat, & angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cælo.*
Diabolica Simonis Magi superbia & ars.
Pinge ex vna parte in cælo Ecclesiæ draconem dæmonem idololatriæ, qui ducem sui exercitus elegit Simonem Magum, qui à D. Chrysostomo [a] præcursor Antichristi appellatus est.
a Serm. contra hæreticos, tom. 3.
Dæmon enim cùm cæli bellum non successit, non cessauit diuinos sibi honores comparare, saltem per alios, quos in hac re fautores elegerat: quare excitabat sibi Ecclesiam, & iubet Simonem, vt se *Dei virtutem magnam prædicaret, seque ipsum Christum Saluatorem, ac instauratorem mundi, necnon prout occasio ferebat, modò Filium, modò Patrem, & Spiritum sanctum se nominabat.*
Bellarmin. lib. 1. de Rom. Pont. c. 25.
Decebat tamen, vt Princeps, ac Pater Ecclesiæ, 14.
principem, patrémque omnium hæreticorum superaret. Quare ecce ducem populi Dei, Michaelem nostrum, summo animi ardore imperij metropolim adit, & totius orbis theatrum intrat, vt constanter & animosè obsistat dæmonis superbiæ, & Simonem Magum, qui propriam sedem habere in cælo iactabat, diuinumque cultum sibi debitum esse, cùm Samaritanos conciues seduxerat; & Pilatus exercitum ad illum misit, cùm Romam intrat sub Claudio, vbi statua illi posita est cum titulo, *Simoni Deo sancto,* cùm in spectaculis exhibuit Icarium volatum; &, vt tradit Dio Chrysostomus [b],
Iustin Apolog. in Antonin Pium, & in Tryph. Tertul. Euseb. in Apol. c. 13.
b Orat. 21. de pulcritudine.
cùm super aquas, supérque ignes incederet, orante nostro Petro, & vim tantæ superbiæ summa demissione & oratione retundente, cedente diuinæ virtuti dæmone illo, qui Simonem sublimem sustentabat, Simon decedens elisit coxam, & extremos digitos pedum fregit, vt refert Clemens [c]; vel crura, vt Epiphanius, & per latus Brudam, cùm cruciatibus, ac pudore defessus esset, ex alti culminis se deorsum præcipitauit fastigio *.
Michael Ecclesiæ Petrus.
c 6. Constit. c. 9. vbi plures dæmones secum socios habuisse, qui in Apoc dicuntur, *& Angeli eius.*
* Arnob. in compend. hist.
O bellum gloriosum, & victoria tanto Michaele digna! quas tibi grates referat mundus, quo vno Deus ex toto orbe idololatriam ableganit? Exprobrent nobis hæretici Papistarum nomen, hoc enim nobis est summi decoris & gloriæ; mystici enim in Apocalypsi tanti Michaelis Angeli dicimur, cùm pugnare dicitur *Michael & angeli eius.* Hanc victoriam oratio peperit; videamus fidem.
Papistarum gloriosum nomen.

15. *Samson fortissimus Petrus.*
Samson ille, qui Philistæam adamauit, inuitis parentibus, oculis orbatus, qui fortitudinem in tenui capillo abscondit, qui valuas gazæ sustulit, & diruit columnas Philistæi templi, quid nisi Petri fidem adumbrabat? De hoc enim D. Paulus affir

affirmat, *per fidem vicisse regna.* Quis enim sic primò suos defendit? quis prædicator circumcisionis? quis inuita matre Synagoga verã sponsam Ecclesiam dilexit? quis leonem in itinere rugientem Neronem interfecit, & alios, qui iter eius impediebant, reiecit, & cũ diuersi diuersa de Christo sentirent: nam hic Messiam Baptistam dicit, cui austera vita fortè placebat; ille Eliam, quia ingenium ad solitudinem & eremum vocabat; alter Ieremiam, quia tristia sua natura semper meditabatur. At Petrus fortis in fide valuas Synagogæ amplexatur, & grandi rugitu, *quia tempus non erit amplius*, versùs Gentilem populum per aquas pergit, dicens: *Quia indignos vos indicastis, ecce conuertimus ad Gentes.* Et quòd primus portas Euangelij aperuerit, ipse dicit, *Vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire Gentes verbum Euangelij, & credere*, non enim attendit Samson iste carni & sanguini; sed sicut cerastes in semita pauor inimicorum & dæmoniorum factus est, bellùmque vltimum instar Samsonis cæcis oculis peperit, vt fides Petri victor euaderet, & in fide, quæ captiuat oculos mentis, fortis extitisse comperiatur. Nunc humilitatem cum fortitudine videamus.

Act. 13. 46.

Act. 15. 7.

16. *Magnus Dei Angelus Petrus.*

Babylon illa magna, quid nisi Romam in Apocalypsi repræsentat? quid duo illi Angeli læta nuncia Ioanni asserentes, *cecidit, cecidit Babylon*, nisi Petrum & Paulum significant, quorum si immensum opus, facinúsque mirabile discere vis, audi Isai. retrò ante seculis sub Darij & Cyri alterius Babylonis expugnatoribus duos hos Apostolos graphicè describentem, *& vidit currum duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem cameli, & contemplatus est diligenter multo intuitu.* Ecce nouam inuadunt Babyloniam, Petrus asino, Paulus camelo insidens: duo enim hæc animantia humano generi humiliter & patienter deseruiunt, vt ostendatur, victoriam Romæ humilitate Christi, & patientia Martyrum fuisse reportatam. Paulum quis non videt in camelo, cuius velocitas in itinere agendo mirabilis, qui aquas turbat, & proculcat prius quàm bibat, & post sitim quatriduanam expletur in posterum? quis tot terrarum regiones ac prouincias percurrit? quis sic amauit aquas multas, gentes erroribus plenas? quis sitim illam extinxit? At quia gibbum gerit, putabis minus aptum ad onus vectandum, sicque Paulum altum, superbum, sibique in omnibus contradicentem, Deus idoneam sedem effecit, & nomen imposuit, gloriam, & grauissimam laborum sarcinam. Contrà verò asinus si riuus minimus intersit, horret, vt pedes omnino caueant contingere, si immutentur aquæ, vt bibant cogendi sunt: partus item charitas summa, sed aquarum tædium maius. Certè ingenium huius animantis significantissimè exprimit Petrum, & amorem illum, quem erga Iudæos filios habuit, & cautionem illam in aliis hominibus conueniendis præter Iudæos, ne se inficeret. *Absit Domine, quia nunquam manducaui omne commune, & immundum*; quare nisi coactus noluit attingere, neque aquas, hoc est, gentes intrare: ideoque aiebat Paulus, *Mihi creditum est Euangelium præputij, sicut & Petro circumcisionis.* Verùm ecce tibi isti duo equites patientiâ armati, & humilitate. Regiam mundi, Palatium imperij, superbiæ sedem, idolorum templum, rerum atque potentiæ principatum, ablatis columnis superbiæ & potentiæ, idolorum cultum, superstitionem, superbiam, vitia omnia demoliuntur, & funditus euersa sedem sui principatus constituunt. Quid illustrius? quid mirabilius? vide iam eius dignitates.

Isai. 21. 7.

Plin. lib. 8. cap. 18.

Pauli in cameli proprietatibus præsignatur.

Plin. lib. 8. cap. 43.

17.

Act. 10. & 14.

18. *Verus Alexander principatus.*

Porrò tamen ad quem alludit Angelus ille, quem adorare tentat Ioannes, nisi Alexandrum, in cuius conspectu siluit terra, & qui totius orbis breui tempore tenuit principatum? Audi verò noui Alexandri principatũ & descriptionem. Vix victoriâ contra Romam per Christum partâ, cùm ecce ex ipsa acie D. Petrus Angeli specie ad Ioannem de triumpho admoniturus venit. *Vidi Angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnã, & terra illuminata est gloriâ eius:* qui de cælo descendere dicitur, quia nõ erat iam inter viuos. Habere autem potestatem magnam dicitur, vt specialem præ cæteris Apostolis & Pontificiam denotet (etsi nolint noui isti hæretici) quæ etiam illis verbis continetur, *Tibi dabo claues regni cælorum. Et terra dicitur illuminata à gloria eius*, sicut de Baptistæ testimonio, *vt omnes crederent per illum.* Talis enim fuit illa Petri confessio, támque luculenta, *Tu es Christus filius Dei viui*, vt hæc vna terram illuminauerit, & facem prætulerit cæterorum fidelium fidei circa Christi diuinitatem. Vide eius prudentiam cælestem in sequentibus.

Apoc. 18. 1.

Petri confessio fidei vniuersi mater & fax lucidissima.

19. *Prudentia & fortitudine in Samsone nomo.*

Nihil enim præstat fortitudo & virtus, si desit prudentia & sagacitas: ideo in Samsone hæc duo diuinitus coniuncta vidimus. Hoc ipsum in Gordio libet contemplari, qui cùm nodum illum multis inflexionibus implicatum videt (vt *Herculeus*, seu *Gordius nodus* extũc dicatur) præcidere maluit quàm soluere. Fortis quidẽ ad audendum, interritus noster Petrus; sed cùm ad nodum Herculeũ venit, hoc est, ad Christũ, in quo diuinitas cũ humanitate ita copulatæ sũt, vt solui difficile, soluere peccatũ sit, *Omnis spiritus qui soluit Dominũ Iesum, anathema sit* *, ille gladio oris sui præcidit, & rectè diuisit, (ait Ambr.[a]) & humana transcendens, distinguens, & nõ diuidens, ait, *Tu es Christus filius Dei viui.* Ex hac breui sententia (inquit Ericeus) omnia quę de Christo dici possunt, decentissimè comprehendit, simúlque humanam lasciuiam, quæ secretorum inuestigandorum audax est, coërcuit, ne multa & difficilia quæramus, cùm D. Petro tantùm id suffecerit credere, quòd ipse esset filius Dei viui. *Echò el tanto, menta, y cortò todos essos nudos.*

* 1. Ioan. 4. 3.
a De Chaim.
Palabras muy formales, y que distinguen lo diuino de lo humano, sin deshazer el compuesto. Como la que va a comprar hilo de oro, y se espanta de que tenga seda dentro, y esso sola den a peso de oro la auisada sabe que vno y otro esta torcido, y vale la seda a peso de oro, y estima el oro por oro, el destorcer el hilo es poco saber. Omnis spiritus qui dissoluit Dominum Iesum.

De mortis facinore quid dicam? Christi cruci & morti ita persimile fuit, vt æquũ iudicauerit seruus inuerso ordine cruci suffigi & mori; vel vt ostendat cælum petere, qui pedibus in cælum conuersis animam exhalabat. Et vt te Romam erigeret iacentem, manum daret, & ad summam gloriam eueheret. Fructus autem passionis huius quantus fuerit, loquantur Martyrum agmina, Pontificum gloriosa posteritas; fidelium religio, deuotio, sanctitas, totiúsque Romæ Gentilis euersio & conuersio. Ecce facinora.

Fides Petri. Christi diuinitas.

20.

Tertiò, fidei professionem exhibet, qualem iam vidimus, *Tu es Christus filius Dei viui*, natura, non adoptione: opponit enim Eliæ, Ieremiæ, & Ioanni, quos certum est, filios Dei fuisse adoptione. Quare ex hoc loco liquet maximè Christi diuinitas, vt probarunt antiqui Patres, Hilarius[b], Athanasius[c], & alij. Deũ viuum appellat more Scripturarũ, vt ab idolis distinguat, quę res mortuæ sunt, vt notarunt Hier. Beda, & Euthymius,

b In Comment. & lib. 6. de Trinit.
c Ser. 3. contra Arrian. & in epist. de sent. Dion. Alex. contra Arrianos. S. Maxim. hó. de hoc festo.

mius;& Theophylactus insuper, adiectum fuisse articulum Græcum nomini filij, vt significaretur nó qualiscúque, sed vnicus ille & naturalis filius. *Quis igitur vnquam* (ait S.Maxim.) *in tantum hoc incomprehensę Deitatis arcanum humani sensus attollere potuisset obtutũ, nisi ab ore Petri salutaris huius fidei veritas radiasset? Quis meritorũ eius, quamuis magno, æquiparare posset eloquio, à quo nobis adoranda diuinitatis fides & cœpit & permanet? Quid tanto gloriosius viro, qui fidẽ secreti inscrutabilis loquendo edidit, viuendo docuit, patiendo firmauit?* Et D. Ioannes Damascenus, *O beatum os! ô prorsus beata labia! ô theologam animam, & Deo afflatam mentem, & dignam quæ diuinitus doceretur! ô præclara instrumenta, per quæ Pater proloquebatur.*

21. *Qualis debeat esse Ecclesiasticus.*

Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis, &c. Laudat fidem Apostoli,& beatum vocat,simúlque qualis debeat esse ecclesiasticus, docet: nam qui Petri vel successores sunt,vel oues,maximè presbyteri, non carnis & sanguinis affectibus duci oportet; rerum suarum gubernatio instar naturalis gubernationis orbis debet esse, vbi infima à supernis, terra à cælo legibus & ordine gubernatur. *En los pecadores y profanos anda el mundo al reues,lo diuino gouiernan por lo del suelo,el espiritu por la carne; porque ponen el primer moble en lo baxo, quorum Deus venter est, y esse todo lo desconcierta.* Nos verò ecclesiastici æternas obseruamus leges, & conuersatio nostra in cælis est; nec frustrà corona in supremo capite cælesti influxui patet, *Patris qui in cælis est. Barjona,* filius columbæ,vt qui Ecclesiã intrant,Spiritus sancti munera obeant,qui fouebat aquas,hoc est, pauperes, viduas,orphanos, qui aquarũ nomine solent designari, *Cùm videris pauperem, operi eum, cubrele con tus alas. Et carnem tuam ne despexeris.* Quapropter de Anania dixit, *mentitũ esse Spiritui sancto,* cùm parte vna pauperum pietatẽ defraudauit; quia Spiritus sancti propriũ est fouere indigentes. Columbæ item filium vocat; quia columba in Hebræa radice à *præda* nomen habet, *quia omniũ prædę pateat;* bona enim ecclesiasticorũ spolia debent esse publica pauperũ, & omnes partẽ prædæ efferre debẽt,vt bona colũbæ existimentur,nó corui,& aliorũ,qui morẽ habent abscondendi & reseruãdi instar stulti illius diuitis.

Gen. 1. Eccli. 11. Mitte panẽ tuum super transeuntes aquas. Isai. 58. 7. *Ecclesiasticorũ bona pauperibus communia.*

22. *Tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & tibi dabo claues regni cælorum.* Quorsum tãta solẽnitas actionis, si nihil speciale Petro donaretur? Dat vtique illi vicarij munus,quem fundandi Ecclesias lapidem vocat, vt locum absentis teneat, Ecclesiámque non suã, sed Christi virtute sustentet,cuius tanta erit virtus, vt portæ inferi non præualeant: hoc est, ab Ecclesia vincantur, superentur, destruantur. *Non præualere* igitur est, nullâ arte posse diaboli potentiam vnius Ecclesiæ viribus resistere. *No podra el infierno hazer lo rostro a la Iglesia.*

Potentia sedis Piscatoris.

Sensus est ex phrasi Hebræa optimus,& apud P. Maldona. hîc.

23. Præclara quidem dignitas,& omnium aliorum sanctorum nominibus anteferenda:nã licèt aliis, vt ait etiam Paulinus [a], *propè omnia nomina sua communicauit,* actiones & titulos traduxit, & officia cómunicauit. Sed nota, *propè omnia* dixisse, Petro enim tanquam dilectissimo nomẽ hoc reseruauit,vt grauiter ponderauit Tertull. [b] *Itaque affectauit Christus Dominus charissimo discipulorum de figuris suis peculiariter nomen communicare proprius quàm de non suis.* Nam Abrahamo duas literas de suo *Iehoua* superaddit, Petro verò totum nomen de suis figuris concessit;nec nomen solũ,

a Lib. 4. ep. ad Seuerum.

b 4. Contra Marcio. c. 13.

Nominis mutatio signum specialis amoris.

sed firmitatem,quã nomen importat, vt notauit D. Leo [a]. *Cùm ego sim inuiolabilis petra, ego lapis angularis; tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, vt ea quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia.*

a Serm. 3. in anniuersar.

24. *Et tibi dabo claues.* Clauis potestatem denotat *ligandi atque soluendi;* metaphora hæresim eorum iugulat,qui cælũ aperire, ligare,& soluere peccata, non aliter quàm docendo fieri putant. Noua, inaudita,& prorsus absurda sententia,& Iudaicæ potestati Scribarũ similis, quorũ clauẽ scientiæ exprobans ait Christus,*Omnia ergo quæcumque dixerint vobis,seruate,& facite; opera verò,* &c. non ergo plus habebat Paulus,quã Scribę?Absit;cùm non solũ plus quàm Scribis,sed plus quã cæteris Apostolis vni Petro cõcessit.*Tibi* enim ait,& *dabo.* Non dat,quia cura animarũ penes Christum adhuc erat, amor enim non ferebat eorũ curam citò à se abiicere, & abdicare. *Dabo,*inquit, quia nondum publica morte, & sanguine acquisierat possessionẽ animarũ, quas postea acquisiuit sanguine suo,*y fuera hazer a Pedro obispo de Anillo,como el otro es obispo de Argel,que ganaremos, si Dios quisiere.*Claues cæli & terræ magnã potestatẽ denotant Angeli huius, *qui habet potestatẽ magnã:*nã Isai.22.illis verbis, *Dabo clauẽ domus Dauid super humerũ eius,& aperiet,& nõ erit qui claudat,& claudet,& non erit qui aperiat:*illis vtique verbis summã potestatem Deus Eliacimo promittit,non vt regi,sed vt supremo inter regis ministros. Vnde Christus Dominus se in Apoc. comparat Eliacimo, tanquam supremus Dei minister,cui claues mortis & inferni à Dauide,hoc est,ab æterno habet Patre;& illis verbis, *Aperit, & nemo claudit, claudit,& nemo aperit,*indicatur,proprium clauis vsum postulare, vt vna solùm sit. Vbi enim plures sunt, iam claues esse desinunt, siquidem non certus est qui clausit, neminẽ mox reseraturum. Vnde constat, Christum Petrum tanquam principem ministrorum alloquutum, & clauem illi, hoc est,potestatẽ sibi & successoribus pręcipuam dedisse,non verò cæteris.*Tibi dabo claues regni cælorum,* scilicet ad spiritualẽ Ecclesiæ administrationẽ. Vnde cũ clauis vna sit,& vni detur Petro, obligante, nemo potest à præcepti obligatione soluere;Petro indulgẽte,nemo prohibere. Quòd autẽ successorib. etiã data sit hæc potestas, cõtra hæreticos probant nostri Doctores:& pugnat pro Papa orbis terrarũ cõtra insensatos istos,& cõtra istorũ otiosorum hominũ mendacia & inuenta.

Vita,sermonem & doctrinam ligandi potestas in Petro est.

Matth. 23. 2. & Luc. 11. 52.

Potestas clauium vera,ubi metaphorica.

Apoc. 18. 1.

Apoc. 1. 18. Vide P. Alcaçar. P. Maldon. hic ridiculam Caluini & Caluinistarum expositionẽ explodit.

Ab electore electi dignitas facilè cognoscitur.

25. *Tibi dabo claues:*quasi dicat,post examen amoris,post sapiẽtiæ manifestationẽ, post luculentissimã confessionẽ,nemo potest æmulari dignitatẽ tuã,nec electioni tuæ præ cæteris culpã dabit.*Tibi dabo.*Videãt quis det atque eligat,indéque cõiectari licebit quis est qui electus est. Quis eligit Petrum? amor. Et quis præterea? summa Sapientia. Sit ita; verumtamen non merita respexit, sed omnino gratis electus est. Falleris quidem: audi Bernardum [b]:Quare putas tã sedulò & instanter discussit Petri amorẽ,ter repetens,Petre amas me?pasce agnos meos,pasce oues meas. Fuit itaque Petrũ admonere de summa dignitate & largitate Domini;ac si diceret,quædã,ô Petre,ex liberalitate in cruce cõcessi;paradisum latroni,indulgentiã peccatoribus,pacẽ inimicis.Quædã ex obligatione cómuni,vt matrẽ discipulo cómendare. At cura agnorum,qui sunt animæ,quas redemi,& amaui,& ouiũ,qui sunt reliqui Apostoli, vt benè notauit hîc Eucherius *, talis est dignitas,

b Serm. in Cant. 67. Quod vtique sapiens conditor tãta cura non fecisset, nisi se sentiret sponsum, id sibi vtique ex intimo respondente conscientia.

*Omniũ pastor est Petrus, regis subditos, & prælatos: quare nullus discipulorum æmulabatur, nec inuidebat Petri primatui, vt notauit Baronius tomo. 1. fol. 185.

gnitas,tantæque maiestatis, vt oporteat non sedulò solùm cogitare quem eligo, sed etiã ostendere ex iustitia,& quasi ex conscientia processisse ad electionem. *Id sibi ex intimo,respondente conscientia. Sepase que el primer cura de almas que eligo,es con justicia,y como si la conciēcia me lo dictara, y obligara.* Et addit Bernardus [a], *Quando enim sic amatas oues committeret non amanti? quando el amado entregara sus ouejas, al que no las amaba?*

a De conuers. ad clericos.c.27.

His solemniter & ritè peractis, accumbit cum Rege mensæ, cui primum locum in cruce dat Rex, humilis discipulus pedes sumit, vt hoc vrbanitatis genere Christi sui abiectione compensaret,quam exhibuit,cùm eius pedes lauit, tunc enim obedire coactus est; modò verò, vbi facultas adest eligendi locum,caput ad Christi pedes constituit; occasionem enim quærebat pedes Christi supra caput collocandi.

Cur inuersa cruce mori voluit.

26. Nouam autem causam addit S.Hilarius. Semper, inquit, Petrus suæ imbecillitatis conscius, quo magis exaltabatur à Christo, eo se magis abiiciebat; nolebat enim errandi causã hominibus dare, sicut cõmuniter de Baptista dici solet: addit tamen Hilarius, per exaggerationem quidē.Sed verba Hilarij sunt:Cùm videlicet Petrus mortem impedire tentauit,dicens,*Absit à te Domine, non erit tibi hoc*, ipsum grauiter increpauit Christus,ne putaretur habuisse Petrũ reuelationem de Christi morte,sicut de diuinitate,vt paulo antè professus fuerat; quam mortem nõ reuelauit Pater. *Inuidit credo hic Petro Deus,tuuo zelos no supiesse tanto Pedro como su amo.* & Domini sui fortè viribus æquaretur, vt dixerat D. Maximus. Venit igitur ad crucem, & eruditus à Domino,maluit inuerso capite cruci affigi: nam, vt ait Ambrosius, non fuit opprobrio Petro crux, quæ tantum ei gloriæ dedit, vt inuersis Christum honoraret vestigiis, metuens si in eadem specie suspensus esset, qua Dominus, affectasse sibi gloriam Domini videretur.

Alia ratio. Matth.16.

S. Hilar.lib. 6. de Trinit.

27. A mensa ad ludum pergunt, triumphi ludum instituunt; adesse & colludere voluit cum suo Nerone Roma, lex ludi est, *Qui perdiderit animam suam, inueniet eam.* Nero primus commiscere & confundere ludum cœpit, atque chartas distribuit, hoc est, diplomata expedit, & mandata mittit, quibus mortem Petro & Paulo imperat. Distribuit item chartas Romæ. Suspensi & intenti spectatores, quæ chartæ ceciderint, omnes iudicant Romam nec per aureos numos, nec per carchesia,nec per baculos & sceptra,nec per enses,infelicem sortem habituram,*No perdera Roma el triunfo,todas las buenas cartas le han venido, ojos de España, copas de Grecia, bastones del mundo,espadas las mas temidas y sangrientas.* Sed ô incerti & dubij ludi euentus! distribuit Deus folia,& Petro crucis baculus obtigit, spata Paulo. Vis Petre crucem? vis Paule ensem? volunt illi sponsionem: & ecce infelicissimus Nero amittit imperiũ de superna Roma, triumphum reportat Petrus: Rexque sempiternus currum triumphi crucem suam mittit;subit tormentũ Petrus, pedibus in cælum rectà tendentibus; vt ostendat quantum diligat Ecclesiam suam Romanã,quam vt osculari,manũ porrigere, & caput sui principatus possit efficere,verso in terram capite moritur. Et vt causam moriendi manifestet, Christus moritur terram spectãdo, quia moritur vt ipsam redimat: Petrus cælum prospicit, quia propter cælum moritur. Age cælum, heus ciues cælestes, muros reficite, obserate fores, iam enim in te coniecit oculos dux iste fortissimus & acerrimus: iam equo insidet, & veterano, & qui iam iter istud semel emensus est, atque ex bello incolumis & victor euasit. Oportuit Christum pati,& sic (*con su cruz*) *intrare in gloriam suam.* O Pater sanctissime,festina prædare ex pugna, intra portas cælestis Hierusalem,quas postea tuis ouibus pandas. Quod felix faustúmque sit tibi & mundo,gloriam precor aurei velleris, quo insignitus ex hac die procedis: tuámque gloriam beatus coapostolus tuus, vas electionis, specialisque Gentium magister occurrens, honoris socius, mortis comes meritò factus, ore prædicat, ense defendit, sanguine firmat. *Sicut autem & nos experti sumus,* (ait Leo Magnus [a]) *& nostri probauere maiores, credimus, atque confidimus, inter omnes labores istius vitæ, ad obtinendam misericordiam Dei, semper nos specialium patronorum orationibus adiuuandos, vt quantum propriis peccatis deprimimur,tantum Apostolicis meritis erigamur:* vni Deo, vni Christo, vni Pontifici cum Ecclesia & fide nitentes, vt eorum gratiâ, eorum sempiternæ participes efficiamur gloriæ.

Per ludum Romã Christo lucratur. Luc.9.24. *Iuegan al triumpho, y ganalo Pedro.*

Alia ratio & Petri de Roma triumphus.

28.

a In serm. 1. de natiuit. SS. Apost. Petri & Pauli.

SVPERBIÆ REGNANDIQVE CVPIDITATI, veritas, quasi lethali & pestilenti morbo occurrit: & qualis adhibenda sit prophanis principibus medicina docet.

INSTITVTIO XXVI.

CVM in bonis & rectis actibus (inquit Ambrosius [a]) laudabilis vita ducitur, cúmque Dei sit quod geritur, Dei est quod amatur: malum superbiæ maximè virtutibus est cauendum, quia nullis opportunius insidiatur, quàm quibus laus iusta debetur. Tuam igitur firmitatem, & tam sublime propositum, nulla posset impugnatione adoriri, nisi cùm non potuerit vitiorum amorem persuadere, immitteret laudis & superbiæ cupiditatem. Quare cùm Paulus Corinthios veneno serpentis & lethali morsu affectos videt,ironicè satis,& vt superbos decet irridet. *Iam saturati estis, iam diuites facti estis, sine nobis regnatis,& vtinam regnetis,& vt nos vobiscum regnemus: asi fuera ello verdad que no me pesara a mi tener compañeros en el gouierno de la Iglesia. mementote nostri cùm fueritis in regno vestro.* Vt nos igitur tanto morbo & regnandi cupidi 29.

a Lib. 10. epist.84.

1.Cor.4.3.

cupiditati remedium ex Dei verbo afferamus; naturam morbi priùs, & nomen, originem, & causam, & quæ illi remedia contulerit Deus ab initio, sigillatim aperiamus.

SCOPVS INSTITVTIONIS.

30\. *Regina veritas contra superbiam.*

Intuere (inquit Ecclesiasticus [a]) *in omnia opera Altissimi: quieres entender las obras de Dios. Duo contra duo, & vnum contra vnum: en viendo alli dos veras contra esas otras dos, en viendo vn mal veras vn bien contra el.* Hinc ego causam teneo cur veritas tantopere à sanctis Patribus laudatur, cur tam copiosè à sancto Spiritu in mundum sit inuecta; Clemens enim Alexandrinus [b], *Regina* (inquit) *est veritas*; regium tenet diadema sceptrúmque mundi, colenda est ab omnibus. August. *Veritas rex est, non libera solùm, sed libertatem dans, eis maximè qui veritatem prædicant. Veritas liberanit vos; quòd si vinculis datur, reclamat Paulus* [c]. *Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent.* Augustinus [d], & Chrysostomus: Debuit, inquiunt, ab initio regnare veritas etiam in mentibus Gentilium, ipsi verò, ô nefas! quasi incarcerarunt reginam, eámque detinuerunt seris iniquæ voluntatis, ne exiret ad affectus & opera conformia veritati: itaque iudicem suum veritatem detinent. Vnde Tertullianus clamat. *Exurge veritas, & quasi de patientia erumpe, verdad que estas pressa en el pensamiento y voluntad de ese hombre, leuantate Reyna.* Nisi velis illud *exurge* dici à Tertulliano ad denotandum veritatis munus exurgendi, & excitandi à somno mortales sopore & insomniis mendacij oppressos [e]. *Vana spes & mendacium viro insensato, & somnia extollunt imprudentes, &c. hoc visio somniorum ante faciem hominis similitudo hominis, el duende de la corte esperanças vanas, los sueños mentiras, dignidades sonandos*; homines qui se reges somniant, & manè facto in carcere vinculis obstrictos se vident. Igitur, *exurge veritas*; excita mortales. Stare iube, & præcinge eos, *State ergo succincti lumbos vestros in veritate.* Græcè *circumcincti*, veritate constricti, *ceñios apretadamente con las verdades no floxa y tibiamente.* Verùm est moriendum tibi semel, at veritas ista non te constringit: nam non ambires parituros honores, nec cutem curares, & qui malè præcinctus est in credendo, cras cum prauis operibus fidei habitum deponet, & recinctus abibit, omnino Gentilis professione & moribus. Est itaque veritas regina excitans & constringens, opposita alteri morbo, & quidem grauissimo; nam,

Constringat veritas vt obtineat in anima principatum.

31\. *Prima pestis orbem infecit superbia.*

Ingressus superbiæ in orbem nulli nisi grassantis pestis morbo potest comparari, vt ait Ambrosius [f]: mendacij namque veneno tentauit & infecit humanum genus, *eritis sicut dij, la primera landre*, quam vocat Iob *primogenitam mortem*, ita vt sicut pestilentem morbum insania, tumor, sæuitia, audacia comitantur, ita superbiæ comites sunt præsumptio, mendacia, insania, stupor, fidei mors & bonorum operum. Et bene quidem pestis superbia nuncupatur, illam enim hæc omnia accidentia comitantur, vt ait Gregorius [g]. *Cùm radix omnium vitiorum sit superbia, vnius virtutis extinctione non est contenta, contra cuncta animæ membra se erigit, & quasi generalis ac pestifer morbus corpus omne corrumpit.* In primis enim sæuissima est, nec alios laudari patitur vnde Bernardus [h] in illud, *Errauerunt in solitudine. Solitudo hæc superborum est, quia solos se reputant. Solos appetunt reputari; literatus est? odit socium; astutus est in negotiis sæcularibus? neminem vellet sibi similem inueniri; elatum cor durum; & expers pietatis est.* Augustinus in illud Psal. 79. *Singularis ferus depastus est eam. singularis*, ait, *quia superbus; hoc enim dicit omnis superbus: Ego sum, ego sum, & nemo alius, ac proinde si opus fuerit omnes extinguet immaniter.* Sic vt solus remaneret superbus Abimelec, septuaginta fratres suos filios Ierobaal super lapidem vnum interfecit, quia ius habebant ad patris principatum, & pestis ista alios iuxta se habere non patitur. Augustinus [i]. Mirares fratres, horrent qui considerant, quærit potentior infirmiorem, & quærit eum opprimere, non ob aliud, nisi quia habet quod illi auferat, vnde pateretur ista mala; nisi quia habebat; vel in alto disce quid fugias. Sicut nec vagientes infantes siuit viuere Pharao Exod. 1. 16. *Quando obstetricabitis Hebræis, & partus tempus aduenerit: si masculus fuerit, interficite.* Augustinus [k]. *O prodiga furoris audacia, necdum natis pœna mandatur?* Hinc oritur impatientia & insania, vt ait Chrysostomus [l]. *Superbia nihil aliud est, quàm deprauatio animi, & morbus grauissimus, non aliunde quàm ex insania ortum ducens.* Inde etiam audacia sequitur, etiam in Deum ipsum, quasi phreneticus. *In cælum conscendam. Totius cælestis patriæ pacem quantum in te est, quietem etiam Trinitatis infestas*, ait Bernardus [m], & Ambrosius [n]. *Quid hoc peccato potest esse deterius quod à Dei cæpit iniuria?* Bene igitur pestis nuncupa

Expositio videatur in D. Th. qui notat Paulum tangere in Corinth. quatuor superbiæ species, quibus peccasse Angelũ diuersi diuersè opinantur. Prima cùm bonũ à seipso, nõ à Deo habere putat. *Quid gloriaris quasi non acceperis?* Secũda ibidẽ, cũ videlicet bonũ quod habet suis meritis ascribit. Tertia cùm quis iactat se habere quod nõ habet. *Iã saturati estis.* Quarta cùm quis alios despicit, vúltque haberi singularis, *sine nobis regnatis.*

a Cap. 33. 15.
b Lib. stromat.
c Rom. 1. 18.
d Ser. 55. de verbis Domini secundùm Ioan.
e Eccli. 34. 1.
f In Ps. 118. Iob 18. 13.
g Lib. 34. Moral. c. 18.
h De fallacia præsentis sæculi. Psal. 106. 4.
i In Ps. 122.
k Serm. 89. de tempore, vide etiam Lippomanum in hũc locum.
l Hom. 25. in Ioan. tom. 5.
m Ser. 2. de verbis Isaiæ.
n Serm. 7. in illa verba Isa. 14.

a In Psal. 1. nuncupatur, ait August. [a] quia & superbos & sedentes in pestilentiæ cathedra omnes fugiunt. Parentes, sicut Dauid Absalon, *Fugiamus à facie Absalon.* Amici, sicut Dauid in Psalm. aiebat, *Superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam*; tantámque vidit esse morbi vim, vt & contagium fugeret, & nos remedium doceret. *Meritò quasi bonus Doctor* (ait Ambros.) *demonstrat remedium qui exaggerauit venenum, à lege* (inquit) *tua non declinaui; lex igitur Dei sola veritas diuina potest superbiæ virus hebetare.* Fugiunt etiam fratres fratrem, vt in Achab vidisti: sed multo antè fratres Ioseph nauseabundi ad eius gloriam, neque altitudinem fascis tritici patiuntur, si in ea frater eos præcedere significatur, imò quasi pestis morbo laborantem à se fratrem abdicant, & longè esse volunt. Fugit denique eos Deus ipse, ausus est dicere rem insolitam Bernardus [b]. *Excelsus Dominus & humilia respicit, & alta à longè cognoscit. Hæc, inquam, attendamus quo cauti simus sponsi nos salutiferis saltibus præparare, ne veluti à montibus Gelboe fortè transeat etiam à nobis, si indignos nos sua visitatione conspexerit, nam de Angelis transilit Dominus, execrans eorum superbiam. Sanè ego hoc legens, referénsque oculos in me, & intuens diligenter, inuenio me peste ipsa infectum, quam in Angelo Dominus in tantum exhorruit, quatenus propterea declinaret ab eo, cùm omnes in circuitu eius montes visitet Dominus, à Gelboe autem transiuit: si sic actum est cum Angelo, quid de me fiet, terra & cinere?* nihil luculentius dici potuit, ita vt verba hæc lucem mihi videntur attulisse sponsæ verbis intelligendis,

32.

Lex Dei contra virus superbia.

b Ser. 54. in Cantica, ante fin.

Cant. 2. 16. P. Delrius. *Reuertere, reuertere, similis esto dilecte mi capreæ, hinnulóque ceruorum super montes Bethel,* vel Bether. Quare vocat sponsum, & vnde vocat, & quàre super montes Bether, hoc est, difficiles & asperos ambulare iubet? His omnibus acutè satis respondet Guillielmus Abbas [c], *Reuertere*, quasi dicat, mi Christe scio te fugisse superbos montes, & prophanos, & apud humiles habitare, fugisse pestes, transiliisse montes, reges & eos qui iudicant terram: nunc ergo mi sponse, qui longè es à superbis, & quasi in alto vico apud humiles habitas, *reuertere, estais con los humildes como dios de otro barrio y que allá se las há con ellos: reuertere*, opus est vt reuertaris, sicut caprea hinnulúsque ceruorum, sicut caprea perspicuitate visus ad cognoscendum superbiæ morbum, & sicut ceruus qui halitu suo serpentes perimit. *Venid señor y trahed estuche y bo tica y medicina de vuestra verdad que bien sera menester para curar soberbios.* Et qui sunt hi montes difficiles, quos transilire oportet? *Isti* (inquit Guillielmus) *propriis nominibus seipsos produnt. Per Libanum, Amana & Sanir, nutrix ferocitatis superbia designatur, triplex extollentia tribus montibus figuratur.* Ego verò dicerem tres istos montes esse concupiscentiam oculorum, concupiscentiam carnis, & superbiam vitæ: hos deserit vel præterit sponsus, alter enim montium Amana pascua vberrima habet, alter Sanir optimos circumquaque prospectus; tertius verò Libanus vertice sua extollitur, eminet superbissimis cedris: hos tres transilit, & sine consolatione relinquit. Illud tamen nota, sponsam his duobus montibus caput tribuisse, *de capite Amana, de vertice Sanir*, solus Libanus sine vertice est, sine extremo: *no tiene fin la ambicion ni pies ni cabeza.* Nam luxuria & oculus aliquando finem desiderij obtinent, superbia verò, vt ait Bernardus, infinita est, semper altiora cupit, nunquam requiem habet.

33.

Fugiens Deus superbos.

c Can. 4. 8. apud P. Mar. Delrio.

Præterit Deus superbia montes.

Hinc liquet manifestatio illius nominis *bestiæ*, quæ in Apocalypsi concupiscentiam & superbiam repræsentat, cuius nomen ingenij acrimoniam ad illud indagandum postulat, & ideo dicitur, *Hic est sapientia*, id est, hoc opus, hic labor est. *Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ, numerus enim hominis est, & numerus eius sexaginta sex*, hoc est, supputatio ista humanum ingenium non superat. Computatis igitur numeris litteris Græcis significatis, inuenitur *concupiscentia carnis*, & concupiscentia oculorum præcisè conficere numerum 555. superbia verò vitæ (quemadmodum in sua prima Canonica eam scribit Ioannes, & eam miro ingenio inuestigauit Alcaçar) valore litterarum conficit numerum 666. nomen verò *Iesu*, continet 888. vt scias per quinarium denotari montem concupiscentiæ, in quo desudant concupiscentia carnis & oculorum, in demulcendis & satiandis quinque sensibus, & humana desideria: semper tamen viget sitis, nec satiari potest. *quedase en numero quebrado y en cinco no mas, por que siempre esos contentos se quedan en cinco de corto.* Senarius autem, hoc est, ambitionis & superbiæ mons videtur habere nescio quam quietis & perfectionis vmbram, *Señor no querria sino llegara ser oydor y no mas.* Sed nunquam attingit requiem & plenitudinem per septenarium numerum figuratam, nec illum tenet felicitatis cumulum, quem sibi superbia confingit. At in Iesu nostro, non septenarius solùm, sed octonarius inuenitur, quia non solùm beatitudo naturalis, & hu- 34.

Apoc. 13. 18.

Interminata superbia & situ ambitionis

R quies & desideriorum expletio in vno Iesu.

mana, sed supernaturalis etiam atque diuina perfectè & cumulatè reperitur omnibus suis numeris absoluta, 888. numero pulcrè denotata.

Superbia quędam occulta, altera manifesta.

35. Inquiro tamen, quare Ioannes ænigmate isto voluit bestiam & nomen eius significare, quam alibi aperto nomine superbiam vitæ nuncupauit? Respondeo, bifariam scribi & per characteres, & per numeros, nimirum vt denotetur duplicem esse speciem superbiæ, in aliis superbiam expressam, patentem, & signis externis notissimam; in aliis verò apertam atque implicitam. *ay soberbios en guarismo, otros por letras clara y redondamente y tanto monta la vna como la otra.* Imò nequior est occulta & dissimulata, ad quam detegendam diuini medici opus est arte, sicut ad illum dictum est, *Dicis quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & tu nescis, quia tu miser & miserabilis;* ignoras malum quod in te est, quod est grauissimum. Ideo Rupertus de virgine tepida atque superba ait, *Vtinam potius esses corrupta, & humilis.* & Augustinus [a], *Deus permisit à Barbaris virgines violari, vt superbiam deponerent.* & [b], *Audeo* (inquit) *dicere, superbis continentibus expedit cadere.* Hæc est lepra illa *volatilis & vaga*, quæ debet igne comburi, *Leuit.* 5. quæ, vt ait quidam Doctor [c], volatilis dicitur, quia ab vno in alium locum, vel ad interna recurrit. *Si se gloria de ayunar se engrie de que sus ayunos ay an menester freno.* Quid si priuatur officio dicendi interiùs plus loquitur, *a lo menos a todos les puedo yo enseñar*; penetrat ad interiora malum non solùm occultum, sed inuisibile & spirituale, ideoque vento vehementi comparatur [d]. *Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem, peccado y violencia espiritual*, quæ fugit oculos, & euanuisse dices, dum se retorto collo minimè idoneum prædicat, vi tamen robustissima sicut turbo quercum radicitus euellit, vel contra te nititur quasi terreum parietem. *llega a tener os por vn costal de hieorr y porfia como contra vna tapia vn torbellino*; vi enim inuisibili & spirituali nititur superbia. At in principibus & secularibus seipsā prodit, inquit Augustinus [e], ideo ad eos concio sit manifesta. *Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Vult, inquit, eorum temerarium ausum & impudentiam corrigere: nulla autem medicina opportunior est quàm veritas; ideoque ne extra subiectum curationem huius morbi incipiamus, regulum illum, vel, vt alij volunt, palatinum & equitem, cuius mentio est in Euangelio, à veritate curatum videamus.

Medicina superbia veritas.

NOTA Multa his similia vide in Greg. lib. 31. moral. c. 12. & c. 46. & 16. Basil. hom. 22. in August. lib. 1. de ciuita. c. 28. & tom. 9. in Ioannis epist. & tract. 7. in D. Th. 2. 2. q. 153. art. 4. ad 2. & q. 162. a. 6. ad 3. a 14. De ciuit. Dei c. 2.

b Ser. 53. de verbis Domini.

c Radulphus apud P. Mēsam in Leuit. 5. verbo *superbus*, n. 21.

d Isai 25. 4.

e Psal. 2. *Et nunc reges.*

Superbi curatio & exploratio morbi.

36. *Erat*, inquit, *quidam regulus.* Nescio vnde iste sit rex: nam postquam Romani Iudæorum robur & superbiam fregerunt, nemini purpuram nec coronam dederunt. Erat fortè rector prouinciæ, ait Chrysostomus [f], reuera in cogitatione sua Rex, in diuina mente regulus; hæc enim est pestis, hoc morbo laborant superbi, *nihil arrogantia peius, amentes facit, ac animos stolidos efficere videtur. Nam si quis cum statura cubitum non superet, instar montium, imò altiorem se putet, ac ideo se quasi montes excessurus erigat, nullum aliud argumentum suæ insaniæ quæremus.* Hoc morbo laborabant principes, contra quos inuehitur Oseas, *Facti sunt principes eius quasi assumentes terminum, hurtanle a Dios los terminos poco a poco.* Hoc superbiæ prima nota, velle supra se & supra alios extolli & eminere, imò vt Deos reputari. Metam in sua cogitatione fingunt, & ad eam pertingere pro viribus laborant; faber equitis ideam effingit, & cùm non potest attingere, manet paruus eques, *que dase cauallerote.* Eques ducis, aut comitis cogitatione formam appetit, quam cùm non expellet remanet dux aut comes paruulus. Comes item regem se imaginatur, erigit se & expendit largè, auget pompam, famulitium, supellectilem & fastum, sed cùm non tenet metam, manet non rex, sed regu-

f In Matth. hom. 59.

Superbia signa.

37. lus. Sit in exemplum Saul, de quo sacra Scriptura [g] refert *duobus annis regnasse*; in illis enim non transiliuit terminos per superbiam, sed ei potiùs restitit, & in sua tenuitate permansit, affirmans, filius Gemini ego sum, cùm reuera esset filius Cis. Silet parentem, & refert auum infimæ notæ & obscurum; at in reliquis quadraginta annis non rex, sed regulus fuit, quia iam aucupabatur honores, & rogabat Samuelem, *Honora me coram populo*; quare metas non transilire eximiæ virtutis est (inquit Augustinus) transgredi autem superbiæ. Ideo Dauid gloriam suam Deo ascribit, dicens: *Tu autem susceptor meus es*; cùm parturit regina, est vnus ex magnatibus vt fœtum excitet, eleuet & contenta voce prædicet, *Principem habemus.* Ita pariter ego Domine oues meas sequebar, inde tamen accepisti me, de postfœtantes accepisti me, tu enim eràs ibi, *tu es susceptor meus*, qui eleuando me alacri voce dixisti, *Inueni virum secun-*

g 1. Reg. 9. *su tartarabuelo era Gemini y su padre Cis.*

38. *dùm cor meum, rey rey tene mos.* Vidi in caput meum volantem coronam, quam nunquam ego possem attingere. *Sed tu eleuasti me, tu exaltans caput meum*, sine te non pos-

sum

ſum regnare. Quamobrem Deus videtur contra peſtem iſtam & auſum ſuperbiæ in tuto ſe voluiſſe collocare, ne venenati ſerpentis morſus latiùs per humana corda ſerperet; *quiſo ataxar la landre de la ſoberbia.* Quare ſi obſeruas illis attributis maximè vſus eſt, qui huic arrogantiæ opponerentur, *Deus deorum, Rex regum, Dominus dominantium, Dominus exercituum*; neceſſaria quidem nomina ad eruditionem hominum, vt illius memores ne à ſeipſis & ab ipſo diſcedant, nec à puluere ſui principij exurgant: quare qui in æternitate nomine non indigebat, cùm oportuit nomen ſibi elegit, *qui eſt, tomo el nombre que fueſe recuerdo a los que mayor peligro corren de ſer tocados de la vltima landre humana la idolatria.* Sciant ergo dij, terræ principes, in quam, nec deos eſſe, imò in eſſe & conſeruari, vt phyſici loquuntur, à Deo qui ſolus eſt, dependere: & licèt reges ſint & domini, ſupremo Regi deferre debere honorem, in cuius conſpectu nihil ſunt. hoc ſignificat, *qui eſt, que todo y nada fuera de el.* Et licèt ſint dij terreni, ſupra ſe habent Deum, qui æquè eſt deorum ipſorum, ſicut & paſtoris, ruſtici quem ſi non reuerentur, honore & corona priuantur, hoc eſt quod titulus ille indicat Apoc. 19. *Et habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum: Rex regum, & Dominus dominantium.* Veſtis nomine creatæ res intelliguntur, ſicut femur potentiam ad generandum denotat: ait ergo, nemo rerum abſolutum & directum dominium ſibi arroget, furatur enim togam regiam Dei. *es quitarle a Dios la capa de los hombres*, nec putet iure hæreditario hæc obtinuiſſe à parentibus, vnus eſt parens & regum generator Deus, in cuius femore reges omnes ſunt, à quibus dare poteſt & auferre ſpiritum principum. Quare cùm Nabuchodonoſor terminos tranſilit, & Deus fit, herbis alligatur, vt brutum; *por que ſe quiſo paſar a mayores, vaxaronle a minimos, quiſo ſer Dios y hicieron le beſtia. Exurge veritas*, & iam de curanda hac peſte agamus. Iſtorum vnicum remedium eſt veritas, quam cùm domi tuæ non inuenias, opus eſt ab aliis quærere quid de te ſentiant. Audiſti fabulam. Quondam aiunt de cælo deſcendiſſe Mercurium, exiſtimantem ſummum ſibi ſapientiæ & eloquentiæ ſceptrum & coronam deberi præ aliis diis; & vt humana de hoc iudicia probaret, ſculptoris officinam ingreditur, quaſi qui deorum ſimulacra emere vellet. Quanti venditur Iupiter iſte? centum nummis aureis; & Venus iſta? octoginta; Neptunus? ſeptuaginta. Et Mercurius iſte quanti ſtat mihi? cui ille, iſtis Mercuriolis nondum pretium aſſignatum; quorſum ergo effingis eos? Reſpondet, vt pro additamento dentur cum reliquis ſtatuis. Cúmque ille videret exiguam ſui æſtimationem, demiſit faſtum, & in cælum repetiit, demiſſo capite. Roga & tu eques quid de te ſentiant reliqui, & fortaſſe inuenies veritatem, ſicut iſte qui ſe regem putabat: Euangeliſta verò fatetur verum, *Erat quidam regulus*, quidam, ſuppreſſo nomine, *no mas de eraſe vn cierto ſeñor cete.*

Cuius filius infirmabatur. Et quo morbo? niſi ſuperbiæ ſomno, & veterno lethali, quo morbo laborant principes, niſi exurgens veritas excitet eos. Ambroſius, Cognouit (inquit) impiorum ſucceſſus in hoc ſæculo ſomnij eſſe ſimiles, non veritatis, quorum emolumenta tantum videntur eſſe, dum dormiunt, & bona ſomniunt: dormiunt ſæculares viri, qui licèt ſeculo vigilent, Deo dormiunt. Itaque vniuerſa curia aula eſt dormitantium & ſomniantium; nos verò ſuperborum ſomnia intueamur. Dormiunt iſti, & altè dormiunt, qui ſi magno ſonitu aut tundendo caput non excitantur, ſed ſemiſopiti rogant, *quid*? quid? quos niſi omnino excites, in ſomnum recidunt. Pauperes verò non ita altè dormiunt, ſtatim ad concionatoris vocem euigilant, iniecto leui terrore inferni, aut iudicij; non ſic diuites, ad quos Ierem. 22. *Locutus ſum ad te in abundantia tua, & dixiſti, non audiam. Hæc eſt via tua ab adoleſcentia tua*, nónne vides peccati veterno laborantem Pharaonem qui nec culicibus, nec ranis importunis, nec grandine & tempeſtate, quæ delicatiores lecto exilire cogunt, excitatus eſt, donec regina veritas exurgens graui tundit ictu duriſſimum cor, morte inflicta primogenito: tunc ſemiexcitatus facultatem diſcedendi dat populo, & iterum dormire cœpit, imò & ſomnians, vt aliquibus eueniſſe fertur, ad flumen imò ad mare venit, vbi in mediis vndis cùm euigilat moritur, & expergiſci pariter & mori cœpit. Hos igitur diuites veritas excitat, dicens, *Vos ſicut homines moriemini*; & qui mortali ſono cymbalorum non excitantur oppreſſi ſomno, ad rubrum mare mortis imparati properantes æternis inferni faucibus deuorantur. 39.

Domine deſcende prius, quàm moriatur filius meus. Iam ſtupidi fiunt ſuperbi, fidem 40.

vrbanitatem & sapientiam amittunt; serò namque ad Deum veniunt, solùm temporali iactura coacti, incipiebat enim mori. Secundò Dominum se facit, *vt descenderet, sanaret, quieren que Dios los vaya a buscar y seles vaya alamano el confessor y el predicador.* Tertiò iam dum tardat Christus blasphemat, *Descende priusquam moriatur filius meus, acabà ya si aneis de ir*; sic superbi nec absolutionem differri illis patiuntur, nec casus alicuius resolutionem. Quartò accepto beneficio temporali(*vade quia filius tuus viuit*) statim vacuus discessit, postea enim integram eius fidem reddidit Christus. O diuites, in quantis peccatis non æmulor vobis vestram gloriam, *melius est modicum iusto*, &c.

41. *Nisi signa.* Vrget illos regina veritas, & strictè accingit, nam, vt ait Bernardus, superbi curiosi sunt: vnde & Herodes signum à Iesu videre cupiebat, Iesus verò tacuit, nullo signo facto. Mos quidem aulicorum & principum noua semper audire, & sordes vitiorum nunquam deserere; ideo Dauid Psalm. 57. ait, *Sicut cera quæ fluit auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt solem.* Chaldaicè, *sicut reptile limax, qui madefacit viam suam.* alij, *sicut cochlea quæ liquescit.* D. Thom. sensum attigisse videtur mysticum, digni sunt qui priuentur cælesti lumine, & splendore miraculorum. *& non viderunt*, quia non viderunt solem, sed mentem abstrahunt à spiritualibus veritatibus; sunt enim sicut limaces qui nudi repere videntur, & ad solem liquescere, *lloran esbi como Saul y se derriten*, ita vt colliquefactos putes animo esse; at tabis & viscosi humoris vestigia in terra relinquunt, *andanse en sus libertades y flaquezes.* Hoc ipsum cochleæ similitudo declarat, parœmia enim Græca dici solebat, *cochlea vita*, quæ ad Solis radios serò & inertissimè collum & cornicula erigit, sed citissimè in testam suam redit, & in sordibus suis semper sedet, *piden sol y milagros y sermones, mas siempre se estan en sus ascos*; quare stupidi & cæci fiunt, inquit Gregorius, & moralia principia sole clariora nõ percipiunt, *quia sapientia non habitat in corpore subdito peccatis*: vnde Ierem. *Stultus factus est homo à scientia, con el saber se an hecho necios al rebes delas demas qualidades*; albedo enim album facit parietem, hi verò scientia stultescunt, ideo nempe, quia scientia superbierunt, vel in sordibus persistunt: ipsa sapientia stulti & cæci fiunt, vnde veritas omnem superbiam superat, & in hoc summa remedij tui est. Si credas veritati isti, miser es, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus, nec habes vnde superbias, puluis & ciuis: sed hanc veritatem à Deo menti imprimi postula, quæ tanquam pondus leuitatem tuam deprimet, & in gratia perseuerantem ad gloriam vsque perficiet.

VERBUM PATRIS.

3. Reg. 1. vers. 5.

Adonias autem filius Haggith eleuabatur, dicens: Ego regnabo. Fecítque sibi currus & equites, & quinquaginta viros qui currerent ante eum.

Immane ambitionis monstrum exprimit, comprimit, perimit.

DISCVRSVS LXXVI.

I. *Historia etiã vitia quasi monstra horrida ad cautelam & eruditionem nostram prodit.*

POSTQVAM naturæ aliquod monstrum è remotissimis regionibus allatum sæpè dum viueret viseritis, mortuum tamen in tabula pictum iucundissimum est contemplari: sic enim facilè oculos conuertitis ad curiosè spectanda naturæ opera, & Regis prouidentiam, qui tam horrendum & singulare monstrum afferri & asseruari iussit, ad incutiendum mortalibus timorem, & reddendum cautiores, vt in alieno periculo sapiant, nec imprudentes tam feri monstri dentibus vnguibúsque capiantur. *Aunque se aya visto vn monstruo viuo, se suele gustarde tenerle retratado para verde quando enqundo las marauillas de la naturaleza. Assi con vino tener al ojo los retratos de los monstruos de fortuna, porque aquella escurio sidad, y esterro es consejo de escarmiento, que excede a todos.* Hac etiam de causa summus mundi Rex animal illud formidandum, quod *est Rex super omnes filios superbia* Leuiathan, superbiæ symbolum (vt notauit diuus Gregorius) *que atodos mira sobre el hombro; cunctos velut infra se positos quasi de sublimi respicit*, in lib. Iob cap. 41. spectandum & fugiendum proposuit: pari etiam ratione ad nostram doctrinam horriferum monstrum ambitionis in libris Regum depictum & asseruatum voluit esse, vt qui inconsulti & incauti in regia aula honores appetunt, in his & naturæ

Digitized by Google

naturæ & fortunæ terribilibus aspectu monstris timidi refugiant, fanlti quos faciant aliena pericula cautos: ideo enim D. Chrysostomus [a] ausus est dicere, tantam vtilitatem has nobis historias & picturas afferre, *vt impossibile sit, impossibile, inquam, est, animum in hoc genus historia versantem à cupiditatibus superari.* Quis enim metu non frangitur, cùm audiat impudentem filium Adoniam, quem nunquam corripuit pater, sic aduersùm illum insolescere, vt eleuaretur, dicens, *Ego regnabo?* Quis monstrum ambitionis non metuat, dum videt pulcrum, sed petulantem Absalon, contra sanctissimum parentem insurgere, regnum ambire, milites cogere, capillis è quercu pendere? & ibidem, vbi superbiæ titulum erexerat, in fouea aceruo magno lapidum sepeliri? Quibus quia persimile est monstrum, quod in tabula sancti Euangelij depictum videmus, ideo (ne longus sim) quæ in concione dicenda sunt, digeram. Primò enim agendum de ambitionis ausu & impudentia. Secundò, qualiter à regibus & principibus frangi debat, & deprimi. Tertiò verò sic contra ambitionem insurgendum vt pereat ambitio, ambitiosi tamen animus viuat, & magnos spiritus ad sedes æternas, & bona cælestia ambienda & procuranda traducat.

a Hom. 1. de Dauide & Saule.

2. Reg. 18. 17.

PARTITIO DISCVRSVS.

2. *Accessit ad Iesum mater.* Vide vnde assumat exordium ambitio; à matre veniunt persuasi. Ita est, ô filij, digni estis prælatione, omnes præcellitis ingenio, semper iste Ioannes fuit aquila, Iacobus quasi tonitru personabit, ambo columnæ eritis Ecclesiæ: nam si deessent isti, qui auribus lenocinantur, ipsis satis notum est, & experiuntur idoneos non esse dignitatibus. Sed ô quàm facilè persuadetur quisque ingenij vires & prudentiam habere cuilibet muneri obeundo, nullarum rerum partitio æquior facta est ab auctore naturæ, quàm mentis & intellectus distributio, omnes enim contenti sunt sua sorte, quæ obuenit illis; ideo cautè Seneca [b], *Bona mens non emitur, nec commodatur, & puto si venalis esset, non haberet emptorem. Nadie compra entendimiento, ni lo pedira prestado: y aunque huuiesse feria del, no embiaria ninguno por vna onça de buen Iuizio.* Memoriæ defectum omnes fatentur, patientiam planè à Deo postulant; ingenij verò & prudentiæ ad gubernandum nemo inops, indigens nemo putatur. Prodeat in exemplum Absalon vacui capitis, sed pulcro capillo ornati; quid enim prudentiæ frontosus iuuenis, & prouecti consilij ad iudicandum habet, qui in parentem insurgit, & popularium commouet voluntates, & ita benè de se sentit, vt sibi & reliquis optimum acturum Regem promitteret? *Quis me constituat iudicem super terram, & iustè iudicem?* & hanc æquitatem & iustitiam iactabat, cùm iniustè & petulanter pro foribus sedens corda rusticorum solicitabat. Impure adolescens, habes aliud ad gubernandum iudicium, quàm quo patrem persequeris? Quòd si hoc ita exiguum est, vt iustum tibi videatur summum iniustitiæ facinus, quali mente inter iustum & iniquum iudicabis? Certè ipsi de se præsumunt mentem, sed vel carent illa, vel ita stupidi sunt ad diuina, vt colloquente Christo Domino de futura & iam impendente morte, *ipsi nihil intellexerint*, & quasi abstracti & abalienati, alias inseruierint materias longè diuersas. Sed defectus ingenij viua-

Adulatores ambitionē excitant & augent.

b Epist. 27. Sed addit verbum difficile, *at mala quotidie cerebrum:* discute, si vales, verbum.

Præceps Absalom.

3. 2. Reg. 15. 4.

Ambitiosi amentes & stupidi.

citate olfactus compensatur, viget enim in eis id, quod bestiis & commune est, olfactus, visus, &c. nam si huius petitionis causas examinamus, nulla germanior quàm in Thabore duas sedes vacaturas per Moysem & Heliam subodorati sunt, *Cata la vacante de las sillas, acuden al olor, y sacan de rastro los muertos:* sicut de vulturibus narrant historici ita pollere olfactu, vt per quinquaginta leucas exercitū & cadauera præsentiant, & aduolent. Ita isti qui cùm sint Romæ, cadauera olfaciunt Hispaniæ, interiisse videlicet in tali vel tali Ecclesia canonicum, vel archidiaconum; sic isti non in sede diu perduraturos Moysem & Heliam olfecerunt, & sensui, & matri fidem dantes intrant rogaturi sedes. Hinc magni incommodi occasio suboritur, quia cùm plus olfactu quàm intellectu polleant, aspirant ad futura, & placent sibi, sibique gratulantur, *despachanse à si mismos, Iuzgandoze por dignos de lo que se les antojo, y si nose lo dan, se hallan descontentos:* quemadmodum vidimus operarios, quos paterfamilias multo mane conduxit, stomachari cœpisse, eo quòd non plusquam denario diurno afficiebantur, neque hoc iniustitiæ tribuere poterant; ideo enim obiecit paterfamilias, *Nónne ex denario conuenistis mecum*, & quod iustum fuerit, dabo vobis? sed cùm ipsi mente conceperant digniores esse, & vberiori mercede afficiendos, iurgiorum causam ex sua ipsa cogitatione desumunt, ideo dicunt, *Arbitrati sumus, quòd plus essemus accepturi.* Vides qua ratione olfactus nocet illis, & perspicacitas ambitionis, quæ noua semper appetit. Huic affine est, quod de lynce fera refert Plinius [a], animal esse gracile, & grandi macie confectum, quia vix terreno pastu vescitur: nam cùm visus perspicaciā penetret, & prospiciat herbescentes montes & prata, quæ longissimè distant, eò defertur appetitu, & ad præsentia, & quæ præ oculis sunt, fastidit, & tristia & marcida putat. Hoc vitium est ambientium & principum, qui modum suæ cogitationi non ponunt, nec modestiæ fræno spiritum præsumptionis cohibent. Quàm benè Aggæus Propheta, *Comedistis, & non estis saturati: bibistis, & non estis inebriati, Operuistis vos, & non estis calefacti: & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum.* Quæ huius rei causa? *Respexistis ad amplius, & ecce factum est minus.* Vatabl. *Respexistis ad multum, & ecce parum. Teniades ojo a lo mucho, y todo os parece poco.*

Olfactu pollent & sagacitate.

Semper citra meritum esse munus & præmium iudicant ad maiora aspirantes.

4. Matth. 20. 8. & 10.

a Hist. lib. 8. c. 21. refertur à P. Galbano.

Aggæi 1. 6.

Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi. Ecce iam ignorantia dux fit cæci ambitiosi; *nec enim* (ait Nazianzenus) *humani ascensus humilitatem intelligit, quantúmque adhuc à vero fastigio absit, qui mortales omnes magnitudine antecedit. La ignorancia guia al ambicioso, y le haze creer que es algo lo que pretende*, cùm reuerà non sit altum fastigium omnes qui tecum pariter mortales sunt, superare. Quod si benè cogitassent fratres Ioseph, nō tanto illum fuissent odio prosequuti. Quid enim iste somniauit? nónne fasciculum suum altiorem reliquis esse, ita vt ab aliis posset adorari? quid? quòd fœnum altius & eleuatius sit? quid interest submissius esse fœnum? quid interest fœno adorari? quid malum accidit fœno ex eo quòd adoret fœnum? Hæc causa iurgiorum, inuidiæ, & mortis. *Verè non intelligit quantum adhuc à vero fastigio absit, qui mortales magnitudine antecedit.* Cæca semel ambitio

Ignorantia dux ambitiosi.

5. *Sana sit ambitio & credita.*

bitio ecce quomodo omnes naturæ leges transgreditur, vt ſedibus & honoribus etiam facilè antecellat. Primò enim fraternæ dilectionis legem irrumpit; huius gratiâ quid non molitur Abſalon? qui effrænata regnandi cupiditate patri bellum infert, & à ſede & lecto multo mane dimouetur, vt ruſticanorum cauſas audiat, & ſolicitet corda oppidanorum, vt eum coronâ donent. Quæ non peccata committit adoleſcens regni appetitor? quæ præcepta non frangit? Deum non timet, proximos & fratres capitali odio proſequitur, falſa promiſſa falſis iuramentis confirmat, feſta non colit, patrem non reueretur, matres ſuas & patris vxores inceſtuosè commaculat, in omnes parentis milites & duces deſæuit, armatur, bellum infert, mendacio ſeruit, falſa crimina comminiſcitur, vxoratas fœminas quaſi equus petulanter appetit, ac denique alienam coronam furto arripere non erubeſcit. Et quod huic inſano adoleſcenti in ſua regnandi cupiditate contigit, omnibus ambientibus honorem perinde contingit; omniũ enim ludorum generibus cum illis fortuna ludit, *iuegan al iuego de la eſgrima, donde el pretenſor es el preoſte, y hade eſgrimir con todos los electores, y a ninguno le ha de dar golpe que duela, y ha de ſufrir los que le dieren, es vn juego de correguela, donde el opoſitor que oy eſtà dentro, mañana eſtà fuera. es vn iuego de bolos, donde de corto o largo ſiempre ſe pierden cinco. es vn iuego de la primera, donde las mas vezes el maço gana, el agudo ſe queda burlado. es vn iuego de ſortija, donde para ganar vn prez ſe pierden muchos. es vn camino de Santiago, donde tanto anda el coxo como el ſano. es vn vicio virtuoſo, y una virtud vicioſa al parecer. es vn dolor que ſe paſſa riyendo. es vn oficio de oficiales ſobrados, que ſe matan per trabajar de balde: emplean todos los cinco ſentidos en ſu pretenſion, ocupan todos los enemigos del alma, conplen todas las bienauenturanças, porque ſufren, lloran, andan pobres, ſon perſequidos, ſon miſericordioſos, y todos dizen mal dellos, y callan y porfian.* Sed præcipuè colluſione annuli ferrei totum eius, qui ludit, ſtudium eſt ora reſpicere annuli, & tranſmittere globulum ſuum per os annuli, quod ſi benè cedit, occludit ora, vel à latere leuiter percutit, & ad colluſorem terga conuertit, & præoccupat locum viciniorem annulo; vnde ſperat ſe facilè tranſmiſſurum eſſe os annuli. Quid ſi globulum alterius feliciter percutit, quos ictus, & quàm vehementes infligunt? extra metas propellunt, & quaternione ludus abſoluitur, & exultant victores. O ludus turpiſſimus ſæuitiâ & iniuſtitiâ plenus! qui enim honoris vel muneris cupiditate flagrant, ludunt inter ſe puerili inuidiâ, & cùm illis aditus ad honores obſtruitur, vires & conatus eò dirigunt, vt nec frater ingrediatur ad munera; ſic autem ictum temperant, vt ibi, vnde ille diuellitur, maneant, vt quamprimùm detur facultas, munus obeant, nemine impediente: ideoque obſeruant tempus, quo fratres vel ad ſacros ordines, vel ad magiſtratus gradum, vel ad nobilitatis honorem, habitum, vel inſignia religionis greſſum faciunt, & ibi talia de illo dicere audent, vt nulla illi aſcenſus ſpes reliqua ſit. *Y el quedaſe pegado a las barras para embocarſe a la*
6. *primera ocaſion.* Quòd ſi ille obtinet quod ambierat, alium non patitur obtinere, ſed præcludit ora annuli, ne & ille alius obtineat. *Pues Dios os guarde que le vea vn poco aebaxo de ſi, y que le puede dar vn paſſa iuezo, no ſe contentara con ganar vna ſino dos, y darle caue, y echarle fuera de la raya;* quod ſi infra ſe videat, eò vires & conatus intenſiſſimè dirigit, vt extra metas exturbetur, ne vlla muneris ſpes reliqua maneat.

Impietas ambitionis.

Optime Deus, quouſque tanta inſoleſcet ſuperbia? *Non ceſſabunt* (ait Dominus) *donec opere compleant. No ay ſino temer y huir a eſte monſtruo. Ecce* Adonias eleuabatur, *dicens, ego regnabo.* Timet Salomon, timet Bethſabee, timet populus; fecit enim ſibi currus, &c. Quid times regina? Quid formidas Salomon? nónne tibi iuratum à patre regnum ambitioſus frater arripiet? Verùm prudens mater quid regi dicat, audiamus, *Domine mi, tu iuraſti per Dominum Deum tuum ancillæ tuæ, Salomon filius regnabit poſt me: & ecce nunc Adonias regnat.* Quid ergo filium formidas? Hó grande nobis impendet malum, *eritque cùm dormierit dominus meus rex cum patribus ſuis, erimus ego & filius meus Salomon peccatores.* Ne nos ſub ambitioſi hominis poteſtate relinquas, in ictu enim oculorum, & in puncto, quo hac vitâ lucéque defungeris, *peccatores erimus*, omnium miſerrimi, *deſtrucidos ſeremos al momento.* 7.
Regnum enim, quod Deus iuramento in Dauide firmauit, & mihi iuratum habet, ruet in momento, ſi ambitioſus regnet Adonias. Accedit iam *mater filiorum Zebedæi* adorans, & petens regni Chriſti ſubſellia. Timent condiſcipuli, timet Petrus, timet Eccleſia, quid dicam? ipſe non timet Chriſtus? Verùm ſedulò ſuo honori conſulit, ne mulier arripiat dextram ſibi naturâ & officio debitam. Quid times fœminam, Petre? quid formidatis diſcipuli? nónne tu petra es, quam Chriſtus omnibus antefert, & vobis duodecim iudicantium ſedes promiſit? Tale monſtrum ambitio eſt, vt etiamſi fœmineâ forma nobis proponatur, non minus ſit extimeſcendum. Puer nónne (ait Chryſoſtomus) erat Abſalon, cùm in patrem inſurgere meditatur, aggreditur, bellum inſtruit; attamen cùm Dauid impudentiam ambitionis, & inuerecundam filij appetentiam cognoſcebat, miſeram illam vocem emiſit, *Fugiamus à facie Abſalon, huyamos, que no ay otro remedio.* Quid ais rex, leonum pauor, tigridum & vrſorum peremptor, gigantum mors & iugulator acerrimus, pueri timore corriperis? filij delicatuli, candiduli, cincinnulis capillulis formoſi, fœmineis viribus comparandi? O quàm metuendus eſt puer ſitiens honoris! quàm perhorreſcenda fœmina honoris cupida! Fugite Apoſtoli, in tuto vos collocate, Petre & Paule, quibus (vt Euthymius exiſtimat) vtraque ſedes, dextra & ſiniſtra præparatæ ſunt. Plus dicam, caueat filius Dei, ne ſedem, quam ſibi aſſeruauit Pater à dextris ſuis, appetentiſſimi homunciones obtinere nitantur. Quod, vt reor, indicauit Ambroſius [a], *Volens enim oſtendere, quòd non perfunctoriam rem aliquam diſcipuli poſtularent, ſed etiam quam impetrare non poſſent, prærogatiuam eius paternæ honorificentiæ reſeruauit, non metuens, ne quid proprio iuri derogaret, qui non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.* Sicut ſi præſes regij conſilij regis voluntatem in eo eſſe ſciret, vt poſt egregiam muneris ſui fun-

Omnes formidant ambitionis audaciã.

3. Reg. 1. 13.

Ambitio etiã fœminea forma formidabilis eſt.

2. Reg. 15. 14.

a De fide lib. 5. c. 3.

Precauit Chriſtus ne ſicut Lucifer ſedem primã appetiit, ſic in cœlo Eccleſia ſimilis ſuperbia naſceretur.

ctio

ctionem afficiat illum in ſigni aliquo titulo comitis, aut ducis, videat tamen ingredi curiam duos homines eundem gloriæ gradum cupientes, verè non timet, nihilominus tamen voluntatem regis tacet, & tectam & occultam eſſe procurat, ne forte ambitio gradum, quem amice non poteſt, contentioſè velit attingere. Sic ſimiliter filius Dei, cui ratione muneris ſibi commiſſi & optime adminiſtrati honorata ſedes à Patre erat deferenda, à dextris eius te-

8. git, & ſecretò vult eſſe Patris voluntatem, vt quaſi tacite ardentem ſitim ambitionis vitaret, *Pater enim dicit filio, ſede ad dexteram meam. Segura merced, pues le da la palabra el Padre eterno a ſu hijo; nec poſſibile eſt homini quod petebatur; y con ſer impoſſible lo que pretenden. Sed diuinam ſuam gloriam celare prius quàm reſurgeret, non diuulgare cupiebat.* Vnde hoc colligis Ambroſi? *nam cùm ſuprà inter famulos ſuos Moyſem & Heliam apparuiſſet in gloria, monuerat diſcipulos, ne cui dicerent quod vidiſſent. Quiſo que callaſſe ſu gloria, aunque fueſſe con menoſcabo de ſu honor, y de que el Arriano dixeſſe que no era igual al Padre, porque no huuieſſe vn Lucifer en la tierra, que ſe atreuieſſe a pretender la ſilla del Verbo*, ne ſedem maieſtatis ſuæ vel homines, vel, quod mirabile eſt, mater filiis ſuis appeteret. Metuat etiam æternus Pater homines ambitione correptos, & fores cæli recludat, ne miremini: nam cùm ſuperbi illi gigantes ambitioſam illam & inſanam molem ad inſtar turris ad cælum vſque pertingentem ædificarent, vt ſua nomina poſteritati relinquerent, & in vnoquoque latere (vt ait Philo [a]) impreſſa manerent, quaſi ſolicita ſe nobis oſtendit Trinitas diuina, dum ad ſeipſum ait Deus, *Venite, confundamus ibi linguam eorum.* Quid times Omnipotens? homines terreos, terream machinam, & terrenum nomen celebrantes? *Seguro eſtà el cielo de ladrones.* Quid tutius cælo, & inacceſſa Altiſſimi ſede? veruntamen ait Dominus, *venite, ſeamoſa vna. Ecce* vnus eſt populus. *No veis que ſe han hecho a vna? nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec opere compleat.* Ambitioſi gigantes, qui immortalis gloriæ honores expetunt, non ceſſabunt: ideo pertimeſcenda eſt *mater filiorum Zebedæi adorans & petens.*

Precauit etiã Deus Pater quo paſſo ambitionem retunderet.

a Lib. de antiquit. Bibliæ.

Gen. 11. 7.

9. *Cum filiis ſuis.* Quid remedij, ne tale viuat monſtrum, nec ſuper terram inter mortales graſſetur: Remedium eſt id, quod his verbis innuit Spiritus ſanctus, *Mater filiorum cum filiis, matar la ambicion en madre y hijos iuntamente*; ſicut paſtor cùm in ſuo cubili lectóque iacentes inuenit lupos, lupámque nutrientem, *como el paſtor que mata los lobillos y la madre de vna vez.* Eia exurge Paſtor rex Iſrael, tibi, Dauid ſancte, facinus hoc & bellum contra filios tuos reſeruatum eſt. In hoc enim ſibi & regno maximè reges conſulant, ſi ampliſſimos honores non auidiſſimis & ſuperbis, ſed dignis & humilibus conferunt. Aſſuerum enim famulum habere, qui ſummum gradum teneat dignitatis & gratiæ, mirum non eſt: verùm quare iſte fuit Aman inſolentiſſimus, in tantum vt ideo ſolùm quòd Hebræus Mardochæus ad regis fores caput non aperiebat, vniuerſo Hebræorum generi mortem machinaretur. Principes etiam præcipuos ſibi deligere duces vtile, & Abſalonem ingenuos, ſibique familiares aliquos equites alere æquum eſt: verum quare eligit Achitophel impium, illiberalem corruptiſque & deprauatis moribus educatum. Libeat etiam Saulì regi præclarum ſibi ac præſtantiſſimum bellorum ſocium habere; quare tamen hic erit Semei humanitatis & vrbanitatis expers, audacia & præcipiti ingenio præditus, qui ex infima plebis fæce aduerſus Dauid probris & lingua, non gladio audeat inſurgere? Non ſic Paſtor Iſrael, ſic enim ipſe canit Deo, *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine*; grates tibi refero, quòd mihi generoſos & excelſo animo viros prouidiſti, reliquos enim odiui, abieci, & interfeci, *Non ponebam ante oculos meos rem iniuſtam; no buſcaua quien dieſſe calor a traças iniuſtas*, quinimò *interficiebam præuaricatores terræ, eſtos hombres de eſtado que atropellan la religion para ſalir con la ſuya.*

Perimenda & extinguenda ambitio in cunabulis ſuis.

Habeant amicos reges, ſed non ſceleratos.

2. Reg. 17.

Habeant ſibi gratioſos & amicos reges, ſed non flagitioſos, nec peccatores.

Pſal. 100. 1.

10. *Non adhæſit mihi cor prauum. Vnos hombres ayraymados, que ſe ſaltan a la mano como pelota a los Reyes, los rebati luego de la mia. Non adhæſit, no calentaron pluma, ni plaça, ni ſello, ni a mi mano ſe pegaron. Detrahentem ſecretò proximo ſuo. Eſtos memorialiſtas que pegan fuego a los linages, hunc perſequebar, contra eſtos yo miſmo ſalia, y los deſpedaçaua. Declinantem à me malignum. Vnos hombres de arbitrios ocioſos que dañan a toda la Republica, non cognoſcebam, no los quiſe dar mi puerta iamas. Qui facit ſuperbiam. Otros de nonada hazen agrauios, y leuantan puntillos de honra, tampoco. Qui loquitur iniqua, vnos habladores de ventaja, que nauajean a todos, non direxit in conſpectu oculorum meorum, no encarrilaron jamas con migo. Oculi mei ad fideles terræ, vt ſedeant mecum.* Quos ego in partem coronæ meæ adorationis & ſedis voco, pauci ſunt & fideles, *ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat, el limpio, y que anda con limpieza en ſus obras y trato.* Viam dicit immaculatam, qua in cælum peruenitur; quaſi alludens ad id, quod inſipienter (vt refert D. Hieronymus) viam lacteam cæli viam ad gloriam eſſe quidam putauerunt, quámque pueri Hiſpani credunt eſſe viam ad ſanctum Iacobum, *camino de Santjago*, vt oſtendat ad cæli ſedes non niſi per virtutis viam, & paſſibus puritatis perueniri poſſe; qui autem per ſuperbiam, *non direxit, no encarrila, ni lleua bien camino.* Quare non contemnendus eſt ſenſus verborum ſacræ Scripturæ.

Qui ſeligendi ſunt ad munera regia.

Via immaculata quæ ſit.

11. *Porrò filij Dauid erant ſacerdotes*, quod difficile apparet: nam ſacerdotes erant de tribu Leui: filij autem Dauid, ſicut & ipſe, de tribu Iuda oriundi erant: quomodo ergo erant ſacerdotes? Verùm nomen filij commune eſt etiam his, qui in maxima gratia ſunt apud regem, *los priuados*: vocantur autem regis filij, quia qui regi chariſſimus eſt, quaſi à rege generatur, & in nouam filiationem adoptatur: hi autem qui apud Dauidem gratioſi erant, quaſi ſacerdotes erant, id eſt, genus hominum electum, iuſtum, ſapiens, regale, purum, &, vt ait Hiſpanus, *tales que pudieran poner la barba en el caliz.* Tales debent eſſe regis amici, reliquos autem extinguant, & à dignitatis gradu deturbent, vt monet Sapiens, Prou. 19. 12. *Sicut fremitus leonis, ita & regis ira, & ſicut ros ſuper herbam, ita & hilaritas eius.* Rex aliquibus leonis inſtar eſt,

Quare filij Dauid ſacerdotes dicuntur.

nam

Digitized by Google

nam ei, cui omnia bona sua credidit, vel à secretis erat, atque mendacem & infidelem esse comperit, nec dissimulet, sed instar leonis fremitu & rugitu & vnguibus è sua gratia excidere, & vitâ priuari faciat: fidelibus autem & modestis erit sicut ros, qui nullo impediente, nec sentiente super herbas humiles funditur & instillatur, fulcitat, & super glebas excrescere, & virore florere facit, quæ humi iacent; sic regis hilaritas, abiectos, obscuros, & humi prostratos, ingenuos tamen, & non illiberales gratia sua exhilarat, & super alios dignitate & gratiâ efflorescere facit. Sitque rex quasi iudex, & vni qui in Episcopatum inique & iniustè inhiabat, vt leo ira suâ frangat, & spiritus ambitiosos extinguat; marcidos autem, & quasi extinctos ad primas sedes extollat, & alios faciat dignitate antecellere.

Multa & magna à Deo postulanda. Et Act. 23. ait Paulus, Adolescentem hunc perduc ad tribunum, habet enim aliquid indicare illi.

12. *Aliquid ab eo.* Aliquid, hoc est, petens magnum quiddam; sic enim loquuntur Græci, Galli, & Hispani, *esse aliquid*, id est, esse magnum; & nos dicimus, videtur sibi aliquid esse, id est, magnus esse vir; & vulgò nobiles vocat *hijos dalgo*, præcellentes sanguine, antiquitate, diuitiis, bonitate: ideo igitur adorabat, quia magnum aliquid postulabat. In duobus & prudens fuit & felix mulier ista. Primum, quia magnum à magno Deo postulabat, placent enim Deo qui magna postulant, & qui parua petit, quasi submissâ voce loquens non exauditur ab altissimo Deo; ideo aiebat D. Basilius, *Eleua vocem, si vis vt audiaris. Pedis poquedades, no os oye Dios*, cuius thronus sic in fauorem nostrum inclinat, vt multum postulantes, multa, & magnum, maxima concedat. Poscit Nehemias ab Artaxerxe (& priùs à Deo præmissâ breui oratiunculâ, *oraui Dominum*,) vt facultas ei detur adeundi, vt excitet muros ciuitatis Hierusalem, Magnam rem postulat captiuus; sed quid addat ad petitionem Deus? Ito tu, & ego pariter, ex hoc tempore me accingam ad descensum in terram, & in eandem vrbem: nam, vt obseruat Chronologus grauissimus, ab illa hora cœperunt numerari septuaginta hebdomades Danielis, & breuiati sunt anni aduentus Dei in terras, ob generosam & religiosam oratiunculam Nehemiæ captiui. Idem contigit latroni in cruce, qui cùm in longum tempus gratiam, quam postulabat, differendam putaret, Christus in illam diem mercedem à die iudicij reuocat, *hodie mecum eris.* Et vt exemplum sit regibus & principibus, qui negotiantes citò expediant; ideo enim breuissima natura fecit verba, *ita*, *non*, & Hispanè breuiusculè proferuntur, *Si, no, son las palabras mas breues para auisar del breue despacho a los Principes*: & dum possunt dare fiat, omnino non excusare studeant, exemplo Christi, qui non vnum dulciter condire hodie voluit, vt obseruauit D. Ambrosius [a]. *Vsque in finem dilexit eos, noluit iis quos diligeret, videri quod peterent denegasse sanctus & bonus Dominus, quòd mallet aliquid dissimulare de iure, quàm de charitate deponere.* Et dum negare rem vnam oportebat, priùs alteram proposuit, *mejor os estaria esto que essotro, no sabeis pedir*; *calicem quidem meum bibetis*; *sedere autem, &c. non est meum dare vobis*, subdit Ambrosius, etenim quòd non debebat id dare, quod petierant, aliud proposuit, vt prius commemoraret, quid his tri-
13. buerat, quàm quid negaret, quo magis æquitatem sibi petitionis, quàm studium dominicæ liberalitatis intelligerent defuisse. *Non est meum, no es mio; mostro la dificultad de dar vno, y que su no es dulce, es vn no si, o vn si no, como pedaço de alcorça siempre dulce en la boca de Christo. Enojase con el mundo, y añade. Noe verò inuenit gratiam coram Domino. Enojase con Sodoma, y luego echa vn; nisi fuerint quinquaginta iusti in ciuitate. Enojase con Acaz, que no quiere dar gloria a Dios, y en el mayor enojo da el fiat mas deseado; Ecce virgo concipiet.* Secundò, felix fuit mulier ista dum ab eo, ab vno Christo gratiam expectat, non à mundo; quid enim laboriosius, quàm à multorum suffragiis rem grandem petere. Libeat hoc à tyranno perdiscere; cùm enim Abimelec *Iudic.* 9. regnum Israelis voluit occupare, ægrè tulerunt Sichimitæ, quos cùm tranquillat, ait, *Quid vobis est melius*, id est, præstabilius, *vt dominentur vestri septuaginta viri omnes filij Ierobaal* (Gedeonis) *an vt dominetur vobis vnus vir. No es mejor obedecerme a mi (aunque sea hijo de concubina por nombre Dinma) que auer de contemporizar con setenta hijos, y setenta voluntades y entendimientos de los herederos de Gedeon?* Hac graui sarcina exonerati sunt, qui Deo subseruiunt, & ab illo dependent. Quare cùm monet populum Moyses, dicens, *Dominus Deus noster Deus vnus est*, non tam puto dixisse vt erudiret in fide, quàm vt ad facilem obedientiam inuitaret; cùm enim tot illis præcepta tot ceremoniis iniunxisset, hoc tantùm verbo, *Dominus vnus est*, facillima & leuia reddebantur, *Alegraos, que ni aueis de obedecer, ni negociar con muchos diozes, sino con vno solo*: nam etsi personæ sunt tres, vt credantur, & à qualibet earum beneficia expectemus pro indiuiso: nam & Pater dedit filium, & filius se tradidit, & Spiritus sanctus solicitauit. Vt tamen mundus placeat illis, non debet solicitus esse placendi seorsim tribus, sed vni Deo, vnius quippe voluntatis, vnius dominij: nam neque tres domini sunt, neque tres dij, sed vnus est Dominus, vnus est Deus. Sic graue putauit mundo à multis pendere dominis, & plurimis idolis seruire; quare idololatræ, quibus persimiles sunt ambitiosi, multis addicti dominis, magnum pondus super se tollunt: quapropter cùm Magi se a tam graui iugo subduxerunt, & vnum Dominum in virgineo sinu collocatum reperiunt, *gauisi sunt gaudio magno valde*: venerunt enim *adorare eum*; sicut ista felix mulier, *adorans & petens aliquid ab eo*, ab vno tantùm.

Deut. 6. 4.

Vnus Dominus Deus noster cui facilè placemus obsequimur, & licet Trinus sit, credimus vnum esse in essentia.

Ab vno pendere gloriosum.

14. *Dic vt sedeant.* Errant iam discipuli, & peccant, sicut importunissimi isti & profani ambitiosi, qui sedulò & impensè in obtinenda dignitate laborant, *vt sedeant*; vt pacatam & liberam omni cura vitam ducant; ad hoc literas addiscunt, & academias adeunt, vt sedere possint in ipsa dignitate & munere: otiosum quidem viuendi genus, ipsa Dei scripturâ damnatû. Nam cùm Iacob vidit Ecclesiam in scala figuratam, gradus vidit, & Angelos, hoc est, Doctores (vt exponit D. Augustinus) *ascendentes & descendentes vidit*, neminē otiosum esse, nec ascendentem solùm, sed etiam descendentem, permittebatur. *El saber, y tener grado en la Yglesia, no es para tener vn buen passar; el subir les dan con pension del baxar a aprouechar a sus proximos.* Roga sacram Scripturam, vnde facta est vidua clarissima fœmina Iudith, inde nempe, quia *vir eius, qui fuit Manasses, mortuus est in diebus messis hordeaceæ*; insta

Laborant vt sedeant ambitiosi.

Tenentur qui in dignitate sunt se demittere vsque ad proximos humiles erudiendos.

Iudith 8. 3.

Esdræ 2.

P. Gerdon.

a Lib. 5. de fide c. 5.

instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput eius, & mortuus est. Nam cùm feracissima erat terra, nec benè designati fines, & sortes prædiorum, tempore messis crebræ excitabantur rixæ: constituebatur igitur nobilis vnus vel alter, qui instaret super alligantes, & cuique suum ius seruaret. *Alcaldes del campo.* Manasses autem non domi manebat, nec in aula regis, sed in campo, & ita Solis æstibus patens, vt venerit æstus super caput eius. Munera enim non dantur vt sedeant, sed vt stent, & instent. Ambitiosi verò potestatem arrogant, & laborem abiiciunt contra Domini præscripta. Nam, vt ponderat B. Laurent. Iustinianus [a], nullibi inuenies Deum præcepisse, vt homines hominum dominarentur, erga animantia solùm præfecit eos, non erga similes in natura: quòd si postea regimen hominum hominibus concessit, perspectâ eorum naturâ, quæ fræno indiget, ita tamen factum est, vt compescerent fræno obedientiæ, sed non excelso dignitatis gradu, & dominatione superbirent: nam, vt ipse ait, *regere charitatis est, dominari superbiæ*; & D. Paulus, *non tanquam dominantes in cleris*; & Dominus, *Reges gentium dominantur eorum.* D. denique Gregorius [b]. *Tunc suprema sedes benè regitur, cùm prælatus non hominibus, sed vitiis dominatur.* Errant igitur qui sedes, *vt sedeant*, ambiunt.

Administratores reipublicæ nō otio sunt dediti.

a De regimine prælat. c. 2.

Luc. 22. 25.

b Pastorali.

15. *Vnum ad dexteram tuam*, &c. Ipsi sibi sedes præscribunt, & per magnas sedes magnificant; ignorant qua ratione augeri debeat honor, diuitiæ, & authoritas: *y erran los medios de hazer se grandes*; hoc enim non propria cogitatione, sed solicitudine comparatur: ideo incrementa ista Christus noster comparauit operi nutritionis & augmentationis, quæ nullo modo imperio voluntatis subditur, sed Deo authori naturæ, & operationi potentiæ. *Quis enim cogitans potest addere ad mensuram suam cubitum vnum?* ideo *ne solliciti sitis*, pari ratione incrementa honoris, non industria, non ambitione, sed Dei prouidentia comparantur; nec quælibet media congrua sunt, sed quæ à Deo proueniunt. Voluit Angelus diuinam ascendere similitudinem: alta quidem & liberalis cogitatio, *tal sea mi vida*, velle diuinæ imaginis fieri insigniferum; naturale & generosum opus, sed errauit media, dum ascensu in cælum, dum arrogando sibi sedem nancisci autumat similitudinem. O sedes, quanti stetisti huic principi? subitò enim *videbam satanam, vieradès al demonio*, quasi fulmen de cælo cadentem, & cum angelis suis in inferna detrudi. Si verò media virtutis eligantur, quidquid optaueris, obtinebis. Audi exemplum (inquit Augustinus) prætendit quadam die terra viuere, quæ tot viuentia sustentat; noua quidem ascendendi præsumptio, & nisi ab authore naturæ minimè obtinenda. Fiet itaque, inquit, terra, qui me creauit, præstabit hoc, non petam adminicula creaturarum, expectabo, nam *vita erat apud Deum, & Verbum caro factum est*; atque in altum sublata vita venit in mortem, ac tandem sepulcro amandatur; tunc terra dehiscens, & viscera aperiens vitam in sepulcro abscondit, & in sinum Abrahæ Christi animam suscipit descendentem. Tunc terra vitâ fungens motitari cœpit, commouetur, exultat, viuos & suscitatos mortuos è sepulcris mittit, & quasi sentit continere vitam. Ita iusti per humilitatem, & virtutem veram in se susceptam, & per vitam & religionem ad magnos honores assumuntur, non suo arbitrio, nec industriâ, aut electione. Rapiuntur etiam in errorem, & in diuersa media obtinendarum sedium, dum cognationis & coniunctionis cum Christo nituntur optatas consequi sedes: hunc enim respectum damnat Hieron. [a] *Grandis in suos pietas, impietas est apud Deum:* vitam & sanguinem profundere vt consanguinei fidei & virtutis incrementis augeantur, sanctum & pium: omnes autem diuitias, annuos census illis applicare sine meritis, inæqualitas est, ne dicam iniquitas. Quorsum enim virgæ assumuntur ad electionem Aaron, nisi vt certior fieret populus, non necessitudinis vinculo, non sanguinis gratiâ, non carnalis amoris causâ, sed diuino modo rem agi, cælesti electione, non humanâ cupiditate, vt aduertit Philo [b], & opportunè obseruat Ioseph [c]. Sacerdotem neque humeris, neque pectorali inter lapillos tulisse nomina Ioseph, neque Leui, sed Ephraim & Manasse, & reliquos non ita sibi coniunctos, & alterius familiæ, non suæ, & de Melchisedecho illud vt nouum & magnum refert D. Paulus, sine patre & sine matre dictari solitum, ideo nempe, quia à nullo maiorum hæreditario iure principatum nec sacerdotium obtinuit, & omni obligatione liberum suscepisse munus, cùm diuina illi obuenerit electione, non parentum obsecrationibus, non consanguineorum sumptibus, non electorum patrocinio, sed à Deo assumptus, & coronâ insignitus, omni sanguinis vinculo solutus, regiam tenuit sedem.

Per gradus ad dignitates ascendant.

Luc. 12. 25.

Error dæmonis ambientis sedem cælestem.

Luc. 10. 18.

Media iusta ad obtinendā dignitatem.

16.

Ioan. 1. 2.

Errant media ambitiosi.

a Epist. ad Paulam.

Ratione consanguinitatis minimè eligēdi ambitiosi.

b Lib. 3. de vita Moysis. n. 17.

c 3. Antiq. c. 11.

Hebr. 7.

Nescitis quid petatis. Pereat ambitio, explodatur, extinguatur, seruetur tamen ambitiosus. Primò, quia primæ sedes, & regum familiaritas & gratia difficilè sustinentur & conseruantur; ideo benè apud Hispanos vocantur *priuados*; nam & securitate, & pace, & vita priuati sunt. O quomodo impugnantur, exturbantur; quòd si Ethnicus est, vel Atheos, aut politicus (quod idem est) Deus ipse deiicit, subridet in casu & interitu eius, sicut in Aman. Secundò etiam, quia homines ex luto & argilla compactos permittere tolli in excelsum locum, genus supplicij est Angelorum persimile: quare in eius formatione melius quod in cælo erat, in infimam terram immiscuit, *inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ*; vt quod ambiret tanquam cælestis per animam, per terræ infirmitatem corrigeret; & ita sibi coniuncta hæc duo sunt, vt Christus Dominus (sicut notauit Augustinus [d]) vix Petrum beatum nuncupauit, *Beatus es Simon Bariona*, cùm confestim satanam appellauit, *Vade post me satana*, illud enim per fidem Dei habes, *quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus*; istud nempe errare, ignorare, cadere, à luto & fæce carnis natum est, *quia non sapis quæ Dei sunt*, vt demittas superbiam, & scias quacunque tibi volandum sit, diuinis indigere alis, diuinâ sustinente manu in altum tolli; *nemo ergo se palpet, de suo satanas est, de Deo beatus est. Nescitis quid petatis.* Amor enim temporalium rerum stultitia est, & mentis alienatio fallax: ideo D. Thom. [e] putauit tempo

17.

Nescit quid appetat ambitiosus.

Esther vlt.

Gen. 2.

d Tract. 49. in Ioan.

Mat. 16. 17.

Ignorantia ambitionis comes & stultitia.

e 2. 2. Quæst. 114. art. 10.

temporanea sub meritum non cadere, quia vera non sunt bona opere bono digna (etiamsi recta eorum dispensatione magna meritorum fieri possit accessio) quæ tamen vt nanciscamur, diuina atque cælestia deserimus, instar canis, quem fingit Æsopus, cùm carnem, & eius vmbram videt, vmbram, quia maior erat, insectatus, neutram arripuit. *Talia enim* (inquit Chrysostomus [a]) *omnia, quæ humana sunt, & quæ carnalia, nondum rectè aduenerunt, & auolarunt, nudósque ac solos relinquit eos qui illis inhiant. Quanta non igitur fuerit desipientia mutantia cum immobilibus commutare?* Nescitis igitur quid petatis. Verba quidem aspera, sed quæ ignaros erudiunt, mortales quid periculi, quantúmque oneris lateat in honore. *Instruunt Patriarchæ, non solùm docentes, sed errantes, vt tu disceres quod caueres*, ait Ambrosius, *vnde lapsus sanctorum vtilis: por lo menos sacaremos este prouecho del yerro de los discipulos, que su caida nos haze auisados.* Poscunt enim honores, quibus nihil difficilius sustentamus: petunt sedes tranquillas, quanta quietem istam irrumpunt & turbant: postulant famulos, familiam, & seruos; quis inter eos securus viuit. Nesciunt igitur quid petunt. Opus etiam fuit Domino, non publicè fauere suis; scit enim dona sua publicè collata damna non leuia semper induxisse. Applaudit quadam die suæ sponsæ Christus: at illam vtpote mulierem tanta gratia, fauore, pulcritudine, & fama non extolli nouum esset, dum ait, *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea: vos sereis en quien yo mostrare mi gloria, mas que en la salida de Egipto. O pulcerrima mulierum.* Illa verò modum & metas excedens fastu quodam rogat, *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie: señor ya yo estoy cansada de ser pastora, tratad me como a Reyna; ya estoy al cabo de los secretos de vuestro pecho, y caminos admirables, por donde lleuais vuestros predestinados al cielo.* Respondet confestim ironicè satis, vt aliqui exponunt.
19. *Si ignoras te, ô pulcerrima mulierum. A ella digo, la que piensa que es hermosa, si no sabe quien es, y se me ha engreido, creame que sera sabia, si se humilla, y se buelue a su oficio, y trata prosequir en pastorear el ganado. Egredere, & abi post vestigia gregum tuorum.* Similiter etiam cùm fuit iurgium inter pastores Abrahami & Loth, de diuidendis familiis & terris agitur, & vnus ad Orientem, versùs Occidentem alter recesserunt. Deus verò post transactam rem, & post discessum eorum seorsim euocato, Abrahamo quatuor mundi plagas eligendas proponit. Quare, Domine, gratiam istam non antè prodidisti coram fratre & famulis? Ideo nempe, quia publici fauores nunquam felicem exitum habuerunt, qualem optat Deus. Sic Moysi respondit faciem suam postulanti; sic & Petro, quem vix laudauerat vt beatum, tùm statim conuertit verba, & satanam appellat. Nescitis denique quid petatis, non enim idonei sunt humani fauores ad obtinendos à Deo honores diuinos: ægrè enim tulit Deus claudicantem aut fictam spem. *No puede Dios sufrir fingimientos en materia de confiança.* Seriò enim, & verè fidendum est Deo, & sic industriæ adhibendæ erga homines, vt fiduciæ nihil detrahamus: nam bona ista mater venit adorans vt Deum, & petens vt à Domino. Fictas istas, & simulatas petitiones execratur Deus, vt patet in 3. Reg. 14. cùm velatâ facie melle & pane perrexit ad Aiam vxor Ieroboam. Vnde D. Basilius [a], in illa verba D. Pauli, *Charitas non est ambitiosa*, legit, *non mutat se in varias formas, haze de si mil queiadas la ambicion como en Absalon.*

20. *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum.* Extinctâ iam ambitione, viuat opus est ambitiosus: qui enim magnos spiritus, audaciam mundo inseruiendo habuit, idoneus est, si eos in diuinum conuertat obsequium; sicut Dauid, qui eodem ausu, quo contra Goliath certamen adiit, eodem, & maiori conatu, se Dominum culturum proponit. *Exquisiuit te facies mea, faciem tuam, Domine, requiram.* Egregium facinus, inquit Bernardus [b], grande propositum. *Igitur istiusmodi magnis spiritibus magnus occurris sponsus, no solo son buenos para negociar en la tierra, sino en el cielo.* Quod in viris istis sanctus hoc præstat Spiritus, de quod dictum est, *Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis, maiorem autem dat gratiam.* Sensus communior est, an putatis frustrà scriptum esse in diuinis libris, quòd Spiritus sanctus concupiscit vestrum amorem vsque ad inuidiam & zelotypiam? verè tamen loquitur de ardore zelotypiæ, quo flagrat Spiritus sanctus, dum videt homines & fœminas sic solerter mundo inseruire, & in hoc studiosos, acres, & robustos esse. *Muere de zelos de ver que seais para el mundo tan buenos*, cùm tamen ipse multo maioribus donis ac bonis alliciat & obliget, quàm mundus, quem vos adulteri libenter diligitis; sicut cùm minister euangelicus mittitur ad Iapones, & videt homines leui de causa seipsos perimentes, capillos abradere, in eremum secedere, fœminas exiguis pedibus domi manere coactas, milites acerrimos fabros ferrarios, peringeniosos, & operi instantes. O Christi fides! ô si fidem isti, vota, & studia ad Christum conferrent, & spiritus istos in Sanctum spiritum commutarent, quales martyres haberemus? quales mundi contemptores? quàm castas & pudicas fœminas? Ecce in corde viri spiritualis zelo inardescit spiritus ad inuidiam vsque. Pari ratione caro nostra regio erat longinqua, & externa Spiritui sancto ferè ab illa die, in qua dictum est, *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.* Venit tandem, & habitauit in 21.
nobis, vidit homines elatos, & concupiuit eos. O quàm acriter isti cælestia appetent. Videt acutos alios, & habiles muneribus: ô si negotia mutassent. Videt fœminam comptam, calamistratam, in amorem propensam, *Vna muger muy tocada; o si te tocasse Dios!* Quid si hæc cultum in animam transferret? quare quocumque sumptu, & expensis gratiæ, hos à sæculi seruitute in suum reuocat famulatum; atque quasi inuidiâ actus Saulo obsistit, & repentè traducit in Paulum, Franciscum à ratiociniis ad animæ rationem, & pœnitentiæ scholam reducit, Ignatium acrem & superbum à sæculi militia ad suum reuocat vexillum, & spirituale bellum. Domine, vide quia gratiam tuam prodigis & expendis: nónne alios inuenires mites viros, quietos, nulli nocentes, nihil sibi superbè arrogantes? Ita est, respondet;

a Hom. 1. in Gen. in fine.

Ingens onus latet in honore.

Cur negat palàm fedes Christus.

Cant. 1. 9.

Demittit superbiam sponsa sua Christus.

Mutat se in varias formas amator.

a In reg. breui. interrogat. 140. 1. Cor. 13.

Psal. 26. 8.

b Serm. 32. super Cant.

Ad inuidiam prouocatur spiritus.

Iac. 4. 5.

Gen. 6. 3.

Impensius fermentat Deus insigniter peccatores cùm conuertuntur.

respondet; sed aptiores sunt isti, qui profaniores, & solertiores in mundo fuere, *Maiorem autem dat gratiam, en esso de gasios no repara, como le saque al mundo vno destos valientes.* Ideo audaciam Iacobi probat, & Ioannis spiritus, *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? dicunt ei, possumus.*

22. Sed qui probè nouerat matrē & filios, de more amantium sub publica repulsa secretam gratiam abscondit, *entre los que aman dis fauores publicos son fauores secretos.* Laudat quis aulicum coram rege rectæ administrationis, liberalitatis, &c. tunc rex, ne tam quidem: noui ego hominem, nec laudaueris amplius. O, dices, malè se res habet, non bene animatus est rex circa istum. Falleris, voluit enim tegere beneuolentiam, ne illi gratia publica coram æmulis noceret. Quis cùm irrumpentem dæmonem videt in domum Iob, eiúsque bona, domos, filios quassantem, deuastantem, & exurentem, publicam Dei repulsam, & gratiæ casum non putaret? At secretò gratia fit illi maxima, & dæmoni iniungitur, *Veruntamen animam eius serua.* Quis non putaret, cum Angelo luctantem, Iacobum vincendum, & fratri suo subiiciendum? quis cogitaret ad bellum armari, superiorem fratri effici, dum vincitur? Quis crederet Angelum velle ab eo dimitti, *dimitte me*, cùm hæc dicens strictiùs & arctiùs inter brachia compresserit? Quis fauorem putaret claudum reddere, & intricato pede impellere ac supplantare velle? At in hac lucta nihil aliud, quàm gloriosum Iacob, & genus eius reddere cupiebat; sicut si rex aliquis consertis lacertis cum suo seruo luctari non dedignaretur, quis seruum apud regem magnā gratia atque fauore acceptum putaret, præsertim si luctæ finis non is esset, vt eum rex in terram prosterneret, sed vt extolleret potiùs, & honoribus atque promeritis cumularet? Ita Deus suos familiares foris tentat, *intus autem facit cum tentatione prouentum*, imò *ipse neminem tentat*, hoc est, ad ruinam, vt rectè Iacobus noster aiebat *. Ideo calicem obiicit, ideo in publico negat sedes, vt æmulationi obstaret, & ad maiora prouocaret facinora: quemadmodū contigisse legitur Ruben & Gad ante Iordanis ingressū: cùm enim duæ hæ tribus greges copiosiores deducerent, viderunt terram Lazer & Galaad pascendis gregibus opportuniorē ob pascua vberiora, & viciniores aquas. Ecce deferunt suā postulationem ad Moysem & Eleazarum coram omnibus aliis tribuum principibus, vt nempe daretur illi sua sors ante Iordanem in terra iā subacta, illud allegantibus nullam tribum numerosiores ducere greges. Damnat eos inertiæ & otij gubernator, & graui oratione eorū præmaturam petitionem & auaritiam obiurgans, nec frustrà; conuicti enim Moysis verbis iustificant suā petitionem, & insuper reassumunt spiritus, & aiunt: Quid nos inertiæ accusas, & terga dare expugnationi terræ? aut trans Iordanem esse hostem? ecce, vt credatis, detur nobis facultas, vt ædificatis familiis & gregi caulis, relictis illis, primi ad arma veniamus, & maiora quæque pericula subibimus, quousque terram ingressi, & in possessione terræ pacatis fratribus ad nostras vxores repetamus. Re ita transacta, & appositis conditionibus, annuit eorum petitioni Moyses. Semper præmaturæ istæ gratiæ, & subsultantis fortunæ præmia, cùm tardiùs aliis deferuntur honores, animos adimunt populo, & inuidiā accendunt. At Apostoli tali, tamque diuino ausu respondent, *possumus*, vt postulatio non ab arrogantia nata, sed ab alto spiritu, quo ad grandiora nati videbantur. Quare annuit eorum petitioni, cum tandem Iacobo Hispaniā in tutelā dedit; licet enim paucos cōuerterit in ea, hi tamē tantæ, tamque consummatæ sanctitatis viri, quasi semina pietatis & religionis extitere, & de illis dixit Isai. *Consummatio abbreuiata inundabit iustitiā*; in paucis nempe iustitia inūdabit, vt paucitas numerica eximia sanctitate compensetur; & quod maius est, pretiosam & dilectissimā matrem inter vtrumque fratrē impertisse videtur; *accepit enim eam discipulus in sua*; hoc est, cùm Christus Dominus promisisset Apostolis centū, & vitā æternam, ex illa hora, in qua sibi commendatā vidis Virginem, ait: Satis est, Domine, numeretur hoc donum loco cētupli in hac vita, satis mihi dedisti, in meam accipio, nihil superest mihi sperandū. Iacobus verò *in sua* ait significare, tulisse nempe Virginem in suas, quas emit ædes, in cœnaculū montis Sion; quam domum vtique Iacobi nostri fratris maioris fuisse, quis neget? Vnde accepit *eam in suam.* Quòd si hæc nō ita certa putat, quis poterit inficiari singulare illud beneficium, cum nempe augustissima Virgo inter viuos degens Cæsaraugustanā illam cellam sacratissimo suo voluit aduentu & ingressu consecrare, ibique *nō plus vltra* deuotionis & pietatis columnam collocare? Vrbémque illam, ni dicam triumphantem Romam, titulo hoc, *Est columna fidei, non facilè mouenda* (vt de quodā aiebat Nazianz.) ita præsignem & illustrē reddidit, vt cōputatis vrbibus quinque, quibus quinque alii D. Petri discipuli præfuerunt, Solis nomine, & glorioso trophæo sola Cæsaraugusta nostra designetur. *In die illa erunt quinque ciuitates in terra Ægypti* (in imperio Romano, cui Ægypti mysticum nomē accommodatur) *loquentes linguā Chanaam, & iurantes per Dominum exercituum, ciuitas Solis*, hoc est, imperialis, seu regia, *vocabitur vna, in die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini* (hoc est, columna) *iuxta terminos eius*, sicut altare ibi significat fidem, vt vult glossa. Sic titulus iuxta eā sacratissimam illam columnā in sempiternam memoriā excitatam denotat. Iacobū item vt summo honore cumularet, primum inter Apostolos sanguinem fundere finit; eadem tamē de causa Ioānē viuere iubet, nec mori permisit. Reges enim quem semel sibi gratiosū & familiarem elegerūt, non patiuntur vel inglorium abire, vel exturbari ab aulicis inuidentibus, ne fortè repentè ab eius gratia remotus confusionē patiatur: ideo putant aliqui, corpus Moysis in morte eius omnino latuisse Iudæos, ne vultum illū, quem præfulgidum viderant, mortis tetrā imagine obductum viderēt. Cùm ergo Ioannes (inquit Irenæus [a]) ad pedes Christi in visione quasi mortuus cecidisset, excitauit, animauit, & fauores cœnæ antiquos refricauit, ne timeret passurum, vt quem tantis affecerat honoribus, repentino tolleretur interitu. Consultissimè etenim & Ioannē seruat, vt seruet Ecclesiam: & Iacobū mori patitur, vt supra illum, quasi super alterum Iacobum scalam istam fidei Ecclesiam Hispaniarum erigeret, & firmaret. Hispaniā enim pingebant olim matronam quidē, sed quæ cuniculis stipabatur, nō leonibus: nam & timida tyrannidi subiacebat, & de cuniculis & fodinis ac thesauris suis alieno inseruiebat, & ditabat imperium; nunc verò à Iaco

---

Marginalia (left column): Simile. — Speciali gratiam & beneuolentiam tegere reges oportebit. — Iob 1. — Simile. — 1. Cor. 10. — Iacob. 1. 13. — * Putatur Iacobi filij Zebedæi esse epistola. — 23. Tentati à Deo ad maiora excitātur facinora.

Marginalia (right column): Cap. 10. 22. Iacobi & Ioānis priuilegia. — Ioan. 19. 27. — 24. Virgine contentus Ioannes nihil vltra in sorte regni spiritualis exposcit. — Columna Cæsaraugustana non facilè mouenda, fidei & deuotionis titulus. Isai. 19. 19. — 25. Author libri de mirabilib. sacræ Scrip. apud Aug. lib. 1. c. 35. lib. 4. c. 37. — a In Apoc. — Hispania sub tanto patrono vires mutat.

à Iacobo in leones mutati sunt, vires enim leonis in firmissimis eius ossibus sitæ & absconditæ sunt. Ossa tua, ô Dux sanctissime Hispanorum, eorum firmant pectora, brachia sustinent, fidem confirmant, gratiam postulant, promittunt gloriam.

VERBVM FILII.
Luc. 22. v. 24.

Facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior.

Ambitionis coërcendæ causa diuini honoris vindex Michael in documentum proponitur, & quantum eius ope indigeamus ostenditur, & superbia nostra retunditur.

DISCVRSVS LXXVII.

1. CVm te, ô iuuenis, vni intentum negotio arduo & difficili velim, in quo felicissima & præstantissima Sanctorum opera & solicitudo impensa est; ostendam modò quanta in hanc rem cęlestes contulerint spiritus, vt eos tui negotij aduocatos cures, & patronos tuæ causæ suscipias. Nam cùm eques in curiam regiam venit vt negotium graue & difficultatibus plenum gerat & peragat, illud in primis summopere scire studet, quisnam sit apud regem gratiosus, quis authoritate valeat erga alios principes: cùm ecce à regis aula vna die tres regni magnates, splendore, grauitate & comitatu regiam gloriam repræsentantes videt, & primò rogat, qui sunt hi principes? Dux nempè, comes, aut marchio, Castellæ regni magnates. Secundò quæ obeunt in regia aula munera? quo rex vtitur familiariùs? ille nempe regis cubicularius maximus est, hic totius familiæ œconomus, & administrator, ille equorum præfectus maximus. Tertiò rogat & inquirit quid moliatur vt sibi erga regem propitios & sui negotij patronos faciat? Erga regum vniuersorum Deum vnum geris negotium, vnius rei rationem agis, à qua æterna salus & vita dependet, cúmque res grauis sit & negans otium, quódque ad Patrem discedens Christus tibi commendatum voluit, *negotiamini dum venio*, & huic impensè incumbere orat Apostolus, *Obsecro vos fratres vt negotium vestrum agatis*, & cùm prudens negotij actor ante ingressum curiæ fauorem præhabere studet, epistolas & pretiosa munera, quæ elegantius & felicius loquuntur, quàm litteræ commendatitiæ ducum, aut principum, ideo mater Ecclesia operæpretium duxit ante cælestis curię ingressum nos in considerationem festúmque vocare, in quo è cælestis regis aula tres perillustres principes curia vniuersa stipatos intuentes & percontemur, & eorum gratiā obtineamus. Et primò interrogemus, quæ gens est ista, cuius naturæ, generis? Respondetur, Angeli sunt, qui à munere nomen sortiuntur, & cùm nostro negotio incumbunt, missi & administratores vocantur, natura quidem purissimi, sublimes, Deóque quamsimillimi, *tu signaculum similitudinis Dei*. Secundò quantā apud Deum sunt gratia; certe qua nulla maior, *semper vident faciem patris mei*; famuli enim nos sumus, parum gratiosi, & qui cùm Dei nostri faciem rarò aut nunquam intuemur, seruorum Dei & Beatorum authoritatem interponimus; hi verò tanquam magnates semper Deo assistunt, vt ex Apoc. & Tobiæ libro liquet. Tertiò quo pacto ineunda est à nobis eorum gratia, & obtinendus fauor? ingenuè respondet Euangelium, *Si efficiamur sicut paruuli*, atque adeò similes, & deinde amici, illi enim & amore Dei, & puritate præstant, *neque nubentur, no ay bodas en el cielo y el que los imita, es Angel*: ideo Chrysostomus, *Supergreditur hic naturam humanam, & transit ad conditionem Angelorum.*

Negotij salutis cura demandata per Angelos patronos & custodes.

1\. Thess. 4. 11.

Natura angelica munus & dignitas.

Ezech. 28. 12.

SVMMA DISCVRSVS.

Marci 12. 25.

Concil. Atrebatense. Cùm ipsum & S. Michaëlis diē mense Septembri ita obseruēt, vt in summo festo Natalis, & omniū Sanctorum. *el dia que pagais vna obligaciō salis de dolores de parto porque los beneficios engēdran en el alma agradecimiento de a qui colijo lo que acaba de decir este concilio que este es el dia de mayor alegria de nuestra madre en que rompe la preñez de ese grande agradecimiento, y deuda deuida a los Angeles ayos y tutores de sus hijos, y aun que es un solo dia a cada uno le caba un dia entero porque en las otras fiestas todas festexamos un santo en esta cada uno al suyo.*

2\. Hoc totum rogandum est de aliis Angelis, de te verò ô princeps Michaël, cuius protectione maximè indigemus, plura scire, & memoriæ mandare operæpretium est, & cùm te è regis aula ense instructum, & bilancem in altera gestantem video, illud sigillatim rogo quæ insignia sint, ea enim haudquaquam suscepisses, nisi nostræ saluti spei confirmandæ multum præstarent. Sequar ergo grauissimos Doctores Hieron. Chrysost. Thomam & Pantaleonem Diaconum, maximè in lib. suarum homiliarum apud Lippomanum.

3\. Et in primis. Quis sit Michaël rogantibus? non Angelum, sed etiam Seraphim esse putant, & respondent Doctores: nec enim deterret nos Angeli aut Archangeli nomen, nam, vt ait Gregorius [a], Angelus non est nomen naturæ, sed officij: est enim *Angelus* Græcè idem quod *nuntius*, & *Archangelus* idem quod *princeps*. *Quare Seraphim* (inquit) *cùm mittuntur, Angeli sunt*, id est, nuncij, & Paulus vniuersè pronuntiat, *omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi*. vbi cùm Paulus eo in loco contendat Christum, Dei naturalem esse filium, multóque excellentius nomen hæreditasse ex eo quòd ei tanquam filio dicatur à Patre, sede à dextris meis: Angeli autem tanquam serui & ministri mitti soleant, si Apostolus aliquem Angelum quantumlibet ex supremis ab hoc famulatu exclusisset, proculdubio imperfectam & nihil omnino concludentem argumentationem confecisset; idcirco etiā de Seraphicis spiritibus pronunciat *, *omnes sunt administratorij spiritus*. Et quid mirum, ait Bernardus [b], salutis ministrum facimus Michaëlem: *quandoquidem Creator ipse, & Rex Angelorum, venit non ministrari, sed ministrare. Vt quid ergo ministerium Angelorum quispiam* (id est, ex supremis) *dedignetur, in quo præcedit eos, cui in excelsis tota cum auiditate & felicitate ministrant?* Hoc ipsum sentiunt Gregorius Nazianzenus [c], Cyrillus [d], Chrysostomus [e], Augustinus [f]. Sed missis his quæ obstare videbantur, Basilium audiamus, qui non solùm Seraphim esse affirmat, sed omnibus aliis Seraphicis spiritibus præponit. *Tibi* (ô Michaël) *duci supernorum spirituum, qui dignitate & excellentia prælatus es cæteris omnibus spiritibus supernis, tibi, inquam*, &c. Et Pantaleon. *Primum* (inquit) *locum obtines inter mille millia, & decies mille myriades Angelorum.* Sanctus Laurentius Iustinianus clariùs loquitur [g], P. Card. Bellarminus [h], Viegas

4\. *y a Miguel cabeza de todos.*

a Hom. 34. in Euang.
* Heb. 1. 14.
b Serm de S. Michaële.
c Orat. 2. de Theologia.
d Super Isai. cap. 6.
e Hom. 64. ad populū.
f Lib. 2. meditatio. c. 3.
g Serm. de S. Michaële.
h Lib. de Pōtifice. c. 9.

Digitized by Google

a In epist. Iudæ.

b Lib. 5. stromat. ante fin.

Viegas, & Serarius. Salmeron [a] dicit esse supremum Angelorum, & probat, & Clemens Alex. [b] appellat septem primogenitos Angelorum principes, quos in Apoc. legimus, *& à septem spiritibus.* Cùm ergo septem sint Seraphim, vt omnes conueniunt, & Michael *vnus*, hoc est, primus de principibus dicatur, & apud Danielem *Princeps magnus*, cap. 12. 1. est vtique Seraphim, imò & dux, qui præiuit ante omnes, *Michael, & angeli eius præliabantur cum dracone.* Nunc de insignibus eius agemus.

5. Meritò ergo insigne eius ensis est, & celebre quidem tam humanis, quàm diuinis litteris, vtpote insigne regiæ & imperatoriæ potestatis, vt liquet ex auctoribus. Tolosano [c], Suetonio [d]; ideoque reges & principes præferri sibi nudum ensem iubebant supremæ suæ potestatis insigne, quo nullum insigniebant nisi sibi gratiosum, vt quidam (Herodianus [e], Lucanus [f]) dixerunt de Plautiano Syro summè ab Imperatore dilecto: *Ensem propterea gestabat supremæ dignitatis insigne*; & de quodam alio cubiculario Domitianus *, *magno fuisse honore gerendi gladium donatum.* Quare olim, *qui se regum clientela dedebant, tactu gladij huius capulo obsequium polliceri solebant. la dignidad del estoque con elqual se toma la jura vniversal del principe y le dan vasallaje conformandose con lo antiguo.* Vel certè etiam gladio insigniri consueuit qui præclare in bello se gessit contra hostes patriæ, *& ideo obseruatum* (ait Lorinus †) *in columna Traiani, quam Alphonsus Diaconus in tabulas accuratè distinctèque retulit, Imperatoribus exercitus gladios pependisse dignitatis insigne.* & Machab. 2. capite 15. Ieremias fratrum amator & populi Dei apparens extendit dextram, dedit Iudæ gladium aureum, dicens, *Accipe sanctum gladium, munus à Deo, in quo deijcies aduersarios populi mei Israel.* Et quidem gladius insigne est vltoris honoris Dei, & iniquitatum, vt ait Paulus, *non enim sine causa gladium portas, Dei enim minister est, & vindex in iram.* Erit ergo summus princeps ille cui ensis datur regius, & qui ob egregia facinora in ducem maximum eligitur, & ense insignitur. Tibi ô Michael meritò datur insigne hoc, ait Pantaleon, gerendi ensem coram summo Deo. *Michael, qui propter eam quã conuenit in Dominum reuerentiam, & quã mutari non potest stabilitatem, prope thronum assistit dominicum, horrendum & terribilem, cum insigni acutissimi & perniciosissimi gladij in eos qui blasphemant Dominum*; ideoque *lampas diuinitatis* nuncupatur, quia in Dei manifestationem præit: *& citra vllum stuporem*, quia nimirum tantus est Michael, vt cæteris omnibus Angelis ad diuinæ magnitudinis conspectum stupescentibus ipse quodammodo non stupeat, & cùm iurare deberent in verbum Dei, nec voluerunt obedire, *gladio suo inuehens in sceleratissimum satanam de cælo exturbauit.* Ducis autem nomen & Imperatoris maximi tam ensis, quàm nomen declarant. *Quis sicut Deus?* Quare sicut antiquitus ad bellum lacessebatur, ad cuius clypeum sagitta mittebatur, & in defensionem properabat ... sic inter Angelos,

c In syntagm. iur. lib. 47. de sact. c. 14.
d In Vitell. c. 8. Egnatium lib. 6. exemplo Veneto.
e Lib. 5.
f Lib. 5.
* Dio in Domitia. & Xiphilinũ, citatur à Tolosano lib. 47. c. 14.

† P. Lorin. in Psal. 44. *Accingere.* & Tolosanus citato loco.

Summus princeps Michael & ab ense summi imperatoris.

6.

Diuini honoris & defensor & vindex.

qui clypeum honoris Dei tenent, Michael ad defendendum honorem Dei audacter irrumpit. Vix dixit Lucifer, *Similis ero Altissimo*, cùm retorquet sagittam in ipsum Michael: *Quis similis tui in fortibus Domine, magnus in sanctitate; quasi insigni voce zelo Domini formata & gloriam Dei extulit, & superbientem draconem corripuit*, vt ait Bernardus [a] in Psalm. 111. *Peccator videbit & irascetur*, id est, diabolus, *& erit sicut ira implacabilis, sic flamma inextinguibilis, quæ iam parata est ei, & Angelis eius. Zelus Domini exercituum fecit hoc.* Et cùm altercaretur de corpore Moysis, volens (vt communis fert opinio) manifestare illud vt à Iudæis coleretur sicut Deus, Michael secundùm nomen suum in defensionem exiuit. Porrò verbum illud, *eritis sicut dij*, clypeum eius percussit; & statim, vt ait Pantaleon, in dissensionem venit, &, vt docent graues authores *, ipse fuit Cherub ille qui districto ense parentes primos de paradiso expulit, insigne quidem Michaelis ensem gestans. Et cùm postremam in Deum sagittam iaciat Antichristus, quis in defensionem erumpet, nisi Michael, secundùm illud Pauli 2. Thessalonic. 2. *Tunc reuelabitur ille iniquus quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui*; quo alio, inquiunt Doctores †, nisi Michaele, interficiet enim cum spiritu oris sui, id est, mandato suo, *quoniam* (inquit Thomas) *Michael interfecturus est eum in monte Oliueti, vnde Christus in cælum ascendit.* Datur igitur illi ensis tanquam duci & principi maximo, non super Synagogam solùm, sed etiam Ecclesiam, vt manifestè constat ex sacra Scriptura, quem quasi Martem & ignotum Deum colebant antiqui, sicut Herculem pro Samsone: atque adeò claudit hæc omnia Pantaleon, *En liberalis ac munificentissimus Dei magnus ille dux exercitus, qui fidelium populorum Ecclesias exhilarat, Romanorum custodit rempublicam, Christi amantem imperatorem armat, aduersùs barbaros Christianos reddit victores, hostes inimicos persequitur, ab eorum qui persequuntur molestiis pios liberat, ab ingentibus maris fluctibus eos qui ipsum inuocant eripit, dæmonis impetus propulsat, vitiorum flammam restringit*, &c. estque tam potens ensis Michaelis contra dæmonem, vt Serarius [b] asserat ex Homeros, gladio formidabiles esse dæmonibus, quod confirmat Psellus [c], & Rhodiginius [d] ait, antiquitus ad pellendum dæmonem energumeno dabatur ensis in manus; Ethnici enim hoc experimento cognouerant, imò vt Scythæ gladium * pro Deo venerabantur.

Sed quorsum trutinam in manu tenet, vel quo pacto bilances cum ense ducis maximi consentiunt? Et primò quidem trutina insigne proprium symbolúmque iustitiæ extitit, fuitque celebre Pythagoreum effatum, *Stateram ne transgrediare* †, & *iustior statera* æquitatis famator nuncupabatur. Huc spectat quod Astrologi signum libræ seu stateræ inter scorpionem & virginem in cælo collocarunt, per scorpionem enim asperitatem immoderatam intelligebant, per virginem verò nimiam extra modum pietatatem, in qua-

a Ser. 17. in Cantic.

* Laurẽtius Iusti. Pantaleon, citati à Serario, & P. Viegas.

† Dionys. Carthus. Hugo Cardinal. S. Thom.

7. *Ensis terror dæmonis.*

b In Tobiã cap. 8. q. 4. fol. 86. ex odiss. Homeri.
c Lib. 8. de dæmonibus.
d Lib. 2. c. 8.
* Ensis datur illi vt fortitudo denotetur. Sophronius *masculas virtutes* appellat, & ita quidem ex sacra Scriptura liquet, in qua nusquã legis Angelos specie fœminea apparuisse, etiam cùm ad fœminas sermonem habebant.

8. *Trutinã cur in manu tenet.*

† Cyrillus Alex. lib. 9. cõtra Iulianũ, & Diogenes Laertius in vita Pythagoræ. § *Statera æquitatis symbolum.*

rum medio æquitatem constituebat. Hoc ipsum insigne iustitiæ in diuinis litteris reperies, imò, vt notat Philo, *cùm loquitur Scriptura de iustitia, iudicium loquitur per similitudinem stateræ, non facietis iniustitiam in iudicio in mensuris, in libra & in pondere: libra iusta, pondera iusta, modius iustus, erit vobis.* & Dan. 5. *Appensus es in statera, & inuentus es minus habens.* Porrò etiam munus erat nobile apud Romanos libripendis, quod memorat Boetius [a]; cùm enim non ære signato & moneta cusa vtebantur, aderat hic libripens à republica constitutus. Libertas, emptio filiorum, & adoptio libertorum, per æs & libram fiebat. In militia etiam libripens erat stipis ponderandæ: pensatores libripendes dicuntur. Ne ergo diuinæ & sacræ militiæ libripens deesset, tu Michael à summo Imperatore constitutus es pro stipendiis cælestium militum ponderandis, vt non solùm prædux sit ense in bello, sed munificus & largus in soluendis stipendiis. Vnde Pantaleon, *Per te* (ait) *vniuersa copiosa omnium bonorum suppeditatio datur ab omnipotenti Dei prouidentia, his qui in te sperant citra vllam dubitationem. Per te omnis gratia illuminans, sapientia & virtus data est fidelibus, ac demum per te dantur stipendia iustorum, & fideles assequuntur trophea victoria.*

a In topicis. Tertullianus lib. 2. aduersus Marcio. Plin. lib. 33. historiæ naturalis.

Libripēs fidelissimus Michael qui retribuit stipendia iustis.

9. *Trutina iustitia signum.*

Verumenimuero iustitiam maximè trutina significat, & D. Michaeli iudicis officium assignat, vt diuus Antoninus [b] de S. Gregorio refert. Omnis qui iustè iudicat, stateram in manu gestat: vnde controuersia orta est inter scholasticos, vtrùm verum sit quòd sanctus Michael ita habeat stateram, vt aliquod iudicium exerceat. Et licèt contrarium aliqui affirmant, certum & verum sit Michaelem iudicis delegati munus obire, nam licèt certum sit Christum constitutum esse iudicem viuorum & mortuorum. *Et præcepit nobis prædicare populo, & testificari, quòd ipse est, qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum.* Ex hoc, vt notat P. Suarez [c], etiam intelligitur, iudicia particularia pertinere ad iudiciariam potestatem Christi, etiamsi hoc secundum non ita indubitatum affirmet, vtpote de quo non tam clara testimonia sacræ Scripturæ extent. Secundò, quia licèt certum sit iudicem esse etiã peculiarium causarum; sed non est certum, imò probabile est non exequi iudicium per se immediatè, licèt in nomine ipsius ac authoritate fiat *. Docet insuper Suarez cum aliquibus ex nostris, Christum Dominum non venire ad singulos morientes, vt de ipsis iudicium ferat realiter secundùm humanitatem, quod omnibus pro comperto erit, cùm nunquam aut raro Christus de cælo descenderit, vt nunc suppono, & alioqui esset in continuo motu. Nec anima ad iudicium defertur in cælum: quis enim credat de reprobis vel purgandis hoc, cùm nihil coinquinatum sinatur in cælum intrare, *Apoc.* 21. 27. Quando autem exerceatur hoc iudicium sic tradunt, vt momento temporis cùm primùm exit de corpore anima, eleuatur intellectualiter per illustrationem, & eleuationem spiritualem, vel quia indit species Angelus, eique sic loquitur vt assentiri cogatur omnibus, & cognoscat tunc iudicari, & vel saluari, aut damnari: sic tradunt citati Doctores †. nam hoc non derogat

b Parte 2. sum. titulo 1. de falsificatione diuerso. ex Grego. 45. dis.

An iudex Michael.

Actor. 10. 42.

c Tom. 2. in 3. par. disp. 52. sect. 2. in fine.

* Docēt hoc nostri doctores, Serarius in Iosue, tom. 1. Viegas in Apoc. Lorinus in Acta c. 10. v. 42. & P. Suarez suprà id videtur insinuare.

† Abulensis Matth. 24. q. 239. Soto in 4. d. 45. q. 1. art. 3. & vt tradit P. Serarius suprà citatus, etiã sententia ipsa pœnæ aut præmij discretio non fit ab ipso Christo immediatè, sed per Angelũ Michaelem.

10.

dignitati Christi Domini, est enim potestas subdelegata ab ipso Christo. Secundò, quia, vt ait Serarius, parua & obscura iudicia solent libentiùs magni principes suorum aliquibus committere, præcipuè quod in generali iudicio erit iudiciorum publica approbatio: ergo hæc potuerunt ab inferiori in particulari exerceri.

Est igitur Michael iudex constitutus vt iudicium ferat de animabus modo explicato, cum subordinatione ad summum iudicem. P. Viegas [a] probat hoc ex capite 3. Zachariæ, *& ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini, & satan stabat à dextris eius, & dixit Dominus ad satan*; in quo iudicio vel sistitur sacerdos vice totius populi, vt putant aliqui, vel ob proprios defectus. Sensus tamen communis est, actam fuisse causam Iesu sacerdotis coram iudice, vbi adfuit accusator satan è dextris eius, & ipse aderat sicut reus *sacerdotem magnum stantem coram Angelo*, & pro illo sententiam dixit iudex, cùm dixit, *Increpet te Dominus.* In quo satis liquet iudicem agere, sed subdelegatum, sicut cùm iudex ait, Rector vrbis & ego in eius nomine hominem istum suspendio addicimus: iudicatus est ergo dæmon, & explosus, & sicut qui potestatem habebat sententiam executioni mandari iussit, & ad sacerdotem conuersus ait, *Ecce abstuli à te iniquitatem*, hoc est, pœnam peccati de more sacræ Scripturę. Non fuisse autem Christum qui taliter iudicauit, sed Michaelem, est communis sententia Doctorum *, & verba quidem, *increpet tibi Dominus*, sapiunt Michaelis spiritum & zelum. Sicut in facto illo, quod Iudas Apostolus refert in epistola, vrget authoritas Pantaleonis diaconi magnæ Ecclesiæ Cartophylacis, qui habetur in Simeone Metaphraste, qui semel ait: *Michael, qui est verus & sincerus Dei assessor, & ducit ordinem virtutum cælestium, & est sapiens gubernator eorum qui in Deum credunt.* & infrà, *Qui à Deo constitutus est assessor mysticæ Trinitatis.* & iterum, *O diuine spiritus te rogatum plurimùmque obtestatum cupio, quando in vltimo vitæ meæ hiatu ex luteo hoc vase excedere compellar, omnésque actiones meas in trutina expensurus es: bilancem igitur quam prauis meis operibus perditè grauant, dexterè subleues, eámque exonerare studeas; porrò autem bonorum operum loco immensam Domini misericordiam in medium propone.* Ecce quomodo pro operum discussione statera illi conceditur. Congruenter etiam aptatur Michaeli munus iudicandi, cui Deum repræsentandi munus sæpissimè datum est in sacris litteris, vt probant Doctores *. Et licèt hîc asserant Michaelem fuisse qui sacra illa vulnera seraphico meo Patri Francisco sub forma cherubica & crucifixi impressit, ego verò perlectis Apostolicis litteris potius ipsi Christo quàm eius nuntio Michaeli tribuendum existimo, hoc tale mysterium exigit, hoc amor, hoc ratio conuincit. Quid insuper denotat illa Michaelis, *spiritus oris Christi*, nuncupatio, *es como decir, no puedo viuir sin el, es mis pies y mis manos.* id est, cuncta mea munera obit, vocatúrque ideo *manus dextra Dei.* ita Pierius Valerianus [b]. *Veteres enim*

II. *Iudex Christo sub delegatus Michael.*

a In cap. 12. Apoc. sect. 18. P. Serarius tom. 1. in Iosue, & multis probat.

* Albert. Stunicæ, Montani, Bedæ in

12.

epist. Iudæ P. Vasquez tom. 1. in 3. partem S. Thom. d. 112. c. 4. Pantaleon citato loco & apud Metaphrastem.

* Pantaleon in illud Exod. 3. *Ego sum Deus Abraham*, & Rabbi Simeon scriptor apud Iudæos vetus, & arcanorũ indagator subtilissimus in libro Zobar. Rupertus in Iosue c. 18. sub finem.

Christus ipse vulnera S. Francisco impressit.

b Lib. 35. verbo *Libertas.*

Digitized by Google

Manus dextra Dei. *enim Theologi* (inquit) *qui diuinorum nominum significata perscrutantur, eam inesse vim in Dei dextera intellexere, vnde pulcra, grata lataque omnia proueniunt, proprioque nomine Michaelem vocat.* & quod erudite obseruauit iste, eleganter confirmat Damianus, qui agens de primo illo belli conflictu contra Luciferum quem profligauit, ait: *Quantum putas tumultum in caelestibus efferbuisse palatys; cùm mortifer ille vastator irreparabile dissidium in illa caelesti curia fabricauit, conuentum proscidit angelicum, & agmina stellantia secum traxit in mortem. Desaeuit tunc Omnipotentis indignatio, totáque diuinitatis dextera percussus est inimicus, & in perditionis deuolutus est abyssum.* Ecce quo modo Michaelem, per quem dæmon fuit deuolutus, Omnipotentis dexteram appellauit. *Cardinalis P. Damia. sermone in festo S. Michaelis.*

13. Præterea quis hoc in dubium vertat, dum Ecclesia ait; *Signifer sanctus Michael repraesentet eas in lucem sanctam.* Quòd autem hoc munus obeat in statera merita pendendo, vt pictura denotat vnus Molanus [a], inficiatur, cùm maximè hic modus examinis in sacris litteris reperiatur. *Thecel, appensus es in statera, inuentus es minus habens.* Ex quo loco putat Serarius [b] sumptam esse huius libræ Michaelis significationem, & originem, à quo Ecclesia cœpit tale munus Michaeli tribuere. Et, *Beati quorum remissa sunt iniquitates.* & Hebræus habet, *Beati quorum eleuata & exaltata sunt iniquitates;* quibus omnibus apertè denotatur metaphoricus remissionis modus per stateram, imò in extremo iudicio. Noster Michael sicut iudex ab omnibus facilè veniet cognoscendus, sua trutina insignitus, maximè si Angeli, vt sentit P. Suarez, veniunt etiam iudicandi, maximè si ibi, vt aiunt Sancti, trutina & statera erit crux, vt sentit Augustinus, qui ait in illa tanquam in statera iustitiæ & redemptio nostra appensa fuit, & iudicium fiet omnium fidelium, & sicut dæmon in illa iudicatus est, & eiectus, *non potentia, sed iustitia*, ita mundus iudicandus erit in statera crucis, quam figniter Michael præferet, vt sentit inter alios doctores Ioannes Eckius [c], & Hippolytus [d].

a Lib. de picturis c. 16. & 18. *Dan. 5. 27.* *b Tom. 1. in Iosue c. 5. q. 45.* *Psal. 31.* *c Homil. 8. in festo S. Michaelis.* *d Orat. de consummatione mūdi.*

Non obstat sacerdotem esse & iudicē. Vnum quod nobis poterant obiicere qui nollent iudicem esse Michaelem, nempe esse sacerdotem & patronum nostrum, & qui nostra scelera vel minuere vel operire curat, cui muneri pietatis non videtur iudicis seueri munus congruere, non obstat hoc, immo nobis solarij & spei ansam præbet. Nam si dæmon amisit dignitatem illam sacerdotalem, qualem ostendunt verba illa, *Tu signaculum similitudinis Dei, omnis labis pretiosus operimentum tuum;* & illa, *Tu cherub extentus & protegens;* vbi Septuaginta legunt, *vnctus*, quæ verba D. Michaeli maximè iam congruunt. Sed ab hac dignitate non abhorret iudicandi munus, nam in Hebræo nomine *signaculi*, legitur *perpendens & ponderans mensuram summam, eres sacerdote que tienes el derecho de pesar y el contraste de toda la equidad y iusticia;* itaque has duas dignitates coniungit. Sicut & in rationali coniuncta sunt doctrina & veritas, & apud Ethnicos coniunctas fuisse legimus [*], & iudicem mediatorem nuncupabant. Imò & statera ipsa, ait Gregor. [e] symbolum est aduocati & mediatoris, quem expetere videtur Iob cùm ait, *Vtinam appenderentur peccata mea in statera: quis alius statera nomine nisi mediator Dei & hominum exprimitur, qui ad pensandum vitae nostrae meritum venit, ac secum misericordiam suam, simul ac iustitiam detulit, sed misericordiae lanx praeponderans culpas nostras parcendo leuigauit.* Similia habet Rupertus [a], vbi postquam crucem aram esse dixit in qua oblatus est, & mediatoris munus obiit Christus, etiam stateram facit. *Erat*, inquit, *crux statera patris, habens disposita hinc in lance iudicy peccata mundi, inde in lance misericordiae calamitatem generis humani, sed vicit pondere calamitas in lance misericordiae, lancémque sustollens iudicij decussit peccata in profundum maris.* Imò Isai. in spem vocans orbem ait ex Dei persona, *Ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura*, vbi Septuaginta, *Ponam iudicium in spem, & misericordia mea in statera, yo harè que mis Iuicios que tanto eran temidos seen deseados;* constituam enim in statera altera filij mei merita, *& misericordia mea in statera.* Fac ergo tristem tuam animulam in lancem vnam imponi, Michael crucem tenet, hoc est, stateram, in lancem alteram merita Christi & immensa misericordia imposita pendet. Dic mihi quorsum Michael est iudex? vt ad æquitatem reducat hoc iudicium; & quorsum sacerdos? vt mediator sit, & repræsentet merita Christi: confide ergo, quia qui sacerdos est inclinauit lancem, & eleuauit peccata tua, ita vt præponderet misericordia. Tu interim dices, *Miserere mei secundùm magnam misericordiam tuam.* & quo titulo postulas? *vt iustificeris in sermonibus tuis, para que el peso sea iusto.* Et quomodo iustus poterit Michael esse, qui tale pondus iniquitatum non deprimat in infernum? Bene Domine, erit iustus, nam in alteram lancem misit infinita filij tui merita, *& inclinato capite* mori dignatus est, vt præponderaret misericordia iudicio, & exaltaret, & eleuaret, & minueret delicta nostra. Cùm igitur dubia sit causa nostra, & neutram in partem propendere videat statera, medius adest Michael fidelis seruus, vt de Moyse dicitur *Num.* 12. vt nihil de iustitia derogans misericordiæ lancem deprimat, & saluet animam. Vide quantum tui intersit patronum tui negotij hunc magnatem habere? Iam de secundo agamus.

Ezechiel. 28. 12. *Hebr. à radice qua significat ponderare, mensurare certò & perfectè per pondere.* 14. ** Diodorus lib. 14. c. 34. Lorinus in Psal. 7. 12.* *e Lib. 7. Moral. Iob 31.* *Cap. 31. 6.* *a Lib. 2. de operibus Spiritus sancti c. 18.* *Isai. 28. 17.* *Magni interest patronum habere Michaelem.*

15. *Semper vident faciem patris mei;* quæ dignitas in nullo maior post Christum & matrem eius, quàm in nostro Michaele resplendet. Nam licèt maior non fuerit Lucifero, qui in opinione Tertulliani, Origenis, & Hieronymi, fuit Seraphin altissimus, *ipse est principium viarum Dei.* quod de dæmone explicat Gregorius, post eius verò lapsum Michael Deo propinquior & ei gratiosus est: nam etiamsi septem præcipui numerentur, de ipso tamen Daniel pronuntiat, *Michael vnus de principibus primis, princeps magnus.* Nam etiamsi Raphael præsignis est & notissimus, sed non est ad grauiora munera legatus, & licèt Gabriel eximio illo priuilegio donatus sit deferendi legationem ad Virginem sanctissimam, ipse tamē Gabriel submittit faces duci maximo Michaeli, in cuius adiutoriū venit cùm altercaretur alter Angelus de corpore Moysi. *Ecce Michael* vnus

Deo propinquior post Christum & Virginem. *Cap. 10 3.* *Dan. 12. 1.*

vnus de primis venit in adiutorium meum. & ita Basilius concludit, *Tibi ò Michael duci supernorum spirituum, qui dignitate & honoribus prælatus es cæteris omnibus spiritibus supernis.* idipsum alij, vt vidimus, Doctores affirmarunt.

Quo pacto gratiam Angelorum obtinebimus.

16. *Nisi efficiamini sicut paruuli.* Superest iam tertium quo pacto eorum gratiam & amicitiam obire possum, & fauorem obtinere, vt negotij nostri felicem exitum obtineamus. Pro quo notandum est in quo errauerint Apostoli, quum summã istam felicitatem contentiosè obtinere nitebantur. Semel in peccatũ lapsa natura, atque à fine suo diuulsa redire nequit eò vnde exiuit naturæ viribus, nisi author gratiæ manum illi porrigat, & inter mortales constitutus naturã nostram eleuet & restauret. Primum illud fide certissimum est, omnes seruos esse, nec in adoptionem filiorum naturæ viribus, sed gratiæ assumi debere. Secundum certum etiã est à Christo hoc opus perfici, dum ad nos veniens naturam nostram ad Patrem perduxit. *Exiui à Deo, & veni in mundũ: iterum relinquo mundum, & vado ad patrẽ.* &c. *Qui descendit, ipse est qui ascendit super cælos, vt impleret omnia. tierra nunca subierades a lo alto sino os leuantára Iesu Christo, qui cõsidere nos fecit, & conregnare.* &c. Vides igitur quãtũ aberrãt Apostoli, qui vel matris interuentione, vel contentione super primatu, vt notarunt Chrysostomus, & Euthymius, æternam felicitatẽ & Regnum cælorum obtinere ambitiosè cõtendunt. *con industria, fuerza de competencia, diligencia, sangre o intercession quieren alcançar su fin y perfecion.* Erratis toto cælo, redite ad centrum humilis abiectionis, quod ne aberrare contingat, designo vobis hoc puero in medium proposito, sequimini non filum. & vires naturæ, sed gratiæ, hoc est, felicitatis centrum, fieri nempe sicut paruuli, fauorem manúmque diuinam expectantes, vt eò vnde exciderat natura vestra reuertatur.

In Concilio Arausicano 1. can. 4. & Mileuitano cap. 7.

Ephes. 4.

Erras ambitiosi, & ignorans verã rationem obtinendi sublimem sedem.

Aberrauit Angelus à vera ratione obtinendi felicitatem.

17. Angeli in primis superbiendo æternam felicitatem quasi per saltum, ambitiosè obtinere putarunt [a]. *Ibi fuerunt gigantes ab initio nominati illi, &c. non hos elegit Dominus* [b], *& ignorauit quòd ibi sint gigantes, & in profundis inferi conuiuæ eius.* Nomine Gigantum Philo [c] dæmones intelligit: sicut enim gigantes humana industria & superbo conatu in cælum fabricam excitare moliebantur, sic dæmones naturali virtute æternam felicitatem adire tentarunt; imò in hoc æqualitatem cum Deo appetiuerunt, vt D. Thom. [d] declarat, Leo Papa [e], Augustinus [f], Hiero. [g] & Anselmus [h]. Nam sicut Deus natura sua & immensa maiestate æternam possidet felicitatem, sic Angelus naturalibus pulcritudinis donis, & scientiæ perspectis, sic sibi complacuit, vt in eis tanquam in fine & summo bono persistens nihil extra se expetere, nullo indigere putauit: & sicut Deus circulus est vndequaque perfectissimus omnis felicitatis, sic dæmon totam suarum perfectionum ad instar pauonis circum se agens in illo aureo splendore & donis exultauit, & sibi gratulatus est. Et quasi bombyx, qui sibi domum construit, deductis à ventre filis nullo alio indigens, sic dæmon è suis visceribus filum diducens, & attexens, putauit sibi æternæ felicitatis palatium absque Deo posse fabricare, &, vt ipse autumabat, *similis ero Altissimo.* Hos omnes exturbat Michael, dicens, *Quis sicut Deus?* quò tendit superbia vestra superbi pauones, quare non ad pedes sordidos oculos demittitis, vt tumorem superbiæ & fastum deponatis, vbi vestra mens, vbi intellectus, cùm in vobis non sit primum principium, qui poteratis obtinere in vobis vltimum finem; certè dum totam superbiendo excogitatis, totam æternæ felicitatis frangitis, quam in vobis sapientia conditoris fabricabat in gloriam. Vermiculi quid interest si fila serica sint, dum tenuẽ, exiguam & angustam domum sine Deo in interitum vestrum excitatis. Ruit igitur cohors illa maledicta de cælo. *Videbam satanam descendentem de cælo. vierades a lucifer vaxar rebatido desdes el cielo como vn rayo a lo profundo.* Et tu Michael vbinam permanes? in centro humilitatis, *aduocans Iesus paruulum*, eum omnibus Angelis quasi in exemplum demissionis proposuit imitandum, qui nihil amplius scit, nec prædicat, quàm, *Quis sicut Deus?* paruuli sumus, patri innitimur, nihil extra nos attingere possumus, nisi manibus paternis suscipiamur. Sunt superbi sicut famuli principum iam canis annis & laboribus attriti, & fatigati, quibus portio datur vt eant & seorsim in domo sua viuant, & comedant: alij verò sunt pueri, quibus quotidie portio datur, in mensa quotidie assistunt, & genuflexionibus & obsequiis nouam semper dominorum gratiã inire student: sic superbi per se sine Deo viuere, sapere & operari posse putãt, humiles verò semper vident faciem, semper assistunt, semper obsequiis nouam expectant gratiam, scientes veram illam D. Thomæ theologiam. *Nec aliter Deus res in esse conseruat, nisi quatenus eis perpetuò influit esse, estanse como rayos pegados al sol sin el qual no tienen ser.* Sicut Salomon, *Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam, vt mecum sit, & mecum laboret, & sciam quid acceptum sit coram te;* & Virgo purissima, *quia respexit humilitatem ancillæ suæ;* & Christus ipse, *Ego te clarificaui super terram, claritatem quam dedisti mihi, dedi eis.*

a Baruch 3. 26.
b Prou. 8.
c Lib. de gigantibus.
d 1. Parte q. 63. art. 6.
e Epist. 92.
f Lib. 12. super Gen. ad litteram.
g Isai. 24.
h De casu diaboli cap. 4.
Simile.

Luc. 10. 18.

Centrum felicitatis in humilitate.

18.

Simile.

Per saltum volunt homines in cælum conscendere.

19. Post Angelos videre licet piscatores per saltum ad gloriam & sedes æternas properantes, arte & industria se extollentes. Ferunt Philosophi naturales singularem quendam in galli ventriculo generari lapidem magnitudine fabæ, *allectarium* vocant, à gallo qui Græcis *allector* est, quem qui in puluerem redactum sumit, in certamine semper inuictus existit. Quem vigorem inter alios Plinius & Dioscorides allectorij lapidis efficacitati ex eo tribuunt, quòd in pugnacissimæ auiculæ ventre coaluerit, de quo Plinius, *Imperitat gallus suo generi, & regnum in quacumque domo sit semper exercet, graditur ardua ceruice;* vnde ironicè irridet in gallo, Sapiens, hominum præsumptioni, *Gallus succinctus lumbos suos, se gallardea el hombre cillo y gallea en su muladar*, ignorans *quia non in fortitudine sua roborabitur vir*, 1. Reg. 2. in originali *gabbar, fortificare, vincere, hablad de victorias sin Dios aunque seais gallo. non roborabitur gallus.* Probat inductione irritos esse humanæ ambitionis conatus, *non saluabitur rex per multam virtutem;* quis enim rex cum Saule queat comparari, *non erat vir de filijs Israel melior illo.* Sed quia sine Deo ambiebat honorem, & paruulum Dauidem abiiciebat, *ibi* (in Gelboe) *abiectus est clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo.*

Beatitudo nõ naturalibus viribus est obtinenda.
Prou. 30. 31.

Et

Et gigas *non saluabitur in multitudine virtutis sua*, Hebr. *neque saluabit*; quis enim Goliath venit æquandus, gigas, heros, athleta, fortis, robustus; lapis in amplo fronte incertus, eum deiecit. *Fallax equus ad salutem*. Quisnam equus pulcrior ad pompam, alacrior ad bellum, celerior ad cursum, quàm ille cui insedit Absalon. Sed ô quam parum præstitit elegantia equi & capillorum, his enim captus & suspensus confossus est triplici hasta, & *mulus pertransiit*. Omnes exturbantur è rota ambitionis, & vnus proponitur Michael iteratò eadem prædicans, *Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri beneplacitum erit ei*. Sed super humilem requiescet. Complacuit Deus in Michaele, à quo veluti primam requiem accepit post primum illum laborem (vt ita dicam) quem in cælo habuit: nam cùm ait sacra Scriptura Deum requieuisse ab omni opere quod patrauerat, non ideo dicit (ait Damianus) quia in condendis rebus laborasset, sed de tumultu & irreparabili damno belli, quod in cælesti aula excitatum est. Sit in exemplum Christi humanitas, de qua dicitur fatigandam in purgandis peccatoribus, & sedem accepturam apud Patrem, non quidem ob laborem itineris, sed ob fatigationem muneris abluendi peccata, *peccatorum purgationem faciens, sedet à dextris maiestatis*. Pari ratione Deus ille qui in condendis & fabricandis rebus omnibus nulla fatigatione laborauerat cùm maculas in Angelis reperit, tunc *faciens purgationem*, id est, multum laborans, requiem amauit, super quem autem requieuit nisi super Michaelem. Audi Damianum. *Quando laborauit illa maiestas, audi quomodo plurimus ei labor incubuit, cùm illum pessimum præsumptorem de cælis ad inferna detrusit; & addit: Requieuit ergo Deus rationabili fine tantis malis imposito*. Sic Cardinalis P. Damianus [a].

a Serm de S. Michaele.

20. Psal. 11. 7. Miseros etiam mortales felicitatem per saltum obtinere nitentes irridet Dauid. *In circuitu impij ambulant*. Sumus nos Domine sub alis tuis dum filij huius sæculi bona sæculi ambientes, *& nunquam ad finem desiderij peruenientes* (vt explicat Remigius) *ambulant in circuitu*, quia nunquam intrabunt in illam felicitatem, seu octauam, pro qua hic Psalmus inscribitur, cùm semper in miseria voluuntur, & à centro remoti, qui est Deus, per circuli peripheriam nunquam ad centrum pertingunt. En ambitiosus ille episcopatus aut magistratus seipsum in dedecus proprium extollens; & ideo legunt quidam (Caietanus in Psal. 11.) ex Hebræis, *circum circa impij ambulant, velut eleuando vilitates filiis Ada, mientras mas entronicados muestran mas su indignidad*. Sicut in emblemate simia ad infimam arborem sedens depicta erat gesticulationibus, & viuacitate oculorum hominem esse putares: sed ecce per arborem ascendere volens opus fuit ostendere animal esse, & quidem diminutum in his quæ in reliquis natura abundè prouidit. Sede ambitiose, quiesce ibi, ignorantia tua & ineptitudo in tenebris iacet; probro eris si in altum conscendas. Alij legunt, *Rhinoceros deuorare filios hominum*, hi sunt potentes populi qui de omni lite victores euadunt, & deuorant pauperes. Alij *sicut sanguisuga*, ministri quidem non iustitiæ, sed iniustitiæ. Sed iam audies otiosos lusores & cantatrices fœminas, *incolationibus super magistrum, comessationes filiis* (Richardus) *hominum cùm exaltati fuerint, como en cathedra anda elchasco y la colacion: ea officio tenemos, ea leones ala perros a caçar: o que destroço, o que robos?* (Lenomanus super hunc Psal.) errant omnes isti, & labuntur in turpitudines, infanda crimina, & hæresim ob superbiam.

21. Hos corrigit Christus, puerum illis proponendo, vt puerorum mores imitemur. Nam duplici modo obtinenda est nobis æterna felicitas Angelorum. *Felicitas æterna Angelorum non per humilitatem obtinenda est.* Primus est per saltum non superbiæ, ambitionis, sed profundæ demissionis: nam cùm quis trans flumen salire contendit, retro cedit, virésque & halitum colligit ad saltum; sic Christus (inquit Paulus) ascensum ad Patrem præparauit. *Quod autem ascendit, quid est nisi quia & descendit, primum in inferiores partes terræ, qui descendit ipse est & qui ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia*; (Ephes. 4. 9.) sic enim descendit quasi se comparasset ascensum, nam reuera terræ non datur ad sublimia alia ratione petere. Idipsum crede opus est præmittat qui ad celsam dignitatem aspirat, sicut de Ioseph notauit Ambrosius [a]. *Quid fuisset Ioseph si humilis non fuisset, sciuit sibi obfuisse quòd prælatus erat fratribus: etiam pius amor miseriam prælationis inuenerat, prælatio armauit fratres, humilitas concitauit extraneos. Prælatio concitauit germanos, humilitas regem subditum fecit*; difficile enim quis se expedit & comparat ad saltum, nisi retro eat per humilitatem, vnde vt Esau amissam benedictionem recuperare valeat, dicitur ei, vt notat Ambrosius [b], *fratri tuo seruies. Per hanc enim seruitutem ille qui per gulam primitias suas antè vendiderat, & studio venationis agrestis gratiam benedictionis amiserat, credidit seipso futurum meliorem si typum Christi veneraretur. Qui vult inter vos primus esse, sit omnium seruus, tome de atras el salto*.

a In Psalm. 118. ser. 14.

b Lib. de paradi. c. 14.

22. Alter modus est cælestia penetrandi, si paulatim sensimque nos in Angelorũ mores transfundamus. *Cælestes efficimur si mores induimus Angelorum.* Quod dupliciter fit, vt ait Apostolus. *Nolite pueri effici sensibus*: &, *Malitia paruuli estote*, deponite prauas affectiones, & iudicia: nam in hoc non paruulos esse decet, sed cordatos viros. (1. Cor. 14. 20.) *Humi non amplius volutamur, neque vt antea serpentum more in terra serpimus, toto corpore in stultus cupiditatibus prouoluti, sed mente sursum erecti, mundóque & peccatis renunciantes, suspenso pede catenus terram tangentes, quatenus in mundo esse videamur, sanctámque prosequimur sapientiam*, ait Clemens Alexandrinus [c].

c Lib. 1. Pædagogi.

Secundò mores puerorum induere iubet. *Effici pueri debemus moribus.* Fuge turpia impudice, & esto sicut puer qui nusquam etiamsi pulcram fœminam videat turpi cogitatione tangitur. Pone odium & iram iracunde, puerum imitare qui mitissus est, & leuiter & facilè placatur: pone etiam fastum superbe, non enim est felicitas in sublimi dignitate, nec in cogitatu superbo, sed in abiectione pueri, qui extollentiam non nouit: siste ambitiose, deprime spiritus pueri documento, qui alta non appetit, & sincerè regi puero in ludo obedit, nec honorem nouit nisi paternum, quod te magis decet (ô Iuuenis) qui nouam vitam ingrederis: nam, vt ait Clemens; *nos, inquam, quasi infantum chorus, & nouus populus, qui mollis est, & delicatus vt puer. Infantes integri innocentes vnicornium amatores*; amant enim remedium & antidotum veneni superbiæ, quod est humilitas, vnde noua vita nobis incipienda est, vt ait Ambrosius. *Renouas igitur ad originis tua*

tua fontem, & retrorsum ad infantiam redire compellit, vt qui corpore fragili senuerant, innocentia viribus renascantur; per hoc enim solum quod ait, nisi efficiamini sicut paruuli, viam cæli pandit, in qua illud primum est ad infantilem innocentiam & puritatem redire; mox verò, vt in intinere non deficiamus, & ad mores accedamus angelicos, panem Angelorum manducemus, cui adstant Angeli, & præcipuè Michael, vt ait B. P. Abbas [a], diiudicat & examinat accedentes. *Si ad conuiuium similaginis accedis, cuius sis conditionis, cuius stirpis, cuius sexus, statim ab Angelo percontaris; officij sui certè est & dignos intromittere, & indignos excludere: impudicum excerebrat, castum honorat, lugentem consolatur, irridentem comminatur.* Quidquid enim est iudicij, aut præmij, per Michaelem dispensatur, & ita per Ezechielem depingitur in albis vestibus, in zona atramentarium gestans, vt quosdam in vitam, alios in mortem designet, est enim denique iudex, sed propugnator, etiam (ait Pantaleo) eorum qui spem suam collocant in Domino.

a De panibus c. 10. Biblioth. anti.

VERBVM SPIRITVS sancti. Hebr. 1. v. 4.

Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Verus Salomon Christus in Regem inauguratur, sedantur tumultus, profligatur ambitio, Angelorum custodia in ministerium deputatur.

DISCVRSVS LXXVIII.

I. VACILLAT quidem regnum, & quasi malè firmo fundamento pax titubat, quandiu in eo naturali successione hæres desideratur, omnia tumultus, ambitus & arma occupant, mors & rixæ vbique grassantur, regij muneris est hæc incommoda præcauere, vocando ad comitia principes & ciues, sedando decretis rebelles, in neutram partem inclinando. Sic fecisse Alexandrum constat ex *lib. 1. Machabæorum*, & meliùs quidem ex prudenti illo Dauidis consilio, in quo iam morti proximus mentem & prudentiam clariùs demonstrauit. Qui cùm populi tumultus, & filios ad audendum ambiendúmque projectos videt, Salomonem inaugurari, & in regem vngi, semel & iterum imperauit, facémque sempiternam stabiliuit. Primò enim seditiosos & qui regnum commouent seuera comminatione perterruit, nisi quàm breuissimo tempore arma deponerent. Secundò fideles priuilegiis affecit, donísque ditauit. Tertiò acriter rebelles puniuit. Quartò regis & pueri, principis & regni protectores instituit, strenuósque duces qui humilem plebem tutari ac defendere studeant. Hoc depictum videas c. 28. & 29. Paralip. lib. 1. *Conuocauit igitur Dauid omnes principes Israel, cúmque surrexisset rex, & stetisset,* Iosephus [a], *in celsiore suggesto.* Abulensis surrexisse è lecto, & sessitando quasi stetisse. *Audite me fratres mei. Dixit mihi Deus Salomon, filius tuus ædificabit domum meam, & atria mea; ipsum enim elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem. Tu autem Salomon fili mi, scito Deum patris tui, &c. & seruito ei corde perfecto.* Vmbram istam illustrat, & diuinis coloribus & splendoribus circumfundit Paulus. Qui cùm ad Hebræos ageret, & in fide stabilire vellet à Salomonis vnctione in sensu allegorico (vt placet vni ex nostris commentatoribus *) ad Christum nostrum, eiúsque regnum gressum fecit, & plures solatij causas refert. Et primò Christi dignitatem extollit. *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit; cui enim Angelorum dixit; Filius meus es tu, ego hodie genui te; & cùm iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, & adorent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit, qui facis Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis: ad filium autem, thronus tuus Deus in sæculum sæculi, virga æquitatis virga regni tui.* Quisnam enim Angelorum poterat ad sedem aspirare regni, & ad Patris dextram sedere, sicut Christus? quia ipsorum est ministrare Deo, non ministrari, nam ideo clarè rogando affirmat, *Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, pues cae debaxo de duda que todos los Angeles son criados del hijo de Dios y de los Iustos?* Bene est Paule, sed tamen inter filios istius Dauidis est contentio, quis eorum videatur esse maior; sed Dauid noster aduocat paruulum, hoc est, Christum, & constituit, meliùs dicam, declarat Regem, atque omnia illa decreta stabilit, quæ Dauid & sanctum Euangelium refert. Primò enim ad comitia vocat, vt innumeris malis superbiæ occurrat, quæ impenderent Ecclesiæ. Iubet igitur vt principes regni qui tumultum excitarunt, vel Angeli, vel homines sint, exules mittantur ab Ecclesia, *nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.* Secundò priuilegia concedit, & magnates efficit regni eos qui in humilitate & pace se continuerunt. *Quicunque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum.* Tertiò seueris punit grauibúsque pœnis eos qui scandalum mittunt in fratres, vel persecuti eos fuerint, *expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Quartò denique ne misera plebs à potentioribus contemnatur, & conteratur, Angeli custodes ei adhibeantur, vt & custodiant homines, & quanti apud Deum sint habendi hoc beneficio & custodiæ notum sit omnibus. *Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis qui in me credunt, dico enim vobis, quia Angeli eorum semper vident faciem patris qui in cælis est.*

I. Principiò igitur certum est hanc terrenam Ecclesiæ ambitionem originem duxisse ab illa tumultuantis Luciferi ambitione, quæ, vt ait Cardinalis P. Damianus [b], *irreparabile dissidium in illa cælesti curia fabricauit, conuentum proscidit angelicum, & agmina stellantia secum traxit in mortem.* nam, vt innuit Augustinus [c], & Rupertus [d], fidem habuerunt Christi venturi, & ab instanti creationis incarnationis mysterium cognouerunt *. Hinc etiam aliqui inferunt gra-

Dauidis prudentia & ratio optima statum.

a 7. Antiquit. c. 11.

Hebr. 1. 4.

* P. Cornelio à Lapide hîc.

Christus de regno Ecclesiæ stabiliendo agit.

2. Ecphrasis Euangelii. & Summa discursus.

Matth. 18. 6.

3. *Terrena ambitio de Luciferi superbia descendit.*

b Ser. in festo sancti Michaelis.

c Lib. 5. de Genesi ad litteram.

d 1. In Ioan. 1.

* D. Thom. 1. p. q. 64. art. 1. ad 4.

gratiam habuisse ex Christi meritis, sicut & ceteri, de quibus dicitur, dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius, & Rupertus vocat *antiquum diaboli odium*, & ipse Christus ait, *Homicida erat à principio, & vos desideria patris vestri vultis implere, sus duda vosotros estais con migo torcidos como lo estubo desde el principio Lucifer.* Vnde sequitur peccatum Angeli fuisse noluisse acceptare gratiam ex Christi meritis, nec vt caput suum revereri, à quo omnia supernaturalia bona mutuarent; itaque peccatum fuit nolle adorare incarnatum Dei Verbum, nam cùm in Christi fide creasset eos (sequor modò opinionem istam, & quidem auctoris grauissimi) & gratiam datam ex meritis eius accepissent, præceptum quod ipsis impositum est, fuit vt eam Christi humanitatem colerent vnitam quidem Verbo, & à qua gratiam tanquam à capite acceperant, & sperare debebant gloriam, hoc ex Paulo probari videtur, *& quum iterum introduxit primogenitum in orbem terræ, dixit, & adorent eum*, &c. *iterum*, inquit; ergo in prima vice vt caput coluerunt, nempe à primo instanti suæ creationis, cùm hoc ipsis ex præcepto iniunctum fuit, & respondet primæ vnctioni Salomonis clam factæ; & ideo filius ad Patrem ait; *Clarifica me Pater claritate quam habui priusquā mundus fieret apud te.* (quod declarat Rupertus [a] de creatione Angelorum) & Pater respondet, *& clarificaui, & iterum clarificabo*: ibi ergo agnitus est à fidelibus Angelis, & modò postulat vt hic in Ecclesia omne genu flectatur. Hinc sequitur ob creditam & adoratam Christi humanitatem à Deo ipsis propositam, gloriosos Angelos gratiam retinuisse, & obtinuisse gloriam; è regione verò improbos damnationem sibi molitos fuisse. Quod creditu facilius est ex communi sensu, peccatum nempe Angelorum fuisse homini inuidere gloriam & dignitatem, sed nulla maior gloria naturæ nostræ fuit, quàm personaliter vnitam esse Verbo in Christo: hanc ergo gloriam inuidit, nam gratiam creationis quam habebat non inuidebat, sed excellentiam quam non habens in alio videbat: dignitatē itaque huius hominis Christi inuidentia prosecutus est. Hoc innuit Paulus, *Arma militia nostra non carnalia, sed potentia à Deo ad deiiciendum omnem magnitudinem & altitudinem, se extollentem aduersus scientiam Dei*, ne putet dæmon manus conferere cum Christo, sicut cum Adamo carnali, infirmo, qui facilè potuit superari: nam in meo Christo etiamsi videt carnem & sanguinem, at in ipso residet potentia à Deo ad deiiciendam omnem altitudinem, se extollentem aduersùs scientiam Dei, & aduersùs decretum incarnationis filij sui. Vides igitur qua ratione deliquit dæmō dum se sapientiæ Dei opposuit, quam superbiam deprimit Christus, inuitum ad sui adorationem cogens.

Ioan. 8. 44.

Peccatū Angeli quodnam fuerit.

Hebr. 1. 6.

Noluit dæmon gratiam acceptam referre à Verbo incarnato.

Ioan. 12. 23.

a In hoc c. Ioan. 17.

4.

Inuidit dignitatē Christi Domini.

2. Cor 10.

5. Hoc igitur peccatum sæuitiæ non minus quàm superbiæ quod inuexit dæmon in cælum renouant ambitiosi mortales, & hæresim istam promouent mendacissimi dæmonis, & antiquum odium, dum se abiectos & maiori vel excellentiori subiici coactos vident. Quare vel rapina, vel ambitu, vel tumultu primas sedes occupare nituntur, quos vt compescat & conuertat Christus tanquam hæreses aut Turcas ad conuersionem inuitat. *Nisi conuersi fueritis, menester es conuerti vos de nueuo,* certè omnino renouari indigetis, verùm Deus hos superbos grandiori voce alloquitur, sicut Nabuchodonosorem & Somnam, quibus vel inter bruta, vel * trans cortem vilissimam Babylonicā mittendos comminatur. *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, puso stele a Senacherib vn cial que le hizo baxar y humillr la cabeza.* & Angelos quos in decretis inflexibiles instanter & è vestigio in exilium misit, *non intrabitis in Regnum calorum.* Semel autem è cælo exturbatus serpens sæuitiam in terris seminauit. *Homicida fuit ab initio*, vt ponderauit Rupertus, & inde oritur exiguus ille aut nullus dolor, quem in obitu charorum & aliorum habent ambitiosi. Primò enim in seipsos sæuissimi sunt ambitiosi, quod nec ignorauit, nec siluit Sapiens, *Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas*, cùm audis cædem (ait OEcumenius) non corporalem intelligas, hoc enim graue esset etiam de latronibus cogitare, sed, vt mihi videtur, occidere dicuntur illi qui temerariis his conatibus suam occidunt animam. Verùm etiam corporaliter in seipsos desæuiunt, vt bene notat Tertullia. [a] *Sed enim illos qui ambitu obeunt capessendi magistratus, neque pudet, neque piget incommodis animæ & corporis, nec incommodis tantùm, verùm & contumeliis omnibus eniti in causa votorum suorum. Quas non ignobilitates vestium affectant? quæ non atria nocturnis & crudis salutationibus occupant? ad omnem occursum maioris cuiusque personæ decrescentes, nullis conuiuiis celebres, nullis comessationibus congreges, sed exules à libertatis & lætitia felicitate, idque totum propter vnius anni volaticum gaudium.* Innocentius etiam Pap. [b] graphicè describit ambitiosum sui inimicum, & prodigum salutis & honoris. *Ambitiosus humilitatem simulat, honestatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit, subsequitur & obsequitur, cunctos honorat, vniuersis inclinat, frequentat curias, visitat optimates, assurgit & amplexatur, applaudit & adulatur.* Et in primis *honestatem mentitur*, putabis enim exulare à domicilio & vxore, & hoc in primis ipse procurauit, vt ambitionis officij prætextu à legitima vxore diuisus aliis turpiter adhæreat. *Benignitatem ostendit*, imò omnia opera misericordiæ exercent, nam & nudum operiunt, & peregrinos suscipiunt, & bona sua apud potentiores expendunt, & omnes octo beatitudines obtinent: nam & pauperes sunt & mites, & plorant, & sitiunt, & iniurias condonant. *vniuersis inclinat*; pacem enim prædicat, vt victor euadat in ambitu. Sicut Turcarum triremes, quas si à longè vides insignia crucifixi in vexillis gestantes, catholicas credas, sed hac cruce & insigni tormēta bellica operiūt, & postea Turcicam rabiem exercent. Quod si in seipsos crudeles sunt, quantum putas in alios desæuiunt? ideo Euangelista obseruat cùm Christus Dominus dixit, *Vnus vestrùm diabolus est*, homicida videlicet, tunc inquit non intempestiuè, *facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior*; & quidem opportunè disquirūt, nam perinde iudicarunt ambire primatum & homicidam esse & diabolum, dæmon enim, aut quidam in sæuitia dæmoni persimilis, poterat mortem Christo meditari: disquiramus ergo, & liquidum fiat quis inter nos primatum ambit, hic enim sine dubio audax erit ad moliendam mortem Magistro innocentissimo.

Ambitio sæuitiam dæmonis renouat.

* *Yo os hare lleuar a los tras corrales de Babylonia.*

Psalm. 88. 11.

Prou. 1. 18.

a De pœnit. c. 11.

Son crueles cõsigo mismos pasan incomodidad suffren affrentas, visten a lo antiguo y grosseramente, tragan serenos humillanse a todos, andan solos como desterrados por el gozo de vn dia.

6.

b 3. Lib. de contemptu mundi.

Simile.

Sæuiores in alios sunt ambitiosi.

1 Petri c. 5. *Humilibus multis adornat gratiis Christus.*

II. Præmia distribuit his qui in tumultu fideliores fuerunt, qui proculdubio sunt humiles, de quibus apertè dicitur, *humilibus autem dat gratiam*, hoc est, omnem gratiam, nam non sine causa dixit gratiam, cùm posset dicere, patientiam, aut castitatem, non solum quia dispositio est (vt ait glossa) ad gratiam summisse de se sentire animam, sed quia, vt ait Taulerus, humilis est obiectum omnipotentiæ Dei, in quo ex non præsupposito subiecto creat omne genus virtutum, Deus: nam cùm ex multorum * opinione gratia creari dicitur a Deo, cùm humilis mens ad nihilum verè seipsam redigit tunc obiectum est omnipotentis Dei creantis gratiam; quod Ecclesiastici 13. 9. clariùs pronunciatur, *Humiliare Deo, & expecta manus eius, humillate tu y dexale hacer a Dios*; & quid aget? creabit; & quid creabit? gratiam; & quare non alias virtutes? quia aliæ non propriæ creantur, sed gratiam subsequuntur; & ne putes vnam tantum gratiam accepturum, vide quid dicat, *expecta manus eius, el te hara mercedes a manos llenas*, imò expecta manus eius, hoc est, non erit vna arte aut vno beneficio contentus, mille modis, mille manibus, mille gratiis expoliet, & ornabit. *Dat gratiam, omnem gratiam.* Quid ais, omnem gratiam? certè talem gratiam concedit, quæ plurimas in se gratias continet. *Apocal.* 2. 7. symbolicè hæc priuilegia gratiæ designantur, *Dabo illi stellam matutinam*, id est, sub pedibus eius dæmonem constituam, sicut canebat Dauid, *Deaysti sicut vulneratum superbum*, hoc est, omnino mortuum, *muy muerto*: nam Concilium Lateranense superbiam fulmen vocat. Pinge arborem proceram patulis ramis circumquaque diffusam, quæ repentè fulminis igne conflagrat, cuius vix radices viuunt, cætera fumo, igne, cinere & nigra fuligine in carbonem transeunt, sic fulmen superbiæ vsque ad radicem dæmonem deuastauit, ita vt fides sola superstes sit, quem tamen sicut superbum Holophernem ad sandalia vnius Iudith alligat, imò vsque ad herbas quasi brutum abiicit Nabuchodonosorem, ligauit eum herbis, *& cum bestiis fuit habitatio eius*; sed quid memoro superbos, Deus ipse sic pedes humilitatis respiciet, & adamabit, vt ad Mariæ pedes, hoc est, humilitatem prouoluat celsissimam suam maiestatem, *quia respexit*; & quid respexit, certè humilitatem, *quam pulcri sunt gressus tui in calceamentis filia principis.* Alij nomine stellæ matutinæ gratias illas intelligunt, quibus animus simillimus euadit Christo: nam, vt duo infantes quàm similes euadant sub vna ascendente contell[illegible]one concipi, ab vna matre generari, & in lucem edi, vno lacte & vno pane nutriri debent, & insuper vna eademque societate gaudere. Dabo igitur illi stellam matutinam, hoc est, sub eodem signo cum Christo concipietur, nempe cùm humilitas dominatur in corde. Sicut Christus qui conceptus est de Virgine, tunc quidem cùm Maria virgo erga Deum mater erat, in se verò ancillam confitetur, *Ecce ancilla Domini*, eadem etiã mater est, Maria nempe, penes quam cura est filios purissimos educare, & vno lacte nutrire, imò vno eodémque sanguine (& ex lege) alimenta infantiæ ad matrem pertinent, quæ iuris periti vocant *alimenta lactis*, indéque morum similitudo oritur, amor videlicet Dei & matris Mariæ, & peccati dæmonisque odium; neque hoc ignorant Pastores gregum, qui pecuarios canes lacte ouium enutriunt, vt amore prosequantur oues, odio verò lupos. Alij stellam matutinam sacram Eucharistiam, hoc est, 8.
bonam gratiam intelligunt, quæ instar lactis est infantibus & incipientibus, robustis verò panis est quo vires animæ ad egregia facinora roborantur, vt ait Augustinus, *Hic nos lacte nutrit, vt ibi pane sustentet.* Alij, inter quos Carthusianus, custodem Angelum intelligunt, vt societas cælestium spirituum nos quam simillimos reddat illis. Sicut Catonis mater eos infantes, quos præsciebat filij sui socios futuros, eodem lacte aliquando apud se lactabat, & vbera porrigebat. Hinc fit vt licèt vna gratia sit quæ confertur, in ea autem ampl. puritas, castitas, innocentia contineantur; *omnem gratiam.* Vis scire quanta gratia exaggerata sit anima humilis, vt vix possit tantum sublevare onus, sed sub illo succumbat, Deóque genu flectat. hoc suspicor tam Angelis gloriosis, quàm Virgini contigisse, cùm illi ad gloriam assumpti, hæc ad maternitatem designata est: illi ministros se hominum fatentur, hæc ancillam se dicit Domini; pondus enim tanti beneficij & donorum Deo genua flectere cogit, vt aiebat Tertullia.[a] *Quorumdam bonorum sicuti malorum intolerabilis est magnitudo.* Vix potes anima tolerare gratiarum magnitudinem, & beneficiorum pondus sustinere; nonne clamabat Ephrem ille magnus, *Domine recede à me, contine vndas consolationis tuæ, quia sustinere non possum præ dulcedinis magnitudine*; & noster Xauerius apud Barbaros Indos, *Sat est Domine, sat est*, repetebat: magnitudo beneficij incarnationis Virginem, Angelos & orbem vniuersum oneri succumbere, & Deo genu flectere coegit, vt optimè ponderauit Ambrosius. *Multa Domine fecisti propter me, & non genu flexi: at postquam te vidi propter me humiliatum, stare non potui*, &c.

III. *Quicumque scandalizauerit vnum*, &c. 9.
Iam de puniendo rebelles agit, & eos maximè qui scandalum mittunt. Quidam enim scandalo sunt virtutem ingredientibus, quo cùm infantes sint, & tenelli, leui halitu vel irrisione quasi pueri fascino necantur, sicut ad Galatas scribit Paulus, *Quis vos fascinauit. pensais que no es nada y haceis grauissimo daño.* Equitat ille ciuis in equo qui paulo antè frena suscepit multa cura & solertia, ne prauos mores induat, aut celerior ingressu tardiórve fiat; quid si contingat aliquem vel pallium vel papyrum intempestiuè explicare, quàm ægrè fert inconsiderantiam eius. Certè aliqui tam celeri gressu virtutis opera aggrediuntur, vt velocissimo equo comparentur, vel naui, aut triremi, quæ aquas maris remo & velis citissimè emetitur: sicut autem nauis vel arena, vel leui ligno, vel quauis alia re opposita frangitur, & equus minimo strepitu commouetur, sic isti nouitioli virtutis vel risu vel verbo iocoso à proposito deterrentur, ideo namque filiis Israel in initio peregrinationis per desertum belli incursus abstulit Deus, vt notat D. Gregorius[b], & tale scandalum stultitia nuncupatur, *est stultus qui quasi per risum malum operatur, peccado de necios.*

Alij scandalum occultum mittunt, vt ait Dauid, *Iuxta iter scandalum posuerunt mihi*, & vbi

* Bonauen. in 2. dist. 16. art. 1. Richard. in 2. dist. 26. art. 1. Scotus in 4. dist. 1. q. 5. Caiet. & alij.

Gratia humilibus data plures alias gratias continet.

Simile.

Deiicit & ad brutorum formam mittit superbos Deus. Dan. 4. 28. & 30.

Luc. 2. De humilitate explicat Fr. Aloisius legendus in Cantica. *Similes Christi euadunt humiles.*

Alimenta lactis non negat Maria humilibus tanquã gemellis Christi.

Magnitudo beneficiorum Dei humiles efficit.

a De patien. c. 1.

Scandalizantes tyrones virtutum.

Va el picador cauallero en el potro nueuo que a poco que tomo el freno y se le hechò la silla con que cuidado va hechale vn cabeçon para asegurar el freno y cuerdas a los pieds y manos, porque no se atropelle y apartale con la varilla del tropeçon y si alquien delante menee la capa o vn papel como lo siente el picador.

b 24. Moral. c. 13.

Psal. 139. 6.

Seuerè puniendi qui scandala parant animabus.

vbi putas omnia salua esse, ibi lena, ibi meretrix, ibi ruina & laqueus positi sunt ad capiendas animas; crimen quidem omni supplicio dignum, nam qui in meridie venantur, etiam in locis lege prohibitis, digni sunt pœna legis, at qui nocte laqueos prætexunt, instruunt decipulas, grauiùs peccant; nam innocens cuniculus aut lepus laqueo capta fit præda lupi & vulpis, qui impune venatione vtuntur. Certè qui in republica de comparandis & præparandis laqueis mulierum agunt, nequiores dæmone sunt, & perditissimos malitia superant; nam occasiones obiiciunt, & impune grauissima scelera perpetrantur.

Publica scandala quantū nocent.

Publica verò scandala ad ruinam animarum Deo maximo odio sunt, quod verba dolentis exprimunt, *Væ mundo à scandalis*, & scandalum illud Ieroboami cùm ad vitulos tribus decem inuitauit, ne in templum redirent, ita in diuina mente repositum legimus, vt semper referat, & refricet, & prodat quasi dolorem maximum, & cùm aliorum regum peccata refert, semper Ieroboamum tanquam malorum caput memorat. *quibus peccare fecit Israel*; hunc enim

10.

quasi clauum in corde gerebat, huius enim criminis auctor & inuentor est dæmon, qui ruinas animarum cupit; sicut de Saule legimus, *Dabo ei* (Dauidi) *Michol vt fiat ei in scandalum, & sit super eum manus Philistinorum*, quare has *nuptias insidiarum* vocat Theodoretus [a], sed ne putes à Saule fieri solùm, ait Euthymius, *Scandalum à dæmone seminatur, ab homine verò alitur, & augetur, ac recipitur.* Itaque venenum propinat dæmon, & dum frater aut sodalis abscondit, facilè suscipitur ab homine, ideo D. Antiochus [b], explicat in hoc sensu verba Abacuc [c], *Væ qui potat proximum auersione sua: bebedizo en gañoso con que trastornan, y enbaucan para diuertirllos de su bien celestial.* Quod malum præcaueri iubet Paulus apud Corinthios. *Videte autem ne fortè hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis.* nam ingens ruina impendet, *& peribit infirmus in conscientia tua, frater propter quem Christus mortuus est.* Ex quibus verbis quatuor incommoda scandali & circunstantias criminis elicit Chrysostomus [d], *Sunt enim quatuor crimina, eaque maxima, quòd & frater, & imbecillus est, & cuius Christus tantam habuit rationem, vt etiam pro eo sit mortuus, & quòd post hæc omnia propter cibum perit.* Quamobrem prauis suis exemplis rei fiunt animarum quæ pereunt, atque adeò maiori digni sunt supplicio, ideo ponderat Chrysostomus, maiori supplicio affecisse Deum Iezabelē, quàm Achab, etiamsi ipse vineam vsurpauit; illa verò solum consilium dedit, solet enim Deus maiora supplicia infligere iis qui dant peccandi occasionem, quàm ob grauitatem sceleris. Vnde, ait Bern. [e] Paulo dicitur, *Quid me persequeris*, nec enim minus persequebatur Christum in alienandis animabus ab eo quàm Iudæi in crucifigendo, & vitam & sanguinem auferendo. *Horrendum penitus sacrilegium, quod ipsorum videtur excedere facinus, qui Domino maiestatis manus sacrilegas iniecerunt*; quamobrem mirari non desinam cur sicut temporalia surripientibus suspendium & aliæ pœnæ assignatæ sunt, nulla lege punitur animæ latrocinium quod te à Deo surripit, & tradit dæmoni.

1.Reg.18.

a Quæst.46. in 1.lib.Reg.

b Hom.50. de scandalo.

c Cap.2.5.

1.Cor.8.

Scandali incommoda.

d In 1.Cor. 8.

e Serm.1. de conuersione Pauli.

11.

Verumenimuero scandalizari hoc loco non significat, vt aliàs, malum præbere exemplum, sed iniuria aliquem afficere, vt Chrysostomus, Euthymius, & D.Thom. animaduerterunt, quod ex antitheti manifestum est, nam *suscipere* est bene facere, *scandalizari* est iniuria afficere. Hoc genus scandali auferre cùm posset noluit Deus, nam etiamsi iniqui & hæretici, ac denique dæmon ipse, qui, vt fert communis opinio, deputatus est ad tentationem nostram, sed non est cur timeamus: nam si adest dæmon solicitans, adstat etiam Angelus bonum inspirans. Si dæmon circuit quærens quem deuoret, vt abducat nos à rota felicitatis nostræ, etiam Deus *immisit Angelum Domini in circuitu timentium eum*, more castrorum circundat protectione sua hominem in periculo constitutum (immittet sese) *el anda en rueda*. In qua rerum contrarietate mira elucet prouidentia quæ horologij arte & machinatione appositè explicatur; habet enim tres rotarum ordines, quæ omnes cōnexæ implicatæque sunt, quæ quidem si relinquerentur, celerrimè mouerentur: attamen & est acus quæ temperamento rectæ moderationis motū in tempora distribuit, & sunt præterea dentatæ rotæ oppositæ, quæ contrario motu cōuertuntur, & detinent rotam, vt horam adimpleat, & quod maius est motus iste in terris cælesti motui conformis sit. Fuit igitur mira Dei dispositio, vt in quantum spiritualis est homo, ab Angelo custodiatur, & in cælestium amorem excitet, & moueat *, & è regione ipsi contrarius sit dæmon vt dentibus tentationis opera circunspectè peragat, à recta ratione non deflectat; quare, vt clariùs loquar, leuissimæ vxori maritum zelotypū opposuit, & nurui superbæ, & in malum procliui socrum adhibuit, quæ ore & dentibus & acrioribus verbis in officio contineat, ideo Catholico hæreticum aduersari permittit, sacerdoti Episcopū, rectori subditum, ac denique vnum contra vnum disposuit. Est D. Augustini præclara ista obseruatio Psal.9. *Dum superbit impius, accendit pauper*, aliqui explicant liuore & zelo ardet iustus cùm impiū prosperatum videt. Sic Theodoretus. Verùm aliter Augustinus [a], *Mirum est* (inquit) *quanto studio bonæ spei paruuli accendantur ad bene viuendū comparatione peccantium, ideo hæreses permittit vt veritas & lux gratior fiat: hæreticorum comparatione iucundior est inuentio veritatis: ese contrario que esta os acecha, os haçe viuir en recogimiento sin que oseis desmandaros, viuis como en ciudades de frontera donde aun de noche no calla la campana ni duerme la centinela y no como en las ciudades descuidadas donde las puertas estan podridas calçadas de montones de piedras que desde el año de la peste no se cierran los muros aportillados hechos marquesota vn tiro de artilleria a su placer en el suelo hecho embocadero de muchachos y de qui jarros, poco son y poco valen los hombres sin contradicion y sin estos escandalos.* Vnde etiamsi de cælo tot scandala delapsa sunt vt quasi grando terram occupauerint, etiam sunt in terra linguæ, manus, pennæ, enses, oculi scandali, vt classicum canant, & vigilare iustos faciant, quæ omnia Deus in fauorem iustorum disposuit, vt docet eximius ille concionator Ecclesiasticus 33.13. *quasi lutum figuli in manu ipsius plasmare illud & disponere: omnes viæ eius secundùm dispositionem eius: sic homo in manu illius qui se fecit, & reddet illi secundùm iudicium suum, contra malum bonum est, & contra mortem vita: sic & contra virum iustum peccator.* Ponit lutum in rota figulus, & cùm acum seu cannam

Quid nomine scandali intelligitur in Euangelio, cùm dicitur, *Quicunque ergo scandalizauerit*, &c.

Psal.33.8.

Scandalum ponere est detinere, impedire, male facere.

Simile.

* Ita etiam Hebræi docuerunt. quā traditionem ex antiquo libro pastoris, & ex epistola Barnabæ, quam olim inter Christianos in magna authoritate fuisse legimus, veteres auctores probare solent, vt Origenes, & Cassianus, & Beda. Cōfirmat eandem traditionem Gregorius Nissenus, & auctor imperfecti, Augustinus Serm. 65. ad fratres de monte Dei. Vide P. Maldonatū hic.

12.

a In Psal.9.

nam opponit, putabis opus velle destruere, cùm totum ab ipso expoliatur. *parece escandalo y tropieço el que trabe en las manos el alfahar ero y antes quita del barro los tolondrones y tropiecos supliendo oyos y menguas.* Tace tu, serue Dei, tu es in manu figuli; qui verò scandalum mittit, deplorandus est, *veruntamen va homini illi.*

13. IV. Ad tutelam infirmæ plebis Angelos deputauit. *Angeli eorum semper vident faciem Patris*, &c. Innumera quidem sunt quæ à sanctis Angelis beneficia accepimus, & quotidie mundus accipit: sed quid apud nos eorũ friget amor & deuotio? an quia cùm puri spiritus sint, eorum imagines & simulacra non habemus, & si quæ expressæ sunt ex forma visibili in qua apparuerunt, & raræ sunt, minúsque frequenter ad pompam efferuntur quàm aliorum sanctorum, quorum simulacra vel plagis, vel stellis, vel splendore nominis Iesu nostros rapiunt oculos, vel quia illorũ miracula nec frequenter narrantur, nec leguntur; & certè si scriptis stamus, sic eorum facinora litteris sunt consignata, vt liber horum sanctorum sacra sint Biblia, & Scriptura sancta. Percurramus leuiter aliqua in gratiam nostri Angeli, quisque enim suo Angelo festum agit, sin minus, nemo huius curam suscipit. Recessit à puero ancilla Abrahæ Agar ne siti morientem videat, & ecce Angelus opportunè satis fontem ostendit aquæ, qua animam pueri reuocauit. Eleuat districtum ensem & brachium Abrahã ad præcindendas sæculi spes, aduentum Messiæ, vitámque primogeniti; sed ô quàm in tempore Angeli vox iubet sistere, & fidem & religionem laudat. Instat Sodomæ turpissimæ castigatio in exemplum orbis infligenda, & ecce ad Solis occasum duo Angeli domum Loth intrãt, & denunciata vrbis vastatione subitam migrationem cum omni familia iubent; fit ita, & arrepto consilio Angeli (vtinam vxor arripuisset, omnia lustrandi oculis auidissima, in statuã salis minimè conuerteretur) incolumes inde euaserũt. Fugit Iacob fratris sui odium & inuidiam ob arreptam benedictionem, & primogenitum, (nec enim nouum quid est temporalis lucri causa homines etiam fratrum sanguinem sitire & fundere) dum ecce scala dormienti apparuit Angelorum ascendentium, & descendentium, in cuius summitate ipse aderat Deus. Nónne Angelus fuit qui duxit populum Israël per desertum, beneficium quidem quod vtplurimi faciendum memorat ipse Deus. *Ecce ego mittam Angelum meum qui præcedat te, audi vocem eius, nec contemnendum putes, quia non dimittet te cùm peccaueris*; & obiter sensum loci aperiamus, nam licèt certum sit custodem Angelum etiam cùm delinquit non deserere peccatorem, tamen ex hoc loco non elicitur. Est vtique veluti pueri pædagogus, qui etiamsi videt puerum petulantiorem, & qui quotidie libros vel ludo amittit, vel vendit, & rixas passim mouet, nunquam deserit, imò cautelam adhibet, mecum mecum Ioannes, iam enim insolentior

14. fieri incipis. *con migo don Iuan que os haceis trauieso.* nam *dimittere* in hoc loco non est idem quod *derelinquere*, aut singularem deserere, sed significat liberare, soluere, *dimisit eam febris, dexole la calentura libre. Si dimittimus eum sic. Dimitte me, quia aurora est*; quare potiùs significat, *non dimittet te cùm peccaueris*, ne putes contemnendum custodem, animæ tuæ potestatem

Innumera Angelorum beneficia accipimus.

Gen. 21.

Gen. 22.

Gen. 19.

Gen. 28.

Exod. 23. 21.

Quid est non dimittet ab Angelo.

habet, & non sinet te impune abire si peccaueris, *no sola iras a penar al otro mundo.* Grande quidem beneficium non in alio seculo pœnam soluendã differre, vbi æterna est & inutilis pœnitentia, quod cùm bene nouit Angelus, *non dimittit, no perdona aqui.* Sed progrediamur vlteriùs. En venit Balaam eo animo vt Israëli mala imprecetur: sicut si ad maledicendam locustam graderetur; sed ô quàm velox fuit ad obstandum Angelus, quàm acer, quàm potens ad cogendum brutum asinum, vt loqueretur. Referam vobis concionem illam succi plenam, quam Angelus ad Israëlitas habuit, ad cuius vocem cunctus populus in lacrymas se dedit, ita vt locus nomen ab euentu obtinuerit *locus flentium*, & qui concionem habuit Angelus fuit, ad damnandam imperitiam & fatuitatem asserentium mouere lacrymas non esse grauis & sapientis concionatoris. En crepitus belli, adsunt armatæ cohortes ad capiendum Prophetam Elisæum, multo milite regis Syriæ famulus Elisæi domum obsessam de mane circunspicit. Heu heu, quo fugiemus Domine, quid consilij capiemus? Ambrosius: Elisæo assistebant Angeli quos videbat, & ideo agmina hostium non timebat, sed timebat puer eius qui Angelos nõ videbat. Tace, bono animo sis, inquit Elisæus, *plures enim nobiscum sunt quàm cum illis.* expecta; *cùmque orasset Elisæus, aperuit Dominus oculos pueri, & vidit, & ecce mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Elisæi.* Quis ab obsidione Hierosolymam liberauit, & vna nocte de exercitu Senacherib 185000. Et ambo illi Tobias tam senex quàm adolescens nónne innumera beneficia ab vno S. Raphaële acceperunt? En triumphi gloriam reportans ad vrbem reuertitur, quis putas? Iudith barbari Holofernis caput referens, & iurat, neque in ingressu, neque in egressu Angelũ ipsi defuisse. *Viuit Dominus, quia custodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem*, vidua diues, iuuecula & pulcra tali indigebat custodia. Mittitur in lacum leonum Daniel, & quidem rex qui eum diligebat, rogat: Viuísne serue Dei Daniel? viuo Domine rex, nam & Angelus custodiuit me, *& clausit ora leonum*, quasi diceret, homines lacum solerter clauserunt; Angelus verò ora leonum obserauit; *porque como dice Ruperto el Angel de guarda de Daniel se adelantò y entrò para amansallos y cerrarles las bocas*: vt non solùm ab eis non deuoraretur, verùm nec fœtido halitu oris eorum (quorum odor teterrimus est) vllo modo vexaretur. Illic adfuit Angelus cibũ de longè prouidens à Iudæa in Babyloniam Abacuc deferens, & reducens, ne inter captiuos relinqueret. Certè studiosi sunt nostri, & innumera alia beneficia illis debemus, præsident ciuitatibus, prouident regnis, gubernant prouincias, arcent malos spiritus, mouent cælos inanimatos, repræsentant orationes & preces nostras, custodiunt animas, ad sinum Abrahæ deferunt, referúntque in cælum paruulorum, sunt pædagogi, quanto melius principes & prælatos tutantur, quibus maiora imminent pericula, sic prospiciunt animabus vt corpora non deserant quàm promptè in piscina ad vnius tantùm valetudinem aderat dicta die, alter ad soluendum de tenebricoso carcere Petrum, alter vt Iosephum ire, redire, fugere, & non timere iubeat. *Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.* & verbum illud administratorij

Num. 22. 23.

Iudic. 2. 5.

4. Reg. 6. 16.

4. Reg. 19.

Iudith 13. 20.

15.

Nostra sibi incolumitatis studiosissimi.

Hebr. 1. 14.

ſtratorij officio cum oblectatione fungi deſignat, *guſtan del officio*, ſicut ille aiebat, *vir vxorius: muy de ſu muger*; ita Angeli *adminiſtratorij ſpiritus: muy de los hombres, qui hæreditatem capiunt ſalutis.* Videas filios hæreditare parentum ægritudines, & genus mortis, *ſu Padre murio de apoplexia el tanbien*: at prædeſtinati *hæreditatem capiunt ſalutis.* Hoc totum Chriſti humanitati aſcribendum eſt, quod inſignis illa mutatio Cherubinorum denotat; Moyſes enim poſuit eos versùs propitiatorium, *verſis vultibus in propitiatorium*; Salomon verò 2. *Paralip.* ab arca ſeparauit, & populum reſpicere fecit, *ipſi autem ſtabant erectis pedibus, & facies eorum erant verſæ ad exteriorem domum*; extunc enim opus fuit oſtendere amorem, & propenſionem quam in homines habent, cùm arcam humanitatis Chriſti inter homines vident, & inter Deum, & cùm inclinauit ſe ad nos, etiam Angelos inclinauit, *Inclinauit cælos, & deſcendit, volco los choros de los Angeles y vino.* Bernardus [a]. Denique ſi mittis vnigenitum tuum, immittis ſpiritum tuum, promittis etiam vultum tuum: & ne quid in cæleſtibus vacet ab opera ſolicitudinis noſtræ, beatos illos ſpiritus propter nos mittis in miniſterium, cuſtodiæ noſtræ deputas, noſtros iubes fieri pædagogos. Et ſicut ipſe tempeſtiuè miſſus eſt à Patre, ſic Angelus opportuniſſimè venit vt ferat opem infirmitati noſtræ. Fac puerum principis filium in puteum aſcendere, & in gyrum ſine metu periculi ambulare, in quamcumque partem decidat, imminet periculum, & ipſe ignorat: ſed ecce tunc nobiliſſimus eques patris & matris infantis amantiſſimus, illac pertranſire contigit, accurrit, brachiis & amplexu ſuſcipit, &

Vide Ambr. Calepin.

Opportuniſſimè ſubuenit nobis.

16.

Pſal. 17. 10.

a Ser. 12. in Pſ. Qui habitat.

in matris complexum liberum refert. Quid putas eſt vita noſtra, niſi puteus altus, in cuius putecali circumambulamus, pericula noſtra ignorantes, & dum dæmon ex vna parte deprimit, miſeriæ humanæ conditionis ex alia in ruinam vocant: hic eques nobiliſſimus cæleſtis curiæ, Patris noſtri amantiſſimus, nos paſſis brachiis ſuſcipit, & in ſinum cæleſtis matris noſtræ Hieruſalem deducit, hoc eſt adiutorium Altiſſimi quod pſallit Dauid, hoc illud beneficium quod à nobis æternam gratitudinem poſtulat, vt ait Bernardus [a]. *Angelo noſtro debemus reuerentiam pro præſentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro cuſtodia. Cautè ambula, vt ſcilicet cui adſunt Angeli (ſicut eis mandatum eſt) in omnibus viis tuis, in quouis diuerſorio, in quouis angulo, Angelo tuo reuerentiam habe tu, ne audeas illo præſente quod vidente non auderes.* S. verò Auguſtinus [b], non tantùm ingratum animum, ſed etiam ſocordiam noſtram exprobrat. *Et tamen Domine peſſima inſania noſtra, quia cùm continuè videamus contra nos draconem ore aperto paratum ad deuorandum, nihilominus dormimus & laſciuimus in pigritiis noſtris, tanquam ſecuri ante eum, qui nihil aliud deſiderat quàm vt nos perdat; inimicus vt occidat ſemper vigilat, ſine ſomno, & nos vt cuſtodiamus nos, nolumus euigilare à ſomno*; tu verò iuuenis, tuum reuereri Angelum, vel ex dignitate eius diſce: nam, vt ait Nazianzen. *ſecundum locum tenent quæ à Deo primam originem ducunt, ac circa eum verſantur, nimirum angelicæ & cæleſtes copiæ, quæ prima primum lumen haurientes, ac veritatis verbo illuſtratæ lumen quoque ipſæ ſunt, ac perfecti illius luminis radij*, à quibus gratiæ lumen & gloriæ nec expectare, nec expetere deſinas.

Simile.

Brachiis ſuſcipiunt, & in ſinum gloriæ referunt.

a Ser. 12. in Pſ. Qui habitat.

b Soliloq. c.16.

AMBITIOSA IVVENTVS MORTIS ſuæ reuocata memoria frænatur, & quantum commodi in hac recordatione ſit oſtenditur.

INSTITVTIO XXVII.

SACRAM & penè diuinam Philoſophiam memoriam mortis nuncupo, ô iuuenis, eo nomine quod ei diuina ſapientia atque Eccleſia impoſuit; ea enim quæ in poſterum in Eccleſia perdurare maiores noſtri voluerunt, *memorias* appellarunt, nam opera pietatis & præbendæ ad defunctorum memoriam & ſuffragium inſtitutæ & mortuorũ memoriam refricant, & viuentes mortalitatis memores efficiunt: ſacram igitur iſtã mortis memoriam maximorum Patriarcharum & ducum dignam oſtendit in primis Abraham, qui primam quam habuit, poſſeſſionem in memoriam defunctæ vxoris Saræ, coëmere curauit, vt bene notauit S. Chryſoſtomus. *In morte Saræ à filiis Heth poſſeſſionem ſepulcri empto loco accepit, hoc primum poſſeſſionis principium fuit*; memor enim mortis ſemper in multis diuitiis & poſſeſſionibus erat, qui tale principium poſſidendi, ſepulcro empto, habere voluit. Illud inſuper maximè notandum cum viro erudito occurrit *, primum contractum emptionis & venditionis interueniente pecunia fuiſſe iſtum, in hac emptione ſepulcri, cùm antea per commutationes tantùm factas venditiones legimus, vt diſcant diuites debere quidem finis ſui meminiſſe, vt dum terrenas comparant poſſeſſiones, ſepulcri immemores non ſint, & ſicut qui otioſam tenent pecuniam negotiantium, ad lucri ceſſantis & damni emergentis damna reſarcienda tenentur, ſic ſepulcrum ex contractu emitur, vt ſcias ceſſante mortis memoria immenſa lucra ceſſare, innumera damna in bonis animæ emergere neceſſe

17.

Gen. 23.4.

Mortis memoria in primis Patriarchis commendatur.

* Obſeruat & probat Torniello in ſuis annalibus anno mundi 2175. n. 3.

Sepulcri immemores non ſint diuites.

necesse esse. Primus itaque sacrauit memoriam istam Abraham. Simon etiam Machabæus allatis Ionathæ fratris ossibus, *ædificauit sepulcrum patris sui & fratrum suorum, ædificium altum visu, lapide polito retro & antè, es al la memoria de la muerte que aun a las piedras las labra y da forma, & statuit septem pyramides, piedras es necessario leuantur para que el hombre tropieze en la memoria de la muerte: vnam contra vnam patri & matri, & quatuor fratribus.* Certè vna superare & redundare videtur, quorsum septimam excitauit? nisi vt sui sepulcri, lapide erecto, memoriam mortis suæ excitaret, fitque dedicatio & inscriptio, *Ad memoriam æternam, para acordarse que se auia de morir.* Ante bella Domini & præclaras nondum partes victorias iam præclarissimus dux sacram mortis memoriam dedicauit. Rogabis tamen cùm memoria de præteritis sit, cur viuentes ad hanc celebrandam memoriam cogimur & vocamur, puluisque nobis imponitur? Vrget adhuc ratio, nam cùm Deus mortis sententiam dixit in hominem, *In quacumque die comederis, morte morieris:* comedit autem, & non mortuus est; quomodo ergo impleta non est, & quorsum eadem viuentibus sententia renouatur, *Puluis es, & in puluerem reuerteris?* idque sub memoriæ præcepto iniungitur, *memento*, cùm memoria præteritorum sit. Quibus respondeo ego quidem Ecclesiam suis præcipere, vt *descendant in infernum viuentes*, non quidem omnino extinctos, sed mortuos quidem secularibus rebus, viuentes verò Christo, & qui sui memoriam viuentes agunt. Præterea etiã iam mortuos reputare nos iubet, atque adeò memores præteritæ mortis quam iam subire incepimus. Sicut cùm Seneca [a] Marciã alloquitur, quæ filium mortuum deplorabat. *Si mortuum tibi filium doles, eius temporis quo natus est crimen est, porque te dueles tanto de verle muerto, para eso, bien pudieras començar al lorarle desde el punto que nacio*; ego verò non à die natali, sed à die conceptionis mortuum dicerem: quid enim aliud est concipi quàm terræ aduolui animum, & operiri terra, *buzarle el cuerpo encima fue buzarle la tierra encima*; ideo enim aiebat Salomon, *Vidi homines sepultos*, non defunctos solùm, sed sepultos: eos etiam communi modo mortuos reputamus, qui in maximo vitæ discrimine versantur, vt milites, & nauigantes; ob hanc enim causam ingeniosè Simon in sepulcro super columnas nauim & arma imposuit, & Ecclesia puluerem superimponit, tria enim hæc instantis mortis & quasi iam præteritæ & deuoratæ indicia sunt, *lleua tragada la muerte*, nam quoties luctator non bene vnctus descendebat, sed aliquo conspersus puluere mortem sibi proximam credebat, habebat enim iam vnde teneretur. Habes ô iuuenis à die conceptionis tuæ vnde tenearis: habet hæc tua elegantia ô puella ansam vnde te tenere possit mors, ea nempe parte qua puluis es. *lleua tragada la muerte.* Arma præterea posuit, vita enim militum nihil à morte distat, nauigantes etiam: quia rogatus ille quantum à morte distaret in naui, tabulam ostendens ait, hac solùm à morte disto. Dauid dixerat vno tantùm gradu à morte diuidi; Iob verò multo minus ait, *In puncto ad inferna descendunt.* Vide vitæ breuitatem à delitiis ad mortem, vnum momentum, vnum instans, vel punctum interstitium est. Omnes ergo reputemus mortuos, & illorum piam agamus memoriam, concionémque instituamus, certámque mortem memoremus.

[Margin: 1. Machab. 13. 27.]
[Margin: 18. *Sacra memoria mortis dedicatio.*]
[Margin: Gen. 2.]
[Margin: a Lib. 4. de consolatione.]
[Margin: *Nec vno distamus à morte gradu punctove, aut instanti.*]

19. *Scio*, inquit Iob, *quia morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti.* Tanti æstimas scire certam mortem, vt quasi quid gloriosum iactes, & scientiam nuncupes? præterea quare acerbitatem mortis memoras in tot pœnis constitutus, eritne in leuamen quod mœrorem affert, contrarium potiùs efficere deberes ex Sapientis consilio, *In die malorum memor esto bonorum*, &c. Tertiò tam ingens Dei beneficium existimas, vt semper in memoria mortem retineas? Veruntamen, meritò vocat scientiam diuinam, mortis meditationem, quia per eam via aperitur animæ ad vitam, sicut per eius obliuionem aditum mors inuenit, vt notauit Tertullianus, *Nequaquam moriemini, venenum istud primò dæmon in homines coniecit*: & sicut epoto veneno corpora ad tormenta insensibilia redduntur, sic nec ad mortes aliorum pauent mortales, nec ad Dei verba, nec tribulationes timent, vana illa delusi promissione, *nequaquam moriemini*, per quam salutis aditum interclusit. Memoriam verò mortis, quæ sola supererat in remedium, ita delere studet dæmon, vt aduerterit ingeniosè Chrysologus [b], hominem illum qui à dæmone vexabatur, & habitabat in sepulcris, ideo ad ea loca confugere fecisse, vt scholam sacram huius Philosophiæ interdiceret, & fugerent mortales sepulcra, corúmque memoriam deponerent. Quemadmodũ cùm dæmones nocturno tempore sub diuersa specie domum aliquam frequentant, & fatigant, inhabitabilẽ reddunt,

[Margin: Iob 30. 23.]
[Margin: *Certitudo mortis scientia dicitur diuina.*]
[Margin: *Dæmon studet mortis abolere memoriam.*]
[Margin: b Serm. 16.]

dunt, *andan duendes*; sic in sepulcris habitabat vt fugaret inde mortalium memoriam. Econtra verò Iob quasi regium & diuinum donũ æstimat memoriam mortis & sepulcri. Nec acerba videri debet quæ in ornamentum & decorem dari solet à regibus, fœminis quæ maiori mortis metu corripiuntur: vbi enim nos legimus dedisse regem Abimelec Saræ, *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt*: alij legunt *in peplum, para mortaja*, vt funebre linteum emas, & apud te habeas: nam, vt ait Plutarchus, in domo Veneris pepla & lintea funeris diuendebantur, *vt, quæ dea ortui hominum, etiam morti præesset, que pues se preciaba de madre y de sacar a luz hijos lo fuesse tambien en acomodarlos de mortaja para morir*; vnde factum est vt hoc linteum contra fascinum vim haberet, & cùm in humero quæ pulcræ erant hoc genus lintei gestabant, petulantium oculos cohibebant, memoria quidem futuræ mortis; cùm ergo pulcram nimis esse Saram deprehendisset rex (ait author historiæ scholasticæ) dedit ei in velamen numos illos, hoc est, vt peplum & linteum emeret contra petulantes oculos, *in velamen oculorum*, hoc est, ne amoris, sed intuentium oculos mortis memoria cohibeat, & præsens semper habeatur, hoc donum regis est, ideo regibus seu cæsaribus Byzantinis mox atque assumebantur in regnum, in disco illi offerebant marmoreos lapides, vel alabastrinos, aut porfidos, vt quem magis vellent eligerent in sepulcrum. Alij in contractibus vtebantur ossibus mortuorum; & bene quidem in disco mortis memoria offerebatur, ait Climacus [a], memoria mortis cibus est animæ, & sicut panis esse debet in mente. Sicut enim nihil sapit sine pane, sic epulæ animi cum mortis memoria condiendæ sunt. Bona quidem peccatorum confessio, sed existima mortem tibi impendere. Optimus cibus caro Christi, sed adhuc potest memoria mortis condiri. Bona est misericordia, sed memoria mortis fugat inanem gloriam, & eam dulciorem fecit.

Gen. 20. 16.

P. Comestor in hunc locum.

a Tom. 5. Biblioth.

Sicut panis ita, y quàm sit memoria mortis.

Secundò. Iuuat hanc memoriam mortis futuræ quasi eximij beneficij æstimatio, vnde Chrysostomus *munus naturæ* nuncupat, est enim munus quod reliqua munera & officia rectè exhibere & politias animæ docet, quod ritus quidam Scytharum indicare videtur, cùm enim in suis conuiuiis lautioribus vinum propinabatur, pulcerrimæ puellæ vel pueri huic muneri deputabantur: sed ritu mirabili, & horroris pleno, in vna enim manu vinum in vase, in altera quidem cranium hominis ostendebant, hæc tantùm dicentes, *Vide, & bibe, bebe como mortal y regalate como quien a de morir*; putabis omnino barbaros Scythas fuisse, vide quam philosophiam mortis memoria docet: nam D. Paulus Barbaris omnino opponit, & politicos vocat. nam dum opponit diuersas hominum conditiones, vnam contra vnam posuit, *vbi non est masculus & fœmina, Gẽtilis & Iudæus, circuncisio & præputium, Barbarus & Scytha, seruus & liber, sed omnia in omnibus Christus*; post distinctionem in religione, in natione, addit diuersitatem in gubernatione, & Scythas Barbaris opponit; quid hoc Paule? nónne hi sunt qui innumeras vrbes desertas fecerũt, humanę carnis deuoratores, & qui in craniis hominũ bibebant, & dentibus cadauerum quasi margaritis ornabantur. Sunt quidem, sed illa mortis memoria eorum sæuitiam temperauit, & in pacem & politiam adduxit, ita vt à Paulo in exemplum politię, dum Barbaris Scythas opponit, proponantur. Vnde bene *munus naturæ* dicitur memoria, quæ homines efferatissimos in officio continet. Munus præterea naturæ dicitur, quia pia mater hoc quasi munere & largitione oppugnat, vitam & manus eius vngit, vt ab initio spem decedendi & egrediẽdi de vita concedat. Vnde Orig. [b] rogat quare post partum fœminis purificatio præscribitur, quid peccauit mater in lucẽ efferendo filium? Habet quid purget, inquit, quæ in vitam miseriis & calamitatibus plenam filium asseruit, ideo Iob, *Fuissem quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum*: vnde postquam vitę calamitates expertus est, ait, *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc*; nulla mihi irrogatur iniuria, beneficio affectus sum, quia, vt ait Gregorius, hæc omnia vitæ dedi libẽtissimè, vt subornarẽ his muneribus quę alioquin peritura erãt, & modò mihi fores mortis pandunt, quod mihi iucundissimum est, vix enim pedẽ infert mortalis in vitam, cùm in ostium & exitum vitæ oculos conijcit, imò hoc ipsa natura prouidit in solatium, vt notauit Seneca, *Nascimur vno modo, morimur multis.* in hoc, inquit, pia erga nos fuit natura, nam sicut ad ingressum in templum vnum ostium sufficit, ad egressum autem multitudinis fores omnes panduntur, ita præuidens cedendi è vita cupiditatem fores omnes reserauit, multisque modis mori mortales voluit; detur ergo memoria tanti beneficij in leuamen laborum.

20.

Æstimatio mortis memoriam excitat eius.

Munus naturæ cur sit mors.

b Leuitici 8.

Cap 10. 19.
Cap. 1. 21.

Tertiò. Bene quidem in leuamen vitæ datur memoria mortis, ait Basilius, nam 21.

Digitized by Google

respondens quidem in gymnasio non aptè & ingeniosè respondet, ex eo quòd tunc ingeniosi magistri memoriam apud se recolat, & magistrum habere dicat. Sed ô præclaram mortis philosophiam, memoriam exitus, vitæque magistram, ita erudit nos, vt nostræ magistræ recordatione omnes tentationes vincantur, dæmonis versutiæ eludantur, & angores quibus premimur pellantur omnino. Vnde acutè satis Petrus Chrysologus peccatum serpenti comparat, qui nascendo viscera materna disrumpit. Verùm quid agat natura, vt istam immanitatem puniat; id nempe vt serpens postea ab alio serpenticulo disrumpatur, *hyo eres padre seras, qual hicieres tal abras*; ita similiter ex patre dæmone, & matre anima peccatum quasi serpens dum committitur matrem perimit, verùm solues pœnas peccatum, nam tu generas mortem; igitur mors est filia peccati: puniatur ergo peccatum, mortis videlicet memoria, quæ omnia eius viscera disrumpit, & occasiones tollit, ita vt vbi memoria viget, mortis nequaquam regnet peccatum; ideo Spiritus sanctus admonet,

Memoria mortis in lenimen vitæ sola sui recordatione.

Extinguit peccatum.

22. *Fili, memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Tria mala, inquit Bernardus [a], nobis aduersantur, & nocent, superbia vitæ, concupiscentia carnis ac deliciarum, & concupiscentia oculorum & auaritiæ, his tribus hostibus vna nouissimorum memoria opponitur. *Recole*, inquit, *primordia, attende media, memorare nouissima tua, in his enim tribus medelam illorum reperies. Hæc pudorem adducunt, ista dolorem ingerunt, illa metum incutiunt. Cogita vnde veneris, & erubesce vbi sis, & ingemisce quò vadas, & contremisce. Vide ne adiicias adhuc ignorare, ne fortè veniat super te terribilis illa comminatio, qua sponsus intonat, dicens: Si ignoras te ô pulcerrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum. Primò siquidem cùm in honore esses homo, non intellexisti, vnde comparatus es iumentis insipientibus, & similis factus es illis.* Agnosce ergo homo primordia tua, & erubesce comparatum te esse iumentis; memorare nouissima tua, & time, ne abeas etiam post iumenta, erubesce, inquam, quòd pro consortio Angelorum consortium sortitus es pecorum.

Eccli. 7. 40.

a Serm. de primordiis, mediis & nouissimis nostris.

Tria mala in memoriam reuocanda.

23. *Memorare ergo nouissima tua*; sic certò futura existima, vt iam recolere, & quasi præterita possis memorare; mentionem ergo fac, & de his loquere, vnusquisque enim loquitur secundùm conditionem suam & opus. *Mors ergo natura est hominis, non pœna*, ait Seneca, & laudat D. Thomas [b] dictum philosophi, loquitur enim de natura ablatis gratiæ priuilegiis, cùm nondum data est in pœnam peccati: at peccatum ex fide habemus mortem intulisse; loquamur ergo vel de morte quæ nobis innata est, vel de infortunio & calamitate quod ex peccato nobis prouenit. Nam, vt ait Chrysostomus [c], *de natura terræ quamuis non simus agricolæ curiosè inquirimus, & de natura arborum, & de natura auri, quamuis non simus negotiatores, & de domibus & vestibus. De nobis autem & de nostra natura nunquam sustinemus hæc fieri?* Memorare ergo nouissima tua, *habla y haz mencion de que te as de morir*; nam per hoc facilis tibi erit doctrina euangelica, iniungitur tibi ieiunium, eleemosyna & cinis imponitur. O quantum ad hæc tria iuuat memoria aliorum trium, recole primordia tua, attende media, memorare nouissima.

Nouissima nostra recolenda.

b Mor. 5. lect. 3.

c Hom. 32. in Acta.

24. Primò, *Recole primordia*, inuenies lutum, finem memorare, inuenies cinerem, & inter hæc duo quid clauditur anima immortalis; portamus enim thesaurum istum in vasis fictilibus: igitur opus erit media, hoc est, opera nostra illi principio & illi fini per omnia conformari; in primis primordia omnem deiiciunt superbiam, memorare debet homo, inquit Hieron. ex quo fit vt erubescat, modus etiam creationis ostendit quàm propinquus sis bestiarum, ex aqua enim reptile & volatile fecit, de terra autem homines, & bestias, vt quantum ad eas accedat à natura consideret, & erubescat. Cæterùm quare Domine non ex nihilo condidisti corpus, vt per hoc amplius demitteret superbiam nostram, nam quæ ex nihilo fiunt, in nihil desinunt, & ab illo nihilo recedunt, nec manet in illis nihil, sed aliquid esse incipiunt: at quum de terra aliquid fit, terra quæ est materia ex qua, etiam componit & permanet in composito, ita vt terrenus nuncupetur & terra, *puluis es*: vt etiamsi se nimium velit extollere, terra sit, & terram in se habens. Imponitur ei qui à fide lapsus est in publica actione fidei, saccus benedictus, ignominiæ & dedecoris causa, *el sanbenito*, & statim aufertur; dedecus quidem est, verùm multo maius supplicium est, cùm ab actione cum habitu illo & sacco in domum abit, & secum habere inter negotiandum iubetur. Si ex nihilo omnino fieres ô homo, quid tu esses satis liqueret cogitantibus, modò verò cùm è terra compactus es, saccum terræ apud te gestas, erubesce

Primordia nostrum deiiciunt fastum.

Digitized by Google

besce, ab omnibus enim tibi obiicitur, *quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Vnde Dauid, *Non intellexit*, inquit, & Hebræa addit, *se no se entendio: erubesce ergo, & time*, ait Bernardus, *ne abeas post iumenta. Si pudorem ô homo perdideras ad nobilem creaturam pertinentem, si dolorem non sentiebas afflictionis, quod est etiam carnalium, vel timorem non omittas, quoniam ille est etiam iumentorum, oneramus asinum, & fatigamus in laboribus plurimis, & non curat, quia asinus est: at si in ignem impellere, si in foueam præcipitem velis, cauet quantum potest; quia vitam diligit, & mortem timet*: time ergo, sin minus erubescis, siquidem à primordiis socius bestiarum es, & similis per peccatum factus es illis.

Secundò. *Attende media*, ista enim dolorem ingerunt, & solicitudinem, ideoque contra delitias carnis sunt, est enim Dei donum nō sinere hominem in prosperitate & secundiori fortuna requiescere, vitæ enim in delitiis actæ qui potest esse exitus, nisi terribilis & miserandus, silet enim Deus, & parat sagittas acerbissimæ alicuius mortis, hoc puto sonant verba illa, *Deus iudex iustus, fortis & patiens: nunquid irascitur per singulos dies?* Vtinam ita esset, ait Vates, nam *nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, & parauit illum*; & ad quid? *& in eo parauit vasa mortis*, &c. *vna mala muerte se os va traçando hombre malo y prosperado*; ideo attende media, hinc enim dolor & solicitudo nascuntur. *Locutus sum in lingua mea, notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum; quis est vt sciam quid desit mihi*, hoc enim debet attendere homo, Chaldaicè, *quando deficiam à sæculo, no ay mas mundo para mi.* Hebræi, *quandiu mundanus ero.* Septuaginta optimè assecuti sunt Hebræa, quasi diceret, *quando quieturus sum, quando cessaturus.* Soliciti verba sunt ista, & quibus admonet Eugenium Bernardus [a]. *Magis autem vt scias quid desit tibi; nam cui non desit? omnia illi desunt qui nihil sibi deesse putat. Quid si summus Pontifex sis? numquid quia summus Pontifex, ideo summus infimum noris esse si summum putas?* in eo ergo solicitus esse debés, quia opus non consummasti, & incertus es mortis, ideo Seneca, *Præ oculis quisque debet habere mortis suæ horam, citamur non ad censum, sed ad depositum.* Qui censum debet ad finem anni, curam solutionis remittit, qui verò depositum pecuniæ seruat, assiduè solicitus est, num mihi hodie pecunia exigetur.

25. *Media attendere debet homo, hoc est, in his quæ habet mortē timeat.*

Psalm. 38. 5.

a 2. Lib. de considerat. In verba huius Psal. 38.

Tertiò. *Memorare nouissima tua.* Illa metum incutiunt, vt malè parta restituas, & tua bona per eleemosynas facilè distribuas, vnde Ioannes ille eleemosynarius sepulcrum sibi ædificari demandauit, sed numquam perfici, vt quotidie famuli opus nondum absolutum in memoriam reuocarent, & hæc memoria faciliora redderet opera misericordiæ; verùm Domine cur mortis memoriam mihi refricare vis? quod magis vrget si mœrorem quem mors affert contemplemur. Nam summæ prouidentiæ diuinæ fuit animam non extra corpus creare, nam si paulo antè creasset, mortem suspicans futuram, horreret corporis mortalis ingressum, & hunc timorem mox planctu & vagitu ostendit animus, & ad temperandum eius dolorem, vt ponderat Tertullia. pannis statim inuoluitur, non sine mysterio, vt statim ei pignora dentur futuræ mortis, vellent quidem, vt aiebat Iob, ab vtero ad tumulum transferri, quod cùm non conceditur, datur proxima spes lintei funebris, cùm panniculis aduoluitur, & sicut ad temperandum à lacrymis puero pomum vel bellaria porriguntur, ita pueri panniculi dantur, *vt in eis ad mortem initietur, ea que ya ya viene la mortaja*, & Christus Dominus in primis illis pannis voluit ad mortem initiari. Præterea non acerba solùm, sed formidabilis est etiam regibus & principibus. *terribili & ei qui vindemiat spiritum principum, hecha ojo al mezor racimo.* Et sicut arbores securi percutit, ita vt nescias in quam partem corruet, in eam quidem, in quam ramos & pondus maius propendet, magnates etiam timent mortem, nam & terra tremit in æquilibrio posita, hinc inde in vtramque partem mouetur, & trepidat, etiam cælestes sphæræ motu trepidationis quatiuntur, vt terreni mortem discant timere; cur ergo Domine tam acerbæ mortis memoria animus fatigandus est? Respondeo, quia est signum non leue prædestinationis hæc mortis nuntia, aut memoriam placidè & hilariter excipere, *gran barrunto de predestinacion ey de buena gana hablar del morir.* De bono autem mortis & de iustorum obitu alibi agemus, satis sit nunc te sacram istam hausisse disciplinam, quam suadent tres sequentes discursus, quibus ambitiosa Absalonis contentio & arrogantia comprimitur.

26. *Magna commoda ex mortis memoria.*

VERBVM PATRIS.
2. Reg. 15. verſ. 1.

Igitur poſt hæc fecit ſibi Abſalon currus, & equites,&c. *vſque ad,* & ſolicitabat corda filiorum Iſrael.

Paterno affectu iuuenis conatus, ambitionem, & petulantiam fræno iniecto comprimit, & compeſcit.

DISCVRSVS LXXIX.

1\. AVDAX ille iuuenis, & omnibus ſuis conſiliis præceps, paternæ coronæ gloriam arroganter vſurpans, regiæ ſalutis proditor, ca-
Abſalonis audacia. pillis famoſus, vitiorum maculis infamis, libidinis & petulantiæ turpitudine notiſſimus, Abſalon; promeruit tantæ proditionis architectus, & machinator, vt ſanctiſſimus eius parens Dauid delectum inclytum haberet, copias firmiſſimas compararet, bellum indiceret filio, aciem inſtrueret, & offerret hoſti. Bellum autem vtpote paternum in regali pectore manſit, intentatio tantùm ſupplicij, & pia animaduerſio fuit (vt optimè
a Infrà. obſeruauit D. Gregorius Nazianzenus [a]) prohibitus enim à ſuis, ne in aciem ipſe procederet, in eminentiori feneſtra apparens, luſtrare exercitum voluit, & euocato caſtrorum magiſtro, ac duce Ioab, pacis verba, & amoris fœdera alta voce proteſtatus eſt, dicens:
2\. Reg. 18. 5. *Seruate mihi puerum Abſalon.* Quibus verbis ſatis paternus omnibus innotuit affectus. Committitur prælium, confligunt inuicem acies, & primo quaſi congreſſu hoſtes diſſipantur. Quare Abſalon, qui ſe in mediam aciem iniecerat, aperto capite, vt omnibus notus eſſet, terga vertere meditatur, vt quæ nemo fugam eius reprimeret, per nemoroſam ſyluam diſceſſit, in qua equi veloci impetu, & aeris leuitate in altum ſublati capilli, ad ramos quercus adhæreſcentes, ſuſpenſum tenent principem, vlteriùs prætereunte equo, fræno relicto: tunc Ioab ſic bene conſtitutum Abſalonem videns, tres contorquens lanceas in corde pariter confixit. Aderat tunc rex in eminentiori parte palatij; ſpeculator verò, qui erat in faſtigio turris, vidit hominem currentem ſolum, & exclamans indicauit regi.
2\. Intrante autem illo, & dicente, *Salue rex*; ſtatim rogat rex, *Eſt ne pax puero Abſalon?* tacuit ille, ſolummodo dixit, vidi tumultum magnum cùm mitteret me Ioab ad te, ô rex, neſcio aliud: tranſi, ait, & ſta hîc. Ecce alius venit, & ait: Bonum apporto nuntium, domi-
2\. Reg. 18. 29. & 32. ne mi rex; at ille: *Eſt ne pax puero Abſalon? viue mi hijo Abſalon?* cui ille, ſic pereant, ſicut ille, omnes inimici mei domini regis. O malum! contriſtatus eſt rex, & in ſecretiori domo flere cœpit, & lamentari, & vitam cum morte filij commutare; Abſalon fili mi, quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te? *Nunc par-*
b Orat. 1. de pace. *ricida* (inquit Gregorius [b]) *veluti inſonti ſatisfacit, ac cum mortuo in gratiam redit; hoc quoque fortaſſe pro filio dolens, quòd manus aduerſùs patrem intentaras* (*huiuſmodi quippe paternus affectus eſt*) *quémque bellum ſibi vt hoſtem inferentem propuleras, ac profligaras, eundem exanimem velut amicum deſideras. No huuiera vna trença para eſſos cabellos y no hiziera de ellos dogalla muerte? no hauia vn cauallo domeſticado, y enſeñado, y de buena boca y leal? no abrieras, ſiquiera los ojos a ver donde te lleua eſſa beſtia?* Ecce ſigillatim infauſtiſſimam mortem deflet, & culpam aſcribit multis; vel quia capillos licenter paſſos reliquit, neque vitta perſtrinxit; vel quia minus cicurato, & effræni equo inſedit, vel quia in periculo poſitus, oculos ſaltem, vel in cælum, vel in diſcrimina vitæ non coniecit. Cuncta tamen hæc alterius belli, & alterius pacis, velut vmbras præmiſimus.

Canite tuba in Sion, ſanctificate ieiunium, vo- 3.
cate cœtum, congregate populum. Arma, arma, Ioel. 2. 1. & 15.
arma ſumite, arripite gladios vos omnes, iuuenes, ſenes, viri, & mulieres; contra quem armas creaturas Dauid ſanctiſſime? contra homines, *Miſerere noſtri; quoniam puluis ſumus.* *Claſſicum canit Eccleſia in pœnitentiâ vocans.* Scio vos puluerem eſſe, nec immemor ſum, quòd ſicut lutum fecerim vos: verumtamen quorſum lutum contra figulum? filius contra parentem rebellat? pereat, moriatur, iaceat in puluere, *memento homo, quia puluis es.* Gen. 3. 19. Vellent quidem creaturæ ſuo factori deſeruientes excandeſcere in tormentum aduerſùs iniuſtos: prohibet tamen amantiſſimus parens, dicens: Seruate mihi puerum Abſalon: *nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat: viua mi hijo, que eſſa es honra mia, no mele mateis, eſperad, que ſe conuerta,* *Paterna pietas quibus valeat homo mortem vitare docetur.* quod vt meliùs præſtet, & bonum conſilium pædagogi, & parentis ſuſcipiat, ſatis ſit perterruiſſe filium. Nunc ne ruat in mortem, tribus ſaltem documentis opus eſt erudire. SVMMA DISCVRSVS. Primum vt capillos intentionis non hypocritarum more intonſos, & promiſſos relinquat, ſed vitta religatos; non aëri, non vanæ gloriæ, ſed Dei gloriæ committat; *cùm ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.* Secundum vt in acie, & in certamine victor ſit diſceſſurus, infidæ carni ne credat, ſed opus eſſe, vt corpus fræno erudiatur ieiunij, & accuratiori exercitatione dometur; *cùm ieiunatis.* Tertiò vt pro ſua nobilitate oculos à terrenis abſtrahat, & ad ſuperna attollat, quo fiet, vt theſauros ſibi reponat in cælo, & larga manu de terrenis eleemoſynam tribuat; *theſaurizate vobis theſauros* Matth. 6. 20.
in cælo. Quibus ſic lætus eſt noſter Dauid, vt 2. Reg. 19. 22.
hodie putet regem eſſe, & dominum. *An ignoro*

hodie

hodie me factum regem super Israel? hago cuenta, que hoy me coronan por rey, si huy os arrepentis.

4. *Nolite fieri sicut hypocritæ tristes.* Præcingite, & in Deum intendite tam oculos, quàm rectæ intentionis capillos: de hoc enim principio laudatur sponsa, *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Vide ô anima peccatrix, qualem sponsum habes, vt cùm vix ad illum post tot crimina venis, iam te blandè, iam amatoriè prosequitur; placuisti maximè, ô mea sponsa, quia etsi duos oculos habes, quibus ad terrena, & cælestia possis intendere, non flectis oculos, non in diuersa iacis, sed vno intuitu, & quasi vno oculo me vnum aspicis: *no falseas la vista de tu intencion, no tienes la mirà en otra cosa, de dos ojos, y respectos hazes vno.* Et licèt capilli tui, hoc est, intentiones, & cogitationes multiplices sunt, vtpote multarum rerum: sic tamen tu vitta amoris, & puræ intentionis premis, & colligis, vt vnum tantùm crinem, vel vnum capillum putarem esse; hoc autem maximè capior, & veluti vulneratus sum: *todos sus intentos miran a mi, sin que entre a la parte criatura ninguna, y essas sineças roban, y captiuan coraçones.* Quam laudem, vt illa rependat, inquit; *Meliora sunt vbera tua vino**. Non multum præsto (mi Christe) dum te tota intentione, & amore diligo: id enim exigit amor tuus dulcissimus, qui sic rapit animum, vt in nullo, nisi in te, delectationem reperiat. Nam in primis delectatio, quæ à te excipitur, vberibus maternis comparatur, copiosis, inexhaustis, & pro votis, & siti paruuli plenissimis. At quas offert mundus, vino, quod vi exprimitur de racemo, comparantur, parcissimæ enim sunt, & quæ inebriant, vel acescunt; quia præmaturæ, vel vno haustu finiuntur. *Ipsi diligunt vinacia vuarum. Del primero estruxon da el mundo sus contentos, y si mas quiere los han de sacar del escobaxo a fuerça del vitillo, y porfiada pretencion: y assi su gusto poco, y malo, y en teniendolo, se entristeçen; porque valia mas la pretencion, que la possession.* In altero tamen dissimilia sunt vinum, & vbera: nam qui vinum bibit, instar hypocritæ coram omnibus haurit; nam terga vertere dum bibis, inurbanum est: *bene el hypocrita, y brinda à vnos y à otros.* Infans autem, vt lac sugat, terga dat omnibus, solam matrem aspicit, solam amat, solus sugit, non examinato lacte, nec laudato: *el iuste obra como el niño bueltas las espaldas al mundo, sin examinar lo que obra, sin alabarlo, sin brindar à ninguno; faciem tuam Domine requiram* (aiebat Dauid.) Auctor enim naturæ sic à fictione, sic ab hypocrisi abhorruit, vt in naturalibus, in spiritualibus, in legalibus prius de internis, & secretioribus curauerit, quàm de externis: natura enim eo differt ab arte (inquit Nissenus) quòd ars solùm studet in his, quæ apparent, extendet quidem in tabula montes, & deserta, & viuum quasi effinget Hieronymum, ita vt arrepto lapide pectus tundere velle præsumas: sed tamen numquam pectus feriri vides. Sic hypocrita colli depressione, vocis demissione, ac vultus inclinatione, ac promissa barba, humilitatem, pœnitentiam affingit; sed quàm celerrimè sese prodit: nam nihil simulatum, nihil pictum constans, diuturnum est: *no sale de alla dentro la obra del hypocrita.* Ideo per Isaiam exprobratur ieiunium istorum: *Numquid tale est ieiunium, quod elegi? numquid contorquere, quasi circulum, caput suum?* Vbi nota nomine circuli in Hebræo significari lebetem, seu ollam; sicut & Iob 41, 11. *Sicut olla succensa, atque feruentis*; contingit enim ollam, vel craterem feruere maximè in camino, & lacrymari operculum, & dum putes hæc sine causa fieri, continet intus aucm, & alia quamplurima, quæ concoquuntur. Ita isti hypocritæ fingunt se ieiunare, & coram altari feruore maximo æstuare, & lacrymas fundere, cùm intus in stomacho bene poti, & bene pransi sint. Natura verò, quam vera religio imitatur, priùs quod substantia est, ædificat, 6.
atque (inquit Basilius) *primum corda molitur, & ad hæc superstruit*, natura illud, quod pulcrius, & salubrius est, efficit, sicut & gratia, de qua Cant. 1, 11. *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* Domine, quare, si murenulæ primam gratiam, & primum monile animæ significant, non abscondis argentum, & vermiculatio ex auro fit? Nolo, (inquit diuinus artifex) ego enim de internis curo potius quàm de externis; vt cùm videant argentum foris splendere, sciant aurum intus fulgere. Sic enim Deus consueuit sanctiores efficere seruos suos, quàm in externa specie monstratur: sicut sub specie desponsatæ Virginem matrémque Dei occultari voluit. In lege etiam illa animantia repulit, nec in sacrificium, nec in cibum offerri permisit, quæ aliud interius, aliud exterius habere videntur, vel aliquid hypocrisis denotant, vel redolent. Leuit. 11, 13. *Aquilam, miluum, & cygnum.* Quid habet cygnus, Domine, quia respuis illum? Respondet 7.
Isichius [a]; quia etiamsi candicat pennis mundissimis, & niueis, dissentit caro, & corpus nigrum, & putidum, & præ nimia humiditate in lasciuiam propensum. Te, te reiicit Deus, vidua prophana, quæ cum candore sanctissimo viduarum foris munda videris, intus tamen putida vitiorum nigredine abominabilis es. *Miluum* etiam, quia licèt circumuolet, & efferatur in altum, oculos tamen in prædam, & in pullos gallinæ demittit, & hos rapit. Vos respuit Deus reipublicæ rectores, & magistratus, qui cùm circundare, & concursare vrbem zelo boni communis videamini, non vtile respicitis populi, sed lucrum vestrum ex præda pauperis, & pupilli quæritis. *Struthionem* non sine causa fastidit; quia cùm habeat alas, putabis ad volandum natum, sed nimis terrestris est, & hordeum in præsepi comedit; alis autem abutitur ad velociùs currendum super terram. Te repellit sapiens, te Doctor, & vos etiam Iurisconsulti, qui cùm sapientiæ pennis supra cæteros eminentiores sitis, carnali, & temporali pabulo vtimini, & pennis, & libris abutimini, vt domos, familias, & lucra summa velocitate, & breuitate comparetis. *Aquilam* autem quis putaret odisse Deum? meritò tamen; nam quæ in alto ponit nidum, solem intuetur, cælestia petit, præcipiti volatu in ima descendit, & carniuoris lupis, & canibus persimilis, gaudet cadaueribus, & morticinis vescitur. Vos ô sacerdotes, à sacris prohibet, si dum sacratissima mysteria tractatis, & diuinarum rerum contemplationi vacatis, miserando regressu ima petitis, & carnalia concupiscitis instar prophano

Marginalia: Matth. 6. 16. *Recta intentio in operibus.* — Cant. 4. 9. — *Mira que Dios tienes tan bueno, que al primero dia, que bueluas a casa despues de tus adulterios, te dize fauores, y se regala con tigo, y se da por captiuo de tu amor.* — * Vide D. Bern. in hæc verba Cant. 1. 1. — *Dei delectationes vberiores & suauiores quàm mundanæ.* — 5. Oseæ 3. 1. — Psal. 26. 8. — *Deus prius internum quàm externum gaudet.* — *Hypocrisim odit Deus.* — Cap. 58. 5. — *Agam* Hebraicè, Latinè *circulus: como el alquitara, que hierue al fuego, y llora, y se esta alambicando vn capon por el circulo de la nariz.* — *Aliud exterius, aliud interius habere, Deo odiosum est.* — a In hunc locum, vide glossam. — *Viduarum simulata vitia.* — *Magistratus qui suis cupiditatibus sub specie boni communis consulunt.* — *Sapientes & Iurisconsulti qui cupiditati inseruiunt.* — *Sacerdotes qui se ad terrena abiiciunt.*

phanorum. Mirabile autem est, quod *Leuit.* 22. 6. detestatur Deus; nam vbi nos legimus, *si cæcum fuerit, si fractum*, &c. *non offeretis ea Domino*; Septuaginta * legunt, *cæcum, vel confractum, vel formiculosa, vel scabiosa.* Domine, quid mali affert formica, quæ immundas reddit carnes: ideo reiicitur, quia grande malum in hoc significatur: habet enim granum tritici in extrema parte renascendi, & pullulandi vim; quam cùm nouit naturam sagax formica, illud primum in grano corrodit, vt omnino moriatur, nec vlteriùs renasci possit. *Despunta el grano, para que desjuntuado, y castrado no pueda renacer.* Opus similiter nostrum, vtpote à gratia profectum, habet virtutem renascendi, & fructificandi gloriam: si tamen recta, vt par est, intentione fiat; vis ergo tota in hac intentione est. Quid agit dæmon? conatur in nostris operibus corrodere, & quasi formica castrare vim istam renascendi, vt ablata intentione nullum opus, nullum præmium sit nobis sperandum. Sed plangamus cum Ieremia, *Transiit messis, finita est æstas, & nos saluati non sumus. Passose la vida las occasiones de llenar las troxes de buenas obras y el gorgojo, y la hormiga de la intencion torcida, y hypocrita nos dexa vacios, y vanas nuestras obras.* Nouerunt tamen remedium agricolæ, qui vt formiculosam arborem sanent, depulsis semel formicis, & misso cinere ad radicem arboris, extinguunt eas. Ideo pia mater ad radicem huius rationalis arboris cinerem ponit, vt omnes vanæ cogitationes commoriantur, & mortis memória capillos intentionis, & oculos in Deũ rectissima tẽdere faciat.

*In correcta Vatic. Sisthus vide aftur.

Formicæ ingenium.

Opera nostra ex intentione & gratia vinunt.

Cap. 8. 20.

8. *Cum ieiunatis.* Opus iam est fræno cohibere equum corporis, ne Absalonem præcipitem agat. Quid fuisset si humana ars fræna non adinuenisset? quis egregium vsum equi, alias generosi speraret, si dum acer est, pinguis, & indomitus, fræno non erudiatur: quis item longum arriperet iter tardo, & inertissimo equo, nisi calcar subdere posses, vt acceleraret gressum? Vides vt ars naturam iuuat? Defecit igitur natura nostra propter peccatum, & à vera ratione defecit, ratio a Deo diuulsa & diuisa est obedientiæ fræno dirupto, sensus & appetitus à ratione, corpus ab anima dissensit; ex quo sic insolens, sic ferox caro nostra euasit, vt nullo fræno cohiberi possit. *Caro concupiscit aduersus spiritum: rifa, y corcobea contra el anima; legi enim Dei non est subiecta, neque potest: esta como vn Angel por ganar, ni puede; porque la inclinacion, y propension mala de nuestra naturaleza llegara hasta la sepultura, aun en los varones santos.* Age igitur cicurari debet fræno, *corporali* nempe *ieiunio, quo vitia Deus comprimit, mentes eleuat, virtutem largitur, & præmia*: nam (vt Basilius [a] inquit) *ieiunium fœminis ornatus est congruentissimus, ætate, ac robore vigentibus pro fræno est: gala de las mugeres, freno de los moços.* Quis audet equum ascendere sine fræno? quis Christiana opera aggreditur sine ieiunio? nónne sicut Absalon miserè vitam finiet. *Post concupiscentias tuas ne abeas, & à voluntate tua auertere: date à ti mismo vna sofrenada; si enim dederis animæ tuæ concupiscentias suas, dabit te in gaudium inimicis tuis: ten te hombre de raçon, ten essa rienda, mira que tu appetito te hara escarnio de tus enemigos.* Quis enim Holophernem gaudium fecit, & ludum Bethulianorum? vinum, & ebrietas, quibus laxauit habenas imprudens.

Frænandum corpus.

Gal. 5. 17.

Rom. 8. 6.

Ieiunium frænum iuuentutis.

a Orat. 2. de ieiunio. idem August. c. 10. de salutaribus documentis.

Eccli. 18. 30.

O res noua (inquis) ad patiendum, & tolerandum difficilis? nunc fræna nobis adhibes? apage, abiit à rationali natura. Siste obsecro, homo; nam quæ in te bruta sunt, frænare non est nouum, neque insolens, quin potiùs Deo vsitatum. *In chamo, & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te: deshecho vna vez del ser de hombre, y trasladado al de bruto, ninguna joya le dize mejor, que el freno, que modera el mascar, y haze aimnar, y compone todo el cauallo.* Præterea miror valde, quare fræni meticulosus es: mundus enim satis stricto fræno ferreo, & acri te cohibet, &, quod grauius est, errauit frænum, commutauit leges; ideo enim per Isaiam promittitur: *Ecce nomen Domini venit de longinquo: spiritus eius velut torrens inundans ad perdendas gentes, & frænum erroris, quod erat in maxillis populorum.* Vbi si locum habet Hebræorum phrasis, qui genitiuum substantiui pro nominandi casu, & superlato sumunt, vt, *filius perditionis*, hoc est, *perditissimus, frænum erroris* erit, quod maximè commutatum est, *freno erradissimo.* Habet eques quidam equum pulcrum ad aspectum, ad equitandum habens speciem, & pompam insignem, ad cursum alacritatem, iubet ornari ad cursum, educitur à seruo, mundantur sordes panno, sternitur pulcrè, operimentis variis tegitur, frænum denique adhibet, sed inuerso ordine, sentitur error statim; nam qui incitatus, alacer, equabilis erat, & ad cursum, ad pericula impauidus; videas modò tremere, regredi, fremere, sanguine madente ore, terram excauare, & quatere: *Demonio, que tiene este cauallo? el freno errado.* O mundi leges iniquæ, peruersæ, & erroris 10.
plenæ! propone tibi elegantem Absalon, formosum, pulcrum capillis, qui vt aurei fasciculi fœminis diuendebantur, rapitur effrænata regnandi cupiditate, & qui gloriam Dei quærere deberet, & parentis honorem, & pietatem colere, commutato fræno, proprio inseruit honori, & ambitioni studet, & qui genio indulgere posset, & serò de lecto surgere, quarta hora matutina surgit, & in publica sede, in frigidissima aula palatij omnibus se exhibet facilem, & elegans ille, atque delicatus, vnguentis delibutus (verum dico) rusticum quemque, vinum, & cæpas exhalantem amplexabatur, & blandas genas, & pulcram faciem, hispidis, & intonsis adhibebat. Quid sic tuam mutauit naturam, & mores, iuuenis? quid nisi mundus, qui errauit, & fræna commutauit. Quis cogit hypocritam humanas laudes expetere, & hac de causa dura perpeti, cilicinis vestibus indui, nudis pedibus, & aperto capite diu ante aras singultibus, & precibus vacare? error fræni. Pari ratione ciuis nobilis pensatis omnibus sic vxorem alloquitur, multa nobis familia, filiæ ducendæ sunt, nunquam ægritudo nos deserit, infausti nuncij, anni steriles, sumptus immensi, opus est rem familiarem seruare, insanos sumptus tollere: sit ita, vix domo pedem extulit, cùm amicus mentem commutauit, & ad colludendum ducit, ludit, amittit, ore furenti redit, madens sanguine, iurans, blasphemans, contundens fores, filios, mensam,

9.

Decet peccatorem frænum ieiunij & pœnitentiæ.

Psal. 31. 9.

Isai. 30. 28.

Etiam mundano fræno cohibentur, sed inepto & duro.

Simile.

Sacan el cauallo alaçano, como llama o color encendido, ligero saltador, de alto cuello, brioso, rebuelto e facale el lacayo, pone le su silla, cinchas acciones, pretal, latigos, estribos, arroja las fueltas, y mania, tenga el freno, trueca los alacranes, y el errase, y ponele el freno al reues, cojele la lengua, hoza le vna, angre la boca todo es patear, y retirarse, &c.

Confirmatur à simili.

Leges mundi inuersæ & quæ durè cohibent homines.

mensam; quid hoc? ait vxor, error fræni. Similiter etiam

11. *Immortificationis alia incommoda.* Affirmat iuuenis nequaquam posse ieiunia obseruare; quia debilis, eleemosynam largiri, qui filiusfamilias est; fertur amens in fœminam, propter quam tristis, languidus, flaccidus, & pænè consumptus, numis, flore, & honore spoliatus; quid hoc? error fræni. Similiter fœmina nobilis, excusationem affert ieiunij multarum rerum non vesci, & durum esse fræna ori adhibere, & nemine cogitante vas argillosum mordet, gypsum, sal, carbones deuorat: quid hoc? error fræni, nónne consultius foret ieiunare? & valetudine, & splendore fulgeres; nunc verò pallida, obstructionibus plena, fœda, insuauis, fastidiosa, in manu medicorum posita es, pharmacis, & amaris potionibus exsaturata: *Ieiunij commoda.* Nam sic Deus, qui si fræno ieiunij cohibet nos, tali fræno corporis dominatum præstat, valetudinem auget, sanguinem purificat, ingenium acuit, Dei memoriam excitat, tempus redimit, liberat a seruitute ventris, ædificat proximum, auget eleemosynam, irridet medicos, prolongat vitam, dissipat ægritudines, ac denique animam ad consonam illam viuendi rationem errore appetitus sublato reducit. *Memoria mortis ad mortificationem iuuat. A simili.* Ad hoc enim frænum istud adinuentum est. Iuuat etiam ieiunium, cinis, & memoriam mortis: *memento homo*, &c. nam qui equo molli inequitat, & concursat per vrbem, molliter etiam incedit, nec subdit acriter calcar: at qui ad negotia magni momenti properat in mula conducta, adhibet calcaria, secum cogitans, quia crastina die reuertetur ad conductorem. Quò tenditis equites, qui sic vestris indulgetis corporibus? erratis vtique; magnum enim negotium agitur, & mula ista crastina die reuertetur in terram, de qua sumpta est, & in puluerem reuerteris. Igitur pungite, castigate, & ieiunij fræna iniicite, sicut Paulus: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* 1.Cor 9. 27.

12. Matth.6.20. *Thesaurizate vobis thesauros in cælo.* Frænato iam corpore, superest vt animus in diuina pergat intentione, & amore: nam si terrena respicit, terrenus fit, si cælestia, cælestis. Idipsum significat illud, *thesaurizate vobis*; poteritis *Diuina & cælestia inquirenda.* enim multa reponere in dotem filiæ, vel ad primogenitum: *vobis* autem solum in cælestibus poteritis recondere diuitias; vos enim non terreni, sed cælestes estis. Nemo autem domos, & viridaria emit, vbi neque habitat, neque habet radices alias. Homo igitur cælestis, non emas, non reponas terrena bona *tibi*, cùm sis tu cælestis; nec deficias in expectatione summi boni; *tempore enim suo metemus*, non deficientes. Impatiens sagittarius, quia non citò aniculam, in quam ictum dirigat, inuenit, distendit arcum, *desatina en vn terron, o cespede*, affirmans eneruari balistam, dum diu intenta est. Contendit Deus voluntatem nostram in infinitum bonum, nempe in gloriam dirigere; & quia præ oculis iam non est, sed parum differtur, terream creaturam amat, quia laboriosum est sperare; mentitur vtique, nam voluntas solis gaudet æternis, appetitus vrget affectus, & declinat ad terrena. Iustus verò, & ad cælestia natus attollit; & figit oculos in cælestia, dicens: *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ.* Ibi requiescet pariter anima cum corpore, ex qua cælestium bonorum meditatio-

1.Tim.4 8. *Etiam ad vitam mortalem cælestia spectare oportet.*

ne, etiam temporalium rerum sors, & euentus prosperè cedit: *aun para lo de aca es bueno mirar a lo de alla.* Dicat D. Chrysostomus[a] Qui in 13.
theatrum prodit taurum hasta transfixurus, illud accuratissimè agit, vt equo claudantur oculi, ne manum, & ictum interturbet: eques verò ipse oculos apertos habet, & intentos, vt ictum dirigat. Quid si hæc inuerso ordine fierent? O tu homo, expectat sortem tuam cælestis beatorum theatrum, curia vniuersa in prospectu est: vide quàm in paruo fausta tua sors æterna consistit, si nempe oculos corporis ad terrena claudas; animi verò ad superna intendas: sicut Pauli disciplina te docet, *Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur; quæ enim videntur, temporalia sunt, sed quæ non videntur, æterna.* Addit Chrysostomus: Nec quæ videntur, sed quæ videri non possunt, considerare, sicut monet Paulus; hoc enim fides est, cùm corporis dumtaxat oculis non sumus contenti, sed mentis obtutibus inuisibilia cogitamus. Ita Patriarcha ille fuit illustris, & gratus; quoniam Dei credidit promissioni; *& natura factus altior: cerrando los ojos a lo de aca: & humanis rationibus reputatum est ei ad iustitiam. Sic etiam Ioseph tot mediis post somnia factis obstaculis, non est cogitatione turbatus, non tumultuatus.* Huic etiam operi deseruit cinis: illo enim Ecclesia excæcat oculos equi, nempe corporis, vt animus memor sit æternorum, & in cælum intentos oculos dirigat. *Memento homo, quoniam puluis es.*

a Ad populũ hom. 64. in fine. *Simile.*

2.Cor.4. 18. *Æterna prospicienda.*

Vidistis iam grande spectaculum conscelerati filij Absalonis: audite tria hæc ex ore sanctissimi parentis, rectam intentionem, fræna appetitus, & cælestium rerum contemplationem admonentis Psalm. 89. cuius sensus excipiendus est ex Augustino[b]: *Respice in seruos tuos, & in opera tua*; naturalissimum est homini ostentare opera sua, atque adeò vanæ gloriæ periculo exposita sunt. Quare S. Chrysologus[c], *Sublime malum vocat hypocrisim*: atque adeò non sine causa inter ea, quæ afferebantur Salomoni, aurum, argentum, ebur, etiam simiæ numerantur; quasi diceret, vbi hæ diuitiæ & opera bona reponuntur, super omnia semper eminere, & imponi hypocrisim, quæ simiæ apprimè comparatur; nam (vt Plinius[d] asserit) nullum animal est sic auidum ostentandi filios, sicut simia; cùm reliqua animantia in tuto, & in abscondito loco seruent eos: *dene de ser, porque se sian mucho de sus gracias.* Quare Gregorius; hypocritæ sua opera perdidisse putant, si à nemine conspiciantur. Igitur optimum consilium erit, bonis oculis commendare, & illi, cuius nos serui sumus inutiles, & inde potius confusionem, quàm iactantiam capiamus. *Respice in seruos tuos: obras son de sieruos; no sera mucho sean todas vuestras; quia partus sequitur ventrem*: ipsius enim sumus serui (inquit Augustinus) *non solùm in Adam, sed etiam creati in Christo Iesu, in operibus bonis*, id est, ad bona opera facienda: *opera tua; Deus enim est, qui operatur in nobis velle, & perficere: no hurtes el esclauo, que te castigaran, essa obra es de Dios.* addit, *& dirige filios eorum.* Opera nostra vocantur filij nostri, & petit, sint recti corde: *Señor endereçad nos en el obrar, no se atrauiesse el parto.* nam hypocritæ persimiles sunt matribus, quæ mortuos pariunt fœtus; *Simile.*

14. *Tria hæc obseruare docet David.*

b Ibid.

c Ser. 4.

Simia symbolum hypocritæ.

d Lib.8.c.54.

Philip.2. 13.

quia labor pariendi grauior est; fructus autem, & gaudium nullum. Addit, *& sit splendor Domini Dei nostri super nos.* Augustinus, prospiciatur in nobis splendor ille filiorum Dei,
Psal. 89. 17. quo signati sumus, *super nos*, hoc est, à gratia, quæ super nos est: *splendor* autem requiritur, vt sint filij lucis, vt inquit Paulus, *vt filij lucis ambulate.* Hypocritæ enim filij sunt noctis, furantur, manducant, & inebriantur in tenebris, & postea faciem lauant, & componunt
Vt filij lucis sancta & diuina respicientes operemur. per diem, vt contemplationi intentissimos putes. Equites (inquam) sunt, & fœminæ Antipodes nostri, qui nocte vigilant, dormiunt per diem: nam Christianos equites admonet, vt in operibus gloriam tantùm diuinam optent. Ideo
Ephes. 5. 10. ait, *Probantes quòd sit beneplacitum Deo: prouando, y haziendo la salua a la gracia, siruiendola a plato cubierto de galanes.* Pergit Dauid, *super nos*; & Augustinus, vt non ea pro terrenarum rerum mercede faciamus, nec thesaurizemus
Psal. 89. 17. in terra cordis humani, vrget, *& opus manuum nostrarum dirige.* Fac Domine, vt non sinistra, sed dextera manu operemur, fac nobiscum quod pater, vel pædagogus, qui dum videt puerum sinistra vti in mensa, aut in ludo, ligat illi manum illam, vel grauiter ferit, vt dolore correptus dextra vtatur: *dirige.*

15. Frænat deinde corpus suum Dauid, & ita
Frænandum corpus exemplo Dauid. strictè, vt nunquam vetita expetiuerit, nunquam aliena furatus sit, immo à propriis abstinuerit: nam cùm alterius vxorem adamauit, à suis omnino videtur abstinuisse; dixit enim Spiritus sanctus, fœminas illas Dauidis vxores, quas dedecorauit Absalon coram omni
2. Reg. 20. 3. populo, *fuisse ab illa die in viduitate viuentes:* nam & ab illis abstinuit pater, quas commaculauerat incestuosè filius, & præterea vocat viduas; nam tam effrænata turpitudine filij perspecta, bonus pater resipuit, & suspicatus est Deum in filio antiquum notare, & castigare peccatum talionis (vt aiunt) pœna. Quare ex illa die sibi frænum strictius iniecit, & quasi mortuum reputauit ad turpia, quod facilè videas, cùm adduxerunt illi Abisag puellam pulcram, quam nec attigisse plusquam certum est; sumpto semel fræno abstinuit, & ab illecebris carnis penitus recessit.

16. Tertiò tandem, vt oculos ad diuina intendamus, sepositis humanis, & terrenis rebus,
Psal. 4. 3. grandioribus verbis hortatur: *Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, &*
Tertium, nëpe ad diuina sublenare mentes docet. *quæritis mendacium*; filij hominum, mortales, morti obnoxij, memores estote mortalitatis vestræ; absurdum est enim, tantæ infirmitatis esse immemores, ideo puluis vobis iniicitur, vt sciant gentes, quoniam homines sunt: *filij hominum*, quorum origo cælestis, forma diuina, dominatio vniuersi, Dei capacitas, creaturæ excellentes, naturæ miraculum, *vsquequo graui corde?* animi vestri spirituales sunt subtiles, qui cælos penetrant, comparantur Angelis, Deum imitantur; quare in terrena abiicitis, & in profunda terra captiuos, & abiectos eos tenetis?
Excitantur filij Dei ad diuina appetenda. *filij hominum*, si filij bestiarum, aut brutorum essetis, non mirum esset terrenis inhærere, turpi otio, & luxuria languere, & qui oculos ad terram inclinant, etiam animis ad temporalia propenderent. Verùm *filij hominum* rationis participes, quorum animæ à cælo datæ in cælum aspirant, quorum oculi in supremo capite collocati, quasi supernorum speculatores, quorum mens bonum perfectum intelligit, voluntas auidè prosequitur, & hos vinculis, & graui pondere ferreo oneratis? *filij hominum* (habet Hebræa) illustres, nobiles Dei vsquequo in talem vilitatem, & absurditatem vos ipsos abiicitis? *vsquequo?* non iam satis multi sunt anni vestræ obstinationis? non sat esset semel, & iterum in veterem vilitatem degenerasse? quare graui corde in malo perseueratis? *vsquequo?* Abiit pueritia fatua, iuuentus insana, turpis adolescentia, superba virilitas, segnis, & fatigata senectus? *vsquequo?* vsque dum fatigatos peccatorum onere, mors inopinata inuadat, & sub sarcina more bestiarum oppressis succumbatis.

Exurge Domine, non confortetur homo: ea Señor bolued por vos, y por vuestra honra. Exurge Domine antequam vires recipiat homo, & 17. Psal. 9. 20.
insolescat robore, ac firmitate; tunc enim perdifficile subiicietur: non te ad arma contra illum voco, nolo excitare prælium; scio enim quoniam homines sunt, & filij; sed id solum velim, *vt iudicentur gentes in conspectu tuo*, & Ibid.
hoc tantùm per sententiam liquidum fiat, *vt* (nempe) *cognoscant homines, quoniam homines sunt, constitue* (ad hoc) *legislatorem super eos: poned Señor delante quien les diga las mill leyes*; & Ibid. 21.
nulla grauior sententia in illos feratur, quàm *vt sciant; quoniam homines sunt: notificarles no mas de que son hombres,* Verbum illud *legislatorem* vertit Hieronymus *terrorem: poneles espanto paraque sepan quien son.* Nam & homo ipse terror est omnium creaturarum, qui statim abigit *Homo ipse satis sibi est ad terrorem & eruditionem.*
aues, terret, & fugat animantia: terror ergo hominis ipse est homo, Igitur constitue ipsum sibi, & satis sibi erit terrori; fugiet speculum, quæ se credit formosam, & pulcram, si terram, & terrorem in illo intueatur. Quare existimo cùm vagus, & profugus pauore perculsus obambulat Caim, non tam ferarum, aut inimicorum incursus pertimuisse; iam enim hæc Dei iussu arma posuerant, & verbo Dei munitus incedebat, sed inde tremor, inde terror ille venit; quia se hominem, & ex alia parte ad peccatum audacissimum considerabat: *hombre de tierra, que ha hecho loque ha hecho, esse es el pasmo.* Ideo nobis puluis ob oculos ponitur, vt terreamur nostra specie obiecta, *& sciamus quoniam homines sumus.*

Vt autem ad omnem virtutem, ieiunium, 18.
pœnitentiam, mansuetudinem, ac pietatem *Absaloni suspendium ad eruditionem mundi.*
induceret, principem istum suis pendentem capillis constituit tamquam legislatorem; & Dauidem ipsum aliàs peccatorem miserando filij exitu eruditum, morum doctorem, & concionatorem effecit. Ars quidem & ingenium ducum, & magistrorum, qui homines in officio volunt continere. Quare obseruandum est valde cùm filij Israel dum exeunt de Ægypto, diuitias Ægyptiorum rapiunt, aurum, & argen- *Memoria mortis prosperitatis exultantiam temperat.*
tum compilant, vnus Moyses, vtpote sapiens gubernator solùm ad comparanda ossa mortui Ioseph intentus est; quia (vt ait Procopius Exod. 13.
Gazæus [a]) *Hebrei quia carnalia sectabantur, visi sunt mutuo accipere aurea, & argentea vasa. Moyses* a In hunc locum.
elegit viri iusti ossa, quæ præfert immensis Ægyptiorum thesauris: nam hominibus repentè ditatis, & libertate donatis, non oportet proponere diuitias, sed ossa, & mortis memoriam. Et dum gloriosum

tiosum triumphum agit aperto marte, quasi muro triumphantium more, tunc tumulum præire, & eminere iubet, vt frenet exultantiam, diuitias, libertatem, quod Dauid etiã cecinit, *Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Ioseph*, quæ verba interpretatus est Chaldæus: *qui deducis velut arcam Ioseph.* Vbi nota non laudare Deum, eo quòd potens fuerit diuitias Ægyptiorum arripere, & ditare suos, sed quòd ossa extulerit, & hoc sibi quasi gloriosum facinus decantat; quasi diceret: *O que bien sabeis Señor gouernar el pueblo, que tomais por acompañado para esse officio vn tumulo de vn muerto.* Et constituis ante oculos non quemlibet, sed Ioseph, lumen oculorum Iacob, qui tandem obscuratus est, qui mox captiuus, mox regis tenuit principatum. Interiit pulcer ille adolescens præsignis facie, qui fœminarum oculos rapiebat; obiit ille, qui in adolescentia senes ipsos erudiebat, & principes docebat prudentiam; excessit, qui regiæ domus clauum, & primatum tenuit, egit animam. Vnde subdit, *qui deducis velut ouem Ioseph*; vt ostendat effectum, quem habet mortis meditatio: nam tumuli conspectu mansuescunt, & instar ouium mitescunt mortales. Quare, vt reprimeret iram Ægyptiorum mortuos primogenitos obiecit, & vt insolentem, & superbam matronam comprimat, filiam vnicè dilectam morientem constituit: *dexalda estar, que yo la pondre mança como vna oueja.* Vide qua ratione Deus mitescere, & lenire nouerit homines: *inuencion tiene Dios de amançar hombres.* Ideo fortè Seneca *mortem* appellat *naturæ inuentum*: *inuencion de la naturaleza*; mors enim, & mansuetudo pariter in mundum inuectæ sunt: vix enim adinuenit mortem dæmon, cùm mansuetudine Deus induit homines, & hoc est, quod dicitur, *fecisse illis tunicas pelliceas*, non quidem lupinas, ne carniuoram feram imitarentur, non leoninas, ne ira turgerent, & ad bellum armarentur, sicut Hercules, nec tigridum, quæ horrorem incutiunt; sed ouinas pelles, & quæ agnorum mansuetudinem adumbrarent: mors enim optimum naturæ inuentum est ad mansuetudinem inferendam. Obseruat hoc valde Seneca in eodem libro, in facto Tyberij Cæsaris, de quo ait: *Tiberius Cæsar, & quem genuerat, & quem adoptauerat, amisit; ipse tamen pro rostris laudauit filium*: amisit duos filios, naturalem vnum, adoptiuum alterum, quem ipse funebri oratione laudauit: *stetitque in conspectu posito corpore interiecto tantummodo velamento, quod Pontificis oculos à funere arceret, & flente populo Romano, non flexit vultum.* Egregium quidem facinus, sed quod sequitur mirabilius; *experiendum se dedit Seiano ad latus stanti*; quasi dicat id maximè commendandum hanc exhibuisse actionem latus eius tenente Seiano ipsi Imperatori infensissimo, & odio habito. Quis sic frænauit Imperatorem? vtique mors filij, *inuentum naturæ.* Te verò, Dauid, leonem, quis mitem, & mansuetum reddidit, nisi filius tribus confixus telis, & præ oculis de quercu pendens? *inuentum naturæ*, vt homines lupis truculentiores in lenitatem, & mansuetudinem traducat. Eadem de causa Ecclesia mater, vt leniret animum parentis nostri Dei, nos quasi mortuos illi obiecit, & puluere conspersos, & dum ille iratus sententiam profert; *Memento homo, quia puluis es*, rescribit Ecclesia luto in

Psal. 79. 2. (line 4)
19. (line 10)
Lib. de consolatione. (line 33)
20. (line 58)
Puluis ad pietatem allicit Deum. Gen. 3. 19. (lines 73–76)

fronte posito: *Memento quòd sicut lutũ feceris me.* Sicut matrona nobilis, quæ per hos dies mittit filium delicatum ad patrem, qui est à confessione, illum admonens, mitto ad te Petrum iuuenem delicatum, sed maculis plenum, memento iuuenem esse, & filium, blandam illi constitue pœnam suorum scelerum. Hoc idem scribit in frontibus mortalium pia mater: *Memento, quòd sicut lutum feceris me*; & cum Dauide: *Miserere nostri; quoniam puluis sumus.* In quæ verba Clemens Alex. [a] *Ea ergo ratione* (inquit) *optimus, & nulli reprehensioni obnoxius pædagogus est Dominus, qui profert insignem benignitatem, & clementiam, vniuscuiusque hominum naturæ miseretur*, & dissimulata clementia in filium insurgit, armat creaturam, mortem obiicit, vt viuat Absalon vita gratiæ, & gloriæ.

Iob 10. 9. *Simile.* Psal. 102. 14. a 1. Pædago. c. 8.

VERBVM FILII.
Matth. 6. v. 16.

Cùm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.

Mortem intentat in hominem, qua faciliùs in mysticam mactationem ieiunij, demissionis, & eleemosynæ inducat.

DISCVRSVS LXXX.

1. OMNIBVS ergo viribus (ait Alexandrinus Clemens [b]) humanæ naturæ pædagogus Deus atque diuinum eius verbum, vtens omnibus sapientiæ machinis infantes conseruare aggressus est, admonens, reprehendens, increpans, arguens, minans, sanans, promittens, gratificans, multis quibusdam quasi frænis à ratione alienas humanæ naturæ appetitiones alligans. Verùm hodiernum inuentum, quo se iratum simulat, mortem minatur, & omnibus mortis sententiam denuntiat; maximè Patris æterni charitatem ostendit, timiditati hominum mortis sententiam proponit; *venid secretario leed males la sentencia de muerte à estos hombres. Quid tam paternum* (inquit D. Petrus Chrysologus [c]) *quid sic veniens de amore? quod tam prouidum de charitate consilium? que inuencion tan de Padre hazerse Iuez, sentenciar a muerte a su hijo para darle la vida, y repartarle?* Audi obsecro, & extremum iudicij diem aduenisse credes. *Aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem seruis tuis Prophetis, & sanctis, à iudicio mortales: venite ad iudicium.* Quamplurimi Doctorũ existimarunt hæc verba Apoc. de die iudicij agere, cùm tamen aliter se res habeat; vide dissimulatam clementiam, qua ratione insolentiam nostram compescere, & frænare conetur his verbis:

b Cap. 9. lib. 1. Pædagogi. *Optimus pædagogus Verbum.* *Terret hominem paterna & simulata ira.* c Ser. 7. Apoc. 11. 18. Primasius, Beda, Andreas Aretas, & alij.

Memento homo. Tibi ô homo, denunciatur mortis sententia, existimaueras tuam causam derelictam, vel obliuioni traditam? *ya mi processo estarà hechado en el carnero?* immo contra te capitalis fertur sententia: iam satis hoc tibi fuerat denuntiatum. *Memor esto, quia mors non tardat: mira, que la muerte no se duerme en las pajas, que no es pereçosa en venir*: sicut de diligentissimo famulo soletis dicere, *pues fulano no se suele tardar*, id est, *es diligentissimo.* & addit, *& testamentum*, (hoc est, decretum)

Denunciatur homini mortis sententia. Eccli. 14. 12.

tum) *quod tibi manifestatum est*, &c. *morte moriatur*. Quis denunciat sententiam? puluis; quibus verbis? puluere; non opus est verbis ad denuntiandam mortem, speculum, exemplum, & cadauer, aut puluis tacendo loquuntur, & prædicant. *A multis nobis mors denunciatur.* Moritur delicata, & formosa fœmina, nudatur vestibus, capillis, annulis, redimiculis, alabastro manuum sæpius à Poëtis decantato, & sub D. Francisci habitu in feretro visenda prodit pallore, & fœtore intolerando, quàm clarè loquitur ad fœminas: *ibi* (ait Ecclesiastes) *ibi cunctorum finis admonetur*, tacendo ad omnes loquitur, omnes mortales esse persuadet. Eccl. 7. 3.

2. *Memento homo.* Quem alloquitur? quem maluetis? omnes, viros, & fœminas, *homo* vtriusque sexus nomen est. Loquitur ad Tullium, quia oratores moriuntur, loquitur ad Virgilium, quia moriuntur Poëtæ, loquitur ad Senecam, quia intereunt Philosophi, loquitur ad Cæsarem Augustum, quia puluis sunt Imperatores, loquitur ad Pompeium, quia in puluere iacent strenui duces, loquitur ad Marcum Antonium, quia puluis fiunt elegantes, & politi homines, loquitur ad Cleopatram, quia puluis sunt compositæ, & ornatæ fœminæ, loquitur ad Turcam, quia moritur Baiazethus, loquitur ad Austriacam familiam, quia cinis iam sunt Carolus, & Margarita, loquitur ad Pontificem, quia octauo die vnus Vrbanus in puluerem resoluitur, loquitur mecum, quia cinis sum loquens, & spiritu affectus, loquitur ad vos omnes, quia puluis estis, & filij Adam. *In omnes fertur sententia mortis.*

Homo, quia puluis es. Omnes mortis rei sunt; quia vna omnium est causa, nempe, quia puluis sunt, communis labes, communis infirmitas ad omnes vos se extendens: aliæ enim calamitates non omnes vexant. *Communis sententia mortis.* Demergitur nauis onusta mercibus illius mercatoris, ridet eques, qui de annuis censibus, vel terræ prouentibus vescitur: ægrotat ille nimio cibo oppletus in nuptiis, & ait temperatus, quare immodicè epulatus est? transfigitur gladio noctu ille alter, gaudet, & inflatur vacuus periculo, qui ad horam orationis fores obstruit: verùm cùm dicitur, Petrus obiit diem, non est cur aliam assignes causam, quàm quia puluis erat, & tu *puluis es:* terminus enim singularis est, & indefinitus, *homo, puluis es*; *morte moriatur.* Si igitur omnes eadem ægritudine laborant, morientur omnes simul? si vna de causa capite mulctandi sunt, eadem die carnifici tradentur? minimè: in hoc enim pietas etiam dissimulata est, vt non vna die moriantur, sed (vt inquit Ecclesiasticus) *mihi heri, & tibi hodiè, vno ayer, otro oy auista del otro*; illi vera morte ante diem cinerum, hi mystica morte in eadem die: hoc enim summa pietate consultum, & præstitum est, vt vnius mors alterius sermo fit, & documentum; & quia hoc consilio extorquet Deus ab homine, quod aliàs difficulter ab eo obtineret: sicut 2. *Machab.* 7. tyrannus ille Antiochus iubet ne simul morte afficiatis septem hos fratres, sed vnum post alium; quare? vt sic vni detur locus pertimescendi, & à proposito discedendi; itaque vt pereant animo, & corpore, vnus coram altero plectatur. Contrà verò Deus noster, Deus saluos faciendi, iubet vt obeat proximus senex, vt iuuenis resipiscat, moriatur magister, vt liberetur discipulus; antiqua sunt huius pietatis diuinæ documenta: nam Leuit. 1. 14. in

Summa pietas diuina non omnes vna die extinguere.

3. Cap. 38. 23.

A simili ex sacra Scriptura.

auium sacrificium, & holocaustum binos passeres adduci imperabat, vnus tantùm mactandus est. *Simile. Ex sacra Scriptura.* Quare duos Domine præscribis adduci, præcipuè cùm alter liber in agrum sit emittendus? ideo (ait Dominus) in vnius passerculi mactatione alterum adesse iubeo, vt pietatis diuinæ detur exemplum, quæ sic morte afficit vnum hominem, vt alter in meliorem frugem conuertatur, sic mortificat corpus, vt saluetur animus: quare vt hæc disciplina in his passerculis planior fiat, alterum, qui emittendus est, tingite sanguine emortui socij; ea enim est mortis Philosophia, vt etiam bestiolas rationis expertes corrigere valeat. Leuit. 14. & 13. v. 50. & 51. Hoc item pietatis exemplum, & paternum consilium præstitit Dauid in obitu filij, licèt enim milites coëgit, & exercitus armauit contra rebelles, & contra filium; morte tamen afficere rebelles tantùm intendebat: cùm verò vidit alterum passerculum etiam obiisse, & periisse filium, hæc luctus causa, & lacrymarum ratio fuit. Similiter etiam Deus, *cui de auibus cura non est*: *no haze caso de que viuan, o, mueran los paxarillos*; nos quasi passeres binos in templum vocat, & postquam his diebus vera morte mulctauit Petrum, Ioannem, Doctorem, ciuem, fœminam, quam vos cognoscitis, nunc subitò in nos omnes mortem intentat, vt moriamur penitus? minimè, sed vt dum morti proximi sumus, sanguine, hoc est, cinere tincti, & signati sonet vox illa dulcis, *soluite, & date illum matri suæ*, ideo post tristem vocem *memento homo*, exclamat Propheta, *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*; *non ignorans, bien sabe lo que haze Dios: partibus iudicans dabas locum pœnitentiæ.* *Simile.* 4. Interlinealis, & Nicolaus explicant, *per partes puniens. oy vno mañana otro, y no haziendo cuenta con lo venidero, si no perdonemos oy a este, que mañana Dios dixò lo que serà por esperar se haze del que no sabe, y no los castiga a todos en vn dia, por esperar à ver si a caso se mejoran*; quemadmodum euenisse dicitur principibus, & equitibus, qui cùm in aulam amplissimam iam educti essent, & per ordinem positi, vt omnibus caput amputaretur; cúmque in vnam partem carnifex accederet, districto ense vt prioris caput præscinderet, rogat primus eques, obsecro, ne primus ego iuguler, sed per aliam partem incipias, tibique libenter concedo catenam istam auream, & auream crucem pretiosis adamantibus distinctam: fit ita, & truncatis iam duobus, vel tribus, ecce nuntius regius tuba personat, iter facite, prærumpite fores, sistat supplicium, rex concedit his equitibus appellationis inducias. Contemplare equites vitæ superstites, qui sic repentè à morte liberati ad pedes regis vincti catenis prouoluuntur, amplexantur inimicos, liberaliter annulos, & catenas aureas carnifici, & cuique potenti donant, quàm verè, & ex corde orant, laudant, adorant, gratias referunt regi; ecce quàm facilè vna mors intentata tot opera, tot affectus elicit: *Mors intentata ad meliorem frugem hominem conuertit.* consimili quidem ratione nos in templum rex diuinus vna peccatorum catena constrictos quasi mactandos vocat, denuntiatur mors, pulueris sententia refertur, & dum iam vera morte quosdam sepultos esse his diebus videmus: subitò tuba personat Ioël, & inclamat, sistat mors, inducias concedit Rex, *ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*: *viuan estos caualleros.*

O

Digitized by Google

O dissimulatrix clementia, quæ duram & asperam te esse simulas, quanta pietate pugnas aduersùs eos, pro quibus pugnas. Guerricus Abbas, *O clementia con vara de iusticia, blandura con mascara de rigor que quieres de mi con estos amagos?* id nempe, quod illi equites libenter præstiterunt, nempe vt ieiunes verè, vt ores Regem sine hypocrisi, vt bona tua etiam pretiosa libenter expendas in pauperes, vt inimicos amplexeris, vt liber sicut passerculus aduoles, tinctus tamen sanguine, & puluere, vt mortalem te confiteare, & ab angustiis mortis mea tantùm pietate liberatum. Optima quidem ars: *linda inuencion* (vt aiebat Clemens Alex. [a]) *bona autem hæc ars terrere, ne peccemus: timor enim Domini peccata extrudit*, & diuinis iussis nos reddit attentos, quæ sic habent.

Scopvs Evangelii.

a Cap. 8. 1. lib. pædagog.

5. *Mystica mactatio pænitentia adumbrata.*

Cùm ieiunatis. Mortis mysticæ figuram præscripsit Deus *Leuit.* 1. 14. cùm de auibus holocausti ritum imperauit, indéque ad animos nostros, & corporalem mactationem per dolorem, & ieiunia, exempla transferamus, vt ait Origenes [b], *Si autem de auibus holocausti oblatio fuerit Domino, de turturibus*, &c. *offeret eam sacerdos ad altare*, & quæ sequuntur, omnino præstabit. Primò *vesiculam gutturis; el buche, y cebadero*: secundò euellet omnes pennas, easque ad orientalem plagam proiiciet, *in loco, in quo cineres effundi solent*: tertiò item retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco, vt sanguis profluat, *decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris*: quartò *ascellas eius: los encuentros, y alones*, sine ferro, & instrumento confringet, & omnino non secabit, sicque adolebit super altare; holocaustum enim est, & oblatio suauissimi odoris Domino. Nihil est in te, ô Christiane, quod Deum non offenderit, & dissonum fuerit rationi; quare te totum in holocaustū tradere hodierna die æquum est: te enim quærit; nam de auibus non multum curat, sicque veticulam cibi gulam, & ventris ingluuiem extrahere primò oportet, *cùm ieiunatis.* Secundò etiam sanguinem mittere oportet; ad orientem tamen, & iuxta altare: vita enim bonarum tuarum operationum, nempe intentio in Deum rectè tendere debet sine hypocrisi: *nolite fieri sicut hypocritæ tristes*; tertiò tamen pennæ diuitiarum, & cogitationes elatæ, & vanæ collectæ in locum cineris proiiciantur (vt ait Rupertus [c]) quia & pauperi vt superfluæ erogandæ sunt, & extollentia, & arrogantia per humilitatem mortis demittenda. *Thesaurizate vobis thesauros in cælo.*

b In Leuit. c. 1. 14.

Divisio Evangelii.

c In Leuit. c. 1. lib. 1. c. 7.

6. *Nimius cibus omnino vitandus vt peccati occasio tollatur.*

Cùm ieiunatis. Principiò ergo vesicula gutturis exhaurienda est parciori cibo: frustrà enim peccatorum occasiones, & obliuiscendi Dei quærimus, vbi edacitas est, & intemperantia in victu. Euincam hoc ex diuersis locis sacris. Ecclesiastici 1. *Melius est ire in domum luctus, quàm in domum conuiuij; in illa enim finis cunctorum admonetur hominum.* &c. at in domo conuiuij quid spectabis? tacet sacra Scriptura, & missa facit, quæ in domo immodici victus contingere solent, vt hoc silentio denotet, ibi sic excedere modum homines, sic transire fines verecundiæ, & temperantiæ, vt consultius sit reticere, & omnino tot monstra supprimere. Videas hoc in filiis Iob ad diuinas laudes à parente sancto bene doctis, & institutis: cùm autem mensæ accumbebant, statim parens se totum in preces dabat; *ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deum in cordibus suis: porque no succeda, que pequen, y digan blasfemias contra Dios.* Duo circa hunc locum exponenda sunt. Primùm Iob sanctus ad conuiuia conuenire, vocat occasionem peccati præbere: vestra enim intempestiua, & perniciosa conuiuia sic immodica delectatione, inani lætitia, dictis, obscœnis verbis & motibus plena sunt, vt etiamsi ad temperantiæ normam edere incipias, peccato consummetur conuiuium; quare contingit sobrio idem, quod pulsanti citharam, qui etiamsi summa dexteritate vnam chordam pulsat, illa, quæ non longè est, aliquanto tremit, & sonum efficit: sic etiam cùm vitia quamdam similitudinem, & consensionem habeant, qui delinquit in secundo præcepto, in septimo etiam sæpissimè peccat; nam qui multum iurat, multum mentitur: sic similiter etiamsi vna ex chordis vitiosis saturitas sit, & temulentia; tamen qui in illa delinquit, peccat in aliis: *Engazados estan el antojo, y torpeza con la gula ordenados estan vna region habitan, a la replecion sucede el appetito; y assi entre los Herejes hay, omninubentia, casarse, o, aman cebarse con todas: assi tambien hay entre ellos su hermana omniuorantia comer de todo, y assi entre Christianos no te admire ver deshonestos, pues los vees regalados, en casa de los templadores, donde viue la pureza, medida, que no merece los castigos de la luxuria, que se mide con su necessidad; no con salsas, ni ambicion, sino satisfaciendo a lo que el alma pide. Quita quita essos voluntarios venenos, mete del estio, y elo de la canicula, ostias engordadas en el cieno, conchias perezosas los enfardados, los rellenos, las empanadas, los salados, que abrasan las entrañas, de donde salen arrojados los singultos, los regueldos, y la embriaguez passadas. Antiguamente la naturaleza contentauase con poco, vnas puches, vna torta cocida en rescoldo, vnos pocos datiles, sacauan a desafio los del cielo sobre la felicidad, y gloria: agora toda la pompa estendida de aparadores, mesas, y guisados, da vn poco de consuelo a vn estomago hambriento, y da gusto el manjar, que sale por la misma puerta, por donde acaba de entrar, y se le sigue aquella rabia, y rabiosa palabra*, quousque edam? *y para no tomar fastidio inuentan, y renueua inuenciones. Quieres triumphar desta gula homicida desde el principio del mundo, que vendio la salud, y saluacion atormentala con hambre. Quieres hazer de ella sacrificio, y con animo contrario a placar con ella a Dios ten hambre, y le aplacaras. Pecò Israël, pecò Ninive, y lauaron se con el ayuno, y vn maldito Achab despues de la idolatria, y muerte de Nabot, y de la herencia injusta con vn saco, y con el ayuno apartò el azote de Dios de sus dias. Anna con el vientre vacio de manjar merecio, que solo llenasse el Cielo de vn hijo caido de alla. Moyses despues de ayuno vee à Dios quanto puede vn hombre, el gloton no dize sino comamos, y beuamos, que en todo lo demas no hay alegria: palabras Luteranas, hijas de la gula, y del Padre de mentira.* Ecce resonant *otiositas, & ludus, sedit populus manducare, & surrexerunt ludere. Loquacitas*, & linguæ libertas; ideo enim illi diuiti epuloni sitis in lingua pœnitentiæ gratia iniuncta est: *impietas*; nullus enim miseretur epulis refertus venter; *& opimus bos: el buey bien comido no amancilla del hambriento*: Amos, *Comedentes agnum de grege, & vitulum de medio armenti, bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti; & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Se fanta plates la flor del mundo, el vino preciosos,*

Iob 1. 5.

Conuiuium occasio peccati.

Peccatum peccata trahit.

7. Exodi 36. 6.

Cap. 6. 4.

tioſo, el ambar olores, perfumes, venga la penada el barro, &c. contriti autem Ioſeph pauperis nulla recordatio, nulla ſolicitudo: & ſicut ille Barbarus rex Chananęus ſeptuaginta reges amputatis manibus, ac pedibus adducebat qui ſub menſa colligebant reliquias, vt inſtar canum rabie, & fame vnus aduersùs alium inſurgeret, crudele ſpectaculum; ſic vos feralia, & barbara conuiuia inſtruitis: nam incaleſcente cerebro cibo, & potu, ſoluta lingua, & effuſa in murmurationem labitur, & ſeptuaginta reges, Pontifices, Epiſcopos, monachos in conuiuium trahitis, & inter ructus, vina, riſum, puriſſimam Virginem, & ſeruorum Dei vitam, moréſque morſibus laceratis, ibi pedibus teritur, conculcatur, conſpuitur omne ſanctum, ac ſeuerum viuendi genus, iniuriæque ſic illatæ & vulneris inflicti nullus dolor, nulla ratio eſt: dulciter enim infliguntur vulnera, dum lingua dulcia percipit, & calet vino: ingens, & execrandum malum, quod quia in dedecus filij Dei futurum erat,
Pſalm. 68. 3. multo antè deplorauit Dauid, *Aduerſum me loquebantur, qui ſedebant in porta, & in me pſallebant, qui bibebant vinum.* Pater ſancte, non ſic crucior Iudæ traditione, tormentis, ſpinis, cruce, flagellis, morte denique ipſa, ſicut dolore afficior, quem præterire nolo: video enim principes, gubernatores, iudices, *qui ſedebant in porta*, inſultare, & irridere mihi: Væ qui deſtruis templum Dei, & hoc non multum eſt: grauiſſimum autem, *& in me pſallebant, qui bibebant vinum: los que beuian, y brindauan dezian coplas de mi*; quia (vt notat Genebrardus) non ideo tantùm ad conuiuia veniebant ob ſaturitatem, & ebrietatem, ſed vt nugacem aliquem, & deriſorem audirent; & per ludibrium aiebant: Age, decanta nobis obitum crucifixi Nazareni illius iniqui, quos geſtus edebat, quæ verba moribundus proferebat, & illius inſani inanem illam fiduciam in parente, quo modo à Iuda traditus; *di nos el romance de ſu priſion.* O mi Redemptor, quò tuus honor peruenit? inter ructus vini, & epularum tuæ ſacratiſſimæ paſſionis memoria deuoluitur, & iactatur? Sed grauiora ſuperſunt: ideo enim dixit Iob, *Ne fortè benedixerint Deo in cordibus ſuis*, quorum verborum planior ſenſus eſt; multo manè ſacrificia ad Deum & orationes offerebat Iob, ne in cordibus ſuis benedicerent Deum conuiuantes filij: quæ benedictio erat hæc? aliqua fortaſſis inſignis blaſphemia; humanum enim cor cupediis, & comeſſationibus allectum, & ipſa dulcedine cibi, & abundantia quaſi extra ſe ductum mero ardens, riſu, & delectatione in hæc ſenſibilia bona demerſum ſibi gratulatur, & delitias ſic diligit, ſic amplexatur, vt ſecum ipſe tacitus dicat: Suaue quidem. hoc eſt, ſinat nos Deus liberè illo frui, & ille interim ſuo gaudeat cælo; quibus verbis Deum cognoſcentes abnegant, & vocantes reiiciunt, & beatitudinem illi deſiderantes ſubrident, & illudunt, & ſuam illi anteferunt: *eſta ſi, que es cielo, eſta ſi, que es gloria, que haura mas en el cielo, que hay en eſta meſa?* decorantes cælum dedecorant, & ventrem vt Deum, & extremam felicitatem colunt. Age mors, ecce abalienati ſunt retrorſum, grandiori voce excita illos, audient vocem poſt tergum monentis: *Memento homo, quia puluis es*; ſola enim mors à ventris cultu hos idololatras poteſt abdicare: idolorum enim peſſimum eſt venter, (vt ait Clemens Alexandrinus) *his autem, qui ad luxum menſarum ſunt propenſi, præeſt dæmon belluo maximus, quem ego non verebor ventris dæmonem appellare, dæmonem omnium peſſimum, & perniccioſiſſimũ*; huiuſmodi videtur eſſe Babyloniorũ dæmon *Bel* nuncupatum, quod idem eſt, *ac deglutiens, aut belluo: el comedor, y el tragador*; cuius hiſtoria eſt apud Danielem, cui quotidie epulæ inferebantur quadraginta pecora, & ſimilæ artabæ duodecim, viniquc amphoræ ſex, ſicque rex perſuaſerat ſibi idoli diuinitatem, vt Danieli dixerit; *Quare non adoras Bel? non videtur tibi eſſe Bel viuens Deus? an non vides quanta comedat, & bibat quotidie?* erras rex, erras homo, exiſtimans Deum eſſe ventrem; qua tamen ratione tibi eripiam errorem? ea nempe, qua vſus eſt Daniel: nã cùm appoſitos cibos ſacerdotes ſurriperent ingredientes per abſconditum in[illegible]oitum; præcepit illa die Daniel pueris ſuis, & attulerunt cinerem, & cribrauit per totum templum coram rege, & egreſſi clauſerunt oſtium, poſtea verò ingrediens oſtendit Daniel regi pauimentum: *Animaduerte cuius veſtigia ſunt hæc*, & ait rex, *Video veſtigia virorum, ac mulierum, & infantium*, quos cùm occidiſſet, *tradidit Bel in poteſtatem Danielis, qui ſubuertit, eum, & templum eius: degradò, y derribò la falſa Deidad.* Ideo mater Eccleſia videns quas epulas ventri quotidie filij ſui inferant, hunc prauum errorem illis euellere deſiderans cribrat ſuper eos cinerem, vt è veſtigiis impreſſis, quæ in ſepulcrum properant ex ructibus, ex vomitu, ex temulentia dignoſcant facilè falſam Deitatem, & vni Deo inſeruiant. Hæc omnia euincit memoria mortis, ideo cùm ait, *cùm ieiunatis*, memoriam iſtam adhibet, *memento*, quod ſi non credis, *confer mihi* (ait D. Baſilius [a]) *hodierni diei veſperam, cum veſpera craſtini conſpicies ciuitatem è tumultu, ac tempeſtate mutatam in profundam tranquillitatem: la muerte, y el ayuno han compueſto la eſcuela como maeſtros ancianos venerables, nadie chiſta en ſu preſencia.*

Venter pro Deo colitur.

Cap. 14. 3.

Gula remedium cinis.

Dan. 14. 17. Ibid. 19. Ibid. 21.

a Orat. de ieiunio.

10. *Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.* Iam caput paſſerculi ad collum retorqueri imperatur, iam humilitas præcipitur, iam denique intentio rectà in Deum tendens iniungitur: *que le tuerçan el cuello ala tortolilla*; collum in diuinis litteris ſignificat elegantiam, extollentiam, Hiſpanè à gallo gallinaceo, *gallardia vana*, nempe mulierum, & virorum. *Pro eo quod eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, decaluabit Dominus verticem filiarum Sion:* extento collo ambulare habitus inſolentis eſt, qui ſpectari velit ab aliis. Aliqui graues auctores putant Iſaiam agere de viris mollibus, & effœminatis, qui ita ſe muliebriter colunt, vt fœminæ nuncupentur: *à ellos diges, y à ellas las del alçacuello*, quæ ſupra cæteras videri volunt ſubtracto ſibi cothurnorum argenteorum adminiculo, ego eradam capillaturam, & extollentiam colli & oculorum demittam: qua die enim voluero eorum ſacrificium, collum contorquebo; ideo D. Gregorius aſſerit velle Deum, vt ante omnia offeramus illi hanc vanam elegantiam, & faſtum; vt aduocatus, & vir ſapiens extollentiam, quam inter libros ſcientia generat, demittat vt florens ætate iuuenis contorqueat collum, & frænet ſeipſum, & compta, & polita fœmina oculos à ſeipſa, à ſpeculo, à ſpectatoribus auertat, & in pulue

Matth. 6. 16. *Humilitas & recta intentio.*

Iſai. 3. 16.

Faſtus demittendus in pœnitentia.

Viri effœminati.

Caput Deo demittere discant omnes. puluerem conuertat, vt eques, & princeps det collum Deo, summittatque se ministris eius: hoc enim iubet Iesus noster, sicut quondam Iosue præscripsit, qui semel deuictis quin-
Iosue 10. 24. que regibus, *super colla regum calcare iussit: haZed que muestran sujecion de la grandeZa, magestad, y soberuia: tu inimicorum colla calcabis;* iugúmque legem suam vocat, cui fideles colla submittunt. Duo nobis opponunt filiæ Sion, hi elegantes, & politi. Primum nō est proprium principum demittere grauitatem, ieiunio, & humilitate submitti, audiant in primis quid sa-
Cant. 1. 10. pientissimus rex in sua regina laudet: *Collum tuum sicut monilia: es tu cuello como vn joel*; &
11. cui emblemati pulcro comparat? ὁρμίσκος Græcè, illi nempe, quod arcuatam formam inclinati colli habet, quasi diceret, etiam in collo tuo monilia pulcrè elaborata imitaris; nam non incedis nimis erecto collo, quod elationis est
Demissio non dedecet nobiles. signum, quin potiùs inclinato, & submisso. At dices, indecorum hoc est, & dedecet equites, & illustres viros: falleris tamen vt ex opportunitate, occasione, in qua dictum est, probabo. Dixerat sponsam suam reginam perinde esse sicut equus gloriæ suæ; nam cùm equus nitet, & splendet pulcerrimè stratus bullis pretiosissimis, ephippio, tegumento deaurato, stapedis argenteis, fræno bullis ornato, torulis, crepitaculis, annulis, & circulis, morsu multo percrepans, phaleratus monilibus, nolis, & sonalibus argenteis ad sonitum dispositis; in nullo tamen generosior, quàm cùm incuruo collo ad gallorum similitudinem demittit caput ad pectus vsque; quia tot monilibus stratus, & regem gestans, opus est oculos demittat ad pedes, ne cadat ascensor eius: *seria gran tacha tropeZar, y encarse cauallo tan lindo*; sic etiam licèt nobilitate, dotibus, & gratiæ donis ornata sit anima, & vndequaque decora, nihil tamen Deo gratius, quàm in tanta gloria curuo incedere
Ieiunij lex etiam equitibus lata est. collo, animo Deo submisso: *animo reconocido con la gracia, y que mira donde pisa por no caer, que se ya fea caida*; hoc reginæ proprium, sponsæ Dei, & filiorum eius, nec vilitati, sed humilitati, nec pusillanimitati, ac modestiæ tri-
Cant. 1. 9. buendum est: ideo *equitatui meo assimilaui te, es proprio de caualleros Christianos*, etiam ieiunij lex equitibus lata est; sicut de Danielis exem-
a Daniel. 1. 8. plo noster adnotauit Maldonatus [a], qui in palatio regis Babylonis *proposuit in corde suo, ne pollueretur de mensa regis, neque de vino potus eius*, Caluinus non religione fecisse Danielem, sed prudenti præuisione animi: *non por religion, sino por estado, y policia*, ne regiis dapibus inescaretur, quibus sibi laqueos parari præsentiebat: *por no obligarse con los platos del Rey; omnibus enim saeculis hanc regulam voluisse omnia munda mundis.* Hæretica quidem responsio, &
Tit. 1. 15. politicorum semina, contra quam stat illud
12. verbum, *ne pollueretur*, contrarium non delitiis, sed religioni, cui ne contradiceret, absti-
Ieiunium Danielis tur ab ipso laudatū. nuit. Verum vates sanctissime, & ab ipso Deo commendatissime, qua te ratione ab arrogantia liberum dicam, cùm te ipsum laudas non manducasse, vt obseruares legem? Vrget difficultatem Maldonatus, cur sibi Daniel hoc tribuit, quasi alij socij non idem fecerint, quod videtur speciem quamdam arrogantiæ præseferre? Respondet autem esse vero simile Danielem, & nobilitate generis, & ætate, &

prudentia, & pietate, atque auctoritate cæteris sine vlla controuersia præstitisse, ideoque cùm de se, & suis sociis mentionem facit, primo semper loco se nominare solere: igitur omnes quidem idem vitæ institutum tenuisse, sed Danielem eius sanctissimi consilij auctorem fuisse; ideoque non arroganter, sed verè simpliciterque narrauisse, quemadmodum se res habebat: *que dezir el rey ayuna, los de la camara comulgan, los nobles rezan, no es cosa tan nueua, que no la puedan dezir ellos*; ad hoc enim tenentur & nobilitatis, & gradus præstantia. Secundum opponunt nobis hoc genus humiliationis, & incuruati colli hypocrisim sapere, quam Dominus è sua Ecclesia eliminare conatur: *nolite fieri sicut hypocritæ*; quæ obiectio nullam vim contra me, nec contra Euangelium habet, quin potiùs optarem ego te hypocritam fieri, non vt in Euangelio prohibetur, sed qua ratione iamiam explico. In hanc calamitatem nostrum venit sæ- *Iā pauci hypocritæ reperiuntur nisi alterius rationis.*
culum, vt etiam diligenter conquisitos hypocritas reperire non valeas, signum euidens pro nihilo duci sanctitatem: sicut si in æstate conquereretur quidam neque paleam inueniri, & in vindemiis non inueniri botrum derelictum, statim sterilem annum hæc indicare dicitis: sic etiam vbi virtutū prouentus steriles sunt, 13.
& exercitia deuotionis, & sanctitatis cessarunt, vel ferme nulla negotiatio est, etiam nec sancti sunt, nec simiæ sanctitatis: *no hay hombres santos, no hay monas de santidad.* Plangite super rempublicā *Cur plangenda respublica quæ omnino hypocritis caret.*
hypocritis carentem, caret enim sanctis; quorsū ille aduocatus litteras ostentabit, vbi nihil habētur litteræ: tempore quidē Pilati, vbi præses merè laicus tres pariter linguas callebat; tunc quidem opportunè sui aduocati litteras fingere, & ostentare poterant: modò verò cùm videmus Ecclesiasticum, qui vulgarem linguam, nedum Latinam nescit legere, quorsum qui se fingit sapientem, vt ecclesiasticam dignitatem obtineat? si tibi soluerent debitum, & afferrent saccum plenum æreis monetis adulterinis, & fallacibus: *vn costal de quartos falsos*: apage (inquit) hinc tollite æs istud simulatum, & rude, & ad fabrum ærarium afferte: *lleuadselos aun caldarero*; nam cùm communiter in æreis istis monetis dabant, & accipiebant solutionē homines, potuissent facilè hæ adulterinæ monetæ aliquo fucato nitore inter alias monetas signatas valere; modò verò quid fiet de illis? cùm iam omnes viluerunt, & nouo sigillo obsignatæ sunt: *ahora, que estan todos marcados, mal se esconden los falsos quartos entre los otros.* Consimili ratione cùm erant sancti hypocritæ immiscebant se, & vt sancti reputabantur; nunc verò nec illi, nec sancti reperiuntur: qui autem sint veri hypocritæ, hoc signo dignosces.

Exterminant enim facies suas: (destruyen,) demoliuntur veram sanctitatem, & naturam, vt se 14.
ad sanctitatis speciem componāt: sunt quasi rudes pictores, (hac enim via plures hypocritas esse reperiemus) nā pictores strenuè, vt possunt naturam imitantur; ars autem omnino naturam non potest attingere imitando, pingunt enim Hieronymum saxo pectus tundentem: verùm nec manus, nec saxum pectus vnquā attingunt. Verumtamen etiamsi vitam, & inspirationem non præstant imagini, ars autem forma, dispositione, cōfirmatione, & colore quasi fallit oculos,
Matth. 6. 16.
Qui sint veri hypocritæ exponditur. Simile.

& motus habere existimabis. Si equum vides pictum quatuor pedibus in terra æquè consistentibus, capite inclinato, oblongo, & producto collo, emortuam figuram dices: verùm si depingatur vno solo pede, & manu persistens, alterius vngue vix basim pertingente, altera omnino suspensa, recuruo collo, & ad humerum conuerso quasi mordendi auidum, hæc vera imago est, & quæ proximè ad motum accedit: *esta es pintura prima, que apunta al mouimiento.* Pingit dæmon; verùm hypocrisi nequaquam potest vitam præstare, nec sanctitatis motum, sed speciem tantùm, & fucatos colores, quibus sinceros fallit animos, & sicut tyrones in pingendi arte monstra quædam rudia, & alia similia pingunt; sic dæmon cum rudi Minerua pingebat viros, effingebat pallidos fumo, & squalore consumptos, macilentiores, qui simulato artificio gementes humanam laudem studio quodam adumbratæ sanctitatis aucupabantur: *era aprendiz el demonio entonces, y se imponia para pintar en nuestro siglo*; nam modò hypocritas artificio maiori similitudinis depingit: sicut equum illum, qui vix pedem figunt in Christianismo, qui crucem non in fronte, sed in aëre scribunt, vno genu flexo ad instar venatorum, capite ad fœminas conuerso, sicut si altare retro aspiciendum esset, non pallidi, sed compti, bene poti, non collo torto, & incuruo, sed erecto, & superbo, non squalore confecti, sed odoribus, aromatibus gummi, pectine, & calamistro compositi. Hæc vera hypocrisis, hæc verè ficta religio, hæc apprimè simulata pietas; omnimodè enim exterminant facies suas, demoliuntúrque, quos cùm videtis, dicitis, hic est Christianus? minimè, *sino Christiano borrado, y destruido, y Gentil verdadero*; quare meliùs dicetur hypocrita Christianitatis, & pictura dæmonis viua. Vides ergo qua ratione capitis ad collum incuruatio non obstaret, vt sis, & Christianus videaris? quod vt libentiùs præstes, mortis iteratur memoria, dicens, *Memento homo*, hoc enim eodem argumento Paulus *Rom. 6.* post Baptismum ad modestiam & deponendum fastum & profanos mores inducit. Non ergo *regnet peccatum in vestro mortali corpore, ya no podeis obedecar al peccado mas que vnos muertos: sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes.* Vides, ait Chrysostomus, quomodo illis mortem corporis obiicit, vt sensum omnem & appetitiones in Dei cultum conuerterent? *tanquam ex mortuis viuentes, como hombres que les echaron la tierra en cima, o tenian ya el cuchillo a la gargama.* Itaque iam vos ex hac die quasi mortuos reputate. Vnde D. Athanasius. *Si accedant aliqui, & dicant tibi ne frequenter ieiunes, ne imbecillior fias, ne illis credas, istos enim diabolus subornauit.* Si te ad delitias vocauerint, iam mortuam dicito, & cinere conspersam iam sepultam.

Antiqui hypocritæ opus dæmonis rude.

Hipocryta Christianus & huius sæculi describitur.

15\. *Thesaurizate vobis thesauros in cælo.* Arduum sanè pennas diuitiarum, & fastum euellere auaris, & diuitibus: *han lo de sentir como si les sacassen los canones a vna aue.* Verumtamen mortis memoria omnia obtinet, proiicie (ait Dominus) pennas in locum cinerum, dicite illis, *Memento homo, quia puluis es.* Principiò quidem cogitet diues non esse seueritatem, sed benignitatem pennas illi diuitiarum euellere; diuitiæ enim sunt alæ, quibus in altum tollitur, premit, extollitur, alæ quidem contrariæ, *alas en contradas*: propter illas enim contrarietas est, odia, inimicitiæ, lites, *vbi diuitiæ, ibi bella, & lites*, his alis à Deo fugitis, *Ephraim sicut auis auolauit*, & alas in brachia conuertitis vobis, & vt adiuuetis alis improbis; ideo enim Deus gloriatur, solere se brachia, hoc est, potentiam diuitum infringere, *quoniam brachia peccatorum conterentur*, & his alis diuitiarum, & opulentiæ tot monstra fouetis domi, mulierculas, scurram, lenam, & omnia illa impura animalia, quæ ad vestrum nidum confugiunt, petulans filius, helluo, lusor, otiosus: has ergo alas infringere, euellere, & in locum cineris mittere opus est; quod tamen si tu præstas, violentas mortis effugies manus; mori enim (vt vidisti) necessarium est; vt autem resurgere possis, & mors tibi sine dolore contingat, sume tibi (inquit Gregorius Nissenus [a]) mortem voluntariam, quod ingeniosè satis ipse edocere videtur Cantic. 5. 5. *Surrexi, vt aperirem dilecto meo, manus meæ distillauerunt myrrham*, &c. quomodo surrexi? *quomodo mors in resurrectionem mutatur? Et si myrrha mortis symbolum est, quomodo mors ex morte nos suscitat?* Dura res est mori diuitem, tristis meditatio mortis; vis tibi comparare mortem dulcem, immo mortem ipsam quasi è manibus euanescere, fac, quod sponsa fecit, quæ mortificatione, & morte plenas habens manus propria manu libera, non coacta eleemosynam largiendo, ostium pauperi aperiendo, stillare fecit mortem, ita vt cùm mors venit, somnus illi visa est, & statim de somno surrexit: *gota a gota se distila la amargura de la muerte, quando con tus manos proprias vas dando limosna: voluntarij autem indicium est stillicidium illud myrrhæ fluentis ex ipsius manibus.* Vides qua ratione mors de morte nos suscitat? & cùm in puluerem reuerti necesse sit, sententiam tamen istam eleemosynæ largitio mitigat. Timuit Manue Deum velle illis mortem inferre, peracto autem sacrificio, & ab Angelo suscepto, dixit vxor eius; *Si Dominus nos vellet occidere, sacrificium non suscepisset de manibus nostris*; ita dicam ego tibi, qui largiris eleemosynam pauperi, ne timeas, cùm audis, *puluis es.* nam si Deus vellet te damnare, non tibi zelum istum pietatis plenum subueniendi pauperi dedisset, nec tuum in paupere sacrificium accepisset; necesse etiam est ingredi viam vniuersæ carnis, & ad fores mortis peruenire, ibi etiam præparata tibi est misericordia: inquietos pueros, nimium tamen dilectos, in fronte redimitos serico rediculo, & blando, ad ludum mittitis; *va el niño con su frontal, o, redete colchado*, vt si ceciderit, vt sæpe contingit, lædi non possit, hoc munus præstat eleemosyna infirmis hominibus, vt cùm cecideris super lapidem sepulcri, non collidaris. *Deus prospector est eius, qui reddit gratiam* (id est, eleemosynam.) *& meminit in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamentum.*

17\. Quòd si ad obtinendam pacatissimam mortem, & spei plenam nondum ad cælestia regna thesauros transmittunt, denuntiate illis mortem; omnes enim difficultates superat eius memoria, aut præsentia: peculans iuuenis quàm subito morte interuentus

à for

Matth. 6. 20.

Pietas etiam est diuina diuitias superfluas tollere diuitibus.

Alæ sunt diuitiæ.

Oseæ 9. 11.

Psal. 36. 17.

a In cap. 5. Cant.

16\. *Mors voluntaria per eleemosynam & castigationem dulcem reddit veram mortem.*

Iudic. 13. 23.

Liberat à morte eleemosyna.

Simile.

Eccli. 3. 34.

Mors ab omni peccandi occasione cito liberat.

à fœminæ impudicæ consortio se eripit, auarus expendit diuitias, iniustus aliena restituit, ambitiosus honoris pallium cum famulis diuidit. Quos difficultatis montes insuperabiles iudicabat Pharao, vt populo Dei liberum egressum concederet, omnes vias interclusas putabat: verùm diuina sapientia, & ira semitam inuenit. *Viam fecit semita iræ suæ, & non pepercit in morte animabus eorum: hizo senda la muerte mas que de passo*; quam semitam adinuenit ira? nempe cùm in vnaquaque domo vnum primogenitum perimit à regia domo incipiens, statim è vestigio omnes difficultates euanuerunt, & egressus patuit filiis Dei, quos Herculeos nodos in crumena diuitis vides ad restituendum, ad soluendum debitoribus, vide quàm facile vna febris dissoluit. Existimo certè hoc nos docuisse Deum, cùm Samuel signa dedit Sauli, verè à Deo assumptum ad regnum, ait enim: *Cum abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulcrum Rachel in finibus Benjamin in meridie salientes magnas foueas*; Septuaginta, *salientes granditer*, videbis homines quasi ceruos salientes magnas foueas: *saltar oyas, y reventones, y barrancos sin caer en ellos.* Nouum equidem exercitationis genus, quod D. Gregorius [a] explicat in hoc loco, *qui profectò viri* (id est, spirituales) *in meridie magnas foueas saliunt, quia per feruorem perfectæ charitatis, in*

18 *qua assumpti sunt, cuncta, quæ videntur, sæculi alta despiciunt*; quidquid enim in hoc sæculo altum cernitur, non est vera altitudo, sed fouea: alta ergo sæculi viris spiritualibus vitanda, non appetenda sunt; quia ex occulto se aperiunt, & quos absorbendo recipiunt, ad inferna perducunt. *Viri ergo spirituales foueas saliunt; quia dum se per cæleste desiderium erigunt, terrena contemnunt, velut enim viuis foueis saltum dant, quando vt terrena contemnant, ad æterna bona concupiscenda se eleuant:* hæc asserit diuus Gregorius, quia ad superandas mundi difficultates, & contemnendas dignitates sat est virum spiritualem supernas sedes contemplari: at verò vt auarus, diues, & delicata, & impudica fœmina ad thesauros in cælo reponendos animum erigat, opus est illum hodierna die constituere ex vna parte iuxta sepulcrum Rachel formosæ; & ex alia parte *in finibus Benjamin, a la raya de la muerte:* aperta iam fouea sepulcri; quis enim hac ratione non saltat granditer. Hoc ergo opus, hæc diuina matris Ecclesiæ ars, monere filios suos, accedite ò filij iuxta sepulcrum reginæ, vel Pontificis, videte foueam vobis paratam, & sicut cerui salietis granditer, fouea quidem meretrix, fouea auaritia est, difficile est bona testamento relinquere alienis, prædam restituere, arcas reserare: at audita hac voce, *morieris tu, & non viues*, quàm facile saltabat magnas foueas auarus. Ambiebat plures mundos vnus Alexander, magna, & amplissima subiugauerat regna: *peruenit autem ad fines Benjamin*, id est, cognouit quòd moreretur, & statim vocauit seruos suos duces, & diuisit illis regna sua; quid hoc strenue dux, & Imperator amplissime, quid noui accidit, saltus mihi superest difficilis, quem vt liberiùs, & expeditius edam, opus est ab omnibus me expedire. Sed qua ratione regna tanto labore parta distribuis? cognoui quòd morior, & mors hos saltus grandes faciles reddit. Huc facit quod contigisse legitur illi mercatori Lusitano ditissimo, ad quem B. Franciscus Xauerius: Ite, dicite N. mittat trecentos aureos numos in fideles pauperes erogandos, ludebat ille chartis pictis, dum hæc nuntiantur; dicite (in-

19 quit) Patri me modò occupatum esse, suo tempore post hæc, quod postulat præstiturum. Quid? (inquit Franciscus) tempus illi postea futurum? monete illum intra hunc mensem moriturum, quare disponat domui suæ. Quibus auditis exilit ille subitò, & disponit omnia, & distribuit in pauperes bona, atque ad propinquam mortem, quæ ante mensem obuenit, se solicitè comparat: saltauit granditer. Ideo Ioannes ille Eleemosynarius Episcopus sanctissimus cùm omnes suos thesauros in pauperes diuideret, & in ædificandâ in cælis domo, quæ illi præostensa est, impendisset vt tantum opus perficeret, foueam, & sepulcrum sibi iussit ædificari, cœptum iam opus intermitti iussit; transactis diebus aliquibus monent famuli, quare non præcipis domine fabricam sepulcri absolui? obsecro, vt crastina die idipsum in memoriam reuocetis; quod cùm iterum monerent: O quàm obliuiosus sum, refricate hanc memoriam altera die; quod cùm ita facerent: O me prorsus memoria infelicem, reducite, obsecro, in memoriam hoc altera die; quousque imperfectam reliquisse foueam intellexerunt, ideo fuisse vt granditer saltaret, & incessanter bona sua ad cælestes thesauros transferret. Ideo mater nostra nos admonet: *Memento homo*,&c. quorsum? vt thesaurizetis *vobis thesauros in cælo.*

20 Vidisti iam dissimulatam clementiam, vidisti tempus iræ in misericordiæ inducias esse mutatum, vidisti tempus mortuorum in diem resurrectionis translatum, vidisti iam fideles carnifici traditos, lata, & pronuntiata sententia, *morte moriatur*, modò subitò liberos, & impunitos dimitti; quorsum Domine hæc facta sunt? quorsum ego viuens inter tot mortuos? Ideo non vult mortem peccatoris, vt de peccato simul, & peccatore veram, & grauem vindictam sumat. Iam illa adultera manibus iudicum comprehensa erat, & lapidibus ex lege punienda, & Dominus liberam abire passus est, hoc solo contentus verbo, *Noli amplius peccare.* Magdalenam pariter carnifici traditam, & pœna æterna puniendam verbo absoluit, *Vade in pace*; quo mittis fœminas, illam (inquit) vt lapidibus obruat peccata sua; istam, vt bellum contra se, & peccata gerat; ideo mortem intentat, viuum tamen relinquit peccatorem. Ponderat Ambrosius [a], *Etenim cùm reus occiditur, persona magis, quàm culpa punitur; vbi verò culpa deponitur, absolutio personæ est pœna peccati: el absoluer la persona es darle su pena, y merecido al peccado*; quia dum liber manet, peccatum mille confodiat vulneribus: sicut qui ab aliquo de grauissima iniuria vindictam sumit, non solùm illum gladio transfodit semel, sed mortuum iam iterata vulnera infligit: *toma, toma traydor*, & iudex, qui strangulato iam latroni cor auelli, & in partes diuidi, & sale domum

Marginal notes:

Psalm. 77. 50.

Obstinatum Pharaonem sola mors flexit.

1. Reg. 10. 2.

Omnes difficultates superare facit mors.

a Cap. 4. lib. 4. in cap. 10. primi Reg.

1. Reg. 10. 2.

Isai 38. 1.

Impendente morte saltus magnos edūt mortales.

In vita P. Frācisci Xauerij P. Tursellinus.

Matth. 6. 20.

Quorsum leuis pœna aut nulla imposita liberas abire patitur Christus peccatrices.

Ioan. 8. 11.

a Epist. 76.

Summa pietas viuum mittere peccatorem vt ipse sui criminis vindex sit.

conspergi iubet; sic (ait Ambrosius) *absolutio personæ est pœna peccati: mal para el peccado quedar vino el peccador*: sicut si cùm duo eiusdem delicti complices ad suspendium ducerentur, & dum laquei collo iniecti sunt, & de furca exturbandi, vox illa regij nuntij audiretur, sistite, rex absoluit hominem istum, *Simile.* suspendatur alter tantùm. O misericordiæ iudicium, quid contendis Domine? vt homo hic dum se videt vita donatum, ad regem abeat, & ad eius pedes prouolutus dicat, ô paterna charitas, ô suprema maiestas, quò me tua miseratio tulit? en homuncionem istum funibus peccatorum constrictum, en Domine laqueum, ex hoc ego, & peccatrix illa fœmina vna culpa vincti eramus, & illa in infernum deturbata viginti iam annis, ego, ego ex tunc superstes sum, ego viuus? ego inter filios reputatus? ego Christianus? ego quadraginta dierum pœnitentiæ spatio fruor? quid à me hæc tua clementia nititur obtinere, nisi vt repetito dolore millies confodiam, & con-

21. teram peccata mea; *bona autem hæc ars terrere; ne peccemus: linda inuencion.* *Vissimum pœnitionis genus.* Verùm optima ars est; viuum relinquere peccatorem, vt dum se videt Paulus fune peccatorum liberatum, vitam eremiticam instituat, & dum videt Brunus Doctorem vnum amicitia, doctrina, & professione iunctum è feretro ad inferna detrudi, in speluncis, & cauernis abdere se, & socios in solitudinem secedere cogat; & mulier illa peccatrix, quæ bellum capillis, oculis, & ornatu Deo, & Ierosolymis inferebat, nunc in vasta solitudine suiipsius vindex, carnifex, præco, ductrixque pœnitentium efficiatur; hæc misericordia pœnitentiam, vt vides, adinuenit, hæc ars vestes cilicinas texuit, hic amor catenas, hæc longanima expectatio carceres, & cauernas in rupibus excauauit: quòd si hæc nondum te ad pœnitentiam impellunt, audi inferna, ausculta damnatos: audite miseri, *vni vestrorum diuina clementia pœnitendi locum concedit.* O stridor, ô fragor, ô tumultus, ô lætissimum nuntium, quæ contentio? vnus mille offert annos, alter duo millia. O fideles qualem putatis Quadragesimam illam diuitis epulonis in inferno? qui si vnus è damnatis in mundum reduceretur, subitò fratres suos sanctos, & qui in cælum asserentur, certissimè affirmabat, quid acturus esset ipse, si sibi hi quadraginta dies *Exactio pœnitentia pissima, & vitiis peccatori.* darentur: hæc ergo meæ argumentationis vis maxima est; quis tenetur plus pœnitere, & bona opera cumulare, diues ille auarus post tot millia annorum in inferno, an tu peccator, an tu peccatrix, quibus pronuntiata sententia, regis clementia supplicium cessare iussit; & te tot annis non in igne morantem, sed in Ecclesia regis aula degentem *Ier. 1. 2.* viuere passa est. *Plora bis, ne plores in nocte, & non sit, qui consoletur te ex omnibus charis tuis: apareja essos ojos para llorar lagrimas eternas. in maxillis eius, que nunca se han de enjugar:* præpara os ad lamenta fundenda in æternum. O æterni gemitus, ô sempiternus planctus, satius est equidem modò te in lacrymas soluere; vix enim primam lacrymam fundes, quando illam *Deus abstergat: abstergat* *Apoc. 7. 17.* *Deus omnem lacrymam: ni vna, que perdera, y mira su valor*; vna sat est, vnam postulat, vnam seruat, vna dat gratiam, & vna meretur gloriam.

VERBUM SPIRITUS sancti. Apoc. 1. v. 13. & 14.

Vidi similem filio hominis, vestitum podere: caput autem eius, & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix.

Paternum omnino affectum Christus in suos commendat; ieiunij, eleemosynæ antiquitatem, seueritatem cum pietate coniunctam persuadet.

DISCURSUS LXXXI.

Non sat fuit amori Dominum in Patrem mutare (inquit D. Petrus Chrysologus [a]) vt in homines charitate magis, quàm potestate regnaret, vt amari potius posset, quàm timeri, vt denique paterno monitus, & ductus affectu curaret, ne quid nobis de labore iustissimo deperiret; verùm etiam (inquit D. Chrysostomus [b]) cùm filios carnales, cùm modicum pater eorum fuerit senex, tædet vitæ ipsius, & desiderant illi mortem; quòd si citò mortuus non fuerit, contemnunt eum quasi delirum. Ideo Christus Dominus cùm pater esse voluit, in medio annorum voluit mori, ne de senectute tædium sumeremus, statim nos hæredes effecit, quo facto vt patris munus, & affectum amisisse non videretur, resurgens B. Ioanni visus est paterno habitu, & veneranda canitie, & capillis (hoc est, barba) cælesti candore refulgens: *caput autem eius, & capilli erant candidi tamquam lana alba, & tanquam nix.* Primus accessit Rupertus diuina hæc reserare mysteria, & in canitie verbi Dei antiquitatem, & æternitatem contemplatur; Andreas Cæsariensis mysterium incarnationis alto à consilio antiquo, prudentique profectum meditatur; Augustinus iustos, & eorum sanctitatem in Christo natam, & ab illo conseruatam tanquam à capite exponit. Verùm, vt noua veteribus respondeant, parentis nostri antiquitatem, sapientiam, & paternum erga Ecclesiæ filios affectum hic adumbrari, & symbolicis signis inuolui iam explicabo: canities enim quid significat, nisi Christianæ religionis antiquitatem? quam & adstruunt boni Doctores, & Theologi *, & latè, & eleganter Eusebius *lib. 1. sua historia* rerum ipsarum euentibus, & argumentis probat. Insuper autem, ne delirum putaremus parentem, nec fidem eius, canitie optimo sapientiæ symbolo tegitur, & ornatur: *Dignitas enim senum canities*, ait Salomon [c], & Iob [d], *In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia*; & Sapientia ipsa [e], *Cani sunt sensus hominis.* His duobus sapientissimi, & antiquissimi parentis non aspernandam dignitatem contineri probabo, & si

1.

a Ser. 7.

Paternè amat & castigat nos Deus.

b Hom. 23. in c. 19. Matth.

Apoc. 1. 14. *Cultus & habitus Christi paternū munus & amorem denotat.*

* Euseb. lib. 1. hist. c. 4. August. tō. 1. lib. 10. confess. c. 43. & tom. 2. epist. 49. ad Deo gratias, in solut. q. 2. & epist. 105. ad Innocent. Pap. &c. Ambr. lib. 10. in Luc. c. 21. Tertul. in Apolog. aduersùs gētes Clem. Alex. in orat. adhortatoria ad gentes D. Th. 1. 2. q. 107. art. 1.

c Prou. 20. 29.

d Cap. 12. 12.

e Cap. 4. 9.

Digitized by Google

si qua die benignus erga Ecclesiam extitit, hodierno die maxime parentis affectum prodere cum seueritate coniunctum; senex enim est ad dignitatem, sapiens vt medeatur ægritudini nostræ. *Cum ieiunatis, nolite fieri*, &c. paterne nostra bona reponens. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra*: ac denique seuerè peccata puniens, seruans peccatorem; *memento homo, quia puluis es*, & memento (inquit Chrysologus [a]) te habere patrem in cælis.

HAEC DISCVRSVS SVMMA EST.

a Ser. 8.

2\. Ordiar de integro Ecclesiæ, & fidei nostræ antiquitatem, & canos ostendens, ne nobis nouitatem opponant aduersarij, sed hæreditario iure ante ritum omnem Iudaicum, puluerem, ieiunium, orationem, & eleemosynam à primo parente, & antiquis Patriarchis, & Prophetis ad nos peruenisse intelligant. Antiqua est Ecclesia mater, & fidei mysteria, & vt grandæua canos venerabiles gerit, & filios graui senectute venerandos. Probat hoc, qui Ecclesiæ thesauros reposuit, & recondit accuratissimè Eusebius [b], ne existimeris me historiam retexere nouæ alicuius Ecclesiæ, legisvæ nunc inuentæ, sed antiquæ, iam dudum ab Angelis originem ducentis, qui Verbi æterni, quod futurum erat homo, personam venerantes in gratia, & gloria permanserunt: ideoque consentaneum fuit, vt vnus ex eis nuntius fieret tanti mysterij ad Virginem, vt propriis inspectarent oculis quanta de causa Deus æstimabat, & ducebat humanam naturam, in cuius limitibus vna Virgo tam singularibus, & cælestibus dotibus ditata continebatur, quæ non proxima, sed superior, & celsior erat Angelis. *Vean, que no diza la antiguedad de la casa Real de Dios por tomar madre, y esposa en la tierra.* Hinc ortum, & gloriosa primordia duxit fides, & Ecclesia in Verbo, in Adamo, & Eua, in cuius sopore, vel (vt vocat Augustinus) extasi, hoc idem Ecclesiæ sponsæ mysterium reuelauit. Post quem numerosam Patriarcharum illo antiquo ductam origine, fide plenam, & sanctitate enumerat Paulus, *Fide Abel obtulit plurimam hostiam; fide Enoch translatus est, ne videret malum; fide Noe fabricauit arcam.* Ne puteris, quasi diceret, peccata, & idololatriam sæculorum sic fidei lumen extinxisse, & obruisse gloriam, quin fides Messiæ superstes non fuerit: ecce multi fuerunt, qui etiam *terra corrupta coram Deo, & repleta iniquitate* tantam spem, & fidem sustentarunt, non secus atque rigente hyeme, gelu, & niuibus, ne ignari viarum passim vagi, & aberrantes, vel in certo fallente vestigio corruant, & inhæreant in palustribus, limosisque locis; certis locis lapides excitantur, vt dum nemo sit, qui viam demonstret, illi indices sint viatoribus, & ab itineris offensionibus liberos, & securos ducant. Sic idolorum grassante cultu, & occupante præterita sæcula, in qualibet ætate prouidit, & excitauit Deus sanctos viros fide eminentes, qui aberrantes homines ad verum vnius Dei cultum perducerent. Huic doctrinæ porrigit iam dexteram Angelicus Thomas, probans legem nostram, fidem, & Ecclesiam diuersam nullatenus ab antiqua esse, vtriusque fine considerato ducendi homines, & subiiciendi mentes vni Deo, quod Paulus expressit, *Vnus Deus est, qui iustificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidem: Dios hay para todos, para Iudios, y Gentiles, y el mismo es el de agora, y el de antes*; in

Antiquitas Ecclesiæ & rituum diuinarum cæremoniarum.

b Lib. 1. hist.

Hebr. 11. 4.

Gen. 6. 11.

Simile.

3\. Rom. 3. 33. Vide P. Alcaçar.

hoc solum distinguimur, & maximè, quòd lex illa puerilis sub elementis, & pædagogo pueros tenellos regebat: hæc autem grandes viros, perfectos, charitate, & patientia instructos, & probatos generat; atque adeò canos Ecclesiæ capillos esse facile comperimus, & de quibus maximè gloriari possimus. Quapropter ingeniosè satis D. Augustinus symbolum fidei, & emblema fecit, citharam, & tenellum puerum præbentem attentam aurem seni viro pulsanti, vt denotaret harmoniam istam mysteriorum non à quolibet, sed à diuina profectam manu, quam excipiunt pueri, & paruuli humilitate, *sapientiam præstans paruulis*: fidibus autem ingeniosè fidem comparauit, vt ostendit vir catholicus, qui cùm apud hæreses degeret, fidei suæ emblema hac arte composuit, fasciculum fidium in albo clypeo depinxit, hæc verba subiiciens, *Funiculus hæreditatis meæ*; peracutè satis, & propriè, *fides* enim Latinè significat funes illos tenuissimos, qui distenduntur ad musicam, quo etiam nomine vocamus *fidem* Christianam; inter fides autem altisonas vnas, alias demissioris soni, alias acres, alias suaues reperies; *prima* vocatur illa, *basis* ista. Idem in fidei cithara euenit: eius enim mysteria aliqua altissima, alia humillima, alij cælestes ritus, & cæremoniæ, homines extollentes ad cælum; alij autem eos demittentes ad puluerem vsque, & cinerem: & sicut citharœdus fides temperat incontentas, & laxiores, vt nec altissimæ sint, nec demissæ; sic fidei diuinæ mysteria plus, minùsve distendi non debent. Sicut hæretici quidam, qui nimium humanitatem extollebant, alij diuinitatem summè demittebant, neque ista in musicis leuia iudicantur, cùm adstantes scientissimi musicæ, & musicorum aures vel minima sentiant. Vnde D. Basilius, qui pro suo arbitratu fides huius lyræ vel addit, vel tollit, fidem non habere affirmat, & oportere vt sicut apud Athenienses quidam, qui nouas fides citharæ addidit à republica, sicut nocens, & nouitatis amator pulsus est: sic nouatores isti ab Ecclesiæ aditibus eliminentur. Sicut etiam qui perdiscit musicam, auditu percipit, & digitis pulsat; sic qui credit, *per fidem ex auditu* credit; probat autem fidem suam, cùm fidelibus canit, & consonant opera: nam sicut vna fides non bene sonat etiam pulsata, & tentata à scientiori musico; bene tamen cum reliquis congruit: sic fides sola etiam in doctiori viro non sufficit, nisi duabus suis sororibus associetur, spei, & charitati. Et denique sicut fides lyræ licèt ex carne animalis fiat; non tamen humectæ carnis, viscosæ, & recentis, sed antiquæ, exsiccatæ, & mortificatæ: sic in fide id maximè considerandum est, sit antiqua; sectæ enim recenter natæ, & malè curatæ, facile præferunt speciem nouitatis, & fœtorem, & falsas voces mittendo, quas nec ipse quidem Orpheus valeat temperare, cùm vnam fidem teneat vxor, maritus alteram, aliam longè diuersam famuli. Nos verò cùm pleniores voces, & dulces fidibus nostris accommodamus, gloriari in fide possumus, & dicere, *Funes ceciderunt mihi in præclaris*: hæreditates namque funibus mensurantur, cùm in illis primogenita fundabantur, ideoque Ecclesiæ filij cùm se tam felici sorte gaudere vident, dicant,

Fides emblema putaram.

Psal. 18. 8.

Fides lyræ fidei symbola sunt.

4\.

Rom. 10. 17.

Communio & consensio fidelium & idem sentiendi modus.

Fides antiqua.

Psal. 15. 6.

by Google

Funes ceciderunt mihi in praclaris : en tierra de fee conocida, cana, antigua, originada de mis padres. quæ hoc nomine gaudet : *cana fides ; capilli eius candidi.* Apoc. 1. 14.

5\. Si in nostrum hodie templum intrarent Nouatiani isti sacramentarij, Lutherani, & Caluinistæ, qui ad omnia antiqua, vera, & sancta nauseant, & in capite cinerem, in corporibus macerationem, in corde gemitus, in altaribus prostratos sacerdotes viderent, admirabundi prorumperent (inquit Augustinus.) *quid facis ; quia ieiunas, defraudas animam tuam, non ei das, quod delectat ; Deo ergo placet, quia te crucias ; ergo crudelis est quid delectatur pœnis tuis.* O insani, ô impij, & stolidi legislatores, quantum præstat vestræ disciplina nostri parentis, senis, & canis venerandi? qui lumine fidei reuelauit, hodie fundamenta orbis terrarum, & cinerem, & ieiunium, & eleemosynam paternam fuisse nostri excessus medicinam facile probabo ; vt & simul peccatum fateamur, & quæramus medicum, & remedia salutis.

Dis... ...ut ha... ...s y ... ...s ... & E cosa ... ...escranaur.

Que hazes, no ves, que te quitas la vida, dexate de nouedades, piensas, que agradas a Dios con tus penas, mira, que hazes à Dios cruel ;

6\. *Memento homo, quia puluis es.* Nolo antiquitatem pulueris, & peccati probare, cùm non sit obliterata sententia mortis, nec tu possis negare, quod experiris, & tam longo principio ad nos ductum peruenit. Solùm in hoc diuini parentis nostri clementiam explorabo, *Memento homo* ; quæ mutatio rerum est ista? Domine, homo erat, qui dicere solebat, *Memento quaso quòd sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me :* nos item eramus, qui dicere solebamus, *Converte nos Domine ad te, & conuertemur ;* hodie inuerso ordine tu dicis ad nos, *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Sacrosancta Tridentina Synodus hunc loquendi modum exposuit, *Cùm dicitur : Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, libertatis nostra admonemur ; cùm autem respondemus, conuerte nos Domine, & conuertemur, Dei gratia nos praueniri confitemur.* Igitur nunc vox ista paterna personat, *memento homo, conuertimini ad me*, vt opportunitatem temporis æstimemus, cùm ille, qui toto anni tempore conuersos ad se recipit, hoc tempore non solùm recipit, sed vocat, remeat, recipit, & gratia sua præuenit, & conuertit, vt conuertamur; hoc est quod cecinit diuinus psaltes, *recordatus est ; quoniam puluis sumus.* Deus bene memor est, quia puluis sumus, non opus est refricare illi memoriam, quòd sicut lutum fecerit me ; & de industria sciens, & prudens dicit, *recordatus est, quoniam puluis sumus* ; poterat enim vocare hominem, *magnum miraculum* [a], vel *omnium mirabilius* [b], vel *diuinum genus* [c], vel *dominum mortalem* [d] ; vel *omnem creaturam* [e] : cæterùm hæc cognomina neque Ecclesiæ adiuuarent intentionem, nec Deus ita excitaretur ad conuertendum nos, nec ad indulgendum permoueretur : sicut cùm vocat fœnum, florem, vmbram, puluerem : *nombres originales contemporaneos del peccado ; conaturales pues nacemos con ellos* : vnde Dauid à memoria pulueris, *quoniam puluis sumus*, ad memoriam misericordiæ transit ; *misericordia autem Domini*, & commemoratis infirmitatibus nostris, *homo sicut fœnum dies eius, tanquam flos agri, spiritus pertransiuit in illo*, ad misericordiæ remedia expectanda recurrit, *misericordia autem Domini ab æterno.* Antiqua est culpa, sed antiquior est Dei misericordia; illa

pues dizes que se alegra el, y el cielo quando tu te humillas.

Iob 10. 9.

Zach. 1. 3.

Cõcil. Trid. sess. 6. c. 5.

Paternè nunc vocat & recipit peccatores.

Psal. 102. 14.

7\.

a Trismegistus.
b Abdalla Saracenus.
c Plato.
d Pythagoras.
e Gregor.

Psal. 102. 14.

Psal. 104. 16.

ab æuo, ista ab æterno ; ista finem nescit, illa potest habere finem ; ideo ait ; *memento homo.* Meditare igitur, & apposite satis nomen pulueris additum est, non in dedecus nostrum, non in contumeliam, sed cùm principem vocare posset, & vniuersi præpositum, & Angelorum socium, non, sed Adam vocauit, quod perinde est, ac *terra terrenus* ; quare? nonne vt demittat hominem? vt exprobret peccatum? minime, sed vt securiùs, & certiùs nobis indulgentia concedatur, & faciliùs Deus ad indulgendum incitetur ; nam si qua parte sumus Angelis pares, & mundo superiores, nomen nobis daretur, & grauitas peccati augeretur, & difficilis venia redderetur : posset enim dicere, peccasti cum Angelis, ardeas in inferno cum illis, nec tibi, nec illis veniam dare æquum est. At cùm præfigit in nostra admonitione nomen Adam, & terreni, & luteæ compaginis, excitat nos ad dolorem criminis, & vrget se ad veniam conferendam : sicut cùm appetente iam Quadragesima marchionissa 8. quædam de salute filij solicita mittit illum ad Patrem expiandis criminibus sibi dilectum, vt suæ iuuentutis peccata confessione deleat, dat pariter ad eundem Patrem perbreues has litteras : Pater, mitto ad te Franciscum peccata sua aperire volentem, memor esto iuuentutis suæ, ætatis in peccatum procliuis, & quàm citò à te redeat pœna constituta, & absolutione collata : en matris litteras pietatis plenas; quare non vocas marchionem? ne dum personæ splendorem, & dignitatis gradum memoro, grauitatem criminis adaugeam : sed quare iuuenis ætatem labilem meministi? vt sic iudicem excusato peccato (si qua est excusatio) in facilem remissionem inducam. Vide matris nostræ prudentiam, vide pietatem, aderat iam tempus expiandi peccata, quibus filij per integrum annum coinquinati, & astricti sunt, quos vt resipiscat, nuntios facit sui peccati, & sui propositi, & sumpto puluere in fronte perbreues litteras dat ad confessarium ; *Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris* : voca illum non Adam, sed Angelum, non puluerem, sed principem, absit (inquit piissima mater) melius est dicere ad Patrem, *Memento homo ; quia puluis es*, vt cùm ego dicam, memento, *quòd sicut lutum feceris me*, addat ille veniam, & quàm citissimè peccato indulgeat ex compassione, quòd aliàs cresceret ex commemoratione dignitatis. Hoc idem obseruasse videtur D. Lucas, cùm mitteret ad Christi pedes Mariam ; nam non dixit, nisi mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, non appellans Magdalenam, nec dominam castelli Magdali, sed peccatricem : *quien viene aqui? la flaquilla, la peccadora.* Inuentum quidem paternum, & à summa charitate veniens (ait Chrysologus [a]) & si antiqua est culpa, antiquior est Pater, remittens illam.

9\. *Cùm ieiunatis.* Quis neget (inquit Basilius) ieiunij venerandam canitiem, quæ (vt ait Chrysostomus) ab ipsa hominis formatione originem ducit ; nam sicut religionis gratia * nunc Ecclesia prohibet quosdam cibos, & concedit alios, sic ibi lex ieiunij lata est ciborum delectum faciens, qua violata lege, statim in ipsa die dictum est Adamo, *Puluis es, & in puluerem reuerteris* ; ideo piissima mater canes suos

1\. Cor. 15. 47.

Confi. lib... mater nostra puluerem vocat.

Sim. le.

Iob 10. 9.

a Vbi suprà.

Veneranda ieiunij antiquitas.

* Chromatius Episc. Aquilegiēsis causa religionis asso... ...it ieiunādū contra No-

eatores, qui asserunt solùm ieiunandum ad reprimendas concupiscentias.
suos ostendit filiis, quasi diceret, abstinete
filij à culpa, & à cibis, cùm isti ab ipso mundi
exordio simul cum peccato nati sunt, non est
nouum ieiunare, qui peccant, nec cinere con-
spergi inobedientes, nec mortis memoria vr-
geri mortales, iam dudum hæc in Ecclesia
fiunt, ideo non dubium est ieiunaturos, sed
modus vobis præscribitur, *cùm ieiunatis, no-*
a De Helia, & ieiun. c. 4. *lite fieri*, &c. Cæterùm Ambrosius [a] non his
contentus, ante ipsam hominis creationem
iam viguisse ieiunium probat: nam sicut etiam
Ante homines lex lata ieiunij. ante natum principem nutrix designata solet
esse, & pædagogus creatus; sic ieiunium præ-
paratum erat, vt cùm homo mentis oculos
aperiret, iam sub pædagogi huius disciplina
futurus intueretur. Quare ne audeas dicere
non esse in vsu, *primus vsus mundi a ieiunio*
cœpit: splenduit enim prima die lux, & iam
mundus ieiunabat, secunda die cæli extendun-
tur, tertia die terra floribus conuestitur, &
arboribus tegitur, & iam lex ieiunij obserua-
tur in orbe; & licèt quarta die supra mensam
duo luminaria splendent: tamen non est, qui
mensæ accumbat; quinta dies multiplicem
escam piscium protulit, quibus etsi benedictio
Gen. 1. 22. 28. impertitur, *crescite, & multiplicamini*, nulla
lex comedendi sancitur; sexta autem die in
eadem hora, qua animantibus, & homini
edendi facultas est data, orbis à pædagogi
disciplina discedens ruinam miserandam fecit,
& vitam cum morte, principium cum fine
coniunxit, *vbi cibus cœpit, ibi finis factus est*
Per cibos malum ingressum habuit in orbem. *mundi*; vbi cœpit edere, ibi desiit Deus creare,
vt ostenderet per cibos mortis aditum patefe-
cisse, *quòd per cibos mundus deberet imminui, de-*
claratum est, per quos desiit augeri; quare primum
10. præceptum de minuendis cibis fuit: *sciebat enim,*
quòd per escam culpa deberet intrare; sicut medi-
Simile. cus, qui vbi repletionem nouit, cibi parsimo-
niam præscribit. Quare cùm intras in aulam, &
vides palatium magnificentissimè ornatum, aba-
cos splendentes, in culina pueros administros
cum dapibus, assis, & coctis tenentes paropsides
in vtraque manu, ad mensam comportantes,
statisque præscriptionibus pocula ministrantes.
Rogas, quantum cibi præscriptum habet mar-
chio iste? Respondent ad viginti millia numo-
rum, & amplius. O mira res, ecco prægrandi lo-
nræ satis ad escam ista videbantur; mirabar vs-
que modò aulæ maiestatem, & splendorem, &
diuitias principis; modò verò nihili facio om-
nes illius annuos census, & supellectilem am-
plissimam; quare? quia opulentior rex erat or-
bis, & res familiaris vberior; & quia immode-
ratus fuit in cibo, ad summam redactus est ege-
statem, *quòd per cibos mundus deberet imminui*;
& quod peius est hac eadem ratione animæ
Gula peccatū etsi graue ... leuius grauioribus aditum pandit. ruina, & iactura fit. Quid ais? (dices) estne pec-
catum vesci cibis? minimè, nec est peccatū sæ-
pe, nec inter crimina grauius est, sed fortè le-
uius (etsi graue) ideo tamen valde formidan-
Simile. dum; quia per ipsum mors intrauit ad nos. Est
fur, qui intempesta nocte vel fores reserare,
vel fenestras cupit, sed frustrà: angustæ enim
fenestellæ non capiunt, nec dant locum ho-
mini; quid agat furandi cupiditas? erudit
puerum qua ratione tacitus intret ad secre-
tiora, & per fenestellam missus fores, & fe-
nestras aperit, quo liberè iam grandis fur
ingredi, & sufurata supellex possit educi.
Inter capitalia crimina est quasi puer edendi
excessus, peccatum autem illud semel admis-
sum reliquis vitiis ostium pandit; turpis, tunc,
ex vicina luxuria, quæ nudos parietes relinquit,
honestatem deprædatur: *omnia eradicans geni-* Iob 31. 12.
mina, sta aexar ...; multitia compi- 11.
lat omnia, vt fultum, & vberes cibos quotidia-
nas sustentet; intrat superbia innumera fercu-
la ad ostentationem deferens; intrat detractio,
sine qua sibi insulsi sunt; intrat impietas in
pauperes, dum (vt ait D. Leo) ventri datur,
quod indigenti detrahitur; intrat ebrietas, in-
famia, somnus, peieratio, lusus, & cùm iam om-
nia expilata sunt, quæritur (inquit Ambrosius)
quis hæc deprædatus est? exploratum vtique
est, *quod per escam culpa deberet intrare*; hic adi-
tus præcludendus est, si vis esse Christianus,
cùm ieiunatis. Quid de antiquitate eius edisse-
ram, cùm vt ieiunium exaltaret (inquit Nazian-
zenus [a]) in ipsis celsissimis viris, & præclaris a Orat. 8.
hominibus ieiunium consecrauit. *Diuina sa-*
pientia magnarum rerum fundamenta multo antè In Patriarchis inchoatū est ieiunium.
iacit: hizo ayunar, y ayunar quarenta dias a los
grandes varones para abrir çanjas al grande edifi-
cio de la quaresma. Quare cum fide ipsa ieiu-
nium plantauit: *fide obtulit Abel plurimã hostiam*, Hebr. 11. 4.
qui de his, quæ edere debebat, pinguiora, &
vberiora obtulit, *plurimam hostiam*; *fide Enoch*,
quem fides, & ieiunium sustentarunt plusquam
cibi, & in finem vsque mundi ieiunus, & ieiu-
nans seruatur pœnitentiæ concionator; *fide*
Noe fabricauit arcam, qui iudicium, & pœni-
tentiam prædicans, ipsos etiam lupos & ele-
phantes lege ieiunij in arca constrixit, qui
solo meri potu à mente potuit exturbari, non
aquis diluuij: *fide Abraham* sic parcus in cibis, Ibid. 8.
vt opus fuerit Deum in tribus personis hospi-
tio excipere, vt agnum in mensa proponeret, 12.
& vt filium in præmio datum in fide conser-
uaret, lege lata ieiunij Ismaelem, & matrem
eius domo expulit, aqua, & pane solo con-
tentos. Moyses iam quadraginta dies sine cibo
transigit. *Fide etiam Elias*, qui Quadragesi-
mam consecrat ieiunio, & vt vitia extirparet,
& vnius Dei fidem plantaret in animis, corpo-
ra ad tres annos esurire coegit clauso cælo vi
orationis suæ. *Fide etiam* Elisæus farinula, &
herbis contentus. Quid tres pueros comme-
morem? quid Iudith? quid Esther? sed inter
tot heroes fidei, & ieiunij inuentores, quare
D. Paulus non memorauit Adam? quibus re-
spondemus cum D. Iacobo, *Nunquid ex eodem* Iacob. 3. 11.
fonte potest manare dulcis, & amara aqua? sub-
ticeatur ille, qui nos per cibos morti subiecit,
& pulueri; nam si Romæ, vbi omnium Impe-
ratorum statuæ, & simulacra visebantur pro-
prio nomine, & stemmate insignita, solus Ser-
uius Tullius rex Romanorum diuerso cultu
erat pallio obuolutus, & tectus; quia licèt te-
nebat sedem regni, à seruo ad regnum ascen-
derat. Quanto magis Adam, qui se, & nos
per gulam à regno in seruitutem, & mortem
deturbauit, pallio tegitur, siletur, & orna-
tu mortali insignitur, & cinere conspergi-
tur, *memento homo*, &c. terrenus terrenos fe-
cisti cibo, cælestis cælestes faciet ieiunio.
Cùm facis eleemosynam. Senior est etiam, & 13.
canis cohonestata eleemosinæ largitio: hoc Matth. 6. 2.
enim solum deesse videbatur ad eius dignita-
tem; hoc fortè denotat Ecclesiasticus, *Mitte* Cap. 11. 1.

panem tuum super transeuntes aquas; quia post multa tempora inuenies illum: da partes septem, necnon & octo; quia ignoras quid futurum sit super terram: communiter locum de eleemosyna interpretantur, quasi panem iubeat in pauperes erogare, quos & peregrinos aquarum nomine intelligit; sed largè dandum, & longanimi expectatione vtendum largientibus sperando fore, vt Deus cumulatiùs, & vberiùs rependat. Alludit ad diuitem, qui per flumen ab aquis ferendam committit trabium ingentem copiam; ipse verò per terram ad vrbem venit, quò etiam sine labore appellunt trabes; sic modò committe stipem pauperi, & etiamsi in terra non habes bona, quæ elargiris, post multa tempora, & illa, & illos, qui tuis bonis salui facti sunt, cæli portum tenere videbis. Alij ad rem rusticam allusisse aiunt, *Mitte panem tuum*, &c. id est, vbi fuerit tellus cælestibus imbribus madefacta, statim post imbres delapsos tuum fructum confere; & Hebræo more *, *da septem*, perinde est ac, *da septimo mense*, *& da octo*, *& Octobri* sementem; quia ignoras quid malum sit super terram; quasi diceret, mores instruo, & non agricolas, sed tu, qui curam agis animæ tuæ, disce ab agricolis, & dum tempus aquarum est, vel iuxtà sunt aquæ irriguæ (id enim est super transeuntes aquas, id est, iuxta aquas irriguas) iacito semen, hoc est, dum tempus est lugendi crimina, opportuna etiam satio erit eleemosynarum largitio, *da septem*, *nec non & octo*; *da muchissimo*, *y mas* (sicut in æternum, & vltrà) nescis enim quid futurum sit super terram; quia cùm puluis sis, & cinis, ignoras, an tibi plorandi, & largiendi facultas dabitur extra hoc tempus. Verumtamen glossam secuti de antiquitate eleemosynæ explicemus: nam *septem* vetus Testamentum significat [a], *octo* Testamentum nouum; cùm tibi eleemosynæ largitio prædicatur, ne nouam rem putes, sed communem, & necessariam, sicut satus seminis, sine quibus periissent sæcula; ergo rem antiquam accipe tam à Patriachis, quam ab Apostolis viris in vtroque Testamento visitatam; & Deus testamento suo reliquit Adamo, & ex illo in omnes generationes peruasit vsque ad Noe, & Noe, seu Melchisedec rogatus qua ratione tot animantia in arca contineri, & pasci potuerint; respondit, *credac* *, id est, per eleemosynam, quam non hominibus, sed brutis animantibus exhibebamus: inde traducta ab Abrahamo ad nouum vsque Testamentum peruenit; & optimè antiquitas eius capillo lanæ comparatur, quia sicut ex capillo Abacuc Danielis vita pendebat, sic de superfluis rebus, & inueteratis vestibus pendet pauperculi vita, & salus æterna vestra si largimini.

Eleemosyna antiquitas.

Simile.

* Hebræus mos sumendi substantiuum pro adiectiuo.

14.

Opportunè tempore lacrymarum largitio eleemosyna iniungitur.

Vbique temporum vsitata eleemosyna.

a Apud Ambro. in Oseæ c. 1.

Septem vetus Testamentum intersectum, cuius septimi dies Sabbati temporale prætipud haberabatur. Octo nouum Testamentum, quod finem habet in gloria.

* Sic Hebræi de Melchisedec tradunt super Psal. 36.

15. *Nesciat sinistra tua*, &c. Quid tam paternum? (inquit Chrysologus) quod tam prouidum de charitate consilium? nihil tibi perire vult, qui tua in thesauris cælestibus vult reponi. *Que mejor señal de ser padre tuyo Dios, pues assi cuida de que no te se pierdan tus obras?* A sene igitur, & patre arripe consilium; & quod est consilium? vt plores patri, ieiunes patri, des eleemosynam patri: ideo toties repetit, *sed patri tuo, qui est in abscondito*; *& alioquin mercedem non habetis apud patrem vestrum, qui est in cælis*; quare vno verbo comprehendam, *ieiunate vt filij*, *plangite vt filij*, quibus sat est videre eos patrem, *qui videt in abscondito*. Cùm ciuis aliquis diem obit, & funus effertur domo, claudunt pompam filij atrati, qui maiorem luctus speciem præbent pallore multo, & oculis blandè collacrymantibus; audi etiam luctus domesticos, & præcipuè eiulantem vxorem viduam, in conclaue remotissimum abdit se cum filiabus omni specie, & ornatu nudatis, illic amplexari filias, exuere ornatum, induere vestes atras, & lintea longiora lamentari, eiulare, ô infelices filias tanto parente orbatas! ô calamitosos filios, & ærumnosos in posterum, qui tantum boni amiserunt; infert sibi manus, intorquet sæpissimè, vestes discindit, & vniuersam domum clamoribus implet: ecce iam loculus ligneus cum cadauere effertur, & iuxta morem gentium plangentes mulieres ad hoc pretio conductæ incredibili conatu, & eiulatu miros excitant planctus. Quis (quæso) plus de morte defuncti dolet, istæ ne in foribus ipsis sic alta voce eiulantes, an filij atrati, vel mater illa, & virgines in conclaui? exploratum est hoc: nam istæ nullum lætiorem diem habuerunt, quia lucrum expectant, & eo maius quo altiores excitant planctus; quare ergo illi tacitè, & blandè plorant, & filiæ manent in obscuro palatio? quia isti plorant vère, sic exigente filiali dolore, nullo habito respectu ad hominum dicta; illæ verò plorant, vt maius pretium acquirant *. Sic filij Christi parentis amantissimi in peccatis nostris mortui, vt veras lacrymas fundant, non indigent pretio, non tuba, non theatro; quia, vt ille aiebat, *nullum theatrum virtuti conscientia maius. Con todo esso no se yo si supo Ciceron (que esto dize) hazer vna oracion en secreto.* Vos verò Ecclesiæ filij, qui matrem lugentem, animas Deo orbatas, calamitosos peccatores videtis, quare testes luctus vel quæritis, vel timetis. Plorate vt filij, plorate vt peccatores, & sicut Magdalena coram testibus quasi sine testibus plorat; sic vos ieiunate, date eleemosynam coram testibus, sed quasi testes non sint, sed super parentem dolentes, *quia ille verè dolet, qui sine teste dolet*; ideo sæpius repetit nomen *patris*, & *filiorum*. Notat insuper Chrysologus, *Noli tuba canere*, id significare: *no toques a recoger gente*; hîc non agitur de bello, sed de parentis cultu, vide tubam esse bellicum instrumentum, quod absit à filiis Dei, *bene tuba*; *quia talis eleemosyna hostilis est, non ciuilis, non misericordiæ dedita, sed clamori: à Deo autem genita cælum spectat, in oculis agit diuinis, hæc est iustitia, quæ ex Deo est*; *illa verò iustitia, quæ est hypocrisis, quæ fit sæculo, non Deo*: igitur ieiunate vt filij.

Matth. 6. 3.

Paternè monet secretum ne pereant opera nostra bona.

Matth. 6. 1.

Quomodo ieiunandum, & de peccatis dolendum. Simile.

16.

Plorandum & dolendum nobis est vt filijs in obitu parentis.

* Horatius Poeta. Vt qui conducti plorant, in funere dicant, & faciunt plura de dolentibus ex animo. Tullius 2. Tuscula. in fine.

Marc. lib. 1. epist. 34.

In hac verò vltima parte concionis non de blandimentis parentis, sed de seueritate agamus; & quid de nouo notandum in capillis istis, & canis: comparat enim priùs, vt nimiam senectutem explicet lanæ, tanquam *lana alba*, & quasi hoc non sufficiat, comparat iterum candori niuis, *& tanquam nix*; si candicant sicut nix, quid opus est addere, & tanquam lana; & si albi sunt vt lana mundissima, quid noui affert, dicens, *sicut nix*; superfluè quidem vnum eorum additur, vel est mysterium in comparatione, quasi diceret, ex capillis morem, & intentionem tui parentis nosse oportet, quæ cogitationes licèt videntur esse belli, non sunt, sed pacis. Quid 17.

Apoc. 1. 14.

Matth. 17. 2.

Digitized by Google

Quid enim proprium est niuis? affligere, tristitiam afferre, rigere facere, corpora constringere, ac tandem extinguere calorem, & vitam: secus verò lana, exhilarat, delectat, calefacit, fouet, dilatat, dat & conseruat vitam; sic se habent capilli, hoc est, diuinæ erga homines cogitationes; quia cùm canitur tuba in Sion, sanctificatur ieiunium, vocatur populus, plorant sacerdotes, puluere consperguntur, & bellum, bellum indicitur, planctus in gaudium conuertitur, & tunc parens noster cogitat qua ratione nos nutriat ieiunio, ditet eleemosyna, coronet cinere. *Dabo coronam pro cinere, & gaudium, & lætitiam pro spiritu mœroris.* Mandat eleemosynam, sed ideo mandat ieiunium, vt de superfluis des pauperi; iubet ieiunare, sed lætitiam iniungit; iubet musicam orationis, sed præcipit ad illam corpus, & sensus temperare; præcipit thesauros in cælo reponere, sed monet esse immortales; statim memorat mortem, & puluerem, quid mirum si media parte es mortalis, repetit probrosa verba, *Memento, quia puluis es*; sed eisdem adhibet alia, *Memento, quòd sicut lutum feceris me.* Vides qua ratione si capilli vt nix vrgent, vt lana fouent, si bellum pœnitentiale excitant, pacem cordis inferunt? Videamus paternam istam seueritatem, quò tandem tendat.

Nō vult Deus mortem peccatoris.

Isai. 61. 3.

Iob 10. 9.

18. Nix non cadit in terras, nisi vt vberiores, & feraciores reddat; vult igitur tristitia ista veros peccatores etiam ad veram pœnitentiam excitare. *Etsi contristaui vos, nunc gaudeo; non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam*, non ad hypocrisim, sed quæ pœnitentiam stabilem operatur: nam tristitia secundùm Deum (inquit Chrysostomus) ea est, quæ dolet de Deo offenso. Paternum istum affectum nemo melius D. Basilio explicauit in Psal. 29. *Psallite Domino sancti eius, & confitemini memoriam sanctitatis eius.* Mortales, qui à Deo quondam recessistis, confitemini, & laudare Deum; quia memor fuit sanctificare vos, ac sanctos, iustosque reddere; *quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius, ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.* Quid significat ira in indignatione? (inquit Basilius) sed quoniam tautologia non est, mysterium in repetitione inuestigemus. Est in ciuitate chirurgus quidam, artis peritus apprimè, diues, & qui iam fermè munere suo defungitur, quare prima voluntate omnes bene valere iubet: verùm ecce in media platea equitum multitudo rixatur, & districtis ensibus sese sæuissimè impetunt, deferuntur domum variis vulneribus saucij, & ecce chirurgus noster vulnera, quæ noluisset, curatum venit, & aliqui illorum fortè inimici sui erunt; temperat iram indignatione, & qui inimicè videtur agere, amicè satis, sed specie tantùm indignati attrectat vulnera, & carnificina instituitur crudelissima; vulnus illud duodecim punctis compungatur, dissecetur illa manus sine pietate, pes ille item sine misericordia secandus est, ne contagio longiùs serpat, en ferra, en nouaculæ, candens ferrum, acus acutissimæ, en cruciatus maximi, dolores incolerabiles, voces ah, ah, ah; finis, finis adest (inquit ille) dolete modò, ne omnino intereatis, crastina die lætus dies vobis erit sine dolore, & periculo vitæ. Hoc ipsum (ait Basilius) in Ecclesia videmus, accessistis hodie sicut Christiani cum Christi memoria ad templum, confitentes sanctitatem suam in templo. Sed inuenit Ecclesiam suam quasi nosodochium hominibus refertum, acceptis vulneribus peccati mortiferis, & plagis inpositis: & cùm Deus noster nullis nostris malis indigeat, vt quæstum, & lucrum augeat, id vnum prima, & simplici voluntate cupit, vt omnes viuant, *vita in voluntate eius.* Cæterùm 20.
cùm vestra crimina in mortis discrimen vos adduxerint, ille vt obsistat morti, iram in indignatione recondit: *enbayna la ira en indignacion, trueca la muerte eterna en castigo temporal. Como el cirujano, que le llaman a abrir vna postema de vn enemigo suyo, y dize assi, yo me vengare quanto mas le entra la lanceta, y se venga, mejor le cura.* Et simulans iram indignatione pia iubet, vt os illud turpe, & garrulum acu consarciatur, manus illa, quæ aliena suffuratur, secetur, pes item illius temerarij, qui in alienam domum infertur, dissecetur, ne latiùs serpat malum; tu diues larga manu porrige nummos in pauperes, tu prophane recede ad secretum cubile ad orandum, tu vana memor esto sepulcri, & pulueris; audiuntur gemitus, voces, flagellationes: his tamen gaudet medicus; *yo me rio de ver os llorar, y todo el cielo; porque Dios no viena para matar, sino parar dar vida.* non quia contristauit, sed quia contristauit ad pœnitentiam: *nam ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia*; mos enim sacræ Scripturæ est lætis tristia præponere (vt notat D. Basilius) quia tristibus ablatis iucundior nobis voluptas eueniet*; hoc opus eius, hæc voluntas, & intentio, etiamsi *alienum* videatur *opus ab eo*, niualis color capillorum, & cogitationum, pietatis signum est, non sæuitiæ.

Veram in nobis pœnitentiam excitare vult.

2. Cor. 7. 8.

Psal. 26. 6. Pietas in specie seueritatis.

Simile.

19.

* *Exempla sunt, Ego occidere, ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo.*

21. Secundò, & maximè hanc paternam pietatem specie impietatis tectam ostendit per Prophetam dicentem [a], *Conuertimini ad me in ieiunio, fletu, & planctu*, mortem iterum obiiciens, *memento homo*, &c. qui stomachus est iste, Domine, & iratus animus? decétne canitiem tantam iræ? irasci non cadit in sapientem. O tardi, nondum explorastis mores meos, & intentiones? vrgeo vos, vt debitum graue peccatorum æqua lance ponderetis, & de solutione cogitetis; cùm enim soluendo non sitis, à vobis saltem qualemcumque solutionem exigo, & quasi morti adiudico. Audite: erat quidem rex, qui habebat œconomum, cui res omnis, & pecunia regia commissa erat; hic nostri sæculi diuites imitatus, qui in altiorem gradum ex inuidia amentes, & cæci feruntur, & ementita specie, & splendore regales sumptus, equestrem amplitudinem, lusus, conuiuia imitantur, hisque, & aliis (bone Deus) decem millia talenta expendit, summam incredibilem. Sumptus isti insani non nisi ex neglectu pecuniæ nullo loco habitæ contingere potest: vocatur à rege, qui rationes ab eo reposcit; redigite in summam, decem mille talentis pecuniæ quas tractat iste imminutæ sunt, abeat in vincula, ait rex, veneat ille, vxor, & filij, ac bona eius, & soluat. O iudicij seueritas! ô niuea & nimia asperitas! Domine si pietatem vis ostendere, nónne melius fiet, si condones isti pecuniam creditam? absit, vt ego seuerus sim, sed hoc iudicij genus saluti vestræ accommodatum est: vide, intrat enim ad regem, inducias, & clementiam expostulans. Domine magna me dementia cœpit, cùm bona tua, & pecuniam

Ipse vulnerat, & medetur, &c. Vide Lorinū in hunc locum.

a Ioel. 2. 12. Quenam ira diuina, & quid à nobis extorqueat.

A simili. Ex sacra Scriptura.

Dum seuerè punit pijssimè consulit nobis Deus.

cuniam exinaniui, sed patientiam habe in me, & omnia reddam tibi; abi, & adimple quod profiteris. Ecce quasi turbo vix pedem e regia extulit, cùm offendens vnum de conseruis suis premit manibus collum ita strictè, vt suffocare videretur; hodie mihi, hodie pensio à te soluen-
22. da est: *pagadme, pagadme luego, al punto*, quantum tibi debet, qui sic vrges homo? centum denarios. O bone Deus! nónne tu paucis ántè diebus effusissime prodigebas multas myriadas denariorum, & numorum, quomodo ergo sic extorques exiguam summam? Ita est, verùm mitissimi regis ira, & niuea illa frigiditas & nimius rigor prodigalitatem compescuit, & effusos sumptus frænauit; illa, illa seueritas erudiuit me, qua ratione resarcire debeam insanos sumptus, ea nempe ratione, vt quæ largè, & effusè consumpsi, minutatim modò colligam, & per partes, vt deinceps pecuniam æstimare, & regem extimescere discam *. Pari ratione peccator prorupto furore, & sumptu bona sibi à Deo maximo credita consumit, rationis exigendæ adest tempus, multa numerantur peccata maxima gratiæ iactura; quantum debet? O Domine, quis referat in summam? infinita beneficia, infinita peccata, infinita supplicia, infinitum infernum: vendite igitur eum, bona, corpus, animam, & sententiam contra illum dicite, *Memento, quia puluis es*; moriatur, soluat. Est ne seueritas ista? minimè, sed dissimulatrix clementia, vt cùm insaniam nostram, & inopiam ad soluendum in summas angustias redacti à regis piissimi conspectu hodie prodeuntes gratiam, bona opera, quæ pro nihilo ducebamus, nobis conquiramus, & a debitoribus nostris vi extorqueamus, & irati in nosmetipsos de colligenda solutione cogitemus; oculi impudentissimi, curiosi, & errantes soluite mihi impudicos aspectus lacrymis, modestia, & solius vestri redemptoris intuitu; os impudicum, fœtidum, ad omnem contumeliam, & detractionem proiectum, soluite mihi pensionem diuinæ laudis, silentij; caro putida, amica dæmonis, infensissima Deo, solues quidem pœnas ieiunio, cinere, verberatione, & castigatione; & vos manus dissolutæ, ad omne bonum opus languidæ soluite mihi inertiam, & desidiam vestram, munus carnificis hodie agite, dum infero supplicium in membra ista peccati, in maledictam istam carnem, vos labia præconium dicite, vos manus flagellum assumite: hac punitione punitur à 23. seuera iustitia caro ista vitiosa, dæmonis socia, inimica Dei, rationis consilium peruertens, hæc soluat, hæc ferat. Quid hoc peccator? quis te tui vindicem repente constituit? quis docuit instar Hieronymi ictibus, & flagellis corpus affligere? quis? Deus vtique meus, qui capillos canos habet, hoc est, cogitationes, & adinuentiones sapientia plenas, qui dum vrgebat gelu niuis, fouebat calore lanæ, qui tradens me vinculis, absoluebat, qui iustitiæ opus agens misericordiam suam commendabat, qui dum exigit, donat, ac peccatorum rationes petens illa per misericordiam remittit, qui denique puluerem obiiciens in oculos, mortem minatur, sed mortem vmbratilem, vt veram effugiamus, satis ducens mortalem admonere hominem de suæ compaginis infirmitate; & velut Christianum debere ieiunare dum tenet fidem ieiunio plantatam, auctam, & conseruatam; quocum ieiunio magnarum rerum, quas moliebatur, fundamenta iecit, & magna facinora magni viri perpetrarunt; satis ducens admonere filium generis sui claritatem, & suorum operum pretium, nec hypocrisis mendacio, nec terreno thesauro committendum, sed in cælis reponendum; satis ducens admonere debitorem tempus solutionis aduentasse, pensionem ab eo exigi annuæ confessionis; & licet modò Pater amantissimus iudicem agit, & seueritatem simulat, aliquando iram districtam ab indignatione ostendet, qua non sanabit, sed vulnus æternum, & plagam incurabilem infliget; modò verò miscet iram misericordia, vt indulgeat, lanam cum niue vt foueat, cinerem cum peccatis vt operiat, ac denique puluerem ad radicem huius arboris rationalis vt reuiuiscat, & terra veteris Adam cineribus istis feracior, & vberior effecta fructus reddat gratiæ, & sempiternæ gloriæ.

* Sic cogitauit D. Naz. orat 8. Quid igitur hic demens ille, & profusus debitor & prudens arreptor, mali depulsioné quærit, & inuenit, ingeniosus enim & solers esse solet quisquis premitur. Quænam autem mali, & depellendi ratio fuit? hæc quæ à nobis assignatur.

Exactio à nobis facunda est vt Deo soluamus.

Epilogus persuasorius.

Vilitas cineris.

SACRATISSIMÆ PASSIONIS CHRISTI *memoria ad omnes tentationes superandas proponitur, & contra omnes affectiones corporis & animi commendatur.*

INSTITVTIO XXVIII.

24. THESIS INSTITVTIONIS.

CHristo *igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini.* Cùm summus Ecclesiæ Parens te (ô Iuuenis) ad vim, & ad arma vocat, classicúmque canit, non sine duce putes, nec sine armis & felici faustóque euentu rem peragendam esse. Adest nobis Deus noster, præit & ducit nos, ita vt dicere possimus, *Iste Deus meus, este si que es mi Diós. Ecce Deus noster iste, expectabimus eum, & saluabit nos, iste Dominus*; quem in belli conflictu nusquam sequi cessauit Iob. *Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui, & non declinaui ex ea.* In quæ verba Gregorius inquit [a]. *Quasi quidam gressus Dei sunt, quas cernimus operationes eius, quibus quisque ad meliora quotidie ducitur.* Via autem, per quam ducit nos, noua quidem est, sed Deo digna, poterat enim procedere bona conferendo dilectis, & mala in super pro eisdem patiendo: sed maluit per secundam istam

1. Petri 4. 1.
Exodi 15. 2.
Isai. 25. 9.
Cap. 23. 11.
a Moral. in hunc locũ.

Dux noster Christus viámque nouam docet.

istam incedere viam asperiorem, quæ magis probat animum quàm manum, magis affectum prodit patiendo quàm liberalitatem largiendo; quid enim mirum summam bonitatem bona conferre, valde tamen mirandum est si mala sustineat. Quamobrem ne quæso memineritis priora, ait Chrysologus [a]. Nouum ducem, nouam viam, nouum vincendi Amalecitem modum canite. *Ibi enim patefit Deus ad nutum famuli, irrogat flagella, vel tollit, & in mari quantus sit, quantúmve homini dederit, vltricis vndæ demonstrant obsequia: cum siccato gurgite cedit vnda piis, & liquore durato murum præstat, munimen exhibet liberandis; ac tota naturæ suæ virtute de hoste sæuissimo triumphatura decurrit. Affuit desideriis, votis annuit singulorum, mox ad interrogata respondit, regnum contulit, donauit opes fœcundas, præstitit terras, coniugia ipsa filiorum copia & honore decorauit*; modò aliam viam initiasse nouam addit. *Sed adhuc parum esse credidit si affectum suum erga nos præstando prospera tantùm, & non etiam aduersa sustinendo monstraret: sistitur terræ fundator, iudicatur humanæ largitor veniæ, punitur vitæ dator & redditor, cunctorum resurrectio sepelitur, vt tarda mens hominis & intelligentia satis pigra vel morte in se Dei probaret affectum, quæ prædictis & innumeris Dei beneficiis erga se non intellexerat, non senserat charitatem*; itaque via ista prodidit amores ducis nostri. Arma item nostra eius est conuersatio & exemplum, ideo enim ait D. Petrus, *Christo in carne passo, & vos eadem* (conuersatione) *armamini*; sic enim legit Hieron. [b] cùm enim vita nostra malitia sit super terram, vt bonam militiam militemus, iugeque bellum & congressum habeamus, dux noster suis nos armat documentis, & conuersatione. Dux item ipse, vt obseruant auctores *, Christus armatus adest, *spinis pro galea, carne pro lorica, clauis pro lancea, vel gladio, crucem equi locum tenet.* Quòd si nobis tres hostes aduersantur, mundus honoribus fallit, dæmon diuitias offert, caro illis se oblectat, nos Christus sola suæ passionis recordatione satis supérque munit, vt optimè ponderat D. Petrus, cuius verba iamiam expendimus.

Parum præstitisse videbatur Deo largiendo prospera ni aduersa toleraret.

a Serm. 69.

b Lib. 1. ad Iouinia. 1. Tim. 1. 18.

* Thomas Anglicus, & Gretserus 4. de cruce c. 31.

Christo igitur passo vim huius illationis non percipio (summe Pater) nisi respiciat sermonem paulo remotiorem, vbi dixisti quòd *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est*, ex quo quidem principio semel credito optimè infers nos armari, nos cogi à peccatis cessare; verùm quis obsecro credit hoc de Omnipotente, semel pro peccatis mortem oppetiisse? *Quis credidit auditui nostro? brachium Domini cui reuelatum est*; sed ideo fortè incognita fortitudo est, quia ibidem est abscondita, vbi seipsam prodit, vt ait Abacuc, *Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius*; quis enim credet quod mox dicebamus, Christum ibi armatum esse, spinas esse galeam, carnem loricam, clauos lanceas, vel gladium, crucem equum esse, quo celerrimè ad resurrectionem currit, abscondita est fortitudo eius. Per illam quidem primam viam maris rubri incedentem quis non agnosceret, diceretque, *Iste Deus meus.* Similiter etiam cùm superbos humiliat, & proterit, conculcátque sapientes, quis non agnoscat? certè dormiens clausisque oculis sponsa cognouit, *Ecce iste venit, helo a do viene, el es; malo es de conocer. saliens in montibus, transiliens colles*; verùm si mare rubrum eius sanguine redundat, si non pessundat sapientes, sed pedibus inimicorum prouoluitur & conculcatur, quis dicet, *Iste Deus meus?* quis reuerebitur, quis non inurbanitatem suam excusabit? *nec reputabimus eum, perdone vuestra magestad que mi pueblo no le hizo el deuido acatamiento que vino tan escondito que no le conocimos, quasi absconditus vultus eius.* Dum mortuos ad vitam reuocabat, quis non credat, à quo non cognoscitur? loquebatur enim tanquam potestatem habens. Cæterùm mori & sepeliri quî poterunt esse signa viuentis? ea quidem suscitatio mortuorum & ægrorum curatio tam facilè exhibebatur, vt putauerit Volusianus repræsentationi & scenæ persimilem, *larualis illa purgatio, debilium cura, reddita vita defunctis; hæc & alia si cogites parua sunt.* Non satis Deum manifestabant, inquit, vt sic potentiam Christi extollat; tam facile enim fiebant à Christo ista, vt credas non ægrotum esse qui sanabatur, sed finxisse ægritudinem, non verè mortuum esse, sed simulasse mortem: Deus autem altius quid petit vt demonstretur Deus, & credatur. Quid ergo moliatur Deus, inquit Augustinus [c], vt credatur? certè subire passionem, ibi potestatem summam ostendet. *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.* Quid ais Augustine, tolle primum, & secundum prædica, dicito resurgendo filium Dei esse declaratum, verùm moriendo & ponendo animam æquè ac resurgendo se manifestasse quis dicatur. Cæterùm in Christo nostro non solùm inerat potestas suscitandi alios, sed *in ipso vita erat.* Sicut cùm vitam aliis dabat, à qua longè erant mortui, sic cùm seipsum suscitabat, à quo longè erat mori, Deum

25.

Arma nostra in passione esse quis crederet.

Isai. 53. 1.

Cap. 3. 4.

Quàm absconditus venit Christus.

Isaiæ 53. 3.

26.

Diuinitatem maximè in tolerando demonstrauit.

c Epist. ad Volusianū.

Deum esse satis manifestauit, & hoc indicat verbum, *potestatem habeo*, æquè ad ponendam atque ad resumendam animam. *Nemo enim tollit eam à me, ego pono illam à memetipso*; itaque posse quidem benefacere creaturis, & in hoc seipsum manifestare credamus facilè; verùm in seipsum manus omnipotentes retorsisse, *& posuisse animam à semetipso*, diuinum est, imò amoris est opus, ne detur locus odio inimicorum, sed purus amor sit, & mera charitas. *Nemo tollit à me, si me quitam la vida no va hurtada, yo me la quite y la puse donde me la hurtasen.* Nemo dicat fuisse carnifices, sed amorem totum opus transegisse. Ex his ergo, Ioan. 10. 18.

Debemus ex Christi documento nos contra carnem armare.

O quàm bellè infert D. Petrus, *Christo igitur passo in carne* (pro nobis) vt addit Græca editio, *& pro peccatis nostris*, operæpretium esse nos eadem passione contra hostes nostros, contra peccata & contra nos ipsos armare, & pugnare debere; nam si sibiipsi non pepercit, sed in hoc se manifestauit Deus, quòd in se manus coniecit, & posuit animam suam à seipso, quis non se armet contra carnem suam, & contra peccata sua?

27. *Eadem cogitatione armamini?* Quare cogitationem munire docet, nónne foris etiam impugnamur? ita est, verùm totum ferè Christiani spirituale bellum ad oppugnationem cogitationis deuoluitur, in qua si non vincimur vincimus. Vniuersa bona Iob dæmon vtique deuastauit, diuitias, domos, filios, armenta, famulos, honorem, carnem denique, ac valetudinem, & malis insuper cumulauit, dæmónque & inimicos & vxorem in ipsum excitauit: sed deforis veniunt ista; quare dæmon hoc vnum cupiebat, mentem exturbare, & vt cogitatione saltem Deum blasphemè benediceret. *Benedic Deo, & morere.* Et qui hanc historiam posteritati commendabat Spiritus sanctus, hoc noluit præteriri; affirmat enim, *in his omnibus non peccauit Iob, nec quidquam contra Deum locutus est.* in quo summam victoriæ descripsit, faustúmque euentum belli. Paulus item, qui etiamsi contra visibiles hostes mundum & carnem suam confligebat, *Castigo corpus meum: mihi mundus crucifixus est*; at belli solicitudinem & studium, in cogitatione armanda & defendenda collocauit, monuitque vt ibi cogitatione, nempe scuto fidei armemur. *Non est nobis colluctatio aduersùs carnem & sanguinem, no hagamos tanto caso de èsa guerra defuera*; tegamus mentem & cogitatum, *sumentes scutum fidei, embraçà el escudo de la fee arma del pensamiento con la verdades eternas.* quæ labi in peccatum non sinent, nam *non potest habere mala facta qui bonas habet cogitationes*, aiebat Augustinus. *Christo igitur passo in carne & vos eadem cogitatione armamini.*

Cogitatio munienda est contra peccata.

Iob 1. 22.

28. *In carne.* Egregia arma tandem, vt carnem defendas, nobis attulisti, quid proderit caro, aut quam vim habet ad obsistendum infirmum corpus plagis & vibicibus plenum? nam in corporali bello tuetur murus, protegit clypeus, nocet hosti bombarda, hasta, gladius: at caro Christi ænea est, aut saltim lapidea? Respondeo in carne Christi magnam abscondi fortitudinem. Solent milites cataphracti super splendida arma & probata vestem tenuem & versicolorem sericam induere, an fortè ob inanem gloriam, ostentantes tali fortitudine præditos, qua sine strepitu, sine armorum splendore possint hostem debellare, vel operiunt arma, vt hostiles ictus & plagæ in veste meliùs excipiantur & designentur, vt liqueat omnibus militem non intra balistarium, vel intra vallum aut aggerem caput suum custodisse. Ita Christus Dominus arma abscondit, & fortitudinem, quæ à diuinitate proueniebat, fragili veste nostræ carnis contexit, an ad glorationem? *quiza por fantasia*; ita enim putauit D. Leo. *Qui non in sua maiestate, sed in nostra congreditur humilitate.* Verùm eam induit vt peracto bello plagas acceptas nostri causa nos deprehenderemus, liqueretque non ad sarcinas, non in tentorio mansisse, sed in ipso belli conflictu à forti armato tot vulneribus fuisse affectum; ideo *in carne* patitur, vt amorem & gratitudinem à nobis extorqueat, & ictus eius contemplantes accingamur ad prælia, etiamsi caro pungenda & impetenda sit.

In Christi carne arma habemus contra spiritualia nequitia.

Simile.

Plagas acceptas cur Christus seruauit in corpore suo.

29. *In carne.* Et licèt in hoc verbo (vt latè explicat Cyrillus [a]) duas in Christo naturas, alteram incapacem passionis, passibilem alteram significauerit Petrus, vt disertè ait Fulgentius [b], *nec addidisset in carne, sed quoniam nouerat in vno eodémque Christo & possibilem ante mortem fuisse naturam, & impassibilem, semper diuinam manere substantiam: propterea Christum fatetur passum in carne, cuius diuinitatem nouerat prorsum impassibilem permanere.* Ego verò existimo non solùm Nestorij hæresim profligari, sed torporem nostrum in tentationibus inexcusabilem ostendi, & mollitiem nostram damnare voluisse, propter quem nunquam desiit natura nostra à peccatis. Pro qua re notanda sunt verba tam Apostoli, quàm sancti Maximi.

a In Concilio Ephes. tom. 1. c. 13. epistola Nestorij de fide ad Reginas, & Conc. Eph. tom. 4. c. 16. b) Ad Thrasymundum c. 9. lege etiã cap. 10.

Nihil

a Rom 8.1. Violētia carnis nulla est post Christi gratiam. b In cēturia 5.cap.46. Psalm. 21.2.

Nihil (inquit ille [a]) *damnationis* (vel damni) *ijs qui sunt in Christo Iesu.* Vnus ex inimicis nostris nónne caro est, iam ergo nō possumus nos carnis nostræ infirmitatem excusare, quia à violentia eius per Christum liberati sumus, vt credimus & experimur; ideo D. Maximus [b], *Nemo*, inquit, *qui peccat potest habere infirmitatem carnis patronam quæ eum defendat.* Et vndénam colligis, quia nempe passus est in carne, & marcescere fecit secundùm gratiam, in bellum induxit, etsi renuentem & clamantem, *Pater si possibile est transeat à me calix iste, & in cruce, Deus Deus meus vt quid dereliquisti me.* &, cum interrogatione, *Longè à salute mea verba delictorum meorum.* Quid hoc Domine, has ego habeo culpas tali pœna dignas? caro vtique nostra, ait D. Leo [c], has excitauit querelas, anima enim Christi summè diligebat nos, caro autem infirma renuebat prælium, & caro quasi inimica facta est nostræ redemptionis, eique obstitit. Sed quid agat amor Christi, maiores vires assumit ex contradictione, donec carnem superauit, & obtinuit ne exaudiretur caro, etiamsi derelictam se diceret, *ipsa vox non exauditi magni est expositio sacramenti, quòd nihil humano generi conferret Redemptoris potestas, si quod petebat nostra obtineret infirmitas.* nam quod à nobis assumpsit erat contra nos, & contradicebat operi salutis; quid agat? id nempe quod medici præscribunt fieri cùm quis illa ægritudine laborat, quæ *timor aqua* dicitur, nempe vt æger assumatur ab aliquo qui repentè cum ipso se in fluuium mergat, quòd si inde vox aliqua resultauerit, ægri est, non sani; sic Christus cùm timore mortis & ærumnarum correptam vidit carnem, eam repentè in passionum torrentem inuexit, vt si qua vox audiatur timoris & formidinis, nostræ carni, non diuinitati aut animæ tribuatur, vt pellat à nobis timorem aquæ & tribulationis, vt libenter eius exemplo carnem castigare discamus. Hanc nostram mollitiem & indulgentiam carnis mirabatur Bonauentura [d]: *Valde mirabile est* (ait) *& summè detestabile hoc, quod facit anima à carne aliquantulum inclinata, quod Deo suo renuit subiacere, neque aliquo modo vult in proprio suo bono, id est, in propria vtilitate ipsius animæ, Dei facere voluntatem.* Remedium autem huius timoris attigit, & disertè attulit Anastasius Sinaita [e]. *Deus autem omni ex parte expers mortis, nec istarum perturbationum capax: naturam denique assumpsit, quæ & mortis capax esset, & afflictionum, nobis nimirum per omnia consubstantialem, nihilque à nostra variantem, vt suo colluctatori (id est, morti) occasionem obtendens (nempe carnem) & per eam quæ subiecta ei erat naturam, ipsum expugnaret inimicum, nec vllus demum suppeteret illi locus opponendi; quia deuictus quidem sum non ab homine, sed à Deo. Neque interim cor nostrum remollescat, para que no nos hagamos regalones, ad subeunda certamina, quoties occasio appetit, quando, exempli gratia, nobis proponitur caro, nostra congener & consubstantialis, in qua damnatum est peccatum, quòd in illa prorsus nihil loci inuenisset.*

c Ser. 16. de passione.

Non exaudisse carnem, Christum, nō vacat magno mysterio. 30.

Mortificationem & castigationem à Christo passo discendam.

d 1. De stigm. c.1.

e Tom.1.biblioth. de rectis fidei dogmat. lib.4.

31. Arma autem contra carnem ea sunt aptiora, odium, mortificatio, auersio, quæ ex ipso Christo Domino discere licebit, qui ex quo sensit carnem suam infirmam morti quodammodo repugnare, eam quasi inuisam habuit, nam cùm panem consecrauit in corpus suum, ait, *Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur*; in quo Domine cognoscis corpus quod in specie panis omnino latet, ita vt asseueranter affirmes, *hoc est*? in hoc videlicet quod sequitur, *quod pro vobis tradetur*, nempe quia in ea est voluntate offerendi se Patri: procedit inde, & in horto ait, *Spiritus promptus est, caro autem infirma*; & quænam est ista caro? non designas illam? non diceres, *Caro mea infirma?* sicut dixeras, corpus meum? noluit dicere *suam*, dum recusare videt passionem, ideoque mox caro sanguinem fudit, totaque maduit cruore eius roseo, vt placeret Christo quæ ei inuisa videbatur. Quòd si Christo minus placere sua caro videtur, cùm se imbecillam & infirmam naturali affectu ostendit, quomodo tua ei placere poterit, quæ peccato & sordibus inquinata non solùm labori & mortificationi se subtrahit, sed in peccatorum præcipitia te agit, & in ea colenda & curanda laborem & solicitudinem impendis: armamini igitur, exemplo Christi, qui eius nomen & vestigia sequimini, & ex isto tam strenuo milite tria discere oportebit.

Matth. 26. 26.

Caro mortificata sola Christo placere potest.

32. In primis arma eius, vestem, plagas, dedecora, dolores, quibus exsaturatus est, contemplari oportebit, vt his quasi remediis nostræ ambitioni, opulentiæ, delitiis & superbiæ medicinam afferamus. Quis enim ad extremā pauperiem viuendo ac moriendo venit, qui non possit diues dici, si cum Christo nostro componatur; quis vsquam magis delusus. A Pilato, Herode, Caipha in cruce, capitibus, linguis, blasphemiis, à sapientibus, à plebe, ab euntibus & transeuntibus, à latronibus & militibus. Christo igitur passo hæc quæ pertulit recogitate: nam licèt iam hæc pertulit, & modò non dolent ista, nec vulnera sentit, at vbi amor est Christi, dolor etiam de præteritis do-

A Christo multa discenda.

loribus viget, & perstringit animum. Christo igitur passo, imò quia pertulit hæc, maiori amore & altiori mente pensanda sunt: nam vulnus quod in latere lancea aperuit, Christus non sensit, tamen grauissimum & acerbissimum fuit Virgini, quia amabat. Primus enim amicitiæ gradus postulat res amici vt proprias sentire & reputare, hac de causa sine culpa pro nobis mori voluit Christus. Secundus res amici plusquam ipse amicus præsentire, de hoc monet Hieronymus Zelantiam, vt venialia quasi mortalia vitare contendat, quia etiamsi Deus non plus sentiat hæc quàm ipsa sunt, amici tamen munus est vltra id quod sunt, dolere, & cauere. Tertius qui & perfectissimus est sentire etiam ea, & dolere de his quæ amicus non dolet, non sentit: huius amoris vel martyrij exemplum Virgo est sacratissima, quæ de Christo iam passo, & qui minimè dolebat, de lanceæ cuspide atrocissima & vulnere inflicto ita doluit, vt verè martyr dici possit, eodémque ferro animo, quod plus est, confossa dicatur. Doleas igitur tu de Christo iam passo, amor enim id exigit, & hæc cogitatio armat animos ad martyrium, & perfecta charitas foras mittit timorem; ideo passo iam Christo caro eius in cruce pendens animos addidit Nicodemo. *Qui audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu*; eadem cogitatione armati processerunt ad ignes, ad gladios, ad verbera Martyres. Marc. 15. 43.

Secundò eximiam eius cum summo silentio fortitudinē imitabor, quæ satis ostendebant diffusam illam gratiam in humanitate, quæ in mediis ærumnis talem mansuetudinem & patientiam exhibebat, in qua gratia audita voce tribulationis more militum exultabat Paulus, & ad belli crepitum gloriabundus vestes induebat alacritatis, *como los soldados al ruido de arma se alborosan y ponen visarros y sacan sus vandas y plumas*; ita Paulus, *Libenter* (ait) *gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi, como tengo yo algo de aquella gracia que me haga valiente.*

33. Tertiò etiam Christum spes præmij sui & nostri animos auxit, nostra enim agebatur salus, *qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confessione contempta.* Egit quidem passione sua & cruce quod nobilissimus eques, qui cùm in solitudine & in terra serpentibus obnoxia plurimos viatores inuenit, horrore perculsos, & hærentes: nam opus est vadum fluminis rapidissimi traiicere, & non possunt; ille tunc vadum probat, & iam mergendo, iam emergendo tandem ad littora appellit: sed nondum audent aquis committere se viatores; tunc ille qui iam tutus erat, singulos in equo suo securè transuehit; ita cùm nos in mundo errorum & serpentum infestatione degentes in cælum per mare tribulationum non audebamus transire, venit eques noster (inquit Chrysostomus) intrat mortis iniurias, sine discrimine quidem, sed immensis fluctibus immersus. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, tenuit iam portum, & ita intrauit in gloriam suam; nobis verò adhærentibus & formidantibus iterum ad nos redit, non vt moriatur, *iam non moritur*, sed in simulacro crucifixi, in imagine, in meditatione, vt nos sigillatim ad se ducat, in equo crucis, in hoc vectus est Petrus, in hoc Andreas, & omnes nos compellat, vt vnusquisque abneget semetipsum, & tollat crucem suam, *fiese en mi que ya la Cruz esta echa apasar almas al cielo*, & recreet se nunc per gratiam, & gloriæ immortalis decus præstoletur.

Christi crucifixi simulacrum quid præstat fidelibus affectis.

VERBVM PATRIS.
2. Reg. 15. vers. 30.

Porrò Dauid ascendebat cliuum oliuarum, scandens, & flens, nudis pedibus incedens.

Christus Ierosolymam pergit, futuræ mortis obiter ærumnas refert, vt oculos & animos ad miserationem inflectat, atque ambitionis audaciam & sitim reprimat.

DISCVRSVS LXXXII.

1. CVM Seruator hominum Ierosolymam pergeret, ac nostri causa morti se offerret, nouum quodammodo exemplum, nouam initiandam viam, regiam, publicam, sed compendiariam ad gloriam, ornata & perillustri prædixit oratione Isaias Propheta, *Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoscetis ea: ponam in deserto viam, & in* Isai 43 18.

Nouā viam initiauit Christus.

PRIOR PARS DISCVRSVS.

inuio flumina. Glorificabit me bestia agri, dracones & struthiones. Nolo magna & memoria digna putetis ea quæ in veteri lege sine labore, sine honoris iactura, virga tantùm, voce, nube & columna patraui; ecce in procinctu sum ad nouum iter obeundū, per aspera, per ardua, per prærupta saxa, & inuia deserta, *ponam in deserto viam, hare camino por don de Iamas le bubo.* Videbitur enim vita accincta in mortem, æternus inire viā temporalem, Dominus in mortem ire propter seruū, & creator manibus creaturæ vitā oppetere, Angelorum honor, & decor gloriæ, inter sceleratos despicabili mortis genere, annumerari. Quid si crucem viam istam nuncupemus *? *Et in inuio flumina*; crucem enim nemo ascenderat innocēs, inuia erat, nec peruagata via, nisi sceleratis & grassatoribus; ego verò sanctus & innocēs viam ad cælum in inuio patibulo aperiam, imò & flumina sanguinis ibidē fluere faciam. Via erit militaris & regia, per quam ad cælum pergunt qui sedem stabilem & domicilium non habebant. Ideo enim Tertullianus crucem Christi *intestina omnium triumphorum* appellauit, quia ex illa & per illam quasi in Troiano illo & fatali equo Christi triumphatoribus via patuit in cælum. *Glorificabit me bestia agri.* Hac via gloriam vnde non putatis acquiram. legunt alij, *latificabit me bestia agri.* Vos soletis catulum ad oblectationem alere, quia fideles sunt & alacres hi catuli; ego verò delector gentilibus, rusticis, ingratis & crudelibus, quorū vnguibus & dentibus cruci configendus sum. Noua & angusta via, regia tamen, si semel aut iterū Rex per illā graderetur. En adest magnus Dauid, nouam init viam, & ærumnas Christi ante Christum experitur. *Porrò Dauid ascendebat cliuum oliuarum, scandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite: sed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans.* Quid intendis sapientissime rex, pœnitentiámne agere ærumnoso isto discessu commissi adulterij, vt tibi iterum detur spiritus propheticus? Sic putat Eusebius. Quare fugis, vt ne soluas peccata domesticorum & filiorū, quos nō castigasti? Sic D. Chrysostomus [a], & Damianus [b] existimarūt: an fortè faciē Absalon fugis, vt filiū caueres occidere, cui & parare præcepisti ducibus, & ægrè nimis mortem eius tulisti? Sic pie satis existimauit Chrysostomus [c], & Abulensis [d]. Ego tamen existimo noua bella, nouámque viam instituisse, per quam à tuis filiis, & seruis compassionem obtineres: & quod insolēs & rebellis filius perditis moribus & ambitioso fastu consequitur, id tu pia humilitate, & vi lacrymarum impetres. Nec multum aberro à coniectura, sic enim factum est, vt pedibus ambulans, operto capite, & flens, omnem Israelem ad te traxeris, & cùm vnum Ethai Gethæum regredi in domum iubes, respondit: *Vidit Dominus, quoniam in quocumque loco fueris Domine mi rex, siue in morte, siue in vita, ibi eris seruus tuus: camino nueuo de recabar con passion es este.* Quæ via & industria animos conciliandi sic prosperè cessit illi, vt huius gratia Psalmum tertium cecinerit, & primò titulum præfixerit. *Psalmus Dauid cùm fugeret à facie Absalon filij sui.* in quo quatuor de causis, affligebatur animus eius. Sed totidem aliæ consolationis causæ erant. Prima tribulatio ista sine ratione excitatur; quid ego mali feci filiis meis? *Quid multiplicati sunt qui tribulant me?* Secūda plurimos esse aduersarios, ideo alij legunt *, *Quàm multiplicati sunt qui tribulant me.* Tertia, qui cùm sint à veritate & fidelitate alieni, & ratione destituti, sic audenter, sic impudenter rebellant in regem. *Multi insurgunt aduersum me.* Quarta, quia omni metu & reuerentia deposita me quasi abiectum, & repulsum à Deo existimant. *Non est salus ipsi in Deo eius.* Sed ô noua via, nouaque bella, quatuor aliis rebus mirificè recreor. *por este camino recabo lo que no alcançara por otro.* Prima solatij causa est hæc opprobria mihi innocentissimo fieri, & iterum summis à Deo affici beneficiis, dum minus cogitarem, aut sperarem, *Dormiui & soporatus sum, recuerda me para hacerme mercedes, & exurrexi, quoniam Dominus suscepit me.* Secunda, quia licèt multi sunt cōtra me, tamen sine timore & tuo auxilio ridebo vim & insidias eorū, *non timebo millia populi circundantis me:* exurge Domine (Heloim vindicator) *saluum me fac.* Tertia, quia etiamsi fortes sint & alacres, minus sunt formidandi, hos enim ingenti Deus facit trepidare metu, & alapa manus suæ molas robustorum comminuit, *quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, dentes peccatorum contriuisti*; hæc via saluandi noua, Deo decantanda est, hac enim ratione Iesus noster salutem & benedictionem obtinebit populo suo. *Domini est salus*, Chaldæus, *A facie Domini redemptio*; quasi dicat. Veni ô salus mundi, per hanc enim viam homines lucraberis tibi, typus ego sum tui, contra quem & Iudas proditor, & populus Iudaicus simul cum Gentili coniurarunt; sed ascende tu Ierosolymam, ascende in crucem, subitò enim resuscitatus percuties in maxilla inimicos, & saluos facies iustos, tibique salutem & benedictionem populo comparabis.

3\. Viam istam nouámque rationem adducendi ad se homines, & corda conciliandi, non tam Dauid, quàm Christus ipse pendens in cruce cecinisse videtur. *Circundederunt me* (ait) *vituli multi, tauri pingues obsederunt me, aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens*; & tu Domine qualis tunc eras in tantis tormentis? *Factum est* (inquit) *cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei, estaba mi coraçon como cera derretida desecho, amoroso*, nec timor, nec dolor potuerunt cor meum percellere, potuit autē amore liquescere. Et quid agunt filij tui tanti amoris spectatores? quid? liquefieri. Ideo Augustinus cor Christi intelligit Apostolos, & pias animas, qui Christi crucifixi misericordia franguntur, & cor carneum habere ostendunt, dum afflicti adolescentis filij Dei animi eorum misericordia commouentur: durissimum enim est cor quod in crucifixi visceribus, quæ in passione, vt ait Didymus, manifestata sunt, contemplando non colliquescit. Hoc ipsum aliter cecinit & antea, *Qui docet manus meas ad prælium, & posuisti vt arcum æreum brachia mea.* Noua bella docuisti, nouáque disciplina imbuisti manus meas, *nueua manera de herir coraçones hauéis inuentado*, dum in cruce brachia mea intendisti, inflexisti, & armasti, non ad terrendos hostes, sed ad intendendas & dirigendas sagittas in eorum corda, videlicet vi amoris, & vulnerum, quæ eorum causa accepi. Quem enim non adduxit ad sui misericordiam, & compassionem, confixus ille Deus. Sed qua ratione victoria hæc perfecta est? iaculandóne sagittas in corda nostra

Marginalia:
* Sic B. Antonius de Padua ser. de cruce.
Oblectatur Deus gentili populo credenti.
Viam regiam Dauid & Christus fecerunt.
2\. Reg. 15. 30.
a In catena.
b Lib. 1. epist. 20.
c Ibid.
d Hic quæst. 20. & 21.
Extorquet à nobis compassionem & dolorem Christus noua ratione.
2\. Reg. 15. *Quatuor de causis Dauidis animus angebatur.*
2\.
* Sic legit P. Salmeron tom. 1. prolegom. 16. sub finem. Vide etiam P. Lorinum.
Passio Christi corda ad amorem & compassionem allicit.
Psalm. 21. 12.
Psalm. 17. 14.

a In Psalm. 17.

nostra? clauos? spinas? minimè, ait Isichius [a], sed potiùs in seipsum arcum & spicula conuertit; seipsum vulnerauit, seipsum plagis affecit.

Amoris ingenium in Christi passione.

Amoris quidem ingenium, & inuentio mirabilis, sic enim multo melius putauit ad misericordiam sui permouēdos mortales. Nam si in nos ictum direxisset, & arcum, putaretur vulnera illa esse plagas inimici, & furore agi in nos, in quibus peccata erant in quæ posset meritò vindices sagittas & pœnas mittere, *parecieran heridas de mano enemiga o vengadora, por estar en nosotros el blanco de su ira el peccado*; at cùm in seipsum retorsit vulnera, quæ corda non commouentur, quis non ex amore nata & accepta videtur.

Isai. 43. 25.

Ego sum qui deleo propter me iniquitates vestras, en mi pecho la mira a mi me tiren, heridas son de amor y reclamos de compassion. Quas enim auaras manus non vulnerant illæ manus? quod ira turgidum pectus non lenit illud pectus? quos petulos & turpes oculos non frænant illi oculi? Noua quidem bella, noua via Dauid noster omnium corda ad compassionem adduxit, ideo flens & aperto capite ascendit Ierosolymam.

4.

Matth. 16. 17. & 20. & Marci 8. & 10.

Assumpsit Iesus discipulos suos secretè. Nolebat secretum passionis Iudæis manifestare, qui insultaturi erant ei; negotia enim amoris non nisi amantibus propalanda, cum his verò amorem scientibus, more amatorum quasi rem pulcram bis & ter, repetit passionem suam: nam, vt Sapiens [b] dixit, *Amantes in his versantur multum sermonibus, quoniam recordationem refricant rerum amatarum.* Quòd si referanda sunt secreta, amicis tantummodo fiat ex consilio Sapientis.

b Plutarch. lib. de garrulitate circa finem.

Prou. 25. 9.

Curam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles, ne fortè insultet tibi cùm audieris, & exprobrare non cesset.

Cur mysteriū passionis sua silentio inuoluit Christus.

Sed quærendum nobis est cur opus regium & omnino diuinum silentio suorum inuolui vult, nónne ab vno septem illorum qui adstant in aula cæli dictum est, *Sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificum est.* Latet hìc ni fallor ingenium amoris. Gloriatur se maxime Christus haberi & æstimari Iesus, Medicus & Redemptor: ea de causa sicut medici, qui duci volunt in numero Doctorum, sæpe in colloquiis interserunt magna, quæ inter curandum egerunt; ita Christus à die sui doctoratus, quando Iesu nomine & rubro sanguine vsus est, (hoc enim significat נצר in titulo crucis, inscriptum *custos* Samaritanus) titulum & dignitatem abscondit, & suppressit:

Iob hoc nomine nuncupat redemptorem. O custos hominum.

at hodiernam profectionem, vtpote ad sanandum medendúmque factam videas multoties repetitam: vides sigillatim medicamina declarata, flagella, sputa, mortem; quare ergo Domine hæc, quæ dedecoris & infamiæ notæ sunt, manifestas? & tamen secretò tuis passionem refers.

Sigillatim passionem referre Christū amoris signū.

Attendite rationem, quia hæc referre amoris est, & secretum etiam indicere amoris est: nam hæc quæ refert damna sunt sui honoris, & salutis, & carnis; at verò quia medicus est amore plenus, vitia infirmi & ægritudines occultat, non vult manifesta facere, peritissimos medicos imitatus, qui ne grauem aut pudendam ægritudinem prodant, mirabilem curationem subticent, etiamsi laude sua plena sit, *por no decir el achaque o axe occulto del enfermo callen tanbien la cura.*

5.

Obseruat hoc Hippocrates medicorum princeps, sacramento se obligans, quo communiter obligabantur quicumque doctoratus lauream; vel gradum accipiebant.

Hippocrates in principio operū a Ioan Cornelio interprete.

Quæcumque inter curandum videro, aut audiero, imò etiam ad medicandum non secundum habitum in communi hominū vita cognouero, ea siquidem afferre non cōtulerit tacebo, & tanquam arcana apud me continebo.

Quàm impensè consulit Christus honori Iuda & Pontificum.

Cùm igitur summus medicus sit Iesus noster, támque naturę nostræ amans, cúmque in eius curatione tot infanda, tot turpitudines & obscœnitates, tot peccata passim perspicit, ea efferre non vult, ne Iudas proditor statim prodatur, ne Petrus infidelitatis arguatur, &, quod maius est, ne Pontifex & principes dignitatis & honoris iacturam paterentur, quousque opera eorum, & putida vulnera, omni populo manifesta fierent; itaque opus medicis est secreta obseruare, & Christus verus noster medicus manifestatur *secretè.*

Ecce ascendimus Ierosolymam. Cùm discipulos ad diuina sustollere vellet, & eos à secretis efficere, & mysterium à sæculis absconditum patefacere, ne mortis mysterium horrerent, solatur eos, & quasi aquila prouocat ad volandum. 6.

Protector noster Christus armat ad passione. & animat suos.

Ecce ascendimus, omnes pariter ascendimus, *no subis solos subimos todos.* Eandem viam ingredimur si mori contingat, moriar si resurgo, & vos resurgetis, si mortis sagittam à bene curuato arcu in vos dirigi contingat, me, me, meásque alas priùs configet.

Psalm. 90. 1.

Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur, dicet Domino: Susceptor meus es tu. Señor perdere me, caere de alto? donde me aueis puesto? Minimè ait, nam *scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. el te hara sombra con su muerte y con su cruz y si murieres el calor de sus plumas te resucitara.* Ne timeas mortem, nec infamiam, cum Christo *ascende*: speculare regionem illam ad quam natus es. Sit ita regalis aquila, mi Christe, non esse cur iter hoc reformident filij tui, tali protecti vmbra, alis diuinis assumpti & tutati; tu verò quorsum sic alacer & expeditus accliuem ascendis montem, in sanguinolentam vrbem, vbi tam mira opera nihili habentur, vbi personam nec religione castissimo cultu prosequuntur? quinimo loco plausus & augustæ venerationis iussus es publicis litteris comprehendi, & in carcerem mitti? Verùm tanta celeritas ab amoris igne venit, & à diuina & sublimi cognitione aquilæ huius prouenit, iam in via summum bonum speculatur, imò clarè intuetur, ab illo ducitur, allicitur, pellicitur & sustollitur.

Amor vrget Christum & in Ierosolymā properare iubet.

Nam æstimatio boni, & cordis amor pedes maturare & accelerare cogunt. *estima y amor son las pesas del relox del pensamiento y de alli sale la mano y aun los pies y la saetilla de la lengua. Amor meus* (aiebat Augustinus) *pondus meum, illo feror quocumque feror*, & quia Christus hoc pondere vrgebatur, properabat, Apostoli verò plumbeis pedibus incedebant turbati & timidi. Ideo nempe, quia Christus ex alta beatæ cognitionis specula diuinam prospiciebat gloriam, illi verò sedes tantùm terrenas & viderant & appetiuerant. Nam sicut negotiator ille *Matth.* 13. cùm pretiosam & singularem margaritam nódum inuenerat, reliqua bona æstimabat, postea verò sic æstimauit, vt omnia propter illam vendiderit; sic discipuli nondum

…ized by Google

nondum perspecta gloria pedetentim gradiebantur, & se suaque bona apud se continere volebant, quinimo magistrum ab incepto itinere reuocabant. *Absit à te Domine.* Cui Christus,

7\. Matth. 16. 21. *Christus gloria comprehensor libenter ad mortem properabat.*

Vade post me satana, scandalum es mihi, non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum, no te a dado el viento de la otra vida ni esta al viso de la gloria como yo, ni te a dado en la nariz el ayre del parayso ni descubres nueuos mundos como me alma que esta en la gabia. O quantum à vero bono nostra aberrat æstimatio, sequamur Christum, qui iam sine dubio in prospectu est summi boni, qui sic maturat opus redemptionis. Hac de causa consultò factum est vt mediator Dei & hominum diuina perfrueretur essentiæ Dei visione beatifica, & beatus in anima simul labores vt homo ad saluandum pateretur, vt vno pede in terra fixo, altero in cælesti patria collocato, cum nos per crucem euocaret ad gloriam, veracem esse illam vocem, mortisque dispensationem comperiamus; hoc fortè significant verba eius Ioan. 3. *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo*; & quid de ista beata visione colligit: *Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis, vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Age igitur moriamur, ne tantam felicitatem amittant homines.

A simili ex humana historia. Iliade 3.

Veteri quadam, sed ingeniosa, imagine hoc liquidum fiet. Describit Homerus Priamum regem, qui cum senioribus & consiliariis ex alta turri ciuitatis acre bellum speculantur, quo Troiani cum Græcis confligebant, audiebant horribilem armorum strepentium fremitum, celeres & incitatos tympanorum sonitus, fragores pilorum, & gladiorum in corporibus fractorum, horribiles ignes expressos de gladiis, victorum & vincentium gemitus & clamores admixtos, hîc equum sine sessore, illic equitem sanguine madentem; omnia nox, puluis, sanguis, horror & mors occupauerant: sed dum hoc tristi spectaculo commouentur, ecce oculos coniiciunt, & casu vident Helenam, quæ in eandem turrim ascenderat, vt prælium spectaret. Qua rara pulcritudine visa, quæ humanam facilè superabat, omnes consensere iustum esse bellum, benéque tot Troianorum & Græcorum vitas sanguinemque impendi pro tali obtinenda pulcritudine.

8\. Hoc ipsum putate euenisse cælesti Regi, cùm ei insidiæ, traditio, prehensio & præmatura mors parabatur; nam cùm terra nox ingruit, dum augentur clamores, dum tristantur discipuli, dum mœret mater sanctissima, dum flagella, palmæ, spinæ, crux horribili fragore, caput, pedes, terga minantur, tunc hæc eadem acceptat, amat, eligit: nam in ipso conceptionis instanti oculos animæ ad prospectandam gloriam conuertit, & nostram beatitudinem videt, & ita extunc ad bellum accingitur, & ait: Æquum est (ô mi Pater) tot me labores subire, tantæ gloriæ mihi, tibi & hominibus comparandæ gratia; quare in eadem hora prælij cum animi magnitudine incredibili sic orationem ad Patrem habet, Ioan. 17. 25. *Pater iuste, mundus te non cognouit. Hermosura infinita el mundo no os ha conocido que por eso no os sirue ni camina a vos: ego autem te cognoui, mas yo te he visto y conocido alto, sus que hacemos aqui, surgite eamus; hæc cùm dixisset, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron.*

Ecce quid mortalium corda cogit, & impellit ad labores, & legem Dei apprehendere facit, cùm videlicet nos tanquam Angelus ille fortis Apocalypsis pede vno in terra nitimur, altero in mari, & facies Solis splendore circumfunditur, & libellus in manu tenetur, hoc est, cùm caduca & peritura vno pede calcamus, altero verò amoris, & fidei portum gloriæ tenemus, statim vultus animæ illustratur virtutum splendore, & lex amoris Dei & proximi facilè manu & opere tenetur; neque horret sepulcrum, nec gladios, neque honores, foueas omnes transilit, vt teneat gloriam, & similes fiunt sancti hominibus illis, quos inuenit Saul saltantes iuxta sepulcrum Rachelis in finibus Benjamin.

Gloria aspectus & meditatio satis est ad contemptum rerum nos ducit.

Quid agant homines isti (inquit Gregorius[a]) iuxta sepulcrum formosæ puellæ immatura morte præuentæ, nisi transilire magnas foueas? quid agant Christiani, qui æterna desiderant, nisi magnas transmittere difficultates, dum crucem & mortem meditantur, humanitatis formosissimæ, quæ mortem propter Benjamin dilectum obiit, & honores despiciunt, & gladios deuorant, & flammas intrant, & maria nauigant, & aspera quæque transmittunt. *Viri ergo spirituales* (ait Gregorius) *foueas saliunt, quia dum se per cæleste desiderium erigunt, terrena contemnunt.* Sic egisse Seruatorem docet Paulus. *Aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.* Quare nos hæremus in terra? quare iter non arripimus, vbi est illa Tobiæ iunioris mater, quæ non audebat viæ committere filium dilectissimum: at cùm vidit Azariam sub pulcra iuuenis specie angelicam naturam tegentem, *præcinctum & paratum ad ambulandum, faldas en cinta y muy en orden para caminar,* & socium itineris se præbentem, & mater dat filium, & pater concedit, & iuuenis ipse fretus ac tutus iter arripit, & multas superat difficultates. *hombres de tierra pegados al sentido alzad los ojos subid con tal Angel, medico y salud de Dios.*

a 1. Reg. 10. 9. Tobiæ 5. 5.

Vera mater & quæ cæli aspectu mentes à terrum eleuat. 2. Mach. 7. 28.

Secunda inter fœminas numeretur illa Machabæorum mater, quæ cùm filium videt iam ante ignes & carnifices & sartagines Antiochi, ait: *Peto, nate, vt aspicias ad cælum & terram, & intelligas quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus: ita fiet, vt non timeas carnificem istum. Hijo mio la mar va muy alta y borrascosa y tu eres niño y te marearas, pon el vn pie en estos tormentos y arroja el otro al puerto de la gloria: peto à te nate vt aspicias cælum*; vbi authorem tuum libeat contemplari. Et ibidé insuper videre licebit, quis sit ille, qui assumit homines, qui extollit, qui magnos facit, qui sedes æternas dat, ille nempe qui omnia ex nihilo condidit. Vides mulieré istam veram matré cæli spectatricem Machabæorum gloriam, crede post illam aut paucas esse, aut nullam quæ honores in cælo filio suo ambiat, nam ecce accedit mater filiorum Zebedæi, honores postulans in terra.

10\. *Tunc accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi.* Multa se iam offerunt quæ dissimules & taceas (diuine medice) grauis sese iam offert morbus, eo grauior & periculosior, quo maternæ pietatis specie tegitur. Primò opus erit grauitatem morbi declares. *Nescitis quid petatis.* Secundò adhibere opus erit efficacem medicinam ægroto, potionem videlicet amaram. *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum.* Tertiò, si æger

SECVNDÆ PARTIS SVMMA DISCVRSVS. *Morbus ambitionis à Christo curandus suscipitur.*

æger rogauerit, an præscripto pharmaco bene valere possit? sperare, respondendum erit, medicorum more: non parum est mortiferum morbum agnouisse, & opertum manifestasse, ac denique attulisse medicinam; sanum verò facere ægrum non tam mei maneris est, quàm diuini: *eso toca a Dios y a la naturaleza que se esfuerze.* Sic etiamsi mater ista de euentu postulatæ sedis rogauerit, respondendum erit, *Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo, bebereis mi calis y tomareis la medicina lo demas no me esta a mi bien prometerlo dexest eso a la eterna ordenacion de mi Padre.*

11\. *Accessit mater.* Ardenti febre laborabat mater amore filiorum, illi verò lethali & mortifera ambitione; morbum vtrumque detegamus, & exploremus. Præfertur amor filiorum omnibus rebus, diuitiis, honori, vitæ: diuitiarum amore & febre pecuniæ quid non moliuntur mortales, quæ maria non nauigant? *descomulgata y sacrilega la llamo el otro.*

Febris amoris materni.

——quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?

Hæc autem omnia aspernanda & abiicienda putant qui filios hæredes non habent. Diues erat Abraham, qui in quadam belli expeditione trecentis ac decem & octo seruis, milites agere & arma sumere subitò imperauit. Sed quid sunt ista homini filiis orbato? Honori nihil præferendum, nihil sublimius ducunt principes; & quoties videas parentes obscurum & priuatum locum tenere, vt plausus & honor filio deferatur? sic fecisse legimus reges & summum Imperatorem Christum, qui primas Petro primogenito dedisse videtur, in patrandis miraculis, verbum suum adimplens, *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet*; faciet vtique Petrus cùm vmbra tantùm ægrotos innumeros leuabit. *es tan bueno Pedro como su amo, no, sino que es hijo y el mayor y es bien que le estimen.* Quid? vita neglectui habetur, & potior mors iudicatur à parentibus, quàm damna filiorum, tolerare, séque ipsi quàm filios mori malunt, dum non mori, sed in filio superstite viuere autumant. *Mortuus est, & tanquam non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se.* Quid de Agrippina Neronis matre dixerim, quæ cùm admoneretur ab astrorum peritissimo filium orbi imperaturum, sed ipsi matri mortem moliturum, *Occidat* (inquit) *modò imperet.* Porrò de Absalone contraria videntur afferri, *Absalon erexit sibi titulum cùm adhuc viueret; dixerat enim: Non habeo filium. leuanto una columna o tropheo quando machinaba la rebelion contra su padre.* & hoc insigniuit titulo, non habeo filios, opponitur locus ille, *Nati sunt ergo Absalon filij tres, & filia vna nomine Thamar eleganti forma.* Sed respondetur, primo illo tropheo & titulo coniurantium in parentem suum animos confirmare voluit, se nunquam ab incepta ambitione recessurum, *no ay cosa que me haga mudar de parecer no me tira prendas: non habeo filios; no tengo que perder.* Matrem ergo cogitate, inquit Ambrosius, febre laborat amoris, tu diuine medice tace, & tege infirmitatem istam.

Amor filiorũ ardens.

Ioan. 14. 12.

Eccli. 30. 4.

2\. Reg. 18. 18.

2\. Reg. 14.

Febris vnalis à ambitio.

12\. Pertentandus est nobis pulsus filiorum. Sic pauper & nudum est vitium vt pallium furetur virtuti, vt obseruat Magnus Albertus [a], *No tiene capa el vicio si no sola burta a la virtud.* Sicut hypocrisis tegitur religione, prodigalitas liberalitate, superbia magnanimitatis specie simulatur: nam magnanimitas (Doctore D. Thoma [a]) virtus est cor ad magna & illustria obeunda permouens, secundum rationem & mensuram, quod est virtutis proprium; quòd si ad hæc obeunda vel vires vel merita desiderentur, noli vocare illam magnanimitatem, sed præsumptionem. Hinc facilè transit affectio ista in ambitionem, quæ (teste Aquinate) est appetitus inordinatus honoris: nam honor propter se non appetendus, sed vt præmium virtutis est, & cum diuina voluntate coniungitur. Honor est instar salis, non ad manducandum, sed ad condiendum adhibitum. Igitur magnanimus in virtutem primum iniicit oculum, virtutem verò, quasi vmbra corpus, honor subsequitur. Vanus porrò esset qui vmbram in medio sole vellet nullo obiecto & opposito corpore efficere. Tanguntur ergo ambitionis febre discipuli dum magna appetunt propter honorem, & cùm coram sole iustitiæ merita non habent quæ opponant, matrem præmittunt vt in ipsam vmbram mittat sol, & protegat nudos piscatores, & ægros, honoris & dignitatis amictu, ideo *accessit mater.*

a Lib. de virtutibus.

a 2. 2. q. 129. art. 1. Vide de hac feria clasẽ Scholast. in thesauro abscondito.

Honor parce sumendus.

13\. *Tunc accessit.* Latet adhuc morbi grauitas, nam secum morbosa & lethalia accidentia trahit, & primò inuidiam, sic Bernardus [b] *liuoris parentem* vocat; *vitium iustum* aptè satis ab antiquis nuncupatum reperio, primùm enim animaduertit in inuidum ipsum, &, vt ait Augustinus, filiis viperarum persimile est, quæ ipsam matrem perimunt, & viscera disrumpunt antequam illos in lucem edat. *Ille quem persequitur inuidus fugere eum forsan poterit, sed seipsum fugere inuidus non valebit, hostis eius in pectore inclusus est.* Hinc iam malorum maximum oritur, nempe odium, odium verò tollit amicitiam: at *solem è mundo tollere videtur qui amicitiam è vita tollunt*, teste Tullio [c]: inuida ergo ambitio mundo pulcritudinẽ, cælo solem, terræ splendorem, hominibus lætitiam tollit, qua ablata cælum confusio fit, creaturæ in antiquum chaos, homines in bruta, respublicæ in tyrannides conuertuntur. Quando enim ambitiosus tactus est dolore mortis alicuius, qui potest in dignitate succedere? Sit in exemplum mors tua (ô mi Christe) cuius cùm acerbitatem & contradictionem coram illis memorates; & qualem contradictionem? & quam mortem? *Talem, tal la llamo S. Pablo*, emphatico verbo, *Talem à peccatoribus sustinuit contradictionem*; sicut cùm quis ardenti febre laborat, siti enecari dicitur, nec mirum est, ait medicus, *tali febre ardet, tal calentura tione* [*]. Tunc igitur cùm tibi impendebat mors, publicum vitæ omnium funus, sacrum spectaculum in quo superbia mortalium quasi in publica actione damnabatur & cõburebatur; *tunc accessit*, quando dolore cordis tangi debent, & præ tristitia & luctu omnem spem abiicere, & honores desperare; *tunc* cùm lacrymas fundere copiosè putares, sedes & principatus exposcunt. O crudelis ambitio, legum veræque amicitiæ violatrix, quis tibi fidat quæ Deo infidelis fuisti?

Inuida est ambitio.

b Ser. 6. in Psal. Qui habitat.

Ambitio contraria amicitia.

c De amicitia.

Insensibilis est & sanus ambitiosus.

Hebr. 12. 3.

* *Quãdo trataba de una muerte en el hilo de la horrura de las afrentas, acto publico de inquisicion donde salia afrentar la humana soberuia en su misma persona entonces llega a pedir honras.*

14\. Quamobrem si ægritudinem istam proprio indicare nomine volumus, vnanimi consensu Augustinus [d], & Bernardus [e], *pestem* vocant *occultam*. Nam nomine cathedræ pestilentiæ *Psalmo* 1. ambitio designatur, sicut nomine

Pestis est ambitio.

d In Psal. 1. & in cathedra pestilentiæ.

e Psal. Qui habitat. ser. 6.

Tyri iactat se Lucifer Ezechielis voce [a], *Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris, yo soy Dios y estoy en cathedra y silla.* Sed cathedra pestilentiæ est, cauete me sicut eos qui peste infecti sunt. *a parte a fuera que tengo peste.* Primò igitur vocatur pestis ambitio, quia sicut pestis serpit & grassatur: alia enim vitia mala quidem, sed non communia & vniuersalia; luxuria accendit & deturpat perditos iuuenes, sed non sapientes; auaritia senes & negotiatores, sed non religiosos viros: gula reges & diuites, sed non simplicem rusticúmque agricolam: ambitio verò pestis quam præconio publico vt caueant, omnibus indicitur, nam reges & seruos, proceres & abiectos, prophanos & religiosos, magnos & paruos, homines & mulieres, etiam piscatores veneno inficit, & lethaliter opprimit. Sed quod pestis proprium est, hoc maximè in ambitiosis videmus, alios alios refugere, & cauere diligentissimè, nec in vna sede morari; ideo cathedram vocauit ambitionem, quæ duos magistros simul non sustinet, sicut nec pulpitum duos concionatores, nec corona duos reges, quia in honoris ambitione, vel in gradu & munere, nec amicus amicum tolerat, nec filius patrem.

a Ezech. 28. 2.
Psal. 1. 1.
Fugiunt se inuicem ambitiosi.
Psal. 1. 1.

Quare mater docta satis, & quæ optimè callebat pestem, qua laborabant filij, non vnam, sed duas sedes, & longè diuersas postulat, sciens quia nec fratres in vna sede commorari queunt. Verùm non solùm fratres, sed, quod maius est, nec vxor, quæ vna caro est, virum in eodem honore socium habere potest, scriptum reperio in mundi primordiis, quis tale cogitaret? Venit multo mane serpens ad Euam, suadens vt vetitæ arboris fructus decerperet: verba autem persuasionis non ad illam tantummodo sunt, cùm sola esset, sed communia sunt marito, & (vt aiunt) in plurali numero, *scit enim Deus quòd in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij, scientes bonum & malum.* Callide serpens, quare mentionem facis Adami, & cùm singularem Euam alloqueris, plurali numero ais, *eritis sicut dij?* nonne planior loquendi modus esset si ambitiosæ fœminæ diceres, *eris tu Deus?* Absit, inquit: nam expedit mihi in culpam trahere non Euam solùm, sed maximè Adamum; quare vt viro suadeat vxor, esum pomi promitto, vtrique impartibilem deitatem: nam si diuinitatem vel illi soli promitterem, vel crederet diuisibilem esse, vt sola obtineret diuinitatem, nunquam marito esum persuasisset, nec pomum laudasset, nec Deum secum efficeret, ne participem suæ gloriæ iuxta se haberet maritum; quamobrem & ipsa tunc tanquam pestem refugeret mariti consortium, ideo callidus suasor ambobus deuinxit deitatem, *eritis sicut dij* ambo, vt ambo in ambitionem & peccatum ruentes pestem alterna & reciproca patientia tolerarent, aliter enim nec vxor maritum, nec maritus vxorem in altiori sede ferre posset.

Ambitiosus nec vxorem sociam gloriæ & dignitatis vellet habere.
Gen. 3. 5.

15. Accedit aliud accidens huic ægritudini, insipientiæ & fatuitatis, *accidente allegado vna punta de necedad y no pequeña,* quam bene nouit diuinus medicus, dum ait, *Nescitis quid petatis.* Nam quis ab insipientia excuset sitire honorem, in quo dedecus est, ambire requiem, in qua non nisi labor? Bernardus, *Quantos* (inquit) *pestis hæc nequiter supplantatos turpiter quoque deiecit? quid verò hunc fouet vermem aliud, quàm mentis alienatio, & oblinio veritatis, hombres enagenados y desmemoriados.* Nónne insipientia est proprio studio & industria peperisse sibi insomnes noctes, & in omni parte lecti quasi in flammis torreri, inter byssinas sindones quasi inter spinas cubare? ideo Elisæus suum appellauit magistrum *currum & aurigam Israelis*, nam & onus & curas ferebat vnus totius populi, qui quasi in curru colloqui, ridere, & stertere somno solent, interim autem gemit currus, & solertissimus auriga ex alto regit & gubernat. Nónne igitur insipientia est qui vix seipsum tolerat, (*tædet animam meam vitæ meæ*) aliorum mores, tædia, tristitiam & morositates libenter in se transferre, *no puede vn hombre llebar su propria vida que sera carretear enfados de todos?*

Ignara est & sibi nocet ambitio.

Quid iam superest nisi vt tanquam ægrotos insomnia fatigent, nam & insomniis & insaniis credunt, & super somniatis bonis decertant, & vigilant quasi dormiant, & præsens bonum deserunt vt somniatum apprehendant. Somniauerat Ioseph fratres sicut stellas, & quia se quasi manipulum somniat, qui vix à terra eleuatur, statim de nece eius agitur. *acabemos con el que senos alçarà a mayores, mañana dara con las espigas en el cielo;* propria quidem cogitatio oppressi tam ignorantia, quàm somno. Scitis quousque procedat horum insipientia? cessit è vita amicus Philosophi cuiusdam, qui certus iam sui obitus vocat Philosophum amicum, & coram ipso testamentum condens, ait, rem omnem familiarem qualemcumque meam tibi relinquo, vt pergratum mihi & diis facias, nempe vt postquam excessero, bona hæc omnia illi conferas, quem stupidiorem & abiectioris mentis & consilij in vniuersa repereris vrbe. Considerabat ille, & quasi ex insidiis attendebat, quis insipientior est in vrbe, & dignior hæreditate? cùm ecce (vt est varia fortuna mortalium) consul quidam non solùm consulatu expoliatur, sed honore, sed patria, & ad æris fodinas exul relegatur. *Cayo y enbiaronlo a las minas que es de cira galeras;* vix per miserum & infelicem istum vacat consulatus, cùm ecce eques quidam impensè consulatum appetit, ambit & obtinet: tunc Philosophus è vestigio accurrit ad eum, & designat hæredem, & omnia bona commendata refert. Te te quærebam Domine, tu quidem dignus es hæreditate, ideo nempe, quia neminem in tota vrbe reperi ineptioris consilij, qui sedem vnde proximè ruit in barathrum dedecoratus vnus, ipse in eandem sic ardenter aspires. Quid insuper non ægritudo simplex est & vna (vt solet esse pestis) sed complicatos affert morbos. *Colligata est iniquitas Ephraim* (hoc est, ma- 16.
lum aulicorum & principum, quos denotat Ephraim) *absconditum peccatum eius, maraña de peccados, madexa rebuelta, por sin fuelo enfermedades complicadas son el mal de los cortesanos.* Bernardus [a], *Ambitio subtile malum, como centella de rayo que hace pauesa el alma y dexa entero el cuerpo: secretum virus, y asi no temido, pestis occulta y asi se pega, doli artifex y a si deserraja ley amistad y fee: virtutum*

Somniant ambitiosi.
Insipiens & quasi somnians ambitio.
Plures morbos continet ambitio.
Osee 13. 12.
a Vbi suprà.

 ærugo,

arugo, yo ſi las desflora: tinea ſanctitatis, exsicatrix cordium, mater hypocriſis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, ex remediis morbos creans, generans, ex medicina languorem. & cùm grauis languor ſit, æger non ſentit ægritudinis accidentia, ſed potiùs ſurgit, ambulat, ambit, & ad medicum ipſum ecce accurrit. *Acceſſit ad eum mater filiorum.*

17. *Neſcitis quid petatis.* Grauiſſimo & periculoſiſſimo morbo ſola cæleſtis medici opera & induſtria poſſet ſubueniri, adhibita protinus acri & peramara medicina, *Neſcitis quid petatis, voſotros no ſabeis el mal que trabeis?* in ratione veſtræ curationis videre liceat. *Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum.* O pietas noſtri medici, cui nulla ſalus deſperata eſt, quàm citò accurrit, quàm ſedulò occurrit morbo, quàm ſapienter nomen indit malo; *neſcitis*, inſipientia laboratis, quam forti remedio ſubuenit, omnia redolent pietatem. *Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt indicium. Quando Dios llega ligero como vna aguila a quitar os de la mano lo que os mata y dar os el remedio, grand merced.* Refert in hanc rem Pierius [a], cùm meſſor quidam aquilam à ſerpentis lingua eruiſſet, cum quo diu contenderat, euenit vt ſpectante aquila ipſe cum ſociis magna oppreſſi ſiti & æſtu in fontem accurrerent, qui aquam hauſerunt ſimul & venenum, mortémque biberunt: cogitat ille bibere, & parat vas fictile; vas iam adhibet ori, cùm ecce aquila raptim deſcendens roſtro & vnguibus ſcyphum eripit, & ſoluere cogit. O ingratitudo ingenuæ auis! imò ô pietas, cæleſtis & regia, nam dum ille conuertit oculos iacentes, videt veneno aquæ peremptos ſocios, ibi in ſæuitia amorem, in ſeueritate pietatem aquilæ nouit. Vis noſſe (frater) grauitatem morbi, & diuini medici pietatem, vide quàm citò ſubtiliter & qua non putatis via, veſtra Deus deſideria & conatus irritos facit, & temperat aqua lætitiam, & dum Deo dicis: Mutatus es mihi in crudelem, conuerte oculos obſecro; quot iacent in ſepulcris, qui in cœna, in theatro, in lecto, in horto, in ludo occiſi ſunt; quid ſi litem ſuſcitaſſes, quid ſi ad rixam accurriſſes, quid ſi ad cœnam veniſſes? neſcitis quid petatis.

Solus Christus ambitionis medicus.

Pietas magna peccatura non concedere.

2. Mach. 6. 13. author libri.

a Cap. de Aquila.

18. *Hæc prohibere magni beneficij eſt indicium, no es merced de Dios dexar los ſalir con la ſuya antes es ira y manera de condenacion.* Nónne genus ſupplicij eſt ſinere indignum & indoctum præbendam obtinere, nemine refragante votorum, qui in dignitate poſitus riſum omnium mouet, & mortem æternam ſibi comparat? nónne genus ſupplicij eſt petulantem fœminam, quæ fores & ſeras adulterat, & in externam domum penetrat, & commiſſo ſcelere gaudet, eo quòd ſilente cane, non ſtridente cardine, nec reſiſtente cuſtode, nec vigilante marito, rem omnem, introitum & exitum peregerit; *quid mihi triſte accidit?* O quàm ſibi commodius fuiſſet Deum irritos feciſſe conatus tuos, quàm te ad ſeueriorem pœnam, & ad ſeram pœnitentiam referuaſſe. Miratur, nec ſine cauſa Philo ſupplicium illius honeſtæ matronæ vxoris Leuitæ, quæ cùm domi ſe continet, à viris Iabes Galaad vi coacta, oppreſſa turpiter, obiit, venit Leuita, & vxoris dedecori maius alterum adiunxit. inauditum, nam arreptam denudat, & in duodecim diuiſam partes vnum vni tribuum, alteram alteri miſit, vt eorum iram & vindictam inflammaret. Rogat ſapiens iſte, Domine quid peccauit honeſta mulier cùm domi ſe continet? quare turpi oppreſſione, & tandem publica infamia affici permittis? Reſpondet, *Et illa meritò mortua eſt, quia cum alio quodam iniuriam fecerat marito ſuo, creed que eſta muger hauia hecho otra traycion a ſu marido, y entonces ſe fraguo eſte mal y graue caſtigo.* Tunc ergo cùm iſta in adulterium ſecretum ruebat, & mortem & venenum hauriebat, genus pietatis eſſet ægritudine afficere, & poſtulata negare, ſicut Chriſtus, *Neſcitis quid petatis*; ne opus ſit ſecretam ambitionem poſtea ferro, infamia & pœna publica curare & punire.

Genus ſupplicij eſt petita peccatori concedere.

Eccli. 7. 6.

A ſimili ex ſacra hiſtoria. Philo lib. de Antiquit. bibli.

1. Reg. 11. Iudic. 20. 4. & Oſee 9. 9.

Poteſtis bibere calicem. Amara potio vobis ſumenda eſt, ea nempe amaritudo, quam ſecum afferunt dignitates. Nonne amara eſt ambitio quæ ſomnum, lætitiam & tranquillitatem vitæ adimit, nónne amarum tot ſe immiſceri negotiis ſpiritualibus prælatum, in quem tanquam in puteum omnes haurire veniant, conſolationem & cibum ſpiritualem indeficientem. *Ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet, ſiempre a de hallar paſto eſpiritual.* Nónne amarum tot diſſonantes inter ſe chordas, vel meliùs dicam, corda ad vnius Dei gloriam temperare? *y ſin quebrarlas torcer la clauija.* Nónne amarum homines imponere ſuper capita ſua pondus intolerabile? Nónne acerbum eſt vbi ſperas honorem, dedecus inuenire? & omnium oculis patere infamiæ, iudicio, errori & vulgi temeritati, id enim eſt regere & iudicare, ab omnibus iudicari: vt luculenter ponderat Origenes [a]. *Omnis adeundi honoris eccleſiaſtici abſcinderetur ambitio, ſi iudicandos potius quàm iudicaturos, ſi qui præeſſe volunt populis, cogitarent.* Sicut ille alter qui depinxit ſimiam ad radicem arboris ſedentem, & bene quidem, ſic enim defectum caudæ & alia fœda tegebat: at incedit appetitus arborem aſcendendi, & ſubitò riſum omnium permouit, dum diminutum animalculum vident. *In circuitu impij ambulant, dexanſe leuantar de la rueda de la fortuna los inſipientes.* & inde fit, vt exponit Rabbinus apud Caietanum, *vt ambulent velut eleuando vilitates coram filiis Adæ, veenſe luego ſus menguas y meſcabos que ſe encubrian en el lugar baxo.* Nónne acerbum eſt calicem vſque ad fæces haurire, hoc eſt, teneri reddere rationem de animabus quas regendas ſuſcipiunt, *quaſi rationem reddituri de animabus veſtris.* Hic ergo eſt calix quem ego bibi, nam & mater ſpiritualis effectus vbera ſemper plena omnibus etiam Samaritanis offerebam, ego diuerſos eorum mores temperabam, ouem in humeris retuli, crucem pertuli, arborem aſcendi, in qua quaſi ſimiam multi blaſphemantes irridebant, & quaſi vnum è facinoroſis iudicabant, & tandem rationem Patri meo reddidi ouium quas ſuſceperam; *Pater quos dediſti mihi, cuſtodiui, & nemo ex eis periit, niſi filius perditionis*; éſtne amara potio? hanc ego hauſi, poteſtis & vos? 19.

Amara ambitio & multas exhaurit acerbitates.

Ioan. 10. 9.

a Lib. emblematum. *Emblema indecora ambitionis.*

Pſal. 11. 9.

Onus dignitatis tulit Chriſtus ipſe.

Ioan. 17. 12.

Poſſumus. Liberalis quidem Apoſtolorum reſponſio, in reliquis autem ambientibus dignitates audacia & diabolica temeritate plena

Audacia am-bitionis. vox, putant enim, æquè bene ac Christus calicem posse sumere, & dignitatem subire, iam non in condiscipulos audaces & præsumptuosi, sed in Christum. Vocati pictores ab Alexandro vt imaginem Deæ cuiusdam absoluerent, cui caput deerat, hæserunt omnes, recesserunt prudentes, aggrediuntur opus proiecti & temerarij. Opus quod in corpore Ecclesiæ reformidat Paulus, *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius quod est Ecclesia*; hoc ipsum opus sanguine Christi satis ad sufficientiam perfectum ad efficaciam consummat Paulus, *in carne mea, ea quæ desunt*; hoc ipsum isti opera Christi & Pauli lingua & laboribus nondum consummatum, autumant se posse ad perfectum ducere. O temeritatem! *Possumus.* Colos. 1.24.

20. Igitur rectam victus rationem ad valetudinem conseruandam recipite. *Calicem quidem meum bibetis, vna recepta, que es vna resolucion, que no os an de faltar trabaxos*; ita tamen hauriendus est calix, vt salutem in laboribus animæ, & Deo gloriam comparetis; quæ duo vt salua sint mors obeunda erit, ponenda dignitas, deserendus honor, abdicandæ diuitiæ: pereant vniuersa, incolumis sit anima, optimè enim dixit Vlpianus [a], posse me, grassante igne in proxima domo, domos iam vicinas conflagrantes scindere, diruere, ne ignis absumat meas. *Neque enim* (inquit) *damnum dare videor ædibus æquè perituris, si asi como asi ya se abrasan que mucho derribarlas por saluar mi casa.* Mea domus, mea omnia bona in vna anima reposita habeo, quòd si grassatur ignis tribulationis, tyrannus, tentatio, aut occasio culpæ, mortificate, scindite, verberate, *neque enim damnum dare videor, dad a la bomba si veis que se entra en casa la hacienda injusta*; transfunditur enim in bona vestra, & corrumpet illa. Deponite dignitatem subreptitio modo, vel indignè susceptam aliena reddite, fastum corrigite, vt cùm mors ingruat, fortuna reflet contraria, principis gratiam amittatis, iam vos tenues & moderatos inueniat, & non exturbati, sed gradatim sensimque in priuatam fortunam & humilem locum descendatis. *hallarà me purgado y sangrado y adelgaçadas las passiones de ambicion desmoronadas las paredes con propria mano y no diran que me coxio debaxo mi pretension y desgracia ni mori de pena ni de repente.* Sed in meo lectulo; hic igitur est calix mortem bibere satis in tempore, & opportunè, & ad eam se comparare.

Mortificationis opus necessarium.

a Cõtra Labeonem. ff. de incendio.

Sensim à prospera fortuna dimittit se prudens & cordatus vir.

21. *Non est meum dare vobis.* Clarè loquar, non ob hoc salutem integram promitto, relinquamus Patri, gratiæ & cooperationi euentum, ideo Hieronymus [b], *Regnum cælorum* (inquit) *non est dantis, sed accipientis, non personæ, sed vitæ paratum est, el reyno de Dios nos es del que lo da sino del que lo recibe.* Quid ais Doctor maxime, omne datum optimum nónne à Patre venit? nónne beatos facit, sedésque constituit? Quando res aliqua vt præmium proponitur certantibus, non tam dicimus esse dantis, quàm obtinentis; dicere igitur Christum, *non est meum dare vobis*, perinde est ac si diceret, non tam mei est opus hoc dantis, quàm vestrum dum obtinetis: vbi nota verbum *accipientis*, pulcrè à Hieronymo vsurpatum, nam recipere perinde est in sacris litteris ac *obtinere*; verba Pauli sunt. *Omnes* (in ludis olympiacis) *quidem currunt, sed vnus accipit brauium: sic currite vt comprehendatis.* Vos ergo currite; *non enim tam est præmium personæ, quàm vitæ*: non sanguini deferendum, sed vitæ & bonis moribus. Consonat sibiipsi Hieronymus [a], *Dum ait Moyses, amicus Dei potuit vtique successores, principatus, filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: sed extraneus de alia tribu eligitur, Iosue nimirum, vt sciremus principatum in populos non sanguini deferendum, sed vitæ.* 1. Cor. 9. 24.

Ex præuisione meritorũ gloria datur.

b In hunc locum.

Cooperatio nostra.

a Epist. 1. ad Iulitam, & refertur 8. q. 1. c. Moyses.

22. Nouo tamen, præter hoc, remedio occurrit, nouam impertitur gratiam; dum negat statim, nec tardat responsum. *Non est meum dare vobis, el si y el no las palabras mas breues para que las digan presto los señores*; ideoque, vt bene notat Ambrosius, ita negauit mercedem, vt nequaquam negasse videretur, in primis dando illis breue responsum, secundò dum rei negatæ aliud donum maius addidit, vt acerbitatem repulsæ dono attemperaret. *Calicem quidem meum bibetis, esto si essotro no, no quiso dar vn, no, a secas. Noluit his quos diligeret* (ait Ambrosius [b]) *videri quod peterent denegasse, sanctus & bonus Dominus, qui mallet aliquid dissimulare de iure quàm de charitate deponere, quiso mas perder de su derecho y con menoscabo de su authoridad dissimular si puede o no puede que decir vn a secas o tardar en responder.* Contraria sunt verba & opera mundanorum, tardant mercedem, & post longam expectationem acerbum calicem propinant; quid enim aliud indicat, *Poculum in manu meretricis magna*, in cuius fronte erat scriptum, *Mysterium: calis en la mano y mysterio en la frente.* Qui dicit *mysterium*, dicit secretum & absconditum sacramentum nondum declaratum. Hæc igitur est mundi fallacia, qui cùm amara semper propinat, semper mysteria promittit, *da a beber tragos amargos a los pretendientes y siempre da largas, y pone el dedo en la boca, callad, vos vereis no desmayeis.* O quoties acerbam biberunt mortem milites strenui, & cùm de stipendio & præmio agitur, respondet, *mysterium: vos vereis lo que saldran de la consulta.* O quot annos ambitiosè consumptos habet ille aulicus iam canis plenus qui limina regia terit, & post hæc nil, *nisi mysterium*, consequitur, sicque dubios reddit, & in coniecturis laborant, dicúntque, nescio quem cursum, aut quem exitum res sit habitura, *no lo entiendo no me hablarian claro? mysterium.* Christus verò apertè loquitur, *Hoc non est meum dare*, dabo quod possum, *calicem bibetis.*

Citò respondere genus beneficij est.

b Lib. de fide ad Gratianũ cap. 3.

Mundus tardas mercedes fuas.

Apoc. 17. 5.

23. Regium porrò ac pæne diuinum donum est ambitioni finem imponere, eripere, & euellere ambientibus errorem, atque à suo desiderio auertere. Nam Bernardus [c] de ambiente sic scribit, *Non cessabit, factus Episcopus altiorem sedem desiderat, quà fortè adeptâ nescio quid altius somniat laboriosis itineribus. O infinita semper ambitio!* Quod infinitum est, nullibi capitur, à nullo terminatur; quod ambitiosi proprium est, nullibi contineri. Quod infinitum quasi immensum, nec ratione comprehenditur, nec consideratione fingitur, imò nec imaginatione efformatur, *infinita est ambitio.* Duplex distinguunt infinitum Philosophi, categorematicum vnum, syncate

Merced digna de Rey desengañar a vn pretendiente errado.

c Epist. 42. ad Henricũ Archiepisc.

Infinita est ambitio.

ſyncategorematicum alterum, *non tot, quin plura:* hac vltima ratione infinita eſt ambitio, quæ non tam dicitur infinita, ob ea quæ habet, quàm ob illa quæ non habet, quæ cùm aſpicit appetit, & cùm non conſequitur, quia infinita, plus & plus appetit. O longam viam, nónne melius eſt ad illam ſemitam compendiariam reuertere, quam docet nos Chriſtus? per quam Dauid ſanctus incedit, quem ſequuntur omnes qui amaro ſunt animo? deſine infinitam viam ſæculi, aſcende Ieroſolymam, vbi pacem reperies, vbi Aquila illa te ſub alis proteget, in ſublime portabit, vbi vera gloria, vera felicitas, vera dignitas immortalis erit ac ſempiterna.

VERBVM FILII. Matth. 20. v. 18.

Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum.

Ad amoris Chriſti, patientiæ, & ærumnarum æquam æſtimationem, inducit.

DISCVRSVS LXXXIII.

1\. *Cogit nos amor Chriſti æſtimatam paſſionem ſoluere.*

2\. Cor. 5. 14.

SISTIMVR, præſenti diſcurſu, coram ſanctiſſimo iudice, amore videlicet Chriſti noſtri, Ieroſolymam & in crucem aſcendentis, qui meritò diem nobis dixit, & ſua vrget charitate, ſicut Paulus ait; *æſtimantes hoc*, quòd pro nobis paſſus eſt, de ſolutione agamus; *& quia vnus pro omnibus mortuus eſt*, nos vitæ & mortis debitores eſſe fateamur. Iudex noſter & trutina eſt, crux videlicet Saluatoris: æquiſſimus quidem iudex trutina, quæ ſi rectè conſtituta ſit, & in vtraque lance res, de qua eſt controuerſia, conſtituatur, ſi ſemel in vnam partem inclinat, ſtatim partes litigantes tacent, & conuictæ recedunt. Ideo Clemens Alexandrinus [a], Chriſtum in cruce iudicem viuorum ac mortuorum conſtituit. *Virum* (inquit) *ſecundùm opera ſua iudicabit cùm bona ſtateræ iuſtitiæ faciem Deus nobis Ieſum notum fecerit, per quem tanquam ex æquali trutina Deum cognouimus; en moſtrando a Chriſto por fiel de Iuſticia diuina no chiſtara toda maldad al punto ſe harà el juicio, y ſeran conuencidos los mortales, omnis iniquitas opilabit os ſuum.* Hanc eandem ſtateram ſibi conſtituerat D. Auguſtinus [b], vt perpenderet cuinam cor ſuum deberet, ad quam partem deberet inclinare, *Amor meus pondus meum, illo feror quocumque feror.* Conſtituamus æqualem trutinam, & in ſtatera vna labores & ærumnas Chriſti, noſtri gratia perpeſſas imponamus: in altera autem amorem quo hæc pertulit perpendamus, in illam vtique partem cor noſtrum propendebit, quæ maiori pondere plus deprimatur, *illo feror quocumque feror.*

a Cap. 8. Pædago. lib. 1. in illud Prou. 31. & Sap. 6. *Iudicabit*, &c.

b Lib. de virginibus.

BIPARTITVS DISCVRSVS.

In prima ergo lance pœnas & dolores Chriſti imponamus eo ordine quo ab Euangeliſta referuntur, & à Prophetis fuerant prænuntiata. Ideo enim de illis agens *Luc.* 18. dixit, *Conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas de filio hominis.* Et iterum, *filius hominis tradetur*, hoc verbum *traditio*, id ſignificat quod inter fideiuſſorem & debitorem ſolet intercedere. Nam cùm debitor ſoluendo non eſt, ſe ſuaque bona fideiuſſor oſtendit, vt creditor ſibi in bonis ſatisfaciat, apprehendat ea tanquam ſua, & vexet ſi velit corpus fideiuſſoris, *hipoteca ſus bienes y perſona para ſatisfacer el fiador al acreedor.* Hodierna ergo dies eſt in qua diuinæ iuſtitiæ traditio fit perſonæ, & bonorum filij Dei, qui ſe vadem pro hominibus conſtituit, & homines ſoluendo non ſunt. Hoc eſt quod ex æterni Patris ore filio denunciat, *Ego Dominus vocaui te in iuſtitia, & apprehendi manum tuam.* Coniunctio *&*, in hoc loco Hebraico more pro *quia*, ſonat, ſupponítque & alludit ad antiquum morem vadimonij faciendi, vel ſponſionis; nam cùm per id tempus non eò progreſſa eſſet hominum peruerſitas, nec tot calami & publici Scribæ redundarent, manu vadis & creditoris inſertione & apprehenſione fides adſtringebatur, & firmabatur pactum, ita vt palma aut vola manus vnius quaſi defixa ad alterum maneret. Inde, *Si ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam*, nam vades apprehendendam manum alteri dabant, & manum manui adfigebant. *Guardate de ſalir fiador que te dauas la mano al creedor y te puede lleuar a juicio quando qui ſiere.* Chriſtus autem qui pro nobis promiſit vadimonium, non manus tantùm, verùm & pedes defigendos cruci tradidit, & quæ non rapuit exſoluit. Nunc ergo vadimonio aſtrictus vocatur à Patre filius, dicens, *Vocaui te in iuſtitia, venida juicio hijo mio, quia apprehendi manum tuam, pues os heciſtes fiador, y me apretaſtes la mano, y os la tengo clauada*; & quia Seruator noſter nequit ſpondere, impignorare, & quaſi in hypothecam dare bona primogeniti, quæ filij Dei hæreditario iure poſſidet, neque abalienare hæc poteſt, neque in his iacturam pati, declarat hodie bona hypothecæ, dicens, *Filius hominis tradetur, entre en fiançàs ſolamente lo que herede de parte de madre.* Perpendite hîc duo. Primum, quòd cùm cæteri homines ſe in vadimonium pro amico offerunt, amoris vi & amicitiæ ſtimulo adiguntur, & quadam inconſiderantia obcæcantur. Tu verò Domine ſciens & prudens quid & cui diſcrimini exponeres tua bona, præuidiſti: obruiſti perſonam ſanctiſſimam, vitam pretioſiſſimam, honorem filij Dei, corpus pulcerrimum. O ingens pondus! ô traditio mirabilis! ſed in qua aliud maximè ponderandum latet: nam plus tradit quàm apparet. Sicut quando princeps, dominus alicuius oppidi fideiuſſorem ſe conſtituit alterius principis qui in regia curia eſt, reclamat vxor, & dotem ſuam ab hypothecis liberari petit, *ſaco mi dote ſeñor*, accurrunt vaſalli. Quid agis domine? nónne vides funditus res noſtras perire? vadem te facis principis alterius, qui extremè indigentiſſimus cùm ſit in regia curia nouo quotidie ære adſtringitur, & in ſempiternum non ſoluet? *mire vueſtra ſeñoria que nos hunde a todos que eſtos ſeñores corteſanos no*

2\.

Vades noſter Chriſtus bona ſua proponit vt ſoluat.

Iſai. 42. 6.

Apprehenſione manus vadimonium celebrabatur.

Prou. 6. 1.

3\. *Amor Chriſti quàm profusè ſoluere fecit Chriſtum pro nobis.*

Explicatur à ſimili.

no tienen vn real. Tacete (inquit) scio quid obtuli, id nempe quod vos rustici & illiberales nunquam offerre auderetis. Pergit ad montem Abraham, vt Deo sacrificium faciat: puer Isaac subodoratus est maximam obligationem super se tollere parentem, qui tanto Deo sacrificium solemne instituebat, quare rogat; *Vbi est victima. Padre mio mucho os empeñais mirad primero si ay que offrecer.* Præuisum habeo fili mi: nam, vt notauit Ambrosius [a], ideo hæc omnia præcesserunt, longa via, lignorum præcisio, *ne raptus subitò ad immolandum æstimaretur, nadie piense que es furia, o, passion sacrifficar vn hyo y empeñarse tanto*; quare respondet, *Dominus prouidebit sibi victimam fili mi, descuidad vos hijo que vn cordero tiene Dios aparejado.* Similiter ascendit Christus ad immolandum se Patri, & ne inconsiderantia raptus ad crucem videretur, multa vnius itineris molimina interposuit: nam & cæcos sanat, & contentionem discipulorum sedat, & matrem filiorum Zebedæi exaudit. *Quanta molimina immolaturi ne raptus subitò ad immolandum æstimaretur: para que vean que no es passion sino amor el salir fiador.* Accedit Petrus, *Absit à te Domine, señor mirad que nos destruis que nos empeñais a todos y dexais pobre a vuestra madre.* Apage sis (inquit Dominus) nescis quod facio. Vnumquodque opus meum, infinitum debitum soluere poterat, vt autem honore afficiam vos, volui dare etiam in hypothecam vos, & bona vestra, vt mei gratia efficiatis, quod vos rustici & illiberales nequaquam fecissetis. Itaque in illa die nos omnes & bona nostra in vadimonium dedit: *hizonos honrra de que nuestras personas y bienes entrasen en fianza con sus meritos.* Et hæc est victima, inquit Ambrosius, quam sibi prouiderat Christus. *Per quam multi patres offerrent filios suos, & separari ab hoc sæculo non timerent. Quotidie offerunt patres filios suos, vt moriantur in Christo, & sepeliantur in Domino.* Tradit ergo Christus quod nos non traderemus in pignus, dat bona nostra quæ nos nunquam offerremus. Vide ergo iuuenem qui parentes deserit, & mundi illecebras fugit, saccum induit, & intra septa & claustra monasterij degit. Vide item Virginem lectissimam, capillos, monilia, fucos, ornamenta abiicientem, thalamum & parentes abdicantem; quid est hoc tenerrimi agni, nónne modò luxuriari & exultare inter prata & viridaria mundi liceret? quare inter retia, inter spinas, inter vincula vos liberè datis? Nihil nouum facimus (respondent) agnus enim ille qui sui traditionem fecit, nos his vinculis, his spinis irretiuit, sicut agnum illum quem inuenit Abraham *hærentem cornibus.* Soluimus quod ille spopondit, *adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, llenamos la fianza que hizo el señor y lastamos lo que el offrecio que fue tanto que nos empeño a todos.* Nunc ergo pondus in statera imponamus. Filius hominis, Virginis sanctissimæ, in quo omnia sua bona reposita habebat, seipsum tradidit, & vitam, bona & annos tot Martyrum, tot confessorum, tot iuuenum, tot pudicarum virginum simul spopondit. Quis hæc enumerret? quis ponderabit?

Gen. 22. 7.

a In Gen. citatur à Lipomano in catena.

4. *Christus dū vadem se dedit, nos etiam liberaliter bona nostra Deo consecrare fecit.*

Appendium solutio Christi.

5. *Plures ponderat traditio iniqua à discipulo.*

Tradetur. Graue quidem soluere quod non debebat; grauius autem tulit fieri traditionem sui per manus discipuli. Tria autem sunt hic grauissima, de quibus conqueritur, *Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus.* Primum est hunc traditorem fuisse non externum, & cuiusuis notæ, sed notissimum virum, & ipso nomine obligatum ad confitendum & reuerendum magistrum: ideo qui inter omnia tormenta etiam cùm patiebatur, siluit, lamentabilem gemitum tanto antè proprium indicans nomen edidit. *Tu verò notus meus.* Hebraicè, *Tu verò meiudabi. Pero tu mi Iudas, mi confession.* Secundum, *qui mecum dulces capiebas cibos.* Regia, *qui simul habuimus dulce secretum*, quem ad mensam meam, & dulcissima secreta vocaui, nam hoc etiam grauiter tulit Saluator, vt pœna Iudæ denotat. Nam mirabile est qua ratione suspensus homo potuit medius crepere, & viscera non aliena ope & vi disrumpi: at quia primus extitit qui in peccato communicauit, & secretum reserauit, æquum fuit ea affici pœna, qua visceribus disruptis quidquid intus latebat erumperet. Tertium, *Magnificauit super me supplantationem: engrandecio su peccado y traycion sobre toda traycion.* & ampliùs ipse declarat affectum, *Qui edebat panem meum leuauit contra me calcaneum suum.* De quo quereris Domine, cur vocas peccatū calcanei, cùm potiùs ore te salutauerit, osculum dederit, & panem tuum sacrosanctum ore sacrilego deuorauit? nónne hoc ingens crimen fuit, & iniquitatis complementum? minimè, ait Dominus, (vt ponderat Aquinas [a]) sed vltrà, peccatum magnificauit. Nam post peccatum oris quid supererat nisi peccatum calcanei; illud nempe quod eisdem pedibus, quos ego Dominus & magister lauaueram, exterseram, osculatus fueram, eisdem sic recenter ablutis ad perficiendam traditionem incedit, & pedibus puris sacerdotalibus ac Deo sacratis ire, aggredi, ordiri, & perficere peccatum, crimen horrendum est. Quid si manibus, quid si ore, quid si corpore, quod Christus quotidie sanctificat, sacerdos iste ab altari in peccati occasionem ruisset? Accedit aliud si non grauius, saltem filij Dei persona indignissimum, sordidum atque deforme. Traditio nempe facta vilissimo & sordidissimo pretio. Licèt enim *triginta argenteos* plus valere putant quàm apud nos (vt putauit Budæus [b],) alij trecentos ducatos, ita vt argenteus libra sit argenti: mea tamē coniectura est (Domine) te vilissimo pretio emptum fuisse, communi videlicet seruorum pretio, secundùm legem Exodi, vbi alicuius serui occisori, triginta siclorū pœna iniungitur, vt D. notauit Hier. [c] te videlicet, *quasi vile mancipium tradidisse, como esclauo malo lleno de tachas.* Sicut si quis alterius ciuis seruum coëmeret, vt se ab illo vindicaret, apud se statuens flagellis cedere, facibus ardentibus adurere, ac postea suspensū tanquam canem in sterquilinium ferre sepeliendum, si decem numis posset emere, solueret centum aut trecentos numos? minimè. Emebant te Patris æterni filium, & ancillæ Mariæ sanctissimæ, in quantū homo natum, vt viginti horarum spatio cæsum flagellis, pugnis peritum, in crucem tollerent, & in sterquilinium ducerent, & inter grassatores sepelirent; si ergo te triginta possunt emere argenteis, credā ego trecentos aureos numos dedisse? O plena sceleris traditio! ó res, cùm auditu crudelis, tum visu nefaria. Adducite stateram, imponite hæc verba, *Iesus Christus Dei filius traditur à discipulo inimicis, triginta argenteis, perimendus, & in locum stercoris proiiciendus,*

Psal. 54. 14. & 15.

מידעי

a In hūc locum hic ponit complementū traditionis.

6. *Comprehensio Christi tradente Iuda grauissimum crimen.*

Venditio vilissimo pretio.

b De asse. Baron. lib. 1. Annaliū.

c Hie.

7.

P. Villalpan. tomo 3. de vrbe. Vide in verba Iob infra.

Nefaria traditio Christi, à discipulo.

& illi ſat dediſſe in pretium putant, & venditor paruo ſuo pretio contentus eſt, quedan ellos contentos y el pagado? Quid horribilius? ipſe mitiſſimus agnus tantum ſilere nefas noluit. *Et appenderunt mercedem meam triginta argenteis, & proieci illos ad ſtatuarium, decorum pretium, quo appretiatus ſum ab eis. Hermoſo precio por cierto por vna eſtatua de vn leño pidiera mas vn eſcultor.* Tu verò, ô homo, Deum tuum plaſmatorem & compoſitorem, qui te tanquam ex argilla formauit, propter hominem, vel fœminam ex luto compactam deſpicis, commutas, vendis? *Decorum pretium, hermoſo precio da, quien tanto valet* Vlteriùs

Zach. 11. 12.

8. *Ad conſpuendum.* Affirmat item vas & fideiuſſor noſter os illud ſacratiſſimum libenter offerre vt conſpuatur: in eius enim vultum alapæ, pugni, ructus, excreatus & ſputa, teterrima ora militum conſputabunt & proiicient. Res quidem ſic noua & nefaria, vt incredibilis viſa fuerit Apoſtolis, & ideo *nihil horum intellexerunt, quien penſara tal?* nam cùm ſerenam illam frontem, illa duo lumina cæli, faciémque liberalem & Deo dignam contemplantur, quis audeat cogitare, obductis & velatis oculis linteo, ſputis & pugnis feriendam, & robuſtam & ſacrilegam manum ſui ſceleris veſtigium in maxilla & facie veneranda relicturam. Prædixerat tamen Iſai. *& poſuit Dominus in eo iniquitates omnium noſtrùm.* Omnem pœnam noſtrorum flagitiorum in illum Pater coniecit: venditus enim eſt vt ſeruus, flagris cæſus tanquam fur, cruci ſuffixus ſicut homicida, lancea confoſſus tanquam graſſator viarum & pirata, in illum omnis nequitia noſtra confluit, & quaſi ſputamenta coniecit: aliud tamen grande pondus & maxima æſtimatione dignum latet in illo verbo, *poſuit in eo*, contingit vobis cùm ægrotatis linteum præpendere ex vna parte lecti, ne ſericum conopæum ſputis conſpurcetur, vbi vnum obſeruate, ſtatim ac ſcreatum proiicitis, conuertitis oculos ad videndum illum, ſicut cùm ſanguinis miſſio facta eſt vobis, ſanguinem etiamſi putridus ſit videre cupitis: ſimiliter cùm Deus putridus auulſus eſt priùs luſtratis oculis partem illam, in qua putredo doloris cauſa vigebat. Cuius rei cauſam rogat Ariſtot.[a] ea verò eſt, lætatur enim & oblectatur natura cùm rem etiamſi fœdiſſimam, quæ ſibi oneri vel ægritudini erat, in alio loco iam videt vbi dolorem non infliget ampliùs. Nos ergo cùm morbos noſtros neque intueri poſſemus, quia ſpirituales ſunt, & dolere de illis, ac pœnitere, graue nobis videbatur. Vtrique malo vno remedio occurrit Chriſtus, ſe nempe puriſſimum & innocentiſſimum præ oculis noſtris in cruce pendentem proponens, vt poſitis in eo omnium iniquitatum noſtrarum pœnis & ſputis peccatorum, malum animarum noſtrarum vel ſic coniectemur. *Por las pinoas ſaquemos el gran tabardillo, y por las pupas, y eſcupidos la gran calentura*, & qui crimina in nobis ipſis cum dolore punire, & delere graue putabamus, nunc crimina eadem in Chriſto punita & ſputa noſtra longè contuentes gaudeamus, & lætemur, videntes in alio iam eſſe noſtra peccata qui innocentiſſimus eſt. O medici noſtri benignitatem! ſic ſputis plenus & fœdatus vult vt amemus illum, & obiter peccata deteſtemur, quæ ſic Patris imaginem conſpurcarunt. Videte in quem ſpuitis (peccatores) omnia enim in faciem Chriſti recidunt quæ committitis; quòd ſit ita eſt, quis in ſtateram mittat tot ſputamenta, tot peccata quæ pertulit bonus Rex? Rei huius grauitatem exemplo & euentu quodam declarabo. Contigit regem iter facere, & aduentante nocte diuertere in qualecumque hoſpitium, datur illi anguſtum cubile, in quo tamen lectulus apparatur etiam ſuo cubiculario, qui cùm communiter ſenex eſt, intempeſta nocte excreare & tuſſire incipit, & aberrans omnino in obſcuro loco, *y perdido vna vez el tino*, cùm in angulum deberet exſpuere, regem conſputare in facie non ceſſat per integram noctem. Tacet rex, vt eſt magni animi, errorem videns: at cùm veniente ſole feneſtra aperitur, quo ſtupore ſuffunditur comes ille, aut dux cubicularius? Euenerunt hæc omnia vt narro in Caluariæ monte, in quem rex noſter appetente nocte mortis diuertit, & dum iacet in lecto obſcuratur cælum, & cubicularius ille populus qui circa crucem ſtabat ſenio iam confectus cùm ſputa in duos illos turpes angulos (latrones dicò) proiicere poſſet, omnino cæcus & aberrans, in Chriſtum Regem ſuum blaſphemans ſputa reiectabat. Rex vt erat patientiſſimus ignorantiam excuſat: at cùm orta luce feneſtra aperietur, *& aſpicient in eum quem confixerunt*, quo putas terrore & tremore afficientur Iudæi? ideo tu Chriſtiane vide in quam partem cubiculi conſpuis, nam Chriſtus in paupere latet, in vero religioſo, & vbi non cogitaueras: ſatis eſt tradi gentibus, *vt conſpuatur.*

Quàm à Deo alienum conſputari.

Cap. 53. 6.

In Chriſtum omnes iniquitates noſtras coniecimus.

Simile.

a Lib. problemat.

9. *In Chriſti liuoribus & plagis grauitas morbi noſtri proditur.*

Declaratur exemplo.

Turpiſſimè Chriſtum offendit & conſpuit Iudæa, timeat Chriſtianus.

Zach. 12. 10.

Et flagellandum. Verbera quidem latronum ſupplicia ſunt, qua pœna mulctatus eſt primus homo quaſi qui gloriam Deo ſurripere tentauerit: at obſes noſter ſoluit pœnam numerata pecunia, vt aiunt, & vt ille faſſus eſt, *tanquam ad latronem exiiſtis cum gladiis & fuſtibus comprehendere me.* Qualia verò fuerunt hæc flagella, ô amor meus, quis in lancem mittat, immenſum pondus doloris & infamiæ? iubebat lex, ne amplius quadraginta verberibus quis percuteretur, quòd ſi ad quadrageſimum numerum accedebant, infamis fiebat, vt conſtat ex Pauli reſponſione infamiæ nota ſe liberantis, quia flagella non impleuerant quadrageſimum numerum: at iſti Scribæ & ſacerdotes ita flagellis cædi curarunt, vt quadrageſimum ſuperarent, vt infamia inureretur, & ad quinque millia pertingerent vt perimeretur. O agne mitiſſime, pudore & tremore ſuffundor, dum te nudum in totius orbis conſpectu contemplor inimicorum oculis propoſitum, qui & te nocentiſſimum putant, & inuerecundis oculis puriſſimum corpus conſpiciunt, quòd tu ſilere noluiſti, vtpote grauiſſimum dedecus, *Ipſi verò conſiderauerunt & inſpexerunt me, miraron me todos y ſentaron ſe de eſpacio a conſiderarme*, & quaſi de re inſolentiori quæritur; *ipſi verò*, hoc eſt quod maximè torquebat animum meum, *lo que yo ſenti con eſtremo eſto es*, & quaſi rem minimè ſilendam, ait Ioan. *& milites quidem hæc fecerunt:* nam licèt reliqua etiam fecerunt milites, nudum tamen relinquere, & veſtimenta ſorte auferre grauiſſimum dolorem Chriſto ingenerauit, & ſupra omnes dolores illum memorat Euan

10. *Crudelis Chriſti flagellatio.*

Act. 23.

Impudentia ſpectantium Chriſtum flagellatum.

Pſal. 21. 19.

Ioan. 19. 24.

ized by Google

Euangelista ex Zacharia, *Videbunt in quem*
Zach. 12. 10. *transfixerunt.* Solet iudex aliquis repentino furore accensus iustitiæ terminos vel non

11\. expectare, vel transilire, & nobilem virum, quem

Confirmatur à simili.

in vinculis habet, subitò & inopinatò nudum & verberibus cæsum ludibrio exponere per vicos & plateas: videas tamen conciues omnes attonitos vociferare; obstruite fores, claudite fenestras, nemo rem calamitosam contueatur, nemo prodeat, neque obuius illi fiat. O rem tetram, miseram atque detestabilem! Quid si tunc aduersarij eius in foro pro fenestris essent spectantes, & intentis digitis monstrantes: Ecce hominem, ecce inimicum nostrum, triumphemus gaudio, quia per vias deridendus ducitur. Veruntamen (ô mi Rex) tua ciuitas non ea pietate erga te fuit, vt à te conspectando fugeret, quin potiùs hinc Pilatus in eminentiori loco, illinc aduocati, & famuli domus, ex hac parte cohors militum armatorum, ex alia principes sacerdotum, ac denique vndique populus intentissimus circunstabat: inter tot autem tu nudus; extrema nuditate (quæ quidem ingenuis & bene natis ipsa morte acerbior esse consueuit) ab omnibus spectabaris, & à nemine cognoscebaris, *considerabam ad dexteram, & sinistram, & non erat qui cognosceret me*; nemo me vadem esse & fideiussorem considerabat, id solum solabatur afflictum spiritum, Patrem nempe tuum, crudele spectaculum cum omni cælesti curia speculari, & matrem tuam virginem flagella numerare, quæ cùm ad quinque vsque millia numeraret, quid quæso dixisse illam credendum est? O mortales, grauiter iratus erat Pater, & ad acrem vindictam intento animo ferebatur peccatorum, qui sic filium dilectissimum flagellat. O fideiussor amantissime, quis expendat hæc, quis pendat in trutina, quis tantum soluat amorem, & tu nefarie peccator debitum semper accumulas, & corpus tuum vitiosum & putidum numquam flagellis corripis, nec vitæ flagitia pœnis sponte susceptis expias, atque eluis? Superest aliquid ponderandum? ita.

Nuditas granissima Christo.

Psalm. 141. 5.

12\. *Et crucifigetur.* Infame quidem tormentum, cui non solùm Romani nefarios addicebant viros, sed canes, & alia bruta & fœda animantia; quod cùm horribile tum ingenti cum infamia erat coniunctum, & ita infame, vt notauerit Theophylactus [a], Simonem illum, qui socium & baiulum se præbuit redemptori, ideo tot signis & notis ab Euangelista designari, *Simonem quendam Cyrenæum patrem Alexandri & Rufi*, proprio nomine describi, & tam exquisito studio hæc omnia referri, vt inde coniiceremus quantam tulerit infamiam in illo populo sibi & filiis, ex eo solùm quòd crucem non suam, sed alienam tetigerit. Ideo tulerunt Christum ad Pilatum, vt hoc mortis genere gentibus vsitato atque despicatissimo omnium redemptorem Dei filium afficeret: nam in paschalibus diebus non poterant illi cruci, sed lapidibus addicere quemquam. Nónne satis ponderis habet statera dolorum & ærumnarum; quid si maius pondus amoris sit? examinemus illud.

Infamia plena ... crucifixio, ex more populi.

a In cõmentariis in hũc locum.

SECVNDA PARS DISCVRSVS.

13\. Constitue igitur lancem alteram, & in primis audi Chrysologum, & Tertullianum [b], vim istam amoris perpendentes. *Taceo quod figitur, in hoc enim venerat, dexo a parte la cruz que ya la tenia tragada no es eso lomas. Nunquid tamen subeunda morti etiam contumeliis opus fuerat? sin duda que circunstancias tan affrentosas que son inuencion de amor: sed saginari voluptate patientia discessurus volebat. quiso hartarse de trabaxos (teniendo ojo aquese auia de voluer a la gloria.)* & ita difficulter potuit satiari; quare cùm extremæ virtutis credas crucifixum esse, huic tormento amorem anteferas necesse est, ideo P. Chrysologus, *Crucifixum audis, vt ex magnitudine iniuria magnitudinem sentias charitatis. Mucho hizo en morir en vna cruz pero mas hizo el amor que lo hizo morir y si la muerte es prueba de amor si pruebas que padecio la peor muerte pruebas que tubo el mayor amor: nam fortis est vt mors dilectio.* Quis autem amorem istum perpendet? nam licèt *magnus es tu*, ait Dauid, verumtamen in morte *magnificatus es vehementer.* Magnum erat signum amoris mori, verùm percupere mortem, oppetere, versare in sermone, vt nulla sit familiaris congressio, nulla mensa, nullus locus, nullum iter, vbi de illa non agatur, in cœna, in horto, in transfiguratione, in triumpho, quid hoc si amor non est? Audeo dicere crudeliorem illi fuisse carnificem amorem istum reliquis omnibus à quibus excruciatus est, illi enim ad viginti horas excruciarunt, iste ad triginta & tres annos, & memoria & repræsentatione vexauit. Videas hoc in homine qui proximè educendus est in supplicium, & laqueo strangulandus, vel capite mulctandus: sin mors differtur, acerbior est illi cogitatio ipsa morte, quin potiùs in hoc mitior est mors, & absolutè bona nuncupanda, quia, vt inquit D. Ambrosius [a], nos hoc timore liberat, grauiore quidem quàm ipsa mors. *Omnifariam igitur mors est bonum, & quia compugnantia diuidit ne se inuicem impugnent, & quia portus quidem est eorum qui magno vitæ istius iactati salo, fide quietis stationem requirunt; luego si la muerte que quita esas imaginaciones y temores la desea el justiticiado menos cruel es ella que el temor de ella?* in hoc mors benigna est, quia suiipsius sensum & dolorem tollit: finge ergo hominem quem mors extinxit omnino quoad corporis societatem & vitam, viuum tamen relinqueret, vt sensum mortis perciperet, ita vt in sepulcro esset, vita functus, sed sentiret fœtorem corporis, squalorem sepulcri, amandari terræ, ab amicis deseri, videret lacrymarum viduam, plangentes filios, nudos, famelicos, & tutoribus traditos, ac denique bonorum suorum rapinam, lites contra rem familiarem, ingratitudinem seruorum, & obliuionem amicorum; fuitne excogitata vsquam tam acerba mors, etiam ab illo qui corpora viua mortuis iungebat? Hæc ergo est vita eius qui dum viuit, morti certissimè addictus est: hic est homo ille Christus IESVS, qui à primo suæ conceptionis instanti carnem induit morti obnoxiam, mortem acceptauit, crucem gestauit. O dulcis amor mei causa in corde per triginta & tres annos corpori flagellato, & cruci confixo coniunctus; quis hoc de te cogitabit, qui non amet? *crucificado mio abraçado con vn cuerpo azotado por mi, muerto y viuo por amor quanto mas madrugo tu amor que la muerte?* Serò venit mors, & solùm per viginti horas durauit, amor

b Lib. de Patientia. c. 3.

Auiditas amoris Christi satiandi se laboribus.

Ex magnitudine iniuriarum Christi magnitudo charitatis elucet.

Psalm. 81. 12.

Psalm. 103. 1.

Ponderatio amoris Christi patientis.

Timor mortis crudelior ipsa morte.

a Lib. de bono mortis cap. 3.

Simile ex hypothesi.

Acerbissima mortis repræsentatio Christi vexabat.

amor verò multo antè torquebat te ardentissima cupiditate moriendi, & cogitatione mortis sic acri, sic viua, vt opus fuerit res per miraculum disponere, ne e vestigio mori contingeret. Nam si in horto vbi ad exiguum tempus habenas cogitationi laxasti, viua solùm mortis repræsentatione sanguinem sudasti, cùm tecum priuatim & minutatim futurum spectaculum mortis meditatus es, qua putamus tristitia, qua morte non afficereris per triginta annos antè, nisi diuina virtus vim huius repræsentationis repressisset?

Resurgendi spes mitigat mortis dolorē, sed non sic in Christo.
Ambrosius lib. de bono mortis c. 8.

15. Habeo tamen quid huic amori obiiciam, & pondus eius imminuam, & dum citasti Ambrosium, Ambrosium accipe, qui ideo bonam vocat omnino mortem, quia per illam peruenitur ad vitam æternam. *Iis quoque qui mortem malum putant aptum responsum arbitror, quia per vitam ad mortem est transitus, per mortem autem ad vitam est reditus, ideoque iuuenes non timent fieri senes, nec finitimam mortis verentur ætatem, quia mors non est interitus, cùm anima superstes corpori sit, saluo eo quòd ipsum corpus maneat resurrectio, no temen hacerse viejos los jouenes aunque es la vezes la edad que alinda con la muerte por que saben que el alma es immortal y el cuerpo espera resurrecion.* Ergo resurgendi spes mitigat mortis dolorem, cùm ergo post ea omnia quæ commemorauimus Christo resurrectio præscita & prædestinata sit, ita vt idem asserat, *tertia die resurget*, liquidum fit dolorem passionis minuisse hanc resurgendi spem & cogitationem. Sed habet ad hæc quid respondeat amor, refertque nobis Origenes Abrahami historiam & seuerum nuntium, *Tolle vnigenitum quem diligis Isaac*, in qua oblatione illud acerbissimum videtur, nempe tanto antè Deum declarasse parenti filium esse victimandum, vt repetita memoria vexaret Patrem: nam si defunctum puerum deferret sepeliendum, non maximo dolore afficeretur, at viuum, pulcrum, obedientem, colloquentem, qui verbo dulci & crebris interrogatiunculis cor paternum cruciaret, durissimum fuit: nam Pater mitior fuit, nec hac seueritate vsus est in filium, sed inscium rei voluit esse, siquidem rogatus, *vbi est victima*, noluit detegere rem, sed inquit, *Dominus prouidebit sibi victimam fili mi.* Nec hoc dolore afficeret, sicut apud vos fieri solet, nam illi cui caput publicè præscindendum est, cùm in hoc nihil crudelitatis esse putetis, acerbissimum existimatis gladium illi præostendere. Seuerior autem contra te extitit amor Isaac noster: nec mirum est; nam si ille ligna ferebat, at pater ferebat ignem; qui verò tibi onus crucis imposuit, etiam ignem amoris accendit, vt mortem præmonstraret,

Ex ipsa Scriptura probatur.
Gen. 22.
Origenes in hūc locum, qui acerbitates huius præcepti expendit egregiè.
Gen. 22. 7.
A simili confirmatur.

16. *leña, fuego, cruz y amor fueró menester para tan graue carga como es a muerte sabida y prauista.* Quod tu per Ieremiam declarasti. *Tu autem Domine demonstrasti mihi, & ego cognoui, ostendisti mihi studia eorum. & ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam, todo lo supe y todo lo tenia tragado, & non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia.* Quid, ais Domine, *non cognoui*, nonne modò dicebas, *demonstrasti mihi, & ego cognoui?* ita est, cognoui mortem, sed ita oppetiui quasi non nossem, *hizeme en eso como vn cordero.* Quid habet agnus in morte, nescit mortem, & nescit resurrectionem; ita ego sic me gessi quasi nescirem mortem: sic passus sum mortem quasi non sperarem resurrectionem. Quod vt manifestum sit, regustemus factum Abrahami, qui ascendens in montem famulis ait, *Expectate hic donec reuertamur ad vos.* Insurgit Origenes. *Dic mihi quæso, verúmne dicis, an falsu?* Si verum, ergo tu non seriò putas Isaacum occisurum, dum dicis ambo redituros? scit occisurum, sed sperat posse Deum suscitare occisum, vt ait D. Paulus ad Hebr. 11. ergo iam solatium de morte filij secum affert qui spem resurrectionis habet? minimè, nam sic mortis filij facinus aggressus est, vt nullo respectu habito ad resurrectionem & promissionem (in Isaac vocabitur tibi semen) Gen. 21. 12. mortem filij perficere apud se decreuerit, &, vt dicam verbis D. Pauli, *arbitrans. Nam fide* Hebr. 11. 17. *obtulit Abraham Isaac* (sperans ne? non hoc dicit Paulus, etiamsi promissis credidit) *sed arbitrans, quia & à mortuis suscitare potens est Deus.* Itaque apud Deum fidem & spem habuit, sed erga mortis negotium *arbitratus est*, hoc est, omnino tanquam agnus nihil de resurrectione cogitans ductus est. O amor animarum, sic mortem expetebas, vt quasi nihil de resurrectione cogitans illam subieris, ita vt si opus esset mori, eadem ratione obtemperares Patri, etiamsi tui corporis gloriam quasi præmium non expectares, amor enim omnia superauit, omnia dura fecit, *vt nos magnitudinem sentiamus charitatis*, vt ait Chrysologus, & videamus quàm terribiliter magnificatus est amor.

Sic passus est acerbitatem mortis Christus quasi nesciret resurrectionem.

Sed nondum satis ponderis stateræ imposuimus, mortem enim narrauimus, sed vltra mortem magnificatus est amor: nam quondam ex sententia Aristot. *terribilium omnium terribilissima mors*, verùm terribiliter & supra mortem magnificatus est amor. In quo est hæc præstantia? in eo videlicet quòd terribile fuit Dei filium mori; verùm mortem eligere tam insolitis circunstantiis conuestitam, terribilissimum est. Medicum item ob ægroti salutem potionem sumere amaram inauditum, verùm illam paulatim & minutatim sumere, & ad fæces vsque haurire, terribile est. Interire hominem etsi commune & vsitatum, nouum tamen semper apparet; verùm in summo mori dedecore & infamia terribile est. Mori hominem repentino vel præpropera morte interceptum, graue, verùm mori acribus doloribus excruciatum vndique, terribile est. Mori hominem amicis & charis filiis adstantibus lenit dolorem, sed exhalare animam, illudentibus inimicis risui & ludibrio dantibus, gemitus morientis, vocem & clamorem validum irridentibus, terribile est excedere è vita diuitem bene fortunatum, & omnibus necessariis rebus refertum, leuius est: verùm discedere in tanta rerum indigentia vt nudus ac pendens & sitiens ipsa indigentia enectus & extinctus videatur terribile. E viuis excedere lecto decumbentem molli & aptato, non ita durum est, habet enim quod natura poscit vbi possit genua diducere, & reducere; verùm in tam angusto lecto iacere, vbi nec diduci in angustia, nec constringi in dolore, nec tibia altera alteri possit supponi, terribile est. Fato & morti proximum parentem optimum solatur filiorum con 17.

Alia multa acerbissimam fecere Christi passionem.

conspectus, quos obsignato testamento fortunatos & diuites paulo antè fecit, verùm Christum Dominum in extremo vitę spiritu constitutum, vnum tantùm discipulum circunspicere, dispersos alios, alium suspendio traditum, & testamentum verbo tenus condere, animam Patri, matrem discipulo, discipulum matri commendare, & ipso testãdi tempore vestes & tunicam à militibus diripi, & diuidi terribilissimum est. O incredibilis amor! ô dulcis amator, superasti mortem, supra terribilissimum malum inauditas acerbitates attulisti, *& terribiliter magnificatus es.*

Maioris ponderis est amor Christi quàm eius passio.

18. Age igitur ad trutinam conuertamur, & examinemus in quam partem propendeat, in eandem enim cor tuum debet inclinari. *illo feror quocumque feror.* Certè trutina amoris & statera charitatis præponderat, vtpote infinito amore depressa. In quam partem inclinas cor humanum? in amorem mulierculæ ærumnosæ morbo, scelere & mendacio plenæ? in amorem mundi volubilis & perditi? propendeas amabo in illum ardentissimum tui amantem, cuius amoris nullus est finis; confitere cum Paulo, *Charitas Christi vrget nos, æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt, si hemos sabido pesar a mucho nos obliga el amor*; quasi diceret, venite ad vincula mortales, charitas Christi vrget vnumquemque vestrûm; sic enim pro omnibus mortuus est, vt singuli mori teneantur: Christus enim (inquit Saluianus [a]) *sicut pro omnibus mortuus est, sic & pro singulis, ac per hoc sicut ei totum debent vniuersi, sic totum singuli, nisi quòd prope hoc singuli, quàm vniuersi, quòd tantum acceperunt singuli, quantum vniuersi.* Sed illud verbum *vrget nos*, premi à charitate corda nostra denotat: torquet & vrget nos, & quos maximè? *æstimantes hoc, a los que lo piensan, a los vencidos a los hombres de peso y de raçon.* Alludit Paulus ad duos complices vnius delicti, cùm enim admonetur equuleus ad extorquendã veritatem, vnus qui simplex est & bonus vir, statim fatetur delictum, at alter qui versutus & vafer, qui omnes Hispaniæ equuleos expertus est, læto vultu & serena fronte per omnia tormenta pergit. Age Paule, vocaris ad tormentum, *alto al potro.* & quibus funiculis torquendus, in funiculis Adam, age amor constringe istum Christi amatorem, statim vt simplex, & sincerus fatetur veritatem. Egò primus peccatorum, ego minimus Apostolorum, ego persecutor Ecclesiæ Dei, ego anathema pro fratribus meis; tu verò peccator omni scelere plenus, sæpe vocatus inter merita Christi, sæpe passionem eius auscultasti, veritatem fateri non vis. Paulus verò sic clamat: Nolo ego Domine pati vt fur, sed vt tui amans.

2.Cor.5.14.

a Lib. 2. in Eccles.

Quare si manus à furto contineo, non metu mortis, sed charitate vrgeor: si oculi ab illicitis abstinent, non quia mors obscurabit illos, sed quia tuos video pallore mortis obductos; si me intra religionis claustra vinctum catenis dedero, non id agam formidine æterni carceris, sed amore tui, qui te in crucem egit, & tantis ærumnis saginauit. Si denique mors iamiam ingruat, identidem rogabo sustine mors, ne me quæso quocumque ferro, vel quocumque sagitta ferias, specula amoris elige, tinge ea in sanguine illo, qui ex latere mei Christi profluxit, ne meo in lecto extinguas vt mollem & delicatum, sed in crucem age, in flammas mitte, in spicula & gladio, compelle intrare; sic enim est amandus meus amor, sic viuendum est pro mea vita, sic moriendum pro meo Christo qui mortuus est, imò omnes mortui sumus cum tali mortuo, etiamsi viuamus per gratiam, & regnemus in gloria.

VERBVM SPIRITVS sancti. Heb. 12. vers. 3.

Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersùm semetipsum contradictionem.

Quæstoris munus agit in causa mortis mitissimi Agni: disquisitione facta peccatorum, torquet vinculis charitatis; ad recogitandum, tolerandum, amandum & commoriendum cum Christo obligat, & persuadet.

DISCVRSVS LXXXIV.

APTE nimis (ait egregium Græciæ lumen Nissenus) labia Ecclesiæ exprimunt sacros concionatores, maximè 1.
tamen, cùm vittæ coccineæ comparantur, & eloquia eorũ dulcia sunt. *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce*; tria enim hoc verbo significantur officia. Primò namque instar vittæ, sanguinem prauósque sæculi mores continere debent, licentiámque viuendi comprimere. *tomarles la sangre a los coraçones humanos y carnales.* Secundò, coccinei sint, & rubicundi; debent enim semper Christi sui sanguine respersi & rubei esse, dum quotidie eius mortem ærumnásque commemorant: nunquam cogitando intempestiuum esse passionis mysterium, sed opportunissimè talem memoriam refricari. Tertiò, dulces sint, & eloquio suaues; quod fiet vel cùm acerbitates passionis Christi dulci eloquio prosequuntur, vel cùm sermo incidit in eucharisticum mysterium, in quo cùm dulcis passio renouatur, sermo etiam suauis de hoc fauo mellis futurus erit. Quid si hæc tria (ô iuuenis) hodierna die ad tuam eruditionem conseuserint? nam primùm mihi incumbit fluxam turpémque carnis licentiam, qua his diebus temere & inhonestè diffluit, verbo constringere, & sicut vitta sanguinem cohibere. Secundum, rubescent labia passionis Dominicæ memoria. Tertium, eloquium nostrum dulce erit si de eucharistico pane sermo incidat. Quæ tria ex se satis condita & suauia vereor ne incuria nostra frigescant, & insuauia reddantur, nisi à spiritu illo, à quo spirituales epulæ condiuntur, suauitatem accipiant: quamobrẽ obseruo iussisse *Exod.* 12. ne Agnus paschalis crudus, nec coctus, sed as- 2.
sus tantùm igne ederetur. *Nõ comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantùm igni, asado con fuego.* redundans quidem verbum si mysterio vacat: nam certum est sine igne nequaquam assari posse. Nam crudũ comedit agnum, &

Cant. 4. 3.

Cur labia Ecclesiæ concionatores sint.

Dulce eloquiũ concionatoris si vel de eucharistico pane, vel de Christi sanguine sit.

Scopus discursus.

Spiritus sanctus condit verba concionatoris.

& passionem eius, qui audiens Dei filium amoris sui causa mortuum fuisse, nec commouetur, nec flectitur. Coctū edit aquâ qui sensum habet & dolorem mortis eius, sed non aliū, nec diuersum ab eo, quo doleret de puri hominis morte, nulla peccatorum mentione facta, ob quæ cruci suffixus est. Igne verò assum agnum edit qui ardet flagrátque excessu isto passionis, & ardentissima ærumnarū Christi memoria omnes peccandi occasiones comburit: sed quia nostra gustui se accōmodat, varia pro variis fercula offert in sacro Euangelio, *Tradetur principibus sacerdotum, & illudetur flagellabitur, & conspuetur & postquam flagellauerint occident eum.* Nostri muneris erit hæc omnia sigillatim apud nos expendere, vt monet Paulus. *Recogitate eum qui tale sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini, animis vestris deficientes.* Iterum atque iterum cogitate & expendite *contradictionem*, nō verbis tantùm, sed morte etiam, illatā à Iudæis, quę talis est vt vix exprimi queat, nisi emphasi illa *talem*, tam acrem, tam hostilē, tam infamem, tam horrendā vsque ad mortem crucis, indéque fiet ne laboribus victi cadatis, & in medio cursu deficiatis, sed potiùs Christi socij effecti cum illo Ierosolymam ascendatis, *ecce ascendimus.* Duo igitur præstat verbum Dei. Disquirit primò, & recogitat à quo innocens Christus tali genere mortis mysticè occisus sit, & à quibus peccatoribus maximè patitur contradictionem. Secundò nę animi nostri fatigentur, vel memoria passionis Christi, vel exemplo, vel diuino pane reficiemur.

Luc. 18. 32.

Heb. 12. 3.

BIPARTITVS DISCVRSVS.

3\. Vereor equidem (Agne mitissime) nullū sortituram effectū disquisitionē super morte tua à me faciendam: alibi enim *, si bene memini, hāc eandem mortē à peccatoribus expostulaui, sententiam contra carnem dixi, quæ tamen cùm tot habeat patronos ventrísque defensores, facilè se eripuit, &, vt solet, his diebus liberè debacchatur. Cæcus mundus aufugit fallaciis, vt solet, & mendaciis. Dæmon excusauit facinus, dicens, non sibi, sed gentibus imputandam esse mortem tuam. Gentes excusant culpam, eam in principes sacerdotum refundentes: hi culpam omnem Iudæ ascribunt, à quo traditus fuisti, quasi nefas falsúsque magister. Mos quidem mortalibus à primordio mundi haustus, culpam à se quasi pilam in aliorum manus propellere. Quamobrem rem altiùs & maturiùs considerans, legésque diuinas euoluens legem inueni arte plenam, paternóque & diuino ingenio dignam, qua viam modúmque pręscribit inuestigandi homicidam, qui innocentem in campo sine teste peremptum reliquit, sicut te in cruce & campo reliquit Synagoga, lex ita se habet. *Quando inuentum fuerit in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, hominis cadauer occisi, & ignorabitur cadis reus egredientur maiores natu, & iudices tui, & metientur à loco cadaueris singularum per circuitum spatia ciuitatum, & quam viciniorem cæteris esse perspexerint, seniores ciuitatis illius tollent vitulam de armento, quæ non traxit iugum, nec terram scidit vomere, & deducent eam ad vallem asperam atque saxosam, quæ nunquam arata est, nec sementem recepit: & cædent in ea ceruices vitulæ, &c. & venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabúntque manus suas super vitulam, quæ in valle percussa est. & dicent: Manus nostra non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt.*

Disquisitio super morte Christi à quinam peremptus fuit.
* Vide discursum tertium in verba Tobiæ infrà disc. 90.
Bacchanaliorum tempore lasciuiis & liberè bacchatur caro.

Lex inuestigandi homicidā, vel satisfaciendi occiso. Deut. 21. 1.

4\. Tria sunt potissimū in hac lege summa arte & ingenio excogitata, vt bene notant D. Thom. Rabbi Moyses, Rabbi Ioseph, & Abulensis, & alij, ad deprehendendum homicidam. Primùm illud est de domo optimi viri, & qui alienus à culpa est, vitulā innocētiæ symbolum in tenera ætate vt innocentem aptiùs adumbret per asperam, accliuem & arduam viam populo comitáte deducere, vt hoc quasi publica actione vel ad miserationem flecterentur, vel tormento vrbs tota probaretur, vt delinquentem proderet. Secundò alio quasi tormento honesto seniores & indices populi torquebantur, quum iuberentur super vitulam occisam, & iuxta cadauer hominis iurare, nequaquam ita socordes esse, vt in vrbe paterentur viuere hominem sic proiectum & audacem, qui tale crimen patraret. Verùm, vt notat Abulēsis, Deus aliud intendebat; hac enim ratione iuxta cadauer occisi sine formidine omnes confluebāt, sicque deprehenderetur occisor, ea enim est vis, quam natura passa est in homicidio, vt nō semel, vt ait Abulensis, si occisor aduenerit ad cadauer occisi, vulnera sanguine sudent, idque nō tantùm fit cùm recenter quis occisus est, sed etiam cùm à multis diebus, imò ex ipsis nudis ossibus solet interdum cruor effluere, vt multoties visum est; Deo videlicet criminis tam enormis auctorem hoc signo ostendente, & quasi digito designante, iste, iste occidit me. Tertia denique huius sanctionis causa erat, vt cùm cæderetur vitula, ita vt decapitaretur, & ad miserationem flecterentur, & indicaretur hac eadem pœna dignum esse vel qui occidit, vel qui celauit homicidam, quibus peractis si occisor deprehendebatur, pœna digna plectebatur, sin minus, ex vitula fercula fieri poterant, & inter amicos diuidi, vt hac ratione honori defuncti consuleretur, & terror inuaderet omnes ciuitates: cætera enim quæ hîc afferri solent, additicia & Iudaica sunt.

Videatur P. Cornel. in Pentateucham. Deut. 21.

Vidi, inquit Ioannes, *agnum stantem tamquam occisum, que estaba como muerto.* Et quis occidit? Secundùm formam legis disquirendum est, fiat delicti & mortis tragica repræsentatio, iniustæ & nefariæ mortis memoria refricetur, sequamur eius vestigia, & primò amoris tormento reos interrogemus. 5.

Ecce ascendimus Ierosolymam. Principiò innocens vitula, nempe humanitas Saluatoris (vt explicant Procopius, Rabanus & Rupertus) quæ nunquam traxit iugum peccati, de domo Patris æterni extrahitur, & per asperam viam, saxosam & accliuem fertur. Quò pergis Domine; scis quò te ferat amor? vide quia duceris in campum, vt in te consummentur omnia quæ scripta sunt per Prophetas, quòd si vnus ait, *oblatus est, quia ipse voluit*, certè audeo dicere tunc voluisse mori, cùm nondum per experientiam quid mors esset, cognouerat: quod ex Psalm. 39. facilè elicio. *Sacrificium & oblationem noluisti, holocaustum & pro peccato non postulasti; tunc dixi: Ecce venio.* Considerabam attentè quo vultu illas victimas & holocausta meus Pater acciperet, & cùm illorum tædio affectum video, statim me illorum vicem subiturum dixi: Domine scis quæ promittis? quos subeas dolores? Respondet, *tunc dixi? dixelo entonces quando aun no era hombre.* cùm nondum carne tectus eram, in qua dolores & mortem experturus eram, *tunc dixi*, cùm

Vnius Christus pro multis sacrificijs se ante crucē obtulit liberalissimè.

tùm videlicet neſciebam dolores; verùm ne putetis tunc omnino ignoraſſe, ideo prædico vobis, *conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas de filio hominis*, & in cruce ſciebam quòd omnia iam conſummata ſunt, & dixi, *ſitio*; quaſi diceret, vt ait Auguſtinus, *Hoc minus feciſti, eſto ſaltа*: ſciebam igitur futura, neſciebam autem per experientiam.

6\. *Chriſtus à præuiſa morte non declinat.*

Si ita eſt (mitiſſime Agne) digrediamur igitur & deſiſtamus ab incepta via, per quam ducit te amor, dum iam labores expertus es, & via ſaxoſa eſt, accliuis & quæ ducit ad mortem? Cæterùm vult vitula noſtra nouam initiare viam, noua doctrina imbuere mentes: oſtendit igitur, vallem amœnam, & mundi viam latam eò peruenire, vt in ea mors Chriſto infligatur, & animæ damnentur: at verò ſaxoſam & petroſam viam quaſi per compendium ad vitam & gloriam perducere. Quod cùm præuidet vitula amantiſſima noſtri, volens nos ad delitias paradiſi deducere, ab illo itinere

Labores noua via ad cælum.

auocat, & ad paſſionem reuocat, quæ ducit ad vitam; ſicut apertè ad quoſdam peregrinos dixit, *O ſtulti & tardo corde ad credendum, nónne*

Luc.24.25.

hæc oportuit pati Chriſtum, & ſic intrare in gloriam ſuam? mirad que ya los deleytes no van derechos a la gloria como alla en el paraiſo; ideo enim Auguſt.[a] paradiſi delitias *vmbram vitæ* appoſitè nuncupauit, quia ſicut ab vmbra ad corpus immediatè tendimus ſine vllo errore, ſic à delitiis paradiſi ſine vllo circuitu, ſine ambage, ſine errore & peccato rectà ad beatitudinem tenderemus, niſi peccatum aberrare feciſſet: hæc via per peccatum occluſa eſt, Chriſtus verò per labores & ærumnas ſpem alterius aperuit, *& vallem Achor (de tribulaciones, acedias, y trabaxos como los hubo en aquel valle de Acham) ad aperiendam ſpem.* Et quænam eſt hæc via? ſtatim ſubditur, *Maledicta terra in opere tuo, ſpinas & tribulos germinabis tibi: in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es.* O quanti te manent labores, antequam rectam viam ingrediaris ad patriam: ſed ô quàm aberrans & deuia eſt ſemita quæ à laboribus deflectit. Quod ita eſt verum, vt cùm Deus bonum aliquod promittit, quod non alia via, quàm per delectationes obtinendum eſt, etiam tunc oſtendit nimis contortè & tranſuerſis itineribus per delicias obtineri, recta tamen per aſpera & ardua, ac difficilia.

a Enchirid. c. 25. *Hominẽ Deus in paradiſi felicitate tanquam in vmbrâ vitæ vnde iuſtitiæ cuſtodiam melioſa conſcenderet collocauit.*

Rectà per labores ad Deũ tendimus.

7\. b Quæſt 74. in Gen. *Via proſperitatis & incõditatis ambagibus plena & quæ non habet exitum ad gloriam.*

Quare optimè notat Theodoretus[b], cùm Dominus ingentem prolem & numeroſam filiorum ſobolem Patribus promiſiſſet, quæ non ſolùm aſtris, ſed arenis maris comparari poſſet, ad eam tamen conſequendam vxores plerumque ſteriles dedit, quod mirabile eſt: nam Sara Abrahæ vxor vnius tantummodò filij mater tunc effecta eſt, cùm naturaliter parere nequiret, etiamſi fœcunda fuiſſet, peperit enim nonagenaria. Rebecca item vxor Iſaac ſterilis fuit, & poſt viginti annos nuptiarum vi orationum matrem effici obtinuit. Rachelem quis neget infœcundam, ipſa minus credebat, & ideo culpam Iacobo aſcribebat, donec ipſe defectum in ipſa eſſe perſuaſit. Et, quod mirabilius eſt, Lia etiam ſterilis videtur, vt ex textu facilè probat Theodoretus. *Videns autem Dominus quod deſpiceret Liam, aperuit vuluam eius, ſorore ſterili permanente.* Quorſum Domine (rogat Theodoretus) contraria adhibes media

P. Pineda videatur in præuio Salomone an pulcræ naturaliter ſteriles ſint & quare. Gen.29.31.

ad finem prolis quem intendis? nónne opportuniores ad copioſam ſobolem fœcundæ fuiſſent vxores? *Verùm oſtendis non naturali propagatione, ſed gratia & fauore multiplicandam, quiſo que cobardeaſe y ſe tardaſe naturaleza, paraque los hyos que ſalieſſen fueſen mas de gracia, que de appetito y deleyte.* Et vt amicos certiores faceret, promiſſa diuina & bona cæleſtia non per viam appetitionum, vel delitiarum, ſed per viam ſcrupuloſam, & ſaxoſam obtinenda eſſe, & filiorum ſobolem non tam lucra vſus matrimonij, quàm gemitus & orationes parituras eſſe. En ô iuſti, veſtræ ſpirituales delitiæ quò tendunt, his maximè diebus, in quibus inſolentiùs & turpiùs mundus per viam bacchanalium ducit prophanos. Contrariam mundo ducitis viam, ſed quæ vergit in gloriam, ideo vobis bacchanalia ſpiritualia omnino concedit, & delectationes à carne remotas & ſteriles, verùm gratia plenas, oratione, non otio diſſolutas, communione, non comeſſatione, & delitiis olympiacis diffluentes.

Spirituales delitiæ iuſtorũ quanto præſtantiores humanis.

Hinc liquet extrema illa inſania Eſau, qui credidit per venationem fore vt primogeniti gloriam obtineret, & 8.

bene cernis à cæco parente conſilium hoc fuiſſe profectum. *Sume arma tua*, &c. vt benedictionem concedat, ad venationem remittit. Quid agis ſenex, nónne in venando ſummè ille oblectatur, & illuſtre venatoris nomen ſortitus eſt. *Factus eſt Eſau vir gnarus venandi*? nunc ergo per viam luſus, oblectationis, & exercitij, ad quem appetitu ducitur, benedictionem obtinendam putas? deflebit ipſe, & non delebit irremediabilibus lacrymis errorem, vt ait Paulus.

Gen.27.3.

Gen.25.27.

Nolite inuidere ô iuſti fratribus veſtris, his maximè diebus, errat cæcus mundus dum eos ad venandas delectationes hoc tempore mittit, per viam quæ tandem vergit in pœnitentiam & luctum. Saniori conſilio vos Rebecca mater domi manere iubet, ſicut Iacob, hic vobis ex hædo illo paratum cibum, patrique gratiſſimum condit, hic odoratiſſimas Chriſti veſtes induit, & benedictionis obtinendæ rationem oſtendit: ſinite illos, longam nimis ineunt viam, ſerò ad delitias venient, vt ipſi fatentur, *Laſſati ſumus in via iniquitatis.*

Non eſt cur inuideant ſpirituales viri prophanis ac delitioſis.

Chriſtus verò ô quàm citò compendiario tramite paſſionis ad gloriam ducitur, *& tertia die reſurget*; quia cùm ipſe tam ſedulò coſummandis omnibus prophetiis incubuit, etiam pater reſurrectionem maturauit: ideo hæc duo immediatè poſuit Seruator, *Nónne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* ita (inquit) hoc eſt eadem breuitate, tanta quidem, vt non parum laborauerint ſacræ Scripturæ commẽtatores, vt ex textu tres illos dies, quos in Symbolo profitemur, & poſt quos reſurrexiſſe credimus, ſimul cum tribus noctibus aptè & integrè computare poſſint, in quo non ita ſudandum eis fuiſſet, ſi reſurrectionis ſuæ horam parumper protraxiſſet, & non acceleraſſet. Sed ſicut in morte maturauit, ita vt miraretur præſes, ſic in reſurrectione oſtendit ſaxoſam & aſperam viam citiùs & compendioſiùs ad vitam ducere, & ſic torqueret prophanos qui hiſce paſſionis Chriſti diebus nouam viam delitiarum comminiſcuntur, vt in barathrum ruant, & maiora peccata committant.

Tam citò reſurrexit Chriſtus quàm citò mortuus eſt. Luc.24.25.

Tradetur principibus ſacerdotum, & condemnabunt eum morte. Iam circa vitulam & innocentis 9.

Audacia & impudentia peccatorum qui in templo & in sacris ipsis cum peccato versantur. cadauer accedunt impudenter principes, iudices & peccatores audentissimi, quasi innocentes, eò enim prorupit malitia sæculi, vt in facie & coram eius augustissimo sacramento peccata perpetrent, vel quasi innocentes accedant. Principiò quidem verebatur iniquitas iudicem, & nudi peccatores faciem Dei reueriti sunt, existimantes, vt ait Augustinus [a], nequaquam debere diuinis oculis præsentari qui sibipsis graues & turpes videbantur. *Nec iam illam nuditatem audebant ostendere talibus oculis qua displicebat & suis.* Modò verò iam verecundiam exuit & pudorem scelus, & cùm iam latere non possit, coram Deo audet esse, vel quia putat minimè à Deo videri, vel quia cùm multoties ad sacramenta impunè accesserit, iam causam formidandi non esse existimat: audacia quidem dæmonis propria, vt ait Chrysologus [b]: nam cùm dicitur, *& accedens tentator*, grauius ait peccat iste cùm accedit ad Christum, quàm cùm in cælo recessit per superbiam à Deo. *Accessit peius impudens quàm recessit. gran peccado el que le hizo de Angel demonio pero mayor mal es despues de ser demonio llegarse a Christo.* Publicanus aliter sese gessit, apud se cogitauit, hîc Deus maximè offenditur præsentia peccantium, *yo he offendido a este Dios, pues aun muerto se le rebuelue el cuajo y sele rebienta la yel y arroja la sangre contra su matador tan te fuera indigno, tente a fuera peccador, à longè stans nolebat oculos in cælum leuare*; itaque curabat accedere, sed accuratiùs recedere studet, ne dum impudenter accederet culpam duplicaret ad pœnam. Quod etiam ipse mitissimus agnus cum gemitu dixerat, vt explicat Augustinus [c], *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.* Augustinus legit, *longè fecerunt*, quo pacto longè posuerunt iniquitatem si supra dorsum fabricauerunt. Certè non alia de causa, nisi quia rei accedunt ad iudicem, & iniqui ad innocentem. Quid enim tam longè abesse debuisset à Deo, quàm peccator. *Quid tam longè quàm iniquitas à iustitia*; longè sunt à me per iniquitatem, proximè sunt propter audaciam. Ceterùm dum hi qui propiùs accedunt ad Agnum occisum, sacerdotes sunt & principes, sudabit sanguine, & quasi digito intento peccatorem & occisorem designabit. *Pater* (inquit in horto) *si possibile est transeat à me calix iste*, & quis est Domine calix iste? *iste* quem designat? certè iste qui propè, vel proximè est, nam in antro obscuro orans quem potest designare, nisi qui propiùs accedit; & quis est iste? *Ecce appropinquat qui me tradet.* Iudas est iste, qui discipulus cùm sit, & nunc proximè à diuina mensa surrexerit, dum factus est nefariæ cohortis, vt comprehendat Iesum, *calix iste est, es el que me da la muerte*, & ita sudans sanguinem designat traditorem, *factus est sudor sanguinis decurrentis in terram*, vt designet, iste me cruci suffixit, iste est qui tradit me, iste sacerdos, iste qui sacris ministrat, & audet cum peccato diuina tractare. Hæc alia torquendi ratio vt peccatores deprehendat, & ad se blandè conuertat, nam ad instar equulei interrogat, & in quæstionem vocat peccatores, *Palpebra eius interrogat filios hominum.* Augustinus hîc [d], *palpebra oculi Christi sunt*, opertione enim oculorum in cruce & morte, apertioneque, hoc est, in resurrectione probat filios hominum discipulos suos. Oculi enim illi in horto sanguine sudantes, & in cælo defixi, quid sunt nisi amoris interrogatio, & suaue tormentum. Mulier in quem respicis, quem alium præter me diligis? homo quid cogitas, quid te à me auocat, vacasne orationi, ésne intentus diuinis? deditne oculos vt illis pro gladiis & spiculis abutereris? Oculi illi obtenebrati, in cruce pallore suffusi, & in Patrem sublati, vt veniam inimicis exoret, nónne amoris tormento rogant. Et tu homo condonas iniurias, sedas iras, oras pro inimicis? & dum claudit oculos, & inclinat caput, torquet & interrogat: Sentisne mortem meam, doles parentem, quo pacto rides, ludis, iocaris & ingurgitas te vino his diebus cùm ego sepelior? & cùm aperit oculos, & tertia die resurgit, nónne interrogat & probat discipulos, num credant Scripturis, num sperent æterna, num timeant iudicem venturum. Interrogat etiam velatis oculis in illo sacramento, num sicut ille te amat in finem, tu aliquando amare ipsum inceperis, *alli hecho vn dios de amor vendados los ojos te pone a question de tormento y calla y haze del que no vee tus peccados*, quia sicut vitula ad occisionem ducitur, *& ego non cognoui, hizo del que no le sabia*; sciebam tamen, ideo enim dixi, *tradetur principibus*, &c.

a Lib. 11. in Gen. ad litt.

b Ser. 11.

Matth. 4. 3.

c In Psal. 128.

Matth. 26. 39.

Insignitur sceleſtus ille qui in peccato accedit ad Christum.

10\.

Luc. 22. 44.

Probat quasi tormento suos, Christus oculis suis.

Psal. 10. 14.

d In Psal. 10. in fine.

Ad conspuendum, & flagellandum, & crucifigendum. Cædatur itaque vitula, neque enim visa hac tristi tragœdia & repræsentatione, poterit amplius occisor delitescere, prodet seipsum tormento amoris compulsus. Quis enim mortalium miseratione non frangitur, dum videt loco nocentissimi peccatoris filium Dei pœnas subire mortis sine crimine, & eius vice substitui in cruce, & in sepulcro. 11.

Tormento amoris torquet peccatores passio Christi.

Verùm in his omnibus amorem & misericordiam Dei nostri considera, nam in his tragœdiis, in quibus mortem intentabat, nunquam peccatorem occidebat, sed aliquam rerum suarum damnabat, vt opportunè notat Theodoretus [a]. Nam in Leuitico sic agitur de lepra eiusque punitione, vt tota pœna refundatur in domos, & parietes, & vestes, quasi hæc lepram haberent, & relicto peccatore supplicium infligebat Deus domui & lapidibus, *qua quidem inenarrabilem Dei beneuolentiam demonstrant: dum enim peccantes homines, vestimentis, aut domiciliis plagas infligebat, hócque pacto sanitatem inferebat possessoribus illorum.* Pergit vlteriùs, & iubet in altari sicut in loco supplicij, animalia *pro peccato* cædi, & Deo victimari, quid hoc innuit Domine? Sunt, inquit, simulacra & statuæ peccatoris, quæ tamen *peccata*, vel *pro peccato* appellantur, peccatoris verò nulla mentio fit, *no se toma en la boca el nombre del peccador en el acto, solo sale al cada halso su peccado su estatua la vecerrilla o el cordero representantes de la persona muerta.* Pergit adhuc vlteriùs hæc pietas apud Isaiam, apud quem legimus, cùm Hierosolyma omni iure mereretur ob culpas suas, vt à Deo funditus euerteretur, & ad hoc vocatus aduentasset tanquam supplicij carnifex rex Assyriorum, Deus miseratione commotus loco Ierosolymæ Ægyptum substituit mactandam & deuastandam, sicut hæc indicant verba, *Dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiam & Saba pro te*, cùm tu obnoxia esses grauissimæ pœnæ, substitui supplicio Ægyptios, Æthio-

a In cap. 13. Leuit.

Isai. 43. 3.

Punitio peccati nulla maior quàm Christi mors.

Æthiopes & Sabæos. Nam cùm exercitus Senacherib ingruit, cùm vrbem obsidet, repentè nuncia afferuntur, acre bellum ipsi inferre regem Æthiopiæ Tharacam, eique in auxilium venisse Ægyptum & Saba, quibus coactus est obsidionem auferre, & necem non Israeli, sed Æthiopiæ infligere. *murieron por ti. propitiationem tuam dedi Ægyptum.* Vide quanti te facio,
Isai.43.4. *ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus, ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua.* Sed quid in his immoramur, nonne gentes illæ mortem ob sua scelera merebantur? nulla illis iniuria facta est.

12. Verùm quis legat (ô Christe) verba illa in singulari numero *? tanti te feci (ô humanum genus) vt *dederim hominem pro te:* quòd si non dixi, *dedi Dei filium pro te*, ideo fuit, quia captum excedebat humanum, atque adeò cùm de hac morte loquebar, dicere solebam, *filius hominis tradetur.* Quid si adderem, *& filius Dei?* O rem mirabilem! *Eum qui non nouerat peccatum, pro vobis* (substituit) *peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso, paraque nosotros quedassemos iustificados con dios.* Quæ verba ea qua digna sunt reuerentia expendit Chrysostomus [a], *Non dixit, fecit peccatorem, sed, fecit peccatum:* vt victima nec nomen haberet peccatoris pro quo fiebat, vt non solùm hominem, sed & nomen saluaret; ille tamen qui honori peccatoris impensè consulit, Christi honori non prospexit, à quo cùm nihil magis abesset, quàm peccatum, pro nobis *peccatum* & fecit, & nuncupauit, illum, inquit Chrysostomus, qui non solùm peccatum non fecerat, sed nec cognouerat, *eum qui non nouerat peccatum,* Prodigium fuit amoris innocentissimam vitulam, humanitatem videlicet loco Barabbæ substituere, vt ille nequam liber abeat, ipse verò in crucem feratur, nec enim vacat mysterio noluisse lapidibus aut alia morte, quàm cruce interire, quia crux erat quam merebatur Barabbas, vt loco eius supponi & substitui clariùs pateret.

Marginalia: * Sic legunt aliqui. — *Dei filius in morte pro homine substituitur, ineffabili amore.* — 2.Cor.5.21. — a Hom. 11. in hunc locum.

13. Tertiò igitur ad equuleum vocamini peccatores: qui enim hæc credit, & sua non fatetur crimina, Christiano nomine indignus est, vt non sine admiratione aiebat Isai. *Quis credidit auditui nostro, Señor quien a creido esto que les pradicamos?* Deus ne crucem subiit propter hominem? nonne posset occisoris pœnam remittere sine vitulæ occisione; quorsum tam sæuam excitauit tragœdiam, mactauit, cruore eius campum rigauit, & Caluariæ montem? Chrysologus respondet, *vt amasse se peccatores proderet, magis soluendo debitum, quàm donando, pudiera enbiar libre al delinquente, pero mas mostro el amor sustituyendo en su lugar la inocente becerra, ya Christo cordero sin mancha.* Quem non premit ista charitas, quid opus est torquere Christianos qui hæc credunt. Vix his vinculis premi cœpit Paulus, cùm alta voce confitetur, *Commendat autem charitatem suam* (Deus) *quoniam cùm adhuc peccatores essemus, secundùm tempus, pro nobis Christus mortuus est,* Græcè, *nobilem facit,* Hieronymus, *amabilem facit.* Mirabilis & execranda obstinatio erit sic amantem non redamare; quare consultius erit fateri crimina, prodere occisorem. *Ego sum qui peccaui, tibi soli peccaui:* ego peccatorum primus, & maximus, ex his qui mortem Christo intulerunt; quare sic palàm loqueris Paule? *Charitas* (inquit) *Christi vrget nos, æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est; ergo omnes mortui sunt, vt & qui viuunt, non iam sibi viuant, sed ei.* Vita, mors, amor, & quidquid sumus ei debetur, ei consecratur, ei impendendum est, qui pro nobis omnibus mortuus est, *vrget nos, este amor nos da tal prissa que noues da lugar de dar paso ni pensar ni respirar en otra cosa que en su amor,* vt qui viuunt *non iam sibi viuant, sed ei, qui pro nobis mortuus est;* quamobrem si quis aliter viuit, suspicionem ingenerat, & admirationem. *O Domine quis credidit auditui nostro, Señor an creido esto? como viuen segun su antojo si lo creen,* quo pacto sibi viuunt, & non Deo? Perspecta igitur causa sententiam dicimus, qua damnare debemus, & damnamus cæcam mundi viuendi licentiam, & omnes Ecclesiæ filios ieiunio, mortificationi, cineri & verberibus adiudicamus: nunc ecce mortuæ vitulæ fercula diuersa, quæ nos in sanctitate nutriant & erudiant, distribuamus.

Marginalia: Cap. 53.1. — *Eximiè amorem eius declarauit Christi mors.* — Rom.5.8. — 2.Cor.5.14. — *Fertur sententia in contemptores Christi.*

SECVNDA PARS DISCVRSVS.

14. Non solùm Christi passio monet & obligat, sed erudit & informat, ac tres Christianæ patientiæ gradus nos maximè docet imitari.

Primus gradus est sponte & libéter pati, & de hora passionis gaudere, atque applicata voluntate tribulationem cum resignatione acceptare; aliàs enim quænam differentia esset Christiani à Gentili, vel ab illo qui inuitus ad supplicium trahitur. Moriatur igitur cum sancto latrone, non cum iniquo, voluntariámque subeat crucem, & Christum & peccata sua fateatur, *nos digna factis recipimus,* gaudeátque simul cum Christo in cruce pati. *Nemo vestrûm patiatur vt fur, aut homicida: si autem vt Christianus, non erubescat, aun que sea affrentado no se affrente.* Hoc significat spontanea illa migratio, de qua ait, *Ecce ascendimus Ierosolymam, esta es ella, llegada es la hora y sea bien llegada;* imò, vt notauit D. Bernardus [a], quæsitus in regnum fugit, quæsitus ad tanta probra & ignominiosum supplicium crucis sponte obtulit semetipsum, interrogans, *Quem quæritis?* & respondens, *Ego sum,* imò potiùs comprehensus de suorum discipulorum libertate solicitus, solus voluit alligari, dum dixit, *Si ergo me quæritis, sinite hos abire.* Quam spontaneam oblationem amplius ponderat Ambrosius [b]. *Satis est vobis* (inquit) *habere quem quæritis; non quæro consortem passionis qui ad salutem omnium adiutore non egeo,* & cùm amputauit Petrus auriculam serui, acriter reprehenditur à Christo, vt ait Tertullianus [c]. *Neque vnius quidem discentis* (id est, discipuli) *gladium in vltionem probauit, patientia Domini in Malcho vulnerata est, & gladij opera maledixit in posterum, & sanitatis restitutione ei quem non ipse vexauerat, satis fecit per patientiam misericordiæ matrem, voluit enim pati scissionem in patientia, qui integram & perfectam eam nobis voluit probare, & docere, & tradere.*

Marginalia: *Primus gradus patientiæ exemplo Christi tenendus.* — 1.Petri 4.15. — a Serm.4. de aduentu. — Ioan.6. — Ioan.18.8. — b Psal.61. — c Lib. de pudicitia c. 11.

15. Secundò, quia tamen natura nostra frangi solet, & ignauè fertur ad labores, docet Christus voluntati patiendi constantiam & firmitatem in patiendo addamus, de qua D. Lucas ait, *Firmauit faciem suam, vt iret in Hierusalem, affirmose, y tomò con esfuerzo el viaje.* Sumpta est metaphora ab eo, qui in ludo gladiatorum, vel in torneamento contra aduersarium

Marginalia: *Secundus gradus patientiæ constantia.* — Luc.9.51.

sarium se componit, & hasta intenta firmo pede consistit, hoc spiritu indigemus, cùm vel ignominiam, vel dolorem subituri sumus, vt non solùm toleremus, sed superet tolerantia laborem, quod inuolutè significauit Dominus cùm dixit, *Nolite reddere malum pro malo, neque maledictum pro maledicto*: sed quia hoc non multum erat, addit, vt percutienti vnam maxillam, alteram illi demus, vt ostendamus adhuc vires & patientiam super esse ad maiora toleranda, *suffrid de manera que os sobre animo para mas*; imò tam infracto animo estote, ait Paulus, vt ærumnas & labores ipsi animosè & magno impetu vel apprehendatis, vel quæratis. *Tu autem homo Dei, hombre animoso y debrio, sectare iustitiam, busca occasiones de paciencia y humildad.* Sicut de Domino proximè dicebamus se libenter quærentibus offerente, & inuitante, *quem quæritis*: imò non solùm quod prædictum erat per Prophetas tolerauit, sed plura alia per eximiam patientiam pertulit, vt notat Bernardus [a]. *Non coram tondente se, sed coram occidente se obmutuit, quasi plus fecerit patiendo & tacendo, quàm promiserat per Prophetam prædicendo. Patientur fortè cæteri agni tonderi quidem, sed non pelle spoliari, aut occidi: at hic agnus & tonderi & occidi passus est sine querela, aut resistentia.*

1.Petri 3.9. *Animosè subeundã esse tribulationẽ.* 1.Tim.6.11. a Ser.1.super Missus est. Isai.53.

16. *Tertius patientia gradus. Hilariter tolerandum est.*

Tertius gradus addendus est, dum hilariter toleramus, sicut Marcus de Domino indicat, *Ipse autem antecedebat eos, & stupebant.* Iuuat autem hæc hilaritas ad tolerantiam, sicut ventus nauem, quę dum aura secunda est, placidè celeriter fertur; ea verò silente remis, industria, opera & verberibus opus est; sic dum aura ista cælestis animum recreat, non solùm non tardè, & inuitè fertur, sed occasiones quærit patiendi. Hinc est quod ipse Dominus dixit Iudæ, non iubens, sed permittens, *quod facis fac citius*: vnde D. Bernardus [b], *Domine Iesu vita mea, decus Angelorum, quantum eos diligebas, pro quibus mori cupiebas, nobis vitam, tibi mortẽ affectabas: sic cogitate quantum est diligendus qui se tradentem ad mortem sic hortabatur.* Hæc est lætitia illa, in quam ne vel vnam lacrymã infundi permisit, aitque ad filias Hierusalem, *Nolite flere super me. Istum planctum* (inquit Leo [c]) *Dominus Iesus dedignabatur impendi; quia non decebat luctus triumphum, nec lamenta victoriam*; & Ambrosius, *Ablaturus omnes lacrymas sua beneficio crucis, in passione propria futura instar beatitudinis lætitiam exhibebat, vt nemo fleret nisi qui beneficia Christi non teneret.* Certè voluit saginari patientiæ voluptate, vt nos ferculo passionis eius ad delitias nostras faciamus, passionem eius minutatim concidentes, & cum debita reuerentia deuorantes: fercula hæc sunt, *tradetur principibus sacerdotum ad conspuendum, flagellandum, & crucifigendum*; quòd si hæc vis dulciori modo percipere, in illo diuino pane & agno cælesti tanquam occiso ore & melle Bernardi condito, contemplare.

Ioan.13.27. b Serm.3. de cœna Domini. *Dies lætitiæ Christo passio fuit.* c Ser.10. de passione ei 3. Luc.23.28.

Comedite amici, bibite & inebriamini charissimi. Prima itaque inuitatione, (ait Bernardus [a]) *qui comedunt vocantur amici: in secunda, qui bibunt chariores: in tertia, qui inebriantur charissimi.* 17.

Cant.5.1. a Ser. in Cãtic. in hæc verba. *Amici nos inuitat Christus & cibos discutere non est opus.*

Primò namque amicos inuitat, nullus enim cibus, nullæ dulciores epulæ, quàm illæ quæ cum amicitia condiuntur, inde enim fit vt & quæ apponuntur etiamsi incognita & exquisita sint, sine formidine deuorentur, sicut cùm dubius de cibo ait amicus ad amicũ, quid edimus, respondet, *comedite amici*: amicus est qui cibos condit & apponit, sic Christus, comedite securè, *caro enim mea verè est cibus*, amici sumus, comedite. Quòd si amico suo Cleopatra margaritam vnam aceto solutam dedit immensi pretij, aliam apud se reseruauit; noster verò amicus quidquid erat, quidquid poterat, quidquid inueniri potuit, id omne vna buccella clausit & obtulit, *comedite*.

Secundò, *bibite*. Iam vitulæ sanguinem propinat amicioribus, nempe sacerdotibus, inprimis vt faciem Ecclesiæ, hoc est, sacerdotes coleret, & cultiorẽ sine macula & ruga efficeret Ecclesiam, seipsum tradidit *pro ea, vt illam sanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ. pasa el agua del baptismo como agua de Angeles por aquellas palabras y personas diuinas, y cada vna le da su sabor y gracia para el rostro de la yglesia, non habentem maculã.* Sed quia difficilius erat rugas tollere, sanguinem potandum dedit, nec enim meliori ratione rugæ tolli possunt, neque defectus, quàm frequenti sanguinis Christi sumptione: *bibite amici.* Secundò sanguinem suum sacerdotibus & ministris Euangelij propinat, quia etsi sanguis in toto corpore diffusus est, ille tamẽ qui in oculis residet, zelum & furorem indicat. Bibant ergo sanguinẽ concionatores & sacerdotes, vt eorum oculos occupet Christi sanguis, & ad vindictam peccatorum iram excitet salutarem. *beban sangre paraque en la occasion muestren que tiennen sangre en los ojos.*

Eucharistia pulcritudo & decor Ecclesiæ. Ephes.5.26. *Zelo ardeant sacerdotes qui cælesti pane & sanguine pascuntur.*

Tertiò, *& inebriamini charissimi, bebed y satis faceos*; sic enim solemus dicere de ebrio, *bibit quantum satis est, bebido ha lo que basta*, familiaritas ista ad summam licentiam venit; ait enim, *osculetur me osculo oris sui, ruelauit vbi gustauit*: vnde laudes suas quasi ebria effundit, & secreta manifestat; *en gratia ipsius multis iã annis castè sobrieque viuere curo*, &c. Vide quia laudas teipsam. Hó (inquit Bernardus [b]) finite illam, ebria enim est. *non quiesco* (ait) *nisi osculetur me osculo oris sui*; quæ audacia est ista? Respondet, *Postremò cùm ista multis precibus & lacrymis obtinemus, tum demum audemus forsitan ad ipsum os gloriæ caput attollere* (pauens & tremens dico) *non solùm speculandum, sed etiam osculandum*; & vbinam? in illo vtique sacramento, *in quo spiritus ante faciem nostram Christus Dominus est, cui adhærentes in osculo sancto vnus spiritus illius dignitate efficimur*, faciem Domini requirentes, &, vt ait B. Ignatius, *pacem Christi & gloriam Dei excipientes.* 18.

b Serm.9. in Cant. & antè ser. 4.

VIRI

VIRILITAS.

DIVINIS PRECIBVS VACARE PRÆCLA-rum renouationis instrumentum, atque omni munere præstantißimum ad vitam, honestatem, commodum & delectationem, ostenditur.

INSTITVTIO XXIX.

1. Reg. 13. 19.

IRRITO conatu laborem videbar subiisse, vir præstantissime, tuæ 19.
in Christo renouationis, nisi felicem exitum per eiusdem doctrinam
habeat, cœptúmque opus ipse qui cœpit fortunet Deus. Sicut enim
cùm *faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel, cauerant enim*
Philistiim ne fortè facerent Hebræi gladium, aut lanceam, inculta terra,
siluescens, & ad hostiles incursus propulsandos inermis erat; sic operam malè pone-
re videbimur, nisi fornacem faciamus, in qua orationem, commune sanctitatis &
instaurationis instrumentum, totius Euangelij breuiarium, corporum robur, domus
abundantiam, regni vires, belli trophæum, pacis securitatem, agricolarum fertili-
tatem viatorum scutum, arma magna militiæ nostræ, priùs exemplo Christi con-
flemus. Hoc enim vnico instrumento sine aliis ferramentis hominem in Christia-
num, in religiosum, in Angelum, in Deum denique euadere & migrare posse mon-
strabimus: hoc vnico opere homini subsidium, dæmoni flagellum, Deo sacrificium
præparabimus: huic vnico bono rationem honesti, vtilis & delectabilis inesse fa-
cilè comperiemus.

Oratio commune sanctitatis instrumentum.

Tertull. de orat. Nissenus lib. de orat. Chrysostomus in Gen. hom. 30.

SVMMA INSTITVTIONIS.

I. Hominis namque natura non tam est portio hæc corporea, quàm spiritua- 20.
lis illa, & quæ in animo sita est: quamobrem tunc homo in essentia hominis
constituitur ac reformatur, cùm pars ista spiritualis & rationalis eleuatur & sustol-
litur, quod oratio præstat inter virtutes reliquas; est enim, secundùm Augusti-
num [a], *Ascensio animæ de terrestribus ad cælestia, inquisitio supernorum, inuisibilium de-*
siderium, & secundùm Damascenum [b], *Oratio est ascensio mentis in Deum.* Quam-
obrem quod cæteræ virtutes non præstant, hæc vna virtus (ait Chrysostomus) homi-
nem propria nobilitate & omnium virtutum ornamento honestat. *Cùm profitear*
deprecationem caput esse bonorum omnium, basim ac radicem vitæ frugiferæ, nemo mi-
retur, neque enim sola temperantia potest homini salutem adferre, si cætera desint bona,
neque cura pauperum; cæterùm precatio ceu radix & basis, omnibus cæteris substernitur. Nam
secundùm quatuor gradus quatuor cognationes habet homo, quia rationalis est
Angelorum est proximus, quia sensitiuus bestiarum similis, quia viuens planta-
rum cognatus est, & qua parte corporeus est quatuor elementa continet, illisque pro-
pinquus est. Sicut ergo homo, qui ex triplici capite nobilis est, quantam illam
generationem, à qua vel maculam, vel ignobilitatem trahit, inuisam habet, te-
git, dissimulat, & illustrioris sanguinis splendore circunfundit, abhorrétque ab eo-
rum conuictu & consortio, qui consanguinei eius ex hac parte esse putantur: sic
tu mi homo ea parte, qua Angelorum propinquus es nobilissimus, debes & ru-
sticos mores & conuersationem ponere, & brutorum moribus abhorrere, & cum
Angelis conuersari, imò si quomodo posses, sentiendi opera, & ea quæ ad dele-
ctationem & nutritionem iuuant, ipsum denique corpus extenuare deberes; quod
facili negotio præstat oratio, ait Chrysostomus [c]. *Qui orat, cum Deo & Angelis*
conuersatur, ad sensibilia insensibilis est, viuit ipse iam non ipse, & in corpore extra
corpus agitur. imò addit, *Nam verè profectò cum Deo fabulamur, quoties vacamus de-*
precationi, per quam simul & Angelis copulamur, & societatem quam cum brutis ani-
mantibus habebamus, procul effugere videmur; ideo Paulus, cuius conuersatio in cæ-
lestibus erat, post hæc verba rogatus quo pacto sentiret iam ad sensum Christi tra-
ductum fuisse, affirmat, *Nos autem sensum Christi habemus.* quo pacto viueret, re- 21.
spondit, *Viuo ego iam non ego* (sicut plantæ viuo) *sed viuit in me Christus.* Quomo-
do in corpore esset, rogatus inquit, *Siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit*;
tegit omnia per conuersationem cælestem, nam ideo dixerat, *Animalis homo, el hombre*

a Serm. 230. b Cap. 24.

Oratio hominem secundùm præcipuam eius partem reformat.

c De orando Deo lib. 2.

Subleuatur ad angelicam vitam homo per oratione.

1. Cor. 2. 16. Gal. 2. 20. 2. Cor. 12. 2. 1. Cor. 2. 14.

Digitized by Google

villano y terreno que aliuda con las bestias, non percipit ea quæ Dei sunt: no goza de cosa buena, nos autem sensum Christi habemus. Sicut autem in aliquo ordine ex militaribus, licèt non omni ex parte, eques nobilis sit, pars illa dispensatur, & à reliquis illustratur; sic licèt homo natura terrenus sit, per orationis autem conuersationem in Angelorum naturam transfunditur, & per dispensationem ad id quod natura non dederat transit; ideo de orantibus ait Chrysostomus, *Ad Angelorum ordinem euehuntur, & Angeli non natura, sed dispensatione fiunt.* Vnde sicut actiones exhibet nobilis & equitis qui nobilis vult haberi, sic qui frequenter orat. Et sicut qui ignobilis est, sola rusticorum conuersatione & commoratione rusticus & tributarius habetur; *sic homo cùm in honore esset non intellexit, & similis factus est illis.* Hieron. *exequatus est eis, salio con el officio de bruto, quedose por villano pechero.* Ideo iusti, cùm mundani brutorum more ventri & abdomini seruiunt, longiori orationi & frequentiori conuersationi incumbunt, vt angelicæ nobilitati propinquiores euadant. Homo itaque vestis orare debes: nam, vt ait Chrysostomus [a], *Quisquis non orat Deum, is mortuus est, & vita carens, expérsque sana mentis.* Psal. 48. 13.

Ora vt homo sis.

[a] Lib. 1. de orãdo Deo.

22\. II. Hæc porrò oratio Christianum facit, sic enim vocat fideles Tertullianus, *canditatos regni cælestis.* Sicut enim qui negotia in sacra curia Romana gerunt, per litteras frequenter cum curialibus conuersantur; sic Christianorum est candidatorum more in cælestibus conuersari, & ne fortè pereant litteræ, multiplici via mittere solent, & breuiusculis iaculatoriisque orationibus crebrò deprecari. Chrysostomus [b], *Si per internalla crebris precationibus teipsum accendas, non dabis occasionem diabolo, aut vllum ad tuas cogitationes aditum.* Et Cassianus [c], *Vtilius censent breues quidem orationes, sed creberrimas fieri, vt frequentiùs Dominum deprecantes ingiter ei cohærere possimus.* Et Basilius in illa verba Psal. *Spiritus meus laudet Dominum.* legit, *Respiratio mea laudet Dominum.* Vide frequentiam.

Christianum facit oratio.

[b] Hom. 4. de fide Annæ.
[c] Collatione 10. & collatione 9. c. vltimo.

III. Religiosis etiam impensiùs orare proprium est, nam, vt ait Gregorius, seculares viri sunt instar nauis onerariæ, quæ merces per Oceanum ad Indos portat, quæ vasto mari semel data his vescitur, quæ semel reposuit, & aqua ad mensuram datur viatoribus; ideoque & vita periculis, & nullis delitiis, sed incommodis plena est; Religiosi verò triremibus comparantur, triremes enim non pelago se committunt, ita vt ad terram quotidie non appellant, ibique quieti & virium cibariorúmque recuperationi incumbant. *las galeras costa a costa se van seguras.* Hoc ipsum Chrysostomus [d] monet. *Armis nobis opus est, magna verò armatura oratio: opus est ventis à puppi, opus omnia discere, vt diei spatium absque naufragiis & vulneribus transigamus: multi namque per dies singulos scopuli, & frequenter illiditur scapha, atque submergitur; propterea opus est nobis oratione, matutina præsertim, & nocturna.*

Religiosi est oratio.

[d] Ad popul. Antioch. hom. 4.

23\. IV. In angelicam naturam migrat qui orat. Cuius rei perfacilis est probatio, vidimus enim in Apoc. quatuor animalia, & brutiora quidem, in cælo in circuitu throni, & in medio throni esse, ibidémque in thuribulis & phialis orationes & voces offerre Deo, *plenas odoramentorum quæ sunt orationes sanctorum,* vbi stercora? vbi mugitus? & rugitus leonis, vbi terrestis conditio & ingenium? Quid non conuertat oratio? quæ monstra, quæ vitia non corrigat. *In oratione* (inquit Ephrem [e]) *Angeli atque Archangeli exultant, & coràm throno sancti & excelsi vniuersorum Domini illam statuunt.* Et Chrysostomus, *Angelorum enim opus est deprecatio, superans interim etiam illorum dignitatem, si tamen maius est Angelorum dignitate colloquium miscere cum Deo: atqui quòd id sublimius sit, ipsi nos docent, multo quidem cum tremore vota sua offerentes.*

Orando homo migrat in Angelum.

Apoc. 5. 8.

[e] Serm. de virginitate.

V. Quid si ab Angelo, qui orat, transeat in Deum? Loquatur sponsa, *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Ne putes, inquit Gregorius Nissenus [f], dum dormit aliquid de dignitate aut sanctitate amisisse. *Discimus ipsam sponsam seipsa sublimiorem esse redditam, quæ se his verbis iactat.* nam vigilare cor cùm ad fores pulsat sponsus, vel cùm sensus ad obiecta sua excitantur, quid mirum? verùm vigilare cor cùm sensus silent, indicium est animam in seipsa causam vigilandi & amandi habere, dilectum nempe suum. Hoc ipsum de sopore illo seu ecstasi Adami ponderat Augustinus [g], somno enim illo verè à Deo immisso seipso sublimiorem & proximum Deo hominem efficere voluit Deus, *vt ipsius mens per ecstasim particeps fieret angelicæ curiæ:* nam vigilans creaturas dignoscebat, dormiens verò mysteria gratiæ; cùm verò somnus orationis mentem in silentio occupat, iam non Angelus fit, sed Deus, vt affirmat Dionysius [h]. *Quisquis in Deum euadit, ardenti contemplationi intendens,*

Transit in Deum orans.

Cant. 5. 2.
[f] In Cant. 5.

[g] Lib. 9. cap. 19. de Gen. ad litteram.

[h] De diuinis nominibus in principio.

intendens, & ideo profundissima oratio dici solet *oratio Dei*, vel quia à Deo tanquam sopor Adæ immittitur, vt sublimior reddatur anima, vel quia Deus per illam orationem efficitur. Et quidem independentia illa hominum, passionum dominium, inuincibilis animus, cuiusdam maiestatis & diuinitatis signa sunt notissima, & à ferro transisse in aurum, per diuinam participationem ab homine in Deum migrasse, hoc enim præstat conuersatio sapientis, sapientiam, illustris nobilitatem, Dei
2. Cor. 3. 18. diuinitatem, maximè si frequens sit, vt indicat Paulus exemplo speculi. *Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem*, id est, frequenti clarificatione & illustratione *: con vna y otra oracion y illustracion quedamos hechos dioses*; est enim diuinum instrumentum, sed præterea etiam arma nostra sunt oratio ac deprecatio.

I. *Oratio* namque (ait Augustinus) *oranti est subsidium*: subsidia enim cælestia expectare debemus, si in illud Regnum merces nostri regni inferimus, orationes videlicet, & miseriarum nostrarum repræsentationes: abundat enim Regnum illud bonis omnibus, quibus hîc indigemus. Ideo Iob, *Quare tacens consummor*, *yo me tengo la culpa de mi hambre por no pedir.* nam & filiis coruorum subsidium non denegat; clamantibus enim & famescentibus, cùm à parentibus deseruntur, æterni Numinis prouidentia adstante vermes in nido gignuntur, & ad spumas oris culices inuolant, quorum ope famem depellant, ita ad nostras accurrunt preces Angeli. *Ab exordio precum tuarum egressus est sermo.* & Dauid, *Os meum aperui, & attraxi spiritum.* Subsidium autem quàm citissimè dari poscentibus indicant verba Redemptoris, vbi orationem persuadet, *Amen, amen dico vobis*, iurare enim non nisi in magnis rebus consueuit, vt notauit Augustinus [a], & Ioan. 4. apertè dixit, *Tu forsitan petiisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.* Suadet vtique vt postulet, & ad omnes ait, *Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora* [b], vbi Basilius [c], *Rogatur: Quod est illud cubiculum? Bene rogasti*, inquit, *cellarium, communis consuetudo solita est appellare locum in domo vacuum ac remotum à celebritate, in quo ea reponimus, quæcumque habemus in animo ad aliquod tempus seruare, es decirle pedid subsidio, y entrad a la oracion como al camarin y despensa y repuesto donde Dios tiene guardado para su tiempo lo que aueis menester.* Hoc autem cellarium, *tuum* vocat, quia tibi reposita sunt; celeritatem istam subueniendi nobis mirabatur Nazianzenus [d], *O facilem contrahendi rationem, hoc bonum solo voluntatis pretio emendum tibi proponitur. Appetitionem ipsam Deus ingentis pretij loco habet.* Sed ne putes parum dare Deo cùm preces mittis, certè sitim illi extinguis, *sitit enim sitiri, & cùm ab eo beneficium petitur, beneficiu id ducit, quando le pides merced le pareze que no la haze sino que la recibe, iucundius dat quàm alij accipiunt.* Ideo humana auxilia vana, conatus irritos facit, vt cùm vacuas omnino creaturas compereris, cum Vate exclames, *Tibi derelictus est pauper, todos me dicen Dios os ayude asi sera ello: oranti est subsidium.*

Margin: 24. *Arma Christiani militis oratio.* — Cap. 13. 39. — *Subsidium cito datur orantibus.* — Dan. 9. 19. — Ps. 118. 131. — a In Ioan. — b Mat 6. 6. — c Regul. breuiori. interrogatione 177. — d Oratione in sanctũ Baptisma.

II. *Dæmoni flagellum.* Hoc ex ipso inimico discere libeat, de filiis enim Dei sic per Balac & eius principes locutus est. *Ita delebit hic populus omnes qui in finibus nostris commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere*; habet enim, inquit Origenes [e], bos linguam asperam, vt pro dentibus sit ad ruminandum. *Populus hic quasi vitulus ore & labiis pugnat, & arma habet in verbis & precibus*; quamobrem additur, *Hæc sciens rex mittit ad Balaam, vt deferat verba contraria, & precibus preces.* hoc est, vt maledicat, & mala precetur populo, qui orando à Deo obtineat vires & subsidia. Vnde in sanctuario Domini est, inquit Dauid, *sanctimonia & magnificentia*; & Hieron. legit, *Fortitudo & exultatio in sanctuario eius, armeria diuina el oratorio. los labios las armas contra el demonio.* Nam cùm dæmon Iob lædere omnibus modis tentauit, soli pepercit linguæ & labiis, vt posset ore blasphemo in Deum inuehi; Iob verò diuina arte instructus ad bellum arma diuina relicta esse dignoscit, & ait, *Tantummodo derelicta sunt labia circa dentes meos, labios me dexa esos bastan*, & ita notat Gregorius ad arma venisse & arripuisse ensem, dum ait, *Quamobrem ad Dominum deprecabor, Deum ponam eloquium meum, labios me dexa el sera vencido. Dominus dedit, Dominus abstulit*; inclamat, inclamat Dominum; *Dominum*, sicut Hispani dum ad vim & ad arma veniunt, *sant Iago, sant Iago a ello cierra España.* & victoriam prædicat. Origenes [f]. *Non enim tantum tetigerunt Iob lamentabiles istæ diaboli sagittæ, quantum vulnerauerunt eum sinceræ eius gratiarum actiones.* Ideo Chrysostomus [g]: Ne attribuatis, inquit, Beelzebub dæmonis eiectionem; *non est demonis tanta clementia, mansuetudine humanitateque vti, no es de demonios sin manos y armas con oracion y mansedumbre.*

Margin: 25. *Dæmoni flagellum oratio.* — Num. 22. 4. — e 13. in Numer. vide etiam Viegas 331. col. 1. — Iob 19. 20. — *Optima arma lata in oratione.* — f In c. 1. Iob. — g Hom 41. in Matth in illud. in Beelzebub.

Digitized by Google

mansedumbre el vencer, qui orat, & ieiunat, & patienter tolerat, flagellat & superat dæmonem.

III. *Deo sacrificium.* Nam vbicumque orantes inueniunt grana incensi, adlegunt Angeli, & in thuribulis & phialis Deo in odorem suauissimum offerunt, vt de Daniele, & Tobia, & de Centurione patet, & liquet [a], *Et data sunt ei incensa multa de orationibus sanctorum.* In his autem aromata myrrhæ & thuris, & puluis pigmentarius miscentur, quia oratio cum mortificatione simul offerri debet, nam, vt ait Chrysostomus, *In aliis sacrificiis offerimus nostra, in oratione autem nos ipsos:* gemitus ergo & lacrymas Angeli colligunt, caue ne illudas eis, nedum è cælo venerint & thuribulos præpauerint, dum dicitur, colligite Angeli. Quid, inquiant, colligemus, dormitationes, ronchos, colloquia fœminarum, claudunt thuribula, & quasi apes fumo ita à templo Angeli abiguntur, dum vitulos labiorum vestrorum in dæmonis honorem mactatis, non in Dei obsequium.

Sacrificium Deo gratum oratio cum mortificatione coniuncta.

26. I. Omnem insuper rationem boni bonum istud continet, nam orare honestum est, & homini gloriosum; ideo enim aiebat Alexandrinus Clemens [b], potius debere esse paratum hominem ad petendum etiamsi non obtineret, quàm ad obtinendum vbi non peteret: nam obtinere non petita etiam bestiis concessum est, quæ tamen sicut acceptum beneficium non referunt cum gratiarum actione, sic antequam accipiant non petunt; quare in honore hominis computatur petere etiam vbi non obtinet, nam petere est quasi gratias reddere. Vnde Deus orationem hominis & sibi & homini gloriosam postulat, nam *Psal.* 90. hanc sibi quasi legem imponit [c]. *Clamabit ad me, & ego exaudiam eum. Dulcis lex* (ait Bernardus) *quæ pretium exauditionis in clamore constituit postulationis.* Legem vocat certè non mihi impositam, nam non est penes me exaudire, sed penes ipsum; igitur sibi imponit legem, ne homo tantum honorem, & ipse Deus talem gloriam amittat.

Omnes rationes boni continet oratio.

Honorificum est Deũ orare, & ipse audire promittit.

II. Porrò vtilitatem orandi quis neget? agitur enim vita hominis in hoc, nam sicut corpus sine anima cadauer fit fœdum, sic anima quæ per orationem non respirat, mortua dicenda erit. Quamobrem potius vitam exponere deberemus, quàm orandi munus omittere, exemplo Danielis, qui satius duxit mori, quàm debitas Deo preces non fundere: nam Persarum rex non iubebat idola colere, sed non orare; at ipse perinde esse duxit & idola colere, & non orare: vnde Chrysostomus [d], *Iam verò siquis dicat animæ neruos esse deprecationem, mea quidem sententia verum dixerit, vt si neruos inciderit, vniuersam corporis harmoniam dissolueris. Itidem animæ per sanctas preces sibi constant, & compinguntur, ac pietatis cursum facilè peragunt.* Addit tandem, *Atque cùm videro quempiam non amantem orandi studium continuò, mihi palàm est, nihil egregiæ dotis animo possidere.* Rationem horum reddit Thomas [e], quia Deus vniuersorum Dominus, sicut ad bonum cibi & potus arare & fodere iussit, & ad bonum prolis matrimonium sua benedictione dispensauit; sic ad commune bonum vitæ hominis orationem instituit, in qua annuos suos reditus & census collocauit, hæc penetrat cælos [f], peccatorum remissionem impetrat [g], dæmonem pellit [h], visibiles hostes deuincit [i], incrementum in virtute & vitam æternam promeretur [k], pro pœnis peccatis debitis satisfacit [l], subsidia omnia ad vitam impetrat [m], cælestem ac spiritualem voluptatem conciliat [n]. Vide quid opportunius animæ contingat, quàm dum in castello corporis tot est incommodis obsessa, omnia sibi necessaria scapha ista actuaria & leui statim inferri?

Vita hominis est orare.

27. III. Delectationem denique affert gaudij pleni. Vnde postquam *Ioannis* 13. Christus dolores parturientis superuenturos discipulis prænuntiauit, ad leuamen tanti doloris immediatè orationis sermonem subiecit. Quamobrem qui non orat, similis est eis qui læsam habent olfaciendi potentiam, qui cùm bonos nusquam percipiant odores, teterrimos & putidos primi omnium inuiti percipiunt; sic tu miser cùm omnium malorum & calamitatum sensum habeas, leuamen per orationem non sentis. Vnde illud mirabile dicam, tribulationem ipsam dulcem reddi, & cùm orationi superuenit, quolibet etiam amore & vnione cum Deo suauiorem esse: ait enim Deus per Oseam, *Ego lactabo eam, ducam in solitudinem, loquar ad cor eius, dabo vinitores ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam spem.* Finge tibi patrem qui cum filiolo oblectatur, priùs puer plorat, amplexum patris desiderans; tunc parens è brachiis erigit, & stare iubet; hic primus status est peccatorum, qui iam ad Deum conuertuntur, & lacrymis peccata expurgant, *ego lactabo eam:* iam ad genua

Delectat super omnia oratio.

Status diuersi animorum.

a Apoc. 8. 3.
b 7. Stroma.
c Vers. 15.
d Lib. 2. de orãdo Deo.
e 2. 2. Q. 83.
f Eccli. 35. 21. & Aug. in Psal. 29. *Lauanis de profundo lanas.*
g Mat. 6. 12. *Dimitte nobis.* & Chrys. suprà, etiã nos peccatis refertos precatio deprehenderit, celeriter purgatos reddit, &c.
h Mat. 6. 13. Sed libera nos à malo. Chrysost. Si dæmones nos conspexerint deprecatione munitos, illico resiliũt, &c.
i Aug. O quã grandis est ipsius orationis causa, ecce Moyses orabat in mõte, & Iosue Amelec deuincebat.
k Mat. 6. 6. *Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Chrysost. in Psal. 7. Nihil facit æquè, in virtute crescere, atque cũ Deo assiduè versari, & colloqui.
l 2. Paralip. 33. 12. in Manasse qui orauit Dominũ suum, &c. Leo magnus ser. 6. de ieiunio decimi mẽsis, oratione, Propitiatio Dei quæritur, &c.
m Isai. 38. de Ezechia. Adiiciuntur quindecim anni. Naz. oratione ad Constantin. Egregij Alexãdri discipuli estis, &c. qui Apostolica illa sua oratione (Arium) impietatis auctorẽ atque antistitẽ sustulit.

n Bernardus serm. 3. de Quadragesima, Psal. 36. 4. *Delectare in Domino. Quid ô propheta*, &c.

genua eleuat puerum, cùm per viam illuminatiuam in oratione mysteria passionis aperit,& sibi similem efficit. *Ducam eam in solitudinem*, vbi oratio quietior & frequentior est. Tandem puerum sic exultantem ori adhibet, osculatur, amplexatur, in quo vnio illa mirabilis quæ per affectum in oratione fit repræsentatur: *loquar ad cor eius*, & quid insuper oratio poterit impetrare? Id nempe vt tribulatio maxima, sicut ea quæ in valle Achor contigit, animæ suauissima sit, & tanti meriti & dulcoris, vt in ea oranti animæ spes aperiatur gratiæ non solùm, sed gloriæ.

VERBVM PATRIS.
3. Reg. 8. vers. 28.

Respice ad orationem serui tui, & ad preces eius, Domine Deus meus: audi hymnum & orationem, quam seruus tuus orat coram te hodie.

Augustissimi templi, plusquam Salomonici dedicatio fit, in tympano & choro, in chordis & organo: omnisque spiritus ad laudandum Deum accenditur.

DISCVRSVS LXXXV.

I. LÆTISSIMA Salomonici templi dedicatio, cum Ecclesia magna conuocata transfertur arca solemni pompa: præferuntur omnia sanctuarij vasa, præit rex cum populo, immolantur victimæ innumeræ, & multo hostiarum sanguine viæ perfunduntur, cùm circumquaque totus aër suauitate repletus etiam longè remotis sentiretur. Te iam ad veram religionem & orationis precúmque fundendi rationem inuitat: & nunc maximè cùm de collocanda Christi humanitate in cælesti templo iam proximè agitur. Et licet ante arcam in pompa illa Salomon non sicut Dauid in solita deuotione saltauerit, at plenus animi exultatione alia ratione animi triumphum & lætitiam publica oratione & canticis ostentauit, vt ipse fatetur. *Respice ad orationem serui tui, audi hymnum & orationem quam seruus tuus orat corā te hodie. Oyd señor esta musica: que despues os vendran no-a cantar sino a contar sus miserias. Quodcumque orauerint in loco isto, tu exaudies in loco habitaculi tui in calo. Si quis de populo fuerit deprecatus, cognoscens plagam & infirmitatem suam, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies de calo firmissimo habitaculo tuo.* Hebræi Hispanienses, *Todo home que supiere cada vno la llaga de su coraçon estendiere sus palmas en esta casa e tu oyras de los cielos el adereζamiento de su estada.* Itaque certum est Deum etiam antequam orationem fundimus iam suscepisse, at voluit, inquit Chrysostomus, vt orantes pariter laudaremus, non tam vt preces exciperet, quàm quia valde oblectatur in eis. *Scit enim Pater vester quid vobis necessariū sit antequam petatis eum, vt placeat ei praestare quod desideramus.* Sicut enim Germani aut Belgæ concinentes per publicas vias stipem corrogant, omnes quippe eorum pauperiem & vident & subleuant, gratior tamen est illa postulandi ratio, & eleemosyna post cantum est iam quasi debita retributio. Ita Salomon docet nos preces fundere, & simul diuinas concinere laudes, *vt placeat Deo praestare quod desideramus.*

3. Reg. 8. 1.

Iosephus.

In Salomonici dedicatione templi mysteria legis gratia adumbrata.

Origenes lib. 3. Periarchon cap. 1. Cātica gradum Salomonis esse.

Matth. 6. 7.

Cantus ecclesiasticus Deū oblectat, & affectus orantium excitat.

Operæpretium igitur & orare, & musicam discere, sacros Doctores choros & harmoniam componentes auscultare. Magnus enim Basilius [a] nullo alio festo, nulla alia musica plus Deum oblectari docet. *Nam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquia cogitationis diem festum agent tibi, con los reliebes de la oracion de oy harcis de el dia mas triste, alegre paschua para Dios.* Addit ad hæc Hieronymus [b], nam vbi nos legimus, *Signatum est super nos lumen vultus tui*, in originali legimus, *Leua Domine lumen vultus tui super me, leuantad los ojos sobre mi*; quo 2. pacto Propheta sancte, cùm nos in terra simus, ab eo qui supra cælos est postulas vt eleuet oculos, meliùs diceres cum Bernardo vt demitteret oculos ad prospiciendum homunciones istos terræ adhærentes, abiectissimos? minimè verò, ait Hieronymus, nam cùm quis mœrore plenus est, etiam oculos demissos habet: igitur tristis habitum Deus habere depingitur, non quidem alia de causa, nisi quia non postulamus. *Leua igitur Domine lumen vultus tui super nos: ecce petimus omnium bonorum aggregationem. Quis ostendet nobis bona?* & canendo insuper poscimus sicut Salomon, vt gratanter excipias orationem. Sanctus itaque Abbas Isidorus Pelusiota [c] choros diuidit, distribuit & componit voces, & quatuor orandi modos omnem Ecclesiam docet. Vos igitur attendere animis maximè oportet; vt vltima verba Dauidis, imò & Christi Domini excipiatis: nam verba illa, vt aiebat Plato, quibus vltimum vale dicunt mortales, sensu plena esse solent, & orator refert in illa hora exitus diuinas cogitationes animis reuelari sapientioribus solere, & quæ maximè in hora exitus tenerrimis hærent animis. Quid si postremis verbis pignus aliquod & pretiosum donum amico legaretur & relinqueretur? Quare summi illi Doctores non sine studio vltimā sententiam à mussitante ore Gorgoniæ excipientes ad insignes characteres sepulcri eiusdem obseruarunt & collocarunt. Tu igitur qui ab ore Christi vltima illa verba excepisti, *In manus tuas*

a In Psalm. 75.

b In Psalm. 4. 7.

Quasi tristis est Deus eo quòd ab eo nō postulamus.

c Epist. 364. & Ps. vltimo.

Vltima verba morientium valde obseruanda & excipienda.

Domine commendo spiritum meum, ficut aiebat ille,

Virgil. Æneid.7. ——— *loquentis ab ore Eripuit.*

Et muficam Dauid aufcultare debes, dictum tibi puta, *Ne impedias muficam.* Præterea etiam vltima verba fponfi Chrifti Patrifque amantiffimi in vltima nocte tibi inftillata audi, & in Ioan.16.23. corde repone. *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Hæc iurata verba femel & iterum, do vt pignus pretiofum, nempe orationem, quæ te de meo abfceffu fola poterit confolari.

3. Nraui Discvrsvs. Pfalm. 150. 4. Canit ergo & iubet pfallere Dauid, *Laudate eum in tympano & choro, in chordis & organo, omnis spiritus laudet Dominum.* Deo noftro gratiffima eft orationis harmonia, leuátque vultum ejus, hominique vtiliffima eft: igitur oremus canendo, *Omnis spiritus* præparet intima cordis, & organa vocis, vt concinant. *Primò ex carne nostra tympanum efficiamus*, (ait Ifidorus [a]) præcedat affectuum & carnis mortificatio, quæ temperat corpus, componit motus, appetitiones reprimit, & fuauem concentum efficit. Secundò, per chorum *concentum concordem Ecclesia postulat.* Hic primus orationem vocalem mittit. Tertius chorus ex fidibus & chordis componitur. *Per chordas autem & neruos sensus nostros intelligis, quorū opera lingua plectrum pulsatur.* Chorus ifte tenuiffimo fono & voce perfonat, & folo interno auditu percipitur, & mentali meditatione exhibetur. Quartus chorus nec poftremus dignitate eft afflictarum vocum, & animorum, qui organorum & fiftularum nomine defignantur. *Denique organum quiuis noster nam est cùm Deo mores suos ac vitam probat, atque hominum cōmodis aptus est, cada vno de nosotros es organo hecho de voces affligidas, pero que se templan con la voluntad de dios y con el bien del proximo.*

[a] Vbi fuprà. *Tympanus caro nostra, mortificatione temperanda.*

Animus contemperandus voluntate Dei.

4. Primus igitur chorus ex tympanis fit, vt ait Chryfoftomus [b], cùm eorum bene temperata, mortificata & attenuata corpora mentéfque etiáfi variis negotiis diftentæ & diftractæ quocumque loco, & qualibet occafione pulfantur, fuauem emittunt fonum, fecundùm diuinam legem, & præcepta Decalogi, & muneris fui. Quapropter nemo ab oratione excufandus eft, *illic ante fores constitutus & affixus tribunali potest orare, alli entre la folla y cerrajeria de negocios y pleitos puedes orar.* O quot fcimus, ait, in fenatu, in tribunalibus audientes magiftratum iratum, clementem & rugientem figno fe crucis & breui oratione muniendo iudicis iram & animū mitigaffe, & fregiffe, & à feritate ad manfuetudinem traduxiffe, ritéque negotia peregiffe. Oret igitur in officina fua fartor, oret in taberna mercator, & qui domeftica adminiftrat, corda enim, non loca quærit Deus. Nónne carcerem Paulus in templum conuertit? Nónne Ezechias confeffionis fedem lectum fecit? nónne latro crucem in altare facrauit? nónne Ionas ceti ventrem facellum & oratorium effecit? in cœno Ieremias, in lacu leonum Daniel, mundas ad Deum preces effuderunt: fed dum nequit cor & lingua orare, deprecentur manus, oret corpus, opera Exod.17.11. ipfa poftulent; hoc enim monuit Deus, facto illo Moyfis, qui dum prælium in valle committebatur, ipfe in monte *multò plus quàm pugnantes in illam contulit pugnam manuum extensione suarum.* Voluit enim oftendere (inquit Au-

[b] In Pfalm. vlt. *Primus orandi modus opere, munere, actione & legis obseruatione.*

Extensio manuum bonus orandi modus si actione & operatione fiat.

guftinus) qui maiora non poteft præbere auxilia, oret extendendo manus. Vides Domine, hoc opus quod præ manibus habeo, *dirige opera nostra*, ne manibus te offendere contingat. Extendo manus, quia licèt non orationi vacem, in hoc autem opere & tibi fido, & gratiæ auxilio fretus cœpi, & perficere fpero. Extendo manus, quia licèt multum temporis orando infumere nequeo, nec facro adeffe vt opto, at faltem eleemofynam porrigo, & pias manus ad ægrotum extendo. Extendo manus, quia licèt orare nequeo, iudex fum, vel magiftratum teneo: at mundas ab omni munere & lucro manus ficut Iob tibi offero, licèt occupatas, & negotiis impeditas. Quid mirum orare fine oratione? ipfi prophani milites & fæcularium negotiorum actores & iudices, ipfo fuo munere iudicandi & puniendi pias ad Deum habent preces, dummodo Chriftiano zelo & æquitate imbuti, temporalia iudicent & gubernent: hoc de Phinees cecinit Dauid, *Stetit Phinees, & cessauit quassatio.* Orauit Phinees, *stare* enim orare eft in facris litteris: *Qui statis in domo Domini.* Erat Populus Dei inter mortis anguftias dum tot millia à diuina iuftitia punita & iugulata videt. Omnes flexis genibus contra fanctuarium precibus intenti erant, cùm ecce turpi concubitu Hebræus vnus nobilis cum nobili, fed idololatra Madianita iram Dei inflammauit, tunc ftetit Phinees, & orauit, & quónam orationis genere? arrepto nempe enfe pergens ad illos, ambos vno enfe transfixos in infernum defcendere fecit: & *cessauit quassatio*, refedit ira. *Et cùm posset dicere* (ait Caffiodorus [a]) *& mechantes transfixit, melius dixit exorauit, quia transfixio mechantium de Zelo facta magis dicenda oratio, quàm operatio, quia qui bene agit, stat.* Vides qua ratione etiam ánimaduerfio & fanguinantis gladij cruor de barbaro aut infideli effufus oratio eft fuauiffima? vides vt domus tuæ luftratio, ratio & œconomia domus, filiorum educatio, carnis caftigatio, moderatio fumptus, ieiunia, flagellationes, quibus corpus quafi tympanum Deo temperatur, oratio eft?

Iudicum oratio qua sit optima.

5. Pfalm. 105. 30. Pfalm. 133. & 134.

Orationis genus punire nocentes, & scandala auferre.

[a] In Pfalm. 105.

6. II. Sed iam adeft chorus vocalis orationis, in quo multa notanda veniunt: primò enim, inquit Chryfoftomus, in tanta vocum varietate quæ coniunctæ fonos mirificè concinentes edunt, vnitatem Ecclefiæ libet contemplari; *hic enim maius aliquid est, puta vnanimitas, & consonantia, charitatisque vinculum.* Secundò voces & orationes vnitæ in Dei aures influunt, tanta cum voluptate, vt Deum & Angelos noua lætitia perfundant. Terrent etiam dæmonem ifti chori terribiles vt caftrorum acies ordinatæ, oratio enim fingularis & imbecillæ fœminæ, quæ per fe quidem ac feorfim vim paucam haberet, vnita tamen & affociata reliquis precatoriis globulis, & facris calculis fclopорum inftar, dæmonem fugat atque deuincit. Vis autem audire cantores, Doctores facros, qua ratione intendunt remittúntque vocem, & magiftrum Chriftum præfcribentem verba & orationes? Tertullianus [b], *Pater noster qui es in cælis.* Felices qui Patrem agnofcunt; vbi funt qui de Dei promiffione diffidunt. O quàm citò fidei meæ eft remunerata confeffio, mox vt Deum vnici filij confeffus fum Patrem, ego ipfe adoptatus fum in filium, vt fim cæli hæres, qui paradifi exul eram. Terram nefciat, amorem carnis ignoret, patrem

Vocalis oratio gratissima Deo.

Orationis Dominicæ expositio.

[b] De oratione c.1. Matth.6.8.

patrem pulueris non requirat, nihil in se vitij licere permittat qui Deum Patrem cælestem repetit ad naturam. *Sanctificetur nomen tuum.* Oratio tamen etiamsi ad patrem meum exhibita, à mea accusatione & peccati detestatione debet incipere: igitur, *sanctificetur nomen tuum.* Domine non nostra scelera, sed tui nominis gloriam attende; tu enim per Ezechielem dixisti, *Non propter vos ego faciam, sed propter nomen sanctum meum quod polluistis, & sanctificabo nomen meum magnum. Adueniat Regnum tuum.* Chrysologus [a]: Sed vt scias Domine quia fidelis tibi sum miles, tuam ô mi dux præsentiam sitio, regnum exopto, ex peto triumphos: veniat igitur in me regnaturus, in quo diabolus arcem, mors imperium, & infernus retulerat potestatem. *Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.* Nissenus [b]: Scio Domine, animæ sanctitatem esse diuinæ voluntatis prosperum successum; retracto igitur & incuso propriam voluntatem, vt fiat in me voluntas tua: fiat autem *sicut in cælo & in terra*, non superna vita penitus à nequitia & vitiositate pura est; quapropter per bonam voluntatem Dei prosperè regitur, nostra autem vita vt à communi bono excidit; simul etiam excidit à diuina voluntate. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Nam post cæleste regnum (inquit Chrysologus [c]) panem quis postulet temporalem? sed quotidianum & sacrum panem, vult nos in sacramento sui corporis gloriæ viaticum postulare, vt per hoc ad perpetuum diem & ipsam Christi perueniamus ad mensam; Christus enim panis noster est (ait Tertullianus) quia vita Christus, & vita panis. *Ego sum*, inquit, *panis vitæ.* Cæterùm quia carnaliter admittitur ista vox, panem etiam materialem petere possumus, *panem enim peti mandat, quod solum fidelibus necessarium est.*

P. Alcaçar Apoc. 5. 8. Matth. 6. 9.

Cap. 36. 22.

a Serm. 68.

b De oratione Domi. oratione 4.

7.

c Serm. 68.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus. Nissenus [d]: Video equidem ad quantam amplitudinem per verba orationis suæ hominem euehas, humanam naturam conditione diuina quodammodo mutans, & vt dij fiant, qui ad Deum accessuri sint, dum faciunt ea quæ Dei solius est facere. Imò ordo quodammodo inuertitur, vt audeamus dicere, vt Deus nostra facta imitetur. *Et ne nos inducas in tentationem.* Hoc petere miles tuus (ait Chrysologus [e]) multis modis cogitur: ne fragilitas plus ausa & de se tumore præsumens in conflictu malè cauta succumbat; ne igitur nos patiaris induci ab eo vtique qui tentat, absit enim vt Deus tentare videatur. *Sed libera nos à malo*, hoc est, à diabolo, qui totius mali auctor est, & origo. *Vide* (inquit Tertullianus [f]) *compendijs paucorum verborum quot simul expunguntur officia, Dei honor in Patre, fidei testimonium in nomine, oblatio obsequij in voluntate, commemoratio spei in regno, petitio vitæ in pane, exomologesis debitorum in deprecatione, sollicitudo tentationum in postulatione tutela: quid mirum? Deus solus docere potuit vt se vellet orari, nos marauilla esta con certada musica, es el maestro de capilla Christo.*

d Oratione 5. de oratione Domini.

e Serm. 61.

f De oratione cap. 9.

Christus doctor est vocis & precum orantium.

8. III. Citharœdorum iam tacta summissaque harmonia mentali oratione laudes diuinas decantat minori cum periculo hypocrisis & inanis gloriæ, vt notant Bernardus, & Chrysologus [g]. Hæc orandi ratio maioris meriti est, ait Chrysostomus, quia duplo maior fides requiritur, altera qua orat, altera qua sine aëris verberatione exaudiri credit. Nec longe abest ab hac consideratione nomen *fides*, quo corda & nerui ipsi nuncupantur, plena enim fide procedit ista oratio, & non vnum neruum pulsat, sed plurimas virtutes excitat, fidem, spem & humilitatem. Citharæ autem aut lyræ dicitur ista oratio, quia ante orationem & corpus & animus est temperandus, imò sic temperatè viuendum, & cibo potúque vtendum, vt a mensa ad templum migrare possis, vt de Anna Samuelis matre obseruauit Chrysostomus, tamque submissè orauit, *vt licet labia quidem eius mouerentur, vox autem eius non audiebatur, quæ figuram portabat Ecclesiæ.* Quare etiam secretiora mysteria celebrans summisse & secretò peragit. Et *Apoc.* 8. officium Ecclesiæ thuribuli symbolo suauissimos odores efflantis describitur, in dimidiæ horæ silentio, hoc est, profundissimo, de quo ibidem agitur. Silete igitur, quieti estote, & oratores istos sine voce eloquentissimos, sine verbis interno mentis auditu auscultate, lyras istas à spiritu temperatas audientes, quid mentalis oratio sit, quomodo meditationi associetur, quàm fidei consonat, quàm naturæ consentanea & perfacilis sit, ratio ista meditandi practicè iamiam demonstrabimus.

g Serm. 9. de eleemosyna.

A maiori fide procedit mentalis oratio.

1. Reg. 1. 13.

Preparantur animi ad dulcem harmoniam mentalis orationis.

Anima nostra, quæ instar lyræ est, tribus constat fidibus & neruis, inquit Bernardus [a], memoria, intellectu & voluntate: age igitur *quærite* legendo aliquid ante orationem, *pulsate* petendo; & aperietur vobis meditando, doce nos dulcissime Pater tres istos pulsare neruos. *Audistis quod hac nocte lectum est in Isaia: Principes tui infideles: alia translatio habet, inobedientes socij furum.* Luctuosam illam tragœdiam in me memoriam reuoca (anima mea) primi illius Angeli, qui Deum hominem nolens reuereri superbia elatus in barathrum deuolutus est, & qui splendebat in gemmis, ardet in carbonibus sempiternis, mortis origo factus, & magno à creatore suo dissidens odio. Vide insuper lapsum miserandum, exilium infame & triste duorum principum, qui inobedientiæ culpa infideles sociique furum nuncupantur, quæ flagra, quæ præconis voce denuntiata culpa: quod exilium, quis sudor, quantus dolor, qualis miseria? Pulsa igitur fidem alteram, intellectum videlicet, si primum Angelorum antesignanum & innumeros alios vno crimine noxios sic punit Deus, percutiens eum cum omnibus suis plaga incurabili, *castigatione crudeli*; tu vermis, tu puluiscule, quibus eris addicendus tormentis ob tot facinora in Deum commissa? si tales principes parentes tuos vna culpa de paradiso expulit, & vix creati producuntur ad mortem, & proditionis crimine damnantur, tu peccati filius, tu in peccato conceptus, nutritus, & fæcibus culpæ sordidatus, qua tandem pœna mulctandus eris? en iam personat chorda altera voluntatis. Age mi Deus, soluat qui peccauit, non soluat filius innocens, qui minimè deliquit, soluat pœnas caro ista putida, submittat se flagris corpus fœdum & turpe, plorent oculi, nunquam Deum offendam, quem sic revereri & timere debeo. Requiramus modum alterum musicum: iterum citharam pulsemus.

9.

a Serm. 1. de aduentu Domini, deinde B. P. Ignatius in exercitijs ... tribus po... tentijs

Isaiæ 1. 23.

Triplex modus orandi secundum tres animæ potentias practicè exhibetur.

10. Secundo loco affectu & amore plenus neruos tēperat, & acutè percutit Augustinus [a], *Recordari volo*

a Confessio. lib. 2. cap. 1.

volo transfactas fœditates meas, & carnales corruptiones animæ meæ, non quòd eas amem, sed vt amem te Deus meus. Tange fides primas anima mea, & refrica memoriam historiæ illius impurissimæ tuorum scelerum, non vt iterum ex cœno tibi aliquid allini possit, sed vt redemptorem ardentiùs ames, à quo veniam impetrasti. Vide quanta obscœna, quanta absurda commisisti? quot loca tuo scelere turpasti, quot fœdasti personas, & tua turpissima lepra deformasti? vide sterquilinium turpium cogitationum, in quibus te bestiarum more volutasti: sat est, sonet iam intellectus. Augustine quid est peccatū? rem istam aliquando suo momento ponderasti. Vide qualem secum horrorem inferat, qualem pudorem, quales obscœnitates, qualem pœnitentiam. Quid est peccatum? temere obsistere æternæ rationi, & diuinæ prouidentiæ ordinationi, & prædestinationi, atque quantum in me est omnem inuertere rationem, qua iamiam proximè meam extra omnem aleam salutem Deus agere moliebatur. Quid peccatum? proiecta audacia, qua diuinos fauores & auxilia & ius ad illa à meipso abdico & reiicio. Quid peccatum? Vomitus sordidissimus margaritarum, gratiarum, donorúmque cælestium, & sanguinis in Baptismate hausti. Quid peccatum? orbis vniuersi peruersio, & inuersio ordinis, legúmque quibus ab initio constitit mundus, schisma omnium creaturarum, & audentissima in Dei faciem proiectio litterarum, quibus dignitas primogeniti, & adoptio continebatur. Quid peccatum? diuinos lædere oculos, hoc est, Christi merita, ob quæ nos amanter aspicit, suscipit, redimit; quid peccatum? pretiosi sanguinis conculcatio, pacti resissio, quo meam salutem in cruce fœdere sempiterno firmauerat: qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit. Et quis tu qui peccasti? quantus es cælo comparatus? nihil; quantum est cælum cum Deo compositum? nihil: & quid tu eris respectu Dei? minus vtique nihilo. Sonet ergo voluntas, odio pariter & amore inflammata. Augustine, hæc peccando perpetrasti? in quam surditatem peccando adductus es, vt stridorem catenarum tuarum nō senseris? ad hoc amicos adsciscebas? hoc ridendo peregisti? *O tardum gaudium meum?* ô terra! ô cælum, quæ tot enormia scelera dissimulastis, ô mirabilem Dei patientiam! ô Dei suauitatē & clementiam. Eia Domine, liquidum sit omni bono me indignum prorsus esse, & à nemine iniuria aliqua affici, etiamsi omnia mihi detrahat, aut sempiternam infamiam infligat. *Minor sum cunctis miserationibus tuis*, & omnium suppliciorum meritissimus, *infernus domus mea est*, hanc ego promerebar pœnam, & quantum distat ab hoc meus dolor ab inferni cruciatu, tantum mihi de condigna pœna detraxisti. Parce piissime Domine, expecta peccatorem istum in cruce, vbi te fixit amor animæ meæ, quousque ego ipse mea scelera digna animaduersione plectā, en tuis se pedibus prouoluit, vrendus ferro, designandus in seruum, flagellandus vt nocens, infamiæ notis, flammis, doloribus, morte denique mulctandus, qui sic vitæ auctorem offendit. Augustine, quis te in tantam demissionem adduxit? quis tui te vindicem fecit? O nouam rerum mutationem, tu oratio sic cogis homines, & harmonia meditationis animos in nouas, & in saniorem mentem frugémque conuertis. *Requirentes modos musicos.*

Memoria historiā refert.

Consonat intellectus.

Quid peccatum.

Resonat voluntas & affectus excitatur.

11.

Gen. 32. 10.

Iob 17. 13.

Orationis vis ad permouendos & cōuertendos animos.

Eccl. 44. 5.

12. Libeat tertiò lyram bene temperatam B. Laurentij Iustiniani audire, sempiterni amoris debitum tribus chordis animæ suæ suauiter modulantis. Sonat memoria primò. Quis tu ô anima mea creauit? potésne huius operis memor esse? minimè, vtpote quæ nihil eras, & de nihilo facta, & quàm retro antè decreuit te in lucem asserere? ab æternitate; postea verò quid in obsequium molitoris tanti operis gessisti? offendere, neque enim immemor esse debes illius diei & loci, in quo (ô nefas!) socium tui criminis quæsisti, qui subitanea correctus morte, vel gladio interceptus, in inferno iam diu meritas soluit pœnas. O veram historiam, veritatis testem, vitæ magistram. Sonet iam ratio & intellectus. Qui te fecit Deus erat, tui nequaquā indigus, & in sui similitudinem conformauit. O amor antiquus, quis te impulit? nemo, nisi amor. *Inquieta res est amor, & proprijs stimulis agitata*; quis enim cōsiliarius eius fuit? nemo nisi amor, & amor iste quanto antè incepit? non incepit, nam ab æterno dilexit te. Quid ais ab æternitate diuina cura in hoc versata est? ab æterno inuigilauit meæ saluti; & quid meretur amor iste? amorem; & ex quo tempore tenet me obligatio amandi? ex æternitate: at quî possum ex æternitate? potes saltem à die qua tibi obligatio nota facta est, à quo si deficis iniquus es & ingratus; igitur si amor ille ab æterno fuit, mihi prospexit, coæternum amorem iure reposcebat, obligatio autem nota fit cumprimum lumen rationis irradiat in mentem: & ego tanto ære alieno obligatus quidnam egi? quæsiui socios mei criminis, *nemo enim solus bene ridet*, aiebat Augustinus, incidi in occasionem, & miserè lapsus sum, ignorans quòd mors & laqueus ibi laterent, & sic à peccato in peccatum ad malorum profundum deuolutus sum. Cùm essem in æternæ vitæ dispendio, cùm vno eodémque fune peccati vincti essemus socius mei criminis, & ego, cùm iam de ligno exturbandi eramus à morte, carnifice iusti Dei, socium exturbauit, iniecto laqueo suffocauit, & ego viuus remansi, induciis mihi à diuina clementia quadraginta iam annis liberaliter concessis, vóxque salutis audita est: Siste, sine viuere, præcide funem. *& dixi, viue.* Quid mihi nunc agendum superest? (ecce iam ardet voluntas.) Vale orbis, valete creaturæ, vmbræ sunt iam mihi vestri splendores, bona vestra flocci quidem pendo; vadam mi Deus ad vincula, ad claustra, ad carceres amoris, ad religiosam vitam. Valete parentes, non noui te mater, tanto amoris obligatus debito, infiniti amoris solutionem cogitare venio: ecce de meo collo pendent funes criminum, & promeritæ pœnæ: nequeo me subducere, nequeo negare, nequeo omnino soluere: exigant à me omnes creaturæ amoris pensiones: omnium bonorum meorum libera tibi, Deus, datur potestas: oculi, lacrymæ, gemitus, & funes isti monumenta sunt, & testes tuæ erga me pietatis, meæ erga te iniquitatis; & quid postulás Iustiniane? quid? quod docet oratio; hos enim requirit modos musicos.

Memoria beneficiorum refricatur.

Consonat intellectus.

Laurentius Iustinia. in fasciculo diuini amoris.

13.

Ezechiel. 16. 6.

Ardet voluntas excitata à memoria & discursu.

14. Quid enim non inuertat oratio, quos non commutet mores, quas affectiones harmonia ista ad harmoniam non cogit? Vidit Ioan.

a *Apoc.* 4. Sancta quatuor animalia agni throno propinquiora, quam seniores, quæ & citharis & suffimentorum thuribulis & sonos dabant,& suauissimos efflabant odores. Nouæ res, ait Ansbertus. Quis brutorum mores in angelicos mutauit? quis de stabulo duxit ad thronum? quis fœtores in odores conuertit? quis mugitus & rugitus in cantum? quis vngue Aquilino, & leonina manu, & quod magis est vitulina fides neruósque pulsare docuit? virtus orationis, quæ efferatiores, grauiores & superbiores mentes & corpora in angelicos Deique throno dignos famulos committat, quod non prætermiit Chrysostomus, dum aiebat [a], *Hac te separat a brutis animantibus, hac te sociat Angelis,* cæteras namque actiones etiam exhibent animantia, tu solus potes cum Angelis orare, humanos in oratione affectus deponendo, imò & ipse Christus quam semel in se, hoc est, in suo corpore mutationem facere voluit, ita mutatus est inter orandum, *vt facta sit species vultus eius altera,* videlicet *dum oraret*; nondum enim satis culta facie prodis ô fœmina, cùm ad speculum fucato colore niteris, pulcra videri oratio est quæ te alteram faciet pudore, modestia, humilitate, quas Dei familiaritas in facie animæ generat; *accedite*, inquit Dauid, *& illuminamini.*

Oratio separat nos à brutis, & Angelis associat.

a Lib. 2. de orãdo Deo.

Luc. 9. 29.

15\. Organa etiam quæ afflictorum animorum voces & gemitus adumbrant, orationem pauperum & afflictorum Deo esse gratissimam ostendunt: Dauid enim ait, *Respexit Dominus in orationem humilium*, vel, vt Pagninus legit, *in orationem myricæ*, eorum nempe qui sunt miseri, debiles, afflicti, dolentes, desolati, destituti, & solitarij, vel, vt Genebrardus, qui citat Anonymum, vel, vt alij Ammonium, vel etiam Symmachum, *in orationem cicadæ.* Miror Domine quare non potiùs oblectaris cantu passerum, qui primo vere in nemore & viridariis plectra suauissimè mouent? Minimè verò, ait Augustinus [b], hi namque canunt ob suam delectationem; quare dum interturbantur cessant, sic enim solent animæ Deo laudes canere, cùm prosperè cuncta cedunt, annus fertilis, prouentus copiosi, fausti euentus, quæ cùm vel dulcedo spiritualis orationis subtrahitur, vel præmium non proponitur, statim ab oratione cessant; placet verò illi cicadarum oratio, quæ mensibus æstiuis tota die canit stridétque, ita vt designet abiectum humilémque, qui non nisi æstate & ex imo pectore rore cælesti madefacto, hoc est, ex spiritu concepto exclamat cum Vate, *Sitiuit in te anima mea*; quare ter in afflictione sua Christus orationem repetit, sciens gratissimam fore patri, tunc maximè, cùm illum bis patrem vocat, *Abba Pater*: nam hæc verba quasi echo in patris præcordiis personuere, & exauditus est pro sua reuerentia. Similia fuerunt hæc verba his quibus rogauit patrem suum Isaac, *Pater vbi est victima holocausti?* Patrem dixit, ait Chrysostomus, *ad lancinanda sancti parentis viscera*; quo enim pacto parentis viscera nuncupatione parentis afflicti filij petitionem non exciperent? Sume igitur ex ore Christi, Christiane, verba ista, & afflicti filij Dei vocem, *fiat voluntas tua*; quæ enim paterna viscera ad vocem filij Dei non commouentur. At dices, scit iam Deus afflictionem meam, quorsum ego referam? Respon-

Oratio afflictorum animorum Deo gratissima.

Psal. 101. 18.

b Lib. 1. de musica c. 4.

Oratio tribulatorum suauissima & iucundissima Deo.

Gen. 22. 7.

deo, sicut cùm ciuis amicum ægrotantem inuisit, non ignorans eius ægritudinem, at nihilominus & æger ipse solatur dolorem suum alteri communicando, & amicus etiam libenter exaudit. Sic inquit Dauid, quia grata est Deo meo angustiati animi oratio, & in tribulatione positi, *ideo effundo ego in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuncio, como el musico del rey que de la letra que gusta el rey no dexa copla ninguna.* Psal. 141. 3.

16\. Cum isto quadruplici musicæ concentu consonat littera sancti Euangelij, in qua magister noster voces & orandi & ingeminandi orationem artémque præscribit, dicens, *Amen, amen dico vobis. Amen* ex Apocalypsi habes nomen esse Regis Christi, qui in initio litterarum præfigit chirographum suum, *yo el Rey. Hæc dicit. Amen, testis fidelis.* Domine quare iuras per nomen tuum, vt videlicet promissionem credat quam subiicit, *eme tibi aurum ignitum*; & quare huic Episcopo potius quàm aliis iuratam dat promissionem? ideo nempe, quia agebat cum tepido & inertissimo: hic autem indigebat Regis chirographo, & syngrapha, vt ad Christi vexillum seriò rediret. Quemadmodum fecisse legimus cùm ad Peruanam prouinciam missus est nobilis ille Gasca, qui Caroli V. Imperatoris nomine subscriptas multas litteras protulit vacuas, vt vnusquisque munus & priuilegium quod cupiebat præscriberet. *escriua cada vno la merced que quiere, en blanco le damos la firma de Carlos V. Emperador,* sicque neutralium & rebellium animos suo imperatori conciliauit. Ita similiter iusti rectíque viri vel orare sciunt, vel oratione non indigent in multis, scit enim pater & amat eos: ad conciliandos verò neutrales & dubios peccatores, qui in vtramque partem claudicant, hac ingeniosa arte vsus est Christus, vacuam nempe illis offerendo paginam, præfixo regio nomine, *Amen, amen dico vobis*, vt infrà quidquid libuerit vnusquisque subscribat. O rex quis non ad te & ad tua castra redeat, quam fugam non reprimit ista promissio? *desde oy rindo las armas rebeladas y quiero seguir el pagamento de tan buen Rey.*

Ioan. 16. 23.

Amen, nomen Regis Christi.

Apoc. 3. 14.

Tepidos & incredulos sui nominis confirmat subscriptione.

Ioan. 16. 23.

17\. *Patrem in nomine meo.* Videte quia ad Patrem mitto vos, non ad terrenum regem; regem enim rogare, imò & adire & expectare, iterúmque atque iterum reposcere difficile, & cùm aqua, longa circuitione per tubos & canales ministrorum ducenda sit, vel libellus supplex non accipitur, vel obliuioni datur, vel tardant mercedem, vel nunquam expediunt; sic se gessit Deus erga meretricem illam quam duxerat in vxorem per Oseam, *& erit in die illa exaudiam cælos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum, & hæc exaudient Iezrael:* hac longa vtar circuitione, quia mercedes ab amatoribus suis, non à Deo expectauerat, *mercedes hæ meæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei.* Itáne verò? Ego igitur ostendam illi à quo postulare debeat mercedes, cùm postquam supplicem libellum dederit terræ, terra mittat ad cælum, & cælum ad triticum, & ad vinum, & ad oleum, & tandem redeat in Israelem. *estos rodeos y tardanças le haran caer en la cuenta.* Vos verò fiducia pleni accedite ad Patrem, *intret in conspectu tuo oratio mea, no hallo yo puerta cerrada en casa de mi Padre.* Patrem dixi, non hominem, Patrem qui in

Patrem orare animos & fiduciam creat.

Tardiùs respondent terreni Reges.

Oseæ 2. 21.

Psal. 87. 3.

cælis est. Terreni tamque quatuor contrariis humoribus compositi multis perturbationibus obnoxij sunt, parenti verò semper, *vox tua dulcis, & facies tua decora.* Quapropter potiùs molestum est Deo minimè postulari & rogari, vt aperte offensus Deo Achaz dixit per Isaiam, qui sic inuitatus, *Pete tibi signum à Domino Deo tuo*; respondit Propheta, *Vt quid molestis estis, & Deo meo?* & hæc vocatur molestia Isaia? ita, inquit, & peruersa atque blasphema obstinatio est; dixerat enim Achaz, *Non petam, & non tentabo Deum*: alij legunt, *Non glorificabo Deum, no le hare yo tanta honrra y gusto esto se quersa Dios que yo orarara y pidiera.* O insaniam! ó crimen læsæ maiestatis! ó dedecus in paternum honorem, *Patrem in nomine meo.*

Mol. fium est Deo cùm nos postulare cessimus.

Cant. 2. 14.

Isai. 7. 11.

18. *Petite vt gaudium vestrum sit plenum.* Quorsum hæc addiderit Christus Dominus, a D. Chrysostomo & suis Græcis accipiamus. Video vos tristes de meo abscessu, quia subtrahitur vobis materia lætandi, mea nempe corporalis præsentia. Audite igitur rem grandem & consolatoriam, satius est vt ego vadam, me enim absente remanet oratio meo loco sufficienda, ex qua gaudium plenum & spirituale influet vobis: me etenim intueri sic degentem in terris minus quid est; orare autem, petere & obtinere æterna bona, hoc gaudium plenum est. Vide quanta sit orationis dignitas, vt loco Christi omnibus & in omni Ecclesia sufiecta sit, *fustituta equiualente de Christo en la tierra la oracion.* Nihil sic explicat rem tantam sicut verba Iob, & Chrysostomi eloquentia. Finge tibi Iob sanctum fidibus & chordis filiorum & filiarum distentis, quasi citharam vel organum musicum bene cum diuina voluntate temperatam. En funditus omnia bona eius euersa, diruta, vastata, combusta atque deleta. Qua ratione personuit ad tactum Dei, inquit Augustinus [a], *Quomodo tunsus est audiamus; sonet vox tubæ huius ductilis: dulcem vocem si placet audiamus, locuta es*, inquit, *quasi vna de insipientibus mulieribus: callas que haueis hecho falsa en la musica; si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus? O sonum fortem! ò sonum dulcem! ò quem non dormientem excitet sonus iste?* & quibus quæso contentus manes Iob sancte? *tantummodo derelicta sunt labia circa dentes meos: solo me queda la lengua para orar; quare nihil perdidisse arbitror, omnibus enim quæ læta sunt amissis* (ait Chrysostomus [b]) *lætitiæ radicem non amisit, lyram perdidit, sed artifex remansit. quebro Dios la vihuela pero el musico los labios y la arte de orar libre quedo*: hoc igitur satis illi erit vt gaudium eius sit plenū. Cithara illa non Apollinis, sed Dei æternum verbum, de cælo delapsa est, quæ voce sua orbem ad vitam & ordinem harmoniamque redegit, cuius contemplatione sic exultans Dauid concinebat, & in spelunca illa quasi sepultus exclamauit. *Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara.* Quando te Domine cruci suffixum, & in altum sublatum videbo, illic vtique bene nerui & chordæ protendentur, & ad bene temperatas fides septem illa verba extrema voce mirabili modulaberis. Venit igitur expetita cithara, non emortua, sed resurgens, & immortalitate vestita, atque in medio discipulorum constituta, pulsandi, palpandi florem vulneris, manus & pedes, libera potestas facta est: traxit omnia ad se harmonia

Quid nomine gaudij pleni intelligatur.

Substituit in terris pro Christo oratio.

Simile ex sacra Scriptura.

a In Psalm. *In tubis ductilibus & voce tubæ corneæ.*

b Hom. de Iob & Ioseph. & quæ est ad Olympiam.

19.

Verbum Dei cithara de cælo delapsa.

Psal. 107. 3.

ista, inquit D. Leo, melius quàm Orphei musica traxit mortuos, traxit inimicos, traxit rupes, traxit Thomam: dum ecce è cælo rapitur, chorus Angelorum subtrahit à mortalibus gloriam istam, mœret Ecclesia, tristantur Apostoli, at ipse hoc vno verbo consolatur eam: Sponsa mea ne quæso tristeris, *lyram perdidisti, sed artifex remansit*, amisisti præsentiam meam, oratio autem solatij artifex manet adhuc. Oratio me a dextera Patris traxit, oratio me corporauit, oratio me veloci, & gigantea celeritate incedere fecit, oratio meus in deserto cibus, in morte pharmacum, oratio me ad vitam reducem fecit, oratio me in cælum euexit, ibi si non oratio, at saltem vulnera mea coram patre clamant, orant, & postulant, ibi senes in citharis suis gesta passionis meæ concinunt, *Lyram perdidit, sed artifex remansit, el artifice de la alegria el musico de los gozos del alma es la oracion.* Ne putes Virgo (inquit Basilius) gaudium tuum plenum futurum, quia plena es risu, ludo, cantu, motúque lasciuo, nec quia prius docta es neruos tangere quàm fila & fusum intorquere; nec quia antea citharam quàm orationis artem didicisti; nec quia prius calamistrum quàm acum tractare nosti, ne putes ô nobilis vir in hoc esse gaudium plenum quod primo mane puerile ientaculum instruatur; hoc excipiat prandium splendidum epulonis, & vespere subsequatur antecœnium otiosorum, & omnia claudat cœna, ebrietas, somnus, turpitudo? *Væ qui consurgitis mane ad sectandam ebrietatem, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis, cithara & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuiis vestris, ay de vosotros que ay no hallareis el gozo pues no faltara vn ay en vuestra casa.* Isai. 5. 11. 20.

Quadam die præteriens Pythagoras in conuiuio vanè exultantes & cachinnantes omnes videret, eo quòd lasciuum sonum petulans homuncio faciebat, & ipsi ad inhonestos motus & verba prosiliebant, accessit sonúmque mutare iussit inhonestum & grauem, & hoc vno tantùm ad modestiam & grauitatem reuocauit. Munde immundissime, scio iam tuæ impudicitiæ, lasciuiæ & petulantiæ causam, nihil in tuas aures nisi turpe influit, nihil auditur non prophanum, petulcum, molle & absonum, *lyram perdidit*, orbis amisit spiritualem harmoniam, ignorat cælestia gaudia. Age mi rex Dauid sanctissime, regredere in Ecclesiam tuam, doce orare, doce mouere labia, ordina cantores, præscribe puncta, hic tympana sonent, & mortificatione bene temperata corpora secundùm legem tuam & manus operantis procedat harmonia, concordia vocum personet in choro, animorum consensio, tranquillitas & pax inter Ecclesiasticos diuinas laudes decantet, suauis etiam & delicatior fidium & neruorum audiatur harmonia mentali meditatione & eleuatione ad Deum, & afflictorum vocum gratissima Deo organorum turba non sine lege personet: quam licèt afflictio & pondus tribulationis & manus Dei tangens & affligens quasi organa gemere cogit, at post vitæ labores & ærumnas sempiterno replebit gaudio, & nunquam desinentis nec intermittendæ musicæ gaudio cumulabit.

***

In ascensione Christi solatium Ecclesiæ in oratione manet.

Quid oporteat prius ediscere viros & fœminas.

Oratio mutat mores & veras effert voluptates.

Epilogus discursus.

VER

VERBVM FILII.
Ioan. 16. v. 23.

Amen, amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Tutelam Ecclesiæ, & promissionem orantibus factam firmat Christus, & ab omni querela vindicat, atque in æternum mansura gaudia postulare persuadet.

DISCVRSVS LXXXVI.

1. AD vltimas vitæ lineas cùm venisset, & hora profectionis ad Regnum Patris Christo dulcissimo animarum sponso impenderet, fidem Ecclesiæ, & discipulorum corda volens confirmare, litteras suo subscriptas nomine dedit, vt quacumque hora eas in conspectu Patris produxerint, quidquid postulauerint, eis largè & liberaliter tribuatur. Ideoque regio more nomen præfigit Regis. *Amen*, quasi diceret, *yo el Rey*. Ego qui sum fidelis & verax, nec enim nouum est Christum *Amen* compellare, hoc nuncupatus est nomine à Ioanne, *Hæc dicit Amen, testis fidelis, esto dice el Amen el testigo fiel.* & *Isaia cap.* 65. loco substantiui ponitur hæc dictio: vbi sic legimus, *In quo* (scilicet Messia & Christo) *qui benedictus est, benedicetur in Deo Amen*; vbi ex Hebræo manifestum est *Deum Amen* construendum esse eo modo quo construeretur si legeremus, *Deum veritatis*; ita vt *Amen* nominaliter accipiatur.

Omnia per orationē nobis dispensanda à Deo.

Apoc. 3. 14.

PARAPHRASIS ET DIVISIO EVANGELII.

Amen nomen Christi.

Secundò, ea designat & præscribit bona, quæ postulare maxime oportebit, & quæ ad salutem & æternam gloriam conducunt. *Vsque modò non petistis quidquam in nomine meo, petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.*

Tertiò, securitatem & firmitatem creditæ fidei & litterarum ostendit; nititur enim in amore quo Deus ab æterno homines diligit, qui idem ipse est cum quo Pater amat filium, sicut ipse sæpius declarauit, *ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis*: vnde quandiu societas vestra cum Deo non rescindatur, omnes litteræ vim habent obtinendi quidquid in Regno Patris postulaueritis. Causa autem propter quam palàm fidem, diuinitatem, & firmitatem promissionis ostenderit, ea est, inquit, *quia exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* nam cùm in his verbis omnia bona nobis reposita, & quasi testamento consignata relinqueret, rei momentum declarat occasio, tempúsque moriendi; eiúsque prouidentia & amor erga sponsam & filios patescit. Quemadmodum si in hora discessus sponsus, qui ad longam absentiam non satis instructam domum & sponsam relinquit, schedulas & litteras ad amicum sponsæ tribuit, vt nomine sponsi quæcumque opus fuerint prouidè suppeditentur. *Gastad lo que os dexo Yglesia mia y quando os faltare; credito dexo, acudit a mi Padre que a letra vista lo dara.*

Verum aduersùs hæc quæ nobis, Domine, liberaliter testamento legasti, ô quot excitantur lites, quantas infirmitas nostra dubitationes obiicit, quibus opus est ex verbis Euangelij satisfacere; in primis enim ideo ait, 2.

SVMMA DISCVRSVS.

Amen, amen dico vobis. Res omnes magni momenti (obseruat Augustinus) solet Christus sacramento sui nominis confirmare: sicut cum ait, *Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet*, vbi de mortis suæ vtilitate sermo erat: & cùm ad latronem inquit, *Amen, amen dico tibi, quia hodie mecum eris in paradiso*; quia in hoc salus æterna latronis agebatur. Igitur vt quanti nobis lucri & momenti sit oratio, declaret, iuratam promissionem dedit; & quia imbecillitatem nostram timebat, in dubium reuocaturam tanti verbi & legati firmitatem, testamento suo regium præfixit nomen, *Amen, yo el Rey.*

Ioan. 12. 24.

Quasi res magni momenti & firmitas promissionis Christi & necessitas orationis iuramento firmantur.

Luc. 23. 43.

I. *Si quid petieritis.* Primò namque in dubium vertitur, deceritne tantam maiestatem expectare, vt nos ad postulandum accedamus? petitio namque eò tendit vt indigentiam nostram ostendamus ei, qui eam videtur ignorare; vel vt manifestata ad miserationem & largitionem rei postulatæ permoueamus; vtrumque autem superfluum est erga Regem nostrū, qui Deus est scientissimus, & nostri amantissimus; maximè etiam cùm nec liberalis sit nimium velle rogari, nec prouidi sponsi, sponsæ necessaria omnia non suppeditare? Respondeo satis notam esse diuinam in nos largitatem; innumera enim sunt quæ nobis non postulata dedit, corpus, animam, potentiis, sensibus, organis, & instrumentis, satis instructam, quorum vnum si desit nobis, maxima iactura est, & nimis animum exercet atque fatigat. Quoad dona etiam gratiæ quis eius in terras aduentum postulauit? quis sacramentorum institutionem præuenit? quis ante ortum Christianos parentes sibi adsciuit, & præelegit? Quid dicam gloriæ bona? nec in cor hominis ascendit cogitare quæ præparauit Deus diligentibus se, nedum postulare. Vides igitur quia cùm petēda aliqua præscribit, non ex parcitate, sed & largitate & nimia prouenit charitate? 3.

Cur tam munificus Deus expectat donec postulemus.

Sed sicut parentes filiis non petentibus omnia prouident, & vndique prospiciunt; pomum tamen vel crepundia aut crepitacula auferunt, vt ad parentem omnium largitorem accurrant, & charitatem parentū excitent, ita in nobis Deus aliqua desiderari permisit, vt vnius rei inopia ad largitorem omnium oculos animosque cogat attollere; itaque vnde querelas excitant aliqui, inde reliqui gratitudinis & gratiarum actionis ansam arripiunt; quare iusti vbi dolet caput, cætera membra dolore libera à Deo accepta referunt, & ab eodem quem vides reliquorū membrorum salutem donasse, postula modò ægri capitis aut ventris valetudinem. Ex quibus fit maximam in petendo vtilitatem esse, augetur enim fides credendo in eum qui potest donare, fulcitur spes, inflammatur affectus, familiaris cum Deo congressus facilior fit, crescit humilitas, rerum spiritualium æstimatio & desiderium: tanta denique sunt bona vt acutè dixerit Alexandrinus Clemens [a], paratiorem esse debere hominem ad petendum à Deo, etiamsi nihil obtineret, quàm ad obtinendum quod non

Simile.

Orandi vtilitates & lucra.

[a] Stromat. lib. 7.

non petit. Præterea qui rogat hominem, magno emit rem, se enim subiicit homini; qui verò rogat Deum, in hoc ipso mercedem accipit. Vnde si Deus rogari vult, non est quia orationes quærit, sed vt duplicatam gratiam concedat dum rem donat, & vtilitates orandi insuper concedit, imò ipsi libelli supplices quos illi damus quasi munera Regi Deo oblata reputantur. Ideo vbi Dauid ait, *Reges Arabum & Saba dona adducent.* Isaias videtur interpretari, *adorabunt, & deprecabuntur*; postulare enim à à Deo dona, est ipsi dona offerre. Vnde claues aliquarum rerum, puta aquæ, frumenti, vitæ, mortis, & cæli, quas sibi reseruauit, ne parcitati ascribas, voluit enim inopia rerum stimulis agitatos ad se trahere, vt vel sic honoretur. *Inuoca me in die tribulationis, ernam te, & honorificabis me, permitio que las necessidades fuesen muchas para que fuesen muchos los lances de su gloria.*

Psal. 71. 10.

Claues aliquarum rerū sibi asseruauit Deus.

Psal. 49. 15.

4\. Secundò etiam ne homo omnibus refertus bonis superbiret, sicut draco ille iactabat apud Ezechielem, *Meus est fluuius, & ego feci memetipsum.* Tertiò vt bona nostra apud Patrem nostrum reposita meliùs possint conseruari, sicut ad maiorem filium ait pater, *Fili tu semper mecum es* (per orationem assiduam) *& omnia mea tua* (per gratiam,) quorsum vis tibi arrogare nisi vt prodigas & disperdas, nam si fragilem & imbecillam valetudinem, multis sceleribus frangitis, & lasciuiis sordidatis, quid si integram & firmam accepisseris. Si exiguam pecuniam quam dedit, ludo & litibus impenditis, quid si multa millia dedisset? Si guttas nobilis sanguinis, quæ hæreditaria tibi sorte obuenerunt, contenta voce præconis, vbique, in foro, in rixa, in colloquiis iactas, quid si fumosos titulos, & stirpem regiam Gothorum vel leuiter attigisses? *Omnia mea tua sunt, estense agora con migo estos bienes, tu Padre soy y se lo que te conuiene.*

Cap. 29.

II. *Vsque modò non petistis quidquam in nomine meo.* Secundò etiam dubitatur circa hæc verba, qua ratione verum sit nihil nos postulasse, cùm tot sint necessitates & inopiæ, quibus vndique premimur. *Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.* Multum diúque sitit anima mea te Deum, verùm sitis hæc satiabitur cùm apparuerit gloria mea, & in hoc verbo quiescit animus, corpus verò quid est nisi palatij porticus pauperrimis homuncionibus plena, qui omnes in te sunt intenti, ne videlicet obducantur nube, caput ne phrenesi occupari contingat, lingua ne obmutescat, aut tædio cibi laboret, dentes ne titubent, pectus ne tussi aut catarrho grauescat, *quàm multipliciter tibi caro mea.* Centum & triginta morbis tangi potest pars quælibet eius, teste Galeno, quæ omnes quasi ore aperto ad te clamant, mitto fortunæ casus, tristes euentus, litem perditam, tristia nuncia, petulantem filiam, væcordem filium, infelices annos, steriles prouentus, inopinata mala, longámque incommodorum vitæ miserrimæ seriem, quæ non sine lacrymis referri potest, nónne multiloqua importuna & petax est natura nostra, cur tu Domine nihil postulasse affirmas? *non petistis quidquam.*

Quo pacto verum est vsque modo nihil nos postulasse.

Psal. 62. 2.

Variæ ægritudines & necessitates.

5\. Ad hæc respondet Augustinus [a], & Basilius [b], verè dixisse Dominum, *Si quid petieritis*, petite aliquid à Deo: nam quod est *aliquid* in Deo, est summum bonum, & quod est aliquid inter homines, nihil est respectu Dei. Aliquid est Deo facere hominem cælestem, diuinum & participem regni, atque ad hæc omnia auxilia & adminicula prouidere, & quod hoc non est, nihil est erga Deum. Sicut si rex mercedem equiti facturum promitteret, eo tunc animo, vt dimidium regni sui donare vellet: si tunc eques vestem tantummodo postularet, nihil postulasse diceretur; ita similiter cùm tam bene animatus sit erga nos parens, & rex summus, dum regnum non postulamus, nihil petisse affirmat, quia res postulauimus, à quibus *gaudium plenum expectari nequit. Petite vt gaudium vestrum sit plenum.* Secundò non petisse dicimur, quia non sicut pars est postulamus, ideo D. Iacobus, *Petitis,* (ait) *& non accipitis, eo quod malè petatis, vt in concupiscentiis vestris insumatis*; sed de hoc in sequentibus iamiam agemus.

a Tract. 102.
b De constit. monast. c. 2.

Aliquid dicitur quod Deus est, vel ad summum bonum conducens est. Temporalia nihil dicenda.

Cap. 4. 3.

III. *Ipse enim Pater amat vos.* Quare Domine si verè amat nos, nostris non annuit petitionibus, vel quorsum iubet preces fundere si perdimus eas, & nihil obtinemus. Respondeo, ideo non exaudiuntur preces nostræ, quia non intelligimus quàs oporteat res postulare, eas nempe quæ promittuntur nobis, promittuntur autem vtiles nobis, at vtiles nobis propriè sunt illæ, quæ ad æternam salutem ordinantur; igitur dum hæc petimus, infallibilis est promissio, & dum hæc non oramus, manifeste ab scopo & proposito aberramus. Liquet hæc doctrina ex verbis Christi, *Quanto magis pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se.* Adde etiam eam esse Dei liberalitatem, vt non nisi magna det atque ingentia, etiamsi nos vt parui parua & exigua poscamus. Sicut de Alexandro legimus: à quo cùm remedium inopiæ posceret famulus, iussit illi dari decem talenta; ille verò tantam miratus largitatem, vnicum satis esse respondit; ad quem ait Alexander, tibi satis est, at non Alexandro. Et in hoc sensu quidam verba Dauidis interpretantur, *& spiritu principali confirma me, dadme Señor como Alexandro spiritu de rey vngid me otra vez dadme como quien fois.* Accinit Nazianzenus [a] cùm ait, *Iucundius Deus dat quàm alij accipiant: hoc vnum caueamus, ne sordidi ac prapusilli animi notam subeamus, parua postulantes.* Quid si terrena & ad terrenos vsus postulamus? hoc vocat Iacobus malè petere, quia, vt ait Basilius [b] *Quandocumque oras, caue diligenter ne quæ petis peruersè petas, & aduersùm te Dominum irrites: non pecuniam, non gloriam humanam, non aliud quidpiam ex numero eorum, quæ citò prætervolant. Sed pete regnum Dei, & quæ ad vsum corporis pertinent, omnia tibi suppeditabit munificentissimus atque augustissimus Rex noster, qui indignè fert quandocumque quis exiguum à se aliquid petit.* Quod amplius declarat dum addit, *Quando quis nostrûm de rebus minimè ipsi conuenientibus rogat: noli igitur illum tibi oratione tua iratum facere, sed ea pete tibi, quæ digna sunt & rege & Deo.* Idem, sed breuiùs Augustinus [c], *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Discerne, inquit, petitiones carnis tuæ à petitionibus cordis tui: petitiones carnis sunt quibus petuntur carnalia, petitiones cordis quibus postulantur spiritualia, quæ à Deo facilè consequemur, si à carnalibus fuerint separata.* Quamobrem si carnalia petimus, operæpre

6\.

Cur si amat nos nostris non annuit petitionibus.

Luc. 11. 13.

7\.

Psal. 50. 14.

a Orat. in sanctū Baptisma.

b Lib. const. monasticarum.

c In Psal. 36.

Separanda sunt spiritualia.

Digitized by Google

lia à carnalibus cùm postulamus, vel ad spiritualia debent iuuare.

pretium est periculū cognoscamus. Nam si temporalia petenda sunt, præcipuè à Deo poscenda, quatenus ad spiritualia iuuant; & sicut tunc licitum est temporalia acquirere, quando ad æterna iuuant, sic etiā licitum est ea petere in oratione: & sicut quoad spiritualia & æterna certissima est promissio Domini, sic etiam rerum temporalium certa tunc erit impetratio. Verùm si terrena petimus vt peccata meliùs perpetremus ad satiandam cupiditatem, quorsum concedat Deus? imò paternè erga nos agit, dū negat. Et hoc est, quod Iacobus aiebat, *Non accipitis eo quòd male petatis*; imò in oratione, vt ait Ambrosius [a], in qua alij remedium consequuntur, nouum peccatum contrahimus. Hac de causa ridet Tertullianus [b] Gentiles, qui cū in multis offenderent deos suos, multa ab illis rogabant, & in necessitatibus implorabāt. *Vos quotidie pasti statimque pransuri, balneis & cauponis, & lupanaribus operati aquilicia Ioui immolatis, cælum apud Capitolium quæritis, nubila de laquearibus expectatis, auerti ab ipso, & Dea & cælo*; quibus, ait capite sequenti, potiùs irritantes deos publica mala vobis impetratis: peccant igitur Gentilium more, qui bona postulant, vt in peccatis insumant. Veruntamen obiicies,

a Lib. 1. de Cain & Abel. cap. 9.
b Apologetico aduersùs gentes c. 40.

Tempore necessitatis & obsecrationū peccata abstergenda.

8. Si solū spiritualia petenda, vel ea quæ in temporalibus ad cælestia cōducunt, videtur promissio illa ita restringi, vt nihil inueniamus petendum: Cæterùm vereor qui hæc rogat pusilli esse cordis & æstimationis, qui nihil inuenerit in illa promissione, in qua totus Deus est, & æterna bona. Eleua cor ad sublimia, & digna Deo. Ne putes cælum paruum esse, quia tū nec manu, nec sensu, nec mente potes comprehendere. Audi, quid promittit Deus? cæleste regnum. *Primùm quærite Regnum Dei*; & cuinam dabit? petenti. Liberabit fidem datam Deus, liberabit vtique, sicut sacramento confirmauit, *Amen, amen dico vobis, petite, quærite, pulsate*. Quid insuper promittit? media omnia & auxilia necessaria ad hoc regnum obtinendū; hoc est, quod ait, *& iustitiam eius*. i. opera sancta, per quæ impetratur; promittit insuper peccatorū indulgentiā, tentationum victoriam, *Orate vt nō intretis in tentationem*: ac denique perseuerantiam & præmia perseuerantibus palàm proponit. Quæ obsecro maiora poterant bona proponi, quæ æstimant sapientes super aurum & lapides pretiosos; qui ergo hæc, vt par est, æstimant, & de salutis negotio soliciti sunt, hi quidē promissa hęc plurimi faciunt, & libentissimis auribus eorum orationes excipit Deus. *Benedic anima mea Dominum, &c. qui replet in bonis desiderium tuum, en lo bueno esa es la dicha.* Secundò hoc satis erat vt promissio ista nobis facta magni haberetur, verùm contemnendum putas per illam liberum fieri ab omni tentationum incursu, si in nomine eius imploras, vt iam alibi expendimus; dum ad hæc verba adiunxit, *Cum venerit Paraclitus, quem mittet Pater, &c. Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini*; faciens vtique quod maius omnium est, vt nempe à tribulationibus absque culpa emergeremus, reliqua quæ minora sunt non daret si oporteret? illud denique statutum sit cùm bonum aliquod temporale petimus, certos esse debere, aut nobis concedendum, aut minimè expedire nostræ saluti, & hoc apertè constat ex verbis Christi.

Altera obiectio sic petenda restringi, vt vix quid sit quod petamus.

Psal. 102. 5.

Non parum est liberari à tentationibus si in nomine Christi auxilia imploramus.

9. Claudam igitur hanc doctrinam vna aut altera re valdè obseruanda. Prima est, Deus semper audit orationes nostras; qui si postulatis non respondet, nec petita adimplet, desideria saltem & voluntatem explet, quia petimus; quia licet per ignorantiam imploremus quod minus expedit, at verò voluntas bonum expetit, & hoc nobis Deus concedit, ita vt verum sit illud Psalmi, *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet*, & mirabili modo agit quod volunt negando id quod petunt, vt liquet exemplo sacræ Scripturæ, 3. *Reg.* 2. intrauit Bethsabee ad regem Salomonem vt loqueretur ei pro Adonia, & daretur ei Abisag Sunamitis in vxorem, & surrexit rex in occursum eius, adorauitque eam, & sedit super thronum suum, positùsque est thronus matri regis quæ sedit ad dexteram eius, dixitque ei petitionem paruulam: Ego deprecor à te ne confundas faciem meam. Et dixit ei rex: Pete mater mea, neque enim fas est vt auertam faciem tuam; quæ ait: Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor? Negauit rex petitionem, iurauitque per Dominum, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc. Quorsum apparatus ille & obsequia filij matri exhibita, si modò negat petitionem paruulam? Ratio est, quia, cùm maior natu esset Adonias, & haberet ex parte sua Abiathar sacerdotem & Ioab, si vxorem patris insuper daret in vxorem, cresceret potentia, & spiritus maiores assumeret, qui iam tumultum excitare cœperat, atque adeò postulationem matris contra mentem eius esse cognouit, & ita inquit, *Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? Postula ei regnum, ipse enim est frater meus maior me*, &c. itaque vt impleret voluntatem matris contrarium egit eius quod postulauerat. Hoc ipsum D. Paulo euenisse videtur, ter enim, hoc est, multoties & instanter petiuit, vt illa tentatio aut ægritudo carnis auferretur ab eo; cui dictum est, *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur*; quasi diceret Dominus, tu petis vt auferatur impedimentum tui profectus, putans esse hanc tentationem quæ & virtutem & gloriam meam, & prædicationem tuam impedit: sed contra se res habet, nam & virtus tua perficitur, & gloria mea ampliùs clarescit, dum te imbecillo & infirmo instrumento magna perpetro mirabilia. Itaque licèt tibi non concedo quod postulas, benè tamen quod intendis. Hoc charitatis genus aperit Christus Ioan. 16. 7. dum contristatis discipulis de eius abscessu sic affatur, *Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Ecce* (inquit Chrysostomus [a]) *quomodo iterum eos consolatur, non ego ad gratiam loquor*, inquit, *sed licèt maiorem in modum contristemini, quod expedit audiendum est. Vos vt adessem velletis, vsus aliud postulat: diligentis autem est cùm vtilitatem cognoscit: no os hablo a sabor de paladar vuestro, ya lo hecho de ver; pero digo lo que os conuiene y lo que pide el amor, no el gusto.* Et licèt nihil luculentius dici poterat, hoc ipsum tamen ex Euangelio eliciamus, nam *Luc.* 11. ait Dominus, quando filio postulanti panem pater lapidem dedit, aut si postulet ouum, dabit scorpionem. hæc verba inuerso ordine intelligamus: Si puer peteret scorpionem, vt eo sicut cum passerculo lusitaret, eritne tam acerbus parens vt concederet scorpionem, & si lapidem ad percutiendum alium puerum posceret, annueret parens, & porri-

Deus semper audit orationes nostras, quas si non implet, vota saltem & intentionem explet.

Ps 144. 19.

Simile ex sacra Scriptura.

3. Reg. 2. 22.

10.

2. Cor. 12. Vide Chrysost. hom. 5. in Genes.

Deus dum negare videtur petita cōcedit vtiliora, & quæ ipse nouit opportuniora.

a Hom. 77

Confirmatur ex Euangelio.

Qui enim pingit aut effingit imaginem, nec agit, nec fingit Deum, ille vtique qui colit, & coram effigie genuflectit, & in eo quod repræsentatur spem figit, ac preces fundit, hic diuinitatem illi affingere videtur, saltem in sua & intuentium æstimatione. Hæc fuit iniqua regis Achaz excusandi ratio, cùm optio data est illi vt miraculum maximum siue in terra, siue in
Cap.7.12. cælo posceret; respondit enim Isaiæ, *Non petam, & non tentabo Dominum, eso se quisiera su Dios que yo le hiciesse reuerencia.* Hoc vtique maximè placerem Deo tuo, si per fidem sui opus supra naturam & insolitum postularem;
4. ideo in Hebræo est, *Non petam, & non glorificabo Dominum, no quiero hazerle esa honrra de ir al templo de la oracion.* Nihil maius & gloriosius de te oratio sancta prædicari potest; verùm vt credibile sit terrenis, à cælo audiant, & à
Etiam donata iterum per orationem à nobis accipere vult Deus. Dei aulicis accipiant. Bone Deus, eadem bona quæ nobis donas vis vt iterum orando impetremus, vt eadem à nobis gratiora & cultiora, &, vt ita dicam, meliora recipias? Audiamus cælestes illos senes. *Dignus est Agnus qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem, & gloriam.* Hæc adorantes Agnum contenta voce concinebant senes, accipiat, accipiat meritas
Apoc.4.11. laudes virtutis, & diuinitatis, & gloriæ, accipiat vitam Agnus tanquam occisus. Quid hoc cælestes ciues, quo pacto hæc accipiet qui iam habet ea? per orationem, aiunt, & per confessionem, per quam gratias referunt, & gloriam deprecantur, & vitam: nam si regi concursanti per vrbem supplices libellos quidam etsi egentissimi offerunt, honorem illi afferunt; secus verò eius quasi operiunt maiestatem, qui pertranseunt, nihil curantes. Sicut Paulus de
2.Cor.4.4. frigidis Christianis asserebat, *in quibus Deus huius sæculi* (hoc est, dæmon) *excæcauit mentes infidelium, vt non affulgeat illuminatio Euangelij gloriæ magni Dei.* Quid præstat enim Christiane te per quadraginta annos templa adire, sacris interesse, videat infidelis quis, si ibidem in delubris sacris regem audes impudentiùs offendere? certè offundis tenebras maiestati, & abscondis eius gloriam, quæ ab orantibus manifestatur.

5.
Oratio templū altare & thymiama.
Oseæ 14.3.
Est in hoc templo altare & sacrificium, suauissimúmque thymiama oratio fidelium, si credimus Oseæ salutaria monenti. *Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Dominum, & dicite: Omnem aufer iniquitatem, & reddemus tibi vitulos labiorum nostrorum.* Suadebat illis, ait Rupertus, bonum honestum, & nullum quidem maius, quàm reconciliari cum Deo, & placare sacrificiis, quæ ne grauia sint, ait, *Tollite vobiscum verba, no oro ni plata sino quatro sentimientos tiernos quatro gemidos de dolor, omnem aufer iniquitatem:* sacrificium pro peccatis offerre venimus, *accipe bonum*, quidquid nobis pretiosum, & tibi gratum reliquum erat, hoc totum tibi offerimus, nempe *vitulos labiorum nostrorum:* vitulos vocat gemitus, & orationes; & quænam mater, quæso, peperit hos vitulos? quænam, inquit Concil. Trid. nisi gratia quam nobis Deus in signum placationis impertit: nam sicut vacca tenerrimè & ardenter amat vitulos, sic gratia parit & nutrit gemitus, & ad eos accurrit celerrimè, hoc enim fuit miraculum quod in via Bethsames accidit: imposuerunt enim iugum duabus vaccis, quæ vitulos domi relinquebant, & ferebant arcam, *pergentes & mugientes* rectà tendebant, etiam audito vitulorum mugitu. Similiter miraculo ascribitur quoties orationis & doloris vituli ad Deum clament, nec gratia statim subsequatur: quod amplius patebit si quæ supersunt in templo orationis contemplemur. 1.Reg.6.12. *Efficacia orationis ad obtinendā gratiā.*

6.
Vigintiquatuor seniores circumsedebant, & odoramentis & cantu neruorúmque & chordarum sono regem diuinum colebant. Seniores quidem, *los señores los ancianos*, nam orandi munus nec ignobile, nec nouum est, sed canitie venerandum, & in vsu à Patriarchis, regibus & ducibus iam olim habitum. Et omnes *Orare antiquissimum.* quidem qui magni & excelsi in Ecclesia sunt, hanc animi quietem & Deo gratissimam edere harmoniam tenentur, *citharizantium in citharis suis*, vel, vt aiebat Ecclesiasticus, *in peritia sua requirentes modos musicos: buscar como el musico por donde entrara esta letra como despertare yo la deuocion*; vestra enim peritia, vestra vrbanitas in hoc impensè collocanda est in familiari congressu cum Deo, in temperandis affectibus, in componendis sensibus, & animæ affectionibus: nam sicut vna cithara doctè & tempestiuè pulsata aulam omnem ad silentium, ordinem & mensuram cogit, & qui saltant nec interualla temporis, nec rationem artis transiliunt; sic vbi maritus sacramenta frequentat, & in oratione assiduus est, ô quàm facilè & quasi sono & harmoniæ vi tota familia componitur. *Simile.* Cap.44.5. *Harmonia orationis animos & familias componit.* *Simile.*

7.
Obiicies tamen, munus istud imbecillarum fœminarum proprium esse, at non decere viros, nec robustos præclarósque duces. Obstant huic tuæ temeritati quatuor illi regiæ maiestatis insigniferi leo, aquila, vitulus & homo, quatuor quidem animantia & fortitudine & sapientia & ratione præstantissima, vt gloriam & laudem in oratione consistere demonstrent. *Orare non fœminas solùm sed viros, duces & fortissimos decet.* Quatuor sunt, quæ quia inuisibilia minus superare possumus, omnia autem facilè vincit oratio, quæ fortis est sicut leo, & cùm est constans, & perseuerans sicut vngula vituli, cùm sublimis est sicut aquila, cùm denique humilis & vrbana est sicut homo. Primum est natura suis constans legibus, quas quis rescindat? quis coget frigus ne frigefaciat, quis vim vrendi tollet ab igne? quis à ferro pondus subtrahet? vel lapidem ne infima petat continebit? Verùm tu oratio potentissima hæc omnia facili negotio peregisti. Eliæ enim oratio ignem descendere, aquam lambere cogit, ferrum supernatare aquis iubet Elisæus. Trium puerorum cantilena dulcis flammas hebetat, & suauissima aura fornacem temperat. Oratio Danielis ora graueolentia leonum obturat. Intra obsecro in orationis locum, qui licèt efferatis & brutis, ne dicam ferreis, sis moribus compositus, oratio durum & agreste ingenium mitigabit, & humanum imò diuinum reddet. Secundum est tempus. Quis clauo figet rotam eius, & sistere coget? quis annum labi prohibebit, aut reuocabit elapsum? oratio sola, *Sol contra Gabaon ne mouearis*, & obtemperauit non solùm sol, sed Deus ipse voci hominis, mitto alios qui oratione viuere, & in ea quasi in Iordanis aquis repuerascere videbantur. Ora inueterate senex vt elapsos in vitiis iuuentutis annos, & vitam quæ te ducit ad inferos, reuocare & compensare valeas. *Quatuor inuisibilia & fortissima superat & vincit oratio si quatuor habet proprietates.* *Natura insuperabilis nisi ab oratione Dei.* *Tempus sola oratio frenat & reuocat.* Iosue 10.12.

Digitized by Google

Mors inexorabilis dicitur, non verò sanctis precationibus. valeas. Tertium est, inexorabilis mors, & bene quidem sine auribus pingitur: nam nemo aram illi dedicauit, neque orationes fudit, perderet enim si inexorabilem flectere vellet; hanc verò infirmus & æger Ezechias vincere contendit, & cùm ei denunciaretur, *Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues*; in templum conuersus appellauit Deum, & vno verbo, & vna lacryma quasi aquila ad alios quindecim annos renouatus exiliuit. Noli ô fœmina speculum adire, nec fucos, nec medicum, nec pharmacopolam consulas, omnia tibi mortem denuntiant, vna tantùm oratio sustentat, ora vt viuas,& vitam poteris aliis impertiri. Quemadmodum Esther & Iudith, quæ suis orationibus miserè afflictum populum liberauit. Quartum insuperabile Deus est, & quis arte, scientia,aut robore poterit deuincere, nisi oratio hominis, imò puellæ aut pueri in deserto clamantis. *Exaudiuit Dominus vocem pueri*, aut Iacob luctantis & orantis, *Israel vincens Deum*; vel ducis strenui, vt Moyses. *Quiescat ira tua,& esto placabilis super nequitia populi tui, ea señor no aya mas, enbayne vuestra magestad*, vt in afflictione & angore animi seruorum Dei orationes & preces sedulò quæratis; hi enim sunt qui Deum orationibus placant. Ne otiosos putes qui in choro diuinas laudes decãtant, nam vbi nos habemus,*præcinite Domino in confessione*,Septuaginta habent,*excantate Dominum*, quasi nostris precationibus sopiatur Deus, & quasi impediatur, sicut dixit Moysi, *Dimitte me*: nam licèt nobis frænum linguis laude sua iniecisse videtur,*laude mea infrænabo te*, in eisdem verbis latet victoria nostra, ideoque transtulit Vatablus [a], *Propter laudem meam frænum iniyciam mihi tui causa, ne te omnino exscindam*; & quasi cum Deo orationibus decertamus, ideo Paulus ait, *Obsecro vos fratres vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deum*, vbi in Græco est, *vt mecum certetis in orationibus vestris*. Manus etiam in cælum leuatæ, nónne triumphum orationis Moysis denotabant? ita quidem, ait Chrysostomus [b], *stabat Moyses in monte, non armis, sed precibus pugnaturus. Pugnabat cum hostibus absens, cum externis sine bello decertabat. Fit Moyse orante occulta pugna, sed manifesta victoria, latenter dimicat vt euidenter deuincat.* Vide Gregor. in Ps. 6. pœnitentia. *Clamauit Ionas*, &c. Chrysost. hom. 23. in Matth. 15. *Accedamus importunè*, &c. His tamen bene constitutis,

Deum quid nisi oratio deuincet.

8.

Gen. 21. 17.

Exod. 32. 12.

Quis dicat otiosos esse qui in choro diuinis incumbũt laudibus.

Ps. 146. 7.

Exod. 32.

a In Isai. 48. 9.

Rom. 15. 30.

b Serm. de Moyse tom. 1.

9.

Quare plerũque non impetramus postulata.

Rogabis insuper, si tam efficax est oratio iustorum, quare plerumque non impetramus postulata? Adeò grauis est ista quæstio,vt ad illam soluendam & infirmitati nostræ satisfaciendũm septem iuxta thronum Dei spiritus prouidentiæ adesse fingantur;totidem enim Doctores multiplicem prouidentiæ rationem & inuestigarunt, atque ad solatium nostrum declararunt.

Orari voluit Deus vt hominem honestaret. Simile.

Postulo, inquis, nec impetro postulata? Primus spiritus per os Hieronymi respondet. Ideo Deus orari voluit, vt per hoc hominem honestaret:posset enim non rogatus donare, sed oratio via est & quasi meritum impetrandi, gratia quidem est, & regia benignitas, insigne religionis puero concedere,& primæ, vt aiunt,tunicæ & pallio assuere; verùm non minor largitas & prouidentia foret, si priùs contra Mauros, vel hæreticos eiusdem religionis hostes debellandos adire iuberetur, *passe se por flandes despues lo darèmos habito y encomienda.* Gratis vult Deus bona dare, at nihilominus vt gratiam æstimetis laborem orandi iniungit; quòd si tardat gratia,ideo est vt gratiam esse cognoscatis:tanta est denique honestas & honor postulandi, vt Deus qui honorem aut confert,aut tollit,in orando,& non obtinendo posuit, maiorem quidem quàm in obtinendo sine vlla oratione, vt affirmauit Clem. Alexandr. [a] *el que da y quita honrra que es dios la puso mayor en que pidais aunque no os de que no endar os sin que lo pidais.* a 7. Strom.

10.

Subtrahit dona vt impensiùs homo postulet.

Secundus Chrysostomi ore aureo respondet. Sic Deus orationes amat, vt mercedem subtrahat, vt impensiùs homo postulet. *por que le pida no le da*; maternus est amor iste; quum enim mater filium morosum, sed pulcrum habet,dũm bellaria petit, aut cupedias, tardat illa, & rogari vult, seriùsque thecam aperit, vt ad illam accurrere cogat. Nos itaque cùm homines rogamus, iam satis docti sumus instare & persistere, solùm matri nostræ morosi & ingrati sumus; quare dum decernimus verum rogare Patrem, non ille citò decernit dare, sed exercet cupiditatem, & exagitat spem, & aquam multiplici prece petitam seriùs pluere iubet, vt saltem Christiani sint homines, vt orent, & Patrem habere discant, & interim eorum gemitibus oblectetur Deus. Prædicat hoc eleganter Oseas. *Abiit Ephraim ad Assur, & misit ad regem vltorem*, ironicè dictum puta. *Mis nobles no veis? al christianissimo y al deuotissimo rey Assyrio seme van*, externorum & quidem infidelium auxilium implorat. Ego obuius fiam ei quasi leena, *ego quasi leena Ephraim. que me roben mis cachorros las cortes y los reyes y alla se den los memoriales? ego quasi catulus leonis domui Iuda*; & quandiu sic excandesces ira? *donec vadens reuertar ad locum meum, donec deficiatis, & quaratis faciem meam, yo me ire a mi trono y templo y hare del que no se nada, basta tanto que os hagais vna sangre gimiendo y llorando, donec deficiatis.* Cap. 5. 13.

11.

Tardat donec cælestia & nõ terrena postulemus.

Tertius Isidorus Pelusiota prouidentiam declarat; ideo non impetratis, quia terrena, non cælestia postulatis. *Vsque modò non petistis quidquam, nada es todo en comparacion de lo celestial y de dios que es el dador.* Non igitur concedit ne Deus videretur æquè atque homo improuidus & ignarus. Nónne stultum est petere à Deo id quod ipse abiicere & spernere præscripsit. *Ingentis enim miseria atque amentia fuerit hæc petere, quæ etiam cùm habemus excutere iussi sumus.* Venis ad me virum Iesuitam vt in obtinendo episcopatu, vel adipiscenda prophana dignitate industriam operámque impendam. Respondebo quidem frigidè, certè domine meismet rebus non ita manè inuigilo promouendis, sum ego eius professionis vt nec directè neque indirectè assumi patiar ad honorem prælationis, & vis vt impensiùs tibi quæram quæ sub peccato etiam oblata abiicere teneor. Ita similiter pudendum est petere quæ Deus ipse contemnere docet, & iubet: si igitur stultitia vana petendi inter Deum & postulantem diuidenda est, melius est vt te solum stultum dicam, cùm adeò ea postulas quæ ipse pessundare & contemnere quasi stercus iubet. Ingentis amentiæ fuerit hæc petere quæ etiam cùm habemus excutere iussi sumus.

12.

Quartus Ambrosius respondet, protrahit Deus dona, vel negat aliquando, vt probet quid sit in homine

villano y terreno que aliuda con las bestias, non percipit ea quæ Dei sunt: no goza de cosa buena, nos autem sensum Christi habemus. Sicut autem in aliquo ordine ex militaribus, licèt non omniex parte, eques nobilis sit, pars illa dispensatur, & à reliquis illustratur; sic licèt homo natura terrenus sit, per orationis autem conuersationem in Angelorum naturam transfunditur, & per dispensationem ad id quod natura non dederat transit; ideo de orantibus ait Chrysostomus, *Ad Angelorum ordinem euehuntur, & Angeli non natura, sed dispensatione fiunt.* Vnde sicut actiones exhibet nobilis & equitis qui nobilis vult haberi, sic qui frequenter orat. Et sicut qui ignobilis est, sola rusticorum conuersatione & commoratione rusticus & tributarius habetur; *sic homo cùm in honore esset non intellexit, & similis factus est illis.* Hieron. *exæquatus est eis, salio con el officio de bruto, quedose por villano pechero.* Ideo iusti, cùm mundani brutorum more ventri & abdomini seruiunt, longiori orationi & frequentiori conuersationi incumbunt, vt angelicæ nobilitati propinquiores euadant. Homo itaque vt sis orare debes: nam, vt ait Chrysostomus [a], *Quisquis non orat Deum, is mortuus est, & vita carens, expérsque sana mentis.*

Psal. 48. 13.

Ora vt homo sis.

a Lib. 1. de orando Deo.

22. *Christianum facit oratio.* II. Hæc porrò oratio Christianum facit, sic enim vocat fideles Tertullianus, *candidatos regni cælestis.* Sicut enim qui negotia in sacra curia Romana gerunt, per litteras frequenter cum curialibus conuersantur; sic Christianorum est candidatorum more in cælestibus conuersari, & ne fortè pereant litteræ, multiplici viâ mittere solent, & breuiusculis iaculatoriisque orationibus crebrò deprecari. Chrysostomus [b], *Si per interualla crebris precationibus teipsum accendas, non dabis occasionem diabolo, aut vllum ad tuas cogitationes aditum.* Et Cassianus [c], *Vtilius censent breues quidem orationes, sed creberrimas fieri, vt frequentiùs Dominum deprecantes iugiter ei cohærere possimus.* Et Basilius in illa verba Psal. *Spiritus meus laudet Dominum.* legit, *Respiratio mea laudet Dominum.* Vide frequentiam.

b Hom. 4. de fide Annæ.
c Collatione 10. & collatione 9. c. vltimo.

Religiosi est eius oratio. III. Religiosis etiam impensiùs orare proprium est, nam, vt ait Gregorius, seculares viri sunt instar nauis onerariæ, quæ merces per Oceanum ad Indos portat, quæ vasto mari semel data his vescitur, quæ semel reposuit, & aqua ad mensuram datur viatoribus; ideoque & vita periculis, & nullis delitiis, sed incommodis plena est; Religiosi verò triremibus comparantur, triremes enim non pelago se committunt, ita vt ad terram quotidie non appellant, ibique quieti & virium cibariorúmque recuperationi incumbant. *las galeras costa a costa se van seguras.* Hoc ipsum Chrysostomus [d] monet. *Armis nobis opus est, magna verò armatura oratio: opus est ventis à puppi, opus omnia discere, vt diei spatium absque naufragiis & vulneribus transigamus: multi namque per dies singulos scopuli, & frequenter illiditur scapha, atque submergitur; propterea opus est nobis oratione, matutina præsertim, & nocturna.*

d Ad popul. Antioch. hom. 4.

23. *Orando homo migrat in Angelum.* IV. In angelicam naturam migrat qui orat. Cuius rei perfacilis est probatio, vidimus enim in Apoc. quatuor animalia, & brutiora quidem, in cælo in circuitu throni, & in medio throni esse, ibidémque in thuribulis & phialis orationes & voces offerre Deo, *plenas odoramentorum quæ sunt orationes sanctorum,* vbi stercora? vbi mugitus? & rugitus leonis, vbi terrestis conditio & ingenium? Quid non conuertat oratio? quæ monstra, quæ vitia non corrigat. *In oratione* (inquit Ephrem [e]) *Angeli atque Archangeli exultant, & coràm throno sancti & excelsi vniuersorum Domini illam statuunt.* Et Chrysostomus, *Angelorum enim opus est deprecatio, superans interim etiam illorum dignitatem, si tamen maius est Angelorum dignitate colloquium miscere cum Deo: atqui quòd id sublimius sit, ipsi nos docent, multo quidem cum tremore vota sua offerentes.*

Apoc. 5. 8.

e Serm. de virginitate.

Transit in Deum orans. V. Quid si ab Angelo, qui orat, transeat in Deum? Loquatur sponsa, *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Ne putes, inquit Gregorius Nissenus [f], dum dormit aliquid de dignitate aut sanctitate amisisse. *Discimus ipsam sponsam seipsa sublimiorem esse redditam, quæ se his verbis iactat.* nam vigilare cor cùm ad fores pulsat sponsus, vel cùm sensus ad obiecta sua excitantur, quid mirum; verùm vigilare cor cùm sensus silent, indicium est animam in seipsa causam vigilandi & amandi habere, dilectum nempe suum. Hoc ipsum de sopore illo seu ecstasi Adami ponderat Augustinus [g], somno enim illo verè à Deo immisso seipso sublimiorem & proximum Deo hominem efficere voluit Deus, *vt ipsius mens per ecstasim particeps fieret angelicæ curiæ:* nam vigilans creaturas dignoscebat, dormiens verò mysteria gratiæ; cùm verò somnus orationis mentem in silentio occupat, iam non Angelus fit, sed Deus, vt affirmat Dionysius [h]. *Quisquis in Deum euadit, ardenti contemplationi intendens,*

Cant. 5. 2.
f In Cant. 5.

g Lib. 9. cap. 19. de Gen. ad literam.

h De diuinis nominibus in principio.

intendens, & ideo profundissima oratio dici solet *oratio Dei*, vel quia à Deo tanquam sopor Adæ immittitur, vt sublimior reddatur anima, vel quia Deus per illam orationem efficitur. Et quidem independentia illa hominum, passionum dominium, inuincibilis animus, cuiusdam maiestatis & diuinitatis signa sunt notissima, & à ferro transisse in aurum, per diuinam participationem ab homine in Deum migrasse, hoc enim præstat conuersatio sapientis, sapientiam, illustris nobilitatem; Dei
2. Cor. 3. 18. diuinitatem, maximè si frequens sit, vt indicat Paulus exemplo speculi. *Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem*, id est, frequenti clarificatione & illustratione *: con vna y otra oracion y illustracion quedamos hechos dioses*; est enim diuinum instrumentum, sed præterea etiam arma nostra sunt oratio ac deprecatio.

I. *Oratio* namque (ait Augustinus) *oranti est subsidium*: subsidia enim cælestia expectare debemus, si in illud Regnum merces nostri regni inferimus, orationes videlicet, & miseriarum nostrarum repræsentationes: abundat enim Regnum illud bonis omnibus, quibus hic indigemus. Ideo Iob, *Quare tacens consummor, yo me tengo la culpa de mi hambre por no pedir.* nam & filiis coruorum subsidium non denegat; clamantibus enim & famescentibus, cùm à parentibus deseruntur, æterni Numinis prouidentia adstante vermes in nido gignuntur, & ad spumas oris culices inuolant, quorum ope famem depellant, ita ad nostras accurrunt preces Angeli. *Ab exordio precum tuarum egressus est sermo.* & Dauid, *Os meum aperui, & attraxi spiritum.* Subsidium autem quàm citissimè dari poscentibus indicant verba Redemptoris, vbi orationem persuadet, *Amen, amen dico vobis*, iurare enim non nisi in magnis rebus consueuit, vt notauit Augustinus [a], & Ioan. 4. apertè dixit, *Tu forsitan petiisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.* Suadet vtique vt postulet, & ad omnes ait, *Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora* [b], vbi Basilius [c], *Rogatur: Quod est illud cubiculum? Bene rogasti*, inquit, *cellarium, communis consuetudo solita est appellare locum in domo vacuum ac remotum à celebritate, in quo ea reponimus, quæcumque habemus in animo ad aliquod tempus seruare, es decirle pedid subsidio, y entrad a la oracion como al camarin y despensa y repuesto donde Dios tiene guardado para su tiempo lo que aueis menester.* Hoc autem cellarium, *tuum* vocat, quia tibi reposita sunt; celeritatem istam subueniendi nobis mirabatur Nazianzenus [d], *O facilem contrahendi rationem, hoc bonum solo voluntatis pretio emendum tibi proponitur. Appetitionem ipsam Deus ingentis pretij loco habet.* Sed ne putes parum dare Deo cùm preces mittis, certè sitim illi extinguis, *sitit enim sitiri, & cùm ab eo beneficium petitur, beneficiù id ducit, quando le pides merced le pareze que no la haze sino que la recibe, iucundius dat quàm alij accipiunt.* Ideo humana auxilia vana, conatus irritos facit, vt cùm vacuas omnino creaturas compereris, cum Vate exclames, *Tibi derelictus est pauper, todos medicen Dios os ayude asi sera ello: oranti est subsidium.*

II. *Dæmoni flagellum.* Hoc ex ipso inimico discere libeat, de filiis enim Dei sic per Balac & eius principes locutus est. *Ita delebit hic populus omnes qui in finibus nostris commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere*; habet enim, inquit Origenes [e], bos linguam asperam, vt pro dentibus sit ad ruminandum. *Populus hic quasi vitulus ore & labiis pugnat, & arma habet in verbis & precibus*; quamobrem additur, *Hæc sciens rex mittit ad Balaam, vt deferat verba contraria, & precibus preces.* hoc est, vt maledicat, & mala precetur populo, qui orando à Deo obtineat vires & subsidia. Vnde in sanctuario Domini est, inquit Dauid, *sanctimonia & magnificentia*; & Hieron. legit, *Fortitudo & exultatio in sanctuario eius, armeria diuina el oratorio. los labios las armas contra el demonio.* Nam cùm dæmon Iob lædere omnibus modis tentauit, soli pepercit linguæ & labiis, vt posset ore blasphemo in Deum inuehi; Iob verò diuina arte instructus ad bellum arma diuina relicta esse dignoscit, & ait, *Tantummodo derelicta sunt labia circa dentes meos, labios me dexa essos bastan*, & ita notat Gregorius ad arma venisse & arripuisse ensem, dum ait, *Quamobrem ad Dominum deprecabor, Deum ponam eloquium meum, labios me dexa el sera vencido. Dominus dedit, Dominus abstulit*; inclamat, inclamat Dominum; *Dominum*, sicut Hispani dum ad vim & ad arma veniunt, *sant Iago, sant Iago a ello cierra España.* & victoriam prædicat. Origenes [f]. *Non enim tantum tetigerunt Iob lamentabiles istæ diaboli sagittæ, quantum vulnerauerunt eum sincera eius gratiarum actiones.* Ideo Chrysostomus [g]: Ne attribuatis, inquit, Beelzebub dæmonis eiectionem; *non est dæmonis tanta clementia, mansuetudine humanitateque vti, no es de demonios sin manos y armas con oracion y mansedumbre.*

Right margin notes: 24. *Arma Christiani militis oratio.* — *Subsidium citò datur orātibus.* — *Dæmoni flagellum oratio.* — 25. — *Optima armaturia in oratione.*

Left margin notes: Cap. 13. 19. — Dan. 9. 23. Ps. 118. 131. — a In Ioan. — b Mat 6. 6. c Regul. breuiori. interrogatione 177. — d Oratione in sanctū Baptisma. — Num. 22. 4. — e 13. in Numer. vide etiam Viegas 331. col. 1. — Iob 19. 20. — f In c. 1. Iob. g Hom 41. in Matth. in illud. in Beelzebub.

mansedumbre el vencer, qui orat, & ieiunat, & patienter tolerat, flagellat & superat dæmonem.

III. *Deo sacrificium.* Nam vbicumque orantes inueniunt grana incensi, adlegunt Angeli, & in thuribulis & phialis Deo in odorem suauissimum offerunt, vt de Daniele, & Tobia, & de Centurione patet, & liquet [a], *Et data sunt ei incensa multa de orationibus sanctorum.* In his autem aromata myrrhæ & thuris, & puluis pigmentarius miscentur, quia oratio cum mortificatione simul offerri debet, nam, vt ait Chrysostomus, *In aliis sacrificiis offerimus nostra, in oratione autem nos ipsos:* gemitus ergo & lacrymas Angeli colligunt, caue ne illudas eis, nedum è cælo venerint & thuribulos præpauerint, dum dicitur, colligite Angeli. Quid, inquiant, colligemus, dormitationes, ronchos, colloquia fœminarum, claudunt thuribula, & quasi apes fumo ita à templo Angeli abiguntur, dum vitulos labiorum vestrorum in dæmonis honorem mactatis, non in Dei obsequium.

Sacrificium Deo gratum oratio cum mortificatione coniuncta.

26. I. Omnem insuper rationem boni bonum istud continet, nam orare honestum est, & homini gloriosum; ideo enim aiebat Alexandrinus Clemens [b], potius debere esse paratum hominem ad petendum etiamsi non obtineret, quàm ad obtinendum vbi non peteret: nam obtinere non petita etiam bestiis concessum est, quæ tamen sicut acceptum beneficium non referunt cum gratiarum actione, sic antequam accipiant non petunt; quare in honore hominis computatur petere etiam vbi non obtinet, nam petere est quasi gratias reddere. Vnde Deus orationem hominis & sibi & homini gloriosam postulat, nam *Psal.90.* hanc sibi quasi legem imponit [c]. *Clamabit ad me, & ego exaudiam eum. Dulcis lex* (ait Bernardus) *quæ pretium exauditionis in clamore constituit postulationis.* Legem vocat certè non mihi impositam, nam non est penes me exaudire, sed penes ipsum; igitur sibi imponit legem, ne homo tantum honorem, & ipse Deus talem gloriam amittat.

Omnes rationes boni continet oratio.

Honorificum est Deũ orare, & ipse audire promittit.

II. Porrò vtilitatem orandi quis neget? agitur enim vita hominis in hoc, nam sicut corpus sine anima cadauer fit fœdum, sic anima quæ per orationem non respirat, mortua dicenda erit. Quamobrem potius vitam exponere deberemus, quàm orandi munus omittere, exemplo Danielis, qui satius duxit mori, quàm debitas Deo preces non fundere: nam Persarum rex non iubebat idola colere, sed non orare; at ipse perinde esse duxit & idola colere, & non orare: vnde Chrysostomus [d], *Iam verò siquis dicat animæ neruos esse deprecationem, mea quidem sententia verum dixerit, vt si neruos incideris, vniuersam corporis harmoniam dissolueris. Itidem anima per sanctas preces sibi constant, & compinguntur, ac pietatis cursum facilè peragunt.* Addit tandem, *Atque cùm videro quempiam non amantem orandi studium continuò, mihi palàm est, nihil egregiæ dotis animo possidere.* Rationem horum reddit Thomas [e], quia Deus vniuersorum Dominus, sicut ad bonum cibi & potus arare & fodere iussit, & ad bonum prolis matrimonium sua benedictione dispensauit; sic ad commune bonum vitæ hominis orationem instituit, in qua annuos suos reditus & census collocauit, hæc penetrat cælos [f], peccatorum remissionem impetrat [g], dæmonem pellit [h], visibiles hostes deuincit [i], incrementum in virtute & vitam æternam promeretur [k], pro pœnis peccatis debitis satisfacit [l], subsidia omnia ad vitam impetrat [m], cælestem ac spiritualem voluptatem conciliat [n]. Vide quid opportunius animæ contingat, quàm dum in castello corporis tot est incommodis obsessa, omnia sibi necessaria scapha ista actuaria & leui statim inferri?

Vita hominis est orare.

27. III. Delectationem denique affert gaudij pleni. Vnde postquam *Ioannis* 13. Christus dolores parturientis superuenturos discipulis prænuntiauit, ad leuamen tanti doloris immediatè orationis sermonem subiecit. Quamobrem qui non orat, similis est eis qui læsam habent olfaciendi potentiam, qui cùm bonos nusquam percipiant odores, teterrimos & putidos primi omnium inuiti percipiunt; sic tu miser cùm omnium malorum & calamitatum sensum habeas, leuamen per orationem non sentis. Vnde illud mirabile dicam, tribulationem ipsam dulcem reddi, & cùm orationi superuenit, quolibet etiam amore & vnione cùm Deo suauiorem esse: ait enim Deus per Oseam, *Ego lactabo eam, ducam in solitudinem, loquar ad cor eius, dabo vinitores ex eodem loco; & vallem Achor ad aperiendam spem.* Finge tibi patrem qui cum filiolo oblectatur, priùs puer plorat, amplexum patris desiderans; tunc parens è brachiis erigit, & stare iubet; hic primus status est peccatorum, qui iam ad Deum conuertuntur, & lacrymis peccata expurgant, *ego lactabo eam:* iam ad genua

Delectat super omnia oratio.

Status diuersi animorum.

a Apoc.8.3.
b 7. Stromat.
c Vers.15.
d Lib. 1. de orãdo Deo.
e 2.2. Q.83.
f Eccli. 35. 21. & Aug. in Psal.129. *Clamauit de profundo Ionas.*
g Mat.6.12. *Dimitte nobis.* & Chrys. suprà, etiãsi nos peccatis refertos precatio deprehenderit, celeriter purgatos reddit, &c.
h Mat.6.13. Sed libera nos à malo. Chrysost. Si dæmones nos conspexerint deprecatione munitos, illico resiliũt, &c.
i Aug. O quã grandis est ipsius orationis causa, ecce Moyses orabat in mõte, & Iosue Amelec deuincebat.
k Mat.6.6. *Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Chrysost. in Psal.7. Nihil facit æquè, in virtute crescere, atque cũ Deo assiduè versari, & colloqui.
l 2. Paralip. 33. 12. in Manasse qui orauit Dominũ suum, &c. Leo magnus ser. 1. de ieiunio decimi mẽsis, oratione, Propitiatio Dei quæritur, &c.
m Isai.38. de Ezechia. Adiiciuntur quindecim anni. Naz. oratione ad Constantin. Egregij Alexãdri discipuli estis, &c. qui Apostolica illa suã oratione (Arium) impietatis auctorẽ atque antistitẽ su-

stulit. n Bernardus serm. 3. de Quadragesima, Psal. 36. 4. *Delectare in Domino. Quid ò propheta,* &c.

genua eleuat puerum, cùm per viam illuminatiuam in oratione mysteria passionis aperit,& sibi similem efficit. *Ducam eam in solitudinem*, vbi oratio quietior & frequentior est. Tandem puerum sic exultantem ori adhibet, osculatur, amplexatur, in quo vnio illa mirabilis quæ per affectum in oratione fit repræsentatur: *loquar ad cor eius*, & quid insuper oratio poterit impetrare? Id nempe vt tribulatio maxima, sicut ea quæ in valle Achor contigit, animæ suauissima sit, & tanti meriti & dulcoris, vt in ea oranti animæ spes aperiatur gratiæ non solùm, sed gloriæ.

VERBVM PATRIS.

3. Reg. 8. vers. 28.

Respice ad orationem serui tui, & ad preces eius, Domine Deus meus: audi hymnum & orationem, quam seruus tuus orat coram te hodie.

Augustissimi templi, plusquam Salomonici dedicatio fit, in tympano & choro, in chordis & organo: omnisque spiritus ad laudandum Deum accenditur.

DISCVRSVS LXXXV.

I. ÆTISSIMA Salomonici templi dedicatio, cum Ecclesia magna conuocata transfertur arca solemni pompa: præferuntur omnia sanctuarij vasa, præit rex cum populo, immolantur victimæ innumeræ, & multo hostiarum sanguine viæ perfunduntur, cùm circumquaque totus aër suauitate repletus etiam longè remotis sentiretur. Te iam ad veram religionem & orationis precúmque fundendi rationem inuitat: & nunc maximè cùm de collocanda Christi humanitate in cælesti templo iam proximè agitur. Et licet ante arcam in pompa illa Salomon non sicut Dauid in solita deuotione saltauerit, at plenus animi exultatione alia ratione animi triumphum & lætitiam publica oratione & canticis ostentauit, vt ipse fatetur. *Respice ad orationem serui tui, audi hymnum & orationem quam seruus tuus orat corā te hodie. Oyd señor esta musica: que despues os vendran no a cantar sino a contar sus miserias. Quodcumque orauerint in loco isto, tu exaudies in loco habitaculi tui in cælo. Si quis de populo fuerit deprecatus, cognoscens plagam & infirmitatem suam, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies de cælo firmissimo habitaculo tuo.* Hebræi Hispanienses, *Todo home que supiere cada vno la llaga de su coracon estendiere sus palmas en esta casa e tu oyras de los cielos el adereçamiento de su estada.* Itaque certum est Deum etiam antequam orationem fundimus iam suscepisse, at voluit, inquit Chrysostomus, vt orantes pariter laudaremus, non tam vt preces exciperet, quàm quia valde oblectatur in eis. *Scit enim Pater vester quid vobis necessariū sit antequam petatis eum, vt placeat ei præstare quod desideramus.* Sicut enim Germani aut Belgæ concinentes per publicas vias stipem corrogant, omnes quippe eorum pauperiem & vident & subleuant, gratior tamen est illa postulandi ratio, & eleemosyna post cantum est iam quasi debita retributio. Ita Salomon docet nos preces fundere, & simul diuinas concinere laudes, *vt placeat Deo præstare quod desideramus.*

3. Reg. 8. 1.

Iosephus.

In Salomonici dedicatione templi mysteria legis gratiæ adumbrata.

Origenes lib. 3. Periarchon cap. 1. Cātica graduum Salomonis esse.

Matth. 6. 7.

Cantus ecclesiasticus Deū oblectat, & affectum orantium excitat.

Operæpretium igitur & orare, & musicam discere, sacros Doctores choros & harmoniam componentes auscultare. Magnus enim Basilius [a] nullo alio festo, nulla alia musica plus Deum oblectari docet. *Nam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi, con los relieues de la oracion de oy haréis de el dia mas triste, alegre paschua para Dios.* Addit ad hæc Hieronymus [b], nam vbi nos legimus, *Signatum est super nos lumen vultus tui*, in originali legimus, *Leua Domine lumen vultus tui super me, leuantad los ojos sobre mi*; quo pacto Propheta sancte, cùm nos in terra simus, ab eo qui supra cælos est postulas vt eleuet oculos, meliùs diceres cum Bernardo vt demitteret oculos ad prospiciendum homunciones istos terræ adhærentes, abiectissimos? minimè verò, ait Hieronymus, nam cùm quis mœrore plenus est, etiam oculos demissos habet: igitur tristis habitum Deus habere depingitur, non quidem alia de causa, nisi quia non postulamus. *Leua igitur Domine lumen vultus tui super nos: ecce petimus omnium bonorum aggregationem. Quis ostendet nobis bona?* & canendo insuper poscimus sicut Salomon, vt gratanter excipias orationem. Sanctus itaque Abbas Isidorus Pelusiota [c] choros diuidit, distribuit & componit voces, & quatuor orandi modos omnem Ecclesiam docet. Vos igitur attendere animis maximè oportet, vt vltima verba Dauidis, imò & Christi Domini excipiatis: nam verba illa, vt aiebat Plato, quibus vltimum vale dicunt mortales, sensu plena esse solent, & orator refert in illa hora exitus diuinas cogitationes animis reuelari sapientioribus solere, & quæ maximè in hora exitus tenerrimis hærent animis. Quid si postremis verbis pignus aliquod & pretiosum donum amico legaretur & relinqueretur? Quare summi illi Doctores non sine studio vltimā sententiam à mussitante ore Gorgoniæ excipientes ad insignes characteres sepulcri eiusdem obseruarunt & collocarunt. Tu igitur qui ab ore Christi vltima illa verba excepisti, *In manus tuas*

a In Psalm. 75.

b In Psalm. 4. 7.

2.

Quasi tristis est Deus eo quòd ab eo nō postulamus.

c Epist. 164. & Ps. vltimo.

Vltima verba morientium valde obseruanda & excipienda.

Domine commendo spiritum meum, sicut aiebat ille,

Virgil. Æneid.7. ——— *loquentis ab ore Eripuit.*

Et musicam Dauid auscultare debes, dictum tibi puta, *Ne impedias musicam.* Præterea etiam vltima verba sponsi Christi Patrisque amantissimi in vltima nocte tibi instillata audi, & in corde repone. Ioan.16.23. *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Hæc iurata verba semel & iterum, do vt pignus pretiosum, nempe orationem, quæ te de meo abscessu sola poterit consolari.

3. Nervi Discvrsvs. Canit ergo & iubet psallere Dauid, Psalm. 150. 4. *Laudate eum in tympano & choro, in chordis & organo, omnis spiritus laudet Dominum.* Deo nostro gratissima est orationis harmonia, leuátque vultum eius, homínique vtilissima est: igitur oremus canendo, *Omnis spiritus* præparet intima cordis, & organa vocis, vt concinant. *Primò ex carne nostra tympanum efficiamus,* (ait Isidorus [a]) præcedat affectuum & carnis mortificatio, quæ temperat corpus, componit motus, appetitiones reprimit, & suauem concentum efficit. Secundò, per chorum *concentum concordem Ecclesia postulat.* Hic primus orationem vocalem mittit. Tertius chorus ex fidibus & chordis componitur. *Per chordas autem & neruos sensus nostros intelligit, quorũ opera lingua plectrum pulsatur.* Chorus iste tenuissimo sono & voce personat, & solo interno auditu percipitur, & mentali meditatione exhibetur. Quartus chorus nec postremus dignitate est afflictarum vocum, & animorum, qui organorum & fistularum nomine designantur. *Denique organum quiuis nostrùm est cùm Deo mores suos ac vitam probat, atque hominum cõmodis aptus est, cada vno de nosotros es organo hecho de voces affligidas, pero que se templan con la voluntad de dios y con el bien del proximo.*

a Vbi suprà. *Tympanus caro nostra, mortificatione temperanda.*

Animus contemperandus volũtate Dei.

4. Primus igitur chorus ex tympanis fit, vt ait Chrysostomus [b], cùm eorum bene temperata, mortificata & attenuata corpora mentésque etiãsi variis negotiis distentæ & distractæ quocumque loco, & qualibet occasione pulsantur, suauem emittunt sonum, secundùm diuinam legem, & precepta Decalogi, & muneris sui. Quapropter nemo ab oratione excusandus est, *illic ante fores constitutus & affixus tribunali potest orare, alli entre la folla y cerrajeria de negocios y pleitos puedes orar.* O quot scimus, ait, in senatu, in tribunalibus audientes magistratum iratum, clementem & rugientem signo se crucis & breui oratione muniendo iudicis iram & animũ mitigasse, & fregisse, & à feritate ad mansuetudinem traduxisse, ritéque negotia peregisse. Oret igitur in officina sua sartor, oret in taberna mercator, & qui domestica administrat, corda enim, non loca quærit Deus. Nónne carcerem Paulus in templum conuertit? Nónne Ezechias confessionis sedem lectum fecit? nónne latro crucem in altare sacrauit? nónne Ionas ceti ventrem sacellum & oratorium effecit? in cœno Ieremias, in lacu leonum Daniel, mundas ad Deum preces effuderunt: sed dum nequit cor & lingua orare, deprecentur manus, oret corpus, opera Exod.17.11. ipsa postulent; hoc enim monuit Deus, facto illo Moysis, qui dum prælium in valle committebatur, ipse in monte *multò plus quàm pugnantes in illam contulit pugnam manuum extensione suarum.* Voluit enim ostendere (inquit Augustinus) qui maiora non potest præbere auxilia, oret extendendo manus. Vides Domine, hoc opus quod præ manibus habeo, *dirige opera nostra*, ne manibus te offendere contingat. Extendo manus, quia licet non orationi vacem, in hoc autem opere & tibi fido, & gratiæ auxilio fretus cœpi, & perficere spero. Extendo manus, quia licèt multum temporis orando insumere nequeo, nec sacro adesse vt opto, at saltem eleemosynam porrigo, & pias manus ad ægrotum extendo. Extendo manus, quia licèt orare nequeo, iudex sum, vel magistratum teneo: at mundas ab omni munere & lucro manus sicut Iob tibi offero, licèt occupatas, & negotiis impeditas. Quid mirum orare sine oratione? ipsi prophani milites & sæcularium negotiorum actores & iudices, ipso suo munere iudicandi & puniendi pias ad Deum habent preces, dummodo Christiano zelo & æquitate imbuti, temporalia iudicent & gubernent: hoc de Phinees cecinit Dauid, *Stetit Phinees, & cessauit quassatio.* Orauit Phinees, *stare* enim orare est in sacris litteris: *Qui statis in domo Domini.* Erat Populus Dei inter mortis angustias dum tot millia à diuina iustitia punita & iugulata videt. Omnes flexis genibus contra sanctuarium precibus intenti erant, cùm ecce turpi concubitu Hebræus vnus nobilis cum nobili, sed idololatra Madianita iram Dei inflammauit, tunc stetit Phinees, & orauit, & quónam orationis genere? arrepto nempe ense pergens ad illos, ambos vno ense transfixos in infernum descendere fecit: & *cessauit quassatio*, resedit ira. *Et cùm posset dicere* (ait Cassiodorus [a]) *& machantes transfixit, melius dixit exorauit, quia transfixio machantium de Zelo facta magis dicenda oratio, quàm operatio, quia qui bene agit, stat.* Vides qua ratione etiam animaduersio & sanguinantis gladij cruor de barbaro aut infideli effusus oratio est suauissima? vides vt domus tuæ lustratio, ratio & œconomia domus, filiorum educatio, carnis castigatio, moderatio sumptus, ieiunia, flagellationes, quibus corpus quasi tympanum Deo temperatur, oratio est?

b In Psalm. vlt. *Primus orandi modus opere, munere, actione & legis obseruatione.*

Extensio manuum bonus orandi modus si actione & operatione fiat.

Iudicum oratio qua sit optima.

5. Psalm. 105. 30. Psalm. 133. & 134.

Orationis genus punire nocentes, & scandala auferre.

a In Psalm. 105.

6. II. Sed iam adest chorus vocalis orationis, in quo multa notanda veniunt: primò enim, inquit Chrysostomus, in tanta vocum varietate quæ coniunctæ sonos mirificè concinentes edunt, vnitatem Ecclesiæ libet contemplari; *hic enim maius aliquid est, puta vnanimitas, & consonantia, charitatisque vinculum.* Secundò voces & orationes vnitæ in Dei aures influunt, tanta cum voluptate, vt Deum & Angelos noua lætitia perfundant. Terrent etiam dæmonem isti chori terribiles vt castrorum acies ordinatæ, oratio enim singularis & imbecillæ fœminæ, quæ per se quidem ac seorsim vim paucam haberet, vnita tamen & associata reliquis precatoriis globulis, & sacris calculis scloporum instar, dæmonem fugat atque deuincit. Vis autem audire cantores, Doctores sacros, qua ratione intendunt remittúntque vocem, & magistrum Christum præscribentem verba & orationes? Tertullianus [b], *Pater noster qui es in cælis.* Felices qui Patrem agnoscunt; vbi sunt qui de Dei promissione diffidunt. O quàm citò fidei meæ est remunerata confessio, mox vt Deum vnici filij confessus sum Patrem, ego ipse adoptatus sum in filium, vt sim cæli hæres, qui paradisi exul eram. Terram nesciat, amorem carnis ignoret,

Vocalis oratio gratissima Deo.

Orationis Dominicæ expositio.

b De oratione c.2. Matth.6.8.

patrem pulueris non requirat, nihil in se vitij licere permittat qui Deum Patrem cælestem repetit ad naturam. *Sanctificetur nomen tuum.* Oratio tamen etiamsi ad patrem meum exhibita, à mea accusatione & peccati detestatione debet incipere: igitur, *sanctificetur nomen tuum.* Domine non nostra scelera, sed tui nominis gloriam attende; tu enim per Ezechielem dixisti, *Non propter vos ego faciam, sed propter nomen sanctum meum quod polluistis, & sanctificabo nomen meum magnum. Adueniat Regnum tuum.* Chrysologus [a]: Sed vt scias Domine quia fidelis tibi sum miles, tuam ô mi dux præsentiam sitio, regnum exopto, ex peto triumphos: veniat igitur in me regnaturus, in quo diabolus arcem, mors imperium, & infernus tenuerat potestatem. *Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.* Nissenus [b]: Scio Domine, animæ sanctitatem esse diuinæ voluntatis prosperum successum; retracto igitur & incuso propriam voluntatem, vt fiat in me voluntas tua: fiat autem *sicut in cælo & in terra*, non superna vita penitus à nequitia & vitiositate pura est; quapropter per bonam voluntatem Dei prospere regitur, nostra autem vita vt à communi bono excidit; simul etiam excidit à diuina voluntate. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Nam post cæleste regnum (inquit Chrysologus [c]) panem quis postulet temporalem? sed quotidianum & sacrum panem, vult nos in sacramento sui corporis gloriæ viaticum postulare, vt per hoc ad perpetuum diem & ipsam Christi perueniamus ad mensam; Christus enim panis noster est (ait Tertullianus) quia vita Christus, & vita panis. *Ego sum*, inquit, *panis vitæ.* Cæterùm quia carnaliter admittitur ista vox, panem etiam materialem petere possumus, *panem enim peti mandat, quod solum fidelibus necessarium est.*

P. Alcaçar Apoc. 5. 8. Matth. 6. 9. Cap. 36. 22. a Serm. 68. b De oratione Domi. oratione 4. 7. c Serm. 68.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus. Nissenus [d]: Video equidem ad quantam amplitudinem per verba orationis suæ hominem euehas, humanam naturam conditione diuina quodammodo mutans, & vt dij fiant, qui ad Deum accessuri sint, dum faciunt ea quæ Dei solius est facere. Imò ordo quodammodo inuertitur, vt audeamus dicere, vt Deus nostra facta imitetur. *Et ne nos inducas in tentationem.* Hoc petere miles tuus (ait Chrysologus [e]) multis modis cogitur: ne fragilitas plus ausa & de se tumore præsumens in conflictu malè cauta succumbat; ne igitur nos patiaris induci ab eo vtique qui tentat, absit enim vt Deus tentare videatur. *Sed libera nos à malo*, hoc est, à diabolo, qui totius mali auctor est, & origo. *Vide* (inquit Tertullianus [f]) *compendijs paucorum verborum quot simul expunguntur officia, Dei honor in Patre, fidei testimonium in nomine, oblatio obsequij in voluntate, commemoratio spei in regno, petitio vitæ in pane, exomologesis debitorum in deprecatione, sollicitudo tentationum in postulatione tutelæ: quid mirum? Deus solus docere potuit vt se vellet orari, nos marauilla esta concertada musica, es el maestro de capilla Christo.*

d Oratione 5. de oratione Domini. e Serm. 61. f De oratione cap. 9. *Christus doctor est vocis & precum orantium.*

8. III. Citharœdorum iam tacta summissaque harmonia mentali oratione laudes diuinas decantat minori cum periculo hypocrisis & inanis gloriæ, vt notant Bernardus, & Chrysologus [g]. Hæc orandi ratio maioris meriti est, ait Chrysostomus, quia duplo maior fides requiritur, altera qua orat, altera quâ sine aëris verberatione exaudiri credit. Nec longe abest ab hac consideratione nomen *fides*, quo corda & nerui ipsi nuncupantur, plena enim fide procedit ista oratio, & non vnum neruum pulsat, sed plurimas virtutes excitat, fidem, spem & humilitatem. Citharæ autem aut lyræ dicitur ista oratio, quia ante orationem & corpus & animus est temperandus, imò sic temperate viuendum, & cibo potuque vtendum, vt à mensa ad templum migrare possis, vt de Anna Samuelis matre obseruauit Chrysostomus, tamque submisse orauit, *vt licet labia quidem eius mouerentur, vox autem eius non audiebatur, quæ figuram portabat Ecclesiæ.* Quare etiam secretiora mysteria celebrans summisse & secretò peragit. Et *Apoc.* 8. officium Ecclesiæ thuribuli symbolo suauissimos odores efflantis describitur, in dimidiæ horæ silentio, hoc est, profundissimo, de quo ibidem agitur. Silete igitur, quieti estote, & oratores istos sine voce eloquentissimos, sine verbis interno mentis auditu auscultate, lyras istas à spiritu temperatas audientes, quid mentalis oratio sit, quomodo meditationi associetur, quàm fidei consonat, quàm naturæ consentanea & perfacilis sit, ratio ista meditandi practicè iamiam demonstrabimus.

g Serm. 9. de eleemosyna. *A maiori fide procedit mentalis oratio.* 1. Reg. 1. 13. *Preparantur animi ad dulcem harmoniam mentalis orationis.*

9. Anima nostra, quæ instar lyræ est, tribus constat fidibus & neruis, inquit Bernardus [a], memoria, intellectu & voluntate: age igitur *quærite* legendo aliquid ante orationem, *pulsate* petendo; & aperietur vobis meditando, doce nos dulcissime Pater tres istos pulsare neruos. *Audistis quod hac nocte lectum est in Isaia: Principes tui infideles: alia translatio habet, inobedientes socij furum.* Luctuosam illam tragœdiam in memoriam reuoca (anima mea) primi illius Angeli, qui Deum hominem nolens revereri superbia elatus in barathrum deuolutus est, & qui splendebat in gemmis, ardet in carbonibus sempiternis, mortis origo factus, & magno à creatore suo dissidens odio. Vide insuper lapsum miserandum, exilium infame & triste duorum principum, qui inobedientiæ culpa infideles sociique furum nuncupantur, quæ flagra, quæ præconis voce denuntiata culpa? quod exilium, quis sudor, quantus dolor, qualis miseria? Pulsa igitur fidem alteram, intellectum videlicet, si primum Angelorum antesignanum & innumeros alios vno crimine noxios sic punit Deus, percutiens eum cum omnibus suis plaga incurabili, *castigatione crudeli*; tu vermis, tu puluiscule, quibus eris addicendus tormentis ob tot facinora in Deum commissa? si tales principes parentes tuos vna culpa de paradiso expulit, & vix creati producuntur ad mortem, & proditionis crimine damnantur, tu peccati filius, tu in peccato conceptus, nutritus, & fæcibus culpæ sordidatus, qua tandem pœna mulctandus eris? en iam personat chorda altera voluntatis. Age mi Deus, soluat qui peccauit, non soluat filius innocens, qui minimè deliquit, soluat pœnas caro ista putida, submittat se flagris corpus fœdum & turpe, plorent oculi, nunquam Deum offendam, quem sic revereri & timere debeo. Requiramus modum alterum musicum: iterum citharam pulsemus.

a Serm. 1. de aduentu Domini, deinde B. P. Ignatius in exercitiis de tribus potentiis. Isaiæ 1. 23. *Ars et ratio meditandi oratione tres animæ potentias per ordinem exhibetur.*

10. Secundo loco affectu & amore plenus neruos temperat, & acutè percutit Augustinus [a], *Recordari volo*

a Confessio. lib. 2. cap. 1.

volo transactas fœditates meas, & carnales corruptiones animæ meæ, non quod eas amem, sed vt amem te Deus meus. Tange fides primas anima mea, & refrica memoriam historiæ illius impurissimæ tuorum scelerum, non vt iterum ex cœno tibi aliquid allini possit, sed vt redemptorem ardentiùs ames, à quo veniam impetrasti. Vide quanta obscœna, quanta absurda commisisti? quot loca tuo scelere turpasti, quot fœdasti personas, & tua turpissima lepra deformasti? vide sterquilinium turpium cogitationum, in quibus te bestiarum more volutasti: sat est, sonet iam intellectus. Augustine quid est peccatũ? rem istam aliquando suo momento ponderasti. Vide qualem secum horrorem inferat, qualem pudorem, quales obscœnitates, qualem pœnitentiam. Quid est peccatum? temere obsistere æternæ rationi, & diuinæ prouidentiæ ordinationi, & prædestinationi, atque quantum in me est omnem inuertere rationem, qua iamiam proximè meam extra omnem aleam salutem Deus agere moliebatur. Quid peccatum? proiecta audacia, qua diuinos fauores & auxilia & ius ad illa à meipso abdico & reiicio. Quid peccatum? Vomitus sordidissimus margaritarum, gratiarum, donorúmque cælestium, & sanguinis in Baptismate hausti. Quid peccatum? orbis vniuersi peruersio, & inuersio ordinis, legúmque quibus ab initio constitit mundus, schisma omnium creaturarum, & audentissima in Dei faciem proiectio litterarum, quibus dignitas primogeniti, & adoptio continebatur. Quid peccatum? diuinos lædere oculos, hoc est, Christi merita, ob quæ nos amanter aspicit, suscipit, redimit; quid peccatum? pretiosi sanguinis conculcatio, pacti rescissio, quo meam salutem in cruce fœdere sempiterno firmauerat: qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit. Et quis tu qui peccasti? quantus es cælo comparatus? nihil; quantum est cælum cum Deo compositum? nihil: & quid tu eris respectu Dei? minus vtique nihilo. Sonet ergo voluntas, odio pariter & amore inflammata. Augustine, hæc peccando perpetrasti? in quam surditatem peccando adductus es, vt stridorem catenarum tuarum nõ senseris? ad hoc amicos adsciscebas? hoc ridendo peregisti?

11. *O tardum gaudium meum*? ô terra! ô cælum, quæ tot enormia scelera dissimulastis, ô mirabilem Dei patientiam! ô Dei suauitatẽ & clementiam. Eia Domine, liquidum sit omni bono me indignum prorsus esse, & à nemine iniuria aliqua affici, etiamsi omnia mihi detrahat, aut sempiternam infamiam infligat. *Minor sum cunctis miserationibus tuis*, & omnium suppliciorum meritissimus, *infernus domus mea est*, hanc ego promerebar pœnam, & quantum distat ab hoc meus dolor ab inferni cruciatu, tantum mihi de condigna pœna detraxisti. Parce piissime Domine, expecta peccatorem istum in cruce, vbi te fixit amor animæ meæ, quousque ego ipse mea scelera digna animaduersione plectã, en tuis se pedibus prouoluit, vrendus ferro, designandus in seruum, flagellandus vt nocens, infamiæ notis, flammis, doloribus, morte denique mulctandus, qui sic vitæ auctorem offendit. Augustine, quis te in tantam demissionem adduxit? quis tui te vindicem fecit? O nouam rerum mutationem, tu oratio sic cogis homines, & harmonia meditationis animos in nouas, & in saniorem mentem frugémque conuertis. *Requirentes modos musicos.*

Memoria historiã refert. — *Consonat intellectus.* — *Quid peccatum.* — *Resonat voluntas & affectus excitatur.* — Gen. 32. 10. — Iob 17. 13. — *Orationis vis ad permouendos & conuertendos animos.*

Eccl. 44. 5.

12. Libeat tertiò lyram bene temperatam B. Laurentij Iustiniani audire, sempiterni amoris debitum tribus chordis animæ suæ suauiter modulantis. Sonat memoria primò. Quis tu ô anima mea creauit? potésne huius operis memor esse? minimè, vtpote quæ nihil eras, & de nihilo facta, & quàm retro antè decreuit te in lucem asserere? ab æternitate; postea verò quid in obsequium molitoris tanti operis gessisti? offendere, neque enim immemor esse debes illius diei & loci, in quo (ô nefas!) socium tui criminis quæsisti, qui subitanea correctus morte, vel gladio interceptus, in inferno iam diu meritas soluit pœnas. O veram historiam, veritatis testem, vitæ magistram. Sonet iam ratio & intellectus. Qui te fecit Deus erat, tui nequaquã indigus, & in sui similitudinem conformauit. O amor antiquus, quis te impulit? nemo, nisi amor. *Inquieta res est amor, & proprijs stimulis agitata*; quis enim cõsiliarius eius fuit? nemo nisi amor; & amor iste quanto antè incepit? non incepit, nam ab æterno dilexit te. Quid ais ab æternitate diuina cura in hoc versata est? ab æterno inuigilauit meæ saluti; & quid meretur amor iste? amorem; & ex quo tempore tenet me obligatio amandi? ex æternitate: at quî possum ex æternitate? potes saltem à die qua tibi obligatio nota facta est, à quo si deficis iniquus es & ingratus; igitur si amor ille ab æterno fuit, mihi prospexit, coæternum amorem iure reposcebat, obligatio autem nota fit cumprimum lumen rationis irradiat in mentem: & ego tanto ære alieno obligatus quidnam egi? quæsiui socios mei criminis, *nemo enim solus bene ridet*, aiebat Augustinus, incidi in occasionem, & miserè lapsus sum, ignorans quòd mors & laqueus ibi laterent, & sic à peccato in peccatum ad malorum profundum deuolutus sum. Cùm essem in æternæ vitæ dispendio, cùm vno eodémque fune peccati vincti essemus socius mei criminis, & ego, cùm iam de ligno exturbandi eramus à morte, carnifice iusti Dei, socium exturbauit, iniecto laqueo suffocauit, & ego viuus remansi, induciis mihi à diuina clementia quadraginta iam annis liberaliter concessis, vóxque salutis audita est: Siste, sine viuere, præcide funem.

13. *& dixi, viue.* Quid mihi nunc agendum superest? (ecce iam ardet voluntas.) Vale orbis, valete creaturæ, vmbræ sunt iam mihi vestri splendores, bona vestra flocci quidem pendo; vadam mi Deus ad vincula, ad claustra, ad carceres amoris, ad religiosam vitam. Valete parentes, non noui te mater, tanto amoris obligatus debito, infiniti amoris solutionem cogitare venio: ecce de meo collo pendent funes criminum, & promeritæ pœnæ: nequeo me subducere, nequeo negare, nequeo omnino soluere: exigant à me omnes creaturæ amoris pensiones: omnium bonorum meorum libera tibi, Deus, datur potestas: oculi, lacrymæ, gemitus, & funes isti monumenta sunt, & testes tuæ erga me pietatis, meæ erga te iniquitatis; & quid postulás Iustiniane? quid? quod docet oratio; hos enim requirit modos musicos.

Memoria beneficiorum refricatur. — *Consonat intellectus.* — *Laurentius Iustinia. in fasciculo diuini amoris.* — Ezechiel. 16. 6. — *Ardet voluntas excitata à memoria & discursu.*

14. Quid enim non inuertat oratio, quos non commutet mores, quas affectiones harmonia ista ad harmoniam non cogit? Vidit Ioan.

Apoc.

Apoc. 4. Sancta quatuor animalia agni throno propinquiora, quam seniores, quæ & citharis & suffimentorum thuribulis & sonos dabant, & suauissimos efflabant odores. Nouæ res, ait Ansbertus. Quis brutorum mores in angelicos mutauit? quis de stabulo duxit ad thronum? quis fœtores in odores conuertit? quis mugitus & rugitus in cantum? quis vngue Aquilino, & leonina manu, & quod magis est vitulina fides neruósque pulsare docuit? virtus orationis, quæ efferatiores, grauiores & superbiores mentes & corpora in angelicos Deíque throno dignos famulos committat, quod non prætereiit Chrysostomus, dum aiebat [a], *Hac te separat à brutis animantibus, hac te sociat Angelis,* cæteras namque actiones etiam exhibent animantia, tu solus potes cum Angelis orare, humanos in oratione affectus deponendo, imò & ipse Christus quam semel in se, hoc est, in suo corpore mutationem facere voluit, ita mutatus est inter orandum, *vt facta sit species vultus eius altera,* videlicet *dum oraret*; nondum enim satis culta facie prodis ô fœmina, cùm ad speculum fucato colore niteris, pulcra videri oratio est quæ te alteram faciet pudore, modestia, humilitate, quas Dei familiaritas in facie animæ generat; *accedite*, inquit Dauid, *& illuminamini.*

Oratio separat nos à brutis, & Angelis associat.

a Lib. 2. de orãdo Deo.

Luc. 9. 29.

15\. Organa etiam quæ afflictorum animorum voces & gemitus adumbrant, orationem pauperum & afflictorum Deo esse gratissimam ostendunt: Dauid enim ait, *Respexit Dominus in orationem humilium,* vel, vt Pagninus legit, *in orationem myricæ*, eorum nempe qui sunt miseri, debiles, afflicti, dolentes, desolati, destituti, & solitarij, vel, vt Genebrardus, qui citat Anonymum, vel, vt alij Ammonium, vel etiam Symmachum, *in orationem cicadæ.* Miror Domine quare non potiùs oblectaris cantu passerum, qui primo vere in nemore & viridariis plectra suauissimè mouent? Minimè verò, ait Augustinus [b], hi namque canunt ob suam delectationem; quare dum interturbantur cessant, sic enim solent animæ Deo laudes canere, cùm prosperè cuncta cedunt, annus fertilis, prouentus copiosi, fausti euentus, quæ cùm vel dulcedo spiritualis orationis subtrahitur, vel præmium non proponitur, statim ab oratione cessant; placet verò illi cicadarum oratio, quæ mensibus æstiuis tota die canit stridétque, ita vt designet abiectum humilémque, qui non nisi æstate & ex imo pectore rore cælesti madefacto, hoc est, ex spiritu concepto exclamat cum Vate, *Sitiuit in te anima mea*; quare ter in afflictione sua Christus orationem repetit, sciens gratissimam fore patri, tunc maximè, cùm illum bis patrem vocat, *Abba Pater:* nam hæc verba quasi echo in patris præcordiis personuere, & exauditus est pro sua reuerentia. Similia fuerunt hæc verba his quibus rogauit patrem suum Isaac, *Pater vbi est victima holocausti*? Patrem dixit, ait Chrysostomus, *ad lancinanda sancti parentis viscera*; quo enim pacto parentis viscera nuncupatione parentis afflicti filij petitionem non exciperent? Sume igitur ex ore Christi, Christiane, verba ista, & afflicti filij Dei vocem, *fiat voluntas tua*; quæ enim paterna viscera ad vocem filij Dei non commouentur. At dices, scit iam Deus afflictionem meam, quorsum ego referam? Respon-

Oratio afflictorum animorum Deo gratissima.

Psal. 101. 18.

b Lib. 1. de musica c. 4.

Oratio tribulatorum suauissima & iucundissima Deo.

Gen. 22. 7.

deo, sicut cùm ciuis amicum ægrotantem inuisit, non ignorans eius ægritudinem, at nihilominus & æger ipse solatur dolorem suum alteri communicando, & amicus etiam libenter exaudit. Sic inquit Dauid, quia grata est Deo meo angustiati animi oratio, & in tribulatione positi, *ideo effundo ego in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuncio, como el musico del rey que de la letra que gusta el rey no dexa copla ninguna.* Psal. 141. 3.

Cum isto quadruplici musicæ concentu consonat littera sancti Euangelij, in qua magister noster voces & orandi & ingeminandi orationem artémque præscribit, dicens, *Amen, amen dico vobis. Amen* ex Apocalypsi habes nomen esse Regis Christi, qui in initio litterarum præfigit chirographum suum, *yo el Rey. Hæc dicit. Amen, testis fidelis.* Domine quare iuras per nomen tuum, vt videlicet promissionem credat quam subiicit, *eme tibi aurum ignitum*; & quare huic Episcopo potius quàm aliis iuratam dat promissionem? ideo nempe, quia agebat cum tepido & inertissimo: hic autem indigebat Regis chirographo, & syngrapha, vt ad Christi vexillum seriò rediret. Quemadmodum fecisse legimus cùm ad Peruanam prouinciam missus est nobilis ille Gasca, qui Caroli V. Imperatoris nomine subscriptas multas litteras protulit vacuas, vt vnusquisque munus & priuilegium quod cupiebat præscriberet. *escriua cada vno la merced que quiere, en blanco le damos la firma de Carlos V. Emperador,* sicque neutralium & rebellium animos suo imperatori conciliauit. Ita similiter iusti rectíque viri vel orare sciunt, vel oratione non indigent in multis, scit enim pater & amat eos: ad conciliandos verò neutrales & dubios peccatores, qui in vtramque partem claudicant, hac ingeniosa arte vsus est Christus, vacuam nempe illis offerendo paginam, præfixo regio nomine, *Amen, amen dico vobis*, vt infrà quidquid libuerit vnusquisque subscribat. O rex quis non ad te & ad tua castra redeat, quam fugam non reprimit ista promissio? *desde oy rindo las armas rebeladas y quiero seguir el pagamento de tan buen Rey.*

16\.

Ioan. 16. 23.

Amen, nomen Regis Christi.

Apoc. 3. 14.

Tepidos & incredulos sui nominis confirmat subscriptione.

Ioan. 16. 23.

17\. *Patrem in nomine meo.* Videte quia ad Patrem mitto vos, non ad terrenum regem; regem enim rogare, imò & adire & expectare, iterúmque atque iterum reposcere difficile, & cùm aqua, longa circuitione per tubos & canales ministrorum ducenda sit, vel libellus supplex non accipitur, vel obliuioni datur, vel tardant mercedem, vel nunquam expediunt; sic se gessit Deus erga meretricem illam quam duxerat in vxorem per Oseam, *& erit in die illa exaudiam cælos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum, & hæc exaudient Israel:* hac longa vtar circuitione, quia mercedes ab amatoribus suis, non à Deo expectauerat, *mercedes hæ meæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei.* Itáne verò? Ego igitur ostendam illi à quo postulare debeat mercedes, cùm postquam supplicem libellum dederit terræ, terra mittat ad cælum, & cælum ad triticum, & ad vinum, & ad oleum, & tandem redeat in Israelem. *estos rodeos y tardaneas le haran caer en la cuenta.* Vos verò fiducia pleni accedite ad Patrem, *intret in conspectu tuo oratio mea, no hallo yo puerta cerrada en casa de mi Padre.* Patrem dixi, non hominem, Patrem qui in cælis

Patrem orare animos & fiduciam creat.

Tardiùs respondent terreni Reges.

Osee 2. 21.

Psal. 87. 3.

Mal suum est Deo cum nos postulare cessamus. cælis est. Terreni tamque quatuor contrariis humoribus compositi multis perturbationibus obnoxij sunt, parenti verò semper, *vox tua dulcis, & facies tua decora.* Quapropter potius molestum est Deo minimè postulari & rogari, vt
Cant. 2. 14.
apertè offensus Deo Achaz dixit per Isaiam, qui sic inuitatus, *Pete tibi signum à Domino Deo tuo*;
Isai. 7. 11.
respondit Propheta, *Vt quid molestis estis, & Deo meo?* & hæc vocatur molestia Isaiæ? ita, inquit, & peruersa atque blasphema obstinatio est; dixerat enim Achaz, *Non petam, & non tentabo Deum*: alij legunt, *Non glorificabo Deum, no le hare yo tanta honra y gusto esto se queria Dios que yo orarara y pidiera.* O insaniam! ò crimen læsæ maiestatis! ò dedecus in paternum honorem, *Patrem in nomine meo.*

18. *Petite vt gaudium vestrum sit plenum.* Quorsum hæc addiderit Christus Dominus, a D. Chrysostomo & suis Græcis accipiamus. Video vos tristes de meo abscessu, quia subtrahitur vobis materia lætandi, mea nempe corporalis præsentia. Audite igitur rem grandem & consolatoriam, satius est vt ego vadam, me enim absente remanet oratio meo loco sufficienda, ex qua gaudium plenum & spirituale influet vobis: me etenim intueri sic degentem in terris minus quid est; orare autem, petere & obtinere æterna bona, hoc gaudium plenum est.

Quid nomine gaudij pleni intelligatur.

Substituit in terris pro Christo oratio. Vide quanta sit orationis dignitas, vt loco Christi omnibus & in omni Ecclesia sufecta sit, *sustituta equiualente de Christo en la tierra la oracion.* Nihil sic explicat rem tantam sicut verba Iob, & Chrysostomi eloquentia. Finge tibi Iob sanctum fidibus & chordis filiorum & filiarum distentis, quasi citharam vel organum musicum bene cum diuina voluntate temperatam. En funditus omnia bona eius euersa, diruta, vastata, combusta atque deleta. Qua ratione personuit ad tactum Dei, inquit Augustinus [a], *Quomodo sursus est audiamus; fonet vox tubæ huius ductilis: dulcem vocem si placet audiamus, locuta es,* inquit, *quasi vna de insipientibus mulieribus: callara que haueis hecho falsa en la musica; si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus? O sonum fortem! ò sonum dulcem! ò quem non dormientem excitet sonus iste?* & quibus quæso contentus manes Iob sanctæ? *tantummodo derelicta sunt labia circa dentes meos: sola me queda la lengua para orar*; quare nihil perdidisse arbitror, omnibus enim quæ læta sunt amissis (ait Chrysostomus [b]) *lætitiæ radicem non amisit, lyram perdidit, sed artifex remansit. quebro Dios la vihuela pero el musico los labios y la arte de orar libre quedo*: hoc igitur satis illi erit vt gaudium eius sit plenũ.

Simile ex sacra scriptura.

a In Psalm. *In istis dulcissimo & voce sua sonuit.*

b Hom. de Iob & Ioseph. & quæ est ad Olympiam.

19. Cithara illa non Apollinis, sed Dei æternum verbum, de cælo delapsa est, quæ voce sua orbem ad vitam & ordinem harmoniamque redegit, cuius contemplatione sic exultans Dauid concinebat, & in spelunca illa quasi sepultus exclamauit. *Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara.* Quando te Domine cruci suffixum, & in altum sublatum videbo, illic vtique bene nerui & chordæ protendentur, & ad bene temperatas fides septem illa verba extrema voce mirabili modulaberis. Venit igitur expetita cithara, non emortua, sed resurgens, & immortalitate vestita, atque in medio discipulorum constituta, pulsandi, palpandi florem vulneris, manus & pedes, libera potestas facta est: traxit omnia ad se harmonia ista, inquit D. Leo, melius quàm Orphei musica traxit mortuos, traxit inimicos, traxit rupes, traxit Thomam: dum ecce è cælo rapitur, chorus Angelorum subtrahit à mortalibus gloriam istam, mœret Ecclesia, tristantur Apostoli, at ipse hoc vno verbo consolatur eam: Sponsa mea ne quæso tristeris, *lyram perdidisti, sed artifex remansit*, amisisti præsentiam meam, oratio autem solatij artifex manet adhuc. Oratio me a dextera Patris traxit, oratio me corporauit, oratio me veloci, & gigantea celeritate incedere fecit, oratio meus in deserto cibus, in morte pharmacum, oratio me ad vitam reducem fecit, oratio me in cælum euexit, ibi si non oratio, at saltem vulnera mea coram patre clamant, orant, & postulant, ibi senes in citharis suis gesta passionis meæ concinunt, *Lyram perdidit, sed artifex remansit, el artifice de la alegria el musico de los gozos del alma es la oracion.*

Verbum Dei cithara de cælo delapsa.
Psal. 107. 3.

In ascensione Christi solatium Ecclesiæ in oratione manet.

Quid oporteat prius, discere viros & fœminas.

Ne putes Virgo (inquit Basilius) gaudium tuum plenum futurum, quia plena es risu, ludo, cantu, motúque lasciuo, nec quia prius docta es neruos tangere quàm fila & fusum intorquere; nec quia antea citharam quàm orationis artem didicisti; nec quia prius calamistrum quàm acum tractare nosti, ne putes ô nobilis vir in hoc esse gaudium plenum quod primo mane puerile ientaculum instruatur; hoc excipiat prandium splendidum epulonis, & vespere subsequatur antecœnium otiosorum, & omnia claudat cœna, ebrietas, somnus, turpitudo?
Væ qui consurgitis mane ad sectandam ebrietatem, Isai. 5. 11.
& potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis, 20.
cithara & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuiis vestris, ay de vosotros que ay no bailareis el gozo pues no faltara vn ay en vuestra casa.

Oratio mutat mores & veras affert voluptates.

Quadam die præteriens Pythagoras in conuiuio vanè exultantes & cachinnantes omnes videret, eo quòd lasciuum sonum petulans homuncio faciebat, & ipsi ad inhonestos motus & verba prosiliebant, accessit sonúmque mutare iussit inhonestum & grauem, & hoc vno tantùm ad modestiam & grauitatem reuocauit. Munde immundissime, scio iam tuæ impudicitiæ, lasciuiæ & petulantiæ causam, nihil in tuas aures nisi turpe influit, nihil auditur non prophanum, petulcum, molle & absonum, *lyram perdidit*, orbis amisit spiritualem harmoniam, ignorat cælestia gaudia. Age mi rex Dauid sanctissime, regredere in Ecclesiam tuam, doce orare, doce mouere labia, ordina cantores, præscribe puncta, hìc tympana sonent, & mortificatione benè temperata corpora secundùm legem tuam & manus operantis procedat harmonia, concordia vocum personet in choro, animorum consensio, tranquillitas & pax inter Ecclesiasticos diuinas laudes decantet, suauis etiam & delicatior fidium & neruorum audiatur harmonia mentali meditatione & eleuatione ad Deum, & afflictorum vocum gratissima Deo organorum turba non sine lege personet: quam licèt afflictio & pondus tribulationis & manus Dei tangens & affligens quasi organa gemere cogit, at post vitæ labores & ærumnas sempiterno replebit gaudio, & nunquam desinentis nec intermittendæ musicæ gaudio cumulabir.

Epilogus discursus.

***

VER

VERBVM FILII.
Ioan. 16. v. 23.

Amen, amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Tutelam Ecclesiæ, & promissionem orantibus factam firmat Christus, & ab omni querela vindicat, atque in æternum mansura gaudia postulare persuadet.

DISCVRSVS LXXXVI.

1\.

Omnia per orationē nobis dispensanda à Deo.

AD vltimas vitæ lineas cùm venisset, & hora profectionis ad Regnum Patris Christo dulcissimo animarum sponso impenderet, fidem Ecclesiæ, & discipulorum corda volens confirmare, litteras suo subscriptas nomine dedit, vt quacumque hora eas in conspectu Patris produxerint, quidquid postulauerint, eis largè & liberaliter tribuatur. Ideoque regio more nomen præfigit Regis. *Amen*, quasi diceret, *yo el Rey*. Ego qui sum fidelis & verax, nec enim nouum est Christum *Amen* compellare, hoc nuncupatus est nomine à Ioanne, *Hæc dicit Amen, testis fidelis, esto dice el Amen el testigo fiel. & Isaia cap.* 65. loco substantiui ponitur hæc dictio: vbi sic legimus, *In quo* (scilicet Messia & Christo) *qui benedictus est, benedicetur in Deo Amen*; vbi ex Hebræo manifestum est *Deum Amen* construendum esse eo modo quo construeretur si legeremus, *Deum veritatis*; ita vt *Amen* nominaliter accipiatur.

Apoc. 3. 14.
PARAPHRASIS ET DIVISIO EVANGELII.
Amen nomen Christi.

Secundò, ea designat & præscribit bona, quæ postulare maxime oportebit, & quæ ad salutem & æternam gloriam conducunt. *Vsque modò non petistis quidquam in nomine meo, petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.*

Tertiò, securitatem & firmitatem creditæ fidei & litterarum ostendit; nititur enim in amore quo Deus ab æterno homines diligit, qui idem ipse est cum quo Pater amat filium, sicut ipse sæpius declarauit, *ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis*: vnde quandiu societas vestra cum Deo non rescindatur, omnes litteræ vim habent obtinendi quidquid in Regno Patris postulaueritis. Causa autem propter quam palàm fidem, diuinitatem, & firmitatem promissionis ostenderit, ea est, inquit, *quia exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* nam cùm in his verbis omnia bona nobis reposita, & quasi testamento consignata relinqueret, rei momentum declarat occasio, tempúsque moriendi; eiúsque prouidentia & amor erga sponsam & filios patefit. Quemadmodum si in hora discessus sponsus, qui ad longam absentiam non satis instructam domum & sponsam relinquit, schedulas & litteras ad amicum sponsæ tribuit, vt nomine sponsi quæcumque opus fuerint prouidè suppeditentur. *Gastad lo que os dexo Yglesia mia y quando os faltare; credito dexo, acudid a mi Pax. e que a letra vista lo dara.*

2\.

SVMMA DISCVRSVS.

Verum aduersùs hæc quæ nobis, Domine, liberaliter testamento legasti, ó quot excitantur lites, quantas infirmitas nostra dubitationes obiicit, quibus opus est ex verbis Euangelij satisfacere; in primis enim ideo ait,

Amen, amen dico vobis. Res omnes magni momenti (obseruat Augustinus) solet Christus sacramento sui nominis confirmare: sicut cùm ait, *Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet*, vbi de mortis suæ vtilitate sermo erat: & cùm ad latronem inquit, *Amen, amen dico tibi, quia hodie mecum eris in paradiso*; quia in hoc salus æterna latronis agebatur. Igitur vt quanti nobis lucri & momenti sit oratio, declaret, iuratam promissionem dedit; & quia imbecillitatem nostram timebat, in dubium reuocaturam tanti verbi & legati firmitatem, testamento suo regium præfixit nomen, *Amen, yo el Rey*.

Ioan. 12. 24.
Quasi res magni momenti & firmitas promissionis Christi & necessitas orationis iuramento firmatur.
Luc. 23. 43.

I. *Si quid petieritis.* Primò namque in dubium vertitur, deceritne tantam maiestatem expectare, vt nos ad postulandum accedamus: petitio namque eò tendit vt indigentiam nostram ostendamus ei, qui eam videtur ignorare; vel vt manifestata ad miserationem & largitionem rei postulatæ permoueamus; vtrumque autem superfluum est erga Regem nostrū, qui Deus est scientissimus, & nostri amantissimus; maximè etiam cùm nec liberalis sit nimium velle rogari, nec prouidi sponsi, sponsæ necessaria omnia non suppeditare? Respondeo satis notam esse diuinam in nos largitatem; innumera enim sunt quæ nobis non postulata dedit, corpus, animam, potentiis, sensibus, organis, & instrumentis, satis instructam, quorum vnum si desit nobis, maxima iactura est, & nimis animum exercet atque fatigat. Quoad dona etiam gratiæ quis eius in terras aduentum postulauit? quis sacramentorum institutionem præuenit? quis ante ortum Christianos parentes sibi adsciuit, & præelegit? Quid dicam gloriæ bona? nec in cor hominis ascendit cogitare quæ præparauit Deus diligentibus se, nedum postulare. Vides igitur quia cùm petēda aliqua præscribit, non ex parcitate, sed & largitate & nimia prouenit charitate? Sed sicut parentes filiis non petentibus omnia prouident, & vndique prospiciunt; pomum tamen vel crepundia aut crepitacula auferunt, vt ad parentem omnium largitorem accurrant, & charitatem parentū excitent, ita in nobis Deus aliqua desiderari permisit, vt vnius rei inopia ad largitorem omnium oculos animosque cogat attollere; itaque vnde querelas excitant aliqui, inde reliqui gratitudinis & gratiarum actionis ansam arripiunt; quare iusti vbi dolet caput, cætera membra dolore libera à Deo accepta referunt, & ab eodem quem vides reliquorū membrorum salutem donasse, postula modò ægri capitis aut ventris valetudinem. Ex quibus fit maximam in petendo vtilitatem esse, augetur enim fides credendo in eum qui potest donare, fulcitur spes, inflammatur affectus, familiaris cum Deo congressus facilior fit, crescit humilitas, rerum spiritualium æstimatio & desiderium: tanta denique sunt bona vt acutè dixerit Alexandrinus Clemens [a], paratiorem esse debere hominem ad petendum à Deo, etiamsi nihil obtineret, quàm ad obtinendum quod non

Cur tam munificus Deus expectat donec postulemus.

3\.

Simile.

Orandi vtilitates & lucra.

[a] *Stromat. lib. 7.*

non petit. Præterea qui rogat hominem, magno emit rem, se enim subiicit homini; qui verò rogat Deum, in hoc ipso mercedem accipit. Vnde si Deus rogari vult, non est quia orationes quærit, sed vt duplicatam gratiam concedat dum rem donat, & vtilitates orandi insuper concedit, imò ipsi libelli supplices quos illi damus quasi munera Regi Deo oblata reputantur. Ideo vbi Dauid ait, *Reges Arabum & Saba dona adducent.* Isaias videtur interpretari, *adorabunt, & deprecabuntur*; postulare enim à Deo dona, est ipsi dona offerre. Vnde claues aliquarum rerum, puta aquæ, frumenti, vitæ, mortis, & cæli, quas sibi reseruauit, ne parcitati ascribas, voluit enim inopia rerum stimulis agitatos ad se trahere, vt vel sic honoretur. *Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me, permitio que las necessidades fuesen muchas para que fuesen muchos los lances de su gloria.*

Psal.71.10.

Claues aliquarum rerũ sibi asseruauit Deus.

Psal.49.15.

4. Secundò etiam ne homo omnibus refertus bonis superbiret, sicut draco ille iactabat apud Ezechielem, *Meus est fluuius, & ego feci memetipsum.* Tertiò vt bona nostra apud Patrem nostrum reposita meliùs possint conseruari, sicut ad maiorem filium ait parens, *Fili tu semper mecum es* (per orationem assiduam) *& omnia mea tua* (per gratiam,) quorsum vis tibi arrogare nisi vt prodigas & disperdas, nam si fragilem & imbecillam valetudinem, multis sceleribus frangitis, & lasciuiis sordidatis, quid si integram & firmam accepisseris. Si exiguam pecuniam quam dedit, ludo & litibus impenditis, quid si multa millia dedisset? Si guttas nobilis sanguinis, quæ hæreditaria tibi sorte obuenerunt, contenta voce præconis, vbique, in foro, in rixa, in colloquiis iactas, quid si fumosos titulos, & stirpem regiam Gothorum vel leuiter attigisses? *Omnia mea tua sunt, estense agora con migo estos bienes, tu Padre soy y se lo que te conuiene.*

Cap.29.

II. *Vsque modò non petistis quidquam in nomine meo.* Secundò etiam dubitatur circa hæc verba, qua ratione verum sit nihil nos postulasse, cùm tot sint necessitates & inopiæ, quibus vndique premimur. *Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.* Multum diùque sitit anima mea te Deum, verùm sitis hæc satiabitur cùm apparuerit gloria mea, & in hoc verbo quiescit animus, corpus verò quid est nisi palatij porticus pauperrimis homuncionibus plena, qui omnes in te sunt intenti, ne videlicet obducantur nube, caput ne phrenesi occupari contingat, lingua ne obmutescat, aut tædio cibi laboret, dentes ne titubent, pectus ne tussi aut catarrho grauescat, *quàm multipliciter tibi caro mea.* Centum & triginta morbis tangi potest pars quælibet eius, teste Galeno, quæ omnes quasi ore aperto ad te clamant, mitto fortunæ casus, tristes euentus, litem perditam, tristia nuncia, petulantem filiam, væcordem filium, infelices annos, steriles prouentus, inopinata mala, longámque incommodorum vitæ miserrimæ seriem, quæ non sine lacrymis referri potest, nónne multiloqua importuna & petax est natura nostra, cur tu Domine nihil postulasse affirmas? *non petistis quidquam.*

Quo pacto verum est vsque modò nihil nos postulasse.

Psal.62.2.

Varia agritudines & necessitates.

5. Ad hæc respondet Augustinus [a], & Basilius [b], verè dixisse Dominum, *Si quid petieritis*, petire aliquid à Deo: nam quod est *aliquid* in Deo, est summum bonum, & quod est aliquid inter homines, nihil est respectu Dei. Aliquid est Deo facere hominem cælestem, diuinum & participem regni, atque ad hæc omnia auxilia & adminicula prouidere, & quod hoc non est, nihil est erga Deum. Sicut si rex mercedem equiti facturum promitteret, eo tunc animo, vt dimidium regni sui donare vellet: si tunc eques vestem tantummodo postularet, nihil postulasse diceretur; ita similiter cùm tam bene animatus sit erga nos parens, & rex summus, dum regnum non postulamus, nihil petiisse affirmat, quia res postulauimus, à quibus *gaudium plenum expectari nequit. Petite vt gaudium vestrum sit plenum.* Secundò non petiisse dicimur, quia non sicut pars est postulamus, ideo D. Iacobus, *Petitis*, (ait) *& non accipitis, eo quod malè petatis, vt in concupiscentiis vestris insumatis*; sed de hoc in sequentibus iamiam agemus.

a Tract.102.
b De constit.monast. c.2.

Aliquid dicitur quod Deus est, vel ad summum bonum conducens est. Temporalia nihil dicuntur.

Senec.

Cap. 4. 3.

III. *Ipse enim Pater amat vos.* Quare Domine si verè amat nos, nostris non annuit petitionibus, vel quorsum iubet preces fundere si perdimus eas, & nihil obtinemus. Respondeo, ideo non exaudiuntur preces nostræ, quia non intelligimus quàs oporteat res postulare, eas nempe quæ promittuntur nobis, promittuntur autem vtiles nobis, at vtiles nobis propriè sunt illæ, quæ ad æternam salutem ordinantur; igitur dum hæc petimus, infallibilis est promissio, & dum hæc non oramus, manifeste ab scopo & proposito aberramus. Liquet hæc doctrina ex verbis Christi, *Quanto magis pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se.* Adde etiam eam esse Dei liberalitatem, vt non nisi magna det atque ingentia, etiamsi nos vt parui parua & exigua poscamus. Sicut de Alexandro legimus: à quo cùm remedium inopiæ posceret famulus, iussit illi dari decem talenta; ille verò tantam miratus largitatem, vnicum satis esse respondit; ad quem ait Alexander, tibi satis est, at non Alexandro. Et in hoc sensu quidam verba Dauidis interpretantur, *& spiritu principali confirma me, dadme Señor como Alexandro spiritu de rey vngid me otra vez, dadme como quien sois.* Accinit Nazianzenus [a] cùm ait, *Iucundius Deus dat quàm alij accipiant: hoc vnum caueamus, ne sordidi ac prææparci animi notam subeamus, parua postulantes.* Quid si terrena & ad terrenos vsus postulamus? hoc vocat Iacobus malè petere, quia, vt ait Basilius [b] *Quandocumque oras, caue diligenter ne qua petis peruersè petas, & aduersùm te Dominum irrites: non pecuniam, non gloriam humanam, non aliud quidpiam ex numero eorum, quæ cito præteruolant. Sed pete regnum Dei, & quæ ad vsum corporis pertinent, omnia tibi suppeditabit munificentissimus atque augustissimus Rex noster, qui indignè fert quandocumque quis exiguum à se aliquid petit.* Quod amplius declarat dum addit, *Quando quis nostrûm de rebus minimè ipsi conuenientibus rogat: noli igitur illum tibi oratione tua iratum facere, sed ea pete tibi, quæ digna sunt & rege & Deo.* Idem, sed breuiùs Augustinus [c], *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Discerne*, inquit, *petitiones carnis tuæ à petitionibus cordis tui: petitiones carnis sunt quibus petuntur carnalia, petitiones cordis quibus postulantur spiritualia, quæ à Deo facilè consequemur, si à carnalibus fuerint separata.* Quamobrem si carnalia petimus, operæpre

6.

Cur si amat nos nostris non annuit petitionibus.

Luc. 11. 13.

7.

Psal.50.14.

a Orat. in sanctũ Baptisma.

b Lib const. monasticarum.

c In Psal. 36.

Separandæ sunt spiritua-

lia à carnalibus cùm postulamus, vel ad spiritualia debent iuuari.

pretium est periculũ cognoscamus. Nam si temporalia petenda sunt, præcipuè à Deo poscenda, quatenus ad spiritualia iuuant; & sicut tunc licitum est temporalia acquirere, quando ad æterna iuuant, sic etiã licitum est ea petere in oratione: & sicut quoad spiritualia & æterna certissima est promissio Domini, sic etiam rerum temporalium certa tunc erit impetratio. Verùm si terrena petimus vt peccata meliùs perpetremus ad satiandam cupiditatem, quorsum concedat Deus? imò paternè erga nos agit, dũ negat. Et hoc est, quod Iacobus aiebat, *Non accipitis eo quod male petatis*; imò in oratione, vt ait Ambrosius [a], in qua alij remedium consequuntur, nouum peccatum contrahimus. Hac de causa ridet Tertullianus [b] Gentiles, qui cũ in multis offenderent deos suos, multa ab illis rogabant, & in necessitatibus implorabãt. *Vos quotidie pasti statimque pransuri, balneis & cauponis, & lupanaribus operati aquilicia Ioui immolatis, cœlum apud Capitolium quæritis, nubila de laquearibus expectatis, auersi ab ipso, & Deo & cœlo*; quibus, ait capite sequenti, potiùs irritantes deos publica mala vobis impetratis: peccant igitur Gentilium more, qui bona postulant, vt in peccatis insumant. Veruntamen obiicies,

a Lib. 1. de Cain & Abel. cap. 9.
b Apologetico aduersùs gentes c. 40.
Tempore necessitatis & obsecrationis peccata abijcienda.

8. Si solũ spiritualia petenda, vel ea quæ in temporalibus ad cælestia cõducunt, videtur promissio illa ita restringi, vt nihil inueniamus petendum? Cæterùm vereor qui hæc rogat pusilli esse cordis & æstimationis, qui nihil inuenerit in illa promissione, in qua totus Deus est, & æterna bona. Eleua cor ad sublimia, & digna Deo. Ne putes cælum paruum esse, quia tu nec manu, nec sensu, nec mente potes comprehendere. Audi, quid promittit Deus? cæleste regnum. *Primum quærite Regnum Dei*; & cuinam dabit? petenti. Liberabit fidem datam Deus, liberabit vtique, sicut sacramento confirmauit, *Amen, amen dico vobis, petite, quærite, pulsate*. Quid insuper promittit? media omnia & auxilia necessaria ad hoc regnum obtinendũ; hoc est, quod ait, *& iustitiam eius*. i. opera sancta, per quæ impetratur; promittit insuper peccatorũ indulgentiã, tentationum victoriam, *Orate vt nõ intretis in tentationem*: ac denique perseuerantiam & præmia perseuerantibus palàm proponit. Quæ obsecro maiora poterant bona proponi, quæ æstimant sapientes super aurum & lapides pretiosos; qui ergo hæc, vt par est, æstimant, & de salutis negotio soliciti sunt, hi quidẽ promissa hęc plurimi faciunt, & libentissimis auribus eorum orationes excipit Deus. *Benedic anima mea Dominum, &c. qui replet in bonis desiderium tuum, en lo bueno esta es la dicha*. Secundò hoc satis erat vt promissio ista nobis facta magni haberetur, verùm contemnendum putas per illam liberum fieri ab omni tentationum incursu, si in nomine eius imploras, vt iam alibi expendimus; dum ad hæc verba adiunxit, *Cùm venerit Paraclitus, quem mittet Pater, &c. Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini*; faciens vtique quod maius omnium est, vt nempe à tribulationibus absque culpa emergeremus, reliqua quæ minora sunt non daret si oporteret? illud denique statutum sit cùm bonum aliquod temporale petimus, certos esse debere, aut nobis concedendum, aut minimè expedire nostræ saluti, & hoc apertè constat ex verbis Christi.

Altera obiectio sic petenda restringi, vt vix quid sit quod potamus.

Psal. 102. 5.

Non parum est liberari à tentationibus si in nomine Christi auxilia imploramus.

9. Claudam igitur hanc doctrinam vna aut altera re valdè obseruanda. Prima est, Deus semper audit orationes nostras; qui si postulatis non respondet, nec petita adimplet, desideria saltem & voluntatem explet, quia petimus; quia licèt per ignorantiam imploremus quod minus expedit, at verò voluntas bonum expetit, & hoc nobis Deus concedit, ita vt verum sit illud Psalmi, *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet*, & mirabili modo agit quod volunt negando id quod petunt, vt liquet exemplo sacræ Scripturæ, 3. *Reg.* 2. intrauit Bethsabee ad regem Salomonem vt loqueretur ei pro Adonia, & daretur ei Abisag Sunamitis in vxorem, & surrexit rex in occursum eius, adorauitque eam, & sedit super thronum suum, positúsque est thronus matri regis quæ sedit ad dexteram eius, dixitque ei petitionem paruulam: Ego deprecor à te ne confundas faciem meam. Et dixit ei rex: Pete mater mea, neque enim fas est vt auertam faciem tuam; quæ ait: Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor? Negauit rex petitionem, iurauitque per Dominum, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc. Quorsum apparatus ille & obsequia filij matri exhibita, si modò negat petitionem paruulam? Ratio est, quia, cùm maior natu esset Adonias, & haberet ex parte sua Abiathar sacerdotem & Ioab, si vxorem patris insuper daret in vxorem, cresceret potentia, & spiritus maiores assumeret, qui iam tumultum excitare cœperat, atque adeò postulationem matris contra mentem eius esse cognouit, & ita inquit, *Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? Postula ei regnum, ipse enim est frater meus maior me*, &c. itaque vt impleret voluntatem matris contrarium egit eius quod postulauerat. Hoc ipsum D. Paulo euenisse videtur, ter enim, hoc est, multoties & instanter petiuit, vt illa tentatio aut ægritudo carnis auferretur ab eo; cui dictum est, *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur*; quasi diceret Dominus, tu petis vt auferatur impedimentum tui profectus, putans esse hanc tentationem quæ & virtutem & gloriam meam, & prædicationem tuam impedit: sed contra se res habet, nam & virtus tua perficitur, & gloria mea ampliùs clarescit, dum te imbecillo & infirmo instrumento magna perpetro mirabilia. Itaque licèt tibi non concedo quod postulas, benè tamen quod intendis. Hoc charitatis genus aperit Christus Ioan. 16. 7. dum contristatis discipulis de eius abscessu sic affatur, *Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Ecce* (inquit Chrysostomus [a]) *quomodo iterum eos consolatur, non ego ad gratiam loquor*, inquit, *sed licèt maiorem in modum contristemini, quod expedit audiendum est. Vos vt adessem velletis, visu aliud postulas: diligentis autem est cùm vtilitatem cognoscit: no os hablo a sabor de paladar vuestro, ya lo hecho de ver; pero digo lo que os conuiene y lo que pide el amor, no el gusto.* Et licèt nihil luculentius dici poterat, hoc ipsum tamen ex Euangelio eliciamus, nam *Luc.* 11. ait Dominus, quando filio postulanti panem pater lapidem dedit, aut si postulet ouum, dabit scorpionem. hæc verba inuerso ordine intelligamus: Si puer peteret scorpionem, vt eo sicut cum passerculo lusitaret, eritne tam acerbus parens vt concederet scorpionem, & si lapidem ad percutiendum alium puerum posceret, annueret parens, &

Deus semper audit orationes nostras, quas si non implet, vota saltem & intentionem explet.
Ps. 144. 19.
Simile ex sacra Scriptura.

3. Reg. 2. 22.

10.
2. Cor. 12.
Vide Chrysost. hom. 5. in Genes.

Deus dum negare videtur petita cõcedit vtiliora, & quia ipse nouit opportuniora.

a Hom. 77.

Confirmatur ex Euangelio.

porri

porrigeret? absit. Amor ergo paternus non est omnibus postulatis acquiescere, sed vtilioribus, nam si quæ nocent concedit, odio agitur, non amore.

11.

Genus supplicij est nocitura concedere. Psal. 108. 7.

Vnde inferre licet quoties Deus his precibus acquiescit, & nocitura confert, genus supplicij inferre. Vnde vna ex maledictionibus peccatoris ea est, *Oratio eius fiat in peccatũ.* O vtinã Domine cùm ille tẽporalia ad iniqua opera postulauerit, oratio eius in peccatum conuertatur, hoc est, à te quasi peccatum reputetur, cõcedendo nempe illi postulata, *permitid que se lo de lo que pide para que con ello se ahogue:* quanto satius fuisset si Deus *Num.* 11. populo carnes poscenti denegasset, sed concessit in ira, vt escis interirent. *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei descendit super eos,* vt grauiter ponderat Greg.[a] Vnde beneficium est, nobis postulata aliquando negare. *Petebas* (inquit August.[b]) *mortem inimici: tristis es, quia non es exauditus contra illum: gaude quia non es exauditus contra te.* Vides quàm magna est Dei misericordia, noxia nobis aliquando non concedere? *misericordia est* (ait Bern.[c]) *hac in parte subtrahere misericordiam, quemadmodum ira & indignationis misericordiam exhibere.* Huc facit locus ille, vbi misit Dauid nuncios ad Isboseth, dicẽs, *Redde vxorem meam Michol, quam despondi mihi centum præputiis Philisthiim, misitque Isboseth & tulit eam à viro suo Phaltiel, sequebatúrque eam vir suus plorans vsque Bathurim;* in quæ verba Rupertus[d] ait, *Plorasse dicitur præ gaudio, eo quòd eum Dominus custodiisset ne tangeret eam;* ablatam enim sibi vidit occasionem cadendi, quod singulare Dei beneficium est, & ita plus confert, cùm nihil tale confert, & petita negat his qui eis abuterentur in Dei offensionem.

a 15. Mor. c. 12. Psal. 77. 30.
b In Ps. 85.
c Ser. contra vitium ingratitudinis.
2. Reg. 3. 14.
d Lib. 2. Reg. c. 12.

12. IV. *Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Etiam in hęc verba quæstio excitatur; quorsum Domine dum Deus æqualis es Patri, atque in terris sicut in cælo diuinitate præsentissimus es, in cælum aduocas petitiones nostras, & eas in Patris voluntatẽ remittis? an quia interclusa erat via cæli, & vix ad portum appellebant orationes nostræ, donec tu cælos penetrasti, sedem fixisti, & Patrem nobis reconciliasti. Ita sensit Ephesina Synodus[e], *Vt nostras preces Deo redderet acceptas, ipse primùm rem exorsus est, paternas aures hac ratione humana natura quodammodo aperiens dilatánsque, estaban se dentro del pellexo los tristes mortales sin osar orar oro Christo y su oracion los desempacho, abrio el cielo aplaco al Padre.* Cæterùm dum Patrem memorat, & ex amore Patris mortem obire dicit, erudit nos vtique, vt quotiescumque temporalia petimus, in Dei voluntatem remittamus. Hoc disertissimè Ioannes docuit. *Et hæc est fiducia quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus secundùm voluntatem eius, audit nos, & scimus quia audit nos quidquid petierimus: scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo.* Sed quia aliqui ægrè ferunt hanc conditionẽ, nẽpe *secundùm voluntatem eius petere* (nam ego quidem semper petita concederem sub hac cõditione quòd mihi grata postulent,) ideo notandum est, hominem plerumque negare rogata, vel quia non potest, vel quia non vult; quare si promitteret ea solùm donaturum, quæ ipse velit, vana esset promissio: sed cùm Deus & possit & velit omnia nobis profutura concedere sicut promisit, & solus insuper sciat quando nobis expediat, operæpretium erit omnia in eius voluntatem refundere, quod perinde erit, ac si in nostram vtilitatem remitteremus, vnde semper cum hac indifferentia voluntatis petendum est nobis, *Subditus esto Domino, & ora eum.*

Cur Deus vbique præsentissimus in cælo orari vult.
e Tom. 1.
Temporalia cùm petimus in Dei voluntatem refundamus.
1. Ioan. 5. 14.
Petendũ cum indifferentia.

Vna igitur vtilis & Deo gratissima erit oratio, vt in nobis diuina fiat voluntas, *sicut in cælo & in terra;* quam doctrinam ex duobus locis Dauidis eliciam. *Emitte* (ait Psal. 143.) *manum tuam de alto, & eripe me, & libera me de aquis multis.* Alter est, *Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me; & cum gloria suscepisti me.* In primo Psalmo duo poscit Dauid, primùm vt Deus manum extendat, secundò vt liberet eum à tribulatione. In Psal. 2. beneficia duo memorat, quæ his duobus orationibus ex æquo respondent: in vtroque autem loco quid nos postulare, quid Deum nobis concedere oporteat denotatur. Pete obsecro anima mea cùm laboribus oppressa es, *mitte manum tuam;* si enim quotiescumque in itinere in asperam viam & arduam incidis, vel præcipitia, & vestigium subinde fallentia offendis, summa Dei maiestas manum suam ad ea transilienda porrigeret, certè vt hoc inaudita benignitate frui liceret, patienter loca prærupta & difficilia frequentiùs inuenire gauderes. Cùm igitur in tribulatione posita es, manum Deus & auxilia confert, quam expertus postulat Dauid, *Extende manum tuam de alto: señor los arroyos de los trabaxos van de mar a mar dadme la mano y pasare.* In Psal. illo citato iam acceptam gratiam refert. *Tenuisti manum dexteram meam, vos señor me assistes mi mano derecha,* quasi diceret, non qualicumque ratione eruisti me, nec ego tenui te, sed tu tenuisti dexteram meam: sunt enim aliqui qui vt è difficili loco liberi euadant, manum quidem tenent Dei auxiliantis, verùm ipse non tenet eos, vnde fit vt cùm Deum tenere putant amittant, quia ipse non eorum tenet voluntatem: quod hoc exemplo patebit. Porrigis manum alicui fœminæ vt arduum vel difficilem locum pertranseat, & turpiter in eo cadit. O socordiam, quare permisisti vt caderet? excusas tu offensam, & bene quidem, nam illa tenebat manum meam, ego verò non tenebam illius manum, sed solùm ducebam, & innitebatur brachio meo. Similiter cùm in tribulatione & oratione diuinam poscis manum, porrigit quidem Deus, sed facilè cadis; quo pacto Domine hæc anima cecidit porrigente te manum? Respondit, hac de causa, nempe quia ipsa voluit tenere manum meam, à me verò teneri noluit; quando quæso ego teneo manum Dei, aut teneor ab illo? Respondet Dauid, *Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, tu bistes me la mano guiandome a vuestra voluntad.* Itaque cùm tu dicis Deo, da mihi Domine valetudinem & bona, apprehendis quidem manum Dei, & ducis quò tu vis, nempe in viã bonæ valetudinis, vel in prosperitatem: veruntamen cũ dicis, id vnũ Domine cupio, viã tuæ voluntatis inuenire, & tuo duci arbitrio, tunc teneri à diuina manu cupis, & non tenere Deũ, nec ad tua desideria pertrahere. *In voluntate tua deduxisti me;* cæco enim desiderio ferri solemus, & in dãna nostra properamus. Petit Rachel anxiè nimis filios, & accipit quidem, sed secundus vitã abstulit matri, cupit etiam Rebecca filios, & cùm duos habet in

13. *Orandum vt in nobis diuina fiat voluntas.*
Psal. 72. 23.
Nos à Deo conformandi, non è contra.
Simile.
14. *Nos trahere volumus diuinam voluntatẽ, sed quantum aberramus.*

in ventre angi cœpit, & dicere, *Si sic mihi futurum erat, quid necesse erat concipere?* Ita tu petis bonam valetudinem, & forsan bona valetudo consistit ægritudine. Fugiat igitur animus terrena, sublimia cum Christo petat, qui nostras paternæ deuinciat voluntates, & orationes ducat vt hîc gratiam, illic æternam impetrent nobis gloriam.

Gen. 25.22.

VERBVM SPIRITVS sancti. Apoc. 4. v. 1. & 2.

Ecce ostium apertum in cælo, &c. & ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens.

Triplex bonum in oratione perfectè inueniri persuadet, atque diuinæ prouidentiæ rationem erga homines ostendit.

DISCVRSVS LXXXVII.

I. ETIAM regia corona, in qua omnium rerum potestas sita est, terminos habet, & intra limites orbémque diadematis regia dignitas constricta tenetur. Probat rex ille omnium bonorum aggregatione perfectus, qui tamen bonum vnum vndequaque perfectum conflare non valuit. Potuit quidem Salomon *honesti boni*, excitare templum, & amplitudine, & opulêtia, & religione magnificum: in quo digna Deo obsequia ab omni tribu sanctè & impensè exhibebantur. *Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, ad confitendum nomini Domini.* Integrum fuit illi *vtili bono*, nempe in solatium populi, & remedium, thronum eburneum grandem ædificare, ex quo populum docebat, erudiebat, & in tranquillitatem pacis vocabat, multisque domesticis circumstipatus principibus, externos qui ad eum inuisendum confluebant excipiebat. Libuit etiam *bono delectabili* domum saltus splendidissimam viridariis, arboribus, turribus consitam & ornatam, excitare: ars & magistra natura in hoc opere poliendo decertarunt, amplissimæ fenestræ, quarum prospectus erant in pulcerrimam Hierusalem, & montem excelsum Sion, opacarum arborũ copia, florum distinctio, ordo & dispositio mirabilis elucebat. Cæterùm non valuit in vnum hæc tria bona cogere, quæ in humanis dissentire & rixari videtur; rara enim est honestas pulcra & religiosa, rarior vtilitas corporis, simul & animæ cum honore coniuncta, rarissima autem delectatio sine timore & formidine reperitur. Quod in domo saltus adhuc maximè liquet, in qua nequit rex oblectationẽ à formidine liberare, imò in ea turrim armorum instructissimam posuit, & duodecim millia custodum adhibuit, vt sapiens rex ostenderet humanam delectationem bellum secum trahere, maximaque in domo deliciarum prudentia & temperantia opus esse.

Etiam regia dignitas & potestas limites habet.

Tria eximia opera molitus est Salomon, sed complere non valuit.

Psal. 121.4.

Cautè sumēda oblectationes corporales.

2. Nequit Salomon ô Christe tria in vnum copulare bona, hoc enim in tua solùm diuina situm erat potestate. Atque adeò Ioannes cælum vidit apertum, & hæc in veri Salomonis throno simul collecta intuitus est. Vidit enim in primis templum Dei quod est cælum, & Ecclesia orationis domus, in qua sicut in cælo Deus, diuino cultu adoratur. Vidit secundò sedem Regis Christi, in eáque sedentem antiquum dierum, vultu splendido, similem aspectui lapidis iaspidis & sardinis. Huic regi & sedi eius aderant sedilia viginti quatuor, & super thronos viginti quatuor seniores sedentes circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ, vt denotet cultus iste Christi sacerdotes. Sed quia sapientissimi Regis thronus est, septem aderant spiritus prouidentiæ, qui gubernationis rationem etsi occultam & tectam, hominibus manifestant. Verùm vt liqueret ampliùs hanc esse domũ Dei, orationis, & beneficentiæ diuinæ sedem quatuor animalia diuinæ prouidentiæ signa præferebant, leo potentiam, hominis facies diuinam æquitatem, bos beneficentiã vsque ad sanguinis & vitę profusionem, aquila denique sublimitatem, dominium, sapientiam ac maiestatem præsignabat. Quasi per hæc nos admoneret, iam nihil ad delectationem desiderari, ex quo ex vna fenestra cælum apertum in prospectu est, nihil ad honestatem conuenientius, siquidẽ tale templum consecuta est religio, nihil ad populi vtilitatem opportunius, quam talem nactum fuisse Salomonem, tã præclaros ministros, qui insignibus & stemmatibus iustitiam, bonitatem, liberalitatem & Dei maiestatẽ prædicant. Et licèt hæc viua imago orationis bonum apprimè exprimat, spirat autem Euangelium, & verbis Christi hoc ipsum bonum persuadet. *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem.* Oratio templum est, in quo Patrem meum colitis, & patrem vestrum honoratis, maximè tamen cùm imploratis, & enixè petitis dona; sed non opus est ad ea impetranda, vt sicut in Salomonico templo multa animantium immolatio fiat, solum meum nomen pro omni sanguine effundendum est, *in nomine meo.* Secundò quia nihil vtilius filio quàm patrem adire, spei plenum, & ab eo remedia inopiæ & infirmitati expectare, ideo *petite, & accipietis.* Tertiò verò, quia nequit vita sine delectatione esse, petite veras delitias, *vt gaudium vestrum sit plenum*; quas delectationes nullus timor, nulla inuadit formido, sed in æternum producuntur. Habetis denique in throno eum Salomonem, qui corda nouit, & callet cogitationes vestras. *Scimus quia scis omnia, & quia à Deo existi*, habetis eum qui est plus quàm Salomon, qui in vestram vtilitatem sedem in terra fixit. Si ergo hæc tria bona in oratione sita esse persuasum manet, quis ab oratione poterit, si homo est, excusari?

Thronus Dei ad orationes suscipiendas.

Apoc. 4. v. 2.

Insignia domus Dei & orationis.

Ephrasis Euangelij.

Ioan. 6.23.

CARDO DISCVRSVS.

3. *Amen, amen dico vobis*, &c. In primis itaque quænam gloriosior laus, quod officium honorificentius orationi dari potuit, quàm templum esse amplissimum, in quo dignè Deus colitur, & adoratur? non enim multum interfuisset Deum cæli palatia condidisse, in quo eius elucet maiestas, & effulget gloria, nisi oratio genua flexisset in terra, & manus ad cælum leuasset; vt cæli conditorem coleret, hoc quasi notissimum signum diuini in terras aduentus dedit Isaias, *Ipsum gentes deprecabuntur, quando venis al que siguen los hombres y le adoran aquel es dios*; hoc enim cultu solus Deus dignus erit, quem tamen ab oratione acceptum referet. Sicut de suis idolis cecinit ille,

Qui fingit sacros auro, vel marmore vultus,
Non facit ille Deos, qui rogat, ille facit.

Oratio templũ Dei in quo eximiè colitur diuina maiestas.

Cap. 11.10.

Adoratio Deũ maximè decet & ea quasi indigere videtur vt cognoscatur.

Qui

Negat petita Deus vt homo noverit se. homine, non quia nescit ipse, sed vt homo nouerit se, & cesset à peccando. Petit arrogans & superbus agricola quasi debitam ex iustitia pluuiam, Deus verò vt aquam minimè mereri ostendat quid agat? *A simili.* id quod tu agis, cùm in amphoram testaceam oleum vel quid simile infundere vis: probas primùm vel quatiendo & pulsando an confracta sit, vel infundendo aquam, an per rimulas & occulta foramina diffluat. Sic ait Ambrosius, priusquam dona infundat cælestia & spiritualia, temporalem prosperitatem concedit; si verò diffluere contingat litibus, delitiis, conuiuiis, & ludis, etiamsi aquam, etiamsi panem, & multominus gratiam deuotionis postuletis, non dabit donec contineatis illam.

Negat dona vt vel sic pendeat homo ab Auctore suo. Quintus Augustinus delicatiùs rem causámque tetigit. Vult Deus vt illum adeamus orando, vt vel sic homo pendeat ab auctore suo, nec sibi confidat, nec humanum imploret auxilium, sed contineat se sicut filius qui paterna viuit manu, & omnia etiam minutissima ab illo expectat, sicque fit vt si prodigus filius & dissipator *Simile.* aliquid furatur patri, pater etiam necessaria subtrahit, dicens, nihil interest, multa clam mihi surripit. Ita similiter anteuertit solicitudo nostra boni parentis curam, & nos vndique munimus & instruimus necessariis, vt Deus supersedeat, & prouidere cesset, dum nos copiosè videt saturatos, & quæ petimus ad luxum & superbiam redundatura, *Iam saturati estis, iam diuites facti estis, ya estos estan a su gusto lo que piden les ha de sobrar no quiero darselo.* Hanc suam mentem & prouidentiæ rationem olim per Isaiam manifestarat, nam cùm dixisset in libro Iob hominem quasi siluestrem onagrum liberè vagari velle, nunc ait, *Laude mea infrenabo te, yo os domare y enfrenare con la oration con ver os obligado a pedir y depender, ne intereas, que os va la vida en esto*; ideo vt viuat & dependeat à Deo homo, tardat Deus postulata concedere.

13\. *Negat minora vt maiora concedat. Simile.* Sextus Nissenus quo solet acumine respondet. Negat aut subtrahit Deus precibus postulata, vt maiora concedat: sicut si princeps gestaret in manu vel florem vel annulū adulterini lapilli, quem dum peteret amicus, ille imperaret statim equum dari, vel quid aliud pretiosum, non parcus aut illiberalis esset erga illū; quid si quotidie retēto annulo maiora maioribus accumularet dona? vtrique cognosceret amicus opportuniús & consultius donum protraxisse quàm donasse. Petitis terrena & vana quæ Deus continet, & protrahit, vt spiritualia concedat, orationis meritum, longanimitatem, spem & alia; vos verò fallacia rerum allecti sordida & temporalia postulatis, ideo ait Iacobus, *non accipitis.*

14\. *Iacobi 4. 3. Protrahit Deus dona quia male petimus ex ignorantia. Simile.* Septimus D. Iacobus rem attigit. *Petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis.* Ignoranter petitis, & si non accipitis, non ideo querelas contra Deum moueatis, sed ascribite culpam ignorantiæ vestræ. Vnde contingit plerumque vos tribulationes vocare, quòd Dei gratia est magna nimis. Sicut si quis fratrem tuum exarmauit in via nocte concursantem, venit ad te nescio quis rem narraturus, excandes ad hæc, & ad vim & ad arma venire cupis. O scelus! ô audaciam, fratrem meum exauctorauit, eique arma diripuit. Siste, ait, nec enim rem attigisti, ille tuus frater ira turgidus te illo ense perimere, nisi obstitissem ego, venerat. Vis vt arma iterum illi concedam? tacet ille, & gratulatur, nam non exarmauit eum, quia frater erat, sed quia inimicus erat, qui mortem tibi intentauerat. Sunt itaque fratres, corpus & anima eiusdem parentis Dei optimi, filij, sed non eiusdem matris, qui etiamsi fratres sunt, hostili viuunt animo, & inimicitias gerunt. *Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem.* Gal. 5. 17. *Deus amicè & benignè subtrahit temporalia nocitura nobis.* Arma corporis ad oppugnandam animam sunt firma valetudo, bona terræ, honor & humana gloria, Deus verò amicè & benignè se gerens erga animam ne contingat offendere, aut offendi ab hoste, corpus denudat armis, valetudine, bonis, honore: tu ergo qui hæc commemoras, vide qualiter rem narras, ne querulus sis dum gratus deberes esse: nam si obmurmuras, & ais, tollit Deus salutē carni prouentus terræ, aquam temporaneam, videris certè errasse & ignorasse, est enim caro inimica tibi, Deus autem arma diripuit, ne tu offendi posses: narra ergo vt beneficium quod iniuriam & tarditatem putaueras, & hoc est quod euenisse Paulo narrat ipse, *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet.* 2. Cor. 12. 6. Et post trinam, hoc est, multiplicem precationem audit, *sufficit tibi gratia mea.* Paule inimicum tuum exarmaui, qui ad necem properabat tuam, satis sit tibi mihi gratum esse. O Domine, quales tibi gratias referam? placeo mihi in infirmitatibus meis, *vt inhabitet in me virtus Christi, para que no pierda yo la virtud de Christo por trayciones de mi carne.* Vides igitur quorsum in templo orationis septem hi adsunt spiritus prouidētiæ, vt ignorantias nostras pellant, & qualiter Deo adesse debeamus ostēdant.

Secundum opus *bono delectabili* molitus est 15.
Salomon, domum videlicet saltus pulcram, splendidam, & quæ amplissimis fenestris prospiciebat Ierosolymam, & amœnissima viridaria. Duo enim maximè in domo delitiarum necessariò ad oblectationem facienda decreuit, & fenestras, ex quibus cæli terræque prospectus pateret liber, atque lætissimus. Secundò vt fores domus amplissimæ essent ad inferendum commeatum, delitias, epulas, & quidquid domui regis opus esse videatur: sicut Noe, qui fenestram in arca fecit, & cubito consummauit eā, ostium autem arcæ posuit in latere deorsum; sic similiter Deus in delitiarum domo primò quod Deus præscripsit faciendum, fenestra fuit orationis; quod enim gaudij in anima esset, si hanc fenestram ad diuina contemplanda non aperuisset; opus quidem est ostium esse ad negotia temporanea, & munera corporis, & vt Martha de necessariis agat; lux verò, lætitia, æternorum memoria, per te cæli fenestra in animum inferuntur. Finge ergo tibi fenestram in illo regio viridario Philippi, quæ duorum illorum fluminum concursum prospicit, deambulationes, areas, fontes faunorum, & Nympharum effigies, quæ vix potest referre lingua, nedum describere calamus. Quid de fenestra orationis referam, quos habet prospectus, quod cælum, quæ mysteria, quæ veram Ierosolymam respicit. *Haniase de oluidar el grande Salomon de darle al alma ventana y miradores del cielo esa es la oracion no veis de ay aquella celestial Ierusalen mirad que alta que rica que llena de ciudadanos, mirad a quel rio de deleytes, alli en aquel rio de christal no veis los trabaxos pintados y que no pesan al rebes de*

de los deasa antipodas parecen nuestros , no veis al bienauenturado y alos Angeles como se entran en aquel mar de gozo sin perturbarle , mirad que sopla vn venteccito y mare del espiritu sancto y cantan aquellos coros y tienden las alas los cherubines y se dan parabienes aquellos arboles acopados llenos de gloria y de luz mirad aquellas riberas verdes y el rebaño de los castos que siguen al cordero que se differencia en vn collar colorado que lleba de carme si de amor al cuello como lleba a sus virgenes al abrevadero que les prometio : no veis alli los deleytes limpios alli se abraçan con su dios y son castos alli sedan paz y son virgenes. alli se ven todos el espejo charo del verbo sin offender se. que los años los olmos de los confessores los cipresses a busados de los hermitaños laureles de Martires palmas Apostolicas , &c. *linda ventana.* Considera Danielem futura & diuina summa cum oblectatione contemplantem, cæterósque Patres, *qui gustauerunt bonum Dei verbum, virtutésque sæculi venturi, dioles el viento del nueuo mundo de la ley de gracia en la ventana de la oracion.*

16. Tertiò *in bonum vtile populi* thronum seu tribunal extruxit, ex quo iudicabat,& maiestatem suam proferebat. Voluit enim Christus, cuius hæc vmbræ erant, tribunal in Ecclesia constituere iudicis, qui secreta cordis rimatur, quod non datum est Salomoni, at apud istum iudicem sola oratio & deprecatio ingressum & gratiam habet, ab illa iræ & vindictæ diuinæ sedantur, & prohibentur, ita vt eum quadam die excandens in vindictam properaret, tacere fecit orantem Ieremiam. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te.* Græcè, *ne teneas me*, sola enim oratio ad hoc potens est. Videte ô peccatores quàm blandè & facilè se verbis alligari posse, ait Deus, capillis eum deuinxit Magdalena, lacrymis flexit, osculis deliniuit, ibi maximè thronus iste commendauit laudem eius, & de ipso prædictũ est Ierem. 31. 23. *Adhuc dicent verbũ istud in terra Iuda: Benedicat tibi Dominus pulcritudo iustitia, mõs sanctus*; quid enim pulcrius quàm furem ad suspendium ferre: hoc agit oratio vt peccator in seipsum desæuiat. Ideo de hoc throno Salomonis Hebræus aiebat, *Sedes iudiciaria simul cũ tẽplo & altari ad robur cõfecta sunt, & clypei loco, sicut turris eburñ.* Solus verus Salomõ Christus hæc tria in oratione cõiuncta ad honestatẽ, vtilitatẽ & delectationẽ dedit.

NIHIL PRÆSTANTIVS GRATITVDINE,
nihil ingratitudine iniquius homini posse contingere suadetur.

INSTITVTIO XXX.

ETsi gratitudinis bono nihil à natura illustrius, nihil ingenio hominis dignius acceperis: verùm cùm tot sint tibi recolenda beneficia, quæ præparauit Deus diligentibus se, & quæ naturæ captum superant, non ab illa, sed à Deo largitore optimo spiritum postula, quo, vt ait Cassianus [a], ineffabiles Deo gratias cum immenso gaudio spiritus noster instigatur effundere. Nam ideo D. Paulus illud inter reliqua beneficia diuina memorat. *Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis*: mundanus enim spiritus temporalia æstimat, hic verò almus Spiritus æterna omnibus anteferenda docet. Verùm vt gratitudinis nobilitatem & necessitatem agnoscas, ingrati animi notam viuis illis coloribus, quibus ex opposito descripserunt Patres, tibi fugiendam proponam. Quamobrem priùs quò Dei peruenerit in largiendo bonitas contemplemur, vt inde quò progressa sit ingrati animi iniquitas aperiamus. 17.

(Margin: a Collatione 9 c. 14. & 15. — 1. Cor. 2. 12. — SCOPVS INSTITVTIONIS. — *Spiritus gratitudinis instigat nos ad gratiarum actionem.*)

Deus etenim qui à dando nomen obtinet, suam in largiendo declarauit non tam dominium, quàm Deitatem & bonitatem, quare cùm Iacob sibi auxiliatorem Deum futurum sperat, & credit, sic fidem suam confitetur. *Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersúsque fuero prosperè ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum*; iam Dominum expertus sum, modò experiar, & cognoscam Deum meum: nam, vt bene notat Philo [b], multum vnum nomen distat ab alio, *Benefica potentiæ, Deus nomen est, regia verò Dominus.* & addit, *Precatur rem mirificam Iacob, volebat enim non amplius timere vt principem, sed amanter honorare vt bene meritum.* Vnde cùm errantes illi Galilæi sicut oues Christum pastorem iuxta mare sectabantur, abundéque saturati sunt, in hoc errarunt, dum eum quem Deum experti sunt, in principem extollere volebant, quem reuereantur & timeant. Iacob verò qui Dominum iam nouerat, nunc experiri vult Deum, à quo si hæc obtinet beneficia, satis clarè Deum esse manifestabit. *Erit mihi Dominus in Deum.* hoc ipsum & eodem argumento efficit Dauid, *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* 18.

(Margin: Gen 28. 20. — b Lib. de somniis. — Psalm. 15. 2. — *Beneficentia Deum maximè commendat & colendum exhibet.*)

Hieron. ex Hebræo legit, *Dixi Domino, Deus meus es tu: bene mihi non est sine te*, à te accepi omnia, nihil nisi à te habeo Deo meo; nemo enim nisi mortuus sit, inficiari hoc poterit, imò & mortui qui resurrectionem à te accipient, hoc ipsum fatentur, & à te acceptam gratiam referent. Nam hic sensus videtur illorum verborum Christi Domini, quibus silentium indixit Sadducæis, & resurrectionem mortuorum efficaciter comprobauit. *De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à Deo, dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob*; nunquid Dominus est Deus mortuorum? *certè erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei.* Duo itaque ignoratis, nempe Scripturas, in quibus Deus nomen obtinet à dando, nam Iacob tunc Deum suum fatetur, cùm ab illo beneficia obtinet panis, vestis, prosperitatis & vxoris, quibus bonis mortui non indigent; quare in eis Deus nequit se ostendere Deum esse, nisi in resuscitando eos: reuocatio autem ista ad vitam & mortuis exhiberi potest ab Omnipotente, & vos ignoratis hanc virtutem Dei, & omnipotentis, qui quod natura nequit, id potest mortuo præstare.

Etiā mortui acceptam resurrectionem referent.

Matth. 22. 31.

19. E vestigio tamen vt quantum malum sit ingratitudo dignoscas, eam contra Deum istum largitorem & datorem (sic enim vocabatur ab Hispanis *el dador*) insurgentem aperiam, exprobret illam Bernardus [a], *Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio: ingratitudo ventus vrens, siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ.* Et in alio sermone [b]; *Peremptoria siquidem res est ingratitudo, hostis gratiæ, inimica salutis, nihil ita displicet Deo, præsertim in filijs gratiæ, in hominibus conuersionis: vias enim obstruit gratiæ.* Radicem totius mali spiritualis vocat Augustinus [c]: Ego verò vile & turpe vitium, & vno verbo vitium excommunicatione & anathemate damnatum in sacra Scriptura appello: *vicio descomulgado y anathematizado en la sagrada escritura*; hoc enim significat quod in libro Iudith legimus post præclaram illam victoriam, quam Deus exercituum imbelli fœminæ dedit, grata illa tanto támque impari beneficio verè à Deo, non à suo imbecilli & infirmo brachio profecto, vt auctori tanti facinoris gratias referat, id quod quondam Dauid post deuictum Goliath fecerat, ipsa nunc denuo agendum decreuit, arma videlicet, & ea quæ Holophernis erant, galeam, hastam, ensem, loricam, gloriosa triumphati hostis spolia, gratitudinis ergò in templo dedicauit; verùm non solùm vt grates referat, *sed in anathema obliuionis, para descomulgar la ingratitud*: talia enim etiamsi grandia beneficia, statim in perpetua mundi obliuione iacent, nisi conopæum sanguine tinctum, & gladius quo victoria celebrata est, in publico loco proponantur. *luego se oluida de vna Iudith el mundo si no vee el pauellon bañado en sangre del barbaro enemigo.* Quam filiorum Adæ obliuionem vt damnaret, & ab Ecclesia eliminaret Christus, mortis suæ instrumenta, & memoriale sui passionis ibidem coram filiis suis proponi iussit in anathema obliuionis. Similiter etiam post celebre illud conuiuium, in quo Deum se ostendit Galilæis, vidit eos etiamsi gratos sic in obliuionem procliues, vt fragmenta panis colligi iusserit, vt saltem per tres dies in illorum memoria tale beneficium duraret. *Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant.* Hoc ipsum in augustissimo sacramento fecisse videmus, quod tali arte confecit, vt & beneficium sit, & beneficij memoriale, vt saltem iustis per tres dies duraret memoria, dum mundus insanit, & sicut Enos obliuiosus factus est, & obliuionem exploderent, & publico anathemate damnarent.

Monstrū ingratitudinis.

a Serm. 51. in Cant.

b De Euangelio septē manuum serm. 2.

c In soliloquiis c. 78.

Iudith 16. 23.

Vitium excōmunicatum & anathemate damnatum.

In obliuionem & ingratitudinem procliues mortales.

Ioan. 6. 12.

Quadraginta horarum oratio opportunè instituta.

20. Verùm plus videtur rem exaggerasse Bernardus, dum ait: *Nihil ita displicet Deo*; in primis enim Deum iniustum reputat, & ex inuidia iniuriosus est. Ponderat hoc Petrus Chrysologus [d], in ea verba quæ senior frater dixit patri iunioris, & perditi filij Luc. 15. *Nunquam dedisti mihi hædum vt cum amicis meis epularer?* Scis quid dixerit hic ingratus? lege obsecro ea quæ paulo antè in parabola narrantur, *Diuisit illis substantiam suam*, & forte potiorem partem dedit seniori, & cùm hæc viuens parens diuiserit, & non petita concesserit, *hædum sibi datum negat qui substantiæ partem totam tempore diuisionis acceperit, dize que no le a dado vn cabrito hauiendo le dado toda su legitima. Fratri inuidus animus gratus esse non potest patri, es tan grande mal la inuidia que resurte el golpe del hermano a ser desagradecido a su Padre.* Sed vlteriùs progreditur, Deo directè blasphemus est, vt ait Cassianus [e], *Non aduersus hominem, sed aduersus Deum, blasphemus extollitur qui nihil in fratre aliud, nisi bonum meritum carpens, non hominis culpam, sed Dei tantùm iudicia reprehendit, resurte la inuidia en blasphemia de Dios.* Cæterùm non iam Dei lædit potentiam atque sapientiam, sed deitatem, bonitatem, in qua maximè, vt vidimus, ipse gloriatur. Nam Deus noster non solùm alia à se largiendo

d Serm. 4.

Ingratus, inuidus & impius.

e Coll. 18. cap. 10.

Cōtra deitatem militat.

a Hom. 26. in Matth.

sostomus[a], *nos opere quidem ipso beneficiis eius quotidie perfruentes gratias ei nec sermone persoluere, & hoc cùm ista confessio in nostrum commodum iterum cedat: optima beneficiorum custos est ipsa beneficiorum memoria, & perpetua gratiarum actio; propterea & reuerenda ac salutaria illa mysteria, quæ in omni Ecclesia congregatione celebramus, Eucharistia*, id est, *gratiarum actio nuncupatur: sunt enim beneficiorum recordatio plurimorum, capútque ipsum diuinæ prouidentiæ ostendunt* *, (egregium verbum si ponderetur) *nósque faciunt debitas Deo gratias semper exsoluere.*

Aliena item & communia beneficia propria reputare solent sancti; sicut cùm 26.
Moyses Deo canit ob beneficium omni populo factum, & Paulus Galat. 2. 21. *Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me*; vbi D. Chrysostomus ait[b]: Quid facis ô Paule, dum communia propria tibi vendicas, quæque pro toto terrarum orbe facta sunt, tibi facis peculiaria, nónne Ioannes ait: Sic Deus dilexit mundum; non igitur pro te, sed pro omnibus tradidit, sed inflammatus Paulus Dei desiderio, hunc in modum loquitur. Per hoc etiam declarat par esse vt quisque nostrûm non minus agat gratias Christo, quàm si ob ipsum solum aduenisset, nec enim recusaturus erat vel ob vnum tantam exhibere dispensationem, adeò singulos homines pari charitatis modo diligit, quo diligit orbem vniuersum; vide quale onus super te tollis. & ideo concludit vbi suprà: *Agamus igitur gratias non ob propria tantum, verùm etiam ob aliena bona, hoc quippe & à terrenis liberat, & transponit in cælum, atque ex hominibus Angelos facit.*

* *La cabeza de la diuina prouidencia, tan escondida, dize que vemos o lo principal de ella, en los sacramentos porque aunque de vna persona no veamos manos ni pies basta ver la cabeza, y los ojos y a donde tiene la mira, a si aunque esta es condidissima la diuina prouidencia y no la a sustentar vemos ni las manos ni los pies de sus caminos, mas en el Sacramento del Altar vemos lo la cabeza, y los ojos pues tiene ojos nos, alma y cuerpo, y quien nos da esso quando se ausenta, no nos oluida en lo corporal estando ausente.* b Ibid. ad Galat.

VERBVM PATRIS.
Tobiæ 11. vers. 13.

Ephes. 3. 6. Colos. 1. 26. & c. 17. ad Hebr. 8. 5. & c. 10. 1.

Tunc sumens Tobias de felle piscis, liniuit oculos patris sui.

Regis Christi sacramenta homini reuelat, & alta mente æstimanda quæ in sua passione gessit per se & per Angelum Christus edocet.

DISCVRSVS LXXXVIII.

1. MIRARI solemus quoties principes in ignobilem aliquem pagum relicta aula se conferunt, & noui aliquid suspicamur: neque enim res communis & peruulgata esse potest, quæ sapientes & vrbanos in sui admirationem rapit. Quare cùm D. Paulus aulicos regni cælestis silentio & arcano in nostram Ecclesiam aduentare viderit, quid Angeli in pago nostro spectare desiderent, discutere opus est. *Omnia* (inquit) *creauit Deus, vt innotescat principatibus & potestatibus in cælestibus per Ecclesiam. Dios les dara que ver, y de que admirarse a los Angeles.* Quid? *Multiformis sapientia Dei.* Sic alta, sic sublimia, sic varia mysteria in vna Ecclesia operabitur sapientia Dei, vt Cherubinos ipsos ingenti admiratione defixos teneat, dum noua illis sapientiæ arcana & abstrusa mysteria spectanda proponet. Nam in primis certum est, Angelos non cognouisse à principio creationis quidquid peculiare est mysteriorum nostræ fidei; sed postea per Ecclesiam, & præcipuè per Christi Domini instructionem plene fuisse edoctos, vt Doctores, & summi Theologi docent *: & omnium magister Paulus[a], qui mysteria fidei appellat *Sacramenta abscondita à seculis in Deo.* Quid ergo est in tugurio nostro tantis spectatoribus dignum? Respondeat D. Gregorius Nyssenus homil. 8. in Cantica. Nam in prioribus temporibus solam simplicem ac vniformem Dei sapientiam supramundanæ potestates nouerant, conueniente quadam ratione miracula rerum in natura perficientem (neque enim quidquam varium erat in iis quæ sub aspectum cadunt.) Hæ autem species sapientiæ variæ, quæ ex rerum sibi aduersantium nexu constant, nunc per Ecclesiam clarissimè sunt edoctæ. Quæ sunt istæ, Doctor sanctissime, res profundæ & admirabiles? Respondet. 1. *Qui nimirum sermo caro fiat.* 2. *Qui vita cum morte misceatur.* 3. *Quo pacto vibice propria vulnus nostrum sanet.* 4. *Qua ratione per imbecillitatem crucis potentiam aduersarij sternat.* 5. *Quemadmodum patefiat in carne quod cerni non poterat.* 6. *Quo pacto captiuos redimat, ita vt ipse tum emptor sit, tum pretium fiat.* Hæc omnia & quæ sunt huiusmodi, cùm sint varia & multi

Ephes. 3. 10.

Angeli à Christo Domino & ab Ecclesia in multis instructi sunt.

* D. Thom. 1. p. q. 57. art. 5. & 3. p. q. 12. art. 4. in, sed contra, ex Dionysio Areopagita. Durand. 3. dist. 13. q. 2. Bonauent. 2. q. 3.

a 1. Cor. 10. 11. Gal. 4. 24.

Summa mysteriorũ fidei, & PARTITIO DISCVRSVS.

multiplicia, per Ecclesiam didicerunt, & ad-
2. mirati sunt Angeli. Quare liber ille propheticus nuncupabitur, qui absc ondita mysteria futura Ecclesiæ sub ænigmate, vel sub specie historiæ continet: præcipuè si mysteria varia sunt, & multiplicis sapientiæ figuræ & argumenta. Hinc non solùm Apocalypsim Prophetiam appellat D.Ioan.Hieronymus [a], & Tertullianus [b], verùm etiam Tobiæ librum D. Ambrosius Propheticum appellat, *Lecto prophetico libro, qui inscribitur Tobias.* Prophetizare enim quid aliud est nisi procul fari, vel multo antè præfigurare & repræsentare, sicut de ossibus Ioseph dicitur, *ossa eius prophetauerunt*, hoc est, nostram de hoc mundo in cælestem patriam transuectioné adumbrarunt. Videte igitur prophetiam, videte mysteria noua, multiplicia, vmbras futurorum, in domo Tobiæ per Angelum adumbrata. 1. Ecce Angelus humano & peregrini habitu, Christum hominis habitu præfigurat; qui de mundi platea conducitur, vt adolescentis dux sit & comes. 2. Quos cùm piscis grandis inuaderet, vitam & salutem ex morte educit. 3. Perempti enim piscis felle oculos parentis medicatur. 4. Et fumo iecoris concremati extricauit fœdissimũ dæmoniorum genus. 5. Et ex assatis carnibus piscis viaticum cibum præparauit: cætera autem sale conspersa reseruarunt eis. 6. Omnibúsque officiis peractis solùm illis admonens, vt gratiarum actiones & orationes Deo referrent, surgens & auolans ab ipsis euanuit. *Benedicite Deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam.* Quòd si quis rogauerit vos, quorsum vnus de cælitibus aulicis in vestram domum descenderit, eam exhibete rationem, *Sacramentum regis abscondere bonum est: opera autem Dei reuelare, honorificum est. Secretos y designios de Reyes de la tierra es bien callarlos; porque solos otros Reyes los entienden, y no todas vezes son para bien de los hombres.*
3. Hæc autem quæ apud vos peracta sunt, cùm diuino mysterio sint plena, & post multa sæcula à Rege diuino reseranda, & à concionatoribus prædicanda, ego interim explicabo, vt & vos diuinas grates Deo referatis, & Deo laus non parua ex nunc accrescat in illa sæcula. Per eandem viam, per quam præire vidistis vmbras istas, lux & mysteria sacrosancta gradientur, & euangelica historia hæc Tobiæ obliterata lineamenta viuis coloribus illustrabit. Nónne vidistis magnũ Raphaelem Christum viatoris specie & habitu Ierosolymam ascendentem, & in itinere secretò de arcano mysterio colloquentem. Secretò ait illis, *Ecce ascendimus Ierosolymam.* Non videtis pergrandem piscem, mortem videlicet illum aggredi, vt inde vitâ donemur? *Filius hominis tradetur*, &c. non aspicitis qua ratione felle suæ passionis & tribulationis oculos cæci in via persistentis & inclamantis aperuit? *Iesu fili Dauid miserere mei?* Non attenditis quemadmodum fumo orationis & iecoris adustione & mortificatione, quas nobis ex sua passione quasi reliquias asseruamus, dæmonem ligat, vincit, pellit? non gustatis carnem illam piscis super prunas assati & asseruati, vt viaticum sit hominum in cælum properantium? Eucharistiam dico. Non videtis resurgentem Dominum, & faustissimo aduentu Patrem & matrem exhilarantem? *Tertia die resurget.* Hæc omnia mysteria abstrusa & recondita sigillatim perpendere opus est, quia iustus ex fide viuit *, id est, viuit & alitur ex verbi Dei cibo, & in doctrina Christi vitæ pariter præsentis & futuræ alimenta inuenit. Hæc igitur mysteria suo ordine, & vt historiæ Tobiæ & Euangelio consona sunt, sigillatim ponderanda sunt.

[a Lib. 10. contra Ioan. b Lib. 3. cõtra Marcio. c. 24.]

[*Historia libri Tobiæ vmbra Christi.*]

[Tob. 12. 1.]

[Ibid. 7.]

[*Accommodatur historia Euangelio.*]

[Matth. 20. 17.]

[* August. lib. 1. de ciuit. c. 1. & ibi Laurentius Valla.]

4. *Assumpsit Iesus discipulos suos secretò.* Iam incipiunt mysteria, & omnium maximum, secretò tamen, transigitur inter Christũ & discipulos suos. Quid hoc Domine? Raphael dixit, secreta regum terræ abscondere æquum esse; tua autem, hoc est, diuina patefacere honorificum esse. Quare ergo consilia & intentiones secretò tuis cõmunicas ducibus? timésne, ne fortè opera & machinæ belli dissoluantur & frustrentur, antequam belli extrema perficias? Times dæmonem aduersarium? Duas huius nouitatis causas afferam; primam ex diuina Scriptura, alteram ex Patribus. In lib. Gen. 18. refertur primò Deum ad arma venisse, & gladium aduersùs homines distrinxisse seriò & minaciter. Pergebat enim Sodomam exurere ob nefanda crimina: *dexaua el aparato de guerra todo adereçado en las ataraçanas del cielo, y mandado embarcar con priessa la poluora, municion y al creuite en gran cantidad; el fuego estaua ya en la cuerda, las gruesas balas hechas y amontonadas para disparar; los gastadores y artilleriza punto para bombardear aquellas torpes ciudades: la milicia del cielo en orden en quarteles y coronelias esperando la señal para el asalto; y vase Dios de camino a visitar a su amigo Abraham*, &c. omnia ad bellum necessaria comparata erant; tunc repentè in domum Abrahæ amici sui diuertit, sic tranquillus & placidus, quasi nullo furore accenderetur, nec vrbis excidium moliretur, habitu peregrini & viatoris cum amicis oblectatur. Lætatus est nimis Dei seruus; licèt enim populus multis scateat peccatis, & Deus irâ correptus in eorum supplicium pergat; cùm tu qui iustus es & timoratus illi deseruiens oratione & eleemosyna, vt Abraham & Tobias obuius illi occurris, placido vultu, & amoris signis te prosequitur; non enim gratiam Dei & amicitiam amittit iustus ob nequissimos quosque peccatores. Ezech. 18. *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, filius non portabit iniquitatem patris.* Deus longanimis est, *Dios tiene ancho pecho y anchas narizes, no se atufa como vos.* Si enim tu semel accensus irâ in famulum, nec vxori nec filiis parcis; omnes vultum tuum pertimescunt. Sicut Saul 1. Reg. 20. qui dum odio capitali fertur in Dauidem, filium etiam suum lancea perimere intendit. Diuinum autem
5. cor latissimum & misericors, etiamsi irâ efferueat in peccatores, tunc pariter blanditiis & amore fertur in amicos; sic pingit Dauid iratum Deum Psalm. 17. 9. *Ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo, & intonuit*, &c. & dum sic excandens irâ nullus superest amicus? Ego, inquit Dauid, ego amicus, *Misit de summo, & assumpsit me*, &c. Hæc enim etiamsi contraria videantur, in Deo sunt, *Quia cum electo electus eris*, &c. Cùm igitur Deus sic amicè versaretur apud Abrahamum, Messiæ aduentum ex domo sua & generatione sua promisit, & humani generis salutem per eiusdem filij passionem & mortem. Quid hoc Domine? Mirabar principiò te tam blandum & mitem esse cum amicis, cùm peccatores

[*Incarnationis mysterium cur arcanum & secretum.*]

[*Ira Dei non in sanctos & iustos.*]

[Psal. 17. 17.]

Digitized by Google

Deum esse monstrauit, sed seipsum tradendo omnem potentiam & thesauros exhausisse videtur. Quod indicant verba eius ad Dauidem, cùm omnia illi collata beneficia recenset, *etsi parua sunt ista, adiiciam tibi multo maiora.* Parua vocat Deus, quia nondum Dauidi seipsum dederat in filium, in Deum, in redemptorem: at ea est ingratitudinis malitia, vt non solùm Dei beneficia amittat, sed Deo quasi facti
Ioan.10.32. pœnitentiam moueat, ideo aiebat Iudæis lapidantibus, *Multa bona opera ostendi vobis à Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis*: itaque ingratis ait, *multa bona*
a De pœnit. c.2. *operæ, demaçiadas mercedes os he hecho*: vnde intelligenda sunt Tertulliani verba [a], *Ingratia hominum* (ingratitudo) *si etiam bonis factis pœnitentiam cogit, viderit & gratia* (gratitudo) *si captatio eius ad beneficiendum incitamento est, mire la ingratitud que mayor mal puede ser que obligar a Dios a que le pese de lo bien hecho, pœnitet me fecisse hominem; multa bona opera feci vobis.* Videat interim gratitudo quid boni ampliùs possit expectare quàm summo largitori incitamento esse ad largiendum.

Quasi ad pœnitentiam donorum [illegible] Deū ingratitudo.

Sed qua ratione pugnet contra deitatem videamus; quod nomen Dei gloriosius? 21.
Deus; quod munus Deo dignius? Redemptoris; quod donum excellentius? seipsum tradidisse. Vide quò progressa est ingratitudinis audacia. Cùm ad vos venerit ipse
Ioan.10.32. Deus, & Redemptor, hæc verba ab ingratis audiuit. *De bono opere non te lapidamus, sed quia tu homo cùm sis facis teipsum Deum.* O impudentia admirabilis, ostendit se esse Deum per opera, & de blasphemia volunt lapidare. O nouum genus ingratitudinis: ô peccatum noua ratione peccans, *peccado peccador*; hoc nomine nuncupat
Rom.7.13. Paulus peccatum quod lege abusum est, quam Deus in vtilitatem hominis concesserat, *per bonum operatum est mihi in mortem, vt fiat supra modum peccans peccatum.* In
b In orat. corā parente suo Greg. quo sensu declarat hæc verba Nazianzenus [b], *vt fiat supra modum peccatum peccans per id quod bonum est, mihi mortem afferens: no puedo hacer el peccado mayor excesso que llegar a hacer mal con el bien.* Lex enim Deos facit, ad quos facta est; *eos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est,* & cùm Deus eam vt viuant sicut dij dederit, peccatum lege abutens, mortem per legem intulit hominibus. *Ego dixi, dij estis, vos autem sicut homines moriemini.* Hoc igitur vocauit Paulus *peccatum supra modum peccans.* Si ergo legem in damnum conuertere tale crimen est, quale putas crimen Deo ipsi mortem velle inferre, eo quòd Deus esse dixerit, & per bona opera demonstrarit? *Ingra-*
c De beneficiis lib.3. c.1. *tus est,* inquit Seneca [c], *qui beneficium accepisse se negat quod accepit, ingratus est qui dissimulat, ingratus qui non reddit, ingratissimus omnium qui oblitus est.* Siste Seneca, iam nouum genus ingratitudinis fideles Christi inuenerunt, nempe ipsis donis in ipsum datorem abuti, & deitati ex diametro aduersari, & offendere quia dat, quia Deus est, quia dedit, quia daturus est: vale ingrate, ignoro enim quanta sis pœna dignus.

Ingratia pugnat contra deitatem.

Nunc iam de inserenda animis nostris gratitudine agamus. Et in primis leprosus 22.
ille qui sanatus est, & cæcus à natiuitate ad Christum antequam animæ salutem acciperent, confestim redierunt, vt ostendant homines etiam antequam iusti & grati sint Deo teneri ad officium gratitudinis exhibendum, vt cùm sancti non sumus, saltim vrbani & probi, ac sensum veræ gloriæ habeamus, vt in nobis agat aliquando honor quod virtus non obtinet: nam vrbanitas & honor viam ad virtutem parant,
d Lib.5. de ciuit. c.12. nec enim sine causa ait Augustinus [d], templum honoris Romæ via erat & transitus ad templum virtutis. Itaque cæcus & leprosus, sani & sancti videbantur solo grati-
e Lib. de plantatione Noe. tudinis ornamento honestati: nam, vt notauit Philo [e], virtutem gratitudinis ipsa natura fert, ipsa exigit; fertur enim, ait, antiqua fabula à sapientibus viris ad posteros per manus tradita. Olim cùm totum mundum opifex absolueret, quendam è Prophetis rogauit, num aliquid desideraret nondum creatum, siue in terra, & aqua, siue in sublimi aëre, siue in cæli extimo ambitu? Respondit ille, esse quidem perfecta & plena vbique omnia, vnum tamen se requirere laudatorem horum sermonem. Hoc responsum placuisse fertur, nec multo post exortum genus canorum. Ex cuius fabulæ authoritate discimus nihil esse Deo magis proprium, quàm benefacere, nihil item creaturæ, quàm gratias agere, cùm præter eas nihil rependere valeat. Nam siquid aliud retribuere voluerit, id inueniet iam antè non ad creaturæ offerentis, sed ad ipsius omnium creatoris possessionem pertinere. Hæc Philo.

Gratitudo etiam infidelibus propria & insita esse debet.

Nihil ita creaturæ proprium quàm gratiarum actio.

Præterea etiam cùm ad gratiarum actionem redierunt leprosus & cæcus, viam ad 23.
maiora dona accipienda aperuerunt, *ad locum enim vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant, salen para tornar al mar y aunque se vean llenos no se oluidan de el. sic*

Digitized by Google

tores inimicos plectere vis; nunc verò noua & contraria admiratione teneor, nempe cùm sic placidus & munificus sis erga iustos, vt summum omnium bonorum illis concedas, salutem videlicet, vniuersi vitam, & passionem filij, ira & furor superfit tibi, vt Sodomam destruas, & eò pergas statim rem perfecturus? Ita sanè, vt nouerit mundus sanguinem Christi sicut ad eximiam misericordiam est bonis & iustis, sic iniustis in seuerissimum damnum & supplicium vertetur: leuiori enim inferni pœna plecteretur damnatus, si Christus eius causâ non se morti tradidisset. Rupertus Abbas [a], *Promissio Christi sicut electis est in abundanti misericordia, ita reprobis in abundantia ira & iustitia. Es mina de misericordia la passion de Christo al Iusto, y es mina de poluora y fuego para el pecador.* Verùm vt hæc sepulta & obliterata non remanerent, cùm iam Abrahamum seorsim in campo haberet, dixit, *Num celare potero Abraham quæ gesturus sum, cùm futurus sit in gentem magnam & robustissimam? No me puedo contener siervo mio Abraham sin descrubrir os estos secretos.* Vis, ô homo, à Deo erudiri, illustrari mente, & in secreta & arcana sapientiæ eius vocari? Esto Deo amicus & fidelis, ideo hæres rudis, hebes, & ignarus in tuis libris, quia inimicus es Deo. *Multa abscondita sunt maiora his; pauca enim vidimus operum eius: omnia autem Dominus facit, & piè agentibus dedit sapientiam.* Ratio autem quare illi secreta pandit, ea est, *Quia futurus est in gentem magnam.* Attende Abraham, & tu saltem considera, qua ratione subtus ciuitatem illam ignis exardet, & cuniculos egerim sulphureo puluere plenos, vt in momento conflagret, cùm iam cadauer ciuitatis, cineres dico, videas, eleua vocem, filios tuos admone, *vt custodiant viam Domini, vt faciant iudicium & iustitiam, que sepan que me se enojar.* Ideo Ecclesiæ parentes admonet Christus de summa erga mundum misericordia, vt de ira pariter admoneant mundum, & misericordiam & iudicium Domino cantent, hoc est, vtrumque de Deo prædicent.

In peccatores resficit ira Dei.

a Lib. 8. in Gen. c. 1.

6.

Amicis Deus reuelat mysteria.

Gen. 18. 17.

Ignorantia occupat animum à Deo alienum.

Eccli. 43. 37.

7. Verùm est conueniens esse secretum mundo palàm facere, quare tamen arcanum & secretum mysterium solis Apostolis aperit, quod coram vniuersa Ierosolyma palàm fiet? Multa tamen sunt quæ in publicum prodent postquam facta sint; quæ tamen dum fiunt abscondere oportet, quemadmodum adnotauit Bernardus [b]. Poterat, inquit, Deus mysterium Incarnationis, dum in Maria patrabatur, aliquo signo ostendere, quo videlicet nec eius de desponsata ortus infamaretur, nec mater criminaretur. *Poterat vtique: sed non poterat latère dæmones quod scirent homines. Oportebat autem à principe mundi aliquandiu celari diuini consilij sacramentum; non quòd impediri posse ab illo metueret, sed vt temporis congruentias obseruans, non tantùm potentiam suam, sed prudentiam ostenderet.* Et quia hominem voluit reconciliare sibi eo ordine quo ceciderat; postmodum enim virum per fœminam vicit, & ita priùs à Virgine seduceretur, & postea à viro Christo apertè debellaretur. *Quid sapientius? quid dignius diuina prouidentia? vno tali consilio secretis celestibus & admittitur testis, & excluditur hostis, & integra seruatur fama Virginis matris.* Cùm quidam dux obsessum tenet castellum munitissimum, & muros percutere tormentis non valet, cuniculos agit ad mœnia castelli, & in secretiori terræ parte vim magnam sulphurei pulueris abscondit; quæ machina belli si non sentitur, neque contrariis cuniculis occurritur, ecce subitò igniculus puluerem succendit, dimouet terram, mœnia, turres, armatos homines in frusta concisos eleuat, proiicit, ac castellum totum in aëra transfert. Venit è cælo fortis ille armatus Deus, vt dæmonis arcem, & atrium munitissimum expugnaret: noluit tamen ad singulare certamen cum illo venire. *Era honrar mucho al demonio*, vt ait D. Leo [a]: sed nostram infirmitatem intuens, & vt secretiùs res perageretur, sub humili terra nostræ humanitatis, sub Virginis aluo sanctissima, viro desponsatæ, ignem diuinitatis supposuit. *Mysterium quidem absconditum fuit à sæculis in Deo qui omnia creauit. Nunca jamas se predico publicamente*; secretò Abrahamo dictum est, ne contrariis cuniculis quis suæ passioni occurreret, noctu Nicodemo manifestatum est, & sub specie serpentis, *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto*: & sub ænigmate etiam Pharisæis dixit, *soluite templum hoc*; secretò etiam discipulis communicat. Cuniculi excauatio secreta vsque in Caluariæ montem peruenit tacitè, vbi sepultus erat Adam (ita Basilius [b], & Augustinus [c]) vt morti Adami occurrere demonstraret, & tyrannidem dæmonis expulsurum. Signum dedit adhibendi ignem, *voce magnâ clamauit*; & Paulus, *Cum clamore valido*; & cùm vnio animæ & corporis rumperetur, *terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt.* Quis terræ tremor? quæ lapidum concussio? quæ murorum diruptio? quis dæmonum pauor? Ecce integer latro ad cælum inuolat; ecce sanctorum corpora surgunt è sepulcris, vna vox auditur, *Verè filius Dei erat iste. Veis al que se llamaua, filius hominis.* Ecce enim qui viatoris induit habitum, vt dæmonem ex eo regno pelleret; quid non debetur tuo amori Domine, huius arcani mysterij compositori? Morte dignus est reuera, ait Augustinus, *Dignus planè est morte, qui tibi, Domine, recusat viuere.* In quo duo notanda sunt. Sancta opera quanto sint secretò peragenda, quando mundum, cognatos, vel profanos homines timetis à proposito vos abducere conaturos. Hæc vota, desideria, eleemosynas, piorum operum legata quasi per cuniculos subterraneos tecta & abscondita tenete vsque ad præfinitum tempus. Secundò, nota quantum secretum Deus in re tanta prætenderit, quod Angelo forti Gabrieli commisit, secretum enim subticere Angeli est, & fortitudinis Dei. Secundò, post Gabrielem vni fœminarum Mariæ sanctissimæ; quis enim dæmon cogitaret (quia non attenderet) secretum summi boni apud fœminam asseruari, *Quien imaginara que auia de auer muger que supiesse guardar secreto?* Tertiò denique marito commendatur secretum; sic enim honori vxorum debent omnes consulere, vt neque dæmon (si quid noui accidit) subodorari queat. Quartò denique

Cur secretò vocat Apostolos Christus.

b Hom. 2. super Missus est.

Incarnatio cur secretò peracta.

Simile.

a Serm. de passione Domini.

8.

Incarnationis mysterium absconditum.

b Super c. 5. Isai.

c Serm. 71. de temp.

Matth. 27. 51.

Secretum seruat Angelus & Maria sanctissima.

Digitized by Google

denique Apostolis secretò rem grandem commendat, soli enim confessarij secreta seruare norunt; nulli alteri, etiam vel cognato secretum aperiatis. Ecce primum, quî mirum vt sermo caro fiat.

9. *Morti viam esse ad vitam secreti Christi.*

Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis, &c. Mysterium secundum, nempe mortem esse viam ad vitam, sic arduum erat, vt oportuerit Christum Dominum comitem itineris nobis fieri, & ideo ait, *Ecce ascendimus*, nemo vestrûm formidet, nemo despondeat animum, ad vitam pergimus. *Yo se bien el camino, animo viandantes.* Hoc existimo innuisse

Vers. 13. Dominum Ioan. 3. *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis qui est in cælo.* Attendite me optimè callere iter ad cælum, semper enim sum in cælo, fruitur enim anima gloriâ beatificâ. Quid inde? Duo maximè notanda, primum neminem melius vos ducere in cælum, quàm qui descendit de cælo *. Secundum, oportere obuiam nobis fieri mortem & piscem grandem. *Nam sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis.* Et quò nos ducit tua mors? in vitam. *Vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Vnde ex illa visione infert oportere mortem oppetere crucis, ne nos illam eandem gloriam amitteremus; ideo in illa turbulenta passionis nocte, cùm *Ioan.* 17. grauem illam orationem ad Patrem egit, sic in extrema oratione conclusit, *Pater iuste mundus te non cognouit. Al fin Padre el mundo no os conoce; ego autem te cognoui, yo si. Hæc cùm dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, solo yo soy bueno para guia, ego vado, venid conmigo, y vereis el misterio.* Ideo Christus vocatur *testis fidelis & verax*: quia ideo se libenter in mortem dedit, quia vitam æternam speculatus fuerat: ideo Paul. Heb. 12. 2. *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.* Quæ solatij causa erit nobis, Paule sanctissime? *aspicientes in authorem vitæ, & consummatorem Iesum: qui proposito sibi gaudio, viendo el gozo con sus ojos, sustinuit crucem, confusione contemptâ.* In quibus illa maximè notanda sunt verba, *aspicientes in authorem vitæ, & consummatorem*; eiusdem enim authoris est vitam semel dare, & eam reddere, & perficere. Sed quomodo dabit? *sustinuit crucem.* Per mortem vitam consummabit? O mysterium! ô magni consilij Angelus! quàm longè distant itinera & viæ tuæ à nostris! Hoc mysterium in gemmis illis Apoc. mysticè nobis declaratum est: nam iaspis viridis diuinitatis creatricis symbolum est. Smaragdus quartus est lapis, qui quartum articulum fidei, *passus est*, repræsentat, vt sentiunt Doctores grauissimi. Illud autem mirabile est, quod Theophrastus asserit viridem iaspidem esse smaragdi matrem; hoc est, illum eundem, qui author vitæ hominum fuit per creationem, eundem etiam per passionem inde ortam reparasse, & viuificasse quos condidisset; & illa creatio fuit quasi vitæ inceptio: per passionem autem consummasse vitam. Vnde vtrumque nomen huic opifici adiungit Paulus, *Authorem vitæ & consummatorem.* Ex quo mysterio duo in nostram eruditionem notanda sunt. Primum, sicut iter agentes aliquem libellum gerunt secum ad leuamen itineris, sic Angelum nostrum ad consolationem discipulorum narrationem texuisse passionis acerbissimæ, sciens quia iam proximè inuasurus erat illum piscis mortis, ideóque præparat illorum animos. Nolite timere, comes ego sum vester. *Si me persequuti sunt, & vos persequentur. Hæc autem dixi vobis, vt cùm venerit hora eorum, reminiscamini quia ego dixi vobis.* Ego dixi vobis rectâ vos tendere, cùm cruces multas obuias in itinere inueneritis, signum est non errasse viam, *Bien vamos, la guia dize, que por cruz, y afrentas vamos derechos.* Secundum, conueniens fuisse Christum Dominum summi boni comprehensorem fuisse simul & viatorem, vt nos ad tanti boni adeptionem excitaret, dicens: Ecce ascendimus. *Mirad que subimos al cielo, creo que se os ha oluidado.* Erubescenda res esset, equitem ad iter comparatum, equo, comitatu, & famulis, rogatum quò pergis? respondere se vtique nescire; iam memoriâ excidisse itineris finem. Quòd si eques iste Tobias esset, qui cæcum parentem, matrem plangentem, totam denique familiam indigentissimam relinquebat, cui Angelus comes fiebat itineris, vix domo pedem extulisset, & insipienter diceret, se nescire quò pergat, certè turpissimum esset. Videte Deum iratum, Ecclesiam plangentem, vos ventri, ludis, & luxuriæ vacantes; quid mirum suspicari nos omnino immemores esse, vos pergere Ierosolymam, visionem Dei, ideo non sine causa comes vester vrget & excitat nos, *Ecce ascendimus Ierosolymam*, ad vitam nempe per mortem.

Dux itineris nostri Christus etiam per mortem.

* Hic est Angelus ille descendens de cælo, Apoc. 10. qui amictus erat nube mortalitatis, verùm caput eius erat sicut sol semper videntis faciē Patris. Monet nos etiā si in mari, hoc est, gentibus mors

10. immineat & in terra, hoc est, in Iudæa illi crux parata sit; rectè tamen nos ducere in cælum qui descendit de cælo, & est semper in cælo, qui simul est beatus & comprehensor.

Christus nos per mortē ad immortalitatem perduxit. P. Alcaçar in Apoc. 21.

11. Ioan. 16. 14.

Tribulatio via ad cælum, non deflectamus ab ea.

A simili.

12. *Suis plagis nostra vulnera curauit Christus.*

Ad flagellandum & conspuendum. Iam tertium mysterium aperitur, nempe *vibicibus propriis vulnera nostra sanasse. Con sus llagas curas las nuestras.* Hoc in felle piscis adumbratum est: Angelus enim monet Tobiam medium scindere piscem, & in sacculo felle asseruare, cum quo visum parenti restituit. Hoc idem contigisse Euangelij refert historia: quia cùm cælestis medicus ascenderet, suas ærumnas commemorans, tunc cœci aperuit oculos, quasi innuens, si mundo lux affulgeat, si oculus ad cælestia contemplanda erigatur, hoc felle peragendum est. Moriar ego, vt hæc perficiantur. Impossible quidem est mortalem vitam degenti omnem amaritudinem, quam res omnes secum afferunt, penitus effugere, quia, vt aiebat Apuleius [a], *Vbi vber, ibi tuber, adonde està la leche està el veneno* *, & vbi mel, ibi fel, & in sapore dulciori latet amaritudo; quare maximè author naturæ prouidit, vt notauit Plinius [b], vnicuique piscium & animalium fel. *Inter omnia* (inquit) *communia animalium fel præstantius in effectu*, est enim vis eius excalfacere, mordere, scindere, extrahere, discutere. Secundum prouidit etiam fel medicandis oculis esse salutare, fel enim tribulationis & laboris animi oculos ad Dei & sui cognitionem aperit: vexatio enim dat intellectum, inquit Isai. Et inter iustos Iob exclamat, *Auditu auris audiui te; nunc autem* (hoc est, post ærumnas) *oculus meus videt te.* Domine

Labores oculos mentémque ad diuina contemplanda disponunt.

a Flo. 4.

* *Donde està el pecho, està el apostema y hinchaçon.*

b Lib. 28.

Cap. 18. 29.

Cap. 42. 5.

Tribulatio aperit oculos animæ. Domine visum recepi, cùm à te consilium af-
fligendi me audiui. Peccatores item cùm fel-
Ier. 2. 19. le amaricantur, ad se conuertit. *Vide quàm
amarum est, dereliquisse te Dominum Deum
tuum. Supote bien el pez del pecado, por quien
trocaste a Dios, pues prueua agora el acibar.* Et
scito non posse fugere amaritudines, etiamsi
à vero Deo ad falsos dæmones conuertaris, *No
està el negocio en mudar dioses, los de alla tam-
bien son amargos.* Venus num sine felle est?
Cupido sine tubere? ideo his minatur, dicens:
13. *Ecce ego cibabo eos absynthio, & potabo eos fel-*
Ier. 6. 15. *le, a buen bocado buen grito.* Septuaginta, *Ci-
babo eos doloribus*, alij, *aquis capitis*: hoc est, la-
crymis vituli, quem adorarunt. Mysterium er-
go in hoc est, Christum Dominum hanc se-
cretam medicinam nobis protulisse, tribula-
tionem visum dare, crucem lucem, amaritudi-
nem dulcedinem, & mundum cæcum ærumnis
visum recipere, & nouis oculis mortem & la-
bores intueri. Huius cæci experientiâ edoce-
mur; in primis enim labores illi præbuerunt
auditum: nam cùm de his ageret Dominus,
statim inclamauit, *Fili Dauid miserere mei*,
tu sine dubio es Messias ille, qui afflictos es
beneficiis cumulaturus, *Vos sois el que a puros
beneficios dareis ojos al mundo*: sicut Saulum
fideles insequentem ab equo deiecit, & ad
manus trahi quasi cæcum imperat: & ecce
subitò *ceciderunt squamæ ab oculis eius*, Act. 9.
& noluit textus noster præterire hoc, *& su-
stinuit* (Tobias) *quasi dimidiam ferè horam*, id
est, patienter pertulisse: pharmaca enim in-
cepta nocent, continuata curant: ideo admo-
Cap. 2. 4. net Ecclesiasticus, *Omne quod tibi applicitum
fuerit, accipe, & in dolore sustine.* Dixerat au-
14. tem paulo antè, *Suscipe verba intellectus, &*
Perseuerandū in tribulatione. *ne festines in tempore obductionis*, id est, in
applicatione medicinæ sustine. Rationem au-
tem reddit historia; quia quod longo tempo-
re non didiceris, breuissimè in tribulatione
perdisces: nam horæ nomine in sacra Scri-
ptura spatium cuiusuis rei denotatur, vt cùm
Magisterium tribulationis singulare. dicebat Dominus, *Cùm venerit hora eorum*: at
verò cùm de laboribus agit, dimidiam ho-
ram petit; scit enim lectionem, quam longo
tempore prosperitas, felicitas, & abundan-
tia non docent, magistra tribulatione quasi
per compendium breuiori tempore nos per-
cipere. *Con regalos haze Dios santos en mu-
chos dias, con trabajos en media hora.* Quare
tam vtile fel sibi asseruare iubet Angelus; in
hoc enim Christiani sapientia est, sicut Iob,
Cap. 7. 3. *Noctes laboriosas enumeraui mihi. No ha de a-
uer siempre cosecha de trabajos, guardemos ma-
las noches.* Ideo seruare oportet flagella, op-
probria, ieiunia, iniurias. *Necio es el mer-
cader que va a comprar mercaduria a tierra
a donde se lleua todo de acarreo, como si fuesse
a baxar prouision de vino para Indias a tierra
de Burgos o Asturias. No veis que lleuo ya
quatro alcaualas y passages a cuestas, y valdra
vn ojo de la cara? Ha se de comprar, si es pos-
sible, donde se hase; los libros en Leon o Am-
bers, la tapizeria en Flandes, los coseletes en
Milan, la especieria en las Malucas, las pie-
dras preciosas en la India Oriental, lleuar con-
tentas al cielo, locura; trabajos si, que no los ay
alla.* Cæleste quidem consilium eius qui de
cælo descendit: nam istæ merces in cælum ef-
ferendæ, vbi non suppetunt; in cælo enim
non sunt tribulationes: quare insignis stolidi-
tatis esset gaudia & secundam fortunam in
cælum efferendas asseruare, vbi summa feli-
citas est. Idcirco prudentes fuere illi Amale-
citæ, qui in Palæstinam venerunt *portantes* Gen. 37. 25.
aromata in Ægyptum, vbi non inuenieban-
tur. Ideo Angelus noster discipulos amaritu-
dine replet, & labores passionis reponere in
memoria cogit. Quare Domine hæc solici-
ta narratio? ideo nempe, *quia consummabun-
tur omnia quæ scripta sunt*: venient enim dies,
ô homo, in quibus confessionem, verbera,
lacrymas, & labores quocunque pretio non
inuenias, *Venient dies, in quibus desiderabitis* Luc. 17. 22.
vnum diem filij hominis: & huic stoliditati &
inertiæ aliam adiungitis, delectationes enim
sedulò acquiritis, emitis, seruatis, quibus pla-
tea cæli referta est: & fel relinquitur, quod
ibi quasi aurum diuenditur & æstimatur. Non
sic dulcis ille Bernardus myrrham & Chri-
sti amaritudines sibi asseruabat, & in fasci-
culum redigebat, & quasi puluinum odora-
mentorum & florum cordi imponebat. *Fasci-* Cant. 1. 13.
culus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera *Eluces sapientia medici diuini.*
*mea commorabitur. Esta hiel me dio la vista, esta
curò mis ojos, y mi hijo conocera a Christo; no
la quitare yo de mis ojos; la corona de espinas
en mi cabeça la pondre yo; vuestras salinas seran
mi afeite, vuestras sogas y cadenas mis faxas y
collares, y cabestrillos de mi garganta, vuestros
clauos en mis manos seran anillos y memorias de
vuestra muerte. El hierro de vuestra lança el es-
cudo sobre mi coraçon, vuestra hiel el colirio de
mis ojos, vuestro vinagre dulçura para mi pala-
dar; y vos todo saluador mio con el carmesi de vue-
stras llagas sereis la gala y el arreo de mi cuer-
po y de mi alma.* Vibicibus tuis mea vulnera
curabuntur. Hoc autem secretum mundus non
credit vsque adhuc, *sciet autem postea*: quod di-
xit Paulus, *Tanquam purgamenta huius mundi* 1. Cor. 4. 13.
*facti sumus omnium peripsema vsque adhuc. Ha-
sta el descifrar desta vida con la muerte, vsque
adhuc, no se acaba de entender el misterio de los
trabajos.* Postea tamen cæcus Tobias experitur
felle suo & vibicibus suis (vt aiebat Nissenus)
Christum vulnera nostra curasse.

Aliud mysterium non prætereundum est 15.
quod indicat Nissenus, *Qua ratione per imbe-* *Victoria dæmonis per crucem.*
cillitatem crucis potentiam aduersarij sternat. Quod
in alligatione dæmonis Asmodæi satis nobis
declarauit Raphaël. Sed vt meliùs intelliga-
tur Asmodæus, *ignem mensurans* nominatur,
Quis autem, etiam coniugatus, mensuram
in igne, vt par est, teneat? cùm D. Paulus
sæpè orationi incumbit, vt à tanto liberetur
aduersario. Quæ sæuitia eius qui septem vi-
ros interfecerat? quis locus immunis à dæmo-
nis titillatione? *Ascendam in cælum?* Quid mi-
rum si ascendat in lectum? Quare in textu
Græco, *in thalamo nuptiali* suffocati dicuntur
septem illi viri. Vnde verissimum est illud
apud Bensiram prouerbium, *Sponsa ascen-
dit in thalamum; ne quid ei euenturum sit no-
uit*: vt in lætissimis etiam rebus animi sem-
per modestam & sanctam solicitudinem reti-
neamus; cùm, vt ait Syro Chaldaico Bode-
rianus, *inter calicem & os multa soleant interci-
dere.* O quàm facile est, è summo gaudio in lu-
ctum summum transitio fieri; ideo nobis fumo
iecoris

Luxuria infamamenta diuina gratia & amore vitantur.

a 1. Cor. 12. 8.

b Ad Euſtoch.

c Caſſian. c. 6.

iecoris expulſum dæmonem prædicatur, vt licèt hoc nobis poſſibile non ſit, eſt poſſibile Angelis, & à Deo obtinemus multis adhibitis remediis. *Oratione*, quod fumus indicat, Paulus [a] docet, & admonet Hieronymus [b]; *mortificatione* reprimentes concupiſcentiam, *vota* nuncupando *propoſita, promiſſa*, ieiunia, Angelorum auxilio, quod & precibus obtinemus, & imitatione aſſimilamur [c], & ipſis gratiores ſumus. *Sacramentis*, quæ cócupiſcentiæ incendia refrigerant: quam enim ſanctitatem non inſerit; quos immundos ſpiritus non terrefacit panis illius ſacramenti vis?
16. nouum robur membris inſpirat, vulnera perſanat, & aduerſariis nos terribiles efficit *. *Pia meditatione* cruciatuum Saluatoris noſtri Ieſu: ſi enim figura paſſionis, nempe fumus ex iecore concremato, hircum iſtum, vt ſentit Auguſt. tanto metu percutit tot antè annis, quid ipſamet paſſio faciet? Tunc cùm hæc meditantur, pudet animam *ſub ſpinoſo capite membra eſſe delicata*, verbo Dei, etiam ſcripto, pellitur, quia aurea eſt ſententia Hieronymi ad Ruſticũ, *Ama ſcientiam Scripturarum, & carnis vitia non amabis.* Et loco citato, *Facito aliquid operis, vt te ſemper diabolus inueniat occupatum* †. Optima quidem hæc remedia: ſed tu, ô diuine amor, alterius amoris remedium es; iecur enim ſedes ſanguinis, & vis amoris eſt, &, vt ait D. Thomas, quibus hepar inflammatur, libidinoſi ſunt. Clauus ergo clauo educendus eſt, ignis igne, amor amore. Tu amor, pœnitentiæ vices agis, tu ardens ignis melius quàm aqua lacrymarum, & ſanguis profuſus rubiginem peccatorum aufers; tu corpus mortificas, ſuauiùs debilitas, & languere feliciter efficis. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. Tuam denique vim ipſum etiam terreum ſentitur corpus, Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea: ya no pienſa en otro mi carne ſino en vos, que ſerà mi alma?* Quid ſi ingruit tentatio, ſi pulſet oſtium, quàm generosè & gloriosè amore vincitur? non quidem reſiſtendo (in quo labor, difficultas, & periculum eſt) ſed fugiendo, vel ſe ſubtrahendo; ſic enim amor animum occupat, abſtulit, & in Deum transformat, vt cùm pulſat fores, & Paulum ad peccandum allicit, inquit, *Viuo ego, iam non ego, viuit in me Chriſtus. Errado venis, no viue aqui Pablo, ſino Chriſto.* In hoc ergo myſterium eſt, quòd amor carnalis prunis diuini amoris impoſitus fœdiſſimum dæmonem ligat *in deſerto ſuperioris Ægypti, (id eſt, longiſſimè,)* vt ab illo nihil poſſit accipere detrimenti, niſi Chriſtianæ diſciplinæ curâ abiectâ, turpes & ferinos amores rurſus induat.

* Chryſ. hō. 61. ad popul. vbi namque Dominicum ſanguinem viderint dæmones fugiunt, currũt autẽ Angeli. D. Cyprian. de natiuit. Chriſti circa finem, præclariſſima verba. S. Bern. ſer. 1. in cœna Domini.

† Vide Serariũ in Tob. c. 8 q. 15.

Amor amore pellitur.

Pſal. 62. 2.

Gal. 2. 20.

Pellit immũdum dæmonẽ amor Dei.

Tob. 8. 3.

17. Supereſt fidei ſacramentum, veréque myſterium, in quo illud, quod Niſſenus disertè notauit, effulget mirabiliter. *Quemadmodum pateſiat in carne quod cerni non poterat*; in Euchariſtia enim (altera nempe incarnatione) hæc mirabilia quotidie perficiuntur. Sic Paulus, *Manifeſtè magnum* vocat *ſacramentum.* Quid ais Paule? vocas ſacramentum, & ais eſſe manifeſtatum in carne? *Si es ſacramento como es manifeſto? in carne*, inquit, in panis ſpeciebus. Quid aſſeris? imò caro illum tegit, & accidentia abſcondunt & obtegunt. Minimè, ait Paulus, quod egregia comparatione natura ipſa nos docet. Quis enim ignem in ſua videt ſphæra? nemo; at ſi materiam corpoream arripit inter nubes, ecce fulmen iaculatum in terram, ecce fax ardens in manu. Anima item nónne inuiſibilis eſt per ſe, maximè ſi ex quo à Deo creatur, extra corpus eſſet? At ſi corpus informat, ecce eius opera, actiones, vox, mens, ratiocinatio percipiuntur. Sic hoc myſterium, etiamſi ſecretum & inuiſibile, manifeſtatum eſt in carne, in puero Ieſu in præſepio vagiente, faſciis & pannis inuoluto, in orbe illo breui accidentium panis immenſitas manifeſtatur, ardet amor; inflammat charitas, ac denique caro illius piſcis Chriſti Ieſu aſſeruatur in viaticum itineris noſtri. Sic explicat P. Chryſologus [a] in illud Luc. 11. 11. *Numquid pro piſce ſerpentem dabit illi? Erat & piſcis Chriſtus Iordanis leuatus ex alueo, qui carbonibus impoſitus paſſionum poſt reſurrectionem ſuis, id eſt, diſcipulis eſcam præbuit tunc vitalem.* O cæleſte myſterium ipſis etiam Angelis tremendum & admirandum! Age Raphaël, ediſſere nobis Regis ſacramentum; *opera enim Dei reuelare honorificum eſt.* Omnia (inquit Dionyſius Areopagita) in vnam Euchariſtiam, Chriſtus & opera & gratias aſſeruauit; in illa theſaurum donorum cumulauit, omnes amoris diuitias in arcã iſtam effudit: his autem ſecretũ & arcanum ſuperaddidit, vt inuentum theſaurum filios fortunatiores & hilariores redderet, & maximâ lætitiâ perfunderet. Sed dum illud abſcondit, illud manifeſtat. Quando enim parens theſaurum recondit filiis ſuis, ſic tegit, vt eiſ-
dem ſignis quibus tegitur, detegatur, *Con las* 18.
miſmas coſas con que le eſconde, da ſeñas a ſus hijos de hallarle. Ingens theſaurus Eccleſiæ Chriſtum nobis intereſſe velatum & tectum: ſic autem tegitur ſicut theſaurus; ſigna enim ſunt verba quædam, hoſtiæ forma, & calix vini. Infideles, quibus datum non eſt noſſe myſteria Regni Dei, prætereunt myſterium, quia ſigna non credunt; filij autem Regni eiſdem ſignis verè ibi latere Chriſtum fatentur: quare? Quia pater in extrema hora teſtamentum filiis condens diſertis verbis ſub his ſignis theſaurum repoſitum manere declarat: & Paulus apud ſe habere teſtamentum affirmat. *Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, Clauſula rodada, que deſde Chriſto a mi ha venido rodando*, Chriſtum ſub illis accidentibus latere. Quare cùm fides theſaurum aperit, hîc admirari, hîc exultare, hîc Deum benedicere. *Aqui es el paſmo, aqui es el aſombro.* Nobiſcum Deus? Chriſtus inter mortales? Ideo Chriſtus Dominus præmiſſa benedictione conſecrauit panem, & Paulus vocat *calicem benedictionis cui benedicimus, caliz de bendito ſea Dios, que es eſto?* Quid credo? quid edo? Ieſus eſus? *Manhu, quid eſt hoc?* quas gratias referam; *quid retribuam Domino*, &c. Imò tantum donum ſola admiratione venerandum, & ſtupore decantandum, ſic enim reuelare illud honorificum eſt.

Quomodo cerni poſſit in carne quod cerni non poterat.

1. Tim. 3. 16.

Simile.

a Serm. 55.

Chriſtus piſcis in eſcam fidelium.

Tob. 12. 17.

Omnia Chriſtus in vna Euchariſtia collegit & aſſeruauit, ſicut in theſauro.

Ignotus eſt infidelibus Chriſtus in Euchariſtia.

1. Cor. 11. 23.

Tertia die reſurget. Iam vltimum myſterio- 19.
rum ſigillum reſeratur, cùm pateſit hominibus non purum hominem eſſe Chriſtum, ſed Raphaëlem, ſed Deum, ſed immortalem. Hoc verbum mirabiliora & grandiora efficit reliqua myſteria, dicere nempe, ego qui reſurrexi, ego idem ſum qui ligatus, ſputis conſpurcatus, flagellatus, & cruci ſuffixus; ego qui vobiſcum labores & ærumnas pertuli, vixi, bibi, & carnem meam manducandam præbui. O ſtupor! ô omnium ſacramentorũ ſummè admirandum! Hinc nobis planum fiet, quò tendat myſtica

Myſteriũ reſurrectionis pateſit.

hæc

hæc & vera Tobiæ historia. Hîc iam soluitur ænigma omnibus gratissimum. Cùm enim venerandus senex nouâ lucis vsura frui videretur, filium item felici regressu & faustissimo aduentu matrem, se cunctamque familiam secundasse seorsim, vterque Tobias viatorem Azariam colloquuntur: Frater Azaria, quas grates, quæve dona referre possumus tantis in nos collatis beneficiis? sume tibi, obsecro, rei nostræ familiaris dimidiam saltem partem. Tunc subitò Azarias detegit se, & palàm asserit, *Ego sum Raphael vnus de septem qui adstamus ante conspectum Dei.* Quo verbo audito turbati sunt, *& trementes ceciderunt super faciem suam. Tunc prostrati per horas tres in faciē benedixerunt Deum.* Quæ noua stuporis causa est ista? illa nempe, quam textus ipse indicat; nam cùm conuenissent omnes vt de retributione Angeli tractarent, omnia beneficia ab Azaria suscepta in memoriam reuocarunt, quibus sigillatim commemoratis & subductis, hominis beneficiis satisfacturos putarunt, si dimidiam partem bonorum referrent. At cùm Azarias secretum aperiret, dicens, *Angelus sum Dei, mirad que os enganais que Angel soy,* tunc tanto magis beneficia æstimarunt ex personæ angelicæ dignitate maiori, & admirabundi proni

Finis & scopus historia Tobia.

Tob. 12. 18. & 19.

20\. in terram ceciderunt, stupentes & secum admirantes, Angelus Dei hæc nobiscum peregit? hæc beneficia contulit? sic mirabiliter hæc vox intonuit ad aures eorum, sic exterruit mentes, vt per tres horas prouoluti ad terram puluerem exosculantes Deum laudauerint, & grates immortales retulerint. Valete iam vmbræ, valete ænigmata, valete sacramenta obliterata; adest veritas, adest maiestas, adest verus amor, totaque Christi familia tantæ rei exitu præstolatur. O bone Iesu, æquum erat cùm nobis tua sacramenta manifestas, sic ea proponere, vt æqua lance ponderentur, & vt nostra fert tenuitas, soluantur & compensentur. Nam si hæc beneficia à puro homine nobis collata fuissent, facilè rationem subduceremus, & temporaneâ retributione redonaremus; sicque nos putabamus cùm te *filium hominis* appellabas, *& filius hominis tradetur:* at cùm seorsim conuenientes, & sedulò discutientes, tua beneficia, incarnationem, vitæ cum morte mutationem, visus restitutionem, passionem, dæmonis legationem, sputa, clauos, lanceam, crucem, carnem & sanguinem, amorem, omnes nos conueneramus, tibi dimidium vitæ & bonorum donaturos. *Quiero, señor, ser tanto vuestro como mio,* vitæ actiones, opera, tibi secundùm medietatem offero. *Expectate,* inquit, *ego sum filius Dei, qui tertia die resurget.* Quid audio? Magni consilij Angelus carne tectus propter me? manducans, sitiens, ambulans, vapulans, moriens propter me? æqualis patri in sepulcro propter me? O summa summi Dei beneficia, quàm magnificata estis in conspectu & æstimatione mea! Ecce Domine non dimidium bonorum, sed omnia bona, tibi viuo, tibi loquor, tibi viua sum victima tui amoris prunis, & cor meum impono; ardeat amor amore. Quis enim nos separabit à charitate Christi? à charitate Dei? à flagellis diuinis? à cruce diuina? à morte filij Dei? Quis me separabit? *Quia propter te mortificamur tota die.* hoc est, etiamsi Domine tali charitate cognitâ me morti, me vitæ, me æternitati mortificandum, assandum, crucifigendum tradas propter te; quid erit? etiamsi in infernum amandes seruum tuum istum, ibi ibi nomen tuum reuerebor, ibi genua flectam, ibi tremens & stupens dicam, *Benedictus Deus.* Deus propter me mortuus? panis vitæ? salus animæ? victoria dæmonis? comes itineris, moriens & resurgens? Os iam pulueri adhæreat, taceat lingua, meditetur cor, & grates referat pro tanta gratia, & speret post tot beneficia gloriam.

Mysteriorum Christi & resurrectionis gloriosa reuelatio.

Beneficia tāto maiora, quanto celsior est persona largiens, filius nempe Dei.

Rom. 8. 36.

Epilogus.

VERBVM FILII.
Luc. 18. vers. 35.

Factum est autem, cùm appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans.

Homini à cæcitate liberato amoris argumenta, beneficia mysteriaque pandit, & in suum obsequium ingratos arctissimo amoris nexu deuincit.

DISCVRSVS LXXXIX.

AD quod tribunal, aut iudicem (rogat Seneca) sistendum putas hominem ingratum? melius erit impunitum relinquere; 1.
quis enim sententiā dicet, aut pœnam iniunget ingratitudine dignam. *Sed cùm difficilis esset incerta rei æstimatio, tantum odio damnauimus, & interea relinquimus quæ ad vindices Deos mittimus,* nequeunt enim ad trutinam expendi beneficia, nec eadem æstimatione pensanda: quare neque æqua sententia possunt iudicari. Certè id possumus, nempe arcere eos, & excommunicare ab amore & corde hominum, & ab hac causa nos interim subducere, & inhibere, æterno iudici relinquentes. Hoc ipsum prosequitur *cap.* 7. Fac enim nos sententia velle punire ingratos, *huic vni legi omnia fora vix sufficient; quis enim erit qui non agatur? quis cum quo non agatur?* & quis æqua immo vna lance ponderabit tot beneficiorum diuersa genera. Donauit aliquis magnam pecuniam, sed diues, sed non sensurus impendium; donauit alius, sed toto patrimonio cessurus: summa eadem est, beneficium idem non est. Quædam enim beneficia vocantur, quia nimis concupiscuntur, quædam non sunt ex hac vulgari nota, sed maiora, etsi minus appareat. Dedit illi insigne religionis, defendit iugulo damnatum, quid vtilia suasisse! quid retinuisse, ne in scelus rueret; quid gladium excussisse morituro, quid assedisse ægro, & cum valetudo eius ac salus momentis constaret, excepisse idonea cibo tempora, & cadentes venas vino refecisse, & medicum adduxisse morienti. *Hæc quis æstimabit? donauit tibi domum, sed ego tuam supra te ruere dixi.* Quam denique diem dicemus ingrato? quam horam assignabimus? *Dic intra quod tempus deprehendatur ingratus;* qua pœna mulctabimus. *Minor beneficio vita iniqua est, par & capitalis. O quid, inhumanius quàm cruentos esse beneficiorum exitus,* ha

Seneca lib. 3. de beneficiis cap. 6.

Vix potest ferri sententia & pœna contra ingratos.

Seneca epist. 81.

ha trabaxo grande ensangrentar las manos que dieron el beneficio. Sed optimum incidit consilium, præscribamus illi vt beneficium cogitet,& erubescat. *llamemosle al tribunal de la verguenza, hagamosle pensar el beneficio. Sapiens omnia examinabis secum, quantum acceperis, a quo, quando, vbi, quemadmodum, cogitando enim aperies oculos, & hoc sufficit ad pœnam.*

SVMMA DISCVRSVS.

2. Si tu Ethnicus cùm sis (ait Bernardus [a]) nec tribunal, nec sententiam, nec pœnam ingrato homine dignam reperisti, cuinam iudici istam ego Deo & sanguini Agni eius ingratos mam si acceptorum beneficiorum ratio supputanda est, quisnam ea poterit æstimare? *Quanta igitur largiens est ad sustentationem*, nónne mensam terræ, & supercælestem panem in altari vides? *Quanta ad eruditionem?* Angelos qui te custodiunt intuere. *Quanta ad consolationem?* lege scripturas, exépla, orationem & Dei familiaritatem. *Quanta ex hoc iam ad correptionem*: nam eius passio quas affectiones non comprimit. *Quanta ad delectationem*, quæ solatia, quas delectationes. *Quod ergo sine numero est quomodo numerabo? sedebas ô homo in tenebrosis, & in vmbra mortis, per ignorantiam veritatis. Quid tibi debuit facere & non fecit? illuminauit cæcum, soluit vinctum, reduxit erroneum, reconciliauit reum.* Homini cui hæc deberes quas grates reddere æquú esset: Deo autem quásnam referre poteris? Audisti & percepisti verbum istud? quod manet tribunal, quæ pœna expectat, cui sententia obnoxius est qui Deo suo ingratus extitit, qui condidit, qui redemit?

a Serm. 14. in Ps. Qui habitat.

Quàm grauiori pœna digni ingrati Christi sanguini.

3. His omnibus respondebimus, considerato tantùm quanto excedit bonitas potentiam; potentia namque nascitur, & subsequitur bonitatem rei: propior ergo est, & magis innata bonitas, quod ex effectu liquet: nam si effectus potentia est sui timorem incutere, bonitatis est amare, & amari: quanto igitur præstabilius est amari quàm timeri? Hac de causa Deus magis vult bonitate, tolerantia, & beneficentia, quàm potentia debellare & vincere, *in vinculis charitatis traham eos.* Seruate verbum hoc, *Ego ingratos amoris vinculis deuinciam, oculos aperiam eorum benefaciendo, gratias eliciam ab eis, dura propter illos tolerando.* Antequam hæc in Euangelio intueamur, domum Tobiæ timoris Dei & gratitudinis scholam adeamus. Adhæsit Tobiæ adolescenti comes viæ eius Angelus Domini, habitu quidem viatoris iuuenis expediti, ex nobili tribu nati, nomine Azarias. Huic beneficio addita est liberatio à morte, viaticum itineris, pecuniæ recuperatio, fugatio dæmonis, nuptiæ cum Sara, faustus reditus, sanus, incolumis & diues, lacrymarú matris finis, cæcitatis patris remedium. Quorum vt rationem exigat, statim gratitudo ad tribunal sisti iubet vtrumque Tobiam, adfuerunt ambo, & Tobias senior expostulare cœpit, & actoris munus agere. *Quid possumus dare viro isti sancto qui venit tecum?* Cui accusationi iuuenis nihil quod respondeat habet, nisi memoriam beneficiorum refricare. *Bonis omnibus per eum repleti sumus, quid illi ad hæc poterimus digna dare.* Pater mi, ob vnum tantùm beneficium sic me obstrictum huic iuueni considerans dixi, *Si meipsum tradam tibi seruum, non ero condignus prouidentia tua*: nunc ergo quid pro tantis beneficiis rependemus, age rem istam ad tribunal iustitiæ deferamus, ipsa æquitas bona nostra qualiacumque diuidat, & illi conferat

Bonitas potentiâ excedit, in quo declaratur.

Historia Tobiæ finis & scopus.

4. Tob. 12. 1.

quod iustum est. Sed cùm ipsi ad forum iustitiæ rem deferút, en bonitas eos se coràm sisti iubet, & cùm solos secum videt, aliud insuper beneficium confert, oculos nempe mentis aperire, vt in Azaria non hominem, sed Angelum Dei conspicerent; *Ego enim sum Raphael Angelus, yo soy Angel del señor del cielo*; tunc ambo tanta admiratione perfusi sunt, & ad fragorem huius horrendi tonitrui stupuerunt, vt in terram prouoluti per tres horas attonitis similes hæserint pulueri, & grates postea & eximias Deo laudes decantarint. Eia etiam agite mortales, venite ad tribunal, non iustitiæ, sed benignitatis. *Benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit*, mundi enim cæcitas hac ratione tollenda est, nouis additis beneficiis, quare cæcos mortales felle suæ passionis inungit, & cæcitate liberat, dicens, *Ecce ascẽdimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia.* Respicite ad mea beneficia, *tradetur gentibus, flagellabitur, conspuetur, & occident eum.* Videte hos processus, has expostulationes, quorum rei estis, intelligitis? minimè Domine, *ipsi nihil horum intellexerunt.* O rustice & ingrate munde! Accede propiùs, aderat iuxta viam cæcus mundi cæcitaté repræsentans, vt ait Gregorius: accedit, & ad visú reducitur. Ego aperiam oculos tuos beneficiis. Aperuit oculos, & tali stupore perculsus est, vt ipse cunctúsque populus summas Deo gratias retulerint. Beneficia hæc sigillatim recolamus.

Ibid. 15.

Applicatio historiæ ad præsentia mysteria.

5. *Ecce ascendimus Ierosolymam.* Ostendit in primis, vt notat Euthymius, viscera amoris beneficiorum fontem, *vltroneã fuisse significat huiusmodi passionem*: quod S. Marcus indicauit, dum ait, *& præcedebat illos* IESVS, *& stupebant, & sequentes timebant.* Amor accelerabat, qué cùm non vident, sed celerem incessum, mirabantur, & sicut quadam die dixerunt Pharisæi Christum ad præcipitium ire, sic stupuerunt discipuli audita morte, & morte crucis, ad quam subeundam Ierosolymam properabat, sed nihil obstat eius amori. Finito cum Dario bello, & Monarchia comparata, fertur Alexandrum in Babyloniã iter fecisse, vt coactis ad comitia principibus coronã supremi imperij acciperet; obstat eximius Astrologus, cótrarios asserens esse astrorum aspectus illi itineri, timuit imperator, & aliquantulum diuertit ne iret in Babyloniam, donec astrorum influxus permutati mortem illi non minarentur: nam etsi magnus erat princeps, se pluris quàm regna sua æstimabat, & amabat. Erat iam Christus accinctus ad bellum Ierosolymitanũ, & huius viæ iam certiora astra & figuram præuiderat, & consuluerat; quare dixerat, *Non capit Prophetam perire extra Hierusalem.* Expecta igitur ô rex, mutentur influxus, vt enim tu dixisti, duodecim sunt horæ diei, & voluntatem prauam mutabunt sacerdotes: sed ô amor Christi mei, inquit Augustinus, & eo quidem ardentior, quo sapientior, *Sol cognouit occasum suũ, idest, Christus agnouit passionem suã, approbauit, expetiuit, ille enim non pateretur, nisi ei placeret.* Scire vis quàm præcognitã habuit mortem, etiã genus mortis sub gallinæ similitudine declarauit. *Hierusalẽ quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos*: nam etiam obsistentibus discipulis, & Petro, mortémque illi obiciẽtibus, pergit quasi in præceps tenerrimo amore gallinæ, *ecce ascẽdimus*; amat enim ipse potius Ecclesiam, quàm vitã suam. *Dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam, in odorem suauitatis*; & ita

Vltro & sponte Christus obiuit mortẽ.
Cap. 10. 31.

Luc. 13. 33. *Ad certam mortem properat Christus.*

Psalm. 103.

Matth. 23. 37.

Ephes. 5. 2.

Simile. ita quidem impletum, nam mors sua quoddam præcipitationis genus fuit ex amore natu. Nam gallina illud habet inter reliquas auiculas, vt ex nido suo nullum etsi alienum ouum & alterius formæ reiiciat, quod cùm minimè patiuntur aliæ matres, non illis quod gallinæ contingit, nã cùm inter oua aliqua anserum supponantur, fouet ea, excludit, & æquali amore eos pullos prosequitur, euenit tamen vt naturali instinctu pulli anserum in aquam migrent, & in fluuium properent: enè vestigio gallina accurrit, sequitur, & circum vndas sollicitè discurrit cæco & præcipiti amore, vbi ignara nandi perit, & vi fluctuũ orbata pullis vndis circũuoluitur, & fertur in mare. Creauit Deus Angelos quasi pullos verè proprios, & primogenitos, quos in sinu gloria fouet.

6. *Iob 38.7.* *Vbi eras cùm me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei.* Et quidem Deo quàm simillimi erant, immateriales, pulcri, sublimes, sed creauit alios, quos etiam adoptauit in filios, homines videlicet, *Nonne ipse est pater tuus qui fecit te, & creauit te.* Sed postquam in lucem edidit ab ipso nidulo ad fluctus laborũ & ærumnarum sudoris & mortis inuolarunt, quo flumine omnes rapiuntur, *flagellum inundans*, quos sic deperit tenerrima mater, vt cæco quasi amore eos in ipsis aquis tribulationis insequitur, & intrat passionis iniurias. *Ecce ascendimus.* Siste mater piissima, quid tua, si pereant illegitimi, turpes & alieni peccatores, siste parum vt ego amorem istum attentiùs & dulciùs contemplari possim. *Beneficia amoris vix expendi possunt.* Agens Seneca de his petendis beneficiis, in quibus amor & suauitas viget, ait [a], *Quis inter se ista comparabit? quis expendet? difficilis est sententia quæ non rem, sed vim rei quærit.* nam cùm tam ingens sit & inauditum beneficium Deú in mortem pergere, est in affectu quid præstantius, quid suauius ad gustandũ, quid altius ad æstimandum. Videtur mihi Christus instar genitricis quæ natum lactat suum, vna manu premit caput, & adhibet vberi pleno: altera arrigit aureos capillos, & buccam digitis blande cõponit, & ad sugendum aptat, & dum sugentẽ placidè videt, gestũ facit, vel clamat, gratulatúrque insano amore perculsa. Hó mi fili sugat amor meus dulce lac, prosit infanti mei lactis haustus & amor. Quid ais ô fœmina, nónne catulum admotum habes vberibus qui tibi vitã cum lacte adimit, sanguinem & substantiam sugit? certè immemor erat omnino benigna mater. Si puer quæso rationis trutina posset hæc duo pensare, lac & amorem, vtrum eorum pluris æstimaret? O bone Iesu nutricis & genitricis amorem superans, qui cùm putabam cogitando saltẽ immensa tua beneficia ponderare, vitam, sanguinem, mortẽ, redemptionẽ, non rem, sed vim rei expendere, non beneficia, sed amorẽ æstimare iubes, nullo pacto considerans, quia tibi vitã adimo. O latus amoris plenũ! ô fons dulcedinis, in te labia mea collocabo, non tam vitam quã ex te haurio, quàm amorem quem in te percipio: hũc amorẽ festiuè prosequitur, hunc fontem bonorum manifestat.

a Lib. 3. de beneficiis cap. 7.

Simile.

In Christi dono potius amor & affectus pensandus est.

Ephes. 5.2. *Dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis.* Pondera, si potes, flammam illam ignis, *dilexit*, & expende postea passionẽ, & suiipsius traditionẽ.

7. *Et consummabuntur omnia.* Amor vorax, ardens & consumens. Hoc ex Augustino [b] accipe, qui ponderat eleganter quàm concinnè & opportunè ad amorem Christi fercula passionis oblata sint, nouerat enim Pater amoris calorem ad digerendum & exantlandũ dolores, & tribulationes. Magnis principibus fercula inferũtur operta, ad eius conspectum deteguntur. Omnes prophetiæ fercula erant epularũ, quæ nostro Principi condiebantur; quare crassiores nostras epulas fastidiebat. *Ego cibum habeo quem vos nescitis*, nescitis, inquã, quia adhuc fercula operta sunt. Sed age mi Princeps, bono animo esto, iam instat tẽpus discooperiendi ea, nec buccella relinquenda est, nec flagellum reiiciendum, nec alapa fugienda, nec gutta sanguinis retinenda, nec denique fellis pars & calicis mortis respuenda. Expecta Princeps (ait Augustinus) iam fercula inferũtur. Patriarchæ Iosephũ venditum vili pretio offerunt. Inter Prophetas Isaias sua probra & ærumnas barbam vellicatã ostentat, Isaac ligna mortis gestat, Abraham agnũ spinis irretitum & hærentem ad macellum ducit, Dauid nouum amoris missum, ferreos clauos, fel item amarum inducit. Ferrũ hastæ Zacharias, Ionas piscem grandem præsentat sepulcri typum & vmbram, quid tandem, certè fercula per quatuor millia annorum nõ cessarunt intrare, quãto tempore mi Domine hæc à te deuorãda & digerenda erunt? *consummabuntur omnia*, & viginti minus horarũ spatio iam omnia comedã, & consummabo? O amor ineffabilis! ô viscera amoris plena. *O regolfo de amor! ô ardiente charidad.* Rem grandem vt potero explicabo. Si regius architectus, qui ingentia palãtia vna tantùm die describere & delineare solet, viginti annis ædificanda, si in primis lineamentis alicuius palatij exprimendis viginti annos desudaret cogitando & describendo, quãto putas tempore tota moles cõstrueretur, mille annis nondum consummaretur. Si ergo tuæ passionis descriptio per quatuor millia annorum atque amplius durauit, nõ ab vno, sed à tot Prophetis & architectis delineata, certè Domine ad excitandũ tam immensum opus, mille alteri anni quasi dies vna reputabũtur: tantus tamen fuit amor, tanta solertia, vt viginti horis tota ista moles consummata sit, amor enim tuus extẽsionem temporũ intensione charitatis cõpensauit. *que de agua trago ese regolfo y rueda de amor que hauiendo dicho: omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt, no lequa donada al amor en veinte horas que haxer y dixo, consummatum est: consummabuntur omnia.*

b Lib. 16. de ciuitate Dei.

Ardens & vorax Christi amor.

Ioan. 4. 32.

Simile.

8. *De filio hominis.* Constantiam amoris hoc verbũ designat, vt ponderauit Ericius [a], *vt videlicet nobis ad memoriam reducat quid pro nobis factus sit, nec pœnituisse facti.* Principiò enim non solùm nobis, vt notauit Basilius, sua nomina dedit, Deos, filios Dei, lucem nuncupans, sed nostra etiam sibi assumit *filius hominis*, & quasi cum dilectissima sponsa annulos commutat: vt sicut spõsa dolet, maximè cùm annulum sponsaliũ amittit, quasi primũ amoris signum: sic decet animam nomina à Christo accepta retinere, ipse enim nusquã deponit, nec amittit nomen à nobis acceptum, *de filio hominis. el condenado el sentenciado el obligado a pagar. Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit*, id est, sacrificium pro peccato. Et certè intelligentiùs adhuc cecinit Dauid. *Longè à salute mea verba delictorum meorũ.* Ægrotat adolescens, & mater cum ipsa pariter infirmatur, amor enim socios facit malorum amantes, rogatur mater de valetudine filij, quomodo vales? Respondet ipsa, malè quidem, non quia ipsa verè ægrotat, sed quia deterius se habet

a Tom. 1. primæ partis Quadragesimæ. biblioth. homil. …

Constantissimus amor Christi.

2. Cor. 5.

Psalm. 21. 2.

Simile.

bet filius: sic Christus materno amore ait, *Longè à salute mea verba delictorum meorũ, lexos estan de prometerme saluã las voces de mis delictos.* Vide Domine, quia tua nõ sunt. Ita est, verùm quid præstat etiamsi fideiussor affirmet se cõsumpsisse illa bona, nec debitum ipse contraxisse si seipsum vadem constituit, soluet quidẽ. Ita Christus Dominus propria sibi nostra crimina fecit, nõ quia ipse perpetrauit, sed quia vadem se fecit nostrorum delictorũ, *pro nobis peccatũ fecit*, filius hominis est, *el condenado de amor.* Si publico præconio & nudus diuerberaretur bonus ciuis, ob delicta filij, quid putas ageret filius de turri Ecclesiæ in qua latet, patris immeritas pœnas & ærumnas contemplans: quid ad vocem illã (*hac punitione dignus est hic homo*) dicet filius? hoc ipsum cogita, audito hoc verbo, *de filio hominis.*

Quali affectu dolendum est nobis de morte Patris nostri Christi.

9. *Constantia amoris Christi.*

Sed latet altius amor in hoc verbo, vt notauit Ericius: nam hac iteratione verbi *filius hominis* amoris constantiam denotat, & numquam pœnituisse ab eo quod sapienter & amanter orditus est. Semper enim sedulò procurauit ne insipiens mundus putaret Deum pœnituisse facti operis nostræ redemptionis, quasi non sibi successerint pro votis eius consilia & cogitationes: quare qui dixerat, *pœnitet me fecisse hominem, quia caro est*; & quasi pœnituisse videbatur, & quia aliquam mutationẽ in creatore euenisse putaretur (cùm verè in eo non fuerit, sed ingens malitia creaturæ verbum hoc à creatore extorserit) ideo ne putaretur pœnituisse facti, renouat per diluuium orbem, & affirmat, *non delebo hominem de facie terræ, quia caro est*; reddens rationem & caussam miserendi eam, qua permotus videbatur ad destruendum, *para mostrar que aquella primera voz no fue de arrepentimiento sino de compassion.* Quod in formatione hominis contigit, hoc ipsum in reparatione etiam euenisse comperies; audito enim redemptionis opere stultus Gentilis stultitiam vocat. Iudæus non credit, Christus verò se *filium hominis* nuncupari imperat, ne quis putet facti pœnituisse, quidquid dicat Hebræus, aut Gentilis, & ne de morte tædium habuisse existiment, vel opus non pro votis euenisse, ego inuentum nouum instituam, & in sacramento viua mortis repræsentatione mortem deuorandam, sanguinem hauriendum præstabo, & quotidie in toto orbe epulas istas, ad meã memoriam renouandam inferam, iuramentóque rem in æternum confirmabo. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.* Sit ita, non pœnitere patrem vestrum hostiæ, cæterùm fortè pœnitet calicis, mortis, inquam, quam tibi subire imperauit; minimè verò, inquit, ego enim stricta ratione premam, & argumento firmabo, nũquam pœnituisse Patrem mortis filij: ad hoc enim prouidè dispẽsauit, vt calix Domini inclinaret in hoc, & tu particeps fias fellis, tu vnius claui in corde, ille flagellum experiatur in conscientia, vel in honore, multi crucem ægritudinis in lecto tollerent: inuentum quidem amoris, vt nullatenus pœnituisse de morte filij demonstret. Propone tibi Patrẽ qui dilectissimum primogenitum filiũ in bellum destinauit, in quo ingenuè obiit. Vocat secundum natu minorem, sed æquè dilectũ, quem tamen sicut priorem mittit in bellum; quid hoc facto denotatur. Certè non pœnituisse ipsum mortis primogeniti, nec periculũ æstimare prælium, sed gloriandi materiam; quid si hoc ipsum ageret, omnes filios in discrimen belli mittens: Certè facti nõ pœnitet, nullus enim prudens vir iteratò & sæpius rẽ facit, cuius semel pœnitet: qua erga ratione ostendet amor non facti pœnituisse, mortis nempe, & ærumnarum filij, vt sic intraret in gloriã suam? Certè non alia quàm dum filios adoptiuos cõsimili modo exercet, & vexat, sicut naturalẽ: ideo igitur labores & tribulationes dispẽsauit, & calicẽ inclinauit, vt bibant omnes, vt ostendat placuisse ipsi modũ quo tractauit eum pater, siquidẽ eadẽ ratione tractat filios; nemo enim si prudens est, imitatur quod in alio displicet: libenter igitur crucem accepit à Patre qui crucẽ filiis concessit; ostendit enim etiamsi dolores persensit, modum verò placuisse. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Ego sum testis patris mei, amãter & patienter tolerando: estote vos testes mei similiter cum amore tolerando, hoc enim meus amor exigit vorax, constans, quem nunquam pigebit mortis, quinimo nolo esse altare, lectũ, ægrotũ, febricitantem, inopẽ, & nudũ, qui hoc testimonium non ferat, semel filius Dei *filius hominis* factus est, & non pœnitebit eum, *de filio hominis.*

Gen. 6. 7. *Vox ex dolore & miseratione orta pœnitet me, &c.*

Psalm. 109. 4. Heb. 7. 21.

Æterno Patrem nunquã pœnituit mortis filij.

10. *Probatur à simili.*

Tribulatio ostendit non pœnituisse Patrem de morte Christi.

Ioan. 20 21.

Traditur enim gentibus. Iam de magnitudine beneficij agamus. Tradi, illudi, consputari & crucifigi, quanta sint hæc quis æstimabit? quæ Domine solutio est ista? quod genus traditionis, auditæ nunquam? Ita est (inquit) nunquam audita, quia nunquam tale genus debiti fuit in aliis debitis, viuus saltem manet fideiussor, etiamsi nudus & omnibus expoliatus; in hac verò solutione non sibi satis factum putauit Pater, donec fideiussorem ligno confixit. *Consummabuntur omnia*, & insuper crucifigetur. O qualem à te exiget solutionem? omnis ista seueritas cò tendit, vt homo sceleris grauitatẽ æstimaret, & crimẽ læsę maiestatis in filio Dei punitum, & cũ sceleratis deputatum grauitatem su... ostenderet; quamobrem in Golgotha, vel Goatha Chaldaicè, locum stercoris significans, perductus est, in quem montem nõ tantùm vrbis stercora, sed sordidi homunciones & facinorosi deuoluebantur, ideo ipsi inclamarunt, *Tolle, tolle, crucifige eum*: auerte hominem hunc nequissimum ab aspectu & oculis nostris; & quid inde sequitur, quod ipsum nomen indicat, *deuolutio*: fuit enim deuolutio nostri opprobrij, & totius nostræ ignominiæ, pro quo nota olim in membranis solitos esse scribere chirographa, & libros qui conuoluebantur, inde libri & chirographa vocantur inuolucra, & volumina: ait ergo per Isai. *& præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati.* (Hebraicè *inuolucri*, *inuolucri*) *super omnes populos.* Et D. Paulus de præterito iam verba videtur explicasse. *Delens quod aduersùm nos erat chirographum decreti.* Prosequitur Isaias, *& telam quam orditus est super omnes nationes*, id est, retia, vel damnationis laqueos, quibus omnes mortales implicati erant, *la cadena de Galeotes que desde Adam tenia pressos a los mortales.* Cæterùm quare Domine tam cumulata & plena solutio exhibita est? quia sic hominibus clarior Dei abundans largitas elucebat, ita enim ad redemptionem inuitauit, vt multa fercula, post saturitatem superfluerent, & reliquus sanguis splendidiorem ostenderet redemptionem, etsi homines non æstimarent. *Sirnio esta abundancia de grandeza como lo que se alça de las mesas sobrado sin llegara ello.* Idipsum Paulus ad

11. *Beneficij passionis æstimatio.*

Qualem solutionem à nobis exiget Pater.

Goatha lugar de vasura, que determinaron de barrer la ciudad para el dia de la pascua, y la mal mirada sinagoga entre la vasura deste mal hechores lleuo vn preciosso diamante.

Cap 25. 7. & 8.

Colos. 2. 14.

Superabundans redemptio Christi.

lized by Google

Cap. 1.7. ad Ephesios scribit, *In quo habemus redemptionem per sanguinem Christi, remissionem peccatorum, secundùm diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis, in omni sapientia & prudentia, lo que sobra honrra.*

12. *Ipsi autem nihil horum intellexerunt.* Non est cur in Apostolos culpam conferamus, nec inter cæcos & ingratos computemus, solùm enim significat textus, mortis eius mysterium non comprehendisse, neque cognouisse morte sua Christum, salutem vniuerso hominum generi allaturum, quemadmodum prudenter D. Chrysostomus animaduertit. Eos meritò ingratos dicemus, ac cæcos, qui talis beneficij immemores sunt, vel, quod iniquius est, non intelligunt, vel, quod iniquissimum, eos, qui

Ingrati fideles passioni Christi. credentes, redemptorem offendunt, maximè his diebus qui eius passioni commemorandæ sacrati sunt: hos postremos inter amentes & insanos computate. Loquatur iterum Seneca.

a Lib. 3. de beneficiis c. 1. *Ingratus*, inquit [a], *est qui beneficium accepisse se negat quod accepit; ingratus est qui dissimulat, ingratus qui non reddit; ingratissimus omnium qui oblitus est.*

13. Vlteriùs rogo Seneca, siquis dum beneficium acciperet, necdum benefactorem agnosceret, quid putares? cæcum esse ait.

Seneca lib. 1. de benefic. 2. *Lucitiosi oculi sunt qui lucem reformidant, cæci qui non vident*; quid si conferens beneficium pater esset à filio non tantùm incognitus, sed offensus. Hó, inquit, amentis est hoc, *& parentes suos non amare impietas est, non agnoscere insania.*

Insaniunt qui passioni Christi ingrati & immemores sût. Ecce ergo homines, quorum optimus parens sistitur ante tribunal, & quasi fideiussor pro delitiis eorum flagris afficitur, pro superbia dedecoratur, pro impura vita mortem persoluit, & tunc quando hæc numerata pecunia in cruce persoluit, ridentes & iocantes filij contemplantur, & musicis & conuiuiis saturnalitiis vacant, & coram fideiussore nostro cum risu conuenimus, more insanientium. Peccauerat Dauid, eius autem delictum vniuersi populi peste & internecione mulctatur, nequit regij pectoris pietas tantam sustinere calamitatem; quare nudo tergore diuinam in se conuerti iram implorat. *aqui aqui Señor se an de dar esos*

3. Paralip. 21, 17. *açotes. Ego sum qui peccaui, & ego iniquè egi: isti qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me.* Si Neronis instar, tunc citharam pulsaret, & caneret, dum viæ feretris plenæ, & foueis apertis terra dehiscens homines deuoraret, insaniam diceres. Certè si hodierna die cùm parentem piissimum nostri causa per vias publicas dehonestatum videmus, ad Patrem æternum delictorum vindicem non conuertimur, & eadem verba iteramus, *Ego sum qui peccaui, iste Agnus Dei quid mali fecit? Vertatur obsecro manus tua contra me*; & ad ipsum: *O bone Iesu, quis mihi det vt & ego moriar pro te,* Si hæc non agimus, aut econtra ludis & conuiuiis vacamus, insanimus. Refert Alexandrinus Clemens Græcorum bella, maximè cùm Vlysses insaniam simulauit, & arenam arando insistebat; ipsi verò vt eius insaniam deprehenderent puerum filium inter sulcos collocare decernunt: nam si inter arandum viso filio bestias pergere, & aratrum figere sinit, furit sine dubio. Munde ingrate, vtinam nota non esset tua insania, eò enim prorupit petulantiæ & furoris, vt cùm filium posuerit Pater inter sulcos nostrarum iniquitatum, vt cohibeat & frenet, proteris, pessundas & conculcas, ita vt lamentabili voce ad Patrem ipse declamet, *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores*, iniqua nempe atque grauiora mala & pœnas grauissimi ponderis, *prolongauerunt iniquitatem suam,*

Hebraicè, *dorsum meum arauerunt aratores, & produxerunt sulcum suum* (vt prolixior esset ærumna) *hasta oy me persiguen estos ingratos y me hacen guerra quando los quiero yo curar.* Psal. 128. 3.

Quamobrem insanientium more puniendi sunt & derelinquendi, sicut de cæca quadam ancilla sua refert Seneca [a], quam cùm curare tentat, & medicos aduocat, clamabat ipsa nequaquam esse cæcam, sed ipsosmet esse cæcos, sed domum esse tenebrosam, obscuritatem enim cubiculi, suam esse cæcitatem arbitrabatur, rata fore vt sanaretur si ex eo educeretur. Certè cæca & insana est ancilla mea, aiebat Seneca. Nónne tu peccator insanis his diebus, audi 14. a Epist. 117. *Curãdi sunt vt cæci fideles.*

Isaï. *Vocabit Dominus in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum sacci*; curemus hos cæcos, ieiunio, lacrymis, planctu, gemitu, cinere, cilicio, deponite ornatum, delitias, risum: sed ecce respuit omnia, apage inquiens, non erramus nos, Ecclesia errat his diebus quorsum mors redemptoris intimatur. *Et ecce gaudium & lætitia, vengan alegrias, juegos y pasatiempos: occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum*; & eodem tempore reuelata est mihi tantæ amentiæ pœna, *& reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum. Si dimittetur peccatum hoc populo huic donec moriatur?* Si dimittetur, quædam glossa ait supplendum, *nolite mihi credere, si solo perdonare tenedme dice Dios por el mas mentiroso de los hombres*, vt vel ex hoc intelligas quàm graue peccatum ingratitudo sit, cùm aduersùs Dei pietatem & beneficentiam pugnat. Quamobrem si seueritatem iustitiæ Dei fugere volumus, ad thronum benignitatis Dei confugiamus, & à potentia ad bonitatem appellemus. Sicut cæcus iste qui cœpit ex itinere clamare, *Iesu fili David miserere mei*: appello ad filium Dauid, vt quod natura negauit, pietas huius hominis sancti mihi concedat. Sed errat cæcus iste dum hominem tantùm putat, & filium Dauid solùm, qui verè est filius Dei: sed ecce benignitas Dei ad iudicium te adducit. Cap. 22. 12.

Venite mortales, vocat iustitia ingratos, vt audiant sententiam: ego condigna pœna puniam, ego aperiam oculos, & cogitare faciam beneficia accepta, & nouis beneficiis cæcitatem & ingratitudinem pellam. 15.

Igitur iudicemus causam hominum, quid quantúmque debetis, & quid dabimus huic viro, *filio hominis*, qui vltro pergit ad mortẽ, vt tradatur vt seruus, vt consputetur vt fatuus, vt diuerberetur vt fur, vt confodiatur vt homicida, vt crucifigatur vt nocentissimus, *homini huic sancto quid dabimus?* Certè persolues omnia ingrata creatura, sin minus ianuas carceris aperite, detrudite ingratos; nunc intelligo mentem Spiritus sancti duobus in locis, in quibus symbolicè mysterium istud præsignauit. Dixerat Deus, ego vniuersam carnem in meam redigam potestatem, & cultum; & quo pacto à rustica massa Adami extorquebis hanc adorationem? *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis*, vt homines ego comprehendam, *Exactis fidelibus ingratis passioni Christi.* Tob. 12. 14.

Virilitas ingrati beneficiis maceribus. amoris vinculis mihi deuinciam, & beneficiorum pondere mihi genua flectere cogam. Exod. 33. petiuit à Deo suo Moyses vt sibi gloriam suam manifestaret. Placet, inquit Deus, *posteriora mea videbis*: ego tali specie & forma meam humanitatem ostendam, vt illam ardenter diligas, & quasi vinctus post me curras; quid igitur videbit in tergo humanitatis? Notat auctor historiæ scholasticæ, cùm Moyses conuertit oculos vt figuram illam respiceret, *habebat in occipitio quasdam ligaturas*, quæ allusionem quandam habebant, ad ea verba quæ scripta erant in libro Isaiæ. Cùm videlicet euocato Propheta ait Dominus, *Sume tibi librum grandem, & in eo scribe, velociter, citò prædare, spolia detrahe.* Huic symbolo alterum annectendum est, quod erat in templo Salomonis, erant in capitibus *columnarum retiacula septena, cadenas en gran numero*: & inter retiacula malogranata aurea fulgebant; quid hoc Domine, quid trophæa ista significant? Dicam breuiter. Cùm Christus filius Dei se filium hominis tantùm diceret, nondum manifestata Deitate, etiamsi tantùm terga flagris dilacerata ostenderet, ibi tamen ita misericordiam eius homines lecturos, vt statim eos amoris vinculis deuinciret, & ad se traheret, & cùm aperirentur illa malogranata, hoc est, plagas & vulnera reseraret, è vestigio deprehenderetur quorsum ibi retia & catenæ præparatæ erant, vt nempe martyres virgines & iustos comprehenderent, *sed presos hombres*, intrare in carcerem, filius enim hominis amicus vester hæc propter vos perpessus est; nónne sat est vt ipsum colatis? *Quid dabimus huic viro sancto?*

Petrus Comestor.

16. *Isai. 8. 1. 3. Reg. 7. 17. 2. Paralip. 3. 16.*

Perspecta Christi passione omnes facilè se dabunt in vincula.

17. *Apoc. 10. 3. Deus patitur horrendum tonitruum.*

Sed ô mortales horrendum auscultate tonitruum, *Deus erat qui hæc propter vos passus est.* Alia duo symbola germana etiam sunt, cùm Angelus ille fortis clamauit, *Locuta sunt septem tonitrua voces suas*: volebat ea scribere, & prohibetur, *noli ea scribere*, sed voca Isai. vt præparet librum grandem, & scribat ea verba, & modò quid denotent intelligetis. *Velociter spolia detrahe, citò prædare.* Quæ præparamenta Domini sunt hæc, quæ tonitrua, qui liber, quare illa tonitrua non scribuntur, & hæc spolia tam grandi libro commendantur? Iob videtur mysterium fuisse subodoratus, qui cùm beneficia homini à Deo collata retulisset, sicut Tobias quæ acceperat à Raphaele, ait tandem: Hæc omnia exigua sunt, & leuissima diuinæ largitatis lineamenta; *at quis poterit tonitrum magnitudinis eius intueri? quien esperara aquel trueno que a de dar la mageſtad de la diuinidad (como explica S. Hieronymos) enbuelta en la nube de la humanidad*; cùm videlicet se Deum esse manifestet, *Tertia die resurget: videte quia Deus sum.* O stupor! ô tonitrum magnitudinis Dei, *Verbum caro factum est*; quid hoc, quid audistis mortales? *Deus homo factus est*! Hac voce territi & mirabundi Angeli de cælis, pastores de tuguriis, reges de palatiis in genua prouoluti ceciderunt. Age Isaia, collige, scribe Angelos, reges, pastores, collige munera, coronas, spolia; *citò prædare.* Secundò vox illa insonuit, *illudetur, Dios affrentado*; terruit vox ista montes, Apostolos & discipulos, qui vix mysterij maiestatem præ stupore intelligebant: at cùm postea filium Dei ad pedes Iudæ prouolutum vident, cùm venditur triginta argenteis, cùm

Beneficiorum Dei prædicatio tonitrua horribilia & admiranda. Iob 26. 14.

Deus factus est homo. Hoc ꝗsi tonitru terruit Angelos & pastores.

Illudetur, vox terruit Apostolos ad contemptum omnium rerum adduxit.

illuditur, cùm inter sceleratos connumeratur, adorata maiestate, relictis rebus & parentibus sese in medias vrbes & in ærumnas & flagella dederunt, & contumeliis afflicti gaudebant. Age Isaia, collige epistolas Pauli, Matthæi merces, Petri retia, ærumnas, cruces, contumelias, sanguinem. Tertiò tonauit Dominus cùm nudus apparuit, & vox illa percrebuit, *egenus factus est, Dios pobre y desnuuo pobreza en Dios. Dios hombre a la verguenza.* tali tonitrui huius fragore stupefacti sunt iuuenes, principes, matronæ, virgines, vt abdicatis diuitiis, ornatu, monilibus, nuptiis & parentibus solo vestitu contenti Christum nudum imitati sint. O quanta habes colligenda Isaia, *festina, prædare*, vestes, calamistra, monilia, annulos, catenas, strata, currus, lecticas, sellas & alia. Quartò terribile tonitrum personuit, *& flagellabitur, Dios azotado, dolor en Dios.* Christus flagris affectus ad quam vocem expauentes Martyres, vitæ & bonorum omnium obliti in omnia tormentorum genera se dederunt, alij gladio, alij flammis, alij bestiis consumpti. Age Propheta, scribe & collige enses, craticulas, crates, fornaces, plumbata verbera, dolia resinæ & olei, famem, gelu, fustes, mortem, *festina, prædare.* Quinto loco terribilior adhuc mors Christi vniuersum tremore concussit. *Occidens eum, muerto es Dios.* Vix orbis tonitru isto audito Dei filium in ligno expirasse consistere potuit: nam & petræ scissæ sunt, mons tremuit, sepulcra aperta sunt, mortui surrexerunt, sol & luna obtenebrati sunt; quid? milites ipsi barbari & Gentiles percutiebant pectora sua. *Verè filius Dei erat iste, Accelera*, festina, collige & in ephemeridem refer eclipsim, terræmotum, & noua atque inaudita mirabilia. Sextò, quasi omnium terribilissimum sextum tenet locum, *tradetur in manus peccatorum, Dios en manos de pecadores*, in signum huius intimi doloris, latus eius lancea apertum est, ostendens ante mortem non ita sentire dolores; quare nullum vulnus cor eius pupugit, donec lancea latus eius aperuit, peccata illa repræsentans Christo semel mortuo inflicta, quia vulnera sunt ingratorum, & quæ cor penetrant, in quo antiquam plagam acceperat Deus, & nondum sanata erat, *tactus dolore cordis intrinsecus.* Hac voce Dei mortui ob peccata populi, corruit illa vrbium princeps Hierusalem, templum, mœnia, turres, filiique dispersi sunt: corruit item Magdalena ad Christi pedes, & omnes qui sua crimina dolent, ob quæ Christus mortuus est. Scribe saccos, cilicinas vestes, verbera, compedes, ieiunia, lacrymas, *accelera.* nam iam vltima vox personat, *tertia die resurget*, venturus est iudicare viuos & mortuos. *consummabuntur omnia*, deinde finis, ait Paulus, aperi oculos ô cæce orbis, vide omnem creaturam genua flexisse Christo benefactori. Crede iudicium hoc à beneficentia profectum fuisse, superest aliud quod iustitia paraget contra ingratos, vt ait Chrysostomus [a], *Apertè sibi persuadeat quicumque sapit, quicumque sentit, intelligat si propter sententiam suam proprio filio non pepercit, contra sententiam suam cui poterit ignoscere, qui mentiri nescit, nec nouit contra legem quam præscripsit ignoscere, y a tiene hecha ley contra los ingratos.* Melius est cum vtroque Tobia per tres horas, hoc est, multo tempore cum ad

Deus egenus propter nos. Vox ista expotauit principes & lectissimas virgines. 1. Cor. 4. 9.

18. *Deus flagellatur, ad hanc vocem expauerunt Martyres.*

Deus moritur, hac voce terra mota petræ scissæ.

Mat. 27. 54.

Deus in manibus peccatorum, corruit Ierosolyma. Magdalena & pœnitentes.

Gen. 6. 6.

Deus in iudicium veniet, oculos tandem mundus aperiet.

19.

a Hom. 6 de passione.

admiratione recolere; Deus in terris mei causa caro factus, Deus illusus, Deus crucifixus, hæreat lingua, & quod silendo ab ore subtrahit, menti recolendo & meditando tradat.

VERBVM SPIRITVS sancti. Apoc. 5. v. 6.

Et vidi: & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum, agnum stantem tanquam occisum, &c.

Aduersùs Christi sanguini ingratos declamat, tres mortis eius reos conuincit, atque seuerè vindicat.

DISCVRSVS XC.

1\. QVÆSITORIS iudicis munus hodierno discursu subire maturo decreui consilio, ingratos videlicet tuis beneficiis homines (ô mitis Agne) duro circumuenturus iudicio. Ea quippe est ingratitudinis immanitas & turpitudo, vt, teste Irenæo [a], diem præueniat iudicij, & priuatum sibi iudicem & singularem quodammodo exigat, *exceptorium iudicij Dei homo ingratus.* Et quidem huiusmodi accusatio (ait Seneca) cœpit ab ipsis beneficiorum natalibus, & ex quo benefici homines fuere. *Sed nemo huic rei satis idoneus index inuentus est, este crimen nacio con los mismos beneficios, mas no se hallo Iuez competente.* Vnde licèt iuxta huius philosophi placitum omnes ingratitudinis vitio & reatu complicemur (quod euidenti probat ratione *, *ingrati publicè sumus, se quisque interroget, nemo non aliquem queritur ingratum: at qui potest fieri vt omnes querantur, nisi querendum est de omnibus; ergo omnes ingrati sunt.*) tamen hi præcipuè sunt ingratitudinis execrandi nota, qui eam erga te, mitissime Agne Dei, hominum amore peremptum exercent, quibus ignoscendum idcirco iudico, quòd iuxta Senecæ dictum insaniam potius quàm ingratitudinem exerceant, *non est cur irascaris, ignosce illis, omnes insaniunt.*

a Lib. 4. cōtra hæreses c. 24.
Iudicantur ingrati.

** Ninguno ay que no se quexe de otro que le a sido ingrato, todos se quexan de todos luego todos somos ingratos.*
Insaniunt ingrati Christo.

Dulci igitur tui obitus memoria, quam hodie nobis subiicis recolendam, præuisa insuper sanitate, quam tuis ipse manibus cæco redintegras, & grata sacratissimæ Eucharistiæ manifestatione compulsus, veterem illam Quintiliani [b] declamationem, quam prudentem Romanorum eloquentiæ magistrum apud Senatum habuisse perhibent, nouis hodie coloribus adauctam renouabo.

b Declamatione 1. pro cæco contra nouercam.

2\. Quidam ciuis, cuius filius erat cæcus, quémque hæredem instituerat, nupsit secundæ vxori, & induxit domum nouercam (nouercale nomen terret) iuuenémque in secreta domus parte sepo suit, is nocte cùm in cubiculo cum vxore iaceret occisus est, inuentúsque postero die habens gladium filij defixum in vulnere, pariete ab ipsius parentis ad filij cubiculum vestigiis palmarum cruentato. En subitò subortam litem, vter videlicet istorum hominem peremerit, famuli ne, an cæcus, vel nouerca? Cuius quidem litis exemplar contemplatus præsentem facilè dirimam quæstionem, *de este processo y causa antigua verè como me he de auer en la que tenemos presente.* Viderat olim Ioannes *agnum stantem tanquam occisum*, Agnum nimirum Dei (iuxta Græci codicis translationem) quasi immolatum atque mactatum, ac in altari sacro profuso sanguine eiusdem passionem innouatam, ac velut recèns factam. Mortuus est igitur impiorum manibus pro nobis Christus; quis quæso illum trucidauit? sanè vel cæcus mundus, quam ipsi noui Testamenti hæredem constituerat, aut caro nouerca, quam nostri amore duxerat in vxorem, vel infideles famuli, qui vt eiusdem bona inuaderent, apertè conclamabant, *Venite, occidamus eum.* Cuius litis criminationem diu sibi iam notam, suis discipulis sub hæc verba patefecit. *Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus*, &c.

Apoc. 5. 16.
Disquisitio occisoris Christi.
Matth. 21. 35. Luc. 18.

3\. Accusatoris igitur munus aduersùs innocentissimi agni truces interemptores hodie subibo, ac longè excellentiùs præfatam veteris oratoris accusationem suscitabo, vtpote qui non terrenum, sed cælestem imperatorem, non rudem Gentilium, sed pium Christianorum consessum huiusinodi criminationis exitum auidè expectantium fuerim nactus: nec tamen prolixa, vt ille alius, sed perbreui oratione virgineum mihi fauorem conciliabo, eiúsque causa & filij sui actoris, & aduocati munus libenter subibo.

Præstantior nostra hæc quàm Quintiliani declamatio.

4\. *Ecce ascendimus Ierosolymam.* Iuxta huius igitur & alterius Euangelistæ testimonium dicentis, *& mundus eum non cognouit*, tuam ô ingrate munde redarguo cæcitatem, qui omni posita pietate in crucem latronum Christum truculenter egisti. Senecam audi [a], *An tu infelicem vocas qui caret acie oculorum, cuius aures morbus obstruxit, non vocas miserum eum, qui sensum beneficiorum amisit?* cæcum sanè, vel potiùs amentem dixerim eum qui ad tantum crucis spectaculum non aciem intendit oculorum. Fecerat id scilicet in sua Christus perpessione, vt sui amoris igne nostram adflaret & accenderet voluntatem, intellectum verò diuinitatis radiis collustraret, *como saltan centellas del hierro ardiente y dan en los pechos asi de Christo en la cruz a los pechos de los circunstantes.* Et quemadmodum superimpositum incudi candens ferrum fulgorem pariter atque flammatas excutit scintillas, sic in cruce Christus cæco lucem ignitásque amoris scintillas adstantibus iniecit pectoribus, quas ipsi repellere curantes, *ibant percutientes pectora sua.*

Cæcus accusator mundus de Christi morte.
a Lib. 3. de benef. c. 7.
Simile.

5\. Amorem igitur & fidem, Christum nostris pectoribus ingenerare curasse ex nocte illa, qua sacram Eucharistiam instituit, nec leuiter licet coniectare. Quàm auidè nostrum amorē Christum sitire putabimus, qui (quod solet filiorum amor & reuerentia præstare) ipse se suis manibus per ora Prophetarum depinxit, *In manu Prophetarum assimilatus sum, por ser amado de sus hijos se dexo retratar de los prophetas.* Sed hac rudi non cōtentus pictura ipse se diuino linguæ propriæ penicillo depinxit. *Filius hominis tradetur principibus sacerdotū, & scribis, ad crucifigendū, & flagellādū.* Discipulorū subinde oculis depictā sui ima

Institutione Eucharistiæ amorem filiis ingenerare voluit Christus.
Oseæ 12. 10.
R tratose asi mismo en la Eucharistia viuamente.

Digitized by Google

imaginem proposuit, qui eam nullatenus perceperunt: *ipsi autem nihil horum intellexerunt.* Panem propterea manibus percipiens sui ad viuum adeò spirantem imaginem expressit, vt eisdem prorsus coloribus, quibus in cruce visendus erat, in hoc augusto sacramento cerneretur, vnde & fidei mysterium & amoris sacramentum mira strenui pictoris arte copulauit, vt tantum beneficium, amorem & ob exemplar fidem & reuerentiã filiorum conciliaret. Etiamsi gaudet quisque suæ imaginis conspectu vel in tabula, vel in speculo, nullus tamen confecta iam ætate, aut ægra valetudine, sed florescente adhuc iuuentutis vigore se iubet depingi, quo magis ad extremam delatus senectutem anteactæ adolescentiæ florem reuocet in memoriam. Potuit id amor Christi, vt cùm viuus adhuc nimia fulgeret pulcritudine, in turpem crucem actus doloribus lacerum acerbissimis, cruentatum plagis voluerit depingi, dicente Propheta, *Non est species ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus. es el? si el es, no lo parece? si parece. sino que quiso que sus hijos tubiesen tan presente la batalla del Caluario que se quiso pintar armado y los faldones sangrientos y las manoplas bañadas en sangre roto el arnes por el costado.* Cruentis idcirco vestibus & lacero vndequaque toto corpore vulneribus depingi voluit, vt quoties Eucharistiæ sacramentum filij eius perciperent, difficilem Caluariæ pugnam paterno tinctam cruore, præ oculis haberent. *Hic est sanguis qui pro vobis effundetur, hoc facite quotiescumque bibetis in meam commemorationem.*

Isai. 53. 2.

Luc. 22. 19.

6. Vt autem id Dominum intendisse liqueat, quemadmodum eum Dionysius [a] appellat. *Audite conuiuium inspectionis quod nutrit, & deificat*: scholium autem huius loci legisse refert noster Turrianus in vetustissimo codice appositum his verbis. *Conuiuium dicitur, in quo mystica mensa apponitur, inspectionis verò conuiuium vocauit, quod in hoc conuiuio mystico ea inspiciamus contemplatione mentis, ad quorum memoriam fit, sicut Dominus dixit: Hæc facite in meam commemorationem.* tale videlicet instituit conuiuium, vt appositis eius ferculis, illius inspectam passionem prælibemus. Addit propterea, *Vnde Dauid de huius mystici conuiuij sacramento prophetans* (vt ipse interpretatur Dionysius) *aiebat: Gustate, & videte, quod ideo dictum est, quia qui in horum mysteriorũ participatione magnificentiam eorum & diuinam amplitudinem sanctè contemplantur, hi diuinæ beneficentiæ celsissima dona grata memoria laudibus concelebrant.* Conuiuium itaque dicitur inspectionis, in quo voluntas pascitur, intellectus inspicit, memoria recolit. Præterita sacramentum videt, sed Christum Ierosolymam subeuntem contemplatur, potatur corpus sanguine, sed viuidum Christi amorem, acerbósque cruciatus mens interim reuoluit. Sicut qui phasianum, aut perdicem comedens esu delectatur, & eo iucundiùs, quo præteritum aucupij & venationis memorat laborem. Ait autem S. Chrysostomus * vocandum esse conuiuium inspectionis, quia se vidisse testatur Angelos summa reuerentia huic mysterio assistere, vt refert Isidorus Pelusiota. Inspectionis igitur conuiuium dicitur, quia summa cum reuerentia inspiciendum est; quare illud verbum, in quem desiderant Angeli prospicere, egregiè significat id quod Ioannes de seipso refert, *precurrisse citius Petro, & cùm se inclinasset, vidit linteamina*; tamen non introiuit. quæ verba significant id quod cum reuerentia & studio accuratè spectamus, aut nolumus ingredi, aut non audemus: sic Angeli desiderant prospicere hoc conuiuium inspectionis, *le miran con deseo y reuerencia.*

[a] De cælesti Hierarc. c. 3. *Conuiuium inspectionis Eucharistia dicitur.*

Psal. 33. 9.

Angeli reuerenter adstãt huic conuiuio.

* Et S. Nilus monachus sancti Chrysostomi discipulus, ad Anastasiũ Episc. de hoc sanctissimo doctore scripsit. Sæpe, inquit, vidit ferè omni tempore in Ecclesia Angelos, sed maximè tẽpore sacrificij Missæ, & lætitia plenus amicis multum de spiritualibus seorsim narrabat. Quemadmodũ cùm sacerdos oblationẽ facere inciperet, plurimi Angeli è cælo delapsi, splendidissimus stolis induti, nudo pede, aspectu intẽto, vultu demisso, circunstantes altare magna reuerentia & quiete ac silentio vsque ad mysterij consummationem assistunt.

7. Quæ omnia amoris & reuerentiæ pignora cùm multa in nobis obliuione abolenda Christus vereretur, viuum suæ passionis exemplar nobis in hoc Eucharistiæ sacramento expressit. Vnde Guerricus Abbas [a], *Ne verearis* (ait Christus) *ex morte mea damna seruitij tui; ô serue meus, maneo tibi etiam comestus, & bibitus, maneo tibi integer, & viuens, seruiam vt prius; si infirmare, & mori times, ego morior pro te, vt de sanguine meo tibi conficias medicamenta vitæ.*

8. Propositum ergo cari parentis exemplar, ô stulte munde, debita cole reuerentia, vt cæci saltem istius imiteris exemplum, qui cùm prætereuntem audisset turbam, quidnam hoc esset sciscitatus audit, quòd Iesus Nazarenus transiret. Age igitur cæce, interroga quæ transeunt mysteria? pertransit quidem quadragesimale tempus Christianorum tempus acceptabile, indulgentiæ, transit Christus à Iudæa in Galilæam per Samariam, vbi defessus ad puteum requiescit, venit in Galilæam, vbi hominum quinque millia tenui pascit cibo. Pergit Ierosolymam, diram subiturus mortem, quæ omnia velut in lucidissimo speculo in hoc augusto Eucharistiæ sacramento mirificè visuntur. Quocirca dum mundus cæcutiens nota hæc & diuina mysteria crebris ludis & bacchanalium pomparum strepitu desidiosè præterire sinit, diuinum vehementer parentis sui lædit amorem. Quod pendenti in cruce Domino obtigisse acutè satis Hieronymus aduertit. Cui insultabant irridebant, dicentes: *Vah qui destruis templum Dei.* Quid hoc? in tam mirabili spectaculo, quis similes in Deum blasphemias audeat euomere? quis tunc à pietate & mente sic alienus, vt tanti martyrij sæuitia, miseratione non frangatur; quid dicam irridere, illudere, mouere capita. Quis? dicam libenter, ait Hieronymus [b]. *Prætereuntes blasphemabant*, illi qui leuiter & per transennam mysterium tantum amorisque feruens spectaculum præterit, & ad alia transit, inconsiderata mysterij maiestate, hic à blasphemia parum distat, *quien por mysterios de passion passa sin amor y de paso, a dos pasos perdera la fee.* Qui non ardet his amoris flammis, non longè à diro abest anathemate. *Qui non amat Dominum Iesum, anathema sit*; grauis videlicet imminet lapsus, sicut & Ierosolymæ, ait Hieronymus, eis qui desidiosè tanta mysteria recolunt, vel dum peraguntur ad alia transeunt, vel vitiis incumbunt. *Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est, Yglesia y ciudad que se pasa de paso por mysterios tan grandes ella caera como Hierusalem:* nam qui patris imaginem respuit, reuereri parentis citò negabit iura, & indignus fiet nomine filij, & quidem in diuinis rebus experientia comperimus, reuerentiam & timorem comitem esse fidei, quæ dum mortua est perit & deficit reuerentia. Videte quam illi reuerentiam exhibuerit quidam qui viuam in pectore fouebat fidem.

Domi

[a] Ser. de ramis palm.

Quasi infidelis est qui passionis Christi mysteria leuiter præterire sinit.

[b] In Marc. c. 15.

9. Matth. 27. 39. Marc. 15. 21.

1. Cor. 16. 22.

Threnorum 1. 8.

A simili.

Fidei comites reuerentia & timor.

by Google

Mat. 8. 8. *Domine* (ait Centurio) *non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo.* Quid hoc? reuerentia comes indiuidua fidei viuæ, & nullatenus emortuæ. Quare notatu dignum est nullum vnquam debitam reuerentiam Christo Domino, aut Patri suo denegasse, præter illum qui mortuam se habere fidem professus est; cùm videlicet *Luc.* 19. in illa talentorum diuisione, qui vnum dumtaxat talentum acceperat, malè Dominum verbis accepit, dicens: *Scio quia homo durus es, & colligis vbi non seminas.* Quænam precor huius irreuerentiæ extitit causa? Adest Chrysostomus [a], qui talentum hoc fidem esse putat, quod cùm perfidus seruus restitueret, ait: Domine, *ecce mna tua quam habui positam in sudario.* Matthæus autem [b] de eodem pecuniam accipiente ait, *Abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui.* Nónne pecuniam istam in scrinio vel loculo reconderes? Sanè cùm ex Chrysostomi mente fidem talentum illud significat, meritò sudario religatum cadaueris ad instar in effosa absconditur terra, vt mortuam sine operibus fidem præfiguraret, ac exinde quid mirum si debitam Deo reuerentiam exhibere negligeret? *tenia enterrada la fee y muerta que marauilla se descomidiese a su Dios.* Vnde Paulus ob plurimas in hoc sacramentum irreuerentias, ægritudines inter fideles grassari affirmat. *Ideo infirmi inter vos, & dormiunt multi.* Iure igitur, ô obcæcate munde, mortem te parenti tuo intulisse conclamo, sed suam ille prætendit cæcitatem, dicens: *Quia si Dominum gloriæ cognouissent, nunquam crucifixissent.* At modò eius, in quem creditis, in ipsomet regali throno iterum vulnera refricare, inferre rursum mortem, & per summam irreuerentiam paternum protetere exemplar quis ferat? quis patiatur? O summam mundi licentiam, & furorem, tutatur enim perfidum quemque & homicidam Ecclesia, Christum verò nec Ecclesia, nec altare, nec ipsum tuetur sacrarium, *in throno tanquam occisum?* immolatum? mactatum? Christiani videbunt oculi? certè indigni sunt venia isti, vel saltem Ecclesia patrocinio, ideo ait Ambrosius, *Caueamus ne lapsus nostri vulnus Ecclesiæ fiant.* Cùm duo rixantur, & vnus ense plagam inflixit alteri, in Ecclesiam se recipit, tanquam ad immunem locum; quid si rixa fuit in ipsa Ecclesia? Ecclesiæ certè sacrilegus haudquaquam est defendendus. Videte fratres, ait Ambrosius, cùm peccata extra Ecclesiam perpetratis, habetis refugium, & tanquam in asylum in Ecclesiam ad pœnitentiam confugitis: at cùm peccata non solùm turpia sunt, sed sacrilegia, vtpote in templo perpetrata, tunc lapsus noster vulnus Ecclesiæ fit. Iustitiam, iustitiam inuoco, quia cæcus peccator non parentem tantùm occidit, sed matrem Ecclesiam sacrilegiis confodit: sed ô Agni clementiam, in cruce est laniatus tanquam in carnificina, & pro filiis, quia cæci sunt, patrem deprecatur, *Pater ignosce illis: omnes insaniunt.* Ipsi nihil horum intellexerunt, nihil etenim eos præter ignorantiam tanto liberare potest crimine.

a In Matth. 25. 24. Luc. 19. 20.

Qui fidem emortuã habet diuina nõ reueretur.

b Cap. 25. 18.

10.

1. Cor. 2. 8.

In ipsomet tẽplo & regali solio audacissimi homines Deum offendunt.

11. *Consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis.* Adsis heus tu cæci istius nouerca, caro putida. Te agnum istum turpiter peremisse accuso, & manifestè probabo: sufficere enim sua cæco calamitas debebat, ne parricidium adderet, quo penitus solamen & vnicum patrocinium parentis amitteret. Dices fortasse ipsum munitum esse ense, cruce nempe, qua latrones plectere solebat. Ita verum est, sed crucem in parentis cædem atque supplicium adinuenisse totis negabo viribus. Sin autem, fingite; quo enim pacto potuit hoc facinus admitti, vt sine rectore, sine duce ex illa pennatium parte secreta, & pænè ex alia domo, per inane longum, per tot offensa limina, per excubantes seruos, erraret cum ferro, cubiculum deinde patris ingressus in neutram deflecteret partem, sed rectò gradu, sicut ducere oculi solent ad lectulum accederet leuiter, non in torũ incideret, non ante perueniret quàm crederet. Dormiens senex ante esset excitatus, quàm percuteretur, & certè incredibile est occidisse patrem, pepercisse nouercæ; & officium oculorum est renuntiare manibus quid actum sit, cæci percussoris vnâ securitas sæpius ferire, liquet ex his mundum omnino dementatum esse; crudelitas verò & ingratitudinis nota tibi ô nouerca virtutum caro putida ascribenda est, vt deinceps peccatores norint non à cæco cupidine, vt ipse aiunt, sed ab hac sua nouerca, cuius assidua consuetudine vtuntur, lethalia sibi vulnera infligi. *no le hecheis la culpa mancebo al ciego cupido que ni es amor sino humor desuanecido esa madastra con quien dormis os da las punanladas mortales.*

Rea mortis Christi fit caro.

Caro non Cupido causa est luxuria turpissimæ & necis animarũ.

12. Probant hoc tuum scelus non irritæ sanctorum suspiciones, inter quos Nazianzenus [a] sic ait, *Cum eo hoste dimicandum habemus, qui nos internè oppugnat, ac nobismetipsis (quo nihil miserius est) tanquam armis in perniciem nostram vtens peccati morte nos efficit.* Et Tertullianus [b]. *Rideo cum infirmitas carnis opponitur, quæ summa fortitudo dicenda est.* Verùm D. Chrysostomus [c] nouercam hanc satis perspecta eius natura Christum in nobis interemisse probat ex facilitate qua vxor potuit interimere maritum. Nam si facile est filio occidere patrem, facilius est vxori maritum. Tu præparare corpus illud ad ictus potes, dum videris amplecti, tu blanda manu pertentare pectus, vbi assiduo visceris pulsu non quiescat anima, vbi statim mors fit vis scire quàm facilè potes mortem inferre, tu odio prosequeris spiritum, caro concupiscit aduersùs spiritum, & vna potes cupiditate suffocare. *Certamen ingens,* (addit Philo) *hoc enim internum bellum armis desideriorum fit, vt eius atrocitatem & periculum consideremus; quis enim non pertimescat hostem, cuius vel saltem desideria possunt occidere? quid enim in natura sola voluntate potest occidere; solus Deus omnia quæcumque voluntate voluit effecit.*

a Orat. 1.

b Lib. de Monogamia c. 15.

c Ser. 171.

Galat. 5.

13. Deinde facilè euincam ex D. Petri verbis sacerdotes alloquentis te per summam immanitatem assiduo fallacium voluptatum luxu agnum innocentem peremisse. *Charissimi* (inquit) *nolite peregrinari in feruore qui ad tentationem vobis fit quasi noui aliquid vobis contingat.* Clarius Cyprianus [d]. *Charissimi nolite mirari ardorem accidentem vobis.* Sic etiam ferè Hieron. *Hermanos no os estrañeis de las desmesuras que sentis en vuestros cuerpos, qui ad tentatiõnẽ vobis fit. todas son ronçerias y traças de nuestra carne.* Ne igitur miremini, quasi aliquid noui vobis cõtingat, nã & titillatio

Caro rea mortis Christi.

1. Petri 4. 12.

d Epist. 56. ad martyres cap 9. vide R. Lorinũ in 1. D. Petri c. 4. v. 12. est interpretatio P. Francisci Turr lib. de dogmaticis characteribus.

tillatio

tillatio ista sine nostro vitio & culpa excitari solet, vt notat Euagrius, siue Nilus, vt de Pachomio illo sene Anachoreta refertur: quæ tentatio patienter & lætè toleranda est, quia sic etiam vincendo tentatorem, *communicantes* (sumus) *Christi passionibus*, hoc est, sumus socij passionum Christi. Et quòd hic sit sensus, liquet ex sequentibus: scientes eandem passionem ei quæ in mundo est vestræ fraternitati fieri, hoc est, sæcularibus quos vocat *κοσμικοῖς*; si enim soliciti sunt quomodo placeant vxoribus, & nouercam apud se habent: ideo enim Paulus ait, *Tribulationem carnis habebunt huiusmodi, a nuestros hermanos los legos no les falta tentacion*, & hoc est, quod ex Paulo explicat Augustinus, *Ego autem vobis parco*, supersedeo labores, & onera matrimonio ostendere ne succumbatis.

14. *Et ideo addit, communicantes Christi passionibus.* Quid ais, subiitne ipse passiones ignominiæ, & aliquid à nouerca carne passus est? absit, sed nota Christum passum fuisse non quas Philosophi vocant animi perturbationes, tales enim in Christo non fuerunt, sed propassiones, vt Hieronymus docet [a], & non vnam tantùm passionem fuisse denotat, sed numero multitudinis plurimas designat fuisse. Sed quando aut quomodo Christus à carne ignominiosè tractatus, si eius perturbationes non sensit? dicam, allata priùs similitudine. Contingit nobilem virum ambire vxorem alterius, atque illam turpiter adultero consensisse: vnus verò è consanguineis adulteræ, eius infamiam & peccatum propulsare volens obuiam fit adultero, & exprobrata eius turpitudine veniunt ad arma, ingruit in eos iudex, & ministri, parcitur nobili, consanguineus autem adulteræ ducitur in carcerem: quærunt omnes quid hoc? cuius causa rixa, in quo peccauit qui vinculis traditus est? Respondent omnes, *negotium est fæminarum, cosa es de mugeres mañana se passeara no sera nada.* Hoc Ioanni Baptistæ contigisse quis ambigat? exprobrauit adulterium Herodi cum nouerca Herodiade vxore fratris sui; & hac de causa nouerca caput truncauit. Pergit vlteriùs, & Christus Dominus coram ipso Herode adultero sistitur; & quid agat nouerca? certè quod hodierna die in Bacchanalibus peragi à fidelibus videmus, *induit filium Dei*, & cùm membra fidelium membra sint Christi, dum seipsos membra meretricis efficiunt, patitur in illis Christus passiones quidem plurimas. Proh! superùm iustitiam, iustitiam inclamo, en sæua nouerca, agnum perimit innocentem, agnum tanquam occisum, *ten verguenza carne que en el baño de la gracia te vestiste de Christo.* Verecundare caro quæ Christum per gratiam induisti, Christũ in suis membris trucidari à te crede, quòd si minus credas, audi quid ipse de sua loquatur morte. *Considerauerunt & inspexerunt me, & dinumerauerunt omnia ossa mea, hecharon ojo a mi paraque pagasse sus peccados, y contaronme vno por vno mis huessos.* Quæ verba illud videntur significare quod adeuntibus diuersorium hospitij causa euenit; intrant enim hospites & socij itineris diuersorium, hospes expeditus & liberalis quidquid delectabile est offert: sedent, deferuntur epulæ, comedunt & bibunt largè & opiparè; hospes verò cùm iam saturatos & benepotatos videt, stans à longè prospicit, enumerat assidentes, & sigillatim quemque considerat, sed cœtus præcipuè auctorem intuetur, *hecha ojo al capatas de toda la camarada*; quorsum ne precor? eò sanè vt peracta cœna vnusquisque soluat ad æqualitatem quod deuorauit, & insuper & lectum & hospitiũ. Audi sodales peccatores inter se colloquentes, *Venite, fruamur bonis.* Mox stabularius, mundus videlicet, solers & expeditus, & nouerca caro libenter offerunt oblectationes, turpes concubitus, lectum apparatissimum, vt ipse Salomon auscultasse fatetur. Accumbunt, inebriantur, & dormiunt, & ecce vnus Christus, vnus Agnus Dei, qui soluit, *qui tollis peccata mundi,* 16.
adest. Exigitur ab eo solutio dissolutionum nostrarum, *Et ideo considerauerunt & inspexerunt eum, hecharon le ojo este este lo a de pagar, & sigillatim omnia membra dinumerauerunt.* Soluite nobis quod peccant capita reipublicæ, soluant Christi membra quod peccant miserrimi adolescentes, & infirmæ mulierculæ, soluat mensam, soluat lectum, soluat ludos, & quidquid in diuersorio mundano his diebus Bacchanalibus perpetratur largè soluat. Notúmque sit omnibus omnia consummata esse in Christo, flagella, sputamenta, spinas, clauos, & crucem, quia hæc omnia nouerca vtpote internus & domesticus hostis in Agnum Dei vno die coniecit, & ab illa *est Agnus tanquam occisus, & in ipso consummata sunt omnia, quia ipse omnia pro nobis persoluit.* Iam insatiabilis appetentiæ inimicam vobis ô fideles ostendi, quæ eo violentiùs appetit, quo largiùs accipit, eo duriùs imperat quo ei citiùs obtemperatur. *Mirad que nunca se harta aquella officina de appetitos, si le dais siempre apeteze, si le obedeceis mas os mandara, si le negais os hara violencia, si le dais el cuello os quitaran el entendimiento ati mismo te desnudara de el ser de hombre y te vestira de bestia. mirad que en el vencer va la saluacion, la alma, ea pecho ea cuerpo endureceos, haceos de bronce que no ay camino duro ni aspero al potro, que ya tiene el cascoz. la viña endurecida, ni teme sudar con las armas la mano que dexo la esteua y arado: buscad maestros toma exemplos oyd aquella vox mas trillada que el cielo,* adolescentularum frequentiam deuita. Videte agnum tanquam occisum, *escarmentad en vn desafuero tan grande.* Nazian.[a] auscultate. *Facilè imposturam facit quod delectat.* Pellite longè, Dauidis exemplo, aquã profundentis, fallaces voluptates: vt enim ait Chrysost.[b] *Timuit latẽtes insidias, horruit appetitum, & habitu & specie vera necessitatis ne corrueret in deceptiones, & ne deceptus tandẽ occumberet.* Vnde natura mater contrà nouercã remedia prouidit, vt notauit eleganter Plinius[c]. Dicebatur cœna dubia, vel in qua fictæ epulæ ex ligno confectæ inferebantur, vel in qua latebat venenum: cœna igitur dubia sunt oblectamenta, & conuiuia; quare obseruaui, inquit Plinius, alicubi mel veneno simile & lethale generari. *Quid voluit natura his insidiis? parum enim erat genuisse rem in qua venenum facillimè daretur,* nempe mel, etiam ne hoc venenũ ipso in melle tot animalibus dedit? *Porque hizo plato de vn veneno dulce.* Respondet. *Quid sibi voluit, nisi vt cautiorem minúsque auidum faceret hominem? para hacerle recatado le puso aun en la miel la ponçoña.* Quod & in illo dictum apparet, *Fauus distillans labia meretricis*; ideo nos metu & prouida cautione aduersùs nouercale venenum istud, mater natura muniuit.

Tradetur enim Gentibus. Quinã sũt isti Domine, qui te inimicorũ subiiciẽt potestati, inquiramus ex 17.

Marginalia: a In cap. 26. Matth. — Simile. — Psal. 21. 18. Mysticam iterum mortem patitur Christus à suis fidelibus. — Simile. — Ioan. 1. 29. — a Orat. 4. — b Hom. 11. in Psal. 50. — c Lib. 21. — Prou. 5. 3.

A quibus traditus est Christus. ex officio nostro, ánne dæmones? certè hoc tantùm deesse videbatur, vt dæmones cum cæco simul mundo & nouercali carne tantú potuissent scelus perpetrare. Imò ipsismet dæmonibus peiores principes sacerdotum extitisse, ex ipsorum
Mat.21.35. licet verbis deprehendere. *Venite*, inquiunt, *occidamus eum, & possideamus eius hæreditatem.* Dæmon possessionibus non inhiat, faciunt id auari Pontifices, qui ob eam passim Christú trucidát.
Eccli.27.1. *Auari infideles. Similes.* *Qui quærit locupletari auertit oculum*, id est, intentionem, lucrum solummodo expectant. Quemadmodum si infideli homini iamiam supplicium subituro si ad eum conuertendum hunc Christi ostendas effigiem, faciem auertit, si inde gehennales reminiscaris flammas, faciem similiter intorquet; non secus auaris Iudæis Ioannes suc-
Ioan.1.29. clamabat, *Ecce Agnus Dei*; ipsi verò faciem aliò conuertebant: sed vbi Dei esse filium ostendebat, illi intra se submurmurabant confestim, *Venite, occidamus eum*; auaro videlicet consilio opes & possessionem sitiebát, nihil Christo sibique omnia turpi lucro comparantes, ac tandem inuidia
Exodi 34.26. flagrantes, *quia multa signa facit*, Agnum morti adiudicant. Quod vt impiissimum genus mor-
Impietas Hierusalem. tis Deus prohibuerat, nó coques hædum in lacte matris suæ, miracula enim lac erant illius populi adhuc infanti & tenello, quid agant inuidi Pontifices, agnum illis promissum in lacte ipso, hoc est, quia miracula facit, vt credant, de medio tollunt. *Venite, occidamus eum*; inuidia enim & auaritia pariter contra Christum consenserunt.
Cap.1.13. Amos audite. *Super tribus sceleribus filiorū Amon, & super quartum non conuertam eum, eo quòd dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum*
Auaritia Christum occidit. *suum*: vicinas quippe fœminas prægnantes clauso adhuc vtero dissecabant, vt deficiente prole ipsi in illorum hæreditates securiùs irreperent. Tu igitur ô Iezabel, magnorum videli-
18. cet principum auaritia innocenté hunc agnum peremisti. Vnde Ambrosius, *Non audias Iezabel quæ est auaritia quodam profluuium vanitatis, dicentem: Ego do tibi possessionem quam desideras, ego habeo mea iura, meas leges, calumniabor vt spoliem, & vt possessio eripiatur vita pulsabitur.* Immedicabile auaritiæ vulnus vt Iudas ostendit, sed non
Ambitio Apostolorum cui similis. minus sæuum ambitionis vitium, quo perculsa mater filiorum Zebedæi acerbo passionis tempore Regni Christi primatus sollicita perquirebat. Quemadmodum cùm ingruente tempestate vectores discissis ab ipso nauigio tabulis suam vnusquisque tueri vitam curant, nihil iam de naui soliciti, quamtumuis illico submergatur vndis, sic viri Iudææ principes, cùm Dei Romanorúmque sæuiente manu suam viderent naufragare rempublicam, vt suas tuerentur dignitates, tabulas ad hoc nauigio præscindere cœperunt, *tradetur principibus ad conspuendum, flagellandum, & crucifigendum*, quo nauis pænè obrui cœpit, intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, cui periclitanti & naufraganti fauere noluerunt: quoniam ipsius tantummodo sitiebant dignitatem, *agnum tanquam occisum*; ab iis igitur proculdubio agnus peremptus est. Hac ergo iam vtcumque perorata causa, ferto mitissime Agne tanto dignam imperatore sententiam aduersùs ingratos huiusmodi homines.

19. Vocatur primò cæcus mundus, cui Dominus ait: *Quid tibi vis faciam*? quis vnquam iudex ferendam ab ipso reo sententiam exorauit? verùm ea est huius iudicij gloria, non vt perpetuis tenebris cæcus tradatur, sed vt indulgentiam tanti cognoscat redemptoris, & ipse tibi deligat sententiam. *Domine vt videam*; *Sententia digna ingrato, beneficium intueri.* nihil est enim (vt ait Seneca,) durius ingrato quàm benefici vultum clarè intueri. Respice idcirco quale in te contulerim beneficium, quod cùm tui amore me crucem subire videris, clariùs cognosces; quare, vt bene aduertit Theo- Gen.2.7. doretus, statim atque hominem Deus creauit, illico ei oculos aperuit, nulla interiecta mora, vt vel ipsas Dei manus vili infectas luto cerneret, tantúmque beneficium gratanter recoleret; sic & cæco isti oculos aperuit, quo tempore ob eiusdem amorem crucem erat subiturus, quo melius collatum tibi nosceret beneficium. Vnde Chrysostomus cùm Apostoli referret verba, *qui cùm sit splendor gloriæ* (Patris) *&* Heb.1.3. *figura substantiæ eius, portánsque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram patris in excelsis*: vbi legit Chrysostomus ex Græco, *per seipsum purgationem peccatorum faciens*; posset quidem cæci istius oculos aperire, quando verbo suo, hoc est, imperio cætera condebat opera, & mundum manibus portabat, vt ipsum diuinitatis fulgentem splendoribus & vnigeniti gloriam ostentando cernere potuisset; satius tamen ad mundi ingratitudinem conuincendam iudicauit tunc temporis cæci aperire oculos, cùm iamiam diuino cruentatas sanguine manus cernere posset, & diuinam beneficentiam admirari.

In nouercam verò quam feremus senten- 20. tiam? eam sanè vt Christi sui passionem assiduè *Assidua meditatione passionis caro & anima munienda est.* meditetur, ipsiúsque carne vescatur, quo melius effrænatos animi motus possit cohibere. Idcirco de piis & cordatis animis prædixit Propheta, *Ascensiones in corde suo disposuit*; cor ni- Psal.83.6. mirum suum certo virtutis pondere ordinauit. Vnde in originali habetur, *Horologium disposuit in corde suo, reduxo a buen concierto todas sus passiones.* Hoc autem quomodo? *in valle lacrymarum*, passioné videlicet Christi deplorans, huius enim memoria sic animi motus compescit, vt à recta ratione non discrepent; habent enim se Christi dolores (ait quidam Doctor) sicut illa virgula Georgius Venetus in sua Harmonia. ferri, quam vulgo dicimus *volante*, in crucis formam extructa, qua totum componitur horologium; si verò virgula cū supposito pondere non conformatur, totus ordo dissoluitur, & nulla rotarum certo motu, nec lingua campanam debito tempore pulsat. *Disparan las ruedas interiores y suenan mill desconciertos donde no ay memoria de la pasion del señor y su cruz nos gouierna. Ita* (inquit Georgius) *consideratio crucis Christi omnes animi motus ad horologij harmoniam cogit*; propterea in subditis his animi motibus crucem nos pectus supersignare admonet Gregorius [a]. Si au- a In poemate de ira. tem externa tantùm crucis signatio eam habet vim, quámnam, obsecro, Christi corpus & sanguis habebunt? Diuina proculdubio vita nouerca viuet, turpi & vili conditione prorsus exuta. Quamobrem acutè notauit Cyprianus, Deum in veteri Testamento esum sanguinis prohibuisse, in nouo autem eundem præcepisse. *Carnem cum sanguine non comedetis.* Respondet autem Cyprianus [b], *Sic nec opor-* b Ser. de cœna Domini *tuit vt sanguini humano sanguis pecudum misceretur, quia vita omnino in sanguine est, vita autem hominis rationalis omnino vita bestiali sociari*

sociari non debet: at Christi sanguis cùm vera mater sit, nouercæ istius mutauit conditionem, eámque non bestiali, sed diuina efficiet vita viuere; panis enim iste veri legislatoris vicem subiens, intrat arcana pectoris, ibíque de carne triumphum agens pessima illius conuellit instituta, spiritúsque leges ea vi in animum inserit humanum, vt ipse de se fateatur, *sentio aliam legem in membris meis*, cæterarúmque voluntatem extinguens appetitum asperá pœnitentiæ viam perfacilem reddit, quod solus Christi sanguis eiusdémque passionis commemoratio præstare potuisset.

21. Quàmnam ergo sententiam in cæcos defers Iudæos, qui te, Domine, in crucem huiusmodi egerunt? certè non aliam, quàm eis precari veniam. *Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt.* Luc.23.34. Ob ignorantiam isti, & ob dementiam illi ingrati licèt sint, merentur veniam, *ne irascaris illis, omnes insaniunt.* O iudex mitissime, cæcutientes quæso nostros oculos tuo collustres lumine, vt tantum possimus cognoscere beneficium; *cui enim præstò non sunt hæc*, (ait Petrus) *cæcus est, & manu tentans.* 2.Petri 1.9. Quamobrem apertis semel animi oculis nullum alium potuit Augustinus [a] scopum cernere, dum dicebat; *Consideraui languores peccatorum meorum, & dexteram tuam inuocaui ad salutem meam. Vidi splendorem tuum corde saucio, & repercussus dixi: Quid illuc?* illinc meis infirmitatibus certam pollicebor salutem, petam, sperabo, ei assiduè seruiam qui me in hac vita certo gratiæ lumine cumulauit, vt me post hæc gloriæ luminibus beet in æternum.

Cæcus apertis oculis & Christum contuetur.

a In Manuali.

SPIRITVALIBVS MEDICAMENTIS tristitiæ morbus depellitur: veri gaudij, veræque lætitiæ fontes aperiuntur.

INSTITVTIO XXXI.

22. *Verbum Dei tristitiam depellit.*

SCOPVS INSTITVTIONIS.

ANTEQVAM veri gaudij fontes & causas aperiamus, grauissimo mœroris ac tristitiæ morbo ex Dei verbo remedium afferam, quod vbi est, locum minimè habet querela illa, *Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi?* Ier.8.22. nec enim sine causa dictum, *Mœror in corde viri humiliabit illum, & sermone blando lætificabitur.* Prou.12.25. Cordis itaque mœror grauissimum malorum est, teste cælesti medico, *Omnis plaga est tristitia cordis.* nam sicut in corporalibus morbis ille grauissimus est qui lædit cor, lethale dicitur, cæterique extrinsecus adueniunt, ita mœror cordis mortem affert animæ; virtutem aufert ad operationes, *Spiritus enim tristis exiccat ossa.* Prou.17.22. Nullum vtique puta malum esse vbi lætitia est animi, ictus enim cùm non sentiuntur, carnem mortuam aut mortificatam inueniunt, lætitia autem sensum doloris aufert; è contra verò nullum leue malum, vbi tristitia locum habet; statim enim *in mœrore animi* (ait Salomon) *deiicitur spiritus.* Prou.15.13. Plurima porrò incommoda affert tam corpori, quàm animo; animo quidem, quia omnem actionem intelligendi & volendi quasi obstupefacit, & obtundit. Vnde D. Thom. alicubi testatur, D. Gregorium ex mœrore intermisisse pleniorem explanationem in Ezechielem, ipseque non obscurè indicat *homilia vltima* in eundem Prophetam. Idem vsu venit & B. Hieronymo [a] in eundem Ezechielem commentaria scribenti, corpori verò nocet etiam, quia, *vt anima gaudens* (teste Sapiente) *ætatem floridam facit*, ita *spiritus tristis exiccat ossa.* Basilius [b] addit: *Multos sanè nouimus cùm calamitate ingenti affligerentur, sibi vi à lacrymis temperasse, deinde in quosdam morbos insanabiles cecidisse: alios verò penitus exanimatos esse, cùm vires ipsorum perinde ac debile fulcrum quoddam tristitiæ onere confringerentur.*

Incommoda tristitia.

a Epist. ad Pamachium, & Anaplychiam.

Prou.17.22.

b Hom.4 de gratiarum actione.

23. Et Chrysostomus [c], *Omni actione diabolica potentior est ad nocendum, mœroris magnitudo namque & dæmon quoscumque superat, per mœrorem superat. Eum si auferas, nihil à dæmone quisquam lædi poterit*; cuius medici sententiæ nihil addendum præter verba Basilij, qui tristes carnis tentationibus obnoxios & procliues esse affirmat: nam cùm tristitia cor occupat, natura sedulà circuit quærens solatium; tunc dæmon occurrit, & quasi titubantem & semiuictum in cœnum proiicit; tristitia enim nocet cordi, ait Sapiens, sicut tinea vestimento, & vermis ligno, quod pondus sustinere nequit, inde Basilius [d], *Tristitia est auctor peccati, quoniam mœrore mentem submergit, & consilij inopia vertiginem affert: no sabe estar constante da le vn vaido que sin reparar en lo que haze da con sigo en el suelo.* Vnde non nimis exactè causa pensanda est huius morbi, vnde ille prouenerit: nam si magna est tristitia, magnus est morbus; ipsa namque per se morbus est, vnde error aliquorum nascitur, qui suis mœroribus non medentur, quia ex leuioribus causis orti sunt, cùm sciant aquæ haustu periisse plurimos, & leui acus ictu

c De prou. lib.1 & lib. 3.

Tristes obnoxij tentationibus sunt.

d In regulis.

Tristitia est per se morbus, etsi leui de causa orta sit.

ictu intumuisse carnem vel scalpendo, vlcus in pede mortem intulisse, *ay hombres de mala carnadura y coraçones que tan facilmente sienten que poco onada basta a herirlos y darles muerte.* Sed de remedio agamus.

Primum remedium sit, *velle sanari*; est enim mœror dulce venenum, à quo vix possunt qui experiuntur abstinere. Importuna affectio quæ sicut quartana febris repentè ingruit, at serò ac difficulter quemque deserit, sæpiúsque inuadit. *Tristitiam non des animæ tuæ..*&, *Tristitiam longè repelle à te. Multos enim occidit tristitia; & non est vtilitas in illa.* Ob hoc etiam Christus Dominus ab eo qui in piscina iacebat rogauit, *Vis sanus fieri?* sunt enim ægroti qui sanari à suis plagis nolunt, vt sic animos ad miserationem flectant, & copiosam stipem colligant. Sic etiam sunt aliqui mœrentes & tristes, qui nolunt consolationem, vt condoleant, videntes mœrorem eius, & hoc vile quid est & vanum, suas calamitates tam vili pretio venditare, alij nimis insistunt, in causa suæ tristitiæ æquum esse iudicantes talem vel talem rem grauiter sentire, vt dolere, & tamen *non est vtilitas in illa.* Alij remedium desiderant, & non inueniunt; & hi sunt quos curare intendimus. Statuto iam quòd quis à mœrore sanari velit, non statim medicorum more externa adhibenda pharmaca, *no secura el alma con alcorzas y epictimas*, hoc est, non verbis & colloquiis mœror animi pellitur, sed priùs mouere opus est prauos humores, ne aliquis humor sit qui cor occupet, peccatum enim rectà tendit vt obnubilet animum, mens verò pura singulare est in tentatione solatium. *Christianum igitur* (inquit Chrysostomus [a]) *si quid contristet, duas dumtaxat materias tristitiæ habere oportet, cùm scilicet aut ipsemet, aut proximus Deum offenderit.* Vnde cùm erat Susanna in media tribulatione, *cor eius erat confidens in Domino*, quia in occasione rem istam sedulò considerauit. *Angustiæ sunt mihi vndique*, ex vna parte, *si non egero, non effugiam manus vestras:* quod igitur malum huic præponderare poterat, nónne potentes erant & vafri senes atque maligni. O, inquit, aliud superest maius malum. *Si hoc egero, mors mihi est*; mors, inquam, animæ, & ideo concludit. *Melius est mihi incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Dei.* Solatium innocentiæ in tanto discrimine sibi reseruauit, quæ vbi est facilem viam aperit curationi. *Nam si mens nobis bene constituta sit*, addit Chrysostomus [b], *etiamsi infinitæ vndique excitentur tempestates, in tranquillitate tamen & in portu semper sedebimus.* quod frequens per confessionem delictorum expiatio præstat, vt experientia compertum est.

Margin: 24. *Remedium tristitiæ velle sanari.* — Eccli. 30. 22. — *Purganda est conscientia tristis.* — a Tom. 6. Hom. 19. de tristitia, ex interpretatione in Ps. 124. — Dan. 13. 22. — b Ibid. ex homil. de prouidentia.

Expiatis peccatis à cordibus nimis anxiis, & angore oppressis, externa adminicula & media humani fauoris amouenda sunt, vt in sola Dei spe & fiducia respirent: nam humana auxilia deficiunt, & cor illis inhærens ruit, & stipulis ipsis baculi arundinei pungitur, maximè cùm experitur quod *Ægyptus homo est, & non Deus.* Præterea rerum mobilitas animum solicitat, sintne defuturæ, an non, ac denique quia insufficientes sunt vt optata impetremus. Primò igitur in Deo nostro omnino defigenda est spes, nostra diuinæ voluntati est conformanda voluntas. Secundò sic humana media quæramus vt Deo potius quàm ipsis nitamur: errant enim in hoc plerique qui omnino à Deo pendere putant, cùm nihil minus præstant: nam si suspirium vnum in cælum mittunt, centies gemunt, & suspiria mittunt in terram, & si semel cælestia cogitant, multo pluries terrenis inhiant. Videntur hi similes grauissimo lapidi qui firmissimis fundamentis & columnis consistit; pendet tamen à tenuissimo filo, à sublimi loco. Diceré sne ob hoc à cælo pendere, quia non ad imum vergit: aufert fundamenta, & videbis quali pondere ruet. Sic sunt aliqui tenuissimæ spei in Deo, hominibus autem multum fidentes, qui impatientes sunt, cùm ab eis auxilium humanum subtrahitur, & hæc est causa mœroris multorum, cùm hæc consolatio cælestis ab illis aufertur.

Margin: 25. *In solo Deo sperandū vt tristitia leuetur fit.* — Isai. 31. 3. — *Simile.*

Nunc iam consideratione confortetur animus, aperiantur fenestræ, erumpant lætitiæ fontes. Prima, quantum præstat tribulatio ad perfectionem, purificationem, & vt rectam intentionem & voluntatem in Deo defigamus. Secunda, quàm gratus est Deo animus in mœrore positus, sicut crater odoribus plenus, cui licet ignis subiiciatur, & ferueat, suauissimos tamen efflat odores; sic etiam cor quod in mansuetudine tristitiam tolerat, Deo & hominibus gratissimum est. Tertia, omnes tristantur etiam impij: hoc autem interest inter eos & iustos, quòd illi impatienter se gerunt, vel ad alia vitia confugiunt, in quibus vix delectatur. Quarta bonæ conscientiæ fenestra aperienda est, de qua Rupertus [c], vbi ponderat verba Ioelis,

Margin: 26. *Considerationis solatium præstantissimum.* — c In cap. 1. Ioelis.

Digitized by Google

Depopulata est regio, luxit humus, malogranatum & palma & omnia ligna agri aruerunt, quia confusum est gaudium à filijs hominum. Vide, inquit, in hac commemoratione quàm valida reprehensio sit, licèt breuis: nam si quæreres, quare depopulata est regio? Confestim causam reddit, *quia confusum est gaudium à filijs hominum*, id est, *quia confuderunt gaudium, siue non seruauerunt ordinem gaudij filij hominum: primùm enim & particulariter gaudere debuerant in Domino, secundariè verò in bonis. hic erat rectus ordo gaudij.* & alibi [a]; *De creatione*, inquit, *mundi sabbatizant*, id est, *gloriantur dilectores mundi, nobis autem de salutatione gaudendum est.* Nam vbi est gratia, vbi est Deus, vel spes salutis, ibi gaudium plenum est, omnes lætitiæ fontes in se continens. Pro quo nota miram sacræ Scripturæ exaggerationem doloris matris Tobiæ iunioris absentis, & qualibus nominibus eius præsentiam & possessionem nuncupat. *Fili mi, vt quid te misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ, omnia simul in te vno habentes te non debuimus dimittere ire à nobis, ojos, baculo, consuelo, hacienda, posteridad, suma de todos los bienes. Hiperbole de amor.* Sed hoc in anima quæ in conscientia pura Deum possidet, quàm sine exaggeratione verum est? quot nomina, tot habes in Deo lætitiæ fontes; si verò absit, ô qualem tristitiam affert, ideo gratia dicitur lætitia, & iustus ac peccator orat, *Redde mihi lætitiam cordis tui.* Hanc fenestram & Gentes experiebantur ad lætitiam: vt Seneca, *Hoc ante omnia fac mi Lucili, disce gaudere: existimas me nunc detrahere tibi multas voluptates qui fortuita submoueo, qui spes, dulcissima oblectamenta, vitanda existimo? imò contrà, nolo tibi vnquam deesse lætitiam, volo illam tibi domi nasci. Nascitur si intra teipsum sit: disijce & conculca ista quæ extrinsecus splendent, quæ tibi promittuntur ab alio, & bonum verum expecta, & de tuo gaude. Quid sit istud bonum interrogas? aut vnde subeat?, dicam ex bona conscientia, & honestis consilijs, ex rectis actionibus.* Vide vnde lætatur Seneca in teterrimo sæculo dum Nero orbem improbè vexabat. & epist. 27. *Dimitte istas voluptates turbidas, magno luendas, non sunt solidæ, non sunt fideles, etiamsi non nocent fugiunt. Aliquod potius bonum circumspice mansurum; nullum autem est nisi quod animus ex se sibi inuenit. Sola virtus præstat gaudium perpetuum, securum.*

Discessus Dei ab anima quàm pertimescendus.

27.

Vera gaudia à quibus manent.

Conscientia pura lætitia finis.

a Lib. 1. de diuinis officiis cap. 15.

Tobiæ 10. 4.

Vide Bernard. epist. 14. & Senecam lib. 3. epist. 23.

28. Quod vt verum esse deprehendas, insanientium hominum in suis delitiis errorem & pœnitentiam contemplare; risum enim mixtum dolore reperiunt, *& extrema gaudij luctus occupat.* & Iob, *Laus impiorum breuis, & gaudium impiorum ad instar puncti.* & alibi, *Gaudium hypocritæ ad instar puncti.* Punctus autem duo extrema terminat, lætitiam scilicet, & mœrorem, & quia Septuaginta verterunt, *Lætitia impiorum ruina ingens*, ait Chrysostomus [b]. *Si eorum lætitia ingens est ruina, & gaudium perditio, quid dicemus esse eorum interitum? Dic amabo te, quid dolorem? quid animi ægritudinem?* ad instar puncti. Punctum enim cùm prorsus indiuisibile sit, non est quantitas, sed initium quantitatis, dicitur enim principium lineæ, vel in quod desit linea: instar ergo puncti se habet gaudium huius sæculi, quod initium alicuius gaudij videtur esse: at indiuisibilis est lætitia, quæ si in vultu & specie cernatur, non extendit ad cor, nam iam extremam partem non lætitia, sed luctus occupat, *& risus dolore miscebitur* vel, vt in Hebræo, *in risu dolebit cor, en la mayor risa està el ay de dolor.* Ego verò Gregorium sequor in hunc locum, qui de breuitate gaudij punctum explicat, quod vt efformet, manus non plenè quiescit; putat enim impius lineam producere posse, & manet in puncto. lege Augustinus [c]. *Sæculi lætitia impunita nequitia*, ideoque maximè contemnenda, quia admixtam habet nequitiam, & peccatum. *Lætantur cùm malè fecerunt*; ideoque hoc gaudium maledictum à Deo est. *Væ vobis diuitibus, qui hìc habetis consolationem vestram*; quis quæso auderet cibum tangere, nedum in illo oblectari, cui vir sanctus maledixisset Dei maledictione? Porrò fallax est gaudium, & stultorum proprium; sicut, *Quid faciam*, inquit stultus, *non habeo quo congregem fructus meos.* quæ verba expendit Ambrosius [d]. *Satiato diuiti non est quod sinat eum dormire, excitat eum cupiditas, sterilitas prouentum perturbat, nec ipse quidem Deus ipsum dormire permittit, interpellat cogitationem, excitat dormientem. De inopia queritur abundans fructibus, miserior iste fœcunditatibus suis, quàm pauper cui periculum de egestate est.* Vnde bene homines Seneca *malo suo* lætos dixit, ac proinde gaudium nullum malum esse, quia si malum, gaudium non est, vnde non propriè dixit Virginibus, *& mala mentis gaudia.* Melius vates Amos [e], *Qui lætamini in nihilo.* Symmachus, *qui lætamini sine vlla ratione*, quia qui ratione pollet in sæculi rebus, haudquaquam gauderet.

Vanissima lætitia mortalium & ad instar puncti.

Gaudia mũdi nihil.

Prou. 14. Cap. 2. 5. Cap. 12. 5.

b In Cantic.

Prou. 14. 13.

c Serm. 7 11. de tempore, & serm. 37. de temp.

Luc. 6.

Luc. 12. 17.

d Lib. de Nabuth. cap. 6.

Vide Aug. 8. confess. c. 2. Tu semper aderas misericorditer seruiens, &c.

e Cap. 6. 13.

Domus

29. Domus præterea Ecclesiæ ex quo Verbum in carne eam sacrauit, lætitia redundat, & præsultat gaudio vniuersa familia. Mysterium enim istud ad amandandas omnes iniucunditates & tenebras patratum est. Nuncij læta prænuntiant. *Gaude & latare, no te huelgas arto, exulta satis,* vmbra & typus eius Isaac, risus interpretatur, eius à longè contemplata visione, *Abraham exultauit vt videret, vidit & gauisus est.* Virgo exultat spiritu, *& exultauit spiritus meus.* Ioannes præcursor præsultat gaudio, *& exultauit infans in vtero meo.* Filiæ Hierusalem ad commune gaudium inuitantur. *Egredimini, & videte regem, &c. in die latitia cordis sui.* & ipsa Virgo (ait Athanasius [a]) ab Angelo lætari iubetur. *Latari iubet Angelus cum auere iubet*, quia fundamentum habet lætitiæ gratiam & Deum, sic enim prædictum erat per Isai. *Ecce serui mei latabuntur, & vos confundemini; serui mei laudabunt pra exultatione cordis, & vos clamabitis pra dolore & confusione spiritus, no habra hombre triste venido Christo al mundo sino es los que no creen que a venido. vos vlulabitis.*

Domus lætitiam Eccl. sua ab aduentu Christi.

a Serm. de annuntiatione.

Cap. 65. 13.

30. Dices tamen, ita verum est Christi aduentum summa terras lætitia perfudisse, & Angelos gloriam & pacem decantasse, at moriens quanto mœrore affectus est, quanta confectus tristitia? Porrò eius passio, cruciatus, effusus sanguis, viuaque crucifixi imago quî poterunt corda nostra exhilarare? Nota ad hoc ex D. Thom. [b] verum gaudium ab amore profluere, vel ab amore amicitiæ, vel concupiscentię, ex quibus duplex gaudium proficiscitur, vtrumque autem gaudiũ habet anima, quæ cum Deo per charitatem & gratiã vnita est; gaudet enim quòd Deus perfectissimus sit, & omnia ipsius prospera, & secunda. Gaudet insuper & de propria sua iustitia & salute, cùm in adoptionem filiorum Dei sit accepta. Gaudet tertiò de proximorum salute, amore amicitiæ, quo illis bona sempiterna desiderat. Adde in Christo hos amores in summo gradu fuisse, & insuper anima eius beata erat, à qua longè aberat dolor. 31. Cæterùm tális fuit amor iste amicitiæ quo homines & Patrem suum dilexit, vt quia gaudium tunc non erat opportunum, tristitiam sibiipsi adsciuerit, & tristatus est, quia ipse voluit: *vistiose de tristeza por que venia adar nos el pesame y amor sue el entristecerse*, vt eleganter Ambrosius [c], *Sequestrata delectatione diuinitatis aterna tadio mea infirmitatis afficitur, hicieron tregnas en el alma de Christo señor nuestro el gozo y la tristeza amor nuestro le hijo entristecerse. Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Vis autem scire tristitiam istam ex amore profectam fuisse, vide quid dicat Isai. *Videbit & saturabitur:* considerabit eos qui saluandi sunt, & exultabit, & gaudebit, *alegraranse le los ojos vtendo los predestinados.* Verùm vnde sciam in media hac tristitia & angore, imò in ipsa passione exultasse? Dicam, & explicabo verba illa Canticorum quæ de spinis coronato Rege afferri solent. *Videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die latitia cordis eius*, & qua de causa lætatur, tres Patres in Cantica ingenuè fatentur. *Latatus est spiritu, licèt carnis cruciatibus vexaretur.* & in Psalm. *Propter hoc*, id est, passionem, *latabitur cor meum: insuper & caro mea requiescet in spe, agora me alegro pade ciendo y despues resucitando.* Sed cur quæso lætitia ista tribuitur coronæ spineæ, an quia septuaginta sunt mundi nationes *, quæ redemptione indigebant, & totidẽ spinæ respondent, vt notauit Tertullianus. 32. *Corona spinea in capite eius circundata. Hunc enim oportebat pro omnibus gentibus fieri sacratissimum, conuenia sey el suluador sacratissimo por todas las naciones.* Cæterùm ex eo lætatur, quia subditi huius summi Regis, qui fideles sunt, in illa corona etiam spinea figurantur. *Et eris corona gloria in manu Domini, & diadema Regni in manu Dei tui.* Cùm igitur in capite gestat tot qui in eum crediturі sunt, inde lætatur, & dies lætitiæ eius dicitur, cùm super humerum suum portat principatum suum, imò triumphum agit, hac enim de causa vetuit ne filiæ Hierusalem super ipsum flerent, vt ait D. Leo [d], amor iste animarum non sinit sine gaudio esse Christum nostrum, non solùm in mediis cruciatibus, sed cùm damnatur Iudæorum populus, & cùm Iudas abit in locum suum. *Nam sicut præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum*, vt ait Cicero, & Seneca, *præcogitati mali mollis ictus venit*; sic gaudij futuri, vel ante tribulationem cognitio minuit tristitiam. Vis huius rei exempla? cùm Spiritus sanctus aliquid triste denuntiare vult, iucundum aliquid præmittere solet. Sicut in Actibus Apost. 4. cùm dicitur discipulos omnes sua vendidisse, & ad pedes Apostolorum prouoluisse, inter quos numeratur Ioseph, quem Apostoli Barnabam appellarunt (comes D. Pauli) de eóque speciatim dicitur vendidisse hæreditatem sicut reliqui. Post hæc autem Ananiam discipulum & vxorem eius Saphiram memorat, corúmque fallaciam, auaritiam & mendacium cum repentino interitu narrat. Quorsum rogo factum Barnabæ commemorat, si per omnia erat simile iis quæ de aliis dicta erant; *quotquot enim possessores*

b 1.2. Quæst. 31. a. 1. & 2.

Gaudium & lætitia pro mistura amoris.

c Lib. 10. in Luc. cap. de tristitia.

Quale Christi gaudium & tristitia.

Cap. 53. 11.

Amor animarum gaudere facit Christum.

* Vide Thesaurũ Scripturarum Deutero. 32. quãdo diuidebat Altissimus gẽtes, quãdo separabat filios Adam.

Isai 62. 3.

d Ser. 10. de passione, istũ sibi planctũ Dominus Iesus dedignatur impendi, quia non decebat luctus triũphũ, nec lamẽta victoriam. Cicero Tusculã. 3.

Christus perditionem animarum aliorum gaudio & salute compensat.

res erant agrorum, vendentes, &c. aut cur eius potiùs meminit, & suo nomine nuncupauit, quàm reliquos discipulos? Dicam quod Lucas ipse indicasse videtur, cùm nomen *Barnabæ* interpretatus est, sonat enim *filius consolationis, hombre a proposito paradar consuelo*, & quia scriptor historiæ vel lector acerbissimum casum scripturus erat, anteuertit animum, ne illum tristitia occupet, sed leniat eius dolorem: *filius* consolationis, hac de causa post corruptos mores mundi cùm tactus dolore cordis est præ oculis statuit ad solatium suum Noë, de quo ait, *Noë verò inuenit gratiam coram Domino*[a]. *Hæ sunt generationes Noe.* Et vbi eorum nomina debet subiicere, ait, *Noe vir iustus in generatione sua fuit, cum Deo ambulauit.* Certè filios deberes dicere, non mores narrare; verùm vt soletur animum de acerbitate sententiæ mortis, & finis vniuersæ carnis, bonos mores refert, & Noe meminit iucundum sibi & gratum. Similiter Petri amor, reuerentia, fides à Ioanne narratur, dum pedes abluit Christus, vt Iudæ obstinatio, irreuerentia & perditio lætitiam illius paschalis non fœdaret. Vide quo pacto Christi incarnatio causa est summi gaudij, etiamsi eius passionem & cruciatus contempleris, est enim tristis ex amore; sicut cùm quis ex amore gaudet. [a] Gen. 6. 9.

33. Iam denique te expectat summi gaudij causa, gloriæ futuræ contemplatio, hic defœcati gaudij fons est, hæc inoffenso pede rectà ducit in cælum, est in vrbibus politiæ praxis, qua domus nimium prominentes dissecantur & amouentur, vt à fine vsque ad finem rectà pateat via; ita Deus præcidit temporalia, subtrahit consolationes terrenas, quo meliùs recta & plenior via pateat cæli, vt altè Tertullianus in Scorpiaco docet. *Christiano prius patet cælum quàm via, estàn derecho el camino del cielo que entrando por la fee asoma aculla al fin la gloria.* Quòd si in media via aliquid acerbum se offert, proposito illo gaudio sustinent crucem, confusione contempta. & ita ait, *Iustum deduxit Dominus per vias rectas.* Et quid inde, *& ostendit illi Regnum Dei, gran cosa diuisar el cielo.* Et quid insuper? *complebit* (gaudio) *labores illius, bien pagados van con eso el llanto y la tristeza.* Quale putas erit illud gaudium, cuius contemplatio lætificat ciuitatem Dei. *In remuneratione* (ait Bernardus[b]) *torrens est voluptatis, & fluminis impetus. Flumen planè est, sed quod affluat, vel effluat,* &c. &[c], *Quæ est ista copia, vbi nihil quod nolis sit totum, sit quod velis. Pascate, coraçon triste por aquellos iardines amenos de la diuinidad y goza de la mater de la misericordia en que se paseaua en busca del peccador Adam aquel ay recito blando que quando sopla en las celestiales espheras forja nubes de piedad y lluene beneficios pon te otro rato a coger ay repuro y sauo entre las llagas de Iesu Christo que se llama nuestro espiritu, spiritus oris nostri. sienta te a recojer el viento que viene por aquellas correspondientes ventanas de sus llagas y trahe el olor y salud de las celestiales drogas de su coraçon llega à la puerta de Ezechiel por quien Dios entró al mundo la Virgen santissima que ella sera para tu alegria,* vapor & emanatio virtutis illius.

[b] Serm. de nimia fallacia præsentis sæculi.
[c] Serm. de triplici genere bonorum.

VERBVM PATRIS.
Iudith 13. vers. 13.

Dixit Iudith à longè custodibus murorum: Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus, &c. Et concurrerunt ad eam omnes à minimo vsque ad maximum; quoniam sperabant eam iam non esse venturam.

Mœrentes discipulos incredibili explet gaudio: veræ pacis, veræque lætitiæ fontes aperit, signaque & vulnera ad illustre charitatis monimentum fixa ostentat.

DISCVRSVS XCI.

I. *Repentina lætitia.* [a] Orat. 40. *De bono gaudendum.*

EX repentino bono & inopinato vera animis ingeneratur lætitia (vt docet lumen Græciæ Gregorius Nazianzenus[a];) *ob bonum lætitiam concipe*, nam ex malo nec desiderium, nec verum gaudium, liquidave voluptas concipitur. Sed neque omnino magna dicenda est lætitia, quando diu multùmque sperata. Illud quidem singulare est, regni accipere iucundissimum nuntium illum, qui per sententiam æternum ignominiæ dedecus expectabat; & qui cruci addictus erat, repentè veniæ & præmij lætissi

lætissimum Euangelium audire; cum denique regem factum, quem mortuum putaueras, & lumina ingredientem stabili matrimonio coniunctum, diuitiis abundantem, quem mater Tobiæ vita functum credebat, & lamentabatur. Ille animi admiratione defixus, & attonito similis obstupescens præ gaudio veram & exuberantem lætitiam apertè declarat. Cúmque hodierno die in resurrectione Saluatoris nostri, boni præstantissimi conspectus adest, vbi præsentia, & vita immortalis eius cum vita, & gloria nostra copulatur, & his addatur rem esse inopinatam, desperatam, & minimè creditam, horum Apostolorum lætitiam, & qua nunc exultat Ecclesia, maiorem, iucundiorem, & excellentiorem esse demonstrabimus, quam nunquam antea à quoquam fuit percepta. Prodeas iam lectissima & fortissima fœmina portenti similis, Ierosolymæ decus & ornamentum, summa gloria, &, vt Græcè habetur, *exultatio Israelis*, vt te tuus sacerdos Ioachim compellauit: *qua consummata es in mulieribus*, vt egregiè dixit Alexandrinus Clemens [a], in cuius inaudito facinore, vt ait Ambrosius [b], spes cum desperatione pugnauit; desperatio priùs hominum pectora occupauit, nomen enim Holofernis, qui obsidione, armis, ignibus pugnabat, necnon & multarum gentium copia, qui campos canis messibus ornatos in cinerem pascente flamma conuerterat. Achior etiam, qui vinctus erat, mortis diem nuntiaturus, Bethuliam ingressus omnes terrore perculit, ita vt illo quasi fermento intra vrbem misso, desponderent animos, & vires amitterent. *Fue Achior la leuadura de desconfianza y general desmayo de toda la ciudad*. Sed ecce subitò spes fœminam vocat ad arma, & exuens lugubrem habitum, viduarque vestitum, elegantes & ornatas vestes induit, egregiam formam, & miram pulcritudinem referens, condecorat illam singularis, & inaudita gratia. Ecce iam egreditur, iter arripit, pedissequa, ancillula, & maximè (ait Ambrosius) spe socia bene comitata. Qui illam intuentur (inquit ipse) desperationis ore testantur, hæc festinat ad mortem, sed fides econtra minimè, sed ad victoriam pergit. *Quantum ad molem spectat periculi, moritura processit; quantum ad fidem, dimicatura*. Intrat medias hostium phalanges forti animo, ora oculósque ducis allicit pulcritudine sua, sola se recipit in Holofernis cubiculum, & conopæum. Iste vino nimio mersus, obrutúsque, penitus instituti iam flagitij & immemor, & impos, cùm neque mente, neque pedibus insisteret, in lectum non iit, sed cecidit (vt ait Græcus textus) & altum illicò stertere cœpit, fusis illa ad Deum precibus lumen accendit, fax etiã splendebat, aut lampas, (consueuerant enim huiusmodi duces captare somnum ardentibus lucernis *.) Vt autem solam se cum Holoferne sensit, hunc quoque vino, somnóque sepultum vidit, fusis ad Deum precibus nobilissimum opus auspicatur; hinc verò, hoc est, è columna, pugionem Holofernis, qui in columna illa ligatus pendebat, exsoluit. Græcè, *abstulit acinacem*, gladium Persicum, quia breuis erat, noster & Chaldæus pugionem vocant, è vagina pretiosissima eduxit, & læua manu bellatoris crines implicuit pulcritudine digitorum, quos ferè promissos gerere solent Orientales,

Summi gaudij causa in Redemptoris resurrectione.

Iudith encomia. Iudith. 16. 9.

a Strom. 4. c. 6.
b Lib. 3. officiorum c. 13.

Desperationis causa in Bethulianis ciuibus.

2.
Spes in desperatione à Iudith excitatur.

Egregium facinus Iudith quo pacto peregerit.

* Patet ex Plutarcho lib. de sacratis dæmonio, & in Cimoni. vide Serarium hic.

& quæ fusum teneram quondam tenuit, acinacis & pugionis capulum quatit, & breuiuscula (vt ait Augustinus) oratiuncula se roborari, & confirmari precatur. *Confirma me Deus in hac hora, percussit Iudith bis ceruicem*, totis sine dubio viribus (vt Græca habent, *in robore suo*) ictus inflixit vehementissimos, & abscidit caput eius. Vale anima ebria, vale adultera, vale detestabilis & impia, te flamma exoptabat æterna, conopæúmque ad propellendos culices tenuem abstulit, reuulsit, complicuit, capútque conuoluit, respirat paululum, & si quid adhæsit cruoris detergit, & Abræ suæ traditum misit in peram. Verùm desperatis portas occlusit, cubiculum densis custodiis est obseptum, socia mulier inualida; egreditur tamen, vt aliàs solebat, noctu, nec militum vllus minimo eam verbo impetere audebat, nec illi in balneo insidiari. Videt clausas metu Bethuliæ portas; hac enim de causa sacri codices portarum mentionem fecerunt. Vis intelligere exuberantem & incredibilem lætitiam, ingressa est Iudith instar Solis per fenestram, audi, finge tibi equitem, qui vsque ad vndecimam diei horam (vt assolent isti) altè dormit, sed inter dormiendum incubo laborat, & graui insomnio, inimicum nempe illum aggredi, & districto ense cor ipsum punctum iamiam ferire. Tunc temporis cubicularius repentè à somno excitat, fenestras aperit, & sua sol omnia claritate perfundit. Ecce insperata lætitia, ecce Bethulianæ tristitiæ, & somni imaginem, omnes occupauerat timor, & tenebris circumfusi, vnusquisque ingruentem gladium Holofernis somniabat, cùm ecce Iudith à longè clamare cœpit, vt citò portas aperirent; iuniores, & minimi à somno excitantur, *Quoniam non sperabant eam iam esse venturam*, Græcè, *inopinatum ipsis erat eam venire*. Quando accensæ faces, quando conticuere omnes, quando elocuta est cælestis illa mulier, quando caput Holofernis in medium protulit, pacem, salutem, & illius victoriam nuntians esse reportatam; qui stupor? quæ omnium admiratio? quæ lætitia? quod gaudium? quibus laudis, & gloriæ nominibus compellatur? Omnium acclamatione, omnium plausu suscipitur, conspicitur, interrogatur. Intuebatur hæc omnia Achior homo infidelis, & Deo vero carens, *Et videns virtutem, quam fecit Deus Israel, credidit Deo*; ipsa verò proposito capite hostis omnes multo mane ad bellum excitauit, & armauit, & hostes omninò profligare compulit.

3.
Iudith 13. 10.

Qualis lætitia ex reditu Iudith in Bethuliam.

Simile.

4.

Hæ omnes causæ hanc ingentem Apostolorum lætitiam præcesserunt. Humanitas & diuinitas, spes & desperatio decertant: desperatio discipulos in cœnaculo includit, spe cadentes, timidos sordidatos; nam nihil nisi mortuum contemplantur, cruci affixum inter latrones, à cruce refixum, sepulturæ mandatum, sepulcrum ingenti lapide clausum, militum custodia munitum, trium iam aut octo dierum spatio Dominum non vidisse se sentiunt. Colligunt se, & portas occludunt fiduciæ; quando diuinitas è corpore proiicit lineas vestes, sola manus conserit cum morte, & inferis, & anima educta veluti è corporis vagina, & in manibus posita diuinitatis fortiter pugnat, fugat mortem, barathrum perstringit, & prodit gloriosus, & triumphans, nec pulsat ianuas, nec quemquam vocat, repentinus, clausis ianuis ingreditur ad illos,

5.
Causa lætitiæ maximæ Apostolorum.

illos, qui nihil tale cogitabant, nec expectabant. Qui ingressus? quæ pulcritudo? quæ lux? quæ micantia vulnera? qui splendor? qui gladius in manu? quæ vox tam dulcis? ore risu perfuso, & ad beneuolentiam composito, prolata, *Pax, pax, pax vobis.* O stuporem! ô ecstatim! ô diuinam voluptatem, tanta fuit hæc lætitia diuinitùs illapsa omnium adstantium animis, vt omnium infidelior Thomas ad Christi pedes aduolutus ingenuè confitendo virtutem, & potentiam Christi dixerit: *Dominus meus, & Deus meus.* Post hæc dato spiritu, & peccati capite ostenso bellum & victoriam prosequi imperat. Hæc liquida & vera voluptas ex ipso fonte veri boni dimanans inopinata quidem, & repentina fuit: hac de causa hoc paschale gaudium sacer Euangelista ostendit, inquiens: *Gauisi sunt discipuli viso Domino.* Fontes autem gaudij, & fenestras inopinatæ lucis, & lætitiæ sensum ex Euangelio aperiamus.

Vera voluptas.

Summa discursus.

6. *Cum serò esset die illa vna Sabbatorum.* Sera nimis videtur esse ista lætitia, sed statim corrigitur verbum *serò*, cùm additur *die illa.* Serò enim subuenire solet Deus, placet enim illi Bethulianos, & Apostolos videre in afflictione constitutos, vincit tamen eorum expectationem, dum citius aduenit, quàm ipsi sperabant. Roga Abrahamum in quod tempus promittit illi fides tristitiæ finem, quam de morte filij concipit? & dicet post mortem filij à Deo optimo expectare solatium, *arbitrans quod à mortuis suscitare potens est Deus.* Morietur semel Isaac, pòst verò à Domino solatium expectabo. Sed vt videas longos Deo præstituere dies, ecce antequam moriatur, redimit, & ante gladium suscitat, & saluat, præcipiens ne iugulet. *Non extendas manum tuam super puerum, no alargueis la mano que andais muy largo en todo.* Nam & spatia longa mihi constituebas. Videas hoc in facinore isto Iudith, nam cùm sacerdotes reprehendit, qui quinque tantùm dies Deo definiunt, & auxilio cælesti, quo deficiente ciuitas traderetur hosti, ait: *In spiritu constituti humiliato dicatis flentes Domino, vt secundùm voluntatem suam sic faciat nobiscum citò misericordiam suam.* Quid ais fœmina? nónne vides quia prorogas diem auxilij, dum in Dei voluntatem remittis? quinimò (inquit) ipsi longum præstituerunt spatium, quinque nempe dierum, citiùs adueniet auxiliator Deus: nam dum *secundùm voluntatem suam venit, faciet nobiscum citò misericordiam suam,* hoc est, in ipsa die. Hoc ipsum obseruauit D. Ambrosius [a], circa responsum illud, quod dedit Pharao Moysi Exod. 8. nam cùm ille diceret, *Constitue tibi tempus in quo deprecer pro te, & pro seruis tuis,* nempe vt te à tam graui ranarum plaga liberet, *vt abigantur ranæ à te.* Respondit ille, *cras*; quis tale audiuit? (ait Ambrosius) remedium tanti mali in tua constituitur voluntate, & vsque ad mane producis? sic malam & tristem noctem transigere vis vexatus ranis? Vellet quidem Deus citiùs subuenire, qui diem suæ electioni reliquit, & dum rogare debet, vt in ipsa die liberetur, in crastinum differt. Non sic meus Christus, serò erat, & nec tunc sperabant, vicit tamen expectationem, *& in illa die,* ecce venit auxiliari suis.

Non serò venit consolatio diuina dum citius aduenit quàm expectabatur.

Hebr.11.19.

Gen.22.12.

Iudith 8.16.

a Lib. de Cain & Abel.

7. Adhuc videtur durum verbum illud *serò*; quare serò? *para dar le vna hechada a la muerte y que se viese que era verdadera muerte, y verdadera victoria.* Sicut cum in mari expectauit circa quartam vigiliam noctis, sed tunc *venit ad eos ambulans supra mare, vino pisando la mar*; quasi diceret, ecce currebamus simul, mors, & ego, concessi tamen illi sessionem vnam, vt mortem, naturam, tempestatem facilè superasse ostenderem; ideo ianuis clausis ingredior, vt vos etiam à morte, & sepulcro liberare posse credatis, & quia amici estis, & quia ego Dominus sum, *& Domini Domini exitus mortis.* Ideo aiebat, *Nunquid nescis, aut non audisti*? & quid est hoc, quod deberet scire? *Deus sempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ, non deficiet, neque laborabit.* Statue Deum Dominum esse sempiternum, sicque facilè cognosces omnes labores posse facilè superare. Bene est Deum ita se habere; vnde tamen scio posse me diuinum eius expectare auxilium? O insipientia! *nunquid nescis, aut non audisti*? *no ves que ignoras que todo lo que Dios puede hacer, lo puedes tu esperar, puedes esperar la resurreccion aunque estes sepultado luego puedes esperar lo que es menos*? Et licèt ardua sint ista, vide qua ratione reprehendit Sadducæos, gentem quidem, quæ minimè sperabat resurrectionem, quia impossibilis videbatur. *Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei. si supierades lo que Dios puede no os pareciera impossible la resurreccion*; quin imò si calleretis Scripturas, non tantùm non impossibilem, sed & certam crederetis; in illis enim quid magis testatum legimus quàm Deum & Dei opem, & potentiam quasi collocatam, & occupatam esse in auxilio amicorum, & seruorum Dei; & statim probat hoc ex sacra Scriptura: *Non legistis quod dictum est à Deo dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob*? Quòd si hæc audistis, quomodo dubitatis de resurrectione? *Nunquid est Deus mortuorum*? arguit Paulus, hoc est, si Deus omnipotens, & potens resuscitare, illos maximè suscitabit, qui amici eius sunt: nam si Dominus est, non est Deus mortuorum, sed viuentium; quòd si hos potens est à limbo liberare, etiam vos poterit suscitare; igitur neque cognoscitis Dei potentiam, nec Scripturas hoc ipsum testificantes intelligitis, & ideo *erratis nescientes scripturas,* neque virtutem Dei. Ex quibus premitur argumentum Isaiæ, si Dominus sempiternus est, & ascendit super occasum, & mortem, & infernum valet superare, & exitus mortis aperire, æquum est in reliquis tribulationibus ab illo auxilium præstolari, etiamsi serò veniat, ideo serò venit, vt potentiam manifestet.

Satis in tempore venit Dei subsidiũ.

Marc.6.48. & Matth.14.25.

Isai.40.28.

Potentia Dei ad summũ diffusa.

Matth.22.29.

8.

Exod.3.6.

9. *Et ait illis: Pax vobis.* Veræ lætitiæ fenestra in Ecclesia aperitur, sed quia D. Paulus *pacem Dei,* & alibi *pacem Christi* vocat, hanc duplicem pacem explicabo. Nam ad Philip. 4. 7. sic ait, *Et pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu.* Multa quæ de pace dici poterant, hoc vno verbo explicantur: nam, vt explicat Anselmus [a], pax quid diuinum, imò Deum ipsum seu personam Spiritus sancti significat, qua in seipso pacatus, & quietissimus est Deus, cuius natura est pax, vt ait Ambrosius; sed D. Chrysostomus [b] putat agere Paulum de pace illa, quæ à Deo in nos manauit, id est, pace cum proximis, & iniuriarum obliuione, quæ pax & animorum consensio nequit intelligi, quæ, qualis & quanta sit, nisi originem eius & effectus consideremus; lex enim vnionis à diuina essen

Pax quid diuinum.

a In hunc locum.

b In morali super hunc locum.

essentia, & pace manauit, & sic explico verbum illud, *qua exsuperat omnem sensum*, vel Græcè, *intellectum*: nam vel ista pax est Deus, vel trinitas personarum, vt optimè explicat Nazianzenus [a], Angeli enim qui mentis oculis cernunt, quæ nos credimus circa distinctionem personarum, facilè perspiciunt non esse vnum Deum tantùm propter vnitatem naturæ diuinæ, sed etiam propter concordiam & vnionem, qua sunt copulatæ. *A trinitate hac acceperint, quod vnum sint quemadmodum & ab eadem illuminationem acceperunt; nam & illa Deus vnus est, & esse creditur non minus propter concordiam, quàm propter eandem essentiam. la paz hace communion de personas en la trinidad y asi alli es essencia y naturaleza diuina.* Vnde ex supremâ illa vnitate, illa, quæ vocatur communio Sanctorum, & concordia animorum, ad nos manauit. Sic Nazianzenus [b], *Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron*, quam vocat Nazianzenus, *mutuum virtutum comitatum, & societatem*, quæ ab ista vnione prouenit. Sit in exemplum vita, vt ipse asserit, religiosa, in qua hæc omnia simul cum pace, & ex concordia suauissima sunt, & iucundissima, nam & per amorem vnum corpus efficiunt, vnam vocem, vnam sententiam, sicut cùm exclamauit mulier illa, *Beatus venter, qui te portauit*, illa vox totius populi adstantis est (vt ait Augustinus [c]) *admirata animæ dixerunt: Felix venter, qui te portauit*; quia pax Dei, vt inquit Hieronymus, *fratres mente, non corpore efficit. si no hermanos carnales à lo menos espirituales.* Huius lætitiæ olei laudes breui comprehendit Dauid: *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum*; bonum & iucundum dixit, poterat enim (inquit Augustinus [d], & Hieronymus [e]) bonum esse, sed amarum, sicut potio amara, & alia salutis pharmaca, poterat etiam esse iucundum, sicut epulæ delicatæ, & deambulationes, aliaque oblectamenta superflua, sed non bonum & salubre. At fratrum concordia & communicatio omnes habet rationes boni, vtilis, honesti, sani, & delectabilis; bonum autem cum iucunditate coniungit, vt vitam quasi beatam describat, qua vnusquisque aliorum bonis & facilè & feliciter fruitur: nam qui sic pace confœderati sunt, sine ieiunio ieiunant, sine verberatione macerantur, & quasi gratis omnium aliorum bonorum participes fiunt. Ideo Dauid *vnguentum* vocauit, & notat Theodoretus [f], nam regio vnguento comparatur vita congregationis, nam sicut in isto dum ex diuersis odoriferis rebus componitur, vnumquodque odorem alterius mittit. *cada vno buele a lo que todos los otros y hace lo mismo que ellos*; sic etiam confœderatis & per concordiam consentientibus fratribus, & amicis communis est vtilitas, gaudium, & emolumentum. Vnde Augustinus [g] cum Dauide orans ait: *Benedicam Dominum in omni tempore*; quomodo fiet istud? In societate & congregatione, inquit Basilius [h], in qua cùm dormit vnus, vigilat alter, & dum hic manducat, preces fundit ille. Ex quibus colligit Dauid, *Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.* Hæc est illa communio sanctorum inter Christi fideles sæpius repetita, & super omnia expetita. Sed, ô malum! sicut muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti, ita & nos cùm pacem rumpimus, cuncta ista bona dissipamus; dicat Nazianzenus [a]. *Hi (nempe religiosi) me illustrem & splendidum reddebant, opes, inquam, ac delitiæ meæ erant, vigiliæ eorum, ieiunia, preces, lacrymæ, callosa genua, pectoris conuerberationes, suspirium ex imo manans, pernoctatio, mentis ad Deum peregrinatio, tenuis inter orandum fletus*, &c. & quidem maius malum, & dissidium inter Dei seruos, quia & hæc omnia perdunt, & à Christi pace magis abhorrere videntur, *qui Christum maiorem in modum amabamus, Christum diuisimus*: nam alij scissuras faciunt, nos verò religiosi, dum scindimur, ipsum *Christum diuidimus*, & audentissimi sumus, & audacissimi, si semel vnionem istam frangimus: nam velum templi scissum legimus à summo vsque deorsum, & tunc milites non sunt ausi vestes Christi discindere omnes, sed miserunt sortem, vt credas maiores esse scissuras, & dissidia religiosorum, & clericorum, quàm eorum, qui apud prophanos iudices litigant, & odio inuicem dissident. Nam, vt ait idem Gregorius, Christus veritas vocatur, charitas, lapis angularis, petra, pax, sapientia, lux via, ostium, ouis. Turpissimum ergo est eos inter se dissidere, qui Christum tot nominibus ad pacem adhortantem principem agnoscunt. *Pax vobis.*

12. *Pax vobis.* Genus alterum pacis nobis attulit Christus, & exoptat D. Paulus, *Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore*, quasi diceret, *pax vobis, buenas y alegres paschuas os de Dios.* Gaudete, inquit Anselmus, & tripudiate ob pacem animi, & vt est in Græco, *triumphet in cordibus vestris*; vel sit quasi dux omnia regens, & moderans; vel pax sit quasi regina, quæ passionum bella reprimat. Ita Chrysostomus; sed vocat pacem Christi, quam attulit ipse Christus post bellum crucis, vt & nos credamus pacem veram non nisi ex bello parari. *Pax bello paratur*, aiebat ille; sed ego addo pacem exultantè non nisi præliantibus concedi. Sunt in Apoc. duo symbola; alterum est Christi sub specie agni, cui à sanctis animalibus, & senioribus gloria decantatur. Sed additur, *tanquam occisum. estima como muerto.* Christus vtique iam non moritur, sed in ipso triumpho mortuum fuisse demonstrat, vt denotetur illius tantùm esse triumphare, cuius fuit verè mori, & immolari; ob eandem etiam causam sibi vulnerum cicatrices quasi honoris stemmata reseruauit, quinque enim bella, quinque scilicet victorias peperit. Primam de inimicis, cùm videlicet, vt catulus leonis ad prædam ascendit, hanc autem dextera manu peregit, sic enim superauit, vt eos bonis omnibus cumularet, ideo ait: *Manus eius in ceruicibus eorum*, vt perforata manu, & sanguinem mittente duræ eorum ceruices, qui paulo antè clamabant, *crucifige*, mites & leniores redderentur; ideo dicitur, *reuertebantur percutientes pectora sua.* Secunda infernum debellauit, pede nempe dextero, de quo canit Ecclesia, *pede conculcans tartara soluit à pœna miseros.* pede, sicut cùm exultans miles, qui expugnata vrbe domum thesaurorum adit, & pede fores percutit, & thesaurum rapit. Sic Christus captiuos suos liberat, & attolluntur portæ regi gloriæ. Tertiam de mundo reportauit: *Habete fiduciam, ego vici mundum*, hoc est, vitia & mundanas leges

Margin notes:
10.
a Orat. 1. de pace, vel 12. in ordine, & pacem istam esse Deum in Trinitate, affirmat in fine orationis.
Pax à Deo in nos manauit.
b Orat. 14.
Concordia religiosa & communio sanctorum diuinum quid.
Luc. 11. 27.
c Tract. 10. in Ioan.
11.
d Ser. 2. ad fratres.
e Psal. 132. 1.
f Psal. 132.
g In Psal. illum.
h In Psal. 33.
Psal. 118. 63.
Discordias disseminans quanta dignus pœna.
a Orat. 12.
Scissuræ & dissidia Ecclesiasticorum maiora & insolentiora.
Col. 3. 15.
Pax Dei etiam est post bellum mortificationis orta in animo.
Epaminondas.
Apoc. 5. 6.
Quinque vulnera Christi victoriarum symbola & insignia.
13.
Quinque victorias peperit Christus.
Simile.
Matth. 14. 27.

14. leges amatorum mundi, sinistro nempe pede,
1.Cor.1.25. hoc est, carne & humanitate, quia, vt ait Paulus, *quod infirmum est Dei, fortius est hominibus*; caro igitur illa infirma amoris causa sauciata & vulnerata quam vitam mundi non proterit, & conculcat? quam superbiam non pessumdat? quid gloriosus quam pedibus istis calcari? attolle oculos, ibi victas & protritas vide passiones tuas, risum lacrymis, fastum ignominia, ornatum nuditate, ibi verum esse comperies:
Ioan.12.31. *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* Quartam victoriam in cælo peperit, illud suis relerans, & arripiens manibus, sinistra videlicet, de qua Sapiens,
Prou.3.16. *In sinistra eius diuitiæ & gloria.* & idem Dominus,
Matth.11.12. *Regnum cælorum vim patitur, & violenti diripiunt illud.* Ex ipsa igitur cruce cælum tenuit manu, quod statim donare potuit latroni, idque in cruce pendens, dextra inimicos, sinistra cælum, pede dextro infernum, sinistro mundum sibi subiiciebat. Quinta iam victoria, est animæ Deo deuotæ, quæ cùm amoris sit, pectoris sui vulnera comparauit, ibi cordis affectum manifestauit, & animas ad se vinculis amoris obstrinxit:
2.Cor.5.14. *Charitas Christi vrget nos. nos lleua como por fuerça.* Vides quia non datur gloria, nisi post bella, non stabilitur pax, nisi debellatis inimicis, non frustrà, nec gratis quinque ostentare rubentia vulnera Christum, nisi quia insignia sunt præliorum eius.

Vincit anima amoris armis & potentia.

15. Hoc ipsum vnicuique in Apocalypsi denuntiatur, vbi vitulus vocat Ioannem, & ad apertionem sigilli secundi attentum reddit, interim ipse vitulus in cælo, vbi est, citharam præparatam tenet; & ecce, *exiuit alius equus rufus, & qui sedebat super illum, datum est ei, vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus.* Equus rufus crudelitatem significat, equus audaciam Christianorum denotat, qua Christus suos armauit ad ferenda tormenta, vt ipse dixit:
Matth.10.34. *Non veni pacem mittere, sed gladium*; verbo enim meo, quod est gladius magnus, veni separare homines ab his, quæ perditè nimis amabant, ob quæ à Dei voluntate recedebant. Effectus autem huius pacis dicitur, *vt inuicem se interficiant*; aliter enim non cantatur illis gloria in cælo, nec vitulus citharam pulsat, nisi post victoriam, nec requies promittitur vitulo, hoc est, patientiæ in cælo, nisi post labores toleratos, nec sigillum aliquid mysterij contineret: nam mori mortales commune est, & necessarium; futuros etiam esse tyrannos, qui trucidarent Christi oues, certum erat: at oues ipsas gladium oppetituras, amaturas mortem, & in seipsas manus, & gladios conuersuras, hoc est secretum pacis Christi; mori enim ducem Abimelec fractis ceruicibus, lapide misso à fœmina, iam legimus: mori autem Christi seruum, ne carnis tentationi consentiret, hoc est secretum pacis Christi. Mori crudum helluonem, & sepeliri vino & morte Holofernem audiuimus; obire autem ieiunando, flendo, concionando, fidem prædicando, hæc victoria, hæc Christi pax, quam prædixit
Vers. 10. Isai. 23. *Gladius deuorabit eos*, ipsi se immittent, & deuorandos tradent morti, vt pacem obtineant, hic est gladius qui ex ore
Apoc.1. Christi prodire visus est. Quomodo ex ore? qua
16. ratione de pectore, & ventre exit gladius? éstne res, quæ mandi, & concoqui possit? potest

Cap.6.4. *Ex bello pax animæ comparanda est.*

Secretum pacis Christi in morte esse vitam, in passionibus gloriã.

vtique, nam est verbum Dei, & pax Christi, quæ ait: *Non veni pacem mittere, sed gladium*, quæ verba si in animo concoquantur, dulcia sunt, quia licèt foris mortem, interitum, sanguinem, mortificationem sonent, in mente tamen pacem Christi annuntiant: *odio habeas patrem & matrem*, verba hæc asperè sonant; verùm ò qualem animæ pacem afferunt? credant igitur Christianam pacem non nisi bello parari. Huc facit quod Num. 25. refertur: Commisti Vers. 1.
sunt filij Israel & Madianitis & idolo Beelphegor. Moyses zelo percitus arma sumere iubet vnumquemque contra proximos suos & cognatos: *Occidat vnusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor.* Ibid. 6.
Vix ad aures Phinees vox peruenit, cùm ecce confodit ense Hebræum cum Madianita coëuntem, cui statim gloria decantata, & præmium assignatum est. Ibid. 13.
Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi, quàm semini eius pactum sacerdotij sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo. Bellum in pacem commutatum est, & non quamlibet, sed in pacem Christi, nam, vt ait, Eccli.45.30.
Statuit ei testamentum pacis, vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. Domine non erat aliud commodius præmium militi acri, & potenti? minimè: nemo enim dignius vocatur ad pacem, ad gloriam sacerdotij, ad quietem, quàm qui tale bellum peregerunt. Sicut strenuus miles à rege tunc dignum reportat præmium, cùm cibus, & stipendia copiosa illi in quieto oppidulo designantur, vbi tranquilla pace fruatur, hoc est ergo *testamentum pacis*, quo Christus præmio afficit suos post bella, post victoriam sui. *Pax, pax vobis.*

Testamentum pacis post vindictam vitiorum, & debellatas passiones.

Ostendit eis manus & latus, gauisi sunt ergo discipuli viso Domino. Panditur iam alia lætitiæ 17.
veræ fenestra, per quam quid non videtur quod animum possit exhilarare? *Patent mihi viscera misericordia Dei per foramina, in quibus visitauit nos oriens ex alto.* Et primò Christi amor, fons lætitiæ manifestatur, quo vno summo debet exultare gaudio animus noster; ideo enim aiebat quidam, sciens & prudens natura corda hominum occultauit, quia si per fenestram posset amicus sui amici cor speculari, vel quasi Deum coleret, vel præ gaudio de tanto thesauro inuento insaniret. Exultet ergo spiritus meus in Deo salutari meo, cuius cor patet, cuius vulnera æternum eius amorem testantur. Mirabar ego quondam, vnde ortum habuissent tot beneficia, tot mysteria eius in terram aduentus; tacui tamen, *cùm patent mihi viscera misericordia Dei*: nam etiamsi immenso igne flagrabat, at ignis ipse in pectoris arcano se continebat; modò verò per foramina ista affulsit, erupit, & sicut fornax Babylonica nos omnes foris accendit. Quamobrem voluit, vt iam mortuo pectus lancea confoderetur, nam reliqua foramina & plagæ, quibus mortem acceperat, vitæ amorem ostenderant: at verò hoc vulnere accepto cordis arcana, & reliquum amorem & sanguinem ibi adhuc manentem manifestauit, quo mille alios mundos redimeret. Dicitur Ezechielis 40. *vidisse fenestras obliquas in thalamis.* Hieronymus & Gregorius asserunt fenestras istas foris esse angustiores, intus verò latiores. *como las que en Español llamamos saeteras.* Nam licèt in Christi 18.
corpore multũ pietatis, amoris, & misericordiæ, tot vulnera, tot flagella, tot labores perpessi ostẽdebant; angusta tamẽ hæc omnia, si cum interno amore

Alia lætitiæ causa saluatoris plaga. Bernard. infra.

Patent amoris viscera per vulnera Christi.

amore conferantur, quem maximè latere aperto *Simile.* manifestauit. Cùm candidati alicuius cathedræ ostentationis, & oppositionis lectionem habent, ex Academiæ lege tempus præfigitur, & secretarius horam metitur horologio, *qua clapsa satis esse denuntiat.* Tunc ille de sinu duos alios lectionis codicillos secretario dat, vt vel ex hoc non tam doctrina, quàm ingenij fœcunditas, *Fœcunditas amoris Christi.* memoriæ tenacitas, & vbertas perspiciatur. Perlegit in cathedra crucis Christus lectionem illam charitatis in oppositione inimicorum suorum; in qua licèt sanguinem, orationem, clamorem, lacrymas, & halitum simul effudit, ita vt impleta lege, & pacto, expleto tempore redemptionis Pater dixerit, *consummatum est*; amor autem exilit è pectore, dicens: Redemptio quidem secundùm legem peracta est, scientia tamen mea non est exhausta, & aperto sinu duo amoris testimonia Ioanni, qui à secretis erat, obiecit, accipe, & testimonio confirma viuere ad-
Ioan. 19. 35. huc amorem: *& qui vidit, testimonium perhibuit.*
Vulnera & cicatrices in Christo amoris argumenta. Quæ amoris argumenta apud se habere voluit, vt nos amoris sui certiores faceret. Dicet fortasse Sion, *Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei.* Quid dixisti? *Ecce in manibus meis*
Isai. 49. 14. *descripsi te. el otro retrata en el quante a la que ama y pinta la el pintor como quiere yo no sino en mis manos.* Non annulo, sed clauis memo-
a Ser. 61. in Cant. riam tui præ manibus gero. Bernardus [a]: *Quidni videam per foramen, clamat clauus, clamat vulnus quòd verè Deus sit in Christo mundum reconcilians.*

19. Hanc causam lætandi oportet ex ipsis verbis
In vulneribus Christi est causa lætandi. ampliùs expendamus. *Ostendit eis manus & latus*, vnde infert, *gauisi sunt ergo discipuli viso Domino*; quasi dicat, in vulneribus eius viderunt causam exultandi. Sicut exultat qui graui ære obstrictus est, & fideiussor illum ab obligatione liberauit. Mos erat antiquis, cùm quis se vadem alicuius constituebat, manum porrigere creditori, vt tempore assignato quocumque vel-
Prou. 6. 1. let, posset vocare. *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui.* Nunc ergo cùm iam resurrexi, & vos nuntios mei Euangelij constituo, nuntiate mundo iam me æs alienum plenissimè exsoluisse; etenim ad perfectam solutionem totus quantus sum insumi oportuit: nam *manibus* opus erat, quæ bona largissimè conferrent; *corde*, à quo voluntas conferendi procederet; *& pedibus*, quibus abalienatum & fugitiuum quærerem. Iustitia igitur Patris manus confixit, vbi omnia bona, quæ dederat Pa-
20. ter, sita & conseruata erant; aperuit latus, vt
Psal. 39. 9. amoris diuitias depromeret, & scriptum, quo
Vulnera nostri fideiussoris amoris vinculis deuinciunt. testatus fueram fideiussoris munus. *Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Fixit etiam pedes, vbi claruit manifestè quanto studio, quantóque labore ouem perditam inuestigauerim; modò ergo scriptum in meo corpore ostendo, vt vos & ad lætitiam excitem, & amoris vinculis strictè deuinciam, vt saltem
Hebr. 12. 13. *recogitetis eum, qui talem à peccatoribus aduersùs semetipsum sustinuit contradictionem.* quod amicè satisfactum, & ad excitandam lætitiam peccatorum existimo, vt ex vna parte culpæ grauitatem, ex alia redemptoris gratiam non viderent solùm, sed digito possent metiri, & attre-
Rom. 3. 25. ctare. Audi Paulum. *Quem* (Christum) *proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum* (quæ fuerunt) *in sustentatione Dei. suffrio Dios mucho gran paciencia tuuo suffrio a los antepasados hasta que pareciesse el que auia de pagar por ellos.* Diu tolerauit expectans donec Christus veniret: nam dum apparuit propitiator sacerdos hostia nostra, (hoc enim significat Græcum ἱλαστήριον, Theophylactus *propitiatorium*, vt alludat Paulus ad propitiatorium, siue tabulam auream tegentem arcam, quæ erat quasi thronus clementiæ Dei.) Sic igitur ardebat ira in peccatorem pater, vt filium sic vestibus sacris ornatum, sic in altari diuinitatis sustentatum, ibi clauis, spinis, lanceáque confoderit: *ad ostensionem iustitiæ suæ.* Vis ergo *Ira Dei patet in vulneribus Christi.*
indignationem Dei percipere, *infer digitum tuum huc.* Declarat hoc regum historia, absconditus 1. Reg. 20.
erat Dauid à vultu Saulis; amicissimus autem 30.
Ionathas excusabat eum, & à morte cupiebat 21.
liberare, & ait: *Quare morietur? quid fecit?* At Saul ira turgidus, *arripuit lanceam, vt percuteret eum.* Considera robustum istum gigantem vibrare hastam, & fugiente filio ostium confringentem. Veni ergo Dauid ad ostium istud, ibi licebit videre, quanto te odio prosequatur Saul, vide locum hastæ, quam contra filium principem contorsit. *Viuit Dominus*, ait Dauid, *quòd vno tantùm gradu ego mórsque diuidimur. viue el señor que no estuuo vn paso de mi la muerte.* Parum dixisti Dauid, *imò nec digito. no estuuo vn dedo de morir Dauid, que si como se la tiro a su hijo la tirara a Dauid muerto era.* Reliquit igitur vulnera in propitiatore Christo, vel in aurea tabula humanitatis ad ostensionem iustitiæ suæ, vt nos hodie sine timore accedamus ad Christum, qui vocat nos: *palpate & videte. Infer digitum tuum huc*, vt videas quàm parum abfuit, quin morte æterna afficereris; & exclamans dicas: *Viuit Dominus, quòd vno tantùm digito ego & mors æterna diuidimur*; nam si clauus ille, qui manum innocentis transfixit, & lancea latus Redemptoris aperuit, me peccatorem confixisset, mortis, & inferni clauis & lanceis transfossus æternis cruciatibus deputatus fuissem. O Redemptoris pietas, qui ore ridente, & alacri vultu vis me contemplari tua vulnera; & inde causam lætandi sumere me vis, vnde acerbissimos dolores tolerasti, & dulcem memoriam instituis plagarum, quas manus intulit inimica; ideo vt materiam lætandi daret, *ostendit eis manus, & latus: gauisi sunt ergo.*

Hæc cùm dixisset, insufflauit, & dixit eis: 22.
Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis, &c. *Alia etiam noua causa lætandi remissio peccatorũ.*
Hæc vna supererat causa lætandi, spiritum gratiæ immittere, & peccatorum indulgentiam concedere; nulla enim lætitia, vbi peccatum est. Isai. 48.
Nõ est pax impiis, Hebræa habẽt, *lætitia, tienen mill sobresaltos*, in splendida cœna, & musicorum, ac concubinarum copia ingruit in Balthasarem timor, pallere cœpit, solis tribus digitis culpam eius testantibus. *tres dedos o como decimos vn papirote que le dio el cielo le roba el color y saltea su paz y gozo porque no ay alegria en el malo.* Sicut & àlium, qui secum dulcem vitam meditabatur. *Anima mea multa bona habes, alma mia alegra te,* Luc. 12. 19.
que tienes muchos bienes. Sed dum rogat, vt lætetur, vtique tristis erat anima; nequit enim lætitia esse, vbi mali conscientia vexat animum. Vide ergo vnde manat in nos vera lætitia, ex Christi capite nempe, qui præ omnibus est

vnctus

Psal.44.8. vnctus oleo exultationis. *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*; vnctio ista gratiæ dicitur *lætitiæ*, quia nulla vera lætitia esse potest, nisi illa, quæ effectus est gratiæ, & puræ conscientiæ. Quare Paulus fructus Spiritus Gal 5. sancti vocat *gaudium & pacem*. Hæc igitur gratia, siue vnctio erat in Christo, sicut in capite summi Regis, summique sacerdotis, & sicut à capite descendebat *in barbam, barbam Aaron*, hoc est, ab illo ad omnem populum diffluebat; ita à Christo ad sacerdotes hodie diffunditur, & vnctio eorum in manibus fit, vt ostendatur: Ecce gratia illa, quam sacerdotes antiqui credebant, sed non videbant, & à Christo expectabant, iam hodierna die in manus sacerdotum traditur: *Quod vidimus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ*; ecce in manibus nostris est iam oleum exultationis, quo facile est vniuersos homines exhilarare. Ideo Dauid post peccatum salutem reddi, & redire lætitiam salutarem exposcit. *Redde mihi lætitiam salutaris tui.* Domine amisso Spiritu sancto, Deo, & gratia ipsius, nihil tristius Regi accidere poterat, hæc est regalis vnctio exultationis, & gratiæ; quare ego non contentus regno, & diuitiis, tristissimus sum: igitur redde mihi lætitiam, quæ ex salute prouenit. *alegria de hombre sano, que con todo se alegra. & spiritu principali confirma me. señor veluedme a vngir* (ait Chrysostomus [a]) *no deuo yo de ser rey pues nada me alegra*; vellet quasi denuò initiari Rex, ac inaugurari.

Oleum exultationis à Christo in nos manat. Ioan.1. Psal.50.14. [a] Hom. de Spiritu sancto.

23. *Plena lætitia ex conuersione peccatoris.* Sed vt hilaritas ista omni voluptate plena esset, conuersionem Thomæ introducit, sicut in Bethulia vnius Achioris confessione summam depingit alacritatem: deinde dicit Thomæ, &c. liberari enim à peccato, & ipsum peccatorem afficit gaudio, & triumphare efficit lætitia cælestem curiam non solùm, sed & ipsum Deum, Deique matrem. Quare sic explico verbum illud, *Amen dico vobis, gaudium est coram* Luc.15. *Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente: quando el peccador hace mudança, ay mudanças y alegrias delante de los Angeles.* Vbi nota non dicere Angelos compleri gaudio, sed coram Angelis festum agi. Quis ergo præ gaudio gestit? Quis præter Angelos solemnia ista celebrat? Deus, tres diuinæ personæ, & ipsa Dei mater; cùm in regis aula oblectatio aliqua, vel relaxatio animi agitur ad exhilarandum princi- *Simile.* pem, tunc aulici saltant, canunt, spectante rege: at in celeberrimis solemnitatibus, & in communi lætitia nuptiarum, aut natalis principis, tunc silent omnes, & suis sedibus distinctis, regem, & regias personas ad numerum saltantes circunspectant. Magnopere item gaudet cælum de animarum ingressu in cælestem curiam, sed de hoc congaudent Angeli, ciuésque cælestes: at in conuersione peccatoris, in sanctificatione animæ ipse Deus saltat, ipsa mater Dei exultat. Videas in sanctificatione Baptistæ, vbi anima pueri per originale peccatum auersa erat à Deo, corpusculum etiā quasi globus est, conuersa facie ad matrem: at cùm vna ex tribus personis intrat domum cum festinatione, cùm personat vox Mariæ, statim mutationem & saltationem edit puer: *exultauit infans in vtero meo*; statim rumpit vincula culpæ, conuertit faciem ad Christum, & canente Maria saltat ille, & Christus maximopere lætatur, quia talem sibi peperit principem, talem iustificauit ani-

24.

Conuersio Thomæ plena gaudio.

mam. Erat igitur Thomas auersus à Christo, & in infidelitate demersus, quam conuersionem vt efficiat, & dignis gaudiis celebretur, ordinat sacerdotes suos ad redimenda peccata, emittit in eos Spiritum sanctum, canit Dauid lætitiæ canticum: *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam.* Et ecce Thomas conuersa ad Christum Psal.50.10. facie, exultare cœpit in gaudio, & exclamare, *Dominus meus & Deus meus*, quasi dicat; credo Domine te pro omnibus mortuum, & proptèr omnes resurrexisse, sed beneficium hoc mihi factum puto, mihi donata sunt, mihi aperta vulnera ista. *Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* Sicut Paulus, qui communem salutem quasi sibi factam reputat: *Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. beneficio comunes pero como si fuera para mi solo.* Sicut communis fons, qui in platea omnibus proponitur, vnusquisque tamen proprium reputat. Quod prædixisse Isai. puto, dum ait: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris*, salutem, & infinitas haurietis gratias: nam fontes infiniti sunt, & omnibus patent, vnusquisque verò singulare, & peculiare æstimet beneficium, & sicut Virgo sanctissima, *exultet in Deo salutari suo.* Simili ergo ratione, inquit Thomas, veni ad fontes Saluatoris mei, inde hauserunt sanguinem carnifices, incredulus miles aquam & sanguinem, Virgo sanctissima, & Magdalena amaras biberunt lacrymas, cùm sanguine madentia viderunt sacra vulnera. Ego verò haurio aquas in gaudio, mihi patent fontes post resurrectionem, mihi Redemptor, mihi mortuus, mihi resurgens, mihi homo pariter & Deus, *Dominus meus & Deus meus.* Iudith fortissima, gloriosa humanitas, fateor te esse victricem dæmonis, & veram lætitiam in nos intulisse, maximam tamen, quia me vocasti ad fidem, & gratiam, hæc tua post iacturam recuperatio, hæc post pugnam victoria, hæc post mortem sanitas, hæc post famem & sitim animarum voluptas, hæc reparatio post lapsum te Domine maximè commendat. Quòd si de amisso, & reddito prodigo tanta perfusa est lætitia vniuersa domus, ecce ego ad te redeo, non pauper, sed diues, & nouum tibi Indorum orbem adducens, meque tibi seruum omnium notarum, & plagis Domini mei insignitum trado, vt iam nemo mihi molestus sit, dum stigmata Domini mei in corpore, & meliùs in animo gero, & immortali seruituti addictus, gaudens gaudebo in Deo Iesu, & Redemptore meo, cui est gloria in sæcula sæculorum.

25. Galat.2. *Omnibus & singulis facta redemptio.* Cap.12.3. *Purissima gaudia post resurrectionem Christi.*

VERBVM FILII.

Ioan. 20. v. 19.

Cùm serò esset die illo, vna sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum: venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.

Peremptæ

Perempto mortalium hoste spem homini Christus pacis & immortalitatis affert.

DISCVRSVS XCII.

1. *Diuina liberalitas in lætificandis cordibus eximiè splendet.* DEvs Opt. Max. licèt omnibus in rebus magnificus & liberalis appareat, præcipuè tamen in diuidenda inter socios & amicos lætitia magnificentia eius emicat & resplendet, hoc enim est quasi amplissimum & regium patrimonium suæ coronæ addictum. Vult hodierna die natos & dilectos discipulos hilares reddere, quod vt faciat tanta illos lætitia perfundit, vt vndique magna & vberrima videatur. *Ecphrasis Euangelij.* Et in primis cupidos eos & auidos tantæ lætitiæ habere voluit, vt ad illorum gustum suauior esset; quapropter serotinus aduentauit, *cùm sero esset*: ne tamen nimium protraheret, illum præterire diem minimè passus est. *Die illa.* Lætitia ista, vt dici solet, paschalis fuit. *Vna sabbatorum.* Sed cùm gaudium esset singulare, illud intra priuatos parietes portis etiam clausis communicare voluit; *cùm fores essent clausæ.* Sed etiam cùm esset vniuersale, omnes vnà tanta lætitia perfusi sunt. *Vbi erant discipuli congregati.* Huius lætitiæ qualitatem cùm de Christo glorioso sit, nulla vnquam mortalis lætitia adæquare potuit, *venit Iesus.* Ne tamen tantum bonum solum venire putes, maximũ bonorum secum adfert, pacem nimirum, atque diuinum spiritum, *Pax vobis, accipite Spiritum sanctum.* Forsitan tamen tantum gaudium phantasiæ erit, aut somni, non ea conditione diuini numinis gaudia qua sæculi sunt, in quo cum strepitu & apparatu magno miscentur omnia, sed tantæ lætitiæ suauitas gustatur atque sentitur. *Bonum* est & iucundum, *gustate* (inquit) *palpate & videte*; *ostendit eis manus & latus*: attamen, quoniam nullum magnum est gaudium, si parum duret, tutúmque non sit, æterni gaudij fontes ostendit, de quibus cecinit Isai.

2. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.* Hebr. *de visceribus Saluatoris. Ostendit eis manus & latus.* Ne tamen fundantur facilè, atque perdantur malè crystallinæ aquæ, Christus matri Mariæ commendauit vt in suo pectore sicut alia mysteria conseruaret. Sic Dauid.

Psalm 26.7. *Sicut lætantium omnium habitatio est in te*; vbi legunt alij, *omnes fontes Dei in te*; alij, *omnia viscera mea in te.* *Dulcior gloria & gaudium in Maria.* Non ita mihi suauis videretur gloria mea, dicit Dominus, nisi esset dulcissimo Mariæ sacchar o condita: in ea igitur tanquam in profundo gaudiorum stagno atque crystallino & lucidissimo speculo hodiernæ lucis vidimus gloriam quam Dominus noster suis liberaliter concedit.

3. *Noua merces à Christo illata sunt in orbem.* *Gauisi sunt discipuli viso Domino.* Pax, gaudium & remissio peccatorum, & gloria mercaturæ sunt asportatæ de longè, non in terra natæ: quapropter cùm hodierna die ex Indiarum non Orientalium, sed cælestium oris afferuntur, magna omnium lætitia sunt exceptæ. *Simile.* Contemplamini iuuenem qui recèns nuptias contraxit oppressum alieno ære, hic suæ familiæ dolore tactus Indos petiuit, sese periculoso & procelloso mari tradidit nauigaturus; sed, quod deterius fuit, in manus Turcarum incidit, qui duris catenis atque compedibus illum duxerunt in custodiam, in qua multis laboribus perpessis duodecim tredecimve annorum spatio detentus est, quo tempore eius afflicta familia infelicis euētus nec est per litteras conscia. Quid si felici sorte his periculis liber magna diuitiarum affluentia in patriam reuertatur, & subitò appareat ante sponsæ oculos atque parētis dilectissimæ, quis horum immensum gaudium explicare valebit, lingua tunc temporis palato præ nimia lætitia hæret, stupefacti manent, tunc lacrymis mater finem nescit imponere, natúmque mille prosequitur amplexibus, & cum illo dulcissima colloquia miscet, te natum video charissimum? venisti ne? non credo venisse? non ego filium amplector, hæ cicatrices vulnerum testes mihi sanè rosæ videntur, te meis vlnis amplecti haud satis credo. *Qualia Maria sanctissima gaudia de Christo resurgente.* Quis tamen cælorum Regina mater Iesu dulcissima immensum gaudium explicare poterit quo vndique cumulata fuisti, cùm Dei filium Dominum tuúmque dilectissimum natum dulcissimis amplexibus excepisti? 4. nec enim mortalium animus persentiscere, nec lingua in medium prodere valebit, huius tantæ familiæ & filiorum lætitiam immensam nos considerare patiamini, de quibus Euangelista ait, *Gauisi sunt discipuli viso Domino.* Nam cùm Christus Dominus, vt ait Gregorius, peccatorum fideiussor factus peccatis se hominum oppressum animaduertit, in crucis naui firmissima vela dedit dolorum & cruciatuum ventis, vt Indias cælestes penetraret: at horrida fuit coorta tempestas dolorum, ita vt iam illum periisse putaretur, eiúsque veluti desperaretur aduentus, *nos autẽ sperabamus.* Illũ diuinus amor cepit, & corpus & animam suo consignauit stemmate, & ecce subitò ingredienti acclamatur, *Rex virtutum, Rex Iudæorum, dilecti, dilecti,* Psal. 67. 13. quem omnes amore prosequuntur, *& speciei domus diuidere spolia factus diuisor spoliorũ speciosa domus,* & postquã summa admiratione stupefacti sunt discipuli (ait Chrysologus) *& postquam consternatos animos erexit, pax vobis, nolite timere, ego sum, ego sum crucifixus ille, mortuus, sepultus* & inter illos diuitias summas, pretiosas vestes, & optima quæque ornamenta nouæ regionis diuidit. O Deus! ô cælum, non sericas Turcarum telas ostendit, non gemmas Orientis pretiosissimas, non aurum obryzum, non argentum pustulatum, non hæc omnia, inquit Paulus. *Regnum Dei, non est esca & potus.* Ne regni noui signum esse putetis, iam ex omni esca cibum capere posse sine legis Moysis prohibitione, peculiaris esca, & quæ hodie maximè proponitur, ea est *iustitia, pax & gaudium,* non tamen quodlibet, sed in Spiritu sancto. His pretiosis ornamentis ditissimus Christus in Euangelio largè ea diuidit, eásque mihi arrogare nolo, omnibus asportantur. Audite.

5. *Venit Iesus ianuis clausis.* Quàm clausæ discipulorum ianuæ, quàm patentes Seruatoris Christi, eiúsque diuini amoris fores & vulnera, vt ipsis opem ferat. Ideo est, inquit Augustinus, *Dum nos ingrati sumus & tepidi flagrat amore Christus, & viscera pandit.* quia iactatur Dominus, quòd eius diuinus amor præ reliquis suis operibus luceat, triumphet atque nitescat: illum in dira perpessione attentis oculis cernite, in qua tot pœnæ atque dolores veluti scaturiebant pullulabántque, *pœnæ militant aduersum me*; quãuis tamẽ tot tantæque fuerint, illas gloriosissimè is tantus amor vicit atque prostrauit; nec non de illis gloriosam tulit palmam

palmam atque victoriam, Cant.8. *Lampades eius lampades ignis atque flammarum, aqua multa non potuerunt extinguere charitatem*: sed vnus de ipsa *Victor amor Christi in passionibus.* sua gloria deesse videbatur triũphus, & hodierna die de sua resurrectione vult triumphare, fecitque vt gloria permanente corpus vulnerum foraminibus apertũ esset, vt per illa eius misericordiæ viscera cernantur, tantúmque & magis amor quàm gloria videatur atque lucescat. Hinc natum est, cur cum vulneribus apertis aduentare voluerit: nunquam enim sericũ pallium panno vili depingitur, sed filo serico, aut aureo la- *A simili.* boratum distinguitur, pictura enim vestis, materia pallij pretiosior esse debet. Christus verò tanti labores æstimauit cùm essent amoris signa, vt purpureo suorum vulnerum colore candidam suæ gloriæ vestem depingeret, *con el rojo de sus llagas guarnecio los blancos brocados de su gloria*; nunquam enim eius amor victus manere voluit, sed cùm maiora inuenit impedimenta, maiorem consequitur victoriam, & ianuis clausis, respondet aperiendo suas amoris & pietatis plenas. *Ianuis clausis.*

6. *Stetit in medio.* Ex Indorum regione cælestium *Medium tenent prælati nec personas accipiunt.* diuitiarum plenus, potestatis & veritatis aduentat; ad hæc enim duo officia, Domini nimirum atque magistri iustitia & æquitas necessaria est, atque tenere medium, *Deus in medio eius non commouebitur, como cereis a vuestro Dios quãdo le veais estar en medio.* Ita exponit Augustinus. *Hoc signi- Psal.45.* ficat quòd æquus est omnibus Deus, & personas non accipit, quomodo enim illud quod in medio est paria habet spatia ad omnes fines, ita Deus medius esse dicitur ad omnes consulens. Basilius [a] item, *Noli in distribuendis honoribus respectus habere inæquales*, vnde optimè princeps cordi comparatur, vel fonti qui in medio horti est, vt eleganter exponit Ambrosius [b]. *Fons hortorum* (Ecclesia) *& puteus aquarum viuentium, exuberat vt haurire eam cominus & rigare eius affluentia possit hortum fructibus abundantem*; *sic enim omnibus patet absque exceptione alicuius. Acceptio namque personarum, quam amicitiam, quam pacem & vnitatem non rescindit?* Basilius [c], *Nullo modo fieri potest quin affectiones istæ quæ in hanc magis quàm in illam propendunt partem, plurimum incommodent communi omnium concordiæ, & si quis talis inuentus est, hunc castigare oportebit, vt iniuriam publicæ charitati, siquidem in eo quòd aliquis vnum plus diligit, facilè indicat reliquos se in amore inferiores habere.* Prudentiam istam elegans illa fœmina nos docuit. Nam pugnatura Debora cùm rege Chananæorum, ex duabus tribubus milites elegit non plurimos, & cùm victoriam canit (vide prudentiam) non solos victores commendauit, sed & alias tribus, quæ ad bellum minimè fuerant egressæ; *consentaneum enim erat* (ait Caietanus) *vt Debora iudex, in publica laude illarum tribuum quæ affuerant pro bono pacis mentionem insereret: solent enim in similibus euentibus qualibet exceptio, acceptatióve communem pacem turbare.* Ne tamen tanta virtus in vnam tantùm fœminam cadere videatur, dicitur etiam de Dauid Rege, *Faciebat Dauid iudicium & iustitiam omni populo*: formam autem & rationem æquitatis subdit textus. *Porrò Iosaphat filius Achilud erat à commentariis*, & Hebræus ait, *erat recordator.* Pagninus, Tigurina & Procopius [d], *reuocans in memoriam.* Explicat amplius Petrus Comestor cum Rabbi Salomone.

Munus eius erat repetere, seu recordari casus varios qui venerant ad Dauid, vt per ordinem expediremur; inuidia enim inuadit aulicos, & omnes qui præmia expectant, si acceptio personarum sit. Quare vbi dixerat Isaias, *Dominus meus auxiliator meus*; statim inde ob ortum inuidiæ vermem adiungit, *Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea* (hoc est, inuidia) *comedit eos.* Quare Deus cùm benefacere constituisset Abrahæ, eum à Loth separauit, & Moysem familiarem seorsim vocauit, & operuit nubes, montem tegens illum nube, vt bene notauit Oleaster. Verumenimuero si omnibus necessum est medium tenere, multo magis iudicibus. Hinc præsidis Pilati maxima cognoscitur inscitia, cùm Christo Domino dixerit, *Nescis quoniam potestatem habeo crucifigere te, & dimittere te*; eius enim potestas non erat ad vnam & eandem rem constituendam, destruendamve, sed ad iustum ac debitum medium obseruandum, vt dimittat innocentem, & nocentem damnet: itaque potestas non est in damnationem & absolutionem simul, sed distributiore accommoda; quare genus hoc iustitiæ obiecit Daniel Balthasari filio Nabuchodonosor. *Quos volebat tum parens percutiebat; & quos volebat exaltabat, & quos volebat humiliabat.* Christus verò stat in medio, verus princeps, & æquissimus iudex, vt etiam veritatis concionator, vt acutè Augustinus. *Omnibus communis est veritas, & fortassis ideo media est vt in circuitu eius sint omnes qui diligunt veritatem: quidquid omnibus commune est, in medio est*; itaque sicut qui centrum mutat, centri naturam corrumpit: sic qui veritatem à medio tollit, & ad angulos ducit, violat eius dignitatem & vim. Bernardus [a], *Non amat veritas angulos, non ei diuersoria placent, in medio stat, in comitatu, in disciplina communi communibus studiis.* & dum Christus admonet suos prælatos, septem illis candelabris significatos ait Ioan. *Hæc dicit qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum*; quemadmodum hodierna die in medio discipulorum stetit, vt ad gradum concionatorum conscenderent.

Stetit in medio. Hìc amor, hìc egregia indoles regalisque natura occultatur, quæ nisi 8.
nostra prius vilitate probè perspecta non poterit innotescere. Si quis paupertate prematur, maléque illi res vertat, quàm humanum omnibus se præbet, quibus non vtitur officiis, vt acceptis donis inopiam saltem subleuet: postquam verò inopinatò ad honores gradum fecit, superbè cogitat, tantúmque se iactat, vt eum alius si conuenire velit internuntiis & scriptis opus sit: & quamuis accedat à tenera ætate qui familiaritate fuit coniunctus, quo cum Salmanticæ diu vixit, quasi ex edita turri despicit, séque hominem vidisse negat. Haud secus prædiues ille epulo Lazarum in domus suæ atrio proiectum vix internoscebat, paulo verò pòst in inferis demersus inopem in sinu Abrahæ locatum, fixis oculis suspiciebat. Quid diuinus humani generis assertor? *stetit in medio*, eia, inquiens, amici, vt antea, vt Hispano idiomate dicitur, *buen camarada.* Propterea in ipso primordio vitæ inter duo ponitur animantia, ignobili hominum turba, & eorum qui pi-

piscandi

Margin notes (left): *Victor amor Christi in passionibus.* — *A simili.* — 6. — *Medium tenent prælati nec personas accipiunt.* — Psal.45. — a Hom.21. ex variis. — *Simile.* — b Lib. de Isaac & anima c.4. — c Reg.19. ex fusiùs disputatis, & reg. 34.35.39.& 231. — *Exemplo sacra Scriptura probatur.* — *Aliud exemplum.* — d Ex 2. Reg. 20.

Margin notes (right): NOTA. Vide Greg. lib.2. in lib. 1. Reg.c.3. *Honorasti filios tuos*, &c. — Cap.50. — Gen.13. — Exod.24. — 7. — *Iudicum proprium medium tenere, nec acceptare personas.* — Ioan.19. — Dan.5. — *Veritas non angulos sed medium amat.* — a Serm.6. de ascensione. — 8. — *Humanitas atque facilitas Salvatoris ex amore nota.* — *Superbia hominis.*

ſcandi arti operam impendebant comitatus incedebat, dum diuinum verbum diſſeminabat. Hoc autem die cùm ſolutam amicitiam putabamus, ſtatim adeſt, non ad ſe aditus recludit, non ſibi arrogat, immo potiùs humaniſſimè in medio ſtat, adeò magna res eſt eundem ſemper eſſe, quam alibi extollit Seneca [a] his verbis. *Magnam rem* (inquit) *puta vnum hominem agere, præter ſapientem autem nemo vnum agit, cæteri multiformes ſumus.* Sed quod caput eſt regio Pſalti, res ipſo Deo digna viſa eſt. *Tu es ipſe Rex meus, & Deus meus, qui mandas ſalutes Iacob*: tu Domine ipſe es Deus, verbo ſaluum quemque potens facere, ſolo nutu mandas, hoc eſt, præcipis ſalutem. Mox Auguſtinus Pſalm. 43. ſubiungit, *Tu es ipſe, non mutatus es, tempora mutata video, creator temporum non mutatur*; amorem noſtrum metus zelotypum reddit, abſentia in obliuionem cogit, occaſio in maius odium vertit, at Dominus meus non mutatur, ſemper idem ſtat, & in eodem amore permanet, *de camarada*, vt ita loquar, ingreſſus ſtat in medio.

Eundem ſemper eſſe opus arduum.
a Epiſt. 21.
Pſalm. 43. 5. *Deus ſemper & idem.*

9. *Pax vobis.* Plures congeſtæ diuitiæ in pace ſunt dignæ quæ æſtimentur pretio, idcirco amicis ſuis aſſeruat. Quieſcat, ait, nec turbetur animus: non rixas conflatum acceſſi, ſed pacem. Cùm quidam furore incenſus inimicos vt perſequatur quærens amicos offendit, ponere timorem iubet, non enim in vos arma ſumpta. His diebus Chriſtus Dominus in aduerſarios bella gerens, ne amici timeant, pacem etiam atque etiam largitur. *Pax*, inquit, *vobis*: carnem noſtram Deum induiſſe quid eſt aliud quàm humanitatis gladium accinxiſſe, iuxta illud, *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* Moriens in inimicos gladiũ eduxit, e vagina quippe corporis anima ſeu gladius ereptus eſt (enimuero Verbum neque animã neque corpus vnquã deſeruit) perinde atque ille qui enſem liberat, ſiniſtráque vaginam tenens illatis dextra plagis in eadem vagina enſem includit. Dæmonũ tartarorúmque principem vt vinceret moriẽs gladium denudauit: aſt illis vtpote viliſſimis, inertibus, & proditoribus graues ictus vagina gladio incluſo & tales plagas inflixit. *Effunde frameã, & conclude aduerſus eos qui me perſequuntur*: ægrè namque ferebant Chriſtum reſurrexiſſe, quapropter vulnera illata gladio vagina ipſa inducto remedio carebant; ea de cauſa omnes metu perculſi erant & exterriti, vbique cœtus & cõuictus faciebant. Apoſtoli quoque in fugã verſi ſecretò ſe abdũt, ſed Chriſtus, *Pax vobis*; vobis nõ, ſed inimicis conflatum eſt bellum, & hoc intendere clarè perſpicietis, attendentes quanta diligentia, qua cura & ſedulitate Apoſtolum non credentem indagat, & errantem quærit: nemo ſe illi curſu quãuis velociſſimo eripiet, & gladij aciem quæ largiſſimè graſſatur nemo effugiet.

Pacem amicis affert Chriſtus. Simile.
Pſalm. 44. 4. *Chriſtus gladium diſtrinxiſſe videtur in morte.*

10. *Pax vobis.* Semel & iterum. Petrus Chryſologus, ter pacem repetit, vt ſignificet in terris pacem, in cælis Trinitati ſimilem eſſe. Pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum. Pax æterna erga Deum, pax interna erga teipſum, pax æterna erga proximum tuum. Pax erga Deum, vt huius pacis iuſti æſtimatores ſitis, quo pretio in ſalutem veſtri Chriſto ſteterit, oportet diligenter animaduertere. Poſtquam vltro citróque rixatum eſt, & adhuc inimicitiarum cauſæ permanent, debilior & infirmior pars pacem fœderaque ſolet expoſcere. O Dei excellens natura, mirabiliſque conditio, qui cùm offenſus ſit, & ab ignobili abiectóque homine iniurias acceperit, fores eius pulſat, domum ingreditur, commendationes etiam mittit. *Legatione pro Chriſto fungimur tanquam Deo exhortante per nos, reconciliamini Deo.* S. Chryſoſt. [a] *tanquam obſecrante per nos.* *Pax vobis.* Nonnulli attamen non pacem, ſed cum Deo inducias paciſcuntur. O miſer & infelix! quid tibi criminũ ablutio profecit? quid peccatorum maculas delere? quid ſacroſanctæ Synaxis receptio profuit? *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius? ſic homo qui ieiunat in peccatis ſuis, & iterum eadem faciens.* Rex qui cum hoſte inducias fecit, id temporis arma renouat: equi iugi labore defatigati releuantur, defeſſi equites vires recipiunt, vulnerati ſanantur, tormenta, baliſtæ & reliqua id genus redintegrantur, apparatu facto, & comparatis commeatibus copias ex ordine diſponit exercitatas proluſionibus, vt acriùs & expeditiùs poſtea ſeſe in hoſtes inferant. Interea hoſtis in vtramque (vt aiunt) aurem dormit: magna quidem ſtoliditas impendentis immo præſentis mali incauta ſecuritas. Quid qui Deum offendis, putas ſe, in hac tua ficta pace, & in his induciis ſimulatè poſtulatis aliud efficere quàm ad noua prælia præparari? creata à ſe omnia armis inſtruere? quid? quàm permittere nouis malis te circumueniri? per peccata labi? in profundum exitij barathrum corruere? Væ tibi miſer ſi fœdera rumpit; quamobrem veram cum Deo pacem vt ineas moneo, inducias repoſcas, caueáſque ne tibi Deus ſuccenſeat.

Pax trina & diuina.
A ſimili.
a Supra 2. Cor. 5. 20. *Veram pacem cum Deo ſtabiliat peccator, non inducias & fictam conuerſionem.*
Eccli. 34. 4.
Similia.

11. Sit tibi etiam ſecũdò, *interna pax.* Si hæc abſit, abeſt & quies, & feſtiuũ paſcha, & animam quaſi aduenam & exterã deficiente cõſcientia pace irrequietam habes. Saul agens animã militi Amalecitæ præcipit, *interfice me*; quare? *quoniam tenent me anguſtiæ, & adhuc tota anima in me eſt*; tantam anima & vita moleſtiam pariunt? Graui (inquit Auguſt.) bello peccatorũ conſcientia illũ vexabat. Quid peſſima anima deterius? nullus hoſtis ita crudelis & acris, quàm anima cuique eſt deturpata maculis, inquinata peccatis. *Tenent me anguſtia, interfice me*, hac me miſera vita abſolue. Hinc videas oportet quã felicitatẽ, quantúmque bonũ, tribuens pacem Dominus tibi fecerit.

Interna pax procuranda.
2. Reg. 9.
Nota. Pacem iſtam confert bellum & paſſionum frænatio. Vide ad hoc Paëz c. 3. epiſt. Iacobi §. 2. in fine.

12. Pax erga proximum tuum, ipſa per ſe oſtendit de cælo aſportatam, & illuc referri debere. *Vtinam attenderes mandata mea, facta fuiſſet ſicut flumẽ pax tua; & iuſtitia tua ſicut gurgites maris.* Flumina mari deducuntur, & effluunt in mare, relabũtur & influũt, & pax veraque amicitia à Deo duci debet, & ad Deũ, ipſi complacendi præfinito fine, reuerti; verùm aliæ familiaritates, quæ in alium quàm Deũ dirigũtur finem, non verã, imò fallacẽ pacem oſtẽtãt. Quemadmodum flumina quæ in mare ſe exonerant propriis appellationibus dici deſinunt, ſic omnis amicitia, amor, pactiones, fœdera, pax, beneuolẽtia, poſitis ſuis nominibus Dei amor & charitas dici debẽt, ipſaque proximi dilectio propter Deum eſſe debet. Non iã vtcumque nominetur pax, ſed pax Dei, amor Dei nuncupetur: vt S. Ioannes, cui nomẽ ſingulare eſt, *Quẽ diligebat Ieſus*, non meliùs diceres, *Zebedæi filius, Ioannes Iacobi frater* nõ, ſed, *quẽ diligebat Ieſus*, nã depoſuit nomẽ in illud diuinitatis pelagus ingreſſus. Sic omnis veſtra pax in illud pacis imménſum mare debet introire, *qua exuperat omnẽ*

Pax erga proximum.
Iſai. 48. 18. *Vera amicitia à Deo & ad Deũ reſpicit. Simile ex Euangelio.*
Nota. Vide Nazianzenum oratione 2. de pace, *quod ad diuinitatem attinet.* & oratione 1. de pace Bernard. ſer. 5. de Aſſumpt. Gregor. 3. part. paſtoral. contra diſcordias.

sensum. Istum locum Nazianzeni *oratione* 3. diligenter perlustra. *Pax amica meditatio mea, & Deus meus, quam & Dei, & cuius Deũ, & quam Deũ esse Scriptura pronuntiat: nam quæ modò dicitur pax esse Dei, pax Dei quæ exuperat omnem sensum.* Vi-
13. des qua ratione Deus omnibus modis pacẽ sibi vendicat, *iuro proprio de Dios la paz*, atque, vt notauit Bernardus [a], *Si velimus perspicere omnia quæ filius Dei in carne egit, pacẽ redolent ac resonant*; & quanti pacẽ fecerit, vnus Paulinus [b] ponderat, qui ait, Christum libenter osculum proditoris Iudæ suscepisse, vt illam violatam & repudiatam à Iuda pacem & amicitiã veluti ab indigno subiecto colligeret, ne pretiosum pacis donum in pacis inimico periret. *Osculum* (inquit) *non ideo suscepit vt pacem proditoris acciperet, sed vt suam ab alienato reciperet.* Hispanicè, *no le beso por besarle sino para rebesarle.* Ab indigno sæpe suscipi in sacra Synaxi patitur, non vt reficiat, sed vt pœnis afficiat: non vt se communicet, sed vt excommunicet; ideo igitur toties repetit, *dexa se comulgar para descomulgar. Pax vobis.*

a Serm. 7. in Ps. Qui habitat.
b Epist. 2.
Pacem noluit Christus perire in terra.

14. *Gauisi sunt discipuli viso Domino.* Ecce lætitia cælestis, illarum Indicarum regionum opulentæ diuitiæ. *Consolabitur ergo Dominus Sion, & ponet desertum eius quasi delitias, & solitudinem eius quasi hortum Domini.* Vnde Propheta sacer hæc oritur lætitia? vnde amœnitas? vnde solamen promanat? *Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam lacus, de qua præcisi estis.* Septuaginta interpretes apud Hieron. in Christũ oculos intenderunt. *Aspicite ad solidam petram quam excidistis.* Alij clariùs, *ad perforationem corporis* *. Quàm alium se gerit ille qui thesaurum inuenit, quàm erecto collo lætabundus incedit: semimortua spes reuiuiscit, restans antea fortuna, nunc secunda efflat, & omnia prosperè cadunt; aliquid iste sanè offendit? offendit quidem thesaurum, quanta lætitia videtur redundare hortus diuersis arborum & herbarum consitus ordinibus, quem riuus nouo deriuatus fonte rigat? Non aliter plantarum diuinus hic paradisus, Apostolorum plantationes Dei ad glorificandum; sic hic Apostolorum cœtus sacer gaudet & oblectatur, in tãta lætitia aliquid causæ est, inquit regius Vates, *Vox exultationis in tabernaculis iustorum*; quid est? *Gauisi sunt discipuli viso Domino*, thesauro & fonte clarissimo.

Gaudium cæleste & nouũ.
Isai. 51. 3.
Christus petra & gaudij materies & causa.
Isai. 51. 1.
* Hebraicè נקב nachab. Simile.

15. *Accipite Spiritum sanctum.* Vulgo dici solet homines illos qui ex India aurũ argentúmve asportarunt, nimis illius tenaces & auaros esse, sciunt namque quanto illius labore compararint, cognoscúntque illius valorem ac pretium, quapropter illud arctè retinent; filioli, inquit, ad comparandas animas pergite, maria traiicite, quásque ego lucrifeci diligenter custodite. Sed qua ratione Domine ire poterimus? *Accipite Spiritum sanctum.* Hic diuinus spiritus vt magna cura sceleratos homines perquiratis, graueque peccatorum onus vestris humeris imponatis, vos excitabit reficiétque. Quanta hominũ multitudo, quot instrumenta necessaria sunt ad inferendum in mare nauigium in littore fabricatum, licèt ab omni onere liberum, & expeditum sit? ast vbi semel deductum in mare est, nihil oneribus impedientibus remigum multitudine grauibus quibus deuinciuntur catenis, tormentis, militibus quorum non paruus numerus esse solet, copiosa ad longam viam annona ac commeatu absque vlla remigiorum ope, velis tantùm expansis, paruo temporis interuallo ab oculis ventus eripit. O magnum munus & officium, quàm perdifficile esses sine hoc spiritu, *accipite*, soluite è portu, date vela ventis.

Amor animarum pretiosissimarũ mercium.
Spiritu agunt qui animas lucrantur.
A simili.

Accipite Spiritum sanctum, quo accepto omnia peccata dimittite. O quàm grãdis eximiaque beneficentia & liberalitas! sed non aliter, si homines salutem consequi volebat, gerere se debebat. Quod aliud remedium in tanta hominum licentia poterat adhibere? deficiunt à duce milites, totúsque ab imperatore exercitus transfugit ad hostes, qui dux se suósque perditum iri considerans si in illos animaduertere voluisset, ad lenitatem ac clementiam conuersus omnibus veniam concedit. In tanta hominum prauitate quiescerétne diuinus gladius si iugulare incepisset? clauderet barathrum os suum? gladium, inquit Dominus, in suam recondamus vaginam, *Accipite Spiritum sanctum*, amplámque facultatem, vt homines reconciliare possitis. *Quorum remiseritis peccata*, &c. 16.

Larga & effusa indulgẽdi facultate indigebamus. Simile.

Coniungit in his verbis Dominus cum officio ac munere confessarij spiritum; is namque est vitiorum & scelerum impetus, vt nisi præditus munitúsque hoc sit spiritu, qui huiuscemodi exercet munus, post se illũ scelesti homines trahent, reddéntque suspensum ac dubium, quinam vel ipsi aut illi à recta via aberrent? Ne te igitur secum ferat prauitas sapientum, diuitũ, & optimatum vita confirmata & approbata, suum tibi Dominus spiritum elargitur, sine hoc spiritu, sine continua peccatorum recordatione, quando ad genua deuolutus sua tibi alius aperit peccata, auaritias, ambitiones occasionésque voluptatum recenset, illius sorti inuideres potius quàm de sua miseria calamitatéque doleres. Notauit hoc Augustinus. *Peccatori autẽ dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum: si videbas furem, currebas cum eo.* Minister Domini diuinæ iustitiæ apparitor est, debétque latronem persequi, & infectari; hi verò, inquit Augustinus, aliter se gerunt, quippe qui simul cum furibus cõspirant, & de latrociniis partem habere cupiunt. Sic se habent confessores qui peccati in Deum grauitatem minimè ad trutinam perpendentes iisdem quibus alter fruitur voluptatibus frui desiderant, ideoque addit, 17.

Confessarius copioso & diuino spiritu indiget.
Caueat confessor ne inuideat peccatis confitentis.
Ps. 49. 16.

Quorum remiseritis peccata. Sed cur Domine non nisi post perpessam mortem remittendi peccata facultatem concessisti? vt intelligatur, respondet Dominus, meæ mortis in causa extitisse peccatum. Miratus valde est Nabuchodonosor *Dan.* 2. magnam illam statuam ex auro, argento, ære ac ferro conflatam à tam exiguo lapide deiici subuertíque (non vtique erat admodum exiguus lapis ille, vel à potenti manu magno impulsu & impetu dimissus est,) ne tu putes leue ac paruum lethale peccatum, quandoquidem mirabile illud compositum diuinitate humanitateque constans in sepulcrum deiecit exiguus iste lapillus; peccatum, inquam, quod vos leue & paruum appellatis. Hac etiam de causa sua reseruauit vulnera, & inter medios discipulos sic vulneratus visus est. Solet sæpius accidere vt dum quis ad aliquos furore & ira percitos & inter se digladiantes, sedandos & conciliandos accedit, eorum armis petitus occumbat, qui tam fœdum & immane facinus contemplantes, à pugna 18.

Causa mortis Christi peccatum fuit, inde eius grauitas pendenda est.
Cur vulnera seruauit Christus. Simile.

pugna cessant, & gladiis in vaginam reconditis abscedunt illico. Infenso in homines animo erat olim Deus, eósque multoties stricto ense impetebat, quos inter se conciliare toto vitæ curriculo Christus contendit, donec inter eorum gladios, iram scilicet Dei & hominum, interfectus occubuit, *interficiens inimicitias in semetipso.* Ite igitur ad homines, ait Dominus, & quanto labore illis veniam comparauerim exponite, quo cognito arma proculdubio deponent, *embaynad hombres mirad lo que aueis hecho.*
Ezech. 43. 11. *ostende eis fabricam, & erubescent.* Et ad reddendos cautos ac circunspectos confessarios, non
Cautos voluit confessarios. Simile. prius illis potestatem concedere peccata remittendi, quàm vulnera potuisset ostendere, diuinum consilium fuit. Soleris aliquando thecam plenam lapillis gemmisque pretiosis famulo talis rei ignaro committere, & vt illum diligentem in eorum custodia faciatis, reseratis coram ipso thecam, gemmas ostenditis, ac tandem eam iterum clauditis. In monte Thabor gloriam suam Dominus aperuit, eámque præparatam hominibus dixit, & statim illam clausit, aperit hodie redemptionis arculam, qua iterum conclusa claues tradit, & inquit: Diligenter attendite, non auro, neque argento, sed pretioso sanguine emptos: videte quomodo thecam aperiatis claudatisque, gloriam quippe æternam tam vestram, quàm aliarum animarum amittere poteritis.

19. *Deinde dicit Thomæ.* Qua arte, quo consilio
Vtilitas ex incredulitate Thomæ. Domine, hanc Thomæ incredulitatem permisisti? aut cur illi post tantam incredulitatem vulnera tradis? reuocate in memoriam illud
Iosue 7. quod Iosue accidit, cuius in victoriis reportandis felicitas, vnius Acham culpa cessauit: at sacrilego isto obruto interfectóque lapidibus, vallis Achor, id est, perturbatio vocata est, & Iosue felicitas vlteriùs processit, & populares homines alieno capite edocti sunt, vt
Theodoretus apud P. Castrum in Oseam. notauit Theodoretus, occisóque perfido Acham fortiores euaserunt, concepta spe progrediendi vlteriùs, vt Haymo, Albertus, Rupertus & Lyra declarant. Deinde terræ vbertatem experti sunt, & abundantia vberrimæ vallis conceperunt ingentem & certam spem de vbertate terræ promissionis, & exhilarati sunt valde;
Cap. 2. 15. ideoque Oseas hodiernum intuens mysterium, ac videns Christum inter discipulos stantem, sua ostentantem vulnera, & incredulum Thomam conuincentem, dixit, *Dabo ei vinitores ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam spem*; omnes huius loci versiones ad prædictum sensum alludunt, reddúntque rationes cur Christus in suo iam immortali corpore vulnera reseruarit, vt declarant Rabanus, & Bonauentura.

20. Primò *in ostium spei* impressa in corpore
Symmachus & recentiores. vulnera reliquit, vt animo spem conciperemus, quòd per illa à Patre præmium remediúmque accepturi simus. Cyprianus. Reseruatæ sunt, in-
Vulnera Christi nos ad spem erigunt, & præmium postulant. quit, plagæ in corpore, vt salutis humanæ exigant pretium, & obedientiæ donatiuum requirant. Donatiuum præmium est quod dabatur militibus, illúdque tot linguis & oribus, quot vulnera exceperant, postulabant; quapropter semper imperatori curæ fuit, vt in militum domos mitteretur. Plagas quas acceperat Christus tum ad Patris honorem hominúmque libertatem, tum etiam ad ostendendas illas Patri, vt videatur tot linguis, quot illæ sunt, donatiuum nobis postulare, reseruauit. Multum Simile.
enim valet præsens & numerata pecunia: auget sponsionem lusor, cùm statim videt ad se posse trahere præsentem numorum aceruum: vendit triticum viliori pretio agricola, necessitate coactus, si pretium illi protinus persoluatur. Poterat abstinere Pater à beneficiis in homines conferendis, ne igitur cesset, statim Christus persoluit pretium, *Vt patri pretium nostræ redemptionis semper efferret.* Aperta etiam remanent hæc vulnera, vt nostra magis confirmetur spes, velut crumena semper ad omnes necessitates nostras patente. Vnde olim Amor largus & effusus.
depingebatur amor ore clauso, & crumena aperta, *que no le duelen prendas.* non solùm reliquit talia vulnera vt fideremus Patri, sed etiam vt illi fideremus; quid enim nobis non donabit qui dedit vulnera & sanguinem. *Dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis; & quia ad ostium spei,* in manibus, pedibus ac latere plagas reseruauit. Ac si diceret, videte ne spes vestra manca vel clauda sit, vt Andreæ spes, quæ claudicare cœpit. Claudicat spes nostra.
Est puer habens quinque panes, sed hæc quid sunt inter tantos? Alij verò ex vobis manci estis, qui cùm dare cupiatis, vel non datis, vel quid dare possitis non habetis. Ego autem minimè mancus sum, quandoquidem vtraque manu memetipsum tradidi. *Tradidit* semetipsum pro me, nec minus claudicaui. *Venit filius hominis saluum facere quod perierat*; nec mihi amor defuit, *dilexit me*; denique in ostium spei omnia ab his manibus, ab hoc latere vos accepturos esse sperate.

Secundò, *ad filum*, vel *ad glomum spei*, vbi 21.
est idem verbum quod Raab dictum est, Hebraicè, *ingredientibus nobis terram filum, vel* Iosue 2. 18. In Christo pignora habemus salutis appensa.
glomum fili coccini ligabis in fenestra, vnde genus humanum videtur in Christo appendisse signa ac pignora salutis in diem iudicij, ita Ambrosius, *pignora sunt redemptionis nostræ.* Cùm pignora creditori datis, res non magni admodum valoris mutuatas petitis, ast post huiuscemodi pignora nihil salute æterna minus postulare debetis. Quanta securitate inter A simili ex sacra Scriptura.
armorum strepitum, inter tot neces propter suspensum ad fenestram filum fruebatur Raab, sed longè melius pignus est quod in manibus ac latere Christi impressum cernitis; quapropter per illud securè salutem sperate. Affert quis Simile.
in chirotheca imaginem rudi multoties penicillo depictam fœminæ quam diligit, cognouit illa rem, vt lætatur, vt superbit? verùm tu multo magis anima gaudere lætarique debes, quid tibi dicat Dominus accipe. *Dixit Sion, dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei;* Isai. 49. 14.
quid dixisti? *Ecce in manibus meis descripsi te:* non igitur in chirotheca, sed in manibus ad viuum expressi, depinxique, quæ pictura loquax est, inquit Bernardus [a]. *Quid ni videas per foramen, clamat clauus, clamat vulnus quòd verè Deus sit in Christo mundum reconcilians.* a Serm. 61. in Cantica.

Tertiò, *ad filum spei*, id est, ad intelligendum 22.
quàm fertilis sit terra illa promissa, hoc est, cælum, *para facar por el seso el ouillo.* Quapropter dicit Thomæ, *Infer digitum tuum huc*, in iis vulneribus, quam ego gloriam paratam habeá, illis qui me amant, inspice. Vis quænam illa sit cognoscere, ea enim est vt oportuerit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam. Nouus sanè Per Christi vulnera exploramus cælestia bona.
orbis

orbis, & hucuſque ignotus. O diuites, opulentæ & opimæ Indiæ, nemo ſanæ mentis eſt qui omnibus quæ hîc poſſidet relictis calcatiſque ad eas non nauigat. Vt primùm occidentales Indiæ inuentæ patefactæque ſunt, quot homines auri & argenti cupiditate exciti ad illas nauigarunt? iam igitur pignus cæli habemus omnes, has res temporales contemnamus aſpernemúrque.

23. *Per Christi vulnera verus amor innotuit.* Quartò, *ad intelligentiam ſui*, vel ad aperiendam cognitionem. Minimè agnoſcebat mundus amorem verum, nec cognoſcit ille qui pro illo quem amat labores pati ac tolerare recuſat, quique ignominiis ac dedecore in quæ illius cauſa incurrit non gloriatur & gaudet. De ſeruo qui ſexto ſeruitutis anno peracto diceret, *diligo Dominum*, præcipiebat Dominus vt eius perforaretur auricula. *Fibula perforabis aurem eius*, inſeretúrque murenula, quæ ſeruitutis erat inſigne, vt apud nos hodie *S. y clauo.* Duplex igitur ſeruorum genus erat, alij vi, alij voluntate amoreque famulabantur: qui vi coacti ſeruiunt, nullo notentur ſigno, ait Deus, hi namque à talibus notis nimis abhorrent; qui verò ex voluntate miniſtrant, muliebri ſigno, ſeruitutis & ſubiectionis nota inurantur, hac ſolùm de cauſa, quia dixerunt, *Diligo Dominum*, & qui non aliam rationem ſuæ ſeruitutis affert quàm amorem, ignominiis gaudet, & notis ſeruitutis: cognoſce ergo anima (inquit Cyprianus) quanto te Dominus amore proſequatur, quandoquidem vulnera quæ ad dolorem & opprobrium & ignominiam illi aduerſarij inflixerunt, ad honorem gloriámque reſeruat; ne igitur hoc obliuioni mandetur, *ad intelligentiam ſui*, etſi amorem Chriſti aliquid in cælo triſtari potuiſſet, nihil aliud eſſet præterquam quòd pro nobis pati minimè alia tormenta poterit: at vt eluceat quanto pro nobis amore paſſus fuerit in terra, paſſionis ſuæ memoriam in Euchariſtiæ ſacramento reliquit, *recolitur memoria paſſionis eius*; plagas etiam in cælum intulit, ne cælo terræve paſſionis memoriale deeſſet: *ad intelligentiam ſui*, vt intelligatur quanto eos amore diligam, nec non vt cælum feſtum plagis inſtituat, extollat ſummis laudibus *agnum tanquam occiſum*, plagis affectum, non tamen vita priuatum; quid hoc eſt? Qui ex Maurorum poteſtate fugiunt, ſumma diligentia ſeruitutis notas & ſtigmata obliterare ac delere procurant: ego autem amoris ſeruus ſum, nulláque ratione talis ſeruitutis inſigne abſtuli, imò potiùs nolo vt in inſcriptione legatur, *ad intelligentiam ſui. Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare*, vt ita licèt plagatum videant me cælici omnes tanquam Dominum cognoſcunt.

Gloriatur amor ignominia pro dilecto.

Simile.

24. Iſai. 28. Quintò, *ad aperiendam intelligentiam*; vexatio enim dabit intellectum auditui. In ſupplicio Acham quando lapidibus eſt obrutus, & igni cum ſuis omnibus abſumptus, populus qui remanſit terrore percuſſus cognouit quàm graue ſit Dei transgredi præcepta; ita ante oculos proponit Deus ſupplicium quod in filium exercuit, nec non chartam per quam improbi ac ſcelerati perpetuis addicentur ignibus: in die namque extremi iudicij nihil aliud tam clarè, per quod impij damnentur, præter Chriſti vulnera cóſpicietur. Sic Euſebius Emiſſenus [a]. *Tanto enim erunt grauiora humana delicta, quanto ſe extenderint diuina beneficia. Vnde credendum eſt ad vaſa iniquitatis Chriſtum dicturum, infer digitum tuum, & vide manus meas, & affer manum tuam, & agnoſce quæ per te & à te, ô impietas humana, pertulerim.* Cùm rex optimatem aliquem de perduellionis reatu vult conuincere, epiſtolam quam de proditione ſcripſit ſubſcripsitque illi oſtendit. Nónne, inquit, hæc epiſtola veſtra eſt? veſtra hæc ſubſcriptio, capitis pœna veſtra perfidia punietur. *Aſpicient in me quem confixerunt*, & nihil ibi dicendum erit, *omnis iniquitas opilabit os ſuum*; tanto namque gaudio, tantæ iuſtitiæ, paci, remiſſioni, tanto diuino ſpiritui, tantis amoris ſignis nullæ niſi diuinæ gratiæ poſſunt reſpondere, nulla alia re (præter gloriam) hæc omnia poſſunt remunerari.

Vulnera Christi peccati grauitatem oſtendũt.
a Lib. allegor.
Simile.
Zach. 12. 10.

VERBVM SPIRITVS ſancti. Epheſ. 2. v. 14.

Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, &c. iis qui longè, & iis qui propè.

Mundus qui longè à Deo diſtabat Chriſto pacificatore ad mutuam concordiam rediit, & hi qui longè, & hi qui propè ad fidem & gratiam traducti ſunt.

DISCVRSVS XCIII.

1. INVENTA ſemel, Dei dono, magnetis lapidis virtute mirabili, polum reſpiciendi, & ducendi nautas, facilè fuit mortalibus longiſſimis nauigationibus claſſes ſuas ad prouincias longè latéque diſſitas deſtinare, quæ ſine acu nautica vix ac ne vix quidem obiri potuiſſent, quod quidem non ſine cæleſtis Numinis prouidentia factum eſt, quæ lignũ fragile ferrea pyxide in altum mittit mare, & incolume nouos explorare orbes docet. *Tua Pater prouidentia lignum gubernat; quoniam dediſti in mari viam, & inter inferos fluctus ſemitam firmiſſimam.*

Inuentio magnetis à Magnete armentario narratur à P. Pineda Salomone præuio lib. 4. §. 1.
Sap. 14. 3.

2. Romanus Clemens [a] fuit primus qui Eccleſiam nauis nomine nuncupauit: ex tunc autem eſſe cœpit vectoria & exploratoria nauis certa nauigatione deſtinata, cùm acus nautica, fides népe, magnetẽ Chriſtum attigit, munúſque ducendi gentes aſſumpſit. Verùm cũ ferrea ſit acus & dura, nihilque ſine magnete efficere valeat, licèt nauis Eccleſiæ inſtructa eſſet, & bene comparata, velis, tormentis, militibus, ſola acus nautica deſiderabatur, hanc enim oportebat fieri ex ferrea & dura Thomæ incredulitate, tãgendo videlicet manu, & quod maius eſt, mente, pretioſa vulnera Chriſti, in quibus omnia regna mundi ad ſe pertrahendi diuina latebat virtus; ad hoc ergo diuina & arcana virtute attractus abſens Thomas lapidem tangens dux factus eſt Eccleſiæ, & nouorum regnorum explorator: hoc nomine acus nauticæ inſignitur fides Thomæ à Cyril

a Epiſt. ad Iacobũ fratrẽ Domini.
Fides quaſi acus nautica ducit nauem Eccleſiæ.

a De recta in Christum fide, imperatori Theodosio, in Ephesina Synodo. Ioan. 1.

Cyrillo [a]. *Vnde putas* (inquit) *ô imperator certitudinem sumere, vimque ducendi acum fidei nostræ, nisi ex magnete Christo, qui via, veritas & vita est? confirmat & sapiens Ioannes, qui ita scribit: Quod fuit ab initio, quod vidimus, quod audiuimus & contrectauerunt manus nostræ de verbo vitæ.* Vide quo pacto certitudinem a petræ Christi tactu mutuauit fides, *sicut etiam Thomas qui posteaquam manum in latus, & digitos in clauorum foramina intulisset, statim exclamauit: Dominus meus, & Deus meus*; hac igitur firmissima fide comperta nouos orbes explorare, & Christo nostro recuperare iamiam licebit. (Ioan. 20. 19.)

3\. *Non est qui fugiat peccator à diuina pietate.*

Licet enim fugam mediteris, ô peccator, & longè à Deo tuo vitam ducere cogites, te hodierna luce verbi Dei pietas persequetur, & capiet. Sit licet obstinatio tua inurbana, rustica & illiberalis, à mitissimi Redemptoris comitate & mansuetudine infringenda est, experieris equidem nullum esse effugium, nullum tam longè dissitum locum à diuini luminis radiis semotum, in quo te dæmonis ars abdere & sepelire conetur, quem etiam clausis ianuis Dei tui clementia non penetret, manum porrigat, & in gratiam & amicitiam reuocet. Quid enim quæso remotius à Deo suo, quàm mundus, antequam Gigas ille à summo cælo exultaret, insequeretur, comprehenderet, redimeret, clauis & spinis sibi configeret? Quis altius in infidelitatis profundo mersus quàm Thomas? Quid quæso à mente, oculis & cogitatione hominum remotius quàm nouus ille Indorum orbis a dæmone habitatus, immensis Oceani aquis immersus & inuolutus? Mundum ergo illum immundum, ingratum, Deo patri offensum, & odio habitú, benignè attrahit sanguine suo ad fidem & ad pacem. *Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio eorum, & dixit: Pax vobis.* Et Apostolum illum peccatoris simulacrum de profundo malorum eruit, manu tenet viscera, & amorem pandit. Deinde dicit Thomæ: *Infer digitum tuum huc, & mitte manum tuam,* &c. Orbem illum denique conuulsum, conculcatum, & à dæmone dilaceratum, ab hominum communione semotum. (*Probatur exemplo.* — *Ecphrasis Euangelii.*)

4\. (Isai. 18. 1.) *Gentem conuulsam, & dilaceratam, & conculcatam* (aiebat Isaias, vnico legato misso quondam incredulo Thoma) ad fidei lumen vocat, & beatos nominatim prædicat, *Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Hæc omnia ponderauit Hieronymus [b]. *Dicant qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici, &c. De regionibus congregauit eos. Vide quàm grandis sit manus diaboli; in toto orbe manus diaboli possidebat eos*; & vbi sunt orbes isti Doctor sancte? *à Solis ortu, & occasu, ab aquilone & mari.* Mare, ait Hieronymus, in Occidente est; certè ignorauit magnus Doctor nouum sub Oceano orbem, sed de eis loqui videtur Propheta, *errauerunt in solitudine, in inaquoso viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.* Sed iam de singulis cum Hieronymo agamus.

b In Psal. 106. 3.

5\. *Fugit à Deo orbis, sed reuocatur diuina pietate.*

Procul à Deo discessit orbis, à suo conditore, vt seorsim sine Dei auxilio viuere posse putaret, difficiliorem quotidie suæ salutis viam & rationem efficiens, & cùm verum sit quod affirmat Vates, *qui elongant se à te peribunt*, etiam requisiti à Deo, vt eorum scelera puniret longiùs abiisse & disparuisse videntur. *Vbinam sunt, & cessare faciam ex hominibus memoriam eorum, parece que sele auian ido de vista.* Quòd si iusti aliquem desiderabant qui pacem constitueret inter Deum & homines, nullum tanti negotij idoneum legatum inueniebant, vt aiebat Iob. *Non est qui vtrunque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus.* Deus enim in cælo, in terra homo: nobilis Deus, illiberalis homo: iratus Deus, rebellis & durus homo: Deus non vult humanú se exhibere, homo item non vult Deo se submittere; nunquam hæc dissidia sedanda, nunquam placandæ iræ, nunquam lis illa componi poterit; mundus enim sic à Deo excurrerat, & recesserat, vt ad extremum vecordiæ perueniens Deum esse vel ignoraret, vel abnegaret. *Si est Deus, aut si est scientia in excelso?* quæ tam longa erunt brachia, & manus quæ comam hominis arripiat, & in amicitiam Dei compellat. Adde fœdera pacis antiquo more apud reges fieri mutua sanguinis ex compressis pollicibus effusione, quem lambentes ambo, fœdera firmabantur, & sanguine contestata manebant; quo igitur pacto Deus sanguinem mittat, & licèt sanguinem fundat homo, cuius valoris erit ad satisfaciendum, & placandum Deum? *Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem*: Pacis insuper & beneuolentiæ conciliator superior debet esse, & grauior litigantibus, & vt ait Iob, *qui vtrunque valeat arguere.* qui Deo liberè dicat, mitte Domine in vaginam ensem; quem non terrebit vltor Deus exercituum frendens & fremens tanquam leo, si etiam leonina pelle timorem incutiat, diluuium, ignem, fulmina, pestem mittens, *contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam*: & tu homuncio mitte iras, cohibe furorem; tune ad iram Deum adigis? tu inurbanus? age, postula suppliciter indulgentiam, horrendum est enim incidere in manus Dei viui. *Non est qui possit arguere*, nulla obtinebit manus mutuam istam beneuolentiam, Ideo Dauid cælitus missam manum postulabat, hoc est, vt explicant Doctores, Verbum æternum incarnatum, *Emitte manum tuam de alto, & libera me de aquis multis.* manum vtique potentem conciliandi, manum, inquam, in qua os diuinitatis lateat; benignitatis carne tectum, vt aqua Deus est, Deum ad fœdera trahat; & qua homo est, sanguinem fundat: manum quidem miraculorum patratricem, & quæ in vitam dirigat hominem. Primo & minimo digito obedientiam indicet, secundo misericordiam, hic enim digitos medicinæ deseruit, & in eo pulsus pertentant, medelam cordi afferat, tertio qui longior est virtutem miraculorum denotat, quæ eò protenditur, quò natura non attingit: quarto, hoc est, indice prudentiam & sapientiam afferat, ducendo in vitam, *hæc est via, ambulate per eam:* quinto fortiori quidem digito, & in quo maximè ab animantibus discrepat, passibilitatem & humanitatem denotet, quia nec gratiam nec pacem conciliabit, nisi mittat sanguinem, & pollicem comprimendum concedat. Hæc omnia, inquit Vates, habeat opus est manus quæ tollat discordias, & adducat pacem.

Non erat qui pacem mitteret inter Deũ & hominem. Cap. 9. 33.

Psal. 72. 11. *Mos percutiendi pacta.*

Herodotus in Thalia agés de Arabibus. Tacitus de Armenis & Iberis.

6\. Psal. 29. 10.

Iob 13. 25.

Orig. hom. 27 in Num. Hieron. in Ezech. c 17. Fulgentius ad Thrasi. 2. lib.

Verbum Dei manus Psal. 143. 7.

7\. Age ingrate munde, en clausis ianuis venit Deus ad deponendas simultates. *Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis.* quæ verba, & omnia quæ diximus, breui commentario D. Gregorius [a] comprehendit. *Redemptor quippe generis humani.* En deprecato-

a In Iob lib. 9. c. 31.

Digitized by Google

rem & redemptorem. *Mediator Dei & hominum,* qui vtriusque partes suscipit; *stetit in medio. Per carnem factus*; ecce habetis diuinitatis carne

Christus pax nostra pacem misit inter Deum & homines.

tectum: *quia iustitia in hominibus solus apparuit*; en gratiam illam & sanctitatem, qua nobis sanctitatem promeruit, *& tamen ad pœnam culpæ sine culpa peruenit*, sanguine enim madentes ostendit manus, sed innocentissimas, quibus manu tenuit Deum, *& hominem redarguit*, ne delinqueret: *pax vobis, pax vobis, (ea hombre no ay mas pecar.) & Deo obstitit ne feriret*, & tu siste Pater æterne, depone iram, *ea no aya mas, atque in vtrisque manum posuit*, pollices compressit, sanguinem misit. Hisque firmata est pax, & reditus in gratiam, vt ait Paulus, *pacificans siue quæ in cælis, siue quæ in terris in sanguine suo*; vulneratas enim manus inter vtrumque posuit; & non solùm in cruce, vt ponderat Eustachius author Græcus. Sicut in scala Iacob cælum terræ coniunxit, sed, quod non minus difficile erat, in profundum maris manum mittens orbem sub Oceano sepultum, & præteritas generationes & futuras vocauit ad gratiam, adduxit ad

Ephes. 2. 14

pacem, & hoc est, quod ait Paulus, *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, his qui propè, & his qui longè*, non solùm Thomam qui longè est, sed etiam orbem ingratum sublatis dissensionibus mutuam beneuolentiam suscipere coget.

8\. *Cur protraxit Deus pacem istam.*

Ex his patet quid respondere debeamus illi sæpius propositæ quæstioni, cur Deus optimus, & pacis amantissimus, & qui tam longas posset manus dare orbis, tot annorum millibus in odio Patris existentis flammas & incendia iræ restinguere noluit. Nyssenus occurrit quæstioni [a]. *Necessariò expectauit Dominus donec omne peccatum opera inimici radicibus altis germinasset, ac deinde radici securim admouit*; conueniens enim erat vt malum serperet, & ingrauesceret ægritudo, & febris aliquod suæ specimen daret, & homo culpæ radice cognita penitus euelleret.

a Orat. de Christi natiuitate.

Simile.

Sicut cùm nobilis ad beneuolentiam cupit reuocare rusticum illiberalem, ne turbet plebem, & alios commoueat rusticos: & quidem multis exhibitis quæ ad pacem præstant nihil obtinet, cùm rusticus iste leui inopia aut necessitate premitur, frustrà media pacis offeras illi, persistit prædurus & obstinatus: at cùm in grauem incidit necessitatem, & quæ remedio caret: tunc ait eques, ite & dicite quibusnam opus sit illi; tunc ille submissè pacem amat, beneuolentiam suscipit. Cùm nondum peccata ad cumulum peruenerant, nullatenus barbaries nostra Dei iugo collum submitteret, reliquit autē Deus præteri-

9\.

tas generationes in turpissima scelera ruere, vt nihil sine Dei ope posse experimento deprehen-

Deut. 32. 27.

derent. *Distuli* (ait Dominus) *ne superbirent, & dicerent: Manus nostra, & non Dominus, fecit hæc omnia. ensancharase el villano y dixera aueis visto Dios se entra per mis puertas, por que me ha menester*; igitur auferam panem, vinum & aquam, lanam meam, & linum meum, & fauces suas tartarus aperiet, tunc inclamabunt iusti, *Domine mitte manum tuam de alto*; sed ego *distuli, con acuerdo lo hago*, vt rusticus homo sub onere peccatorum laborans Dei opem & subleuantem manum exposcat. Veni ergo ingrate munde, peccati speciem in Christi vulneribus conspicies, *videte manus meas*, vides quæ signa dederit ardens febris vitiorum tuorum, vides in illa ma-

Oportuit differre Deum suum in terras aduentū.

Psal. 143. 7.

In Christi vulneribus imago nostræ culpæ exprimitur.

nu lepram tuam, ideo Cyrillus & Tertullia. manum illam Moysis in sinu lepra infectā verbum de sinu Patris descendēs, & nostris iniquitatibus inquinatū designasse affirmāt. *Designat Christum in sinu Patris vbi diuinitatis natura fulgebat, verùm cum aliquo modo extrà fuerat, per incarnationem factum est in similitudinem carnis peccati, & inter iniquos reputatus est*: fulgebat in sinu Patris gloriosa manus foras per incarnationem prodiens, nostris est inquinata sordibus: *videte manus meas*; certè si ingratus fuit mundus, qui eum non cognouit; vt ait Ioannes, non minus ingratum dicam sæculum nostrum; quod indicant ista verba, *videte manus meas*. Instat iam studiorum tempus cùm filius honesti agricolæ Salmanticam ire parat, accedit ad patrem iuuenis aspectu illustris, politus, & pæne aulicus, eia pater opus est in Academiam pergere, præparentur quæ ad victum, ad splendorem comitatúmque conducunt, vestitus recens, talaris omni ex parte conueniens, fiat epitogium, præcingar serica zona, latéque explicata, & à fronte modò eleganter contricta, pileo venustè posito ad vsum, pro temporis varietate, cirothecæ manibus aptandæ, pedibus politi & stricti calcei, aliqua insuper ad lusum, ad iocum, ad cœnas, ad splendorem adhibenda sunt, vt honesto genere natus videar.

Cyrillus de incarnatione vnigeniti. c. 15.

Ingratus mundus pudore suffunditur.

Simile.

10\.

Contemplatus bonus parens petulantem filium, dum ipse rustico & squalido vestitu, intonso barbitio, & calceis puluerulentis adest, & lugubri tristique vultu callosas manus pandit, *videte manus meas*; vide impudens fili, cuiusnam filius sis, tu mihi curiosa & delicata, tu vana & superflua ad ornatum poscis; vide manus istas? tu chirothecas poscis? tu politum calceum? vide pedes meos, veni insane iuuenis, mitte literas, sume aratrum, experire labores tui parentis, nec enim desudat pater vt in delitiis viuat filius; particeps sit laboris, & abstinebit à risu, à ludo, ab armis, à comitatu, & insano sumptu. Insane munde, orbis delicatule & impudens, vocat te parens, qui te genuit, condidit, redemit. Quid postulas, amplas domos, palatia, seruos, pueros; quid postulas, sericas telas, melodiam, musicam, risum, iocum; quid poscit mulier, vestes, sandalia, argenteos cothurnos, monilia, mantilia, reticula, gemmatas cycladas, mundum denique muliebrem? O ingratitudinem! ô superbiam! non ferendum sæculi fastum! *videte manus meas, & pedes meos*, erubescite filij Iacob agricolæ, *ex ipso vos estis in Christo Iesu*. Redi ad saniorem mentem insane, depone ornatum, assume rusticas Adami pelles, quis te tam insolenter extulit? O Iudex viuorum, quis seuerum iudicium expectabit, in quo perforatis manibus pudore suffundes inuerecundiam nostram. *& hæc nesciuit, scis tu necio, ego dedi ei frumentum, & vinum, idcirco conuertar, yo voluere la hoja; & sumam frumentum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius*, ego te ostentui exponam, ita vt omnes cum admiratione asserant, éstne hic ille orbis sanguine Christi redemptus? Videte quos spiritus gerat, quali intumuerit superbia, hac fortè exprobratione meliora meditabitur, & ad saniorem mentem redibit, hoc pacto pacem amabit, *& percutiam cum eis fœdus, hare nueuas paces dexare el arco y la espada; & bellum conteram de terra, y acabare guerras, & dormire eos faciam fiducialiter, pregonara*

Pudefacit Christus sæculi nostri superbiam & immodestiā.

Oseæ 2. 9.

nare paz, pax pax vobis; hac enim ratione etiam rustici ad amicitiam & ad fœdera reuocantur. En mundi ingrati victoriam, & pacem.

II. *Deinde dicis Thoma.* Sed adhuc in Christo alteri orbi infideli misericordia superest, mundo scilicet politico, Ecclesiæ, vbi sacerdos suæ angelicæ dignitatis immemor in sordibus vitiorum volutatur, infidelis in ministerio, vbi Religiosus qui Dei domesticus est, reus est perduellionis, vbi Dei sponsa multis nominibus Christo & amori eius mancipata turpiter creaturis adhæret, fidem frangit; itáne possibile est hæc monstra in Ecclesia reperiri, ita sanè, & vidit & præuidit Christus. Hos adumbrat incredulus Thomas à reliquis fide & incredulitate separatus, qui nihil de fide æstimat nisi quod sensu percipit, & manu attrectat: recedunt, & hi longè à Deo, sicut perditus ille adolescens, *qui peregrè profectus est*, & longis itineribus à Deo separantur, vt admirabundi asserant intuentes, éstne hic ille sacerdos, ille virtutum magister? verbi minister Apostolus Thomas? *non eras cum eis, estaba muy lexos de ser el que deuia*; ideo Chrysostomus, qui hæc attentè ponderauit: Quis, ait, tam alienus à pietate & misericordia, qui his casibus non frangatur, & lapsu iustorum audito non grauiter doleat? *Qui ad cælum peruenit, qui sæculi huius vanitatem irrisit, qui formam corporum non aliter atque lapideum simulacrum inspexit, qui aurum vt lutum, delitias vti cœnum contempsit, ille nobis ex insperata febre correptus absurda concupiscentia sanitatem, virile robur, speciem omnem perdidit, seruúsque factus est voluptatum: hunc itaque num iure deplorabimus? num plangemus donec nobis eum iterum afferamus*; vide vt mutat speciem peccatum, vt deformat sponsam Dei, nónne indiget redemptore? *deinde dicit Thomæ.* Sed obstat humana illiberalitas, & flumen pietatis continere vellet. Sine Domine, pereat impius, sordescat ampliùs, hi enim qui ex culmine sanctitatis ad cœnum deuoluuntur, tenebrosi & impurissimi fiunt, & digni quibus nulla miseratio, nulla præstetur venia. Quid ais, inquit Chrysostomus,

12. *caue dicas his tantùm veniæ locum concedi, qui modicè deliquerunt.* Iudam ad pœnitentiam inuitauit, Thomæ indulget, & viscera pandit *Thomæ vni ex duodecim*; quid de eius celsitate sublimius, cùm fidelior esse deberet recenti sanguini Christi multis nominibus obligatus, Thomas ille robustus & strenuus, qui mortem nequaquam formidare iactabat, & spiritus aliis iniiciebat, & vires, *eamus & nos, & moriamur cum illo*; hic deliquit, atque à fide defecit. Superéstne huic spes misericordiæ? O quàm ampla, erítne tam longa manus quæ illum ad amicitiam reuocet? ita quidem erit, vt fuit multo antè ab Isaia prædicatum (*habla con otros infieles pinta su miserable estado, una muger infiel hecha ramera una corte hecha vn cortijo del infierno vnos sacrificios manchados, la Iusticia interesal la verdad escurecida vn oro buelto en escoria.*) Qui in tolerandis illius populi criminibus pœnam minatur. Sed ô quàm citò ad miserationem propendet. *Heu consolabor super hostibus meis, ea demonos vn buen dia insticia mia matemos a nuestros enemigos, a ellos a ellos.* Sed ô graue malum cruentas habere manus quæ beneficiorum sunt artifices, *voluamos la hoja, & conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam.* Et quando hanc innouationem efficies? quum ipsi mihi infideles sunt; & ideo addit, *Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia, &c. cùm fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus absque aqua.* Ibant isti ad montes quercuum, vmbras gratas, & latebras ad peccandum inter nemora quærebant, quercus autem, teste Plinio [a], trunco robustissima mira facilitate folia ad solstitium conuertit, & facies foliorum mutat. *buelue del rebes las hojas que estauan de la haz*; quare de minus constantibus Hispani effatum est frequens, *voluio la hoja.* Ego verò, inquit Dominus, cùm longiùs à me ad peccandum sub vmbra inter latebras delitescatis, cùm post idola ebrietas, & ebrietatem turpis luxuria vos deturpauerit, & cùm vos fueritis erga me instabiles, & sicut quercus defluentibus foliis longè alij quàm esse cœperatis; ego verò non mutor, *tunc Sion in iudicio redimetur; hare Iuicio de misericordia con tigo.* Et ne longiùs opus pietatis differamus, clausis ianuis, & absente Thoma, & postea iam adstanti pacem & pietatem præstabo. *Deinde dicit Thomæ, mitte manum tuam, dad aca la mano Thomas seamos amigos*; finis imponatur dissidiis; quare si infidelis fuisti, age noli esse amplius incredulus, sed fidelis; iam ampliùs non conuertas folium, sed extento digito in latus meum, miseris peccatoribus ostium patens pietatis ostende, expecta interim lectionem tibi opportunam explicabo.

Quales tunc erant Apostoli in prospectu tantæ clementiæ amirabundi? O Domine nimium indulges, & sine causa parcis incredulo Thomæ, quem tota discipulorum schola non potuimus ad fidem reuocare, sed prædurus & obstinatus nos omnes suæ rusticitatis pudore suffudit; age Domine, & iustitiæ leges obserua, sta verbis & promissis tuis, *nam qui non credit iam iudicatus est.* Sic loquerentur Apostoli, si vanos huius sæculi obtrectatores imitarentur; aliter tamen loquitur Christus. O mortales (inquit Augustinus) verè vt mortales loquimini, vacant isti & in cœtibus & coronis otiosi, & dicaces, suorum scelerum obliti aliena perscrutantur & effutiunt. Nescio quid leue & indecorum de clerico audierunt, ecce omnes pariter super pellicium conspuunt, labitur illa virgo fœminea infirmitate, & alieno consilio, & quia religiosè viuebat, en sacrilegè & impudenter in omnes religiosas fœminas inuehuntur, mordent, lacerant. O sæuiores dæmone, & crudeliores carnifice (ait Augustinus,) nam dæmon cùm plenum iniquissimis hominibus habet orbem, nihil se habere putat, quia vnus Iob inter omnes iustus est, & timens Deum; vos verò quia vnus nequam est, omnes nos turpes, auaros, & delitiosos reputatis. Decem item iusti diuinam iram quasi tumidum mare efferuescentem comprimunt & placant, & vestras non cohibent linguas tot sacrarum virginum chori, tot splendidus virorum exercitus. *Ad quid aliud sedent isti, & quid aliud tractant, nisi vt cùm Episcopus, vel clericus, vel monachus, vel sanctimonialis ceciderit, omnes tales esse credant, sed non omnes posse manifestari.* Maculant omnes, quia vnus errauit, & vnius delicto

Marginalia (left column): *Mundum politicum etiam ad amicitiam & pacem pertrahit.* — *Lapsus infidelium in Thoma designantur.* — Chrysostomus paræneli ad Theodorũ lapsum. — *Etiam ingratis ad suam reuocat amicitiam.*

Marginalia (right column): Isai. 1. 27. — 13. — a Lib. 16. — *Ab ipso dilecto Dei amicitia reconciliantur.* — 14. — *Obtrectatores religiosorum & clericorum mores carpentes corripiuntur.* — 15. — August. in Psal. 50. & citatur à P. Valderrama de Sanctis.

delicto omnes damnant: non sic, inquit Paulus, non sic Deus meus, quod exemplo liquet manifesto Hebræorum, qui Deum ad iram & vindictam adigebant, sed frænauit iram. *Numquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit?* absit. *Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* Intelligamus priùs quid in diuino soliloquio agat Dauid. *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam*: veniam posco mi Deus, sed secundùm misericordiam illam magnam quam à te sperabam, ne quæso mea prohibeant peccata aduentum filij tui; mortales enim dicere de more suo poterunt, iam de me actum esse, iam omnino à tua gratia repulsum iri, iam non teneri te liberare fidem tuam; fateor Domine, quia peccaui, *sed tibi soli peccaui*, tibi, non hominibus, tibi qui lapsum vnius reliquorum pœna non punis, *vt iustificeris in sermonibus tuis*, & cùm te putant & iudicant nos omnes vnius causa perempturum, *vincas*, & triumphes de iudicio mortalium, à quibus iudicaris, sicut homo, cùm sis Deus: nunc ergo Paulus ad spem vocat Romanos, non mutauit Deus mores suos, qui cùm plenum sceleribus videt orbem, & quæ ad vindictam euocabant, *Deus autem est verax, homo verò mendax*; ille namque vnius iusti causa multorum peccata dissimulat, isti verò vtpote mendaces ex vnius peccato reliquos omnes arguunt & damnant. Sed vt hæc intelligentiùs comprehendatis accede tu Thoma, & experimento comperies haudquaquam mores mutasse Deum, quin potiùs diuinam manifestasse clementiam. *Dominus meus, & Deus meus*, verè Deus, & non homo, *hombre sois y Dios verdadero*, iam enim homines me procul à se abiecissent, at verò Deus meus non respuit peccatores. *Dominus meus*, hîc elegi esse, his amoris vinculis ligatus tanquam auicula maneo, vt sim illicium peccatorum, vt fidei & misericordiæ prædicator existam. *aqui estare la mano y dedo estendido en esta margen del libro de la vida para que noten estas letras de saluacion los pecadores.*

Rom. 3. 3.

Quem homines repellant benignè Christus suscipit.

16.

Ex his collige differentiam inter peccatorum & iustorum lapsum: quam duplici similitudine explicabo. Ægrotat graui & putrida febre vir moribus compositus, & qui ad rectæ rationis normam vitam, victum, potum & actiones componit, gaudet medicus, quia etsi grauis est morbus, naturæ vires, & sanguinis apparatus, vt crebrò mittatur per venæ scissionem, spem salutis afferunt, *tabardillo tiene mas el natural no esta gastado y se le pueden hacer sangrias*: at si iuuenis delicatulus, turpis, qui luxuriis diffluit, & vires infirmas & resolutas ac pænè exhaustas habet, morbo repente opprimitur, desperat medicus, quia sanguis friget, vel ita exiguus est, vt missio sanguinis fieri nequeat, *abridle la sepultura.* Vocat Alexandrinus Clemens spem nostram *sanguinem fidei*, hanc vtpote vitam animæ retinere iustus sedulò studet, quia etsi sperat, atque confidit bonis operibus, nunquam desistit. Peccator verò insanos fiduciæ sumptus facit, & quotidie cùm deliquit spem in misericordia Dei iactat, *esperanza en Dios grande es la misericordia de Dios.* Ingruit mors, & exanguis & sine spei sanguine præoccupatus decedit, exigua aut nulla relicta suæ salutis spe; nec enim putat sic repentè ad Dei amicitiam, ad pœnitentiam veram, nec ad veniam, nedum ad gloriam aspirare posse, despondet animum. Iustus verò qui spem retinet in Dei misericordia, quia non illi tantùm, sed bonis operibus etiam excitatur ad fiduciam. Altera similitudo est Chrysostomi [a]. Cùm quis artis nandi imperitus mergitur, statim stupore mentem, vires sensúmque omnem amittit, nec quo pedem figat habet, fallente vestigium aqua: sed natura duce manum eleuat, vel arbusculorum ramos prendit, aut inhæret rupi, certè hic vitam amat: at qui desperans in flumen pergit, & sibi vitam adimere meditatur, ad calcem pedis grandem ligat lapidem, & cæcis oculis, & compressis inter se brachiis, in altum se demittit, inuitatur vocibus, manibus, lanceis, fune oblongo, vt si manum mittat, prendat & emergere possit, sed frustra hæc fiunt, *Impius* (ait Sapiens) *cùm in profundum malorum venerit contemnit, haçe burla el malo de todos los medios de su saluacion.* Arripe Dei misericordiam; apprehende crucis vexillum, sub quo sceleratissimi salui facti sunt. *contemnit*; & quis est hic? Dictum puta, ait Chrysostomus, *impius*, impudens & petulans, qui omnino pudorem exuit, & Dei reuerentiam: at iustus etsi septies cadat, etiamsi labi contingat, statim resipiscit, & statim manu protensa & eleuata auxilium Dei implorat, inhæret rupi, crucis ramos prehendit, ac tenet. *Hoc est animi generosi, (esto es de nobles hijos de Dios) non consternari (no desmayar,) neque referre pedem, (ni perder su puesto) sed perdurare quoad misereatur nostri*, Christi vulneribus manu, mente & affectu inhærere, donec misereatur, & spei plenus exclamet, *Dominus meus, & Deus meus*: en mersum relinquimus in misericordiæ Dei pelago infidelem orbem. Iam de tertio agamus.

In lapsu & peccato quàm dissimiles impius & iustus.

Simile.

Desperat impius à Dei misericordia.

Simile.

a Vbi supra de lapsu Theodori.

17.

Desperat impius qui in profundum malorum venit.

Prou. 18. 3.

Beati qui non viderunt & crediderunt. Sed restabat, Gentilis Indorum orbis debellandus, qui ita à Deo suo recessit, vt diuino cultu lapides ac dæmones coleret. Sub dæmonis potestate, sub immensis Oceani aquis delitescens: quod Zachariæ per visum demonstratum legimus, qui vidit impietatem, & falsam idolorum religionem, in amphora quæ arcam testamenti adumbrabat à duabus mulieribus quæ alas milui habebant, & Cherubinos templi imitari videbantur: amphora eleuabatur, hoc est, falsa religio & superstitio aliò migrabat. Et quónam gentium? in Babyloniam: & quorsum? Respondent, *vt ædificetur ei domus in terra Sennaar, & stabiliatur & ponatur ibi super basim suam, van a tomar casa y hogar donde este de asiento la idolatria.* Nam cùm dæmon vidit Asiam, Africam & Europam, etiamsi idolis inseruiunt, aliquando tamen fidei lumen ad illos peruenturum, quid agat? posuit in amphora idololatriam tanquam trans mare inuehendã, & plumbo muniuit, & fixit ibi sedem, vt ipse putauit, in sempiternum. Sed ad inuidiam concupiscit spiritus, qui expectabat donec filius Dei in terras aduentaret, Prophetæ sub silentio habebant, & si qua signa noui orbis dabant, tectè & inuolutè prænuntiabant. *In insulis maris nomen Dei Israel; à finibus terræ laudes audiuimus, gloriã iusti, ea que vienen los de allende el mar los del fin de la tierra an deuenir glorificando al Mesias, & dixi, chiton, que he dicho, secretum meum mihi, secretum*

18.

Noui orbis ad fidem vocatio.

Zach. 5.

Dæmon in gentibus & in diis idolorũ cultum stabiliuerat.

Zach. 5. 11.

Isai. 24. 15.

19. *cretum meum mihi.* Philosophi tales populos negabant, nostri sapientes & Doctores Antipodas negarunt. Geographi in suis chartis prætericrunt. At Saluator vniuersi, qui mortuus est vt dæmonis astus falleret, & in sapientia sua comprehenderet, intrat ianuis clausis cœnaculum, & Sophoniæ verbis de salute Gentium agit. *Quapropter expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis mea in futurum, ea capitanes mios mis designios son ganar la gentilidad alexada. In Idumaam extendam calceamentum meum, mihi alienigena amici facti sunt. el nueuo orbe a de ser mio.* Domine quî fieri potest hoc, *non est qui ponat manum suam in ambobus*, quæ tam larga manus, quæve potentia poterit tam longè dissitum orbem ad se pertrahere? sed iam, inquit, modum excogitaui, *In Idumaam extendam chirothecam meam*; proiiciam ego chirothecam meam ad eos qui longiùs distant: nam, vt quidam Doctor intelligit, chirotheca solent lacessere aduersarium, & in certamen prouocare, vel incarnationis mysterium denotat; cui ego addo signum esse personam quæ absens fuerat adesse, cùm vel chirothecam ad fenestram proiicit vt sponsæ suæ fragrantia forma & mensura satis nota sponsum iam adesse notum fiat. *arroja vn guante a la persona a quien ama que en figura olor y fragrancia muestra estar ya presente.* Minus conueniens erat Christum ad omnes excurrere gentes, omnia traiicere maria, sed ministris suis hoc opus reliquit. Sed quo pacto Gentilem sponsam certam sui aduentus faciat? Vocat Thomam, & quasi chirothecam suis manibus & digitis accommodat, *mitte manum tuam*, & quasi in odoratissimam thecam in latus manum mittere iubet, & cùm iam fidei & virtutum fragrantia redolentem videt, proiicit ad Indos, *In Idumæam extendam chirothecam meam.* Agite idololatræ adest iam Deus in mundo, iam crucem subiit propter vos, hæc manus

Cap. 3. 8. De colligendis gentibus & nouo orbe ad fidem pertrahendo consilium.

Ps. 107. 10.

Simile.

Cur misit Christus Apostolos ad gẽtes suo odore delibutos ac plenos.

contrectauerunt, etiam gloriosa foramina corporis meis digitis attrectaui, ipse vos præsentes habuit cùm dixit mihi, *quia vidisti me Thoma, credidisti. Beati qui non viderunt, & crediderunt.* O Thoma diuine, quæ maior esse laus tua potest quàm quod Orientis oras cæcámque barbariem ad ignotum veritatis iubar fidémque amplectendam perduxisti, quanta eximij odoris dulcedine atque adeò ipsius diuinitatis fragrantia delibuta esse verba oportuit, ad quorum odorem accurrerunt Parthi, Medi, Persæ, Hircani, Bactriani, Indique, qui fœdissimis superstitionibus irretiti confestim Christo & Thomæ noui orbis glorioso debellatori nomen dederunt? sed mirabilem vitam & prædicationem gloriosus moriendi exitus & forma illustrauit, cùm enim lancea confossus fuisti, in eius cuspide quasi chirotheca in altum sublatus, gentes ad Christum euocasti, & non Gentes modò, verùm ipsos prædicatores veritatis ad Christum euocasti, qui sicut nubes à terra & mari, & ab amore patriæ, Spiritus sancti vi in sublime eleuati ad tuos Indorum populos, in fine sæculi vineæque tuæ latifundium pio labore ac doctrina excolendum conuolarunt, cœptúmque à te opus mirabiliter prosequuntur: quantum porrò nominis tui celebritatem, quantam corporis gloriam, quam suauem adhuc fidei licèt infidelitatis iniuria incultæ atque obsoletæ odorem offenderint vnus post te Xauerius, secundus Indorum Apostolus, & clarissimum Orientis fidus testis esse poterit; qui ad tui sacratissimi corporis sepulcrum prouolutus, quantam fidem, qualem charitatem hauserit, vt in innumeros populos effunderet, sit testis ipse qui tuis vestigiis insistens, viam in medio mari aperuit, & quanta reuerentia tuum sacratissimum corpus colendum sit vita, verbis ac documentis ad exitum vsque prædicauit. 20.

Historia Iaponicæ Ecclesiæ à Patribus Societatis scripta.

OBSTINATIONI, ET EX DESPERATIONE CONTEMPTUI ANTIDOTA DANTUR, & duris corde ingens & æternum malum denuntiatur.

INSTITVTIO XXXII.

PVTAVERAM, ô vir, præcedenti institutione grauissimo morbo tristitiæ cordis subuenisse, sed quàm mortifera, quàm insanabilis dici possit cordis obstinatio, & quali punienda supplicio, à diuino libeat audire verbo, & sanctorum Patrum sententiis discere & formidare. *Est quædam iniquitas* (ait Augustinus [a]) *quam qui operatur, non potest fieri vt misereatur ei Deus: quæritis fortè quænam illa sit? ipsa est defensio peccatorum. Quando quisque defendit peccata sua, magnam iniquitatem operatur. Hoc defendit quod Deus odit. An verò grauior vlla phrenesis indicatur* (rogat Bernardus [b]) *quàm impœnitentia cordis, & peccandi obstinata voluntas? siquidem manus nefarias iniicit sibiipsi, nec carnem, sed mentem lacerat, & corrodit?* ideo obsecrat Paulus Hebræos [c], *Non obduretur quis ex vobis fallacia peccati*, & Propheta malum æternum denuntiat [d], *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? propterea Deus destruet te in finem.* Morbi igitur naturam aperiamus, mox de eius medendi ratione agemus. 21.

22. Scire enim oportet nec mentis cæcitatem, cùm oculos suos claudit, vt non videat peccator, & aures ne intelligat, neque cùm incrassatur cor eius, nullam harum prauarum dispositionum fieri à Deo positiuè, sed negatiuè, vel permittendo, deserendo, non miserendo (neque enim Deus deserit nisi desertus) & licèt hæc desertio

Scopvs institvtionis.

a Psal. 58. 6.

Obstinationis malum & grauitas.

b De consideratione ad Eugen. & in ser. de cõuersione ad clericos. c. 4.
c Cap. 3. 13.
d Ps. 51. 3.

Mat. 13. 15.

Quid obstinatio & durities cordis.

by Google

desertio secundùm modum loquendi Scripturæ significetur per vocabula actionem exprimentia, vt, *Ego indurabo cor eius. Induratum est cor Pharaonis*, &c. vocabula solùm actionem positiuam significant: nulla autem ratione positiuè indurat Deus, nam 2. Reg. 12. etiam dicitur Dauid occidisse Vriam, quem tantummodo iussit constitui in loco vbi fortissimum esset prælium, ibíque eum deserere, vt moreretur. Vnde Augustinus.[a], *Non obdurat Deus impartiendo malitiam, sed non impartiendo misericordiam*; maximè tamen, quia mos est sacræ Scripturæ appellandi *facere* quod est *manifestare*; sensus ergo est, *Ego indurani cor eius, & indurauit Dominus cor Pharaonis*; hoc est, ego manifestaui eius obstinationem, & duritiem, quæ eo melior est expositio, quo textui conformior est; quia à capite 7. vbi dixit se induraturum, vsque ad cap. 14. semper de præterito loquitur, *indurani*, & *indurauit*: nam à principio quo Deo obstitit, Deus permisit indurari, & quotidie indurabatur; Deus verò solùm manifestat eius duritiem.

Exodi 7. 3. Exodi 8. 19. a Epist. 105.

23. *Ex contemptu obstinatio & durities fit.*

I. Ex contemptu enim & mora impius in profundum malorum venit, & peccatum peccato accersitur: hac enim de causa monet Sapiens, *Fili peccasti? non adiicias iterum, sed & de pristinis deprecare vt tibi dimittantur, & non tardes conuerti ad Deum, & ne differas de die in diem; subitò enim veniet ira illius.* Rationem huius reddit Gregorius[b], *Omne quippe peccatum quod tamen citius pœnitendo non tergitur, ipso suo pondere mox ad aliud trahit*; indéque sequitur vt Deus ab anima recedat, & *homo tunc traditur* (ait Augustinus[c]) *desideriis suis, inde fit reus, quia desertus à Deo cedit eis, atque consentit, vincitur, capitur, trahitur, possidetur.* Ideo nulla diuina vox prætereunda tibi est, exemplo Magdalenæ, quæ è vestigio venit ad Christum, quia cognouit periculum moræ. Exemplo etiam Samuelis, qui ignorans à quo vocaretur, ter vocatus adest, ne semel vocatum officio suo respondendi deesse contingeret. Dormiens vocem excepit ter, & quater: & dormiens intellexit nullum esse impedimentũ somni quo excusemur, cùm à diuina voce inuitamur, & oportuit vt per tres vices frustrà exurgeret, ne quartam amitteret, longa enim expectatione offensus solet sponsus abscedere: sicut sponsæ contigit, quæ dum tardat, iam non inuenit vocantem; statim verò per vias pergit, quærens & rogans vbinam inuentura esset sponsum, sciebat enim (vt ipsa tunc fatetur) *dilectus meus descendit in hortum suum.* Si ergo ibi notitiam non reperiet sponsi quem quærit, quare voce quasi præconis rogat sponsus quónam fugerit? Dicam, vt scilicet in viis Hierusalem notum fiat eius præconio Deum etiam ab sponsa fugere, & timeant ne simili amentia vocanti non respondeant, vel serò accedant ad pœnitentiam, ne terga det aliquando Christus, dicens: *Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini.* Quorsum enim tendebant exquisitæ illæ diligentiæ, quibus quàm impensè Christus Iudam inter cœnam dum excitabat, nisi vt peccatum suum ipsi obiiceret, & ad pœnitentiam inuitaret, à quo studio neque in horto cessauit, vt notat Chrysostomus, nunquam desperans, sed auxilium peccanti promittens, *Osculo filium hominis tradis?* omnia hæc missa facit Iudas, & ante breues horas iam resipiscit, iam dolet, iam nititur ad pœnitentiam, iam pecuniam reddit, iam denique culpam fatetur, & post hæc omnia desperat. Quidnam irritam istam pœnitentiam

Prou. 18. 3. Eccli. 5. 8. b Lib. 25. Moral. c. 12. c Lib. 5. contra Iul. c. 3.

Inspirationũ contemptus.

24. fecit? quid hos conatus elusit? cùm ad speciem saltim debitæ illi conditiones non defuerint. Ita est quidem, sed peccauit in morte, & grauiori culpa quàm traditione magistri: nam dum sibi necem adsciscit, misericordiæ & veniæ tanti magistri abrenuntiauit. Certè bona non fuit hæc pœnitentia quæ nouo se scelere astrinxit, & grauiore quidem reliquis, causam autem quis ignorat in illa tarditate præcessisse, cùm sedulò vocatus venire renuit, & fortè minori studio tunc Christum inueniret illo, quod postea frustrà & inutiliter collocauit. Super hoc contenta voce clamat Apostolus, *Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Declarat Anselmus, hoc est, ne otiosam & inutilem faciatis: nam ipsa excitatio est gratia, cui si adsimus opem nobis ipsa certissimam feret; at vbi voluntas languet, & friget, etiam gratia otiosa est, atque à Deo in vanum accepistis eam, quã cùm arripere velitis, perinde erit vobis, sicut ensis quem senex ad caput lectuli appendit, quémque vix vnquam nec etiam in occasione distringit, iteratò hoc ipsum vox Vatis admonet, dicentis, *Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra.* Terribiliter intonat Deus, nec inquit: Heus tu, ne dissimules, ne moretis, noli obdurare cor tuum; si ergo hodie non audierit vocem, & ei non acquieuerit, obduratus manebit? Possibile quidem erit, nec tu primus in hoc supplicio eris, nam cùm secundò iubet Deus Moysi vt Pharaonem alloquatur, ait, *Ego indurabo cor eius*; tu enim loqueris, vt ego iam ex illa hora ostendam cor eius durum, & ita conti

Otiosam habens gratiam punitur finali impœnitẽtia. 2. Cor. 6. 1.

Simile. Psal. 94. 8.

Exod. 7. 3.

Digitized by Google

contigiſſe dubitandum non eſt: nam verſu 22. ſequitur, *Induratúmque eſt cor Pharaonis, & non audiuit eos*; itáne Domine tinis indurari cor, quia ſecundò admonitum priori non acquieuit voci? quare ergo præcipis iterum conueniri? vt manifeſtum (inquit) fiat malum quod latebat in corde, & quàm graue malum ſit non citò acquieſcere diuinæ inſpirationi.
Pſal. 94. 8. Quod vt liquidum fiat, *& multiplicabo ſigna & portenta in terra Ægypti, & non audiet vos*; quin imò his quaſi ſignis regis malitia conſignata manebit.
Heb. 3. 8. Hoc ipſum contigiſſe populo in deſerto, ait Deus, cui iuraui à prima die nequaquam ingreſſurum in terram, & requiem meam; Paulus verò verbum mutauit, *proximus fui generationi huic*, cùm legit, *infenſus fui*: nam per quadraginta annos proximus fui, ſed animo alieniſſimus, imò infenſus; quia iuraui monui à principio, & poſtea nolui reuocare eum qui fortè vocatus non veniret. Cæterùm etiam formidanda ſunt iſta, minimè tamen tibi etiam obſtinatiſſimo deſperanda eſt ſalus, ideo enim addit illud *hodie*, iam ſine reſtrictione Paulus, ne putares poſt primam monitionem locum non fore pœnitentiæ. *Per ſingulos dies; donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis* *: ſemper tibi eſt *hodie*, ſemper ſaluti ſupereſt locus, etiam in atrociſſimo crimine. *Hoc fideliter & firmiter credat dilectio veſtra, quia nunquam Deus deſerit hominem, niſi priùs ab homine deſeratur*, ait Ambroſius [a]; & Chryſoſtomus [b], *Nolo excuſationes mihi afferas; millies peccaſti? millies pœnitere, etiamſi animam efflans iam de hoc mundo exire debeas, non impeditur temporis anguſtia miſericordia Dei.* Hieronymus [c], *Nunquam ſera pœnitentia eſt, modò ſit vera.* 25.

a Lib. 2. de pœnitentia c. 4.
b Hom. 2. in Pſal. 50.
c Ep. 7. & 25.

* *El tiempo de reſponder al llamamiento del cielo eſcada dia mientras ſe llamare oy el dia de mañana*

26.

quando llegue ya no ſera mañana ſino oy.

Per hominem, ſtat non ſaluari.

Cæterùm vt obſtinationis malum non Deo induranti, ſed tibi adſcribas, velim primordia mundi conſideres. Deus ſemper operatur vt eſt, nec minus bonus eſt in damnando impios, quàm in creando eos; quamobrem eodem nomine nuncupatur ad creandum, *creauit Elohim*, quo poſtea ad perdendum hominum genus aquis, *Gen. 6.* nam licèt opera diuerſa ſint dandi & auferendi vitam, at diuerſitas non eſt in Deo, ſed in peccatoribus, vt oſtendat quantum in ſe eſt potius velle ſaluare, quàm damnare:
Oſeæ 13. 9. *perditio* autem *tua* (ex te) *Iſraël.* Nónne hoc liquet maximè in duobus illis facinoroſis, qui cum Chriſto crucifixi erant, vtrumque ſibi elegit vt ſocij ſint ſuæ paſſionis:
Gal. 4. 5. ſicut homines reliqui eliguntur, ait Paulus, *vt adoptionem filiorum Dei reciperemus. Omnes item, Abba pater clamamus per ſpiritum filij ſui*: vnde tamen tam diuerſa ſors? vtriuſque latronis? quia felicem ſortem moriendi cum Chriſto nec ſenſit, nec æſtimauit, nec arripuit; quòd per Chriſtum non ſtetiſſet quominus conuerteretur, patet ex verbis alterius, quia Deum non times. *Neque tu times Deum.* Quod eleganter affirmat Cy-
d Ser. de paſſione. prianus [d], *Nec potuit illi crucis prodeſſe conſortium, cuius malitiam non expiabat pœnitentiæ lauacrum, ſi la malicia ſe eſtà en pie y el no querer: tanbien la cruz y Chriſto os dexan eſtar en vueſtra dureza.* Hoc ipſum de imperfectis quibuſdam intellige, qui etiam obdurati
1. Cor. 12. ſunt in tepiditate ſua, nec vlterius volunt progredi. *Æmulamini chariſmata meliora*; ve-
d Suprà. ſtræ ſocordiæ detur non maiores progreſſus egiſſe, vt diſertè Chryſoſtomus [e]. *Innuit enim quòd minores ſint per ipſos ſtare, poſſe ſi velint altiora conſequi*; Deus enim ex parte ſua non complicat, nec abſcondit manum. *Tantum tibi ad licentiam datur, quantum gratiæ ſpiritualis hauritur, quanta mas gracia te da tanta mas te offrece*: nam ſpiritualis gratia non ad menſuram datur, ſicut temporalia bona, quæ cum limitatione petenda dixit. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie; ſed tantum tibi ad licentiam datur, quantum gratiæ ſpiritualis hauritur.*

II. Obſtinationis incommnda quis referat, illud inprimis quod ex Auguſtino dicebamus quaſi inſanabilem fieri, quod comminatoriè, ſed terribilibus verbis, in Iu- 27.
Ioan 8. 21. & 22. dæos pronuntiat Chriſtus. *Quò ego vado vos non poteſtis venire.* & Paulus, *Qui deſpe-*
Epheſ. 4. 19. *rantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ*, Græcè deſperantes ſignificat alienos à ſenſu doloris, vt notat Chryſoſtomus, & Hieronymus. Latinè *indolorios* appellat: cauterizatam habentes conſcientiam, dixerat alibi; obduratur enim animus ex conſuetudine
Ierem. 2. peccandi. Theodoretus in illud; *Æthiops mutabit pellem*, &c. *Conſuetudo* (inquit) *eſt altera natura. Verus profectò ſermo, omnia enim quæ longa conſuetudine comparauit animus, paria cen-*
Pſal. 1. 1. *ſentur connaturalibus. An ignoramus* (inquit Ambroſius) *quòd tantam vim habeat inueterata conſuetudo peccandi, vt excludat naturam.* Non ſolùm gratiam, ſed naturam excludit, non libertatem; neque hoc vult Ambroſius, ſed ſenſum malorum ſuorum: nam quid magis natura comparatum eſt, quàm dolore peccati commoueri; quod verè naturæ aduerſatur. Quid magis innatum naturæ, quàm velle & poſſe ſanari; fit tamen inſenſibilis animus qui ad malum obduruit, ne propriis calamitatibus ad miſerationem flectatur. *Miſerere animæ tuæ placens Deo. quæ natura cùm ſit medicabilis ad ſalutem, diuturno*

Inſenſibilis ad ſua vulnera fit peccator.

tamen

Luxuria à iuuentute ad reliquam ætatem transit.

tamen tempore passionibus deprauata immedicabilis * *reperitur*; ita vt medicus abscedens asserat, *Quò ego vado vos non potestis venire, in peccato vestro moriemini.* Hinc fit cum senectute pariter senescant vitia, & canis plenus adhuc luxuriæ inquinamenta quærat, vt affirmat Ambrosius. *Luxuriam corporis nec albenti erubuere canicie, intimis enim concepta visceribus lues culpæ processu temporis coacernatur*; has etiam necessitates suas vocat Dauid, *De necessitatibus meis erue me.* Augustinus interpretatur robusta vitia, & antiquas delectationes in imbecilli & infirma senectute. *Quæ sunt enim necessitates vincendarum vetustissimarum cupiditatum, & annosarum malarum consuetudinum? vincere consuetudinem pura pugna est; fecisti heri, facturus es hodie.*

Luc. 12. Ioan. 8.21. * Hoc est, difficile medicabilis, vt loquuntur Doctores.

28\. III. Ingens autem peccatoris supplicium illud in primis est quod ipse peccando sibi adsciscit, *quia qui facit peccatum, seruus est peccati*; & Christus de præsenti loquitur, sicut cùm dixit, *Quò ego vado vos non potestis venire*, vt ab initio formidare discamus ingressum tanti mali, à quo difficulter liberari possumus nostra voluntate; sicut qui sibi mortem infert, ait Augustinus [a], qui nisi viueret, & vita fungeretur, ad omnes illas actiones non se interimeret: at vita illa iam nihil iuuat ad sui restitutionem, *vtique viuendo se occidit, nec seipsum potest suscitare cùm occiderit*; sic qui liberè peccant, liberum arbitrium non omnino peccando perdunt, sed quoad effectum restituendi seipsos ad gratiam quam voluntate sua tantùm nequeunt obtinere, probat August. 2. Petri 2.19. *A quo quis deuictus est, huic & seruus addictus est, la libertad pierde el vencido.* Quòd si libertas manet in peccatore, vtique ad hoc est vt grauiùs peccet *. *Qualis quæso potest serui addicti esse libertas, nisi quando eum peccare delectat? solo para mas peccar es buena la voluntad del sieruo del peccado.* Sed ô malum! *ad peccandum liber est qui peccati seruus est*; qui ergo poterit sequi Saluatorem, *quò ego vado*, &c.

Peccandi consuetudine quasi seruus fit peccator ita vt peccare amplius possit, pænitere difficulter.

Ioan. 8. 34. a In Ench. c. 30. * Vides nũquã Augustinũ negasse liberum arbitriũ, siquidem ad grauius peccandũ nunquã negat.

29\. Sed quorsum Domine iuratam nobis prædicas hanc sententiam, *Amen, amen dico vobis, quia omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati?* dicam, & vtinam credas pro Christo respondenti: Talis est captiuitas peccati, vt vix credi possit; quare peccatores nunquam de libertate cogitant. Secundò, quia mortalis culpa subitò extinguit animam, nam pronuntiata illa sententia, *morte morieris*, ait Gregorius, è vestigio quoad animæ mortem impleta est. Si ergo peccatum animam perimit, quo pacto permanet seruus peccati? Respondeo cum Augustino [b], *potius dici seruum, tam quia seruatus est, quàm quia seruit, nam hi qui iure belli possent occidi à victoribus cùm seruabantur, serui fiebant, à seruando appellati.* Non ergo in vanum iurat Christus Dominus vt monstrum istud credamus, peccatorem videlicet verè mortuum adhuc seruum manere, vt eius vincula effugere conemur. *Barbarum namque peccatum est*, ait Chrysostomus, & verè barbarum, quod simul captiuat, seruat & interficit, vnde non temere dictum, *in peccato vestro moriemini.*

Fuga peccati suadetur tamquam à barbara captiuitate.

Ioan. 8. 34. b Lib. 19. de ciuit. c. 15.

30\. Porrò supplicij grauitas contra obstinatos inde deprehenditur, quia hi in diuinitatem & humanitatem delinquunt. *Qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem eius pollutum duxerit*, vtramque commemorat his verbis, quo pacto peccat fidelis post Baptismum, vt explicat Chrysost. & Theophylactus; quam si patris & filij offensam Deus præ oculis poneret, subitò interirent, maximè autem si contra Spiritum sanctum peccasse cognosceret, & argueretur de peccato? Liquet hoc in peccato Ananiæ, eiúsque noua & subita punitione. Quis te cogebat mentiri Deo, an hominem putabas esse Spiritum sanctum? vix hæc verba effert cùm interit Ananias. Ponderat ergo Origen. [c] ne metas Apostolicæ mansuetudinis transiliisse putes Petrum. *Nec putare debemus Petrum interfecisse Ananiam*, solùm peccati speciem obiecit, & expauit, ac mortuus est: *expauit verbis Petri catechizantibus animam illius*; quid erit cùm humanitas, & cùm persona Patris & filij te de peccato coarguant?

Grauiter puniuntur obstinati.

c Tract. 8. in Matth.

31\. Agitur denique diuinus honor, & *multitudo gloriæ* Deo decantatur in punitione obstinati & obdurati peccatoris: nam (vt ait Ambrosius [d],) *licèt cum dolore amputatur etiam quæ putruit pars, sed boni Episcopi affectus est quod sanari non potest cum dolore abscindere, & extremis malis extrema itidem inferre supplicia: extremum autem malorum est, plagis illatis meliorem non fieri*; & Seneca [e], *Vltima supplicia sceleribus vltimis imponat, vt nemo pereat nisi quem perire etiam pereuntis intersit: no condene a muerte sino aquien le esta bien el morir y ser castigado.* Confirmat hoc prophetia illa Lamech, cùm ad filium suum Noë dixit, *Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra cui maledixit Deus*, vel, vt habent Septuaginta, *iste requiescere faciet ab operibus nostris, & à tristitiis manuum nostrarum, & à terra quam maledixit Dominus Deus.* Quænam autem sit hæc ingens consolatio, Chrysostomus explicat [f], nimirum de

Deus gloriosior est in puniendo ingrato & obstinato.

Cant. Moys. v. 6. d 2. Officiorum c. 17. e Lib. 1. de ira. c. 5. f Hom. 21. in Gen.

Digitized by Google

de quiete, seu cessatione malorum operũ per abolitionem hominum impiorum diluuio faciendam. Vocauit (inquit Chrysost.) nomen illius Noe: apud nos hoc nomen si quis interpretetur quietẽ dicit, quietem autem vocat generalem illum interitum post multos annos futurum, sicut & Iob dicit, *Mors viro requies.* quoniã magnus valde labor est malitiæ. Quòd si suppliciũ differt Deus, ideo est, vt, sicut ait Moyses, *multitudo gloriæ eius* magis elucescat cùm puniat Pharaonem: sicut etiam Iacob non citò animaduertit in Ruben, cùm tamen impudens eius scelus minimè latuerit patrem, sed neque obiurgauit vt decet patrem. Cæterùm (vt ait quidam Doctor) pœnas sumere prudentissimè distulit, donec tẽpus afforet, in quo peropportunè pro expetẽda benedictione amarulenta maledictione eum feriret, & adstringeret. Aderat fortè Ruben morituro patri, & vel expectabat, vt mos erat ex lege, ex hæreditate cuncta duplicia, quemadmodum postea litteris proditum est *Deut.* 21. 17. Præterea sacerdotium primogenito competere affirmant, at pater has omnes primogeniti prærogatiuas cognitas habens, & miserabilem filij sui conditionem deplorans, & supplicium intendens ait, *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius*: tu, inquit, quasi primogenitus stans præstolaris prærogatiuam primogeniti & sacerdotij, inanis est tamen tua spes, tu teipsum his indignum reddidisti, dentur, dentur Ioseph & filiis eius, & sacerdotium transeat in filios Aaron. Vltimum supplicij genus cùm pater in testamento exhæredem facit filium: time ô peccator hanc infelicem sortem, sic enim punire consueuit superbos & obstinatos, qui alta ceruice confisi filiorum Dei hæreditatem adire præstolabantur.

[Margin: Gen. 35. 17. — Honcala. — 1. Paralip. 5.]

Per hæc autem nolo te in desperationem adducere, nam (vt ait Chrysostomus [a]) *adhibe tibi curam dum viuis, dum spiras, etiamsi dici potest exanimans, vt iam de hoc mundo exeas*; & Augustinus [b], *Voluntas Dei nunquam in hac vita defuit institia pietatique mortalium*, id solum tibi persuasum velim inter omnia peccata obstinationem esse præcipuum signum æternæ reprobationis. quod tibi ex tribus exemplis liquidum fiet. Primum est Luciferi, ad hoc Bernardus in verba Psalm. 90. *Quoniam Angelis suis. Videamus* (inquit) *dæmonum vias*, &c. Alterum exemplum est Pharaonis, quem in typum induratorum affert Paulus *Rom.* 9. & Augustinus [c]. *Nouit ergo Deus vti malis*; in quibus tamen humanam naturam non ad malitiam creat, sed eos perfert patienter, quousque scit oportere non inaniter, sed vtendo eis *ad admonitionem, vel exercitationem bonorum.* Tertium exemplum est Iudæorum, de quorum perpetua obstinatione constat ex Scripturis, & maximè ex sermone sancti Stephani Actor. 7. *Dura ceruice*, &c. scito Deum qui his non pepercit, tibi nequaquam veniam daturum; quod autem tormentum maius quàm dum in obstinatione persistis, certò te cruciatibus esse deputatum æternis, cùm sempiternis possis bonis perfrui. 32.

[Margin: a Hom. 4. de Lazaro, & hom. 2. in Psalm. 50. — b Lib. de pœnitentiæ medicina c. 5. Adhuc in hac vita es, &c. — c Epist. 49. q. 2.]

VERBVM PATRIS.
Iudith 14. vers. 1.

Audite me fratres, suspendite caput hoc super muros nostros: & erit cùm exierit sol, accipiat vnusquisque arma sua, &c.

A cælesti spiritu mundi vindice spé bonorum cælestium erigitur, mæroris causa tollitur peccatum; ad instar Holofernis digna pœna mulctatur.

DISCVRSVS XCIV.

1. QVÆ in extrema & perfecta Israelitarum liberatione contigerunt, quæque Iudith sanctissima mane facto facienda præscripserit, videlicet vt suspenso è muro Holofernis capite accipiat *vnusquisque arma sua, & exire cum impetu, non quasi descendentes deorsum, sed quasi impetum facientes incipiant.* Hæc, inquam, non mysteriis solùm plena, sed ad tuam eruditionem, & militarem spiritus disciplinam refertissima sunt. Tria tamen reperio, in quibus Iudith Christum ad mortem migrantem, & victorem

[Margin: Iudith 14. 1. & 2.]

PARTITIO HISTORIÆ ET EVANGELII.

ctoriam à mortuis resurgentem apprimè adumbrat, & Euangelio à nobis explicando mirificè consonant.

Primum illud est quàm certa de victoria infirma pergit mulier ad castra Assyriorum, tam incerti & minimè opinantes manent Bethuliani de futuro euentu, & nemo eorum interrogat eam, quò vadis.

Secundum quàm prudenter perfecerit quod fortiter inceperat, quàm perseueranter excitarit ciues, duce occiso, ad profligandos hostes, *& erit cùm exierit sol, accipiat vnusquisque arma sua, & exite cum impetu.* Græcè sonat, *facitis vt quilibet primus & quasi dux sit.*

P.Serarius.

Tertium non minus mirabile fuit vno perempto hoste, & capite vno è muro suspēso cunctum exercitum fugisse. *Cùmque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens & consilium ab eo, & solo tremore & metu agitati fuga præsidium sumunt.*

Quartum etiam huic consequens est, mirabilis Dei prouidentia in Achioris conuersione, *qui videns virtutem quam fecit Deus Iraeli, relicto gentilitatis ritu credidit Deo,* &c. in quo Dei benignitatem, qua qui te ad fidē vocauit, & quo ordine initiandus sis vt nouus fias homo, & Christi seruus, sigillatim contemplabimur, & in Euangelio impleta comperiemus.

SCOPVS EVANGELII.

2.

Mors nō vincit, sed vincitur à iustis.

Vado ad eum qui misit me. Quàm certus de victoria exit dux noster quasi mortem subiturus non esset? sciebat enim mortem non nisi in peccatores vim habere ac potestatē. Nam si regnare dicitur mors ab Adam vsque ad Moysen, *etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ.* hoc est, etiam in infantes qui non peccauerunt actu sicuti peccauit Adam legem præuaricando, in hos autem & in alios desæuiebat mors, quia peccatum originale etiam infantes contraxerunt: at verò innocentiam puram, vel sanctitatem non ita deuicit mors vt regnaret in illa, quare vbi mors iniusta est, vincitur à moriente. Ideoque Christus depingitur prodire in prælium multis redimitus coronis. *Et exiuit vincens vt vinceret,* non belligerando exit, sed vincendo; mori enim non tā pati & tolerare dicebatur, quàm superare, debellare & vincere; itaque Martyribus vix credibile videri poterat è mortis vndis & angustiis emersisse (ideo enim aiebant, *Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem, estamos libres? salimos ala ribera?* Hoc igitur quod vix credunt certissimum putat Iudith nostra Christi humanitas, quia peccato caret, & hæc est causa silentij eius in passione, ait S. Maximus [a]. *Quid ergo opus ei loqui ante iudicium, cui ipsum iudicium erat plena victoria?* nec frustrà coronas gestat, is enim Rex est; ideoque Pilatus noluit scribere, *quia ipse dixit, Rex sum:* sed imposuerūt causam ipsius scriptā, *Hic est Iesus Rex Iudæorum;* quibus verbis indicatur sententiam dixisse pro Christo in causa eius quam agebat, nempe Regni cuius coronam iam gestabat.

Rom.5.14.

Apoc.6.2.

Ps.123.4.

a Hom.1.de accusato Domino.

Matth 27.37.

Sed quàm certus est Dominus felicissimi euentus & aduentus ad Patrem, tam incerti sunt & ignari Apostoli, ita vt excitare & vrgere opus esse iudicauerit Christus, dicens:

3.

Et nemo ex vobis interrogat me, quò vadis; cùm ego ô filij, non tam ago de morte proximè subeunda, quàm de clarificatione & gloria Patris, quam citissimè mihi & vobis comparabo, cur de hoc non quæritis, nec de termino ad quem soliciti estis. De rebus futuris, de cælo, de vita beata solicitus nemo vestrûm est. *Sed defixi omnes in terram,* nihilque melius quàm corporalem meam præsentiam cogitantes ad mentionem discessus mei, tristitia repleti estis? *veisme ya con traje de peregrino, la espuela calçada recojer papeles de mis negocios, rematar figuras y sombras hablar del padre y con el padre y vosotros estais clauados los ojos en lo corporal y visible deesso os naze la tristeza.* Nam si ad cælestia oculos & corda tollitis, facilè hæc infima despicietis; vnde hæc obliuio? vnde hæc iniuria gloriæ cælesti fit? Sit prima ratio; quia plerunque in hominibus maior æstimatio est huius quàm futuræ vitæ, frigent & languent ad negotia salutis & gloriæ, cùm strenui & solertissimi ad humana sint. Liquet hoc in Apostolis ipsis (vt alibi diximus) nam cùm Ioannes & Iacobus die quadam de sedibus agerent obtinendis, ira accensi sunt reliqui, & arma sumpserunt, *& facta est inter eos contentio, quis eorum videretur esse maior, desnudo la ambicion la espada en jueues sancto y midieron las, con arto dolor del saluador que los miraba.* Et dum ipse altera die agit de ascensu in Thaboris montem, déque liberando fidem datam ostendendi se ipsis in gloria regni sui, cùm ad hoc tres tantùm eligit, silent omnes, nemo loquitur, nemo tumultum excitat, nemo rogat, *quò vadis;* filiorum sæculi ægritudo est, quos adumbrat Esau. Qui cùm turpiter vendidisset primogeniti gratiā, propter vnam escam, tunc minimè fratrem persequitur, aut ad vindictam accenditur, verùm post ablatam patris benedictionem illic fremere, illic frendere, illic lacrymari cœpit; quid noui accidit in amissione benedictionis? attigit rem Hieronymus. In priori venditione (inquit) nihil temporale amisit, sed tantùm sacerdotij dignitatem & honorem abalienauit, quæ minimè tangunt eius animum, quia spiritualia erant bona: at cùm in paterna benedictione mentio rerum temporalium fiebat, ad intimum sensum penetrauit dolor, cùm cognouit clarè dixisse parentem, *De rore cæli & de pinguedine terræ. Para esto si abilidad ay, rabias y lagrimas; anima vero* (ait Chrysostomus) *ratio nulla? nemo ex vobis interrogat me, quò vadis?* Tu Petre cur non interrogas de gloria, nónne cùm semel illam gustasti, Thiaram relinquere, & omnia bona missa facere iudicasti, bonum est nos hîc esse? *defixi omnes in terram.* Vos Prælati, & capita reipublicæ, quare non ad superna oculos attollitis? certè rapuit animos imperij libido atque ambitio, neque enim frustrà Christus non duxit ad gloriam Thaboris Annam & Caipham, reliquósque scribas; erant enim (inquit Origenes) ab Esau descendentes, qui etiam viso maioratu cælesti, & Messiam diu concupito propter vnam escam & terræ prouentus contemnerent, & gloria in maiorem damnationem redundaret, *& gloria in confessione ipsorum qui terrena sapiunt.* Nec vos ô aulici & nobiles quidquam de gloria cælesti cogitatis, sed de humana, & quæ in externis bonis consistit. *Ephraim sicut auis auolauit, estos nobles se le an ido a Dios de las manos milagro milagro el plomo buela (esto significa Ephraim.)* Puluerulenta gens alas assumpsit,

Sensum & curam æternorum mortales non habent.

Probatur ex Euangelio.

Probatur ex Genesi. Cap.11.28. & Gen.cap.17.34.

Æternorum nulla ratio apud homines.

4.

Aulici terrena inhiant, cælestia non curant.

Oseæ 9.11. Ephraim plumbea sonat. 2.Reg.13.7. & puluerulenta.

sumpsit, erit fortassis vt in cælum conscendat? Absit, ait Propheta, *gloria eorum à partu.* Rupertus [a]: Ab infantia in gloriam intrant, nam si gloria est bonorum aggregatio, omniúmque malorum ablatio, hoc ipsum obtinent hi qui in hæreditates maiorum vocantur, *& ab vtero, su gloria ponen en que todo este col mado y fertil:* vt quidquid parit capra nutrit mons, fouet perdix, volat in aere, id totum abundet in mensis. *& à conceptu, su gloria esta en tener hijos,* sit primogenitus, stemmata, palatia, hæc est eorum gloria, *gloria postiza,* ait Rupertus, *& quæ citò recessit ab eis.* De cælesti minimè agunt, foret enim vt aliquando inuestigarent, inquirerent, specularentur, & sicut noui orbis inuentores subodorarentur, & ex ventis quos percipiebant terram illam incognitam explorarent. *Salganse ala ribera del mar, al remanso de la vida quieta los cortezanos que no estan dos dedos de decir que no ay otro mundo ni otra gloria.* Sicut clamabat Dauid, *Domine à paucis de terra diuide eos, de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.* Hebræus quidam sic legit, *Diuide à mortuis qui sunt de hoc mundo per peccata, quod non respiciunt ad mundum futurum, tienen ojo alo terreno y casi no creen lo eterno.* Vado ad eum. Heus mortales, vultis ducem viæ vestræ, *ego vado,* nemo ex vobis interrogat, *no chistan,* quia bona terrena expectant, & temporalibus inhiant.

a In hunc locum.

Psalm. 16. 15.

5\. *Negotiatores ad cælestia minimè suspiciunt.*

Vos saltem negotiatores saltim fallaciis fatigati oculis firmas merces & gloriam explorare deberetis. Sed ô malam pecuniam, tu oculos mortalium obcæcasti, vincis hos sicut nequam Iudam, qui ad hæc verba (si ibi aderat) nihil respondit. Verùm iam aberat (ait Chrysostomus.) nam licèt coram his negotia salutis & gloriæ tractes, non hîc esse putes, sed in negotiis, & crumenis corde versantur; liquet hoc in custodibus sepulcri, qui cùm gloriam vidissent resurgentis, & splendore circumfusi & cæci facti, atque cælestes Angelos in vestibus albis viderint, vix tamen veniunt Ierosolymam, cum pecunia subornati, audent affirmare se talem gloriam non spectasse, sed discipulos corpus suffuratos fuisse. Verentur hi mortales de gloria sicut de morte agere. *Es arcabus que aponta al coraçon de los terrenos hombres dex arles que ay otra vida.* O iniuriam non ferendam! ô bona æterna quàm parui vos pendunt mortales! Fiet vtique, inquit Paulus, vt mercator noster merces quæ non æstimantur in terra, assumat in cælum, sicut de mysterio incarnationis ait, *Assumptum est in gloria, allá solo lleuó a poner tienda en el cielo, lleuará la mercaduria por sus al cauales el que la comprare con trabaxos;* ideo cum admiratione ait, *nemo ex vobis interrogat me?*

Veritur mortalis mortis memoriâ & vitæ futuræ.

1\. Tim. 3. 16.

6\. *Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum;* hinc ortum habent animi vestri mœrores, quia me remigrantem cernitis, & doletis, non contemplantes Patris gloriam, ad quam tendo: inde enim tristantur Christiani, quia visibilia solùm considerando non transgrediuntur, & penetrãt inuisibilia. *Vidi impium superexaltatum sicut cedros Libani,* fateor contremuisse & obstupuisse, cùm exaltari vidi impios, *sed transiui, & ecce non erat,* declarat Origenes, *Extendi me ad ea quæ supra mundum sunt, estireme puseme de puntillas y aproueecheme de mi natural alteza;* & supra eorum coronas aliam vidi sempiternam; & ita *transiui, paseme de largo,* vilem reputans gloriam eorum, vidi mensas eorum; fercula, exquisitas epulas, *sed transiui,* & vidi æterna pascua, dixique, alias abundantiores mensas ego video, *Satiabor cum apparuerit gloria tua, es tinelo de pajes la mesa de los Reyes de la tierra.* Præclarã philosophiam, fratres, docet nos Vates, fontem inamissibilis lætitiæ ad inuisibilia oculos sustollere. hoc ipsum in Moyse commẽdauit Paulus, *Fide reliquit Ægyptum, non veritus animositatem regis, inuisibilem enim tanquam videns sustinuit, andaba en lo visible con el recato que anda el cauallero que esta haciendo estado al rey;* oculos enim semper defixos in æternis bonis gestabat. Auferat igitur mater oculos à filio qui longè potest ab ea proficisci, nec in spirituali defigat patre, quasi in homine, sed transcendat quod humanum est, considerans Deum quem repræsentat, sublimia contempletur, & pellet ab animo mœrores, sicut sponsa Dei, *Veni de Libano sponsa mea, veni, coronaberis, venid segura.* Septuaginta, *Venies & transibis à principio fidei, la que creiste al principio lo veras agora.* Pagninus, *Prospicies,* alij, *despicies, a qui con la vista quitaras mill pesares,* & despicies quidquid splendet in terra, ob hoc enim corripit suos Christus, quia nesciunt euntem ad Patrem, tanquam æternæ gloriæ ciuem, & seipsos tanquam candidatos honoris sempiterni contemplari.

Gloria futuræ expectatio labores vitæ minuit.

Psalm. 36. 35.

Psalm. 16. 15. *Fons inamissibilis lætitiæ æternorũ speculatio & amor.*

Cant. 4. 8.

7\. *Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem,* &c. In quo pugnant Domine tua & diuini Spiritus præsentia in terris? nónne in vna Deitate vnum estis æquè Deus sicut ille. Tres adhibendæ sunt rationes. Prima quæ interrogatis respondet, & promissa explicat, nempe, *Si autem abiero, mittam eum ad vos.* Quia licèt Pater mittat Spiritum sanctum, & ab eo tanquam à principio mittatur, dicitur autem filius mittere non solùm tanquam conprincipium à quo procedit, sed etiam tanquam à persona, quæ nobis illum promeruit, persona, inquam, quæ est Pontifex, caput, rector & gubernator Ecclesiæ, penes quam est obligatio conferendi ea omnia quæ ad perfectionem corporis Ecclesiæ iuuant, vt notum sit principibus & prælatis qua die in dignitatem euehuntur obnoxij sunt iuuandi subditos, ita vt licèt primordia virtutis ab alio sint, vel concionatore, consiliario, & libro sancto; verùm ad perfectionem promouere & spiritum impertiri penes rectores est, & sibi opus hoc vendicant tanquam dignitati genuinum & proprium, vt certum sit cunctis solùm herum & principem sanctum, modestum, posse & sanctum subditum efficere, *no tome el officio sino puede decir sin mino vendra el espiritu de Dios en estos hombres.* Secunda ratio est Euthymij, decretum fuisse sanctissimæ Trinitatis opus inter se per attributionem diuidere, ita vt Pater filium daret, filius veniret, & seipsum morti traderet, Spiritus sanctus opus donis cælestibus absolueret, ac perficeret. Fungatur igitur, ait filius, vnaquæque persona suo munere, vt discant homines illo munere, in quo sunt, ad salutem suam rectè vti, siquidem tres diuinæ personæ humanæ salutis negotio consulentes

Cur necessariam prænittit sui absentiã ante aduentum Paracleti.

Prima ratio ad eruditionẽ prælatorum.

Secunda ratio ad instructionem ministrorum & administrantium rempublicam.

sulétes propriis, vel attributis muneribus vtuntur. *La saluacion le traçan las tres diuinas personas haciendo cada qual su officio no piense el hombre saluarse fuera del suyo.*

8. Tertia ratio ab Augustino [a] petenda est. Operæpretium est formam hanc serui, quam vt homo gero, à vestris oculis subducere: ne me semper corporaliter & carnaliter aspiciatis. *Si carni carnaliter hæseritis, capaces spiritus non eritis*, donec amorem, quo meam humanitatem prosequimini, exuatis, capaces spiritus non estis. Quid ad hæc homo more brutorum viuens? quid ad spirituales delitias accedere præsumis, sanguinibus & fœno carnis in præsepio saginatus? quo pacto habitaculum erit spiritus caro turpata vitiis? Quid ad hæc quæ ad vmbram petulantis iuuenis adhærescens elegantiam, corpus & splendorem admiratur? turpes oculi adulteriis pleni, qui poterit per vos tanquam per vitreas fenestras spiritus ad animum penetrare, qui columbinos habet oculos, & qui lacte sunt loti. Sed ô quàm innatum paruulis & fœminis est sic hominem æstimare vt locus alteri non sit, etiamsi spiritu iste præstet & superet alium, si in corporali specie vel humana aliqua dote ille excellit & eminet. Sic in principio Cantici aiebat sponsa, *Osculetur me osculo oris sui*; accedat meus Christus, adsit mihi, eius præsentiam, habitum, pacem, amorem cupio. Sed ô sponsa, tyronis est vox ista, & noui spiritus, tenuissimique & humiliter de Deo sentientis. Verùm ecce vlteriùs progreditur, & dum *equitatui sui sponsi comparatam se videt*, & armis tectam ad bellum, dum iam post labores & longas vias tenet sponsum, virili &

9. mascula voce ait, *Fuge dilecte mi*, nunc recenter mihi desponsato audeo dicere vt fugias, iam mihi opus non erit tua præsentia, spiritualis facta est Ecclesia, non vnius corporali præsentiæ nimium adhærescens, quod nunquam suspicione caret: *quando vna señora con instancia pide del aparador de muchos basos el bucaro de barro sospechosa es la sed no sea que le quiera dar vn bocado, come tierra esa señora. desa pareZcan le el barro. escondanle el bucaro*; didicit enim fœmineum genus terram comedere à serpente illo magistro peccandi: igitur non vni addicta est iam sponsa magistro, omnes repleuit Spiritus sanctus, & dignos fecit ministros noui Testamenti, *no ay vn padre solo ni vn obispo solo sino millares inuencion digna del espiritu sancto.* Quod eleganter prædicat D. Leo. *Ineffabilius diuinitate quàm humanitate præsentior est.* nam licèt mirabili ratione Deus homo factus degebat in terris, & ineffabilius est non in vna humanitate, & in vno magistro, sed in pluribus Episcopis, Doctoribus, iudicibus, confessoribus, in hoc & in illa sacramento, libro, & templo; ita vt possimus dicere Christo; *Fuge dilecte mi, por lo que a mi toca bastamente quedo acompañada.* Præterea hoc adinuenit Christus vt nos tanquam pueri nostræ matris amplexibus contenti iam spirituali matri Spiritui sancto nouo adstringamur amore, relicto affectu illo quo nutricem nostram humanitatem Christi prosequebamur. Nunc ad [b] secundum veniamus.

Tertia ratio vt demet mētes discipulorum ad inuisibilem deitatem.

a In Ioan.

Corporeas dotes quanti æstimant tam mortales.

Cant. 1. 2.

Spiritualis viri proprium quid.

10. Secundum. *Cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio.* Non satis iudicauit ad salutem Bethuliæ Iudith, caput abscidisse Holofernis, nisi bellum inceptum prosequerentur; sic Christus etiamsi in cruce debellauit dæmonem, modò tamen spiritum mittit ad prosequendum bellum, iuuat enim maximè ad salutem per eandem viam illam conseruare, per quam cœpimus obtinere. Docent nos constantiam istam præclaræ mulieres, vna est Rebecca, quæ vt à filio optanti benedictionem parentis timorem pelleret quem habebat offerendi cibum patri; cibum (ait illa) cibum times offerre? *In me*, ait, *sit ista maledictio, fili mi: tantum audi vocem meam; no escuches a tus temores hijo a mi a mi me oye.* Ne timeas malum tibi prouenire posse per oblationem cibi: nam per cibos semel primogenita comparasti, per cibos vtique si persistis benedictionem securè obtinebis. Altera est Magdalena, quæ cùm semel dum vngit, dum plorat, dum frangit alabastrum Christum flexit, deuicit, captiuauit, iterum *accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis*, scit enim negotia salutis eadem perficiendo consummari. Tertia mulier est Iudith nostra, quæ etiamsi diuinitus partam victoriam Holofernis videat, nunquam desistendum putat, sed ad arma, ad arma vocat, & iterum ascendere iubet, *non enim minor virtus est quàm quærere parta tueri*; licèt enim infirma sit mulier, & inermis, quæ à Deo eligitur, vel indoctus homo, vel imperitus dux: at Spiritus sanctus per hæc eadem instrumenta bellum feliciter absoluit. Sicut refricans antiquum miraculum recantat Oseas. *In Propheta autem eduxit Dominus Israel de Ægypto, & in Propheta seruatus est. Ad iracundiam prouocauit me Ephraim in amaritudinibus suis* *. Ad egressum ex Ægypto ego Deus in Propheta virga solùm instructo, non armis vsus sum, & nunc isti noua bella, nouam œconomiam, noua arma & reges intruserunt, qui idolorum authores fuere, & per eos in captiuitatem ducti? Venit ergo hostes nostros debellare Spiritus sanctus. Ratio autem & strategemata noua & mirabilia sunt.

11. *Arguat mundum de peccato.* Locus difficilis explicatu, cuius sensus esse videtur: veniet Spiritus sanctus, qui sic palàm proponet & obiiciet peccatum suum mundo, vt effugium nullum, nullam excusationem habeat; & quod est hoc peccatum? *quia non crediderunt in me*; quum enim venerit Spiritus sanctus super infirmos & indoctos piscatores, distribuendo dona, dispertiendo linguas, patrando mirabilia, flectendo corda, conuertendo animas, tunc manifestum videbit mundus suam obstinatam cæcitatem, & dicet: O peccatum, quia tali Deo, tali Redemptori non credidimus, fiet inexcusabilis eius culpa. Age ingrate peccator, hic te expectat equuleus, hic iudex, hoc tribunal, ingratus enim ad quod tribunal nisi ad pudorem vocandus est? Quod grauius tormentum quàm obiicere ingrato beneficium? Ipse contra se sententiam dicit. Vocaris

Comparatio cum Iudith Christi passioni & morti.

Ab exemplo sacræ Scripturæ.

Gen. 27. 13.

Ioan. 12. 3.

Nūquam desistendum à sanctis actionibus.

Cap. 12. 14.

* Sic Cyrillus conqueritur vt qui pulcerrimā œconomiā nō seruauerint, vt à Deo per Prophetas regerentur. Sed sub hominum potestatem se traducere maluerint, quòd eos ad apostasiam quoque perduxit.

Spiritus sancti victoria, iudicium & triumphus de hostibus nostris.

Quid est arguere mundū de peccato.

Vocatis ad tribunal ô rex Saul, vbi adest Dauid mitissimus, quémnam persequeris? hominem istum? & quis est homo iste? qui abstulit opprobrium ex Israel, qui Philistæum deuicit, qui te liberum abire permisit, cùm impunè posset occidere? qui dulci Psalterij harmonia ferociam furentémque spiritum à te pellebat, & ad humanitatem reuocabat? Age quid respondes ad hæc? subitò se dedit in lacrymas, & obstinatissimi pectoris præcordia pulsat mali conscientia, & totus pallet sicut reus, & contra se dicit sententiam, *iustior est me.* Hac eadem ratione Spiritus sanctus arguet de peccato mundum, & adstanti ante tribunal pudoris inquiet: Iste qui hic adest homo, nónne est ille qui de sinu Patris descendit? qui te sanguine lauit, redemit, & cruci suffixus est? Quid ad hæc respondes? & quid ad hæc quæ iusta vox præconis denuntiat? *quia non crediderunt in me, a estos hombres porque no creyeron en Dios.* Vide Domine quia vtique crediderunt. Ita est, verùm perinde est ac si non credidissent. Comprehendit iudex latrones duos, qui clam domum & fores reserabant adulterina claue, & cum illis plectit similiter alterum qui facem aut laternam præferebat, alterum qui viam custodiebat, & fabrum ferrarium qui clauem adulterinam confecerat. Ita Christus Dominus cùm de Turcis, Mauris & hæresibus ageret, ait, non est quid in his iudicemus, *iam iudicati sunt, dad los por condenados.* Cæterùm cum eis aduoluite, & numerate peccatores Christianos. Vide Domine, quia iam crediderunt. Ita est, inquit; verùm quid si arma infidelibus dederunt? quid si adulterinas claues conflarunt? quid si nutrierunt peccata ob quæ Christus contemnitur à gentibus, ab hæresibus, & Turcis? Audi Paulum supplicij causam enuntiantem. *Etiamsi opertum est Euangelium nostrum, in his qui pereunt opertum est; in quibus* Deus huius sæculi (dæmon) *excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio Euangelij Christi, qui est gloria Dei.*

Ingratus contra se dicit sententiam.

Fideles simul cum infidelibus puniuntur.

Simile.

2. Cor. 4. 3.

12\. *Et de iustitia, quia vado ad Patrem, & iam non videbitis me.* Manifestissimo etiam argumento conuincet Spiritus sanctus me iustum esse, & sanctum, duplici ratione valde notanda. Prima probat iustum esse, quia vado ad Patrem, gloriam nempe æternam; & in quo cognoscemus te ad gloriam ire? Bene rogastis, in hoc videlicet, quòd de hoc loquor, hoc in colloquiis & in itinere verso, ad mortem pergo summa cum lætitia, & vobis in meo discessu plorare prohibeo: peccator namque qui in infernum migrat, & signa damnationis gestat, nunquam rerum est memor cælestium, quin potiùs similis est ei qui suspendendus fertur per vias publicas, quæ etiamsi longissimæ sint, longiores cupit, quia in fine itineris certam mortem expectat. Sic impij longiorem semper vitam cuperent, non sicut iustus qui aiebat, *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.*

Christum iustissimum esse Spiritus sanctus euincet.

Signum sanctitatis ardens resolutionis & mortis desiderium.

Et in qua alia re Domine sanctitatem tuam dignoscemus? Verbum quidem mirabile, sed miranda etiam interpretatio eius, *& iam non videbitis me*; ex hoc liquebit maximè mea sanctitas, quia iam non me more humano cernere poteritis; eos enim homines, quos facilè conuenitis, quique mensis vestris accumbunt, colloquuntur, corrident & detrahunt, mirum non est si demissiùs iudicatis, & paruipendatis; item etiam cùm ego inter vos concionabar, & à peccatoribus inuitatus annuebam, & in meum consortium recipiebam, habuit non leuem occasionem mundus dicendi, vel Samaritanum esse, quia Samariæ mulierem & ciues conueni, vel vino deditum, quia apud publicanos diuersabar, vel denique peccatorem, quia à peccatrice fœmina tangi & pedes osculari permisi; modò verò ego irrefragabili argumento conuincam sanctitatis diuinæ, nempe *iam non videbitis me*; videtis me in vestris domibus? accumbam iam vestris mensis? colloquar iam familiari sermone apud vos? Igitur sanctus reputabor, quia hæc eadem quæ in puro homine conspiceretis, cogerent vos inter sanctos & beatos reputare, & affirmare, *Hic est vir Dei sanctus, quia non vidimus eum*, sed longè à nostris ludis, conuiuiis & compotationibus remotum.

P. Maldonat.

Signum sanctitatis cautè & parcè cum prophanis agere.

Tertium argumentum erit (& pars tertia huius discursus) quo mundum conuincet, & 13.
dæmonem caput eius, *arguet mundum de iudicio, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* Descendet Spiritus sanctus vt vna die orbem vniuersum conuincat, & vna die hostes Christi profligabit: non alia quidem ratione, quàm Iudith egisse legimus; quæ si superbissimum exercitum Holofernis dissipare vellet, temere & imprudenter se gessisset, si item conuincere vellet, & debilitatem eorum exprobrare, petulantiæ & impudentiæ ascriberetur: at cùm nefarium caput abscissum in alto muro collocat, & dum Vagao cubicularius principis videt cadauer absque capite Holofernis in suo sanguine tabefactum iacere super terram, & exclamauit voce magna cum fletu, *Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo.* tunc intolerabilis timor & tremor cecidit super eos, & turbati sunt animi eorum valde, & fugæ præsidium sumunt, Sic Spiritus sanctus truncato dæmone, & superbia eius, *exaltauit caput, pusole en la cruz como en la punta de la lanza*, & hoc solùm facto, fugit mens & consilium à mundanis omnibus, & manus vinciendas collaque dederunt Christo. Ecce ô Christiani breuem iudicij formam: nam opus non erit tunc ad iudicium vocare aurigam, œconomum, famulos, equites, ancillas; longum enim nimis esset hæc sigillatim expendere: sed in hasta crucis, caput mundi efferet & ostendet. Accede faber & artifex, cur non in tuo munere veritatem amasti? O Domine, quia mundus scatet mendaciis, & sine mendaciis viuere nequimus in mundo; in mundo? mundo seruistis, ecce vbi est vester mundus, *arguet de iudicio, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* Vos equites cur tam licenter metas modestiæ transiliistis, & Christianæ disciplinæ regulas. Domine his iam legibus mundi standum est, dum in mundo sumus; mundo? nónne iam illum ostentui dedi in cruce? & tu delicata fœmina cur externæ speciei & ornatus solicita nullam animi rationem habuisti? viuo, ait, legibus mundi, qui sic colit & ornat suas fœminas. O inanem respondendi rationem, quis leges condit? ille qui de 14.
ligno meo pendet, an meus almus Spiritus qui cultiores reddit animas, & colit internis gratiis, *arguet*, *conuencerà*, omnes hos mortales vna catena constrictos in inferna detrudite, in quo peccauerunt Domine famuli, serui, & ancillæ: quia, inquit, vilissimo homini, & regi vel prin

Spiritus sanctus orbem vniuersum conuincet.

Iudith 14. 16.

Citò peragendum est iudicium.

Iudicij forma.

principi solertius quàm mihi inseruierunt. *arguet, confutecera, iniustus es Domine si disputem tecum.* Quod si tam plana & euidens est argumentatio, *sacamus bemu, dichoso el hombre, qui miseretur & commodat* (qui materiam iudicij subtrahunt) & præterea *disponit sermones suos in iudicio, piensa consigo que responder.* Si rogauerit quare proficiscenti in cælum nihil de gloria Patris quærebam, dicam, *quia depixos habebam oculos in terram.* Si causam mœroris quæsierit, quid dicam, nisi *quia incuruatus sum vinculo ferreo*, nihil de inuisibilibus cogitando. Si ingratitudinem tantorum beneficiorum obiecerit, *oppilabit iniquitas os suum.* Si arguat obstinationem meam, quia in verba eius non credidi dum mihi prædicabant hi qui non erant similes mei in iniquitate, vinciendas dabo manus, siquidem mundo maligno, & mendaci dæmoni obsequendo, dum ipsi iam iudicati sunt, & capitibus eorum abscissis ego pariter damnandus sum. O male respondens dispone *sermones tuos in iudicio*, quod si ignoras, adi aduocatum nostrum Spiritum sanctum, *qui orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, qui docet omnia, luctum pro peccatis, modum obtinendi indulgentiam, felicem exitum causis, gratiam mentibus, & gloriam animis. Quartum punctum de Achioris initiatione videndum erit in Serario Iudith 14. in commentario.

Dispone iustus, [illegible] ut habeat quid respondeat in iudicio.

VERBVM FILII.
Ioan. 15. v. 26.

Cùm autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: & vos, &c.

Instante iam almi Spiritus aduentu, dignitas eius, maiestas, pietas, vt ad illum dignè suscipiendum homo se comparet, describitur & commendatur.

DISCVRSVS XCV.

1\. INSTANTE iam almi Spiritus in animas nostras aduentu, tempus est ad tantum hospitem suscipiendum rationes & consilia nostra impensiùs accommodare, his maximè verbis, quibus Christus Dominus discipulos præparauit, & nunc Ecclesiam vniuersam donis cælestibus & assidua oratione voluit comparari. Sed illa primùm dubitatio occurrit, sitne vlla à nobis diligentia exhibenda ad tanti doni susceptionem, an ipse nobis silentibus & inopinatò adueniet? cui in promptu est responsio. Eximia nempe beneficia nunquam tribuenda, nisi cùm ab accipiente vt par est æstimantur; non quia Deus nostra indigeat gratitudine, aut gratiarum actione, sed quia nobis tanto benefactore indigentibus id percommodum est. Liquet hoc in summo illo Christi incarnationis & redemptionis nostræ mysterio, in quo cùm Deus ex sola sua pietate filium dare decreuisset, non nisi post multa sæcula concessit, vt mundus interim tantam æstimaret gratiam, & experientia malorum, vt ait Augustinus, cælestem quærerent redemptorem. Eadem ratione ad Spiritus sancti aduentum Ecclesiæ habitaculum & corda fidelium amore, cognitione, & vera eximij huius doni æstimatione disponit. Primò personæ dignitatem ostendit, vt colant eam, *Cùm venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit.* Secundò, effectus manifestat Paracleti & consolatoris munus obiturum, & tali eos virtute instructurum, vt (sicut) *ille testimonium perhibebit de me*, ita (inquit) *vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* Tertiò quia in hac confessione multis tentationibus affligendos fore præuidit, enuntiat illas, & spiritu quidem afflandos prædicit, non ad fugiendas, sed ad sustinendas & superandas tentationes, *Hæc locutus sum vobis vt non scandalizemini, absque Synagogis facient vos.* Quartò causam indicat quare Iudæi discipulos persecuturi sint; quia nempe incarnationis mysterium ignorarunt. *Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me.* Quintò, sed ne in tribulatione, quasi in re noua & inopinata deficerent, admonitos esse voluit, & prædicentis sapientia & Spiritus sancti virtute armandos, & instruendos fore. *Sed hæc dixi vobis, vt cùm venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.* Sextò, quæ omnia vt in illis fiant, orationi intentos voluit. *Manete in ciuitate donec induamini virtute ex alto.* Et spiritualia postulare iubet, & nomine suo omnia confirmat, ac munit, cùm dicit: *Vsque modo non petiistis quidquam in nomine meo*, &c.

Præparatio ad Spiritum sanctum & conueniens & necessaria.

SYNTAXIS EVANGELII. 2.

I. *Cùm venerit Paraclitus.* Cur dignitas huius regis quem expectamus, & misericordiæ eius quas impertit, memorantur ab Ecclesia, cùm ad eius aduentum nos præparat? Cùm rex extra aulam & curiam migrat, secum confert omnem domus supellectilem, ornatum, abacos & alia necessaria, quia à nemine dignè suscipitur, nisi in alterius regis æqualis palatio suscipiendus sit. Cùm igitur Rex vnicus sit vniuersi, Spiritus sanctus (*& hoc quod continet omnia*) omnes famuli eius sunt quotquot eum receperunt; quare oportuit sua vti supellectili & ornatu, ideoque Ecclesia instante iam proximè Regis aduentu de misericordiis eius agit, vt intelligamus cùm Rex sit, Deus, æqualis Patri, & qui ab vtroque tanquam ab vno principio procedit, penes ipsum esse misericordias dispensare, quibus dignè à nobis suscipiendus est. Dices tamen, si hæc dona secum affert Spiritus, qui possumus nos dignè ante eius aduentum præparare? verùm sicut reges alia supellex regia præcedit, alia comitatur; ita Spiritus sanctus aliam præmittit gratiam præparantem, aliam secum affert iustificantem, & hoc est cùm ad peccatores venit: nam si apud iustos velit diuersari, gratiæ illæ quas præmisit, cùm recto liberi arbitrij vsu ad recta opera eruperint, maiorem donorum accessionem & plenitudinem gratiarum promeruerunt, quibus iam rectè dispositi sunt. 3.

Cur impensè nos admonet Ecclesia de sancti Spiritus dignitate.

Sap. 1. 7.

Ab ipso Spiritu speranda gratia & dona quibus præparemur.

II. *Ille testimonium perhibebit de me.* Effectus memorat consolatoris, &, quod maius est, auctorem Martyrum vocat; quis enim potuit 4.

Spiritus auctor Martyrii.

Digitized by Google

Martyrem inuenire nisi Spiritus sanctus, quia (sicut aiebat Nyssenus) *solus amor Martyrem excudit.* Quod apprimè ipse Spiritus sanctus in Apocalypsi descripsit: nam huic articulo, *Credo in Spiritum sanctum*, topazius inter duodecim capillos aptatur, cuius porraceus & glaucus color, mirabiles proprietates indicat. Porraceus enim color ex propritate eius habet quod Plinius significat, videlicet, *eo hausto mortem sine vllo cruciatu perferri*, in cuius confirmationem affert illud aliorum fama vulgatum de quodam equite Romano, cui nomen Mela, *qui cùm esset reus ex procuratione, Tiberio principe, succo porri ad trium denariorum pondus hausto, sine vllo cruciatu expirauit.* Quis enim effecit Christi Martyres in mediis ipsis cruciatibus atque tormentis, non solùm sine cruciatu, sed maxima etiam cum voluptate mortem subire, nisi vna sanctissimi Spiritus virtus? quidve admirabilius & magnificentius orbis conspexit, quàm tantam Christi Martyrum frequentiam ita alacriter ac pænè sine sensu ad mortem non tam per carnifices ipsos trahi, quàm diuini Spiritus virtute duci. Glaucus item color quid nisi iudicium denotat, quod summa cum suauitate exercet Spiritus sanctus: qua enim acriore seueritate posset tyrannus quispiam vti aduersùs eos, quos misera seruitute opprimeret, quàm quæ ab Spiritu sancto diuinitus in eorum animis imprimitur, quas ad sese allicit, ita vt mors & vita & omnia aduersa ab hoc amore superata sint, *quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio*, vide alia de Martyribus, verbo *Martyr*.

P. Alcaçar Apoc. 21. 20. notat. 16.

5.

Mirabilis Martyrum tolerantia à Spiritu sancto data.

Can. 8. 6.

6. III. *Hæc locutus sum vobis vt non scandalizemini.* Quasi dicat, notum vobis facio non ideo Spiritum promisisse ne tribulationes & tentationes patiamini, sed ne scandalum patiamini in eis, si non sustineretis: nam ad superandas omnes ita vt sine peccato ex eis euadatis, gratiam copiosam dabit Spiritus. Quod enim quæso est maius discrimen & periculum tentationum & paupertatum? num indigentia, num temporalis iactura, num mors? certè hoc dici poterat esse maius incommodum: sed mors non est maius malum, nam viuere in sempiternum nulli conceditur; id ergo efficit violenta manus tyranni quod febris vel ægritudo conficeret, id efficit dedecus, vel fames, aut tristitia, quod morbus tædio cibi aut nimietate potus efficeret: cùm igitur mori necesse sit, Deus eligit carnificem quem vult, nam vitam amittere non est maximum malum quod euenire nobis potest; quod ergo est maximum malum? vtique Deum offendere, vt euadamus liberi ab aliqua tribulatione. Sicut ergo cùm quis nauigat, postulat à Deo vt liberet eum ab aliqua procella, & tunc putat exauditum cùm finita procella liber euasit. Sic etiam tunc dicitur homo liberè & impunè à tribulatione euasisse, cùm immunis à peccato euadit, quia licèt fame pereat, ab indigentia tamen temporali ad æternam saturitatem transit: & ab infamia temporis ad gloriam cœlestem traducitur. Hæc igitur euasio & emersio ex tribulationibus sine peccato attribuitur à Christo Spiritui sancto, ideoque admonet nos de consolatore optimo, cuius auxilio protecti tribulationes quasque subire & tentationes superare possumus. *he es dicho que teneis consolador porque no os escandalizeis, por que si imbiere trabaxos el os sacara de ellos sin peccado que es la verdadera libertad y victoria.*

Spiritus non tollit labores sed ne offendamus in eis.

Nullo maior tribulatio quàm peccatum.

Euasio à peccato summum beneficium & sors felicissima.

7. IV. *Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me.* De peccatis Gentilium & morum absurditate agendum est qui Deum verum negant; vel de impudentia Christianorum qui sic turpiter delinquunt, quasi Deum non haberent testem operum suorum. Vide ad hoc parabolam illam mali serui regis, qui *à conspectu eius egrediens* suffocare cœpit conseruum, mala enim ita proximis infligimus, quasi Deum vel non nouerimus, vel adesse nobis ignoremus. Dom. XXI. videatur thesaurus absconditus, & disc. 166. & 167.

V. *Hæc dixi vobis, vt cùm venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.* De tribulatione agendum, ne rem nouam vobis accidisse putetis. Vide locum D. Petri, *Nolite peregrinari in feruore*, &c. apud Lorinum in hanc epistolam, & Paez in epistolam Iacobi, verbo *Tribulatio*, vel, *Labor*.

Cætera quæ vel de oratione sunt, vel de præparatione, in aduentu Spiritus sancti videnda sunt, & Dominica V. post Pascha, vel institutione de Oratione, vel de præparatione ad Spiritum sanctum institut. 51.

VERBVM SPIRITVS sancti. Actuum 9. v. 1.

Saulus autem adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini, accessit ad Principem sacerdotum, &c.

Vera Iudith verbi gladio Saulum perimit, & repentè à genitrice gratia, Ecclesiæ gloriatio, totius orbis cor, communis Pater seruorum Christi Paulus luce, verbo, & aqua, in lucem editur, sitque vniuersi orbis gloria, & plausus.

DISCVRSVS XCVI.

1. QVÆ Ecclesia mater, felix faustúsque sit postremi filij partus, posthumi quidem, sed amore primi, & summè dilecti Benjamin, qui licèt abortiuus, nec sine magno dolore editus, à Deo crescet, & gratiæ augmenta suscipiet, vt caput vsque ad tertium cælum eleuet, & pedibus maria terrásque orbis extremas peragret. Parce honor Ecclesiæ, potentiæ gratiæ argumentum, organum spiritus, filiorum Dei progenitor, minor digitus manus Omnipotentis, qui Spiritus sancti stylo arcana Dei mundo reserasti? parce quia te abortiuum nuncupaui, hoc enim nomine tuo te ore compellasti, nunc te proprio afficiam nomine. Es quidem octauum illud sacramentum, quod Christus absens insti

Felicissimus ortus Pauli à nutrice gratia & Spiritu sancto.

Chrysost. hom. de laudib. D. Pauli. Custos orbis terrarũ, Ecclesiæ gloriatio, vniuersi orbis gloria, totius orbis cor, Ecclesiæ decus, communis frater & progenitor seruorũ Christi.

Digitized by Google

instituit, gratiæ tubus & canalis, salutisque hominum instrumentum, cui sacramento dies ista solemnis est. Quia sicut sacratissimum omnium sacramentorum Christus per seipsum instituit verbo corporeo, substantiam illam panis in corpus & sanguinem suum conuertens; sic te de Saulo in Paulum quinque aliis verbis conuertit, & à lupo in agnum ducem Ecclesiæ traduxit, *Saule, Saule, quid me persequeris*; quibus verbis ita in alium mutatus es, vt non solus Christus in teipso præsens sit, *viuit in me Christus*; verùm accidentia (quod est mirabilius) in Christi speciem transierint. *Ego stigmata Domini mei Iesu in corpore meo porto*, forisque nihil non est; Christi labores, vincula, vox, sermones, epistolæ, omnia Christum sapiunt, redolentque eius præsentiam, ita vt qui te suscipit, Christum suscipiat, Christum gustet. Quare cùm per vias orbis transires, omnes ad tui aspectum genuflectebant, & tundebant pectora pugnis, quia transibat per eos homo ille mysterij plenus, in quo residet Christus. Hæc est Ecclesiæ lætitia, quia natus est homo in mundum, imò totius orbis & omnium gentium natiuitas celebratur, quia (vt ait Theodoretus [a]) *illius excæcatio est totius orbis terræ illuminatio, factus est enim bonitatis diuinæ speculum, atque ad delictorum veniam promerendam incentiuum salutare.* Quare Ecclesia, quæ cùm parturiret, tristabatur, modò, vt ait Iustinianus [b], præsultat lætitia. *Conuertisti planè Domine Iesu planctum Ecclesiæ in gaudium, quando hunc ab infideli errore reuocasti ad fidem.* Quamobrem communi lætitia gestiunt omnes, Maria quia Ecclesia, puerpera, sponsa filij, peperit hominem, quia natus est homo in mundum, Ecclesia quia peperit per gratiam Paulum, hominem quidem qui natus est *in mundum*, hoc est, in totius orbis salutem, natus est homo, princeps concionatorum natus est, cuius mater gratia, nutrix Ecclesia, parens Christus, auia eius virgo Maria; nos igitur eius natalem gaudiis celebremus, & eius exempla imitari non desistamus.

Omnium Christi sacramentum.

Gal. 6. 17.

a De laudibus Pauli apud Lipomanum.

b De conuersione sancti Pauli.

INTENTVM DISCVRSVS.

2\. Triumphant & penè desipiunt gaudio pastores, cùm voracem & carniuorum lupum ceperunt, quia vno ex inimicis extincto salus & incolumitas gregis tutior erit; quid si comprehensus de lupo in fidelissimum canem subitò conuerteretur, duplicis festi in eorum Kalendario memoria & solemnitas institueretur. Cùm Iudith Holofernem interemit, quia hostis erat interitus, simplicis festi dies dicatus est, *Dies victoriæ in numero sanctorum dierum accipitur*: at cùm Assueri indignatio in omne Iudæorum genus sæuissimi hostis eorum Aman consilio desæuierat, & edictum mortis in omnes vrbes imperij miserat, & cùm Deus omnipotens Regem de leone in Agnum mitissimum, & in omnem Iudæorum gentem benignissimum conuertit, duplicis festi solemnitas de duplicata misericordia instituta est. *Iudæis noua lux oriri visa est, gaudium & tripudium apud omnes populos* Nullius alterius sancti conuersio celebratur ab Ecclesia, quia licèt magnopere lætatur in natali alicuius beati, quem illa die nobis Deus concessit, at simplicis festi nomen habet, si cum hodierna natiuitate Pauli conferatur. Quamobrem lætatur Ecclesia de extincto Holoferne, sed cumulatur gaudio de ortu noui ducis, crucis & Euangelij signiferi; ideoque vt Holofernem extinguat armatur Christus voce, lumine & terrore; at vt regeneret & pariat, matrem filiorum Dei fœcundat, & parit vna die orbis magistrum, & Ecclesiæ ducem. Quamobrem eius natalem diem instar Solis totus concelebrat orbis, inquit Anselmus [a]. *Peruenit à Hierusalem vsque ad Hispanias, & à mari rubro vsque ad Oceanum cucurrit, prædicando, imitans Solis cursum ab Oriente vsque ad Occasum, vt ante terra deficeret, quàm studium prædicandi.* Nunc ergo de capiendo lupo, & extinguendo Holoferne gaudeamus, postea in abortiui filij sacratissimi natali exultabimus.

Gaudium & communis lætitia in conuersione D. Pauli.

Iudith 16. 31.

A simili ex historia Iudith & morte Holofernis.

Esther 8.

a Super Rō. 15 ab Hierusalem vsque ad Illyricum.

SVMMA DISCVRSVS.

Sed vt mirabilem conuersionem referam, à naturæ mirabiliori & sublimiori opere & exemplum & exordium sumam: illud est pluendi, tonandi, fulgurandi opus, quod eleganter describit Iob, *Subter omnes cælos ipse considerat, & lumen illius super terminos terræ, post eum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ: tonabit Dominus in voce sua mirabiliter qui facit magna & inscrutabilia, Qui præcipit niui vt descendat in terram, & hyemis pluuiis, & imbri fortitudinis suæ.* Vt in humano pectore suæ deitatis reuerentiam generet, tria apud se retinet Deus, fulgura & fulmina, tonitruum terrificum, & blandam placidámque pluuiam hyemalis temporis; aliam æstiuam rapidiorem & procellosam, qui in his tribus (ait Seneca) Deum suum non nouerit, vecordem dicite & amentem, fulminis enim in terras ex nubibus emissio *nihil dubij relinquere videtur, quin diuina illi virtus insit.* Hæc etiam tria in spirituali cælo ad gratiam creandam in mortali pectore conuenerunt. Priùs enim lucet & fulgurat Dei cognitio, tonat postea & pluit, postea verò vis imbrium crescit, mentem lauat, purgat sordes, & sanctificat animam. Prima itaque fides mentem illustrat, tenebras pellit, vt vilitatem suam Deique maiestatem aspiciat. *Subter omnes cælos ipse considerat*, quia breuissima consideratione ad fines suæ miseriæ pertingit, lumen sequitur tonitrui vox timoris qui vires animi tremefacit, & in internis personat, væ mihi, quid feci? de præteritis quid habeo, de futuris quid spero, nisi timores, morsus conscientiæ, mortem & pœnam perpetuam? Mox vocem istam placida excipit pluuia, & quo maior tonitrui vox fuit & terror, eo copiosiores lacrymarum imbres fluunt, quibus putridum cor eluitur & purgatur, & filius Ecclesiæ in lucem editur, & fit mirabilis conuersio peccatoris, de qua dicitur, *Tonabit Deus in voce sua mirabiliter*; tria hæc in mirabili Pauli conuersione concurrere, *subitò circumfulsit eum lux de cælo*, post lumen vox tonuit cælestis, *Saule, Saule, quid me persequeris.* Tertiò pluuia placidà subsequuta est, *& tremens ac stupens dixit: Domine quid me vis facere?* Singula iam expendamus.

Cap. 37. 4. *Mirabilis conuersio Pauli alio mirabili creatoris opere declaratur.*

Seneca.

Peccatoris conuersio qua pacto contingat.

Saulus adhuc spirans minarum & cædis. Præit lux, & fulgurat Deus priùs in opere conuersionis, ait Chrysostomus; ita enim est peccator suis cupiditatibus mersus, sic furiosus & extra mentem actus, vt si subitò Deus aduentaret, inurbanus & barbarus tantam non reuereretur maiestatem. *Quare non allata est priùs vox, sed lux eum priùs circumfulgurauit.* Respondet Chrysostomus, *vt cum silentio vocem audiret.* Præmittit ergo 3.

Præcedit lux conuersionem peccatoris.

Digitized by Google

Simile.

ergo facem & candelabrum diuini splendoris? Euenit in hoc casu Deo, quod contingere solet in domo principis, ipse enim dormitum abit, & pueri similiter, sed acceptam lucernam in angulo collocant, & colludere incipiunt, tanto strepitu exilientes, vt Domini sui vocem haudquaquam exaudire possint. Prudens Dominus apud se cogitat, lusio ista & strepitus eo perdurare potest tempore, quo lucerna durabit, tacet donec extincta candela, dum de somno cogitant silentes vocat: Heus pueri! cui protinus respondent qui iam in quiete & silentio sunt. Nescit diuina peccator, nec voci Dei attendit, non alia de causa, ait Deus, nisi quia lumen prosperæ fortunæ affulget illi, extinguit filium, maculat famam, obnubilat Regis faciem, obscurat faciem pulcram, frangit corporis vires, & hac subita luce circumfusa animæ oculos perstringit, & attentam reddit diuinæ voci, quod cùm satis perspectum habeat Deus, primum belli incursum per lumen efficit, & primam aciem tenet lucerna diuini luminis, qua vincit peccatorem. Quamobrem cùm insignem victoriam comparare vellet, ait per Zachariam,

Pugnat lumē Christi & vincit.
Zach. 4. 2.

Quid tu vides; & dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, &c. *Et respondit ad me, dicens: Hoc est verbum Domini ab Zorobabel, dicens: Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo, dicit Dominus exercituum.* Candelabrum hoc

4. totius orbis victoriam reportabit, nec enim instruam acies, nec conflabo exercitum, nec hastas vibrabo, nec nudabo enses, solo lumine & corusco splendore huius candelabri orbem debellabo. Mirum sanè, & à die illa inauditum vincendi genus. Sicut si pictori diceretur, finge mihi strenuum ducem Alexandrum Cataphractum, qui vna manu gladium, altera fulmen tenet. Hic orbis bene pingeretur expugnator, à cuius conspectu siluit terra, verùm si vt eundem exprimeret candelabrum effingeret, & titulum subscriberet, *Dominatorem orbis*, quis non videret? hoc ergo candelabrum est Christus, qui se vocat lucem mundi, qui venit in mundum vt eum suæ potestati subiugaret, non in brachij robore, non in exercitus & militum copiis, sed prædicatione, lumine, & oleo misericordiæ, his armis putat animas debellare. Hoc

Cap. 24. 17. sonat verbum illud Numerorum, *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israël, & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth, & erit Idumæa possessio eius.* D. Ambrosius ait stellam istam esse Christum, eius autem pugnandi mirabilem artem declarant variæ lectiones, Pagninus, *incessit stella ex Iacob*, vel calcauit, vel percutiet. Hebræi, *penetrare, transfigere, exparietare.* Oleaster verò qui hos refert, legendum putat, *imparietare*, seu pariete includere, *desemparedara y emparedara los hijos y hijas de los hombres. transfiget, dara estocadas por los rincones.* nam Christus lumine suo animas illuminans conculcat, vel conculcare facit, & mortificare docet carnem, sæculi amorem, demittet fastum & arrogantiam, & *exparietabit* virgines & adolescentes à paternis ædibus, & abdicatis omnibus iterum luce sua *imparietabit*, & inter parietes domus Domini concludet, exparietabit eos quos mundus concluserat, & dæmon in

Diuini luminis effectus in animas.

Explicat hîc locum illis verbis Isai. 22. *Dirimens parietem, & clamor ad montem, id est, claudens pariete.*

5.

tenebris captiuas tenebat, stella ista in libertatem asseret quasi Rex, vt legit Chaldæus, qui *occidet principes Moab* (superbos) *& dominabitur omnium filiorum hominum*, transfiget angulos, hoc est, omnia suo lumine penetrabit, & lumine quasi spiculo & gladio transfodiet corda, & pellet ignorantias, & viam cæli pandet. Sed sicut lumine suo animas iustorum deuincit, sic corripit & pugnat contra iniustos. Accede tu mercator, & libros lumine huius candelabri lege, & tuam auaritiam & fallaces contractus & pactiones iniustas patefaciet. Et tu mulier ignaua, & ad malum ingeniosa & industria, tuas illas epistolas & impurissimos codices ad lumen huius lucernæ examina. O quàm repentè tuas conuertet tenebras in mirabile lumen. *Emitte agnum Domine dominatorum terræ.* Agnum vocat Isai. quem Zacharias candelabrum, quia, vt vidit Ioannes, *lucerna cæli est Agnus*; quare perinde est lucernam agnum nuncupare: mitte ergo agnum qui totus est lux. En primus belli incursus ad debellandum & conuertendum Paulum, *circumfulsit eum lux de cælo*, & triduo cæcus permansit. Verùm ô verbi Dei victoria, ô arma diuina, tunc vt quidam putant ad tertium cælum eleuatus est, quis non putaret infelicem qui ad tres dies lumen oculorum amiserat, sed tunc habuit oculos ad speculanda diuina, ad lustranda mysteria gloriæ, & videnda *arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Cùm aures obturat mundo, audit verba ineffabilia, cùm imparietatur per spatia cælestia incedit, cùm transfigitur & confoditur cælesti radio, vetus homo interit, & viuit in eo Christus. O mirabilis stella, quæ parietibus concludis, & exparietas animum vt cælestia meditetur. O stella quæ incessis & conculcas terminos superbiæ Moab, hoc est, mundi. O stella in cuius conspectu sordet pulcritudo, ornatus, auri fulgor, & splendor generis; plures deuicisti fœminas, sed illam à te deuictam libeat auscultare. *Nigra sum, sed formosa, quia decolorauit me sol.* Si pulcra est, quomodo nigra: aut quæ causa adustæ cutis externæ est. O, inquit Bernardus [a], penetrauit interna diuina lux, *& interior lux exterioris est impatiens, tiene zelos la luz del alma interior del exterior resplandor.* nam quam semel tangit animam radius cælestis, non permittit vt externo se componat splendore, *a quien Dios toca con la luz de este candelero nola vereis en lo exterior muy tocada y compuesta.* Quærit paterfamilias, aut princeps orare Deum, & semotus à curis sæculi fugit in secessum domus, & intrat sacellum, & orandi locum, claudi iubet fenestras; quòd si per rimulas lucis adhuc radij penetrant, excandet, & impatiens pressiùs fenestras omnes occludi iubet; quare impatiens est lucis? vtique quia iam interna lux mentem illuminauerat, & illa *exterioris lucis impatiens est.*

Lumen arguit & discutit conscientias.

Mirabilis Verbi victoria.

Gratia virtus mirabilis.

6.

a Serm. Ecce nos reliquimus.

Simile.

Sed ô quàm bene dicitur, *subitò circumfulsit eum lux de cælo, & cadens in terram*, &c. denotatur enim iam interna, alio diuiniori lumine fuisse illustrata: dicat ipse, & cantet huius illuminationis modum, & candelabri victoriam. *Quoniam Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi Iesu.* Voluit (inquit S. Eligius [b],) Novum instaurare Hominem, eo ordine quo mundum creauit. *Opus quod operatus est in diebus eorum, in diebus antiquis.* 7.

2. Cor. 4. *Quomodo paulo illustrata mens Pauli.*

b Hom. 2. Biblioth. Sec. 2. de Pat.

Nam

Nam licet orbis erat ante lucem, sed erat tenebris suffusus, & tenebræ erant super faciem abyssi, ita ante conuersionem Saulus erat. Sed nihil in me nisi tenebræ erant, nihil visu dignum præter blasphemias, iram, ardorem vindictæ & odium, ex cæcitate & ex odio, sæuitiam ad necem; sed sicut fulmen non solùm intima penetrat, sed externa etiam lumine circumfundit, sic, inquit Chrysostomus, Christus lux ita penetrauit intima Pauli viscera, vt foris etiam *vbique Christum eructaret*; quòd si illa lux & scintillæ circumfusæ totum orbem illustrarunt *ad illuminationem scientiæ claritatis Dei*, hoc est,

8. vt alios illuminare possem, quali putas lumine, quali igneo fulmine animam mentémque ipsam illustrarat? O victoriam dignam Christo, ait Theodoretus [a], *ne sileas, neque compescaris Deus, y el señor a el prosiguió la batalla: ecce non siluit de cælo, pepercit errori eius, qui non pepercit sæuitiæ, ambulantem in cædibus prostrauit, sæuienti lumen eripuit, captiuum ad Ananiam reduxit.*

a De laudibus Pauli apud Metaphrastem.

Moralis conuersio ad instar creationis lucis.

O Creator optime (ait S. Eligius) *si vsque modo operaris opus hoc quod operatus es in diebus antiquis, quare & in anima mea opus hoc non operaris? anima mea inanis & vacua est, & tenebræ super faciem abyssi, dic vt fiat lux, & fiet; tu creasti eam vt sit, crea eam vt lux sit.* Sed vide mirabilem artem nostri ducis qui lumine suo & quasi emisso fulmine vincit, nam sicut fulmen ensem comburit, & consumit, seruata vagina, sic lumen diuinum venit in Paulum, *sæuiens non in hominem, sed in errorem*, vt acutè notauit Theodoretus: nam cùm Deus conterit peccatorem, ideò est vt reformet & renouet, quod grauis Hilarius notat [b], *Postula à me, & dabo tibi gentes in hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquã vas figuli confringes eos.* Si petit gentes, quare petit vt destruat? & si destruere vult, cur postulat eas? cur miscetur cũ gaudio obtinendi dolor destruendi. Sed nota Deum ita delere sicut cùm figulus lutum habet in manu qui feliciter destruit vas quod perfacile meliori ratione reparat, *sic vos in manu mea domus Israel.* Et ideò cùm Saulum destruit vt Paulum refingat, & gentes confringit virga fidei vt filios Dei faciat feliciter, eos conterit. *Huiusmodi damnum perficere in restaurationem vasis ostendit. Sic positas & obtentas hæreditatis suæ gentes Deus confringet & conteret vt reformet.* Sicut cùm ad Petri pedes *Ananias cecidit, & expirauit.* Causam autem explicat Origenes, *Puto autem quoniam audiens Ananias hæc verba ideo cadens expirauit, quòd non sustinuit reprehensionem Petri, sed cruciatus in se, à Deo est punitus, vt etiam expiraret, verbis videlicet Petri catechizantibus animam eius, vt ex latronibus & mendacibus in pœnitentes & filios Dei conuerteret.* Diuinam hanc artem Augustinus comprehendit. *Quid* (ait) *agebat Apostolus, nisi vt per interitum carnis saluti spirituali consuleret?*

b In verba illa Psal. 2.

Conterere videtur Christus vt reparet.

Act. 5.

9. II. *Saule, Saule, quid me persequeris, & tremens ac stupens dixit: Domine quid me vis facere.* Tonat iam Deus in voce magnitudinis suæ, & vires animi terrore percellit, non vt terreat, sed vt in amorem alliciat. *Nouit Dominus* (ait August. [c]) *vulnerare ad amorem, & nemo pulcrius sagittat, quàm qui verbo sagittat, vt faciat amantem, & transfixo corde amor excitetur.* Quam amoris artem Isaias declarauit; agens enim de resurrectione, conuersionem peccatoris describit, vt notat Procopius [d], *Viuent mortui, interfecti mei resurgent: expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere, quia ros lucis ros tuus.* In quæ verba ait Procopius, *Ad vitam interfectos, ad exaltationẽ prostratos: sordidat puluere vt nouo lucis suæ rore perfundat, & quasi instillatã vita diuiniori excitat.* Ros autem lucis est verbum Dei, *vox enim Domini* (ait August. [a]) *quasi ros quidam desuper descendens à morbo impiæ flammæ feruore liberauit.* Quamobrem veram existimo Chrysostomi suspicionem, *verba hæc non tam arguentis, quàm defendentis esse, Saule, Saule, quid me persequeris?* Quid enim magis naturæ proprium, quàm aue pullos defendere, pastorem oues, & si recedant sibilo, voce, aut funda allicere & reuocare; alludit enim ad Ierem. locũ, *Perdix fouet quæ non peperit, fecit diuitias, & non in iudicio, in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens.* Furatur perdix oua aliena, incubat illis donec excludat. Dolent iacturam parentes, & circumuolant tristes de ramo in ramum insilientes, maximè tamen cùm iam pipientes pullos cognoscunt, tunc ingeminant illi cantum vt accurrant pulli, quàm vocem, natura duce, pulli agnoscentes de nido exiliunt, testiculis ouium perruptis, & vix è corpusculis abiectis aufugiunt, & cadendo, currendo, properant ad veram matrem. Semper Synagoga filiorum auida & auara etiã alienos vsurpauit, rapuerat Christo Paulum, & ipsius alis succubans, legis zelum, Christiani nominis inuidiam imbiberat. O perdix quàm oblita es dolorum quibus peperit Saulum vera eius mater in cruce; verùm en vera mater de alto cælorum culmine clamat, *Saule, Saule.* Non increpat, ait Chrysostomus, sed defendit, sed allicit. Respice veram matrem quæ te genuit. Tunc Paulus è vestigio vt erat cæcus ad matrem accurrit. Redde quod meum est impia Synagoga, non reprehendo, sed defendo quod meum est. *Non arguentis, sed defendentis sunt verba.* Quid ais Chrysostome, nónne melius esset hastam vel fulmen de cælo contorquere in Saulum? Minimè ait, vult enim amorem extorquere, & sagittis verborum amatoriè vulnerare: hoc autẽ melius obtinet defendendo se, quàm offendendo. Nam dum tu peccator Deum offendis, se Deus quasi defendit blandis inspirationibus, sicut cùm nobilis ac potens vir in rixa ab hoste deuictus subiacet vbi iam nihil superest illi, nisi verba precatoria mittere, siste nobilis eques, quid vltrà pergis, ne exequaris necem, parce iræ, parce vitæ meæ. Hoc ipsum Christo euenit, qui cùm semel in crucem actus clauis & lancea confossus sit, adhuc peccantibus hominibus iterum crucifigentibus ait, sistite peccatores, sat est, quid vltrà petitis mitissimum Agnum vestris iniquitatibus, solis vocibus se defendit. Sicut cùm Ionathas irati Saulis brachium prohibens aiebat, *Quare persequeris seruum tuum, percussit Philistæum, & fecit salutem magnam in Israel; quare ergo peccas in sanguine innoxio. Quid me persequeris?* Ingenua quidem vincendi ratio, sicut cùm eques quidem noctu concursans, & appresso galero palliõque obuolutus offendit aduersarium, & ab eo accipit ictum, & patienter expectat, tunc primus & nobilis, ense districto vno prosternit ictu, & punctim ferire intentat; tunc victus clamat, quis es, quis es? O inurbane, inquit nobilis, nunc cognosces quis ego sum, nam cùm liberè possem gladio configere, te impunè abire patior. O qualia verba

Vulnerat ad amorem & premiis vt famet Deus.

c Psal. 44.

Cap. 26.

d In Isai.

Conuersio peccatoris similis resurrectioni.

a Ibid.

Amor Christi in Ecclesiam & filios.

Cap. 17.

Simile.

10.

Deus quasi defendit se ab impiis peccatoribus.

Simile.

Simile.

verba dat, quàm supplex orat, vt ex illa die ipsum in seruum accipiat. Ardens ita & zelo ibat in Damascum Paulus, Christus verò tectus & absconditus ipsum insequitur, & repentè prosternit, & mortem intentat. Sicut
11. quondam apud Ezechielem, *Transiens per te vidi te conculcatam in sanguine tuo, & dixi, viue: y ay vereis quien soy.* Quis es Domine? ô Saule modò cognosces cùm te impune abire permitto. O mi Iesu, accipe me ex hac die in mancipium tui amoris, & fidei. Et hac de causa, inquit Rupertus, ex hac die se *vinctum Iesu* nuncupauit, & captiuum amoris, & Christus statim vt captiuum sibi adsciuit, vt ait Chrysostomus [a]. *Deus vocem illam quasi funem ceruici eius iniecit.* Gloriosum & egregium spectaculum Regis cælestis insignem hostem catenis vinctum præferentis, & in Damascum triumphum agentis?

Ezech. 16.

Vinctum Iesu quare Paulus vocatur.

a De conuersione Pauli.

12. III. *Domine quid me vis facere?* Iam placida pluuia molliter cadit, vberrimos fructus in terra cordis Pauli momento tulit, *pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ,* &c. pluuiam voluntatum, gratia enim tua mentes cordaque fœcundat, vt fructus vberrimos edat.

Vnde iam Pauli instat natiuitas, iam mater gratia edit in lucem filium clamantem, & dicentem, *Domine quid me vis facere?* quare obseruare iubet Chrysostomus quàm tempestiuos habet & maturos partus Dei gratia, Paulum edit, & ex Saulo in Paulum conuertit, nulla tamen illata vi eius libertati: nam sicut natura expectat maturum tempus, ita gratia expectat consensum, nec vnquam cogit peccatores; quod liquet maximè in facto illo comprehensionis Domini, vbi Christus voce tantùm prostrauit illos, *ego sum*, inquiens, eandem vocem emisit Paulo, *Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris*; illi coram se habent Christum, & non vident, similiter Paulus; illi cæci & in tenebris, similiter & Paulus: omnia æqualia sunt, sed ô quàm inæqualis effectus, hi enim accurrunt ad vinciendas Christi manus, Paulus verò suas vinciendas Christo dedit. Vides quàm liberè illi ad malum properant; liberè ergo hic ad bonum pergit: & benè gratiæ pluuia voluntaria dicitur, & quia non cogit voluntatem, & quia ad voluntatem diuinam adimplendam impellit, sed nó compellit.

Natiuitas Pauli ad gratiam spontanea & libera.

Libertas arbitrij.

13. Sed quia ex hac diuini Medici peritia, qui febrem in ipso æstu & ardore sistere fecit, *adhuc spirans*, peccator aliquando peccatum & nimiam etiam confidentiam concipit, & peccato quasi cum edito filio congaudet, *per risum stultus operatur scelus*, & grandior factus puer seipsum defendit, & vsque ad mortem impœnitens esse vult. Opus est, inquit Chrysostomus, vt nimiam istam confidentiam ex Pauli & latronis conuersione natam extinguamus, *Conuersio latronis & persecutoris facta est prouerbium peccatoris*, ait Gregorius. Rogo te, inquit Cyrillus, in finem vitæ protrahis conuersionem ad exemplum latronis? falleris frater, nam latro non in fine, sed in principio conuersus est, nam tunc venit cùm vocatus fuit. Adde Christum dixisse illi, *Hodie mecum eris*; quid est *hodie*? in die parasceue, cùm filius Dei ad Patrem transibat, cùm petræ præ dolore scindebantur, certa quidem & singularis dies, qualis nulla orbi succedet. Vides igitur quia non quotidie est *hodie*, nec dies parasceues, iam illud punctum elapsum est, & sol ille diuinus diuersos edet effectus. Vide hoc in illo trãsitu diuini Solis, paulo antè Iudas laqueo se suspendit, transit inde sol, & saluus fit latro, & alter qui à sinistris erat obduratur magis; qui effectus sunt isti? Solis nempe iustitiæ, qui per diuersa momenta diuersos solet suæ gratiæ effectus edere. Quare ergo tu non times in quem tot diuinæ inspirationis radij emissi sunt ne sol pertranseat, te in obstinatione relicto? Quòd si Paulum posthumum & abortiuum filium putas, crede quòd ipse vt se abiiceret dixit, in gloriam suam redundasse. *Nouissimè autem omnium tanquã abortiuo visus est & mihi*; abortiui enim dicebantur qui inter senatores extra designatum numerum assumebantur, & gratis adsciscebantur. Vocat autẽ se abortiuum, *quia minimus sum Apostolorum*, & indignus quidem, sed quod, ego nec merui, nec mereri poteram, primã mea genitrix gratia concessit, *gratia autem Dei sum id quod sum.*

Nimia confidentia peccatoris reprobbatur.

Abortiuus quare dicitur Paulus.

Surge & ingredere ciuitatem. Ad Ananiam tanquã ad matrem Ecclesiam ducitur baptizandus & erudiẽdus: sicut enim leæna catulos emortuos edit, & rugitu suo excitat, sic in Baptismo mater nostra clamat Epheta, quod est adaperire, & statim instar vrsæ quæ informem & cæcum catulum lingua & saliua reformat, sic Ecclesia saliua auribus, sale ori adhibito obedientiam fidei & sapientiam in confitendo eam imbuit, aperit oculos, vngit caput tanquam clypeum, & per tres dies erudit apud Ananiam. 14.

In Baptismo gratia filios suos colit & perficit.

Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel. Iam nomen imponit qui conuertit eum vt dominium ostentet: sicut Adam cui animantia tanquam principi & domino proposita sunt, vt vocaret ea nomine suo, & Nabuchodonosor tres pueros nouis nominibus nũcupauit. Vocat ergo Saulum *vas electionis.* Certatim nomen declarant Doctores. Hieron. [a] *Vas aureũ toti mundo resplendens.* Chrysost. [b] *Vas admirabile; quoniam astra quidem cùm fierent admirabantur Angeli, hunc verò Deus ipse admiratus est, dicens: Vas electionis.* Bernardus [c], *vas apparatissimum, quid Paulo paratius?* Gaudentius, propter castitatem, quam nobis propinauit, *Sumamus à Paulo fulgentem rosam castitatis, vaso de madre perlas, en que nos dio a beber la perla de la castidad desatada, tabaque en que nos dio la rosa de la castidad.* Verùm vas dicitur ad differentiam aliorum Doctorum, nam quod in vase propinatur, hauritur facile; quod verò in paropside datur, manducandum, & dentibus atterendum est. Doctrina aliorum Doctorum mandere & ruminare opus est, Pauli verò haurienda & ebibenda cæcis oculis, vt aiunt.

Vas electionis mirabile Paulus.

a Lib. 3. aduersùs Pelagian.

b Hom. 18. ad Rom. in moral.

c Ser. 78. in Cant.

Vt portet nomen meum. Sublime munus, ait D. Thom. *Portauit Paulus Christi nomen in corpore, conuersationem & passionem eius imitando, in ore sæpissime,* in epistolis exprimendo, in corpore tanquam insignifer, *como Rey de armas del rey soberano.* Secundò in imitatione & repræsentatione: tertiò in epistolis, quare optimè comparatur sagittæ, nam, vt ait Hieronymus [d], *Non mirum si sponsus habeat plures sagittas, cùm Patris ipse sit iaculum, Paulus sagitta fuit Domini, qui postquam ab Ierosolymis missus in arcu Domini huc illùcque volitauit, ad Hispanias ire festinat, vt tanquam velox sagitta sub pedibus Domini sui Orientem Occidentémque prosternat.* 15.

Prologo in epist. Pauli.

d Tom. 3. in Princip.

Sagitta Paulus & quare.

Simili

Digitized by Google

Simile. Similitudo autem est in hoc, contingit obsessam vrbem auxiliatricis potentiæ principis, qui venit in auxilium, nequaquam notitiam habere posse, fit autem certior rei, vel sagitta missa cum epistola, quæ rem omnem enarrat, vel missa columba quæ ad suum nidum pernicitate volatus properans rem omnem litteris aperit. Sicut ergo verbum iaculum fuit quod è sinu Patris missum, quæ Patris sunt *ipse enarrauit*; sic, inquit Chrysostomus, cùm orbem obsessum teneret dæmon, elegit Deus Paulum, *vt tanquam pennatus totum docendo penetraret orbem*, & certiores faceret gentes Deum in terras aduentasse. Quod eleganter duo Prophetæ indicarunt, alter Zacharias, *extendi mihi Iudam quasi arcum*; Synagoga enim erat quasi mater filiorum Dei, quos quasi sagittas in omnem terram missurus erat, *& Dominus super eos videbitur*, id est, ipsi Deum manifestabunt: maximè autem Paulus, qui aiebat, *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus*? Secundus Propheta Ioannes, volatus pernicitatem Pauli declarat. Vidit enim Ecclesiam pulcram quidem duodecim stellis redimitam, duodecim nempe Apostolis, sole iustitiæ Christo vestitam, luna sub pedibus eius fulgente, Virgine videlicet beatissima quæ solium est, & Ecclesiæ fundamentum. Pulcra quidem auis, sed vbi sunt alæ? En datæ sunt ei duæ alæ aquilæ vt volaret in desertum, hoc est, in Gentilem populum. Egregia quidem, ne dicam summa Pauli laus, nam cùm columba Spiritus sancti semper in manifestando Christo & dilatanda Ecclesia mirabilia patrasset, per seipsam & in Iordanem & super Apostolos superueniendo, nunc quasi mancam & implumem videns in Ecclesiam duas alas prouidit, *Segregate mihi Paulum & Barnabam*, &c. O summa Pauli gloria, dextra ala Ecclesiæ factus est: nam licèt bene dotata erat Ecclesia duodecim Doctoribus, bene ornata Christi præsentia, bene calciata sandaliis principis filiæ dignis, Maria sacratissima, verùm hæc omnia in tenebris & in angulo Iudææ delitescerent, vbi Christus filius fabri putabatur, & Virgo non vt par erat colebatur. Petrus & Ioannes pauperes erant piscatores, at verò tu Paule alis aquilæ in sublime Christum, Mariam Ecclesiámque efferens nobilitasti, illustrasti, dilatasti & ad Gentes ignaras inuexisti, & quò non poteras pedibus, quasi sagitta pennis & alis epistolarum persuasisti, *vt portes nomen meum.*

[Margin: 1. Cor. 13. — Apoc. 12. 14. — 16. *Alæ Ecclesiæ Paulus & Barnabas.*]

17. *Ego ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Loco præmij pensionem imponit, & non leuem, hoc enim ostendit verbum illud, *vt portet*, quod verbum ipse exposuit Gal. 5. agens de eo qui conturbabat Ecclesiam, *& qui conturbat vos, portabit iudicium. ese bullicioso zizañero el lo pagara en la otra vida, y llebara las cartas de vrras.* Mittit prætor vrbis litteras ad alium prætorem, vel iudicem; & eligit tabellarium, scelestum quendam furem, & simulata re homini dat fasciculum litterarum, pergit, & lectis epistolis iubet iudex tabellarium in carcerem mitti, & in suspendium agi. Ecce *hic portauit iudicium, el mismo se llebaba su condenacion.* Vis videre Pauli fidelitatem, sit verbi tabellarius, *vt portet nomen Dei*, mittitur ad reges, ignarus ne rei? inscius laborum & ærumnarum? minimè, *ego ostendam ei, yo le declarare lo que le espera.* Renuit ille viam & labores? nequaquam, sed fingit se ignorantem, vado in Hierusalem, *quæ in ea ventura sunt mihi ignorans*; verùm iam scio quid mihi moliatur Spiritus sanctus. *Nisi quòd Spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur, dicens, quia vincula & tribulationes Ierosolymis me manent, vista la presente Gentiles y Iudios me ande açotar, pero con todo eso voy como correo proprio del nombre de Iesu.* Et ad hoc properas, ad hoc sumis alas aquilæ? ita, quia mihi loco præmij dictum est, *Ego ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati: correo proprio, nec laboriosior in gloria Dei, nec quisquam felicitatem veram fratrum suorum ardentius zelatus est, nec magnificentior præco gratiæ Dei*, ait Lipomanus [a]. Sed ne tot labores sine præmio mansisse putes, recordare eximij illius pictoris, cui Alexander Campaspem suam charissimam pingendam & exprimendam concessit, quam sic ad viuum & spirantem expressit, vt in præmium ipsa in vxorem data sit ei: expressit quidem Petrus Ecclesiam, & sponsum eius Christum, apprimè sanè, quare in præmium data est illi, *Tu es Petrus*, &c. sed quid mirum, si in secretiori sapientiæ Dei officina vocatus est, & colores miscuit æternus Pater, & lumen indidit, *Non verò caro & sanguis.* Hanc enim quietem & silentium amant pictores, vt ait Chrysostomus. Tu verò Paule eandem expressisti imaginem non in angulis, sicut eremitæ, non in monasteriis, sicut cœnobitæ & moniales, sed in media orbis platea, cunctis prohibentibus, multis repugnantibus. *At Paulus tabula in medio terrarum orbe posita omnibus repugnantibus, turbantibus, tumultuantibus regiam hanc vniuersi mundi huius sensibilis & intelligibilis imaginem pingendo perfecit, nec prohibitus est.* Et hoc est præmium operis sui, talem se præbuisse in tantis periculis constitutus. Mirabilis quidem eius vocatio, cùm ad instar remoræ totam nauim Ecclesiæ sistentem immobiliter adhærendo Synagogæ & legi, Deus repentè ad se rapuit eius amorem, & æstus imbibere fecit, & de remora in delphinum commutauit. Sapientiam eius quis non miratur? Origenes affirmat extitisse nonnullos qui crederent Paulum esse veritatis spiritum à Patre missum, quem Christus suis discipulis promiserat Ioan. 15. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis*, &c. Veriùs tamen & solidiùs S. Dionysius Areopagita [b] Pauli proles & hæres, Paulum communem nostrum solem & eundem sapientiæ abyssum indigitat, ab eóque altissima sacramenta suámque ecclesiasticam pariter & cælestem hierarchiam accepisse se gloriatur. Quantus autem sit, vel gigantes illi ostendunt, qui eius proceritati comparati pueri & pygmæi esse videbantur. Chrysostomus vnus est qui [c] sic ait: *Paulus archetypus bonorum, cui omnem prædicationem, res orbis, mysteria cuncta vniuersámque dispensationem Deus concessit: ipse cælum, solem habens iustitiæ, ipse mare sapientiæ purissimum & profundissimum.* Secundus est Hieron. [d] *Paulus* (inquit) *vas electionis, tuba Euangelij, rugitus leonis nostri, flumen eloquentiæ Christianæ, qui mysterium retro generationibus ignoratum & profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei magis miratur quàm loquitur, quem quotiescumque lego videor mihi non verba, sed audire tonitrua.* Tertius sit D. Petrus, cuius Doctor & prædicator fuit Paulus, immo & Angelorum, quique quasi populi & pueri maximè, ad gigantem spectandum confluunt; ita & Petrus

[Margin: *Quanta pressit Paulus in portando nomē Iesu ad gentes.* — *Simile.* — *Libenter subibat labores Paulus.* — a In cap. 40. Gen. — 18. *Præmio eximio afficitur Paulus.* — *Fidem & Ecclesiam expressit in tumultu sæculi & ærumnis.* — *Sapientia Pauli mirabilis.* — b Cap. 7. de diuinis nomin. — 19. *Gigas sanctitatis.* — c Hom. 4. de laudibus D. Pauli. — d Epist. 61. — *Eximia tamē laus ex ore Petri.*]

Actor. 9. 15. Petrus venit videre Paulum, & Paulus item videre Petrum. Et nec iste vt Pontifex sibi in doctrina & sanctitate parem vidit, nec ille siluit in conspectu eius. *Sed cùm venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti.* Et eiusdem sapientiæ & doctrinæ commendandæ munus ipse omnium Pastor suscepit. *Charissimus frater Paulus secundùm datam sibi sapientiam scripsit vobis*, cuius quidem lustratis virtutibus, audita prædicatione, martyrio perspecto, miraculis visis, fama & gloria per orbem totum & cælestes choros diffusa, *etiamsi Angelorum, etiamsi iustorum hominum circumcolentem choros, non inuenio comparationem cui non cumulo meritorum Paulus occurrat.* Hæc Chrysostomus [a].

Gal. 2.

a Hom. 8. de laudibus sancti Pauli.

FINIS SVÆ RENOVATIONIS, QVI in perfectione charitatis consistit, admonetur, omnia ad eam consequendam auxilia dantur, impedimenta amouentur.

INSTITVTIO XXXIII.

VOCAT te finis, ô creatarum rerum nobilissima, perge verò quò te propositum immortalis gloriæ decus vocat, cœptóque operi tuæ innouationis pulcerrimum perfectionis Christianæ fastigium impone, sine quo templum Dei sanctum, quod, affirmante Paulo, sumus nos, cœptum tantùm, ac semifactum, non absolutum, neque elaboratum manet. Quòd si perfectio tuus est finis, ante omnia virtutis studia peruidenda est, & consideranda: finis namque, vt ait summus Philosophus *, *in consultationem non cadit*, sed fine cognito de his quæ ad finem consequendum conferunt, deliberamus. Atque adeò finis qui assecutione posterior est, cognitione & intentione mentis semper est prior, & ante omnia perspiciendus. Bernardus igitur [a], qui sine dubio perfectionem attigit, scopum nobis constituit. *Hic est finis, hæc est consummatio, hæc est perfectio, hæc est pax, hoc est gaudium Domini, hoc est gaudium in Spiritu sancto, hoc est silentium in cælo, vt scilicet ament te propter te, & se non nisi in te*; scopum præfixi, accinge te, noua creatura, magnos enim edere saltus, & montes difficiles transilire, operæ pretium est, vt ad montem istum peruenias Dei verè pinguem, verè coagulatum.

* Arist. 3. Ethic. c. 3.

a Lib. de amore Dei cap. 4.

SCOPVS INSTITVTIONIS.

Ad perfectionem sedulò properandum.

Primùm itaque montes illos, & ea quæ eminere videntur, transgredi opus est, vt verè sapientiæ inuentor docuit, *Optaui, & datus est mihi sensus, et inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ, & præposui illam regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse duxi, in comparatione illius, nec comparaui illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius*; nam si perfectio ista in vnione cum Deo per amorem (dicente Paulo) consistit; *super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis*; foras eant non diuitiæ solùm, & dignitates, quas vt stercora reputare oportet, verùm etiam naturales dotes, & ea quæ clariores & eminentiores homines facere consueuerunt. *Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, &c. Sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me.* Quòd si sermo sapientiæ, aut scientiæ, aut fides in eodem spiritu magna tibi esse videntur, quia gratiæ sunt (vt ait Paulus) quia dona sunt & super naturam, sed non in his perfectionis ratio naturaque consistit, imò ad hos si superbia inflentur, illa terribilia verba mittit Christus, *Discedite à me qui operamini iniquitatem. Timeamus* (inquit Chrysostomus [b],) *maximámque curam sanctæ conuersationis adamemus, ne putemus minus aliquid nos habere, quia nos modò signa non facimus; de mirabilibus siquidem non absque dubio debitores efficiemur Dei, pro bene autem acta vita Deum habebimus debitorem: æmulemur igitur charismata meliora, & adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.*

10.

Sap. 7. 7.

Terrena contemnere & transgredi opus est qui perfectionis est studiosus.

Colos. 3. 14.

Philip. 3. 8.

1. Cor. 12.

Matth 7. b Hom. 25. in Matth.

1. Cor. 12.

21. II. Religiosæ vitæ mons adeundus est si perfectionem quærimus, ibi ad amorem perfectionis excitari oportet, vt Agatho aiebat. *Vide qualis fueris primo die quando exiisti de sæculo, & receptus fuisti in claustro, & talis permane semper*; vide, inquam, conatum & spiritum quo incepisti, & feruor ille primus non solùm non languescat, sed indies augeatur, vt inquit Antonius *. *Hoc sit primum cunctis in commune mandatum; nullum in arrepti propositi vigore lacessere, sed quasi incipientem debere semper augere quod cœperit.* Ibi etiam seipsum discutiat, & interroget, *Bernarde, Bernarde, ad quid venisti?* nunquid ad tua commoda venisti quærenda? Nam, vt aiebat Augustinus [a], *Ecce in solitudine sumus, in eremo sumus, locus tamen non facit sanctos, sed operatio bona locum sanctificabit & nos; peccauit enim Angelus in cælo, peccauit Adam in paradiso, & tamen nullus locus sanctior illis erat: si enim habitatorem loca beare possent, nec homo, nec Angelus à dignitate corruissent.* Perfectionem venisse quærere scito, non scientiam. *Vtinam tanto studio* (ait Bernardus [b]) *quæreretur conscientia, quanto quæritur sæcularis scientia?* Festinemus igitur ingredi in illam requiem, *vsque ad montem Dei Horeb*, imò vsque ad Caluariæ montem: nam, vt ait Chrysostomus [c], *videte monachorum, hoc est, crucifixorum vitam*; multis nominibus etiam Bernardus religiosam vitam honestat [d], spiritualem exercitum, mirabilem luctam, fornacem in qua summo regi vasa conflantur, peccatorum mortem, purgatorium defectuum, armorum & luctatorum arenam, patientiæ custodem, addit *& sepulturam Dominicæ passionis*, vel quia in sepulcro omnes Christi labores cessarunt, vel quia de sepulcro ad vitam redux gloriosus euasit. Sed verè sepulcrum & clausum, religiosa vita est, Angelis in vestibus candidis vitæ & puritatis custoditum, armatis inimicis circundatum, sæculares enim armis contrariis vitæ ac morum nobis aduersantur; ibi spinæ sunt mortificationis in capite sanguinem ex proprio iudicio effundentes, obedientiæ subiecto pedes clauis confixi, ne iam ab statu resilire libeat, manus suffixus ligno crucis, ne ad mollia, ad suauia, ad oblectamenta extendantur, ibi nuditas paupertatis, ibi vibices & plagæ correptionis prælati, ibi vulnera, lanceæ cæcorum secularium, religioso viuendi generi minimè suis linguis parcentes, homines in vita mortuos lanceis confodientes. Quid igitur deest huic perfectioni? cui nisi in martyrio comparabitur? imò ad hoc genus mortis adumbrandum, ait Theodoretus, tot animantia inferebantur in templum, & diuersimodè mactabantur, & in holocausto cremabantur; & Paulus rem omnem vno expressit verbo. *Omnes qui piè volunt viuere, persecutionem patiuntur, omnes, cada vno por su camino, piè, reformatiuamente, volunt*, satis est, agat, & meditetur nouam vitam, etiamsi non habeat, *tratar de ser bueno basta, para ser perseguido; persecutionem*, non in plurali dixit persecutiones, quia vnus omnibus calix in communi propinatur; omnes communi conuictu & ratione reguntur. Nónne hæc est summa perfectio? Minimè quidem; vlteriùs progrediendum est: nam non est summa perfectio in consiliis euangelicis posita, etiamsi tria illa ad substantiam status religiosi pertineant, hæc enim instrumenta sunt, & viæ, quibus ad perfectionem, quæ est spiritualis vitæ finis, peruenitur, nullo nos remorante impedimento diuitiarum, deliciarum, aut propriæ voluntatis; *perfectio enim* (vt optimè D. Thomas [e] annotauit) *illa est, quæ secundùm naturam suam mentem nostram Deo optimo fini coniungit*; consilia verò non sunt talis naturæ vt nos Deo iungant, sed vt à vinculis creaturarum expediant.

Schola perfectionis religiosa domus, ibi proficiendum est semper.

22. *Sepulcrum Christi religiosus status.*

* Apud Athanas. & Surium tom. 1. pag. 386. Surius lib. 1. c. 4. vitæ S. Bernardi.

a Serm. 17. ad fratres in eremo.

b De interiori domo. c. 21. & lib. de conscientia cap. 2. Heb. 1. 4.

c Hom. 70. in cap. 2. Matth.

d Super parabolâ mercatoris quærentis bonas margaritas.

e 2. 2. Quæst. 184. art. 1. & 3. Cætera vide P. Paez de natura perfectionis tom. 1. lib. 3. parte 1. c. 6.

23. III. At forsan in Pontificali statu perfectio ista inuenienda est; quid enim frequentius audimus, quàm statum istum perfectionis esse, & maximè deceat perfectos prærequirere viros *. Nam cùm perfectio in charitate sita sit, charitas maximè deceat præsules atque Episcopos, & constat eos præcipuè hoc ornamento cæteris debere præcellere. Vnde Christus Dominus post beatitudinis concionem perfectos suos instruit discipulos & prælatos, in ea perfectione quam sibi & proximis debent habere, salis, lucis, & ciuitatis similitudine: primum igitur docet diuersitatem munerum, secundum necessitatem eorum, tertium quid debeant erga proximos, quartum quales sint erga seipsos.

* Vide de hoc præclaram distinctionem & tractationē apud P. Hieronymum Plati, verbo *Status episcopalis*.

Perfectio prælatorum qualis, & ad quæ tenentur.

Circa primū omnes Christiani ministri Dei dici possunt erga proximos, ait Eccles. *Mandauit illis vnicuique de proximo suo.* quod ipsa tria symbola non obscurè denotant, nā sal exiguam habet suæ virtutis sphæram, nihil prodest quòd in mensa sit, nisi cibis immisceatur; lux verò iam domū illuminat integram, vrbs denique ad omnē rempublicam

eam se extendit; si habes amicum, esto illi sal, sis verò lumen dum paterfamilias es; si verò es Episcopus, ciuitas esto, & opulenta quidem. Nec tibi talenta non suppetere dixeris, vnicuique enim dedit secundùm propriam virtutem, nam sal saporem dat cibis quos attingit, & totum consumitur; lux verò in latiori sphæra minus consumitur, ciuitas verò cùm plures contineat, minus adhuc consumitur; quasi diceret, sit virtus secundùm subditos, nulli enim desunt vires ad proprium munus à Deo iniunctum ritè peragendum. *Sal, lux, ciuitas quid doceant.*

Circa secundum verò de harum trium rerum necessitate exempli, consilij & auxilij, vix tria reperientur in rebus creatis magis ad vitam ducendam necessaria his tribus. Tres gradus vitæ sunt in homine, vitæ nimirum, in qua augetur & nutritur vt arbor, alter sentiendi, in quo cum brutis communicat, tertius rationis, qua regitur & gubernatur. Nutritio igitur per cibos fit, qui si sale conditus non sit, comedi non potest: sensus & motus per lucem fit, ratio autem vrbes regis legibus & iustitia continet; quasi dicat, ita vitæ hominum necessarij estis, sicut sal ad sustentationem, sicut lux ad motum, sicut lex ad gubernationem, nam & homines qui in republica non degunt, migrant in bestias, bruta quæ luce non funguntur, immobilia sunt, lignis & lapidibus similia; plantæ verò quæ neque rigantur, nec vegetantur, mortem & ariditatem experiuntur; sic pariter vita mortalium his tribus maximè indiget, illis insuper qui vitam spiritualem intrant, & quorum vulnera adhuc recentia putida sunt, sale maximè indigent, quibus etiamsi sal gustui gratum est, mordet tamen eorum vulnera. Chrysostomus [a]; hoc enim omnino mirabile est quod non adulantes, nec palpantes, sed è diuerso salis instar vrentis tam frequenter desiderabatur. Proficientibus lux vt procedant præferenda est. *Beatus vir cuius est auxilium abs te, &c. ibunt de virtute in virtutem*; & quia in hoc itinere errores passim contingunt dum vitia loco virtutum occurrunt, & amplectimur, ad hoc lux cælitus impenditur, *vos estis lux mundi.* Tertius item gradus perfectorum firmitatem, stabilitatem & abundantiam postulat, quæ omnia in ciuitate reperiuntur. *Pulcra es amica mea, decora sicut Hierusalem.* Magnitudine, fortitudine, & à longè turres mœniaque altissima præfert, abundantia denique non ad necessitatem solùm, sed ad delitias opulentissima. 24. *Tria hæc summè necessaria ad vitam.*

a Hom. 15. in Matth. *Psalm. 83, 6.* *Cant. 6.*

Circa tertium ex his liquet quale esse debeat munus Episcopi erga proximos perfectissimi, sint in primis communes omnibus sine acceptatione personarum ad instar Dei sui. *In veritate comperi, quoniam non est personarum acceptor Dominus: sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi*; si ergo Deus, qui gratiæ Dominus est, personas non acceptat; quanto minus qui vt instrumentum solum eius diuinæ dispositioni deseruit? quod maximè in his tribus rebus elucet, cæteræ enim res seruiunt regibus, & aptiora sunt ad palatia, quàm ad tuguria pauporum, peristromata, aureæ telæ; sal verè in omni mensa apponitur, siue in vase aureo, siue fictili, siue ligneo. Sol item fenestras vitreas aulæ penetrat, & obliquas etiam inuadit stabuli fenestras, iam aurum, iam lutum lumine splendet, & nitent pellucidæ rupes vastissimæ, vbique æquali maiestate atque decore refulget. Ciuitatem item adit currus quatuor vectus equis ad pompam compositis, & statim subsequitur pullus asini ligna ad ignem portans, vt tam pauperibus, quàm diuitibus aditus ad prælatum patere debeat. Calleat item obligationes proprias, calleat alienas, vt sciat errantes ac deuios ad viam rectam reuocare, *ne sit sicut populus, sic sacerdos.* Doceat itaque coniugatos ne iter ad cælum per vitam religiosam etiamsi perfectiorem rectà ducere putent, si proprij status, obligationum filiorum & familiæ obliuiscantur. Reuocet deuios, vsurarios & impudicos, non posse hac via ad cælum peruenire; hoc ipsum hæc tria docent, sal enim ita cibos condit vt vnicuique saporem suum conseruet. Lux etiam illustrat omnia proprios colores ostendens; ciuitas etiam omnes status & gradus continet, suum vnicuique concedens, aliàs enim si omnes cogeret, in eundem gradum confessio potius quàm ordo diceretur. Præterea si omnia vnum eundémque colorē referrent, nox potius videretur, quàm lumen. Si omnes denique epulæ sal solùm saperent, quis ederet? Hinc inter hæreticos, vbi hæc rerum confusio est vt coniugati concionentur, & cōcionatores vxores ducant, nulla ibi ciuitatis ratio, nullus religionis diuinæ ordo, nulla lux veritatis, nihil salis euangelicæ reperitur, quæ omnia vno cōclusit verbo Paulus, *Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam, &c.* & post omnium per singulos gradus doctrinam, cum sic monet, *In omnibus te ipsum præbe exemplum, &c.* Vnde Christus qui sal mundi fuit, vt ait Hieronymus. *Talis decebat vt esset nobis Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus,* Græcè 25. *Facilitas prælatorum & doctrina copia.* 26.

Actor. 10. 34. *1. Tim. 4. 3.*

Digitized by Google

impollutus est, *amiantos*; res videlicet quæ nequit coinquinari. *Quem Pater sanctificauit, & misit in mundum.* & indicat prius fuisse sanctificatum, quàm mitteretur in mundum, vel quia loquitur de sanctificatione per æternam generationem, quæ ipsa sanctitas est, vel ita loquitur, ait Athanasius [a], ne possemus putare Christum priùs fuisse hominem, ea ratione qua quisque est, sed simul sanctum venisse in mundum: hoc autem factum est vt omnino consummatéque purus ac perfectus crederetur, qui munus agebat prædicandi, & docendi; id Paulus qui, *quæcumque sunt vera, quæcumque pudica*, &c. prædicabat, seipsum in documentum proponit, *quæ vidistis in me, hæc agite*, vt virtutem sibi seruaret, vt notat August. laudem verò ad eorum vtilitatem non renuebat, *si qua laus disciplinæ, hæc cogitate*; sapienter quidem, nam *horum duorum vnum propter seipsum sapientissimè retinebat, alterum propter alios misericordissimè prouidebat*; cupit enim grex in præsule virtutes dignas laude intueri, vita enim auctoritatem tribuit Verbo: sit itaque perfectus ad alios concionator, & rector.

Ioan. 10. 36.

a Lib. de incarnatione Christi, in principio.

Doctrina & opere præluceat.

27. *Exemplo præeat.*

Circa quartum confirmet exemplo Episcopus quod verbo docet, aliàs irriti erunt eius conatus. *Quòd si sal euanuerit*: nam si ei qui Indorum historiam legit, tu eadem narrare velles, fastidium ingenerares; secus verò si quis ab Indiis venit, libenter regustaret eadem, hi enim qui res viderunt, & regiones peragrarunt, meliùs & maiori spiritu res ipsas referunt. Sunt Doctores nostri, vt explicat Zeno Veronensis, illi Angeli, qui dormiente Iacob ascendunt, & descendunt, & ad Indias cælestes adierunt, hi sunt qui immensa spatia cordis ad Deum vsque emensi sunt, hos ausculta, hi enim qui experti sunt spiritualia, maiori spiritu enarrant, quasi qui non mente solùm, sed voluntate & affectu cælestia attigerunt. Præterea si quis vias Toleti, vel Mantuæ, per chartam dedicisset, ô quàm citò erraret: sed errorem puer deprehenderet, & ipsum posset ducere. Ita longa via est doctrinæ, certa & breuis per exempla, vnde Christus tribus rebus, & his elinguis & mutis ministros suos comparat, non voci, non tubæ, sed sali, & luci, & vrbi, quæ tria in se præhabent, quæ cæteris communicant; secus verò fit cùm verbo doctrinæ exempli splendor deficit, ideo in illa verba, *quod crassum erat occidebatis*, ait August. Ne glorientur Episcopi, & concionatores, oues aliquas pulcras & splendidas vita & exemplo inter reliquas habere, fieri enim potest vt viuus quis sit, & alter eiusdem sit homicida, non quia interfecit, se quia potuisset quidem interficere, nisi à Deo prohiberetur. *Non sibi blandiantur, quia ille non est mortuus, & ille viuit, & iste homicida est.* Sicut cùm impudicus castam petulanti oculo aspicit, & cupit, illa quidem casta est, hic verò adulter; ita cùm prælatus malè viuit, etiamsi praua eius documenta nemo subditorum imitetur, homicida dicendus est. *Quomodo cùm lasciuus homo intendit in mulierẽ ad concupiscendum eam, ecce illa casta est, & mæchus est iste.* Quid insuper de eius perfectione dicendum superest, nisi quod lege diuina cautum est, vt irregularitatis pœna puniatur Nazaræus, in cuius conspectu quis mortuus cadat; tibi enim, tibi ô Episcope, quia perfectissimus es, quidquid inordinatum, imperfectum est, ascribitur. Cæterùm etiamsi ad munus istud perfectio requiritur, vt trina illa interrogatio Christi denotat, *Petre amas me*, verumtamen mons altior & sublimior transiliendus superest, vt perfectionem consequaris.

Ezech. 34.

Prauum prælati documentum quanti nocumenti est subditis.

28. *Tres gradus perfectionis.*

Tres enim supersunt diuinæ perfectionis acquirendæ gradus, ex Bernardi doctrina. Primus ille est, cùm gloriam Dei purè & tantummodo quis quærit in omnibus, in eo quidem contentus quòd in eis diuinam explet voluntatem. Quem amorem vt deprehendas discute, inquit Bernardus [b], sitne aliquid quod extra Deum te possit oblectatione aut consolatione pellicere. *Certè quandiu possum ex aliena qualicumque re consolationem vel iucunditatem concipere, nondum audeo dicere dilectum nostrum, intimum ardentissimi amoris sinum tenere.* & Augustinus [c], *Minus te amat qui tecum aliquid amat.* Quis purè & sincerè loquitur sicut illa Esther c. 14. *Domine tu scis quòd nunquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum, vsque in præsentem diem, nisi in te Domine Deus Abraham.* Hæc est solitudo illa, inquit Gregorius [d], quam sibi animæ ædificant in media vrbe, in platea orbis, in mediis ipsis recreationibus quietem ibi & tranquillitatem inueniunt, vnico bono contenti, *vnam petij à Domino, hanc requiram: & nunc quæ est expectatio mea, nonne Dominus?*

b Tract. de interiori domo, c. 69.

c Lib. 10 cõfessio. c. 29.

d Lib. 4. Moral. cap. 28. Iob 3. 14. Ædificant sibi solitudinem. Psalm. 26. 4. Psalm. 38. 8.

Secundus huius perfectionis gradus est quem assignat Bernardus [e], cùm animus videlicet rebus omnibus sepositis nõ se amando in se, sed in Deo, per Deum, & soli Deo, opera virtutis exequitur, sic enim abstractus debet à seipso esse animus, sic à proprio lucro aut delectatione alienus, sic purè & sincerè Deum diligere, vt in his quæ prosperè cedunt, tam in bonis gratiæ, quàm gloriæ vnicum nostrum gaudium & lætitia sita sit,

e Tract. de diligendo Deo cap. 6. & 7.

non

non in nostro lucro, sed quòd in eo diuina adimpletur voluntas, & in nostro opere videtur oblectari, ad instar beatorum mentium, qui semel Deo intimè coniuncti plus gaudent in Dei beneplacito, quàm in gloria ipsa, quæ sibi vtilissima est, sic à nobis est amandus Deus. *Confitemini Domino, quoniam bonus est*, non ait, quoniam mihi bonus est, sicut ille alius, *Confitebitur tibi cùm benefeceris ei*; sed quia Deus est, & infinitus est.

a In sententiis. col. 4. litt. H.

Tertius & vltimus perfectionis gradus, ait Bernardus a, est, *Quando iam quis operatur non vt ipse Deo placeat, sed quia placet ei Deus, vel quia placeat Deo quod operatur, amor iste mons est, & mons Dei excelsus, reuera mons coagulatus, mons pinguis.* O felix anima, quæ ascendit in hunc montem Domini, quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam. Heu mihi, quis posset in hoc exilio mei omnino obliuisci? infelix ego homo quis me laborabit de corpore mortis huius, Domine vim patior, responde pro me: quando Domine omnino mihi moriar, & tibi viuam? *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, quando veniam & apparebo ante faciem Dei. Te enim quodammodo perdere tanquam qui non sis, & omnino non sentire teipsum, & à teipso exinaniri, & penè annullari, cælestis est conuersationis, non humanæ affectionis; cùm apparuerit similes ei erimus*, & tunc quidem *delectabit sanè non tam nostra vel sopita necessitas, vel sortita felicitas, quàm quod eius in nobis & de nobis voluntas adimpleta videbitur, & hoc est intrare in gaudium Domini tui.* 29.

Rom. 7. 24. Isai 38. 14. Psal. 119. 5. Psal. 41. 3. Bernard. tract. de diligendo Deo c. 7.

O amor sanctus & castus! ô dulcis & suauis affectio, pura & defæcata intentio voluntatis: eo certè defæcatior & purior, quo in ea de proprio nihil iam admixtum relinquitur: eo suauior & dulcior, quo totum diuinum est quod sentitur; sic affici deificari est. Sicut enim aquæ gutta in dolium vini missa in vinum transit, non miscetur, sed conuertitur; sic qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo; alioquin quomodo erit *Deus omnia in omnibus, si in homine de homine quidquam supererit?* Certè tu es gloria mea, & exaltans caput meum. *Hæc est in nobis voluntas filij tui, hæc pro nobis oratio ad te Deum patrem suum; volo vt sicut ego & tu vnum sumus, ita & ipsi in nobis vnum sint, vt scilicet ament te propter te, & se non nisi in te. Hic est finis, hæc est consummatio, hæc est perfectio, hæc pax, hoc est gaudium, hoc est silentium in cælo, & gloria in terris. Amen.*

VERBVM PATRIS.
Esther 2. vers. 8.

Cúmque percrebuisset regis imperium, &c. Esther quoque inter cæteras puellas ei tradita est.

Vera Esther, vera etiam pulcritudo, humana & carnali repudiata summo Deo ducitur præsentanda: creatur Regina, & prima inter formosas, virgo & mater Dei mente & ventre constituitur, laudatur.

DISCVRSVS XCVII.

1\.

Pulcritudo laudatur.

INTER sapientiæ humanæ præceptores, atque inter Doctores diuinos in exornando eximio & singulari pulcritudinis dono, ingentem & laudis magnam dicendi inuenio contentionem. Nam si Trismegistus *secundum humanorum donorum* appellauit, Augustinus asserit secundum locum proximè tenere post supernaturalia & diuina. Et si Aristoteles formam pulcram *litteras commendatitias* nuncupauit, Ambrosius *transsumptam ex diuina origine imaginem* vocat. Quòd si Plutarchus *flores virtutis* inscribit, (*es mate de la gracia*) D. Chrysostomus *emblema gratiæ* appellandam censuit, quam vt ego contentionem componam, obiectum assero esse summæ felicitatis, non creaturæ tantùm, sed summi creatoris; siquidem Angelorum, homi-

Dei pulcritudo obiectum summæ felicitatis.

num, & ipsius Dei beatitudo consistit in diuinæ pulcritudinis contemplatione. Quale igitur putas illud donum esse, in cuius contemplatione summa beatitudo consistit? Sed ô ad malum incitantem pulcritudinem; nam sicut diuina pulcritudo * à bonitatis fonte originem ducit; sic superbia dæmonis, inuidiæ liuor, peccati turpitudo ab humana pulcritudine dimanarunt. Cùm sola Dei pulcritudo primam cathedram in cælo teneret, in cuius admiratione omnes Angeli assisterent, & ab eo quasi à magistro diuinas illuminationes reciperent, eorum vnus fuit reliquis causa peccandi, suæ enim pulcritudinis specie in superbiam elatus, & de Verbi incarnandi decore inuidiæ stimulis agitatus primatum decoris tenere, & quasi Deus fieri præsumpsit. Ideo per Ezechielem ipse se iactabat:

Humana pulcritudo periculosa.

* Tertulli. lib. de cultu fœminarum c. 1 D. Dionys. Areopagita de diuinis nominibus. D. Thom. 1. p. q. 63. art. 3. in corpore.

Decor Luciferi fuit ei occasio peccandi.

* De dæmone interpretantur Gregor lib. 13. Moral. c. 18. alias 24. & 25. Tertul. lib. 2. contra Marcion. c. 10. Origen. lib. 1. periarch. c. 5.

a Lib. 3 pædagogi. c. 1.

bat *: *Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris, cum sis homo, & non Deus*; decor autem tuus, vtpote creatus, tibi fuit occasio peccandi. *& eleuatum est cor tuum in decore tuo*, quia cum merita & requisita ad cathedram non haberet, per negotiationem nititur obtinere: *in multitudine negotiationis tua repleta sunt interiora tua iniquitate.* Hinc effectum est, ait Alexandrinus Clemens [a], *et Angeli, qui Dei reliquerunt pulcritudinem, propter pulcritudinem quæ flaccescit, è cœlo in terram ceciderunt. perdieron la cathedra por hacer oposicion a la hermosura diuina.* In terris

2. autem, & in Ecclesiæ academia, cùm videret Deus homines *pulcritudinis studium habentes*, sicut asserit Ecclesiasticus cap. 44. hoc est, internæ virtutis, & honestatis studiosos, interni decoris & veræ pulcritudinis adipiscendæ cathedram, & magistram eius instituit, quam Salomon sapientiam vocat; nos verò sapientiæ matrem Mariam virginem declaramus. Ne tamen gratis hanc supremam cathedram obtinuisse Deipara diceretur, voluit mundi rector, vt secundùm academiæ leges actiones omnes ederet, quæ peti solent à certis humanæ sapientiæ candidatis. Nam vt constitit cathedram per primam mulierem vacasse, & a vera pulcritudine desciuisse, certabant sæcula, quódnam eorum ortu huius pulcræ puellæ decoraretur. Vix serpens antiquus edictis palam positis rem cognouit, quando veræ Mariæ pulcritudini spirituali caducam, fallacem opposuit. Virgo tamen in templi penetralibus abscondita dies silentij & clausuræ, vt aiunt, obseruauit, quibus peractis nullis subornatis suffragiis, sed Spiritus sancti donis instructa ostentationis lectionem diuinis documentis plenam prælegit, nullo refragante (vno dæmone excepto) cathedram ascendit honestatis magistra, victoriam omnes decantantes fœminæ comitantur; vna tamen inter omnes sic exclamat: *Beatus venter qui te portauit, & vbera, quæ suxisti.* Christus autem Dominus quasi cancellarius, & supremus veræ pulcritudinis decanus vocem mulieris quasi corrigens ait, quin imò lauda internum animi decorem, cuius arbiter Deus est, & in verbi Dei auditione, & operatione consistit: *quin imo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.*

Maria sapientia mater & pulcritudinis fundã.

PARTES DISCVRSVS.

1. Vacante de la cathedra. 2. pusieron se editos 3. pareciendo la Virgen desistio la humana hermosura. 4. guardo clausura. 5. leyo leccion de ostitacion. 6. no le falto voto ni aclamaciõ de hombres y mugeres rendidas a su belleza y sobre todo el Espiritu sancto la alaba premia y corona.

Venit iam intelligenda historia prudentissimæ Esther, in qua etiamsi videatur humana pulcritudo diuinæ quodammodo sese opponere, & primas ferre velle; diuinus tamen Spiritus summæ pulcritudinis Mariæ victoriam, & laudem primis quasi lineamentis adumbrauit.

Historia Esther Mariæ sanctissimæ aptatur.

3. Primò igitur consideranda est repulsa, quam passa est Vasthi regina, quæ cathedram pulcritudinis, & sedem reginæ moderabatur, vt statim videamus, quàm fallax sit gratia, quàm vana pulcritudo, quæ ornatur, vt alteri, quàm Deo placeat, quamque felix illa, quæ immortali regi sistitur, & dicatur. Rogo enim quánam de causa Vasthi reginam de sede, & corona deponit Assuerus? quia renuit etiam vocata venire ad conuiuium? imò ob hoc maximè laudanda, inquit Iosephus [b], custodire enim voluit Persarum leges, quæ ab alienis videri vxores prohibebant. Duas huius rei afferam causas; prima, quia forte iam Assuero regi fastidio erat domestica vxoris pulcritudo, mortales enim tædet facilè illarum rerum, quas possident, etiamsi auidissimè antè expetiuerint,

Felix pulcritudo quæ soli Deo colitur, Soli consecratur.

b Lib. 11. c. 6. antiquitatum.

Citò est fastidio humana forma.

vt exemplis planum fiet. Quis enim non miretur subitam illam Ammonis mutationem de tam insano amore ad tam repentinum & acerrimum odium? Diligebat hic filius Dauid natu primus sororem suam Thamar, qui cùm turpem passionem aperire non auderet, macie & pallore conficiebatur. Videt auunculus, & non corporis, sed animi ægritudinem esse suspicatus, seorsim alloquens illum, curas vt omnes sibi aperiat, persuadet. Quid est ô fili, quia te quotidie graciliorem reddi, & macie confici video? *Quare sic attenuaris macie per singulos dies fili regis? Principe cuya salud importa mucho decidme vuestro cuidado?* Fateor mi Domine, inquit, ardere sororis amore, sicque eius addictus sum cupiditati, vt, cùm nullum induciarum tempus, nullum tanti amoris remedium sperem, mortem ego libentissimè oppetam, nec magnum me dixisse putes, tanta est eius forma, tanto amore digna pulcritudo. Itáne possibile est (ait auunculus) tanti facias pulcritudinem fœminæ, vt in eius tantùm desiderio vita principis periclitetur? igitur de remedio agamus, superentur difficilia, quæ occurrunt, non leuia, dum viuat princeps qui tanto desiderio ad mortem vsque deflagrat. Fit ita, gaudet expetita pulcritudine, & è vestigio (ô res noua!) subitò (ait Spiritus sanctus) feruens ille amor ita in odium mutatus est, vt in instanti plus odij conceperit, quàm multis antè diebus amorem cum desiderio reposuerat: *exosam eam habuit, ita vt maius esset odium, quo oderat eam, amore, quo antea dilexerat.* Libeat super hac re tantisper ratiocinari, amor bonum aliquod in re amata prærequirit, & respicit, & eximius amor eximiam postulat bonitatem. Sicut è contrario odium, vt multum sit, multa execranda videt, & odio digna; si igitur tantum bonum in sorore pulcra paulo antè te in amorem ardentissimum rapuit, quod fuit malum tam graue, tam subitum, & execrandum, quod cor tuum in instantaneum odium, & infinitum traduxit? Nihil vtique habet noui pulcritudo sororis apud fratrem, nisi quia iam sua est, & quam expetiuit, iam possidet. Hoc tantum vilescere facit pretiosas merces, nostras esse, tenere optata, possidere desiderata. O nostra fragilitas, quàm citò satiaris tuis, quia tua sunt. Videas iuuenem puellam adamare, in vxorem ambire, & contra ius fásque ducere, & in eius amore insanire, & repentè, & è vestigio, ait Emissenus [a], *fit proditor castitatis, qui legitimum cubile transgreditur, & extra coniugem suam per mortiferos errat amplexus, reus æternæ mortis.* Quid noui accidit vxoris pulcritudini? nihil nisi meam esse; & quid habet aliena præ tua vxore? nihil nisi alienam esse. O misera mortalium conditio! ideo pauperes sumus, quia diuites; ideo sine dignitatibus, quia iam obtinemus dignitates; ideo ignari, quia multa iam scimus, & quia scimus, quia possidemus, vilescunt nostra? Pateat exemplo non aliunde, quàm ex hac historia petito. *Cuncti serui regis, qui versabantur ante fores palatij, flectebant genua, & adorabant Aman.* Adde *multitudinem diuitiarum suarum*, &, quod maius est, *filiorum turbam*; adde regi gratiosum esse, *quanta eum gloria super omnes principes & seruos rex eleuasset.* Quid vltrà? *Regina quoque Esther nullum alium vocauit ad conuiuium cum rege præter me, apud quam etiam cras cum*

Adulterij causa aliqua.

a. lib. Reg. c. 13.

a. Reg. 13. 4.

4.

Vilescũt apud homines sua quia sua sunt.

a Ser. de bono latrone.

5.

Simile ex sacra Scriptura.

Nihil habere putat qui aliquo caret. *cum rege pransurus sum*; deest aliquid? omnia. *Cum hac omnia habeam, nihil me habere puto, quandiu non videro Mardochæum genu flectere.* Quare nihil habes? quia habeo omnia, ideo apud me vilescunt, quia apud me sunt, & leuissima res apud me tantum ponderis habet, quia careo illa, ideo vilescunt quæ audio, quia scio illa; ideo non exsatiant appetitú mea, quia mea sunt. Ideo igitur Artaxerxes imperat vt quærantur virgines pulcræ, quia licèt habeat pulcram domi Vasthi reginam, ideo odit, quia habet, & quia sua est.

6. *Vilescit humana forma virtute non honestata.* Sit secunda causa repellendi Vasthi reginam, vt iamiam ostenderetur in oculis Dei vilescere pulcritudinem carnis gentilem, aliarum virtutum splendore non honestatam; ponat igitur coronam, desistat ab ambitione cathedræ, & licèt coronam gerat, maneat in gloria, & obscura, vt decor Mariæ sanctissimæ solus inter fœminas primatum teneat, sentiat iam mundus, & quodammodo experiatur, quod iudicium passura sit humana species, mendacij mater, & vitiorum origo. Nam, vt inquit Isai. 2. *Dies Domini veniet super omne quod visu pulcrum est.* Quid tibi Domine cum forma, quam tu formasti? quid cum pulcritudine, quam tu finxisti? pulcra vis in iudicium vocare? nónne satius erit & æquius tot obscœna, tot carnis contagia, quibus tam viri, quàm fœminæ deturpantur, punire? voca adulteros, voca omni flagitio, & petulantia plenos iuuenculos. minimè; sed *quod pulcrum oculis est*; quare? an quia laqueum parat peccandi, & præcipitia honoris, impudica forma, & inhonesta species? nequaquàm, inquit S. Petrus Damianus, sed quia fallax, sed quia peccata, quæ facit, pulcra tegit facie, sed quia quod causa honestè viuendi erat, peccandi occasio factum est: *Quia diuini pondere iudicij premitur ille, qui intrinsecus quidem vitiorum ingruentium deformitate confunditur; foris autem quadam adumbrata virtutis, vel potiùs honestatis pulcritudine pellicitur.* Hoc enim est sicut Adam pactum transgredi, ideo nempe peccare, quia pomum pulcrum est, & barbarum scelus Holofernis militibus persimile, qui ideo afferunt expugnandam Bethuliam, quia mulieres ibi pulcræ sunt, imò quia pulcræ, colendæ, indulgendæ, & venerandæ forent. peccare, quia pulcra est? insanire eius amore, quia pulcra est? deponatur ergo ex hac die carnalis pulcritudo, qua sic abutuntur mortales, fugiat auroram, fugiat Mariam, quæ iam sub Esther reginæ nomine, & specie affulget mundo. Quare ait Clemens Alexandrinus [a]: *Hæc vna Esther Mariam meliùs præfigurauit, solam Esther iustè inuenimus ornatam, mysticè ornabatur mulier regi suo (Christo) sed eius pulcritudo inuenitur pretium, quo liberatus fuit populus qui interficiebatur.*

Quare destruit Deus contra ea quæ pulcra sunt.

S. P. Damianus epist. 3. c. 7.

Exploditur humana pulcritudo qua abutuntur mortales.

a 3. lib. Pædagogi. c. 2.

7. Vacante iam reginæ sede, edicto regis Assueri quæruntur virgines, quæ certent tam de pulcritudine, quàm de regno. Vide iam in Assuero Deum Patrem, sicut in Esther iam contemplamur Mariam; nam licèt quadringentas numero adducere virgines, vt ait Iosephus, vt vna ex omnibus eligeretur, vt vxoris nomen indueret, barbarum erat, & luxu plenum, nam vt ait grauis Doctor *: *Non fiebat posteritatis dilectione, sed luxuriæ causa.* Cæterùm vacare mysterio non puto, nam non est inconueniens (inquit Augustinus) facta quæ culpa non vacant, & personas etiam mysteria sacra præfigurare, si in vtrisque paritas & analogia sit, quod ipse perspicuo exemplo declarat. Quid enim mea interest cùm volo aliquid legendo cognoscere vtrùm ex minio reperiam scriptos nigros Æthiopes, & ex atramento candidos gallos? veruntamen si non scripturam, sed picturam talem viderem, sine dubitatione reprehenderem; ita in factis hominum quæ ad imitandum vitandumve proponuntur, magni interest bonane an mala sint, secus autem quæ ad significandum scribuntur. Ita Augustinus [a]. Ille igitur Rex Patrem æternum, ista felix Esther * Mariam sanctissimam adumbrat. Quare ergo tot adducebantur fœminæ, an quia virgo nobilis, & speciosa, virtutibus cohonestata, donum est non rege solùm, sed Deo dignum, & quia qui vnam amiserat fœminam quasi drachmam, & pretiosam margaritam euerrit domum, & inter tot quærit vnicam, ac denique quia figura erat æterni Patris, qui vnico filio suo electo ex millibus, vnicam electam ex millibus conquirebat, vt in matrem & sponsam coaptata mente verbum & ventre conciperet, & vtroque modo Dei mater filiorum Dei pariter efficeretur. Hic præsentationis fœminarum dies festiuissimus erat; postquam enim ad nubilem ætatem perueniebat puella, viro suo tradebatur, inque eius domum referebatur omnium aliarum cumulata laudibus, & epithalamiis celebrata. Hoc enim plangebat Ieremias, *virgines eius non sunt lamentatæ*, legunt alij *laudatæ*, hoc est, non peruenerunt ad præsentationis diem, defecerunt filij, atque adeò populi reparatio. Plangebant sæcula se iam filiorum Dei sobole priuata esse, nam hi non ex voluptate carnis, sed ex Deo nascuntur, filiæque, hoc est, sanctæ animæ verbo diuino non imbuebantur, neque grauidabantur. At hodierna dies fert iam præsentandam Deo Virginē Verbo verbum concepturam, vt non solùm mater efficiatur filij Dei ventre, sed mente, & omnium mater esse mereatur. Quare cùm in epithalamio laudaretur vt beata, quia filium Dei ventre portauit, Rex diuinus aliam attexuit laudem, nempe verbum Dei audiuisse, & custodiisse, vt sic matrem filiorum Dei futuram prædicaret.

Assuerus æternum Patrem, Esther Mariam apprimè & sine inconuenienti adumbrant.

* Bellarm. lib. 1. de matrimon. c. 11.

a Lib. 22. cōtra Faustum c. 83.

* Sic sancti Doctores apud Patrē Canisiū lib. 2. de B. Virgine c. 2. & c. 13. lib. 5. Delrius Marianis floridis panegyrico in festo Assumptionis.

Præsentatio Mariæ in remedium sæculorum.

8. Sed instat iam lex, quæ abscondere se & clausam esse virginē iubet; quis enim putet palmam ablaturam, & cathedrā pulcritudinis merituram, quæ non abdit se, & fugit humanos oculos? id ostendit exquisita illa cura, qua adductæ virgines eunucho regis (hoc est, œconomo palatij & aulæ) tradebantur, qui per integrum annum obseruabat, colebat, mundum muliebrem præparabat, & partes suas, hoc est, quæ ad cibum, vestitū, & cultū spectabant, ac denique fucos, monilia, ancillas speciosas, & spectabiles prouidebat, potuit meritò admirari ille, qui aiebat: *Negotij quantum in muliere vna estque noctes diesque omni ætate semper ornantur, lauantur, poliuntur.* Super omnē autem ornatū clausas esse æstimabatur, & meritò; quid enim est securitatis & pretij in fœmina, quæ ornatur, vt omniū pateat oculis, & suspiriis iuuenū intuentium? Multa in hanc rem à sanctis Patribus dicta, excipe tamen hæc ab ipsa sacra pagina. *Si exurgat aduersùm me prælium, & aquæ multæ, non poterunt extinguere charitatem meam.* Cur te iactas, fœmina cùm sis? vnde tibi securitatem promittis? *quoniam abscondit me in tabernaculo suo.* Et quid habet tabernaculum? *vt*

Custodia virginum necessaria ad laudem & honestatem.

Plautus. Quanti negotij est in colenda & ornanda fœmina.

Psal. 26. 5.

 videam

videam voluntatem Domini. August. legit, *delectationem Domini, & visitem templum eius. la primera diligencia para tener me segura fue poner mi bien mi amor mis deleytes de las puertas a dentro.*

Domi præparentur multa ad delectationem vt libenter domi esse velit fœmina.

Sicut passerculo eo ipso quòd vinculis traditur, cibaria ab intus præparantur. Hoc ipsa sponsa dixerat: *Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem*, id est, multis me modis in suum impulit amorem. *vn exercito de inuentiones de amor me represento*; amet enim opus est maritus vxorem domi, & præparet illi mundum muliebrem, & partes suas, cibum & ornatum, qui fidelem vxorem desiderat, vt possit insuper clausam tenere, & securam, exemplo Dei matris, cuius securitatem videtur S. Iob descripsisse *cap. 11.* paruula tibi videtur diuina puella, *sed tamen excelsior cælo est, profundior inferno, longior terra, latior mari.*

Securitas Virginis cuius formam fœmina domi se contineant.

Excelsior cælo & altior, nam altam rem dicimus, quæ melior & pulcrior est. *en el oro decimos que*
9. *ay altos y subidos quilates.* Sic Virgo celsior cælo est, quia altior est Angelis, & maius sub Deo nihil queat intelligi.

Omnes transcendit dimensiones perfectissima Virgo.

Quare ea die, qua datæ sunt ei alæ aquilæ in Apocalypsi, vt volaret in desertum, pernicissimè volasse vidit Ioannes; omne enim, quod Deus non est, transgreditur in desertum, vbi nulla creaturarum est, neque hoc ignorant deuotæ vetulæ, dum illi decies salutationem repetunt, vt contemplentur ita eminentem & altam, vt omnes Angelorum nouem ordines transcendat. *Profundior inferno*, quoniam ad abyssum humilitatis, imò ad nihil per demissionem animi descenderit, ex qua quasi profunda abysso emergens canit: *Magnificat anima mea Dominum, de me nihil habeo, nisi quia cum essem paruula, placui Altissimo.* Latitudinem & longitudinem quis non videt in illa, quæ excepit ventre Deum, & in muris suis omnes generationes continet, sicut Hierusalem?

Custodia virginum maior.

nónne satis secura per gratiam videtur puella? at quia virgo, quia pulcra, quia sancta, quia denique fœmina templum penetrat, & maior ei custodia adhibenda videtur cælesti sponso, qui ait,

Cant. 8.

Soror nostra paruula est, & vbera non habet, quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est. la gratiosa y diuina niña es pequeña, no tiene aun pechos con que joyas y aderezos la adornaremos para que mejor le parezca a su esposo? Sibiipsi respondet Sapientia. *Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea.* Si ad obsecrationes, munuscula, litteras, carmina quasi murus respondit, hoc est, non magis respondit, quàm murus respondet militibus, si ita est, gratum illi erit custodiam, & cautelam addere, & munimina

Quanto studio custodienda mulier.

10. maiora honestatis adhibere: *ædificemus ei propugnacula*; sin verò quasi ostium est, per quod alienis aditus facilè patet, *compingamus illud tabulis cedrinis*, hoc est, occludendæ erunt fores non alia ligni materia, quàm cedro, quæ bonum mittit odorem; bonus enim odor vel malus, fama (inquam) bona, vel mala fœminarum per ostium & fenestras foras prodit, ideo cedrinæ sint, id est, bonæ famæ. *Filiæ tibi sunt,* (monet Ecclesiasticus cap. 42.) *custodi corpus ipsarum, & super filiam luxuriosam confirma custodiam, ne fortè faciat te in opprobrium venire inimicis tuis, & confundat te in multitudine populi.* Dices tamen, hac opus erit custodia, vt Augustus Cæsar suam Iuliam petulantem custodiat: at Mariam quid opus est custodire? imò potiùs quia pulcrior, quia sancta, & quia virgo est, omni custodia & studio sibi cauere debet.

Cautior Virgo sanctissima omnibus aliis virginibus.

Pro quo obserua nullibi in Cantico Canticorum pulcritudinis Mariæ (vt exponit Rupertus) mentionem fieri, vbi non statim arma, belli strepitus, & voces custodientium eam exaudiantur, mentio fit de lectulo & de pulcritudine eius: *pulcra es amica mea, lectulus noster floridus*, statim domus regia, & munitissima describitur. *Tigna domorum nostrarum cedrina*, quasi per synecdochem dicat, nemo putet sibi patere ingressum. *es vn alcaçar, pulcra es amica mea inter filias: sed sicut lilium inter spinas*, vallata vndique. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto*, statim classicum ca-
nit, *Quid videbitis in Sulamite, nisi choros castrorum, en lectulum Salomonis. esta es la litera a* 11.
qui va la reyna. ita est; cæterùm eius pulcritudo non est cuiuis obuia, & concessa. *Sexaginta fortes ambiunt, omnes tenentes gladios, &c. pulcra es amica mea, & suauis.* ita est Domine, sed etiam *terribilis vt castrorum acies ordinata.*

Virgo inaccessa & custodita debet esse.

Quare vt intelligatur virginem esse quæ clausa est, Hebraicè hoc nomine designatur, vt omninò inaccessa esse credatur. quod vt persuadeam, sensus videtur litteralis illorum verborum Prou. 30. 18. vbi Sapiens per parabolam sapientissime de mulierum custodia agit: *Quatuor sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro, viam aquilæ in cælo, & viam colubri super petram, & viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia, talis est via mulieris adulteræ.*

Confirmatur ex sacra Scriptura.

Legendum est, vt bene Iansenius notauit, *viam viri in adolescentula*, & sensus erit de adolescente, *viri*, (*vno de los estirados del lugar*) *adolescentula* intelligitur virgo clausa. Hic ergo virginem sic custoditam omni studio decipere contendit; huius ergo audaciam admiratus Sapiens videtur eum comparare *aquilæ, colubro, & naui*, & ait, *quatuor sunt mihi difficilia*, id est, mirabilia quippe sunt hæc tria, sed quartum non minùs admirare nequeo, ac reliqua; rem enim prætendit magis arduam quàm aquilam, graue cùm sit animal, sublimia petere, & serpentem repere non humi, sed in excelsam turrim, & lignum fragile altum, adire mare sine remis, & velis; in quo autem difficultas sit, ipsæ ostendunt res, quæ in hoc conueniunt, quòd nullum relinquunt viæ vestigium; quare ait Salomon, tale aliquod facinus aggreditur iuuenis, qui virginem clausam se as-
sequi posse autumat, quia & viam aggreditur 12.
perdifficilem, & admirabilem, & in qua oportet, vt nullum itineris vestigium cerni possit; ex eo enim maximum vtrique periculum imminet ipsi, si comprehendatur in laqueo, sicut aquila; in foramine, sicut serpens; vel vt nauis in medio mari amisso clauo, *ay gran peligro en que este embarcado ya en el mal hecho y sin poder salir se a tierra.* Videas quam vocat clausam illam, videlicet, quam neque aquilæ volantes in fenestra viderent. Vnde optimè subdit: *talis est via mulieris adulteræ, tal es el atreuimiento y jornada de estas verdes y mal miradas, quæ comedit & tergit os suum, dicit, non sum operata malum*; putat enim etiam patrati sceleris occultare vestigia, sed & hoc mirabile est, imò impossibile.

Hebraicè virgo & clausa idem sunt.

Quomodo vocatur virgo sic clausa? clausa; quomodo vocatur sic clausa? virgo; quia vt credatur virgo, sic clausa debet esse, quòd si non sit clausa, cathedram pulcritudinis non poterit obtinere.

Sed

Sed iam opus est, vt suam sapientiam ostentet, ne pulcra & fatua putetur: legat igitur, quæ forte obuenerunt puncta, & verba Platonis, qui in symposio de pulcritudine agens veram animi speciem describit: *Pulcritudo est circulus diuinæ lucis à bono manans, in bono residens, per bonum procedens, & ad bonum sempiternè reflexus.*

13. *Virgo ab origine sua sine labe concepta.*

A bono manans. Origo eius in bono fuit, atque adeò pulcerrima; Deus enim pulcritudo integra est, igitur ab illa integrè pura manauit, & sicut Deus in eodem instanti æternitatis habet esse, & esse bonum & pulcrum; sic Virgo in instanti temporis, in quo esse à Deo accepit, esse bonum, & summam pulcritudinem hausit à purissimo, & limpidissimo fonte, vnde riuulus iste manabat. Quare in eodem instanti duæ in ea consenserunt pulcritudines in eminentissimo gradu, corporis nempe, & animæ; quis enim incomparabilem decorem trahere poterat præter illam, quæ gratiæ fonti propior omnibus erat. Dicat ipsa Dei Sapientia Cant. 2. *Ecce tu pulcra es proxima mea*, sic legunt Septuaginta, cui illa: *Ecce tu pulcer es dilecte mi.* Circa quæ verba Origenes [a] rogat, quare verba ipsa amatoria & laudes istæ sint inæquales, cùm in amore persimiles sint; quare non illa proximum vocat amantem? mysterium igitur est; quia bonitas creaturæ in eo consistit, vt Deo assistens proximior sit illi, à quo bonitatem accipit: at cùm bonitas creatoris sit omninò independens à creatura, ideo non proximus, sed dilectus appellatur, & quia Virgo proximior est Deo, ideo pulcrior & purior omni labe à filio præuenta, nam quod in reliquis abluit Baptismi aqua, in Virgine bonum ipsum, & bonitatis fons non lauit, sed præseruauit; quare etiamsi post tot progenitores constituatur, illorum malum non hausit, quia *à bono manans*, & quia licèt ordine executionis ab illis parentibus genita videatur; ordine tamen electionis ab illo puro fonte dimanat, *à bono manans.* Ecce fœminæ quid de Virginis conceptione in vestram vtilitatem decerpere deberis, vt nempe priùs de animæ pulcritudine agatis. *Pulcritudo enim optima* (ait Clem. Alex. [b]) *primum est pulcritudo animæ, vt sæpe significauimus, quando fuerit anima ornata sancto Spiritu, & iis quæ ab eo oriuntur inspirata latitiis, iustitia, fortitudine, temperantia, bonorum amore, & pudore.*

Bis pulcra Maria ab initio.

a Hom. 3. in Cant.

14. Quæ priùs tantùm speciosa in mulieribus dicta est, nunc vt proxima speciosa dicitur ex ipso sine dubio spōso splendorem decoris accipiens.

Prius à Deo puritatē, quā à parentibus labem hausit.

b Lib. 3. Pædagog.

15. *In bono residens.* Nam pulcritudo Virginis semper in Deo fuit tanquam in immuni loco permanens, quod clariùs Laurentius Iustinianus [c]: *Nullus sanctorum, aut Angelorum ex vi suæ primæ sanctificationis consecutus est hoc donum, vt ex vi illius gratiæ non peccaret, sola Virgo vnica fuit*; quia neque illam fomes peccati ad peccatum vrgebat, nec vlla carnis rebellio à puritate amouebat, nec passionem æstus & tyrannides retardabant, sed semper in bono residebat. Difficilem autem hanc prærogatiuam verbis & exemplis exponam. D. Dionysius ait [d]: *Deus, qui omnibus adest, ipsi autem non omnia adsunt, adsumus autem ei, cùm castissimis precibus eum inuocamus.* Circa quæ verba difficultas est, qui fieri potest, vt ego iuxta pulpitum istud sim, illud autem iuxta me non sit? Clariùs, qua ratione intelligi potest aliquem ob crimen aliquod esse in loco sacro, & immuni; locus autem non sit iuxta illum? Respondeo non tollere D. Dionysium præsentiam Dei in rebus, sed tollit præsentiam earum in Deo per gratiam. *Esta cerca Dios de ellas por presencia, estan ellas lexos de Dios por desgracia y asi el remedio sera orar y tratar con Dios con casta assistencia a el sucede lo que dize David: Accedite ad eum, & illuminamini.* Pateat hoc exemplis, primum sit Nazianzeni [a], fecerat Deus gratiam vitæ vxori Loth, & cùm iam prope sacrum, & immunem locum esset, quàm facilè amisit gratiam sola oculorum conuersione & voluntatis. *Salio se de sagrado, y cojole la iusticia de Dios y que do hecho escarmiento de los que se apartan del bien. Salis columna conuersionem ad vitium damnans, deque triumphum agens. Cojiola la iusticia y puso la por escarmiento en la horca.* Similiter Ezech. 16. decorauit & ornauit sponsam suam Deus omni monili, & lapide pretioso, quæ si in sacro loco, hoc est, in Dei amore persisteret, suam formam & diuitias conseruaret; at statim ac recessit à bono captiua ducta est. Sicut etiam Galatæ, ad quos Paulus, *Qui cum spiritu cœpistis, nunc carne consummamini.* Non sic Iob: *Iustificationem, quam cœpi, non deseram.* Quapropter mulier illa fortis, quam laudat spiritus, cùm se cælestibus donis, & amore viri sui dotatam videt, in Deo diu permanere statuit: *& sic in Sion firmata sum, & in plenitudine sanctorum detentio mea*; plenitudo significat palàm annuli lapide pretioso plenam. *En gastare me en el templo de mi Dios como piedra en el anillo.* Quis inde me detrahet? *detentio mea.* Et tu prophana fœmina in quo detineris? in speculo pellem istam externam colens, & fucatis coloribus depingens. O tigris fœmina pardi, quam venatores coram eius facie posito speculo capiunt, & filio surripiunt, & (vt ait Plinius) crudelis est, nam cùm propter variam pellem cætera fera animantia ad illam accedant, vnguibus dilacerat illa, vt omnino fœminei decoris conditionem exprimat, *propter cuius speciem multi perierunt.* Peribis, inquam, & tu propter speciem tuam, sicut crudelis Iezabel; vera enim pulcritudo non à speculo, sed à Deo mutuanda & expetenda est. Itaque nos in Deo residere debemus, vt ipse in nobis resideat; residet enim in aliquibus, sicut hospes vnius noctis, vel sicut in domo, quæ quotannis locatur, quam ante impletum annum iam venit lustrare, & videre qui vult locare in sequentem annum. Vnde intelligemus verba Matthæi agentis de illo dæmoniaco, qui ait, *inuenisse domum vacantem.* Quid ais Domine vacantem? potest esse sine Domino anima? minimè vtique, quia vel inhabitatur à Deo, aut à dæmone. Quomodo ergo dicis *vacantem*? ideo vacuam hospite dicit, quia licèt Deus erat in illo; sic tamen quasi crastina die iturus, & quasi transeundo. Ex quo etiam verba Saluatoris percipiemus, & illam aduersantem vocem, qua correxit mulierem: *quinimò beati*, &c. quasi diceret, considera meliùs quid dicas bona fœmina, laudas matrem meam, quòd in ventre eius manserim, ostendam ego tibi veram laudem eius; nam vbera lactant puerum certis mensibus, nouem item numerantur menses, in quibus fœtus in vtero gestatur, quibus expletis depositum illud non custodit, & vbera arescunt, quare beatitudinis nomen non meretur, quæ in sempiternum non durat, neque beata anima, quæ in Deo non residet; igitur licèt felix fuit mater mea, eo quòd ventre me

c De natura Virginis.

Nullo modo impugnata Virgo.

d Lib. de diuinis nominibus cap. 3. circa principium.

Semper in Deo præsens & residens erat.

a Orat. 1. contra Iulianum.

Exemplo sacra Scriptura probatur.

16.

Gal. 3. 3.

Cap. 27. 6.

Prophana fœmina non in Deo, sed in celendo se, detinent.

Perseuerandū in gratia.

Cap. 12.

Gratia conseruanda.

me continuit, & vbere lactauit; beatior tamen illa, quia me verbo & gratia in sempiternum continet, conseruat, *& in bono residet* *. Vt igitur sit beata anima, non primam beatitudinem limitatam imitetur, sed secundam, hoc est, bonum concipiat, & custodiat, sedeat in Dei gratia, & in ea resideat, hoc est enim quod dicit, *in bono residens.*

* Beda. Sed inde multo beatior, quia eiusdẽ semper amandi custos manebat æterna, in Luc. 11. lib. 4. cap. 49.

17. *Per bonum procedens*; non enim sat est in Deo esse, sed inde magnos progressus facere, & ire de virtute in virtutem. In primis enim pulcritudo Virginis in his progressibus maximè eluxit, & ideo suauissima, & gratissima Deo Patri extitit. Exultant valde parentes nato filio, quia natus est homo in mundum, sed non vltrà procedit amor, imò cum formidine gaudent, & de informi creatura & imbecilla; sed cùm puer ocellos aperit, & in matrem collimat, manus & brachiola in patrem suum auidissimè extendit, quando iam balba lingua Abba sæpissimè profert, cùm parentem adit, accurrit ad matrem, amplexatur, & osculatur, tunc maxima alacritate afficiuntur parentes; *Quando el niño haze quatro monerias y dice quatro palabras con sal y comiença a haçer retorno del amor y a semejarse mas a sus padres de quien es imagen alli es el contento de los que le engendraron.* Tunc crescit amor in parente, feruet in matre, quia imaginem suam amoris debitum persoluere vident. Verùm equidem, fratres, gaudium esse in cælo, cùm peccator nascitur ad gratiam lætatur Ecclesia, amatur à Deo, sed in his est virtus tarda, puerilis, debilis, & veluti fasciis inuoluta & ligata, nec sine formidine gaudent nutricij confessores. Sanctitatis verò progressus, nœniæ, facetiæ puellares à primo instanti conceptionis in Maria sanctissima cœperant, intellectu, oculis, voluntate, in Deum collineauit, & ad Patrem conuersa anima enunciauit: *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.* Nunc autem cùm iam ad patrem accurrit, templa petit, domum matris obliuiscitur, cùm iam debitum virginalis voti, & amoris solutura præcurrit, quos putas amores excitauit in Deo, quos charitatis ignes, quos amplexus, quæ pietatis viscera experta est, ex tunc non gratiosa, sed suauis cœpit esse, inde pulcri gressus filiæ principis cœperunt; quomodo autem tales progressus efficere potuerit videamus. Nam cùm ab infantia cœperit, quomodo non magnos in sanctitate progressus efficeret? ideo interest multũ à prima ætatula pueros Deo præsentare. Quod in margaritis ponderauit Chrysostomus, nam illæ quas multo mane sol oriens generat, candore, vt ait Plinius [a], magnitudine, orbe, læuore, pondere eminent; at verò, quas nox coagulat, nigriores, pallidiores, & minores esse reperies. Sic quando à materno gremio citò coram Deo sistit puella, & adolescens diuino se mancipat cultui, conuersionem suam ostendit cælesti lumine & inspiratione factam, quare isti clariores sunt, & illustriores. Has margaritas vocat Plinius, *non promptis rebus*, quasi diceret, raræ & cum omnibus his dotibus inueniuntur margaritæ. *raras y pocas y preciosas las almas que desde luego siruen a Dios.* At quæ serò veniunt conuersiones nebulosæ, tristes, sine consultatione, statimque de pretio, de proposito, ac de perseuerantia dubitatur, fortassis tristabitur de diuitiarum abdicatione, sicut adolescens ille, *qui abiit tristis*, magnos isti possunt,

A gratia ad bona opera procedere debemus.
Simile.
Gratissima Deo præsentatio Mariæ.
18. *Quales amores excitauit in Deo Mariæ præsentatio.*
Puerorũ educatio à prima ætate.
a Lib. 9. cap. 35.
Matura conuersio Deo gratior.

sed rarò magnos efficiunt progressus; habent enim se sicut optimates regni, quorum quidam nacti sunt parentem modestum, & temperatum, cui cùm succedit in statu, & primogenio, rem omnem familiarem, & prouentus opulentos, vberes, liberos, & otiantes, nullóque ære obstrictos inuenit; ita vt, si opus sit regem ad nuptias comitari, possit circumseptus magnis satellitum & famulorum gregibus regem stipare; cùm verò hi nacti sunt hæreditatem obæratam, & sumptibus dissipatam, nec sibi, nec aliis sufficiunt, & non solùm progredi cum rege nequeunt, sed incomitati procedunt. Sic magnos in virtute progressus efficiunt, qui antequam contrahant debitum peccati, in domum Dei ascribuntur, ita vt possint *abundè consolari eos, qui in omni pressura sunt*; secus verò qui ad vitæ vesperam iter arripiunt. O miser! ô piger! quare tam serò eligis bene viuere, dum vita iam oppignerata est, & quasi obligata, ita vt vix possis vnquam caput attollere? *toda la vida as de ser pelon? Christiano de solo titulo? la vida empeñada en peccados antiguos que sera harto satisfacer por ellos?* qua ratione per bonum procedes, si te tam longè præcedunt, & præcurrunt sancti, & sanctitatis mater? Quid si sessiones multas facis? *quantas hechadas te a esperado Dios*? respice authorem fidei, & consummatorem Iesum, respice matrem puellam virginem, quæ vix pedes extulit, cùm rectà ad Deum tendit, ita vt diuinam mereatur laudem: *quàm pulcri sunt gressus tui in calceamentis filia principis*; si talis est ingressus ad vitam, qualis erit progressus? qualis *per bonum processus*? has excursiones, & veluti itinera longa enumerauit D. Thomas [a], primã assignans à conceptione ad natiuitatem, secundam à natiuitate ad conceptionem filij, tertiam ab hac die vsque ad aduentum Spiritus sancti, quartam à Pentecoste ad mortem vsque sanctissimam; in prima enim, vt ait Epiphanius [b], fuit *sicut aurora consurgens*, deinde *pulcra vt luna* processit, inde *electa vt sol*, pòst verò Spiritu sancto adueniente *terribilis vt castrorum acies ordinata* procedebat instar exercitus, omnia expugnans suo decore, omnia superans, omnia captiuans.

Ad bonum sempiternè reflexus restabat, vt pulcritudo Mariæ eò, vnde exierat, regrederetur, & circulum istum lucis, & splendoris perficeret in Deum referens; quomodo autem integrè, & sempiternè redierit ad fontem bonitatis, quia difficile est, diuersimodè explicabo. Quæro tamen priùs qua de causa pulcritudine eximia corporis matrem suam Deus præcellere omnes fœminas voluit, cùm eis communiter maxima sit occasio peccandi, *his enim est magna forma & pudicitia.* Nam Mariam eximia forma, & incomparabili pulcritudine præditam esse non est in dubium reuocandum, inquit Magnus Albertus [c]. Habuit (inquit) summum & perfectissimum in pulcritudine quod potuit esse in mortali corpore secundùm statum viæ operante natura. Et Carthusian. [d] sanctitatem & puritatem ita in eius facie visibiliter radiasse, vt opus fuerit diuinitùs temperari, vt eius cum hominibus facilis esset congressus, & per omnia filio suo quàm simillima esset. Et Damascen. [e] pulcrè appellauit Mariam venustatem naturæ. O Deo (inquit) digna filia humanæ naturæ venustas primigenæ matris Euæ correctio, mulierum ornamentũ; certabant inter se sæcula

quód

Simile.
19. *Piger semper miseram agit vitam & moret.*
Progressus in sãctitate Mariæ.
a 3. p. q. 27. art. 5. op. 60.
b De laudibus Virginis.
20. *Regressus pulcritudinis Mariæ in Deum.*
Quare formosam elegit matrẽ Christus.
c Lib. de laudibus B. Virginis.
d Lib. 1. de laudibus Virginis.
e Orat. 1. de natiuitate Mariæ.

quónam ortu tuo glorietur *. Prima igitur ratio fuit, vt pulcritudo corporis animæ pulcritudini consentiret, & in facie & vultu animi sanctimonia refulgeret; sicut enim in beatis, imò in ipso Christo Domino transfigurato à diuinitate & anima dotes lucis & gloriæ in corpus refundebantur, sic à virtutis interna facie in externã, & corpoream decor animi soles refundi, quare facies Mariæ facies virtutis erat appellanda. Huc facit quod D. Chrysostomus [a], oratione quadam de virtutum splendore, prædicauit. In omnibus (ait) fœditatem inducunt vitia, & vitia insequentes fœditate conspergunt; quare qui pulcritudinem, etiam quæ apud homines est, colunt, colant opus est animam tranquillitate & puritate. *Facit enim non parum ad corporis pulcritudinem animi tranquillitas; fac coram te esse* (ait Chrysost.) *alioqui elegantem puellam perturbatam, garrulam, maledicam, temulentam, sumptuosam, nonne quantumlibet deformi putidiorem esse iudicabis? contrà verò si verecundia affici, si tacere, si erubescere, si item temperatè loqui, si denique ieiuniis assuescere didicerit, dupla est hæc pulcritudo: todo lo agracia la modestia y elegancia interior.* Quare inuicem sibi causæ sunt, fuit facie pulcra, quia animo decora, & ideo in animo decora, vt externæ formæ interna pulcritudo responderet. Ideo existimo à vero iudice *totam pulcram* appellari, & *maculam non esse in ea*: nam si macula esset in anima, in corpore seipsam proderet. *ni vna peca tuuo en el alma que si la huuiera ella saliera a la cara*; & hac de causa ad vocem Angeli *turbata est. Salieronle los colores al rostro y la verguenza a la cara.* Quare sic verecundiæ rubore affectam putas? vt ostenderetur intus verecundiam habere, quæ sic facie rubebat, quæ sicut habebat, ita ostentabat, non ementitis & emptitiis coloribus depingebatur, sed interno pudore & sanguine, qui non ad cor fugit, sed in faciem resiliit; nunquam enim aliud habuit in corde, aliud in facie, sicut Adam, qui pœnitentiæ, & verecundiæ gratia asperis foliis sese contegit, & dum folia pœnitentiam prædicant, ecce in corde impœnitens est, vt statim patuit cùm de peccato excusationem subtexuit, culpam in vxorẽ refundens. At nostra Virgo eandem, quam in anima gestabant, in corpore manifestat pulcritudinem. Quare in ea *non fuit vana, & fallax pulcritudo: muy buen porque hubo de ella no mintio ni fue ociosa.* Secundò vt fidentiores essemus quoties ad illam rogaturi accederemus placido vultu, recta facie, & virginea, non torua, rugosa, & tristi suscepturam. *no nos podra hacer mala cara teniendola tã buena: bona enim facies bona faciet*, & pulcra pulcra verba dabit; sicut de Rebecca legitur [b], cùm Eliezer famulus Abrahæ à Rebecca pauxillum aquæ ad bibendum postularet, statim illa respondit: *Bibe Domine mi, celeriterque deposuit hydriam super vlnam suam, & dedit ei potum, quin & camelis tuis hauriam aquam.* Vide gratam & suauem respondendi rationem; vnde ortum habuit? inde videlicet, quia paulo antè à sacra pagina de pulcritudine laudatur, *puella decora nimis, virgóque pulcerrima, & incognita viro*, nequaquam à præligni & excellente facie, virginea, illepida & amara responsio futura erat. Quare Bernardus, sicut faciem eius cælo, sic oculos Soli & lunæ comparat, nam instar Solis *omnia prospicit; omnia circumspicit, super bonos item & malos radios sua bonitatis effundit.* Nusquam cælum excanduisse legas, nunquam in vindictam armauisse lumina. Sic Mariæ facies multocula (vt vocat Epiphanius [a]) nunquam trucibus oculis vel minacibus terram aspexit, & quæ hominibus suauis, dæmoni fuit ob decorem formidabilis; sicut enim Esther sua pulcritudine, qua eleuauit Mardochæum, deiecit super Aman, & sicut Iudith species Holofernem truncauit, & vniuersum eius exercitum sola forma perterruit; sic de Maria dictum, pulcra vt luna, electa vt sol mundo & mundis animabus; improbis autem, & impudicis *terribilis*, & formidabilis *vt castrorum acies ordinata.* O quàm asperè liberam & effrontem fœminam serena illa Mariæ facies tacita reprehendit! O quàm vexant cor & animam adulteræ deiecti illi oculi columbæ fidelis in vnicum sponsum intenti. O quantum effrænis iuuenis petulantes corripit motus mulier illa digna Deo, quem suis brachiis tenet, labiis osculatur, lacte nutrit, blanditur verbis, & amplexibus. Fige ibi anima mea mentem, defige oculos, confige corpus; hæc enim pulcritudo magnes est amoris, domus honestatis, officina pudoris, sacrarum cogitationum fons, fœdarum imaginum sacrum & altum præcipitium. Tertia tandem ratio tantæ pulcritudinis est, vt splendorem acceptum referret, & retribueret fonti, vnde manarat, nam sicut à fœdis fœdi, à decoris decori nascuntur filij, ita speciosus præ filiis hominum ab omniũ speciosissima fœmina gigneretur, & ita pulcra pulcro apprimè compararetur, & de tam pulcra vagina ensis ille prodiret, quo accinctus Dei filius specie sua & pulcritudine sua procederet & regnaret, quare inter vtrumque mutua decoris esset relatio: *ecce tu pulcer es dilecte mi, ecce tu pulcra es anima mea,* ille illam vt lilium, illa illum *vt malum inter ligna syluarum arbitraretur*; & ita Christus suæ summæ pulcritudinis speculum coram se haberet matrem, & illam quasi speciei colendæ scholam, & magistram proponeret, vt aiebat Ambrosius [b]: *Sit vobis tanquam in imagine descripta virginitas, vitaque B. Mariæ, & in qua, veluti in speculo, refulget species castitatis, & forma virtutis. Hinc sumatis licèt exempla viuendi, vbi tanquam in exemplari, magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effingere, quid tenere debeatis, ostendunt.* Ecce tibi reflexum, & regressum splendoris in Deum, nam si pater pulcritudinem indidit in matrem, mater deriuauit in filium, qui est imago Patris.

Cùm ergo tam excellens filij Dei esset pulcritudo, mulier de media circumfusa multitudine cùm vellet laudare filium, matrem collaudauit: *Beatus venter qui te portauit, & vbera, quæ suxisti.* Cuius licèt verba corrigere videtur Christus Dominus, duplici titulo beatam Mariam pulcram matrem prædicat, quia nempe beata fuit, cùm concepit ventre; beatior autem, quia concepit mente, quasi dicat, ne sistas ô mulier in externa pulcritudine, qua ego persimilis sum matri, sed internam pulcritudinem intuere, cuius gratia bis mater effecta est mater mea; semel enim mater effecta est ob pulcritudinem, quam verbum Dei illi indidit, & Angelus declarauit: *Aue gratia plena, Dominus tecum: siendo tan graciosa ello es hecho, vos sois madre de Dios.* Pulcritudo autem hæc nondum reflexum

---

Marginal notes (left column):

* Vide P. Canis. lib. 1. c. 13. & P. Viegas ad c. 12. Apoc. sect. 3.

a Tom. 5. orat. aduersus eos qui delitiis agunt.

21.

Interna cum externis consentiant.

Penitencia fingida cõ hojas de apariẽcia como la higuera maldita que tenia hojas y no fruto. exterior hermosura sin gracia de Dios es como muger fea llena de joyas, y perlas tantas mentiras dixo como joyas lleua.

22.

b Gen. 24. 17.

Qua pulcra liberalis esse solet.

Marginal notes (right column):

a Orat. de laudibus Mariæ.

Fugat vitia & primas ægi attenet pulcritudo Mariæ.

23.

Tertia causa pulcritudinis Mariæ.

Decuit formosi filij decoram esse matrem.

b Lib. 2. de Virginitate.

Speculum animarum Maria.

24.

Christus internã ex gratia pulcritudinem anteferendam docet.

reflexum fecerat ad Deum, vnde exierat, quousque mater effecta est, vt idem Angelus indicauit, ait enim: *Spiritus sanctus superueniet in te*, & Iosepho dicit: *quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est*. Rogat Augustinus[a], quare soli Spiritui sancto tribuitur Verbi conceptio in virgine, cùm hoc opus, vtpote ad extra, non à Patre solùm, nec à Spiritu sancto, sed à filio etiam indiuisa actione fuerit profectum. Possumus respondere Spiritui sancto tribui ad insinuandum conceptionem Christi non solùm non fuisse infectam, sed etiam sanctam, & sanctum Sanctorum esse, qui concipiebatur, etiam in eum finem concipi, vt per eum mundus sanctificaretur. Sed D. August. respondet ideo Spiritui sancto tribui, vt ex pura voluntate Dei procedere videatur; quod ego sic intelligo, Spiritus sanctus procedit ex reciproca spiratione, & amore, quo Pater amat filium, & infinito amore in eius infinitam pulcritudinem fertur, sicut cùm in humanis rem eximij decoris quis videt, aspirat & fertur ad rem pulcram, in eius bonitatem oculis, corde, & halitu ductus. Hæc igitur amantis aspiratio in humanis, spiratio propriè in diuinis dicitur amoris vtique principiũ. Igitur cùm amor, hoc est, diuinus spiritus per voluntatem spiretur, voluntate, inquam, à summo & infinito amante, & de infinita pulcritudine profecta, congruum fuit, vt & ipse author sit illius operis, in quo eximia & præcellens pulcritudo Mariæ verbum ad se diligendam pelliceret, & matrem efficeret, in quo opere amor iste non solùm perficeret, formaret, & animaret fœtum in virgine, sed tantæ nouitatis ea causa redderetur, nempe amorem rem istam effecisse, & à pura voluntate manasse. *Amor anda aqui y amor de tan diuina hermosura*. Quare hæc tantùm ratio redditur Iosepho: *quod in ea natum est, de Spiritu sancto est*, quasi dicat, gratis & ex Dei dono effectum est Deum esse hominem, sed de Spiritu sancto, qui cùm à pulcris pulcrè spiretur, pulcrám Mariam adamauit, vt summa eius pulcritudo eò, vnde exierat, regrederetur sempiterno quodam reflexu; ita vt sicut decor Virginis à Deo manauit, & ille illam decoram fecit, ita pariter illa illum filium suum genuerit decorum tanto decore, vt dicat Anselmus, *Omnes sumus Deo debitores, at tibi ipse debet*. Vide reflexum ad bonum.

a In Enchir. c. 38. & respondet c. 40.

Maria pulcritudo regressum habuit ad Patrẽ dum filij verbum Spiritus sancti conceptum opere reddidit.

25.

Amor, nempe Spiritus sanctus Verbi incarnationem operatus est.

26. Mente tamen matrem Dei effectam fuisse, & mirabile est, & eius pulcritudinem animi maximè manifestat. Nam ad istam beatitudinem, & maternitatem consequendam primò virginitas, aut saltem cordis mundities prærequiritur, vt notarunt sancti Patres[a]; sed Bernardus præcipuè obseruauit *serm.* 59. in sacrificio, quod pro fœminis indigentioribus statutum erat *Leuitici* 12. turturum, aut columbarum oblatio indiscriminatim sancitur; ita tamen vt turtures cuiuslibet ætatis admittat, non verò columbas, sed in iure exprimitur, *duos pullos columbarum*, cùm tamen turturum nulla exceptio, aut limitatio fiat: *par turturum*. Ratio huius est (inquit) quia turtur castum animal est, & supra modum continens, quare nihil interest si in prouecta ætate templo præsentetur: at columba salacior est, & libidinosa; quare oportet, vt in prima ætatula, cùm pullus est, offeratur, vt priùs limina sacra attingat, quàm decorem puritatis amittat. Amat itaque Deus puritatem etiam in auibus; quanto magis in animabus à quibus verbo concipiendus est ille, qui non habitat in corpore subdito peccatis. Adde virginitati orationis instantiam, & familiaritatem cum Deo: amor enim non nisi ex familiari congressu amantium accenditur. Ideo de illa Propheta cecinit: *Astitit regina à dextris tuis*, quo nomine honestissimo dilectæ & gratiosæ nomen dissimulat. *la amiga y querida*; non enim de diuino concipit verbo, qui non adstat, vel assistit Deo; quoniam animus noster quasi speculum est per castimoniam purum, & clarum, qui vt diuini verbi splendorem concipiat, illi quasi diuino Soli obijci, & opponi debet; hoc enim scribit Paulus ad Episcopos & presbyteros, *nos autem reuelata facie*, Christi scilicet incarnati, & mysteriorum fidei, *gloriam Domini speculantes*, gloriosam diuinitatem & gratiam melius quàm Moyses, in speculo, hoc est, in Christo spectantes & intuentes, *in eandem imaginem transformamur*, vel transfiguramur, vt Tertullianus[a] legit, vel instauramur, vt alij exponunt, *à claritate in claritatem*, hoc est, à gloria in gloriam. Sicut enim ceræ Solis radiis opposita, *à claritate in claritatem, biriendola la luz vna y otra y mill vezes*, candore Soli persimili vestitur. Et heliotropium planta Solis cursum in gyrum imitata florem Soli quamsimillimum emittit; sic animus noster Solis Christi radiis, & verbi Dei splendori obiectus, si purgatus est, & diu coram ipso perseuerat, *à claritate in claritatem*, semel & iterum in se claritatem recipiens omnem claritatem recepisse videtur, & quamsimillimus Christo redditur *tanquam à Domini spiritu*, hoc est, efficimur quamsimillimi filio Patris nostri: nam qui adhæret Deo, vnus spiritus fit cum eo, sicut Ioan. 1. *Gloriam quasi vnigeniti à Patre*: nam sicut id quod natum est ex carne, caro est; ita quod natum est ex spiritu, spiritus est. Quo fit vt exceptis his diuinis qualitatibus fiant Dei præcones, quasi Christi matres, dum mirabiles fœtus Spiritui sancto quamsimillimos edunt; hoc enim significat, *tanquam à Domini spiritu*: *frutos parecidos al Espiritu santo*, quæ sunt virtutes & cælestia dona. Quod prædixerat Isai. futurum in Ecclesiæ Patribus cap. 26. 18. *Sic facti sumus à facie tua Domine: concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum*; à quo? à *facie tua*. & Septuaginta vertunt, *à dilecto tuo*, quod videtur quondam somniasse Plato[b]. *Sunt qui animo sunt pregnantes multo magis quàm corpore, & concipiunt animo eos fœtus, quos animus potest concipere, & parere prudentiam, iustitiam, & virtutes alias*; à quo concipiunt? à pulcro, à Dei verbo, à facie Dei. Sistitur igitur beatissima Virgo in templo, vt mente clarissima Verbum excipiens, & custodiens illud, Christum conciperet, & Dei mater efficeretur. Sed qua ratione hoc fiet in lege infrugifera, infœcunda, in templo, in quo non sol gratiæ, sed meræ vmbræ, egena elementa figuræ continentur? Ineffabilem istam concipiendi rationem alij ex Patribus ostendunt, alij exemplis illustrant[a]. Ambrosius: Meministis, inquit, qua ratione prudentissimus Iacob decorticatas virgas in canalibus, & aquæductibus, quibus aqua infusa arte detinebatur, nec deflueret, donec pecora bibissent, apposuerit, quas contemplantes mares & fœminæ vmbras partim virides, partim albas

a Athanas. lib. de incarnatione, verbo vltimo. Cyrill. Alex. lib. 1. contra Iulian. Ambros. de virginitate. Vasa prius, quibus vinum infunditur, mundare conuenit, ne sordes aliquæ vini gratiam decolorẽt. Matutinos quoque Solis ortus si quis spectare desiderat, emũdat oculos suos, ne quid pulueris, ne quid purgamentorum insideat quo intuẽtis hebetetur obtutus.

27. *Puritatem amat Christus qui verbo concipiendus est.*

Assidua oratio.

Quo pacto cõcipiatur in animus Christus.

2. Cor. 13. 18.

a Lib. 5. in Marcio. cap. 11.

Sic Ambros. in hūc locũ.

28.

Cyrill. in Ioan. Theodoretus, Anselmus, & Aug. 15. de Trinit. c. 8.

b In synopsi.

Maria sanctissima mente clarissima Verbum in templo praeconcepit.

a Vis exempli consistit quòd ex vmbris conceperunt: nam virgæ virides erant, non nigræ, fœtus autem non virides, sed nigri euasẽrunt, vtpote ex vmbra temperanto viriditatem in aqua.

albas viriditate inumbrata, foetus varij colores quasi per miraculũ euaserunt. Hac eadem ratio-
29. ne animi varias ex Dei verbo virtutes concipiũt, inquit Chrysostomus; ideoque beata Virgo, vt notauit D. Leo, maturè in templum infertur, in quo licèt quidquid spectare poterat, vmbræ erant, vmbræ tamen, quibus Verbum Dei incarnandum variè adumbrabatur, verbúmque ipsum mente concipiens, & apud se custodiens, mater Dei effecta est. In arca enim Christum in humanis positum considerabat, in propitiatorio diuinitatem, in virga regiam potestatem, in manna gratiam, in panibus sacerdotium, in holocaustis amorem, in sacrificiis redemptionem, in agno mansuetudinem, in hirco caprarum peccatorem, in thymiamate & incenso orationem, in igne altaris cordis Christi sempiternum amorem, in æneo mari Baptismum, in candelabro fidem contemplabatur. Sicque sensim Spiritu sancto in castissimum animum illapso Verbum mente concipiebat, ex vmbris veritatem & lucem. Ideo quiescere aquas iubet Deus, & illam tranquillam vitam agere; *para que en el remanso de la vida quieta del templo concibiesse de aquellas sombras la verdad y luz del mundo. Diuino grauidanda fœtu prius conciperet mente, quàm corpore. Ideo enim fortè dixit ei Angelus: Ecce concipies in vtero.* Quorsum enim diceret *in vtero*, in re tam manifesta, nisi vt declararet Virgini, quæ assueta erat mente concipere, iam aliter, nempe ventre eundem fore concepturam? Ecce sempiternum reflexum pulcritudinis animæ, dum omnem gratiam à filio acceptam, quasi speculum, in filium retulit, etsi gratia plena ab illo effecta est, ipse illius filius est, illa mater mente & corpore sempiternè reflectens in Deum.

Mirabilis verbi cõceptio in mête Mariæ contemplando vmbras.

D. Leo Papa.

30. His feliciter peractis venitur ad suffragia, sed è vestigio nostræ diuinæ Esther pulcritudine perspecta omnium voluntatum inclinatio ad Virginem incubuit. Consensere Angeli reginam habere Mariam; vocem suam vnanimes dedere mortales, &, quod maius est, verus pulcritudinis arbiter Deus Pater apertissimè suffragatus est, dicens, *Tota pulcra es amica mea.* Nam cùm caput eius simile carmelo dixisset Beda [a], altam cõtemplationem Virginis laudauit. Cùm crinium aureum colorem gregi tonsarum comparasset S. Theodoretus [b], cælestes cogitationes, quibus in Deum tendebat, & Deum vulnerabat, admiratus est. Cùm splendentes oculos columbis comparasset, & piscinis claris, & tranquillis Esebon Rupertus [c], septem Spiritus sancti dona columbarum nomine significata collaudauit. Cùm genas à natura ad honestatem, & pulcritudinem factas prædicasset, *sicut fragmen mali punici*, Ambrosius [d], verecundiam eius, & pudorem extollit. Cùm dulcissima labia, & eloquium dulce vittæ coccineæ comparasset S. Bernardus [e], prudentiam in loquendo cum charitate & silentio coniunctam commendauit. Cùm collum eius turri Dauidicæ armis instructæ persimilem descripsisset, Bernardus [f] intercessionem, Rupertus [g] humilitatem cum fortitudine coniunctam, Origenes [h] obedientiam eius decantat. Cùm beata vbera & cælestem ventrem hinnulis capreæ, & aceruo tritici assimilauit, Rupertus [i] mundi lætitiam, Bernardus [k] virginitatem fœcundam, Bernardinus [l] fœcunditatem diliis puri-

Omnium suffragijs Virgo pulcerrima omnium celebratur.

Cant. 4. 7.
a Lib. 6. in Cantica.
Cant. 4.
b Cant. 5.
Cant. 1. & 7.
c In Cant.
Cant. 4.
d Luc. 1. 28. & lib. 3. de virginit.
Cant. 4.
e Serm. super signum magnum.
Cant. 4.
f Serm. in natiuitate Mar.
g Lib. 6. in Cant.
h Hom. 2. in Cant.
Cant. 4. 5.
i Lib. 3. in Cant.
k Hom. 2. de B. Virgine, in illud Isai. 11. *Virga floruit.*
l Serm. de conceptione.
1. Cant. 7.

tatis vallatam celebrat. Cùm denique incessus elegantiam extulisset, & gressus pulcros filiæ principis, generosam, & liberalem humilitatem eius regia dignitate dignam, ad quam Deus respexerit, Euthymius [a], Bernardus [b] plenissimo ore prosequuntur. Deus autem, cuius suffragium omni fallaciæ, & mendacio liberum est, vno verbo eius pulcritudinis laudes complectitur, dicens: *Tota pulcra es amica, mea, & macula non est in te.* Victor, victor decor Mariæ, victrix Esther, victrix Angelorum Regina.

a In Luc. 1. 48.
b Serm. de B. Virgine, in illud Apoc. 12. *Signum magnum.*

31. Quis eius præsentationem verbis describat? Cùm scilicet parentes sancti à Nazareth arripientes iter maximo fœminarum, & famulorum comitatu puellam sacratissimam tertium adimplentem annum deferebant, redimitam capite oliua, & lauro, florúmque corona, in veste candida ad Samuelis exemplum animi candorem indicante, aureis & argenteis monilibus collo appensis puellarum more, palmam manu gestat, triticeo colore os splendet, aurei capilli, oculi columbarum, nigra & arcuata supercilia, rubentes purissimo sanguine genæ, oblongus nasus à serena & cælesti candore vestita fronte diductus, rubicunda labia, loquela dulcis, motus cum ratione compositi cuncta decorabant. Pergunt cum ea istud itineris leuamen deferentes, sanctitatis arcam, sacrorum diuinorum custodiam, & cæli splendentem pharum. Vix templum intrat, cùm iam Angeli ad omnem templi fenestram speculantes omne occupant templum, ad omne ministerium præparati. Collocat mater Virginem in templi pauimento prope quindecim gradus, quæ licèt inuitatur, vt in nutrice brachium sustentet, sola pergit, & sublimia petit. Ascendit nostra fortunatissima Esther non fœminis stipata, sed Angelis, hic brachium tenet, eandam ille sustentat, alij vestigia adorant, illustriórque fit scala ista illâ, quam dormiens quondam Iacob viderat, & cantantibus Angelis, quàm pulcri sunt gressus tui filia principis, ad summitatem accedit, vbi flexis genibus, manibúsque compositis. *Ecce ancilla Domini*, à cælesti curia quasi digito intento designatur, *Ecce ancilla.* At illa: *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, etenim passer*, &c. hic nidulus meus erit, & dum creator es, suscipe creaturam tuam, iam inhæsitanter parentibus, & delitiis cunctis renuntio, mundi illecebras, & diuitias sperno: *vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Dei mei.* Versóque vultu ad parentes inclinat caput, eorum quasi benedictionem deprecans, & ait: Abite, valete, & Dominus sit in itinere vestro, ego enim Domini cùm sim, apud eumdem permaneo, nolite obsecro de me solliciti esse, *Dominus enim regit me.* Vale similiter ancillis dicto lacrymæ se subitò profuderunt: *fleuere parentes, cognata atque nurus, gemitúmque dedere ministri*, suscipiunt Virginem gaudio lacrymantes ministri, & ostiolo conuentus adaperto cantantes virgines puellam suscipiunt, amplexibus, osculis, & communibus gaudiis.

Præsentationis historia narratur.

32.

Gaudia & lacrymæ in præsentatione Mariæ.

Creuit & à cunctis meruit vehementer amari.
Moribus & specie dignior absque pari.

Nos verò sicut Rebeccæ prospera deprecemur: *Soror nostra es, cresce in mille millia, & possideat*

 semen

Custodia fæminarum & cautè se gerere in mari sæculi exemplo Mariæ persuadetur.

semen tuum portas inimicorum tuorum. aprendan las mugeres a guardarse que quando la almiranta se recoje al puerto todas las naues se recojen, la mayor hermosura puesta en esta almiranta de toda la belleza no esta bien fuera del templo como quiere la flaca y mortal viuir segura. la niña reyna entra al rey su padre ea pongamos le entre las faxas memoriales para el rey; quia sic diuino Regi grata, sic pulcra est, vt etiamsi dimidiam regni partem poscat, sit assecutura.

Supplices libellos Virgini dare opportunè possumus.

VERBVM FILII.
Luc. 11. v. 27.

Factum est autem cùm hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, &c.

Vnus Deus religione dignus: vera Deo digna mater: vera Dei cultrix, verbi Dei custos, ostenditur.

DISCVRSVS XCVIII.

I. *Isaias mysteria gratiæ & ecclesiasticas solemnitates prædixit.*

SACER ille vates Isaias, qui Christum maximè seruatorem mundi, aut annuntiat verbis, aut moribus exprimit, sic in diuina consilia vocatus videtur, (vt D. August. notauit) sic Ecclesiæ futura mysteria speculatus est, vt annuum orbem, solemnia tempora, & festiuos dies, quos Christus sol iustitiæ erat excursurus, in tabella nostra temporaria legisse, lætus enuntiasse, & retulisse videatur. Sexagesimo etenim sexto capite ait: *Erit mensis ex mense, sabbatum ex sabbato, & veniet omnis caro vt adoret coram facie mea.* Septuaginta, *in conspectu meo in Hierusalem.* Præuiderat proculdubio felicissima legis gratiæ tempora, quando festum festo succedit, & vnum alteri consequens est, quando tot mirabilium fama vniuersæ gentes euocatæ Numen diuinum adoraturæ Ierosolymam confluent. Tunc enim Christi solemnitates, diuorúmque inuicem succedentes, sed præcipuè deiparæ Virgini dicati dies veram Isaiæ prædictionem ostendunt. Nónne per omne sabbatum eius venerationi intendimus, & vnoquoque mense festis vacamus? hunc enim mensem floribus & frondibus iam pænè expoliatum florum ac virtutum fasciculus hic, quem Anna à Nazareth in templum refert, terræ sterilitatem satis supérque compensat. Aderit iam lacrymosus December, quando terra semina concipit, vitæ spem frugésque parturit, Mariæ tamen conceptione impuritas animorum, & vitia naturæ corriguntur, & desideria de iam concepta salute, faustissimo aduentu Christi explentur. Iam Februarius cæli faciem nubibus obductam exhilarat, facem luménque gentium præferente Maria, erroris tenebras, legales vmbras terra, cælóque propellit. Martio autem, cùm prata rident, nouis variegantur coloribus, adest iam Maria Nazareo flore grauida, & noui incarnati Verbi fructum in amisso flore sacro ventre recondit. Iunio mense apis argumentosa mella parat, discurrit, tunc deserta subiit Maria, mellisque fauum Elizabethæ simul ac Ioanni communicat. Augustus, qui augustos homines præ vbertate efficit, augustissimum eius Assumptionis festum peragit, quando meritorum eius immensa seges cælum replet, & augustat præsentia. Cantilationis tempus September vina colligit, cùm vitis hæc noua nascitur, ex qua promissus racemus communi omnium lætitia venit colligendus, quia, vt ait Ambrosius, *habet sanctorum editio lætitiam plurimorum, sicut de Ioanne dicitur, in natiuitate eius multi gaudebunt.* At natiuitas & præsentia Virginis gaudium attulit vniuerso mundo; quare non immeritò tantorum mirabilium rumore excitatas gentes ad verum Dei cultum venturas prædicit Isaias: *& veniat omnis caro, vt adoret coram facie mea.* Verba sunt Dei iubentis, in quibus nonnihil mysterij latere existimaui; indicat enim ex his festis sic Deo & Virgini dicatis prospecturam omnem carnem solū Deum, Regémque supremum veneratione ea esse dignum, non quæ per sacrificia brutorum exhibetur, sed quæ per carnem hominum, vitámque, & annos. quæ verba sic explico. Nemo hominum excors & leuissimus regi & principi, nedum Deo oblationes, hostias, & sacrificia non exhibenda putauit. Suadet enim hoc animantium natura, qua caput, quod meritò vita, loco, & dignitate reliquis membris præfertur, ab omnibus impensè partibus alitur, obseruatur, & colitur; suadet apum prouida, & prudens solertia, quarum maior ars, maior solicitudo in custodiendo & sustentando rege sita esse videtur. Ad vocem eius quiescunt, quasi pallio corpusculis obuoluunt maiestatem, de proximiore latere certant, sustentant, circumferunt, otiante rege laborant, mortuo vniuersa pænè curia commoritur, lugubrem vitam instituunt, & susurrum emittunt, cadauérque nisi surriperetur, omnes ad vitæ exitum properarent. Quare nulla tam infirma, & inculta respublica fuit, quæ debitum hoc mortali Regi, & immortali Deo non nouerit esse soluendum, Augustino teste [a]: *Nulla vnquam (ait) tam barbara gens, quæ sacrificia non fecerit ijs, quos aut putauit, aut credidit, aut finxit esse deos* [*]. Nouit hoc antiquitas piorum hominum, Abelis, Caini & Noëmi, atque Abrahami; nouit etiam populus ille à Deo edoctus, & ad hæc munera offerenda sæpe sæpiùs instructus.

Vers. 23. *Maria deuotis dies & menses anni occupat.*

2. *Gentes vt parent Deum verum colant.* *Nemo in dubium vertit Deo obsequia & sacrificia esse exhibēda.*

[a] Lib. 10. de ciuitate Dei cap 4.

[*] Nouit hoc Arist. 6. Ethic. enumerans magistratus, sine quibus respublica cōsistere nequit, *y nōbra los que an de hazer a Dios presentes.*

Sed (proh dolor!) ecce honorem vni Deo debitum, facto & ementito regi, sculptili, & lapideo idolo deferunt. Quod genus absurdissimæ, & inanis superstitionis S. Stephanus ex Amos 5. pro concione explicauit, ac reprehendit. *Conuertit autem Deus, elo a Dios que se aparta y buelue el rostro*, faciem retrahit. O cælum, ô cælestis gloria, quis te iterum ad hominem conuertet? *y en boluiendo las espaldas Dios. & tradidit eos seruire militiæ cæli. voluio Dios la hoja.* Et licèt in errorem non induxit, neque in peccatum impulit, sed permisit, tacuit, *reliquit homines ingredi vias suas, quærere Deum, si fortè attrectent.* auertit ab illis auxilium ipsis non debitum, quo à lapsu & 3.

Deus auersus est hominibus & eos aberrare permittit vt reducat. Actor. 7. 42.

Actor. 17. 27.

Digitized by Google

& errore cohiberet; illi ergo coluerunt militiam cæli, &, quod maius est: *& suscepistis tabernaculum Moloch; & sidus Dei vestri Rempham.* Moloch idem quod Melchon, *Amos* 2. Sic Beda, & OEcumenius, & nomen regium aliquod sonat. Quare Septuaginta pro Melchon transtulerunt *Rex eorum.* Sensus ergo est, arguebat illos S. Stephanus paulo ante Iudæos militiam cæli adoraisse, astra videlicet; nunc verò speciatim agit de Moloch, seu Melchon, scilicet astrorum Rege, id est, sole, nam Moloch regem sonat. Sicut *Ieremiæ* 7. *luna* vocatur Regina cæli, Hebraicè *Melcha*, sicut sol *Moloch*, seu *Melchon*, sicque corona radiata insigniebant flammis & radiis. Vnde superbia regum maiestatis & gloriæ cupida sibi coronæ formam arrogauit. Imò (vt refert Strabo [a]) Persæ instar Solis insigniri, & vt Solis imagines coli voluerunt, & vt soles salutabantur [*]. Quæ autem fuerit huius ficti regis imago, & species (si danda est eis fides) Hebræi tradunt, imaginem fuisse concauam, quæ habebat septem conclauia, vnum habebat similæ offerendæ, aliud turturibus, tertium oui, quartum arieti, quintum vitulo, sextum boui; qui verò volebat offerre filium, huic aperiebatur septimum cubiculum. Facies idoli quasi vituli erat, manus & vlnæ planæ, extensæ ad suscipiendum puerum. Saltabant interim cùm puer in idolo supposito igne cremabatur, tympana pulsantes, ne pueri eiulatus audiretur. Idolum itaque totum ad suscipienda munera, & à vero Deo surripienda confectum videbatur.

Sol vt Rex cæli adoratur.

4. a Lib. 15.

* Horat. lib. 1. Saty. 7. Brutũ Asiæ prætorẽ solẽ appellat, vulgata, vt reor, appellatione.

Moles & fabrica immanis idoli Moloch.

Vn Dios todo el hecho para recebir presentes y todos hurtado del Dios verdadero.

5. Sed ecce Dauid honoris Dei vindex acerrimus templum Ammonitarum † ingreditur, *& tulit diadema regis eorum de capite eius pondo auri talentum habens, gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput David.* Difficultas est circa hanc coronam. Lyra sentit esse coronam idoli, sed, non vt assolet, sonat & consonat Lyra contextui, qui expresse ait esse coronam regis. Quod facile suadere videtur, quia vbi dicitur *Moloch*, Septuaginta legerunt, *Rex eorum*, vnde corona regis eorum erat, sed oblata idolo. Sed contra hoc est, quia impossibile videbatur potuisse regem capite sustinere coronam habentem pondo auri talenti, quod vel centum libras, vel, si minus erat, sexaginta libras continebat. Meliùs ergo Hieronymus. Erat idolum hoc eximiæ magnitudinis, vt ex Diodoro tradit Viues *lib.* 20. *Bibliothecæ*: ergo rex, qui colebat solem, & astra, fecit sibi, quasi Soli & Deo, coronam è gemmis stellarum loco, & flammis siue radiis Solis formam adumbrantibus. Hanc tamen dicauit Moloch, & capiti eius imposuit: at religiosus Dauid idolum cernens, manus, in quas concremandi pueri inferebantur, munera etiam, & diadema regium, *tulit coronam*, abstulit diuinitatem vsurpatam, & purificato auro fecit sibi coronam, & in templum Domini retulit, quasi indignè ferens, quòd apud Deum alienum tenera dedicaretur infantia; ostendens ex suo semine, & regia stirpe futuram puellam, quæ primo Deo erat offerenda, ita illi gratam, vt Deus aliàs auersus ad illam conuerteretur. Verte obsecro, mi Deus, oculos ad homines, inter quos hæc vna puella tibi nequit displicere, munus est supremo

† Idolũ Ammonitarum fuisse Moloch cõstat ex c. 3. Reg. 11. 5. & 4. Reg. 23. 13.

Quanta magnitudinis & pretij fuerit hæc corona.

Dauidis religio & zelus.

Soli Deo consecranda est infantia.

Maria auersum Deũ ad nos conuertit.

dignum Rege, ecce ad te gradum facit, ducens homines ad te, vt qui quondam errantes in lapides & idola impegerunt, te solum carnis anthorem, regem, ac Dominum adorent; sicut per Isaiam prædixisti, *Et veniat omnis caro, vt adoret coram facie mea.*

6. Venit ergo gratissima Deo Virgo ad ætatis suæ tertium annum impletum; tale autem modestiæ, prudentiæ, & suauitatis specimen dabat, vt aliarum pudicarum virginum magistra videretur; ab incunabulis enim stella ista nouæ & insitatæ lucis radios ostenderat, & virga Iesse rectitudinem, ex qua iustus & flos de radice Iesse oriri posset, monstrauerat, sicque incunctanter parentes eius in illa satis teneta ætate in templum deferunt præsentandam. Sed heus (Domina) siste gradum, tibi in disciplinam mundus traditus est; quid ergo nos docet tua hæc præmatura præsentatio? quem sequeris? quem quæris pedibus non satis incedendo edoctis? in quem prospicis pulcris ocellis, quos à parentibus auertis? Quærit beata Virgo finem suum Deum, à quo creata & formata est; vt discamus nos omnem nostram perfectionem sitam in eo esse, vt Deo intimè & citissimè coniungamur; & ne hoc iter particeps rationis homo ignoraret, creaturas omnes indices, & duces effecit, hoc enim sonant verba illa, *Si ignoras te ô pulcerrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum.* Si quâ iter dirigere oporteat ignoras, exi à te ad hæc creaturarum intuenda vestigia. Vide lapidem in altum proiectum, quàm celeriter in quietis suæ locum finémque summa propensione descendit. Considera ferrum semel à magnete contactum, vt inquietum huc illúcque circumagitur, ebullit, concitatur, & in orbem versatur, donec rectâ in polum cæli intentissimè dirigitur. Quid quæris exigua creatura? Finem meum. Quis te in finem direxit? magnes; qua ratione magnes? nescio, quæras hoc à conditore, qui virtutem illi, mihi tantùm ardorem indidit. O homo huc adesto, si lapis, quem pedibus proteris, & in communi via & platea conculcatum & derelictum existimas, finem & tranquillitatem expetit, si quod semel lapidem tetigit ferrum inanime, intentissimè in finem totum quasi defigitur: tu summum Dei opus, naturæ miraculum, gratiæ vas admirabile, quare in Deum non properas, à quo ortum finémque desideras? hoc est proculdubio * cor meum, quod te mirabiliter cruciat, atque distorquet, cùm te ad peccatum, & creaturam conuertis, & à tuo fine subducis & eripis. Illa cordis compunctio, quæ quasi vulnus cordi grauissimum infligit, & animum pungit, (*aquel latido y buelco que te da el coraçon ay que me voy de Dios, ay que me pierdo*) te admonet ne à tuo diffugias. Scito ergo tuam perfectionem in eo sitam esse, si finem repetas, vnde exiisti, & circulum istum perficias, *à Deo exiui, & ad Deum vado.* Considera flumen, quod ab alto montium culmine sonoro strepitu, mirabili decursu prolabitur, & ad infima & plana pertingens vertigines circumquaque agit velocissimè, quasi cursoris equus terram lambens, & sorbens: si autem contingat prægrandem lapidem obuium fieri, & incitatum cursum remorari, furit, & rugit, & quasi temulento ore

Præsentatio Mariæ opportunissima.

Incunctanter in finẽ suum consequendũ properat beatissima Virgo.

A simili.

7.

* D. August. *Inquietũ est cor meum, donec conuertatur ad te.* lib. confess.

Internus dolor pũgit animum à Deo fugientem.

Alia ratio a simili.

ore spumat, & tarditatis impatiens vires quasi colligit, & irrumpit, & in vndarum voragines diffluit. Quòd si roges, heus flumen quorsum hæc tua anxia solicitudo? quò progrederis? nónne meliùs tibi foret in alto illo montis vertice commorari, vbi omnes te quæsitum irent, tu neminem quæreres? respondet, quia à mari exiui, mare dependitè quæsiturum. *Ad locum enim, vnde exeunt flumina, reuertuntur*, Ecclesiastes 1. Cur ergo tu ô homo aqua ipsa frigidior, & imperitior es? eò ergo, vnde ortus es, redeas; ad finem, vnde abductus fueras, regredere, & dum omnia, quibus ditatus es, à manu Dei tibi benefica dimanarunt; in illam, vbi securiùs omnia continentur, reducito. Idolúmne fortunæ, ludive chartarum pictarum numes tibi tulit? imò abstulit. Salutem quis tibi concessit, Deus, an Venus? imò præripuit, & ægra valetudine oppressit. Ad te ergo, & ad honestiorem vitam redeas, atque iuuentutem, annos, vitámque quam prodigis, & à primis annis idolo Moloch immolas; nónne satius erit vero Deo consecrare, quàm illi carniuoro amori crudeli, qui barbara immanitate pueros igni tradit, & tyrannica sæuitia sibi arrogat, quod vni Deo seruire natum est? *Ne des annos tuos crudeli. Ne des annos tuos amori* (legit alius) sed creatori, & omnium conditori, in quem tanquam in scopum, & finem intentissimè, & multo mane instar virginis currendum est.

Rectà ad Deū finem suum tendere suadetur homo.

8\. Constituto tamen (Virgo lectissima) quòd Deo præsentanda sis, quare tam citò in templum te recipis? nondum pulcellos illos ocellos luci dederas, necdum terram, orbémque sacris pedum vestigiis consecraueras, & è vestigio te mundo, & parentibus surripis? ad vos me conuerto parentes fortunatissimi, multùm de vobis conqueror, cur tam citò à vobis abdicatis senectutis vestræ delitias? tædebat iam vos pulcræ puellæ? grauísne erat, aspera, inobediens? quare tam citò exulem facitis? verùm nunquam audistis, quòd aues, quæ in regalem mensam paratæ sunt, ferè ex nidulo suo extrahere conantur, vt cibo solidiori, & exquisito pascantur, & saginentur, vt solidioris substantiæ, suauioris gustus efficiantur? Princeps similiter ad regiam maiestatem natus ab incunabulis ingenuè, ac liberaliter educatur, vt quidquid in verbis, lusibus, motibus, gressu, risúque, puerili ætati conceditur, regiæ maiestati dissentaneum non sit, omnia licèt puerilia principem bonis moribus honestent, & ornent, quod in Baptistæ educatione Deum prouidisse videmus. Ideoque Virgo purissima, quæ in Reginam, parum est, in Ecclesiæ magistram, Deique matrem nutriebatur, æquum fuit, vt trima iam statim abducta, & ablato materno lacte, Spiritus gratia, ambrosia cælesti aleretur, & sacris moribus educaretur. Vt etiam Dionysius Carthusianus [a] obseruauit? *Decentissimum fuit, vt praelecta concipere Dominum templi, in templo consecraretur, obsequeretúrque Domino, & sanctam infantiam exercitijs expenderet sacris, & altera Iudith in secreto templi commoraretur, vt superbi Holofernis caput amputaret.*

Quare tā citò Deo se consecrat purissima Virgo.

A simili.

A simili.

a Lib. 6. de dignitate Mariæ c. 12.

9\. Sed cùm non satisfacit ratio hæc, (poterat namque manens domi suorum parentum cura egregiè & sanctissimè educari) alia noua ratio inuestiganda est. Pergit ergo in templum, vt soluat Deo debitum amoris, quod omnes animæ soluere tenentur. Quis enim Deo pro immensis, & pænè infinitis donis addictus non sit? Quis amoris æterni vinculis non est astrictus? Age ergo, & dum in ære alieno es, de solutione cogita, *la deuda es infinita porque es amor de infinito tan antigua que es eterna y sin principio para eso ni mi amor ni el tiempo se comparan con eternidad como podere yo pagar esta deuda?* Qui debitum soluit, & quantitate iusta, & tempore assignato reddere tenetur; Dei autem amor infinitus cùm sit, vires opprimit, & superat, æternus est, & ab æterno procedit. Ecce omnia tempora prætergreditur, quid ergo agendum? soluam saltem amore & desiderio, sicut quando ab eodem Deo maximo excellens quoddam beneficium obtinuisti, puta filium expeditum, desperatam, & miraculosam valetudinem, statim subit animum cogitatio, quid reddam Domino pro supernaturali dono? preces, & gratiarum actiones exiguæ sunt, obsecro sacerdotem, vt pro me sacrum peragat, & infinitum illius sacrificij valorem in meam dirigat intentionem; ecce iam infinitum pretium meo adiunctum desiderio, id obtineat, quod nudæ gratiarum actiones non pertingebant. Sic Domino meo dicam, Domine tuus, quo me prosequeris, amor infinitus est, & quidquid habeo tibi debeo, nullatenus te amore infinito prosequi possum. Fac ergo Domine, vt tu, qui infinitus es, ames te, vel verbum, quod apud te est, in infinitum pro me diligat, & mei desiderij infirmitatem adiuuet, atque compenset.

Pergit in tēplū vt soluat debitū amoris Deo.

Quo pacto soluendum est amoris diuini infinitum debitum.

Ideo fortè prouisum, dicit Ioannes, ab æterno fuit, *vt in principio esset Verbum, & Verbum esset apud Deum, & Deus esset Verbum*, vt ibi sine principio amantem Verbum amore reciproco redamaret infinito. Fortè etiam hoc sæpissimè Dauid cum Deo agens aiebat. *Dominus regnabit in æternum, & in sæculum sæculi. viua el Rey diuino por toda la eternidad y sobre ella vn siglo y otro siglo.* Scio Hebraicam esse phrasim, sed quæ non vacat mysterio. Nam Exod. 15. dicit: *Dominus regnauit in æternum, & vltrà, & in sæculum sæculi.* & in Hebræo respondet dictio, *in æternum, & adhuc*; Hispani verò dicunt, *para siempre jamas*, quod idem est ac si dicerent, *para siempre y aun mas.* & est amplificatio sacræ Scripturæ, cùm ad significandum affectum addit aliquid vltra summum, vltra æternum: ergo cùm Dauid se æterno debito constrictum videret, agit secum, qua ratione æternitatem amoris soluam? quia æternitas, in qua prædilexit me, iam non erat quando natus sum, æternitásque manet obstricta, & consignata est futuro amori; qua ergo ratione illam primam æternitatem soluam? Ideo Origenes [a] obseruauit illud *vltrà, & in sæculum sæculi*, affectus amplificationem esse, quia licèt post æternitatem sæcula non sint, nec sit vltrà: at in Dauidis affectu aliquid vltra æternitatem superest. *el deseo camina si es possible a mas que la eternidad*; dum dicit

10\. Ioan. 1.

Psalm. 37. 1.

Affectus cōpensat debitū amoris.

Affectus amoris æternitatem prætergreditur.

a In Exod. c. 15. Hom. 6. paulo ante finem. Quòd vero addit hoc loco, *& adhuc*, nullū sensum termini alicuius relinquit, putas in sæculum sæculi Dominum regnaturū? & adhuc, & quodcūque dixeris illud de regnieius spatiis semper tibi dicit Propheta, & adhuc.

dicit, Domine nihil suppetit mihi, quo æternam tuam dilectionem exsoluam, omnia exigua, & flocci facienda, si cum æternitate comparentur: at toto mei cordis affectu, vt possum, dico, Domine mi tali desiderio teneor te colendi & amandi, quod si vltra æternitatem, & sæculum post sæcula sæculorum esset, totum hoc in te diligendo insumerem. *Dominus regnabit, viua el Rey diuino para siempre y mas. y sea yo su esclauo despues de la eternidad y mas.* Vltra æternum (inquit Tostatus [a]) nihil est, quia æternum interminatam durationem dicit tam à parte antè, quàm à parte pòst: sed additur illud *vltrà*, ex abundanti, ad significandam magnam afflictionem loquentis; ex abundantia quippe cordis os loquitur, vt dicitur *Luc. 6.* Moyses itaque, quoniam valde desiderabat durationem regni Dei, cùm Deum amore amicitiæ diligeret, proferebat illud per quædam verba ingentem significantia cordis affectionem.

a Quæst. 5. super c. 15. Exodi.

11. *Cur in sempiternum durant inferni cruciatus.*

Atque hinc facilè videre licet, quare inferni cruciatus in æternum protenduntur, quia qui sic inferno addicti sunt, velut in vincula coniiciuntur amoris, quia debitum eius non exsoluerunt, & quia nec soluendo sunt, nec solutionis tempus, nec dolor, quo cruciantur, etiamsi maximus sit, infinito debito amoris æqualis est, ideo in æternum cruciantur. Similiter etiam cùm beati in amore carceris concludantur, & in infinitum ament, vt soluant, sed nunquam perfectam explent solutionem, ideo semper amant, semper tamen vinculis amoris constricti sunt in sempiternum. Quod præuidens beatissima sapientissimaque Virgo, in templum se confert, tum vt gratias referat pro magnis illis donis, quibus à Deo, qui potens est, fuerat exaltata, tum maximè vt quàm properè de solutione cogitet æterni amoris, vt sicut Dauid cogitabat pro peccato suo, ita illa pro gratia sua, & pro debito soluendo. Quare mirantur aliqui iuuenem, vel nobilem fœminam, quæ mundo valedicunt, diuitias tanquam stercora reputant, & in claustris monasterij nomen Deo dant libentissimè; ideo tamen mirantur, quasi qui rei causam, finémque non considerant. Cùm Romæ vel Hispali mercator aliquis, qui quondam ditissimus erat, magnum æs alienum contraxit, ita vt persoluere nequeat sociis, neque stare promissis, & tempori solutionis præscripto, rerum suarum supputatione facta soluendo non esse subodoratur, subitò dissoluit societatem, & relicta domo, omnique supellectile in manu creditorum, in sacrum locum, vel in vincula confugit. Quid agis infelix? quare domum & bona derelinquis? quia hæc omnia debeo; quare in loca sacra, vel in vincula pergis? quia plura alia debeo quæ nequeo persoluere, hic de solutione cogitabo, vel condonationem impetrabo eorum, quæ omninò pensitare non valeo. Ecce, prophane, Dei opus; ecce delicatulæ aliarum fœminarum nouitates; ecce ô homo animalis sancti Spiritus opera. Vides iuuenem, vel nobilem fœminam, quam, quia nobilem ætatem attigerat, iamiam nuptui traditam iurares; subitò tamen thalamum fugit, à parentibus, mundique illecebris se eripit, diuitias calcat, in cœnobia secretiora se confert; roga illam, quò pergis clarissima fœmina? quare omnia tua derelinquis? quia hæc omnia Domino meo debeo; & quare te in vincula coniicis, & perpetuò carceri addicis? quia vltra hæc omnia, quæ debeo, adhuc superest æternitas amoris, cuius me vinculis nequeo exsoluere; in sacrum locum confugio, vbi etiam condignè non satisfaciam; deprecabor saltem, tem cum domino meo componam, vtcumque compensabo, quod neque in æternitate pendere potero.

Virgo cogitat de solutione tantarũ gratiarum.

12. *Simile.*

Contemnenda mundi sæcularium prudentia.

Sed iam vos parentes sancti non solùm alloquor, sed audenter modicæ fidei appello. An nescitis quod de puella hac dictum est: *Deus in medio eius non commouebitur*, Psal. 45. quare ergo libenter, imò timidè infantilem ætatem agentem Deo traditis custodiendam? verùm hoc in doctrinam fœminarum factum puto, & hic, quod in nauigatione euenire solet, contingit, *viene en la delantera de la flota de Indias vna naue real bien artillada ensebada y calafeteada, las otras vienen ricas pero mal paradas la capitana bien se pudiera hacer a lo largo tender las velas al viento, azotar con los remos las furiosas ondas. pero la capitana viendo el peligro que a las otras les corre que no estan tan bien armadas surge y toma puerto y recoiesse.* Quando naues Indorum diuitiis onustæ in Hispaniam proficiscuntur, anteit omnes aliarum dux omnibus instructa velis, & remis, & tormentis, quibus hostes propelli possint, ita bene comparata est, vt quosque maris fluctus sulcandos aggrediatur: at non ita est, imò potiùs repente cursum deflectit, & velis contractis, anchoris iactis, in portum se recipit, quia videt reliquas non ita bene instructas esse, & magnas secum diuitias, nec contemnendas asportare, vt reliquæ ad sui imitationem se in tuto collocent, neque aquis se, ventisque commendet. Nullum Mariæ imminebat periculum, securam vitam degebat, etiam inter milites, & carnifices, qui filium crucifigunt; ibi enim stabat, non commouebatur, etiamsi tunc naues Apostolorum vento tentationis, & timoris, & pænè ad naufragium agitatæ, dispersæ sint: at cùm Maria sit aliarum fœminarum ductrix, morúmque magistra, quam sequuntur, *Adducentur Regi virgines post eam*, ne periculum, & honestatis discrimen subeant, se prior in claustra recipit, *vt sit hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus*, &c. Cant. 4. flores enim & fructus à nemine in speciosis viridariis tangi, neque digitis premi debent, flos est pulcritudo, fructus honestas est: sint ergo sicut hortus conclusus, ne cælestis hortulanus grauiter per Oseam conqueratur, *Deuoratus est Israel, nunc factus est in nationibus, sicut vas immundum, mordiscado esta Israel quien le comera sino gente barbara*, sumpta metaphora à pomis, quæ vt grata sint, integra, & intacta ad mensam deferri oportet; in quam enim mensam inferri possunt poma morsibus lacerata, vel sici digitis pressi, & palpati? hæc neque ganeonibus proponuntur. Hoc ergo deplorat Oseas, virginem videlicet Israel, quam Dominus custodiebat, desponsauerat sibi, iam barbarorum ori admoueri, lacerari, & ab idololatris conspurcari; manibus enim tangi virginem nefas est, *deuorari* autem horrendum est, & vt ait Hieron. etiam nomen amittunt Israel, quia nec Deum vident, & Deo inuisæ sunt; ideo addit, *quitame la alla como cosa asquerosa. nunc factum est in nationibus sicut vas immundum. lleuenle captiuo.* Hieronymus, *in captiuitatem redigatur, sicut vas in quo rudera colliguntur*, Cyrillus, *proiiciatur foras*

13. *Virgo Maria dum in tuto se collocat fœminas in tutum portum vocat.*

Psal. 44.

Vbi honestatis Deo tamen commodo colligendus.

Oseæ 8. 8.

14. *De honestata fœmina immundissima sit.*

forus sicut vas contumeliæ, quia fuerent isti in domo Domini. Theophylactus, *conteratur sicut inutile vas. jueguen con el como con olla vieja en los corrillos, que ya no tiene honrra el merece esse vituperio.* Montanus, seruierut idololatris, & amici eorum facti sunt, postea ab illis reiecti sicut discus, in quo esus infertur, finito prandio proijcitur: sic istæ miseræ animæ, quæ honori suo non consulunt, & in deuotulos suos amore feruntur insano; idololatris persimiles, post missus & donatiola, post frixuras, & cupedias sacchari arte factas proiiciuntur, refugiunt, negant, rident. Verùm non ob hoc tantum ne deuorentur, clausæ debent esse fœminæ, sed etiam ne conspiciantur, quod efficacissimè (ni fallor) verba D. Pauli suadere videntur. *Volo autem vos scire quòd omnis viri caput Christus est, caput verò mulieris vir, caput verò Christi Deus, omnis vir orans velato capite deturpat caput suum; omnis autem mulier orans, aut prophetans, non velato capite, deturpat caput suum; vnum enim est, ac si decaluetur, &c. velet caput suum.* Sensus videtur esse, mulier est imago viri, id est, præcipuum ornamentum viri, quæ adiutrix est ad procreandos filios; imago ergo viri est in genere coniugali, *& adiutorium simile sibi*, vt homo non solùm animantibus imperet, sed etiam rationali creaturæ, in fœmineo genere, & sic continent ratio: vir non est factus mulieris causa, quin potiùs mulier causa viri, tanquam imago, *como retrato*, tanquam materia, tanquam comes ad propagationem. Quare homo est caput mulieris, & Christus caput viri est, Deus autem caput Christi. Vnde facta inductione nõ est cur mulier non velet caput suum in huius rei signum. *Conosca que los cascos que le dieron fueron del lado no de la cabeza, para compañera no para señora y cubra se y cuide de ser vergonzosa y sujeta.* Sed alter sensus est, postquam mulier tanto humani generis discrimine satis nouit, quòd ob leuitatem capitis hominem à statu gratiæ deturbauit, & propter illã homo capite plectitur, & propter peccatum hominis caput Christi spinis terebratum est, & perforato Christi capite, vbi suppositum diuinum erat, dici potest Dei caput etiam fregisse. Ideo consultissimè iubet Paulus mulierum velari capita, ne Angeli, id est, ministri Ecclesiæ, & Episcopi (vt exponit S. Paulinus) in prauas cogitationes pelliceamus. Optima quidẽ consecuto, vos fœminæ Dei fregistis caput, confugite citissimè ad loca sacra, ad cœnobia, ne à iustitiæ ministris comprehendamini, ibi tamen operite caput; quare ne maius crimen & condonatione indignum cõmittatis: nam licèt templa immunitatem habent, & priuilegio fruuntur, qui ad illa se conferunt; si tamen maius aliquod delictum in ipso templo patratur, non fauet Ecclesia delinquenti. Caput primo homini, Christo, & Deo contriuistis, confugitis ad templa, indulget iustitia; si verò non velato capite vestri causa ministri in peccatum laberentur, maximum crimen erit, & venia indignum. Ideo operite caput, & sicut qui deliquit, vitam in templo degit; ita vos potiorem vitæ partem in templo ducite, ne vos diuina seueritas extra immunem locum inueniat. Hodie tamen caput eleuare possunt, Maria virgine duce, quæ caput fœminarum est, decus, & ornamentum, quæ in tuto se collocat, vt vniuersum genus earũ honestet atque custodiat.

Fugisse etiam oculos hominum virgines.

1. Cor. 11. 7.

Videatur Tertullian. de velandis virginibus c. 1. & 2.

15.

Cur vrgent præceptũ velandi se fœminas & in templum confugiendi.

Templi immunitas non defendit sacrilegos templi violatores.

16. Egregium igitur hoc facinus summa laude dignum visum est vni fœminarum, quare vocem extollens epithalamium cecinit, dicens: *Beatus venter qui te portauit, & vbera, quæ suxisti.* Putauerat mundus satis superque laudatam Virginem; verùm veritas ipsa Christus maiorem laudem instituit, mulieremque correxisse videtur, affirmat enim, *quin imò*, quasi diceret, *bien esta eso pero vengamos al caso.* Veramque laudem suæ matris, & verbi Dei vno verbo prædicat, *quin imò beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Primò enim se laudat, quod nempe Deus sit, non homo solùm, *si yo no fuera mas de lo que tu entiendes poca honrra me hacias.* Cùm celebras Virginem, quod mater mea sit, celebra igitur non propter humanas, sed propter diuinas excellentias, & his superiores, quas habent, qui me verbo concipiunt. Sicut si quis Olympiadem Alexandri Magni matrem extolleret, eò quòd mole corporis, & proceritate alios superaret, omnes corrigerent illum, extolle vocem, attolle laudes, & maiora decanta, lauda spiritus, cor, magnanimitatem, potentiam eius, de quo vera laude dictum est, *siluit in conspectu eius omnis terra*; non enim est Magnus Alexander, quia graue onus tollere posset, sed quoniam pondus maiestatis eius vniuersus orbis persensit. Sic Seruator noster temporalem laudem, quam opinione communi mulier illi deferebat, limitauit, *dexa os de eso.* Altiora laudanda & contemplanda sunt in concionatore verbi Dei, de spiritu, de vehementi persuasione, de fructu laudandus est; humana enim hæc laus cuique & à quibusque defertur concionatori: *bendita sea la madre que te pario.* Quid superest Christo? ideo dixit, *quin imo*, &c.

Textus noster laus tanta Virginis.

Simile.

Error laudantium concionatorem sicut Christum.

Consuluit etiam honori matris, quia si vt Deum filium non laudabat, nec matrem vt Dei genitricem commendabat, atque adeò veram commendationem eximebat; omnes enim gratiæ, summæque excellentiæ Virginis ab hoc vno filio suo matri dimanarunt, vt notant Hieronymus [a], & Ambrosius [b], præsentia enim Verbi incarnati hos omnes effectus, donaque impertiuit, vt ait Athanasius: *omnibus gratiis abundauit, ex te prodiit Deus noster, omnem tibi largiens gratiam, & vbera quæ suxisti.* Et licèt magnum vbique fuit, maximisque muneribus compensatum lacte nutriuisse principes: vt Gen. 2. 59. de Debora nutrice Rebeccæ, quæ viuens honorata est, & moriens maximo omnium fletu sub arbore consepulta, cuius causa *quercus fletus* vocatus est, ita vt (quemadmodum notat Rupertus [c]) de sepulcro Rebeccæ nihil dicat textus; de nutrice tamen perspicua mentio fiat. Nihilominus tamen non inde est laudanda Virgo, vt decet, *& vbera quæ suxisti*; de labiis etiam filij quid matri redundaret, nisi supercælestes gratiæ dulcedines, dum gratia diffusa est in labiis suis; illa, inquam, gratia, quæ lapides ignire, sepulcra reserare valebat, vt explicant Hieronymus [d], Chrysostomus [e], & Tertullianus [f]: hæc autem gratiæ incrementa ex Christi labiis, ex verbis sponsi non difficilè colliguntur; ait enim, *duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli.* Rupertus *Cant.* 4. hæc animalia voracissima esse, & maximo calore prædita, ideo de illis dictum, *Qui pascuntur in liliis donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. que se estaran repastando entre flores desde la mañana hasta la noche*, vt explicat Theodoretus, donec ad matrem reuertantur superueniente nocte. Vnde etiamsi vbera virginea lac suauissimum & mellitissi

17.

Maria de quibus maximè laudanda est.

a Epist. ad Principium.
b Luc. 1.
Aue gratia plena.
Nutricibus magna stipendia & obsequia debentur.

c Lib. 8. in Gen. c. 13.

d In Psal. 44.
e Ibid.
f Aduersus Iudæos.

18.

Cant. 4.
Ineffabiles gratias hausit à filio mater Dei lactans & nutriens.

lectissimum Christo Domino præberet; id autem quod à fonte sanctitatis sugebant hinnuli, id est, vbera sua, deuorando & exantlando gratias, nec verbis exprimi, nec mente concipi potest. Quod cùm mulier nō attingeret laudatione sua, reiicit Dominus, dicens, *quin imò.* Sicut quon-
Cant. 7. dam de pulcritudine exteriori laudata Virgo sanctissima, *Reuertere, reuertere,* &c. *O pulcerrima mulierum*, laudationem istam præterire iubet, *dexad eso*, & ad alia altiora eleuat mentes: *Quid videbitis in Sulamite nisi choros castrorum. esta si que es alabança digna de muger es otra no tanto.* Sic Christus Dominus *bien esta eso, sed beati,* &c.

19. *Verbi Dei eximia laus.* Verbi tamen Dei quod maius encomium à Christo proferri poterat, quàm dicere, *quin imò beati*: quod Augustinus [a] maximè sua interpretatione extulit: *& matrem meam, quam appellasti felicem, inde felix, quia verbum Dei custodiuit, non quia in illa Verbum caro factum est.* & alibi [b]; *Beatior fuit Maria concipiendo mente, quàm ventre, felicius gestauit corde, quàm carne.* Quæ licèt magna sint, non tamen cum maternitate sunt comparanda, eodem asserente Augustino [c], ius dignitatis, & gratiæ effectum, nec cor concipere, nec lingua valet exprimere. Idem Anselmus, & D. Bernardus [d]. Præterea hæc dignitas matris secundùm D. Thom. & alios secum affert certam infinitatem, & vnionem singularem cum Deo, quam P. Damianus identitatem cum Deo appellauit; quare incōparabiliter excedere debebat omnes reliquos cuiusque gratiæ thesauros.

a Tract. in Ioan.
Maternitas summa dignitas Virginis.
b Lib. de sācta virginitate c. 3. Idē Iustin. Mar. qu. 136. ad orthodox. Cyprian. ser. de passione Domini prætulisse Christum matri auditores verbi.

20. Huic ergo maternitatis laudi aliam adiungit Christus Dominus, *beati*, & beata mater mea, quia audiens verbum Dei custodiuit illud. Nam verbum, quod in oratione concipiebat, in corde ita repositum erat, vt in bona opera erumperet. Fortem illam mulierem laudat Sapiens, *quod manum suam misit ad fortia*, id est, apprehendit fusum. Sed inquiro, quare magis fortitudinem, quæ in fuso est, laudat? Beda in hæc verba, *& custodiuit illud*, respondet: Si sacra Scriptura consideretur, summa cum proprietate fortitudinem, vbi sita sit, constituit: nam in colu linum ponitur, nec in hoc multum operis est, at fuso manu contorto sensim colligere & transmittere elaboratum linum, hoc opus hic labor est. Quando anima orationi vacat, & cognitione Dei illuminatur, & desideriis virtutis accenditur, cirrus est in colu. *esa es la tarea puesta en la rueca no es ese gran negocio*: at quando hæc cognitio in opera transit, & desideria concepta opere implentur, tunc fusus laudatur, ibi opus & labor est, ibi fortitudo animæ. *en el vso y en el bien obrar esta la valentia*, & hoc est, digiti eius apprehenderunt fusum, nam magna Dei cognitione, vel scientia illustrari, & dulces affectus experiri, si demas opera, hoc inertium & desidiosorū solet esse, qui de colu solùm gloriantur, non de fuso. Ideo LXX. vertunt; *& manus eius firmatæ sunt ad fusum*; aptior videbatur, vt pro ense vteretur colu, quàm fuso: at nihilominus ad fusum firmatas dixit manus; in fuso enim, & in vsu bono operum Christiana disciplina substitit, ibi firma est oratio: hoc audire est & custodire verbum. Quare Saluator arrepta occasione illius fœminæ, illam, & fœmineos animos, qui libenter diuinis adsunt, & verba Dei suscipiunt, & tamen nequaquam operi mandant, arguit. Sunt hæ mulieres sicut qui putrida febre laborant., & infirmitas ra-

c Lib. de assumptione hum.
d Hom. 2. in Missus est. Vide Maldonat. & Suar. 3. p. q. 27. artic. 1. sect. 2.
Laudatur Virgo quod verbum suscipit, & in fructus operum procedit.
Desideria operi mandanda, & in actum referenda.
21.
Illusæ fœminæ arguuntur, & monentur.
Simile.

ptum fecit in caput, feruet ibi sanguis, garrit infirmus, & indefessè, quod occultum est, effutit, ore rubicundo, oculis petulantibus, dum pedes, extremæque corporis partes emortuæ & exangues frigent, & ad omne opus inutiles sunt; opus est, (ait medicus) vt lini cirrus afferatur, coque, brachia constringantur arctissimè, vsquedum sanguis à capite in brachia, manúsque descendat. Sic se habent fœminæ quamplurimæ rerum diuinarum contemplationi deditæ, ad speculanda Dei verba intentissimæ; attamen omnem deuotionem, & feruorem in capite habent, illusæ, garrulæ, secreta soli confessario aperiendo cuiuis communicant; manus autem bonorum operum frigidæ & otiosæ ad nullum bonum opus aptæ. Sic se etiam habent superbi homines, qui nobilitatem iactant, & de antiqua fide parentum gloriantur, & quidquid ignobile in aliis, obscurum, vel infame est, memoria retinent, & petulanter vbique effutiunt, gloria eorum à conceptu, à partu. *rebientan de Christianos viejos.* mundus enim febre phreneticus est, sanguis feruet in capite, nullus est qui non formidet, omnes enim commaculat, labe conspersos prædicat, & infami nota inurit; brachia verò ad bona quæque confracta, frigida, emortua. Quid aget spiritualis medicus? pensum adhibebit manibus, *apretar les los braços con vn cerro de lino*, & vt neant mulierculis imperabit, & domus suæ curam habeant, & his blateratoribus, qui de stirpe gloriantur, pensum eleemosynarum imponet, vt deuotionem, quam in beatam Virginem prædicant, virtutum eius imitatione compleant: *audiant verbum Dei, & custodiant illud.* Febre phreneticus est Christianus populus, qui instar amentis probra, & iniurias, & contumelias iactat, & nos, qui verbo Dei subuenire debemus tanto morbo, & premere, atque constringere, vt manus moueantur ad rectè operandum, curiosa, non solida; blanda, ac mollia, non acria, & viua prædicamus. Sicque fit vt manus languidæ sint ad operandum; mentes verò, & ingenia nimia satietate verbi Dei spernant sermones Dei, & solùm curiosa sectentur. Factúsque est iam (inquit Bernardus. [a]) Christianus populus similis asinæ, super quam insedit Christus in ingressu illo, & plausu, quo exceptus est ab Ierosolyma; tulerunt enim asinam, ornauerunt, insedit tota Dei Trinitas, tota maiestas, tota humanitas Dei viui, pretiosa caro, sanguis testamenti mox effundendus in cruce. Onusta Deo pergit asina, peracto verò triumpho descēdit seruator, & asina tam bruta, & tam asina mansit vt antea; crux verò, quæ suscipit, amplexatur, & viuum & mortuum verbum Dei continet sponsa Christi, eiusdem adorationis digna effecta est. Tu es tu Ecclesia Christiana, tu Christi respublica, nunquam maiori cultu ornata, nunquā templa splēdidiora, nunquam celebriora festa, onusta sacrosancto Sacramento, festis, solemnitatibus, indulgentiis, concionibus, libris, Deo, Christi sanguine, & eius meritis. *cargada de Dios.* Verùm *quia non custodis illū*, à te quasi bruto asello descendit, & tam bruta manes, tam auara, tam turpis, & impudica, tam honoris cupida, sicut antea, vnus homo deuotus, vna religiosa anima, quæ verbum Dei *custodit*, & seruat, & bene suscipit, sicut crux, fit verbo Dei Christi frater, soror, &

22.
Ad opera reuocentur deuotæ fœminæ & gloriosi & vani prophani.
a Ser. Dominicæ in Ramis.
23.
Inutile est verbum Dei multis auditoribus.

 mater,

mater, vt ipse testatur, beatiùs quidem est concipere mente, quam ventre; in ventre enim mansit verbum nouem mensibus, in mente autem manet in æternum. Hæc igitur laus vltima Virginis est, hæc vita animæ, qua primò ad gratiam, postremò ad gloriam felicissimè peruenitur.

VERBVM SPIRITVS sancti. Rom. 15. v. 12.

Et rursus Isaias ait: Erit radix Iesse, in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vas omni gaudio.

Replet omni gaudio gentes quæ radicem Iesse expectabant, summi Patris & Virginis Mariæ desideria cumulatissimè explentur.

DISCVRSVS XCIX.

1. *Quo pacto desideria tot in expleri valeant.* SI vas desideriorum (aiebat D. Chrysostomus) ipsa in fusione crescit, fieri neutiquam potest, vt tandem impleatur; quare ne in immensum abeat cupiditas, necessarium in primis est, aut contrahi ipsum vas, aut os deorsum in terram obuerti. *Mundi, Dei & Virginis diuturna desideria satiantur.* In tantum difficile iudicauit sanctissimus Pater cordis desideria explere, vt vel claudere omninò opus esset, vt dixerat Seneca, aut inexplebilem sitim expleri impossibile esset. *Cardo tentionis & dimissie in vltimis verbis qua D. Bernardi sunt, continetur.* Quod vt liquidum fiat, humani desiderij figuras effingamus, & adumbremus. *Humani desiderij formæ & simulacra.* Ego equidem, si ingens alicuius principis, vel reipublicæ in cælo desiderium depingerem, effingerem ineuntem lunam ab vtroque cornu acuminatam, *una luna creciente distantes las dos puntas.* *Luna crescens.* Quod enim maius desiderium, quàm lucis? quæ maior difficultas, quàm cornua illa eximiè distantia in orbem integrum plenè figurare? solus Deus & Solis accessus perficient. *Fons sine aqua.* Sin verò in terra sitim desideriorum adumbrarem, tubos ad ducendam aquam infra terram fractos, craterem è lapide politissimo ad continendam aquam, leones insidentes alabastrinos ore aperto ad vomendam aquam, fistulas quamplurimas ex ære Cyprio factas, à quibus aqua defluat in lacum; *Fæmina quæ aquatum veniens.* fœminam item, quæ hydria aquatum veniat, effingerem. Verùm & lacus, & crater, & leones, & tubi, ac denique hydria vacua omninò, & inexpleta sunt. *Desiderij non expleti figura.* Sin verò nondum impleti desiderij rabiem describerem, ob oculos quidem locustas illas ponerem, quæ obscurato priùs sole, & ascendente fumo, ex abysso exierunt in terram, data illis potestate, vt sicut scorpiones terræ læderent omnes signum Dei in fronte non gerentes, quæ sic cruciabant homines, vt violentas sibi manus inferrent, & quasi in inferno esse viderentur. *Apoc. 9. v. 3. & 4.* 2. Nec multum abest, vt ait D. Bernardus, *tolle propriam voluntatem, & non erit infernus*; impetus earum erat, sicut equorum, qui in prælium parati sunt; facies earum, tanquam facies hominum, capilli autem mulierum, dentes sicut dentes leonum. Si describerem multitudinem desideriorum obruentium mundum, dilauium illud depingerem, quo omnes periere præter illos, qui ad ratem confugerunt. *Multitudo desideriorum.* Si moram desiderij adimplendi pingerem, serpentis, vel locustæ morsum, tumorem, ardorem, quem nemo per quatuor millia annorum aperiret, nec medicamine curaret, nec foueret oleo. *Mora desiderij explendi.* Ecce immensi mali figuram horret animus aspicere, ad salutem tamen obtinendam ne grauetur audire.

3. Imperatores, & eorum imperia solem imitari lumine, & perduratione existimabant, cùm reuera lunæ decrescenti meliùs comparentur. *Imperia hominum lunæ decrescenti comparantur. Monarchia sua non valuerunt desideria explere.* Quinque etenim monarchiæ, quas mundus tulit, omnes eximio aliquo desiderio flagrarunt, quasi lunæ incuntes Solis intuitum quæritantes. Monarchia Assyriorum in laudis iustitiæ, & virtutis cupiditate versata est, hoc studio inflammata est per mille ducentos annos, quod facile est coniectare, siquidem post tot annos aliquæ bonæ frugis reliquiæ fuere, dum ad vnius Ionæ vocem, etiam existente iniquo rege Sardanapalo, magnam statim egerunt pœnitentiam; in magno ergo pretio iustitiam habuere & sanctitatem. Verùm nec vera hæc sanctitas fuit, nec eorum desiderium facile potuit impleri. Secundam Chaldæorum monarchiam mirum sapientiæ desiderium tenuit, quod facile intelligimus ex honore amplissimo Danieli delato, quia somnia fuerat interpretatus; *Dan. 1. 4.* tum ex sapientum magorum & ariolorum frequentia, tum ex astrorum peritia, tum etiam ex puerorum educatione, etiam eorũ, qui in curia, & aulis inseruiunt, qui hebetes, & inertissimi esse solent; cura tamen regis maxima erat seligẽdi pueros *eruditos omni sapientia, & doctos disciplina*; si ad optata peruenerunt, vel non, minimè curo, satis fuit desiderio vexari: nam, vt ait Salomon, *qui addit scientiam, addit & laborem*; *Eccl. 1. 18.* nam crescit sicut auri cupiditas, quo plus propria ignoratio dignoscitur. 4. Persarum tertia & Medorum monarchia plus iam in desiderij materia defecit, nam delitiosam vitam amplexata est, & corporis blandimenta expetiuit, quod ex magna vxorum multitudine, ex conuiuiis lautissimis, ex pretiosissimis vnguentis, quæ è libro Esther satis constant, & ex vrsi pictura, quæ Danieli ostensa est, optimè summus luxus significatus est. Græcorum quarta monarchia cupiditati diuitiarũ adiecit oculum; *Vide Apoc. 13 apud Alcaçar.* quare in panthera, vel pardo significatur, symbolo videlicet diuitiarum. Huc pertinet fames illa Alexandri opum Darij regis, Indiarum, &, si foret, alterius etiam orbis, cuius successores à sacra Scriptura non minoris cupiditatis nota taxantur. Quinta denique monarchia Romanorum (vt notauit Augustinus) ad honores anhelauit, & in laude versari bonum quasi vltimum reputauit; quare superbia vitæ illi adaptatur, & in bestia maris denotatur, *Apoc. 13.* Verùm antequam longiùs progrediar, perpendere licet, qua ratione desideria in vltimam malorum ruinam mundum adduxerint; *Desideria in ruinã orbem adduxerunt.* quo plus enim à Deo discessit, sensim defecit, & quasi statua illa Nabuchodonosoris ex viliori materia temporis decursu compacta est; priùs enim cùm puer est homo, aureus est, & gemmis ipsis charior, *vn muchacho de oro y de perlas*; virtutis amator, sicut Assyrij, cùm adolescit sapientiæ incumbit, & splendet sicut argentum, *que bien parece vn muchacho estudioso y sabio.* Succedit iuuentus, quæ iam

quis

Digitized by Google

æti comparatur, quæ luxuriæ desiderio tabescit: *luego se enlacia con la torpeza*; superuenit virilitas, ferrea quidem ætas, & terræ commixta, quæ honoris ac diuitiarum studio inflammatur: *arde el ambicioso deseo de honrra.* Lunæ equidem sunt, & quo quis à vero sole discedit, etiamsi Salomon sit, deficit, & sensus auertitur cupiditatibus, & abit in deterius. Regnum enim Salomonis, sicut & Salomon ipse, non immeritò lunæ comparatur decrescenti; ab illo enim ad Christi tempora, ad fæces illa respublica deducta est. Ex quorum peccatis omnium peccatorum maximum perimendi Christum conflatum est, ob quod plaga illa locustarum, hoc est, desideriorum, puniti & vexati sunt, vt iam explico.

5. *Mordacitas desideriorum.*

Mordacitatem desideriorum, & concupiscentiarũ, quę præcipuè Iudæos vexarunt, D. Ioannes locustarum specie designat. Ex inferno enim desideriorum, & fumo ignorantiæ quid nisi fœdissimæ concupiscentiæ erumpunt? quid capilli præcipuè fœminei, nisi molles, & ardentes cupiditates significant? quid caudæ, & bruta corpora, nisi irrationales esse expetitiones? quid locusta, nisi famem, & appetentiarum cupiditatem, & esuriem? nunquam enim edendo exsaturatur, cuius venter insaturabilis est, sicut *& venter impiorum insaturabilis.* Quare vt significaret Salomon ciborum tædium in senectute, quæ iam morti proxima est, locustam, hoc est, ventrem depingit, quæ existente ex vna parte amygdalo teneta, & ex alia cappari vel capparatum fasciculis, nec ad florem, & amygdala insiliat, & fasciculos capparatum proiiciat. Ideo sic satietatem describit, *impinguabitur*, id est, satietate afficietur venter *locusta*, ita vt etiamsi *floreat amygdalus*, & viridia amygdala, & præmollia proferat, ad eorum esum nequaquam excitabitur, & etiamsi ex alia parte *capparis* sit, *dissipabitur*, proiicietur, *dira quita alla y las derramara*; sic igitur in locusta voracitas cupiditatum exprimitur.

Eccl.12.5.

Tadij emblema & figura.

Locusta voracitatis symbolum.

Multiplex desiderium.

Multitudinem autem desideriorum vnus Paulus explicat de diuitibus agens Tim. 6. 9. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in desideria multa inutilia, & nociua: viene sobre ellos vna nube de langostas, o vn diluuio de deseos.* Tempus etiam durationis mysterio non vacat, datur enim locustis potestas, vt crucient mensibus quinque, tempore, inquam, quo diluuium perdurauit, vt allusio fiat ad quinque illas monarchias, quæ vacuæ omni bono mundi imperium tenuerunt. Atque vt omnia ponderemus, quàm vacua natura hominum sit sine Deo, qui omnium desideriorum expletor est, mulier illa Samaritana præfigurauit, quæ aquatum venit meridiano æstu ad fontem. In qua muliere ex sententia Tertulliani, Ambrosij, Augustini, gentilitas figuratur; illa enim erat, quæ quinque viros habuerat, quinque Monarchas; illa, quæ à vera adoratione aberrauerat, dicente Christo, *Vos adoratis quod nescitis*; illa afflicta, conculcata à tot adulteris tyrannis sic iniquis, vt vnus interfecerit antecessorem suum; illa idololatra fornicaria, quo nomine idolorum cultus denotatur; illa, cui dicitur, *voca virum tuum*, illa enim credente credet etiam in Christum Romanorum regnum; illa denique, quæ sicut hydriam vacuam sitiens cor gerit, quam nunquam expleuit; illa assidua fatigatio eundi, & redeundi, sed *fons ille aquæ salientis in vitam æternam*, id

Ratio desideriorum quandiu duratura designatur.

6.

Mulier de Samaria gentilitatem designat.

est, in æternum salientis; sola enim gratia, & author gratiæ te ô homo valent explere. Age Domine, ecce viuam imaginem naturæ sine te vacuæ, & in extremum malorum adductæ, sine te enim mundus & anima omni bono caret iustitiæ, veritatis, sapientiæ, delitiarum, diuitiarum, & gloriæ; quinque mundi Monarchæ, sicut luna decrescens, in desideriis suis; vbi enim gratiæ tuæ aqua desideratur, frustrà eundo & redeundo ad fontem respublica fatigatur, rabies desideriorum serpentina, cæca, insaturabilis multitudo desideriorum diluuio locustarum comparata, remedij tarditas mille quater annorum; quando ergo venies Domine? quare tam longas facis moras? non multum moror, inquit Deus, quòd si aliquam interposui moram, ideo factum est, vt cognoscat mundus me solum, & virginem mei genitricem veram desideriorum expletionem mundo allaturos.

Clamat natura suum sitiens reparatorem.

7. *Quare adultum suum distulit Deus.*

Ideo *missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem*, cunctari oportuit, vt nouerit mundus me solùm posse exsaturare, & in virgine vacuitatem omnem explere. Nam *cùm venit plenitudo temporum, misit Deus filium suum, & descendit in inferiores partes terræ, vt adimpleret omnia*; nam cùm sol ille iustitiæ nulla interiecta vmbra in virginem venit quasi lunam plenam fecit gratia, & tanto grauidata sole extrema illa, & acuminata cornua, natura videlicet humana, & diuina in Christi persona vnita sunt. *llenò la luna Maria y en ese vientre santissimo se juntaron los dos extremos Dios y hombre.* Plena fit luna, quæ virtutem expetebat, scientia redundat cælesti, veræ delitiæ, veræ diuitiæ, vera denique honoris orbi venit plenitudo. Iam docta gentilitas ad sacramentorum, & fidei fontes properat, nec vacua recedit, iam locustarum, & concupiscentiarum multitudo in vnicum Dei amorem cogitur, iam tarditas, & cunctatio adhibendi medicamina finitur, iam Deo inter mortales designatur dies: *in mense sexto missus est Angelus Gabriel à Deo.*

In Maria expleta desideria orbis & humani generis.

8. *Attende homo quantum debes uni Mariæ.*

Ad Virginem. Post Dei benignitatem Mariæ debetur nostrorum expletio desideriorum: orbis ære alieno oppresse attende obsecro, cui secundùm Deum filij æterni aduentum referre debeas, tibi ô Virgo sanctissima. Quemadmodum enim cùm nobilis matrona monile aliquod pretiosum construere parat, vel agnum cereum auro & lapillis pretiosis vult circumcludere, non consulit maritum, qui magnis sumptibus oppressus est ære alieno, sed tacitè numos quamplurimos in vnum confert, sicque mulier præstat, quod nequaquam maritus bonorum dissipator vnquam perficeret. Consimili quidem modo Virgo sanctissima cũ mundi Monarchas ære obstrictos, & in desideriis pænè consumptos videt, cùm etiam videt Danielem desideriorum diuitem, & quasi bene numatum, (vt ad illũ dixit Angelus, *vir desideriorum es*,) necdum sufficere, ideo illa in cordis arcano numos, hoc est, aurea desideria recondit, vt agnus ille ardentissimis desideriis allectus suo circumcludendus ventre iam veniat in mundum, quod admiratus S. Chrysostomus [a] dixit, *Nibil est quod non superet amor cum desiderio, cùm autem & Dei sit desiderium, omnium est altissimum, & omnia deridens ad cælum volabit*; omnia enim superat desiderium, si de Deo est. Quare tria difficillima opera in Maria perfecta sunt.

Simile.

a Tom.5. hom.64.

Tria difficilia in Maria superata sunt.

Tria

a Serm. 3. in Natiuitatis vigilia.

Tria opera, inquit Bernardus [a], fecit omnipotens illa maiestas in assumptione nostræ carnis singulariter mirabilia, vt alia nec facta sint, nec facienda sint amplius super terram. *Coniuncta quippe sunt ad inuicem Deus & homo*; cornua enim hæc lunæ longè distantia in vtero Virginis sole pleno coniuncta sunt. *Coniuncta quippe mater & virgo*; opus ita arduum, vt de illo solùm inquisierit Angelum beatissima Virgo, *quomodo fiet istud? Coniuncta quippe sunt fides & cor humanum.* Nihil ergo est, quod non superet amor cum desiderio. Ecce vna virgo auro desideriorum circumclusum habet agnum, & (O) siue annulum pretiosissimum perficit, vt notauit Rupertus [b]. *De qua natus est Iesus*, &c. *nonne circulus quasi armilla formatur, incepit autem ab homine, & in Deo ductus sui finem fecit, iunxit se initium fini, id est, Deus homini, & ita hac, initium scilicet & finis, occurrerunt sibi in vtero Virginis.* Et Epiphanius [c] monile laudat, & vterum agnum Dei continentem. *O vterum impollutum habentem circulum cælorum, qui Deum incomprehensum in te verè comprehensum portasti.* Quare optimè festum istud Virginis (O) nuncupatur, vtero enim iam & circulo clausus est immensus; Dei quidem opus, *missus à Deo*, sed similiter virginis *ad virginem*, suis enim sumptibus & desideriis opus celesius operatum est. Vos verò in aduentu summi Regis estis persimiles principibus regni, qui per multos annos insanis sumptibus consumptum habeant patrimonium, & aduentante Rege, cùm opus esset magnificè illi occurrere, domi se tenere coguntur. Sic desideriis distracti estis, vt venienti Deo omnium desideriorum fini occurrere non valeatis. *Missus est*, &c.

Primum mirabile. *Secundum mirabile.* *Tertium mirabile.*

9\. b In Matth. cap. 1. *O, mysterij incarnationis symbolum.*

b Serm. de laudibus Virg.

Festum (O) cur ab Hispanis dictum.

10\. Dei quidem opus fuit admirandum mundi explere desideria; verùm nónne longè mirabilius est talem inueniri creaturam, qua Deus satiare seipsum possit? Ecce tribus rebus saturum Deum, *virginitate, desponsata virgine, & gratia.* De primo inquit textus,

Magnũ opus fuit Dei etiã desideria explere.

11\. *Ad Virginem.* Mirabile opus, quòd sursum ascenderet Virgo ad exsaturandum Deum, admiratus est Nazianzenus; qui enim fieri potest vt terra ad cælum pertingat, & repleat? quomodo caro ad spiritum componetur? cur solis animi desideriis sibi satisfactum asseret Deus? aut qua arte sursum tendere faciam terrena desideria, & infirma, vsque ad thronum Dei altissimi? *Videtis* (inquit) *aquarum profluuia plumbeis canalibus inclusa, quòd nimium comprimuntur, atque adeò in vnum feruntur, adeòque plerumque ab aqua natura excedunt, vt quod retrò impellitur, sursum semper tendat. Consimili modo si amorem strinxeris, totaque Deo coniuncta fueris, sursum tendes, nunquam humi prolaberis, nec difflues, tota Christi manebis, quousque Christum quoque sponsum tuum videas.* Collige desideria, constringe, in vnum redige, quòd si hæc semel perfeceris, factum puta miraculum illud, nempe creaturam, mentémque Virginis ad Deum sursum efferri, & Dei explere desiderium. Mens tamen adhuc huius diuini Doctoris superest explicanda, & nostra firmitas, infirmitásque, vnde proueniat, examinanda. Totius nostræ salutis caput est hoc apud nos principium statuere, nos, corpus, animam, puritatem, veram voluptatem à Deo pendere,

Virginitas satiauit Dei desiderium.

D. Gregor. Nazianz. orat. 31.

Desideria in vno Deo colligenda vt in sublimia tendant.

Casti apud se statuant à Deo pendere & in eo fixos permanere debere.

asentar esta verdad que dependemos de Dios. Castitas enim, sicut & virginitas, inquit D. Basilius, in anima est. Et S. Thom. [a] Castitas consistit quidem in anima, sicut in subiecto, sed materiam habet in corpore. Idem August. [b] Ergo quanto anima arctiùs Deo vnita fuerit, tanto corpus securiùs in Dei voluntate perlistet. Punctum equidem valde considerandum, vt castitatis originem semel agnoscamus. Nam sicut cùm videmus pondus magnum aëre suspensum ex infixo clauo pendere, examinandum est vtrùm eorum aliud contineat, clauus pondus, an pondus clauum? nam si clauus pondus sustinet, opus erit crebris ictibus clauum tundere, & infigere altiùs, & ibi labor & opus est. Corpus quidem virgineum & castum per multos annos suspensum, quódque ad terrena non labitur, miraculum gratiæ est mirificè contemplantium animos recreans, virginem Mariam, multásque alias inter terram & cælum suspensas teneri ad septuaginta annos, mirum sanè & pænè diuinum opus; corpus autem hoc quid castum reddit? anima; & animam quid castam facit inhærere, & Deo astrictam esse? quo vinculo? quo clauo? desideriis; bene ergo, inquit Gregorius, monebam vos opus esse clauum desideriorum tundere, Deo infigere, vinciri, & inhærere puritatis fonti; sic enim fiet, vt Deus, à quo dependes, puritatem animi, atque coniuncti corporis conseruet, & tu pariter etiamsi mole corporis graueris, sursum tendas, & Dei desideria compleas, qui virginibus maximè gaudet. Quare iteratis ictibus, & repetitis amoris actibus desideria in Deo fige, dicens illi: *Totus desiderabilis*, totus desideria. *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius, & dilectus meus mihi, & ego illi*, id est, ille infinitus cùm sit, & infinito prosequens amore, quos amat, mihi vni adhæret, & in me vnam totum amorem confert, & quasi vnicam diligit, *ego* pariter *illi*: nam etiamsi multa sint amanda in mundo, illi soli adhæreo, & sic diligo quasi nulla alia Deum in terra diligeret, ille solus soli, ego sola soli, ille inter plurimas *mihi*, ego inter omnes *illi*.

22.2.Q.151. art.1.ad 1.

b 1. De ciuitate cap.18. tom 5.

Ab exemplo.

12\. *Simile est miraculo in castitate permanere tot Virgines per multos annos.*

Desideria vni Deo affigenda.

13\. Omnino tamen saturare Deum vni contigit Virgini sanctissimæ, quæ quasi in plenissimo circulo ventris *virum* Deum maximum conclusit; hoc enim illa indicant verba Ieremiæ [c], *Vsquequo delitiis dissolueris filia vaga? quia creauit Dominus nouum super terram, fœmina circundabit virum: naturaleza desceñida en vuestros deseos, y diuertida en quereres lo que vos no alcanzareis obrara Dios en vna Virgen, y en la, o, de su vientre la cercara.* Quòd consecuta sit Virgo, nempe satiasse Dei desiderium, probat nouem mensibus apud illam Deum commoratum esse vestitum carne; tantæ enim sunt materni vteri angustiæ, tam parua & incommoda domus, vt benignè prouiderit natura & diuina sapientia, quòd tunc pueri vsu rationis careant, vsque dum de tantis angustiis in lucem prodeant, & puer iste sanctissimus summam reputat iucunditatem nouem mensium tempore in materno vtero contineri; ibi enim iucundè adest homo, vbi sua cõplentur desideria. Vide hominẽ toto anni tempore in angustissima taberna

Plenè Deo satisfecit & expleuit desideria Maria.

Sic explicat Hieron. sup. Ieremiam. Bern. ser. 3. in purificat. Cyprian ser. de natiuit. Aug. serm. 5. in nat. Dom.

c Cap. 31. 22.

Placidè & iucundè mãsit in Virgine nouem mẽsibus.

A simili.

taberna lætissimum commorari vendentem ligulas adstrictorias, coriaceas, & sericas, vitra multorum colorum, vittas, zonulas, funiculos, fascias, acus, specilla, & alia minutissima; quare homo iste tã in angusto loco lætus est vsque ad multam noctem? ideo nempe, quia ibi multam pecuniam lucratur. *halla alli su ganancia.* Angusta est etiam dæmoni domus humani corporis, & nihilominus vt prauum suum impleat desiderium, per multos annos, si potest, commoratur. Cùm ergo sic lætus, sic perfectus in sapientia Christus & beatissima Dei filij anima in ventre nouem mensibus conquiescat, quid sentiendum est nisi inuenisse ibi verbum Dei suorum desideriorum expletionem, venisse ad regium sacellum, vbi tanquam sponsi Deus & homo coniuncti sunt, ad mundissimum nuptia-

Ab exemplo.

14. lem thalamum, in quo diu desiderata connubia celebrata sunt, hoc nomine collaudat Virginis ventrem Augustinus [a], *Expandat nunc fides splendentis vteri pulcra tentoria, obumbret virtus spiritus, sibilet naturali calore depulso, tenuis virginem aura refoueat, & fluente refrigerio, spiramentis cælestibus ventiletur, flammeus ibi rosa fulgor anhelet, albens lilium candicet, mollis viola rutilet, purpurei spargantur flores, & vario nitore depictus Christi thalamus exornetur.* In materno vtero tanquam in throno ex ebore grandi pacificus sedit Salomon, ibi ab Angelis adoratur, vt ait Paulus Heb. 1. 10. *Et cùm iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit* (Pater) *& adorent eum omnes Angeli Dei.* Nec ibi otiosus est, ibi mandata pietatis expedit, Ioannem sanctificat, linguam soluit Zachariæ, spiritu prophetico replet Elizabeth, & quasi Salomon, mundum pace, & securitate tranquillat, atque, vt vno dicam verbo, quasi mater, Dei desideria complet; quis enim pueri desideria, sicut eius mater, valet explere? quis lac suauissimum instillat? atque adeò Patri gratissima filia est, filio mater, quo nihil optatius, nihil iucundius Deo obuenire potuerat. Ideo *missus est Angelus ad Virginem.*

[a] Ser. 17. de Natiuitate.

Haga la fee tienda y extender haga sombra el verbo sino en la espesura el Espiritu santo lo acontense mareas del cielo a somes claresa abrasada espire olor la açuzena de plata y la blãda violeta de añil y con clauellinas sangrientes y encarnadas hagase vn variado prado de colores y de verduras el virginal thalamo para Dios.

Thronus Salomonis vterus Virginis.

15. *Desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph.* Si desponsata est viro, quomodo plenissimè potuit desideria diuina complere? de nuptiis enim dixit Paulus, *& diuisus est*; curat enim solicitè, *quomodo placeat vxori*, ac per consequens non potest *tota Christi esse*, sicut proximè dicebat Nazianzenus. Certè nobis inferre videtur impedimentum, & moras sanctissimus Ioseph. Quorsum modò post virginitatem desideria, & discursum nostrum retardat faber iste de domo Dauid? Verùm non obstabit (inquit Nazianzenus) quominus etiam nupta Virgo sanctissima cumulatissimè diuina expleat desideria. Perpendamus etenim etiam nuptui traditos, vinctos, & colligatos inter se esse, & cum Deo. *estan los casados engazados entre si y con Dios*, vt expressè aiebat Paulus 1. Cor. 11. *Verumtamen neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in Domino: nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem, omnia autem ex Deo.* Vide quid egeris, qui vxorem duxisti, manum nempe porrexisti ei, quæ te vel in pœnam, vel in gloriam sempiternam potest deducere. Quare duo præstabis, primum nihil illi turpe, nihil indecorum illi permittas, his enim quasi catena in inferna deducet. *Si illitos fuco & cerusa colores, & pigmenta conspexeris, eam hoc ornatu spolia; si procacem & petulantem linguam, coerce; si meretricium risum, tristem effice; si sumptum aut potum immodicum, contrahe; si intempestiuos progressus, constringe; si oculum elatum atque suspensum, reprime.* Secundum obserua, ne ab illa diuortio disiungaris: *at illam ne temerè à te diuellas, & abstrahas.* Et reddit rationem, *incertum est vtra pars in discrimine versetur, ea ne qua secat, an qua secatur. esta en duda qual de los dos se condenara y quiza entrambos pues Dios juntos los queria saluar.* Quare persistis in admonendo ne ad inuicem distrahant se? optimè rogas; ideo nempe, quia matrimonij vinculo colligatos saluos facere intendit Deus; quare si vnus ab alio se subducit, dubia res est, quis eorum pereat; sin verò connexi maneant, vna vtriusque erit sors. *lo que fuere del vno sera del otro.* Ex his ergo planum fit ad hoc, quòd Virgo sanctissima diuina desideria expleat, impedimento non esse desponsatam esse fabro de do- 16.
mo Dauid quondam peccatore, *porque lo que fuere de la virgen sera de Ioseph*, & omnia ad Deum vsque efferet sponsa sanctissima. Auceps quidam ardeam vel aquilam aucupatus est, si dimittit illam, certissimum est in sublime volaturam, atque adeò si pedem circumligaret serico & coccineo funiculo, cùm sursum peteret, simul & funiculum in sublime ferret. Ardea est celsissima Maria, quã tamen aucupatus est Deus, semel autem capta, sanctissimo Iosepho, stricto matrimonij vinculo, & vero amoris funiculo obligauit: Quare vna vtriusque debet esse sors. *lo que fuere de ella sera de el.* Contigit autẽ vt ardea hęc sanctissima ad amplissimã dignitatẽ matris iam desponsata conscenderet, quid consequitur? nempe Iosephum, cui adstricta erat funiculo amoris, sursum ad celsissimam dignitatem contendisse, & summum fastigium, & celsissimam sedem cum Maria tenuisse; vt nouerint homines, sicut Dei maiestatem non dedecet de Virgine nasci, si nec patrem putatiuum habere Ioseph, & quod etiãsi virginitas per Mariam in altissimo gradu collocetur, matrimonium sanctum in Virgine saltem summum apicem attigisse; in Maria enim æqua dignitas est virginitas, & desponsatam esse; vt etiam nouerint qui obscuro loco nati sunt, qua ratione summos honores assequi possint, si nempe huic aquilæ se per amorem & deuotionem astrinxerint, & nobiles eam esse sanguinis veram, & regiam nobilitatem intelligant, quæ se Deo obligat, non quæ à Deo se subtrahit. Ecce nobilitas Dauid etiam in fabro per Mariam sursum attollitur, & coniugati de sua salute non desperent, si sanctas & pudoratas vxores habent, infidelis enim saluabitur per mulierem fidelem, ac denique notum sit Deum in mundum venire sic allectum coniugatorum amore, sicut & virginum candore, & qui venit, omnibus venire Saluatorem. *Desponsatam Ioseph.*

ibi negotia salutis expediuntur.

Etiam desponsata Virgo desideria vni Deo collecta seruauit.

Vxorati inter se & cum Deo connexi sunt.

D. Gregor. Nazianz. orat. 31.

Diuortia inter coniuges nequaquam facienda.

Matrimonium Virginis nullo fuit impedimento vt sublimia peteret mente & ardore.

Simile.

Dignitas & sublimitas Iosephi ex vinculo matrimonij.

Gratia plena, Dominus tecum. Hoc iam tertium est, quod sic Deo in Virgine placuit, vt eius desiderium exsaturauerit; gratiæ enim donum primum anima debet comparare, vt cæteræ virtutes Deo gratæ esse possint; sin minùs etiamsi nobilitate, pulcritudine, pietate, & carnis maceratione polleat, si vna desit gratia, Dei desideria non explet. *vestid me vna muger con la possible riqueza, saya de tela de oro lazos de perlas en los cabellos diamãtes en los dedos chapin de plata toda* 17.

Deus etiam Virginis desideria cumulatissimè explet.

ella cocida en ambar si es fea y desgraciada todo se pierde las galas huyeran si pudieran. Finge tibi fœminam eximio cultu, & monili ornatam, veste polymita, serica, gemmata, filo margaritarum intortis capillis, adamantes in digitis, sandalium argenteum, si vna desit pulcritudo & forma, omnes aliæ gratiæ conciderunt, & bonorum omnium naufragium facit, & si ratione vterentur monilia, à tali domina statim aufugerent. Non aliter animæ contingit, quæ etiã si à natura summis ornata dotibus, & in moralibus omni virtutum splendore refulgeat, pietatis, ieiunij, precationum, quæ margaritæ, & gemmæ sunt, si hæc sine gratia sunt, omnia amittit deformitate culpæ, laborum omnium naufragium facit, quia nec Deum, nec gloriam acquirunt. Quanta autem sit beatæ Virginis venustas, & gratia, ex hoc facilè cognoscimus, quia ingrediens Angelus hæc laudis plena verba præmittit: *Aue gratia plena, Dominus tecum.* O dignitas & diuina pulcritudo, te quærebam, tu Deo digna es, tu dignitatem repræsentas facie, & matris Dei speciem geris. *Dominus tecum. Dios con vos, y vos con Dios, digo que dezis bien con el a medida de su deseo estais.* Deest de serica, & aurea tela aliqua pars ad perficiendam vestem matronæ alicuius, mittitur statim nuntius, qui particulam telæ in exemplar ferens omnium mercatorum sericorum tabernas circumeat, & similem aliquem eundem colorem, & filorum intexturam referentem reportet, euoluit sedulò serica varia atque multiplicia, & coniectu oculorum internoscit vnam persimilem exemplari, quod secum ferebat, & ait, *Tu es, quam ego quærebam: vos sois aquien yo busco con migo ireis que esse lo que costare esta tela dice con esta.* Sic etiam vt in mundum prodiret filius Dei humanæ naturæ aurea tela deerat, exemplar fœminæ datur Gabrieli, qui cùm virginem videt, statim ait: Tu es quam ego quærebam, Deus non es, verùm *Dominus tecum est, vos para Dios y decis bien con su altissimo ser*, es enim *gratia plena*, hoc enim vnum est, quod Dei satiat desiderium, & sicut de Dauide quondam dixit, *inueni virum secundùm cor meum*; sic modò inueni fœminam secundùm cor meum, sat mihi est.

Gratia Mariæ quanta.

Simile.

Virgo Deo quamsimillima.

18. Tertium nec minori admiratione dignum superest, nempe, vt Deus Virginis desideria satiet, filium ardentissimè expetitum & faustissimum partum præparasse suæ genitrici; hoc vnum verba, quæ sequuntur, exponunt. Quid desideras Virgo, filium? *Ecce concipies*; felicem partum? *& paries* non filiam, sed *filium*; quod non statim obeat? *vocabis nomen eius: llegara al baptismo.* illustre nomen? *Iesum*; vt annis & corpore crescat? *hic erit magnus*; vt apud Deum magni habeatur? *filius Altissimi vocabitur*; vt antiquam domum parentis exsuscitet, & erigat? *dabit illi Dominus sedem Dauid patris eius*; vt regno potiatur pacificè? *& regnabit in domo Iacob*; vt diutius protendatur imperium? *in æternum*; vt virginitatis detrimenta non sentias? *Spiritus sanctus superueniet in te*; vt hæc omnia sigillo regio obsignata referam? *ecce Elizabeth*, &c. Sic saturata, sic expleta Virgo in desideriis permansit, vt nihil ausa sit amplius expetere, quàm, *fiat mihi secundùm verbum tuum.* Sat mihi est Domine, fiat iam in me voluntas tua.

Plenè Virginis & orbis desideria satiantur.

19. Verumenimuero celeritas, quæ ad Virginis desideria complenda venit, Dei filius tem hanc mirabiliorem efficit, & auget gratiam, & beneficium, quia (vt aiebat Seneca) *celeritas in donis officij nomen obtinet.* Quod magis mirabitur, qui Dei perspectam naturam habet diuersis in locis sacræ Scripturæ expressam. Principes Regis cælestis vidit Isai. Deo assistentes, trisagion, Sanctus, Sanctus, Sanctus, cantantes, qui pariter stabant & volabant. Rogat D. Ambrosius si stant, quomodo volant? si volant, quomodo stant? Sapientiæ similiter 7. de vera sapientia agitur, quæ diuina est, & de illa asseritur: *Spiritus intelligentia sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, discretus, stabilis, & mobilis*; si stabilis, quomodo mobilis? Tertiò similiter de suo sponso mater & sponsa sanctissima gloriatur: *Crura illius marmorea*, & sicut columnæ super bases aureas, de quo tamen dixerat: *En iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Verùm respondendum est eundem Deum, qui charitas est, & in seipso permanebat, & stabat, & illius cantabant gloriam Angeli, postquam templum hoc Mariæ, & thronum eburneum in terris vidit, inuolasse, & citato & pernici volatu in Virginẽ properasse, & qui in monte Patris reseruabatur arcano, & stabiliter per æterna sæcula ibi quieuerat, motu iam incitatissimo ad sinum talis matris accelerasse, & mobilem fuisse; illum denique, qui columnis pro pedibus insistit, vt ostenderet nemini vnquam genu flexurum, imò illum ab omnibus cultu diuino, & religione colendum, vna perspecta Maria, ventrisque purissimi paradiso, ceruorum velocitate, vt illo frueretur, aduentasse, *& montes bether*, id est, summas difficultates superasse: sic properat Deus, vt satiet desideria, quæ secundùm Deum, & sic maturat aduentum ad saluandum, vbi fides credit, spes clamat, charitas ardet affectu.

Celeritas venis Verbi ad explenda desideria Mariæ.

Vers. 22.

Deus vocatur & trahitur desideriis & affectibus.

Verùm in tanta Dei largitate mira resplendet Virginis parcitas, & humilitas, qua cohibet affectum, & desideria comprimit, & prosperitatem temperat, atque adeò variis agitatur affectibus; sic enim exoptat aduentum, vt se indignam tali hospite diiudicet; sic *fiat* concedit, vt se *ancillam* profiteatur, quos affectus consecutus videtur Bernardus [a]: *Orantes quasi non orantes, & confidentes quasi diffidentes: oran los humildes como si no orasen, y esperan como si no esperasen*, humilis enim anima sic se temperat in amore sponsi, vt non multum sibi arroget, & præsumat de amore & confidentia. *que no se precia tanto de esposa enamorada y atreuida quanto de rendida esclaua*, & coram Deo nihil promereri putat; quare solùm desideria repræsentat, desiderij tamen expletionem non adeò desperat non posse venire, sed se nullatenus promereri. In canticis sic desiderio sponsi tenebatur, vt si non quàm primò accederet, se morti proximam, & sepulcro diceret, *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo: trahed flores para mi entierro, que si tarda mas mi Dios yo soy muerta.* At cùm illum ceruorum velocitate venientem prospicit, nimis velociter venire dicit: *En iste venit saliens in montibus, transiliens colles*, &c. qua ratione si ardenter exoptabas, nimis velox eius aduentus tibi videtur? aiunt enim Philosophi, *nihil desideranti velox*; sic enim contingit ægroto sitienti, cui etiamsi quàm citissimè aqua deferatur, semper moram fecisse videtur. Cùm ergo sponsa diu desiderasset sponsum, cur velocem & celerem gressum dicit? Ita equidem est; affectus enim 20.

Temperat humilitas & modestia ardentem desiderium Mariæ.

a De gradibus humilitatis.

Amor humilis & modestus.

enim amat celeritatem, humilitas tarditatem. *Há, si se detuuiese vn poco que no le merezco yo.* Sicut matrona, cui repentino nuntio dicitur, tuus, quem diu ab Indiis desideraueras, maritus pro foribus est, exilit præ gaudio, sed simul orat, vt tantisper foris subsistat, donec reticulo vel redimiculo caput poliat, & obnubat. *detenganle mientras, me pongo vna toca*; gaudet enim, & exultat affectu, verùm temperat mariti reuerentia lætitiam. Hoc, ni fallor, verba Canticorum exprimunt: *Fuge dilecte mi*, non monet fugam, quin imò aduentum expetit diu exoptatum. *apresura os señor como el que huye*; fugiẽdi tamen verbo vsa est, vt honestati consuleret, & modestiæ. Sic similiter Virgo purissima *fiat* Angelo dicit, verùm priùs demissionẽ præmisit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* His contrariis affectibus agitata beatissima Virgo his diebus ante partum mundi Saluatorem expectat, & pro totius orbis incolumnitate exorat solem, vt iamiam affulgeat, à quo solùm cuncta desideria complentur, nec fallitur spes tanta, tantaque fides, vnius enim pueri Iesu natiuitate summi boni expectatio & possessio obuenit. quod præclarè prænuntiat Bernardus [a]: *Atque hæc quidem, quantum interim capere possumus, expectatio nostra est, & promissa nobis visio maiestatis in nobis, vt Deus sit omnia in omnibus. Omne iucundum* (Deo) *omne vtile* (mundo) *omne honestum* (Virgini) hæc tria bona quasi gemmæ cordi desideranti inserũtur, *a Dios el deleyte con tal virgen llena de gracia, a la virgen el bien illustre en tal hijo. al mundo el bien vtil con tal hijo y tal madre.* Qui cũ Patre simul viuit, &c.

Simile.

Cant. 8. 14.

Affectus contrarij, sed ex amore profecti.

Partus expectatio Mariæ.

a Serm. 5. in vigilia natiuitatis in fine.

Epilogus & summa concionis.

COMMISSO PRÆLIO, ET DE CARNE reportata victoria, Christiana castitas, triumphi honore decoratur; Christo & Virgini gloria à cunctis decantatur.

INSTITVTIO XXXIV.

Ex Cypriano infrà.

SCOPVS ET DIVISIO INSTITVTIONIS.

IO, Io triumphe, feliciter in omnium animis dominare; & regna trina Castitas, te triumphus, te ouatio manet æterna: triumphata enim sorde luxuriæ currum splendidum præcedunt tibicines, ac citharœdi, Doctores sacri, qui iucundissimas tuas laudes, & præconia decantant; cingunt à fronte, à tergo, & à lateribus currum, Patriarchæ illi omnes albenti veste castitatis nitentes. Proximè feruntur tela, gladij, arma, spolia hostilia, ipseque hostis catenis constrictus tuis pedibus subiacet prouolutus. Procedunt tecum duces victores, victricésque fœminæ laude castitatis perillustres. Quæ verò species clarissimorum regum, ducúmque fortissimorum vinctis à tergo manibus progredientium? Quæ mortuorum principum effigies eadem forma, & ore, qua fuerunt, præferuntur. Porrò Angeli, omnísque multitudo cælestis, atque è terra iuuenes, senes, viri mulieréśque sese ad tantum spectaculum effuderunt. Neque claustra, nec viæ, nec deserta infinitum pudicorum virginúmque vtriusque sexus numerum capere poterant, nisi cælum tibi fracto, ruptóque muro ad sedes illas instaurandas liberum dedisset ingressum. Quis cultum, quis arma, quis ornamenta tua describat; procedis imperatrix præeuntibus lictoribus ieiunij, ac pœnitentiæ, duræque macerationis purpura fulgentibus, caput diademate redimitum, in vna manu lilia geris candicantia, in altera sceptrum ex ebore factum. Byssina vestis in aurato curru gemmis fulgentibus illuminato, diuæque facies cunctorum oculos ad se conuertunt; me in seruum suscipe, ferro iure tuo; nihil enim non gloriosum à castitate veniet, quæ homines, Angelos, & Deos facit. 1.

Triumphi castitatis descriptio.

I. Tibicinum, & gratulantium munus, & voces sibi assumunt eximij Doctores. Cyprianus [a], *Omnis ponderatio non est digna continentis animæ: pudicitia enim est honor corporum, ornamentum morum, sanctitas sexuum, vinculum pudoris, fons castitatis, pax domus, concordiæ caput. O castitas mater dilectionis* (ait Ephrem [b]) *& angelicæ vitæ ratio. O castitas, quæ mundo es corde, ac dulci gutture, hilarique aspectu. O castitas, quæ homines Angelis similes reddis. O castitas, quæ Dei amicum ita exaltasti in patria externa, vt & eos, qui emerant ipsum, redimeret. O castitas donum Dei, benignitatis, disciplinæ, cognitionísque plena. O castitas portus tranquillus in summa pace. Quid castitate decentius?* (castissimus ait Bernardus [c]) *quæ mundum de immundo conceptum semine, de hoste domesticum, Angelum denique de homine facit. Differunt quidem inter se homo pudicus,* 2.

Encomia castitatis.

a De bono pudicitiæ. Eccl. 26. 20.

b Ser. de castitate tom. 1.

c Epist. 42.

& Angelus, sed felicitate, non virtute: sed etsi illius castitas felicior; huius tamen fortior esse cognoscitur. Sola est castitas, quæ in hoc mortalitatis & loco, & tempore statum quendam immortalitatis gloriæ repræsentat. Trinam denique prædicat Cyprianus. *Primum locum in virginibus tenet; secundum in continentibus: tertium in matrimonijs, verùm in omnibus gloriosa est cum gradibus suis:* in coniugatis Patri, in viduis Filio, in virginibus almo Spiritui comparatur.

Trina est castitas dicitur.

II. Legis naturæ Patriarchæ stipatores sunt albenti veste castitatis nitentes. Primus est Adam, qui cùm simul & morti post peccatum addicitur, & virginitatis flore amisso Euam cognouit, per castitatem coniugalem amissam dignitatem recuperandam præuidit, vnica vxore contentus in hoc solùm, vt in ea per filiorum propagationem morti certò venturæ quodammodo occurreret, & per filios superstites mors parentum compensaretur. Itaque non ad luxum cognouit vxorem, sed, vt ait Basilius [a], *si non otiosè paradisum, primíque Adam in eo conspicias vitam, inuenies profectò illam adhuc in paradiso constitutum opus non habuisse cognoscere vxorem suam; post præuaricationem verò, mortisque sententiam, post paradisi amissionem tunc iam vxorem cognouit suam, vt vita postea mortalitatem prolis successione solaretur.* Cùm enim priùs gustauerat castitatis bonum, etiamsi generationi vacare opus fuit, vt essent homines; adhuc autem in castitate permansit coniugali, vt priùs disceret feriari ab illo opere, vt bonum castitatis expertus per nongentos & triginta annos coleret, & amaret. Nec enim vacat mysterio (ait Hieronymus [b]) Paulum monuisse coniuges, vt aliquando cessarent, & abstinerent à coniugij lucro, vt prægustata castitate, & eius sapore inescati cuperent saltem tales fuisse semper, & in posterum temperanter se continerent. *Discant priùs ferias nuptiarum, vacent ad tempus orationi, vt accepto gustu pudicitiæ id semper habere desiderent, quoad modicum delectati sunt.* Itaque Adam non impossibile iudicabat castè viuere, qui iam lucra castitatis expertus fuerat: nec à natura aliena est, cùm primus hic parens naturæ, etiam cùm vxorem habet, castè in matrimonio viuat. *Non sic ego quondam* (ait Cyprianus [c]) *sed vitijs adhærentibus obsecundans eram: & desperatione meliorum malis meis, velut iam proprijs & vernaculis adfluebam.* Sicque tardabam conuerti ad Deum; quia sciebam voluptatem, nesciebam autem castitatis lucra: at cùm per Baptisma, sicut Adam, animam, vitámque recepi, & factus sum in animam viuentem, *geri posse vidi quod impossibile putabatur; vt esset cognoscere terrenum fuisse quod priùs carnaliter natum delictis obnoxium vixisset; Dei esse cœpisse quod iam Spiritus sanctus animaret.* Nam sicut statuam illam terream quam Deus manu sua fecit, si quis stare iuberet, vel protendere brachia, impossibile esset: at ille halitus diuinus ex ea primum hominem fecit; sic ego dono cælesti facilè gustato, regustare, & castitatem seruare naturæ consonum, & perfacile iudicaui. Obiicies iam, cæteros Patriarchas non vnam, sed plures duxisse vxores. Sed quid, si isti tam castè inter eas viuebant, quàm si vnius tantùm coniuges essent? Nam in primis licèt plures ducebant vxores, tam castè inter eas viuebant, ac si vnam tantùm haberent. Nam cùm secundam vxorem accipiebant, ideo erat, quia prima sterilis erat; Sara enim post quatuordecim annos cùm se sterilem sensit, maritum rogauit, vt Agar ancillam sibi duceret in vxorem, in qua vnicum tantùm habuit filium, qui posset plurimos ex iuuentula expectare, nisi minus cupiditati, quàm solatio Saræ deseruiret; maximè autem si quæ modò dicitur Agar, postea *Gen.* 25. dicitur Cetura, à qua alios filios accepit Abraham, à qua tamen vir sanctus abstinuit, ne putaretur iuueniles annos plus debito adamasse, & nouæ vxoris mero vltra mensuram inebriatus fuisse. Quod statutum voluit Spiritus sanctus in honorem castissimi Patris, sicut etiam dum rixam Saræ & Agar memorat *Gen.* 21. ægrè tulisse, ait Abraham, non pro Agar; *sed durè accepit hoc pro filio suo*, nulla matris mentione facta, vt liqueat in eo paternum pietatis affectum, non sensus delectationem dominari. Hoc ipsum castitatis coniugalis documentum obseruat Augustinus [d]; & S. Ioannes Damascenus insuper in arca Noe obseruat seorsim viros à fœminis collocari, *filij vestri, & filia vestra, & vxor tua, & tu:* vt denotaret, si qua mundi restauratio expectanda foret, non tam per generationem, quàm per castitatis amorem, quam ibi fœminæ seorsim, & viri, & vxor, & maritus inter se obseruarent. Mox etiam, vt notat Theodoretus [e], vt renouati orbis gratias referat, septimum animal solitarium sibi adlegit Noe, & Domino dedicauit: nam septena, & septena ingressa sunt in arcam, vt bina ad sacrificium,

Castitate coniugali floruerunt Patriarchæ.

Castitas donum Spiritus sancti.

4.

Abrahami castitas.

5.

Orbis renouatio per continentiam.

a Lib. de vera virginitate.

b Lib. 1. contra Iouin.

1. Cor. 7. 5.

c Epist. 2. lib. 2.

d Lib. cōtra aduersariū legis & Prophet.

e In Gen.

tium, bina ad generationem, bina ad sustentationem, septimum singulare ad castitatis honorem asseruaretur. Fuerunt itaque matrimonia Patriarcharum non licentiæ naturæ, sed castimoniæ lectiones; nam non in remedium incontinentiæ, sicut nunc, sed amore prolis primas, & secundas nuptias obibant; nunc verò in remedium incontinentiæ dantur; *si non se continent, nubant*, nulla à Paulo filiorum mentione facta, vt optimè notat Augustinus [a]. *Diligenter interrogata doctrina Christiana, & primas nuptias iam illo tempore nisi incontinentia sit impedimento, contemnendas esse respondet; qui enim dixit: Si se non continent, nubant; potuit dicere, si filios non habent*, &c. sed non dixit, imò, *qui semel venit ad nuptias* (in Cana Galilææ) *semel docet esse nubendum*, ait Hieronymus [b].

a De bono viduitatis.
b Lib. 1. contra Iouin.

III. Arma tertio loco præferuntur, sine quibus victoria castis non datur. Ieiunium, durities vestium, verbi gladius, modestiæ galea, cilicina lorica, verberum ensis, & infracti propositi clypeus, & hasta, nonne his instructam armis audis Iudith, *& habens super lumbos cilicium ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ. Quomodo enim* (rogat Tertullianus [c]) *grauitatem administrandæ pudicitiæ adhibemus, nisi & in facie, & in cultu, & in totius hominis contemplatione seueritas circunferatur, vestium pompa de proximo curant luxuriæ negotium, & obstrepunt pudicitiæ disciplinis: las galas immediatas terceras dè la luxuria, que con el cruxido de la seda van dando la vaya a la castidad.* Vide etiam quænam dona remisit Hieronymus ab eremo. *Ego* (ait) *insignia paupertatis, & quotidiana symbola pœnitentiæ tibi, & sorori tuæ misi, quatuor ciliciola apta proposito, & vsibus vestris.* Quo item alio cultu vtebantur viri illi castissimi. Elias *vir* erat *pilosus, & zona pellicea accinctus renes; & alter Elias habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos.* Triumphalis enim castitas vt de mollibus agat triumphum, mollescere minimè debet. *O castitas* (ait Ephrem [d],) *cui abominationi sunt deliciæ, venustas corporis, & ornatus vestium! ô castitas, quæ carnem castigas, & in seruitutem redigis! ô castitas, quæ rosæ instar, atque palma aculeis scates, in medio animæ, & corporis flores, vniuersámque domum fragrantia reples.*

6. Medio adeo afinatem.
Cap. 8. 5.
c De cultu fœmi. cap. 8. & 9.
4. Reg. 1. 8.
Matth. 3. 4.
d Vbi suprà.

Ieiunio etiam præualet castitas, & de Holoferne triumphum actura ieiunio munitur. *Sine his comitibus* (inquit Chrysostomus) *citò lascessit. Paula* (ait Hieronymus [e]) *lasciuientem adolescentularum carnem crebris, & duplicatis frangebat ieiuniis, malens eis stomachum dolere, quàm mentem.* Mortificationis etiam gladius præpendeat in triumpho. Hieronymus ad Principiam [f]. Arbitror te accinctam gladio militare, vt autem scias semper virginitatem gladium habere pudicitiæ, per quem truncat opera carnis, & superat voluptates, non solùm virgines antiquæ finguntur armatæ, sed & adolescentes; *accingere gladio tuo super femur tuum potentissime* [g], hoc est, animi virtute debet rex molliores animi motus continere, & corporis partes, atque lasciuientis carnis appetitiones, & motus frænare, vt bene obseruat Hieronymus [h], qui alibi addit; *Grandis virtutis est, & solicitæ diligentiæ superare quòd nata sis in carne, non carnaliter viuere, tecum pugnare quotidie, & inclusum hostem, Argi* (vt aiunt) *centum oculis obseruare.* Et gladium spiritus, hoc est, verbum Dei, quo munitus Ioseph, triumphat, Ambrosius [i]. *Non immeritò Ioseph flammas non sensit libidinis, quia maiore diuina flagrabat ardore gratiæ; vnde & hoc pulcrè de eodem dictum est; quia eloquium Domini vssit eum, inflammauit eum.*

7. Nota
e Epist. 8. c. 6. & 17. cap. 10.
f Epist. 140.
Vide Gregor. lib. 1. epist. 14. Tūc castimonia. & Chrysost. 1. Tim. 5. 11. Hieron. in regula monacho. Tertul. aduersus Psych. cap. 17. Aug. serm. 230. de tempore. Basil. Hom. 1. de ieiunio. & Hom. 1. de paradiso.
g Psal. 44. 4.
h Epist. ad Furiam.
i Epist. 7.
Psalm. 104. 20.

Dæmon etiam reuinctis manibus ad pedes triumphantis prouolutus ducitur; & qua putas de causa tenebrio iste iuxta candidam virginem adesse cupit? Ideo nempe, quia qui à cælo cecidit, cælum in terra, & castas animas proximas Deo quærit: *incorruptio enim facit esse proximum Deo.* Et Isaias, *Dabo eis in domo mea nomen melius à filijs, & filiabus.* Nec patiuntur in alium sensum detorquere locum istum quatuor Ecclesiæ Doctores, Augustinus [k], Gregorius [l], Ambrosius [m], & Basilius [n]. Cæterùm quod nomen potest sortiri filius adoptiuus, nisi filij naturalis, quod Christo solùm competit? Sed nota Prophetam non dixisse sortituros meliorem naturam, sed melius nomen; Dij enim nuncupabuntur: nam si puella, quia nupta est Regi, Reginæ nomen obtinet, castitas, quæ arctissimo vinculo Deo iungitur, nónne diuinum mutuabit nomen? Hinc dæmon in omnibus Deo infensissimus, in colenda & amanda castitate à Deo non videtur dissentire, subodoratur enim in ea diuinitatem, cúmque à Dei proximitate ad inferni sordes depulsus est, ad puritatem, & Deitatem castimoniæ, quantum potest accedit, vt acutè obseruauit Tertullianus [o]. *Sacerdotium viduitatis celebratum est apud*

8. Arma calida castitatis.
Sap. 6.
Cap. 16.
k Lib. de sancta virginitate c. 24.
l 3. Part. pasto. cap. 29.
m Lib. de exhort. ad virgi.
n De virginitate.
o Lib. 1. ad vxorem c. 7.

Digitized by Google

nationes, non vtique vi alicuius boni adfinis, sed vt Dei Domini placita cum contumelia adfectans: aun con menos cabo de su honra se acomoda aloque a Dios agrada, como es la castidad, no por buen fin, sino por anccinarse aloque el perdio, por esto persuadio castidad à nobles, y sacerdotissas. Quare cùm Deum lacessere, & in campum prouocare vellet, ad certamen ausus non est descendere, quousque ex parte sua virgines etsi coactas in templo seruire præscriberet: *prouocat seruos Dei continentia suorum: que mucho haya monjas, yo tambien tengo vestales; quasi ex æquo, taz a taz estamas armas iguales tenemos. O continentiam Gethnæ sacerdotem! O castidad, cuya nobleza tus mortales enemigos la alaban, y procuran.* Hæc Tertullianus [a].

9. *Præclari & casti & virgines.* IV. Procedunt duces viri, victricésque fœminæ, vt ait Cyprianus [b], in quibus victrix castitas eluxit tot strages, nemo edit, atque prosternit, nemo calcat, nisi singularis castitas, expugnatio fortis infamiæ, fortitudinis firmitas, animæ victoria, corporis præda, captiuitas criminum, debellatio inquieta bellorum. Ambrosius [c], *Quadriga ignea impositus Elias quasi in quodam triumpho victor ascendit, victor enim extiterat sæcularium voluptatum.* Tertullianus: *Elias, & Enoch æternitatis candidati quasi immunitatem carnis ediscunt. Estan agora en estado de castidad deprendiendo a ser bienauenturados.* Ioseph item (ait Cyprianus [d]) per Dominum liberatur à vinculis, qui in domo minor cum periculo fuerat regiæ domus, sine periculo dominus effectus est, generositati suæ redditus; fructum pudicitiæ, & innocentiæ Deo, & iudice, à quo meruerat, accepit. Vis victrix etiam Susanna, & in periculo suo tam funestè toties concepta, & libidinem euasit, & mortem. His duobus exemplis contentus sum cùm omnibus sit viribus per istos pudicitia defensata. Christum insuper, & Virginem Deiparam rursus in exemplum affert Ambrosius [e], Paulus verò seipsum in exemplum proponit: *Volo autem omnes homines esse sicut meipsum.* Et quid memoro exempla, *effulsit castimonia diuidens mundum.* Quorum exemplorum tanta vis erat (inquit Augustinus [f],) *vt casta dignitas continentiæ serena, & non dissolutè hilaris, honestè blandiens, vt venirem, neque dubitarem, aiebat; Tu non poteris quod isti, & istæ; an verò isti, & istæ in semetipsis possunt, ac non in Domino Deo suo?*

10. *Turpiter occisi quanti.* V. Quis porrò reges interfectos, & duces turpiter occisos describet, nisi velis præterire Salomonem, silere Dauidem, subticere Sansonem: vnum minimè præterire voluit Hugo de sancto Victore [g]. Accedens, inquit, olim Abimelec ad turrim, in quam confugerant mulieres, pugnabat fortiter, & appropinquans ostio ignem supponere nitebatur; dùm verò propiùs accedit, ecce vna mulier fragmentum molæ desuper iaciens illisit capiti Abimelec, & confregit cerebrum eius. Nónne à tegula, quam deiecit mulier Agris, periit? nónne saxo deturbato à fœmina Pyrrhus Epirotarum rex interiit? nónne Attila à muliere cultro percussus obiit? Quòd si imbecilles fœminæ reges, & duces audent occidere, quomodo non occident fortissimis armis instructæ pulcritudinis oculorum vocis, ac gesticulationis virulentis telis vsque ad præcordia penetrantibus? Sed ne putent turpitudines suas latere posse, aut sæculis nunquam manifestandas, audi quid dicat Abimelec. *Euagina (ait armigero suo) gladium tuum, & percute me, ne fortè dicatur, quòd à fœmina interfectus sim: antes teniase por infamia morir amanos de vna muger.* Sed facinus istud latere non potuit, dictitant omnes, & posteritati commendant; & post plures annos Ioab declamans ait: *Quis percussit Abimelec filium Ierobaal? non armiger, non hostis, non vir, sed mulier interfecit eum.*

11. *Plausus & acclamatio.* VI. Angelorum & auxilium, & gratulatio triumphum comitatur. Cùm enim in cælo non sit castitas, eiúsque patria dicatur, teste Ambrosio [h], iure inde suppetias debet castitas & sperare, & postulare. *Neque mirum si pro vobis Angeli militant, qui Angelorum moribus militatis;* adest Deus huic spectaculo, *statim* (inquit Hieronymus [i]) *vt filius Dei ingressus est super terram nouam sibi familiam instituit, vt qui ab Angelis adoratur in cælo, haberet Angelos etiam in terra.* Adsunt virgines, comitantur Martyres socios sibi reputantes castos, qui non vnam tantùm patiendi occasionem, sed quotidianas, atque perpetuas subeunt tentationes. Omnes denique iusti assistunt lectulum Salomonis, omnes tenentes gladios, defendentes, & ad bella doctissimi, vt exponit Honorius [k], educunt enim gladios discretionis, ne impura cogitatio mentem iusti audeat aggredi, & dæmonis fallacias arcere.

VII. Cùm autem effulsit castimonia, omnes tam viri, quàm fœminæ in eius

a Ibid. c. 6.
b De singularitate clericorum.
c Serm. 87.
d Lib. de bono pudicitiæ.
e Lib. 2. de virgi.
f 8. Confession. lib. cap. 10.
g Libello ad socium volentem nubere.
h De virginibus.
i Epist. 22. ad Eustoch. cap. 9.
k In Cantic. c. 3. 7.

eius famulatum se dederunt; quis enim non Christum, & Virginem imitetur, sola documenti doctrina libere allecti sunt, vt optime Nazianzenus [a]; *Christus ex Virgine gignitur, virginitatem velut lata lege sanciens.* Sicut enim magnes ferrum, & illud alterum in catenæ formam trahit, & sicut si conchylium vnum in retia intret, omnes illud sequuntur, & capiuntur margaritæ; sic ait Virgo, *trahe me, lleuad me ami Señor, post te curremus;* facile enim, ac libenter castam viam Angelorum more viuendi arripient quamplurimæ castissimæ virgines, ita vt cùm iam mundus eas capere nequeat, rumpere opus est muros suos Hierusalem cælestis, vt distinctas illas sedes Angelorum vacuas fructibus castitatis adimpleat. Angeli enim cùm immortales sint, non indigent successore, vel filio, defecerunt autem quoad esse gratiæ, quas vacuitates (rem mirabilem!) mortales homines per castitatem complent, & instaurant. Vnde Hieronymus [b], & Ambrosius: *Bonum est coniugium, per quod humanæ posteritatis inuenta est propagatio; sed melior virginitas, per quam Angelorum reperta est successio.* Hieronymus item in illud, *Crescite, & multiplicamini, & replete terram; Consideranda*, ait, *est vis verbi (& replete terram) nuptiæ quidem terram replent, virginitas paradisum.* Basilius item [c] in illud Ioan. 4. *Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem;* continentes, & virgines intelligit: *per totum enim orbem prius inhabitabilem post habitari cœptum, plurimam segetem, granésque humani generis frugibus culmos, & flauescentes aristas per omnes terrarum tractus intuens Dominus, eiusce spicas colligendi tempus iamiam instare, & adesse probauit.* Et quibus granis horrea cælestia adimpleantur, iam dixerat: *virginitas enim vitam nostram de corruptione ad sanctitatis gloriam colligit, & grana intra cælorum horrea congregat.* Quàm cumulatè autem sedes Angelorum per castos repleantur, disertè ait Basilius; *in eodem libro Angeli sunt non obscuri virgines, sed sanè illustres, atque nobilissimi*, &c.

[a] Orat. 20. in laudem Basilij.

[b] Lib. 1. aduers. Iouin.

[c] Lib. de vera virg.

Exemplo capitatis Christus & Virgo sanctissima innumeras ad se rapuerunt virgines.

Horrea cælestia replet virginitas.

VIII. Tu igitur, mi homo, qui huius triumphi, & gloriæ candidatus es, fuge luxuriam inimicissimam Philosophiæ, vt ait Tullius; & Augustinus refert: fuge otium, fuge iram; otium enim vana colloquia subsequuntur, hinc vana lætitia, inde leuitas morum, motuúmque ex his omnibus lubrica occasio conflatur, pudoris præcipitium: in oratione assiduus esto, virtus enim ista quasi ex miraculo oratione petitur, impetratur, gignitur, & seruatur; fuge iram, irritat, inflammat, & ad impatientiam adigit, vt sucumbat animus facilius tentationi; fuge propriam voluntatem, quæ debilitat vim resistendi carni; nam cùm assueta est anima sibi per omnia placere, cùm illicita occurrit delectatio, à licitis facilè ad illicita ducitur. Præsentiam Dei reuereamur, vt ipse adsit nobis, ne à conspectu suo nos proiiciat cùm animus turpiter in cogitationibus volutatur, ne fortè foras mitti iubeat. Sicut in Apocalypsi, *foris canes*, id est, foras mittantur à cælo, in quo quasi in propria sede ac solio regio Trina & augusta castitas in æternum regnat. Amen. 13.

Media ad castitatem.

VERBVM PATRIS.
Esther 2. vers. 17.

Et adamauit eam rex plusquam omnes mulieres, habuítque gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, &c.

Salutem mundi diu expectatam verbo, prudentia atque humilitate Mariam sanctissimam obtinuisse describit.

DISCVRSVS C.

14. QVæ rationes grauissimæ à mortalibus censentur, eæ ad regias nuptias facto velut agmine concurrere solent vniuersæ, quas summi principes inter sese ad indubiam populorum salutem, ac Regni gloriam arctissimis mutui vtrinque connubij vinculis velut certissimo pignore firmandam instituunt. Immensa rerum omnium affluentia, principum auro, gemmísque fulgentiũ splendor, mensarum apparatus, exquisitæ supellectiles, lautitiarum, opumque pleno velut benignitatis alueo ad vulgus in publico plausu, ac gratulatione manantium copia; eiusmodi sunt omnia, quæ facilè significare possint eam rem maximi esse momenti ad perpetuam tranquillitatem, & vtriusque imperij coniunctionem, atque incolumitatem.

Regiæ nuptiæ Verbi in incarnatione.

15. Porrò tria in huiusmodi connubiorum apparatu apprimè considerari ab omnibus, ac discuti solent, quorum primum illud est, vt noua nupta omnibus se ornamentis magno studio, curaque expoliat, parémque se tanti coniugij fortunæ approbet, neque eorum quidquam prætermittat, quo dignitatem suam, ac amplitudinem tueatur. Alterum est tempus ipsum, quo à rege in coniugem ducitur, atque ab eo in regni solium, summúmque mortalis fortunæ fastigium cum fausta principum omnium, populique acclamatione, ac lætitiâ attollitur. Ad extremum illud omnem beatitudinem, ac voluptatem superat, cùm è consummato matrimonio proles nascitur ad spem regni capessendi, è cuius ortu vberrimus connubij fructus, non ad parentem modò, verùm etiam ad vniuersi regni oras cum ingenti omnium gaudio, ac iucunditate promanat.

Felicissimæ nuptiæ Assueri & Esther vmbra incarnationis.

Et hæc quidem tria in felicissimis Assueri cum Esthere nuptiis, mysterióque plenissimis clarè adumbrata videntur. Primò enim cùm augusta illius species, grataque vultus, & animi ad omnem honestatem, ac venustatem conformatio conquisita vndique est, quæ regi apprimè placeret; cui tanta quoque exteriorum ad hæc ornamentorum facta est accessio, quæ omnia textus *partes suas* vocat, vt dubitari iure meritò possit suis an alienis opibus, ac pulcritudine esset ornatior. Secundò amplius adhuc honestas, & splendor nuptiarum emicuit cùm celebri, splendido, & post hominum memoriam clarissimo conuiuio omnibus principibus exhibito, vna vox personabat, *Pro coniunctione & nuptiis Esther*, vbi manum, & gratum animum, coronámque capiti contulit. Tertiò cùm ipsamet maiestas, & corona firmatæ videntur noua prole, vt aiunt, Darij Longimani, qui Assuero in sede successit, vt multi ex Græcis, & ex Hebræis scribunt; tenent etiam ex Latinis aliqui.

Vide Chronologiam præludio 9. in Esther, & Genebrard.

16.

SVMMA EVANGELII, ET PARTITIO DISCVRSVS.

Sic singulari, ac propè incredibili donorum cælestium vbertate diuinæ misericordiæ flumen hoc tempore exundat, orbémque terrarum insolita lætitiæ voluptate aspergit. Dum Mariam illustrissimum omnis sanctimoniæ, ac sacratioris pulcritudinis exemplum felicitate, ac gloria cumulat, illásque priscis patribus iam pridem optatas humanæ, ac diuinæ naturæ nuptias celebrat, ad quas ornandas beatum illud πνεῦμα omnes naturæ gazas, cælique ornamenta, ac gratias prolixè congessit. Eius rei non aliunde locupletius, quàm è sacræ historiæ Euangelio testimonium peti potest. *Missus est* (inquit sanctus Euangelista) *Angelus Gabriel à Deo ad Virginem, &c. gratia plena, Spiritus sanctus superueniet in te.* Deinde admirabilem illam diuini verbi cum humana natura coniunctionem explicat. Quare effectum est, vt & ipsa ad certam mortalium salutem Dei sponsa nuncuparetur, genúsque hominum vniuersum velut noua parens ab antiquæ seruitutis calamitate, lethóque vindicaret. Et hoc secundo loco refert Euangelista, *& virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Tertium quod felicitatem eius cumulauit, talem videlicet ex diuinis nuptiis filium sortiri, qui filius Dei est, cùm nascitur Rex vniuersi, ipsámque matrem in æternam sedem Reginæ, & matris Dei gloriam nullo æuo interituram eleuat. *Paries filium, & regnabit in domo Iacob in æternum.*

1. Causam in primis celebrandi nuptias, vtpote summi momenti in libro Esther, & in tribus personis præsignari voluit Spiritus sanctus, vt docet Rupertus. 17.

Gloria Trinitatis in historiam Esther.

Vbi legimus ob quoddam inobedientiæ crimen Vasthi reginam exturbatam fuisse ab Assueri regis throno, ab eius gratia, & consuetudine, veluti excommunicatam, vt nequaquam *Vasthi ingrediatur ad regem*, vt hac lata excommunicationis sententia timeant, & coram viris suis tremant vxores.

Esther 1.

Vlteriùs adhuc regis ira deseuiit; inuidus enim & arrogans Aman regis gratia, & hominum plausu tumidus, leui de causa; quia Mardochæus ingredienti non assurgebat, ira turgens, rabido odio iram regis accendit, & omnes sanguinis, generis, & religionis Mardochæi consortes publica excommunicationis sententia damnatos declarauit, mortique vna eadémque die addixit.

Esther 3.

Ecce in omnem locum, & vrbes tabellarij ex iussu regis magnis itineribus properant: *festinabant cursores, qui missi erant*, pulsantur campanæ, cerei extinguuntur, omnes horror mortis occupat, & excommunicati publica in tabella, vt solet declarantur, *statímque in Susan* (ciuitate) *pependit edictum.* Sed ô quàm oblitus est rex fœminæ illius, quam in domum, & in gratiam suam accepit, intrabit ipsa, & vno verbo leges, sententiásque rescindet, censuras auferet, & Hebræum genus absoluet. *Considera* (inquit Rupertus [a]) *qua ratione in rege Assuero Deus Pater, in Mardochæo Dei filius mirabiliter assimilatus est. Porrò in Esther gratia Spiritus sancti, siue spiritus consilij pro tanto negotio assimilatum fuisse quis dubitet? illa namque mirabili vsa consilio hoc effecit, vt regis animum ad gratiam, & misericordiam sua proscripta gentis inclinaretur, & ille Aman superbissimus diabolus homicida ab initio figurabatur, in conuiuio caperetur, & sententia mortis strangularetur.*

a Suprà.

Reuocamur ad vitam per Mariam.

Nam in illo miserando casu angelicæ naturæ videtur Deus sic se gessisse, sicut cùm sententia excommunicationis quis punitur, & omnes, qui cum eo participant. 18.

Pœna peccati similis fuit sententiæ excommunicationis.

Quia licèt hoc nostro sæculo flocci pendatur hæc pœna, & quasi Vasthi contemnant impij, & hæretici; certum quidem est omnium esse terribilissimam, & quas Ecclesia potest inferre. Incurrunt igitur eandem pœnam omnes, qui in eodem crimine cum reo participant, & eadem illis interdicuntur, *Os, orare, vale, communio, mensa negetur*; nec alloqui, nec litteras mittere, nec amplexari, nec salue, aut vale dicere, nec assurgere venienti, vllaque negotia cum ipso tractare liceat, præter ea, quæ ibidem explicantur. Si verò Pontifex breues ad eum mittat litteras, vel vnicum verbum ad illum habeat, vel benedicat, acta res est, absoluitur ipse, & omnes participes cum eo. Hac igitur de causa omnes, qui cum Lucifero in illa superbia participarunt, eadem diuina seueritate pulsi, & excommunicatione damnati fuerunt *. Et sicut vir à communione rescissus, à nullo conueniatur, vagari solet, & ruri degere; sic iniquus dæmon in terrenum paradisum vagus peruenit, vbi tam imbecilli capitis fœminam offendit, quæ non solùm excommunicato colloquuta est, sed commendauit, & ad epulas maritum inuitauit.

Glossa in c. statuimus. de sent. excom. in 6.

* Bernard. ser. 1. in festo omnium sanctorum. Miseri Adã & Eua, qui conuersi in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis dum confessionis mundationẽ fugiunt, immundo remanent corde, & à facie Domini eijciuntur. Excommunicati ergo sũt à ligno vitæ. Sic Aug. & Procopius.

Quamobrem ab amœno, & sacro loco pulsi, excommunicati, cum vniuerso genere mortalium 19.

talium gratia priuati fuerunt. Cælum interdictum est, obseratæ fores, omnes in lymbo sepeliebantur, extinctæ candelæ, pullata cymbala, omnia diuina, & sacra cessarunt. O summa deitas, vt te immemorem ostendis Virginis, quam euocato cælesti conuentu inter omnia sæcula euoluisti? (ait Petrus Damianus [a]) *inter omnes mulieres nomen Mariæ statim euoluitur*? En ipsa intrat, ingreditur Virgo, *& inuenit gratiam apud Deum.* Quid agis ô Virgo? quò pergis? nescis Pontificiam latam esse excommunicationis sententiam, vt nemo ingrediatur ad regem? Nihil obstat; intrat, & Pontifex ad eam habet *verbum*, sapientiæ, & omnipotentiæ summam, atque compendium, *verbum* tali absolutione dignum, *verbum*, quod exilium abstulit, *verbum*, quod cælum reserauit, *verbum*, cui alterum tantùm æquari, aut assimilari potuit, respondente Maria, *fiat mihi secundùm verbum tuum.* Eia igitur mi Domine; nam Aman superbissimo suspenso, dæmone in infernum relegato hac à te missa epistola, hoc nuntio, hoc in terras descensu, hoc amplexu Dei, & Mariæ libera manet, & soluta humana natura. Iam de celebrandis nuptiis sedulò agatur.

a De natiuitate Virginis.

20. *Missus est Angelus Gabriel à Deo.* Primus huius Virginis status breui descriptione comprehenditur ab Euangelista: *Missus est Gabriel Angelus à Deo ad Virginem desponsatam*, gratia plenam, & ornatam à Spiritu sancto; hoc vltimum cætera comprehendit, & hoc opus digiti delicati Spiritus sancti impensiùs ponderandum est. *Spiritus sanctus superueniet in te*; fuit enim tam eximium opus, vt licèt artifex infinitæ esset virtutis, & artis, tertiò opus sit aggressus, & tertiò consummarit. Asserunt enim eximij pictores pulcram imaginem non semel, &, vt ita dicam, vno enixu posse parere, & in lucem edere, fatigatur discursiua mens, & phantasia suffocatur, cessare oportet, ponere penicillum, & pallio resumpto ad confabulandum cum amicis diuertere. Hoc ita se habet; quia limitata est mens artificis: nam fatigatio ista in infinitam virtutem haudquaquam cadit. Mirabilis artis tabulam, in qua orbem totum descripsit, vna cogitatione, vno verbo perfecit Deus, *dixit, & facta sunt.* Opus autem, quod in Virgine perfecit, vide, quale fuerit: nam cùm esset infinita Spiritus sancti virtus, tertiò rem arduam aggressus est. Primò in aduentu Angeli: secundò in illapsu Verbi: tertiò in superuentione Spiritus sancti; Hieronymus ait imaginem considerans, *Maria se totam simul infudit gratia plenitudo. el mar de gracia tiene dentro.* Augustinus, *Adimplet mentem, & ventrem.* Bernardus, *De plenitudine eius nos omnes accepimus.* Epiphanius [b], *Gratia Virginis Mariæ immensa est.* Nam gratia Christi, vt ait Thomas, omnes gratiarum origines exhausit: sanctorum verò gratia respectu ministerij vniuscuiusque pensanda est, quare plenitudo eorum erat longè diuersa. Verùm adhuc hæc plenitudo sanctorum distinguenda est; talis enim erat, quæ replebat ministerium, non verò omnem capacitatem, sicut Stephanus, *qui plenus gratia dicitur* in archidiaconatu: sed vacuum supererat, in quo posset defectus aliquos, & leues culpas admittere. Gratia verò Mariæ & ipsam, & ministerium omnino adimpleuit materna dignitatis. Nam cùm princeps filium ad academiam, vel in curiam mittit, alio cultu, sumptibus, famulitio, & apparatu opus est ad curiam, quàm ad scholas. Mittitur Angelus ad Mariam, quæ in Dei matrem eligitur, qualem putas apparatum inuenit? talem, tamque splendidum, vt statim dixerit, *Aue*, lætare Virgo: qua de causa? *gratia plena*; & à quo venit gratia? *Dominus tecum.* Quid ais Angele Dei? dicam. Cùm regius famulus hospitij comparandi causa regi Domino præmittitur, non expectat voluntatem ciuis, vt hospites recipiat, velit, nolit, verùm domus inornata est, & ita ab ipsis regiis famulis adornatur. Ratio huius est; quia ciues, habitatores domus pauperes sunt, & in hoc non beneficio, sed labore afficiuntur: in Virgine autem è contra fit. Cùm enim opus hoc in totius humani generis honorem, & salutem esset, petit consensum Angelus, velit ne beneficium accipere? ita, ait, *fiat mihi.* Age verò de adornanda domo absit, (inquit Angelus) iam præparata est omni supellectile Deo digna. O immensæ diuitiæ Mariæ! ò summa omnium laudum Deiparæ, siquidem instante iam summi regis aduentu, nihil noui apparatus, nihil ornatus, & gratiæ desideratur, vbi sunt aulæa, tapetia, abaci, lectuli, sellæ, stratum? *gratia plena*, vbi exquisitæ epulæ, delicataque fercula? *gratia plena*, vbi elegantia, ornatus decens, lectulus floridus, læta, & hilaris facies? *gratia plena. Ecce negotium* (ait Ambrosius) hæc summa totius negotij est; *gratia plena: stupet Angelus totum Deum venire intra virginalis vteri angustias, cui tota simul angusta est creatura.* At nihilominus omnia comparata, & ornata sunt sola gratia; *gratia plena.* Atque adeò rectè additur, *Dominus tecum*: ad hoc enim ornatur gratia, vt in ea dignè Deus habitare possit: neque enim quælibet anima capit Deum, nec præterita sæcula capere potuerunt; ipse nouit, in quas animas infundat gratiam, in eas nempe, quæ ipsum dignè recipiunt. Id fortè significant verba illa, quæ iuxta domum, & palatium Regina ad Christum dicit in Canticis: *Mandragora dederunt odorem suum in portis nostris*; licèt enim sint poma pulcra, & odorifera, vt ait glossa, vel herbæ ad fœcundandas fœminas, vt putant Dioscorides [a], & Plinius [b], vel significent recèns conuersos ad Deum peccatores, vt vult Ambrosius [c]; certe tempus, in quo memorat eas sponsa, nempe in introitu Christi in eius palatium, significare videtur Christum non temerè in qualemcumque domum, vel animam ingredi, sed præuidere ornatum, elegantiam, gratiam, in cámque animam intrat, quæ cum odoris fragrantia, & ornatu virtutum inuitat, ibi omnes effundit gratias.

Eximium opus gratia Mariæ.

b Hom. de laudibus Virg. qui Doctores gratia plenã ex verbis Angeli prædicant: secũdùm vulgatã lectionem. vide apud Canisiũ lib. 3. c. 7.

Qualis plenitudo gratiæ Mariæ.

Simile.

21.

Vide Chrysolog. ser. 142.

Præparatio animæ in aduentu Christi.

Cant. 7.

a Lib. 4. c. 61.
b Lib. 25. c. 13.
c In hunc locum. Vide Gaspar Sanchez in Cãt.

22. Quare cùm in naturali lege vix esset, qui Deum hospitio reciperet, omnia dona in reliquos effundenda vni Iob tribuit, & in eo congesta sunt, quæ multis verbis explicat vix Scriptura: *Vir erat in terra Hus nomine Iob, & erat vir ille simplex, rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.* Idem videre licet in Moyse, cui ea gratia data est illi, quæ sufficiens fuit ad septuaginta duos, quos de spiritu suo sumens Deus in ministerium iudicandi, & gubernandi adhibuit: *auferam de spiritu tuo, & ponam super septuaginta viros*, &c.

Iob 1. 8.

Sed quando mundus immundior (inquit Augustinus) quam cum mundi conditor venit in mundum, nemo est, qui gratiam istam mereatur. Igitur confluat tota simul in eam, quæ capere poterit, & digne Deum suscipiet. Vnde Ambrosius [a]: *Bene sola gratia plena dicitur, quæ sola gratiam, quam nulla alia consecuta est.* Hugo, *& bene plena gratia; quia iam habebat in vtero plenum gratiæ, & veritatis.*

a In Luc.

23. Secundus status reginæ felicissimus nuptiarum est, quem illa verba exprimunt, *virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Sic ita: verùm nondum celebratæ sunt nuptiæ; ego multa obiciam impedimenta, ne tam nouas, & inauditas nuptias adeat Deus. Quid intendit tua maiestas Domine, nuptias? cum qua sponsa? cum carne vestra, *Verbum caro factum est*; itáne possibile est? *factum est: dado por hecho.* Et quæ te ratio permouit? *& habitabit in nobis*, inter vos degere; nam *deliciæ meæ esse cum filiis hominum.* Et hæc est tota ratio? Certè, ni fallor, ignorat per experientiam Deus, quid sit in terris matrimonium, quantaque sint nuptiarum incommoda. Fuit quidam tyrannus Domine inter mortales, (vide ad quos veneris, & quos tam ardenter diligis) qui ita efferato, & immiti erat animo, vt cùm mortem aliquibus inferre decreuerat, mortua sociaret corpora viuis componens, ita vt os ori, brachia brachiis, viscera visceribus responderent, cadauer ferebatur in terram, pariter ruebat viuus, quòd si assurgere tentabat, secum fœtidum cadauer excitabat, bibebat, edebatque, ne moreretur, imò vt mors viua diutius protenderetur. Aliqua ex his etiam in matrimonio iunctis incommoda reperiuntur, qui indissolubili vinculo constringuntur, nec lecto, nec mensa, nec corpore separantur: at plurimi eorum pace, & tranquillitate potiuntur; tu verò si semel duxeris humanam naturam, horribiles, & inauditas obibis nuptias. Nam emortuam carnem nostram assumes; tu verò vita es, & æternum verbum, *in ipso vita erat.* Qua ergo ratione mortuum assumere, sustinere, & indissolubili vnione copulare meditaris; nam semel initas nuptias nec omnipotentia Patris rescindet. Ego, inquit, sum vita, vitámque mortuo potero impertiri. Bene est Domine, dabis equidem immortalem vitam, dotésque gloriæ Dominica die resurrectionis; verùm prius parasceue fiet; dies publicæ actioni dicta, morti, flagellis, & cruci consecrata, & hæc tu iam præsciebas: *tu autem ostendisti mihi studia eorum, & ego cognoui.* Et quis est, obsecro, morti addictus, qui lata sententia non sit iam inter mortuos computandus? imò vita illa crudelior ipsa morte; nam viuens mortem sentit, imaginatur, & quasi multoties exhaurit, & deuorat: assumere igitur ab instanti tuæ conceptionis. Emortuum corpus, flagris cæsum, cruci suffixum, & cum eo in sepulcrum descendere, & tibi agglutinare, imò in teipso subsistente per triginta & tres annos amoris nostri causa viuere, & hoc delicias reputare; *deliciæ meæ esse cum filiis hominum*; qualis erat esus, qualis potus, qualis meorum vulnerum fœtor, & horror? Dauid enim putrida sua vulnera vix ferre poterat: *putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ: este muerto no se podia suffrir asi mismo.* ego feci, ego feram: nam deliciæ meæ esse cum filiis hominum. O Domine, istas

Mirabiles nuptiæ Verbi cũ humanitate.

24.

Quanta superauit difficilia amor Christi in Incarnatione.

Ierem. 11. 18.

obsecro, edormite enim conuenit consilium hoc nuptiarum, nec sat est amor ad nuptias in terra obeundas; vbi diuitiæ? vbi mensa? vbi supellex, *cum filiis hominum*? plus miror hoc, in mundo ponis mensam, qui pauperibus scatet, & buccellam non sinent dulciter edere. Quòd si dicas Deum *Saday* nuncupari, quia vbique plenus, & sufficiens est, certe Domine contrarium suspicor. Nam cùm quis ab Indis venit prædiues, & locuples, non vult sibi pauperem adsciscere vxorem, maximè cùm egentissimis cognatis, & parentibus nata, & stipata est; obruent enim illum, & auidissimè irrumpent ad saturandam famem. Considera igitur, quia omnes nos in sordibus indigentiæ, & famelici sumus. Quid insuper præstat eximie pulcram, & sanctam esse puellam, si in tenuissima vrbe, & conditione degit. Cùm intentissimi sint omnes ciues progenitores, de limbo expectantes, an depromas pecunias, & pretium redemptionis. Tacete, obsecro, nec meæ diuitiæ minuuntur, nec vereor honoris iacturam, nec meus tepescit amor, amo, & amare decreui, & pergam amando.

Oleum hic, & operam perdo, nihil extorqueo: verùm Virgo prudens est, & rem attentius considerabit, audiamus paranymphum. 25.
Aue gratia plena, Dominus tecum: turbata est, & cogitabat, qualis esset ista salutatio; quia nihil magis insolitum Virgini obuenire potest, quàm hæ laudes, & nuntia, etiamsi ab Angelis conferantur, vel ab angelicis ministris vita, & sanctitate præclaris. At dices, agunt de licitis tractandis nuptiis: sit ita; verùm si in te est virginitas, humilitas, cæteræque virtutes, vna pudoris, & turbationis virtus ostendit. Sicut cùm ad scrinia venis, vbi repositam in thecis habes multam pecuniam, vel pretiosas margaritas, non aperis, sed claue inserta probas, an clausa sit sera; quòd si clausa est, sat est, ais, hic sunt diuitiæ: vbi pudor, & verecunda verba, honestaque facies statim occurrunt, sat est, hic est virginitas, humilitas, & sanctitas: nam, vt ait Bernardus [a]: *Pudicitiæ, & conscientiæ custos est pudor.* Quòd si sera custodiæ virginalis reseranda est, facile sit ab his postulantibus iuuenibus, lenocinijs poeticis, adulationibus, & turpioribus epistolis, humanaque laude, qua nihil potentius ad expugnandam fœminam: Nam, vt ait Chrysostomus [b], *honoris esse negligentem, & laudem non affectare multorum magnò labore indiget, & propriis laudibus turbari vera philosophia, & anima cuiusdam angelica, & quæ ipsum verticem cardinis cælestis attigerit, certum argumentum est.* Quid dicemus de misellis illis puellis, quæ libentiores exhibent aures ad hæc, vt valeant talem sponsum consequi? Dum fallacias, & insidias adolescentibus struunt, iusto quidem Dei iudicio fieri videmus, vt vno, & altero careant, dum maritum virginei pudoris iactura obtinere putarunt, sicut Dina *Gen.* 34. cuius post lapsum illum nec nominis mentio, nec prolis vlla fit; æqua enim pœna est filiis orbari, quæ se turpiter filiorum auiditate abiecerunt. *Abiecerunt in terra capita sua Israel; baxan la cabeza para no ser cabeza, quedan humilladas, y affrentadas de vn ruin, y no son cabeza de tribu; porque diran vn si entre puertas.* Virgo verò prudentissima *cogitabat qualis esset ista salutatio;*

Prudentissima inter omnes Virgo beatissima.

Custodia virginalis.

Pudor virginitatis custos virtutum. Simile.

a In Cant. vide Chrysost. in Mat. hom. 33. Propriam audire laudem vix datur sanctissimis viris.

b Super epist. ad Philemo.

26.

Lenitas virginum taxatur.

Thren. 2.

tio; etiamsi bona tibi afferantur, cogitanda sunt; quia, vt aiebat Augustinus [a], *non potest habere mala facta, qui habet bonas cogitationes.* Et quid inde? duas conditiones ad dignitatem suscipiendam proponit. Primam,

a Lib. 50. hom. hom. 16.

27. *Quomodo fiet istud; quoniam virum non cognosco?* Tu quidem in hoc verbo, & conditione, quam adhibet Maria, eius amorem virginitatis admiraris; ego verò Dei amorem in virginitatem comtemplor, à quo coactus est inauditum patrare miraculum, quod prædixit quasi rem stupendam Ieremias: *Vsquequo deliciis dissolueris filia vaga; quia creauit Dominus nouum super terram, fœmina circumdabit virum.* Nouum erit quòd ea, quæ super omnes fœminas est benedicta, omnis virilis congressus, expers tamen carnea prole, de spirituali semine gratulatur; quæ sunt verba Augustini [b]: id, quod emphatico circumdandi verbo Propheta explicauit. Nouitas autem in hoc est, vt vnam singulariter matrem, & virginem efficiens sibi plurimas virgines compararet. Nam quæro, cur de Virgine nasci voluit? S. Ignatius [c] respondet, *quia huiusmodi partus decebat Deum*; & addit Theodotus [d] huic rationi: *vt in hoc cognosceretur eius diuinitas.* S. Bernardus [e]: *talis enim congruebat Virgini partus.* D. Petrus Chrysologus, nasci oportebat, incolumi seruata matre, qui in omnium salutem nascebatur: *meritò Virgini salua sunt omnia, quæ omnium genuit Saluatorem.* Magnus item Nazianzenus [f], vt veluti lege sanciret virginitatem: *Christus ex Virgine gignitur, virginitatem veluti lata lege sanciens, exempli vi alliciens, & adhortans.* S. Anselmus vt potentiam diuinam ostenderet inter nascendi modos præclarum, & nouum super terram adlegit. Verùm quid de diuina nos diuinamus voluntate, vbi effectus clarè loquuntur, ideo ex Virgine nasci voluit, vt sibi virginem obtineret nouo prodigio, & diuitias suas in comparandis virginibus impenderet. Quia sicut in subitis & primis motibus hominis natura cognoscitur, & sicut cùm dixit Dominus in principio, *fiat lux*, lucem amare nouimus; ita cùm primus in terram ingressus fuerit in Virginem, proculdubio amorem virginitatis ostendit, & in Virginem nouam plantationem paradisi facere meditatur; & ita Septuaginta legerunt, *Quoniam creauit te Dominus in salutem, in plantationem nouam, in salute tua circumdabunt homines.* Quasi dicat, non multum à vobis exigo, vt vitam nouam ineatis, ad quam incipiendam Deus nouum faciet super terram, dum filius erit ex matre Virgine, vt totam Adæ massam expurget. Hanc autem fuisse mentem Seruatoris, ex eius passionis effectu liquet, vt nempe in cælum gregem Virginum inueheret, vt

Virginitatem impensè amauit Verbum Dei.
Cap. 31. 22.

b Serm. 5. in natali Domini.

c Epistol. ad Heronem.
d Orat. de Christi natiuitate in Ephesino Côcil. appendicis quintæ cap. 1.
e Hom. 2. super Missus est.
f Orat. 10. de laudibus Basil.

28. Apoc. 7. testatur: *Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni.* Nam statim occurrit dubitatio, quomodo hi potuerint stolas in sanguine dealbare, cùm sanguis non abluat vestes, sed magis inficiat, nec dealbet, sed rubricet eas, quin etiam rubeus color infectionem peccati potius, quàm iustitiæ candorem, & puritatem designet? Aliqui respondent, quòd sicut vsu venit, vt venenum veneno polluatur, atque corrumpatur, cùm tamen vtrumque sit venenum; ita Christi sanguis, qui pro peccatis fusus est, peccata mirabiliter abluit, & polluta peccatis pectora emundando dealbat. Augustinus verò planiùs respondet, dealbatas quidem fuisse gloriæ vestes in sanguine agni; quia præuiderat, & destinauerat facturum seipsum agnum, & moriturum, vt sanguine suo culpam ablueret, vt ex hoc facinore sibi castos, & virgines pareret. Et hoc ipsum inter ipsa crucis tormenta solabatur, & hac de causa orauit in cruce, vt hos agnos in lucem ederet; & ita ait Ioannes agnos vocasse saluandos, & agnum Saluatorem: *hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno.* Nonne meliùs diceret leonem, qui cæcitatem Iudæorum tunc permittebat, qui in infernum cadere Apostolum sinebat, & latronem patiebatur perire? minimè; sed *Agni.* Quasi diceret Agnus ad Patrem: Pater mi, concedi mihi castos; hi enim sunt primitiæ diuitiarum mearum, & laborum, sanguinis, & mansuetudinis; quia cùm essem in cruce, vbi liberum erat cornua ostentare potestatis, iram, & vindictam infligere, cùm minari saltem possem, abstinui, & cor tantùm ad te eleuans dixi: Pater mi, ob hanc meam mansuetudinem hucusque inauditam peto, vt plurimi mihi in mansuetudine, & puritate quamsimillimi sint agni, in quibus quod brutum est, mitescat, & rationi obtemperet, & casti sint, & mites sicut agna purissima Maria mater mea. Hos ego volo vti meas 29.
primitias soluant, siquidem sanguinem impendi in eligenda matre Virgine, in efficiendis virginibus, & consecrandis: *hi empti sunt.* Et qui sunt hi? Respondet Gregorius [a]; hi nempe, qui cantabant canticum agno, quod reliqui non cantabant; *singulariter quippe canticum agno cantare est cum eo in perpetuum præ cunctis fidelibus de incorruptione carnis gaudere.* In domo principis duo, vel tres canunt, reliqui auditores sunt; ita, ait Gregorius, virgines sint, qui victoriam decantant, cæteri beati audiant, *Quod tamen cæteri electi canticum audire possunt:* quia licèt vident charitate, & cæteris virtutibus cælum obtinuisse, non verò virginitate, *Primitiæ etiam nuncupantur: lo esmerado.* Et quod primitias intendit, & quasi iactabundus loquitur pretiosas virginum gemmas à terra emptas fuisse; *hi empti sunt.* Et cæteri nónne empti sunt? Ita quidem; verùm hos ego præcipuè intendi saluare: sicut cùm quis filum margaritarum emit, inter quas vna præclarior, & maior erat germana alterius, quam domi habebat, dicitur emisse omnes, sed illam præcipuè, imò propter ipsam alias. Omnes Christus sanguine redemit: at in emendo virgines gaudet, & exultat; quia habebat iam domi Mariam gemmam singularem, & in cruce inuenit ipsi socias, & similes alias, & has emit præcipuè, ideo *nouum fecit Dominus super terram.* Qua de causa meritò cum admiratione loquitur Propheta: *Vsquequo deliciis dissolueris filia vaga? quia creauit Dominus nouum super terram?* Sensum attigisse videtur Zeno Veronensis [b]: *Frenat carnis illecebras memoria Virginis Mariæ*, sumpta metaphora ab eo, quod euenire solet absente matrona nobi-
li in domo sua; clauso enim ostio filiæ ancil- 30.
læ posita omni modestia iocantur, saltant, & ab omni opere cessantes otiantur, & omnia, quæ domi sunt, commouent. En repentè intrat Domina: *& per aduentum, & præsentiam grauis, ac seuera Domina comprimatur.* Vix poterimus vobis explicare, quò progressa sit mundi luxuria, carnis petulantia ante Christi Incarna

Virgines passionis & orationis Christi primitiæ sunt.

a 3 p. pastoralis.

Simile.

Maria memoria contra carnis tentationes.
b Tom. 2. Biblioth.

carnationem: at cùm Deus carnem ex Virgine induit, & Virgo puriſſima, tamquam imperatrix orbis apparuit, ô quàm ſtupuit mundus, qualis morum compoſitio, quanta modeſtia, caſtúmque ſilentium omnes occupauit? O ergo infelix ſæculum, tibi hæc verba timoris, & admirationis enunciantur, *Vſquequo deliciis diſſolueris filia vaga?* Munde immunde, ſordidiſſima caro, quis te fecit turpitudinis ſpecum lupanar luxuriæ? vſquequo? Antequam Deus ex Maria orbi affulgeret, mirum non erat horribili flamma, & tenebris honeſtatem offundi: at poſt natum ex carne virginea Deum, poſt ſtupendum miraculum, turpis delectatio officium fit, & munus, quo non iam impuriſſimi iuuenes, ſed fœminæ, ſed nobiles, ſed illæ, à quibus vna in matrem Dei Virgo aſſumpta eſt, abutuntur? En tibi Virginem, quæ maternitatis opus, & dignitatem ſub conditione ſeruandæ pudicitiæ accipit: quomodo fiet iſtud?

Grauior culpa turpitudo poſt Chriſtum incarnatum.

31. *Ecce ancilla Domini.* Aliam inſuper conditionem ſubiicit, nempe etiamſi mater fiat, ancillam nuncupandam, & hoc ſe commendat nomine, *Ecce ancilla Domini.* Videte virgines, quanta ſit dignitas cælibatus, aut virginitatis, & ſeruiendi Deo opus, vt cùm his opponeretur maternitas, Virgo nequaquam acceptat, niſi poſita conditione primam illam ancillæ dignitatem non deponendi. Cùm inauguratur Epiſcopus, qui monachus erat, ad nouam conſecrationem, non deponit religioſum habitum, ſed ſupra ipſum Epiſcopalem dignitatem, & inſigne induit. *Ecce ancilla Domini;* quæ vocatur ab Angelo *Domina,* ipſa ſe agnoſcit, & confitetur ancillam, quia deuotus animus inſulis beneficiorum creſcit ad obſequium, augetur ad gratiam, non ad arrogantiam proſilit, non ad ſuperbiam pertumeſcit. Ita Petr. Chryſologus [a]. Veſtita erat Maria in mente ſua ancillari habitu, & inſigni virginitatis munita erat, & cùm ageretur de conſecranda in Dei matrem, concedit ipſa; verumtamen ſuperueſtiri vult, non expoliati virginitate, nec ancillæ officio. En ô mortales errorem veſtrum; nam in regia aula primus regiæ familiæ adminiſtrator ſi præſes eligitur, ea acceptat conditione, vt nequaquam œconomi maximi munus deponat. Et nos facilè ſeruiendi Dei muneri renunciamus ob leuiſſimam gloriolam, & ita deluſi, & ſtulti facti manemus, dum vtrumque amittimus. Serui facti mundi, & abſque temporali præmio Virgo haudquaquam ponit obſequendi munus, *ecce ancilla.*

Humilitas puritas Mariæ.

Simile.

a Serm. de annunt. in Luc. 1.

32. Iam Domine, vt video, pænè ad exitum adducta res eſt, fiant nuptiæ; verùm nouus hic ſtatus nouam ſupellectilem, ornatum, aulæa, tapetes, periſtromata, pictura variegata textili, exigit; dilata locum tentorij tui, creſcant ſumptus, faſtus, famulitium, Dominam iam te appellabimus, & Dominum Ioſephum nuncupabimus. O noſtram inſaniam, ridet ſuperbiam noſtram beatiſſima Virgo, & ideo maximè, quia ornatus domus ex domeſticis perſonis, non externo cultu dependet, vbi Deus eſt, materfamilias, & faber ſui officij memor Ioſeph, fruſtrà alius domus ornatus exquiritur. Ecce totius orbis ſalus ex bene ordinata familia prodit: è contra verò labes, & ruina totius reipublicæ ex otioſis fabris, & impudicis fœminis, & filiis prauè educatis prouenit. Audite Dauidem: *Beati omnes, qui timent Dominum.* Hæc eſt bona ſors, & benedictio familiæ fortunatæ à Deo: *Labores manuum tuarum quia manducabis.* Psal.127.
In primis maritus non ſegnis, non otio languens ſit, ſed muneri, vel arti incumbens. *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ;* ſe domi contineat vxor; ſicut vitis adhæret laribus, vt domum exhilaret filios quaſi racemos penſiles ex vberibus, aut brachiis gerat vſque ad maturitatem: *filij tui ſicut nouella oliuarum in circuitu menſæ tuæ.* Ne filios per vias concurſare noctu, vel per diem ſinat, ſed in eis iam ſpes 33.
fructus virtutis eluceat, & pagis, & prædiis colendis adſint, ſicut oliuæ in agro. Ex hoc enim fiet, vt cùm ſint in circuitu menſæ tuæ, cibus non deficiat: *ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum;* cum benedictione commendent propria, aliena non diripientes. Sed hæc omnia (ad noſtram ruinam) contrario modo fiunt; nam & ipſæ nuſquam domi ſe continent, vel pedibus, vel ſella geſtatoria, vel curru longiſſimè diuagantur, & filios petulantes, liberos, & vagos enutriunt. Quid enim bonæ frugis poteſt diſcere puer à parente colluſore, & omni labe vitiorum coinquinato? Et quid mirum liberiùs viuere filiam, cuius mater turpi lectioni, aut conuerſationi quotidie vacat. O dæmon, quàm bene inſtruis ludum, & dirigis in infernum peccatores. Eſt dæmon inſtar hortulani prouidi, qui, vt viridarium quotidie augeatur, cùm videat in tali, vel tali linea iam deteriores eſſe arbores, nouas plantationes ſeorſim accuratè conſeruat, vt ablata vna arbore ſenio, & carie iam confecta, aliam ſtatim ſuo ſubſtituat loco. Ita dæmon cùm præuidet iam ſenes in tali vico ciuitatis ludendi peritiſſimos deficere vel ſenio, vel inopia pecuniarum, ſubſtituit in loco eius tres, aut quatuor adoleſcentulos, & pueros, qui prauis ſeniorum moribus imbuti impoſterum valeant ludum, & impudicitiam ſuſtentare. Hoc in ipſis chartis pictis adumbratum videas; ibi enim deſcripti ſunt reges, equites, pedites, enſes, carcheſia, & aurei numi, & inſuper ſcipiones, maximè ille, quem vocant, *as de baſtos,* puer quidam quaſi caducam vitem ipſe ſuſtentat; per hoc oſtendens, dæmonem iam reges in ludum traxiſſe, equites ab armis ad otiū reuocaſſe, pedites ab officio diuertiſſe, & ne his deficientibus corruat ludi diſciplina, noua germina præparet, & pueros, qui à cunabulis ludo incumbant. Vides qua ratione Deus abeſſe cogitur à noſtra republica. Sicut è contra ſalus mundi cœpit à domo, & familia, in qua coniuges Deo ſeruientes ſuo cuique muneri incumbunt. *Benedicat tibi Dominus ex Sion, vt videas bona Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ; & videas filios filiorum tuorum pacem ſuper Iſraël.* Dentur filij tali ſponſæ, & Reginæ; ſed de hoc iam agamus.

Optima familia deſcriptio.

Dæmonis ars & induſtria.

Simile.

34. Tertius ſtatus Reginæ iam eſt à Propheta decantatus, nempe filium habere regni hæredem: ſed hoc ipſum diſertis verbis promittit Angelus. *Ecce concipies,* benignam ſtellam nacta es, nequaquam ſterilis eris; exemplo ſit Elizabeth, quæ tecum eſt in ſecundo gradu; & à diuino radio perculſa, & ex diuino influxu etiam natura renuente riſum totius orbis concepit, & feliciſſimè in lucem edet. *Paries,* fauſtus erit etiam partus, nouo prodigij genere mirabilis, mundo gratiſſimus; aurora enim tui ventris ſolem, &

Mater Dei Maria feliciſſima.

Salus

Saluatorem edet vniuersi; non sine risu primæ illius mulieris, quæ in pœnam criminis dolorem passa est. *Filium*, nec tristabetis fœminæ ortu, vt solent parentes, paries enim filium. Nec erit cur populus Hebræus contrahat supercilia, & corruget frontem: nam si filium expectat, *filium paries, vocabis nomen eius*; non citò morietur, nec de vtero transferetur ad tumulum, Baptismum circumcisionis attinget, & nomen illi imponetur: *nomen eius IESVM.* Iam in nomine quod sit eius ingenium, in quæ propendeat, ostenditur, de quo mirabilia nostri Astrologi scripserunt; sed melius omnibus ipsum nouit mater, quæ IESVM nuncupauit; quia ad conferendam salutem, & vitam propendebit. Sicut cùm ad piscaturam, vel venationem inclinatum videmus, dicimus, en venatorem; sciat ex hac die orbis adesse iam IESVM saluatorem, qui loquitur iustitiam, & propugnator est ad saluandum. *Hic erit magnus.* Iam quid erit, absolutè prænuntio, magnus sine termino, nec contrectatione; sicut de Ioanne dictum est, *magnus coram Domino*, sed magnus sicut Deus, *magnus es tu.* Ac denique æternus erit Rex: *dabit illi Dominus sedem Dauid Patris eius*, &c. & hæc summa tuæ felicitatis est, ô Virgo, matrem Dei, æternam futuram esse.

35. *Ecce ancilla Domini.* In hoc verbo caput, & summa totius salutis humanæ constitit, & consistit quidem quoties illud attentè perpendimus. Ancillam se dicit, cùm Regina sit, ne putetis ob qualemcumque dignitatem, ad quam te assumi contingat, posse diuinam iurisdictionem, & potestatem effugere, sed seruum seruorum Dei nuncupandum. Et bene post acceptam dignitatem ancillam se profitetur; nam ante acceptam omnes fatentur se seruos, & ancillas esse eius, à quo honorem, vel dignitatem ambiunt, quod eleganter Dauid cecinit: *Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, & sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ; ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum.* Quid enim aliud videbimus, nisi oculos in manibus? Aduocatus enim, & medicus in manibus clientum, & ægrorum oculos reponunt; Maria verò post obtentam dignitatem ancillæ oculos figit in manu illa potenti, illi se submittit, nec exaltatur promisso, nec extollitur dignitate.

Humilitas cum subiectione.

Psal. 122. 2.

36. *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Iam Esther nostra à summo Rege salutem omni populo obtinet, & verba concessionis exprimit; *fiat mihi.* Oro maiestatem tuam, vt salus vniuersi effectum sortiatur, & quod Angelus verbo promittit, opere impleatur, quod ita impletum est tantæ authoritatis libello exhibito, & postulatione; & ita ait Andreas Cretensis: *Sicut dixit Dominus, fiat cælum, & obsecutum est cælum; ita dixit Maria, fiat mihi, & obsecutus est auctor cæli. Amen.*

***

VERBVM FILII.
Luc. 1. v. 26.

Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ, &c.

Deus cum homine pacem facit, & fœderatus Deo orbis, Mariæ totus addictus & mancipatus manet.

DISCVRSVS CI.

PACEM optatissimam & æternam, finem iurgiorum & antiquæ altercationis, qua ab exordio Deus ab 1.
homine, homines à seipsis, amici ab inimicis, spiritus à carne, cælum & terra dissidebant, solus Deus pacis cupidus, & tu ô Virgo fœminarum gloria sancire, & æterna fœdera percutere & firmare potuisti. Et vt rei difficultatem meliùs percipiamus, illam Spiritus sancti coloribus per Oseam descriptam gestiunt iam non aures audire, sed oculi contemplari. Cùm iam inuicem in campo sibi occurrissent vterque exercitus, Dei summi Parentis, & illiberalium ac rusticorum peccatorum Regem describit Propheta qui in regium tentorium euocato ducum concilio mentem suam & intentiones explicat. Memorat in primis quantis de causis rebellis & contumax populus non deberet in Deum dissidia excitare, ob innumera beneficia collata, impensam operam, patientiam exhibitam, amorem & studium relatum, quo tanquam puerum in complexu de captiuitate per desertum retulit, & in terram promissam introduxit; & nunc eò deducta res est, vt omnes iugulo tradendi sint, omnes sempiterna manat damnatio, *cœpit eos gladius* (futurum est) *& consumet electos eius, & comedet capita eorum: veo que los mas estirados van como ouejuelas de muerte al cuchillo y al matadero.* Agite quæso de stabilienda pace; inuenietis quidem sic durum & agrestem & obstinatum, vt velit me priùs inuitare, & in domum eius adire, & pacem offerre, *& populus meus pendebit ad reditum meum, pasais por tal villania que espera el hombre que yo de atorcer mibraço y me buelua a él?* In quibus verbis Hebraicè sunt duo nomina משובה *mesuba*, & תשובה *thesuba*, quæ principium dant huic interpretationi; significant enim obstinatam tenacitatem rusticam, quam Ieremias auersionem contentiosam appellauit, *vn teson villano y terco*, plebei hominis qui rixatus est cum equite, & semel & iterum rogatus vt faciat pacem, inflatur & tumet, & præduro animo persistit in odio, in nullo equiti dissimilem esse iactans, *tan bueno soy como el por que le he yo de buscar busqueme el a mi?* O humanam rusticitatem, in has angustias & dubitationes Deum adduxisti, vt velit rusticus me suas adire fores, obsequia, fœderaque præmittere? Certè Domine vt video sic futura res est: pergit vlteriùs, & secum cogitat, sitne conueniens

Pax vniuersi debetur Mariæ beneficio.

Cap. 8.

Tumor & superbia hominis obstinat suas vindictas.

niens admonere, Prophetas mittere, & amicos qui interpositi pacem mittant; sed quorsum hæc barbarus est, contemnet omnes, *& ad excelsum vocauerunt eum: au salido mill veces y le an dicho venid, aser amigo de Dios*. Iam Deus pacem cupit; sed nihil profuit: arma, arma, arma sumite, arripite gladium, parate clypeos. Siste Domine, est enim filius tuus. En bellum intra paternum cor & viscera mansit, & in eo conflictus cogitationum cœpit esse, & quasi dubitare.

Ose. 11. 8. *Quomodo dabo te Ephraim? protegam te* (potiùs) *Israel*: nam diuina misericordia iram frænabat, & filium esse Ephraim dilectum proponebat. Multa de filio toleranda sunt parenti.

1. *Quomodo dabo te sicut Adama, ponam te vt Seboim?* Age Domine, aiebat iustitia, perge ad vim, ad arma, adest Gabriel, qui quinque illas ciuitates deuastauit, demoliantur vniuersa, pereant mortales; quid hoc ad Deum omnipotentem? aut quid nocebit ei?

2. *Conuersum est cor meum.* O bellum, in campo mei cordis consertum! ô amor paterne, quid me comprimis, *non conuertar*, non patiar me abduci à solita clementia, vt disperdam Ephraim. Ambrosius [a], *In ipsa indignatione velut patrio quodam affectu hæret quomodo ad pœnam tradat errantem, nónne apparet, quòd ideo nobis peccantibus indignetur Dominus Iesus, vt indignationis sua nos furore conuertat? Itaque non faciam furorem iræ meæ*; canite receptui, dissipate exercitum, sileat belli fragor & impetus. Sed quid aio, pergite, volo in bellum prodire, & illis ostendere; *quoniam ego Deus, & non homo, quiero que entiendan con quien las han*, & scient quanta cum causa cum illis configere tento. Verùm parcite iræ, silete, ponite arma, lutei sunt, & quasi folium quod vento rapitur, non est mei honoris eos perdere. Pacis conditiones & pactiones bellicas ineamus, ite legati pacis, & dicite eis, *In medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem*; sit inter vos anima iusta, à vobis honore habita, suspecta & culta, quæ ad singulare certamen mecum descendat, & sileant acies & belli furor, ambo configamus, stabo belli euentui, & exitus probabit ius victoris; si enim vinci contingat, inauditam imò inexpectatam felicitatem mundo promittam, nempe *post Dominum ambulabunt*, fiam homo, ero eorum rex, Emanuel eorum, dux, Pater, rugiam instar leonis, quò me mundus venisse credat ac reuereatur, *& auolabunt quasi auis*: nam ab vniuerso orbe meo se mancipabunt obsequio, & pernicitate volatus quasi columbæ per maria, per Oceanum conuolabunt, & vnicuique sedem suam constituam, etiam infideli populo qui me negaturus est. *Iudas autem testis descendit cum Deo, & cum sanctis fidelibus.*

a De pœnit. lib. 1. c. 4.

3. Sors nostra feliciter ad Mariam deuoluitur.

Vide quæso ô Virgo lectissima quò genus nostrum non miseria, sed sors & felicitas nostra deuoluerit; in te vna, in tuo brachio, imò in tuo verbo vniuersi salus felicitásque cõsistit. O redemptrix humani generis, ait Ephrẽ [b], ô reparatrix vitæ pænè collapsæ & perditæ, ait Bernardus [c]. Prodeas omnium nomine in campum, arripe clypeum fidei fortioris Abrahæ, accingere gladio spiritus, para amoris sagittas, in pharetra, in medio nostri sancta es, & immaculata, in te nostra salus sita est, & felicem exitum rei expectamus. Descendit in arenam ductrix nostra Debora, & oculis cælum suspexit, & columbino intuitu cor simul per oculos iaculata est: age cælum, caue expugnatricem vim columbæ, *à facie iræ columbæ*; vide quia rectà in Deum tendit Maria, ipsum suspicit amatorio aspectu, cauete Angeli, firmamenti excubias agite, munite thronum æterni verbi, obstruite spiculis turmatim & collectim oppositis, leuis armaturæ milites adsint, præcedat infantum cohors, & acies prima, certiores vos facio si semel oculi Mariæ illuc penetrent, caput & ducem vestrum capient, & vinctum in terram deferent. Eia penetrauit vtique, vim sentit Deus: *Quis est aduersarius meus? quien se atreue a prouocarme a escaramuza.* Domine, fœmina illa est, & sancta anima, quam pósita conditione postulasti, & promisisti eius causa pacem; igitur miscentur arma, & vtrinque configi cœptum est, quàm copiosæ & ardentes sagittæ? qui sonant ictus? qualis scintillantium clypeorum ignis? ardet aër, fumigat cælum, tellus tremit, caminus amoris ardet in vtroque certantium; dum ecce à bene curuato arcu mentis cordísque Mariæ fidei sagitta charitatis ardore illita missa, diuinum penetrat cor, iam sentit plagam, *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa*; vicisti, vicisti, vulneratus est Rex (ô Maria) iam amoris excepit plagam, voca signis, annue, allice vno verbo, & victus cadet in sinum tuum amore saucius. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.* Age mi Domine, en tua victrix ancilla expectat, libera fidem, adimple conditionem; vix hæc ait Maria cùm ecce Rex cecidit in sinum eius, & gloriæ princeps captus est, & fœdera pro libito Mariæ sanxit, vt euoluto Euangelio videre licet, quod sic habet:

b Orat. ad Virginem.
c Hom. 2. super Missus est, & ser. 98.

Vicit Deum feliciter.

• *Missus est Angelus Gabriel à Deo.* Primum offendiculum pacis ineundæ quod obstabat illud erat, Deum ita se demisse gerere vt barbarum quærere cogeretur, & ad fores eius pulsare, pacem postulando, *& populus meus pendebit ad reditum meum.* Verùm nobilitas & benignitas Dei nostri rem peregit, *Missus est Angelus à Deo.* O summam clementiam! ô ineffabilem Dei benignitatem! quis valeat tuam immensam pietatem decantare? qua inimicum hominem quæsiisti, conuenisti, & post ingressum amplexatus es, & vt res seriò & decretoriè fieret facultatem expectas, dicens: Age homo, reconciliemur inuicem, ponantur simultates, cessent odia. Quid miramini mortales hanc clementiam? vtique ita acta res est, nam ad hoc legatus Angelus, vt consensum obtineat Virginis; volebat enim Deus humanum genus amplectari, & ad hoc duo tendebat brachia. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Cui statim annuit mitissima Virgo, nec distulit consensum. Nam (quod valde notandum est) non sat est ad vestram salutem Deum carnem induisse, nisi vester adsit consensus, & liberum arbitrium fores referet ad expoliendam animam vestram. In quo magna diuersitas animorum est; quidam enim sunt sicut equus qui bene frenum suscipit, & in quamcumque partem leuiter conuertitur: sicut Virgo *pendebit ad reditum meum: a vn torcer de rienda dan buelta à Dios*, quod sicut

4. Benignitas Dei in redemptione hominis.

Iustificatio ex nostra etiam pendet voluntate.

Facilitas animi prædestinati.

ſicut generoſi equi ſignum eſt, ſic prædeſtinationis non leue indicium os illud eſt, quod facilè à Dei iuſſu & inſpiratione verſatur; alij verò ſunt ſicut hi quos Propheta deſcribit, qui inſtar equorum, qui currum vehunt, vel mularum, quæ pretio conducuntur, fræna non ſentiunt, ſed retrocedunt, ſpumant, donec latera fuſtibus, & ilia calcaribus compunguntur, *es por demas el chasquido ni la industria y porfia del cochero quando vn bruto de estos da en retirarse empinarse y hinchar la naris y batir con fuersa*; ſic illi obſtinati & rebelles.

5. *Angelus Gabriel.* Verùm quare legatur Gabriel ad Mariam? an fortè vt Deus liberaret fidem datam deponendi arma, ſi ſancta & pura anima inter homines reperiretur. Inſtabat enim ſeuera iuſtitia vt orbem totum ſicut illas quinque orbes deuaſtaret. *Dabo te ſicut Adama, ponam te vt Seboim?* (Oseæ 11.8.) & cùm ſic repentè Deus recondit gladium viſa Maria, & eximia eius pulcritudine, putaret quis vel inſtar hominis Deum ſpecie & forma deceptum fuiſſe, vel iuſtitiam & potentiam iniuria affectam dum peccata grauiſſima impuncta manebant, & Dei maieſtas vni mulieri deuincta. Quid cõſilij capiat Deus? Eat Gabriel, & videat ſponſam Mariam, & minimè deceptum Deum deprehendet. Notat Magnus Albertus [a] tres Angelos, qui venerunt in domum Abrahæ, tres illos fuiſſe, quos memorat ſacra Scriptura, *Gabrielem, Michaelem & Raphaelem*; itaque Michael fuit qui filium promiſit in domo Abrahæ, Raphael, qui vulnus circuncisionis curauit, dolorem mitigauit, & ita appellatus eſt, *medicina Dei*: Gabriel verò fuit qui Sodomæ incendium reuelauit, ipſi enim demandatum erat ſupplicium illarum ciuitatum, & inde nomen ſortitus eſt, *fortitudo Dei*, quæ enituit in ſubuertendo illam ſubitò, *quæ ſubuerſa eſt in momento.* Nunc ergo liquidum fiet Deum ſtetiſſe promiſſis, nec læſiſſe iuſtitiam; poterat enim Dei iuſtitia Deo dicere, vbinam eſt tua ſeueritas? vbi potentia? vbi maieſtas? quæ fœdiſſimam carnem induere meditatur, ita vt in nefandis illis vrbibus, nullam puram, ſed peccatis inſignes & ſordidatas animas repererit Gabriel? abſit à te Domine, melius erit vt morti addicantur omnes. Cui querelæ Deus, eat, ait, Gabriel vrbium deuaſtator, qui ab enſe mihi eſt, & arma tenet iuſtitiæ & potentiæ, videat in Nazareth puellam, certus ſum quàm citò & è veſtigio arma deponet, & victus tanta pulcritudine, nec Deum imbecillum, nec facilem, nec deceptum ſpecie viſa Maria ingenuè confitebitur, eam enim, quam ego ſemel elegi, adamaui, dignam eſſe comperiet, vt eius cauſa omnia mundi crimina aboleantur, condonentur pœnæ, & pacis fœdera ſanciantur.

a In hunc locum.

Quare Gabriel eligitur ad annuntiationem.

6. O Virgo vt cõſulis honori & ſaluti hominũ! ô virtus & pietas quàm nobilis & illuſtris es, ſiquidem vna mulier pudica & ſancta mundi ſordes abluit, tegit fœda, illuſtrat obſcura: bene de te aiebat ſapientiæ magiſter, *clara eſt, & quæ nunquam marceſcit ſapientia.* Sanctitas vocatur ſapientia, quia nullus ſanctorum fuit inſipiens, aut ſtultus, *no a auido santo necio ni Dios lo hizo jamas*, & hac de cauſa pullus aſini in templum ingredi vetabatur; hæc ergo ſapientia quæ omne peccatum abiicit, clara eſt, & immarceſcibilis, *& qui vigilauerit propter illam ſecurus erit*, nam vbi ſunt virtus, religio & pietas, ſilent arma, Dei ceſſat ira, & ipſa inferni pœna non citò abſumit peccatores, quia iuſtæ aliquæ animæ inter ipſos commorantur, & hoc eſt, propter ipſam ſecurus erit, liber erit à fulmine iræ Dei. Sicut cùm nocens aliqua fœmina quæ grauida eſt in carcerem detruditur, dum infans in vtero eſt, eius innocentia ſecura redditur, nam nec torquetur, nec alia ipſi pœna infligitur: erat totus orbis æternis ſupplicijs addictus, armata Dei potentia, iratus iudex, tabulæ legis rubricis characteribus peccata hominum conteſtabantur, ſed erat natura grauida, & gerebat in ventre Mariam, erat innocens & puriſſima Virgo inter nos, & ita *propter illã* (orbis totus) *ſecurus erit*: curate etiã vos vt in domo veſtra aliqua ſit anima Deo grata, aliquis filius bene moratus, & propter illum tota familia ſecura erit.

Virtus tuetur orbem.

Maria ſanctitas orbẽ tuetur & ſaluat.

Aue gratia plena. Verbum eſt appoſitè dictũ, & quod myſterio non vacat; arma enim quibus 7.
vincendum ſe dedit Deus, ſunt iuſtitia, & gratia. *In medio tui ſanctus, & non ingrediar ciuitatem, aya entre vosotros vna alma sancta y graciossa a mis ojos que ella sola me defendera la entrada.* Vbi ergo eſt Domine hæc armorum copia, vbi gratia quæ præualet, & obtinet regnum cælorum? Nunc, ait Hieron. ingrediens Gabriel oſtendit. *Ideo miſſus eſt Gabriel, vt bellum nunciaret hominibus, qui dux erat fortis Dei.* Cùm repentinus fit tumultus in vrbe, aut belli crepitus, vel hoſtilis ingruit incurſus, prima vox illa perſonat, arma, arma ſumite, & hic primus eſt qui arreptis clauibus aulam armorum totus pallidus, & qui vix ſeram inuenit, titubante manu, arma inclamans tandem aperit: hic primus fortiora & meliora arma eligit, & tormentarij pulueris copiam ſumit. Bellum paterno ex affectu & ad redimendum mundum ingruebat, aderat iam propè armatus Deus, ſed data fide ſolius ſanctitatis & gratiæ armis vincendum, præcedit nuncius Gabriel, ait Hieronymus, arma, arma inclamando. *Aue gratia plena*, homines gratiam, gratiã quærite, diuina mulier gratiam inueniſti, mortales accurrite ad armorum aulam, & turrim Dauid, vbi eſt omnis armatura fortium, hic tota eſt mundi ad reſiſtendum vis ac fortitudo, Maria inuenit, ait Ambroſius [a]. *Bene gratia plena quæ ſola gratiam, quã nullã alia meruerat, conſecuta eſt, vt gratia repleretur auctore*: vnde bene ſequitur, *Dominus tecum, Dios es de tu bando*; iam non hoſtiliter agere valet, vbi gratia eſt, ad ſaluandum venit, non ad captiuandum. En ô mortales, armorum aula patet, hæc Paulum confortauit, & auſus eſt dicere, *Omnia poſſum in eo qui me confortat*; quia vbi gratia & amicitia Dei arma ſunt, nullis armis meliorive potentia ſuperantur Dei hoſtes, quàm amicitia, & gratia: nam amicorum omnia ſunt communia, & illud poſſumus quod per amicos poſſumus: ideoque audet dicere Paulus, *omnia poſſum*, nempe in eo qui me confortat; & quibus armis? *non ego, ſed gratia Dei mecum*: fugite ergo peccatum ſi verè robuſti, verè fortes eſſe cupitis. Putauit Holofernes non ſolùm vincere Iſraelem, ſed nec pugnare opus eſſe, & vocato Achior Ammonitarum duce rogauit cur iſti contra noſtram potentiam arma comparant, & inſtruuntur ad prælium, & non potiùs deditionem ſui faciunt? cui reſpondit Achior: Audi Domine, & vera quidem tibi nuntiabo, trahit populus iſte originẽ à Chaldæis, & in Meſopotamia,

Potentia gratiæ.

a In Luc.

Arma animorum gratia & amicitia Dei.

Philip. 4. 13.

8.

Iudith 5. & 13.

tamia, Ægypto, & in deserto multis diuinis beneficiis in pace & bello susceptis, creuit & auctus est, *& non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui*; vix tamen à diuino recessit obsequio, cùm vim omnem & bellicam gloriam amiserunt, facilè tamen eam per pœnitentiã recuperabant. *Dedit eis Dominus virtutem resistẽdi*; quare mirabilia facinora patrarunt, Chananæum, Iebusæum, Pherezæum, Hethæũ, Heuæum, Amorrhæum, Hesebonem profligarũt gratia Dei muniti, qui omnem odit iniquitatem. *Nune ergo mi Domine, la resolucion es*, vt peccatũ inter illos inquiras, vt à Dei sui gratia pulsos cognoscas; sic enim & inermes & infirmos reperies, sin minus frustrà tua efferuet ira, tuúsque instructus est exercitus. O impudentiam homuncionis, hæc audes dicere: comprehendite, ligate eum, & inter Bethulianos crastina die mactandum mittite. Mittitur in Bethuliam, mirantur omnes, rogant Achiorem, quid apud Holofernem egerit: silent omnes, & timore perfusi sui deditionem post quintam diẽ meditantur. Sed dum arma & humana silent auxilia, en diuina subsidia obueniunt, & communis armorũ aula aperitur. *Mulier nempe famosissima quæ timebat Deum valde, graciosa a Dios y a los hombres.* Quid hoc ignaui & eneruati homines; *qui estis vos vt tentetis Dominum, de nostra humilitate glorietur, quoniam non sumus sequuti peccata patrum nostrorum*: infirma & imbecillia arma putatis humiles esse, & Dei filios gratiosos? it, allicit Holofernum, iugulat, reddit, pulsat fores, *aperite portas, a de la centinela abrid*, accedite, videte, quis est hic? credite, *quoniam nobiscum est Deus, qui facit virtutem*: videte fratres, sitne inter vos peccatum, nullus enim imbecillior exercitus erit, quàm catholicorum, nulla facinora, nec fausti euentus belli, vbi gratia deficit; quare Angelus qui mortales instruere vellet, vno verbo rem omnem aperit, *gratia plena*.

9. *Causa turbationis Virginis.*

Turbata est in sermone eius. Velim vt in gratiam Virginis gloriosæ huius turbationis causas inquirenti libentiores præbeas aures, promisit satis in tempore Deus Hebræo populo, & Achaz incredulo, *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabis nomen eius Emanuel*, quæ verba etsi mysterio ieiuna legebant Hebræi, Tertullianus, & meliùs Origenes adnotarunt, nisi de vera virgine sermo sit, sensum prophetiæ non sibi constare. Nam Deus, vt verbis suis fidem adstruat, manifestè promittit quod Deo dignum, non vulgare, sed euidens, insuetum, & illustre prodigium, & quod omnibus pariat admirationem; quam verò admirationem induceret cuiusuis iuuenculæ quotidiano prægnatu editus partus? Age (inquit Origenes) ex ipsis verbis consideremus sententiam, Dominus scribitur dixisse ad Achaz, pete tibi signum à Domino Deo tuo, in profundo, vel in altum; ac mox subiicitur, signum quod datur: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium; quale autem signum esset adolescentulam non virginem parere? & vtri magis conuenit gignere Emanuelem, quod est, nobiscum Deus, mulieri coitum passæ, & more fœminarum grauidæ, an puræ, & castæ virgini? Certè hanc decet parere talem prolem, qua nata dicatur nobiscum Deus. Sed quare Domine virginem hanc suo nomine non designas? ingenium quidem & diuini spiritus, ars fuit mirabilis, qui voluit virginem à seipsa laudari, excellentia quidem quæ posita eius humilitate vix poterat alia ratione ei dari, neque à quoquam obuenire. Dicant enim mihi qui huic virgini mancipati sunt, debetur virgini omnium creaturarum laus? ita quidem respondent. quòd si fieri posset vt à se ipsa laudaretur, quid felicius, quid dignius excogitari potuit? hoc ergo volens Deus ipsi concedere, hac dissimulata ratione peregit, nempe suppresso nomine virginis, hanc diqinam eius prænuntiare gratiam per Isaiam; sciebat enim almus spiritus nullo alio virginem lædi quàm lande sui, præcipuè si pudica sit, etsi pulcra, vt ait Chrysostomus, *Sapiens cùm laudatur in facie, percutitur in mente*; ideo tam parcam pennam aptauit Euangelistis, qui de illa id solum præcisè narrarunt, quæ ad fidem filij sui necessaria esse videbantur, quia humilitàs eius ægrè ferebat non solùm publicam, sed secretam laudem, ideo genus eius illustre, sub Iosephi persona, implicitè memorant, & cùm ad eam sermonem facit Christus, non matrem, sed mulierem nuncupauit, ne humillimam virginem laudando læderet, & pudore suffunderet. Posuit ergo arcanum istud, & quasi ænigma, in sacra Scriptura, vt quæ perfectè eam callebat, & biblia sacra versabat, verba legeret, sed mentem non perciperet. *Ecce virgo concipiet.* in quibus verbis hæsit contemplando, & ait: O felix mulier! ô lectissima fœmina! ô præclara virgo, felices qui te intueri, tuo vultu frui merebuntur. O Messiæ mater & virgo, tu cælum esse debes, aut cælo delapsa, aut diuina progenie nata, laudaberis ab omnibus generationibus. O Regina mulierum, quæ ex mulieribus se posset tuo mancipare obsequio? quæ posset tuis prouoluta pedibus assistere ancillari munere? *Nobiscum Deus* esse promittitur, sed in te prius, tecúmque erit antequam mundum consecret sua præsentia. O noua orbis lætitia, mulier gratia plena, fœminarum decus, memor esto saltim tunc huius ancillæ tuæ, has omnes laudes à nulla posset creatura vel dignius accipere, vel præ humilitate audire non posset, neque expectare, nisi ore se proprio laudaret, & dulcis illa lingua seipsam salua humilitate commendaret. Hinc ergo liquet causa eius turbationis, nec enim turbatio, nec admiratio in regiam personam cadit, vt notat Chrysologus, nisi cùm Regina Saba splendidum & sapientissimum videt Salomonem. *Turbata autem est in sermone eius.* Quare licèt sancti Doctores plures congerunt causas, ipsi quasi insufficientes reputarunt. Nam si cum Ambrosio [a] dixerimus, *Virgo quasi speciis mota trepidauit.* & Hieronymus [b]: *Ideo forsitan timore perterrita virgo est, quia virum quem non solebat aspexit.* Sed formidinem sententiæ illud verbum *forsitan* satis ostendit. Si dixeris ex Angeli aspectu turbatam, quia, vt ait Bernardus [c], *sæpe Angelus satanæ transfigurat se in Angelum lucis*, timidam hanc rationem & causam existimauit, dum aliam mox subdit, *& quia humilis erat, & simplex, & nihil tale ab Angelo sperabat.* Quòd si ex Angeli in domum eius aduentu territa est, sustinere non possumus Gregorij Emysseni veram & communem sententiam [d], ex quo erat in templo, *Angelorum colloquio & visitationi assueta*

Dignè non nisi à seipsa laudatur Virgo.

10.

Quánam de causa Angelus nomẽ Virginis subticuit.

Turbationis Mariæ causa.

a Lib. 2. de virginibus.

b Epist. ad Eustochiũ, & Lætam.

c Hom. 1. super Missus est.

11.

d In vita Virginis. vide P. Castro.

assueta erat. & Simon Cassianus insufficientem hanc putat causam. *Nec turbatam virginem, aut vllo modo panidam ex angelica præsentia Scriptura commemorat, velut visionibus angelicis assuetam, & eorum singulariter fultam custodiis*; & addit, *duntaxat ex sermone angelico turbata est.* Rectè dixisti: sed quid hæc salutatio nouum præ cæteris habet? Ratio ea est quam attigit Bernardus, & Laurentius Iustinianus [a]. Cùm videlicet illa diuinis laudibus tantæ Virginis intentissima erat, illam exaltando, seipsam demittendo, & cùm tunc repentè ab Angelo dictum est, tu es ô Virgo quam signat Propheta, *gratia plena, Dominus tecum*, & verba verbis Prophetæ aptauit, *Ecce concipies, & paries filium*, & obstupuit humillima Virgo, *quia humilis erat, & simplex, & nihil tale ab Angelo sperabat.* Quid hoc? egóne? quî fieri potest? Hó Virgo, capta es in sermone tuo, verum fassa es, & sapientissimus Dominus veritatem à tua eximia extorsit humilitate, quod aliter fieri vix poterat. Duo, vel tria difficilia sunt cognitu, nec facilè credi possunt: primum est ab iniquis & dolosis veritatem elicere, alterum est ab humili spiritu veritatem extorquere, tertium est secretum virginale, nempe sitne virgo quæ virgo putatur. Deus igitur qui comprehendit sapientes in astutia sua ab aduocato mendaci veritatem elicit, cui si proponatur causa, vel conscientiæ casus alicuius, qui bene numatus, vel nobilis est, subitò & ad libitum respondet: aut cùm casus in genere ponitur, testamentum condens Petrus, aut Ioannes, hæredem constituit Ioannem fratrem, &c. Duo item inter se verba sponsalitia, vel futuri coniugij pactiones fecerunt, &c. qui sunt hi contrahentes? Petrus, & Maria, tenetur veritatem dicere; hac vsus est industria Christus Dominus cùm iustificare causam voluit auferendi vineam à Iudæis, & aliis agricolis conferendi, rem enim tegit parabola, vt ipsi contra se ferant sententiam; *ita dico vobis, auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Nec minus, inquit, difficile erit à matre mea veritatem extorquere, & propriam laudem, non quòd humiles mentiri soleant; nulla enim gens est verior, & simplicior, sed quia si in laudem propriam sit, ipsi mendacium suspicantur: ponam igitur prophetiam in genere. *Ecce virgo concipiet*, vt ipsa se laudet, & non solùm se vt felicissimam laudet, sed notum sit virginem concepisse, nam immediatè *turbata est* absque dubio; ergo virgo concepit, *trepidare enim virginum est*, adulterarum dissimulare; virgo quod habet in corde, habet in ore, & quia in corde casta erat, in facie etiam rubore suffunditur & turbatur, vt quod latet in corpore, tanquam in indice, designetur in facie: quanta autem nouitatis causa fuerit, & quomodo in sermone eius turbata sit, liquet si Prophetæ verba verbis Angeli conferamus. Isaias aiebat, *Ecce virgo concipiet*, Angelus ait, *ecce concipies:* Propheta pergit, *& pariet filium*, idipsum Angelus, *& paries filium:* Propheta inquit, *& vocabitur nomen eius Emanuel*, hoc ipsum Angelus, *& vocabis nomen eius Iesum.* Vides quantam causam habuit turbationis, quæ quod legebat in Isaia, hoc in se impletum ex ore Angeli audit? *turbata est.*

a Serm. 9. de annuntiatione.

12\. *Tria creditu difficilia.*

13\. *Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria.* Vt serenam redderet diuinum illud nomen profert, quod animos serenat atque tranquillat; nam nomen quod mare illud turbatum tranquillat; illud est, per quod cæteræ animæ placida pace fruuntur. Quod ingeniosè Rupertus [a] aduertit. *Cùm dicit, fons ascendebat de terra, irrigans vniuersam superficiem terræ; miram terræ paradisica dulcedinem commendare intendit, quia videlicet aquarum natura salsa est, nec potui habilis, sicut in semetipso mare ostendit.* Quid agat Deus vt dulcem & frugiferam reddat terram & aquas? respondet, *Ascendens autem de abysso in illam quasi magni corporis terræ mammam, id est, paradisi fontem, quodammodo lacteam assumit dulcedinem, & irrigat vniuersam terræ superficiem, vt potent omnes bestiæ siluæ (vt ait Psalmista) & expectent onagri in siti sua: imò vt dulcesceret omnis terra ad nutricandam herbam virentem.* Ita quidem cùm amara sit vita mortalium, cùm caro nostra salsugini tentationum aspersa, cùm brutæ affectiones sitiunt, & onager corporis anhelet, & turpia quærat, ad tranquillanda maria, ad dulcoranda corda, ad sedandas tentationes, fons gratiarum per Mariam quasi per mammam ascendit, ita vt audito nomine Mariæ, & prauæ cogitationes & brutæ appetitiones eius dulcescant nomine atque mitescant. Quamobrem inuocandum in tentationibus nomen Mariæ docet Idiota [b], *Nomen tuum dulce super omnia sanctorum nomina, reficit lassos, sanat languidos, illuminat cæcos, penetrat duros, recreat fessos, vngit agonistas, & iugum diaboli extrudit. Tanta virtutis & excellentiæ est tuum sanctissimum nomen beatissima Virgo, quòd ad inuocationem ipsius cælum ridet, terra lætatur, Angeli congaudent, dæmones contremiscunt, & infernus conturbatur.* Quamobrem vt sedaret animum Virginis, nomen eius memorat, *ne timeas Maria.*

Mariæ nomen animos tranquillat.

a In Gen. lib. 2 cap. 29.

Psalm. 103.

b Contemplatione de Virgine Maria tom. 5. bibliothecæ Patrum cap. 5.

14\. *Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Deũ.* Cùm de imperiali curia ad nostram princeps aut nobilis quidam venit, omnes obseruant cuiusnam rei amore vel admiratione afficiatur. Multa poterat cælestis ciuis in aula Virginis admirari, nobilitatem, pulcritudinem, pudorem, secessum; verùm vnam gratiam inuenisse gratulatur; hoc enim monile, & hæc margarita de cælo venit, absque dubio præclara est & Regina, principum enim vxores satius indicant non quotidie coli & ornari, nec pretiosa depromere, pares enim ipsis voluerunt esse fabrorum vxores, & cum ipsis de authoritate decertant, quid agant? etiamsi communis sit vestis, chirotheca tamen scissa super digitos pretiosos annulos & lapillos ostentant, & ex adamante, vel smaragdo, sub communi veste principem fœminam latere deprehendunt. Iustorum animæ nolunt specie tenus placere hominibus, quid enim honoris accrescet ipsis ex veste splendida, quam cultiorem & splendidiorem gestent plurimæ peccatrices? hoc vnum æstimant, & sapientes viri hoc in eis venerantur, si in eis Dei emicat gratia, silent ad iniuriam, tacent ad contumeliam, pudore in sui laude perfunduntur, aures ad verbum Dei arrigunt; certè tu signa & non irrita argumenta præfers sanctitatis, regina es, & à Deo in regnum destinata, *inuenisti gratiam.* nec alia respicit, nec alia laudat. *Domum tuam decet sanctitudo*, Hebræi, *domum tuam ornat, vel decorat*

Gratia splendor mirabilis.

Psalm. 94.

corat sanctitas. Clariùs Caietanus etsi minus Latinè, *Domui tuæ pulcruit sanctitas*; hoc ipsum respicit, hoc miratur Angelus, hoc est, spiritualis vir cùm aulas vestras inuisit, non aulæa, nec tapetia, lectulos, sellas, argenteásque mensas, sed gratiam, *inuenisti gratiam.* & ait, inuenisti, quia in hoc summa Virginis singularisque felicitas extitit, vt quod tot sæcula inuenire non potuerunt, ipsa inuenerit: sicut cùm in domo
Simile. annulus pretiosus cecidit, & disparuit, omnes euerrentes & euoluentes domum haudquaquam reperiunt, en intrat persona quædam in inueniendo felix & fortunata, & ait, quorsum anxij estis, en annulus est iuxta pedem illius subsellij; aberrauerat à Deo sæculum semel amissa innocentia, donec tu Virgo purissima felix in inueniendo *gratiam inuenisti.*

15. *Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum.* Hoc vno verbo presse & summatim ea omnia comprehendit Angelus, quæ in salutem humani generis Iesus noster facturus erat, verbum quidem valde illi simile quod apud Ecclesiastem reperimus.

Breuis nominis Iesu descriptio.

Eccl. 6. *Qui futurus est iam vocatum est nomen eius, & scitur quòd homo sit, & non possit contra fortiorem se in iudicio contendere.* agebat de diuite auaro, & ait, vultis scire quanta mala sibi aliisque inferet: iam igitur dixi nomen eius; quod est hoc nomen? éstne quod *cap. 5.* dixisti, *Auarus non implebitur pecunia*, & Hebraicè est *mamon* éstne *vanus*, quod Hebræus vocat *geber*, Italus *brauo*, & Hispanus *valiente*, & Dauid quasi digito designauit *fortis: ecce homo gaber, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum*; éstne *seruus sua pecuniæ*, de quo Ambrosius [a], *Cui si quando ouum opponeretur, querebatur quòd pulsus esset occisus*, est ille qui nimio cibo & potu oppletus dormire nequit. *Saturitas non sinit eum dormire*; éstne qui à lecto *solicitam auri exercet custodiam, qui damna formidat, qui lucra cogitat, qui vsuras computat, qui hypothecas numerat*, ait Olympiodorus. Est quæso hoc auarum esse, éstne istiusmodi auaritia? Respondet Salomon, quorsum frustrà fatigati estis, quid erit, vel non erit inquirentes, sat est nomen eius nosse, semel dicto hoc nomine *auarus* omnia mala dicta putate. Vbi rumor de Messiæ aduentu percrebuit, ait Hieronymus, statim Synagoga quærit, quisnam sit? & quænam eius qualitates. Rogauit Ezechiel, futurúsne sit filius hominis? Isai. germen nuncupauit, quia ab ipso tanquam ex radice omnis fructus & prouentus erumpent. Oseas rorem nuncupauit, quo fœcundandæ erunt animæ nostræ; redit Isaias, & minus aberrasse putat, Emanuelem nuncupando, age, inquit Angelus, in circuitu versatur oratio, vno dicam verbo, *vocabis nomen eius Iesum*; quia sicut vt in vno homine omnium malorum congeriem suspicemur, solum *auaritia* nomen argumento est, *iam vocatum est nomen eius*: sic nomine salutis audito in Iesu omnium bonorum aggregationem inesse denotatur. Vnde addit Angelus, *ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum*, quasi dicat, alij hoc nomine insigniti sunt, sed vacuum reliquerunt, *ipse enim, este si que sera saluador que llegara al fin de saluar con su nombre.* Desudant Theologi, & fatigant capita, disputantes an ablato Adæ peccato Verbum carnem sumeret, & multa de Christi prædestinatione congerunt, & quæ primò Deus cognoscit, quæ vult, quæ per instantia decernit, quasi à secretis fuissent per tres aut quatuor annos Trinitati summæ; ingeniosè quidem certant, verùm omnes fatentur, & coguntur fateri de facto ad saluandum venisse, quo articulo audito tota in genua proruit Ecclesia, & stupet audiens, *qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis*, & quod prædictum erat per Isai. *Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea*, &c. *ad suscitandas faces.* fæces comparatione antiquorum, sicut nos nostrorum fæces dici bene possumus, si nostros rectores, iudices, præsidentes, Episcopos cum antiquis conferamus: ergo *parum est vt sis salus mea*, &c. *dedi te in lucem gentium*, &c. *fidelis sermo*, ait Paulus, *linda y bien cumplida.* & quid insuper, *& omni acceptione digna, alegre y regozijada nueua digna de ser recebida los braços abiertos, nempe quòd Christus Iesus venit peccatores saluos facere*, Augustinus, *Magnus è cælo venit Medicus, quia magnus in terra iacebat ægrotus.*

Iesu nomẽ summatim Christi magnalia & attributa continet.

Cap. 1.
Cap. 4.
Cap. 14.

16.

Iesus aggregationis omnium bonorũ titulus.

a Lib. de Nabuth. cap. 4. Theatrum vitæ humanæ vol. 8. lib. 6. pag. 2516.

Magna salute & saluatore indigebat mundus.

Contemplare orbem quasi gigantem, sicut contingunt fabulæ, cuius caput Europa sit, Asia brachium dextrum, Africa sinistrum, quod superest America & Indiæ, & cùm vnaquæque gens & prouincia sua propria ac notissima vitia habeat, hic gigas omnibus his simul laborabat, cæcus, surdus, mutus, leprа infectus, paralyticus, hecticus, à dæmone possessus. O quàm magnus Medicus expectandus est pro tam graui ægroto, qui hæc omnia simul propellere mala valeat, dæmoniacum in Synagoga, Lazarum in Bethania, filiam Archisynagogi in Capharnaum, Publicanum, Magdalenam, latronem, mundum denique desperatæ valetudinis. Opus est insuper vt non ex aliena domo medicamenta afferat, sed saliua, digiti, vox, vestis, imperium, sufficiat ad salutem; magnus igitur Medicus, qui hæc sola nomine peraget, *ipse enim saluum faciet populum suum*; hunc verò esse medicum & Saluatorem euentus ipse monstrauit, vt ipse in historia quadam ostendit; homo enim ille qui descendebat ab Hierusalem in Iericho, & incidit in latrones, naturam hominum semimortuam denotat, vt explicant Doctores *, *præterijt viso eo sacerdos, similiter & Leuita.* Dixeram iam ego hoc, ait Augustinus, lex enim parum præstabat ad salutem, & Paulus [a], *Nihil ad perfectum adduxit lex*; & quare lex non sanat? Respondet Theophylactus hoc eodem sensu, *quoniam non data opera fuit lex data, sed propter humanam infirmitatem*, vt lex disponeret ægrotum ad Euangelium, *accidit autem vt sacerdos descenderet eadem via*; ministri enim huius temporis, sicut & illius, non recta intentione ad salutem animarum tendunt, sed ex accidenti, de per se autem ad suam vtilitatem & lucrum. *Venit verò Samaritanus*, qui Redemptorem nostrum præsignat; & quod est nomen eius? *iam vocatum est* vbi 17.

Verus saluator Christus in quo deprehendatur.

* Nazian. orat. 4. Basilius homil. in aliquot sacræ Scripturæ loca, Chrysostomus homil. de hac re, de his quæ sunt in Lucam. Ambros. hoc loco, Hieron. in epistola ad Fabiolam, & in cap. 20. Matthæi.
a Hebr. 7.

vbiuum, in Iob. *Quid faciam tibi ò custos hominum, quare me posuisti contrarium tibi.* Heb. נצר, inde Nazarenus, præuidisse enim videtur lumine prophetico Iesum Nazarenum, animarum custodem, & medicum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

Iob 7.20.

18. Pax stabilis per Mariam. Perstitit Angelus in stabilienda pace, & peragendo hoc negotio, ad quod venerat: quod cùm ab ore & *fiat* Mariæ penderet, multas complanat difficultates; ipsa verò noluit *fiat* concedere, nisi duabus stipata sociis, humilitate & obedientia, quæ humanitate & facilitate omnia superant difficilia. Sedebat in throno Assuerus cum iam morti addictus erat Hebræus populus, *eratque terribilis aspectu*: sed ecce adest Pax amica, & pudicissima Esther regio splendens ornatu, altera puella quæ vestem leuat, altera cuius brachio innititur. Rex per oculos furorem effudit quo quasi veneno mortifero fascinata deliquium pati cœpit, corruitque super sinum puellæ, quæ a manu erat, *super ancillam reclinauit caput*, & illa hic corruente corruit a throno ausus rex, vt reginam confortaret. *Quid habes Esther, ego sum frater tuus, noli timere.*

19. Vis humilitatis Mariæ. Intrauit, ait Bernardus, pacem mittens Maria, ad æternum Dei inuisibilis consistorium, & licèt se sola penetrare poterat, voluit sibi socias adsciscere, obedientiam & humilitatem. omnia quidem summa arte & industria facta; monet enim Angelus iam tempus instare ingrediendi ad regem. Age Virgo noua, hæc dignitas nouum exigit apparatum, fastum, supellectilem; ridet Virgo insanias nostras, & cælestem Regem intentissimè suspicit, cuius perspecta maiestate tota in humilitatem inclinata corruit, dicens: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum, mandad me Señor como a esclaua, vide humilitatem, vide deuotionem Mariæ: ancillam se dicit Domini, quæ mater eligitur, nec repentino exaltata est promisso:* mox ergò inde sequutum est vt Rex ex suo throno exiliret, & humanitatem sibi in eius ventre assumeret. Dòmine quid noui hoc? stupet natura, ad demissionem creaturæ & ad humilitatem Mariæ Deum in eius viscera descendisse. Hó, inquit Rupertus, imò oppositum monstrum non naturæ, sed gratiæ esset: sicut enim vacuum non patitur natura, sic nec gratia; quare vix in Mariæ visceribus humilitatis vacuum fuit, cùm ille solus qui spirituale vacuum replere potest, ait Rupertus, ad humilem Mariam venit implendam, *inclinauit cælos, & descendit*; vidit hoc mirabile Dauid, sed nesciebat causam propter quam cælum in hæc infima descendebat: veni tamen ò Rex, & videbis causam, vacuum nempe humilitatis Mariæ, *quia respexit humilitatem ancillæ suæ*, & statim in Virginem descendit. O anima mea, quid præstat possessio creaturarum, mittamus foras sæculi amorem, præsumptionem, vt vacuum istud à Deo repleri posse speremus; venit rex in sinum Virginis, & pacem illi porrigit, & quidquid velit poscere iubet. Peto Domine pacem hominibus. Fiat, inquit Rex, pacem postulo inter peccatum & carnem, inter iustitiam tuam & naturam infimam hominis, inter Deum & dæmonem, inter viros & fœminas, inter terram & cælum. Fiat, inquit Rex, ex hac die, qua in tua veni viscera, mollior, mitior factus sum erga homines, sicque pacis cupidus sum; vt ad stabiliendam eam crucem conscendam, & qua die pacem mittam mortuus in sinum tuum deferar, tua enim humilitas me allexit, gratia deuicit, & pacem firmauit sempiternam.

Ambros. in Luc.

VERBVM SPIRITVS sancti. Luc. 1. v. 47.

Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

In montana pergit Maria, ibi Ioannem gratia, matrem sancto Spiritu ante ortum eius replet Christus, atque sanctificat. §. 1.

DISCVRSVS CII.

Ne miteris, (o mi Homo) inquit Origenes [a], dum audis ante Ioannem prophetantem Elizabeth, & ante ortum Domini Mariam; sicut enim & peccati, sic & salutis principium à mulieribus habuit exordium. Serpunt enim iam (addit Ambrosius [b]) tentamenta salutis humanæ; nam sicut peccatum à mulieribus cœpit, ita etiam bonum à mulieribus inchoatur, vt fœminæ quoque muliebria opera deponentes infirmitati renuntient. Ideo lectissima Dei sponsa, cùm iam sibi Saluatorem proximè adesse sentiret, & ardentibus eius radiis accenderetur; nomine omnium fœminarum, multis modis, & nominibus (vt ait Theodoretus) salutem & Saluatorem compellat & laudat: *Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. es como el racimo del alcanfor o del cypro balsamo florido que huele desde lexos.* Hoc nomine vocat, cùm longè adhuc esset à nuptiis, nam cùm approximantem videt, & nomina, & munera multiplicat. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.* Quæ verba diuersis sensibus animam nostri Euangelij continent, & mysterium declarant. Nondum vetusta lex manum, & curam abiecerat legalium ceremoniarum; per id enim tempus annuntiationis, & Verbi incarnationis celebratum est pascha, cui sine dubio adfuit cum suo Iosepho sanctissimo Maria, & cum *in illis diebus* sponsum Ecclesia contemplatur, reperit enim illam floribus, & liliis sustentari, spe videlicet futuri mysterij. Sicut de Ægyptiis refert Herodotus pane liliorum sustentari aliquando. Itaque *in illis diebus* pane liliorum, hoc est, spe futurorum alebat, *pascit me liliis.* Verùm iterum meditatiùs considerans magna, quæ ab sponso acceperat beneficia, summa cum prudentia, & ingeniosò amore ait: *pascitur inter lilia. mi Dios todo es flores, todo quanto toca y pisa se conuierte en rosas.* Quidquid calcabat pes, rosa fiebat; ecce hic est in ventre, & corde meo, sentio in visceribus meis, quasi florem Iesse, qui coronat, & decorat virgam, quæ de radice eius ascendit; mihi enim iam natus, iam pulcer, iam Dei filius, *Dilectus meus mihi*, & ideo ausim dicere;

1.

a Hom. 2. in Luc.

b In lib. 2. in Luc.

A mulieribus salus sumit exordium.

Cant. 1. 13.

SVMMA EVANGELII.

Amoris firmitas. Cant. 2. 17.

 donec

donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ, hoc est, prius hanc diei noctisque vicissitudinem defuturam & cessaturam, quam ego ab eo colendo, & diligendo vel ancilli, vel cessare patiar: *donec*
2. *moveantur vmbra. mientras huuiere dia y noche que no faltaran, no le faltare yo a el.* Sed vt videatis, quàm floridus sit meus Nazarenus, en agrum infœcundissimum, & ieiunum, omne florum, & gratiarum genus e vestigio effundere efficit. Non vides in montanis locis, vastisque saltibus quos fructus per Elizabetham progignit? iam sex mensibus grauida citò florem, lucem, lætitiam, & risum pariet: at forte perire, aut conculcari patietur nascentem florem Ioannem? Abiit, inquit Symmachus, *qui pascitur inter flores*, factus est enim quasi argumentosa & solicita apis, quæ statim pergit florem delibare, decerpere mellis dulcedinem, vt inde fauum doctrinæ suæ toti Ecclesiæ mirabiliter elaboret. Curam istam verba illa denotant: *Surge, propera amica mea.* & in Euangelio, *exurgens Maria*, hoc est, puellam illam castissimam, & verecundam, incorruptámque virginem suo dimouet loco, & per aspera in montana ducit, vt puer sanctissimus florem illum, qui adhuc in Elizabeth latebat, primus occupet; flos enim iste florum fragrantissimus martyrij, prophetiæ, doctrinæ, & virginitatis, omnium denique virtutum odorem exhalat; ita vt asserat mater, *odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Domine quò vadis? quò properas? adhuc nox est, durat lex, tenebræ originalis peccati terram occupant, nondum mouentur vmbræ, quin imò ipse Ioannes in tenebris culpæ iacet, *vna eadémque catena tenebrarum*, qua miseri mortales, sicut etiam de Ægyptiis refert Sapientia. *preso esta como los demas hijos de Adam con el original peccado.* hoc, inquit, est quod vrget & solicitat animum, *vt cum festinatione*, quasi venator, viam peragam, vt vix reclamante me, & illicio meæ vocis vocante, aridum ramum Adæ derelinquat, & ad gratiam, & ad amoris vincula aduolet. Sit ita, verùm
3. quid præstat vocasse, & mundasse Ioannem, dum inter peccatores degens in illorum mores, & cupiditates abit, sicut cæteri: *si viue entre peccadores el sera vno de ellos*; ideo sacratissima Virgo ingeniosè aliud illi nomen indidit: *Similis est capreæ, hinnulóque ceruorum super montes Bether*; Bether nomen est viæ asperæ, saxosæ, arduæ, & angustæ. *nombre es que significa quebradas pelados sin senda con barrancos ramblas y dificultades.* Quis per hæc prærupta saxa vestigium fallentia, & inuia iter agat? quis? *capreæ, & hinnuli ceruorum*, quibus hic mos est à natura inditus, vt e cubili tenerrimos filios excitent, vrgeant, & per præcipitia ista ducant, vt peragrare incipiant, viásque difficiles experiri, vt postea, cùm à venatoriis canibus insectatæ fugam arripient, præuiderint semitam, transiliant prærupta, & effugia & refugia nouerint. Opus igitur erat, inquit beata Maria, peccatores edocere pœnitentiæ semitam, per quam Deus insectatur, & capit fugientes à se, ideo abiit in montana, & è cubili suo præmaturè excitat, & exilire facit hinnulum ceruorum, vt sine peccato natus à materno vtero nocentes innocens, impuros purus, grandæuos puer, viam effugiendi diuinam iram edoceret. Ideo *parturire facit ceruas, desenredado de las telas del original peccado*, & pœnitentiæ Doctorem facit; ac fortiter *super montes Bether*, hoc est, difficultates diuini cultus, & pœnitentiæ superare à primoribus annis docet. Hæc, inquit Maria, sunt nomina, hæc mei sponsi officia; quare *reuertere*, inquit, *reuertere*, seipsam alloquens. *bueluete alma mia a engrandecer al Señor. Magnificat* 4.
anima mea Dominum. bueluete a tu thema y cantar. similis est dilectus meus capreæ. para hacerme bien es como el amor le viste, ya cabrilla ya ceruatillo. Vel illud *reuertere*, vox est sanctarum animarum, nam sicut cùm ad migrandum arcam eleuabant in deserto, vniuersi vociferabantur: *exurgat Deus. Dios se leuanta en su arca.* & sicut Hispani in prælio *Santiago Santiago*, nuncupare & inuocare solent, & cùm considebat arca iteratò dicebant, *reuertere, reuertere*; ita cælestes chori, dum vident Mariam è sua sacratissima domo egredientem, voce euangelica conclamant *exurgens Maria. ea que se leuanta la arca de Dios animanda para bien de los hombres.* Et postquam antiquos Patriarchas lætitia perfuderit, postquam virginem paradisum effecerit, sanctum efficit Baptistam, semitam pœnitentiæ in deserto pandit, *reuertere*, his peractis *reuertere*, o Virgo, in requiem, *reuertere* in Galilæam, vt nobis illibatum florem Christum proferas.

Exurgens Maria, post Angeli annuntiatio- 5.
nem, & filij Dei conceptionem, quid proximè regina cæli faceret, quam demittere se, & ministrare: Quare ô domina non tuæ authoritatis rationem ducis? ô authoritas! prophana vox! quæ inanes & infœcundas animas efficis, quæ si fastum tollerent, & extollentiam demitterent, vberrimos Deo fructus bonorum operum peperissent; tua verò ô vana authoritas, quasi salsugine steriles, & infrugiferæ redduntur, quia Virgo Dei mater est humilitatis, munera non abiicit, sed obit libentissima, extolli autem vilissimorum est. Beda [a]: *Eandem quā Angelo exhibuerat humilitatem, hominibus quoque curauit exhibere, memor enim scripturæ præcipientis quanto maior es te in omnibus humilia, mox vt Angelus ad cælestia rediit, surgit, ac montana conscendit.* Agar Abrahæ serua, ancilla erat Saræ sanctissimæ, antequam fieret grauida, quieta & humilis erat; cùm verò natum Ismaelem possidet, & sterilem videt heram suam, sic efferri cœpit, vt heræ locum vsurpare, & supra illam extolli præsumeret. Monet Abrahamū vxor, & ancillæ extollentiam defert, vt comprimat; præcipit ille, vt in illam ancillari supplicio, ac seruorum pœna Sara animaduertat; fit ita, sed statim iter arripit, & velata facie vagari incipit. Eia age, detegamus illam, quò pergis audax & petulans mulier? *en* 6.
que andais por esos riscos y cabas negra perra? tase no asi mas comedidamente la trato el Angel. Agar quorsum te dissimulas? non te satis, nec tibi alius honor præstantior est, quàm ancillam esse Abrahæ, hæsit, & palluit ipsa, & multas confestim excusationes adinuenit. Age, inquit Angelus, redi ad heram tuam; modò enim, cùm proximior es partui, humilior debes esse. Vide in superba ancilla arrogantiam multarum animarum, quæ vix diuinam consolationem, aut gratiam conceperunt, cùm iam præ lætitia & exultantia nec quiescere possunt, & vniuersam iam Ecclesiæ molem sibi quasi columnis niti existimant. *y para que se desengañen estas almas soberuias le da Dios a la Yglesia a Isaac que es risa porque*

Festinat ad Ioannem vt ab originali Luce purget.

Sapientiæ 17.18.

Cant. 2.17

Pœnitentia semitam ostendit Maria & Ioannes.

Vana authoritas & fastus steriles reddit animas.

a In Euangelia.

Arrogantia turpis.

que quando nace el otro humilde obediente y docto se rien de vos y hechan de ver que por ser ruin os entonabades como Agar. Ex quo fit, vt legitima huius vanæ authoritatis pœna sit sterilitas, & infaustus euentus erga prolem & hæreditatem. Nam, vt ait D. Bernardus, deuotio est mater humilitatis; hæc autem pellit ab anima vanam authoritatem. Nam deuotio expoliauit Dauidem, & coram arca saltare fecit, quem cùm aspicit Michol, *despexit eum in corde suo. y no se porque tan presumida que hija era de vn rei hecho de merced.* Prorupit tandem, & ait: *Quàm gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum.* Ille verò tacitè refricat memoriam electionis diuinæ. *Dios me eligio para rey tambien como a su padre crea que sin esas autoridades sabre yo sustentar la corona de Israel y aunque bayle y de cien bueltas no se me caera de la cabeza. ludam & vilior fiam plusquam factus sum. aun no he acabado que mis grandezas de oymas sera humillarme al fuero de la casa de Dios donde el chico es grande.* Immediatè post hæc subdit hæc verba textus: *Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius vsque in diem mortis suæ.* Pulsantur cymbala, & funeralis sonus personat, moritur Michol, perit, absque liberis tamen: vt principes, & nobiliores fœminæ, quæ pietatis opera & deuotionis obsequia deserunt, discant maiestatem & honorem in eo esse, si per nosodochia, & pauperum tuguria discurrant; aurea enim tela non tunc splendet, cùm plicata manet in arca; cùm verò sartor explicat, euoluit, dissecat, pedibus proterit, tunc splendoris & dignitatis ei magna fit accessio; aliter verò sensum veræ gloriæ non capiunt, nec gustant. Loquatur veræ laudis arbiter Deus: *Quàm pulcri sunt gressus tui filia principis in calceamentis.* quæ verba antiqui Patres de virtutibus Virginis, sed præcipuè de humilitate explicant; pulcri enim sunt gressus creaturæ eius, *quæ nihil tam excellens* (ait Damianus) *tàmque magnificum fecerunt opera digitorum Dei.* Et in domum vasalli rex pariter, & regina descendunt, & in hanc vnam humilitatem respexisse dicitur Deus *Luc. 1.* quia licèt diuinus princeps multa aurea, & pretiosa vasa, & heroicas virtutes poterat intueri, rapuit oculos fictile vas, humilitas nempe huius Virginis, *este bringuino* de barro le agrado sobre todo.* Ideo Ecclesia *placitam humilitatem* vocat; placet enim Deo natura nostra, cùm se illi per obedientiam & humilitatem subdit. Pictoris enim mos est in omnia oculos ad suæ artis vsum conijcere, videt telam variè picturatam, imperatorum gestis, & Romanorum, aut Gothorum præliis occupatam, missam facit, & præterit. Si verò tabulam rasam, mundam, aut telam albam bene explicatam videt, statim rei diuinæ pingendæ accommodat. *O que tabla o lienço para pintar vn S. Pedro.* Hæc igitur humilitas rapuit oculos summi artificis, vestra nobilitas, vestra gesta, vestræ pugnæ, bella, & sæpiùs decantatæ victoriæ non placent Deo, hæc vna humilitas à fœminis, quasi monile pretiosum custodiendum. *Omnes autem inuicem humilitatem insinuate.* Græcè, *innodate*, seu *alligate. esa no se os pierda.* In calceamentis autem placuisse declarat; nam insignia nobilitatis, & authoritatis in calceamentis præferre consueuit antiquitas *. Igitur

Pulcri virginis gressus & incessus.

7\. Rupert. in Cant. Honorius, Hailgrinus, & alii apud P. Delrium. *Maria opus Dei magnificum.*

Simile. Humilitas rapit oculos summi artificis.

1\. Petr. 5.

* Cassiodor.

humilitas in maiestate, demissio in nobilitate, hæc est humilitas quæ Deo maximè placet, & ibi maximè sanctitas vniuscuiusque elucet. Ideo S. Theodoret. legit, *Quàm pulcri sunt gressus tui, in calceamentis sponte des; quien tu eres en tus jornadas se hecha de ver pues eres reyna y vas a seruir.* hoc significat, *abiit in montana.*

lib. 6. in formula consulatus, & lib. 7. in codicil patriciatus. Isai. cap. 3. Homerus in hymno Mercurii.

8\. *Amor Christi in animas.*

Cum festinatione; secùs enim multis de causis miraremur. Primò enim puer, quem in ventre gestabat, suam in animas propensionem confestim ostendere debebat: *in studiis suis cognoscitur puer. mostro que auia de dar largos pasos y ligeros por las almas.* Inde maturandi causa suborta est. Nam prægnantium cupiditates moram non sustinent, nam paruulus intus cupedias poscit; quapropter nec maturitatem fructus, nec dilationem expectant, dura, acida, cruda, nocte intempesta intemperanter expetunt. Cupediæ igitur pueri Iesu animæ sunt, quæ cùm acidæ, & incoctæ essent, vnus inter omnes maturior erat Ioannes, & ecce puer in eius cupiditatem venit, atque adeò opus est matrem cum festinatione abire in montana. *Que haremos reyna, que la fruta esta aceda y verde, moços liuianos, mugeres libres, viejos para caer del arbol, y mundanos, religiosos, redruejos.* Hodierna tamen die nouo sole, nouóque fonte rigata poma matura fiunt. *Fons paruus creuit in fluuium, & in lucem solémque conuersus est. no tienen escusa nuestros verdores mas en lo vmbrio de la ley estaua el Baptista*; qui tamen audita voce Mariæ, & præmaturè exilit, vt appetitioni reginæ satisfaciat; & filij, qui aiebat, *Præcoquas ficus desiderauit anima mea. yo gusto de agraces y de almendras acedas y de la camuesa sin color*; tanta cupiditate animarum flagrat, vt festinare faciat Virginē, indéque feruoris & maturationis in via virtutis stimulis agitantur serui Dei; feruor enim est filius Dei, tepiditas verò dæmonis, ignísque iste diuinus quidquid sanctum, pretiosum, & pulcrum in Ecclesia splendet, elaborauit, atque perfecit, tarditas quas non miseras tragœdias repræsentauit? Cùm mercatores dicta die solutionis non adsunt, vel serò veniunt, signum est fide concidisse, & velle debitores solutione fraudare. *estas tardanças y quiebras en seruir a Dios señal de querer quebrar.* Quid agam, inquis, quia obligatum me video, sed soluendo non sum? Respondet Deus, solùm à te posco festinationem & solicitudinem. Vide Isai. *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate. decis que no teneis pues dad os priessa.* Sed quî fiet, vt qui non habet, emat? respondet; *emite & comedite. comprad y comed.* addit, *appenditis argentum, & non in panibus laborem vestrum, & non in saturitate. sois muy sollicitos en lo de fuera y oluidados del sustento del alma y asi no os apressurais.* Nam si comederetis quod nutrit animam, & auget virtutes, vtique festinaretis, nam nutritio, & concoctio cibi est opus naturæ, quod celertimè omnium exhibetur, quod liquidum est, siquidē caro, quā transmutare non valet ignis in olla, nunquam desinit esse caro: at verò manducata post quatuor horas incipit esse homo; maximè autem si cibi sint vinum, & lac, quæ duo expressit Propheta; prouidit enim Deus (inquit Procopius) alēdo corpori ita expeditos, & solicitos coquos,

9\. Esther 10. *In lege gratia quotidiana augmenta gratia fieri opus est.*

Cap. 55.

& ad ea, quæ animi sunt, sic tardi estis vos? *Emite, compute, haced las haziendas del alma primero.* exemplo Mariæ, cuius festinatio exterior ab interna festinantis pueri cupiditate nascitur, cui dictum est, *Festina, prædare, spolia detrahe*, Ioannem sanctifica, perge *cum festinatione*.

10. *Et salutauit Elizabeth.* Ecce insignem præcursoris matrem; vis scire qualis sit, vide filium, cui mater adscita est; author enim gratiæ diligentissime obseruauit eximia sanctitate præpollere, qui in parentes eligebantur sanctorum, vt inde in filios sanctitas faciliùs redundaret. Ideo sanctitate prædita Anna, vtpote speculum sanctitatis paritura; ideo angelicæ virtutis mater præcursoris, quia Angelum editura, iuuat enim natura, & eminere facit opera gratiæ. Ideo sponsa ad Christum, *Venter tuus eburneus, distinctus sapphiris.* & LXX. *Venter eius tabula eburnea*, quæ acutè Nyssenus [a] legi accommodat: Venter (inquit) iste est tabula legis, vbi filij & generantur, & ad tempus nutriuntur; nam vt legis amatores nascantur, ipsa oportet lege concipi, & nutriri, hoc est, à matre legis obseruantissima; miraculum enim, ne dicam monstrum, gratiæ erit à petulanti matre honestam, & pudicam progigni puellam; sicut econtrario à religiosa, & sancta immodestam edi filiam. Sæpe enim repetitur illud miraculum, vt deglutiente terra iniquos parentes, filij eorum superstites, & salui manerent: *factum est miraculum grande, vt pereunte Chore non perirent filij eius. que siendo vos glotona salga vuestra hija desde las mantillas diciendo que quiere ayunar. y que siendo la madre galana no salga la hija pidiendo balonas y galas, milagro.* & cùm detractorum linguis maculatur, dentibus mordetur, & terra deuorat famam matris, filiæ sanctæ parcatur, mirabile est. Certè ô matres, quemadmodum esse conceditis, sic (salua gratia) bene esse datis. Ecce puero, quem gratiæ priuilegium voco, mater sanctissima cælitus adaptatur, quam Deus, Deique mater inuisunt, & Spiritu sancto replent.

Sanctorum sancti parentes.

Cant. 5. 14.

a In Cant.

Filiorum salutem parentes in culpa sunt.

11. *Et repleta est Spiritu sancto Elizabeth.* Cùm æstuat mare, vel fluminis alluuies fit, aquarum accessus in omnibus proximis puteis fit; inde enim incrementa Nili noscuntur in puteis, quos Memphis Ægypti, & Siene Æthiopiæ vrbs, habet, in quos aquæ deriuantur, & cubitis in crementum aquarum dimetiuntur, & anni vbertatem colligunt. Supereffluxit flumen misericordiæ Dei, *flumen Dei repletum est aquis*, circumstantes putei effluxerunt Spiritu sancto, Maria priùs, pòst verò Ioannes, inde Elizabeth, & Zacharias, vniuersaque domus gaudio Spiritus sancti perfusa superabundauit.

Heliodor in historia Æthiopiæ.

12. *Benedicta tu, &c. & benedictus fructus.* Dicā quod hic noster ponderauit commentator, *laudauit fructum*, quasi diceret, Virgo purissima eo quòd me inuiseris tanta cum festinatione, nec florem, nec fructum amisisti: florem non amisit, quia cælestis erat, quod satis probat matura, & festinata migratio post conceptionem; nam in principio fœtus est quasi flos, qui aëre exsiccatur; postea verò quasi maturus fructus, qui excutitur facilè ex arbore: sed cùm iste fructus cælestis esset, confestim spiritus impulit in montana, & cùm proxima esset partui, duxit in Bethleem, vt flos, & fructus radicem haberet altam, & diuinam dignosceretur; ait ergo, *Benedictus fructus*, quasi diceret discat animæ nec fructum, neque florem decoris, & honoris perdere, qui proximorum saluti incumbunt, & inuisunt ægrotos, solantur afflictos. Nec Deus amittitur cum a contemplatione ad actionem properamus, maximè cum eruendi a peccato causa fit. Hæc fuit acceleratio, & festinatus filij Dei aduentus, vt descendens de sinu patris, nec patrem deserens exultaret ad currendam viam, redemptoque mundo, nec mundo deserto ad patrem rediret. Et hoc est, quod sæpiùs ipse docet, inquit Augustinus: *Exiui a Patre. Plane* (inquit) *credimus, nec non propterea debet incredibile videri, quia sic ad mundum veniens exiit à Patre, vt non desereret Patrem, & sic vadit ad patrem relicto mundo, vt non deserat mundum. no dexo de ser Dios el que por hombre baxo a ser hombre, ni la virgen dexo de ser madre de Dios por apresurarse con su Dios, santificar vna alma.* & dum deserere videtur contemplationem, non deserit, quia Deum in actione reperit. hoc quaternæ illæ facies animalium innuere videbantur; omnes enim diuersi generis sunt, quia seruire Deo cuiuslibet generis proprium est, Angelorum, quia contemplantur; & hominum imbecillis naturæ; & aquilarum, hoc est, nobilium, & principum; & boum, hoc est, rusticorum, & eorum, qui terram colunt, & terrena administrant. In hoc autem est summa sapientiæ, si vnusquisque cuique muneri, & conditioni opera virtutis, & obsequij diuini accommodat. Hoc fortè significant illa verba, *animalia ibant, & reuertebantur. los animales caminauan y voluian el rostro al que iua en el trono.* & paulo pòst, *& non reuertebantur*, vt si quis suspicaretur regredi, & tardare cùm reuertebantur, sciat quòd non reuertebantur. *no se pierde jornada por no ir a oracion si se va a confessar al pobre.* Nec tempus & iter amittis, si ægrotum curas, & ades illi, dum commodè sacris mysteriis adesse nequis; nec de pœnitentia detrahis, cùm moderatè verberibus, & cilicina veste vteris, vt valetudini ægræ prudenter consulas, quam in animarum sanctificatione liberaliter impendis. Ideo Paulus, qui inter sancta animalia aquila erat, retrogrediebatur, vt fleret cum flentibus, & laboraret cum laborantibus. Nam exteriora hæc, inquit D. Gregorius, flores sunt, sanctitas autem non est in flore, sed in fructu humilitatis, patientiæ, charitatis; sed cùm flos seruari nequit cum fructu, benedic fructum, & externam speciem, & flores excute: *Benedictus fructus ventris tui. benedita vos, que por venir me a ver ni la flor ni el fruto aueis perdido.* 13.

Card. Tolet. hic in Luc.

Nec fructum nec honorem amittit qui in proximo subueniat se demittit.

Actio & contemplatio.

Vt venias mater Domini mei ad me. Non vocat Virginem virginum, ad radicem veræ laudis penetrat, & primam, summámque dignitatem extollit; vnde acutè obseruat D. Thomas [a] ab hac die in Euangelio exiguam esse, & ferè nullam beatissimæ Virginis mentionem; quod enim eximium dicendum videbatur, hoc vno verbo præfata est Elizabeth; dicto enim semel mater Dei, destitit à laudibus Lucas, pennam posuit, vela legit, quòd vlteriùs in hoc tam vasto gratiarum Oceano nauigare haud posset: sicut cùm vas aliquod sub hasta venditur, & cùm valet 50. quidam centum spondet, tacent omnes, & vnus post alium recedunt. Hoc vno verbo sic extulit virginem Elizabeth, matrem Dei vocans, vt sicut tonitrua Apocalypsis quatuor illa animalia tacere fecerunt, sic hac cælesti voce 14.

a 1. p. q. 27. art. 6.

voce quatuor Euangelistarum ora obturauit, vt pretium augere non sint ausi. Ars quidem ingenuis, & principibus imitanda, cùm in detractorum corona personæ alicuius honor, aut fama quasi venalis est, & vnus rostro aquilæ pungit, mordet ille vt leo, & vt bos ruminat, omnésque detrahunt, tu repentè laudem eius eximiam intona, & quasi tonitru obmutescere facies eos; *charitas enim operit multitudinem peccatorum*, sicut vnum hoc verbum Elizabeth hæreticorum hydriam mille linguis veram maternitatem carpentium & negantium truncauit, & interfecit.

Detractionis remedium afflatiũ laus.

15. *Exultauit infans in vtero meo.* Operæpretium erit huius subitæ mutationis, & saltationis causam discutere. Fertur ita natura comparatum, vt si citharœdus duas lyras, fides remittendo, & ducendo, in eodem puncto consistere faciat, versando & tangendo vnam, alteram confestim consonare; quod si in natura tibi incredibile ducis, si gratiam, si mores spectas, verissimum esse comperies. Corpora humana, vt ait D. Chrysostomus, lyræ, & musici instrumenti instar creata sunt, vbi caput, brachia, clauiculi digitorum, pectus, venter, viscera, nerui, venæ, & arteriæ fidium instar protenduntur, & consonant, aut discrepant; si huic instrumento alterum concordat, nempe animus, sonos suauissimos edit; sin minùs, venenum est musicæ sonus, quod pestifera tabe perfusum ad venas vsque permanat, & mentem lethali vulnere conficit. Vnde non immeritò Plato cùm videret mores ciuitatis immutari cum cantantibus seueras musicæ leges sanxit, atque prohibuit ne quis quos vellet, cantus ederet, sed graues, honestos, stabiles, non languidos, molles, & effœminatos, quibus vel Dei maiestas prædicaretur, vel præclarissimorum ducum res præclarè gestæ celebrarentur, vel adolescentes, ad virtutem & bonos mores alacres & erecti fierent, vt Christianos homines pudeat musicam lasciuam & flagitiosam vsurpare. Vide tamen quàm suaue sit, & iucundum duas animas concordes natura, fidei socias, Spiritu sancto plenas simul consonare. Ecce Elizabeth, & Maria; vna virgo, altera sterilis; vna sapiens, & altera prudens; vna ab Spiritu sancto, altera ab eodem temperata. *Entranbas cuerdas, cosa rara entre mugeres.* Ambæ primæ, & dum sonat fides vnius, fides alterius respondet: audit attentissimè Iesus; exilit, saltat, & exultat Ioannes in angusto ventre materno, quod mirabile est; nam quia ceruæ difficilem habent partum, quia fœtus nimis internis telis inuolutus, & irretitus est, personat cælum, & tonitru maximo perterrita vellicat natura filium, erat Ioannes vinculis originalis peccati adstrictus, funibus quidem implexis, quos lugebat Dauid [a], *Funes peccatorum circumplexi sunt me*, & quasi confracta & emortua membra post tormentum ad nullum opus apta. Dolet item Paulus, *Video aliam legem in membris meis*, &c. *no puedo mandar estos braços*: sed etiamsi crudeliter torqueatur nocens, si proximè accedat rex, vel vocem tristem dolentis exaudiat, cessant confestim tormenta, & tortores, & liberat. Sic præsentia virginis ligatus Ioannes sine querela peccati originalis exilit, & liber abit, & ad Deum conuertitur mutatio & saltus, quos sola excitat gratia Redemptoris, & quæ gaudium Angelis præstat: *Gaudium est in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente.* Et vt eandem repetat mutationem, rogant: *Reuertere, reuertere virgo Israël. buelue buelue alma peccadora volueos a Dios no seis descortes, haced cortesia a vuestro redemptor.* O te miseram, si vincula ipse peccatorum non absoluisset. Verùm illud interim obseruandum pariter corpus cum anima conuersionem egisse, vt ostendat dubiam, infirmam, & imperfectam videri conuersionem animi, cùm oculi liberi, impudentissimi, cùm verba obscœna, corporis ornatus, & indulgentia, continuus risus, eædem semper peccandi occasiones supersunt. Sunt isti erga Deum, sicut imagines quædam tali arte confectæ, vt ex vna parte D. Petrum amarè flentem videas; ex alia, risu, & calamistris, fucisque, & mobilibus oculis Iezabelem repræsentent. Integrum ad Deum circulum, & conuersionem peregerat Dauid, qui ensem cum verberibus, vnguenta cum lacrymis, epulas cum ieiunio commutauerat; quousque redderet illi Deus lætitiam, & exultationem salutaris sui.

Animorum consonantia & consensio Dei gratiam & Deum ipsũ allicit.

a Psal. 118. 61.

Rom. 7. 23.

Vera conuersio animo & corpore fiat.

Si lyra vna temperata fuit, iam consonat altera, Mariæ nempe fides, guttur, & anima sanctissima: *Magnificat anima mea Dominum.* Personant omnes gratitudinem ob acceptam gratiam, imò gratia ipsa quasi pila lusisse videntur, & nunquam in terram decidere sinunt. Nam Christus Dominus gratiam in manu gerebat, *gratia & pax per Iesum Christum facta est*, coniecit in Ioannem, Ioannes in matrem iecit, excepit Elizabeth, nam *& ipsa repleta est Spiritu sancto*, & exceptam reiecit in Mariam, dicens, *Benedicta tu inter mulieres*; accipit eam Virgo, & in authorem gratiæ refundit, dicens: *Magnificat anima mea Dominum. no se les cayo, ni hizieron falta, ni perdio el vestido de la gracia.* Nos verò ingrati quasi per risum, & lusum gratiam amittimus, vel lineam mandatorum transgredientes, vel quia nimis hæret peccatum manibus, *por calentar la pelota*, complacentia propria vel morosa turpis operis cogitatione. Secus rex ille Psal. 100. *Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: ni la obra pero ni aun el pensamiento, non adhæsit mihi cor prauum: no calente el mal pensamiento.* Sed potiùs iniquos quasi pilam extra mœnia mittebam: *vt disperderem de ciuitate Domini operantes iniquitatem.* Et in domo Zachariæ, vbi obserua omnes secundùm acceptam gratiam loqui, & grates Deo referre. Pater verbum dedit Mariæ, Maria vocem dedit Elizabethæ, facta hac voce exultat Ioannes; post verò acceptam vocem refert matri; ideo enim gratia donatur homo, vt referat Deo gloriam. 17.

Gratiarum allusio ludus.

16. *Gaudium super liberatione ab originali peccato.*

Nouo hymenæo Ioanne Baptista, Christi gratia sanctificato & nato, gaudio cælesti gestiunt vniuersa: natalem eius diem piæ mentes & impiæ gaudiis omnibus & lætitiis instaurant. §. 2.

Cùm per totius anni curriculum ridendi diem studiosè atque curiosè inquirerem (tempus enim ridendi, sicut & lugendi, præscripsit Ecclesiastes) inueni illam diem ridendo congruen 18.

Cap. 3. 4.

gruentissimam, in qua natalis est risus; tempora enim & dies cùm ex se vacua sint, nomen sortiuntur ab euentu, vel vbertate rerum, quæ illis fortuitò obtingunt: annus panis dicitur, (*año de pan*) in quem vbertas tritici cecidit. Igitur sicut tempus lugendi illud dicimus, in quo quis vita decedit; ille natalis erit risus, in quo inexpectatus, & inopinatus filius lætitiæ nuntius nascitur. Sed ne videar ego festum ridendi meo marte in Calendarium, & in Ecclesiam inuexisse, sciamus quid sit risus, & qualis? quorsum Ioannes risus vocetur? quæ denique causæ tanti tripudij, risúsque, quo mundus pænè totus naturali instinctu præsultat. Primum non ausim dicere, nam vt ait Cicero [a], nescire me non pudet quid risus, quo pacto concitetur, vbi sit, quomodo existat, atque ita repentè erumpat, & eum cupientes tenere nequeamus *. Quod ne ipsi quidem illi scient, qui pollicentur. Risus autem qualis sit, à sapientissimis viris habemus, nam risus ineptus vocatur à Salomone, *error & insania*. hoc modo risisse dolet Augustinus [b], & fatetur de seipso D. Cyprianus [c], risus namque nomine, vel gaudij, cũcta quæ delectant, comprehendit sacra Scriptura. Quorsum autem Ioannes vocetur risus, facilè ex Augustino [d] referam. Diem summi gaudij præstolabatur mundus, sed quoniam tardabat aduentus Redemptoris, & nondum transierat iniquitas, nec transuolauerat tempus incertum, quando solùm ambulabant homines ad lucernam Scripturarum timor, non gaudium irrepserat; dies tamen elucescet, & lucifer orietur in cordibus nostris, veniet dies noster, hoc est, manifestatio Christi, vita nostra, quam vocat Apostolus, tunc iusti videbunt. Habuit hæc dies suas auroras, prima risit in domo Abrahæ; nam cùm Deus promitteret prolem ex Sara, *cecidit Abraham in faciem suam, & risit in corde suo, dicens; Putásne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet?* plenus spei & gratulationis, vt placet D. Ambrosio & Augustino [e], & ad beneficij nouitatem, atque magnitudinem obstupescens confortatus est fide, dans gloriam Deo, vt inquit D. Paulus, & inopinatam gratiam ridet & admiratur. Putásne centenario? seipsum alloquitur. O anima mea, Dominus te totã inopinato beneficio beabit, vt cùm centum eris annorum nascatur tibi filius anno proximo ex vxore sterili & nonagenaria? his dictis se conuertit ad Deum, inquiens, non ausus fui nec potui tantum sperare gaudium, vicisti Domine spem & vota mea per tantam munificentiam, contentus eram Ismaële; pro quo insuper rogo, *vt viuat coram te, haced me le vuestro*, vita honestati & Dei voluntati consentanea. Primũ etiam diluculum, &, vt ita dicã, primas titillationes ad risum in domo Zachariæ fuisse ponderant Orig. [f] & Ambrosiùs [g], nam ante natum Christum, & Ioannem, fœminas lætissimas, Mariam, & Elizabetham, spíritu repleri, prophetare, quid est, *nisi quod serpunt iam prima tentamenta salutis? las primeras coxquillas de rissa hace ya la saluacion en los dos tiernos coraçones de las dos primas.* Quàm proximè est iam vt rideat mundus, nato videlicet Ioanne. Cùm igitur rideamus naturaliter ex illis, quæ denotant turpitudinem aliquam, non turpiter, vt vult cum Aristotele Cicero; vel de admiratione, vel de aliquo falsè, lepidè, facetè, & festiuè dicto, *reymones de oir vna gracia*. Cùm Deus hodie in lucem emittit Ioannem, hoc est, inopinatam gratiam, sale plenum, gratia sanctificatum, qui prius meruit gratiam suscipere, quàm vitam, vt ait Eusebius Emyssenus, beatissimus ille puer, qui intra materna viscera inclusus adesse Saluatorem mundi Prophetico gaudio reuelauit, vt inquit Maximus: qui prius ante Dei spiritum intonat, quàm hominis vagiret in fletu, vt ait Chrysologus, ridet mundus, & exultat natura, & tripudiat gratia; risus ergo hodiernus non solùm spiritualis est, sed de Spiritu sancto, qualis ille quem habuisse narratur Christus, *Exultauit in Spiritu sancto*, nempe per gaudium, redundans ex anima in corpus; & ridendi tempus sanxit Angelus sacerdoti Zachariæ mundo in posterum præscribendum. Quare cùm festa aliorum sanctorum de iure sint positiuo, non sic strictè obligant, sicut ea quæ diuino iure in sacra Scriptura stabilita sunt, in quibus dispensationis locus non est. Risus igitur huius diei & sanctus est, & diuino iure statutus, dicente Angelo, *& multi in natiuitate eius gaudebunt*. Quo risu ego quidem, cui natalis iste dies est (Dei gratia) vagitum & planctum, quem nascens eo die emisi, cuique tibi iniuriosus fui, vt potero, gaudio compensare conabor. Sed quid interest me luxisse nascente in die risus; nam & tunc ridebat in ortu tuo (ô Ioannes) & in sempiternum totus ridet, ridebitque mundus, & hæc erit tuarum laudum thesis, qua cum suo Isaac exultauit lætabunda Sara. *Risum fecit mihi Dominus, quicumque audierit corridebit mihi.*

Ioannes cur risus dicatur.

19.

a 2. De oratore.

* Ad Democritũ pertinet hoc, & Aristot. sect. 35. proble. & 3. de partibus animalium.

b 8. Confession. c. 11.

c Lib. 2. epist. 2.

d In Psal. 51.

Christi aduentus cum risu connexus.

Col. 3.

20.

Gen. 17. 17.

e In Genes. Vide Pereiram & Delrium Rom. 4. 19.

f In Luc. 1.

g Ibid. lib. 2.

Luc. 10. 21.

Sancta gaudia festum Ioannis prosequuntur.

Gen. 21. 6.

21.

Elizabeth impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Multa de Ioanne prædicata, summam autem omnium, almum Spiritum hoc vno verbo perstrinxisse existimo: plenitudo enim ista temporis ex plenissimo puero, quem mater edit, nomen sortitur; vnde dies magna, quia nascitur ille, qui erit magnus coram Domino; dies gaudij, quia *congratulabantur omnes*; dies impletionis mysteriorum, quia compleuit Deus, quod promiserat; dies risus, & quia mysteria magna, admirationem afferũt, & ipsa mysteria, sale, gratia, facetiis condit Deus, vt quicumque audierit, corrideat Elizabethæ. Videamus igitur, inquit S. Theodorus Studita [a], *Pulcerrimum hoc nouum, & inauditum mysterium, videamus id quod fit admirabiliter, & præter opinionem.* Igitur laudes, vt veræ credantur, Euangelistæ commendemus, vt lepidæ, & gratia plenæ sint, Ioanni Euangelistæ, vt plenitudinem natalis exprimat, mundi natalitia, & primordia salutis, qua ratione peracta sint, contemplemur; hæc enim sunt noua, & inaudita mysteria.

Natus est in plenitudine Ioannes, hac summa suarum laudum est.

SVMMA DISCVRSVS.

a Orat. de natiuitate præcursoris.

22.

In principio dixit Deus, fiat lux. Cùm terra esset inanis & vacua, carebat enim interiùs seminibus, & mineralibus, forinsecus verò hominibus, brutis, arboribus, plantis, quibus habitanda, ornãda, conserendaque. Ecce Deus, qui lux est, & lucem amat, & inhabitat, *dixit* (hoc est, velle monstrauit) *fiat lux*. Non secus atque faber diluculo ad opus suum surgens nihil prius quàm lucem molitur, & ex emortuis cineribus, & carbonibus flatu ingeminato paruum, sed primum excitat lumen; indeque lucernis lux communicatur. Sic orbis magnus molitor Deus etsi magna per Spiritũ sãctum moliebatur, tenebris obruta & tecta manerent, nisi vnius lucis (qualis illa sit *) splendore cohonestarentur, & retegerentur, primáque hac

Primordia mundi à luce.

* Placet opinio D. Th. primã illam lucem fuisse ipsum solem adhuc informem & imperfectum, hanc probat D. Dionys. Areopagita de diuinis nominibus c. 4. etiamsi D. Maximus ibi in scholiis nouam lucem istam non solem, sed postea solẽ formatũ exponit. Vide P. Ioan. Delrium, & P. Pereiram. Molinam de opere sex dierũ disp. 7. conc. in 1. partem.

hac luce edita, facilè fuit imperare primo, quarto, & octauo cælo, vt faces exhiberent. *ſacad habebat: ſol, luna & aſtra ſteterunt in tabernaculo cæli.* Vix lux orta eſt, cùm tota mundi facies riſit, & corriſit Deus, dum ait, *vidit*, hoc eſt, videre nos fecit, & cognoſcere lucem *quòd eſſet bona*, pulcra, decora, vtilis, bene placens. *O que linda criatura.* Adeamus ergo, & videamus primordia gratiæ, quæ narrat Ioannes; erat quidem Ioannes lux, ſed comparatione Chriſti: *Non erat ille lux, hac lux venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum.* Sat eſt Ioannes, omnia vno verbo comprehendiſti. Ponderet nunc hæc verba Theologus Nazianz. Ad hæc autem intelligenda duo præmitti oportet ex eiuſdem ſententia; primum neceſſitatem fidei tantam eſſe, vt homo, Eccleſia, Deus ipſe illa maximè indigere videantur, homo iuſtus, quia vita nostraque regeneratio ſpiritualis ex fide naſcitur, *& ſine fide impoſſibile eſt placere Deo*: vnde Baptiſmus dicitur lauacrum regenerationis, in quo qui per naturam erat filius patris per gratiam Chriſti, filius fit Chriſti ex fœcundiſſimo illo ventre renatus. Et hanc fœcunditatem illuſtres filios generandi laudat in Eccleſia ſponſus:

Primordia ſalutis à fide.

Fidei neceſſitas.

23. *Venter eius eburneus, diſtinctus ſapphiris*, Baptiſmum venter iſte ſignificat (ait Iuſtus Epiſcopus Vrgelitanus) miratur tamen qua ratione partem exoſſem & blandam oſſi comparat duriſſimo, cùm reliquæ partes oſſe aliquo conſtent, non ita venter; eſt tamen in hoc mira alluſio, vt fortitudo, quam accipiunt in Baptiſmo fideles, à Chriſto mutuata intelligatur, in qua non ex ſanguinibus, nec ex voluptate carnis, ſed puri pure ex Deo nati ſunt omnino caſti, & eburnei, nulla labe concepti; oſſa autem mortuum denotant, ita eburneus venter Baptiſmi ab emortuo Chriſto fœcunditatem hauſiſſe denotat, qui inſtar elephantis arbori crucis innixus mortem obiit, & quia fœmina elephantis cùm graue in ſe pondus, dum grauida eſt, ſuſtinere nequeat, in aquam deſcendit, ibi elephantes loti, & purgati ſtatim in lunam ſibi amicam oculos coniiciunt, bene in hoc Eccleſiæ partus adumbrans, quæ in aquam ſe immittit Baptiſmi, vt filios regeneret, qui vix editi in lumen fidei oculos in cælum Deúmque vnum attollunt, adorant, & credunt. *ſapphiris* inſuper *diſtinctus eſt venter*, non alio lapide, vt poſt Baptiſmum ius, quod ad cæleſtia habet, denotetur, ſicut in Chriſti Baptiſmate *cæli aperti ſunt.* Ecce igitur Baptiſmus fidei oſtium, & mater fidelium perquam neceſſarius, magis tamen fides; poteſt enim quis ſine Baptiſmo iure ſaluari, ſine fide nullus, vt planè Saluator affirmat: *& qui non crediderit, condemnabitur.* Secundò fide indiget, conſtat, & ſplendet Eccleſia; & quia deficiente fide periret omninò Eccleſia, ideo fidem illi nunquam defuturam prædixit noſter Chriſtus: *ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi*, hoc eſt, hæretici, dæmones, vel qualiacumque peccata ob vnam fidei firmitatem præualere non poterunt: *ſed ponam* (vt ait Zacharias) *Hieruſalem lapidem oneris cunctis populis, omnes qui leuabunt, conciſione lacerabuntur.* Nam licèt ſicut Oſeę tempore maledictum, furtum, & mendacium inundent, & ſanguis ſanguinem tangat, hoc eſt, enormia crimina augeri, & exundare videantur, vnā non poterunt Eccleſiam obruere. Cecinit Dauid eleganter: *Thronus tuus ſicut ſol in æternum, & ſicut luna perfecta in æternum, & teſtis in cælo fidelis.* Erit Eccleſia mea vna, eadémque incorrupta, *ſicut ſol*, qui à die natalis ſui ſemper idē in cælo permanet, *& ſicut luna*, hoc eſt, in aduerſitatibus, noctiſque tenebris, hæreſis, & ſchiſmatis, ſemper erit Eccleſia. *Et teſtis in cælo fidelis*; loquitur de arcu cæleſti, quem in ſignum pacis aſſumpſit à diebus diluuij, hoc eſt, ſignū fœderis *inter te & me*, quem arcum licèt Deus tunc nō creauerit, de nouo autem aſſumptus ſit in teſtē, ſicut lapis, qui in campo per mille annos iacuit, aſſumi contingit vt limes ſit, & terminos præſcribat; ſic fides teſtis erit ſemper, vt licèt peccata ſicut diluuij aquæ exundent, *miſereatur tamen noſtri ſicut in diebus Noë.* Vide Iſai. 54. *in momento*, &c. Maius quid addam Deum indigere hominum fide, nam vbi fides deeſt, eſt quaſi ignotus, & abſcōditus Deus; ne igitur inglorius inter homines maneat, facem præferat fides, quod genus obſequij ita Deo placet, vt vitam æternam promiſerit. *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt*; quid enim præſtat regem in throno regiis inſignibus ſedere, ſi in aula tenebris circumfuſa nec viſendus, nec colendus proponitur? Quid Dei gloriæ inter idololatras

Fides maximè neceſſaria.

Eccleſia indiget fide.

Matth. 16. 18.

Cap. 12. Ibid D. Hieron.

Pſ. 88. 37.

Gen. 6.

Arcus cæleſtis quomodo poni dicitur in nubibus in teſtimonium fidei data.

Deus fide indigere videtur.

Eccli. 34.

accreſcit? Vniuerſa inſuper Eccleſia fidei lumine colluſtrata mundo formidabilis, & admirabilis 24.
apparuit, quam alter Ioannes *Apoc. 12.* in cælo vidiſſe refert: *Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona duodecim ſtellarū.* Ecce mulier (inquiunt Hier. & Aug.) cuius ſplendor totius mundi ſplendorem obſcurat, & ſanctorum ſplendoribus circumornata pulcra non ſolū, ſed terribilis eſt, vt caſtrorū acies ordinata, diuerſa hæc lumina diuerſitatem beatorum deſignant, ſicut dixit D. Paulus, *Alia claritas Solis, alia claritas ſtellarū, & his omnibus velut ornamento veſtitur*; nam pœnitentes, qui ad Deum conuertuntur, & de peccato ad gratiam per diuinā gratiam conuertuntur, & ad pedes eius cōuoluti lacrymis inſtar lunæ, quæ roris mater eſt, miſericordiam & indulgentiā poſtulant, lunæ ſpecie denotantur; ſplendor autem veſtiū & radiorum Solis amictus gloriam Martyrum repræſentat, qui in meridiana luce publicè, & coram omni mundo ardore charitatis Dei accenſi vitam in Chriſti confeſſione, & ſanguinem profuderunt, à quibus velut à ſole vbertas, honor, decórque
Eccleſiæ manauit. Quid porrò ſtellæ in capite? 25.
certè Doctores & Apoſtolos vitæ duces ſignificant: *& qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos, fulgebunt tanquam ſtellæ in perpetuas æternitates*, qui in capite cùm ſint, & exercitus inſtar diſpoſiti, & collocati, & influxu ſuo, voce, libris, vitæque ſplendore hæreſes perimunt, & nullo præconcepto odio, ſolo ſplendore, ſicut aſtra, necem erroribus, & timorem dæmonibus inferunt. Nunc ergo verba Euangeliſtæ, & veras laudes Baptiſtæ intelligemus; itaque Eccleſia & mundus indiget tribus, & lumine fidei, & fideli teſtimonio, & felici partu filiorum Dei. Vide igitur reparatorem mundi qualem lucem in ventre Elizabeth accendat, vt ſtatim ac mundo affulſit, opus fuerit alta voce prædicari. *Non erat ille lux*; ille eſt, qui primus lunam illam, pœnitentes, inquam, ſuæ pœnitentiæ lumine illuſtrauit; ille eſt, qui Martyrum prædux fuit; ille eſt, à quo primo lumen omnes Doctores mutuati ſunt, quaſi à primo Doctore cælitùs erudito; ita vt nomine reliquorum vnus exclamet Auguſtinus: *Magnum*

1. Cor. 15.

Ornatus ſancti Eccleſiæ.

Dan 12.

Lumen fidei Ioannes quo omnia myſteria colluſtrātur.

Magnum aliquid est iste Ioannes, ingens meritum, magna gratia, magna celsitudo, mirare planè, mirare, sed tanquam montem mirare. Sed audi quod sequitur, non erat ille lux: acuerdate que no es Christo en todo lo demas grande grande grande en
26. Simile. *merito en gracia en alteza.* Sicut cùm pictor nocturnam cœnam, & pedes lauantem Christum pingit, tenebris omnia tecta, & confusa manerent, sed ecce ex vna parte cœnaculi facem fingitur præferre vnus è famulis, videas hoc paruo lumine faciem Christi illuminari, Apostolorum ora distingui, peluim ibi, agnum, & azymos panes in mensa, omnia bonò illo, & vnico lumine collustrari. Hac eadem ratione Christus Dominus dum orbem Ecclesiæ moliebatur, & distinctis sedibus ministros, & mysteria distinguebat, priùs de bono lumine cogitat, & Ioannem fieri lucernam iussit, qua facta, ecce Christus illuminatus, ecce agnus, qui tollit peccata mundi, ecce Baptismus aquæ, & spiritus: *Ego baptizo in aqua*, &c. ecce Apostolorum lumina, omnia denique vna ista face honestantur. Dicat Paulus, quid præstet fides ista 2. Cor. 4. 6. *Nos autem serui vestri per Iesum*; famuli sumus, qui facem præferimus; *quoniam Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem Iesu Christi*; ita vt vicissim & illuminemur à Deo, & illuminati illuminemus alios, & faciem * ipsam Iesu Christi ipso suo glorioso splendore conspicuam manifestemus. Notat verò Bernardus lucernam istam *ardere & lucere*, nam qui sapiens sibi soli est, sibique bonus, similis est carbonibus ardentibus sine flamma, de quibus B. Hieron. sancta quippe rusticitas soli sibi prodest: at lumen Doctorum, qui in aliorum salutem incumbunt, & ardet, & splendet †.

Sapiens sit in aliorum vtilitatem.

* *Faciem*, vel *personam*, sic vertit Syrus, hoc est, vice & nomine Iesu Christi quasi eius vicarius illuminamus alios.

† Feruorem ab omnibus exigit Deus, splendorem non ita, cæterùm Apostolis dicitur, *Sic luceat lux vestra coram hominibus*, nimirū tanquā accensis & vehementer accensis, &c. Bern. ser. de natiuitate Baptistæ post initiū, &c. *Est enim tantum lucere vanū, tantū ardere parum, ardere & lucere perfectum. Præclarissimus testis diuinitatis Ioannes.*

27. *Hac lux venit in testimonium.* Illud *venit* munus denotat, sicut, *hic est qui venit per aquam & sanguinem*, denotat Seruatoris opus: *tubo de officio atestiguar y decir verdad*; & quàm altum est munus istud, quámque necessarium? Dicam rem grandem, sed fidei testimonio roboratam, totius Trinitatis vicarius fuit, & diuinissimum eius testimonium instar oraculi Deitatis. Abeuntes die quadam Pharisæi, & sacerdotes, Christum diuina potestate domum Patris sui à latronibus & vendentibus purgantem, & à sacris aditibus eliminantem rogarunt, *In qua potestate hæc facis?* Christus Dominus non respondit, sed interrogationem opposuit: *Baptismus Ioannis à cælo est, an ex hominibus? por la menos no direis que el Baptismo de Iuan es sin authoridad, inuencion de hombres?* hic ergo homo qui baptizat, hic me digito inter baptizandum designauit, dicens me verum esse Messiam Dei filium; sum ergo filius Dei potens hæc facere, siquidem ille, qui vera vobis dicit, & Baptismo vero baptizat, hæc de me nuntiat, & prædicat. Domine nónne meliùs concluderes, & argumento responderes, si fulmen in eos conijceres, & diuinam potestatem ostentares? si item testimonia diuinitatis adscire oportet, ecce in promptu est vox Patris, quæ ipso in Baptismate personuit: *Hic est*
28. *filius meus dilectus.* Ecce columbæ descensus, quare non illam affers in testem, sed ita loqueris? hæc opera perago, quia filius Dei sum, quemadmodum fassus est Ioannes ille, qui me sicut vos baptizat, respōdet, quia licèt sit infinitè certius Patris, & columbæ testimonium, si personas consideres; verùm si rudem & incredulam plebem imbecillem ad credendum consulas, ne fallaciam suspicari posset, opportunius fuit Ioannis testimonium, & intentus digitus in agnum Dei, quàm vox ipsa Patris, & Spiritus sancti. Sed ne Ioannis deuotione ferri videar, nostri patris summi Petri oracula auscultemus, qui cùm de alio diuino mysterio transfigurationis agit, missa facit, & vidisse splendentem Christum, & vocem Patris, & testes alterius vitæ Moysem & Eliam, & subitò oculos conuertere iubet vniuersam Ecclesiam non ad Thab[orum], sed ad Iordanem, & Ioannem, dicens, 2. Petr. 1.
Habemus propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & Lucifer oriatur in cordibus vestris. Quæ verba vnum Ioannem designare liquidum est, dum Prophetam istum voci Patris, & Spiritus sancti, & visioni montis proximè comparat, quod nemini Prophetarum ita congruè aptari potest. Augustinus, certior quo pacto possit esse sermo Ioannis voce patris, explicat [a], hoc modo certiorem sanè esse dixit propheticum sermonem voce illa de cælo delata, certiorem, non meliorem, non veriorem, tam enim verus ille sermo de cælo, quàm sermo propheticus, tam bonus, tam vtilis. Quid est ergo *certiorem*, nisi in quo magis firmetur auditor? quare hoc? quoniam sunt homines infideles, qui sic detrahunt Christo, vt dicant eum magicis artibus fecisse quæ fecit: possent ergo infideles vocem istam delatam de cælo per coniecturas humanas & illicitas curiositates ad magicas artes referre, (*sic quidem de alia voce facta de Christo dixerunt tonitruum esse*) sed Prophetæ antè fuerunt, non dico ante istam vocem, sed ante Christi carnem, ab his vt magnus prædicatur; non ergo magicis artibus fecit, vt & coleretur; ideo Petrus, &c. Est ergo Ioannes testis in cælo fidelis.

a 11. Ser. 27. de verbis Apost. & tract. 35. in Ioan.

Vt omnes crederent per illum. Ecce iam tertium consequens fit, vt fidei Baptistæ vniuersorum fides sit adscribenda, & omnes fideles vno quasi partu in lucem ediderit; imò & ipsum Christum in mentibus hominum genuerit, vel fideliter dispensauerit. Nam si ad prædicationem attendas, non omnes per illum crediderunt; imò solùm Iudæis prædicauit: at ita prædicauit Iudæis, vt illo suo testimonio, & voce, & vellet, & posset mundus totus post Christum abire. Sicut ipse Christus Dominus Verbum Patris, & summus concionator, sic solùm Iudæis prædicauit, quibus nempe, vt ipse dixit, quæ perierant ex Israël, vt vellet, & possent mortales omnes tanto suo testimonio, tantis miraculis credere. Quare sicut huic Dei agno tollere omnia peccata mundi posse & velle tribuitur; ita vni Ioanni, & eius testimonio omnium fides assignatur. *Como este cordero de Dios es bastante a saluar a todos, asi este testimonio de Iuan fue sufficiente a que todos creiesen en Christo.* Vnde in mente Ioannis nos omnes, nostraque fides, Dei cognitio, Christus tanquam tenellus fœtus in ventre materno fuimus facilè ab illo extinguendi, si à vera Christi confessione aberraret, cùm rogatus sítne Christus, respondit: *Non sum ego Christus.* Simile quid Athanasio sanctissimo tribuit Nazianzenus [b], alibi à me luculentiùs explicatum. Nam cùm fidem Trinitatis, & tres 29.

b Orat. 21. in fine.

hypo

hypostases non omninò orientales fateri auderent, eam in mentibus suis velut mortuū quendam fœtum in vtero materno extinctum gestabant. Ecce tibi vnus non tardus, non timidus, non ignauus Athanasius, non ad partum impotens: *sed vt fidelis dispensator verum partum in lucem efferens, & accuratè nutriens, atque omnibus ob oculos proponens quotidie augescentem*, huic vni viro fides trium personarum, vt loquebantur Romani, & nostræ fidei faustissimus partus debetur; pari ratione dum Synagoga, orbisque totus Christum, eiúsque fidem fateri non nitebatur, sed emortuum fœtum gestabat, & vno poterat extinguere verbo, tunc *confessus est, & non negauit*; sed ex eburneo illo ventre Ioannis, qui filios suos in aqua efferebat, vna die, vna fide, vno Christo, vno Baptismate renati sumus, *vt omnes crederent per illum*: vnde cùm Sion, hoc est, Ecclesia videt vno die tot filios peperisse, *ridet ipsa*, & ait: *Risum fecit mihi Deus, & quicunque audierit, corridebit mihi.* Gen. 21.6. *Impletum est tempus.*

30\. Gen. 1.26. Ioan. 1.6. *Mirabilis inter omnes Ioannes.*

Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et qui sit iste homo, facilè respondet Ioannes: *fuit homo missus à Deo.* Voluit tota Trinitas nouum hominem sibi similem, mundo mirabilem, eximio artificio, & politissima arte exhibere: *& qui mirabilis est in sanctis suis*, hunc omnibus mirabiliorem, ne dicam maiorem effecit. *Quis enim* (inquit Bernardus[a]) *sic gloriosè annuntiatus est? quis ita specialiter Spiritu sancto repletus? quem legistis intra matris vterum exultasse? cuius natiuitatem vidistis celebrari in Ecclesia Dei? quis sic eremum concupiuit? quis ita sublimiter legitur conuersatus?* Sed tu varietatem colorum & virtutum considera, euasit enim felicissimus in regnum cælorum destinatus, ex alia parte pœnitentiam egit, quasi infelicissimus peccatorum; fuit fortissimus, qui cælo vim intulit, leonem pœnitentiæ mitem egit, sed ex alia parte debilissimus, & qui paruulis cedebat; fuit audacissimus, qui mortem oppetiit ob vnius veritatis professionē, sed ex alia parte demississimus, & qui ad pedes Christi prouoluitur; fuit mitissimus, omnem iniuriam & contumeliam subiens; est & ferocissimus, in seipsum deseuiens; fuit eximius, & pulcerrimus, quia manus Domini erat cum illo; fuit etiam opprobrio saturatus, austeritate vitæ, intonso capillo, pallore, & squalore antri deserti plenus; fuit denique inter homines ita excellens, vt inter natos caput exereret: fuit tamen fœminis ita odibilis, vt egregium illud caput vnius saltatricis impudentissimæ ira truncauerit: *Mirabilis Deus in sanctis suis.* Contemplare insuper expressam Dei imaginem patris, quia sicut pater gignit æterna mente conceptum Verbum, ad eius instar Ioannes verbum Christique fidem in hominum mentibus regenerauit; Verbi similitudinem maximè refert plus quàm cæteri mortales, vt inquit D. Chrysost. *Quanto vox proximior est verbo, tanto Ioannes proximior est Christo, non tamen est Christus.* Spiritus verò naturam, & munus imitatur Christum manifestandi: *hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine*, sicut dictum fuit de Spiritu sancto: *ille testimonium perhibebit de me.* Ita tribus personis similis, vt Ioannes Euangelista post lustratum sublimem deitatis thronum non incongruè, nec ineptè oculos & pennam in istam deitatis expressam imaginem demiserit, dicens: *Fuit homo missus a Deo, caido del cielo es esse retrato.* Ita denique Christo simillimus euasit, vt populi incauti errori occurrere opus fuerit. Quare manum, hoc est, potestatem miraculorum sibi Christus reseruauit; sicut cùm maximus ille sculpendi artifex Romæ Iouis statuam singulari artificio expolitam terræ mandauit ibi, vbi fundamenta magnæ molis iaciebantur, quam dum inter fodiendum extrahunt, exultat Roma antiqua admirari & venerari solita, minùs verò noua, desideratur manus dextera, qua fulmen iaculari oportebat Iouem. Tunc ad authorem statuæ confluunt omnes, qui porrecta manu, quam apud se prudens retinuerat, illorum iudicia exprobrauit, qui tantum antiquitati tribuebant. Effecit quidem Christus sui persimilem præcursorem, sed brachium miracula patrandi abstulit, cùm à deserto in vrbem se visendum exhibuit, fere illi diuinum deferrent honorem: at cùm miracula desiderarentur, ecce confluunt in authorem: *Multi venerunt ad Iesum, & dicebant, quia Ioannes quidem signum fecit nullum.* Ioan. 10. Alij ipsam rogant statuam: *Tu quis es?* & ipsa respondet: *Non sum ego Christus.* Herodes autem viso Christo putat esse Ioannem: *quem ego decollaui, Ioannes surrexit à mortuis.* Nato igitur isto homine quid mirum? exultet, & rideat mater; mater, meritò quidem, quia natus est homo in mundum, vt & illa exultans dicat, *Risum fecit mihi Dominus, & quicumque audierit, corridebit mihi; sicque impletum est tempus pariendi*, simul & ridendi.

a Serm. de excellen. Ioan. Baptistæ.

Antitheses virtutum Ioannis.

Ps. 67.36.

Trium personarum officia & proprietates adübrat.

31\.

Ioan. 1.7.

Mysterio non vacat, quod nullū fecisset.

Et Verbum caro factum est. Noua hæc laudis origo, nam de Ioanne nostro additur: *Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium*, hoc est, quotiescumque Deus iacentem mundum erigere, atque sanare intendit, Verbi sui quasi incarnationem operatus est, verbum suum sanctis Prophetis faciens, & committens; mundus enim verbo formatus, verbo item debuit reformari. Sed ô magna Baptistæ dignitas, bene plusquam Propheta nuncupatur; nam post incarnationem in lectissima Maria Virgine factam, post puritatem illam, post humilitatem, quam eligat animam, vt Verbi iterata incarnatio mundo salutem afferat? te ô purissima anima, te in deserto verbum illapsu mirabili virginea membra, purissimam mentem visitauit, & quasi voce corporea in aures hominum vestitum prodire voluit: *Factum est verbum Domini super Ioannem*, in quo munere, ni fallor, id quod in Virgine factum videmus, nouo, ne dicam altiori, peractum est; opus enim concionatoris *sacrum deificationis munus* vocat Nazianzenus, & ex hominibus noua figmenta, deósque efficere sæpiùs repetit. Rogo ergo quando Virgo sanctissima Verbum effecit Deum? quin potiùs Deum immortalem, hominem mortalem, passibilémque effecit: at tu verbi Dei vox præuia, doctorum primus, tuba regis cælestis, ita verbo elocutus es, vt terrenos cælestes, humanos diuinos, mortales immortales verbo & exemplo perficeres. Hinc iam duo facilè colliges; primum, quare Zachariæ silentium iniungitur, *eris tacens*; ideo nempe (ait S. Theodorus Studita[a]) quia signum hoc erat rei valde conueniens, *nempe sermone soluto silentium, quod ad vinum sermonem, & qui consistis*, est

32\. Luc 3.2. *Verbum Dei in Prophetis suæ futuræ incarnationis exēplar fecit.*

33\. a In natiuitat. S. Ioan. Bapt. tom. homil.

est ei pariendum, & complicatis labris, vocibus, quæ audiri non poterant, laudauit datorem partus. calla y este atento entre tanto que formo la palabra viua, escuchey mire obra tan delicada. Secundò vt nos silenter & attentè sanctificationem Baptistæ contemplemur, & auscultemus. Nam postquam Spiritus sancti digitus duas illas lectissimas fœminas, Mariam, & Elizabetham, quasi duas lyræ fides temperauisset, vix sonum vnius altera exaudit, & vocem salutationis excipit, cùm ipsa repletur Spiritu sancto, & puer saltationem instituit, & exultat in ventre, quasi dicat, exultat in gaudio infans, risum fecit mihi Deus. Hic est, qui mores mutabit vniuersi, hic est, qui conuertet ad Christum auersas animas. Hîc puto subrisisse præ gaudio puerum Iesum in virgineo ventre, & exultasse. *Si alguna vez se riyo fue esta quando le vio hazer a Iuan tan linda mudança*; nec leui ducor coniectura, nam in qualibet peccatoris conuersione non solùm ridet Deus, sed & saltat. Audi D. Luc. gaudium istud in conuersione peccatoris, multis argumentis probantem, qui postquam gaudium drachmæ, & ouis inuentæ, & prodigi filij ad patrem reuertentis depinxit, ait: *Amen dico vobis, gaudium est coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.* Angeli spectatores sunt, & quis saltat, & quis ad numeros canit, & quis saltat? vtique Deus author illius gratiæ; cùm igitur Christi gratia sanctificatus exultat Baptista, qui tot filios, & corda in illum conuersurus erat; ridet, & exultat puer Iesus, & repetit eandem vocem: *risum fecit mihi Deus, & quicumque audierit, corridebit mihi.*

Quare si'quenam immugiuit Zacharias.

Cap. 15.

Corridet & congaudet Christus Ioanni.

34\. Luc. 1. 57.

Vnde iam verba Euangelij intelligemus: *impletum est tempus pariendi*, hoc est, cùm iam lux mundi, venter filiorum Dei, testis fidelis, mirabilis & nouus ille homo, Dei & Christi imago expressa, nouæ illa verbi Dei mater, ac denique sanctus, antequam natus, conceptus, & perfectus est, *impletum est tempus*, tanto fœtui plenum tempus aduenit pariendi., & ante hoc tempus, *manus Domini erat cum illo: no alço Dios la mano de esta obra hasta sacarla a luz, y cumplida ella se cumplio el tiempo.* In quo diuersitas magna electionum sæculi, & Dei elucet: nam quos Deus eligit, manu sua perficit, quos mundus assumit ad instar monstrorum, sic imperfectos parit. Exemplum ipsa natura exhibet; nam gulosa animalia filios imperfectos pariunt, lupa cæcos, vrsa informes, leæna mortuis similes. Quare opus est, vt vni natura det oculos post dies aliquot; alteri lingua faciem lambat, & formet; alterum ingeminato horrendo rugitu ad vitam excitet. Et ratio est, quia si diutiùs, & maturiùs in ventre perficiendi, & poliendi persisterent, materna viscera vnguibus & dentibus ferociter discerperent, & lucis vsura cum matris dispendio fruerentur, ita præmaturè nasci decreuit, matribus piè consulens. Sunt respublicæ, & conuentus, Academiæ, & aulæ regiæ quasi candidatorum matres, quæ intra materna reipublicæ viscera formant, ornant, & decorant fœtus suo tempore in lucem edendos, vt gubernationi incumbant, edificantur litteræ, maturescat mens, ætas, & cani honestent personam, & experientia idonei fiant. Quòd si ante hoc tempus aliquos in dignitate constitutos videas, scito immaturo partu editos; sic enim vexatur mater, sic ambientium solicitatur importunis precibus, qui præ impatientia detentionis mundum commouent, vt sic crudos, & monstro persimiles gubernatores edat: at verò cùm gratia Ioannem sanctissimum sit paritura, tempus adimplet, & consumit opere consummando. *Ideo manus Domini erat cum illo vsque dùm impletum est tempus pariendi*, sicut cùm editurus illud sanctitatis prodigium sanctissimum Petrum, ait illi: *Tibi dabo claues regni cælorum*; quare non protinus concedis claues? & quia negaturus est me, ne per hoc (licèt non fidem filij amisit) amittat claues, & potestatem; & quia claues nondum perfectæ videbantur, quousque ego priùs cælum aperiam: & postquam latroni, alijsque fores cæli reseraui, quasi probatas claues donaui: *pasce oues meas.*

Electio Ioannis mirabilis & longè diuersa ab humana.

Maturè & attentè eligantur ministri.

Matth. 16. 19.

Impletum est tempus pariendi. Cuinam? Elizabeth grandæuæ & sterili, quasi dicat, euicit gratia quidquid voluit, superauit naturam, sicut cùm adolescentior medicus senioris & arrogantioris expectat curationem, & postquam exhaustam scientiam videt, ipse remedia adhibet, quibus ægro salutem, sibi opinionem conciliat. Natura senior medicus, inquit Paulus, *non prius quod spirituale est, sed quod animale. es muy presumida lo que ella no alcanza, dice que no es possible. Vnde istos poterit saturare panibus?* &, *Ducentorum denariorum panes non sufficient*, &c. tacet gratia, vt Racheli, Rebeccæ, & Elizabeth filios gratiæ donet. Confide igitur gratiæ, sicut qui litem gerit Hispali, etiamsi sententiam contra se ferat, non diffidit, sed consilium regium, & senatum appellat. Appellauit de natura ad gratiam Anna, Samuelis mater, appellauit Ezechias, Iosaphat, & secundam illis gratia sententiam dixit, quòd si tardat, ideo est, quia obseruat conuersionis statuta tempora, *nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.* Illud obseruare oportet, ne moræ impatientia iurisdictionem, iúsque Dei declines, quod iudicibus graue esse solet, & iniuriosum, ne videaris peccato velle obtinere, quod à Deo iustè viuendo sperare, & obtinere debes.

35\.

1\. Cor. 15. 46.

Virtus gratiæ præualet naturæ, in ea figenda spes.

Matth. 8. 4. Ioan. 6. 7.

Et peperit filium. Iam à die natali præscribitur dies seruo Dei Ioanni, non sicut cæteris sanctis, quibus ille; in Dei libris signatur dies, quo ad Dei famulatum venerunt; Ioannes verò seruit, antequam nascatur. O quas meritorum accessiones huic paruo fonti per tot annos fieri potuere? ita creuerunt aquæ meritorum, vt Christus putaretur. *vn mar parece este rio.* O quàm præstat à primis annis Deo mancipari! tantum diuitiarum cumulum congerunt, vt nesciant, quid habeant; ideo enim rogant, *Quando te vidimus esurientem?* 36. *no digo yo que no saben lo que se tienen los que obran temprano.* Quòd si serò venisti ad Dei famulatum, ne desperes conceptum, & bonorum operum fœtus, nec despondeas animum, neque oculos hominum, & iudicia reuereare. *No mires al que diran ni digas pues yo que saben y a quien he sido agora mudar la vida?* Similes sunt isti nobiles, & illustres fœminæ Elizabeth

Ab infantia seruire Deo perpetuum est.

Senex etiam non vereantur Dei famulatum etsi serò incipere.

sanctæ,

ſanctæ, quæ cùm inexpectato tempore ſenectutis concepit, *occultabat ſe menſibus quinque, confaxas y refaxos y veſtidos ſe procurana diſſimular*, Quid erubeſcis ô ſanctiſſima mulier? conceptum mirabilem? partum riſus? gaudium orbis? ſunt iſti ſicut egentiſſimi nobiles liberi, ſed fatui, qui ſeruire nolunt, & ex alia parte vſque ad ligulam à principibus ornari, & ſuſtentari volunt; *hidalgos pobres y ſobernios*; ſicut vxor Ieroboam facie velata in templum & Prophetam pro filio expoſtulat, 3. *Regum* 14.

Et audierunt vicini & cognati. Tali riſu exultauit orbis, vt accurrerent propinqui, & non propinqui, vt corriderent illi; diuinum quidem opus inuidos cognatos corridere naſcenti hæredi, quia intentiſſimi ſolent eſſe hæreditati capiendæ. Id fortè contigit vni Ioanni, qui cùm gratia ſit, non aliam hæreditatem habere vult, quàm gloriam, æternum riſum, & immortales voluptates.

BEATA IVSTORVM MORS, QVA peccato moriuntur, vt iuſtitiæ viuant: bona propter requiem, melior propter vitæ nouitatem, optima propter ſecuritatem.

INSTITVTIO XXXV.

Iob 10. 8.
PARTITIO INSTITVTIONIS.

O BONA mors, quæ vitam non aufert, ſed transfert in melius, bona quia ſomnus eſt, bona quia iuſtorum eſt, bona quia finis eſt calamitatum, optima denique quia opportuna. *Manus tua* (Domine) *fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu, & ſic repentè præcipitas me.* Magnum aliquid meditaris ô rerum conditor, cùm me opus manuum tuarum vndique perfectum, *totum in circuitu*, Hebraicè & Hiſpanè, *del todo y con cuidado*, ſic repentè præcipitas, & demoliris me: non bene conueniunt amor & odium, nec tuam decet immutabilitatem mutare conſilium, nolo querelas contra terram mouere, etſi poſſem, quia non mater, ſed dura nouerca videtur; ex vno enim homine de terra condito, ius ſibi ad omnes deuorandos mortales arrogat, nec querimonias aduersùs matrem naturam defero, quæ cùm omnes ad vitam vno modo infert, tot oſtia ad moriendum adinuenit. *Naſcimur vno modo, morimur multis, & portas mortis* vocat Dauid, quia plurimæ ſunt: aliquid noui circa me eſt, cùm hic meus optimus artifex, qui manibus ſuis, hoc eſt, intellectu & voluntate, *omnia operatur conſilio voluntatis ſuæ*, & me quaſi à ſeipſo fabrefactum opus impenſiùs amat, vtpote manu, *ſenſu, conſilio, ac prouidentia factum*, cætera namque *opera digitorum* ſunt, quaſi curſim, & rudi penicillo facta videntur, nihilominus ſic repentè me in mortem adducit, ſic repentè præcipitas me; quid hoc noui circa me eſt? quid mors? & quo pacto bona quæ bonum destruit? 37.

Quid per mortem bonum intendit conditor.

I. Bona, inquam, mors, quia ſomnus eſt. Loquar de bono ſomni, ſed loquar vt 38.
Philoſophus, ait Tertullianus [a]: *Porrò ſomnum ratio præit, tam aptum, tam vtilem, tam neceſſarium, vt abſque illo nulla anima ſufficiat, recreatorem corporum, redintegratorem virium, probatorem valetudinum, pacatorem operum, medicum laborum, cui legitimè fruendo dies cedit, nox legem facit.* Hic verò ſomnus in exemplar mortis, in ſpeculum, in paradigma mortis datus eſt, ita vt mors ſomnus, & ſomnus mors inuicem nuncupentur, tanta enim eſt ſimilitudo vt mors ſomnus dicatur, & ſomnus inſuper quid eſt gelidæ niſi mortis imago, *el ſueño vna tabla o imagen dela muerte.* Vnde fratres nuncupantur *ſomno mortis fratri*; & gemelli quidem, nam ſicut per errorem vnum ex gemellis alloqueris, alterum eſſe putans, ita dormientem putas mortuum, & mortuum quaſi dormientem alloqueris, & ſicut facilè dormimus, facilè morimur, *viuo retrato dela muerte es el ſueño. Proponitur tibi corpus amica vi ſoporis eliſum, blanda quietis neceſſitate proſtratum, immobile ſitu, quale ante vitam iacuit, & quale poſt vitam iacebit, vt teſtationem plaſtica ſepultura.* Verùm ſi vt Philoſophus modò loquor; roga naturam, quare ſomnum imaginem fecit, & viuis quidem coloribus expreſſam? Nam expreſſa imago perſonarum ſolet eſſe eximiè dilectarum ſponſæ, & ſponſi; vt ſecum ad Indos deferat, parentis optimi,

a Lib. de anima c. 43.

Mors iuſtorum ſomnus.

Imago expreſſa mortis cur data hominibus.

mi, vt in fronte aulæ collocato illac pertransiens aperiat caput, vmbrámque parentis reueceatur; in musæo item amici, aut magistri imago expressa appenditur: mortis verò simulacrum quis effinxit, teterrimæ, tristissimæ, & honoris plenæ, non Michaelis aut Tyciani arte, sed summi auctoris penicillo tanquam speculum mortis futuræ datum? Certè tacet natura, & quid respondeat ignorat: quædam enim sunt in natura rerum, quorum effectus etiamsi ratione aliqua menti satisfaciunt, alias supra naturas sublimiores habent rationes. Plorant nascentes pueri, cuius rei causam medicus ait corpusculi commotionem, & à secreto materni vteri ad asperam vitam translationem: at moralis Philosophus altiori sententia, præsentit, ait, puer quanta illi in vita impendeant mala, & plangendi causas natura duce plangit. Lacrymatur Iesus in morte Lazari, & adstantes inferunt, *Ecce quomodo amabat eum.*

39. At Hieronymi sapientia, sublimiori ratione plorasse ait, non quia vita functum, sed quia præ amore cogebatur suscitare, & iterum facere ciuem talis orbis & vrbis, in qua tot passurus erat iniurias & labores, & Christus auctor vitæ, cruci damnandus & moriturus erat, inclinata sunt, & super ventrem incedunt bruta; homo verò rectus, & sublimi ore, dicet Galenus & Aristot. ideo factum esse, quia manus habet, & cibos ori adhibere potest: nónne & elephas promuscidem habet, & simia pedes & manus vt cibos appropiet? Theologus autem rationem nobiliorem agnoscit: vt possit ex hoc homo suam excellentiam deprehendere, cogitationes cum vultu in cælum subleuet.

Pronaque cùm spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit cælúmque videre,
Iussit & erectos ad sydera tollere vultus.

Apparent plurima in mari corpora, tam virorum, quàm mulierum, & experientia compertum est cadauera virorum supina, fœminarum verò prona apparere. Philosophus pondus ventris maius esse dicet, at sapientia Plinij [a] moralem rationem attigit, *virorum cadauera supina fluctare, fœminarum prona, veluti pudori defunctorum parcente natura.* Quorsum ergo somnus? vt reparet vires? absit, sublimiori consilio prouisum est, vt habeat imaginem suæ mortis, & symbolum istud quàm facilis sit transitus ab vno in aliud denotet. Sicut enim quæ symbola sunt, vt aqua & nix, facile vna in alia transeunt; sic à somno in mortem facilem esse gressum agnoscamus. Quamobrem in commune solatium sacra Scriptura mortem somnum vocat. *Non est mortua puella, sed dormit. Lazarus amicus noster dormit;* scit enim somnum finem esse laborum: & sicut omnes dormiunt, sic omnes morituros, medicina laboris est, & commune solatium. Amicorum verò Dei iustorúmque mors in solatium & refrigerium datur vt somnus, quod acutè subdit Tertullianus [b]. *Nihil enim immortale finem operis sui admittit, no le hableis de muerte al alma que se alborotara como el noble hidalgo que le piden el tributo y que peche como villano: somnus autem finis operis est, el sueño y la muerte son vn halago del cuerpo mortal.*

Facilè morimur sicut somnum capimus.

[a] Lib. 7. c. 17.

Prou. 5. 39. Ioan. 11. 11.

[b] Ibid.

40. *Denique corpori, cui mortalitas competit, ei soli quies fine operis adulatur. y supuesto que es mortal el hombre regalada y amorosamente se lo dize cada dia el sueño y solo da a tragar. adulatur fine operis, ca no aya mas;* quemadmodum eum, qui proximè in supplicium rapiendus est, carnifex blandè alloquitur, adulatur, filium vocat, & vestem induit, laqueúmque inijcit collo; sic somnus nobis adulatur, ne mors acerba sit cùm ingruat. Iustorum verò somnus iucundior, & mors suauis est, ideo dicitur mors iusti somnus, & amicus vocatur Lazari: nam quod præcipuum in morte iusti est, non est resurgendi spes, quam habet etiam peccator, nam qui Lazarum resuscitauit, potest etiam reliquos omnes reuocare ad vitam; amicum verò esse Dei, qui iacet, id singulare est, & somno persimile; ibi enim est vita cùm quis dormit, sic in iustis vita & amicitia Dei etiam post mortem viget: vnde Philo [c] in illa verba Deut. 30. 20. *Hæc est vita tua, & longitudo dierum, Dominum tuum diligere,* ait, *Egregia vitæ immortalis definitio, Dei dilectione amoreque incorporeo corripi, ser amigo de Dios es vida inmortal.* nam Deus non est amicus mortuorum, sed eorum qui vim amoris sentiunt. Vnde vbi amicitia persistit, durat etiam vita, & licèt sensus silent, quies illa somnus dicendus est; quòd si vitæ corporis hominibus mori videntur, in cælo vitam vel non amittunt, vel ibi statim reperiunt. *Cùm apparuerit Christus vita vestra,* atque adeò mors iustorum dicitur somnus, & obdormire in Domino qui Dei amicus est.

Blanditur somnus homini mortali.

[c] Lib. de profugis.

41. Illud tamē obseruandū puto, vt quis amicus sit Dei in morte, cùm sopor ille occupet illum

illum, debuisse in vita amicitiam cum Deo constituisse, vt cùm dormierit, *amicus noster dormit*, dici possit; nec speret amicitiam Dei in morte comparare, qui in eius antea amorem non se insinuauit: nam licèt tunc Deus aliquos sibi reconciliauit, non erit sanæ mentis hac inani spe fretum morti se commendare. Sicut siquis seipsum occideret, ea spe confisus fore vt à Christo resuscitaretur, vt Lazarus olim; frequens esse solet, ea ratione mori qua quisque vixit. Quorsum enim putas moribundo Moysi iussit Deus, *Ascende in montem, & morere*, nihil nouum illi iniungens, quàm id quod ipse frequenter obibat? Nam cùm ascensus in montem ipsi viuenti frequentissimus fuerit, nunc etiam populus, qui rem contemplatur, cognoscat iustos eadem via ad mortem pergere, per quam viuendo incedere solebant. Poterat item Eliam ab hominibus eripere, sicut Enoch, qui nullo spectante disparuit, aut ab Angelo rapi poterat, sicut Abacuc. Quid opus est currum igneum instruere, & inter flammas sustollere? Cæterùm vult ostendere, igne zeli inflammatum, & qui ignem sæpius in vindictam de cælo adduxerat: sic etiam *nimbo igneo* (vt ait Epiphanius) raperetur in cælum. Similiter consultius fore videbatur Isaac, qui iam trigesimum excedebat annum, certum de morte facere, quàm parentem, nónne adolescentiam metu mortis corripere oporteret? quare inscius ducitur ad mortem? certè quia Deus præuiderat Isaac totum esse in Dei holocaustum comparatum, nihil non Deo dignum, nihil memoria aut metu mortis purgandum: nam ideo ait, *Offer mihi in holocaustum*, & tunc quidem etiamsi mors ingruat, nouo studio non indiget adolescens, vt ad mortem se comparet. Sicut nec filia Iephthe menses illos ad deplorandas iuuentutis sordes, & maculas expiandas, postulauit, sed ad deplorandam iuuentutem suam, quæ immaturè rapiebatur ad bustum. Quod etiam, vt mirabile, notat Hieronymus in rege Ezechia, cui tùm dictum sit, *Dispone domui tuæ, quia morieris*, nulla animæ mentione facta, quasi non haberet, ipse ad eruditionem nostram non pro delictis lacrymas fundit, non disposuit domui suæ solùm, sicut Architophel, & laqueo se suspendit, quasi qui animam non haberet: sed potiùs ad templum conuersus cordis sui & operum rectitudinem coram Deo memorat. Nec opus fuit curam animæ suæ illi iniungere, *felix conscientia* (ait Hieronymus) *quæ afflictionis tempore bonorum operum recordatur*. nam impendente morte viuit & dormit animus, cuius Deus amicus est.

Deut. 32. 49. — Gen. 41. Dan. 6. 4. Reg. 1. 3. Reg. 18. — *Iustus moritur vt viuit.* — 4. Reg. 17. 23.

II. *Bona mors, quia iustorum est.* Hoc indicat Propheta Isai. dum ait, *Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo.* nam statim quasi verba corrigens ait, *viri misericordiæ colliguntur.* putaueras periisse, minimè, sed collectos fuisse. Pulcrum verbum, *colliguntur*, adlegit sibi Deus animas iustorum. Pergit rusticus seruus in montem vt ligna deferat, vel fornaci, vel culinæ heri sui, qualem stragem inter quercus efficit, secat, findit, colligit & fascem sarcinámque componit: at si floridos ramusculos thymi, seu rosæ inuenit, colligit blandè, & studiosè seruat, & galeri coronæ affigit: qui rogatus ad quid deferat ligna? inquit, ad ignem, flores hero meo adlegi & seruo, qui eis oblectatur. Mors falce acuta ligna robusta & quercus Basan in infernum infert. O qualem stragem (inquit Chrysostomus) in domo illius diuitis videre licet: eadem tamen mors hero suo placere cupiens colligit quasi flores iustos; colliguntúrque in fasciculum viuentium. *Timenti Deum bene erit; & in diebus consummationis benedicetur.* Putásne parum felicem sortem veterem hominem expoliare cum actibus suis, & induere eum qui secundùm Deum creatus est: cogita mendicum squalore, & detritis vestibus indutum, cùm ab œconomo domus principis repentè vocatur ad nouas & pulcras vestes induendas, illic exilire, exuere, ridere, gratulari, *quita ese hatillo hermano dexa ese cuerpo lleno de achaques.* O quàm lætus & expeditus mortem desiderat. *Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, donec ascendam ad populum accinctum nostrum. Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: annis quibus vidimus mala.* Contrà verò, ait P. Serarius [a], impij semper infamem mortem agunt. Parauerat sibi Heliogabalus multa instrumenta moriendi, vt pretiosam suam mortem faceret, sed tandem occisus est per scurras, & per plateas tractus est sordidissimè, & per cloacas ductus, & in Tiberim submissus est. *Erratis* impij, erratis. Quomodocumque fiat, ferro, saxo, ligno, manu, semper gloriosa, nobilis & pretiosa est sanctorum mors in conspectu Dei, vestra verò semper ignobilis, obscœna & infamis. 42.

Cap. 57. 1. — *Simile.* — *Simile.* — Habac. 3. 16. — a Iudic. 9. in fin. de Abimelec.

III. *Optabilis, quia finis est calamitatum, si iustorum est.* Vnde præclarè Cyprianus notauit quanti sit commodi in defungendo vita. Enoch dicitur translatus, quoniam 43.

placuit Deo: cùm Deus gratissimum quid amico voluit exhibere, extulit de mundo, & in Euangelio, *Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem*; non Ioan. 14.28.
apud patrem dixit, sed quia vado de mundo ad patrem, quasi id maximè æstimandum indicaret à termino à quo, vt aiunt, discedere, & insuper ad Patrem migrare. Illud primum sibi cupiebat Cain, *quicumque inuenerit me, occidet me*; verumtamen (vt ait Hieronymus) noluit Deus tam grande beneficium conferre impio, sed cùm ille volebat, mortis compendio omnia mala finire, vitæ addicitur, & signum dat ne perimatur. Porrò Dauid sic ægrè ferebat vitam, vt, sicut notat Paulinus, Psalmum *de tardo senio* composuerit. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* Quòd si Simeon expectabat diutius Messiam, statim ac in vlnis tenuit, vale vltimum dixit. Psal. 119.5.
Nunc dimittis seruum tuum Domine, el venido y yo ido; vbinam est vrbanitas senex sanctissime, vbi sunt illi oculi beati qui eum viderent? sed respondet Ambrosius [a]. Luc. 2. 29. a In Luc. lib 2.
Vide iustum velut corporea carcere molis inclusum: velle dissolui, vt incipiat esse cum Christo. dissolui enim & cum Christo esse, multo melius, gran cosa ver a Christo en la tierra sin deseos pero salir de la tierra, a verle en gracia mucho mejor. Quare cùm audissem (ait Ambrosius) Paulum cæli ciuem, *cupio dissolui, & esse cum Christo.* &, *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum*, in solamen sui dixisse comperio. Sicut si pertransiens per oppidulum ignobile, vetustis & humilibus domunculis viis luto aut puluere plenis, ruinosis & collabentibus muris oppidanis, agrestibus, rusticis, egentissimis, vides inter hos in platea aulicum & grauem virum, consilio & splendore clarum: quid tu hîc eques nobilissime? nónne tu ad aulam natus, educatus? Ita est, inquit, ceterùm dux aut marchio dominus meus huius populi sui commodis adesse iubet, meis enim negotiis operæpretium esset in curia & iuxta regem esse. Hoc ipsum ait
44. Paulus. Quid tu hîc cælestis curiæ eques nobilissime? respondet, *mihi viuere Christus est.* hîc dego, hîc viuo, quia Christi mei gero negotia, *Christo es la causa de que yo viua*; verùm si meis commodis attenderem, *mori lucrum, por lo que a mi toca mas ganançia me fuera morir.* Et Chrysostomus ex Paulo notat vinctorum memoriam & visitationem iniungere. *Mementote vinctorum tanquam simul vincti, & laborantium, tanquam & ipsi in corpore morantes.* Verùm tædium istud vitæ, futuræque desiderium in ipsa Dominica oratione, qua Ecclesiam erudiuit, adnotarunt Cyprianus & Tertullian. [b] Hebr. 13.3. b De orat. Dom.
Adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra: panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Vltroneam in primis voluntatem ostendit moriendo, & ad regnum festinantis: sed addit, *fiat voluntas tua.* nam hîc diutius in carne manere sola tua diuina voluntas à nobis obtinere poterat, nam sicut infirmitas humana in Christo quam portabat, aiebat: Transeat à me calix iste, & vt moreretur tandem subdit, *veruntamen non quod ego volo, sed quod tu*; ita cælesti regno nobis promisso vt diutius detineamur in vita opus est solatio diuinæ voluntatis. *por solo Dios puede viuir en la tierra vn heredero del cielo.* Vnde additur, *panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, nam dum nos in terra permanemus, cælestis panis meritò in viaticum impertiendus est: nam si Christianus semel viaticum accipit salutis, postea ingrauescente morbo iterum viaticum datur; ita cùm graue sit viuere, & ægritudo ista quotidie aggrauatur, dum viuimus, quotidiano viatico reficienda est. hac de causa Cyprianus cùm nos hæredes regni dixisset, *adueniat regnum tuum*, cùm mox addit, *panem quotidianum*, Eucharistiam planè intelligit, aliàs contraria viderentur verba. *Meritò ergo Christi discipulus victum sibi in diem postulat, qui de crastino cogitare prohibetur: quia & contrarium sibi fit, & repugnans, vt quæramus in sæculo diu viuere, qui petimus regnum Dei velociter aduenire. por gente que con tanta ansia desea el regno celestial no se podia pedir otro pan que el celestial y que le entretiene su hambre y su vida en este destierro.* Igitur sicut moribundi viaticum accipiunt, sic viuentes, quia viuunt, quotidiano pane reficiantur, ne viuendo moriantur. Quòd si tandiu protraxerunt vitam Patriarchæ, ideo fuit, quia Deus præuidebat in limbo longa expectatione fatigatos multis sæculis permansuros: viuant ergo longos annos, perinde enim erit esse in vita ærumnis plena atque in limbo esse; interim autem anni mei aduentus decurrent, nihil enim valet vita, nisi aut Dei aduentus expectetur in ea, aut gloriæ candidati ad tempus viuant. Maximè autem optanda est mors, ne Deum offendere contingat, *soluat manum suam, & succidat me, &c. vt non contradicam sermonibus sancti.* Vnde Bernardus [c]: Cur ergo tantopere vitam istam desideramus, in qua quantò amplius viuimus, tanto plus peccamus: quanto est vita longior, tanto culpa numerosior. addit: Viuere erubesco, quia parum proficio; mori timeo, quia non sum c Cap. 2. meditation. & de interiori domo, c. 35.
paratus;

paratus: malo tamen mori, & misericordiæ Dei me committere, & commendare, quia benignus & misericors est, quàm de mea mala conuersatione alicui scandalum facere. Et Psalmista, *Remitte mihi vt refrigerer prius quàm abeam.* da mihi Domine pœnitentiæ locum & indulgentiam, *& ampliùs non ero.* hoc est, per instans non permanebo in vita, Hebr. *vt rideam*, alij, *vt vadam antequam vadam*, hoc est, tali flagro desiderio moriendi, vt si semel me in gratia putem esse, millies moriar, & millies cupiam mori. *vel vadam antequam vadam:* sic accinctus ero ad mortis diem, vt mortuus ante mortem erò, & passiones affectionésque extinguam; vt iam mors mystica montem antœuertisse videatur. *yo me ire antes que Dios me llebe.*

Psal. 38. 14.

IV. Denique optima dicitur iustorum mors, & quia à malis liberat, & quia peropportuna semper est illis, ait Bernardus [a], *Triplex in morte congratulatio est hominis iusti, ab omni peccato, & labore & periculo liberari.* nam si in tribulatione constituti sunt, eò calamitatis & miseriæ venire solent, vt absque desperatione sicut Iob, asserant, *suspendium elegit anima mea;* si verò secunda fortuna sit, & cuncta prospera, certè maiori periculo obnoxij videntur. Parenti enim iustorum Abrahæ duo simul promisit Deus, & Messiam ex semine eius futurum, & terram fluentem lac & mel sibi & posteris daturum, accurrit citò Abraham vt aliquo signo Deus hoc secundum præmuniret, & confirmaret, *quod dabis mihi signum.* Quid hoc fidei parens, summo regi signa petis fidei liberandæ: quòd si hoc non dedecet tantam maiestatem, quorsum secundam promissionem consignari postulas, & non primam, maximè cùm illa spiritualis sit, & summi boni promissio; hæc verò temporalis? Respondet Rupertus: Ad beneficium spirituale confirmandum signa non petit, nec pignora; sciebat enim ad hæc bona conferenda ita esse propensum Deum, vt seipsum impellat & adigat ad ea conferenda, etiam non promissa: at verò cùm secunda promissio terrenæ boni erat & felicitatis ac prosperitatis terræ lac & mel manantis, quæ in malum cedere potest, & nocere hominibus, atque adeò Deus eam renuit concedere, pignora petit, & promissionem signo muniri optat. *Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua*, &c. Contrà verò mors iustum liberat, & pœnis & culpis. Ideo Dauid vocat beneficium suum, *qui benefecit tibi, liberat animam meam à morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.* Vnde etiam, vt notat Chrysostomus, diluuium requies dicitur Noe, sed hoc inditur illi nomen, ait Hieronymus, quia diluuium futurum erat requies, cùm mundus à peccatis cessaret. Ponderat adhuc Chrysostomus illud Pauli, *Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo*, &c. *siue mors.* 1. Datur vobis in beneficium concionator zelo ardens. 2. Mundus, qui fallaciis suis cautiores facit. 3. Vita ad ansam merendi. 4. Mors, quæ omnia claudit, & ad requiem ducit. Hæc etiam est noua gratia, & non contemnenda, nam quæ mors videtur, vita potiùs dicenda est. Sicut enim creator spirauit spiraculum vitæ in vitam, & factus est in animam viuentem, sic Redemptor moriens emisit spiritum, & insufflauit in mortem, vt viuificaret: manet ergo mors post Christum viua, vt omnia bona hominis colligat, & tanquam confidentior famulus omnes prouentus & census exigat, atque reponat. *Mors est*, inquit Chrysostomus, *stipendiorum plenitudo, summa diuitiarum, la que cobra los rejagos y meritos de los iustos.* 45.

a Serm. in transitu Malach.

1. Cor. 3. 21.

Vnde memoria mortis potiùs animum angore liberat, soluit à curis, nam cùm vides alterum inopinatò ad felicissimam secundámque fortunam euehi, *ne tradideris tristitiæ cor tuum, memor esto nouissimorum, por ay se desahoga el alma y afloxan los pasiones.* Sicut cùm alicui venæ ruptio in pectore fit, & vomit sanguinem, cùm medicus eumdem sanguinem recipere deberet, præscribere iubet venæ scissionem fieri, vt aliò diuertat sanguinis fluxum; ita tu mi homo cùm inuidiæ liuor vrit pectus, cùm cupiditas vel delectatio pulsat animum, punge tu cor tuum mortis memoria, & aliò diuerte cogitationem, dicens: Hæc omnia tandem peritura sunt, & nouissima finienda; cùm tempestas & procella tentationum excitatur, attripe tabulam funesti ferculi, & cessabit tempestas. *a sete a vna tabla o al racate de vn açand.*

Libentes ergo morti acquiescite, memores, ait Cyprianus, voluntatem nos non nostram, sed Dei facere debere. Hoc nitimur, & reluctamur, peruicacium more seruorum, ad conspectum Domini, cùm tristitia & timore perducimur, exeuntes isthinc necessitatis vinculo, non obsequio voluntatis, & volumus ab eo præmiis cælestibus honorari, ad quem venimus inuiti? Cyprianus [b]: O igitur felix ac beata sanctorum mors, quam tot ac tanta bona nobilitant, quis enim somnum non amet, ex quo in vitam immortalem euigilet. Quis non libens se dedat itineri, quo in patriam 46.

b Lib. 6. de mortalit.

desideratam veniat? quis non calicem amarum dispensatione Domini edulcatum gustet? Quis non carcerem exeat, ergastulum fugiat, peccandi occasiones relinquat? quis non in domum suam patriamque cælestem alacer reuertatur. Moriatur anima mea morte iustorum. Amen.

VERBVM PATRIS.
Esther 15. vers. 4.

Die autem tertio deposuit vestimenta ornatus sui, & circundata est gloria sua, &c. stetit contra regem, &c.

Ad summum Principem Deum assumpta sanctissima Virgo Maria, spem gloriæ potiundæ præstat.

DISCVRSVS CIII.

1. NON te vana præsumptio, mortalis homo, in turpem inducat errorem, cogitans ideo apud cælestes te magnum fore, quia terrenos sanguine, diuitiis, aut dignitate præcellis: id tibi pro comperto sit, togam gloriæ, ex tela sanctæ & inculpatæ vitæ dissecari & aptari, & ex vita mortem, ex morte gloriam ad mensuram retribuendam esse. Et licèt rem certam verba Pauli confirment Ephes. 4. vbi ait, vnumquemque nostrûm gratia vestit, & ornat fides, *secundum mensuram donationis Christi, tomando la medida a Christo para vestirnos a nosotros con la vara de la cruz*, & licèt omnes similes ei resurgemus, *in mensuram ætatis plenitudinis Christi*: at intra istam mensuram valde dissimiles inuenies, quosdam quidem Apostolos, alios Prophetas, alios Euangelistas, alios Doctores, & secundùm hanc suorum meritorum, mensura etiam erit gloriæ, *secundùm operationem in mensuram vniuscuiusque membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. al paso que se va engrandeciendo en ellos los va augmentando en charidad.* Verùm ad probationem plenissimam rei magni momenti, duarum obsecro fœminarum ingressum ad supremum Imperatorem obserua, vestes considera, ornatum, & quæ ibi geruntur, & vt tibi errorem illum eripiant facta fuisse existimato.

Gloria pro meritis danda & pendenda.

2. Et prima quidem Esther illa felicissima nobilis Mariæ vmbra, iam ad suum parat ingredi regem: nota tamen quid ait textus, *Die autem tertio deposuit vestimenta ornatus sui, & circundata est gloria sua, & stetit contra regem.* Ornatum illum luctuosum deposuit, & vestibus gloriosis & splendidis circundata est. Græcè, *ornamenta gloriæ suæ.* Duas secum sumit ancillas, easque iuuenculas, vt dexteram manum alienis humeris fulciens graderetur, & simul eur sustentarentur vestes, ne aurum scilicet, pretiosique lapides, quibus oneratæ vestes erant, humum contingerent. Roseo insuper colore vultum perfusa erat, grato, inquam, rubore, & exultantibus oculis animi mœrorem tegebat. Vnde obsecro tanta gratia, talis ornatus & comitatus Esther felicissima habet in ingressu ad regem? consule historiam, vbi hæc omnia in ingressu ad regiam aulam data illi fuisse narratur. *& præcepit eunucho vt acceleraret mundum muliebrem, & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo regis, & tam ipsam, quam pedissequas eius ornaret, atque excoleret.* Non repente gratiosa facta est regi, sed gloria huius ingressus & felix faustusque euentus ab illo cultu & ornatu primò manauit. Secundus tamen Virginis ad Deum ingressus in Esther adumbratus tantam etiam gloriam habuit, quanta fuit illa qua Virgo in templo est præsentata. Vtrunque complexus est auctor noster, eandem Virginem collaudans. *Quis nescit Estheram Deiparæ typum fuisse. Hodie non ad Assuerum, hoc est, summum principem, terrenum tamen, sed ad cæli terræque Principem atque Dominum, non ad Artaxerxem (id est, tumen & gloriam personarum) sed ad claram visionem æterni luminis illius, in quo solo posita beatitudo sempiterna fuit, euecta verior Esthera, occulta quidem & abscondita per humilitatem, sed nunc gloriosa & illustris per retributionem duabus ancillis comitata, meritorum actione & contemplatione, sed vni innixa, vt præstantiori & gratiori, mentis nempe in Deum eleuationi.* Vides qua ratione meliores partes, quas possidet, in ingressu ad gloriam ex illis partibus, quas in templo acceperat, principium habuerunt, *dedit ei partes suas.* Vide ex his quàm etiam consonat Euangelium, & confirmat thesim nostram, nempe ex meritis desumi; ecce enim instat hora ingrediendi Virginem ad Deum, nec alia est tela vnde regia vestis dissecari possit, quàm ea quam ipsa Virgo ex actione & contemplatione contexuit, aduocantúrque duæ fœminæ sanctitate insignes. Quemadmodum cùm reginæ noua aliqua vestis dissecanda & aptanda est, sartor non ad reginam accedit, vt agat de forma & ratione vestitus, nec enim decet vt sartor iubeat reginam recto corpore esse, aut zonula metiri partem cinguli, pectoris & tergi latitudinem, nec sapone designare in veste regia mensuram; sed deuoluuntur aliæ vestes, vel lectissimæ aliquæ ex ancillis eius, in quibus mensiones qualicumque ratione innotescant. *Astitit Regina nostra à dextris Dei in vestitu deaurato, circundata varietate*, vario quidem opere fabricato vestitu, amore videlicet filiæ, dilectione sponsæ, charitate matris; & quanta gloria? Hóne tam quidem, indecens enim est velle artificem sarciendi & loquendi, nostrum nempe intellectum ad Mariæ sanctissimæ maiestatem accedere, nostraque zonula & sapone mensiones gloriæ

Esther 15. 4.

Esther typus Mariæ sanctissimæ assumptæ in cælum.

Canisius lib. 1. de beata Virg. c. 2. & lib. 5. c. 13. Delrio in Marianis floridis panegyrico in festo Assumptionis.

3.

Simile.

4. gloriæ internoscere; *feria querer reducir al Iabon cillo y cinta de nuestra cortedad la immensidad*, non attingat illam mens nostra, sed pro modulo nostro quærantur duæ ex ancillis eius præclarissimæ, vtriusque vitæ duces, vt ex illis mens nostra ad inuisibilia conscendat, & partes illas gloriæ ex partibus quas in ingressu ad vitam accepit, rependo & humi inhærendo audeat coniectari.

PARTITIO DISCVRSVS, & *Paraphrasis Euangelij.*

Maria optimam partem elegit. Magnum officium hospitio excepisse Christum Martham; sed ex hoc officio Maria optimam partem sortita est, nempe humilitatem & feruorem. *Mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam.* Dulce sedere secus pedes eius, & diuina eius auscultare verba. *sedens secus pedes eius audiebat verbum illius*; sed ex hoc dulcissimo fauo melior pars obuenit Mariæ oratione, contemplatione & vnione. Præclarum & mirabile sanctitatis argumentum vtramque sororem, orationi actionem, & actioni contemplationem coniungere. *Maria optimam partem elegit:* sed Virgo amore tantùm suo vtramque vitam & opera ad celsissimam perfectionem euexit. Pretiosa in conspectu Domini mors Magdalenæ, & Marthæ, nequeunt tamen cum morte & excessu Virginis comparari. Gloriosum, celsum & interminum cælestis visionis gaudium: huius autem Virginis sors æterna præclarior. Habent quidem Martha, & Mariæ & virgines & peccatrices sui obsequij deuotas, Virgo autem sanctissima omnium corda suo mancipauit obsequio, suis beneficiis cumulauit. Hæ sunt nostræ Esther sortes & partes, eas sigillatim libeat deuotè contemplari.

5. *Intrauit Iesus in quoddam castellum.* Præclara est apud Deum sors eorum qui Martham in recipiendo Christum, in paupere & peregrino imitantur, est enim quasi naturale ius, vt grata hospitalitas alio simili officio à Deo & ab hominibus compensetur.

Quasi ex iure postulat Dei aduentum in animam qui in domo suscipit peregrinum.

Cùm te suscipit amicus Toleti, ibidem gratias refers, & antequam pedem efferas ex domo, ais: Domine tua est illa domus, quam habeo in curia, & quod in ea est in tuum est obsequium dedicatum: non ais *erit*, sed iam ex hac die *est*, nam ex hospitalitate magnifica ius habet hospes in illam domum. Dum Deus in exilio nostro peragrabat, nemo nisi humiles gratioso officio, & ad Dei gustum accommodato subseruierunt, sicut Martha. *Humilia respicit, & alta à longè cognoscit.* Extruere student Iudæi templum Deo, & meliorem Dei partem autumant, imò Deum domi habere putabant. Absit, inquit Deus. *Quis est iste locus requietionis meæ, donosa casa?* instruxerunt mensas, altaria apparatissima, & victimis plena, repulit quasi nauseans ad ea omnia, *non accipiam de domo tua vitulos, hallado se han al regalado, si por cierto mesas me faltan ami?* Certè Domine, morosus hospes & nullo contentus officio videris? declara quid tibi sit gratum; dicam. *Ad quem respiciam, nisi ad humilem, & contritum spiritum, en vn pecho humilde descanso.* & ita eius hospitalitas grata est mihi, vt quasi ex iure videatur Deus illis domum suam & gloriam retribuere. Quod exemplis liquet luculentissimis, optabat Deus ipse suum in terras aduentum, ostium autem non facilè patebat: dum ecce nuncij Iosuæ exploratores Iericho à meretrice Raab excipiuntur perhumaniter, putásne casu fuisse ingressos domum istius fœminæ, & non fuisse ab illa inuitatos, & veluti compulsos. Absit, quin potiùs ipse Deus qui filium dare cupiebat, viros hospitales quærebat, sciens quòd per hospitium Deo in orbem futurus erat
ingressus. *queria obligarse aunque fuese de vna* 6.
Ramera para hacerla madre de su hijo a titulo de hospedadora. Dicat Chrysologus [a], *Non immeritò fratres sua nunc nos in requie suscipit, & in ipsa cælesti beatitudine fungitur dispensatoris officio, quando dum hic suscipit peregrinos, & pauperes, ipsum sub tentorio suo videre hospitem meruit, quem semper habuerit largitorem.*

a Ser. 121. de Lazaro & Abrahamo.

Quod in Abrahamo manifestiùs elucet; supputanda enim sunt omnia, & memoriæ mandanda officia eius, vt eleganter ait Chrysologus [b]. *Peregrinus ipse iugiter laborauit, ne peregrini peregrinum se esse sentirent, sub tentorio manens ipse sine tecto aduenam manere non passus est, & hospitem hospes ipse suscepit. suscepto hospiti astitit, non assedit, & fuit non conuiua hospitis, sed minister.*

b Ibid.

Quorsum tam exquisitè memoras officia quæ exhibuit Abraham? Respondet optimè Tertullia. quia ius quoddam ex hac die habere videbatur Abraham ad bona Dei, ad domum eius, ad filios, quod debitum Pater curauit soluere, reddens Abrahamo & eius generationi filium suum, & quia nondum persoluerat omnia iura hospitalitatis, Christus in cœna lauit pedes discipulorum, vt pedum illorum ablutionem persolueret, quam apud Abrahamum
acceperat. *Reddens in filiis Abraham, quales erant* 7.
Apostoli, ius hospitalitatis, quod aliquando illi fœnerauerat Pater. pago vna partida que devia a su Padre Abraham en los hijos que eran sus Apostoles.

Tertullian. lib. de Trinita.

Quod licèt in Marthæ hospitalitate manifestum est, in beatissima Virgine manifestius patet, quæ vtique optimam partem vitæ actiuæ quasi ex iure obtinuisse videtur. Nam quis quæso magis hospitalis & humilior fuit ad excipiendum Deum, quis maiori iure Deum ad terras traheret? dicat ipsa, & producat iura sua. *& radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius: mire Dios como se entro en mi casa y herencia que el esta obligado a sanearme mi parte y herencia.* Et quæ scripta, & quas iuris tui tabulas profers? quas? Euangelium? *Mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam*, cùm videlicet ab Angelo vt mater Dei salutata me ancillam eius prædicaui, & cùm repentino nuntio non mulier vna, sed integrum palatium turbari soleat, me nuncium nihil commouit. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.* intrat & per nouem menses apud illam inhabitat, lacte nutrit, viuens comitatur, morienti astitit, nomen matris aliquandiu amittens, ancillæ nusquam dimisit, mortuum plorat, sepelit, credit, & sperat. O mulier felicissima! meliorem vtique partem elegisti; quod, ni fallor, ex dictis facilè euincam. Ex humilitatis natura, quæ cùm vacuitas quædam sit aëris vanitatis, quasi ex iure exigit diuinæ gratiæ

Vacuum humilitatis replet Deus.

repletionem. Superbi homunciones imita- 8.
mur curiæ ciues, qui vt regem pellant à iure suæ domus, malitiæ, vt aiunt, arte ædificant tam exigua quidem & angusta ratione, vt capere non possit hospitem Regis. *Edificamos a la malicia y con nuestra soberbia occupamos los*

los quartos altos para que no entre el Rey del cielo en nuestras almas. Vel si humiles corpore & exteriori habitu verbisque videmur, mens verò vana præsumptione plena est. Maria verò non solùm ventrem vacuum diuino Spiritui dedit, sed mentem etiam, & voluntatem, vt apertè scripsit Bonauentura [a], *Non solùm ventrem, sed etiam mentem Maria, diuina sapientia cœpit, vt integram domum tantus Dominus obtineret; ideo dictum est ad illam, Dominus tecum, tecum in mente, tecum in ventre, nihil tui vacat, omne conclaue impleuit*; & ratio ea est quam Rupertus affert, nam sicut impossibile naturaliter est me ex hoc suggesto descendente non repleri aëre ne vacuum detur; ita monstri simile esset in orbe gratiæ esse Mariam vacuam omni fastu & superbia ancillæ nomine contentam, & diutius differri aduentum Dei in eius viscera. Quare cùm dixit, *Ecce ancilla Domini*, & totam se vacuam obtulit, statim *intrauit Iesus, & omne conclaue impleuit*, quia humilis erat ventre & mente, vt ex hoc etiam qui Marthæ actionibus vacant, etiam eos in Deo sortem & partem habere credant, si opera quæ exhibent integra, & sine vento vanæ gloriæ Deo proponant: nam sicut genus esset monstri in natura corpusculum leonis rectè ad omnem dispositionem & organa à natura præparatum leonis anima non informari, sic posita actione Christiana debitis circunstantiis in gratia facta, genus esset prodigij merito & gratia non cumulari. Vnde Christus cùm in domum Abrahæ Raab & Marthæ per fidem, promissionem, & corporaliter ingressus est, iam viscera pietatis & hospitales fœminas præuiderat, tali gratia dignas, inter quas *Maria optimam partem elegit.*

Superbia pellet Deum ab anima.

a In Psalt. B. Mariæ.

Actionis opera Dei præsentis eximiè promerentur.

9. *Maria etiam sedens secus pedes eius audiebat verbum illius.* Iam oratio & contemplatio, quæ vnit animas Deo, in Magdalena adumbratur, & inter eas Maria optimam partem elegit: nam Magdalena etsi serò cœpit gustare has veras animæ delitias, & eas regustauit, & gustando perseuerauit, id enim significat verbum illud, *etiam, etiam sedens secus pedes eius*; quasi dicat, en vobis ostendo fœminam omnino occupatam, & instanter deditam contemplationi, vt decet viriles animas, quæ Deum vincere, & ad se trahere student. Sicut de illis fœminis scriptum est, *excubabant ad ostium tabernaculi*; militare quidem verbum, ideo alij legunt, *militabant*, vt ostenderet fœminas instanter & impensè petere assuetas, & quasi per importunitatem, hoc enim est agere militem, *los soldados por eso los compara la sagrada scriptura a moscas y auejas.* Isai. 7. *Imperabit Dominus muscæ, & api, quæ est trans flumen Ægypti. yo os arrojare a la cara soldados porfiados como moscas y no es comparacion vil pues Homero dice que la Diosa Minerua armando cauallero a Menalao ledio en el pecho la osadia de la mosca*: nam hac de causa milites *muscæ* & *apibus* comparantur; & mulier orando quasi exercitus debet esse. *Quid videbitis in Sunamitide, nisi choros castrorum, muger parece en el encogimiento encerramiento y recato pero exercito porque con las quentas y lagrimas haze guerra a Dios, y abre el cielo.* Maria ergo nostra meliorem partem elegit: nam bonum illud, quod omnino bonum & necessarium dicitur, prima omnium in templo obtinere cœpit, & mores qui ibi orti sunt nunc in morte eius erumpunt, *linda cosa comencar bien acerto al principio con su vnico bien y en eso se esta hasta la muerte.* Loquatur Dauid, *Vnam pety à Domino, hanc requiram, vt inhabitem*, &c. *toda mi ansia es estarme gozando de mi Dios. Et quod est hoc vnum?* certè illud, *porrò vnum est necessarium*, nempe quod inuenit Maria, non corpore, sed mente etiam viuere in templo, quo vno bono inuento, nihil est quod homo desideret quã vt à Deo in cælo confirmetur. Hoc est quod sibi cupiebat Paulus, *non enim quod volo bonũ, hoc ago.* Nam sicut inter mala per antonomasiam illud est malum, *auersio nempe à Deo*, cui correspondet pœna damni in damnatis, cui nulla alia pœna comparata est mala, vel nõ apparet, ita inter bona & virtutes est quoddam summũ & excellens bonum, & quod proximè Deo accedit, *Dei nempe contemplatio*, cui correspondet status Beatorum in cælo, quod bonum ita magnum est, vt cum illo cætera bona minimè bona esse videantur, etiãsi bona sunt, vt Deus asseruit. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Nã & Apostoli boni erant, quibus tamen Christus dixit, *Si ergo vos cùm sitis mali nostis bona data dare*, quia in Dei comparatione non videbantur boni. Sicut cùm ille alter dixit, *Magister bone.* & respondit, *Nemo bonus nisi solus Deus.* Ezech. *Dedi eis præcepta non bona*, si respectu Euangelij cõsiderentur. Nunc igitur ad propositum redeamus, vniuersa nõ bona videntur respectu optimi, sed hoc optimum est contemplatio Dei, hanc non possumus perfectè exercere in terra ob carnis impedimenta, & mundi curas: nam ideo dicit Paulus, *Non quod bonum volo, hoc ago, hacen me ocupar en cosas del mundo.* Et Dauid hoc bono frui desiderabat, Virgo tamẽ sanctissima hanc præclaram sortem non in templo, sed in instanti conceptionis suæ obtinuit, nam ab illo instanti considerare debes Mariam pleno alueo, nõ gratia solùm, sed & gloria redundasse, nam quod de aliis beatis affirmãt Doctores * vidisse diuinam essentiã, hoc de Virgine apertè affirmat Rupertus [a]. *Rapta est Maria in tertium cælum, & vidit arcana mysteria quæ non licet homini loqui, perfectiùs & excellentiùs quàm Paulus.* & Hier. [b] *Maria quotidie diuina visione fruebatur.* Quòd si in omnibus & præ omnibus optimam sibi partem elegit Maria, quam splendidam sortem & omnem superantẽ affluentiam accepisse putamus. Vnus Bonau. [c] flumen istud contẽplatus esse videtur. *Considerandum est quòd Mariam egredientem, progredientem, ingredientẽ & supergredientem inuenimus: egressus est natura, progressus gratia, ingressus gloria, supergressus abundantiæ: egressa est nascendo, progressa est proficiendo, ingressa est perueniendo, supergressa omnes sanctos excedendo: egressa est sine peccato, progressa sine exemplo, ingressa est sine obstaculo, supergressa sine termino.* Porrò hanc meliorem partem summa tranquillitate possidebat à nulla re perturbata, quod Angeli innuere videntur, *Quæ est ista quæ ascendit, sicut virgula fumi, ex aromatibus Myrrhæ & thuris.* Myrrha vngendis corporibus deseruiebat, thus orationem & eleuationem mentis significat; ait ergo: Quæ est ista noua mulier quæ cùm Christum in ventre gestauerit, fugerit, quæsierit, seruierit, sepelierit, & in his omnibus doloris gressibus & occasionibus myrrham legerit, & fasciculos conseruauerit, nunc in oratione tota sicut thus ardet, & euaporatur summa tranquillitate & silentio? ista, inquam, est quæ optimam partem elegit contemplationis.

Optima sors contemplatio.

Cant. 7. 1.

Psal. 26. 4.

10.

Rom. 7. 15.

Maria optimam istam partem perfectissimo modo obtinuit.

Mat. 7. 11.

Mat. 19. 16.

Cap. 20. 25.

* Aug. epist. 112. cap. 13. tom. 2. Clemens Alex. 5. Strom. S. Thom. 2. 2. q. 175. art. 3.

a In Cant. *Oculi tui columbarum.*

b In historia natiuitatis B. Mariæ ad finẽ tom. 9.

c In speculo vir. cap. 11.

Quare

11. Quare ex dictis fiet satis illi communi & petingeniosæ quæstioni, quam rogant aliqui in materia contemplationis; quid causæ fuerit, nusquam Christum, nec Virginem (quod sciamus) ecstasim passos, cùm de multis non modò inferioris sanctitatis viris, sed de aliis infimæ notæ religiosis id affirmetur, & experientia comprobetur. Sumit adolescens indoctus pulsandi citharam in manu, qui ne videatur in penetrale domus secedit, & totus est in mouendis digitis, attentis oculis, arcuatis superciliis, ore, pedibus, capite; quòd si harmoniam & consonantiam semel egit, citò se prodit, & ab omnibus exaudiri cupit; sumit verò eandem citharam scientissimus rei musicæ, & quàm celerrimè pulsis aliis & aliis fidibus harmonias plures efficit congruentissimas, fundit carmina, & saltat quasi aliud agens, minimè impeditus, vel loquendo, vel saltando. Hos igitur quos vidisti in ecstasim raptos siue Franciscus sit, siue Ignatius, siue Christi sponsæ Catherina & Teresa, tyrones voca, & cælestibus visitationibus non satis doctos & assuetos: at Christus Dominus & beatissima Virgo nec loquendo, nec ambulando, imò nec dormiendo à diuina contemplatione cessabant, nec opus erat manibus pedibúsque & raptu corporis contemplationi interesse, quia *Maria optimam partem elegit*, &c. Eligite ô Christiani hanc partem, qua sicut musica Deus ita oblectatur, vt etiam temperare corpus & instrumenta ad orationem grata illi sint. *pesada cosa el oir templar, pero a Dios es gratissimo y esas disonancias despercos preparaciones*, &c. *le son ya musica, praeparationem cordis audiuit auris tua.*

Cur ad ecstasim nusquam rapta Virgo, quod sciamus.

Simile.

12. Tertia etiam optima sors dicenda est eorum qui actioni Marthæ contemplationem Mariæ in vita, quam aiunt, mixta copularunt: in his autem optimam partem habuit Maria, & hoc non obscurè innuunt verba illa, *sedens secus pedes eius*; sessio enim habitus est mixtam vitam profitentis, beati enim cùm in patria sint, *recumbunt in regno cælorum.* Viatores actiui ambulant recto corpore, sedens verò est contemplator mixtus, ea enim parte qua in terra est terrenis miscetur operibus, ea qua erectus est diuinis fruitur contemplationibus, nec vnum alteri contrarium est, imò vtraque simul vita pariter debent ambulare. *Ambæ vitæ sorores sunt, & debent esse contubernales*, ait Bernardus [a]. Vnde cùm dormit in contemplatione, excitanda est ab actione, & in actione non debet discedere à sorore sua contemplatione. Vtrumque in canticis docet spiritus, qui iam semel monet filias Hierusalem ne suscitent dilectam, & mox ipse dulci voce clamat & excitat, *Vox dilecti mei: en dilectus meus loquitur mihi, surge, propera, amica mea.* Quid hoc Domine, iubes socias non irrumpere somnum, & tu contenta voce à somno excitas? quorsum præcipis quietem, si non vis vt dormiat. Indicat certè dulcem contemplationis quietem à nullo interpellandam, nisi à Deo: at cùm à Deo vocamur ad actionem, somnus soluendus est, & ipse Deus derelinquendus quodammodo, non tamen omnino; inferior enim soror quæ conspectum maioris sororis refugit, & clam ab illa se subtrahit, suspicionem sui generat; sic suspecta est vita actiua, quæ à contemplatiua separata est. Quare cùm ad actionem vocat sponsus, nidum & cubicula contemplationis intrare iubet. *Surge amica mea*, hoc est, sic surgere debes, vt à contemplatione meorum vulnerum non recedas; *columba mea, in foraminibus petræ*, nec à meo conspectu discedas, ne tibi quod Salomoni contingat *, *ostende mihi faciem tuam*, & inter agendum misce mecum colloquia, & oratiunculas ad me dirige, *sonet vox tua in auribus meis.* In his ergo optimam partem elegit Maria, nulla enim creatura ita in vno obiecto vtramque vitam copulauit, nam idem erat Christus, cui seruiebat, vt Martha; idem quem contemplabatur, vt Maria: indéque vnio in subiecto manauit, in Virgine videlicet vtriusque vitæ, actiuæ, & contemplatiuæ.

Optima & præclarissima sors vita mixta.

a Ser. 2. de Assumptione.

* Habes in tertio discursu seq. verb. Spiritus sancti.

13. Procedant vtique ambæ sorores ad exercitia virtutum, Virgo enim eas solo amore facilè superabit: nam inter virtutes ea præclarior ex sententia Pauli, quæ nusquam nec in cælo defectura est. Deficiet igitur fides, finietur spei obiectum & causa, *manebit autem charitas*; cùm igitur contemplatio sit beatitudinis vestigium quoddam, & participatio ignis illius, quo beatorum animæ flagrant, optimam non solùm partem elegit Maria, *sed quæ non auferetur ab ea.* Accede, obsecro, & obserua animas ex amoris conclaui & fornace charitatis prodeuntes, ferro candenti amoris insignitas. Prima per intentionem rectam in sponsum tendit: en me, mi sponse, nullo alteri bono addictam, nulla sinistra intentione, à te deflectentem, amo te, & tui causa hæc opera exhibeo, *tenui eum, nec dimittam, hasta aqui andaba diuertida, agora no mas, amor estraño.* Altera catenam collo appensam captiuitatis insigne gerit, & quasi ab sponso raptata trahitur, quasi thesaurum suum cogitat, amat, loquitur, & in obsequium amoris sensus potentiásque captiuat. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* & hæc clauis est contemplationis. Tertia iam zeli ense districto prodit, ex intenso amore orto, *Nonne Deo subiecta erit anima mea? capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.* Quid agitis prophani, cur domum Patris mei fecistis speluncam latronum? quare vos perfidi hæretici diuinam sacræ Scripturæ hæreditatem & vineam Ecclesiæ deuastatis? quid agitis Gentiles otiosi, quid dormitis ministri euangelici? *capite nobis, no me que de Hereje a vida ni peccador en desgracia de Dios.* Quarta innixa super dilectum suum venit, suauitates eius gustando & regustando. O bone Deus, friget sine te omnis delectatio, sordet omnis pulcritudo; quis sine te sapit, viuit? *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*, & ipse somnum obseruat. *adiuro vos*, &c. Quinta pauens, famescens, anxia, & eleuata mente sui omnino immemor in Deum fertur. Hæc est Dei fames ex ipso amore orta, cui nihil dulce & gratum, sed impatiens Deum quæritat, *in lectulo meo quæsiui quem diligit anima mea.* Non est in delitiis nec in molli lecto quod me satiare potest: *surgam.* Tu Pater, vos concionatores, vos denique creaturæ vbi sit Deus meus nostis? an fortè in templis, in libris, in solitudine, in silentio, in ieiunio, inueniendus est? reperitur & crescit amoris flamma. Sexta iam saturata prodit, & sub vmbra quiescens, *sub vmbra illius quem desideraueram sedi*, iste Deus meus, hoc vnico contenta bono quiescam in æternum. Septima iam ebria amore affectum tegere nequit

Amore superauit omnes.

Gradus charitatis.

nequit: vas quidem exiguum est, & si semel superfluit amor, redundat in gemitus, nec acquiescit consilio, nec rationi, nec tempori, nec loco, solius Dei odorem efflat quem hausit. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem*, quæ alia ebrietas ista nisi amoris? Octaua iam ad infirmitatem procedit præ amore, cùm hic vires superat, & frangit atque debilitat,& consumit, salutem ardet. Feruet, gemit & omnia reiicit,& tædet vitæ, & mortē oppetit. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Altera securitatem prædicat, alia pacem & quasi gloriæ tranquillitatem. Procedant itaque animæ sua vnaquæque amoris sorte contenta, ego enim, inquit Maria, optimam partem elegi, ardeant amore, *ego verò introibo in domum tuam in holocaustis*, quod non solùm incenditur, sed consumitur igne: introibo igitur in amoris flammas, quibus ardent beati, hîc in terris posita, tota in diuino igne consumar. *Totum meum consumit ignis tuus, nihil mei remaneat mihi, totum sit tibi.* Hoc igitur, quod in cælo perficitur, Maria in via iam possidebat. Porrò meliorem partem istam amoris dicimus, quia nobiliori modo illam obtinuit Maria. Nam cæteræ animæ opus amoris peragebant multis instrumentis, &, vt ait Sapiens, *requirentes modos musicos*, nam vtebantur silentio, ieiunio, flagello & mortificatione, & sanctitas earum hæc omnia exigebat, vt Dei vnionem attingeret: at Maria summā charitatis perfectionem attigit, non aliter quàm amando. Non monet admirationem citharœdū in instrumento tot chordis distinctis temperato, harmonias plures efficere, at si alter vna tantùm protensa chorta easdem & plures atque congruentiores efficeret, hoc in admirationem raperet. Gratos fuisse Deo sanctos requirentes modos musicos, ieiuniis, flagellationibus, prædicationibus, & animarum causa longis itineribus & periculis toleratis, mirum non est, te verò (ô beatissima Virgo) sola pulsata amoris chorda tot differentias amoris edidisse; hoc est quod omnem superat admirationem. Quòd si hæc fides aut chorda alicuius ex Seraphicis spiritibus esset qui purus spiritus est, non multum foret: at puræ creaturæ & hæc corporatæ & carne tectæ sonus, talis harmonia diuina omnino mirabilis est. Disce ex hoc saltem (ait Ambrosius [a]) amare, disce chordam amoris pulsare, cętera enim auferri à te possunt, amorem nemo potest. *Studeamus igitur & nos habere quod nemo nobis possit auferre*, atque adeò non creaturam, sed Deum vnicè diligere.

Optimā partem amoris Maria obtinuit.

August. in Psal.

[a] Lib. 7. in Luc. in hæc verba.

15. Quarta sors suauissimæ mortis fuit digna Dei genitrice, & ab illa quæ originalis peccati labe immunis fuerat. Nam si febrem vltimam, quæ illam ad mortem duxit, consideremus, nullam reperiemus præter amorem. Ecce iam Regina ægra est amore, & ait, *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo*, alludit ad sepeliendi virgunculas morem antiquum, floribus respersas, & pulcris pomorum ramusculis stipatas: ait ergo purissima Virgo, nota sit meæ ægritudinis causa, amor videlicet mei absentis sponsi. Hac voce vocati venerunt Apostoli, societas illa sancta conuenit, & ad odorem sanctissimæ animæ vitæque, quæ quasi pastilli in amoris prunis ambrosios exhalabant odores, discipuli piæque animæ confluxerunt. O mors matre Dei dignissima, longè diuersa ab illa quam rustici nos & ignobiles peccatores subimus, tu moreris amore, nos morimur morte, tibi mors est præmium, nobis supplicium; longè enim diuersa est mors ignobilis alicuius ab ea quæ irrogatur equiti nobilissimo: fures enim suspendendū laqueo carnifex arripit, in laqueū inserit collum, & amotis scalis cùm minus opinatur, & precationibus intentus est maximè, de laqueo suspenditur, & in humeros insiliente carnifice, & adhibente vim maximam suffocatur, calcitrat corpus, pedibus reluctatur, & contra vim grauitatémque mortis contendit, indéque in mensa dissecatur in partes, atque singulæ suspenduntur in aditu & ingressu itinerum & viarum celebriorum: at verò si ob aliquod accidens morti & gladio addicitur eques, ligantur blandè manus vitta serica, alia velantur oculi, & gladius celerrimè collum præcidit, & recedit minister, nec ampliùs tangit eum, adstantes pallidi & tristissimi nobiles accurrunt, tenent corpus ne spiritus in præcordiis manentes turpiter corpus agitent, sanguinem seruant, integrúmque corpus nigro peristromate inuolutum sepulcro honorificè amandant. Nos quasi fures, communis carnifex mors malè tractat, & ignobili ratione iam os claudit, iam strangulat, iam renitentem animam intra corpus angustiis premi sinit, repentè deturbat, & dissecato in partes homine in publicas vias deputat, animam purgatorio, corpus terræ, putrescant in carceribus sepulcrorum. At Virginem vti nobilissimam mors communis non audet accedere, amor ensem distrinxit, & blandè iugulauit (pace tua id dixerim mi Christe) suauiori & dulciori morte discessit mater, quàm tu, illa amore, tu in manibus peccatorum, hîc amor tantummodo, ibi peccatum multorum intercessit, hîc adfuere nobiles spectatores, ibi latrones & obtrectatores, venerunt Apostoli, descenderunt Angeli, illi corpus, isti animam comitantur: separata est anima, puella mortua est, sed nolite flere, non enim mortua est quæ iamiam proximè resurget, siste mors, procul abeste vermes, & putredo, dormit puella, non est mortua. Vis scire qua ratione mortua est Maria? vno verbo suæ artis musicæ expressit Dauid, *Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara.* Omnis vita iustorum certis quasi musicæ mensuris disposita est, maximè verò vita Virginis Mariæ. Vide fœminam elegantem & honestam, quæ ad saltandum sono lyræ iam vocatur, quàm modesta, quanta oris grauitate, & incessus motúsque omnis mensura, quàm ad numerum saltat. Sed en repentè finis adest, & cessat citharœdus, cessat & illa; tacent, sed ad momentum: nam alio sono commutato statim exsurgit ad saltationem. Ea fuit omnium actionum Mariæ grauitas, & ad numerum compositio, vt nulla earum vel minimum à vera ratione & voluntate Dei discrepauerit (quod certè mirabile est) hácque harmoniam actionum laudat sponsus, *Quàm pulcri sunt gressus tui, filia principis, eran vna danza real todas sus acciones y monimientos*: sed ecce repentè mutatur sonus, *hizo pausa el maestro del cielo Murio Maria*; sed ad momentum, nam alio sono excitat illam, *exsurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara: veni sponsa mea, veni, veni, coronaberis.*

Optima mortis pars obtigit Mariæ.

Morimur vt peccatores suo carnifice publico.

16.

Psal. 56. 9. *Vita & mors Mariæ ad harmoniam composita videntur.*

17. Quinta pars illa gloriæ ineffabilis, quæ Mariæ

Optimam partem gloria in æternum obtinet Maria.

Mariæ præ omnibus obtigit, nequit nisi sanctorum verbis explicari, intrauit enim Esther nostra ad Regem tam splendido comitatu vt oportuerit ingressum eius in cælum differri, ne si ascendente Christo ascenderet, in dubium verteret curia vtri eorum gratularetur & salutaret priùs. *Fortassis Domine* (ait Anselmus [a]) *ne tua cælesti curia veniret in dubium cui, potiùs occurreret, tibi videlicet Domino suo tunc primo regnum tuum in assumpta carne petenti, an ipsi Domina sua, in ipsum regnum iam suum materno iure effectum, ascedenti.* Et sicut Assuerus exiliuit de solio suo vt Estherem exciperet, sic (inquit Damianus [b]) oportuit vt filius iam esset in sede maiestatis, vt inde in occursum matris descenderet. *Attolle iam oculos ad assumptionem Virginis, & salua filij maiestate inuenies occursum huius pompæ non mediocriter digniorem, quàm sit in Christi ascensione: soli quippe Angeli Redemptori occurrere potuerunt, matri verò cælorum palatia penetranti filius ipse cum tota curia tam Angelorum quàm iustorum solemniter occurrens euexit ad beata consistorium sessionis.*

a Lib. de excell. virg. c. 7.

b Serm. de assumpt. Virg.

18. Quanta autem fuerit gloria Mariæ, ex verbis sui deuotissimi Bernardini explicare conabor, non enim vacat mysterio verbum illud, *Maria optimam partem elegit*: nam inter Romanos frater natu maior bona in partes diuidebat, minor tamen natu primus eligebat, & sic quidem hoc indicare videtur verbum Græcum nomine *partis*, seu *hæreditatis*, duas videlicet sorores partem voluisse habere in Christo, diuisit Martha, sed elegit sibi optimam Maria, quare in gratia fuit prima Maria & præstantior, ita vt D. Bernardinus [c] *primogenitam redemptoris* nuncupauerit, *que en la gratia la adelanto tanto que ella sola parecia la heredera*; non secus atque contingit locupletissimo ciui, qui ab Indiis redit in patriam, qui quamuis ex bonis mobilibus ditat omnes filios, at primogenito hæreditatem tribuit, & primogenium in eo fundat; quare non incongruè asseritur huius filij ditandi caussa, hic ad Indos migrauit; idem de Christo affirmat hic Beatus, *qui plus pro illa redimenda venit, quàm pro omni alia creatura.* Verbum quidem hoc plenum est maiestate & suauitate; primò enim explicat gloriam Mariæ, secundò qualem nos ab illa fauorem sperare debeamus. Nam, sicut in principio dixi, ex meritis & gratia gloriæ coniectura facienda est: gratia Mariæ fuit gratia primogenitæ; ergo gloria Mariæ etiam digna fuit primogenita Dei. Quòd si gloria fuit digna Dei matre, & primogenita, vtrique maior fuit, & facilè excedit non gloriam solùm Angelorum, sed & omnium beatorum simul, nemo enim eorum ascendit ad gradum primogenitæ: manent igitur non vnus, sed omnes in gradu seruorum, & sola Maria in sede primogenitæ gloria cumulata præcedit; neque ægrè ferre debent hanc exaltationem Angeli, siquidem Christus paulo minus quàm Angeli se fecit vt matrem locupletaret, vt eleganter Bernardus [d] ait, *Longè enim ampliori miraculo dignum videtur Dei filium ab Angelis minorari, quàm Dei matrem super Angelos exaltari.* Imò & ipsa Christi gloria cumulata videtur ingressu Virginis, nam sicut in statu mortali amoris animarum gratia se gloria in corpore priuauit, & per quadraginta dies cælo orbatus inter nos degit, sic in cælo accidentali & corporali gloria matris priuari voluit. Quare cùm ipsa ingreditur gestiens ait, *Veni igitur electa mea, & ponam in te thronum meum: non imprimam labia labijs, sed spiritum spiritui, osculo perpetuo & indissolubili, quia concupiui speciem tuam, etiam desiderantius quam tu meam: nec satis glorificatum videbor mihi, donec tu glorificeris, grande la gloria de Maria que fue colmo dela de Christo,* Guerri. [a]

Quid denotat partis nomen.

Primogenita gratia Mariæ.

c Serm. 51.

Simile.

Sine iniuria Angelorum maior in gratia prædicatur Maria.

d Serm. 4. de assumpt.

a Serm. 2. de assumpt.

19. Sexta, nec minorem suauitatem importat verbum hoc *primogenita Redemptoris*: nam sicut in pago, aut villa, vbi est filia primogenita hæres & prædiues, omnes pauperes sunt, & rustico habitu & cibo viuuntur cæteræ puellæ ruris operibus & laboribus subnigræ, inornatæ, incultæ, & quæ rustico dantur in matrimonium, primogenita est locuples, pulcra, quam omnes inuisunt, colunt, seruiunt: verùm ipsa est quæ pietate & nobilitate omnibus præstò est, nam si festum celebratur, ipsa sua præsentia honestat. Si vidua in luctu & indigentia est, ipsa subuenit: si ære alieno opprimuntur rustici, ipsa vadem se offert, vel pecuniam mutuat. O Virgo sanctissima, gratulamur rustici tibi primogenitæ, gratiæ Redemptoris, gaudet Ecclesia super optima parte quam tibi elegisti, exultent Angeli, & gestiant beati, & sedes æternæ; nos verò nomine primogenitæ tete inuocamus, ad te Estherem nostram supplices libellos damus; rustici & agrestibus laboribus & ærumnis pleni ad te respiramus; omnia implere, omnia debes honestare: da igitur pacem inter vxores illas, honestatem virginibus, solatium viduis, puritatem & mundiciem iuuenibus, charitatem iustis, gratiam peccatoribus, & deuotis tuis fauorem & efficaciam, vt à te bene docti, fusum & lanam bonorum operum sumentes telam pretiosam texere studeant, ex qua tandem bona mors & toga gratiæ dissecari possit & gloriæ.

VERBVM FILII.
Luc. 10. vers. 38.

Intrauit (Iesus) in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine, &c.

Vnum illud maximè homini necessarium, Mariæ diuina obuenisse sorte, probatur, suadetur.

DISCVRSVS CIV.

I. IN tabula sacri Euangelij auro intextam telam eximiæ sanctitatis Mariæ longè latéque explicat Ecclesia, iubens vt ex eadem tela vestem Virgini aptemus, celsitatem matris Dei, & iuxta eam vitæ dignitatem, & iuxta eam mortis felicitatem, & iuxta hæc omnia gloriæ immensitatem zonula nostri ingenij metiamur, & distinguamus; cui operi etsi incongrua videatur Marthæ & Mariæ commemorata historia, & lis coram Christo conflictata, quàm tamen appositè ad

Appositè ad festū Assumptionis cantatur Euangelium.

ad vestem Mariæ conficiendam inducantur postea apparebit. Quis enim non temere putat sartorem forcipes inferre in telam pretiosam in principio, cùm tamen ille eas dirigit per notas descriptas, partibus telæ exploratis, & apud seipsum arte præmeditatis, ne fallatur in progressione metiendi; itaque dissecat atque incidit, diuidit in partes, sed quàm citò omnes acu coire facit, & connectit, planúmque fit vestitum ex omni parte congruentem & corpori insidentem confecisse. Sine igitur diuidamus, & per partes dissecemus hæc mysteria, Spiritus sanctus ad venustatem & elegantiam reuocabit.

2. *Porrò vnum est necessarium, Maria optimam partem elegit.* En Christiane vitæ fundamentum, axioma & quasi effatum diuini magistri, thema vtilium (si quæ iam sunt) concionum. Vnum tibi necessarium (homo) quod si obtines, verè diues, si amittis, omnino miser & infelix es. *Vnum.* Prima huius vnici boni interpretatio est Titi Bostreni apud Toletum. O quàm paucis est contenta natura, sine, Martha, curam superflui, mihi pauca & exigua sufficiunt, noli ventri ingratæ belluæ sic impensè inseruire. Quæ expositio vt germana sit à Basilij magni [a] sententia manasse sufficiat, qui addit, *Vnum est necessarium*; satis sit necessariis ventri satisfacere, qua re peracta, omnem pone curam. Quo vno verbo pretiosa vestra vina corrupit, euertit mensas, abacos deturbauit, frigefecit vestra viginti & triginta fercula, & quasi tonitrui vox terrefecit coquorum gregem, ministrantium turmam, assa, frixa, cocta, caseo tecta ostrea, conchas, pisces, voluptuaria venena, vnde vobis pestilentes ructus, proueniunt crapulæ, ægritudines, corporis morbi, animi tædia, diuinorum æra aliena, primogeniorum ruina, minimo contenta natura est; in aqua & polenta, & paucis dactylis. Dicat Dauid. *Sitiuit in te anima mea; quàm multipliciter tibi caro mea, la sed que yo tengo de mi Dios es como la necessidad de la lengua sedienta.* Quid petis? aquam; citò proferte vas frigidæ, & hoc solum sit satis cuicumque sitienti: at verò corpus *quàm multipliciter*, & quàm multis indiget, *que pedigueño es este cuerpo.* Anima vbique Deum inuenit, in terra deserta, inuia & inaquosa, *donde no ay vna sed de agua anda satisfecha el alma*; corpus verò per ambitiosæ domus aulas, amplaque cubicula, compluuia, tabulata, vix queit dilatari, cùm sit plus quàm certum *vnum esse necessarium*, nempe vrgenti necessitati subuenire naturæ. Secundam expositionem dant Beda, Euthymius, & videtur esse Augustini. Vnum est necessarium, Christum assequi, eius eloquia audire, ipsum in ipso quærere, quem si amittimus, quid prosunt omnia? Exemplum Christo dignum est Matth. 16. *Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, anima verò sua detrimentum patiatur.* Vox *detrimentum* iudicialis est, & perinde est ac si diceret, *Si vn hombre tiene dos pleytos vno criminal en chancilleria otro ciuil en consejo real que prouecho le vendra que el consejo le haga señor del mayorazgo si al mismo tiempo en chancilleria le sentencian a degollar?* *Vnum*, nempe vita animæ in Deo est maximè & vnicè necessarium, hoc inquiratur, cætera, mendacia & fumus vix possunt vocari: non quòd non sint temporanea quærenda, sed priùs Deo inhærendum, & tanquam centro insistendum, vbi verè diuites erimus. August. [a] *Qui vult esse diues, non hæreat parti, & totum possidebit: illi inhæreat qui totum creauit.*

3. Tertia peringeniosa & doctrina plena ex mente Chrysostomi solerter obseruanda est; expendit enim verbum illud *necessarium.* Vnum esse & maximè in rebus necessarium ex Aristotelis sententia, rerum nempe & corporum contiguitatem, vt nempe supremum infimi attingat, infimum supremi corporis, nullúsque detur vacuitati locus; pone enim, inter cælum & terram aliquod intercalari spatium otiosum, cæli influxus ad terrenos minimè possent defluere & communicari. Sileat terra in infimo loco, hanc aër & aqua in complexu teneant, his supersit ignis, cui cælorum concaua superficies cæli dent sine metu sinus, ne vacuum natura patiatur. Hoc igitur vnum in orbe spirituali maximè necessarium, vt videlicet nostræ animæ Deo coniunctæ & intimè inhærere curent, vt diuini ad nos influxus possint deriuari. Dicitur *vnum necessarium*, quia licèt Deum esse, & eius vna & in tribus personis essentia bonum & necessarissimum sit; mihi verò vnum est necessarium, nempe illi coniunctum esse. Quid enim mea interest quòd Deus sit, si in sempiternum sine Deo in inferno cruciarer, à summo disiunctus bono, fineque vltimo. *Mihi ergo vnum est necessarium.* Debet autem in hoc recta esse subordinatio, vt nempe terra & terrena omnia subsint, & homini subiiciantur, quod eleganter Dauid cecinit, *Omnia subiecisti sub pedibus eius, sobre todas ellas el hombre y sobre el Dios.* Itaque ordo in hoc est, vt inter Deum & hominem nulla interponatur creatura: nam si quæ sub pedibus sunt, caput occupant, vnionem cum Deo impediunt, imò vacuum inter Deum & nos inferunt. *Amore sæculi, voluptatibus solui* (ait Gregorius) [b] *vacuum quidem est, & amore etiam sæculi aduersa aliqua pati, vacuum simul est, & laboriosum, quia ex aduersitate mens afficitur, & remunerationis premio non repletur, este vn hombre en placeres o en dolores sin Dios vacio se queda de gracia y de gloria gozad de glorias o padeced infiernos por esa criatura a quien amais que todo es vaciedad por que estais apartado de Dios.* Dolentem Dauid auscultauit Ambrosius, in hæc verba Psalmi, *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum.* O grauem ægritudinem, dolet de nihilo? creaturas ait supra caput habere, lethalis morbus est. *Ibi fertur iniquitas, cùm dominatur, super caput nostrum sese extollens, & locum occupans, ne ea Christus teneat, no a de hauer cosa que se ponga entre Dios y nosotros.* Disertè Chrysostomus [c], *Inter nos & Christum nihil sit intermedium, nam si intermedium sit, statim perimus.* Rationem autem reddit eleganti similitudine. *Ipse est caput, nos autem corpus: inter caput & corpus nihil sit interstitium, ni la hoia y filos delicados de vna espada no se pueden pasear por el cuello sin causar muerte.* Sic nec amor creaturæ quin mortem inferat Dei sustineri potest: *es cortaros la cabeza el amar vna criatura primero que a Dios en subiendo de los pies se oppone a Dios.* Igitur summa &

Luc. 10. 41.

Quod vnum illud sit impensè necessarium.

a In regulis fusiùs disput. interrogat. 20.

Psal. 62. 2.

Summè necessarium Deũ ante omnia consequi.

a In Ps. 41. 5. Simul in vnum diues & pauper.

Vnio & interna cum Deo coniunctio fors optima & necessaria.

Immediatè Deo per amorem coniungi debet animus.

Psal. 8. 7.

b 8. Moral c. 7. in illa verba, Habui menses vacuos.

Psal. 37. 5.

c Hom. in 1. Cor. 3.

& felicissima sors erit Christo coniunctam esse animam: sicut Maria *qua optimam partem elegit sibi*; ex hac igitur tela sic explicata vitam actiuam & eius actiones discernemus.

5. *Hospitalitatis præclara præmia.*

Intrauit Iesus in quoddam castellum, &c. Prima eleemosynarij & hospitalis viri excellentia est Deum in domum suam, non qualicumque ratione, sed secreta quadam virtute & per ostium inopinatum inducere. Per quod enim ostium, obsecro, Christus venit in mundum? certè nullum aliud reperies, quàm ostium domus Abrahami viri hospitalis & misericordis, *Angelis hospitio receptis*, ait Paulus, & Magnus Basilius [a] eum quasi venatorem describit, *in ipso feruore diei quasi venandi aucupandique gratia*. Sciebat Deum ad mensam eleemosynarij quasi auem ad grana inuolare, quid agat piissimus parens, escas & mensas apparabat, & in æstu meridiano ardenti charitate venientes excipiebat (*esto es salir a caza dice Basilio*) retia sunt ista; quare ô mortales, si Deum videritis inter mortales adnumerari, filium Abrahæ factum credite hospitalitatem expanso rete cœpisse eum, *salio a caza de huespedes y entre ellos caço a Dios*. Idipsum notauit Ambrosius [b], & addit, *& stans foris speculabatur.*, *estaba como vna atalaya cuidadosissima*. Speculator autem homo vnus est, in quo cæteri soluti omni cura confidunt, is fuit Abraham, in cuius misericordia mundus confidebat, indéque nata est illi cura adducendi in vxorem filio suo Isaac fœminam liberalem, & erga peregrinos misericordem, vt quasi facem accensam sicut speculator eleuaret, quasi indicando, iam Deus est in domo mea, *Intrauit Iesus*, *Abraham genuit Isaac*, &c. In meam intrauit domum ob Saram hospitalem, in domum Isaac propter Rebeccam liberalem; quærite vbi tales fœminæ sint, nam statim *intrabit Iesus in domum earum*; vnde explicans Iacobus qua ratione Raab meretrix ex operibus iustificata sit, & mater Christi effecta, apertè ait, *suscipiens nuncios, & alia via eijciens*. Certè non multum intererat scire alterum ostium esse in domo meretricis si mysterio vacaret, innuitur autem id quod in Hebræo per epitasim legere possumus Iob 31. *Ostium meum peregrino patuit. Ostia mea*, inquit, quia vndequaque patebat ad domum meam aditus; cùm igitur Deus in duplici ostio Raab animi promptitudinem prospexit recipiendi, *intrauit Iesus*, *entro por la puerta que menos pensaba y hizo madre suya a la Ramera*. Et vt ait Theodoretus [c], *qua diu in luxuria incendio vixerat; ab eo per hospitalitatem erepta est, veluti alter Loth. Intrauit Iesus*.

a De eleemosyna.

Hospitalitas Deum inuexit in orbem.

b Lib. de Abraham.

Gen. 24. & notat Theodoret. q. 73. in Gen.

Hospitalitas est character virginalis animæ.

Iacob. 2. 25.

Vide Vatabl.

c Suprà.

6. *Vita actiua ratio optima Deo placendi.* Luc. 10. 39.

Deo semel hospitio domi excepto, sancta actiuorum vita incipit. Principio enim non excusantur à Dei familiaritate & colloquiis, & qui negotiationi vacant, Deo etiam in oratione vacare debent. hoc est quod Euangelista significat, *Quæ sedens etiam secus pedes Domini audiebat*, &c. illud *etiam* significat etiam in principio Martham sedisse, & adstitisse concioni, & Christi verba excepisse, indéque ad ministeria domus & parandi cibos surrexisse. Itaque qui proximorum saluti incumbunt, priùs Deo in orationibus assistunt, & inde exeunt ad opera pietatis, cuius fortè symbolum fuit iussisse Deum in Leuitico (vt ait Augustinus [a]) vt super incensum sal etiam imponeretur. *Quidquid obtuleris sacrificij (mincha) sale condies*: an quia sal symbolum est sapientiæ, & prudentiæ, discretio autem est sal omnium virtutum, & (vt ait Bernardus [b]) condimentum est? nam sicut sal exiit ab igne, sic oratio si prudens est exilit ad actionem. Itaque dum est in oratione sic deditus sit operi, sicut si non haberet manus ad actionem; accipe ex Spiritus sancti penicillo animæ sibi gratissimæ simulacrum, & viuam effigiem, quam cùm eleganti arte depinxisset, nullas ei effinxit manus, in quibus pingendis non leuiter solent mentiri pictores [*] qui artem & leuitatem ostentant. Itaque in canticis nullas sponsæ manus adhibuit; postea verò cùm fortem mulierem in libro prouerbiorum describit, tot manus affinxit, vt vix manus habeat ad manus pingendas vario opere occupatas. *Operata est consilio manuum suarum*. Iam vineam plantat. *De fructu manuum suarum plantauit vineam: manum suam misit ad fortia, manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem: date ei de fructu manuum suarum*. Quid causæ putas tot manus ibi depingendi, & in canticis nullas? id videlicet, quia in canticis depingitur cum Deo suos agens, vbi solùm de illo auscultando, oblectando & fruendo agitur, ad quæ opera minimè indiget manibus, orat enim quasi nunquam ad opera externa processura sit, *ora como si fuesse manca para obrar y recojesse como si no le espe asen haciendas en acabando, etiam sedens*. idest, bene occupata in audiendo, inde tamen cùm opus sit multis dilatata manibus prodit ad actionem, & in omnibus fructus actionis & pietatis capit vberrimos & spirituales, qui quodammodo de perfectione certant cum sublimioribus contemplatiuis. Hoc autem in gratiam eorum qui temporalia administrant, vel in religione, vel aliis piis domibus & familiis libeat probare. Prodiit Ecclesia prorsus cælestis Gentilis populi grauidata fœtu, Apoc. 12. Apostolorum & Doctorum splendore micanti redimita Martyrum splendore, ad Solis speciem coruscans vndique confessorum argenteo quasi lunæ orbe renitens pedibus; alis aquilinis ad volatum aptatis, siue ad prædicationem, siue ad contemplationem. Est ne satis munita & instructa Ecclesia contra draconis potentiam? Certè cælum plurima ad auxilium & felicem partum contulit, verùm audi, *& audiuit terra mulierem*. Quid ais, terra humili indiget cælum, & in opem eius venit? Ita est sanè, inquit Ioannes; nulla enim est religiosa familia, nulla splendidior Ecclesia, quæ licèt fulgeat Doctoribus, prælucear magistris, & quasi alis contemplationis, & cælestis cantus harmonia diuinas demulceat aures, quæ rerum terrenarum administris non egeat, & opem imploret, & coadiutores sui laboris adsciscat eos qui actioni vacant, ita vt in litem reuocent vtra sit potior pars sua, an Mariæ. Quo ex textu Euangelij argumento desumpto moueri quis poterit ad credendum. Dixerat Christus pro Magdalena fauorabilem sententiam, *Maria optimam*

a Quæstionibus Leuit. Leuitici 2. 13.

b Ser. 49. in Cantica. *Discretio est moderatrix*, &c.

Ab oratione ad actionem resilire oportet.

[*] Poëtæ in decantādis, fœminæ in colēdis, vngendis & seruandis.

7. Prou 31. 13. & seq.

Commendatur vita actiua, meliùs dicā vita mixta laicorum.

optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea; illa verò cùm eum suscitatum videt, arripere & tenere audet,* quasi diceret, *Si optimam partem elegi, tenui eum, nec dimittam.* cui Christus ait, *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum, no te alces con tu parte que aunque es buena, tiempo abra de goçar de mi presencia.*

Ingeniosa expositio P. Salmeron tom. 11. in Euang.

8. Domine certè difficilis est inuestigatu hæc tuæ causa repulsæ, nonne post modicum tempus te cæteris mulieribus tangendum facilémque præbuisti; cur igitur paulo antè huic partem suam arripienti denegas? imò ex his nobis causam venari licet. Dedit se tangendum mulieribus, quia iam actioni vacauerant vngendi corpus, modò verò contemplationi suscitati Christi adesse cupiebant; Maria verò constituebatur nuntia tanti boni, & ad Apostolos mittebatur prædicare resurrectionem, ipsa verò hærere optabat Christo in contemplatione: ait ergo, *Noli me tangere, quita no te detengas en eso*; nunc enim actio præferenda est contemplationi, & accipe ex me documentum, *nondum enim ascendi ad Patrem meum, & Patrem vestrum*; ego, cui debita est cum gloria sedes ad dexteram Patris, & meliori loco poteram corpus collocare etiam post resurrectionem, tot diebus maneo, vt vestræ vtilitati consulam, tuæ cui non debetur meo corpore frui, & ad maiora vocaris, abi, & maiora meditare, quàm me tangere, & ad pedes meos prouolui, qualia sunt prædicatio & annuntiatio tanti mysterij: *no he subido yo al Padre por hacer vuestro negocio ve tu a hacer el de tus hermanos*: nam dum fratribus meis subueneris, mihi inseruiisse putabis, *pedes mei* sunt proximi, & hos vt christos viuos mei vice relinquo; quasi diceret, cùm semel ego in cælum conscendero, modus descendi ille vobis superest, pauperes meos suscipiendi ignaros docendi, hi sunt pedes mei, in his occupati mites, humiles, & patientes eritis, & Deum quasi pede tenebitis.

9. Sortem istam feliciorem dices, si exitum & mortem eorum, qui Marthæ actionem imitantur, contempleris. 2. *Machab.* 12. obierunt quidam catholici milites in fidei quidem defensione, quos religiosus Machabæus summa pietate tumulauit, & rationem non militare, sed Pontifice dignam subiungit, *& considerabat quòd hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam, hecho de ver que los que morian en officio de Martha tenian repuesto de buenas obras en el cielo.* Et in cælo conseruatas, & apud Deũ positas coronas multas habebant manibus suis intextas & expectantes. *Repositam gratiam vocat*, quam eleganter & domestico exemplo edocuit Beda: nam considerans actionem mulieris fortis, cui vidimus, fusum & colum obtrudi manibus ab Spiritu sancto, vt ostendat eo pacto quo manibus laborat, eodem prouentu & lucro functuram, *date ei de fructu manuum suarum.* Declarat hoc Venerabilis Doctor exemplo fœminæ cùm net lanam, vel linum, nam si in colu linum est, in fusum nendo linum traducitur; si verò pensum sit lanæ, vtique in fuso non nisi lana apparet reposita: nam contorquere fusum non mutat materiam, sed conseruat repositam. O carnalis homo, inspice opera tua, vide pensum quod imponis, operibus enim huius vitę gratia reposita in cælis respondet, aut sempiterna pœna, *al mazorquear vereis que en el vso no ay otra cosa que lo que pusistes en la rueca de vuestra mala vida.* Cùm igitur opera pietatis, qualia fuerunt Tabitæ & Marthæ, erga pauperes exhibebantur, cùm mortua est Tabita, apud Deum habebat *repositam gratiam*, & quæ vacua diuitiis erat, *mortua est plena eleemosynis*, & in fuso habet reposita quæ perdidisse & euanuisse putaret. *repositam gratiam, gracia guardada y athesorada*, & optimam partem conseruatam apud Deum.

Non pereunt merita actionis Marthæ, nec eleemosynarij.

Simile.

Maria etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius, el segundo corte es de la vida contemplatiua en persona de Magdalena, de qua asserit, *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea*; & quæ est ista pars nisi quam prædiximus vnionem creaturæ cum Deo, in qua summa eius felicitas consistit, nam sic propinqua Deo meliùs & efficaciùs diuinos suscipit influxus, non in circunferentia, sed in centro posita, quod suprà dixerat Augustinus, *Qui vult esse diues, non hæreat parti, & totum possidebit, illi inhæreat, qui totum creauit, todas las lineas que salen a la circunferencia se juntan en el centro haga puño de Christo en el centro y las tendra todas.* 10.

Laudatur vita contemplatiua.

Præstantia igitur huius viæ in eo est quòd contemplatiuæ animæ Christum habent domi non hospitem, non proximum, sed filium, & vitam, non tam in se, quàm in Christo degunt: mortem itaque in Christo obeunt, quæ præcellentiæ & priuilegia præclariora sunt. Primò enim Christum in domum inferunt quasi in filium. *Intrauit Iesus*, hoc præclarus nuntiauit Isai. *Et non dicebat eunuchus: Ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit Dominus eunuchis qui custodiunt sabbata mea, & elegerunt quæ ego volui, no baldone el mundano a mis contemplatiuos que ni son occiosos ni inutiles.* Loquor autem de eis, qui vt Christo adhærerent nuptias repulerunt, 11.
loquor de eis, qui mundana non sapiunt, sed quietem sabbati, loquor de eis (explicat Hieronymus) quibus nihil est cum mundanis operibus, sed Dei pacem sectantur. De his assero optimam sibi mihique gratiorem partem elegisse; quamobrem meliori & præclariori eos nomine vel munere nuncupabo, nomine, inquam, matris, sororis & fratris, vt piè & appositè ad hoc notauit Gerson [a]. Itáne est, mi Deus, vt ad tam sublimem dignitatem anima euehenda sit? ita quidem, hoc sonant verba, inquit Procopius, sileas tu, Synagoga, multum exultans, ne dicam superbiens de promisso Messiã ex te oriundo, quæ exprobras quasi infœcundas Gentilis animas, faciam ego quidem mirabilia, sed domestica, & quæ præ manibus eunt, *in domo mea, & in muris meis, de las puertas adentro de mi iglesia tendre yo esposas del Espiritu sancto.* Quæ sponsæ almi Spiritus in quiete contemplationis in tam sublimem gradum assumentur, vt Christum filium meum, suum noua ratione efficiant, quod in mediis tenebris præfari ausus est Plato *. Sed clariùs multo noster Isai. *Sic facti sumus à facie tua Domine: concepimus, & parturiuimus, & peperimus Spiritum salutis.* Origenes & Augustinus: Sic noster est, nobisque datus spiritus salutis

videtur

Contemplatio Christum vt filium mystice generat.

Cap. 56.

a In illa verba Christi, *Ipse meus frater, & soror, & mater est.*

*Alibi à nobis relatus. Cap. 26.17.

videtur, vt quasi natus & filius noster nuncupari possit; & à quo parente? *à facie tua*, quod Plato dixerat *a pulcro. de contemplar vuestro rostro.* Quod clarius Anselmus [a] in Paulum similitudine speculi declarauit. *Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu.* Fit, inquit, hoc *à claritate in claritatem, hiriendo en nosotros como en espejos vna y otra vez con vna y otra claridad el Sol de Iusticia.* Reperit Antonius puerum Iesum super libros, inuenit in altari in Christi natalis sacratissima nocte Iustinianus Christum in ara. Nonne videtis, ait ad diaconos, dormientem puerum Iesum? donat filium Virgo Stanislao nostro in lecto decumbenti osculandum, amplexandum, adorandum, prodit repentè Franciscus à Christo, & Christi vulneribus plagatus. Quò tenditis sanctissimæ animæ? cuius est hic puer? Ingenuè respondent, *tanquam à Domini spiritu, en el talle es parecido al que formo el Espiritu sancto.* Respondent esse suæ ipsorum contemplationis filium. Persiste igitur ô Magdalena iuxta pedes Christi, & ex peccatrice mater Christi efficieris. Non alia ratione quàm *audiebat verbum illius*, sui corporis, pulcritudinis, & affectuum oblita, Christo vnita, halitum oris verbaque excipit, & altiorem vitam qua fungi potest creatura, *viuit in me Christus.* Vnde suauissima mors manet contemplatiuis, de qua Bernardus [b], *Bona mors quæ vitam non aufert, sed transfert in melius.*

a In 2. Cor. 3.

Mirabiles effectus contemplationis.

Christus ipse vulnera videtur impressisse D. Francisco, sed in contemplatione.

b Alibi.

12\. Ex duabus his partibus in vnum coëuntibus vestis perampla gloriæ Mariæ assuitur, & aptatur; ipsa etenim altiori quo possunt modo eas inter se copulauit; in primis enim Christum in domum intulit, *intrauit Iesus*, non vt hospes Marthæ, nec vt filius contemplationis Mariæ, sed vt naturalis filius qui erat Dei. Hæc maior propinquitas creaturæ ad Deum nulla alia interposita re: nam si pedes Dei humanitas est Christi, tetigit & tenuit ipsa humanitatem, & quidem sola; quare *optimam partem elegit sibi præ omnibus creaturis. Mulier quædam.* Nunc facilè cognoscemus quænam sit; vnica enim potuit Deum hospitem habere, & filium: sicut cùm dicitur, *Homo quidam fecit cœnam magnam;* quare homo quidam dicitur? quia nempe magnus erat qui conuiuium non corporibus solùm, sed animabus instruxerat; vos enim corporibus conuiuia quidem paratis, at qui tale conuiuium fecit, *quidam est*, Christus videlicet, Deus & homo, ita suscipiendo Deum opus fuit, vt in terris esset *mulier quædam, vna sola*, quæ licèt Deus non sit, nescio quid diuinum habet.

Vtriusque vitæ perfectionē in se mirificè copulauit beatissima Maria.

13\. Noua autem ratio excipiendi Christum, hospitalitatem Virginis & dignitatem extollit. Reges enim præmittunt famulos hospitis comparandi gratia, qui in primis curant regi hospitium procurare, & dominum domus inde pellere; non enim capit duos domus, regem & hospitem, reddúntque rationem, quia rex non indiget hospite, sed hospitio, *no a menester sino el casco de la casa*: Maria verò id primo loco præstitit, nempe domi manere, cum ipso assidere, nec vacuam nisi de superbia reliquit, & plenam exhibuit gratia, & eximia gratia, tali vultu, tali mensa, tali lecto, tanta denique sollicitudine, vt Deus quasi obligatus ad illam aduenerit, *excepit illum in domum suam.* Si cùm regi pararetur hospitium apud rusticam puellam, sed pulcram, & diuitem, diceret rex, ne illam domo pedem efferre patiamini, etiamsi ego apud illam maneo, nam ego non domum, sed puellam quæro; certè id amoris est non leue argumentum, qui æquè difficile celari potest ac multa pecunia. Hoc intendit Deus cum ad nos venit, *delitiæ meæ esse cum filiis hominum*, & cùm in sacris mysteriis illi pectus datis, solùm materialem domum conceditis, quam ipse non per se quærit, sed animam, *al morador quiere no a la casa*: sicut prius vocauit Zachæum, quàm in domum suam intraret. *Zachæe festinans descende*, &c. ex quo tua inurbanitas patet, qui cùm ad sacras epulas accesseris, quàm proximè ad negotia pergis, solùm materiali domo Christo relicta quam minimè sine te Christus quærebat, sed quod ait Apoc. 3. *Cœnabo cum illo, & ille mecum. In me manet, & ego in eo.* Veruntamen age mi Rex, aulam tibi præparatam habet Maria, quæ cùm audit Regem ad ipsam aduentare, prope extra se exilit præ humilitate, nisi admoneretur; Siste Virgo, contine te domi, tu es quam Rex quærit, tuósque amores, non domum; vide in suo aduentu quæ monilia, quas donaret gratias pulcræ puellæ? Dauid cecinit hunc mulierem mundum Virgini concessum. *Astitit Regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circundata varietate. Christo fue su manto y vestido, sus arracadas y çarcillos tantos predicadores que hasta el fin del mundo andan colgados de las orejas de la Yglesia alabando esta Señora, su ceñidor y pretina las sanctas y deuotas mugeres que viuen en regla y pretina, las manillas la virtud de obrar tantos milagros en sus imagines sus sandalias los deuotos peregrinos que visitan sus templos la corona de hermosura en su cabeza los Patriarchas Pontifices obispos y Angeles.* Sic Doctor quidam in Cantica.

Dotes gratiarum Mariæ ad suscipiendum verbum.

Ioan. 6.

Psal. 44. 10.

Optimam partem elegit, &c. In vita etiam sortem feliciorem obtinuit, nam, vt ait Thom. nihil optabilius, neque præstantius in vita quàm posse mereri, & pedibus Christi continuè prouolui: Virgo autem ita Deo suo adhæsit, & tam multo mane meritum augere cœpit, vt non solùm à primo conceptionis instanti non cessauerit, nec ab actibus credendi, sperandi, aut amandi destiterit; verùm etiam inter dormiendum liberè meruisse præclarus ille suus concionator affirmauerit B. Bernardinus Senensis, & vt probabilem asserunt Theologi*. 14.

*Suarez 3. p. q. 37. art. 4. disp. 18. sect. 2.

Talem vitam, quam non nisi mirabilis, & inuidendus exitus consequeretur, mortua enim est more principum fœminarum, ad quas nefas est carnifices accedere; non mors, sed amor pretiosam illam vitam præcidit, quare vox præconij illustrior fuit quàm quæ in Christi morte audita est, qui etiamsi Rex erat, inter nefarios latrones mortuus est, infamia, dolore & dedecore plus, quia non propter se, sed propter Adam mortem subibat: at cùm Maria propter se & propter filium cedebat, & in se sancta erat, & per filium erat mater Dei, præconium sic habet, *Moritur Virgo lectissima, quia mori voluit, & filium in morte imitari, vt mortalibus felicem exitum impetraret.* Et sine vllo dolore moritur, cùm enim clauus versus vtramque partem ictibus ingeminatis commotus est, primo attractu educitur foras. Diues ille habebat animam affixam diuitiis, opulentiæ domus, vxori,

Quare suauior mors Mariæ quàm Christi.

Simile.

vxori, filiis; quare adueniente morte opus fuit *petere & repetere animam eius, estaba asida su alma como clauo roblado es menester que trayga la muerte tenças y pida y repida el alma*: at anima Virginis tot aduersis & doloribus hinc inde vexata iam versus Ægyptum, iam versus Caluariam, cùm opus fuit clauum eximere, sine dolore animam exhalauit.

16. Gloria item ad quam migrauit, his omnino persimilis fuit, sed ineffabilis, quam tamen vt potero Estheris felicissimo ad Regem ingressu pandere tentabo. *Ingressus ad filium in gloria exemplo Esther declaratur.* Vniuersus Iudæorum populus per sententiam obnoxius erat proximè iam impendenti morti, sola Esther in regia morabatur aula, quam vt fœminam sanctis monitis erudiebat pater suus Mardochæus. Quis scit si Deus te ad hoc tempus reseruauit, & ad regium solium euexit: vide obsecro ne fratrum & parentum tuorum sis immemor, quos Deus multis aliis modis poterit liberare, te autem cum dedecore abiicere. Intrat vt alienam vitam tutaretur, & in conspectu regis mortem propriam inuenit. O bona mors! ô opportunum animi deliquium! ex hoc iam præsagire audeo victuros esse Iudæos & viuere iam Israelem; cùm enim rex pulcram suam & dilectam pallore & mortis madefactam sudore conspexit, exiluit de throno, eique halitu halitum restituit, voce ad vitam reuocat. *Esther quid habes, cur times?* erigit, considere facit, coronat, & dona distribuit iuxta munificentiam principalem. Ne omnino euanescas vmbra, mittam ego super te viuos gratiæ splendores, & colores tenui Spiritus sancti penicillo ducam: eramus omnes pariter dicta die addicti sempiternæ morti, tam certo & irrefragabili decreto, vt à Sapientia dicatur, *Testamentum inferorum, testamento de sepultura y postrera voluntad y sentencia.* Eccli. 14. 12. & præter Christum in regia aula vnam humilem & gratissimam Deo Mariam habebamus. Age Virgo, omnes homines mortem reformidant, credunt, sed non vident resurrectionem, & de obtinenda gloria dubij adhuc & in discrimine sunt. Quid scis domina an vocata fueris ad hanc subleuandam miseriam. Intrat Virgo ad regium conspectum, & ante ingressum deliquio & morte decessit: mortua est regina, clamant aulici, mortua est. *Spem resurgendi nobis affert assumptio Mariæ.* O felicissima mors! & quare felix? quia filius rex exiluit de throno, & frigus sudorem, pallorem mortis propellens in sinu animam suscepit, & halitu halitum reparauit, & voce dulci ad vitam reuocauit. Psal. 56. 9. *Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara.* Gestiant mortales, eia præsultent gaudio qui vna catena in mortem vincti properabant; moriendum nobis est, sed resurgendum, victa est mors in Maria, fausta felixque nobis deinceps erit decessio, en ascendit corpore recta, & superinduta gloria vt denuo æternam vitam ordiatur.

17. Ascendit Regina, redimitur corona, & pro tantæ Reginæ solemnitate dona dat hominibus *iuxta magnificentiam principalem.* Quid agis Rex, quare dona profundis? volo vt innotescat regia munificentia in exaltando externam puellam, nusquam enim meliori dialecto & dicendi forma rex ad suos loquitur, quàm cum larga manu donat. Impossibile erat ô fratres scire quantam adepta esset gloriam soror nostra & mater apud regem, nisi mille templa suo nomine excitaret, in quibus munificentiam ostenderet, nisi multiplices eius imagines per vniuersum dedicasset quasi mundi tutrices & auxiliatrices. *Quorsum tot sacrauerit imagines matris filius.* *hizo en los templos de Maria dataria de sus misericordias*; imagines eius quasi vicarias virginis sibi in pietate & liberalitate sufficetas, vt aiebat Andreas Cretensis. *Hæc est diuinarum reconciliationum, quæ pignore dato fit fideiussio. agora van de veras las amistades con dios en rehenes nos dexa a su madre. eximia pulcritudo, à Deo sculpta statua, imagen puesta en la plaza de la Yglesia que este diciendo, quien es Dios, recte descripta diuini Archetypi imago, retrato al viuo de su hacedor. totius contemplationis & ascensus sustentaculum, estribo del cielo y escala de contemplacion, vita, cui nihil potest auferri, pennarium, repuesto y cama in donde esta todo junto lo que sin agotarse da Dios al mundo*; indeque coniectari est facile quanta habeat in cælo quæ tot modis tantaque fratribus distribuit in terris.

Petite igitur, adite Estherem nostram: sed obsecro vt petatis iuxta magnificentiam principalem; quæ in duobus consistit, ex parte 18.
enim principis sic larga magnaque sint dona, vt diuinam erga eos liberalitatem imitentur, *den como les dieron*, vt bene Iustinianus. *Optima mensura* (videlicet dandi) *est rerum donatarum immensitas. si diese el mercader limosna como sela da Dios a el la ganancia grandes limosnas haria.* Virgo igitur & Rex diuinus eius gratia dicitur egisse gratias, & dona dedisse, *iuxta magnificentiam principalem*, secunda ex parte nostra, ne tantæ reginæ exigua, vilia & rustica petamus. Quàm enim absurdum esset si cognati Esther par boum ad arandum, aut soror linum ad texendam telam, & panem ad manducandum postularent. Apage sit à sacris Mariæ liminibus tenuis spes, misera fiducia, terrenarum postulatio, litis temporalis anxia petitio, aut humanus fauor; age & vrbano modo supplicem scribe libellum hac ratione cum Guerrico Abbate. Æterna Regina soror & mater mea, audiui in vno tantùm pernecessario bono Deo & verbo eius meam æternam salutem consistere, tu quæ ita proxima iam es regi, vt inter te & illum interstitium sit nullum, fac vt spretis omnibus, & sub pedibus collocatis, Deo immediatè inhæream; audiui te esse Martham solicitam, quæ expenso colo & fuso cooperationis vitam gratia, morte vitam, & gloria mortem persimilem texuisti, & honestasti: operi igitur nuditatem filiorum Adæ. Audiui insuper quia *domum tuam decet sanctitudo*, nec fas est terrena & vilia à cælesti Regina deposcere. Guerricus serm. 1. de assumption. *Is decor (domus tua) te inuitauit, vt (sicut Esther) intrares, illexit vt redires, intrans benedictionis gratiam multiplicasti, sed rediens cumulasti: cùm intrasti homo natus est in ea, cùm rediisti Deus glorificatus est in ea, tunc tibi posuisti in ea sacrarium gratiæ, nunc autem thronum gloriæ.*

VER

Digitized by Google

VERBVM SPIRITVS ſancti. Rom. 1. v. 20.

Inuiſibilia enim ipſius, à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta, conſpiciuntur: ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas, &c.

Maieſtas gloriæ Mariæ quo pacto inueſtiganda, & eius actionis & contemplationis veſtigiis nobis inſiſtendum docet.

DISCVRSVS CV.

1\. OPPORTVNE ſatis nobis Eccleſiæ parens & ſummus Doctor occurrit Paulus; qui cùm diuam Virginem omni laude ſuperiorem, omni præconio maiorem, intentis oculis in cælum aſcendentem ſpectantes videt, artem modúmque docet, quo non fruſtrata effectu mens, gloriam eius quodammodo venari poſſit, & oratio affectu non irrito eam, cui impar omnis eſt laus, diuinis laudibus proſequatur. *Nos autem* (inquit) *reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini ſpiritu.* Age, inquit, humana mens, crede mihi qui in ſublimia eleuatus arcana vidi Dei, haudquaquam fixis oculis diuina poſſe inſpectare, adhibe obſecro ſpeculum (vt explicat Thomas) vt in viſibili creatura lux temperata & pro captu diſpoſita te ad diuina ſaltim rimanda attollat. Sic enim quondam Bernardum Dominæ ſuæ ad cæleſtia aſcenſum, & ad Deum ingreſſum incogitabilem cogitandũ docuit. *Nec in terris locus dignior vteri virginalis templo, in quo filiũ Dei Maria ſuſcepit: nec in cælis regali ſolio, in quo Mariã hodie Mariæ filius ſublimauit. fœlix vtraque ſuſceptio, ineffabilis vtraque, quia vtraque incogitabilis:* niteris igitur ad impoſſibile, crede mihi reperies deſcendendo quod fruſtrà aſcendendo non obtines, quære artem illam qua in ſpeculo ingens moles vrbis apparet, vel arx altiſſima in annuli lapide inſculpta videtur, nam viſus temperatur paruitate imaginis, mens verò inde magna & ſublimia ſuſpicatur atque portendit. Ponatur hîc caſtellum Magdali, & quaſi in ſpeculis intrantem Ieſum ad Martham & Mariam vide, alteram ſuſcipientem, alteram cõtemplantem. Vides hanc pietatem, conſideraſti hunc amorem & perſeuerantiam? nunc ergo attolle oculos, & in caſtello vide Mariam virginem, in Martha eius actionem, in Maria contemplationem intuere, & tunc qualiter intrauerit Ieſus in materna viſcera poteris coniectare. Procede vlteriùs, & ex regali ſolio & apparatu, quo Deum in ventre ſuſcepit, ineffabilem in cælos ingreſſum cogita. Nunc ſingulos per ſe ingreſſus expendamus.

Maria gloriã venandi ratio ex D. Paulo.

2\. Cor. 3.

Bernardus ſer. 1. de aſſumptione.

PARTITIO DISCVRSVS.

2\. *Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum, &c.* Opera ex dignitate perſonæ penſanda ſunt, quamobrem Chriſti operationes vtpote Deiuirilis infinitas & immenſas æſtimamus, & ad eas explicandas non vnas, ſed plures vmbras & figuras inducimus. Nequit Noe innocentiam eius adumbrare, nec Abraham eius obedientiam ſatis exprimit, imò poſt luſtrata ſæcula & præclaros omnium ætatum viros admirationis illa verba reginæ Saba iteratò dicimus, *Maior eſt ſapientia & opera tua quàm rumor*, &c. Eadem ratione Virginis Deiparæ virtutes inueſtigandæ ſunt nobis, nam & eius opera ſatis oſtendunt à Dei matre procedere; quapropter vna ex antiquis lectiſſimiſque fœminis nulla ratione potuit quidquid in Virgine latebat exprimere, præceſſit vna Sara vt eius fœcunditatem deſignaret, Iephthe filia ad virginitatem commendandam, Debora vt ſapientiæ exemplum, Abigail prudentiæ delineatio, Iudith fortitudinis typus, Sunamitis miſericordiæ ſpeculum, vna denique feliciſſima Eſther vt quam opportunè ſummo regi placuerit declararet. In lege denique gratiæ duæ ſorores aduocantur, & in exemplar producuntur Martha, & Maria: vt autem ſcias quàm difficile ſit exprimere inuiſibilem dignitatem Mariæ, luſtra omnes has fœminas, & in vnaquaque quid ponas & quid demas inuenies, ſed ad eruditionem noſtram ſit ſatis ambas ſorores contemplari.

3 Reg. 10.

[illegible] Mariæ [illegible] exemp[illegible] e noſtris ſanctarum mulierum.

3\. *Et mulièr quædam, Martha nomine, excepit illum in domum ſuam.* Eſt in Martha cui inuideamus, eſt quid imitemur: nam ſi hoſpitalitas fecit Raab iuſtiorem, & matrem Meſſiæ (vt ait Iacobus) eo quòd exploratores ſuſceperit: & ſi hoſpitalitas Ioannem Euangeliſtam fecit filium matris ſacratiſſimæ eiuſdem Meſſiæ, quia hoſpitio eam excepit, vt notat Nazianzenus [a], quid putas dignitatis hæc virtus Marthæ tribuit, quæ non nuntios, non matrem ſolùm, ſed filium Dei mirabili hilaritate & miſericordia excepit? ſcis enim quanto ſit præſtabilius ipſum Chriſtum in ſua perſona ſuſcipere, quàm audire non Deum, ſed verba Dei? *quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*; quare dixit Iacobus, *Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem eſt viſitare pupillos & viduas.* Quid ais Iacobe, nónne actus religionis circa cultum Dei verſatur, ipſúmque Deum attingit; quare tu ad pauperes traducis? verùm ea eſt hoſpitalitatis præſtantia, cuius obiectum eſt Deus ipſe in paupere, & quæ æquiualet religioni, imò in aliquibus ſuperat, vt ait Chryſoſtomus [b]. *Magna res eſt ô homo vir miſericors, hæc maior eſt gratia quàm mortuos ſuſcitare: multo namque maius eſt quàm in nomine Ieſu mortuos ſuſcitare, eſurientem paſcere Chriſtum: nam hic tu de Chriſto bene mereris, illic autem ipſe de te. In ſignis ipſe Deo debes, in eleemoſyna verò Deum habes debitorem*; vnde Dauid, *Ambulaui in innocentia mea.* alij, *in rectitudine mea.* &, *Pes meus ſtetit in directo.* alij legunt, *in directione.* Quid hoc Dauid, quomodo ambulas in gyrum ſi ſtas; quòd ſi pede vno ſtas in directo, quomodo altero potes ambulare? Cæterùm ſicut ſemel vno circini pede in centro poſito omnem circumferentiam luſtrat alter, ſic dum ego, inquit Rex, in vno Dei cultu & amore perſiſto, etiamſi in gyrum orbem per actionem perambulem, nunquam à Deo diſcedo, nec ab innocentia & rectitudine; ſunt enim opera quæ per ſe oſtendunt, *quia in Deo ſunt facta.* & Plato [c] docet, *miſerorum cauſas proprias Dei eſſe.*

Hoſpitalitatis vtilitas.

Iacob. 2. 25.

a In tragœdia Chriſtus patiens. Nycephor lib. 2. hiſtoriæ c. 3. & lib. 1. c. 18. Baronius anno Chriſti 34. c. 29.

Matth. 25.

Iacob. 1. 27.

b Hom. 36. ad populũ.

Pſal. 25. 12.

c Dialogo 11. de legibus.

4 Est autem in actione Marthæ quod corrigamus, ideo ad eam Dominus, *Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima.* Geminatio condolentis & quasi lugentis, quia videbat eam anxia solicitudine plenam, nullo contentam in obsequio Christi.

Anxia solicitudo comprimitur.

Quàm soliciti mortales in conquirendis temporaneis lucris, quantis se immiscent litibus, quam longas ineunt vias, & in mare curarum intrantes merguntur, & pari passu quo aquam solicitudinis & cupiditatis hauriunt, spiritum & animam agunt, & extincta vita spirituali sine sensu virtutis & cælestium rerum gustu, permanent. Ideo notat Ambrosius primo loco beatitudinem pauperibus collocatam, *quia qui contempserit secularia, merebitur æterna. nec quisquam potest regni cælestis meritum adipisci, qui mundi cupiditate possessus emergendi non habet facultatem.* tangit metaphoram natatorum, & vrinatorum, qui de hac sua arte gloriantur, quòd nando flumina traiiciunt, & hic se submergentes in alio longe loco ex improuiso emergunt: euenit his frequenter qui iactant se, & dexteritatem ostendunt priusquam alij, in profundo fluminis mersos emori. *tute a hogaras falta le el aliento quedase alla dentro*: frustrà autem clamas, *quia emergendi non habet facultatem.* Sunt huius conditionis viri qui putant ingenium, numos & industriam ad id concessa à Deo vt per assiduas negotiorum vndas natando vitam transigant; qui errant toto cælo, nec enim habent halitum ad fluuium traiiciendum pede, & tranare volunt maria, eunt, redeunt; ineunt contractus, rescindunt societates, dependentias, officia, census instituunt, nituntur & aduerso flumine, & restante fortuna nituntur, merces Toleti emunt, referunt Hispalim, & apud Indos emergunt. *tu te ahogaras en tantos cuidados*; venit enim dies cùm spiritus attenuatur, & deficit virtus ad tantas rationes, libros dati & accepti sumptus, solutiones, negotia, fides & sponsiones, interimque animæ ratione amissa

Nimia negotiatione merguntur animæ.

5 Deum amittit, *& emergendi non habet facultatem.*
Voca eam Domine contenta voce. Faciam, inquit Dominus, non semel. *Martha, Martha solicita es, mira que estas tan enbebecida que con estar tu Dios en casa estas estraña y peregrina de el.* Nusquam nisi magna de causa ingeminat vocem Deus, cùm Moyses sub rustica pastoris veste iacebat, & minabat gregem ad interiora deserti, voce altera compellauit, *Moyses, Moyses*, totus erat in vberrimis pascuis conquirendis. Samuelem puerili sopore mersum, *Samuel, Samuel*, inclamauit. Nec non blasphemum Saulum duplicata voce corripuit, *Saule, Saule.* Magnum his negotiatoribus periculum impendet, quos Christus ingeminando proprium nomen, reuocat, *Martha, Martha*, quæ ad talem vocem proculdubio obtemperans accessit, quieuit paululù, indicant hoc verba Euangelij, ait enim de sorore textus, *etiam sedens secus pedes Domini*, nam inter duas sorores *etiam* illud ostendit, & Martham, & etiam Mariam consedisse. Ecce Domine, iam quiescunt, iam audiunt, comprime nimiam eorum solicitudinem, & errorem corrige. Attende ô Martha ad ea quæ nunc loquor, velociter enim currit sermo meus, & aures præteruolat, nisi attentissimè excipias; caue ne præ nimia tua solicitudine vnum quod tibi necessarium est, Deum amittas. Primò, *solicita es*, solicitudo non vexat solùm, sed suffocat, nec Deus spiritum vult impendere, & halitum ad ea exequenda, quæ minimè ipse imperat: quamobrem cùm multi ex vobis angustioris pectoris sitis, & negotiorum fluctus inuenti, si Deus gratiæ spiraculum & auxilium quod non debet, subtrahit, turpiter in profundum lapsi aquam negotiorum haurientes merguntur.

Persuasio quarendi animi quietem positis negotiis secularibus.

Posuit, inquis, me Deus in hoc munere, & onus ipse imposuit; quare si succumbo, non mihi culpæ assignandum est. Iam ego hanc tuam excusationem vt refellerem expectabam, quamobrem discutiamus, satne Deus qui te ad tantam profunditatem & voragines negotiorum adduxit; an tu teipsum in altum flumen induxeris. Deus vtique in nullum vocat negotium hominem quo sciat à salutis cura & Deo auocandum; hoc enim nec prouidi nec boni parentis est. Patet in eo quod per Angelum Ezechieli imperauit, vocauit enim Prophetam, & in latum & profundum flumen inuexit, sed pedetentim, & considerata aqua quam corporis partem attingeret ascendebat aqua, sed cum ad renes perueniret, vlteriùs progredi vetuit Angelus. Si tu in negotiorum aquam vsque ad talos, aut genua, & vt plurimum ad renes intrares, crederem vtique à Dei Angelo præduce vocatum & ductum, sed vides ô miser aquis ad os vsque obrui, nec trahere, nec mittere posse spiritum, & Deum auctorem tuæ occupationis iactas: ingenium quidem dæmonis est, vt ponderauit Origenes [a]. Iussit tyrannus Pharao vt filiis Israel quotidianum pensum augerent, ne locus cogitandi & orandi Deum superesset. Ars dæmonis est quæ tendit eò vt hominum mentes omnino à Deo suo auertat.

Mortales ipsi se immiscent negotiis & litibus.

Ars dæmonis auertit homines à Deo.

Afferam ad hoc luctuosum & miserandum 6.
exemplum, non sine tremore cogitandum, huius argumenti caput & summa est. Salomon totus quantus erat sapientia, gloria & diuitiis præclarus factus est à Deo vt magnificum Deo templum extrueret, & sicut tabellario ad hoc solum legato huic vni negotio peragendo denuntiauit, *mira que vas a esto a mission puesta*, ita de se fatetur [1] *Elegisti me Regem populo meo, & dixisti* (statuisti, iussisti) *me ædificare templum*, opus quidem ita arduum vt Dei adiutorium inuocauerit, *mitte illam de cælis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret, & sciam quid acceptum sit apud te*; & verbum illud *laboret* ex vi sua Græcè lassitudinem illam significat, quæ præuia solet esse ante ægritudinem. *Señor los braços se me caen para enprender obra tangrande.* quam lassitudinem videtur Dauid timuisse, & ideo videtur de puluino caput eleuasse, & contenta voce monuisse illum, & excitasse. *Quia elegit te Dominus, vt ædificares domum sanctuarij, conforta te, & perfice.* Iste homo eius sapientiæ, potentiæ & maiestatis, ita se occupatum vidit tam ingenti machina, vt in amorem fœminarum alienigenarum destuxerit, tergaque Deo dederit; quid causæ putas fuit? nónne vt insolitæ ruinæ exemplo discant, vt paueant cælites, & Angeli contremiscant. Ratio igitur est, quia constructo templo ita se forensibus & externis inuoluit, vt propriæ conscientiæ rationes conturbauerit, & ille vir magnus & sapiens mansit in interiori animæ domicilio, sicut templa Ægyptiorum, quæ describit Clemens Alexandrinus [b], quorum fores quidem aræ & parietes omni

Quænam extiterit causa lapsus Salomonis.

a In Exod.

Sap. 9. 78.

Ibid. 10.

1. Paral. 28.

b Lib. 3. Pædagog. c. 2.

omni ſtructura, & aureis & argenteis cælaturis contecti erant.
7.
Sed ſi penetralia templi ambitus ſubieris, & id quòd præſtantius eſt quæſieris, non inuenitur Deus qui quærebatur, ad quem feſtinabamus, ſed felis, vel crocodilus, vel ſerpens indigena, vel aliqua huiuſmodi beſtia, coſas indignas de templo, y aun de pocilga. Quid hoc, inſignis Rex? quid cauſæ hoc fuit? certe non alia quàm nouas curas tuo nutu, non diuino ſubiiſſe, & thronum qui per orbem tonaret, & domum ſaltus, quæ vrbanæ domui ferè præferenda erat, & templo æqualem ædificaſti, porrò prætorium ampliſſimum, cuſtodiam gigantum, turmam equitum, puellarum veſtes, currus, naues, vt exhauſtus omnino & extra ſe poſitus guſtum Dei amiſerit. *Vinoſe a agotar y marear aquel gran coraçon y trabucarſele el ſentido y guſto de Dios.* Quod ab ipſo appellatur, *transuerſus ſenſus, & aggrauata anima, multa cogitans*; iratúſque Deus dereliquit eum. *Iratus eſt Dominus Salomoni quòd auerſa eſſet mens eius à Domino Deo Iſraël*, vt apertè Septuaginta ſignificarunt. *Declinare fecit cor ſuum à Domino, Ibaſele el coraçon no a Dios ſino a ſus guſtos.* nam vt aqua rectà per alueum non fluit, nec viridarium rigat, ſed tota diffluit per inculta, & puluere plena; ſic etiam cùm cor per rimulas curarum exhauritur, nec reſpergit animi virtutes, ſed omnia marcida ſunt, atque deformia. Quod igitur supereſt remedium? vtique duas menſuras apud tè ſtatuere. Primam tuiipſius cum munere tibi iniuncto, vel
8.
ſtatu à quo iam reſilire non potes, dicéſque, Salomoni eius ſapientiæ viro nulla niſi templi ædificatio, cura aut occupatio à Deo demandatur, & extra præſcripta exiens perdit mentem & Deum; mihi nullius ſapientiæ viro munus iuxta vires imponit: perdam igitur omnia ſi ab eo ad alia tranſiliam, opúſque erit amici cum voce contenta me reuocet, *Martha, Martha, mercader mercader criado para Dios de principal y lo que menos tratas es eſo.* Quòd ſi dum Martham videt in proprio munere laborantem ſic dolet, ſic clamat; quid ſi Mariam in negotiis Marthæ occupatam videret? multoties ingeminaret. *O ſacerdote, ô religioſſo, ô Eccleſiaſtico que ſiendo tu ocupacion el deſcanſo de Maria te entremetes en negocios profanos?* Secunda menſura eſt æternitatis, qua ſicut vlna metiri oportet, pannum omnium creaturarum conſtitue, vlnam æternitátis ſuper omnem creaturam. O quantum excedit? *O que de vara ſobra? que poco ſon todas las criaturas comparadas con aquella vara.* Cur igitur, aut cui laboro? cùm maximè curta exiguaque ſit ſupellex, vt ſi ex hoc panno velim pallium efficere, vix pedes teget & humeros. *Media el angel en el Apocaal. aquella fabrica de la gloria con ſeis cobdos y vn palmo. porque ſi la gloria la poneis ſobre todas las criaturas que en ſeis dias fueron criadas ſobra vn palmo no de otra mano que de la de Dios con laqual mide y abarca los cielos.* Metiebatur Angelus cæleſtem illam fabricam Hieruſalem iam extra omnem aleam poſitam arundine ſex cubitorum & palmi, quia ſi gloriam tanquam menſoriam virgam ſuper omnes creaturas ſex diebus conditas extendas, *palmus ſupereſt non alterius quàm diuina manus*, qua, vt ait Iſai. *cælos palmo ponderauit.* O quàm exigua eſt omnis creatura! ô quàm breuis ſi cum æternitate componitur; cur igitur laboro? *O mi Dios que corta queda toda la riqueza medida con eſa que mezquinos y menguados los guſtos con eſa dulçura? que vil toda la honrra con eſa gloria calle ſoſieguese Martha que todo ſu afan ſe queda muy corto.* acquieſcat diuinis, & vnico bono comparando incumbat; *porrò vnum eſt*, &c.

Malta cura mergūt animum Salomonis.

P. Pineda præmiis Salomon fol. 485.

Niſſenus Eccl. 2.

Reuocandi ſunt ad Deum nimium occupati.

Cap. 40. 12.

Maria etiam ſedens ſecus pedes Domini audiebat verbum illius. Optima ſors, & pænè diuina, vt ipſa ſapientia fatetur, *in parte Dei mei hæreditas illius: no ſe contenta ſi no tiene apoſento en palacio y aun en el coraçon de Dios.* Quod circuitione quadam (quod eſt amantium) ipſa videtur exprimere, cùm ait, *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo, flores flores roſas mançanas tratese de mi entierro que yo me muero: amore vulnerata ſum ego, herida penetrante:* amore langueo, *el pulſo lo dice*; vtitur iure ſuo, quæ cùm corde ſaucia ſit quaſi pauper, qui oſtenſa plaga pedis inclamat; ſic ipſa poſtulat miſerationem. *Dios me a hurtado el coraçon haced me limoſna*: ſicut de ſtrato ſuo clamabat Dauid, *Cor meum dereliquit me, complaceat tibi Domine vt eruas me. Domine ad adiuuandum me reſpice*; ſed meliori de cauſa clamat Magdalena, *Vulneraſti cor meum.* L X X. *abſtuliſti cor.* Niſſenus, *indidiſti nobis cor, auek me dado coraçon.* Quid ais Maria, ſi abſtulit à te cor, quomodo indidit & intruſit cor, ideo nempe, quia ſi meum abſtulit, dedit ſuum, & hæc eſt familiaritas illa, & gratia quam ego per illam circuitionem explicare nitebar, quia pars mea eſt Deus, & in Deo eſt cor meum. O eximia gratia, & familiaritas, ideo non fruſtrà dæmon hos inſectatur, vt à Dei congreſſu auocet: ſicut eques gratioſus regis cùm videt aliquem placere regi, ne eius obtineat gratiam, incumbit ſedulò vt extra regnum pellatur, etiamſi pro regis munere donetur; ita dæmon quos videt Deo inhærere impensè ſtudet negotiis grauiſſimis inuoluere, quæ ſpeciem gerunt publici commodi, vt ab iſta Dei familiaritate auertat. Cætera namque negotia humana ſunt; diuinum autem negotium eſt contemplatio. Ideo meritò *optima pars* nuncupatur, & digna Deo egit, vixitque Deus per æternitatem, non Marthæ negotia & actiones, ſed contemplationem, ſine qua eſſe non poteſt. Conſiderauit hoc Auguſtinus [a] in verba Geneſis, *& benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo, quod creauit Deus, vt faceret*; cur Deo, inquit Auguſtinus, requies adhibetur, qui non laſſatur? certè ad noſtram doctrinam reſpicit forma loquendi, requies illa quietis admonet, & ſabbatum illud nos ad contemplationem inuitat, ſiquidem Deus ille qui nulla mentis diuerſione à ſeipſum contemplando deficit, ſanctum vocat diem vacationis, nos qui facilè negotiis auertimur à Deo, dies iſtos delicati ſabbati obſeruemus. *Denique Deus necdum creauit defeſſus, nec cùm ceſſauit refectus eſt, ſed nos voluit per ſcripturam ſuam ad quietis exhortari deſiderium, intimando nobis eum diem ſe ſanctificaſſe, in quo quieuit ab omnibus operibus ſuis, tanquam & apud ipſum, qui nihil in opere ſuo laborat, plus quies quàm operatio valeat.*

9.

Eccli. 24. 16.

Amanti & contemplanti nihil ſatis eſt præter Deum.

Cant. 2. 5.

Pſal. 39.

10.

Familiaritas cum Deo quærenda.

Quies & vacatio à negotiis amanda.

[a] Lib. 4. de Geneſi ad litt. cap. 14. tom. 3.

Habet

11. Habet autem Mariæ contemplatio etiam quod corrigamus atque emendemus, imminet enim his non leue periculum omnino ab actione & bonis operibus recedendi & despiciendi sororem Mattham, nam cùm contemplatio sit quasi speculatio, id est, in qua si quis ad speculum accedat, subitò expressa, imò eadem species & facies depicta videtur, & creatura proximè ad creatorem accedere, & in eandem imaginem transformari, statim Petri vox auditur, *bonum est nos hic esse*, cùm tamen has animas labores pati & tribulationibus cõcuti vtilissimum sit; quod & ipsa sponsa subodorata videtur, ait enim, *fulcite me floribus*, &c. si mori cupis, & amore langues, quid fulcimenta quæris vitæ, satius erit mori, & sponso frui. Sed absit, inquit illa, duret contemplatio, verùm duret etiam & passio, duret vita vt pati possim amando, satius putaui amare tolerando, quàm amare fruendo; in contemplatione enim ego, ait Chrysostomus [a], beneficium accipio, in passionibus autem ego quasi reddo Deo, & quasi gloriam eius illustro. *Sufficit tibi gratia mea, quia virtus* (mea) *in infirmitate perficitur* (ostenditur, clarescit.)

Ob contemplationis opera non supersedeant actioni.

a In illud 2. Cor. 12. *Sufficit tibi gra mea.* hom. 26.

Iam ad secundum ingressum Christi ad Virginem ex mente Bernardi accedamus. Primò enim quis non miretur principem gloriæ in pagum & pauperculam domum diuertere, virginem hanc sine dubio quærit, sed illud esset mirabilius sic instructam esse rusticam domum puellæ, vt dignè in ea cælorum Regem posset excipere, non officio Mariæ solùm, sed Marthæ? nam quinque locis in Euangelio exactam eius ministrationem legimus. Primum cùm verbum in visceribus suscepit, vt ostendat id primum proximo exhibendum, cor videlicet & viscera: nam manuum exosculatio quid præstat si eas in corde abscissas desideratis. Audi Paulum Onesimum commendantem. *Tu suscipe viscera mea.* Seruo dederat viscera. Secundum cùm quidquid habebat filio dedit, *pannis eum inuoluit.* Nam eò debet amor progredi, vt bonis operibus erga proximum seipsum prodat. *Charissimi non diligamus verbo, sed opere & veritate.* Tertium de manu Herodis liberauit fugiens in Ægyptum; sic vos secundùm consilium Dauid, *Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.* Quartum quæsiuit ingenti amore & dolore quando clam ab ipsa se subtraxerat; ne vos contenti sitis his pauperibus qui obueniunt, sed arcessite, & quærite quasi qui in eis Christum inuestigat exemplo Abrahæ, vt Basilius notat, & Tobiæ, qui per seipsum & per filium viuos & mortuos inquirebat. Quintum in hoc officio Virgo vsque ad finem perseuerauit, & in cruce adstitit, & in sepulcro credidit, & sperauit. Ne tu parcus sis, & quasi mancus in pietate & misericordia in vno adiuuando vt fratre, & in altero persequendo. *Si autem frater & soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano; dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini*, &c. certè claudicat hæc vestra miseratio.

Beatissima Virgo quâ cumulate vtraque officia expleuerit.

Ad Philemo.

1. Ioan.

Psal. 81.

Iacob. 2. 15.

12. Pleniùs tamen & cumulatiùs amandi & contemplandi munus expleuit, sed illud mirabile occurrit cùm in multis locis, vt vidimus, eius actio exprimatur, nulla eius amoris mentio apud Euangelistas, qui Petri & Magdalenæ amorem non tacuerunt, *quoniam dilexit multum.* Certè quæ captum nostrũ excedunt cortina tegit spiritus, vt sic silentio velata & inuoluta maiori reuerentia colantur; nec enim frustrà oculi columbini laudantur in Virgine, & eo maximè, *absque eo quod intrinsecus latet, no me pidais que habla de eso que es para Dios solo, omnis gloria filia regis ab intus, encubre lo mejor que es el amor de lo de fuera os dire algo. in fimbriis aureis circumamicta varietate, rodeada la vida de varios esmaltes de virtudes pero cubriosse el oro del amor sobre que se asientan, y no me corro de decir que no se mas.*

Amandi & contemplandi dotissima Virgo.

Dicam tamen de eius charitate quodadinuisibilem eius gloriã cognoscendam præstat, ea, inquit Augustinus, est charitatis natura, vt etiã in salsuginosa terra cordis nata per incrementa augeatur. *Charitas cùm fuerit nata nutritur, cùm fuerit nutrita roboratur, cùm fuerit roborata perficitur*; quibus tres vitæ respondent, purgatiua, illuminatiua & vnitiua, & has tres mensuras gloria postea cumulatissimè explet: expectauit igitur Deus Mariæ amorem, vt omnes mensuras excederet, vt ineffabili gloria cumularet, vt eloquenter Laurentius Iustinianus [a]. *Satis* (inquit) *tua vota distuli, satis te à regno meo abesse permisi, non vt te negligerem, nec vt desideria tua contemnerem, sed vt cumularem merita, affectum accenderem, potensque in te exemplum patientia aliis monstrarem.* Considera igitur cum Augustino charitas ista quando nata est, concepta enim est in gratia, & rationis vsus præmaturè illuxit, ita vt tredecim annos nata iam mereretur mater Dei fieri. Charitas sic nata qua ratione nutriretur assidua Christi non societate solùm, sed vnione, non astando cruci, sed commoriendo. Vides hanc gratiæ perfectionem quam descripsit Augustinus; plus vltrà est Doctor sanctæ & tua pace immensa Maria. Iustinianus speculatus est, tanta enim est gloria ad quam hodie vocatur, vt triginta annis indiguerit vltra illa merita, vt merendo tantæ gloriæ capax fieret, & *vt merita cumularet distulit vota*, vt etiam insuper *affectum accenderet.* O verbum quod in admirationem rapit vna amoris scintilla; actus & accensus Paulus omnia præterita opera nihili ducebat, sed *quæ retro sunt obliuiscens, ad anteriora se extendens, ad destinatum prosequebatur* (finem & palmam explicat Augustinus [b]) & quasi per noua desideria dilatabat cor ad majorem obtinendam gratiam & gloriam. Si ergo Maria satis capax inuenta ad suscipiendum Verbum & Spiritum sanctum in die Pentecostes & vltra hanc plenitudinem gratiæ iussa est dilatare tabernaculum suum, & sinus amoris per tot annos, qualem putas fuisse gloriæ ineffabilem accessum, quæ repleuit spatium illud, in quo amplè latéque tot antè annis verbum & spiritus habitauerant? 13.

Charitatis incrementa.

a Ser. de Assumptione.

Philip. 3.
b De verbis Apost. ser. 15.

Mirabilis gloria Mariæ.

Dulcior tamen est gloria ista, quia nobis mortalibus data est in salutem & remedium, quod, ni fallor, in Esther historia quam prosequimur significatum videas. Eramus & nos in non dissimili constituti vitæ æternæ discrimine ac Iudæi erant, cùm Esther ad ingressum regis, & ascensum in gloriam reginæ sese iam comparabat. Fac igitur omnes nos ore Mardochæi supplicem libellum ad beatam Virginem misisse. *Accipe* (ô vera Esther) *quascumque exiles, quascumque meritis tuis impares gratiarum actiones; & cum susceperis vota, culpas nostras orando excusa; admitte nostras preces intra sacrarium exauditionis, & reporta nobis* 14.

Quopacto ad nostram adire Estherem debeamus.

Aug. Ser. 35. de sanctis.

nobis gratiam reconciliationis; accipe quod offerimus, impetra quod rogamus; excusa quod timemus; quia nec paratiorem meritis inuenimus, quàm te ad placandum iram iudicis, quæ meruisti & mater esse Remptoris & iudicis. Nobis igitur in hoc vitæ discrimine constitutis en vox personuit regalis, qua Esther nostra vocatur ad thronum, cui debitis cæremoniis & ritibus corona datur. Misericordia enim partes nostras agens sic ad eam locuta est. *Omnibus te adeuntibus benignam, mansuetam atque affabilem pro reginali tua dignitate te prabebis, & ita te geres, vt non ad tuam, sed ad totius populi vtilitatem regnare videaris, viduas, pupillos, pauperes ac debiles ab omni oppressione defendes.* Quibus, felicissima respondet Esther: *Ego Maria Regina promitto coram Deo, & Angelis eius, populo mihi subiecto pro posse & nosse benefacere, atque seruare.* Quo facto & obtenta à Rege Populi salute ait textus, *Iudæis autem noua lux oriri visa est, gaudium, honor & tripudium*, &c. Nunc igitur arte illa opus est vt per hæc visibilia ad inuisibilem gloriam Mariæ ascendamus. Tanta fuit eius gloria, vt non solùm mortalibus lux noua & aurora oriri visa fuerit, sed cælis

Ex Pontificali Romano in coronatione & vnctione Reginæ.

Esther 8.16.

15.

ipsis noua & inopinata auroræ lux illuxisse videatur; præsente enim Maria quid audeat negare iam Christus. Post luctam Iacobi cum Angelo & auroræ aduentum vide quod responsum dederit Angelus, benedictionem & nomen postulanti, *Sine me, quia iam venit aurora.* Incongrua quidem ratio si vacat mysterio, verùm audi Aquinatem [a]. Petitionem sibi factam negare certè indignum est principe, & præclaro viro; quare lateat in tenebris, fugiat lucem, in meridie enim quid audeat nobile pectus denegare. Quamobrem aduentante aurora preces audiuit, postulata concessit. O Virgo, non aurora nostra es tantùm, sed & cæli cantant ipsi cælites. *Quæ est ista quæ ascendit sicut aurora consurgens?* Plaudite mortales, iam venit aurora, & prope Christum est, nihil poterit deinceps tantus princeps denegare: nam, vt ait Hieron. mirabatur etiam Spiritus sanctus, (quatenus omnes de ascensu huius Virginis admirantes facit) quòd quasi noui diluculi aurora rutilans ascensu suo in cælo resplendeat; vide, quæ lucem dat cælis, quam nobis impetrabit gratiam, obtinebit gloriam.

a In hûc locum Gen.

NOTA. *Quid loquitur Angelus ad modû domini, seu viri maturi, & honesti qui erui escit videri, luctari, & aliqua sibi non condigna agere.*

IRÆ ET CVPIDITATI FRÆNA iniicere, mores per mansuetudinem componere, nullum perturbationi locum dare, exemplo Christi docetur, suadetur.

INSTITVTIO XXXVI.

HEV *quàm molestum est* (ait Chrysostomus [a]) *vt quis breui tempore & vno opere & vnico verbo nobis æterna bona auferat, & innumeros labores largiatur: hæc ira præstat; ideo oro te* (ô mi Homo,) *vt omnia facias quo frænetur hæc bestia. Nihil enim profectò ira deterius, & intempestiuo furore, ira non fert longam moram, venenum est, acutus morbus est.* Quòd si de remedio agimus, statim diuinus nobis occurrit medicus. *Vita carnium, sanitas cordis, putredo ossium, inuidia.* Hebræa, *vita carnium est cor lene*, Septuaginta, *Mansuetus vir cordis medicus: tinea autem ossium cor sensitiuum*, Chaldæus, *hic autem qui diuidit iram cordis sui medicina est*; statim enim antidota vel medicina adhibenda est mortifero veneno: nam, vt ait Celsus, *Venenata & acuta inducias non patiuntur.* Quàm etiam apta medicina sit mansuetudo, ipse Chrysostomus [b] indicat, dum leoni comparat iram: *siquidem hæc fera & vnguibus sæuissimis armatur, & dentibus, nisi illam solicitè mansuefeceris, cuncta simul disperdet & lacerabit. Nonnulli hominum vermes quosdam in inferioribus corporis nutrientes ne respirare quidem sinuntur, vexatis profectò obesisque visceribus; nos verò venenatam in nobis alentes viperam, iram dico, quæ omnia hominis interiora depascitur, quid vnquam sanum aut forte possumus cogitare? quónam modo ab hac tam noxia peste fugiemus, si illam vtique potionem bibamus quæ omnes intra nos vermes serpentésque mortificet*; & quod namque est, inquis, poculum istud? contra leoninam rabiem sanguis agni opportunus erit, & contra vermes vermis Christi sanguis aptissimus, ideo addit, *pretiosus scilicet sanguis Christi si cum fiducia vtique sumatur*, & audiatur dum ait, *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* 16.

a Hom. 6. in Acta.

Prou. 14. 30.

Omnia bona simul perdit ira.

b Tom. 6. inter similitudines ex hom. 4. in Matth.

Mat. 11. 29.

Quamobrem dum nobis Christus magister adest mansuetudinis & iræ lethalis morbi medicus, ipse tota erit ratio, tota persuasio, ab ipso exemplum sumam, confirmationem perorationémque conficiam. Decet enim in primis mansuetudo principem, & eius capitis diadema est, nec enim frustrà, ait Philo [c], rationale summi Sacerdotis in pectore deferebatur, *vt hominis sic dispositi vis irascibilis regi possit à ratione purgata puráque, abruptis affectibus & à doctrina sanante obscuritatem. Si enim sic eruditur ira vt rationi cedat, ac doctrinæ vt non mentiri assuescat tum* 17.

SVMMA INSTITVTIONIS. *Frænanda ira persuasio & ratio.*

c Lib. 2. Allegoria. de rationali.

seipsam

seipsam liberabit ab efferuescentia nimia tum animam totam reddet placidam. At Moyses totam iram resecandam censet ex anima, attestatur his meis verbis sanctissimum oraculum. Sumptum, inquit Scriptura, *Moyses pectusculum, separauit vt offerret coram Domino de ariete consecrationis, & obtigit Moysi in portionem suam. Valde pulcrè, illum enim virtutis, Deique amatorem decebat, considerata tota anima pectus desumere ex ea quod ad iracundiam pertinet, adimereque id, & abscindere vt exacta parte bella turiente de cætero anima in pace degeret: aufertur autem non à quouis animali, sed ab ariete consecrationis, est enim animal à natura cornupetum, iracundum & assultorium;* ira enim contra prudentiam gubernatoris ex aduerso pugnat. hoc in primis docet Gregorius [a], *Ira mentis quietem subtrahit suam,* &c. quomodo autem anteuertat prudentiam, Aristoteles [b] apposité declarat. *Ira*, inquit, *aliqua ex parte, sed non perfectè rationem audire videtur: perinde ac veloces ministri, qui quidem antèaquam totum id audierint quod dicitur, excurrunt, proinde in agendo aberrant: canes etiam antequam considerent si sit amicus, si tantùm pulsauerit ostium latrant; sic ira propter caliditatem celeritatémque naturæ audita quidem ratione, non præcepto autem audito, ad ipsam properant vltionem.* Absorbet igitur ira mentem, & iudicium, & stultescit gubernator & auriga regni; ideo Hieron. [c] explicat illud verbum, *& ab ira, quæ iustitiam Dei non operatur, furori proxima menti sua vim potestate facit.* Sicut cùm Saul deprehendisset filium Ionatham fauere Da-

Leuit. 8. 19.

Absis à præsulis iracundia.

a Moral. c. 30.

b Ethic. lib. 7. c. 6.

Antevertit prudentiam.

c In Ioel.

1. Reg. 20.

18. uidi, ait, *Nunquid ignoro quia diligis filium Isai? adducite eum ad me, vt interficiam eum, & (statim) arripuit Saul lanceam vt percuteret eum;* quæ est ista commutatio, vis Dauid interficere ad pacem regni Ionathæ stabiliendam, & in ipsum principem hæredem regni insurgis? O ira! tu errare fecisti indignantem regem, *iratus est Saul aduersùs Ionatham*, & hæc vbi residet *mentis sua vim potestate facit*, nec amorem paternum, nec successionis felicitatem, nec maiestatem respicit: omnia peruertit, proterit pedibus, vt eleganter cecinit Vates, *Conturbatus est in ira oculus meus, & anima mea, & venter meus.* Et sicut in magna procella auxilium postulat, *Miserere mei Domine, quoniam tribulor*, nam non cessat vsque ad internecionem, vt ait Iob, *Virum stultum interficit iracundia*, & posset quidem legere, *temerarium, furentem & peritum*, vt scias stultitiam hanc esse maximam; Psal. etiam 7. *Exaltare in finibus inimicorum meorum, triumphad señor en los desasosiegos e inquietudes*: nam Flaminius & alij legũt, *exaltare in commotionibus*, id est, cùm perturbati in seipsis sunt, hoc est optimum debellandi tempus: vnde Psal. 29. illa verba, *ira in indignatione eius*, ira supplicium denotat, & ita Genebrardus explicat, *ad indignationem eius sequitur plaga nostra*, id est, *dexar nos de su mano para que nos enojemos es la mayor plaga y açote diuino*: sicut è contra *vita in voluntate ipsius*, Genebrard. *ad fauorem eius sequitur vita & salus*, hoc est, cùm ipse beneficia confert, illa in primis bona dat pacem & vitam: bene ergo dicitur, *ira stultum interficit, el necio muere a sus manos. si se enoja.*

Cæcitas mentis ex iracundia, & alia incommoda.

Psal. 3.

Cap. 5.

19. Bene ergo ait, *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde;* nam sicut mater præsumptionis est elatio, sic mansuetudo vera non nisi ex vera humilitate oritur, & maximam cum ea habet connexionem humilitas cum lenitate. Vmbram priùs contemplemur. Quid obsecro significat vellus illud à Gedeone in area positum, & madefactum rore cæli nisi humilitatem, vt bene Serarius [d] noster, iuxta illud Isaiæ. *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos:* vbi Vatabl. *ad hunc autem respiciam qui est humili & fracto spiritu;* super humiles enim solet descendere humana gratia, vt eos totos cælesti rore perfundat: sed quòd eo loco pariter nomine velleris mansuetudo denotetur & lenitas, audi Psalm. 89. 10. *Quoniam superueniet mansuetudo, & corripiemur*, in Hebræo *gez*, hoc est, *vellus* (vt Deut. 18. 4.) ab animalium mansuetissimo resectum, atque adeò pro mansuetudine sumitur; ideoque Ambrosius de mansuetudine cum humilitate ait, *Dilexi virum misericordem, humilem imperio, corde puro, & pectore mansueto, qualem Deus amare consueuit, dicens: Super quem requiescam, nisi supra humilem, & mansuetum? vbi semel & iterùm mansuetudo subiicitur humilitati, dum subiicitur victrix superponitur.* Et quid mirum si subiiciatur illi humilitas, feritas ipsa & iracundia mansuetudini mancipetur, eiúsque serua constituatur; sicut Esau robusto & ira turgido dixit Isaac, *Dominum tuum illum constitui, amansa os hijo que Iacob os a de mandar que es manso.* Rationem subdit Ambrosius [e]. *Rectè eum subdidit vt regentis imperio suum melioraret affectum. Domina est pietas crudelitatis, mansuetudo duris moribus præstat;* ideoque Paulus dixit, *Pax Dei exultet in cordibus vestris*, Græcè, *vincat, palmam ferat.* Regia habent, *Pax Dei superet in cordibus vestris*, Pagninus,

Mansuetudinis amans Christus.

d Indic. 6.

Iob 32. 20.

Gen. 27.

e Lib. 2. de Iacob & vita beata c. 3.

Coloss. 3.

Pax

Pax Dei palmam ferat. Inter contendendum non vincat neque excandescat iracundia, sed semper primas ferat pax, detur locus rationi, vt ex Diogene refert Seneca [a], qui cùm disputaret de ira adolescens quidam, eum in faciem conspuit; cui ille respondit: *Non quidem irascor, sed dubito an irasci oporteat.*

[a] Cap. 37. de ira.

20\. *Exēpla mansuetudinis.* Cæterùm si rationi locus non datur, at saltē detur exemplis; documenta enim lenitatis specie sua menti inserunt mãsuetudinem. In primis autem Deus noster cùm candidus & rubicundus sit, hoc est, nouerit irasci, & patienter ferre, id maximè docet exemplo; non scilicet citò ad vindictam properare, ideo, natura duce, docuit ille *, *Maximum remedium iræ dilatio, vt primus eius furor languescat, & caligo quæ premit mentem, aut resideat, aut minus densa sit.* Procul sint ista à Deo, sed tamen ita iram & effectus eius (quos nos videmus) attemperat atque comprimit, vt nihil antiquius sit illi, nihil in Scriptura magis commendatum, quàm Deum differre & dilatare vindictam. Vnde in sacra Scriptura idem est irasci atque differre; canit Dauid, *Repulisti, distulisti Christum tuum.* Hanc autem dilationem fuisse iram, Hieronymus extulit in hunc modum: *Iratus es aduersùs Christum tuum.* &, *Audiuit Dominus, & distulit*, id est, excanduit & iratus est, vt probat effectus. *Et ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel;* est enim Deus tardus ad vindictam, ita vt ipsa vindicta etiam cùm sicut ignis excandet tarda dici possit. Obseruat hoc acutè Theodoretus [b].

* Seneca lib. de ira c. 11.

Differenda vindicta.

Psalm. 83.

Psalm. 77.

b In Gen.

21\. Duo, inquit, promisit Deus Abrahæ, & filium ex filio; Messiam nempe ex Isaac, & terram quam promissionis nuncupant fluentem lac & mel; credit Abraham Deo, & promissionem illam primam sic certam habet, vt nullo signo contestatam esse velit; secundam verò quæ de terra erat signo muniri postulat, *quod dabis mihi signum.* Quare sic sancte vir, nónne maior misericordia est illa quàm hæc? Respondet, imò, quia magna est misericordia, & nihil habet admixtum iræ; non est opus fidei liberandæ signum petere, *el dize que vendra el se vendra: expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit.* At cùm terræ possessio admixtam habeat vindictam & iram, mortem videlicet incolarum, vt purgata terra detur filiis Israel, ego noui Dei mei ingenium ob vindictam tardaturum promissionem; detur, detur mihi signum, & pignora dentur, aliquando tandem in hostes desæuiturum, nam post fidem datam, & signo munitam, per quingentos annos promissionem tardauit ne inferret vindictam. Et cùm tandem vindicat se non iratus, sed placido & imperturbato animo est, vt ipse per Ierem. *Nunquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? nónne semetipsos in confusionem vultus sui?* quasi diceret, ne puretis me propriè irasci, aut perturbari, sed ipsi se dignos efficiunt ira mea, propter scelera sua; propter imperfectionem enim à Deo ira tollenda est, vt docet Thomas [c].

Quantū Deus abhorret à vindicta.

Cap. 7.

c 1. p. q. 20. art. 1. quòd si alibi dicit in Deo esse, intellige sine commotione & tristitia. Vnde Gregorius Moral. 32. c. 7. Furor Domini dicitur, nō perturbatio diuinę substātiæ, sed super peccatores malè sibi cōscios examinatis iusta vindictę, &c.

22\. *Documenta mãsuetudinis à Christo.* Post Patris æterni documenta filij pietatem & mansuetudinem quis valeat contemplari; licèt enim in incarnatione accingi ense & muniri gladio visus est, *accingere gladio tuo super femur tuum potentissime:* at nescio quónã oleo diuini verbi gladius temperatus est, vt omnino aciem suam obtuderit ne homines feriat. A primo enim illo instanti quo naturam nostram induit, & Patri auersam offensámque vidit, ô quali in nos ira excandescere posset: at ita vnitum carni permansit, vt nunquam neque in sepulcro dimiserit, & quod Iacob quondam Angelo dixit, *non dimittam te nisi benedixeris mihi*, longè aliter posset dicere verbũ Dei semini Iacob & carni eius, *non dimittam te, etiamsi maledixeris mihi:* etenim cùm malediceretur, non maledicebat, teste D. Petro, & Græcè, *non remaledicebat*, & sic legunt Patres *. Nam cùm in maleuolos irasci visus est *Ioan.* 8. filios diaboli appellans, & Matth. 12. *Generationem malam & adulteram, cæcos & duces cæcorum*, &c. Hæc pro concione, & non ab aliis prouocatus dicebat ne remaledicere videretur. Cùm enim tempus tacendi & tolerandi erat, & cum probriis & contumeliis impetebatur, non solùm non maledicebat, sed & benedicebat. Maledictus insuper fuit eo modo quod dicit Pater, *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Sed propter hoc putas humanam carnem dimisit etiam cùm se dimissum conqueritur à Patre, & cùm discipuli omnes relicto eo fugerunt. Quod eleganter D. Leo [d] obseruauit. *In tantum vnitatem Dei & hominis natura conuenit, vt nec supplicio potuerit dirimi, nec morte disiungi.* Nam diuinitas nec à corpore nec ab anima separata est, sed secum ea tulit, vt ait Tertullianus [e]. *Sicut cùm quid extraneum extraneo agglutinatur, ita concarnatur & conuisceratur cum eo cui agglutinatur, vt cùm auellitur rapiat secum ex corpore aliquid à quo auellitur.* Ita Christi diuinitas à carne & ab anima nunquam discessit.

Gen. 32. 26.

Petri 2. 23.

* Hieron. Ambros. August. Cyprian. Fulgent. Paulinus.

d Serm. 17. de passione Domini, fer. 4.

e De carne Christi cap 20. in illud Ps. 139. 3. *tu es qui auulsisti me de ventre matris mea.*

23\. Hæc itaque diuina mansuetudo nequiuit diu sub humanitate latere, imò Deus Deique filius agnitus est ex hac diuina lenitate & taciturnitate. Nam sicut *fatuus* (ait

Salomon) *statim indicat iram suam*, vel, vt alij legunt, teste Hieron. *pronuntiat iram suam*, per executionem imprudentem, & præmaturam, & ob leuissimas res (nam ideo Augustinus [a] ait, ira leui festucæ comparatur,) ita si vultis verbum Dei in terris commorantem per omnia Patri similem reperire, videte, audite, qualiter iram suam pronuntiat, quanto silentio inuoluit, quo pacto ad vindictam properat. Agebatur honor Patris in seruanda templi immunitate, & tollendo prophanos contractus, qui partem quandam (& non sacratiorem) vsurpauerant, sarcinas transferentes & ementes; hoc semel & iterum agebat deambulans in porticu Salomonis, hoc ipsum præstitit eiiciendo vendentes, tali stupore deterritos, vt mox dixerit Nicodemus, *Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum illo.* & Hieron. *Mihi inter omnia signa quæ fecit, hoc videtur mirabilius esse*, erat enim in illo tempore contemptibilis, *Scribis præterea, & Pharisæis contra se sæuientibus*; & quod signum tandem concedit? Diuinum vtique: audi, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*, ipse de se loquebatur, templo videlicet, *in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*; quamobrem vt ipsi cum Deo loqui ignorant, sic etiam aberrant à recta respondendi ratione: nam non dixit, destruam, sed soluite vos. O vox diuinitatis! ô paterna mansuetudo, ait Chrysostomus [b], *iste Deus meus, este si que es Dios.* Vnde colligis Chrysostome? Dicam, cùm opus fuit Iosuæ vice Dei Patris gladium irámque distinguere aduersùs Iericho, septem dies insumpsit, etiamsi verbo & sonitu bellum peractum est, tarditas ista in puniendo diuina est, Deique propria, *Mundum enim vniuersum sex diebus construis, & vnam vrbem septem diebus dissoluis?* Ne mireris,
24. *velox Deus extruens, tardè Deus destruens, illud quidem potentiæ, bonitatis istud*; ita nunc quadraginta & sex annis templum ædificatum est, & in tribus diebus restaurat Christus? vide quid tandem moliatur mitissimus Dominus. Et cùm tandem è viuis eum tollere volunt, ipse quasi fratres alloquitur hostes, *Adhuc modicum vobiscum sum.* His eisdem verbis solabatur discipulos, *filioli adhuc modicum vobiscum sum.* Vide quomodo pronuntiat iram suam, modò cùm à vobis discedo dilectissimis filiis, idipsum quod aduersariis Iudæis dixi, & iterum repeto, *sicut dixi Iudæis, & vobis dico modò*; nec enim honori vestro, nec amori detraho, si vos sicut inimicos amo, & eisdem verbis alloquor, vbique Deus, vtrobique mansuetus. Nondum hoc diuinitatis secretum calluerant omnino Iacobus & Ioannes, cùm *cap. 9. Luc.* ignem de cælo contra Samaritanos descendere postulabant. *Domine vis dicimus, vt descendat ignis de cælo, & consumat illos?* O ignorantiam, *nescitis cuius spiritus estis*, nescitis arcanum mysterium spiritus, nec quid Verbo Dei per incarnationem acciderit, iàm est alterius ingenij morísque diuersi; olim enim vnoquoque verbo ignis mittebatur de cælo vt Deus verus deprehenderetur, & Elias homo Dei crederetur. Et quia dicitis, homo Dei sum, *descendat ignis de cælo, & deuoret vos.* Ita factum est, sed non ita modò, *nescitis enim cuius spiritus sitis*, Dei nempe, *cuius est proprium* (ait Philo [c]) *bona offerre, & præuenire nos liberalitate, mala verò non facilè immittere.* Vnde nosti, ex sacra pagina (inquit.) *Nónne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? Sed hîc quoque con-*
25. *sidera, eius qui est* (Dei) *bonitatem, bonorum quippe thesaurum aperit; contrà malorum claudit astringítque, si por cierto ay estaban a mano los rayos contra Samaria no ay vn mosquete ni vn palmo de cuerda en el cielo desde que Dios se templó a lo humano. Nescitis cuius spiritus estis, filius hominis non venit perdere animas, sed saluare, no he venido yo matar.* Liquet hoc satis ex ira illa quæ in Pharisæos meritò flagrans pertransiens vidit ficulneam virentem, sed sterilem, petit fructum, & cùm non inuenit, maledictione aruit, & extincta est. Certè non quærebat quod sciebat non habere, sed in illam vult maledictionem refundere quam à Pharisæis continuerat: quid hoc Domine, quæ mutatio hæc? solebat tuus spiritus in homines inuehi parcens arboribus, ais enim [d]: *Quando obsederis ciuitatem multo tempore, & munitionibus circumdederis vt expugnes eam, non succides arbores de quibus vesci potest, nec securibus per circuitum debes vastare regionem.* Nam si homo esset qui augeret numerum inimicorum, posses quidem impune occidere; *quoniam verò lignum est, & non homo, nec potest bellantium contra te augere numerum, parce ei; in hoc curam tuam collocas Domine*, sic vitæ arboris prospicis, sic legi Dei consulis; conuertam ego contra te verba, *lignum est, & non homo, nec potest bellantium contra te augere numerum.* Habes hîc Pharisæos, refunde in eos iram & maledictionem. Cæterùm ex quo homo est, & materna viscera intrauit, ordinem inuertit, punit arbores, & parcit hominibus.

26. Quòd si Deum eius erga homines commendat mansuetudo, quantum putas homines commendat apud Deum & alios homines. Vnde ponderat Chrysost. [e] Dauidis

Iudicium diuinitatis in Christo mirabilis mansuetudo.

Prou. 12. 16.

a Cap. 7. Matth.

Ioan. 3. 2.

Colos. 2. 9.

NOTA. De mansuetudine Chrysost. Hom. 23. ad populũ. Sed quid dico, Seneca lib. 1. de clementia c. 3. nullam ex omnibus virtutibus, &c. idẽ epist. 95. ad Lucill. alia vide P. Busæi viridariũ. *Mansuetudo*, exẽpla Christi Domini Chrysost. Hom. 59. in Ioan. Aug. tract. 33. Moysis. Chrys. in Psalm. 131. & Hom. 34. in Gen. Gregor. lib. 27. Moral. c. 7.

b Hom. 26. in cap. 23. Matth. & Hom. de pœnitentia, ad medium.

4. Reg. 1.

c Lib. 2. de legis allego. in Cant. 32. 34.

d Deut. 20. 19.

Cõfirmatio huius persuasionis fiat ex c. 2. Busæi *Mansuetudo.*

Apostrophe ad Christũ Agnũ mitissimũ in cruce, vel in domo Caiphæ alapis percussum.

e Hom. 2. de Dauide & Saule.

dis mansuetudinem. *Egressus est* (inquit) *Dauid de spelunca tanta cum gloria, cum quanta tres pueri egressi sunt è camino ardenti, nam quemadmodum illos non exussit ignis, ita hic non conflagrauit iræ incendio, & illis quidem foris nihil ignis in quo versabantur nocuit, hic verò cùm intus haberet carbones accensos, cùm foris videret diabolum caminum incendentem, idque varijs modis, ab inimici conspectu, ab exhortatione militum, à solitudine eorum qui Sauli possent auxiliari, à præteritorum memoria, à futurorum periculorum metu, tamen non exarsit Dauid, sed exiuit purus, & de lacu ascendit; sicut Daniel superatis sanioribus animi motibus.* Et quantum apud homines honoris acquisiuit, audi Chrysostomum [a], qui ait: *Cùm Dauid tam benignus hosti extitit, quàm beneuolum animum geret erga suos? idcirco Dauidi non iam vt homini, sed vt Angelo parebant.* Hoc ipsum prosequitur Ambros. [b] Dauid fortis in prælio, mansuetus in imperio, patiens in conuitio, ferre magis promptus, quàm referre iniurias, ideo tam charus erat omnibus vt iuuenis ad regnum etiam pateretur inuitus, resistens cogeretur, senex ne prælio interesset à suis rogaretur, quòd mallent omnes pro ipso periclitari, quàm ipsum pro omnibus.

Exhortatio fiat ex his quæ habet Busæus c. 4. *Mansuetudo. A contrario ex incõmodis iræ argumẽtũ petatur, & descriptione irati, est optimus locus apud D. Chrysost. tom. 6. hom. 29. f. 1084. Anima mitis hominis solitudini cuidã est similis, &c.*

a Hom. 2. de Dauide.
b 1. Offic. cap. 7.

VERBVM PATRIS.
Iob 7. vers. 20.

Peccaui, quid faciam tibi, ô custos hominum? quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis?

Ære alieno peccati hominem liberat: pecuniam de suo sanguine numerat Christus.

DISCVRSVS CVI.

1. NONNE maximam nobis admirationem moueret hominem intueri grauissimo onustum pondere, quo alius opprimeretur, velocem & expeditum incedere? Sic noua & admiranda res est, qui se pro multis vadem constituit, cuive dies dicta est, magnaque crimina obiecta sunt, somnum capere, & si in mentem incidunt curæ, somnum repetere posse. Quid enim in rebus leuius excogitari potest, quàm papyri charta nullis exarata literis? quid autem grauius & onerosius eadem, vel cum varijs nominibus est conscripta, cùm summas multorum debitorum continet, vel cùm libelli ex illa sunt facti infamiâ pleni, & in celeberrimis locis propositi? Sic mirum sanè cor, (cui hæc omnia inscribuntur) quod magno ære alieno, vel multis criminibus obstrictum est, tranquillitate frui posse. Vnus erat ille Romanus ciuis, cuius lecti puluinos summo pretio Augustus Cæsar coëmendos curauit, autumans conciliandi somni vim habere, in quibus homo summo ære alieno oppressus sic altè & quietè dormiebat. Quid, si in ipsa solutionis dicta die non domi inclusus, sed palàm omnes lacesseret, vt illum de debitis, delictisve coarguerent? Te iam hæc intuetur oratio, te (animarum seruator amande) respicit hæc parabola; in qua quidem homini hodiernâ concione & grauitatem culpæ, & bonitatem tuam licebit contemplari, quâ non solùm te tantorum criminum vadem constituisti, sed publicè mortales omnes commouere ad accusandum audes, vt te de crimine arguant inuitas. Arguent equidem; nimis enim expetitum habebant hodiernum diem, nimis intenti ad hanc occasionem erant. Ecce primus ad accusandum descendit Iob vir iustitiâ, integritate, & omni laude præstantissimus. *Peccaui,* (inquit) *quid faciam tibi, ô custos hominum? quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis. Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormiam; & si manè me quæsieris, non subsistam.* Iob 7.

Grauitas culpæ expenditur.

Loquar, Domine, voce & nomine totius legis naturalis, hominum, inquam, *quos ingredi vias suas reliquisti.* Fateor, inquam, me deliquisse. *Peccaui*; transeat hoc, fac me peccasse (more disputantium dat hoc argumenti) quid faciam, vt iram tuam lenire possim? quânam ratione lethale crimen poterit resarciri, & accusatio tua dilui ac refelli? Noui equidem hominem in naturæ lege constitutum soluendo non esse. Nam si dolor pios viscerum motus excitare solet, satis conquestus sum; si laborum tolerantia veniam promeretur, tacitus patiénsque aduersa tuli. Si humilis oratio flectere solet, sæpius meam animi demissionem & obsecrationem excepisti. Si genus satisfactionis esse nouit, concussum esse, afflictum, flagellatum, calamitosum, prostratum, maximéque luctuosum, en hominem ad omnem fortunam compositum. Sed ô crimen! ô ingens peccati malum! nihil momenti hæc habent coram Deo, si cum peccati merito conferantur. Ideo *quid faciam tibi*? Certè Domine, vt video; tu absolutam, perfectámque solutionem facies. Sed vt perspicuum fiat te in hac causa esse, & vnum pro omnibus exoluere debere, ecce nomen tuum, hæ literæ tuæ sunt, *ô custos hominum*, in originali נצר *nozer*, Christi cognomen *Nazarenus*, sicut videre est in originali titulo, qui cruci inscriptus & affixus fuit, vbi *Nazarenus* iisdem characteribus exaratus est; quasi enim prophetico lumine & spiritu afflatus te, Domine,

Dolet Iob tegi ad argumentum de peccato omnium soluendum. 2.

videre videor hominem factum, Nazarenum benignissimum, vadem hominum constitutum, *Samaritanum*, hoc est, *custodem*, meis vulneribus sanguine & oleo subuenientem: nam tu, Domine, palam coram hominibus ais, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Quis? ego, Domine, (nescio quonam meo fato fiat) ego te in crimen voco. *Sed quare posuisti me contrarium tibi? yo hunc de ser oy el fiscal?* Septuaginta, *Quare me posuisti, vt loquerer aduersum te?* multine peccatores ad accusandum

Crimina nostra accusant Dominum.

3\. descendere possent? quare te mihi opponis? quare tu ipse me commoues? & in arenam descendis erectus, dicens, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Philippus declarat, dum homo hæc dico creatura creatori, plasmatus figulo, *mihi magis factus sum grauis, mas siento esto que mis trabajos*; hoc enim in intimo sensu sentio, me ex reo accusatorem factum, & ex hoc *factus sum tibi onus.* Sic Caietanus ex Hebræis, & Augustinus. Quare constituisti hominem, vt loqueretur aduersùm te, & esset tibi oneri? *Porque os hara grandes cargos*, & post me alij multi, & graues accusatores vicem accusandi expectant.

Ergo si sic fieri oportet, obiicio tibi, Domine, cuncta peccata, quæ homines in prima lege nati perpetrarunt. Primum illud Adæ peccatum, fratricidium Cain, Gigantum superbiam, effusam totius orbis luxuriam, Gentium cæcitatem, crudelitatem, idololatriam, probra amicorum, vxoris blasphemias, meos denique labores, & ærumnas. Hæc omnia exacta solutione expungenda sunt; hæc enim sunt onera, sub quibus alij in inferno, alij in obscuro limbo detinentur detrusi, hæc enim est literarum series, *Conclusit omnia Deus in infidelitate, vt promissio ex fide Christi daretur credentibus.* Videntur tibi grauia? *cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam?* O mi custos, ô piissime Samaritane, ne laborem & munus effugias, nec opus repudies, ad quod natus es; me sub onere laborantem contuere, has pœnas, hæc crimina tuis humeris imponito, transfer ad te quæ ego inique gessi, *Ecce nunc in puluere dormiam*, ne deseras auxilium, ne morte præoccupatus oneri succumbam, cum patribus meis in teterrimum & tenebricosum carcerem detrudar; *& si manè me quæsieris, non subsistam. si vos no pagais, pondre tierra en medio, anochecere, y no amanecere, como quien quiebra.* Ne dicas,

Peccata legis naturalis.

Tollere ex Hebræo נשא leuare transferre, *mudar a otros hombros.*

4\. *Quis ex vobis arguet?* quis, ecce satan, qui suo se nomine prodit, qui peccata totius legis Moysi obiicit tibi, sed vt vnum de multis peccatoribus opponat, ostendit summum sacerdotem filium Iosedech *, *vestitum vestibus sordidis:* & stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. Ecce produco tibi insignem peccatorem †, & hunc summum sacerdotem, vt ex ore vestibúsque eius coniectari sit facile, qualis reliquus populus sit, qui sub legis mortis iugo laborat; ille turpis, Simoniacus, sacrilegus, filios Heli petulantes, proteruos, intemperantes, & rapaces, suæ vtilitati solùm & honori consulentes, domui Dei præesse permittit; has tamen maculas in splendidissimo & sacratissimo sacerdote, lege, & templo notatas, non sanguis hircorum eluere, & expurgare valet; tu Domine, tuúsque sanguis exquiritur, cùm agnus innocens iugulatur, tu es verus agnus, qui tollit peccata mundi, cur non tollis peccatum meum? *Tomad en vuestros hombros esta carga*, & ampliùs ne dicas,

Peccata legis gratia.

* Zachar. 3.

† Cyrillus, Theodoretus, & Beda, vt in signem peccatorem produci putant.

Quis ex vobis arguet me? Quis? ecce contra te obstrepit & vociferatur Nathan Propheta omnium Regum crimina, sed præcipue Dauidis. Primò maiestati tuæ obiicit adulterium cum Bethsabee 2. *Reg.* 11. quasi furtum, ne omnia sibi reges licere putent, quasi plagam pessimam, quasi enorme peccatum, quasi immundissimum crimen, quasi summam insipientiam; sic enim ipse suam appellat iniquitatem. Homicidium, quo nil scelestius *, nihil illi molestius: fatetur enim, *peccatum meum contra me est semper*, quasi vehemens in accusatione, & testis, & acerbus accusator, stat contra me, in faciem testimonium dicit. Hoc sanguinario crimine indignus est habitus, cui cura ædificandi templi demandaretur, & ex proditorio gladio non minima Salomoni labes aspersa est. Nuptiæ item obiiciendæ sunt, quas cum Bethsabee celebrauit, hoc enim crimini datur in sacro verbo, quod sic habet, *Displicuit verbum hoc, quod fecerat Dauid coram Domino*: nam & maximo deliberationis assensu, & priùs præuiso factum est. *Vriam percussisti, & accepisti*, id est, vt acciperes vxorem. Censendi etiam populi superbia, quam ipsemet *lib.* 2. *Reg. &* 1. *Paral.* 21. stultitiam suam vocat, *stulte egi nimis.* Peccata item, quæ in creatione magistratuum committuntur, quidam per largitionem munera adipiscuntur, quidam præmij loco ad munus indigni traducuntur, sicque fit, vt quasi mercenarij se gerant, solùm grandem summam pecuniæ cogere studentes: alij honore & gloria ducti, non negotiorum labori, sed famæ & monimentorum studiosi sua nomina posteritati commendant. Alij arbitria noua adinueniunt ad noua imperanda tributa, qui omnes è regia extrudendi erant, vt quondam ipse dixit, *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam; qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.* Hæc, & quæ præter ea crimina tibi, Domine, imputantur, tu in tuos humeros transferre debes, dum mihi nuntiari iussisti, *Transtulit Dominus peccatum tuum. ya ay quien lleue. en sus hombres vuestros peccados.* Ferto ergo, Domine, & ne audeas dicere,

5\.

Peccata regum.

* Greg. 3. Moral. c. 21.

2\. Reg. 12. 27.

Psal. 100. 7.

Quis ex vobis arguet me? Quis? ecce mellitissimus Bernardus *, scribit contra te amaritudines, & peccata Episcoporum & presbyterorum obiicit; sed ne longum faciat, vnius tantùm crimina aperit. *Quare* (inquit) *posuisti me contrarium tibi? nullum mihi onus importabilius est.* Ecce præpositorum grauissimam sarcinam peccatorum; sed adest vnus, cuius ambitio cum à ferula & virga ad magisterium & ecclesiasticam dignitatem traduxit: euangelizat vt manducet, & peruerso nimis ordine; cælestibus terrena mercatur, seruus factus eorum, qui ad dignitates transtulerunt, cùm primos honores meruit, vel merito, vel pecunia, vel sanguine, nouo æstuat desiderio, vt ad celsiora sublimetur; omnia sibi subiicere quocunque vetere priuilegio conatus est, & sicut Galaad ad dila

6\.

* Declamat. in illud, *ecce nos reliquimus omnia.* & epist. 42. in med. & aliis locis.

Crimina Episcoporum ex D. Bernardo.

dilatandum terminos suos, & vt fiat vnum ouile, & vnus pastor. Nudè nuda loquor; nunc verò cernente orbe mundi fabulam soli tacebimus? Iam non sibi necessaria quærit, honoratus incedere vult, placere hominibus, superbire, & huic sæculo per omnia conformari. Nulla gregis cura ei, qui tam lætus & hilaris ad curas prosiliuit; iudicem, quem prouisorem vocant, pro se constituit, ille laboret, & succumbat oneri, hic autem à nemine solicitetur, ab omnibus visitetur; iam enim principem agit, non prælatum, serò cubitum vadit, serò exsuscitatur, solùm de exactione solicitus, de diuitiarum conseruatione. Decem annis limina Apostolorum terere, curiæque quasi propriæ sedi non abfuit, per quadraginta annos sedem occupauit, in sede tamen nunquam insedit: ac denique in sui sepulcrum superbum extruxit sacellum, patrimonium constituit vicies mille aureorum, pensum reditúsque vni capiti & primogenito addixit. Sic diem obiit sicut vixerat dies, ita vt mihi dubium non sit animam detrusam esse apud inferos. Sed quod meritò in dubium vertam, an eius corpus in sepulcro superstes inueniatur. Hæc tibi imputantur crimina, hócque literis contestatum est à primo tuo successore Petro, *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum:* illud *pertulit*, humeris imponenda onera denotat; quomodo tu dicis,

7. *Quis ex vobis arguet me?* Quis? ecce adest instructissimus & vehementissimus accusator Tullius, in deprehendendis furtis, in agendis causis apprimè versatus, qui cùm tibi omnium prætorum, proconsulum, præsidum, corúmque qui rempublicam moderantur, posset obiicere crimina, vnum Verrem temerarium, ærarij compilatorem, omnium vitiorum proluuiem, publicum reipublicæ funus tibi opponit. Primum quod mirari debemus, est, in præturam ingressum; curauit enim aliquod facinus elegans ad hominum existimationem, æquissimum ad leuandam calamitatem alicuius, vehementius ad frænandam potentiorum libidem, studiosè omnium oculis proponere. Sed repentè è vestigio ex homine, tanquam aliquo circæo poculo factus est Verres, redit ad se, atque ad mores suos. Principiò enim sæpè multis audientibus dixit se habere hominem potentem, cuius fiducia prouinciam spoliaret, verè iudicans, etsi malè, nihil esse tam sanctum, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecuniâ possit, vim omnem, ius, defensionem in sola pecunia collocauit. Quod ergo est ingenium tantum? quæ tanta facultas dicendi, & copia, quæ istius vitam iam pridem omnium voluntate, iudicióque damnatam aliqua ex parte possit accusare? nam vt adolescentiæ maculas, ignominiásque præter eam, quæ solæ ab his muneribus te arcere debuerant; quid prius fuit in quæstura, quàm spoliasse equitem pecunia publica, nudatum & proditum consulem, desertum exercitum, relictam prouinciam? sortis necessitudinem, religionémque violatam? Cuius legatio exitio fuit Asiæ totius, & Pamphyliæ, quibus in prouinciis multas domos, plurimas vrbes, omnia fana depopulatus est. In stupris verò & flagitiis nefarias eius libidines commemorare, pudore deterreor. Hæc omnia Domine, in te vnum iactantur crimina; in redemptore enim, & in accusatore primùm expetimus integritatem atque innocentiam singularem. Nihil est enim, quod minus ferendum sit, quàm rationem ab altero vitæ reposcere eum, qui non possit suæ reddere; quare satius duxerim silere, quàm prouocare, sæpius dicens,

Pecca a iudicum, præsidū, &c.

Ministrorum iustitia abusus & rapina describuntur.

Quis ex vobis arguet me? Quis? plangens & lugens Ierosolymæ equitum & potentiorum crimina Ieremias tibi soluenda, tibi lauanda proponit. *Ibo igitur ad optimates.* Solius Ierosolymæ crimina defleo, & defero; sed equitum potissima & manifestissima sunt: hi nobiles appellantur, sed hæreditarium splendorem obscurant, vitam agentes solutam, liberam, sordidam, pecuniâ in laqueum animarum abutentes, *in tentationem animabus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.* Hos extollentia, superbia, & inuidia inuadit, & dominatur, harúmque gratia omnem exactionem suis vasallis intentant, grauissima imperant tributa. Iam quis mensas, abacos aureis vasis collucentibus instructissimos numerabit? quis carnes, totius generis missus innumerabiles, placentas regias, salsamenta, mensásque secundas, pocula varia & frigida referat? quis ebrietatem, loquacitatem, ludos, sumptus, turpitudines splendore munitas, oculorum libertatem, extollentiam, quibus nihil munitum, nihil remotum, nihil non violandum proponitur? Quis horum æs alienum soluit? (immortale est.) Quis vera loquitur in contractibus? (infirmitas est.) Quis castè viuit? (fœmineum est.) Quis non in fallendo tempore totus est? (hoc ingenuum est.) Quis horum vulnerum medicinam cogitat, vel exquirit? imò potiùs noua sibi infert. O ætas! ô mores! 8.

Peccata equitum & nobilium.

Mercatores iam consideremus; *Quia inuenti sunt in populo meo impij, insidiantes sicut aucupes, ponentes pedicas ad capiendos viros.* Hos auaritia primùm, deinde extollentia inuadit: primò enim timorem conscientiæ amittunt, & sine fronte in maiora lucra festinant. Ecce superbia ad diuitiarum cumulum adiicitur, & nobiliorum more se, vxorem, filios, domúmque totam ornant, & componunt. Quis enim hortos, fenestras, peristromata, sellas, lecticas, puluinos sericos, & ancillarum puerorúmque gregem commemoret? Quis vxoris strata tapetibus latissimè explicatis? quis eius cultum splendidum & sumptuosum? Omnia denique equestrem amplitudinem sonant, & incessu, motu, cogitatione, studium coæquandi se, & transfundendi in nobiliorū ordinem cæcum & amentem ostendunt. Scribarum crimina non explico, cum publicis literis, & domestico atramento consignata sint, & sic eorum salus desperata, vt puer damnationis aliquorum sententiam ferre queat. Hæc omnia à te, Domine, repetenda sunt; quare plangam citra vllam remedij spem cùm in te videam, non lapideam fortitudinem, neque carnem æneam, sed passibilem, & *quæ peccata multorum tulit.* Absit ergo à te, vt ampliùs proterue audeas. 9.

Ier. 5. 26.

Peccata mercatorum.

Quis ex vobis arguet me? Quis? ecce adest Isai. magnum peccatum, ingentem superbiam, malitiam impudentem, iniuriam non ferendam tibi obiiciens. Fœminarum crimina sunt, quæ referre non audet, vel quia multa, vel quia habendus honor & reuerentia est multis, quæ piè, 10.

Peccata fœminarum.

sanctè, pudicè vitam degunt. Sed quis taceat in quod peccatorum præcipitium ruant, quæ inuitæ nuntium mundo remiserunt, & in religiosarum nomen & locum adscitæ loquaces, libidinosæ, sæculi amantiores quàm Christi, nomen commaculant, locum occupant, & pudicarum ruinam sensim prauis exemplis meditantur? Quis item frænabit, quam nec amor, nec diuinus timoris stimulus vrget & compescit? Iam verò quis nisi inimicus homo tot zizaniorum semina inter vxoratas fœminas interserit, sicut qui probè nouerat malum per fœminam ingressum habuisse, lethalem etiam exitum habiturum? Quis ornamentorum excessum, vnguentorum copiam, ex quibus excitatus fœtor grauis ac pestilens nares Omnipotentis grauiter offendit, ob quæ proculdubio grauissima in Christianum populum infert supplicia, sicut vni earum sanctissimæ Brigittæ in suis sacris meditationibus legitur reuelasse.

Non leuia crimina fœminarum.

Dæmon siquidem, qui olim meretriculas cultas & depictas audebat proponere, nunc honoratiores comptis capillis, & madentibus cincinnorum fimbriis, & fluentibus fucatisque buccis, quasi Veneres adorandas passim obiicit. Ne hoc leue putent crimen, & pro suggestu non obiurgandum; ideo enim voce magna semel & iterum contra illud insurgo, *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Ex his enim rebus, quæ leuissimæ vobis videntur, & vanissimæ, non iniquitas, sed omnis iniquitas pendet; superbia, & extollentia, inuidia, iniustitia, scandalum, luxuria, impietas; quod enim patrimonium non consumunt? quos honestos oculos non violant? quæ corda non oppugnant? quam fortitudinem non frangunt? sic comptæ fæminæ, vel apertæ, vel palliatæ, vel extento collo ambulantes? *Pro eo quòd eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant*, &c. *decaluabit Dominus verticem filiarum Sion*, &c. Omnis denique natura, ait Bernardus, triplex tibi crimen opponit. *Dignus est enim agnus qui occisus est, accipere fortitudinem, facere ad quod venit, tollere peccata mundi. Ego autem dico peccatum triplex, quod inualuit super terram. Primum originale, quod non solùm personam infecit, sed naturam. Personale, quod cuique grauius est, cùm non iam alieno, sed proprio est crimine compeditus. Singulare, illud nempe grauissimum, quod committitur contra te Domine maiestatis*, cùm in te linguas, manus, lapides, mortémque coniicere non dubitant, quos tu modò lacessere audes, dicens, *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

Isai. 5. 18.

11.

Isai. 3. 16.

Triplex crimẽ in Christum reiicit omnis creatura.

12. *Si veritatem dico vobis.* Mirabile fuit post manifestam innocentiæ probationem veritati Christi non acquieuisse, sed vitium hoc à primordiis mundi originem trahit, & admiratio Christi Domini antiquam hominis ruinam memoria repetere cogit, *Quare non creditis mihi?* Vnde, Domine, vim habet hæc tua consequentia? habet quidem ex hominis natura & dignitate. Creatus fuit, & claro intellectu præditus in Deum intensissimo, voluntate purâ, innocenti, simplici, & obiecti amantissima, frænatâ irascibili, rationi subiectâ, & ad egregia facinora tanquam miles comparatâ, concupiscibili ad normam regulámque diuinæ gloriæ conformatâ. En tibi ô malum, ad prospectum arboris, & ad esum pomi; omnis hæc harmonia defecit, cæcitas in mentem incidit, voluntas peccato pellicitur, effrænis ira scandet, cæco & bruto impetu fertur concupiscentia. Quid agat Deus? aliam excitat arborem, alium esum præparat ad reparanda hæc omnia, *si veritatem dico*, obiectum mentis proponit; *quis ex vobis arguet me de peccato?* Voluntatem ad innocentiam inuitat, & blanda illa respondendi ratio, *Ego dæmonium non habeo.* Fræna iniicit irascibili, & dum ait, ego non quæro gloriam meam, appetibilem partem intentione rectâ in Deum destinat. Quam renouationem per crucem factam canunt in Apocalypsi beatæ animæ, *Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & in ore eorum non est inuentum mendacium: virgines enim non sunt, & sequuntur agnum quocumque ierit*, agnóque occiso gloria decantatur, quia omnia in eius gloriam peracta sunt. Nunc ergo vim habet interrogatio Christi, *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Si ergo veritatem, quæ vobis à natura ita grata est, prædico, ego quidem naturæ instaurator, quare non creditis mihi? Certè Domine, quia homines non sunt, sed bruta animantia, apud quæ veritas locum non habet. Liquidum facere conati sunt inter declamandum tres illi Darij equites, quæ nam omnium rerum fortior esset; & quidem pro veritate sententiam dixerunt. Et ratio est, quia vinum, rex, & mulier, superant hominem quoad partem animalem & corpoream, & ita earum vis solùm in superando quod brutum est & materiale impenditur. Veritas verò vincit quod humanum, rationale, & supremum est. Hinc sequitur turpis & monstro similis consequentia, si veritatem mihi dicenti non creditis, ex eo quidem est, quia inter vos pauci sunt, qui homines sint, plures verò qui brutorum mores & naturam habeant. Patet consequentia, quia qui hodie dominantur vobis, sunt rex, mulier, & vinum; vbi ergo quod animale est, dominium tenet, quid mirum si non credant homines, qui non homines, sed bruta animantia nuncupandi sunt? Quamobrem inter aulicos, vbi regis gratia præualet, & mulierositas dominatur, necnon calet vinum, veritas locum non habet. *Nicodemus venit ad Iesum nocte: Magister scimus quia verax es*; nocte quærit vir aulicus, & abscondite veritatem. Quòd si est vnus qui roget, *quid est veritas?* irrisio potius est quàm curiosa interrogatio. Quod probat, quàm facilè aufugit videns Christum præparatum ad veritatem declarandam. Et Ioannes ille, qui illam in curiam inuehere tentauit, & ab agresti & pagana vita ad curiam traducere, ne exularet nobilissima veritas, capite minutus fuit. Venit denique de deserto in vrbem, sed quasi illiberalem in carcerem miserunt; quod docens Paulus ait, *Reuelatur ira Dei in eos, qui veritatem Dei in iniustitia detinent.* Quare cùm in sua libertate non sit, non auditur; ideo enim notat Ambrosius [a], Petrum in palatio Christum negasse, ibi enim vincta erat veritas. Et quid si loquatur veritas? *Certè non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius.* Sicut Iehu nuntiantem sibi Prophetam, regem à Deo fieri, insanum vocauit; *Quid venit insanus iste?* & dixerunt, *Falsum*

Cur intellectus veritati non acquiescat.

13.

Apoc. 7. 14.

Haud meretur nomen hominis cui veritas non quadrat.

Quare inter aulicos veritas locum non habet.

Ioan. 3.

14.

Ioan. 6.

a Lib. 10. in Luc. c. 22.

Prou. 18.

4 Reg. 9.

Grata sibilibenter audit peccator.

Falsum est. Et quidem nondum sciebant, quid noui afferret: at cùm nuncium gratum fuit, nemo Prophetarum sic exceptus, sic laudatus, sic gratus fuit regi: *Todos le creyeron luego, y hizieron Rey a Iehu.* Inde fit, vt non solùm veritati non acquiescant, sed quærant vt supprimant, Ioan. 8. *Scio quia filij Abrahæ estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis.* Chrysostomus notat non dixisse, non capitis sermonem meum; sed, *non capit in vobis*, quia cùm pleni essent odio, locum non dabant veritati, *nola puedent digerir.* Vnde sicut nauseabundis, & stomachabundis etiam concionatores renuunt veritatem ingerere, nisi vel condiant, vel minuant, vel colorent, quod crimen est læsæ maiestatis,
15. non minus quàm pecunias adulterare, Psalm. 11. *Diminutæ sunt veritates à filiis hominum*: pecuniâ adulterinâ vtimur, *labia dolosa in corde, & corde locuti sunt.* Etiam amicis non credendum; & qui minus peccant, si non adulterant veritatem, at ab ab illa aliquid demunt, & diminuunt: quod perinde est ac mentiri,

Gen. 26.

Diminutæ sunt veritates: saluum me fac. Señor no me echais a mi la culpa de delito tan graue. Auditores sunt in culpa: nam hac de causa Isaac vsus est simulatione, ob imminens vitæ periculum diminuit veritatem, & Rebeccam non vxorem, sed suam dixit esse sororem, licet alioqui in ea re, vt putant Doctores, non fuerit mentitus, sicut etiam pater Abraham: non enim negauit esse vxorem, sed tacuit, & quæ cognata sibi erat, sororem ex more suæ gentis verè appellauit; & causam planè aperuit Abimeleco, *Timui ne morereris*: mortem namque timere debet, quisquis veritatem palàm loquitur; & tot sunt persecutores veritatis, vt qui securè voluerit viuere, mendaciis, aut simulatione vti opus esse videatur; iam enim mundus Achab mores imitatur, tantùm audit Prophetas mendaces, vel qui diminuunt veritates.

Gen. 20.

Cur supprimunt veritatem concionatores.

16. *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Tremendam sententiam lenire cupiens excusare volui vestram socordiam. Respondeo igitur non sæpe esse signum damnationis non audire Dei verbum, sed ægritudinis, qua bonus gustus amitti solet, pro quo orat Dauid, *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me.* Hieronymus vertit, *Bonum gustum disciplinæ. Señor son gustos, no los culpeis mas.* Vel vtuntur floribus verbi Dei solùm ad speciem, vel olfactum, non ad conficiendum mel, hoc est solius apis munus. Sic multi adsunt concionibus, quasi ad vrbanitatem, ad pascendas aures suaui loquendi ratione. Excusat etiam socordiam Chrysostomus [a], nam qui simul audit concionem, sicut qui à balneo exit, ad secretiora cubicula, lectum, & lintea calida recedit, vt fugiat ventum, & pellat per sudorem morbum, Sic ait Chrysostomus, ab Ecclesia, non ad colloquia, sed ad secessum domus, ad fouenda Dei verba, & sacramenta, vt prosit Christi sanguis, & peccata purgentur. Itaque optabam excusare vos; sed quis sententiam illam benignè poterit interpretari, *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis?* Nam qui Philippi partes sequitur, vel vbi ciuitas est illi fidelis, certè & aures arrigit ad eius leges & pragmaticas audiendas, & fores illi aperit, imò domum ipsi in hospitium militum & famulorum pandit. Hostis eius est, qui fores obserat regi. Doctoris antiquissimi Origenis [a] obseruatio est, nec non & Bernardi, *Illæ mulieres, quæ inaures suas obtulerunt, vt fieret vitulus, insipientes erant, quæ à veritate quidem auerterunt auditum, ad fabulas autem, impietatémque conuerterunt. Dieron señal de lo que eran en dar las arracadas.* Et Bernardus [b], *Nonnullos* (inquit) *sic interdum audientes inuenies, ac* 17.
si nihil omnino ad eos pertineat eorum quæ dicuntur, non intrare cor suum, nec discutere mores suos, non cogitare, ne fortè quod audiunt, dictum sit propter eos: magis autem si sermo Dei, qui suo, non eius qui loquitur arbitrio, fertur quocumque voluerit; si, inquam, manifestè aduersùs illa vitia processerit, quibus se sentiunt obligatos, dissimulant, & auertunt oculos cordis. In his ergo salutis signa non video; magis autem vereor, ne fortè non audiant verbum Dei, quia non sunt ex Deo. Quare qui verba Dei audire detrectat, proditoris nomen obtinet; nam, vt ait Ephrem [c], *Vnde mors principium habuit, nónne per aures Euæ, dum eam serpens alloquitur, aditum sibi patefecit?* E regione verò *anima fidelis Regi Deo* (ait Clemens Alexandrinus [d]) *debet non solùm linguam, sed aures etiam castas habere*: nam, vt ait Plutarch. [e] *solam hanc viam auditus sibi virtus reliquit; vitiis enim* (inquit) *multæ partes corporis, multaque loca aditum spatiúmque ad animam penetrandam præbent; vnica virtuti ansa aures sunt. No ay por donde asirle al alma, que no da la oreja a Dios.* Vnde ait Bernardus [f], cùm præscitus ille populus in damnationem rueret, in nocte passionis Petrus fidei parens auriculam amputauit, *vt viam* (inquit) *faceret veritati.* Sed oppositum dixit Hieronymus [g], vt ex illa nocte signum damnationis præferret aurem obturatam.

Benignè interpretantur verba quæ signa valentur damnationis.

a Tom. 6. inter similitudines.

Sed difficulter possunt benignè exponi durissima verba.

a Exod. 32. hom. 13.

Ex Deo non esse ostenduntur qui renuunt audire verbum Dei.

b Serm. 1. in Septuag.

Qui ex Deo est aures suas Deo dat.

c Tract. de linguæ malo.

d 5. Strom.

e De audit.

Ansa virtutis auris humana.

f Serm. 28. in Cant.

g Alibi relatus.

Nónne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu? Certè harmonia, & vocum melodia grata esse solet; quia voces inter se conueniunt, & à consilio, & ex præscripto ductoris post longam exercitationem concinunt. Verùm quis audiuit vnquam tale, vt ad mentiendum, & inferendam contumeliam omnes isti proceres conuenerint de nomine & contumelia, qua Christum à consilio infamare & afficere student vna voce, & communi ore? *cierto que se auian prouado y tratado que nombre le pondrian. Docuerunt linguam suam loqui mendacium, vt iniquè agerent, laborauerunt.* Nam, vt notauit Gregorius, opus mentiendi indiget scholâ & exercitatione: nam & argumenta & rationes dubitandi debet præmeditari, vt respondeat, & præludia mittere apparentis veritatis, & respondere argumentis. O quanto labore exonerauit Christus suos, cùm ad confitendam veritatem mittit palàm, & iubens, *Nolite præmeditari; no os embaraceis en estudiar razones y argumentos, no ha menester esso la verdad; nam loqui plerumque præcipitatio est*, ait Gregorius [h]; *meditari verò studiosa prauitatis*: nam qui, vt ait Dauid, *in corde iniquitates operantur in*

18.

Consensio ad mentiendum mirabilis.

h 12. Mor. c. 11.

terra, speciem sui mendacij præbent, *iniustitias enim manus vestra concinnant*, Hispane clariùs, *cocinan la mentira*: aliàs enim ægre possêt deuorari, nisi condirent isti, & ornarent, & tegerent.
19. Modò verò sic concinnant & adornant, vt iam elegantia sit pulcrè mentiri. *Iudicium Domino cum habitatoribus terra. perdido ha el tino el mundo, y viene a darsele Dios:* solus enim Deus potest attingere veritatem; quare? *nam non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra; maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt:* nam cùm flumen intra alueum fluit, scimus iam in mare tendere, & intrare; cùm verò præterfluit, & exundat, & per campos spatiatur, quis sciat quò peruenturæ sint aquæ. Cum lingua & mendacium intra alueum angustum hominum vilissimorum fluebat, sciebant homines quò tendebat mendacium, & mentiri pauperem ob diuitias, mercatorem ob lucra, sartorem ad sustendandum officinæ opus; verùm cùm inundauit mendacium, & occupat aulas regias, collegia, academias, familias religiosas, & per vrbes, plateas, & vias pleno amne diuagatur; quis sciat quò tendant mendacia, quem finem sint habitura? quis fidat iam equiti, duci, aduocato, & principi, qui iam conuenerunt ad mentiendum, & chorum ineunt, & coeunt, & vno ore aiunt, *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes.*

Mendacij copia grande minatur malum.

Ioan. 8. 48.

20. *Ego dæmonium non habeo.* O digna Deo respondendi ratio! *Maior est* (inquit Chrysostomus) *qui ita loquitur, quàm qui futura prædicit.* Quòd si ita nos in iniuriis illatis loqueremur, *lingua nostra lingua esset Christi*, volens enim lucrari hos insanos Iudæos, tam leni & miti responsione demulcet; hoc ipse in Euangelio docuerat, *Si te percusserit in vna maxilla, præbe illi & alteram; imò tertiam etiam* (addit Nazianzenus [a]) *si haberet, ob eàmque, quo magis ad lenitatem percussorem erudiat, opere docens quæ sermone non potest.* Nota verbum, iratus enim non est ita animatus, vt possit docere, & docendo lucrari fratrem, sed tolerando. Ideoque Christus percussus alapâ locutus est ad percussorem; nos enim non sumus in dispositione ad loquendum, dum ira accendimur, satis est tacere: at cùm de Christi Domini patientia suspicio nulla esse posset, alteram maxillam non obiecit, ne daret ansam maioris criminis; at voluit loquendo allicere & conuincere. Augustinus [b], Magna illa præcepta patientiæ non ostentatione corporis, sed cordis præparatione facienda: fieri enim potest, vt alteram maxillam præbeat, & iratus, hoc est, solùm petit animi præparationem, ne amittat patientiam pretiosissimam: & ideo tam longè sit ab ira, & ab iratis verbis, vt etiamsi opus esset, alteram maxillam præberet; præbere autem sæpe non oportebit irato, ne grauiùs delinquat. Nam, vt ait Gregorius, *gloriosius est iniuriam tacendo fugere, quàm respondendo superare.* Circa quæ duo eleganter ponderant Doctores. Primus Augustinus, cùm Dauid potuit perimere Saulem; rogat quare non interfecit; neque enim ô Dauid habes quem timeas; Saulem minimè, en iacet, & sopore obrutus locum dat vulneri; Deum minus debes formidare, qui prostratum telo obiecisse videtur, & permisisse occasionem; militem circumstantem multò minus, consepulti enim iacent sopore, & tui milites potiùs ad necem vrgent, & commouent. Quem igitur timuisti, Dauid? Ait Augustinus, *Timuit vtique cor suum.* Et quid habet cor tuum? erat secundùm cor Dei, ad eius formam factum; Dei autem proprium est parcere. Cum his omnibus circunstantiis, nimirum cùm damnare & punire posset, nulli delaturus rationem facti, cùm nocens & peccator meretur mortem, cùm nemo impedit, quin potiùs cla- 21.
mant sancti, *Vindica sanguinem nostrum, parcit tamen Deus*, non alium timens quàm cor suum, quod diuinum est. Ego igitur, qui sum secundùm cor eius, ait Dauid, nunc maximè debeo parcere. *Timuit cor suum.* Secundus est Ambrosius, qui notat verba Saluatoris, quibus instruit discipulos Luc. 22. *Qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. O Domine, cur iubes me emere gladium, quem vetas promi?* Respondet, *vt sit parata defensio, non vltio necessaria, & videar potuisse vindicari, sed noluisse.* Quare hodie cùm filios Dei suo sanguine & adoptare & insignire incipit, crucem illis ostendit, in qua potiùs oppetant mortem, quàm alienum sanguinem sitiant, vt filij Dei verbo geniti eius sermoni audientes gratiæ insigne præferentes ad gloriæ hæreditatem aspirent.

Mansuetudo Christi in respondendo.

Luc. 6.

a Orat. 28.

Mansuetudo magistra optima.

b Tract. 103. supra Ioan.

VERBVM FILII.
Ioan, 8. vers. 46.

Quis ex vobis arguet me de peccato? si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi.

Triplici ligno crucis peccati grauitas penditur, & verbum Dei audiendi vtilitas, & necessitas ponitur.

DISCVRSVS CVII.

TRES simul crucis, triplèxque patibu- 1.
lum vna, eadémque die in te constitui & parari conspicio, ô mons Caluariæ, vocatus (nec immeritò) per Ieremiam Goatha, *vallis cadauerum & cineris*, summum & extremum horroris & damnationis theatrum, iustitiæ eius, quæ Ierosolymis in maleficos & damnatos infertur. Quæ ciuitas cùm nomen sibi sanctæ, fidelis, & iustæ, iam olim per Prophetas asciuerit; æquum est iudicare, tres, quos vni supplicio addixit, pari scelere astrictos esse, dum eandem æquitatem in eos exercet, consimilique pœnâ plectendos decreuit. Ibo igitur ad vincula, in carcerem intrabo, ibique rei causam discutiam.

Cap. 31.

Triplicis crucis & Caluariæ mystica explicatio.

2. Primus qui occurrit peccator, est impius, in quem sæpe, tanquam in vas inane & perditum domus Domini passim impingimus. Itaque peccator, inquiro (licèt frustrà) ob quam causam crimenve his vinculis detineris, mortique damnaris? Negat ille, ne suâ se confessione damnet: neque se aliud scire fatetur, quàm quod ille sui iuris consultissimus Paulus admonuit Galat. 22. *Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato,* vt

Semota iustitia legis præcessit largam legis gratia misericordiæ.

Digitized by Google

vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Hoc caput est meæ damnationis & causæ, in me publicis literis testata esse crimina ab Adamo parente, quæ me reum æternæ damnationis efficiunt. Responsum equidem liberale, non tam ignari peccatoris ore prolatum, quàm ex Augustini sensu diuinitus productum. Quid putas (ait Augustinus) libros legis esse, nisi tabulas & publicas literas, in quibus rubro sanguine animantium, perspicuisque characteribus omnium hominum peccata signantur, & vnicuique antiquæ labes & crimina irrefragabilibus notis inuruntur, vt neque diffiteri delicta, nec quid honestum respondere valentes, peccatores esse, egereque piissimo Redemptore fateantur? *Notis peccatis* (ait Augustinus) *per legem conclusi sunt, vt se excusare non possint, sed quærant misericordiam*: sic enim in eorum solatium scripsit Paulus, *Conclusit enim Deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur.* Augustinus legit, *in iniustitia*; quasi diceret, ne sis, peccator, fracto & demisso animo: his enim nihil aliud contendit diuina seueritas, quàm te arguere, &

Sanguis sacrificiorum peccata hominũ contestabatur.

Rom. 11. 32.

3. de peccato conuincere. Mos enim erat peccatoribus, post patrata crimina sine mente & sine fronte hæc verba fastu & superbiâ plena audenter effutire, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Nihil mali feci. O insania! siste, mecum enim hodie congressura es; qui nihil effecero, nisi effecero te immanis sceleris ream immortali pœnæ, vel vno lethali peccato esse addictam. Principiò autem quid sit peccatum, quod mortale communiter dicitur, excutiamus. Mortale peccatum illud dicitur, rem agere, ob quam mors Christo obueniret, vel ipse vt illud mederetur, iterum atque iterum mortem oppeteret. Scio te tam graue malum auersari, inficiarique peccatum tuum non intulisse mortem Redemptori. O frigida respondendi ratio! Euincam, ni fallor, te Christi peremptorem nefarium extitisse. Cùm tres aduersarij bene ad bellum comparati vnum hominem aggrediuntur, post pauca contumeliæ verba ad vim, ad manus, ad arma confugiunt. Primus cæsim humerum percussit, ab altero punctim vulnus in præcordiis excepit, tertius verò sublato sursum ense plagam in caput direxit: hic caput velut malum punicum diuidit, ille armum à tergo seiungit, alter verò cor ipsum quasi spiculo confodit. Verum est, hos tres hominem istum interfecisse: sed æquè verum est, quemlibet eorum suo sigillatim vulnere facinus perpetrasse. Nam licèt alia vulnera defuissent, cuiuslibet plaga potens fuit acerbam illi inferre mortem; non secus ac formoso iuueni & improbo Absalon fertur accidisse: nam tres lanceas sic dux exercitus Ioab in illum intorsit, vt quamlibet in intima cordis pariter inferret. *Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in*

Persuasio de grauitate peccati mortalis.

Ratio à simili.

2. Reg. 18. 14.

4. *corde Absalon.* Sic ergo contra Deum se habet hoc, quod sæpè audis, & sæpiùs committis lethale peccatum, quod sic appellatur, non solùm quia animam spiritualiter perimit; (aliquod enim iam emortuam inuenit per aliud peccatum priùs commissum) sed lethale dicitur, quia quodlibet tantam in se prauitatem habet, vt Christum de vita exturbare, de medio tollere potens sit. O miser & verè deplorande peccator, quàm aduersa & absurda causa tibi est; quoties in peccatum ruis? Audi tamen dum hanc (quæ contra te est) veritatem ex tuis verbis extorqueo: tu in hac parabola iudex esto. Armatus eques nobilis noctu pallio obuolutus per viam ciuitatis concursat; eadem autem quâ pergit viâ, occurrit illi ignobilis & vulgaris homo, vbi post verborum contentionem venitur ad arma; ignobilis omnem in primo ictu vim contulit, & in caput vulnus direxit: quod cùm ærea casside benè munitum esset, ictus à capite in humerum decidens, humerum percussit. Estne hic reputandus homicida? Adsint Theologi, consulantur peritiores; omnes vno ore homicidam vocant, & vt homicidæ crimen in confessione aperit, illique homicidij pœnitentia iniungitur, quia quod ex se fuit, lethale vulnus prætendit, etsi non intulit. O homo ad malum audax! ô fœminæ misertimæ, vanissimarum rerum pertimidæ! ego ostendam vobis quem paueatis. Quid est peccare? vtique in Christum manus iniicere sacrilegas: peccando enim manus in caput Christi tulisti; sed cùm caput Christi Deus sit, galeâ diuinitatis præmunitum & tectum: vis illa nefaria, quæ in capite effectum non est sortita, in humerum humanitatis passibilem & inermem plagas mortiferas intulit, ita vt nec diuinitatis gloria, nec loci immunitas, nec altissimum Deitatis effugium, ad quod quasi in sacrarium se con-

Quare mortale peccatum nuncupetur.

Alia ratio à simili.

Ponendum immane crimen lethalis culpæ.

tulerat (de quo DD. *Altissimum posuisti refugium tuum*) illi securum præsidium fuerit; quin 5.
potiùs ibi aram tenentem sacram ipsum Deitatis domicilium ingressam animam Christi sanctissimam cruci, clauis, spinis, lanceâ confodisti & confixisti. Vide quo te scelere deuinxisti: vide manus nefarias sacro madentes sanguine; lege contra te conscripta volumina, quæ te criminis autorem faciunt, *Filius hominis tradetur in manus peccatorum.* Ecce ex propositis efficitur, te infandi criminis reum esse, nec esse cur dicas, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Accedit autem aliud crimen, nam idololatriæ peccato & infidelitatis te reum euincam. Nihil enim (ait Hieron.) est peccare, quàm idolis seruire, quæ Deus luculentis verbis prohibuit, *Non erit in te Deus recens*, exponit Hieronymus [a], *Quot peccata habemus, tot Deos recentes habemus.* Proximum est huic & aliud ex suo genere fœdissimum crimen, te videlicet quasi transfugam à Christi religione, à Redemptoris sanguine, meritis, virtuteque filij Dei, & purissimæ matris auxilio defecisse; peccando enim te in dæmonis regnum & potestatem traducis; sicut inter eos qui in alio vicino regno contrahunt, priùs vendens cogit emptorem, vt sui regni legibus abdicatis, illis tantùm legibus subijciatur venditoris, vt ab illo vendens faciliùs solutionem extorqueat; sic salutis nostræ infensissimus hostis satan quando tibi emenda proponit carnis delectamenta, diuitiarum lucrum, epularum gustum, vel inordinatum honorem, priùs te à Dei iure, legibus, foro, pietatisque sanctionibus extrahere, & suis iniquissimis legibus summittere conatur, vt vale primùm dicas piissimis Christi & incarnationis, & passionis, mortisque meritis, Virginis auxilio, sanctorum præsidio, vt nullum deinceps fru-
ctum valeas percipere. Scio, dices, te hoc ne- 6.
que

Psal. 80. 10.

Recens Deus & idolũ peccatum est.

a In Exod.

Dæmonis captiuus seruúsque fit peccãs.

que voluisse, neque vnquam protulisse. Verum dicis; sed quod ore non profers, opere, quod iniquius est, contestaris. Nunc ergo obsecro, quoties peccandi occasioni es intentus, quoties peccato & dæmoni acquiescis, hæc proferas verba: Ego propter hanc delectationem libenter cedo sorti æternæ, & hæreditati, quam mihi Christus acquisiuit sanguine suo, me ab eius abdico meritis, matris præsidio, gratiæ & gloriæ donis nuncium remitto. O rem horrendam (ais) quis talia vnquam ausus est fari? O stultam insipientiam (inquam) quis talia ausus est perpetrare? Qui ergo tam atrocia commisit crimina, pœnas æquum est luat, & ipse sui criminis præconium dicat, *Peccaui, iniquè gessi*; & vt eram dignus, non recepi. Eia Domine, paretur patibulum crucis, inter latrones primus censendus, delictaque non sum soluendo; fatebor saltem, & contestabor mundo. Omnia me peccatorem esse facilè euincunt, conclusus sum sub peccato, vt ait Paulus, *vt omnium misereatur* Christus; iam deinceps non audeo dicere, *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

Pœnitens sui ipsius vindex est.

7. Secunda crux cui præparatur? Quis (Ierosolyma) ita nocens, vt inter maleficos cruci suffigatur? Dicis crucem in altum efferri vnico Dei filio Christo Iesu. Quid ais? Culpam Dei filio nedum pœnam ascribis? Potéstne illi culpa hærere cui inest diuinitas? Loquantur (inquis) sacræ paginæ, quæ illi sin minus culpam, saltim pœnam assignant. *Qui si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum.* Loquitur Dominus de filio, quem post obitum suum daturus erat Dauid, ait enim, *Cùmque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis.* Quare melius de Christo, quàm de Salomone promissionem explicant Doctores, *Et de vtero tuo egredietur*, videlicet (vt explicant Tertullianus & Augustinus) de virginali ventre Mariæ, quæ Dauidicæ stirpis virga Virgo pariter & mater edidit Salomonem Christum. Hic ergo si quasi homo peccauerit, eidem virgæ suppliciòque mortalium subiiciam. Sit ita; sed vnde ostendis mihi crimen Christo hæsisse? qui iudex? quod vestigium? quæve suspicio certa delicti, ob quam seuerà illum plectes morte? His omnibus respondet Isai. *Nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum.* Hebr. habet, *quasi percussum Deum.* Ego, inquit Isai. valde in hac causa versatus, quæ Spiritu sancto interpellatore didici, iam enuncio. Ideo morti addicitur, quia filius Dei est, pariter & homo, sine peccati labe. O mira res! Quibus firmissimis testimoniis causa contra immeritum est communita? quos produces testes? contra iustum? contra impeccabilem? contra Deum? Placet. Prodiit quadam die innocentissimus Dominus, & eos qui infensi in illum erant, sic bellò lacessiuit, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Hæc ipsa dies, qua hæc acta sunt, in æternum consignata est cruci, dies passionis Domini appellata est. Quare? hac enim die se filius Dei alienæ culpæ reum fecit, & quasi publicis literis alienæ pœnæ debitorem & solutorem constituit: causa enim sic habet. Vt rectè quis munus Redemptoris obiret, opus erat vt propriâ labe careret,

Secunda crux Christo Domino innocentissimo præparatur.

2. Reg. 7.

Quomodo Christo innocentissimo crux obuenit.

Cap. 53.

8.

Christus quia innocēs aptissimus est morti & redemptioni.

quia si culpâ non vacaret, non redimeret, sed redimendus foret. Quis enim valeat alienas causas liberè agere, qui suis est astrictus delictis, pœnis, iudicio. Quando princeps aliquis hominem rei familiaris administratorem eligit, priùs studiosè perquirit, sitne aliquo ære alieno oppressus? sitne bene nummatus? nam in explendis soluendisque propriis debitis totam domini rem insumeret, qui propriam non habet: quare si Christus peccati debito teneretur, suis ipse meritis indigeret, & fortè nec sibi sufficiens esset, cuius culpa infinita esset. Secundò, debet in se redimens tali esse præditus innocentiâ & sanctitate, qua possit sine sui contaminatione alienas sordes eluere, & pœnas pro sontibus soluere, quos conclusos carcere modò Paulus aiebat. Hic ergo homo talem iustitiam, talem sanctitatem habeat oportet. Tertiò, vt mortem oppetat, & secundùm leges moriatur; sic enim lege sancitum est, *vt sine sanguinis effusione non fiat remissio.* Tertiò, huc tota deducta res est, vt homo sine crimine iustus, & iustos facere potens, moriatur, & morti datos redimere queat. Si ergo hæc in Redemptore spectare oportet, eodem die quo se innocentem etiam inter aduersarios ostendit, perspicuum fit, se pro omnibus velle in cruciatum dare, & quasi dicere: Accedite mortales, me in crucem agite, ego sum Redemptor, quem expectatis; à me peccatum abest, tamen pœna non abest: Deus sum omnino à vestris sordibus remotus; homo tamen qui pœnas vobis constitutas non recuso. Quæ omnia sigillatim exposuit Isai. cap. 53. *Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur*; prospiciet prædestinatos in suo sanguine, qui nec pauci, nec ignobiles sunt, dum Dei oculos satiare dicuntur: *in scientia sua*; quæ hæc scientia est? (ait Glossa) nisi quam nos edocuimus Seruatorem nostrum, fecimúsque *virum dolorum & scientem infirmitatem?* Vnde sequitur, *Iustificauit ipse iustus seruus meus multos*, non aliter nisi quia *iniquitates eorum ipse portabit*; quare qua die hoc perspicuum fieri contingat, statim *cum sceleratis reputatus est.* Crucem efferte, mortuum reputate, & cum maleficis ascribite. O rem admirandam! ô mea atrocia crimina! nihil post hominũ memoriam mirabilius, me tam graui, imò infinito scelere astrictum esse, vt simus pariter vincti, vnáque de causa immensus Dei filius, & ego; ille summè innocens, ego nefas, & maleficus, & nullâ causæ mutatione factâ eisdem meis literis, accusatione, rapitur ille in crucem, suffigitur, moritur. Qua meliori ratione (mi Domine) quantum sit meum peccatum, ediscam, quàm intuens eisdem literis meam vitam atque tuam consignatam esse in mortem, & te acerbâ morte perimi, dum ego liber hac luce fungor, *que con el mismo processo mio sentencien a morir a Dios, clara señal es de la grauedad de mi pecado?* Quare non est cur iam miretur Isaias qui aiebat, *De iudicio sublatus est, su causa ni fue oida ni vista*, leuiter iudex causam eius attigit, nihil de illa præter sententiam scripsit: quia cùm alienæ culpæ se reum fassus esset, nostræ, pro quibus occumbebat, satis notæ essent, statim ac Pilatus suam proposuit sententiam, dicens, *Ego nullam in eo causam inuenio*, illicò acta res est, quia licèt non

Ratio à simili.

Hebr. 9.22.

9.

Christus se sua innocentia morti addixit vt Redemptor esse posset.

10.

Causa vltima crucis Christi.

Grauitatis peccati non leue argumentum.

by Google

non sit in eo, est tamen in nobis culpa, de qua se liberum asserit, dicens, *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

11. *Christus seipsum ad damnationem offert.* Cæterùm sit ita (amantissime vir) ex te liberum, ex me nocentem esse; quare tamen sic audes prouocare homines, qui te facilè criminis possunt arguere? nec enim in te illa ignorantia cadere potest, quæ in Iacob, de quo sic textus habet. Cùm se Iacob à domo Laban subripere clanculum tentauit, cordis sui pignora grata, Rachelem cum filiis secum contulit. Illa diuitiarum cupida, vel paternæ superstitionis æmula, idola aurea & argentea eripuit. Quo cognito Laban in furorem actus eos insequitur, & de Iacob sic grauiter conqueritur, *Cur ignorante me fugere voluisti?* (Gen. 31.27.) Quæ hæc tua licentia? te non solùm (Iacob) à me furtim declinasse, sed meis bonis, & his sacris, sacrilegas manus admouisse? *Cur furatus es Deos meos?* (crimen non turpe solum, & detestabile, sed probato viro indignissimum.) Cui Iacob ait: Te insalutato vt pedem domo efferrem timor coëgit; verebar enim, ne filiam vxorem tanti amoris & officij adimeres: quod autem furti me arguis, haudquaquam patiar. Perquire omnia, lustra oculis nos, nostram supellectilem; quòd si in me tale pignus, crimenve repereris, ego memet coram fratribus tuis capitis reum facio. O quid ais (Iacob) tu te ad damnationem offers, tuo te ore damnasti, Rachelem, quæ tecum est, iugulasti: illa secum idola tulit (quis enim talia cogitaret de fœmina probatissima & pulcerrima, puerili cupiditate idola surripuisse.) O Domine, quis ad te, cùm à peccato immunem prædicabas, tacitus & silenter accederet. Quid ais Domine? peccatum negas? *Longè* (ais) *à salute mea verba delictorum meorum*; vtique memor esse debueras tuæ sanctissimæ humanitatis, quæ licèt aliena nostra secum fert crimina, nostras portat iniquitates, ob quas nostrum licèt nemo te vocet in crimen, æternus Pater iratus tibi comminatus est mortem, crucéque signauit, *Vexilla Regis prodeunt, fulget crucis mysterium, quo carne carnis conditor suspensus est patibulo.* (*Christus sua passionis præconium dicit.*) Satius erit Domine, te in cruciatum dare, ego præconium dicam, causam Chrysostomus [a] prodit. *Christus intrat mortis iniurias, subit passionum contumelias; quoniam sic damnari voluit, qui quod fecerat, sic amauit.* Se innocentem dum prædicat, damnat, dicens, *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

[a] Hom. 6. de Passione.

12. *Meritò Christus extorquet à peccatoribus satisfactionem pro peccatis.* Tertiam crucem quis iam nisi pœnitentia præparat peccatoribus? Omnes enim hoc sacro tempore in vincula conicit, fateri crimina, & pœnas luere cogit. Quid est hoc, Domine? quare vincula, crucem, metus, & formidines mihi opponis? vtique volo extorquere à vobis; quod vnâ die vestri causâ vnigenitus meus in cruce rependit; soluite mihi pœnas & labores, quos in salute vestra filius meus collocauit. Quæ, vt meliùs intelligantur, aduerte, in extremo die districtum iudicem secum allaturum crucem, vt iniquos non solùm de culpa arguat, sed de pœna conuincat. (*Parebit signũ crucis & cur in iudicio.*) Quia quando rex aliquem nequit de proditione conuincere, conatur sedulò literas eiusdem sigillo & chirographo signatas reperire; ideo illi qui callidiores sunt, abscondunt eas, discindunt, comburunt. At si tantùm vna superstes sit, illâ ostensâ, & obiectâ, potest rex totam proditionem euincere. Ecce hoc tuum chirographum, poteris hanc tuam subscriptionem diffiteri? Statim debilitatur, & animo cadit. Venturus equidem est ad iudicandum Christus (ait Hieronymus & Beda) vel quia proprium regis est venari & damnare regiæ maiestatis proditorem, *es proprio de vn Rey, dar caça a vn traidor.* Fiet autem hoc seruatâ in illum diem cruce: & licèt peccatores literas suorum criminum delere, immiscere & confundere velint, dicendo, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* & *Omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem, quam peccaui*, (Oseæ 12.8.) neque vestigium iniquitatis in meis operibus potest inueniri; tamen sempiternus Rex crucem insignibus suorum cruciatuum ipsa manu peccatorum exaratam prodet, *& aspicient in eum quem confixerunt.* Tunc quid de te futurum est? quò confugies? Cades animo, nec oculos ad iudicem attollere audebis.

13. *Alia de causa parebit in iudicio signum filij hominis.* Alia tamen de causa, quam assignat Chrysostomus, crucem in iudicium afferet Dominus, nempe vt solutionem pœnarum à peccatoribus extorqueat: in quo rem nouam & mirabilem adnotarunt Hieron. Chrysost. Beda. Sint licèt magna & horribilia quæ secum adferet dies extremus & luctuosus; tamen, quod horribilius est, erit crucis aspectus: nam, ait sacer textus, *tunc plangent*, quando apparebit signum filij hominis. *Alli sera el alarido, alli los llantos.* Quid intuemini miseri, quod in cruce singulariter mouet inter tot miserias planctum? Dicam quod illi fortè ignorant. (*Simile.*) Quando quis sponsor & fideiussor factus est pro suo amico, aufugit amicus, vel quia ingratus, vel quia soluendo non est; intrant domum fideiussores, creditores, & integram solutionem ab illo extorquent; venditis & expoliatis omnibus, si quid auri, si quid pecuniæ, si quid ornamentorum est, id totum insumitur, nudisque parietibus hærens relinquitur. Sistite tamen (ait) mihique literas scribite earum rerum, quas pro amico solui, vt eas iudicio recuperatorio repetere & obtinere valeam: sicque in scriptis omnia primo debitori reposita & imputata manent. *Saca carta de lasto para hazer se pagado.* Vadem se pro nobis Christus ad mortem vsque dedit, & ex crumena sanguinis sui pretium prompsit, & Patri exigenti numerauit. 14. *Real sobre real pagò basta quedar desnudo arrimado a vna cruz.* Cùm tamen solueret, clamans dicebat: *Quæ non rapui, tunc exoluebam*; nec furatus sum, sed pro ære alieno me deuoui; ideo esto tu crux meæ solutionis testis, in te hæc omnia exarentur, & reponantur sigillatim, sputa, claui, lancea, spinæ, verbera, vulnera, sanguis. (*Crux testis solutionis à Christo exhibitæ.*) Quorsum hæc (mi Domine) tam exquisita adnumeratio? nunc (ait) nomina in codicem digero, vt extorqueam pœnarum solutionem, & ad eos. Reddite ergo quæ debetis iniqui, & ne effugia quærere possitis, en crucis vexillum, en mearum rationum codicem, *Tunc parebit, tunc plangent, Hela la cruz, alto a la carcel*, tunc in barathrum præcipites cadent, vbi in æternum plangent; (*Quare inferni cruciatus æterni sint.*) ideo enim in æternum protenduntur pœnæ, quia cum

* De necessitate satisfactionis Suarez 3. p. tom. 4. disp. 37. sect. 10. Videtur, inquit, probabilius, vnicā viam ad cōsequendā in hac vita remissionē peccati per propriam actionem operātis esse condignā satisfactionē, & recompensationē delicti: sicut vnica via ad cōsequendam gloriam est meritum de condigno ipsius operātis; videtur insinuare Conc. Trid. de necessitate satisfactionis: nam quòd primus modus

15. nō sufficiat, scilicet impetrando, ex Augustino probatur ser. 1. de tēpore in fine, super illud Eccli. 21. *Fili peccasti, ne adiicias iterū, & de pristinis deprecare vt tibi dimittantur.* Sed inquit August. quid proderit deprecari, si te non condignū feceris exaudiri, nō faciēdo fructus dignos pœnitentiæ: aut tanquā sterilis ar-

16. bor excidaris, & in ignē mittaris? si ergo exaudiri vultis, eū deprecemini pro peccatis vestris, dimittite, vt dimittatur vobis, vbi loquitur de omni remissione culpæ & pœnę, peccati autē remissio non petimus fiat per solā orationem sine debita dispositione.

cùm debitum infinitum sit, mors quippe personæ infinitæ, etiamsi immortaliter puniantur, nunquam, nunquam ad exitum infinitæ solutionis peruenient. Quod ita fieri conuentes Dei serui, secúmque meditantes dicunt, pœna vtique in hoc vel futuro sæculo soluenda est *: fiat libenter & seriò, quod inuitè & inutiliter eramus facturi: ille crucem religionis amplectitur, illa velum castitatis induit; ille se cruci tribus clauis religioni configit, ille compedes sibi, & seram silentij ori admouet; vnusquisque suam crucem amplexatur & sustinet. Quò tenditis pœnitentes sancti? quò properatis? imus omnes in Caluariæ montem, vt quisque soluat, quod pro singulis Christus in cruce Patri retulit. Iam de solutione cogitamus, *& cogitabo pro peccato meo*, sensus mei oculi vagi & errantes. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* pensio à vobis exigenda est, ne me in crimen vocetis coram Deo, & omni creatura. Estote ergo demissi, cauti, modesti, & continentes. Accede, iniqua caro, *argues me de peccato?* furto ne sublata idola tecum portas, quibus me ignominiâ notare possis? hæc te crux non pertulit? non te conscientia criminis frænat? exigam ego rationem, verberibus & flagris, lacrymísque vestræ lacrymæ iuuentur. Sed & tu animarum amator *argues me de peccato?* de ingratitudinis nota? de protrito & conculcato sanguine testamenti? ego libenter in cruce agar, fructus pœnitentiæ faciam, vtinam sileat sanguinis Abel clamor. Peccatum meum canis fuit, qui in Dominum deſæuiit & momordit: vulnera autem sic à cane excepta pilis eiusdem canis medicari conuenit: at pili qui ex Adami peccato orti sunt, qui? nisi fames, nuditas, sudor, labor, & acerbus dolor? Hæc igitur omnia meis vulneribus adhibebo in medicinam: ego in crucem tollar: ibi præconium dicam, ego sum qui peccaui, ego feci, ego feram; feram vtique nuditatem qui proximum spoliaueram: feram fellis acerbitatem, qui ingluuiei ventris inseruieram; clauorum dolorem, qui delectationi vacaui, qui peccat dignè moriatur? Hoc enim me edocet Christi mei prædicata innocentia, in se non culpam, sed pœnam esse; ad me, in quo crimen est, pœnam traducere, & transferre oportere, vt ipse liberiùs sine vitæ discrimine audeat dicere, *Quis ex vobis arguet me*, &c.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Alia etiam de causa suæ innocentiæ Christus palàm quærit argumenta, vt nempe, suâ patefactâ innocentia illos arguere, obiurgare, & de peccatis conuincere iam liberè possit. Audiant hoc iudices, censores, & prælati. Audiant, inquam, primò eloquentiæ parentem, (M. Tull. orat. 1. in Verrem.) *Primum* (videlicet accusatoris requisitum) *integritatem atque innocentiam singularem. Nihil est enim, quod minus ferendum sit, quàm rationem ab altero vita reposcere eum, qui non possit sua reddere.* Ideo, credo, prouidit Deus in templo emunctoria aurea; nec frustrà: nam qui alios corrigit, longè ab impuritate vitij abesse debet. Quod cælitus inspiratum videtur Ioanni *Apocal.* 1. vbi Pontificiis ornamentis indutus filius Dei se Ioanni manifestauit, vt septem candelabra emungeret, septem prælatos, vel septem conscientiæ genera, seuerè obiurgaret. Ad quod munus septem mundi gubernatrices stellas manu gerebat, vt ostenderet qui reprehensurus venit cæli lumina, lumen cæleste secum præhabere, necessum esse; & qui vna manu ius dicere & exercere tentat, alia septem attingere astra, quæ mundo mundissimè imperant, vt iracundiam reprehendat in subditis; interim tamen sanguinolentum Martem frænatum demonstret, veneream libidinem exprobret, cùm ille manu Venerem ipsam regat, & si in alios manum punitionis & animaduersionis porrigit, candidiorem, & stellis splendidiorem videant: qui etiam licèt diuino zelo ardens cælum tangere videatur, ordinem tamen pietatis & correctionis, tempora & leges non peruertat. Ab his enim & vtilior & dulcior suscipitur animaduersio: quod & Dauid cecinit [a], *Dominus regit me.* Quare Dauid? *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt*, seueritas tua, & iustitia tua, quam virga figurat: & baculus, hoc est, dignitas & maiestas, mihi dulcescit, ea nempe de causa, quia vtraque ex rectitudine, & sanctitate procedit. *Virga directionis* (id est, directa) virga regni tui; *los palos y rebeses saben bien, quando es santo y reto el superior.* Hoc igitur constituto quærit:

Idem prorsus dicendū de pœna, cuius dispositio ad indulgentiam erit soluere eodē genere solutionis. hoc enim postulat iustitia vindicatiua, qui peccat dignus puniatur. Ergo non est cur hæc pœna gratis remittatur, & in hac lege dispensetur ordinariè, aut per cōmunem impetrationē. Hæc habet eximius hic & Venerandus Doctor.

a Psal. 22. 4.

Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Quæ verba cùm diuinam & quasi fulgurantem vim habeant, duplicem respondendi modum à nobis expetunt. Primus est vtique, Domine, à veritate abhorrent, non qualibet, sed ab illa, quæ propiùs ad sua vitia carpenda accedit; vinctas enim veritates amant. Vinctas? vndénam? quis enim veritatem mundi dominatricem vsquam inclusit vinculis? mundus? nequaquam, fatalis enim dies extremi iudicij mundum celeriùs occuparet, mediúsque creperet orbis; si veritatem celaret, nedum detineret, nedum vinciret, & obmutescere faceret. Concionatores? minimè. Iuratus enim, comminatus est Deus iram & indignationem eis, qui veritatem cohibent iustè peccatores insequentem, *Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum illorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent.* Hieron. [b] & Basilius [c], fulgurat iam de cælo ira in illos, qui liberam in cordibus veritatem constringunt. Pergit quidam congressurus in aliquem destricto ense, sic valens, sic potens, vt primo ictu illum vita priuare queat: occurrit illi minister iudicia, & antequam facinus perpetret, tenet, & ne iterum ad necem progrediatur, in carcerem ducit. Hoc idem veritati contigit; eius enim munus, ait Paulus, ab ipsa Euangelij origine est, *omnem impietatem*, id est, omnes homines impios persequi, *ira Dei de cælo*, cælesti & æterna comminatâ indignatione districtum ensem veritatis ori prædicantis commendauit, vt destruat, dissipet, interficiat, & vindictam sumat. Si ergo concionator illam detinet, si illam mundi sapiens occultat, vim illi infert, & virtutem illam, qua hominem ad veritatis studium incitat, quasi captiuam non sinit in opus suum prodire; sed potiùs illa (vt ait Basilius) in proprias voluntates & voluptates abutitur; de quo se emundans Paulus ait, *Non sumus sicut plurimi adulte-*

17.

Regia & liberalis est veritas nequaquam vinculis constringenda.

b In hūc locum.
c Reg. breuiori. 6. 5. interrog.

Simile.

Immane crimē veritatem detinere & impedire.

1. Cor. 2.

18. *adulterantes verbum Dei; & item neque aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis.* His

Ier. 48. ergo iam pœna consignata à cælo est. *Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.* Quòd si libera veritas se prodit, nimis liber &

Liber debet esse concionator. insolens concionator appellatur, & vinculis traditur, ne veritas nisi vincta accedat. Quis enim audeat potenti alicui vera nunciare? qua verborum circumlocutione, parabola, veritatis iacturam fieri necessum est? Rogat Pilatus Christum, *Quid est veritas?* interim tamen cùm Christus manus fune colligatas reus mortis habebat: sed dum paulo liberiùs respondere eum conspicit, terga vertit, *& egressus est foras*; licèt enim sint iudices, veritatem suis votis metiuntur, suis desideriis alligant, sin minus, aufugiunt foras. In suam ergo veritatem asseramus libertatem, nam Paulus ait, *Verbum Dei non est alligatum*, nullatenus liber & insolens dicendus est concionator, nobilis est veritas, neque vincula patitur: liberos etiam & immunes suos facit, *veritas liberabit vos*, nihil illi magis proprium, aut à natura sua magis insitum, quàm liberam esse; literis hoc contestatum esse voluit Deus, dum summi sacerdotis pectori *doctrinam & veritatem* inscripsit, perspicuam enim sese effundentem, & quasi honoris & nobilitatis insigne præ se debet ferre veritatem. Hanc autem germanitatem & similitudinem ex eo habent, quòd sub eodem signo ortæ sunt, *veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit.*

19. Sub iustitiæ horoscopo nascitur veritas; quare, vt assolet, mutuo se amore prosequutæ sunt, *iustitia & pax osculata sunt.* Inua-

Quare veritas vsque ad nubes ascendit. luit autem hominum impietas in has duas sorores, & tam dulces amplexus exoluere conantur; non enim amant iustitiam, quæ sic est cum veritate coniuncta. Quare cùm ita à mortalibus intestaretur & versaretur, in cælum ascendit, & *veritas tua* vsque ad nubes, vbi cum sorore iustitia seuerissimas hominum causas aget. Interim tamen vnum ego à vobis inquiro, *si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Non ego exposco; quare non creditis ea, quæ vobis obiicere soleo; hæc enim ita per se perspicua sunt, vt diffiteri nemo

Forma vobis totam corripiendi. possit. *Rogo* ergo, quare de me grauiter conqueramini quòd in vestra crimina inuehor? quare nullum noua committendi finem facitis. Quæ sunt, quæ sæpius reprehendi? Age nunc obsecro, infer animum, sis ad veritatem: quæ? an muliercularum turpissimarum copiam, quibus tota ciuitas exundat? quæ nec proprias ædes habent, nec domi quiescere norunt. An studia libidinis, quibus effrænata iuuentus vacat, vt neque se nobilem, neque se virum quis putet, qui non turpissimis libidinibus deflagret? An ludi publici certis ædibus constabiliti, in quibus chartis pictis tempus, numi, pax, honor, vita, animus denique ipse obteritur? An administrantium iustitiam extorsiones, insultus? ille calamo & atramento in sublime se iam efferre, domum, nomina, & prænomina audet vsurpare; ille virgæ regiæ tenuissima vmbra cupiditatem, audaciam, scelera, furta, & flagitia satis tecta, & nunquam obiurganda, nec in iudicium vocanda putat? sunt hæc maxima & notissima, & quæ nullus vestrûm audeat negare: quare ergo (non dico) creditis; sed quare tam audenter post voces, contentionem, & quam vos dicitis insolentiam & audaciam corripientis semper committitis? seruata hæc quidem sunt æterno iudicio, tunc veritas, quam nunc repellitis, *iudicabit vos.*

Qui ex Deo est, verba Dei audit. Iam secun- 20.

Prædestinationis aut reprobationis non leuia indicia describuntur. dam addit rationem, ob quam ij veritatem non ament, nempe, quia filij Dei non sunt. *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Collige te, obsecro, erige aures, animúmque attende, vt percipere valeas verbum hoc, imò terrificum fulmen, quod Euangelij nubes ad vastitatem peccatorum emisit; est enim damnandorum seruandorúmque manifestum signum. Sic hominis proprium est musicis gaudere, vt commune iam sit inter seruos pronuntiatum, Petrus amat musicam; ergo est sapiens & cordatus: & benè quidem; qui enim musicis non delectatur, vel Angelus est, vel

Verbum Dei harmonia. asinus. Angelus quippe, quia melioribus assuetus cælestium vocum concentibus abhorret ab humanis; sin minus asinus, qui homo cùm sit, surdescit ad lyram. Par iudicium de Dei verbum audientibus ferto. Delectaris Dei verbo? vtique filius Dei es, angelicisque choris adnumerandus: est enim vel brutum, vel cacodæmon, qui illo non gaudet: harmonia est, & cælestis verbi concentus. Duo autem sunt in har-

a Lib. 1. de Musica. monia, quæ Boetius attigit [a]. Primum, neminem illa delectari, qui secum intus naturalem quandam consonantiam musicæ similem non habeat. *Causa delectationis in audiendo harmoniam, est similitudo proportionis sensus ad proportiones illas, ex quibus componitur harmonia.* Sic verbo Dei euenire censendum est; animi enim à Deo electi, & ad cælum ascripti habent quandam secum harmoniam veritati verbi Dei consimilem, qua libenter suscipiunt illud. Qui animi gustus, gratúsque sensus, solet etiam sicut in ægrotis hebescere & infirmari. Ideo David Psalm. 118. *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me*, Hebraicè leges, *bonum gustum disciplina doce me*; qui gustus si æger non sit, nihil aptius illi contigit ad delectationem, quàm verbi Dei disciplina, & Euangelij nuntium. Sicut cùm benè animatus es in absentem amicum, si de illo bona nuntiantur, lætaris, *como vna madre que quanto le dicen de su hijo lo cree, era vna aquila mi hijo yo lo creo, como creo tanto? porque es su madre y la tiene escrito en el coraçon*; habes enim beneuolentiæ causas fixas & insculptas, dum aliena quasi tua suscipis. Quod in Paulo egregiè, vt assolet,

b Ad Philip. 1. adnotauit Chrysostomus [b], exoptatus nuncius ad me peruenit, qui vinctos vos esse tulit, sed patienter ferre vincula, vt decet Christianum: quibus ego assentior. Fama etiam tulit Euangelium, fidémque auidissimè suscipere omnes; & credo. Et quod maius est, vos dicere in finem vsque perseueraturos; credo equidem. O nimia credulitas Paule! Non nimiâ credulitas, ait Chrysostomus, sed ex amore nata, *credula res est amor*: audi causam, *sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis, eo quòd habeam vos in corde*, quia cùm toto animo de vobis, de vestris ornamentis cogito, cupióque in visceribus Iesv Christi

facilè ad omnia quæ vestra sunt, credendâ inducor. Sic similiter qui in suo corde est dispositus, ibique notas filij Dei & prædestinati gerit, non minorem in audiendo verbo diligentiam & facilitatem præstat, quàm in his quæ voluptatis & beneuolentiæ sunt. *Qui ex Deo est*, cui Deus cordi est, etiam facile & suaue est aures illi præbere, *verba Dei audit*.

21. *Aliud in musica harmonia simile est verbi Dei auditioni.* Secundum quod in musicis reperitur, est, quando quis illam libenter excipit animo, nequit gustum, quem ex harmonia percipit, diu multùmque dissimulare, quin gestu, ore, oculorum, capitisve motu sese prodat, maximè si in arte canendi & saltandi sit peritus. Hoc etiam dare oportet Dei verbo: nam qui animum attendit, & aures cum delectatione præbet, in aliquem motum, operationémve, quæ perapti gustus sit indicium, debet incunctanter assurgere. Vnde si simultatem deponere iubetur, deponit; si furto erepta restituere, restituit; si vitam in meliorem frugem morésque componere, componit; sic enim audit Dei verbum, cuius pro sua dignitate non solùm aures gratissimæ patent, sed ob audientes, & quæ ad vitæ innouationem assurgunt. De hoc quæritur Seruator noster, dum ait, *Qui ex Deo est, verba Dei audit*.

22. Aures obsecro, & animum refice ad ea, quæ iamiam prosequor. Sic enim explicandus est D. Matth. 11. 15. per se difficillimus locus, & ad arcendam peccatoris obstinationem aptissimus. *Excitatur ad metum suæ damnationis peccator.* Ibi Seruator noster miro modo quosdam ex Hebræo populo saluandos, quosdam verò respuendos, & à cælestibus aditibus eliminandos seuerè prædixit; ad quod præparat animos, redditque attentos ad grandiorem sermonem, silentium indicens. *Simile.* *Qui habet aures audiendi, audiat*; non secus ac in palatiis fit, tùm regio more post cœnam saltationes publicæ instituuntur. *Forma de vn sarao Real.* Nam pransi iam, & bene poti, monentur vt silenter quisque suam sessionem seruet, & carminibus, saltationibúsque ad lyræ numerum factis sint attenti. Matth. 11. 15. *Qui habet aures audiendi, audiat.* Hic musicæ dulcis concentus aptissima ratione, qua voce & fidibus componi potest, coram vobis elicietur, qui sapiens est, audiat, taceat, & assurgat vocatus. Primus qui in mediam coronam descendit à Deo vocatus, (*factum est verbum Domini*,) amicus Regis est Ioannes Baptista, qui voce, opere, & exemplo, mirabilem effecit harmoniam. Inedia & squalore confectus, pedibus nudus, vestitu pelliceo, cilicinisque zonis indutus; monuit astantes Rex, *ipse est Elias*; Ibid. 14. concionatus est feliciter, multis & secundis admurmurationibus ciuitatum Galileæ plausu susceptus, multique eius voce, etsi flebili, plenâ tamen grauitatis & salutis ad pœnitentiam & Baptismum euocati, tractique sunt. *Audientium verbum Dei mirabiles conuersiones.* Alij autem dixerunt, *Dæmonium habet.* Quæ vita hæc agrestis & immanis? qui mores acerbi & seuerissimi? quæ tristissima vox luctus & pœnitentiæ, nobis minimè consentanea, sed neque dæmoni, qui neque manducat, neque bibit? subito medio iam noctis silentio, è regione assurgens Rex

23. *Diuersa sors audientium verbum Dei.* Christus personantibus Angelis molliores sonos, & cælestes harmonias, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus*, sese videndum obtulit, & imitandum. Quare mutato sono, voce, vestitu, communem vestem induit, sandaliis pedes contegit, inuitatur ad conuiuia, non recusat, vrbanam denique vitam instituit. Ecce ad eius vocem retia relinquunt duodecim piscatores. Alij verò immoti mussitant, & accusant dicentem, *Ecce homo vorax, & potator vini.* Ibid. 16. Iam, ecce mulier & nomine & scelere nobilis Magdalena peccatrix, assurgit, sonóque verborum Dei concita mutationem efficit singularem, & post natas fœminas inauditam: repentè enim mutata est à dominatrice in seruam, à locuplete in egentem, ex insolentiore in humilem, de pecuniosa in pauperem, de exultante in tristem, de compta in inornatam, de deliciosa in pœnitentem, de formosa in fœdam, de media ciuitate in solitudinem, de profana in diuinam, de ærumnosa in lectissimam, Deóque dilectam. Expauit vniuersa curia, conclamarunt fœminæ, in hanc vsque diem mirabilis Mariæ mutatio existit: eodem tamen conuiuio, quo hæc fiunt, Simon & Iudas taxant Magistri iustitiam, qui ignorat peccatricem, & ab illa se tangi permittit. Subitò à Iudæa in Samariam obiter properat, ibique nouos sonos nouámque cantilenam audiens Samariæ fœmina, è vestigio relictâ amphorâ & fune, omnem ad Christum euocat ciuitatem, & salientem & exultantem ad Christi fidem perducit. Hoc idem factum iam in vrbe Ierosolyma à fama peruagatum ita dissonum, & à religione absonum visum fuit, vt Pharisæi & sacerdotes hodie oblatâ occasione primum ac fœdissimum crimen obiiciant, *Vah.* Nos meritò dicimus, quia mulierum amator & *Samaritanus es tu*, qui seorsim fœminam, & hanc alienigenam ausus es conuenire? Ascendit denique in crucem, in qua venarum & neruorum fidibus, clauis distentis, cantionem Patri gratissimam, immo venerandam instituit, *exauditus est enim pro sua reuerentia*.

Aderant spectatores, & tam excitatam & canoram vocem moribundi audientes, *verè filium Dei esse* ore, pectorísque percussione fatentur. 24. Tunc tamen principes, & sacerdotum Pontifices, multa in illum maledicta & blasphemias congerunt, aures obturant talia personanti & oranti, & in extremam dementiam prolabuntur, *Que mudança es esta? exprobrauerunt commutationem Christi tui.* Psalm. 88. 52. Quare displicet? Respondet Augustinus, *Displicet commutatio, quia ipsi mutari nolunt.*

25. Ex propositis iam efficitur, quid Seruator noster concludere contendit per verba Matthæi citata, ait enim; *Cui autem similem faciam generationem istam, similis est pueris ludentibus in foro.* Leuiores estis (inquit) pueris, qui in platea colludunt, qui si lamentationum voces adumbrare eligunt, suis legibus stant, & omnes pariter lamentantur. Si de exiliendo, de saltando, vel canendo sit lusus, omnes exultant, saliunt, rident, canunt pro varietate soni, quem attentè exaudiunt. *Ratio contra obstinatos & præscitos qui verba Dei respuunt.* Probátque sic. *Venit Ioannes non manducans, neque bibens*, & ad luctum inuitans, non planxistis, sed dixistis, *Dæmonium habet, no estamos obligados a hazer penitencia de tanto rigor.* Veni item ego mitis & humilis, non austeram, sed communem in multis degens vitam, vestris moribus consonam, *& non saltastis*, sed dicitis,

dicitis, *vorax eſt*, cùm multi alij mirabiles ſaltus ediderint. Quid ſupereſt colligendum, niſi vos præſcitos eſſe, & damnandos fore, & audiendi aures non habere? nam ſi haberent (ait Ambroſius [a], *corde deuoto, membrorum agilitate, quod notat ſaltus, ad laudes Dei aſſurgerent.* Vnde manifeſtum eſt, vos neque ad fidem, neque ad gloriam præſignatos eſſe; *iuſtificata eſt ergo ſapientia à filiis ſuis.* Ac ſi diceret, ne culpam in ſapientiam & prouidentiam Dei referatis, ſed in vos ipſos; nam ad eandem vocem & harmoniam verbi Dei vnus ex filiis veſtris vitam nouam inſtituit, altero non audiente: quare ex vobis & filiis veſtris contra vos ipſos ſumo argumentum; mutatur Matthæus, mutantur piſcatores, mutatur Magdalena, vos contra me de peccato arguitis: vtique nudum purúmque relinquitur quod non ſine dolore proferri poteſt, *vos ex Deo non eſſe.*

a Sermone 85.

26. *Concluſio rationis & applicatio doctrinæ.* O ſeuera & vehemens argumentandi ratio, non iam in Iudæos, ſed in Chriſticolas innodabilis & grauiſſima! In omnẽ ferè mundi plagam ſeuera D. Franciſci diſciplina peruaſit, à deliciis homines auocans, ad pœnitentiam ſine potu & ſine cibo inducens. Aſſurgunt fœminæ, mutantur viri, dant colla reges, reginæque tonſæ & inornatæ ſeſe in abditiſſima religionis clauſtra recondunt. Ibi tamen dum hæc fiunt, & hîc dum hæc habetur concio, nimis iam auſtera & acerba videtur hæc viuendi ratio peccatoribus, qui bene pranſi, benè poti, calceati & veſtiti ad cælum euolare poſſe autumant. Venit Benedictus, Dominicus, Ignatius, & Chriſti Domini ſeueram, non tamen formidabilem vitam inſtituunt. Saliunt principes, exiliunt ſapientes, aſſurgunt noui orbis habitatores, & qui paulo antè dæmonem colebant, fidei ſe tradunt. Vos interim dicitis hos ebrios, edaciores eſſe, conuiuantibus gaudere, pecunias reponere, hæreditates, prædia, honoréſque ambire, nulla in veſtris moribus corruptis & teterrimis mutatione factâ. Quid dicam? vos præferre ſigna efferatæ obſtinationis & damnationis. *Iuſtificata ergo eſt ſapientiâ.* Nequaquam Dei ſapientiam taxes; quid enim ampliùs à Deo expoſtulas? quæ mirabilia deſideras? concionatorem? ecquis erit iſte? quæ facies eius? qui vultus? quæ vox? quæ orationis diſpoſitio? quæ veſtis? quæ menſa? qui potus? At ſine his adminiculis vox Dei ab illo, qui tecum eſt loco & munere coniunctus, ſuſcipitur, te ſurdaſtro, immoto, imò obmurmurante & cachinnante; ergo *ex Deo non es:* eris autem (datur enim facultas) ſi peccatorem eſſe non inficiere; ſi peccata noſtra ſuper ligno ferenti compatiare, ſi præteritorum criminum pœnas in cruce ſoluere conabere; ſi denique aures arriges, non vt vocem audias meam, ſed eius, qui iamiam in patibulo pendens te ad crucis vexillum vocat, ad pœnitentiam trahit, ad amorem allicit, ad gratiam inuitat, & perducit ad gloriam.

Amen.

Sine cauſa differt conuerſionem ſuã peccator.

A contrario.

VERBVM SPIRITVS ſancti. Rom. 3. v. 25.

Quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ.

Publica actione peccatum damnatur, & morte crucis in Chriſto ſeuerè punitur.

DISCVRSVS CVIII.

SEVERITAS humanæ iuſtitiæ (quæ ſedula æmulatione ad diuinę exemplar ſe conformat) cùm crimẽ ſolâ comminatione reparare poteſt, parcit virgæ, nec vindictam gladio & ſanguini exequendam tradit. Indignum enim ſupremæ dextræ, brachiique potentis Dei iudicandum eſt, haſtam vibrare, arma vim intentare in omnes, omnéſque ferire: ſicut enim primum pietatis eſt, *vt fugiant à facie arcus*; ſic ſecundum ferocioris & hoſtilis animi potius eſt, quàm generoſi & excellentis. Vindex exactaque omnium criminum ſeueritas, abiectis hominibus relinquatur, *qui vltimam humanæ vitæ delectationem in vltione iniuriarum conſtituiſſe videntur.* Quare plectere hominem morte, lignóque ſuſpendere, non tam iuſtitiæ, quàm communi pietati tribuendum eſt, quæ vnius diſpendio totius reipublicæ malo imminenti ſubuenit. Actionem item fidei iudices ſacrarum quæſtionum celebrem inſtituere, tabulatum altiſſimum excitare, gentes cuiuſuis generis & ordinis ad dictum diem euocare, viſendâ dignitate & maieſtate, cenſores ſacræ fidei conſiderantes præſidere, rubens crucis Chriſti vexillum efferre, criminum ſententias damnatorum de loco patentiore omnium oculis expoſito altiori voce recitare, pietatis præparamenta ſint. His maiori omnium bono fidei occurrit, & poſtquam vindictam, facéſque omnibus ſumma ſeueritate intentat, & illius extremi iudicij, quo æternis ſuppliciis improbi dandi ſunt, ſimulacrum propoſuit horrendum; videas poſt hæc quatuor quinqueve homines, qui ſupplicio plectendi ſunt, egentes, deſpectos, obſcuros, & miſeros, ſqualore & egeſtate iam perditos; vel, quod minus eſt, ligneam ſtatuam ad inſtar abſentis efformatam, veſtitam, & palliatam, ſupplicio, flammíſque tradere: hos enim ſeueritas ab infidelitate deterret; pietas verò non in omnes, ſed in paucos & meritos ſupplicium infert.

1. *Seueritas cum pietate & miſericordia.*

Vindictã homuncio amat quaſi vltimũ finem delectationis.

Actionis fidei cauſa & deſcriptio ac finis.

Pietas ſanctæ inquiſitionis & prudens ac neceſſaria animaduerſio.

A die illo, quo in mundum peccatum intrauit, & quo doloris plagam alto corde excepit & repoſuit Deus, *tactus dolore cordis intrinſecus*, inquirit intento arcu, haſtáque vibrata ſibi infenſiſſimum & execrandum pecca- 2. CARDO DISCVRSVS.

 tum,

Digitized by Google

tum. Duo tamen vindictam intentatam retardarunt; primum, mederi velle, si posset, morbo, exemplo solùm, & seriâ comminatione; ideo *expectat Dominus vt misereatur.* Secundum, inuenire cupiens hominem à peccato immunem & iustum, hominem tamen peccati implicatum, in quo peccatum deleret, non perempto peccatore inimicitias conuelleret, & interficeret, non interfecto inimico. Quæ duo luculentiùs his tribus actibus, quos diuina seueritas habuit, iam explicabo.

Peccatum sine peccatore inimicitias sine inimico interficere cupiebat Deus.

3. Prima actio habita est coram ipso Deo, euocatis solùm Abrahamo, & eius vnigenito Isaac, cui seuerè iniunxit, vt ablatum secum filium seorsim in Moria montem sublatum gladio, flammísque Deo victimam traderet. Quòd si roges Dominum, quorsum hæc fiant? si actio celebretur, vbi hominum concursus, quibus in exemplum cedat? Si inquisitio est, vbi codex criminum literis & testibus consignatus? vbi lictores & carnifices? si deliquit, vbi est criminis manifestatio? His omnibus respondet, inquisitorum causas tectè & occultè agi, sicut iudicia diuina: ad actionem properemus, occupemus locum, ibi omnia manifestiora fient. Hoc nouum spectaculum sancti Doctores ante oculos nostros constituunt. Ecce, ait Hieronymus [a], adest iudex Deus, causa, & sententia, testes, accusator in corde Abrahami contemplandi sunt, ibi fides, ibi spes, ibi deuota voluntas, & ad filij mortem comparata & intenta. Nam Abraham (ait Hieronymus) *vnicum filium voluntate iugulauit.* Veronensis Zeno [b] sic innocentem perimendum considerat. En vnicum sanctorum parentum desideratum filium, primum in amore, qui prior illa materna viscera pietatis plena repleuerat: puerum, cui ob teneritudinem iure debetur amor, lignis impositum: Patrem, serena seueráque fronte, parentem esse immemorem, vt sit seruus Domini sui, velata lumina, brachia circumligata, pedes similiter, ne etiam in mortis dolore & angore quoquo modo posset, recalcitraret. O acerbissimum & miserrimum spectaculum! *exerit quidem ferrum*, iam seriò res agitur, iam districti gladij acies effulget, *& armata dextrâ subleuat manum.* Siste (ait Deus) iam voluntate mutatus sum, non enim mortem acerbam contenderam, sed comminationem. *Vox eius, qui victimam postulauerat, contradicit.* Quorsum ergo, Domine, ad istud spectaculum euocasti? quorsum tot præparamenta tam distinctè quæsita? ignis, ligna, ferrum, vitta, vincula, desertum, & hæc mortis comminatio ipsa internecione crudelior? Sed iam rem teneo, (ait Zeno) *Solus Deus doluit, quia aliam victimam procurauerat.*

Prima actio vt innocens declaretur redemptor, & peccati grauitas dignoscatur.

a In Gen. & epist.

b Tom. 2. Biblioth. sanct. Pat. serm. 1. de Abrahamo.

Sacrificij Isaac descriptio.

Cur cessat sacrificium Isaac.

4. Doluit solus Deus, qui duo in hoc facto contendebat. Primum, timorem peccatoribus incutere, qui hæc audirent: quare *timor Isaac vocatus est Deus*, verè Deus formidandus à peccatoribus, qui sic in innocentem desæuiit. Secundum verò, noluit mortem inferre, quia non hunc, sed alium longè diuersum iustitia diuina perquirit, *aliam victimam procurauit.* Alius est, qui Deus cùm sit peccati expers, homo sit verè, qui sanguinem, non Isaac ieiunum & infirmum, sed robustum, augustúmque, & salutiferum, qui semel effusus communem salutem conferret. *Nobuscaua sangre de sua llorada, sino poderosa á saluar.* Quod & ipse Isaac subodorari visus est, cùm dixit, *Vbi est victima?* quasi denotans, nec credibile esse, Deum tanto studio humanum & infirmum sanguinem postulare, *quia nec Dominus humanum sanguinem postularet.* Si ergo non vt nocens reus educitur, & redemptoris munere fungi nequit, quorsum in publicum spectaculum prodiit. Paulus respondet, *Vnde & in parabolam accepit, que do se hecho hijo de parabola.* Quod sic exponit Augustinus, sicut cùm quis post multa repetita latrocinia communiter cùm morti traditur, & supplicio, illum *filium crucis*, & ad exemplum natum, dictitamus, *esse para la horca nacio.* Sic Deus vt peccatorum cordibus timorem insereret, in ipso filiorum Dei parente, eiúsque primogenito sic timorem sui commendat, vt vnigenitum vocet filium crucis, *filium patibuli, el sambenitado, el pasmo y assombro de la Iusticia de Dios.* Filium parabolæ, *de quien todos hablan, y enquien todos temen a Dios, timorem Isaac*, vt vnà simul comminatione discat timere peccator, & tu timeas (Magister & Saluator amande) cui ab hac die Pater in Moria monte iamiam crucem tibi & mortem comminatur, ne dicas, *Quis ex vobis arguet me?*

Heb. 11.

Timorem incutit peccatoribus immolatio Isaac & Christi.

5. Secunda actio coram Angelis celebrata est; antequam autem haberetur, Deus iam rei educendi vitam inquisierat, & sancti Iob mores examinauerat, *vir simplex, & rectus, ac timens Deum*; omniúmque rerum, gregum, & filiorum summam fecerat, subduxerátque rationem: adfuit actioni vultum Dei non reueritus satan, quem Deus interrogauit, vnde venis? Hebraicè leges, *vnde venies? de donde vendras tu?* sic de scelerato aliquo Hispanè dicimus, *De donde vendra aquel agora?* quasi diceremus, *ay algo a qui que enredar? Circuiui terram.* Lustraui terram, eam quæ in mea est potestate. Cui ait Deus: Verumtamen te, iniquus cùm sis, mirum sit offendisse iustum & integrum virum, eiúsque virtutes inspexisse, cùm sit verum, id totum, quod tuæ ditioni subiectum iactas, vni seruo meo conferri non posse. Quid mirum? (ait ille) si vndequaque obuallatum & munitum tua potentia custodit? nulli patet inquisitioni; verumtamen sine me illum arguere de peccato, tunc quid lateat in homine, manifestum fiet.

Secunda actio Iobi calamitatis quorsum intenta.

6. Qui eundi & inquirendi facultate datâ, fores pulsauit, tanto strepitu, támque subitò, vt Orientis gentes, reges & amicos, in stuporem adduxerit. Quis enim non miraretur, subitò vt latronem comprehendi, qui iustus & sanctus colebatur? ille cùm iustitiæ ministros domi esse cognouit, in stuporem adductus fatetur.

Interiora

Digitized by Google

Iob 30. 22. *Interiora mea efferbuerunt abſque vlla requie, præuenerunt me dies afflictionis. Mœrens incendebam ſine furore, conſurgens in turba clamabam.* Hiſpani legerunt, *enlutado andaua, ſin brio; leuantème en la congregacion; llamè.* Mœrentium ſigna hæc ſunt, conſurgunt enim * quaſi phantaſma de triſtitiæ ſepulcro, paucula verba loquuntur, & illicò corde cadunt iterum in ſepulturam. Mecum tamen cogitans ſeriò diſcutere conſcientiam cœpi, *cap.* 31. O me miſerum, qui poſt bonorum iacturam de crimine arguor! quod crimen? quæ mihi hæſit culpa? fortè aliqua mei corporis pars turpitudini vacauit? abſit, quam enim partem ego, quam ſpem apud Omnipotentem haberem? *Acabado auia yo con Dios, y Dios con migo. Si ambulaui in veritate?* ſi fortè aliquam æquitatis & rectitudinis ſimulationem adhibui? *ſi moſtrè vno, y encubria otro? ſi pintaua con honeſtidad el ſemblante, y hazia el alma burdel.* Si pudorem in hominum conſpectu præferebam, cùm cordis clauſtra omnem turpitudinem & libidinem conciperent? *ſi deceptum eſt cor meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum? hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima.* Hiſpani legebant, *que eſto tacañeria, y ello maldad grauiſſima.* Hebraicè, *impietas iudicum, caſo de inquiſicion:* quod propter commune bonum, ſtatim in crimen vocari, & in ſupplicium rapi promeretur. Hæc omnia, neque alij ſcrupuli, meum animum ſtimulant: imò in codicem referam, *& per ſingulos gradus pronunciabo illum, & quaſi principi offeram.* breuem poſſem commentarium conficere, Deóque tanquam Principi offerre.

**Los triſtes yo como fantaſmas, anima ſe a hablar vna palabra, y luego ſe bueluen a la ſepultura.*

7\. *Ingens tribulatio Iobi.*

Poſthæc ſeuera omnium bonorum exactio, ne dicam compilatio, facta eſt. Seuera, quia nulli filiorum, nulli rei familiari pepercit. Seuera, quia omnia ſimul coaceruatim expilauit. Seuera, quia filios, non in captiuitatem, vnde ſpes maneret, aſſerendos fore aliquando in libertatem. Rem familiarem non ſic vaſtauit, vt ſpes recuperationis relinqueretur, ſed omnia funditus interierunt, cunctaque igne, vento, inimicorum incurſu, morteque demoliuntur. Seuera, quia cùm fatalia nuncia non ſimul, ſed temporum interuallo deferri poſſent, vt vel ita priori vulneri medicinâ admotâ libentiùs cætera exciperentur, minimè factum eſt, ſed inimica rabies omnia ſimul ante oculos proponit, vt cùm ſe ad ima deprimi è ſublimi loco videret, nec per gradus, ſed præceps, & per ſaltum mens, impiè in Deum loqui, vel deſperare cogeretur.

8\. *Iobi calamitas & ſpectaculum.*

Producit illum denique tanquam reum in publicum theatrum, in ſordido ſterquilinio collocat ante ſententiam flagellis cæſum mortiferis, omni languore & ægritudine affectum. Agitari cauſa cœpit à non benè animatis iudicibus amicorum nomen habentibus, iam accuſatorum, iam iudicum perſonam agentibus. Vnus ſic argumentationem componit, *Deus iuſtus eſt*; punit ergo peccatores: at tu ſupplicio plecteris à Deo; es ergo peccator & nocens. Quibus Iob reſpondet primam concedens, ſecundam aſſumptionem negans, nempe, neque omnes impios hîc pœnas peccatorum luere, neque omnia iuſtorum merita maximis hîc præmiis affici. Quartus verò ſic argumentatur: Diuina opera iudiciaque hominū captum effugiunt, noſtrámque præteruolant cognitionem: debet ergo in bonitate ſentire de Domino, nec praue iudicare; tu verò audes Deum in certamen laceſſere; non ergo, vt par eſt, de Domino ſentire videris: dum hæc tamen & alia congerunt argumenta, ecce qui tectus nube præſidebat Deus, in ſe apertum prodit ſpectaculum. Et ſubitò, nullà pronunciatâ ſententiâ, iudicium, causámque reſcindit, tabulas tumultuariè nondum examinatas conijcit *, *echa el proceſſo en el carnero*; ſupplicem & humiliatum Iob paternis documentis erudit, amicè potius, quàm accuſatoriè agens, ſeueros amicos ſeuere reprehendit, qui multum animi ad audaciam habentes, iudicia Dei, quæ pondus, & ſtatera ſunt, ſuo ſe penſare iudicio, rationibúſque poſſe attingere exiſtimarunt; & quæ perſpicua ſunt, probare neſcierunt; omnem rem familiarem, quam vel mors eripuit, vel dæmon diſtraxerat, liberam, integrámque, tam in pecoribus, quàm in filiis Iobo reſtitui iubet, alius enim eſt, quem Dei iuſtitia comprehendere cogitauerat.

** No an prouado nada los fiſcales.*

Quid hoc? (Domine) id ſcilicet ſperabamus? quorſum nos ad tam celebrem actionem confluere iuſſiſti? quem finem tua ſapientia, ac tam ſeuera iuſtitia habitura eſt? Quiſne alter finis (ait Deus) quàm ſæpè & ſæpiùs peccatori ſupplicium minitari? dum ſic in innocentem furor meus, dæmoniſque deſæuiit, mundóque declarare redemptore ſibi opus eſſe, qui nullo de crimine conuictus, omnium crimina abolere poſſit, hic finis mearum actionum: nam Iob non habuit finem ſuâ patientiâ condignum, etiamſi bonorum temporalium redintegratio recuperatióque adhibita eſt. Ideo S. Iacob dixit, *Suffertentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis.* Finis enim mors Chriſti eſt, quæ cælum apertum, bonaque cæleſtia propalata ſunt ab eo, qui clauem Dauid in humero gerit, crucem, innocentiámque coram hominibus euincit, dicens, *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

9\. *Quò tenderet Iobi calamitas.*

Calamitatis Iobi finis eſt neceſſitatem redemptoris declarare.

Iac. 5. 11.

Tertia item, & celeberrima actio coram hominibus habenda erat, vtpote quos in poſterum documentum ſtatuere decreuerat Deus, ne quis in lethale crimen prolaberetur, propter quod ærumnoſam mortem oppetere Deus ipſe non dubitauerat. Comprehenſus enim eſt Chriſtus Dominus, *captus in peccatis noſtris*, ſtatim tanquam latro ad ſupplicium producendus. Ecce crucis vexillum pariter & patibulum, ad quod clauis crucifigendus eſt, *Vexilla regis prodeunt, fulget crucis myſterium, quo carne carnis conditor ſuſpenſus eſt patibulo.* Et quod illi iuſtam excuſationem præbebat, eſſe nempe ſacerdotem diuinitatis oleo perunctum, hoc Pater in dedecus, ignominiámque conuertit. Principio enim Pater abdicat Filium quaſi maximâ perfidiâ notatum, & ſummus ſacerdos cùm ſit, cum ignominia ſacerdotis honore ſpoliatur. Ipſe autem cùm inficiari non poſſit eſſe hominem, nec communem naturæ ſenſum in ærumnis repudiare, ſe peccati expertem, qua potuit maximâ voce prædicauit, *Quis ex vobis arguet me de peccato? Porque me perdeis el reſpeto? eſtà en mi el pecado?* num me de crimine poteſtis conuincere? quare me comprehendere vultis? His omnibus reſpondent, Patris æterni iram hæc omnia priùs intentaſſe, primáſque iniurias intuliſſe. Nam culpâ vacare Chriſtum, non liberum, imò potiùs obnoxium pœnæ facit. Exquiritur enim inter mortales

10\. *Tertia actio data vt lethalis culpæ grauitas innoteſcat.*

** Parece que el padre Eterno degrada a ſu hijo para poner eſcarmiento en los pecadores.*

11.

abſentem tulit, trium in publico ſpectaculo combuſtum eſt ſimulacrum, ſi mens in eo eſt vlla, quo non ſubito horrore afficitur? quo dolore non conſternatur? ſemper pauidus versùs quamlibet viam ſibi veram mortem imminere exiſtimat. Vbi ergo es, Chriſtiane? vbi tantam amentiam hauſiſti? quod ſpectaculum, quæ celebritas hodiernâ die in Eccleſia agitur? Paſſionis Chriſti (dices) mortis & crucis? O ferree

Epiphonema.

& deſperate, hæc ignoras? non Chriſti, ſed tua cauſa, tuum iudicium agitur. Ideo ſe liberum à peccato oſtendit; tu verò hodie in crucem tolleris, qua ratione hæc audis? ſi ſanâ mente eſſes, non, inquam, ad peccandum, ſed neque ad viuendum lucis vſura fungi poſſe putares. Sed tamen pietatis dies ſunt: defigamus animo,

Exhortatio.

& intendamus in ea, quæ nobis proponuntur; filius enim Dei antequam intret mortis iniurias, & ſubeat paſſionum contumelias, ſe purgat de crimine, & excuſationem coram hominibus affert, vt cùm è veſtigio in mortem rapi, & inter nefarios ligno ſuſpendi videas, tu, cuius causâ hæc fiunt, dicas, culpa in me eſt, ille *peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* O infinitum peccati malum! quod vt

Epiphonema aliud.

deſtruat Deus, vnigenitum omnibus ærumnis & contumeliis oneratum in crucem expulit: quod vt effugiat innocens Chriſtus, mortem non timet, crucem non refugit; ſed horribiles culpæ formidines, quas publicè à ſe propulſare conatur, dicens, *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

19. Qui cùm ab inimicis laceſſeretur, & ingenti contumeliâ afficeretur, id ſolum reſpondit, *Ego dæmonium non habeo:* quia dies illa erat, ait Auguſtinus, *in qua commendanda erat patientia, non exercenda potentia*; ab hac enim die vexilla Regis noſtri patientiſſimi prodeunt, fulget crucis myſterium; & quidem myſterium eſt, cùm virgam & ſceptrum regium oſtentare deberet, crucem oſtentat, & cùm alienum ſanguinem funderet, inſtar pelicani, reſerato pectore ſanguine paſcit & nutrit filios. Sileant negotia & belli ſtrepitus, ait Epiphanius ex Eccleſiæ more, ab hac die, nec alia niſi animæ negotia peragantur, nec ad aliud quid intendant oculi, niſi ad Chriſtum in cruce animam exhalantem, *aſpicient in eum quem confixerunt*; & dolor de tali primogenito ſit notus omnibus, & communis: ſicut cùm primogenitus familiæ moritur, omnes atratis & pullis veſtibus induti procedunt, Appareat in vultu, in luctu, & lacrymis noſtri primogeniti interitus, *& plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum*: quam legem luctus ipſa miracula in paſſione patrata nobis ſanxerunt; nam, vt notauit Auguſtinus [a], miracula quæ Chriſtus viuendo fecit, in vtilitatem hominum erant; mortis verò mirabilia documenta erant, quibus inſtruebat nos, vt nempe corda noſtra melius quàm lapis ſcindantur, & timeant, & contremant corda dolore, mortui in peccato reſurgant, antiqua ſepulcra iniquitatis reſerentur, vt omnes lætitiæ feneſtræ obſerentur, ſol pallore ſuffuſus mundum tenebris offundat, ſuſque Chriſtus ſit ſpectaculum, ad quod omnes intendant, pariter cum ipſo emori cupientes, vt conſedere & conregnare in æternum cum ipſo promereantur. Amen.

Confirmatio & expolitio.

a Serm. 6. de Paſſ. Domini.

Epilogus.

SVBLIMEM PHILOSOPHIAM SCIRE Ieſum, & hunc crucifixum, faſciculum dolorum colligare, & paſſionis eius miſeratione commoueri, & exemplo Iobi & aliis multis ſuadetur.

INSTITVTIO XXXVII.

20. HIc animum ſanguinis Chriſti, ac redemptionis tuæ veneratione defixum, ô vir, paulìſper tene, gratiam fideiuſſoris tui ne obliuiſcaris, patientiam eius, charitatem & compaſſionem ſuam ne à te putes alienam, quaſi membrum de Chriſti membris non ſis, dum nec ſudas ſanguinem, nec doles cruciatus, nec fel guſtas, nec mortem, nec paſſionis iniurias ſubire vis. Ecce iam per mare rubrum portum ſalutis ſanguine, amore, patientiâque tenes, ſede paulìſper, quieſce, & tecum quæ vidiſti, audiſti & ſenſiſti, perpende. Hinc omnes aliæ curæ, omnis dolor abſcedat. *Poſuit pro te animam ſuam*; pone cor tuum, vt de hoc & non de alio doleat. Iubeat Deus in Exodo, ſi quis homicida hominem caſu occideret, ad vnam ex quatuor vrbibus confugeret, ibique tutus tanquam in immuni loco eſſet vſque ad obitum ſacerdotis ſummi, vt doceret plagiarios & homicidas debere opportunam captare occaſionem obtinendi indulgentiam: & ita ſpectent ibi donec furor odiúmque conſanguineorum, & parentum occiſi reſideat. Tanti enim doloris erat cuncto populo ſummi ſacerdotis mors, vt mater, cuius filius occiſus eſt, doloris oblita, & parentes & conſanguinei vindictæ immemores ad indulgendum eſſent faciles, & nihil aliud præter mortem ſacerdotis ſentirent, ceſſet omnis dolor, nullius iniuriæ memor ſis, ſolius ſummi ſacerdotis paſſio memoriam occupet, hæc opportuna occaſio eſt etiam Virginem adeundi, iam non meminit iniuriarum, iam peccatores impunè per vrbem concurſant, iam ſolius filij lacrymis occupata eſt.

Memoriâ noſtri fideiuſſoris ex inſtitia tenemur refricare.

Mors ſummi ſacerdotis omnium calamitatum ſenſum adimit.

Sed

Digitized by Google

Sed quos obsecro ad tanti mali compassionem alliciam? Non patrem, non peccatores, non Angelos, non matrem, non denique filias Hierusalem; ego, tua sponsa, ô mi Christe, nigrum cadauer & deforme etiam ignotis spectaculum, ego crucifixi mei sanguinem super lectum crucis effusa feralem, lacerum corpus exclamo, teneo vnicum meum, velit nolit inuidia, meum misera plango formosum, meum est flere, mei fideiussoris obitum plangere, hoc mihi munus omnes imponunt, libénsque suscipio. 21.

PARTITIO INSTITUTIONIS. *Animam Christi sponsa deflere decet.*

I. Pater in primis non dolet, magna quidem de causa. Et quidem ex oratione filij, & ex agonia eius, verbísque quibus calicem à se transire postulat, nulla repugnantia colligitur erga talem Patrem, imò totum ex obedientia manauit, nec pugnante voluntate humana diuinæ, nec resistente appetitu rationi, quia hæc omnia in Christo summa inter se vnione consenserunt, ita fideles dicantur *Cur pater non dolet de morte filij.*
Rom.8. à Christo hanc vnionem voluntatis & affectuum mutuasse, vt ait Paulus, *Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est, propter peccatum*; quasi dicat,
a Ibid. ait Hieronymus [a], *Si Christum imitamini, carnalis sensus, quasi mortuus non resistit*: nam mortificatio mors vera videtur. Et in hoc sensu intelligit de Christo verba
Psal.37.14. Dauid, *Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum*; & iterum, *Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.*
Cap.11.18. & per Ieremiam, *Tu autem cognouisti studia eorum*, &c. & infrà, *Ego autem non cognoui*, id est, videbar non cognouisse. Imperabat igitur Christus suo appetitui, atque ita se
Ioan.14.31. totum Patri submittebat, quod palàm ipse ostendit dum surgens ait, *vt cognoscat mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio: surgite, eamus hinc.* 22.
Ioan.18.2. b Ibid. Et quò Domine? in hortum; causam subdit Euangelista, & notat Rupertus [b]. *Sciebat enim & Iudas qui tradidit eum locum.* Illa causalis *enim*, ait Rupertus, & sapientiam & voluntatem liberam & obedientiæ studium denotat, & mox subdit, *Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me tradet.* Sed cùm ita perfectissimè Patri obtemperans fuerit, cur Pater ad miserationem non flectitur, maximè orante illo, *Pater mi, si possibile est transeat à me calix iste.* Procidisse in terram, affectum declarat, & Patrem orat; quis dubitat de concessione? nam perditissimus ille filius cùm resipuit, *Ibo*, inquit, *ad patrem meum*; & rogat Chrysologus [c], *Qua spe?* & respondet, *Illa, qua pater est*; quia, vt ait Quintilian. *nemo filium nimis amauit, nec ita frigidè vt indigeat sui affectus patronos. Intus est in patris pectore ipse qui internenit, & exorat affectus*; nec spe frustratus est, nam licèt parens & iudex erat, noluit iudicem agere, sed Patrem. *Dissimulat iudicem qui magis vult implere genitorem.* Patris fuit dare vitam vtique, & conseruare, quod dedit operæpretium est, ne pater desinat esse: at cùm iudicis sit vitam auferre, opus fuit vt *impleret genitorem*, iudicem dissimularet. Quæ duo cùm in Deo simul etiam essent, & munus genitoris, & iudicis, mirum est genitoris oblitum, iudicis arripuisse munus, nec flecti voluisse. Sed mirum non est, quia filius ille perditissimus non aliena crimina, sed sua ad patrem deferebat: Christus verò nostros, non suos ferebat reatus, erat enim fideiussor.

Quasi quærens cur illuc intrauerit? sciebat enim, inquit, & Iudas qui tradidit eum locum. Luc.15.18. c Serm.1.2. & 3.

Sæpe est Pater Deus.

d Serm.8. Pater ergo piissimè rem transegit, vt bene ponderauit P. Chrysologus [d]; erat enim Deus quondam quasi dubius, & quasi consilij inops. Dicta enim erat dies Niniuitis, in qua subuertenda erat vrbs: quam sententiam nec profundissimi gurgitis cetus piscésque ignorabant. Ecce dies vltionis impendet, colla manúsque dant rei, & misericordiam postulant: tunc Deus noster & parentis & iudicis munere impeditus est. Et quid consilij capiat? consilium quidem Deo dignum incidit, exequitur non mortem damnatorum, sed sententiæ atque decreti, moriatur decretum, extinguatur sententia, *vt maluerit Deus sententiam deduci, quàm rei misericordiæ quid negare: saquen a iusticiar la sentencia porque los delinquentes estan en sa grado de mi clemencia.* Vnde cùm Christus non solùm fideiussor erat, sed seipsum pro nobis peccatum fecit, & reatum nostrum ferebat, dum Pater filium quasi peccatorem cruci addicit vt iudex, non in filium, sed in peccatum, & in sententiam animaduertisse videtur, vt apertè ait Paulus,
Colos.2.14. *Donans nobis omnia delicta, delens quod aduersum nos erat chirographum decreti quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci:* nam cùm decretum erat vt mortales soluerent, & fideiussor pro omnibus soluit, pœna in decretum refunditur, non enim est qui moriatur, nisi sententia ipsa. Vnde cùm Pater videt filium
Mat.29 42. mortem in solutionem petere, *si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua*, & voluntate quidem humana, qua se submittere poterat, postulare, annuit illi, & dum derelinquere videtur, adest illi: & dum negare videatur, aut non exaudire, petita concedit,

Cur noluit flecti precibus filij qui ad nostram clementissimus est.

23. *In sententiam mortis inuehitur paterna pietas, & peccatori indulgens filio non parcit.*

concedit, & exinde subitò omnes nostræ iniquitates in eum irruerunt, *Philistiim super te Samson*, Iesu fortissime, ecce inuadunt te fortes, & quærunt animam tuam, quorum weloces pedes ad effundendum sanguinem. Quid facitis impij ligantes pullum quem ad vineam Domini Sabaoth melioribus nexibus ligauit Omnipotens? teneo iam quid significent funes & vincula, nimis liberè per hortum vagati sunt primi parentes, nimisque licenter per illicita sensus hominum euagantur, ideo tu omnia numerata pecunia in horto incipis persoluere. *Funes peccatorum nostrorum circumplexi sunt te*, funes inferni circumdederunt te; verùm consolamini, consolamini peccatores, gementes sub onere catenarum, *præcipitauit enim Dominus in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos. Gaude, & exulta anima fidelis, quia ceciderunt tibi funes in præclaris.* Christus vt Zara, oriens & splendor Patris manum protulit, vadem se dedit, & Synagoga Iudæorum vt nostræ salutis obstetrix, coccinum rubricatorum in sanguine agni vinculorum alligauit, & (mirabile) Phares, homo qui se à Deo per peccata diuiserat, liber euadit, nónne operæpretium est hæc æstimare.

Iudic.16.

Angustia in horto vnde in Christũ manarunt.

Isai.25.

24. II. Nolo peccatores socios passionis, vel quia præduro sunt corde, vel stupidi mente. Quis enim ô amantissime & castissime Agne, quis purissime Iesu in conspectu impurissimorum & crudelissimorum hominum videat stantem dilaceratum, & torto corpore purpureo sanguine perfusum, qui non doleat? Agne mitissime, quid illa significant verba? *congregata sunt super me flagella, & ignoraui?* nisi quòd sicut tam innocens fuisti, vt nulla in te causa flagrorum reperiretur, ita tanta erga nos charitate perferres omnia, vt nullius in nos vindictæ recordareris? vel, vt legit Aug. *ignorauerunt* impiè, quasi dicat, à morte liberare conati sunt Pilatus & milites, ignorauerunt enim ipsa morte sæuiorem esse flagellationem, & quamplurimi fuerint carnifices. Symmachus explicuit, congregati sunt super me, *percussores*, & ego *ignoraui*; ignoraui quidem ea ratione, qua stupendas res vix credere possumus. Sicut cùm *sciens omnia quæ ventura erant super eum, & cùm processit*, nihilominus rogat, *quem quæritis?* si non ignorat, quare rogat? Respondet Rupertus, *quia reuera talem persecutionis modum veritas nescit, salus ignorat.* Sed alij vertunt, *sed ego non eliciebam sanguinem*, id est, à nemine lacrymas nedum sanguinem eliciebam. Vis videre peccatorum amentiam, & obduratam mentem, sic dilaceratum & oppletum opprobriis, populo spectandum me præbuit, & clamant; *crucifige, crucifige.* O insaturabiles odiis animi! O pectora tygribus truculentiora! Ecce homo nihil hominis, sed feræ plus canibus agitatæ referens. Et quid opus est te designare agne mitissime, qui vadem te pro nobis dedisti ad origine mundi, ideo enim diceris *agnus qui occisus est ab origine mundi*, nam ab æterno ordinatus es, vt ipse ait, *Ab æterno ordinata sum*, vel, vt Septuaginta, *defixit me*, vel *vexillata sum*, Hebraicè. nam mea crux ab æterno præuisa & acceptata à Deo fuit, ideoque nolui stationem & vexillum deserere, à Patre enim designatus sum, vt egomet disertis verbis docui, *operamini cibum quem filius hominis dabit vobis, hunc enim pater signauit Deus*, id est, signo affecit, nobilitauit, inussit, sicut Pharao Ioseph, *tulit annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius:* vnde Augustinus, cùm Tichonio, Agni sanguine qui signatus est ab origine mundi, signatus sum vtique, ne me ignorarent, & gratias pro effuso

Quare socios passionis nolit peccatores.

Ps.34.15.

Flagella ipsa morte grauiora.

Ioan.18.4.

Apoc.13.8.

Christus ab æterno designatus in crucem remediũ hominis.

Ioan.6.26.

Gen.41.42

25. sanguine referrent. Cæterùm ea est nostra ingratitudo, vt cùm fores & postes animi sanguine Christi tanquam agni insigniti sint, vix eius mortem & amorem recolimus, *sed ignoramus*, & non elicimus sanguinem? *Qui dilexit nos*, ait Ioann. *& lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo*, fideiussor noster voluit esse, & nos fideiussorem non recognoscimus? Tertullianus [a], *Demissorem delictorum Christum recognosce, si fuerint delicta vestra tanquam roseum, velut niuem exalbabo, & si tanquam coccinum, velut lanam exalbabo, in roseo sanguinem ostendens Prophetarum.* Et Chrysostomus [b], *Quemadmodum siquis liquefacto auro manum vel linguam iniiciat, quamprimum deauratur, ita anima immersa sanguine Christi aurea redditur.* Et Bernardus [c] hanc compassionem extorquens ait, *Quid tantopere declarat Dei misericordiam, quàm quòd meam suscepit miseriam? quid ita pietate plenum, quàm quòd Verbum Dei propter nos factum est fœnum.* Quid porrò iniquius, quàm ad hæc tormenta Redemptoris sensu non affici, nec dolore corripi.

a Lib.4.contra Marcio. cap.10.

b Hom.45. in Ioan.

c Serm.1. de Epiphania.

26. III. Non Angelos, non matrem frangi cupio dolore, illi enim doloris sensum non habent, hæc immunis à culpa, doloris causa caret: nam non sine causa dixi, *&*

sustinui

sustinui qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni: quæsiui ex omnibus filiis Adam qui vicem meam doleret, & non habui socium meæ passionis. Ratio est, quia ex causa mortis suæ (peccatis nempe) nullam consolationem accipere poterat. Vnde nec ipsa innocentia matris in solatium hîc potuit esse: nam econtra potiùs ex vi dolorum filij fuit illa innocens, & peccatum, à quo immunem fecit matrem, dolores & acerbitates filio peperit, nam ad hanc præseruationem peccati non minus necessaria fuit mors filij, quàm ad expiationem scelerum filiorum Adæ. Si ergo in matre tibi ô Iesu solatium non est, quis miserebitur tui? eritne aliquis quem in miserationem inducam? volo reliquas peccatrices fœminas permouere.

Cur ab Angelis miserationem nō expectat.

27. *Mulierū commiseratio nihilo leuabat onus & cruciatus.*

IV. Cæterùm nec mulieres veram compassionem, & qualem cupiebat Christus, habuerunt, nam pondus alicuius tribulationis non alleuiatur ex eo quòd aliqui tantumdem ponderis sustinent. Sicut si ego triginta libras portarem, nihil mihi minueret laboris aliis triginta socium onustum videre, nisi meas ipsas libras sibi imponeret sustinendas; ita qui nouit de hoc ipso dolere quod doleo, hic minuit dolorem; secus verò qui alia dolet, & sentit. Nunc verba Psalmi 68. iterum intelligemus. *Sustinui qui simul contristantur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni.* Quid ais Domine, nónne tui miserebant Apostoli, & commiserabantur discipuli, piissimæque mulieres? quas operæpretium fuit consolari, & lacrymas in filios conuertere. *Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete.* Quomodo ergo nemo tui misericordia commotus est? Respondet Augustinus [a], illud verbum, *simul*, declarans, *Non ait sustinui qui contristaretur, & non fuit, sed qui simul contristaretur*, id est, *ex ea re qua ego contristabar, & non inueni*: at cùm dolor eius & tristitia non nata erat ex mortis dedecore & acerbitate (quæ duo plangebant mulieres) sed ex eis ortum habebat, qui in peccatis erant, & pro quibus patrem rogabat in cruce, & in hoc dolore, qui verè dolor est de peccatis proximorum, socios non habuit; ideo non inuenisse verum consolatorem, & qui simul doleret affirmat. *Ergo in tristitia quam habebat Dominus de illis pro quibus orauit: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, nullum comitem inuenit*; & cùm in præcipua causa vrgente dolorem socios non habuit condolentes, nullos inuenit consolatores, *consolantem me quæsiui, & non inueni*? Vides ô anima mea quid debeas dolere in morte & passione Christi, peccata tua, & eorum, pro quibus mortem subiit, vides commiserationis bonum, nam in aliis miseris & tribulatis commiseratio maximi est meriti, nam qui patitur, patientiam exercet, & lucra eius percipit; qui verò miseretur, charitatis actus exhibet sublimiores, & perfectiores aliis virtutibus: vnde sic actum miserationis erga Christum habeto: O Domine, qualem te mea delicta, meorúmque proximorum posuerunt, quis te liberet funibus nostrorum scelerum? quæ compassio eo maior est, & opportunior, quo ipsi remotiores sunt à dolore peccatorum suorum, quinimo quasi amentes ridere solent; tu verò hanc eandem insensibilitatem & indolentiam doles, *quia nihil est infelicius felicitate peccantium*, aiebat Augustinus. *tienen por dicha lo que es suma desdicha y asi es gran piedad llorarlos quando ellos se rien*; dole ergo anima mea peccata quæ Christo mortem intulerunt, habes doctorem & ductorem gemituum & lacrymarum, almum scilicet Spiritum, de quo Paulus, *Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, non quia ipse gemat, ait Augustinus [b], sed quia gemere facit, charitatem & miserationem in corda diffundens. Si ergo dolendum est nobis de peccatis quæ in proximo sunt, & hæc est charitas, pietas, miseratio magna; eadem peccata in Christo, quæ illi quinque flagellorum millia imposuerunt, manus confixerunt; quanti putas meriti erit dolere, commoueri, plangere, & in teipsum transferre flagra, vibices & ærumnas: nam si doles furem, aut nocentissimum cùm diuerberatur, aut suspenditur; quanto magis vicem eius doleres si innocentem scires. Nihil igitur certius, nihil exploratius, quàm Christum esse innocentissimum: dole ergo, & animus commiseratione frangatur.

De quo condolendum in passione Christi.

28.

a Psal.68. Ioan. 10. & Marci 16.

Rom.8.

b Epist.121. c.7 5.

Sed quia gratia fideiussoris nostri nos cogit ea recogitare quæ pro nobis soluit, quo pacto hæc contigerint obseruare oportet. O quoties fideiussor ingenuus & bonæ indolis vadem se dedit amici, multum ære alieno oppressi, qui tamen fugit, & statim fideiussoris domum adeunt omnes creditores, vt sibi satisfaciant in bonis vadis sui, ille thecas aperit, claues exhibet, & adhærens parieti omnia bona 29.

Digitized by Google

na sua diripi, omnia compilari videt. *Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris*; quid si animam suam posuisset pro te? Adeste igitur vestræ salutis amatores, adeste cuncti bonæ voluntatis mortales, venite docibiles Dei, videte vadem cruci confixum, venas sui sanguinis reserantem, pretium Redemptoris vestri, & ea quæ pro vobis exoluit, numerate. *Haced inuentario al mamia y carta de lasto de lo que por vos pagò vuestro fiador y quiza llorareis.* Eccli. 29. 10.

I. Pretium in primis Redemptoris tui triginta denariorum in cordis thesaurum absconde, quia pretium sanguinis est, & dicito tecum, si ille qui tribus digitis mare appendit, sidera & terram triginta argenteis appenditur, ô quàm exigui ponderis habetur, & tu anima, pro qua appenditur, quàm grauis sine dubio es. *O lo que vales alma por quien Christo vale y estimado en tan poco.*

II. Horror eius in horto peccati horrorem incutiat, nam si tu Christe sub mole scelerum meorum gemis, quo tale pondus præcipitem aget me auctorem & peccati & angoris tui.

III. Curre dilecta, sudorem agonizantis sanguinem collige, ne gutta depereat, & dic: Accipe ô terra, ô caro mea, bibe Dei tui salutarem imbrem, & illa mala semina tali rigata sanguine in rosas conuerte.

30. IV. Gladij præterea fustésque te terreant in die tremenda, & laternæ ac faces, quibus abscondita cordis lustrabuntur, & caue ne Christi caput feriant noua peccata, nec in luce peccare contingat qui Christum semel comprehendit.

V. Osculi Iudæ memineris, ne vnquam imiteris, satis sit turpi osculo prodidisse herum, adulterio pietatis, pietate fallaci, more scorpionis cauda feriendo magistrum, dum ore dicis, Domine, Domine.

VI. O diram manuum iniectionem in Agnum mansuetissimum, quid tenebriones agant, in quo non errent? quare nihil ferrum, nihil miles agunt, nihil turba & satellites moliuntur, triumphum agit de te Christus meus.

VII. Funibus tenetur Christus, in te autem ô anima, tota causa catenarum reuoluitur: tu constringis eius brachia, vt suus tua nectat amor, dat se extraneis vinciendum, dedas te amanti vinciendam.

VIII. Negat Petrus, sed petra non manet, quinimo fluit lacrymis: amor non dubium extudit illas; scito ex hac die salutis venam, & doloris, & amoris, & lacrymarum, hos calculos benedixit Papa.

IX. Nónne dextra illa ferrea fuit, quæ potuit mitissimas genas cædere Christi tui? si ergo manus tua scandalizat te iterum, ne talem amentiam imiteris, abscinde illam, & proiice abs te.

X. Nónne etiam spectasse in cælum videntur illi cùm in Christi os ora soluunt? caue ne tenebris peccati offusa mens, in Christum iterum spuat, iam non habet velamen præ oculis, ne ex malitia audeas peccare.

XI. Quæ potuit vna facies tot illusiones & ludibria ferre, cùm sit inferni horror, amor terræ delitiæ cæli, ne tu plura congeras peccata, satis sit de ludo, iam seriò res agitur, iam Christus iudex est.

XII. Candidissima vtique debuit esse vestis illa alba quæ illusit Agnum purissimum: satis sit semel aulicos desipuisse, ne tu inurbana sis anima mea, quæ sapientiam Patris rectè nosti, quem isti fatuum iudicant.

XIII. Iam hominum æstimationem ne formides, mors vitæ componitur, Christus Barabbæ, Orcus Olympo: elige iam tu deinceps potiora, tibi eligis Christum, tene, ne propter facinorosum amittas.

31. XIV. Etiam ô scelus, qui condidit solem, qui rubenti peplo lunam obnubit, qui vestit sidera, lumine & veste caret, & qui soli cælique columnas statuit, columnæ alligatus tenetur, flagellatur.

XV. Iam spinæ honoris & peccatorum sub aurato diademate pungunt: vtinam serta spinarum mea viscera pungant.

XVI. Ecce homo, ait præses, iam non homo, diceret meliùs, vermem, fæcem hominum. Ne tu pereas ô vermis, conditor, non homo, factus est.

XVII. Iam tua scelera crucem Christo parant, iam nouus Atlas in vna cruce pondus totius orbis sustinet, ne tu noua fabrices pondera.

XVIII. Iam Golgotha mons tui Christi trophæo præparatur, nullus fuit vnquam mons tam grandis qui Deum appropinquantem sibi haberet, nec mons cælo vicinior fuit.

XIX.

XIX. Figitur nouus Adam, vt tu vetus nouus fias,& iam liber vetere euadas.

XX. Titulo hoc crucis milites ô quàm bene nomen dabunt, cùm Christus ad sua signa vocet animos.

XXI. Cygneas audi voces quas modulatur in sanguineis aquis:audi verba Verbi morientis.

XXII. Lancea modò facis vulnera pacis, & latus aperis, quod occupet animus cùm mala premunt, vbi pietas ipsa nutriet.

XXIII. Deponitur cruce, & peremptus matrem perimit dolore: inungitur, sepelitur. O quanta gratia erit eum in membris suis vngere. Incidit denique granum inter marmora, sed ô quàm vberes fructus dabit. Sit tibi, anima mea, hoc monumentum in munimen & monumentum, & agnosce dignitatem tuam, quæ & Domini tui Iesu viuum sepulcrum efficeris, in te quasi in sepulcro memoria eius viuat in æternum, magnique characteres, *Hic iacet*, *hic viuit Christus*, in æternum testentur. Amen.

VERBVM PATRIS.
Iob 2. vers. 12. & 13.

Cúmque eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum, &c. Nemo loquebatur verbum: videbant enim dolorem esse vehementem.

Christus ad mortem graditur, & in crucem actus, suum ipsius instaurat peremptorem.

DISCVRSVS CIX.

I. *Ingens Iobi calamitas describitur.*

EO calamitatis ac miseriæ redactus est Iob, vt cæteris omnibus mortalibus qualibet animi corporísque afflictione deiectis velut quoddam sæuioris fortunæ prodigium proponeretur. In ipsum, in familiam & filios malorum amnes pleno alueo confluxisse putares; fluctúsque omnes hinc inde in altum & per canales angustos coactos, vt ipsum & omnia pariter funditus euerterent, inuasisse: in eundem machinæ omnes & bellica tormenta directa videbantur, tali consilio vt nullum ex eis Iobum vt scopum præfixum non feriret. Diuinaque ardens ira pharetram telis innumeris refertam, reddidisse vacuam visa est: nusquam secunda fortuna aduersam propinquiorem conspexit, *del palacio treno Real baxó de primer salto, sin passar por entre suelos a vn muladar de riqueza y opulencia a no tener para su enfermedad sino vna teja.* Ab aula & sede regia vno saltu, ad sterquilinium nullo intercalante spatio exturbatus descendit, inter opulentissimam rerum luxuriem & subitam earundem inopiam tegula tantùm ad radendam saniem excepta; inter optimam virium corporísque valetudinem & lepram internam elephantiasim, extuberantias, afflictionem cordis, costarum dolorem, septem filios vno ictu abstulit dira mors, nec in acie dimicantes, ne solatij loco modus esset occumbendi, sed dum epulis accumbunt sorte lugubri de opipara mensa triste funus effecit, sub quo cari nati conderentur. Terruit orbem casus iste, & lacrymas ex omnium oculis excussit, nec vlla gens natióve fuit inscia tanti doloris, & quamuis plurimorum animos obtuderit, perpauci tamen inuenti fuere qui ad remedium ministrandum dolorémve leniendum accurrerent: cùm tamen innumeri fuissent qui dum prima luce fruebatur, ipsiúsmet Iobi gratiam ambirent: vt verò à tam felici statu eum fortuna turbauit, regiísque insignibus & ornamentis nudauit, & in humo nuda constituit, vnà illum omnes pariter deseruere.

Tres tantùm arcta consuetudine iuncti ipsum adeunt (vt mea fert sententia) muniti rationibus, nouerant enim Iobum esse sapientem & prudentem, in eúmque acie oculorum intenta malorum & dolorum famam ab inaudita eorum atrocitate longo interuallo superatam experiuntur. *Cúmque eleuassent oculos suos, procul non cognouerunt eum.* Totum oculis lustrauere, & ex vultus serenitate, animi fortitudine & constantia, orísque alacritate in Iobi cognitionem deueniunt, & vt de illo certò admoniti sunt, accedunt propiùs, deformatum totum, & pristina oris dignitate, turpissimo vlcere morbóque obliterata vix Iobum esse credunt, tanta calamitate perspecta ac recenti rerum conuersione animo pertractata, cælum suspiciunt, Dei occultam & ab humano sensu remotam prouidentiam venerantur: rursus conuersis in Iobum oculis lacrymas edunt, discissísque vestibus puluerem doloris declarandi causa capitibus aspergunt, & eum tanquam mortuum luxerunt: humi se quoque abiiciunt, atque sedenti in terra & in tanta calamitate iacenti assident medicorum instar septem diebus, totidémque noctibus non nisi breuissimo tempore 2. *Amici Iob tres populos significant.*

poro digressi ad multam noctem sedebant: summo etiam diluculo iterum reuertentes, cúmque loqui vellent, hærebant faucibus voces, neque verbum verbo nectere valent. *Et sederunt cum eo septem diebus, & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum; quoniam videbant dolorem esse vehementem; y quando rompieron el silencio dixeron grandes disparates que con la gran tormenta quedan alienadeados aun los que estan en el nauio y del caer del rayo no solo queda lastimado el herido sino el vecino queda atúrdido*, & vt silentium rupere, insanire, indignaque prudentibus viris promere cœperunt: neque mirum videri debet si sæua tempestas & furens ventus eos etiam qui in naui sunt, turbet atque contundat, & ad iactum fulminis non tantùm ab illo percussus, sed etiam lateri adhærens socius pauore graui stupenti fit similis.

3. *Passionis Christi brevis ponderatio et collatio cum Iobi calamitate.*

Verum quidem, & notum omnibus existimo (ô filij amantissimi parentis) tam æquissimi viri huius cladem, quam reliquorum strages mortésque (si cum Gregorio loquendum est) Christum regum omnium Regem supremum, æquissimum sanctissimúmque Redemptorem retulisse. Sed vmbra totum; nec eorum aliquis illius metas transgressus est, modò quæ ab illis facta, modò quæ patienter lata sunt consideretis, si cum his quæ gessit, quæ tulit omnium nostrûm Seruator, conferre velitis, quæque ego narraturus aduenio. Quid, quæso, magis nouum, vel horrendum magis quàm videre vnigenitum Dei Verbum, vbi primùm terræ nostræ terminos attigit sic à nostris male habitum, sic à mundo vexatum, amorémque nostrum talem illi mortem parasse?

Ingens calamitas Iob, sed ingẽtior Christi.

4. *Extrema pauperies.*

Quid de extrema rerum omnium inopia dicendum, nedum cogitandum? vnà illi omnia huius miseræ vitæ miserias subleuantia defecére, nec lectulus quidem in quo occumberet, vel linteum quo corporis nuditatem celaret, nisi gratis ab aliquo donatum adfuisset. Nec aliud superfuit solamen quo extremum spiritum agentis angustia leuaretur, sedaretur sitis, eo excepto felle & aceto quod diris inimicis libuit subministrare propinareve. Denique hodierna die humandi corpus impender, & tam funebre linteum, quàm sepulcrum desiderantur. Deseruere illum omnes, neque ab orbe condito sæculum vidit tantam authoritatem, tam vbique terrarum magistri nomen clarum delatum, vel Prophetæ: illius enim fama vrbes, deserta, fana penetrauerat; nec tamen vllus qui gratitudinis leges seruaret, fuit. Fugiunt illum omnes ne saluti consulant, eundem omnes sequuntur, tum vt insequantur adsunt materna viscera, nec ab illo recedunt vsquam, sed in ignominia & dedecore persistunt, quæ si ad opem ferendam, dolorem leuiandum, filiíve causam agendam non valeant, id saltem præstabunt vt dolor ipsi supra modum accrescat. Æternus Parens, cui omnis inerat potentia, voluntas, charissimo & vnico filio consulendi occurrendive, noluit adesse, sed (vt videri potest) paterno amore destitutus passus est, imò & voluit ipsum tot acerba sustinere, quot homines impij voluerunt imponere; quod sanctissimi Domini animum & viscera valde pupugit: id enim ipsi exprobrabrant inimici. Si in Deo spem collocanle, & illi fidit, cur ergo eum è nostris manibus ereptum liberum & incolumem non sinit abire? cæterum crudelitas paternum animum dedecet. Quis porrò vnquam honoris & altæ opinionis in hominum mentibus conceptæ ita subitum casum conspexit, dum vir satis rerum gestarum magnitudine notus in carcerem publicum conijcitur? Quæ aduersùs illum accusationes vilissimæ congestæ? cum illius clarissimum nomen proditoris crimine maculatur, & illustri famæ nota grauis inuritur, dum de seditionis crimine, de nouitate doctrinæ populo perniciosæ, de apparentium mirabilium & fictorum miraculorum patratione notatur, vtpote qui asseruerat dierum trium spacio templum euersurum reædificaturúmque.

Derelictio omnium.

5. *Dolores & cruciatus.*

Qui corporis dolores? quod etsi decorum & pulcrum ita macularunt & fœdarunt, vt vix amici in eius agnitionem deueniant. Denique verum Iobũ in Caluariæ monte aspiciemus non tegulam habentem; prohibent enim duri claui manuum, sceleratis hinc inde sociatum, filiorum pignore charissimo orbum & destitutum, eorum enim quidam infidelitate, quidam verò timore perterriti peribant: superstes tamen stultissima mulier (Synagogam intellige) quæ cùm minus errat & desipit, Deum ipsum peccatorem & sordibus pollutum cum sceleratis annumerat, ac de paterna Dei misericordia desperare suadet, frustráque operam in diuina ope inuocanda consumere dicit. Pauent omnia, & ad lugubrem euentum nõ tantùm tristissima echo vocem reddit de caua illa rupi, & primi parentis & peccatoris tumulo, qui (vt fertur) ibi iacebat; mœniaque contra sitæ vrbis Ierosolymæ, homicidæ, parum dixi (ait Chrysologus) Deicidæ, sic enim iuuat loqui; verùm extremæ orbis partes maiora præstant altissimi doloris indicia, siquidem alter Philosophus Athenis vniuersi orbis peruersione conspecta id protulit in omnium mentibus æternitati commendatum, *aut Deus naturæ patitur, aut vniuersi machina dissoluitur*. Accurrunt vndique tria hominũ genera, etsi enim omnia amoris vinculo trahebantur, inuitabantur, tamen titulo arbori sacratæ superscripto triplici idiomate, & Gentiles Græci atque Latini, Iudæi similiter, & qui iam cruci affixi sectatores erant. Mirantur omnes, silent per longam temporis moram, atque vt silentium rumpunt, delirant. Iudæi factum abominantur, infensúmque habent simile spectaculum. *Iudæis quidem scandalum*, gentes verò irrident, illudunt, exprobrant, *gentibus autem stultitia*. Solus superest amor Christiani populi: & quod Iobum acriter torquebat, hoc ipsum Agnũ Dei vexabat non parum, quàm pauci scilicet erga ipsum amicitiæ leges seruarent, & quamplures in eadem tutanda extitissent infirmi. Ad paucos tamẽ dilectioni studentes conuertit sermonem; excipite gratis auribus verba miseriæ & charitatis plena. *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei*; vos enim hæc perpendere, nec leui consideratione præterire decet huius operis eximiam magnitudinem, *in quo Dei virtus & Dei sapientia ita eminent*, vtpote animæ gaudentes titulo sponsæ clarissimi Principis: ob idque lugubre nuncium ad Ecclesiam Prophetæ deferunt, & pro omnibus auscultare Ioelem modum luctus præscribentem. *Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ. Periit sacrificium & libatio de-*

Pauci Christianum populi est necessitas compassionis.

Ioel. 1. 8. *Quo pacto dolendum de passione Christi.*

de domo Domini : accingite vos , & plangite sacerdotes ; quasi dicat , nemo sit qui in supremi Imperatoris morte lacrymis & mœrori non laxet habenas : exuant omnes lætitiæ vestes qui regiam habitant aulam, & induant ea quæ sunt doloris insignia , sol, luna , elementa , mortuique tanquam famuli parent.

6. Verùm tu , ô anima, tanti Regis sponsa , quomodo , quæso , tibi existimas esse lugendum ? Contingit aliquando è remotis terræ partibus alicuius regis filiam charissimam nobilitate & pulcritudine præstantem in alterius vxorem aduentare : en gaudet Reginæ nomine ; vix nuptiarum festa peracta nondum è collo ornamenta pendentia posuit , adhuc inter geniales delitias versabatur : nouam quotidie speciem, nouam formam vestis exhibet spectandam : celebrantur lauta & opipara conuiuia. Sed ecce subitò & prӕter omnium opinionem Rex sponsus excessit è vita ; sistunt immota omnia , & sordescunt pariter atro mœroris velo contecta , occidit sol in gaudij solatiique meridie: venit in omnium animos angustia suprema. Hic domus præfectus vbertim ploraturus post parietum aulæa & ornamenta abscondit sese , illic ingruens gemitus & vlulatus excipitur , occluduntur fenestræ , vbique aulæ expoliantur, omnes virentem & florentem spem abiiciunt, toti sunt in denudandis vestimentis versicoloribus , & lætitiæ , & induendis atris mœroris & luctus. Sed qualis tunc temporis animus recèns nuptæ puellæ ? heri diademate & splendore regio fulgentis , hodie miserrimam sortem ancillæ deplorantis ? quæ vt venit dignitatis nuda , sic eadem manè in paternam tutelam & patriam potest redire. Quis illius plangendi modus ? dicat Ioel ; *quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ.* ac si diceret, pendentia è collo ornamenta & geniales delitias in vestem lugubrem & in funebre linteum commutandi tempus aduenit , & cincinnos cultámque cæsariem aspersô puluere fœdandi.

Simile.

7. Tecum igitur ô anima parabola , vel symbolum loquitur , nónne tu vt Christo nuberes à longè venisti ? sic Paulus , *eratis longè*, quando annum integrum in peccati sordibus transegisti , vix fassa es malitiam , & peccata, vix manum sponso liberasti ; conscientia tua tibi & Angeli congratulati sunt : quæ ad ornatum , quæ ad abundantiam , quæ ad delitias facerent , abundè receperas : adhuc nuptiarum panis externæ noctis in cœna datus durat cœncentus gloria regia , & congaudebas Christo cænanti. Cùm hodie (proh dolor!) dilectus occubuit , orbis præfectos , solem & lunam intuere , qua ratione sub atra nubis densitate iamiam se abscondunt ploraturi , & nulla rerum exigente causa fons totius luminis exhauriatur : qua ratione totus orbis nigrore iaceat tinctus contemplare. *Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ.* Tu ergo anima ad instar recèns nuptæ plange sponsum qui tui amore & vixit & occubuit : nunc audi Dauidé Ierosolymitanas puellas vt plangerent Saulem hortantem. *Filiæ Hierusalem super Saul flete , qui vestiebat vos coccino in delitijs , qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro.* Plorent ergo eum omnes qui ornauit & ditauit omnes : sed vt in planctu modum seruemus , sacrum historiographum auscultemus amantissimi Patris in bello occubitum narrantem.

8. *Cùm autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi , accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti* , &c. Peccatrix quondam illa mulier ingreditur , nunc verò Magdalena pœnitens Simonis domum (quem Seruator à lepræ contagio mundauerat) vt mensæ in aliena domo ministraret , nullo pacto honori consulens , nec iudicio hominum (hodie enim peruertuntur & abiiciuntur omnia) & vt tanti festi , tantique doloris diem præuium ageret , in quo omnium Dominus tot acerba passurus erat , affert vnguenti liquescentis (*vn bote de nardo distilado proprio para vngir sin manchar*) & suauissimi odoris ex nardo pyxidem (in Christo enim omnes delitias locauerat , vt Seruatori indulgeret seruirétque in omnibus) & in feruentis dilectionis signum frangit alabastrum , defluit liquor in caput Christi , cuius odoris & fragrantiæ ea fuit vis , vt in hodiernum diem permanserit , & ad nos vsque diffusa sit. Quo nos edocet nullum peccatorem futurum, quia lugendi munere se putet exemptum , imò potiùs liquor etsi magni pretij effundendus omnino : hodie enim constringendum est alabastrum , & delicatiora corpora malè haberi , malè tractari oportet : diffluant ex oculis lacrymæ , absumantur vires corporis ; palleat os , infirmetur valetudo , & ob proximam mortem amantissimi Christi adhibeant doloris pariter & amoris testimonium.

Passio Domini. Matth. 26. Cœna Bethaniæ.

9. Egressus igitur est è Bethania Apostolis sociatus cœnam agni celebraturus , vtque capax cœnaculum & ornatum decenter ingrediuntur, ponunt baculos , mensæ accumbunt , & cœnam omnibus communem obseruant , in qua Seruator seipsum valde amabilem & animum dulcedine plenum discipulis exhibet : inter quos aderat proditor, quem vt moueret à proposito, eiúsque obfirmatum animum ad malum in pœnitentiam auocaret , buccellam porrigit , tenera conquestione præmissa, *Amen dico vobis , vnus vestrûm me traditurus est.* En excitantur simul timor & amor , studiúmque sciendi , quisnam ? quísnam inter nos tantum facinus est patraturus ? sed dato illo signo , nempe vnum esse ex discumbentibus , & pronuntiato illo *va*, ab imo pectoris orto , *va illi* , quo verbo æternam damnationem deplorauit tale crimen admissuri discipuli ; iniquus homo proditor hoc vltimo comminationis verbô perculsus viperinam & truculentam faciem conuertit elata voce , & tanta aspectus inuerecundia , quanta scelestum atque infamem omnibus sæculis proditorem , præditum esse oportuit , qui cùm exiguo erat timore affectus erga Christum Dominum turbata lumina accensósque furore oculos dirigens ait , *Nunquid ego Domine ?* cui Saluator serena demissâque voce (siquidem qui aderant non intellexerunt) ait , *tu dixisti* ; ac si diceret , ita fiet , tuæ sententiæ subscribo.

Egressus è Bethania.

10. Peracta ergo vtraque cœna , illóque munere humilitatis expleto , scilicet loris discipulorum pedibus , cùm iam à mensa panis aberat fermentatus , aderátque proxima illa hora, in qua Christus Dominus Magister noster , & secundùm Melchisedec ordinem summus æternúsque Sacerdos , corpus & sanguinem Patri erat in sacrificium oblaturus , quo iustè

Augustissimi sacramenti institutio.

iustè excitatam iram leniret, & mundum ab illo auersum eidem reconciliaret, vt modò idem corpus, eundem sanguinem mactandum in sacrificio, supræmæque dilationis inaudita signa præberet, & cognita in vultu operis nouitate quod aggrediebatur absoluere panem azymum sacræ manus accipiunt, ad opúsque inusitatum patrandum in cælum, vel potiùs in omnia potentem Patrem æternúmque leuat oculos, quo doceret ab illo vno potentiam & virtutem omnem similibus operibus efficiendis requisitam manare, simúlque agit gratias, quas inter homines ille solus dignè poterat referre. *Pater amantissime, ago tibi, grates quàm maximas, quia in hanc horam me venire fecisti*, in qua fugatis vmbris veteris, nouæ & euangelicæ legis exoriantur mysteria: tum etiam gratias ago, quia etsi pauper & orbus è vita discedo, adest tamen mihi potestas, & panis non abest, in quo vis me Ecclesiæ dilectæ eximiæ charitatis ostendere signa, quotidianum victum securum eidem relinquendo. Præterea gratias habeo, quia vt alteri Samsoni panem largiris, cuius sanctæ & peroptimæ matri partem ego possim porrigere, quæ cor eius valeat confirmare, vt & atræ noctis dolores sustinere queat. Gratias item habeo, quia tribuis panem post vnam & alteram cœnam, quo perditum hominem, caníque persimilem Iudam, meámque proditionem molientem curem attrahere: faxit vt sacratus panis, & mea manu largitus, peccatoris leniat iram, sedet rabiem: pòst attollit manum, & nouis verbis noua benedictione panem benedixit, consecratus est, partiuit. *Accipite, comedite* (ait) *hoc est corpus meum.* Idem calicis consecratione seruauit. O sacrosanctum mysterium! ô verba in imo cordis fide viua accipienda, æterna memoria conseruanda. *Accipite, comedite, hoc est corpus meum.* Hîc iterum repetit, *vestrûm vnus tradet me.*

11. Ioan. 18. EXIT DE COENACVLO ET QVÆ IBI GESTA SVNT. Simile.

Hæc cùm dixisset. Quæ hæc sunt diuine Ioannes? qui à secretis es à Christo, cur ita obuoluis? tot in ea sunt vt hominis eloquio explicari nequeant. Considera tamen, si placet, virum nobilem iamiam in curiam profecturum vt causam agat, quia in vna tam filiorum honor, quàm eorum optima conditio agitur, & in discrimen versatur. En profectionis tempore quot curæ ipsum cateruatim inuadunt? tam familiæ quam deserit, quàm eius quam secum fert: solicitudo etiam scripta reuisendi seligendíque; tum præterea aduersarij vigilantia perurget animum. Quàm anxiè hîc sponsæ, illic matri vale dicit? Accedunt nati turmatim, quorum oculos stillantes lacrymas aspicit. O vehemens argumentum doloris. *Hæc cùm dixisset.* Dicta putate, semper enim primus è domo discessus difficilis fuit, & tunc maximè si postremus esset, & migraret ad mortem. Nónne vides Christum scripta vetera reuisentem, & in adimplendis cæremoniis legis solicitum? en iterum assidet, & sacratum corpus donat sponsæ. Iam graditur vt vltimum vale matri dicat. Vbi quæ lingua faucibus non hæret? vel quæ ita expedita, vt quæ inter eam matrem & eum filium facta sunt, tentet enarrare: sumpsit igitur Dominus cælestem cibum à se conditum, vt statuit Vrbanus Pontifex *capite de reliquiis & veneratione sanctorum*, & post ipsum Tridentina Synodus, & Samsonis instar partem diuini faut ad matrem misit, suscepit Virgo donum, discessium metuens. Sed ecce subitò ingreditur Dominus, matrem offendit quæ à filio discere cupiebat, quæ iam ipsa sciebat, habes nempe ô mater filium iam crucis patibulo à diuina iustitia destinatum, vti acerbissimis suppliciis pro hominum peccatis satisfaceret. Sæua futura est tempestas, sed tamen breui ab æterno Patre sedanda. Eia igitur Virgo, cedo benignum voluntatis tuæ beneplacitum, nónne audis vt amor filium tuum ad dolores præliúmque vocet? Lacrymæ è Virginis oculis excussæ, & cor diro doloris iaculo traiectum loquuntur, ostenditque tam Patris, quàm filij voluntati suam esse conformem, oránsque Patrem vt super filium benedictionem immittat, eundem B. Virgo benedicit, & maternæ quoque apprecationis muneribus cumulat. *Benedicat tibi Dominus ex Sion*, &c. Plorauit proculdubio Seruator noster, cuius animum paulo antè Magdalenæ lacrymæ in luctum compulerant. Amplectuntur se mutuo, debitóque honore præmisso, filius seipsum è maternis brachiis auulsit, in quem tanquam in bonorum suorum cumulum mater defigit oculos donec disparuit. Egressus etiam est vt vltimum sponsæ vale diceret, postquam dæmon Iudam è gremio reliquorum extraxerat. Cùm primùm nox aduentarat, superstites vndecim discipulos congregat, ad quos concionem habuit, cuius hæc verba fuerunt consolationis plenissima, & thema concionis. *Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo*; vbi nomine gloriæ passionem suam exornat, quos etiam vt solaretur singulatim amplexatur *; quo facto, *Hæc cùm dixisset,*

* Mysteriū istud habes infrà, discursu sequenti in principio.

12. *Egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron*, hymnum concinens, & Patri gratias agens. O quis ita felix mi Rex, vt è dulcissimo gutture serenas voces exciperet, & ex oculis erumpentes lacrymas? ô verè beatus habendus qui illud quod lingua psallebat mereretur audire, & altissimum & secretum cordis motum pensare, Ioan. 18.

Exin cantato sanctis concentibus hymno. Iuuencus.

Et Chrysostomus, *Gratias* (inquit) *egit Christus, & hymnum cecinit sui funeris cantor, quasi cygnus.* Eia igitur æquum est vt alter chorus simul cum Ieremia lugente lugubres quoque reddat voces. *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus.* Quæ est ista Domine mutatio? quis egressus iste? quò te mea scelera ferunt? Egreditur è cœnaculo, ne si in illo caperetur, in hospitis domicilio suscitaretur tumultus, tum quia illi erant preces in voto quas effundere ad Patrem in horto consueuerat, quem locum Iudas non ignorabat. Denique voluit in tempore signato venire instar illius Iephthæ filiæ, quæ vt agna in patris sacrificium venit vt sisteretur Domino.

13. Torrenti Cedron appropinquat: qui quidem non eo appellatur nomine, quòd in eo sint consitæ cedri, vt censent Hieronymus, & Cyrillus, sed à verbo Hebræo *kedron*, *obscuritatem & nigredinem* denotante. Locus lugubris & tristis, quem radij solares non lustrabant, profundaque vallis, qui tempore hyemis aqua fluebat, quæ tamen graui caloris æstu tota absumebatur, altissimæ, inquam

quam, profunditatis vallis erat decurrentis aquæ murmur, obsurdescebat aures, montium fauces præruptæ arborum densitate obtectæ, aggressorum optima receptacula putabantur. Pergunt pauidi, & vniti, vbique acies hostium instructas videre existimantes: muti sunt omnes, sed nec timor eos spiritum trahere permittit, silent omnia, & solùm nocturnæ auis cantus aquarúmque restagnantium & decurrentium fragor auditur. Hic Dominus æquali
Matth. 26. cum dolore animi ad discipulos ait, *Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte*; hac enim in nocte filij amantissimi me Patrem vestrũ deseretis omnes, ita enim scriptum est. En simul animi fortitudinẽ & fidem suam commendant, inter quos primus Petrus, quem dilectio (ait Hieronymus) & parum firma in propriis viribus fiducia cogebant, (inquit Augustinus) sine alis dulci temeritate se præcipitem dare, & animos suos virésque extra prælij discrimen egregiè iactat ostentátque: ter enim (notat Augustinus [a]) ea verba protulit, & per totidem vices Christum abnegat. Sed cohibet Dominus Petri inanem fastum, & iactantiam, dum
Marci 14. dicit, *Antequam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus*, eaque miscentes colloquia aliquod accliue spatium à tergo relinquunt, omissísque Apostolorum octo, nouo fletu tres euocat, & hortam ingreditur Christus.

a Lib. 3. de consensu Euang. tom. 4.

14. *Quæ in horto gesta sunt.*

Dum verò in ea est opacitate, augentur tenebræ, peccatum Iudæ & miserandus discipuli casus cor solicitum tenet Seruatoris, & quasi Rex magnus se inter familiarissimos aduertit esse, proximæ arbori fortè innixus, & in cæ-
Matth. 26. Marci 14. lum defigens obtutum, sic ait, *Tristis est anima mea vsque ad mortem, sustinete hic, & vigilate mecum. hijos mios estoy de pura tristeza para dar el alma*: vt ostendat se mortali nostra natura præditum. Martyres quoque similes angustias perpessuros non ideo ex diuina excidisse charitate: præterea morte voluntaria tanti doloris & pœnæ animos mortalium tanquam arctissimo vinculo arctiùs astringere & obligare voluit: nam, vt optimè Ambrosius [b], *nec enim habent fortitudinis laudem, qui stuporem magis vulnerum tolerant, quàm dolorem.*

b In Luc. infrà citandus.

15. Cap. 22. *Et ipse auulsus est ab eis*, ait Lucas, *arrancose de ellos*: sed nunquid longè auulsus est? Matthæus *pusillum*, Lucas, *quantum iactus est lapidis*. Hic Christi benignitatem inconsideratam ne relinquas.
Simile. Nunquid matrem aliquando vidisti habentem filium, quem deserere periculosum est, quoniam infans nondum valet liber obambulare, matrem autem ab eo domesticum munus auocat: attende qua ratione illum sellæ aut scabello per exiguum tempus adhærere faciat, nec ideo iam illius curam abiicit, sed frequenter conuersis oculis illum affatur: vide ne cadas, vel offendas lumen oculorum meorum. Ita piissimus Dominus inuitus auellitur à dilectis filiis, quos haudquaquam vellet deserere,
Matth. 26. sed quoniam res ita postulat, illis inquit, *Sustinete hic, & vigilate mecum.*

16. *Procidit in faciem suam.* Domine cur in cælum vt quondam oculos non attollis, sic enim homines reliqui orare consueuerunt? Sed proh scelera! quàm fœda, quàm tetra estis, siquidem pulcerrimum vultum & speciosum Seruatoris in terram demissum verecundia coopertum deprimitis, & intra obscuras latebras & cauernas* absconditis, tua enim fœditas deformis (Christiane) in Christo verecundiam operatur. Cùm delinquens primò in publicum iudicis tribunal profertur, sine rubore coram iudice huc illúcque conuertit oculos; cùm verò perquisitione facta de crimine probatur reum fuisse, iam præ pudore oculos demittere & pallescere cogitur. Ita & Dominus noster cùm oraret antè liberè ad Patrem oculorum aciem dirigebat: sed nunc cùm videat damnari se capite propter peccata, faciem demittit & oculos. *Improperia improperantium tibi ceciderunt super me* [a].

* Ioannes Soarius Episcopus Conimbricensis, qui interfuit Concilio Tridentino, & inuisit loca sancta, antrum fuisse locum orationis affirmat. & P. Barradas.
a Psal 68. 10. Rom 15. 3.
b Psal. 68. 8.

Scelera nostra, fratres, Christo imputantur, vt debitas pœnas exsoluat; ita dicit ipse per Psaltem [b], *Propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.* Sicut si iuuenis nobilitate, Simile. virtute & pulcritudine præstans socius factus sceleratorum in natione extera ob commissum furtum sociorum suasione vnà cum illis in facie infami stigmate notisque inureretur, quam iste putas pateretur verecundiam, licèt immunis esset à peccato, cùm ante oculos suorum staret, vel appareret coram parente? Haudquaquam mi Domine tu hæc scelera commisisti, hi homunciones turpes infimæque notæ, qui tibi adhæserunt, eam etiam in facie tibi notam inussere, & tamen coram Patre & Angelis faciem velas: ego autem abrasa fronte culpam non ploro, & illam confiteri & expiare extimesco.

Pater si possibile est transeat a me calix iste. In 17.
diuino tribunali rationalis anima & sanctissima Matth. 26.
instar aduocati, appetitus humani partes agendas suscipit, & in hanc formam orditur: *Pater si possibile est transeat à me calix iste.* Pater mi, in quo vno meas omnes locaui spes, neque sperare desino, licèt te velut alterum Abrahamum stricto ferro mortem mihi minitantem aspiciam; vtere iure tuo, Pater es, obsequentem filium habes, si tamen cum æquo voluntatis tuæ placito fieri potest, transeat à me calix iste; displicere mihi non potest quod tibi placuerit; istius tamen poculi amaritiem natura ab insita fragilitate abhorret. *Quæ est fortitudo in me vt sustineam? aut quis finis meus vt patienter agam? Neque fortitudo lapidum fortitudo mea, neque caro mea ænea est.* Aspicias quæso me humanam, non lapideam induisse naturam, natúmque ex matre simul & tenera Virgine, etsi propter naturam à te acceptam Dei incorruptibilitate & æternitate gaudeam: ergo ne corpus meum contundent mallei concutiendis petris inuenti, meum ne caput terebræ & peracutæ spinæ compungent? nunquid manus hæ ligneæ sunt vt clauis transfigendæ sint? Sed iam Redemptoris animum teneo, hæc enim omnia ratio profert dum causam agit humanitatis: nam naturæ erga mortem horror & angustia ista haudquaquàm animi constantiam, vel vnitam cum tua voluntate concordiam, vsquam poterunt minuere, vel dissoluere. *Fiat ergo Pater non sicut ego volo, sed vt ab æterno decreuisti.* Quo nobis ostenderet quantum difficultatis haberet, & quanti ipsi staret nostrarum infirmitatum remedium, siquidem tot acerba pati sustineréve haudquaquam sine diuinitatis auxilio auderet humanitas.

In oratione versabatur, & tamen cor inter 18.
filios erat, iámque ad illos reuersus somno oppressos inuenit. Sed vnum pro omnibus Petrum
increpat, te enim magis dedecebat sopor, qui Luc. 22.
dum

dum mecum esses, te in mortem & vincula paratum iactabas. *Vigilate. ha Señor mio jornadas son que se pagan* ; quare immemor es Domine, dum ipsis quondam in mari sæua tempestate mors imminebat, & iamiam turbati maris fluctibus se existimabant submersos; cur, inquam, dum ipsi toti erant in ligandis malis, contrahendis velis, & dente tenaci apprehendenda terra, tu dulci somno potiebaris? nunc in contrarium res versa, ipsi somno fruuntur, dum tu in naufragio, sed nos semper infirmi tam hic, quam illic. Sed experire Domine, quæ nos quotidie experimur, vt nostris doloribus compati discas.

Matth. 26.

19. Repetit locum orationis, & nouas preces effundit. *Pater mi, transfer à me calicem hunc.* In quibus precatur id quod ex sponsis vni * reuelauit, nempe ne homo infirmus existimet petitionem hanc ex cordis inconstantia pauoréve oriri, sed ideo hoc expeto, ne tam salutaris & efficax medicina pluribus (etsi eorum prauitate) mortem & exitum pariat sempiternum. Domine, Domine, *Abba Pater*, bis Pater mi, ignosce illis, & sic tua data venia, me subire mortem non est opus. Iure optimo te bis Patrem appello, *omnia tibi possibilia sunt*; nemo mihi dicat per infinitam sapientiam pariter & potentiam tuam in diuinarum legum compilatione nullam reperiendam, qua media ego liber euadam, & hominum salus in perfectum statum perueniat, absque eo quòd calicem hunc bibam. Redit secundò, & dormientes reperit, nec illos excitat, sed abiens tacitus vt iacebant relinquit. *vel illis illis*, verbum dulcius quàm apparet. Refert Clemens Roman. ª cùm sæpe sibi cum Petro familiariter in itinere colloquia miscerentur, subitò ex Apostoli oculis erupisse multoties lacrymas, Petrúmque interrogatum de causa respondisse, recordor miserationis Domini mei Iesu Christi, quæ erga nos omnes talis erat, vt cùm sæpe sæpius iter faceret nobiscum, & nos labore fatigati dormiremus, tunc ipse consurgens inuisebat nos, & istius caput, illius brachium incommodè positum accommodabat, vt quietè placidéque dulcem somnum caperemus. Sic enim pia mater facere solet erga tenellum filium, cum enim videt illum iacere sopore oppressum, suam cum illius facie coniungit, vt maternas sentiens blanditias subtiliùs ipsum valeat vestimentis exuere, & in lecto reponere. Pijssimus ergo Dominus, qui materna viscera haudquaquam exuerat, accedit, & charissimos filios somno possessos aspiciens, & incommodè iacentes, cordis dolore tactus vellet ipsis solita blandimenta exhibere: sed videt, nec tamen quod cupit præstat, sed abiit *relictis illis.*

* Sancta Catharina Senensis. Raymundus lib. 2. c. 29 & D. Ambros. Marci 14. Est etiã sensus iste Hieronymi & Ambrosij, citantur à P. Salmerone tom. 10. fol. 131.

ª In itinerario lib. [illegible]

Simile.

20. Rediit tertiò, & easdem preces nouo cordis conatu profundit. *Pater si possibile est, transeat à me calix iste.* Nunc autem ait eadem virgo Catharina Senensis ᵇ, non mortem differri, sed accelerari postulat Christus. Tempus est vt hunc calicem quem ab instanti conceptionis meæ per desiderium vsque ad hanc horam bibi, & tandem aliquando patiendo atrocissimam mortem, quam mihi paratam video, copiosissimè hauriam, & ideo accelerari desidero: nam semel ebibitus transibit à me completa obedientia tua. *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor vsque dum perficiatur.* Cælestes omnes spiritus suspensos tunc temporis, ingentémque in admirationem fuisse raptos meritò existimandum est; talem enim filium eo rerum conflictu, eaque animi anxietate tanti negotij absolutionem expectantem contemplabantur secum meditantes, quisnam esset eius mortis futurus exitus? subcunda ne illi esset, nec ne, an forte gladius, qui filio mortē minabatur, à sanguine purus, quemadmodum Abrahami ensis in vaginam redditurus foret? Tunc omnipotens Dominus curiæ cælestis spiritibus altissimum consilium propalauit, quo vltimo decreuerat tam propter humani generis salutem, quàm propter occultas causas Deo dignas filio vnico mortem fore subeundam; & quia submissa & feruens oratio nusquam vacua redibit, vocat Angelum quem in illud quod iam explico munus destinat. Amoris ergo nostri ea omnia quæ dolori leuamen afferre poterant, Seruator noster dimouerat, vt nihil de angoris, nihil de magnitudine doloris remitteretur, abstulerat enim ab oculis ea ipsa quæ solatio esse poterant, & quæ paulo antè pro concione retulerat, Patris videlicet dilectionem, & animarum copiosam segetem e sanguinis sui effusione. Ad idque præstandum cæleste nuntium aduenit, *confortans eum*, vt ea scilicet omnia coram oculis ipsius proponeret, animi fortitudinem laudaret, & qua ratione ipsius in aggredienda morte nouus spiritus cælesti curia probaretur, admoneret. Denique æternum parentem de sua morte vltimò decreuisse; id enim vult illud verbum, *confortans eum, laudans eum à fortitudine*, quemadmodum & in Apocalypsi à sapientia & à fortitudine laudatur. *Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem & sapientiam*, &c. Gaudet Dominus & lætatur, sed vt infirma caro solùm in infirmitate firma erat, & ex vna parte amor parentis, & vigor filij, qui caput & antesignanus erat omnium Martyrum, ex alia parte solicitudo pondúsque grauissimum nostrorum scelerum, quem vt fideiussorem apprehendant, certabat, *captus est in peccatis nostris*, nec solùm vt fideiussor, quæ non debebat exoluit, sed tanquam si ipsemet reus fuisset inuentus. Cumque erga nos & Patris & matris ostentaret amorem, tanquam pater à filio patratum scelus erubuit; & sicut mater erubescit à filia fœditatem admissam, sic mater nostra nostrorum scelerum pudore suffunditur. Ideoque Patrem deprecaturus accedens vultum obnubit verecundia, & rubore afficitur. *Tota die verecundia contra me est*, per os Dauidis exclamat, ex alia etiā parte tam atrocissimorum tormentorum ingrati hominum animi, scelerum & sceleratorum, & inter omnes teterrimi Iudæ cōtemplatio. Hæc omnia in causa fuere vt eueniret quod nusquam post hominum memoriam auditum est. Dum hac enim horribili est oppressus consideratione Seruator, cœpit ex eius corpore sanguis erumpere viuus, igneáque vi amoris guttatim incepit fluere per corpus ad terram vsque. O frons! ò aspectus lucem ipsam illustrans, toti cælo venerabilis: contemplare anima huius messoris vultum, qui messem peccatorum à te satan summo cum labore demetit. Contemplare igitur symptomatis nouitatem, quænam hæc sint indicia. O quàm ad extremum vitæ te languor iste perducit, qui sic te vexat infirmitatis initio? Pater mi (ita mihi videtur clamare) sat scio si pecunia absit res bene agi non posse; en arcas resigno, & numorum saccos expando, tantùm animas mihi vt des pro oblato mei 22.

Oratio Christo quid tunc Angeli apud se meditantur.

Causa sudoris & angoris Christi.

ᵇ Vbi suprà.

21.

mei sanguinis pretio exopto. Agite ergo animæ dæmonis captiuæ, en vobis adest redemptio, signum rubeum & vexillum eleuatum est, & in vestri omnium redemptionem non aurum, vel argentum, sed sacer & pretiosus Iesu sanguis expenditur. O parens Adam, hunc cruorem tibi assume vt vultus deleas sudorem; tunc assume tibi Synagoga, quo deleas eas scripturas, & cruorem animalium aboleas. Hunc assumite Martyres ad ensis acies retundendas. Hunc assumite virgines ad vestræ puritatis dealbandas stolas. Rex mi ne mei animi sis immemor, cruorem istum meà excipient præcordia. Et tu Virgo sanctissima accede, propera, vt vultum, oculos, manus, corpusque Domini mei abstergas. Faciem ergo emundauerat suam (vt credi par est) antequam ad discipulos, quos tertiò dormire comperit, rediret, & dum propiùs accedit, hæc ironicè protulit, *Dormite iam, & requiescite.* Nunc profectò libet somnum capere, si vobis id datum est, quod haudquaquam fiet. Eia inuigilate modò, nec enim hoc tempus concessum est quieti, adest enim hora doloris plena. Sed proh dolor! nunc infamia & dedecus prodituri me Iudæ, & tam vili pretio venditurì animum pungit meum.

Matth. 26. Marci 14.

23\. *Quæ in comprehensione eius contigerunt.*

Totum hoc tempus, necnon & illud quod ex elapso vespere sumpserat de vendendo Seruatore solicitus infelix Iudas consumpsit, Scribisque & Pharisæis in domo Caiphæ congregatis hæc ait: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam.* Agite ergo, quid muneris mihi donatis? spondeo vobis me illum in vestras manus traditurum. Quo audito omnes gaudio perfunduntur, offerunt, donant statim, quamuis vile satis, exiguique pretij donum. Iam enim (inquit præstigiator ille) in horto est; vbi milites? vbi cohors? Ego imperator, ego dux, ego exercitus, antesignanus præibo. Nouit ipse illique familiarissimus socius qui ab eius latere discedit, nunquam me tam illi, quàm ab illo patratis miraculis nusquam fidei aliquid adhibuisse. Quòd si in eius conuictu & societate permansi, id solùm pecuniarum commercium efficere potuit. Quæ numorum quantitas etsi peruasit, & exigua, cum animi mei siti & auaritia collata, attamen pecunia illa qualicumque oblectabar, spéque futuri lucri ex illius venditione mihi accrescentis meipsum solabar, dicens: Nunc diues efficiar. Aspiciunt se mutuo quasi de pretio consulentes pro tali pignore dando. Eia ergo, proponatur appretiandum pignus, & sub hasta collocetur. *Quid vultis mihi dare?* vos ó mortales, hanc præconis vocem audite, *Quis seruum emit? cuinam placet seruus?* Siste ô homo ex omnium scelerum colluuione nate, siste parum execrande, quid profers? quid ais? attende vniuersi thesaurum & Dei diuitias tuis manibus inesse, spem & fiduciam Patriarcharum, fortitudinem Martyrum, hominum redemptionem, & generis humani bonum omne; seruum illum dixisti? corrige verbum, Regem voca, & vniuersorum Dominum seruum? haudquaquam, sed sæculorum hæres appellabitur; seruus? Vniuersi Archetypus appellandus est. Quis igitur illum emet? sed non est tibi sermo corrigendus, appositè satis nomenclatura *serui* nominabas, illum, quem hominis illius superbia, & alterius fœminæ turpido seruū reddidere. *Seruire me fecisti in iniquitatibus tuis*, clamat Propheta. Mancipium vocas, & meritò; sed est mancipium amoris, hic enim illum ad tantæ humilitatis, imò & vilitatis officia capessenda impulit vnicus tantum amor, has ille seruiles notas potuit imprere: & si est amoris mancipium, & illius venditionem vis præconio declarare, id præsta in eo vrbis angulo vbi illa quæ præ omnibus diligit habet domicilium. Exi male mango vt præconium dicas in calle, in quo virgo est, & mater illius; nec enim iacet somno pressa vt voces non excipiant eius aures, nec aut illiberalem, aut parcum inuenies illius animum, neque in illius conspectu valoris eximij pignora magnifaciet, si cum hoc solo pignore illi præ omnibus charissimo conferantur: ipsa enim (si fuerit opus) cælestes spiritus in auxilium vocabit, oppignerabit virgines, & ab animis charitate feruentibus subsidium exposcet. Sed non placet homini inter omnes sceleratissimo, pecuniam, inquit, meus concupiscit animus. O mortalium omnium infelicissime! expectâsse saltem auroram aduentare, & faciem angelicas longè superantem videre, aureósque crines. Triginta argenteis ex publico ærario depromptis (seruorum pretium secundùm Hieronymum [a]) gaudens excessit.

Ioan. 10. *Hic non credebat in eum.*

Traditio & venditio.

24\. Isai. 43. 24.

a Suprà c. 26. Matthæi. lex Exodi 21.

Egreditur igitur ex vrbe militibus trecentis stipatus, secundùm Hieronymum, & iuxta Hebraicum textum, & Rupertum, ex eis erant quibus præerat chiliarchus, qui imperabat mille centum & viginti quinque peditibus ex strenuis & bello valentioribus, cliuum conscendunt, & Cedronis torrentem, vbi octo discipuli timore & pauore opprimuntur dum lanceas, lanternas, fustes, clypeósque splendentes à longè vident, ad magistrum confugiunt. Sed cælorum Rex tunc temporis ab oratione cessauerat, trésque discipulos reliquis aggregans exercitum ordinat & constituit ex aduerso contrariæ cohortis. O certamen singulare, quis victor euadet? Iudas ducebat aciem, & illam anteibat, &, vt beatæ Brigitæ [b] reuelatum est, staturæ pusillus erat, & vultu turpis, cùmque ad Seruatorem accederet vt præsignatum præstaret signum, Seruator ipse faciem demisit ad falsam inimici pacem, suscipiendúmque teterrimum inferi halitum. *Vide* (inquit Ambrosius [c]) *Christum qui tanquam ceruus aduenit, & cum hominibus se mira simplicitate iungebat, à quibus ei parabantur insidiæ, fertur enim huiusmodi ceruorum esse simplicitas, vt cùm se exagitari videant, his sese equitibus annectant, qui ministerio fraudis appositi, fuga speciæ ac simulatione societatis inductos ad retia vsque deducant. Ita ergo Dominus tanquam ignarus periculi atque improuidus Iudæis sibi dolum struentibus admiscebatur, & societatem Iudæ proditoris sui asciuit, cuius simulatione funesta vsque ad crucis laqueos & passionis retia peruenit, vnde conuersus ad eum dixit: Iuda, osculo filium hominis tradis?* Christus igitur duplicem in cor sagittam direxit, quod nisi lapideum foret, amoris seruus vinctus euaderet. *Amice ad quid venisti?* etiam nunc amici nomine te iudicio dignum, etsi sat sciam paratum te esse ad scelus committendum quod nunquam post sæculi memoriam patratum est, vt discas (ait Chrysostomus) peccatum esse nullum ita graue quod gratia mea & auxilium à me collatum per pœnitentiam non superet. *Sodalis*, vertit Græcus, sed

25\.

b Lib. 4. reuelatio. c. 69.

c Lib. de interpellatione Dauid.

quomodo mutatus & mihi ita aduersus extiti? haud seruaui erga te amici leges? conicit alterum iaculum, *Iuda, osculo filium hominis tradis*? Signo pacis bellum indicis? ore illo quo me tanquam vile aliquid es auctionatus, modo familiaritatem simulas? pro tam vili pretio primogenituram commutabis? his omnibus obturans aures ad milites redit, qui dum immoti sunt se signum non nouisse demonstrant.

26. Seruator mundi in horto humanam infirmitatem, extra illum iamiam diuinam virtutem ostentat; quod nouit & notauit Ioannes hisce verbis, *Sciens Iesus quæ ventura erant*, exit obuiam, & illis ait, *quem quæritis*? totum optimè calluerat, & quòd Iudas ex aduerso staret. Stabat autem Iudas qui tradebat eum cum ipsis, & tamen in illum manus conicere non audent, imò nec noscunt. *Quem quæritis*? ait; insolitus enim est modus quo me hominem pacis sectatorem apprehendere conamini. Respondent ipsi *Iesum Nazarenum* quærimus; nónne planum est eos Seruatorem non nouisse? *ego sum*; qua voce instar luxuriantis segetis, vehementi vento inclinatæ, ccidere catervatim & supini omnes, audita diuinitatis voce omnipotenti, *retrorsum*. Notate (ait Cyrillus [a]) loquentis omnipotentiam; permisit eos è terra leuare sese, & iterum rogat, *quem quæritis*? Respondent, *Iesum Nazarenum*. Dixi semel adesse me, cur ita pauidi animi estis? has enim quas iam in animo cogitationes voluebatis, diu sæpe in templo dum essem quotidie ad exitum posseis perducere? Tandem si de me soliciti estis, attentè excipite quod impero (experti enim iam fuistis mihi non tantùm potentiam, sed omnipotentiam inesse) ne ad discipulorum meorum vnum manus extendatis. quo dicto impleuit quod nuper Patri dixerat, *quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam*; & vt tam illius potentia, quàm Petri zelus manifestarentur, contigit vt è numero seruorum Pontificis, qui vtpote è curia audaciores excellerant, & proximiùs accesserunt, vnus è latere exercitus prorumpens vellet in Seruatorem manus inicere. Petro præuidente quod futurum erat, & gladio nudo Seruatori ait, *Si percutimus in gladio*? Domine, cuiúsnam vtilitatis gladius iste? & placito Domini vel responso non expectato ictum dirigit in galeam, sed labitur ensis, & aurem dextram abscidit. Non frustrà additur, *auriculam dextram*, nam (vt inquit Hieronymus [b]) innuitur quid populo Iudæorum contigerit. Prædicatio siquidem Petri potens mundum à Deo auersum conuertere, aurem dextram Iudaicæ genti præcisurus erat, nec enim postquam Apostolorum princeps de diuinis sacramentis verba facere cœpit, nouit populus vt oportebat vitæ verba suscipere, quia eorum aliqui, licèt fidem adhibuerint, tamen alij in infidelitate persisterunt: at Dominus percussum hominem ad pristinam sanitatem reduxit, & aggressorem Petrum correxit, ad militésque conuersus, quos adhuc intra terminos cohibebat, etsi moræ impatientes, *tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me*? alibi enim me capere debuissetis, ne mihi latronis noxam inureretis: sed manifestum est id vos nunquam patrasse, quia vobis sicut & nunc facultas defuit, quousque ego id fieri permittam. En iam vobis datum est, *hæc est hora vestra*, has manus ligate vinculis, funibus astringite me. Non secus ac si leonina cauea leonum solueretur, homines crudelissimi Seruatorem inuadunt, manus vna omnes coniiciunt, & firmiter tenent. Hic de ictibus plura, plura de opprobriis dicere poteram, sed præ oculis habendum præ omnibus grauissimum malum, nominis scilicet, & existimationis ruina: nam opinio, dilectio & æstimatio magistri & medici diuini præconcepta tota ruit, ipsúmque iam non agnoscunt, & quem antea (vt par erat) tanti faciebant, iam nihili ducunt: denique omnia in contraria mutantur, hac audita voce, *vinctus in carcerem trahitur; nec enim quod fulgebat, aurum totum erat.* Quod vt explicet Euangelista, & eorum animus quàm insolens victoria gradiebatur elatus, introducit iuuenem (si tunc Ioannes nec ne, non curo, minimè videtur Ioannes) piscatoris habitu incedentem, *con vna sabana o alquiçel*, quem cùm de sago illo punico tenerent, relicto sago nudum abire cogerent, ne in eorum manus veniret, siste discipule, quem fugis? fugio Christum, fugio mortem, fugio infamiam, fugio magistrum, sic enim omni existimatione priuatus, sic abiectus est, vt nullo pacto velim eius discipulus existimari, vide in quantam infamiam Christus sola comprehensione deuenerit? *Spiritus oris nostri captus est in peccatis nostris.*

28. Pontificis Caiphæ domum attigit Seruator, præteriens primò Annæ domum; ingreditur Ioannes Petro ad ostium manente, discipulus autem alter (Ioannem intellige) cum ostiaria loquitur de aditu Petro præbendo, quem statim dedit apertum, ne forte deesset qui ad regum curias ingrediendum manum porrigeret, & hanc fœmineam vbi cùm vnam veritatem omnes persequuntur, eandem ipse negando persequi didicit, & copiosam lacrymarum materiem, quódque per reliquum vitæ tempus lugendum sibi esset extraxit.

29. Nec tunc tempus erat conuocandi senatum, sed expectato mane solùm placuit cautam euoluere, quæque in illa capita continerentur noscere, ad capitalem quam in illum moliebantur sententiam proferendam. Rogauit ab illo Pontifex, *vbi discipuli tui*? cur duodecim selegisti? proculdubio tibi in mentem duodecim venerunt, ad instar Patriarcharum & seniorum septuaginta duorum, totidem enim alij tuam sectantur disciplinam. Me Hercle, vt video te nouæ legis exhibes auctorem, quam igitur doceas palàm facito? Ad primum respondit nihil, nam de profugis & turbatis discipulis, & de Petro præsente, metu & terrore perculso, quam rationem reddere poterat? *que somos tales que ponemos a Christo en punto de dar mala quenta de nosotros*, & veluti cogimus Deum pudore suffundi quando pro nobis rationem est redditurus. Sed quid quæsitum est secundo loco etiam primæ interrogationi satisfaciebat; si enim bona est doctrina, bonos etiam discipulos reddet, sicque summa animi integritate ac si in throno vel cathedra præsideret dixit, *Ego palàm locutus sum mundo*; sed si ita hæc calamitosa fuerunt tempora vt tu (cui, vtpote in ecclesiastica dignitate constituto incumbebat, quid ego prædicarem explorare) trium annorum spacio nec vnam concionem audiueris, oculatos testes & doctos adhibe, si-

qui

Marginal notes: Ioan. 18. 4. — a In Ioan. — Ioan. 17. — 27. b Relatus à glossa. — Vide P. Gasp. per Sanch. in Isai. — DVCITVR AD CAIPHAM. — Cyrillus Græcolatinus habet, *Miserat eum ligatum ad Caipham: erat autem Caiphas qui consilium dederat Iudæis*, lib. 12. in Ioan. c. 1. initio tom. 2. — *Sistitur coram præside Caipha.*

Pensó esta mal auenturado que el señor auia de hablar como esclauo, o que hauia tachado la pregunta del Pontifice por indiscreta.

quidem potes, *ecce hi sciunt*, &c. *quid me interrogas?* militum assistentium vnus tum quia vellet, aut putauit, vt Seruator abiecti & vilioris animi se in loquendo ostenderet, tū quoniam videbatur illi Pontificis & Domini sui interrogationem stultitiæ notasse Christum, manu ferrea, quam leuat, in Christi faciem colaphum incutit, quo ictu ipsum deturbauit, (vt asserit S. Vincentius) dicens, *Sic respondes Pontifici?* nec solùm locus ille ad incussionem ictus crudelissimi, verùm & cælestis aula sonuit cùm hac prima iniuria Seruatoris vultum dehonestari conspexit. Hic homo præit, & omnes propter admissa scelera dolentes ad iustam à semetipsis vindictam repetendam excitat; *sic*, ita humana & tumens superbia comprimitur! *sic*, ita inuerecundo vultui superponendus rubor. O turpes animi; *sic*, ita odio & maleuolentiæ imponendus finis. O vltores iniuriarum! Eia Adami filij, sic Adamus alter pro primo mendacio pœnas luit, *aun mentis vn bofeton.* Possibile ne fuit mi Rex, & speciei exemplum, in rerum vniuersitate manum esse adeò audacem vt te contingere auderet? *Exhorrescat celum, contremiscat terra de Christi patientia, & seruorum impudentia.* Hoc accepto dedecore ab homine vilissimo in loco adeò publico ita sui compos Seruator extitit, vt responso faceret satis rebus innumeris, & illatorem iniuriæ sibi blandè conciliare prætenderet. *Si malè locutus sum*, &c. Augustinus [a], *dignum filio Dei responsum.*

Alapa insi-ctio.

a Tract. 113. In Ioan.

30. *Falsi testes.*

Pontifex qui totus erat in tam iniusta causa honesto aliquo nomine cohonestanda, testes duos in publicum iussit exire vilissimos, quibus mentiri virtus erat & gloria, qui nedum falsa dicere recusant, abs re omnino fuere omnia quæ aduersùs Seruatorem congesserunt. Quod Pontificem minimè latuit, vt ex his verbis licet coniectare, *& non erat conueniens testimonium eorum.* Nec tamen obstantibus his affectus cæcus ita percitus surrexit Christum interrogans: Cur ab impositis tibi criminibus teipsum purgare vel exonerare non curas? *Iesus autem tacebat*; quia tunc non opus erat responso, sed accurato testium examine, vt falsò dictis digna secum reportarent. *Tacebat*, nam illi erat animus occumbendi pro falso iurantibus, vt illis remedium prouideret, & procul è terræ finibus pellerentur. *Tacebat*, quia nouerat iudicem cum testibus æquè falsum esse, vtpote qui aiebat, *aduersum te dicunt testimonia*, cùm dictorum nihil contra Seruatorem staret. *Tacebat*, vt quod de illo *Psal. 37.* & Isaia prophetatum erat, adimpleret, *tanquam agnus*, &c. *Tacebat*, quia ipsum non latebat quidquid diceret vitio sibi à calumniatoribus tribuendum fore, nec erat locus proprias partes agendi, ille in quo iustitiæ leges frangebantur impunè. *Tacebat*, quia sciebat tempus illud in quo passio & calumnia grassantur, minimè idoneum esse ad sedandos animos, sed potiùs verbis iræ flammas accēdendas. *Tacebat*, quia prudenti viro sat est semel silentium indicere, & semel iussus fuerat tacere. *Tacebat*, vt quæ contra se dicta fuerant quàm essent falsa clariùs constaret si absque rei purgatione vel actoris cura euanescerent. *Tacebat*, vt nobis silendi præbeat exemplum cùm hominum iudicia ita ab scopo veritatis aberrare viderimus. *Tacebat* denique, quia sceleratus homo (sic loqui placet) crudeli alapa ipsum silentium obseruare docuerat, talis enim fuit ictus vt quemuis mortalium mutum redderet.

Causa silentij Saluatoris.

Pontifex status ac dignitatis immemor, quæ ipsum iudicem, non accusatorem, constituerat, Seruatorem alloquitur, effare, effare nobis, *es tu filius Dei benedicti?* tunc sæculi reparator, vt debitum Patri exhiberet obsequium, sub cuius nomine adiurauerat, videbátque sacram maiestatem Dei viui in medium fuisse adductam, respondit, *Patrem habeo Deum*, vt dicis ita se res habet, quamuis sciō nullam mihi fidem adhibendam, sed adhibebitis tandem cùm post finita sæcula me super nubes cæli venientem totum terrarum orbem iudicaturum videritis. Verbum quidem vtpote post tam prolixum silentium, & tanta serenitate prolatum, vim habens eos in tremorem & pauorem cognitionémque filij Dei abducendi. Sed longè aliter res contigit; Pontifex enim turgenti vultu boans & fremens dicere cœpit, blasphemia, blasphemia; affecit diuinitatem, *quid adhuc egemus testibus?* Quibus dictis vestimenta Pontificia rescindit: signum quod audita blasphemia edere solebant, *scidit vestimenta*, qui enim sacerdotalem vestem numis emerat, non poterat non malignis manibus, quibus pretium pro re sacra erogauerat, rescindere. *estos que con dineros suben a la silla dan tales rasgones en la vestidura de Christo que se hecha de ver que la compraron.* Sic sacrilegij pœnas iustas coram Seruatore luit: tum etiam quia vestis illa, hoc est, sacerdotium, ita erat vetustate contritum, vt iure optimo scissum sit, vt nouis vestibus sacerdotij noui locum daret. Sic Leo Magnus [a]. Post quæ Pontifex ad præsentes conuersus, *quid laboramus? actum est de hac re.* Surgentes igitur ante lucem, & antequam fiat concursus ad festum, incepto negotio imponatur finis. Vt ergo volauit vox per solaria & tabulata domus, eum produci, egreditur, sed iam quo militum agmine stipatus, & quàm sacra illa maiestas incomposita? vnà illum omnes aggrediuntur; ictus & colaphos tot homines immanes in vnum congerunt & coniiciunt, vt è Prophetis prædixit vnus, barbam & crimen depilant, & ex Euangelistis meminerunt duo.

31. Matth. 26 Marci 14

a Serm. de Passione Domini. Marci 14. 64.

Isai 50. Matth. 26. Marci 14.

32. *Nox vilissima & probris plena.*

Aperto igitur in inferiore domus parte cubiculo, statuunt in iocis & illusionibus erga Christum vt erga Regem fictum noctem illam transigere: ligant manus, velant vultum; quo facto Iudaica gens eam voluit subire pœnam, vt in æternum ipsum non videret, cui velo faciem obnuberat, & clausis fenestris, per quas luci in mundum patens iter patebat, aberrare incipiunt eorum mentes ab eo veritatis & amoris scopo, & conuitiis impetunt, alapis, ictibus, colaphis feriunt, pugnisque percutiunt; tot enim probrorum genera, si Euthymium & Græcam linguam consulas, verbum *colaphus* complectitur, & illusioni irrisionem adiungentes ironicè aiunt, *Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?* nec enim nouum est peccatum Deum cæcum, vel coopertos oculos habentem, desiderare aut existimare ne scelera commissa diiudicet. Alij aliorum loco subrogabantur custodes dum capiunt illi somnum, peruigilant isti donec omnes fessi à iocis & probris supersedere dormientes. Soli Christo meo non datur quies dum illam omnis natura rerum assumit. Anima mea ad Dominum tuum accedere ne recuses,

Digitized by Google

cuses, patet aditus vt cum otianti Rege causam tuam & negotia salutis agere valeas. Quid, obsecro mi Deus, tunc alta & nobili mente tua voluebas, quæ cælestes sphæras fabricauit? Quæso Domine quid moliebaris? meorum ne scelerum memor fuisti? sed tunc tibi venit in mentem humilis Francisci nuditas, Apostolorum & virorum illustrium probra. Beneficia petituri peccatores accedite, & tu purissima & sanctissima mater mitissimum agnum consocia; & tu Magdalena hîc inuenies in quod capilli, oculi manusque intendere possint; abstergere enim poterunt purissimum speculum, in quo ipsamet tuas aspexisti fœditates. Confidite animæ, deserto & tribulato Seruatori assistite, supplices libellos date, agnoscite incognitum, & probris affectum Deum veneramini.

33. *Petri lapsus & negatio.* Ioan. 18.

Sectabatur Dominum Petrus, & cùm intus esset, nocte iam labente famula, cui ianuæ cura commissa erat, Petro stanti non in prima, sed in interioris aulæ ianua, contenta voce dixit, nónne tu è discipulorum numero es? cui fauens altera ancilla, *vt dicis ita est*, planè ex illis est; quibus Petrus stans, validè respondet, *Nequaquam*. & Matthæus, *nescio quid dicis*; accenso igne consederunt omnes, & primò gallus cecinit iam per longum spatium noctis transierat postquam in proprias domos se receperant Pontifices, & dum circa prunarium assidet, iterum ab aliis cognoscitur, & iterum negat (perquam breui acciderunt hæc omnia) & postquam ab illo loco surrexerat, vix duplicis horæ interuallū præterierat, quod Euangelista Lucas *pusillum* intelligit, & cum illo Marcus; sed en offendit alterum qui cùm è discipulorum Christi numero esse seuerè affirmat, Petrum in maximas redegit angustias, vt peieraret, sibique dira imprecaretur, si se talem hominem cognouisse probaretur; *tunc cœpit detestari, & iurare, quia non nouisset hominem.* Quæ tertia negatio parum ante lucem contigit, proximè ad horam quartam; nam, vt vnà omnes Euangelistæ referunt, continuò vt tertiò negauit, galli cantus auditus est. Petrus magistrum videndi cupidus ad fenestræ cancellos accessit, vel Saluator absque eo quòd accederet faciem ad ipsum conuertit instar illius, qui ad ruentis turris vel ædificij strepitum conuertit oculos versùs illam partem, etiamsi non videat. Sic Christus vt erat ligatus & carceratus in suum Petrum, qui sic ceciderat, & in tam miserum statum lapsus fuerat, vultum & obtutum conuertit. *Respexit Petrum, & fleuit.* Quę aspectus defixio? qui lucis radius? Nónne vidistis aliquando hominē flagellorum ictus sustinentem, vel cadentium forcipum vstionem à tribus vel quatuor carnificibus, inter quos præ cæteris vnus exhibet crudelitatis speciem, & sæuit plusquam reliqui: miser ille afflictus lacrymis suffusos oculos iaciens conuertit in ipsum, illis vtens pro lingua; ac si diceret, & tu cur erga me præ reliquis teipsum diriorem ostendis, sat sit tibi sic dolore & tormento hominem affectum videre, quin per te idem tormentum & dolor mihi accrescant. His oculis Christus inter tormenta & tortores Petrum aspicit, *sic abnegas Petre? respexit Petrum*, nec est Petre quid dicam, aspectu loquor, esto pius Petre erga fidelē amicum, erga illum qui nusquam rupit fidelitatis vincula, statim mutatus ac tremens totus, de exituque solicitus, erupit in lacrymas & singultus. *Respice Domine Iesu vt sciamus nostrum deflere peccatum, lauare delictum, & tu Petre doce nos quid tibi profuerint lacrymæ tuæ, sed docuisti illicò: nam qui lapsus es antequam fleres, postquam fleuisti erectus es.* Hæc Ambrosius [a]. De egressu igitur contendens, plorans & eiulans senex miser canos venerabiles depilabat, & suimet prorsus immemor pallio seipsum coopēruit, id enim vult Græca vox ἐπιβαλὼν, id est, cùm velasset, vel iniecisset capiti velamen, quod manifestum est luctus indicium. Habebat ergo lacrymas Petrus (ait Ambrosius) & pio eas fundebat affectu. Magister mi, miseria mea tuam inuocat misericordiam, possibile ne fuit te Magistrum me deseruisse, & negasse? Diuinum Doctorem me non agnoscere asseruisse? Ego iuramento falsum firmaui? vbi mens? vbi sensus mei? quando tormenta tormentis cumulaui tuis. Ego contra filium Dei, absit hominem negaui tantum, Virginis filio fidem fregi, sed fidem filij Dei non amisi. Proh canis & annis homo malè functus, maligni oculi & cæci in lacrymas prorumpite, iam nec cessetis, eo vsque puluis vobis desuper imponatur, *Anticipauerunt vigilias oculi mei, numquid in æternum proiiciet Deus*? Quò tenderet nisi ad piæ Virginis prouoluendus pedes? filialis enim dilectio erectaque fiducia in tali matre & filio innixa id exposcebat: vide eo loco infrà de lacrymis Petri.

Marci 14. 66.

Luc. 22. 5.

Math. 26.

Marci 14.

Aug. fuisse aspectū istū spiritualem lib. 3. de cōsensu Euangelistarum, & Ambros. loco proximè citando, *vt diuinitas probaretur eius qui conscientiam mētis inuisibili potestate interrogaret.* Leo etiam ser 9. de Passione Domini.

34.

a Lib. 10. in Luc. 22.

35. *Sistitur ante concilium seniorum 70.*

Iam terribilior dies & dierum omnium quos sæculum vidit lucescebat, mitissimo agno rigidissimus, cùm in Prætoria audientiæque domos sacerdotum principes, senatores & consules satis ante lucem vtpote de rebus maximè ad commune bonum spectantibus acturi, confluxerunt, tempore eodem præ discipulis omnibus dilectus, qui litis exitum futurum infelicem cognouit. Pergit ad Virginem matrem, eam de rerum statu facturus certiorem. Hinc ô Regina & domina, tormenta & passiones tuæ originem ducunt, hinc propter salutem gressus dolorosi; hoc enim, & maternus erga talem filium animus deposcebat, & Virginis circunspectionem minimè dedecebat. Quis enim quàm tu meliùs incarnati Verbi personā & sacramenta percalleret? & si post sexcentos supra mille annos tanta animi voluptate & affectu ea nunc relaturi venimus, quis credet te vnà cùm filio horum sacrorum ministro Ioanne non ante lucem surrexisse? Præterquam quòd hoc erat in animo æterno Patri, quoniam vt tu nullus de huius operis & picturæ primore iudicare poterat. Trahitur igitur Saluator ad aulam, & (vt coniectari licet) lucubrationibus fessus vultu colaphis deturpato; turbatus populus hæc quæ proxima nocte acciderant interrogabat? confluxit vndique euentum rei spectans. Virgo mater locum elegit, ex quo amoris vinctum posset aspicere. En vinculis solutum Saluatorem in medio constituunt, vt res liberiùs agi videretur; ad quem præses, *Si tu es Christus, dic nobis palàm*; nec modò de diuinitate sicut elapsa nocte quærunt, sed an sit Christus, vel Iudæorum Rex, quoniam cùm ipsis inesset animus Christum ad Pilatum ferendi, referebat parum illi pro crimine imponere sibi Deitatem arrogasse cum Ethnico (vtpote Deorum multitudinem colenti) nouum aut mirum minimè

Tormenta Virginis.

minimè videretur Deum filium habere. Saluator noster in Pontificem primò, deinde placide in reliquos oculos intendit, aitque, *Si vobis dixero, non credetis mihi: si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis:* sed aliquando videbitis quem modò ex Deo natum non creditis, ad ipsius dextram virtutis Dei sedentem. *Dixerunt autem omnes, tu ergo es filius Dei? vos dicitis, quia ego sum;* ac si diceret, planè ita est; post quæ vna omnes, quid testibus indigemus, *quid desideramus testimonium, ipsi enim audiuimus de ore eius*, tradatur, tradatur iudici sæculari Pontio Pilato.

Luc.22.

36\. *Inutilis Iudæ pœnitentia.*

Iamque satis claruerat dies; turba omnis expectabat, sed præ omnibus sacra Virgo, quæ vt videret filium oculos habebat intentos. En egreditur ferreis catenis onustus, molossis vndique circumuallatus: quem lætabundi & elati scribæ ac sacerdotes sequuntur, præit Virgo, vt vel in prætorio, vel in domo prætorio Pilati proxima, locum præoccupet Iudas, à cuius animo longè fuit Christum Pilati potestatem subiturum, eius à mortuis resurrectionem metuens, cassa & inutili pœnitentia dolens, vt ait Ambrosius [a], & desperans, Christò etiam pro ipso occumbente, vt obseruat D. Leo [b]. Laqueo se suspendit, nimis relictis sacerdotibus, qui in templum vt sacra facerent concurrerant. *Et bene ager figuli pretio sanguinis emitur in sepulturam peregrinorum, venit enim Christus vt saluetur mundus per ipsum, venit vt consepultos per Baptismum & commortuos Christo ad perpetuitatis gratiam reseruaret.*

Matth.26.

a Lib. 10. in Luc.c.22.
b Ser. 11. de passione.
Prius Iudas in desperationem transiit quàm sacramentũ Christus Redemptionis impleret.

37\. *Ducitur ad Pilatum.*
Matth.26.
Marci 15.
Ioan. 18.

Constituunt igitur Dominum ante præsidem ipsis in compluuio manentibus, ne ingressu in prætorium macularent sese. Ad tumultum & clamorosum strepitum egressus præses reum offendit. Quid noui est, (ait) quod ab homine isto perpetratum scelus? *quam accusationem affertis aduersus hominem hunc?* Hò, illum fortè tuæ iurisdictioni tradidissemus, nisi ingentibus & inauditis sceleribus reum & pollutum inuenissemus. Pilatus vtpote astutus & prudens passionis vim & iustitiæ vel rationis nullam subodoratus Christum liberum mittendi desiderio rapitur, & ad illos sat bene, vbi processus? vbi tabulæ? tabulæ, inquiunt, *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram.* Eum ergo accipite vos, *& secundùm legem vestram iudicate*, & pœnam iuxta delictum debitam ab eodem exigite. *Nobis non licet interficere quemquam*, (aiunt) sed falsò id asserunt, siquidem penes illos erat potestas Christum lapidibus obruendi; sed, vt notauit Chrysostomus [c], diuersum illis erat initum consilium, aliud genus mortis crudelius (scilicet crucis) à Pilato illatum Dominum subire cupiebant, & nouit Ioannes quando dixit, *vt sermo Iesu impleretur, significans qua morte esset moriturus:* sed falsorum criminum impostores vt iudicem dubium & hærentem conspiciunt, nec illi videri relatum processum ad prolationem sententiæ sufficientem materiam subministrare, mutantes criminationem, peruersionem populi illi iam impositam de nouo inculcant, *subuertentem gentem nostram, incipiens à Galilæa*, &c. Pilatus de his quæ ad coronam Cæsaream & imperium pertinebant solicitus secretò dum est in prætorio rogauit à Christo *, *tu es Rex Iudæorum?* ésne tu Rex ille in Scripturis Iudaicæ genti promissus? *à temetipso hoc dicis? an alij tibi dixerunt?* nam si nullis indiciis, nulla mei infamia præcedente, quæ tibi viam ad inquirendum aperiat, rogas, sed solùm vt crimen sagaciter extorqueas quæris, nec fateri teneor, siquidem contra iuris ordinem rogas: sed si fortè à meis criminatoribus ita audisti, qui sint mihi ostendas quæso, vt valeam illorum monstrando vitium ab imposito mihi onere meipsum exonerare. Vt nouit præses virilem animum, ait, *Nunquid ego Iudæus sum? gens tua & Pontifices tui tradiderunt te mihi; quid fecisti?* Dominus tunc Pilati saluti consulens aliqua de suo regno cum eodem loquitur, & Pilatus, *ergo Rex es tu?* denique regia proles dignitate? Iesus autem ait, *dixisti verum*, me Regem esse, at non vt isti, sed vt tu existimas, non sæcularem, vel Cæsari contrarium, sed cæleste meum est Regnum, *& in hoc natus sum, & in mundum veni*, Græcè, *causa huius veni*, sed infirmam carnem indui, vt testimonium perhiberem veritati (id est, mihiipsi, qui sum veritas.) *Quid est veritas?*

Luc.23.
Ioan.18.

c Hom.82. in Ioan.

Ioan.18.

*Græcè cum articulo, tune es ille Rex toties in Scripturis Iudaicæ gẽti promissus.

Cyrillus lib. 2. in Ioan. Regẽ se esse non negat, sed Regni Cæsaris non esse hostem ostẽdit, quia eius Regnũ terrenũ non est, sed cæli
38.
& terræ cæterarúmque terum.

Moram videntes metuunt ne aliquid secretò cum præside ageret, quo sibi libertatem assereret, ideo contenta voce iterum atque iterum criminationem imponunt. *Inuenimus subuertentem gentem nostram*, &c. *incipiens enim à Galilæa.* Itaque Galilæus est? inquit Iudex. Igitur ad Herodem ipsum deferte. O mi Domine, marcescit spes, ruit in deterius causa nostra: defertur enim ad tyrannum omnibus notum Herodem cum vxore fratris adultero, Iudaicum regnum ambientem.

Principes & sacerdotes præcedunt, *constanter accusantes eum*; sed interrogatur Dominus: 39.
at ipse nihil respondebat, nec miraculum patrat, nec verbum loquitur; vitiosi enim & turpes qui diuinam vocem excipiant indigni sunt, & quidem meritò, cùm ipsi eandem vocem odio persequantur, & (si dici potest) pedibus conterant, vt in Baptista Ioanne Christi voce videre licet, quem idem Herodes sic malè habuit, sic vexauit malè. Tum etiam, quoniam vano ducebatur studio, non tam vtilia videndi, quàm quæ voluptatem & lætitiam politicis hominibus afferrent. Noluit scurra videri, nec placuit dare superbis quæ ita largè humilibus & pauperibus conferebat; nec enim eorum ambiebat auxilium, qui seipsum à morte eripere non cupiebant. Ex prolixo silentio, quod erat diuinitatis fortissimum argumentum, Rex mollis & turpis colligit esse proculdubio mente captum Saluatorem, & adducta veste alba, & eandem indutum, ad eámque prouectam dignitatem sapientiam cælestem ad maternos oculos & ad Pilati domum remisit; quo facto interruptam amicitiam Pilatus & Herodes inierunt de nouo, in hoc enim Saluator totus erat vt hominum corda sedaret.

Luc.23.

Ambros. & bene tacet qui defensione nõ indiget, ambiat defendi qui timent vici. Quid enim timeret qui non ambiret salutem? Salus omniũ suam prodit vt acquireret omniũ. Tacuit etiã corã Herode, quia nec illius crudelitas merebatur videre diuina, & Dominus iactantiam declinabat, &c. lib. 10. in Luc.c.23.

At præses noua cura Christum liberandi exarsit, *& accusabant eum in multis.* Detulistis ad me hunc hominem, en cernitis quòd neque Herodes neque ego in illo peccatum vel scelus inuenimus, propter quod ipsum possimus capite plectere. Ecce (inquit Ambrosius [a],) *Pilatus absoluit Christum iudicio, crucifixit mysterio.* Quod vt assequeretur hanc viam excogitauit. Nonne, ait, de more habetis in honorem festi Paschalis vinctorum vnum absoluere; quem ergo vultis abire liberum, Christumne, an Barabbam? illi (Iudæos intellige) 40.

a Lib. 10. in Luc.5.
Comparatur Barabbæ.

Marci 15. Vide Salmeron tom. 10. 303. tract. 18. & alia ibid.

intellige) *concitauerunt turbam*, vnanimiter omnes, seligite Barabbam, *tolle hunc.* O amens & stulta gens! quid profers? quisnam iste sit nescis? O iniqua trutina, quis tuo iudicio confidat, aut tuæ existimationis erit solicitus? Quo tempore ab vxore ad præsidem nuntius mittitur, *nihil tibi & iusto illi*, &c. quo accipiendo nuncio occupatus non attendit, & ideo iterum rogauit, *Quem vultis vobis de duobus dimitti?* at illi dixerunt, Barabbam. Quod ergo scelus Christus admisit? Sat erit si correctum & emendatum absoluamus. At illi, *crucifigatur*; de hoc crimine, de hoc grauissimo scelere *Actorum 3.* Iudæos Petrus criminatur. Silete, ait Pilatus, nec enim iusta petitis, do vobis fidem meam me illum correctum & emendatum traditurum. Nec promittit parum, siquidem flagellorum supplicium tantum habebat dedecoris, doloris & acerbitatis tantum, vt illo semel affectus omni dignitate, imò & Regni memoria deleretur omnino, & imperandi spiritus, si quos haberet, penitus comprimerentur. Sed videns quòd nec inuentum placeret illis, ingreditur ad Dominum. *Vocauit ergo Iesum Pilatus*, clarè tibi constat (inquit) quanta inuidia, quanto odio tui, istorum animus exardescat, ex quo enim præsidis munere fungor, nunquam rei alicuius etiam nocentissimi sic acriter criminati sunt. Quapropter

Decretum flagellationis.

verberum supplicium tibi subeundum censeo, *conuiene pues que te aperçes para ser açotado*; malorum quod acerbitatis minus habeat seligendum est: flagellaberis ergo. *ea açotado aueis de ser para que viuais.* Ego curabo pro viribus vt à morte liber euadas.

41. *Flagellatur Iesus.*

Vt enim Pilatus hoc remedium elegit, voluit ea qua posset exequi solemnitate, sed omnia in ignominiam diuini Magistri cessere, erat prætorium locus valde capax, & hîc militum cohors statuitur, alia in parte principes & sacerdotes constituuntur: in eminentiori atrij loco præsidis custodes cum eiusdem familia domestica: ex aduerso in quodam quasi tabulato *balcon*, Pilatus cum Iurisperitis considebat: at in ianuis & inferiori prætorij parte innumera populi multitudo; curia cęlesti genu flexo Deum sic iratum considerante, eodem modo Regina mater flexis genibus verberum strepitum expectabat audire, omnium enim aures vox peruaserat, *reum flagellis addicitur.*

Qualiter Mariæ dolor in filij flagellatione.

Et si ita à longè Prophetæ supplicium hoc præsenserunt, & speculati sunt, quósnam tam in Virginis animo, quàm piarum mulierum doloris motus credimus excitatos?

Citantur Hieron. & Chrysostomus.

& si matres sic conturbantur cùm primùm sciunt filios crimine publico dehonestandos, qualis erat Virginis dolor in tam acerba miseria? En ingrediuntur carnifices numero sex, erántque ex lictoribus qui dicebantur Brutij; quos consules & prætores ad metum & timorem incutiendum præseferebant. Incipiunt igitur nodosas, lentas & graciles virgas explicare:

a Lib. 1. c. 10. *Que estaba la virgen tã cerca dõde podia oir los azotes que sacarian tantas lagrimas de sus ojos como sangre del cuerpo de su hijo.*

Eia exue vestes, cælorum Rex, vt ait B. Brigitta [a], seipsum absque alterius accessu vestem albam exuit, dein pallium, restat vestis alba opere Virginis contexta, cruoréque madefacta, quem in horto sudauerat: exuit tandem illam. Hic cœpit tormentum verecundiæ cùm primùm illa venerabilis persona, corpus illud virgineum noui Testamenti arca prophanis oculis manet discooperta, iuuenísque pudicus, & honestus nudus ostenditur, sanguinis accursu & rubore facies exarsit, *abrasoseie el rostro con la verguenza*; passus est confusionem scelerum nostrorum dignissimam, apparet caro purissima, vtpote Spiritus sancti opera sine peccato concepta; in qua voluit æterni parentis filius humanam cohonestare naturam, & nos Deum colere, in eadem natura docere. Voluit videri dilectus & desideratus ab animis castis & puris. Ministri dæmonis omni clementia, omni pietate etiam exuti, furore diabolico firmiter ligant Seruatorem, ita vehementer & velociter corpus contundere incipiunt, vt verberum strepitus esset ad instar illius quem per canales ingenti pluuia in lenes & leuigatos lapides ruens aqua excitare consueuit. Spectaculum adeò nouum & horrendum, vt nullum aliud ei simile ab aliquo mortalium visum sit. Coram paternis oculis filius Dei flagellatur; quæ illius patientia? quæ cordis suspiria per os ab imo pectore

tracta? qui rubor vultus? 42.

Prioribus alij & alij succedunt carnifices, neruis & catenis armati, nec cessabunt quoad vsque plagas supra quinque millia multiplicauerint; tot enim erant exsoluendæ pœnæ pro tot sceleribus & fœditatibus sine numero & limite admissis. O Virgo & Domina, qualis animi tui dolor fuit? quid dixisti cùm supra mille augeri flagella conspexisti? *Æternus procul dubio Pater implacabili ira accensus est, quando talem filium sic punit.* Statim ac à columna soluitur cadit in terram, at nec tunc sæui animi mitescunt, imò denuò (vt ait Augustinus [a]) sacrum pectus & ventrem ictibus petunt.

a Ser. de passione citato à D. Th. in catena, cuius verba sũt Chrysostomi ser. 3. de prodi. &c.

Sistite parum homines, hoc nomine propter immanitatem indigni. Nónne cernitis vos pectus & arcam, in qua Dei asseruantur thesauri, reserare? quæ cruoris vndæ fluebant? quis eis qui aderant horror? quæ vultus auersio spectantium? quæ in omnium animis excitata compassio? quod ne talia viderent exitum inquirebant? sed ne vnus inter omnes qui nuditatem operiret, vel linteum ad id præstandum demitteret inuentus est, sed nec qui tibi ministraret vestes tuas, bone IESV! O extrema derelictio, viuat nudus, plagis & doloribus affectus, qui Christiano nomine decoratur, vel nomen gloriosum omittat. En his flagellis & plagis peccator edoceris, qua ratione ira Dei tibi metuenda sit, en flagellum in altum suspensum, vt seruos terreat qui filium ita dire flagellari viderunt.

43. *Spinea corona.*

O Domine obfirma animum, simul enim ex omnibus vitæ malis duo terribiliora te inuadunt, dolor scilicet, & opprobrium, inuentum quidem quod Doctores tui diabolicum vocant, quod solum aulici & mundani homines (qui toti dominorũ assentationibus sunt dediti) excogitare poterant, etsi Augustinus putat hoc factum præsidis iussu vel permissione ad leniendam Iudæorum sæuitiam. Tandẽ ipse introgressus recessit, & milites vel Iudæorum suasione, vel ingenita crudelitate, vel à dæmone ducti congregantur in atrio simul, vt ait Marcus, &

Cap. 15.

conuocata cohorte student inuenire, & inueniunt in Christum iocos & ludos dedecoris plenos, sed omnium molestissimos, *induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronam, & cœperunt salutare eum: Aue Rex Iudæorũ*, & eodem temporis momento simul omnes ex marinis

iuncis

iuncis spinis refertis (quibus abundat Syria) coronam contexunt imperialem, vt tempora & cerebrum circumcingere posset, quibus addunt hæc verba : Hanc purpuram Domine Rex ad te mittit Imperator Romanus, talis est purpura, qualis est Rex: sede in solio, regali enim vestimento respondebit diadema, & quia regni cupidus mortem obis, æquum nō est vt vitam finias antequam concupita tiara coroneris, quæ non tam diadema regium, quàm mitra sceleratorum dicenda est, hæc enim decet hominem regnandi cupidum, & propter ambitionem damnatū: has inter spinas inseruisti te cùm Regnum ambire cœpisti. Quibus dictis, virgis caput contundebant, & aculeis pungebant. Mi Domine, si te Regem inimici recusant, in animo meo regnabis. Supreme Rex quis ad tam sublimem locum euexit spinas rigorosas? vt tuam cingant frontem, cùm illas ad pedes peccatorum puniendos tellus progignat. Capilli pulcri & formosi, quorum tanta illi Virgini erat cura, quæ toties pectebat & discriminabat, in alto capite nati, quia ex capite Dei & hominis originem trahitis. Quis vnquam putauit crudeles spinas inter vos fore inserendas. Quæ mi Domine ista

44. commutatio est ? Ego rosis caput meum orno, tu sacra tempora spinis & tribulis circumcingis ? sed teneo iam, in rosa enim spinarum semen includitur, cúmque ego gaudij & euanidæ voluptatis rosam seuerim, Deo meo spina & tribulus exortus est. O mala voluptas, pupugisses vtinam morsu æterno viscera mea, & non frontem Domini mei. O labores magni faciendi ! ó dolores ad tantam dignitatē euecti, vt sub Christi corona & imperio positi sitis, atque vt eodē demittente caput, & humiliante seipsum, qui hominum & Angelorum caput est, nos caput etiam nostrum subleuaremus, ac cum Pro-

Psalm. 3. phera possemus cantare, *Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua*; sed intelligendus est locus, vt interpretatur Bernar-

a Serm. 6. ex paruis in initio. dus [a], qui pro *matre sua*, vertit, *Nouerca Synagoga*; sic procedit coronatus. In manu constituunt arundinem secretiori quàm illusores putabant sacramento, siquidem in illa vis & imperij potentia aduersùs tenebrarum principem & serpentem (vt acutè Athanasius [b]) delitescebat. *Nam arundo* (inquit) *serpentibus lethalis est.*

b Tom. 3. In Euang. de Passione.

45. Ostēsio Christi & ecce homo.

Pilatus iocis & ludibriis Seruatori illatis non adfuit: at cùm rediens sic malè vexatum inueniret, aptúmque ad inimicorum rabiem sedandam, ait illi, sequere me, *veni os tuas demi*; cui statim obtemperauit Saluator, & duxit illum ad fenestram. Fenestra hæc plebem spectabat, & sic egredi Virgo potuit, vt dilectum suum aspiceret: & vt speculum, in quo seipsam omni ex parte notabat, tot maculis offusum contemplaretur. Exiit aspicienda illa horribilis tabula, sceleribus nostris depicta, sustulit vestem præses, ostenditque pectus, caput, oculos, brachia omni ex parte sanguine manantia, quæ vnum vlcus, vnam plagam diceres, & elata voce, *Ecce homo*; videte amplam doloris materiem. En hominem non imperio fulgentem, sed opprobriis deturpatum. Si Regi inuidebatis, ignoscite iam ei quem sic deiectum & in nihilum redactum conspicitis, en illum flagellis onustum, caput spinis traiectum, ludibriis & opprobriis affectum; frigeat inuidia. *Ecce homo*, considerate quòd si peccauit, est tamen vobiscum eiusdem naturæ particeps, & frater vester; humanam, non ferream, aut lapideam naturam induit, concedite ei quod tribuit natura, nempe vt homo sit; ne vos apud mortalium cæteros, non homines nisi inhumani iudicemini. *Ecce homo*, æterni Patris vox clamat, en filium meum innocentem: perpendite quanto labore fuerit opus ad animi vestri elationem sanandam: vitæ vestræ contemplamini exemplar, & eximiæ dilectionis perfectionem. *Ecce homo*, clamat etiam virgineum cor. *Ecce homo natus de muliere, breui viuens tempore, qui quasi flos egreditur, & conteritur.* Natus quidem ex muliere omnium miserrima; natus sicut flos, & iure optimo Nazaræus formosus appellatus, etsi quàm citissimè eius viridatem feceritis marcescere: sat est, permittite vt viuat. *Ecce homo*; hic vosmetipsos aspicite peccatores, pensate animis vim morbi, a quo tales maculæ in tā puro corpore foras eruperunt.

Verentes igitur Pontifices ne tam ingens dolor & opprobrium ex omnium cordibus misericordiam & omnium oculis lacrymas excuteret, 46.
contenta voce clamabant, *Crucifige, crucifige.* Ioan. 19.
Pilatus inops consilij in tam ardenti odij passione, *Accipite eum vos, & crucifigite*, ego enim non inuenio in eo causam. Quā ego Cæsari reddam rationem de morte contra omne ius illata innocentissimo, si crimen hoc obiiciatur mihi reddendæ rationis tempore, hic denuò vociferantes immutant accusationem. *Nos legem habemus* (aiunt) *& secundùm legem debet mori, quoniam filium Dei se fecit.* Tu vt es Gentilis plurium deorum cultum vel adorationem non recusas, nec ducis alicuius esse ponderis, si iste se à Deo progenitum esse affirmat, nempe à Ioue, Æsculapio, Hercule, vel Apolline: at lex nostra ipsum de peccato arrogantissimè commisso condemnat, illa enim nos omnes edocti, verum & vnicum profitemur Deum: & quamuis admittamus vtpote verum, & Scripturis consonum, Deum nos omnes in filios adoptasse: *filius meus primogenitus Israel*; iste vlteriùs progreditur, se filium Dei naturalem asserens, & appellans. Sed dabant illi verba Pilato, nec enim erat lex quæ capitalem pœnam indiceret, nisi falso prophetæ nomine Dei falsa & nunquam ventura prædicenti, Deut. 13. & 18.
& si crimini imputabatur se Dei filium vocare, illi tantùm hoc scelus & pœna imputabatur, qui id asserendo non probaret. At è conuerso omnia in Saluatore contingunt, qui tot argumentis diuinitatem suam demonstraret, de illa tam parcè verba faciens, imò imperauit Apostolis prædicationis initio de diuinitate sua & æterna filiatione silentium, sed tantùm, Regnum Dei aduenisse euangelizare permisit. Et vt concedamus Christum blasphemiæ labe pollutum, non crucis supplicio puniendus, sed lapidibus (iuxta legem *Leuit.* 24.) obruendus erat. Quibus auditis præses, *magis timuit*, sed non illum pœnituit, *timuit* timore vaticinans imminentem calamitatem; *timuit* ne impunitus abiret blasphemus; timuit afficere eum supplicio post vxoris monitum; timuit innocentem damnare, & filium Dei è cruce suspendere: leuatis enim oculis & in Christum firmiùs intentis mansuetudinem, modestiam, silentium Deo dignum agnouit.

Mutant accusationem ne Pilati gentilis effugaret potestatem & cruci adduceret.

Vide P. Mald. in illa verba Matt. Nempe dixeritis visionem.

Sicque tertiò prætorium ingressus, & sedens pro tribunali Dominū ad se vocauit, & ait, *Vnde es tu?* 47.

Ioan. 18.

es tu? nec enim de patria inquiro, noui iam quòd Galilæus sis: de generis tui origine inquiro, num habeas affines aliquos? quæ tua mater? quæ vxor? & vbinam sit? es ne tu filius Dei? siluit Seruator. *Iesus autem responsum non dedit ei*; quoniam quæsitum hoc non tam rectum iudicem, quàm idolorum cultui hominem deditum indicabat; in ea enim erat opinione Pilatus vt putaret Deorum aliquos genuisse filios, & tunc temporis non vacabat Domino vt illũ de Poetarum figmentis dedoceret, etsi fortè de ipsius ęterna generatione rogabat, quidquid illi respõdisset Seruator, proculdubio non caperet; at si de Virgine matre peteret, tacendum putabat, & virginis verecundiæ consulendum, ne illam in tribunalibus coram iudicibus comparere cogeret, præterquam quòd satis de illius innocentia & vitæ puritate cognouerat. Nec tempus aduenerat fidei sacramenta Gentibus euangelizãdi, vel margaritas ante porcos mittendi, cúmque mitissimum agnum adeò impiè totondisset, coram tondente se obmutuit, vt Prophetæ vaticinium adimpleret, *& quasi agnus coram tondente se obmutescet*; quibus Ambros.[a] iungit, *bene tacet qui defensione non indiget; ambiant defendi qui timent vinci.*

Isai. 53.
a Suprà lib. 10. in Luc cap. 23.

48. Pilatus aliquantulum ira concitatus, & Saluatoris exacerbatus silentio, ea verba protulit quæ fuere processus, & tabulæ æternæ sententiæ & damnationis contra seipsum pronuntiatæ. *Mihi non loqueris? qui potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?* vt ergo vidit Saluator, præsidem in seipsum ore proprio capitalem tulisse sententiam (adeò ingens malum est vnius animæ lapsus in infernum, vt rupto silentio hæc loqui coëgerit Christũ) siste parum, perpende quid dixeris, ne si me à culpa absoluas, & pœnæ adiudices, teipsum reum grauissimæ pœnæ constituens tibi exhibeas crudeliorem; si enim ex tuo ore sum innocens, nullam habeas potestatem vt damnes. Aperi oculos, adhuc tempus superest, ne ruas præceps, ne in paternum honorem manum extendas; penes illum enim est omnis potestas, haudquaquam penes Imperatorem, maximè si velit de re tam diuina & occulta cognoscere, vt hæc est, sim ego Christus, néne. Solum Pater permisit* hoc nulla alia potestas præstare poterat, vt ego ante te sisterer, & tuæ potestati traderer. Romana quidem tyrannica est. *Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet*; nec Iudam intuens hæc dico, etenim ille non tibi, sed Pontificibus me tradidit: sed illos intellige, qui inuidia cæci me tibi prodidere, te iudicem constituentes in re de qua non licet tibi cognoscere, quo & tibi aleam subire fecerunt, & illorum desiderium explens tu ipse illorum scelus augebis. Pilatus iterum metuit, & solicitum modum quo illum dimitteret, liberum excogitabat. Totus erat in legis peritis consulendis, in propulsanda criminatorum molestia: quo non parum ipsi commoti priori deserta causa nouum crimen imponunt Saluatori. *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris; omnis enim qui se Regem facit, contradicit Cæsari.* Si nulla cura, nulla solicitudo tibi est de vitandis in Deum sceleribus, saltim de his quæ ad Cæsaream coronam spectant, curare teneris, imò & nos de re hac Cæsarem certiorem faciemus. Vox hæc quæ sæpe detorsit, & quotidie detorquet tot iudicum virgas, & hic ex ambitione timor iustitiam exanimauit, ita vt stare nequiuerit, sed sederit pro tribunali; etenim scriptum erat, *Qui timet hominem citò corruet.* Sedit igitur publico in loco forum respicienti, vbi sententias ferre solitus erat. Adsunt omnes exteræ nationes quæ sub cælo erant, omnes ad diẽ Paschæ celeberrimum Ierosolymam confluxerant: in hac die feria sexta Parasceue dicta, hoc est, primus azymorum dies, in quo ad sequentem vinctus reseruabatur, erat enim sabbatum, *hora quasi sexta*, loquitur enim de hora in qua lata est sententia: nam etiamsi Marcus *tertiam* horam fuisse asserat, loquitur de eo tempore, in quo primò *crucifige* conclamarunt; quia, vt inquit Augustinus[a], *omnis qui addicitur morti, ex eo iam mortuus computatur quo sententiam excepit.*

* Nota verbũ hoc permisit, sicut illud, *hæc est hora vestra*, id est, à Patre permissa, vt 1. Reg. *Deus præcepit vt male diceret*, id est, permisit.
Ioan. 19.

49.

Prou. 29. 25.
a De cõcordia Euang.

Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Fortè accepto atramentario capitalem sententiam pronunciauit in Saluatorem, cuius forma secundùm Anselmum hæc erat, IESVM NAZARENVM ABDICO VITÆ, ET ADIVDICO MORTI IGNOMINIOSÆ CRVCIS. Quam sententiam Euangelium apocryphum à Nicodemo conscriptum ampliùs explanat, relatis sententiis duorum latronum, Dimæ scilicet, & Besfæ.

Sententia pronunciatur.

Vt igitur fuit prolata sententia, omnium per aures vagata est, & omnium ore vox hæc (iam illum crucifigendum educunt) versabatur. O pia præ cæteris mater, quæ lacrymæ, qui motus animi tam in tenerrimo tuo pectore, quàm in sanctarum mulierum cordibus denuò concitantur & exoriuntur? statim iacentem ibi crucem erigunt. O crux benedicta, gratulor tibi arbor sacra, quæ hodie de latebris & sub pedibus perfidorum in coronam gloriæ, in diadema speciei filiis Dei eueheris. O pacis iris, non est cur iam pauidi diuinæ vindictę imbrẽ expectemus. Actus iste omnis passionis Christi solemnissimus fuit, tum quoniam propè innumera gentium multitudo vndique concurrerat, vt diem Paschatis solemniter agerent: tunc quoniam vox illa, *Propheta ille magnus crucifigendus educitur*, omnium aures occupauit, & excitauit animos. quod notauit D. Ioannes verbis illis, *eduxerunt eum.* 50.

Tunc primum crucis vexillũ apparuit.

Vndecima ferme cum dimidia hora præterierat, omnésque rei exitum videndi magna ducuntur cupiditate. Sed accuratiùs Virgo considerat rem. Cælestium spirituũ agmina iam è cælo prospiciunt, tabulata omnia, fenestræ callésque ingenti multitudine tum ciuium, tum exterorum etiam complentur. Audita est tibicinis vox, ad cuius sonitum Maria columba mitis egreditur. Primò præeunt magistratus, carnifices scalas, patibula, clauos, malleos ligonésque asportantes, subsequebantur hos Scribæ, Pharisæi, Pontifices & sacerdotes magna cum grauitate, sacerdotes quidem vt supplicium adeò iustè inflictũ sua præsentia cohonestarent apud omnes spectantes nationes: sed à longè præibant ne se contaminarent, hos sequebantur militum cohortes, qui è custodia erant Pilati, quorum alij pedites, alij equites erant, post quos tandem cum ministri iustitiæ. Incipiunt latrones crucibus onerati apparere. Aliqui asserunt, vnus illorum est, negant alij, nam cùm eos in scelere superat, sic meliori loco donatus est, semper enim inimici eius digniori, turpiori, inquam, loco collocarunt. En contenta voce præco clamabat, *Hæc est pœna quam iubet subire*, &c. ad cuius 51.

Ducitur ad Caluariam.

harmo

harmoniam mundi Redemptor, pacis princeps pedetentim, cruce decem & quinque amplius cubitis longa grauiter onustus egreditur. Quam reddebat grauissimam peccatorum nostrorum pondus desuper impositum, gradiebatur sæculorum omnium reparator, imbecillis admodum, & deformis. Quem vt plebs vidit, ac vt de more habet, dira cœpit imprecari, *Maledictus homo qui pendet in ligno.* Vtinam pœnas peccatis meis debitas luas, infelix & tu & mater quæ te in lucem edidit. Virgo cùm filium intueretur, illum non agnouit, accurrit vt meliorem locum occuparet, & inter reliquarum mulierum turbam locum eminentiorem, vt filium intueri posset, elegit, quibus vtpote magis piis vltimo sermone libuit indulgere: & primæ quidem quæ propiùs pietate accessit in linteo faciem tripliciter expressit, aliis petræ innixus & ad illas conuersus sic affatur: *Filiæ Hierusalem, nolite flere super*
52. *me*, &c. quare me sic plangitis & lamentamini. Forte inter cæterarum fletus Christus maternas lacrymas agnouit, quamuis Virgo mater curabat occultare sese, sed ad instar equitis, qui viduæ tristissimæ solamen adhibiturus accedit, intrat in aulam, quæ sicut viduæ animus lætitia, sic & ipsa lucis alacritate priuata est, & cùm plurimæ sint dominæ, viduæ, qua cum loquatur, se simulans ignorare ait, *Quis hîc luget?* credibile enim est miseram viduam suam infelicitatem deplorare: sed quia dolorem lenire omnino non datur, ideo generatim loquitur, quis hîc plorat? quis luget mortem nobilissimi & sancti equitis, qui virtutibus & meritis exaggeratus ad Deum euolauit? ita Saluator certus erat matrem ibi esse, & mortē eius deflere, sed cùm qualemcumque consolationē afferre vult, loquitur generatim, *filiæ Hierusalem*, vidua tristissima, noli flere super vnigenito filio tuo, & filio Dei; quis enim defleat mortem quam oppetit Deus ne moriatur homo? illos, ô mater, illos flere oportet, quos culpa damnauit, illis ô piissima mediatrix lacrymas serua, *super filios vestros flete.* Hic cæli dominatrix & Patris Verbum se mutuo respiciunt, vbi verborum loco lacrymæ subrogantur, gemitus amoris insignia, & vtriusque animæ querelæ tenerrimæ. Iam optimè Virgo calles simulationem istam, iam pompæ huius præuides exitum: abi columba mea, ne prophanis pedibus maculeris. Cúmque à Deo viribus desertum Seruatorem viderent, ei abiectæ conditionis hominem accommodant, qui illi esset ad portandam crucem adiumento.

53. Sol ad meridiem peruenit, & sæculi Redemptor ad Caluariæ montē paruum, craniis & ossibus damnatorum plenum, talis enim locus tali indigebat Pontifice, qui de immundo purum, & de prophano sanctū redderet, quo in loco, vt à pluribus Patribus accepi, primus humani generis Parens erat conditus. En mi Redēptor, mortalis huius vitæ exitum & itineris finem attigisti, tui muneris benefaciendo & sanando gesta præclara consignasti. Ad cuius leuamen duæ potiones erāt præparatæ, alteram myrrhati vini pretiosi & medicinalis ad nouos spiritus & vires recuperandas confecti, pia corda propinabāt, *& non accepit.* Potionem alteram ex felle & aceto conflatā, vt os Domini amarum redderet impia subministrabat Synagoga, sed bibere noluit, & quoniam rationē turbabat, & placuit Domino

Nomen myrrha sed à myrro dictū, quod est odoramētum quoddā.

mortis amaritudinem gustare, & ebrium minime videri cum e crucis suggestu loqueretur, & vt datam liberaret fidem vinum non bibendi quoadusque illud resuscitatus in patrio regno cum charis discipulis biberet.

Hìc crudelitatis ministri auari & cupidi Saluatorem exuunt vestimentis, coronam adimunt, dein vestem illam suam vt omnibus esset 54.
notus induerunt. *En adest crux* (imperant) *in ea te ipsum extēde.* Pontifex sancte, quibus lacrymis, qua voce Patrem exorasti, cùm te iam supra crucis altare concupitum esse considerasti? quibus oculis cælos, quos iamiam illa claui reserari videbas, suspexisti. Affigunt fortissime clauis manus palmas delicatissimas traiicientibus, cruor ad nostram salutem erumpit. Sed vna simul iisdem clauis & ictibus Virginis cor traiiciebatur: inuertūt crucem vt clauorum extrema detorquentes firmiùs figerēt (hic potes crucem prodere, & in suggestu supine iacentem vel terram inspicientem tenere) eia terra mihi diu amplexus concupitos accipe & redde. Quid vltrà nisi sanguis desiderabatur? peccatores eia pacem & amplexus suscipite. Mulier adultera te mea brachia suscipiunt, inter illa pax stabilietur æterna. Inaudita vociferatione crucē erigunt & extollunt, vno ore clamantes, ecce scelerum omnium architectum. Erratis, erratis, sic enim vos corrigit sapientia vera, *Ecce, ecce Redemptorem sæculorum, Reparatorem cæli, Saluatorem animarum.* Tres voces edes, prima *misericordiam* pedes deosculando à Domino postulabis, secunda latere deosculato *veram dilectionem*, tertiam iterum osculato latere *mortem tranquillam* deprecaberis. Christi simulacro atro velo operto, vel amplexu & osculo reuerenter exhibito finem pariter dicendi facies.

VERBVM FILII.
Matth. 27. v. 35. & seq.

Postquam autem crucifixerunt eum, &c. & imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam.

Quanta nostri causa Christus in oratione & agonia positus pertulerit, describit.

DISCVRSVS CX.

TRISTIS *est anima mea vsque ad mortem*, Matth. 26. & Luc. 22. *Apparuit* 1.
illi Angelus, &c.

Hæc quæ humana tibi videntur, nec Deo digna (inquit D. Leo [a]) quòd videlicet Dominus maiestatis suæ potentiam comprimit, & vim in se persecutoris admittit, ex illa voluntate proueniunt, qua dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Ac si diceret, pauor & mœror in nos subitò irruentes imparatos aggrediuntur, sicque in nobis affectus isti & timoris & tristitiæ veram habent rationem. Sed cùm has & similes passiones Dominus noster sciens & eligens sustineret, ratione duce, non tam mœrore, vel

[a] Serm. 1. de passione.

Affectus tristitiæ & timoris quo pacto fuerunt in Christo.

timore, quàm amore afficiebatur cùm tristaretur, vel timeret. Vnde Origenes.[a] Cōsidera (ait) quia non dixit tristabatur, & tædiabatur, sed cœpit tristari & tædiari; ideo nempe, quia tristitia Christi non anteibat eius rationem, sed ratio potiùs præueniebat & dominabatur ei; quod acutè Ioannes explicauit *cap.* 11. dum in morte Lazari nō dixit turbatum, sed infremuit & turbauit semetipsum *. Diuinum inuentum, & vtilissimū, ne turbaremur si audiamus ipsum timore vexari, sed gaudeamus dilectionis tantæ funibus obligati. Dilectio ista non sustinuit ipsum non compati miseriis nostris, sed magis existimauit argumentum amoris si hasce plagas susciperet, quàm si tot & tanta beneficia conferret, & ob id alacriter noctis huius contulit dona, sed quò dilectionis vis peruenisset ostendere cupiens, & nostra mala pati, & illis compati voluit, vt habes apud Gregorium[b], ad instar illius qui viduam Reginam & tristem adiret, consolaturus & ostensurus pariter, quantum doloris acceperit ex euentu lugubri, quod vt præstet (siquidem sibi vitam adimere non est datum) atram induit vestem, qua & Regina est vestita, & vnà cum illa calamitatem miseram deplorat, hoc ostendens dolorem ex aduersitate, & gaudium ex felicitate eius sibi ortum. Venit Christus è cælis vt nobis de animarum nostrarum morte condoleat, non molestiam nobis afferens, sed quantum & molestiæ & doloris per mala nostra susceperit, ostensurus; & sic nec oportuit, imò nec potuit culpæ mortem subire, saltem induit vestem atram nostrarum pœnarum colore; sic illum vestitum Paulus conspexit ad Hebr. 7. Cauete ô Hebræi, ne Dominus iste apud vos minus valeat, cuius animum mœrore, corpus sudore perfundi, & quem vestri ob amorem mortem tandem oppetere vidistis: vestem lugubrem quam induit perpendite, si quidem peccati mortem sibi adsciscere non valens, animis nostris venit compassurus, absque eo quòd in ipso vllam doloris vel luctus reperias causam, quæ ipsum labores nostros induere coëgerit.

[a] In hæc verba.

* De hoc ipso vide Aug. lib. 14. de ciuit. c. c. 9. Christus habuit humanos affectus, sed cùm voluit suscepit, sicut cùm voluit factus est homo.

[b] Lib. 20. Moral. c. 77.

Condolet Christus malis nostris.

Nō habemus Pontificē qui non possit cōpati infirmitatibus nostris tētatum per omnia, pro similitudine absque peccato.

2\. Attamen si excipias, quod intendit, nobis scilicet demonstrare cupit quàm altè nostrorum scelerum vulnera ipsius in animo insederint fixa, vt disertè Gregorius[c] notauit. *Vt quanta esset virtus compassionis ostenderet, fieri pro nobis dignatus est, quod esse nos voluit, vt in semetipso temporaliter mortem susciperet, quam in sempiternum fugaret*; ideo in hac nocte discipulis sedere, vigilare & orare præcipit, æquissimum quidèm officium diuino Domino considere, vestibus sordidis induto, necnon etiam ob defensionem nostram percusso, & altius quàm Dauid clamare, *Fili mi Absalon, quis mihi det vt & ego moriar pro te.* Hoc est quod Leo Pontifex[d] sublimi & perseuerante oratione prædicat, sed præcipuè ea Seruatoris verba perpendens, *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Quibus verbis quandam formidinem profitentibus nostræ infirmitatis affectus participando curabat. *Venerat enim in hunc mundum diues atque misericors negotiator cæli, & commutatione mirabili inierat commercium salutare, nostra accipiens, & sua retribuens, pro contumeliis honorem*, &c. Quod optimè declarat leonis similitudo, vbi tria mira reperies; primum cùm ingenti fortitudine polleat erga leænam & filiolos, adeò tenerum habet amorem, vt nusquam deserat. Secundò nec cibi sumet quidquam illis non vocatis; deinde quartana febri laborat Regis huius morbo sibi proprio & singulari. Tertiò & vltimo ex sententia eorum qui rerum naturis dant operam ferunt, in superiore medietate corporis, capite videlicet, brachiis & pectore speciali ratione solem prædominari, & ratione eiusdem symbolum esse imperij, & fortitudinis, in inferiori autem medietate prædominari elementum terræ, à quo timorem contrahit & infirmitatem: vnde fortissimum animantium ingenti pauore percellitur, vel de galli specie, vel de quercus foliis, vel de lignis in formam scalæ compositis. Vide ergo in diuino Iudæ leone hæc tria, & intellige sacramentum nostræ salutis, quod nec sine humana infirmitate, nec sine diuina virtute poterat consummari: agit vtraque forma cum alterius communione, quod proprium est Verbi & carnis, *vnum horum coruscat miraculis, aliud succumbit iniurijs.* Hæc D. Leo. quæ nos altiori considerationi commendemus.

[c] Lib. 20. Moral. c. 26.

2\. Reg. 18. 33.

[d] Serm. 3. de passione.

Simile.

DIVISIO DISCVRSVS.

Leoni comparatur Christus.

Hæc cùm dixisset. Et quæ sunt hæc? tot sunt (ait Ioannes) vt ego non capiam qua ratione tam breui temporis tractu fieri potuerint. Ibi agni cœna & communi alia peracta, lauantur pedes, panis in manus accipitur, & Iudam leo fortissimus post vocem miram & rugitum editum filiolis victum suppeditat. Tandem sequitur ex ardenti & tenero animo exorta concio, deliciis affluens, & solatiis, & spem nostris animis resurrectionis ingenerans. Sed tempus properat vale dicendi, primo loco charæ leænæ, quam cùm mors filij futura non lateret, tum ex frequenti consideratione (semper enim filij dira mors ob oculos versabatur) tū ex Scriptura & ex familiaritate cum filio illi nota erat, qua in amorem filij, qui tanti homines faciebat, miris modis exardescebat. Et quamuis amor ille eximius erat, vnà cum illo summus dolor inerat, quo Dominum quasi myrrhæ fasciculum continuè gestabat in pectore. *Fasciculus myrrha dilectus meus mihi.* Et cùm sat sciret Christus, ipsam nequaquam sibi impedimento fore ad obeundam mortem, vt olim discipuli, imò potiùs in matris animum magnam curarum partem exoneraret. Mater piissima ad cœnaculum veni, cœnam filio charissimo conditura, manu propria: haudquaquam tale munus se ipsa indignum aut vile putans, sed filij Dei exemplum æmulatur, tunc temporis piscatorum pedes abluentis; ibi nouit qua ratione sui & corporis & sanguinis participes effecisset discipulos, & tanti sacramenti magnitudinem intellexit, ibi etiam gratias egit pro tam vigilanti & insolita prouidentia, qua ipsi comitem & solatium relinquebat: ibi demum audiuit (vtpote quæ erat altera Maria in excipiendo verba diuina solicitior) sermonem illum quem vltimam filij testamenti dixerim voluntatem, & concionis exitum peruigil expectabat. 3.

Vale dicit discipulis & matri.

Maria sanctissimæ humilitas.

Finita exhortatione Dominus è sede celeriter surrexit, quem vt Virgo stantē aspicit, in secretiora domus se condidit, vt vltimum vale & amplexum extremum tanti doloris causam futurum exciperet, cùm videt filium graui & sereno 4.

Ingressus filij ad matrem.

sereno vultu, qui à natura ipsi inerat, ingredientem, etsi tam labore in lauando pedes discipulorum, quam in eos exhortando suscepto, tantisper solito rubicundior appareret. Qui coràm stans eo amore & honore tali matri debito,& à tali filio semper ipsi delato, Domina, inquit, nihil noui, vel quod te lateat narraturus aduenio, multoties hac de re tecum colloquens, animo fatigato solatium præstiti. Gratias Deo debitas exhibe, pro felici sorte quæ tibi contigit, dum filium habes qui ex iustitia sit capite damnandus, sed vt diuinæ iustitiæ mortem subeundo faciat satis? Dolorem lenies perfacile,si menti obiicias fructum vberem, excitatæ tempestatis breuitatem, & quàm breui, gloria & immortalitate ornatus te vt visitem sim rediturus; in hoc enim peragendo itinere Patris placitum obseruo, id solùm inter iamiam imminentes angores mihi solatij superesse potest, si nouerim eiusdem tibi aliquid remanere: & quoniam amor inducias non sustinet, & iamiam vocat ad arma, da Domina & mater placitum & benedictionem. Sed quæ tunc lacrymæ, & quo silentio è virgineis oculis fluunt? & quàm diro doloris iaculo cor transfixum, sed quàm fortis & constans in filij toleranda passione ab æterno parente decreta, & quam ardens charitas quæ sic dilectum pignus pro hominum salute Dei gloria valuit offerre. Pater tuus(ait Virgo)fili mi è cælo cælestem benedictionem impertiatur. *Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob, mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te: memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat, tribuat tibi secundùm cor tuum*; quibus continuò Virgo addit, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.* Plorauit proculdubio Seruator, qui Mariam Magdalenam fratris mortem lugentem cùm videret commotus & lacrymatus est, tam matre, quàm filio obmutescentibus, ob altissimum in vtriusque corde dolorē inuicem vltimam salutem dixere maternis brachiis collum filij connectentibus, exhibitàque magno cum silentio mutuo debita veneratione, & dulci matris amplexu filius auellit sese, quem oculi matris abeuntem intenti subsequuntur donec disparuit. O liberalis Virgo, quæ tanti valoris pignus pro nobis prodis!

5. *Vale vltimum dicit discipulis.* Pòst venit Saluator ad discipulos vndecim (Iudam enim iam diabolus abripuerat) salutem vltimam dicturus, sed quis siccis oculis Christum charis discipulis alloquentem, & ex tenerrimo amore ega illos vberrimam fundendem lacrymarum copiam, narrabitur. Filij mei (ait) quos dilectio adoptauit in filios, quod scelus peccatúmve per annos quatuor, quibus mecum conuixistis, in meipso notaueritis exponite, si vestrûm quis à me in aliquo offensus iustam habet querelam, ostendat nunc; spondeo quidem me ita pro illata iniuria facturum satis, vt sedato dolore quiescat animus. Odium Iudæorum patienter feram, sed ne obsecro apud vos ingratus animus, aut cordis durities apud alios malè audiat. Erumpunt continuò ex omnium cordibus & oculis suspiria, lamentationes, lacrymæ. Sed Dominus vtpote animo magis integro excitatum dolorem dulci sermone leniuit, veriùs dicam, auxit. Hæc est hora(discipuli) vltima vitæ meæ, peto à vobis ne illam mihi acerbiorem reddatis: hic cum hospite manete, ego sine comite mortem meam quæsiturus abibo. Quibus dictis vix præ dolore eximio stare valuerunt: quid (omnes aiunt) fieri potest, vt vnà tecum non eamus eandem mortem oppetituri? Pòst Christus, ergo accedite singuli, & singulos amplexus exhibete in hac temporis parte, quando soluta brachia valebunt excipere, proxima enim est hora, in qua clauis confixa erunt, ad munus præstare (vt puto) non poterunt. Accessit Petrus, cui Dominus: Tu Petre fratribus & cum discipulis solatium adhibe, vtpote ætate præstans; canis enim tuis sponsæ pulcritudinem & speciem fido. Accessit Ioannes, quem adeò diligebat, totus est in illum & seipsum firmando & confortando: Chare discipule, plorat ille. Iterum Christus, Apostole chare; singultus edit Ioannes; curæ tuæ matrem miseram commendo, cui quanto dolore vale dixerim non poteris tu capere; eam ergo dilecte mi denuò tibi committo, vt non desinas mecum commori, opportuna enim erit si mortuo filio vobis præsentia supersit matris, cuius societas tanti vobis omnibus emolumenti est futura: sicque canticis cum lacrymis permixtis, & reliquos amplexatus hortum versùs egreditur, vbi dum est,

Cœpit pauere & tædere, & ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem. En quartana noster Leo Iuda fortissimus tenetur. Quid rei hoc est, mi Domine, te febris inuadit? tu quartana vexaris? Quis in Deo vsquam mœrorem futurum putaret? Is certè solus, qui in salutis fonte dolorem requireret,vel in sole tenebras aut obscurum quidquam desideraret. *Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius, grandes cosas hizo mi Dios pero a todas sobrepuja su amor.* Magna quidem Deus meus præstitit, sed omnia superat amor, etenim non solùm ad amandum, verùm ad tot acerba sustinendum totus videtur in voluntates conuersus, *para amar y padecer todo el se quiso hacer voluntades.* Duæ Christo inerant voluntates, diuina quædam, humana altera, & quasi mille ad amandum voluntates haberet, sic dilexit, & quasi totidem illi essent ad ardua & dura sustinendum; sic aduersa tulit ex his quas diximus voluntatibus. Prima est qua voluit peccator videri, & quidem Iob inter tot calamitates ea fuit maxima, cùm amici & peccatorem existimant, & vt sub peccato iacentem sic malè tractant, vt ipsemet fassus est, *Rugæ meæ testimonium perhibent contra me:* sed quid mirum si ita censeat humanus sensus dum me sic vexatum contemplatur. Sed exigui ponderis dolor iste, si cum eo conferatur, qui in Seruatoris animo iustè excitari poterat, *que por que vino a dar nos el pesame vestido de nuestro luto, pro similitudine absque peccato, por eso fuese puesto entre ladrones?* ex eo quòd nostræ mortalitatis atrata indutus veste nobis compassurus aduenisset, ob tam insigne, inquam, dilectionis signum cum latronibus numeratur, & præconis voce legis transgressor declaratur? Mi Deus, quid sibi tot voluntates volunt? quidnam adinuentiones istæ? quid quartana hæc? quid mœror & reliqua peccatum comitantia? dolor (videlicet) tædium & pœnitentia: amorem eius, & (vt ita loquar) voluntates Christi animo tenete, mente percipite, clamat Leo Magnus [a], aduertite regem istum ideo nobis

Margin notes (right column): 6. *Marci 14.* — *Amor Christi super omnia opera eius.* — a Vbi supra.

nobiscum societatem iniisse, vt malorum particeps nostrorum, donorum nos suorum participes efficeret, *nostra accipiens, & sua tribuens*, vt ex lucro emergente satis liquet, *a filo vetem en los reddi tos y ganancias.*

7. Leo suprà. *Pro doloribus salutem.* Dolorem sustinuit vt salutem afferret, mœrorem vt lætitiam donaret: placuit in semetipso corpus suum, Ecclesiam videlicet, cuius caput esse dignatus est, ad pristinam pulcritudinis speciem reuocare, ideo totum id quod illi prodesse nouerat suscipere

Quàm amãs nostra salutis & pulcritudinis sponsæ. voluit. Et primò, quoniam peccatores & peccata futura erant plurima, quibus haudquaquam dolor par futurus, vtpote per ludum quasi perpetranda, &, vt ait Sapiens, *quasi per risum*, oportuit maximè vnicum Patris & nostrum Seruatorem dolore & mœrore pro nobis omnibus

Tristatur Christus pro nobis. affici, vt in antiquam restitueremur sanitatem, *tristitia quæ secundum Deum est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Peccatum non admisit, & sic nec pœnitentiam egit in rigore: attamen ita doluit, vt hoc vno dolore satisfaceret mortalium omnium miseriis, quæ ita abundè huius Dei & hominis lacrymis deplorata sunt, vt nil nobis supersit desiderandum, vt à Deo Patre nouas gratias quotidie sperare possimus, imò & expetere. Itaque menti considerandum obiice Seruatoris nostri cor, tanquam abscessum, & apostema non scelerum, sed doloris, lacrymarum, gemituum, quibus vniuersum Ecclesiæ corpus & animæ pro admissis culpis conteri necesse habebant. Quòd si fuit homo, qui (vt

a Cap. 5. Vincentius Antistius de vita S. Vincentii Ferrer. p. 1. c. 31. refert Climacus [a]) dolore peccati, & quidem non grauis ad octauum diem animam ageret, & si illum alium qui S. Vincentio scelera in confessione aperuit, tam ingens contritionis dolor inuasit, vt vix pœnam impositam recitandi orationem Dominicam absoluens, obierit, & si Magdalenæ peccata propria tam vberam lacrymarum materiam subministrarunt, si Petrus, si Paulus, si tot peccatores quondam, iam iusti, nunquam à luctu pro peccatis supersederunt, vel

8. abstinuere sese; tu mi Domine, qui in tuo sinu & pectore omnibus hisce doloribus, lacrymis, suspiriis, gemitibus angustiisque aditum reserasti, quem angorem sensisti? *Certè vsque ad mortem.* Loquatur D. Thom. [b] *Christus non solum*

b 3. p. q. 46. art. 6. ad 4. *doluit pro amissione vitæ temporalis, sed etiam pro peccatis omnium aliorum, qui dolor in maiori sapientia & charitate processit, ex quibus dolor contritionis augetur: tum etiam, quia pro omnibus peccatis simul doluit, secundum illud Isaiæ: Verè dolores nostros ipse tulit*, &c. Sicut puella si scirrhus, Hispanè *caratan*, in mamilla generetur, ignorans morbi grauitatem medicinæ acerbitatem declinat, dolorem recusat, & quidem morbus & vi diuina & arte humana medicabilis est: sed si molli fœminæ daretur optio, dubio procul suauissimas Dei manus aut Virginis per miraculum sanantes eligeret; chirurgi verò graues manus & duram illam carnificinam repelleret. Contraria omnia in Christo reperies, sciens enim & volens in sua viscera morbidas qualitates naturæ nostræ excepit peccati pœnas, & cùm diuinitatis pharmaco malo tanto vllo sine dolore mederi posset, maluit prolixam & laboriosam curationem subire diuina hæc humanitas, subiacereque cauteriis, & acerbæ vstionis medicamini, & grauibus chirurgi manibus. Auscultate obsecro Thomam, Theologiæ decus.

Christus voluit genus humanum liberare non solùm potestate, sed iustitia (por sus cabales) ideo non solùm attendit quantam virtutem dolor eius haberet ex diuinitate vnita, sed etiam quantum dolor eius sufficeret secundùm humanam naturam ad tantam satisfactionem, por ser Dios no preserno ni exonero a la humanidad de el excesso de dolor sin el qual pudiera bañada y abundantemente redemirnos y satisfacer.

Hinc alia noui lucri species in redemptionis 9.
negotio nobis emersit: cùm in generosi cordis patibulum recepit, & quasi collegit carnis nostræ repugnantes virtutis & diuinæ voluntati sensus vt iusti perspectum habeant, eos cùm patiuntur non statim gratiam amisisse, sed id esse nostræ infirmitatis indicium, siquidem ille qui dentate sanctificabatur eadem carnis sensu sustinuit, & vt discant pariter iusti etiam cùm inter sustinendum tormenta experiantur solatia, id operis à Christi capite, diuinitate scilicet prouenire: vnde Ambrosius [a], *Suscepit tristitiam meam, vt mihi suam lætitiam largiretur; & sicut Saul propriis armis se expolians illa tribuit David*, & D. Leo [b], *Pœnalis experientia metum subeundo pellebat nostræ infirmitatis affectus.* Bernardus similiter [c]. *An non longè (ait) gloriosius fuit ducem nostrum trepidare, quandoquidem totum propter nos agebatur, vt quos viuificabat mors tua, nihilominus & trepidatio robustos, & tristitia lætos, & tædium alacres, & turbatio quietos faceret, vt hac commutatione mirabili facta (vt inquit Leo) nos ditiores fieremus; ego de tuo fui trepidus* (inquit noster negotiator Leo [d]) *tu de meo es securus.* Ideo David etsi in mira cum Deo negotiatione præter lacrymas, infirmitatem, & cineres in capite paucuIos nihil aliud locauerit, tamen a Domino reditus & lucrum expostulat, *redde mihi Domine lætitiam salutaris tui.* Quid tu quantumuis Rex Deo dare potuisti, à quo in regiam euectus es dignitatem? Respondet, quid aliud ego Deo præter lacrymas & compunctionem dare valui? pro quibus lætitiam expeto salutaris tui, & vt spiritu principali animum confirmet meum; tandémque vt his addas fortitudinem, vigorem, magnanimitatem, rogo supplex: sed quid offers vt hæc à Domino nanciscaris? humilitatem, afflictionem & diuinæ maiestati subiectionem offerro. En Christiane, mensam mercatoris securam tui lucri, trade Christo lacrymas, & conuertet in gaudium infirmitatem: & mutabit in salutem: tribue denique eidem mœrorem & tristitiam, pro quibus lætitiam & iucunditatem accipies; ad hoc enim mercatorem agere libuit, & nobiscum societatem inire, vt attritio, quæ est quasi lubricus dolor & leuissimus, sacramenti virtuti adiunctus, propter verum ex ardenti charitate dolorem, quem Christus sustinuit, fit satis ad æternam in animum operandam salutem (*vn hay solido del alma con el hay de Christo en el huerto se haga penitencia efficaz y viua vnas lagrimas de Magdalena tocando a Christo se bueluan en quentas de perdon*) ex tuo enim væ ab imo cordis orto, & ex Christi in horto fuso clamore, viua & efficax pœnitentia conflabitur. Magdalenæ lacrymæ vt Christum tangunt in grana gratiæ & indulgentiæ vertuntur, pauidum in fortem & strenuum conuertat Stephanum, *plenum gratia & fortitudinis*, & Simonis filium conuertat in Petrum, & ex Saulo persecutore Paulum summum efficit concionatorem; perpendite

Cur angi tantopere voluit Christus.

a Lib. 10. in Luc. c. 22.

b Ser. 2. & 3. de passione. c Ser. 1. de sancto Andrea, idem ser. 1. de passione.

d Vbi suprà.

Seri tas cum Christo inita, lucra meritorum nostrorum exaltet.

Digitized by Google

pendite ergo charissimi ex inito cum Christo commercio vtrùm lucremur, nec ne. *Pro doloribus salutem.*

10. *Pro contumeliis honorem.* Ea enim est causa tam nusquam inauditæ nouitatis quam refert Euangelista. *Procidit*(inquit)*in faciem suam;* quisnam rubor iste Domine, quid causæ excogitare potes quæ te ne caput leues, vel cælum aspicias, impediat? meminisse oportet quod suprà diximus, Christum videlicet omnium nostrum esse caput, ex eoque teneri pro debitis nostris condignam satisfactionem exhibere, omneque dedecus & opprobrium ferre patienter, & quia fideiussorem agere voluit, consequenter de soluendo solicitudinem accepit. *Fili spopendisti pro amico tuo, defixisti manum tuam apud extraneũ, &c. & quasi damula fuge laqueum, salta de la fianza y obligacion como vn gamo,* quàm celerrimè teipsum ab obligatione exime, Sed est vlterius quid perpendas: etenim non tantùm soluit alienum debitum, vt mos est fideiussori, sed ita soluit vt ipsum creditorem esse, & peccata non aliena, sed illi propria, indicares. Fideiussores alij sic soluunt vt bonum nomen seruent illæsum, nec vllam infamiæ notam sibi inurũt, sed Christus ita soluit, ac si deberet ipse. Et quidem ita ferebatur apud omnes, & inde non mirum si rubeat vultus, & faciem abscondat: nam si contingeret seruos principis alicuius grauia scelera & iniurias patri principis inflixisse, si suspicio esset * hæc ex imperio vel consilio filij sui in parentem commisisse, si, inquam, princeps filius pro illis interpellaret, dubium non est quin vultus operiretur rubore, maximè cum fœdissima quæque, quibus absolui expostulat, coram grauissimo & purissimo Patris conspectu referre foret necessarium, audiente Patre scelera tanto magis indigna venia, quanto propter grauitatem acerba pœna iudicabantur dignissima. Adde etiam, qui hæc infanda crimina admiserunt arctissimo necessitudinis vinculo filio Dei pro illis orante coniungebantur, in ipsúmque (vt fieri poterat) ruborem delictorum suorum refundebant. Hinc percipies qualis dolor hæserit Christi cordi, cùm primum Patris aspectum deprecaturus ingreditur ea ruboris & vultus in terram demissi fuit causa, nam & delicta fœdissima referebantur & dimittebantur eorum, quos ita sibi consanguineos & charos amor fecerat, nam hoc natura comparatum est vt homo sui consanguinei, & mater filiæ delicto erubescant, maximè si deprecatura veniam scelus referat? videtur enim sibi non tam esse macula filiæ, quàm sua.

Dedecus nostrum & pudorem Christus tulit.

Prou. 6. Vide Auila. Audi filia. c. 79. & cap. 80.

Sibi quasi propria aliena peccata soluenda assumpsit Christus.

** Si los criados de vn hijo de vn rey deuiessen a su padre recompensa de delictos grauissimos y feos y se pensase que aquellos delictos son del principe su hijo o hechos con su consentimiento si intercediesse por ellos el principe, claro esta que sele cubriria el rostro de verguenza mayormente refiriendo en el perdon cosas feissimas, delante del acatamiento y magestad de su padre.*

11. Ex hoc coniectare licebit Seruatoris ruborem, siquidem tot & tam fœda à nobis admissa scelera coram purissimo Patris vultu, quem propitium orabat, referebantur, scelera, inquam, non filiorum tantùm, aut filiarum, sed sui membrorum corporis, iste manus aliena rapuere, isti oculi adulterio fœdati, isti pedes à recto diuinæ legis tramite diuerterunt: Pater clemens da veniam, Pater mi vt ignoscas oro. *Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me.* &, *Operuit confusio faciem meam, tu scis improperium meum, & confusionem meam;* qua in re miris modis Christi fulget clementia, nam sicut a natura datum vt vultus ruborem sustineat, qui in capite locum habet; sic filiorum defectus non tam ipsi, quàm parentes dolent, & pudore suffundi solent, vtpote qui eorum capita sunt. Sic Dauid parentibus optimis bonam fortunam imprecans, ait, *Non confundetur cùm loquetur inimicis suis in porta, tendra tales hijos que no le auran de ellos cosa que le saque los colores al rostro;* Sed parens noster Christus ita bonus, ita clemens est, vt tanta filiorum non impediente nequitia, etiam audiente Deo, ab ipso narrata valida voce se Patrem nostrum fateatur, & nos filios charissimos agnoscere haudquaquam renuat, imò asserat ipsum ruborem, ipsam verecundiam pati oportere, qui iure paterno nostri nomine gaudet. O Domine quantum dedecoris, quantum ignominiæ pessima proles parenti optimo inussit. Sed quid de filiis non bonis queror, siquidem & bene morati nouo modo doloris tibi extitere causa, nam sicut peccatorum tibi non est gratis concessa venia, sed plusquam debitum esset à te pro eis exactum est, sic iustorum à peccatis præseruationem doloribus etiam obtinuisti, tot enim præcauere mala tanti tibi est, atque persoluere, & à te vno illa omnia pendent, & ideo tam senes quàm pueri, tam præteriti quàm præsentes, tam qui peccauere quàm qui non, & qui multum & qui parum, tibi mortales omnes debitores existunt. O quanti tibi extitit nomenclatura ab Isaia imposita, qua te futuri sæculi parentem nuncupauit, *Pater futuri sæculi.*

Rubore delictorũ nostrorũ suffusus Christus.

Psal. 43.

Psal. 68.

Facies nostra & Patris Christus rubore & pudore pro nobis afficitur.

Psal. 126. 5.

Etiam iusti pudore affecerunt Patrem nostrum verè futuri sæculi Patrem.

12. Dolor iste eo creuit, vt nesciat augmentum; in hac enim parte quæ tibi plus doloris & intensioris attulit, mater sanctissima fuit. Etenim ipsa nouo modo creaturæ nulli concesso, præseruata est; & si tot fuerunt eius merita & iustorum omnium, & à tot malis quæ patrare poterant, præseruati sunt omnes, quem dolorem tibi intulerunt parenti tenerrimo & amantissimo, qui illos gestabas in corde? Ex eodem amore paterno tanquam è fonte riuulus, alter dolor eripuit, quo tunc dolere cœpisti, eorum quæ passuri erant filij postea, Apostolorum dedecus, Martyrum tormenta, confessorum labores, hæc enim omnia non inter alienas, sed proprias computabas aduersitates, vtpote tui amoris causa susceptas, & quidem si Saulum alloquens cælis iam & gloria potitus, *quid me persequeris?* clamas, quanto magis in terris doluisti cùm Agnetem tuam rubore opertam, & vestibus nudam aspexisti, cùm Catharinam inter rotarum nouaculas ancipites, Sebastianum sagittis traiectum, confessores tui nominis & odio & malis insectatos vidisti. O diuine negotiator, quæ commutatio ista, *pro contumeliis honorem* mihi cumulatissimum dare.

Maria etiam sanctissima doloris & pudoris non parum attulit filio.

Alia doloris causa.

13. *Pro morte dans vitam.* Hoc sibi volunt verba illa, *Pater si possibile est,* &c. te Patrem appello, & meum, hoc enim verbo lenio animum, etsi videam à te perceptam mortem, sed tuo beneplacito vtpote filius, tui amore submitto me ipsum, quamuis te vt alterum Abrahamum contempler gladio & igne aduersùm filij vitam armatum, & meipsum instar Isaaci illius clamantem, *Pater mi.* Sed hæc non capiet mens nostra, nisi tota intenta fuerit in nostræ salutis solicitum negotiatorem, qui tandem suam vitam cum nostra morte commutauit. Sed qua ratione hæc cum leonis magnanimitate non pugnant? sed dixi iam in huius animalis naturam terreum elementum ad ipsam ex æquo naturam componendam concurrere,

Vitam cum nostra morte commutauit bonus negotiator.

tere, sicque ad vnum Christum cum diuina natura constituendum concurrit humana, quæ & cum infirmitate, & cum morte manus voluit conserere, non vt penitus destrueret, sed vt magna ex parte infirmaret; ideo Damascenus, *Volens* (inquit) *esuriuit, volens timuit, & volens mortuus est, dexo llegasse cerca la muerte y lucho con ella; fortis impegit in fortem, no para destruilla, quia nouissimè destruetur inimica mors*, sed ferociam eius infirmare, & immanitatem cicurare, & sicut leonem mansuetum & domesticum facere. Omnia autem quæ circa hoc dici poterant vmbra quædam, quæ in libro Iudicum est, quasi lux illustrabit, & apparere faciet.

14. *Filia Iephthe vmbra immolatam Patris humanitatem.* P. Serarius in Iudic. Iephthe.

Vouit Deo Iephthe quidquid è familia sibi primum occurreret in sacrificium, forte vel potiùs diuino consilio côtigit vt filia & charissima, quoniam vnica & ætate florens, occurreret. Pergit vlteriùs vt opere compleat quod vouit, haudquaquam putans se ab obligatione promissi liberum, (quod factum est, vel inspirante Deo, qui in tanti ponderis euentibus non deest fidei & obedientiæ iustorum, sed eos singulari prouidentia moderatur, vt posteris & fidei & obedientiæ proponantur exempla, vt in obedientia Abrahami fidéque spectare licet,) post quem alteram ad viuum effigiem mundo filij morituri exhibere voluit. Nam etsi Isaac mors propria placuerit, tamen ad exitum non fuit perducta. Sed hæc virginea puella & mori voluit, & ex obedientia & amore mortem denique sustinuit. Rogat hic Augustinus [a]; Quem nisi Christum Iephthe præsignat, & filia eius vnica quid denotat aliud nisi sacratam Christi humanitatem. *Hanc vouit, carnem obtulit, & voluntatem immolauit, non mea, sed tua voluntas fiat*; sed circunstantiæ rem mirabiliorem reddunt.

[a] Citatus à P. Serario, & aliis.

15. Perpende primò qua ratione parens illam de subeunda morte commoneat, & roget an illam emissi à seipso voti pœniteat; *aperui enim os meum ad Dominum, & alia facere non potero.* Græca editio Septuaginta verbum aperiendi ex Psalmo 66. *passach* vertit. *Vota quæ distinxerunt labia mea, seu apertè & distinctè pronuntiauerunt, claramente lo offreci y vote al Señor*; voui enim clarè & distinctè quidquid primò occurreret, occurristi tu forsan, aliud facere non potero, paterno dolore crucior, quoniam tui amore paterno teneor, ideo addit, *& aliud facere non potero*, Hebr. clarissimè, *non potero redire, seu retrocedere*, & in Græco Vatabl. *non potero retractare, como Padre lo siento.* Quis patrem nisi mentis inops in funere natæ flere vetatur? & tu filia, quid ad hæc? *fac mihi quodcumque pollicitus es.* Vide iam in virgine ista carnem Christi innocentem, promptissimam eius ad moriendum voluntatem, nam verè, vt ait Isai. oblatus est, quia ipse voluit, & factus est Patri obediens vsque ad mortem, *Phil.* 2. & certè tam in Christo, quàm in fœmina mirabilis est ista responsio; *fac mihi secundùm quod exiit de ore tuo*, vt habent Hebræa; quanta enim religio fuit velle sanam & incolumem mactari? quanta in patrem reuerentia ob vnum eius verbum, filiolam ætate florentem vltro nec inuito excipere gladium iugulo? quanta in patriam pietas, pro felici eius ab hostibus liberatione virgunculam suum velle libare Deo sanguinem? quanta animi excelsitas puellam cùm de sua ipsius morte iam instante audit, subitò nihil terreri, non expallescere, non deprecari. Quàm admirabilis constantia denuntiante mortem patre, & mortem quidem violētam ab ipsomet patre accersitam & procuratam, non reclamare, nihil excusare, nullos ore quæstus, nullas oculis lacrymas, nullos manu ac pectore plangores ac tellus edere. Splendens vmbra, quam contemplamur, Christi tanto amore mortem amplectentis, & certissimam ad illam viam (passionem, inquam) capessentis, *vt cognoscat mundus quia diligo Patrem, Surgite, eamus.*

Iephthe filia laudatur.

Sin hacer aspauientos ayzos ni apricios de manos.

16. *Petiuit à Patre duos menses.* Sed quid latet in huius temporis à patre expostulatione? decuit sanè, neque statim velut amentem in aram ascendere, in gladium ruere, in flammam insilire videretur. *Porque no pensasen moria como vna tortolica sin seso y sin discurso*; sed bono maturóque iudicio ac tempore, & vt res omnibus esset liquidior, famaque peruaderet omnium aures sibi esse in votis ex religione & obedientia Deo propriam vitam offerre. Præterea vt se pararet ad mortem, & patri tempus considerandi modum, quo res exequenda relinqueret, ne id fieret turbato animo, sed pacato & sereno, vtpote ex religione & deuotione, quæ serenitas fœmineis animis difficilior. Monuit alter prudenter quidem, differ, *habent parua commoda magna moræ*, & forte per id temporis spatium luctus erat in vsu *. Ob eandem causam Christus Dominus mortis horam properare noluit, vt nemini liceret de charitate qua mortem oppetebat dubitare, nec putaret aliquis à sensu alienum eam subire. Ambrosius [a]. *Nec enim habent fortitudinis laudem qui stuporem magis vulnerum tolerant, quàm dolorem.* Quamuis enim Isaac paternū imperium non recusauerit, tamen paterna viscera intra se mortem eidem sustinendam occultam continuere. Sed tam huic virgini, quàm Christo Domino statim hora mortis deregitur, perdiuturnum ante tempus, & dura sententia indicitur. *Tu autem Domine ostendisti mihi studia eorum, & ego cognoui, & sicut agnus*, &c. *como cordero en la mansedumbre como hombre en el saber.*

* Ex Ambrosio ser. de Valentiniani obitu.

[a] In Luc. 22.

Ierem. 11.

17. *Planxit verò in montibus & vallibus, nempe orbitatem filiorum* (non castitatem, aut voluptatem amissam) *quia cum maximè expeterent Messiam, prolis orbitatem ex quadam religione deplorabant.* Dubio procul spectatione dignum (notat Montanus) teneram virginem & pulcerrimam duorum mensium spatio per eremos & montes, per valles aberrantem videre, & voces lugubres, vt commoueret animos, edentem; sicut Ieremiæ 31. *Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus multus*, & vt qui per ea loca præterirent monumentum rei frequentiùs repræsentaretur, *aqui lloro la hija de Iepte.* Hic locus olim Iephthe fuit deputatus ad fletum: sed tu mi Domine, cur in Gethsemani te confers, tenes quidem. Placet deserta, tua præsentia sacrare, placet solitudinem in locum orationis conuertere, & ea loca vbique terrarum reddere perillustria, & placet denique Deo causa vacandi iustos animos in illam conuocare. Vnde notare oportet loca ea in quibus orauit Christus, ex tunc orationi fuisse dicata, Caluariam, crucem, hortum, templa. O generis nostri Redemptor, quis esset ita felix vt voces tuas & preces aure perciperet, & clamorem illum quem è tener

Thomas Cantiprat. lib. 2. c. 29. apud Serariū nostrum.

Christus orat. sua desertum sacrauit.

tenerrimo & ardenti pectore missum rupes reddebant, auscultaret. Nunquid vidistis, vel audistis potiùs aliquando emissam vocem è diuersis montibus excipi, reddique, quæ *Echo*, vulgo nominatur? Igitur sacram Christi humanitatem vt consideretis rogo attentè ne somnus obrepat, & videbitis qua ratione ipsius clamor excipiatur in paternum cor, & tenerrimum matris pectus, & aliarum sanctarum animarum vnà cum ipso vigilantium, deuora corda, *& nunc anima mea turbata est, & quid dicam?* Respondet, *dicam*, quid ego velim. *Pater saluifica me ex hac hora*, *hora* respondet echo; hora enim fili mi est tradendi te morti. Ratio autem & voluntas humana recta & conformis iterum vocem eleuat. *Pater clarifica nomen tuum*, *tuum* reddit echo, tuum nomen fili mi clarissimum reddam si mortem oppetis, super omne nomen: & appetitus sensitiuus naturalem illam edidit vocem, *si possibile est transeat à me*; respondet Pater *à me*, orat & mater, *à me calix iste*, iste, ait Pater, quem desiderasti iam tibi propinabitur: *iste*, Virgo clamat, à me transeat. Sed ratio iterum conformis voluntati clamat, *veruntamen non mea, sed tua voluntas fiat*, *fiat*, reddit Pater, *fiat* respondet mater, *fiat* respondet terra. Quid ista nos docent, nisi qua ratione nosmetipsos regere & gerere vrgente angustia debeamus; ad orationem confugiendum quamprimum, ibi enim Deus optimus dabit responsa. Noluit prius cum homine quàm cum Deo & Patre de re sua agere, vtpote qui nouerat flante vento arboris folium non moueri nisi annuente ipso. Præterea docuit quanti Deus faciat preces humiles cum perseuerantia iunctas, quas abire vacuas non permittit. Cæleste theatrum totum erat in expectatione positum, auscultant spiritus omnes angelici, flagrant desiderio cognoscendi an Pater in eodem esset consilio, vel potiùs Abrahami instar in vaginam sine cruore gladium esset conuersurus. Et ecce Virgo purissima (inauditum refero post hominum memoriam) expleto duorum mensium spacio, vt in sacrificium offeratur apparet.

Echo mysteriis plena in horto respondens.

Oratio refugij & solatij locus.

18\. Præfinito tempore stat immolanda, mirabile sanè, mortem horremus omnes, accedentem quantum licet fugimus, & pro viribus vel ad diem, aut momentum spiritum & vitam conamur producere: at Iephthe filia sana erat, & salua, libera erat, nihilque coacta in montibus & vallibus vagabatur, nullo inclusa carcere, nullis deuincta compedibus, cum æqualibus per montes huc illùcque itabat, quàm facile, siquidem voluisset, in aliquod se dumentum, in antrum, in rupem aliquam abdere potuisset. Quot argumenta caro, sexus, ætas; quot rationes, dæmon, ignorantia, timiditas obiiciebant? ne ad carnificinam, ad bustum, ad certam mortem sciens & prudens rediret? Quæ omnia valuere nihil vt ipsam retinerent, ne properaret ad mortem, vt huius nostri leonis, fortitudinis daretur vmbra & exemplar. Quàm tibi facile mi Christe ab oculis inimicorum eripere teipsum, vel te numerosa cælestium militum corona præcingere, vel mortem in aliam ætatem reseruare? Sed nihil placuit nisi mori, Sicut Virgo ista; *quæ expletis duobus mensibus reuersa est ad Patrem suum*, nihilominus,

Iephth filia stat immolanda.

Quàm libenter Christus mortem oppetiit.

Dum oraret factus est in agonia. Sed quæ Domine, angustia ista? Orta (fratres) ex nostræ carnis infirmitate cùm vita labitur, & exitus properat. Nónne ab Angelo roboraris, quid vltra timendum est? Verum est (inquit Beda) sed non sat est: præ manibus exemplum habemus, meliùs dicam, præ oculis. Accessit tempus quando mactanda Virgo filia Iephthe. Defertur in templum, erigitur altare, ab bustum ligna congeruntur, super quod ipsa conscendit generoso spiritu soluta, coma, iunctis manibus, & niueo discooperto collo commouentur paterna viscera, & ancipitem gladium tenens manus contremiscit. Rogo an si in hoc rerum discrimine teneram agnam sic affaretur sacerdos: Bono esto animo illustrissima Virgo, ab hoc etenim die fœmineum genus, nobilitas, Isaacum superas, in perfectissimum obsequij erga parentes exemplar relinqueris, ob amorem patriæ mortem oppetis, & quid amplius, & si ex te liberos non videas futuros, vel hoc solum abundè satis dolorem istum lenire potes, quòd tandiu desiderati Christi & Saluatoris non tam vmbra obscura, quàm viua est, loquens in tua morte imago videaris. Ac denique erga Deum religio, erga Patrem obedientia, erga patriam pietas, erga omnes præcellens tui animi magnitudo velut speculum statuetur, in quod orbis terrarum totus posset intueri; imò Deus ipse mortem filij sui præuidere poterit, sicut de Isaac dictum est, Dominus videt. Et quamuis haudquaquam negare liceat ista illi omnia solatij & roboris non parum allatura, attamen virginei corporis teneritudinem non penitus absorbebant. En teguntur lumina fascia, toto corpore & artubus contremiscit, erigitur coma aurea, coagulatur, & quasi emoritur sanguis, & tota corporis harmonia concinna rigescit, manus candidas spiritus deserit, decidunt annuli è frigentibus digitis, sudore frigido madentibus. Eia parens, quid moratis, ingenuum collum abscinde, antequam occidas occubuit. Proh dolor parentis, & non voluntatis, vel animi, sed carnis teneræ infirmitas, quid mirum si radiante ferro caro paueat. Sic Saluatori super altari orationum constituto cælestis de cælo nuntius confortaturus aduenit. Confortans eum, Syriaca, *confirmans eum*, & Theophylactus, *glorificans eum, exaltans illum propter futura passionis fructum*; *quapropter* (inquit Epiphanius [a]) *admiratione ductus Angelus dicebat ad ipsum glorificans & benedicens proprium Dominum, in stadio consistentem, tua est adoratio, tuum est dominium, tua est potentia, tua est fortitudo vt impleret id quod à Moyse scriptum est: Confortent ipsum omnes Angeli Dei*: & tamen (ait Beda [b]) id sufficiens non fuit, vt ita roboraret infirmam carnem, quam induere placuerat, vt clariùs eius amoris flamma coruscaret in passione. *Confortatus est, sed tali confortatione, qua dolorem non minuit, sed magis auxit; confortatus enim est ex fructus magnitudine, non subtracta doloris amaritudine, & ita factus est sudor eius, &c. decurrentis in terram.* Domine attendas obsecro; num flagello cæderis, nec clauis configitur corpus, nec tempora obsidentur spinis? refert parum, iam ego sciens & volens mortem complector, sic cruoré istum perfundens. O frós, ó vultus

19\.

Angelus Christum ut clarius eius amor effulgeret, &c.

Confortatio Angeli quid præstare potuit.

Descriptio immolationis filiæ Iephthæ.

20\.

a Hæresi 69. P. Vasquez in 3. par. Deut 32. Epiphanius legit sic vbi nos legimus adorent.

b Super Luc. 22.

ô vultus cælos illustrans, ô facies quam Angeli tantopere venerantur, quid ita repentè sudore ac sanguine diffluis? quò petis ita rapidè? peccatores quæro, quos iustos efficiam, & peccata quæ deleam: hoc sudore purgandus malitiæ & peccati morbus, omnis qui corpus meum (homines dico) vexabat, nec vltrà peccandum, vel in morbum recidendum, fratres, tanti pretij sanati medicamine. Accurrite, ait Anselmus, suauissimas illas guttas lambite, nolite dormire cum Petro, assistat hic deuota anima, ait Beda, & passionis colligat fasciculos myrrhæ. Pensemus denique negotiatori quantum lucri emerserit ex inito contractu nobiscum, siquidem manus nostras myrrha electa & prima adimpleuit, pro contumeliis dedit gloriam, pro doloribus salutem, pro morte vitam sempiternam.

In speculo Euang. Beda ser. de passione.

Lapsus Petri, & ad medelam animarum quatuor medicamenta & vis maxima lacrymarum describuntur, praescribuntur. §. 1.

21. Mirabile sanè (vobiscum loquor filij hominum, & huius lacrymarum vallis incolæ miseri) mirabile quidem est necessarium esse rursum vos omnes ad Ecclesiam quasi ad scholam conuocare, vt lugere discatis, & doctorem huius artis plangendíque magistrum erigere, à quo scientiam istam excipiatis, opúsque sit huius doctrinæ magistrum durum lapidem esse, durum erga Deum, durum erga pium magistrum, & qui duritiem trina negatione ostenderit. Sed postquam lapis iste gratiæ virga percutitur, ô quàm copiosos lacrymarum fontes profudit, qui tam sibi quàm nobis eximij fuerunt emolumenti? Sicut enim auctor naturæ Deus in summis montium aquas quasi in arca constituit, vt inde per plana camporum & profunda vallium deriuentur, *rigans montes de superioribus suis*; sic auctor gratiæ in Petro, quem Dionysius fastigium & verticem sacræ Theologiæ nuncupauit, lacrymarum vndas conclusit, vt inde per varios riuulos in peccatorum corda oculósque diffundantur, vniuersámque Ecclesiam fœcundent, nec iam imbecillæ & viles, sed nobiles apud Deum & homines maximi habeantur lacrymæ. Sed quid opus erat magistro ad plangendi artem in vita calamitatum plena, in terra laboris feracissima, in qua ab incunabulis natura duce gemendi modum docti & experti sumus. Vnde magnus ille mirabatur Basilius, ignorans quid homines in risum impelleret, cùm tot suppeterent lacrymandi causæ, quot committuntur peccata. Porrò inquit Gregorius [a], quis non nouam lacrymarum materiam habet dum vitam ducimus cælestium bonorum orbam, & in qua timendum nobis est, ne illa felicitas in æternum nobis pereat. *Væ ei deterius, qui se priuatum his donis non intelligit, & nequaquam gemit, quisquis talis est, gemebundus est, quia non gemit.* Sed si adhuc quæritis aliquid à Deo miserandum, vt luctum quasi extorquere iure possit, conuertite parum oculos & animum in Iobum nostrum, in Christum (inquam) Seruatorem hisce diebus adeò à semetipso diuersum, adeò despectum, & vultum ita obscuratum, vt Petrus præ omnibus familiaris ipsum non agnoscat, imò neget, *vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum, & quasi absconditus vultus eius.* Ita enim malè est habitus & tractatus, vt dubitare liceat an ipsemet vultum operiat, &, quod deterius est, qui artissimo amicitiæ vinculo tenebantur, abscondunt sese, & sic aspiciunt vt se non videre velint cæteros iudicare, quod Iobum valde torquebat cum misera fortuna luctantem, *Non est auxilium mihi in me, & necessarij quoque mei recesserunt à me.* Tu mi præ cæteris chare discipule, & ex illis singulariter electe: tu, inquam, lapis fundamentalis & bases nouæ iamiam ædificandæ Ecclesiæ succumbis, tremere incipis? nec rectus stare vales, ruinámque minaris? tu me abnegas. Quis non miretur Petrum adeò Dei oblitum, vt à gallo * de admisso scelere moneatur: ista sanè cogitatio timorem ingerit, & horrorem, oportétque fructum & emolumentum nobis comparare.

Lacrymarum artifex & magister plāgendi instituitur.

a Hom. de decem chordis.

Derelictio Saluatoris à coniunctissimis.

Iob 6.

* Dicitur gallus symbolum esse obliuiosi, qui ideo toties noctu canit, quoniam se cecinisse non est memor.

22. Quatuor sunt quæ (me iudice) sæculum hoc & nostra inculta natura producere non valet, ideo opus illi semper fuit è cælesti regione ea mendicare, vel asportare. Primum Dei timorem efficax quidem humanæ infirmitatis medicamentum; secundum, veram humilitatem, perfectámque nostræ vilitatis notitiam; tertium mixtam cum mansuetudine compassionem; vltimum odoriferam lacrymarum aquam, ipsos etiam cælestes spiritus recreantem. Magni sanè pretij liquores, quos vt exprimeret opportunum tempus obseruauit diuinus & peritus animorum medicus, vernum tempus expectans, in quo flores erumpunt, & sui amoris ignis acriùs adurit, tanti, inquam, Christo istæ aquæ steterunt, vt illarum causa Petrum Pontificem nostrum fidem ipsius, necnon vniuersam eiusdem supellectilem amittendi periculo exposuerit.

DIVISIO DISCVRSVS. *Quatuor maximè à cælestibus afferenda & postulanda.*

23. I. Dei timor, ait Gregorius [a], haudquaquam Christianos timidos facit, & spiritus aufert, vel animo priuat, imò vires nouas & strenuas Christiano viro dignas ingerit. *Prodest (inquit) illis prophanis illud, Audaces fortuna iuuat, timidósque repellit: at Christiano militi noua hæc disciplina, In timore Domini fiducia fortitudinis & in filiis eius erit spes.* Hæc postrema verba referunt Lyra & Beda ad timorem, ita vt filij timoris appellentur timidi; & quæ est mater horum filiorum? Respondet D. August. [b] *Hos timoris Dei vulua tandiu continet, imò parturit, donec charitas perficitur.* Hæc gratia quasi in vulua timoris generat & nutrit filios timoratos, & continet in ventre quasi mater, nam licèt repentè potest Deus timore concutere Paulum, & quasi abortiuum non modò in lucem edere, sed istum concipiendi modum cum omnibus quos edit filios gratia non seruat, quia fœtus nouem mensium internallo est in matrice, vt membra roborentur: quòd si contingat fœtum anteuertere tempus, fit abortus cum dolore, & cū periculo, & sic natus filius citissimè interire solet: sic filij timoris à charitate perfectionem sumunt, & in schola timoris certis spatiis temporis debent versari. Hæc vna causa est casus & ruinæ Petri, docet Chrysostomus, vt notum esset apud omnes quid sine

Timor Dei mater filiorum Dei.

a Lib. 5. Moral. c. 13.

Prou. 14.

b Lib. 1. de doctrina Christiana.

Digitized by Google

sine gratiæ viribus Apostoli valerent, quæ vt mater filios, sic illa eos die Pentecostes in lucem edidit, qui antea abortiuos esse monstrarunt, & ingentis doloris causa Christo fuerunt, cùm ipsos recens natos iam vita priuatos conspexit.

24. *Timoris causa Petri lapsus.* Sed quod vtile medium? illud nempe, quod ostendit Plato; filios enim & discipulos diuini timoris lacte alere oportet, ob id fortè scholam locauit ea in parte, quæ terræ motibus subiecta suo tremore iuuenum animis timorem inferret; verùm inpræsentiarum maior nobis est terroris causa si attendamus. *Simile.* Si regionem lustrares, in qua primùm quod sese obiicit conspectui castellum est, viuo super saxo ædificatum, cuius turres altissimæ compaginatæ circum muro firmissimo, muri ita lati vt defensores armati obuiam facti sine offensione prætereant, structura ita firmati vt nulla tormentorum violentia cedant, nec prosterni posse videantur. Sic autem foras proiectæ sunt turres, vt telis appetere possint inuadentes hostes: ex turribus aliæ rotundæ sunt, aliæ quadratæ, quæ non facile machinationibus impactis in vllam partem propter fortitudinem dissipabuntur: sic denique turri maximæ quæ in medio est colligatæ vt ibi natum, non arte factum castellum videatur; verùm si lustrato in circuitu castello turrem maximam nouam esse deprehenderes, & diuersum opus esse ab antiquo, & ex vno latere vnam ex turribus desiderari, & de reparanda iterum impensè ageretur, meritò rei nouitatem interrogares; quid hoc est? cui statim respondetur. Aderant hìc duæ turres eiusdem operis artis, firmitatis, artificis, eodémque tempore collocatæ, & ecce turbo cum terræ tremore maximo veniens turrem illam maximam & aliam insuper supplantauit, prostrauit, præcipitauit, & in profundum deuoluta est. O rem tremendam! itáne vexantur in hac regione altissimæ turres ventis, quam calamitatem patientur domus illæ: ex terra lutóque compactæ, quæ iuxta castellum sunt. Quis quæso hesterna nocte Apostolorum collegium considerauit, qui *Collegium Apostolicum arx munitissima.* non arci munitissimæ duodecim turribus cinctæ, & Dei manibus erectæ, compararet? opus planè magnificum, & firmissimum, cuius inter se partes ita strictè vincebantur amoris vinculo, vt certatim vniuscuiusque animus illud proferret, *Eamus, & moriamur cum illo.* Sed en turris altissima reliquis pro muro data, ita firmiter fundamentali lapidi innixa, vt vnus & idem lapis potius quàm vnitus videretur. 25. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Ab alto culmine ruit, & veniente nocte & vento tentationis vehementis flante, è loco suo diuelluntur Petrus & Iudas, quos in domo Caiphæ contempleris oportet. Istum venditi Seruatoris & magistri pretium accipientem, illum inter ancillulas & milites cæcum, sui non memorem, pauore concussum, ac frigore rigentem, eundem magistrum abnegantem. Quid hæc sibi volunt fratres? Quid? docent nos, & monent qua ratione anno salutis nostræ trigesimo tertio Ecclesiam sæua tempestas inuaserit, vt ventis terra commota Apostolorum vnum in infernum excusserit, & alterum in profundum cæcitatis, erroris & obliuionis detruserit. Nunquid fulmen e cælo missum? haudquaquam, sed ventus tentationis humanæ eos longè auulsit à fundamento, tentationis, inquam, quæ domi consurgit, & inter familiaria colloquia ancillarum in compluuiis versantium sese offerunt potentes ad deturbandum Petrum è Pontificiæ sedis altissimo fastigio. O rem horrendam! quid agant peccatores, qui habitant ruinosas domos, *quanto magis hi qui habitant domos luteas?* Quid nos agemus mortales viribus destituti, nos, inquam, qui pro domibus caulas habitamus? *Timendi mortales causa plurima.* in quónam spem adeò securam firmauimus vitam degentes in regione tam sæuis turbinibus exposita? & tu vt audes colloquia talia cum nobili, opulenta formosáque fœmina miscere. O præclare magister, & præ Platone sapiens, iure optimo & alto consilio Ecclesiam tuam & scholam in terra tot turbinibus & motibus subiecta collocasti, & voluisti ventis hisce concussum Petrum tremere, vt in eo omnis Ecclesia timorem discat, & ab eius vbere eundem timorem tanquam lac sugant in fide & charitate paruuli, nec putent fieri posse vt in gratia maneant, nisi à vulua & matrice timoris confoueantur. Et sic Petri amor plus exarsit postquam eum timor excoluit. *Timor parit amorem.* *Diligis me plus his?* & respondet; fieri non potest Domine, vt te quàm reliqui non amem ardentius, cùm mihi plus dimissum non ambigam, & maioris tibi doloris cùm me quasi in vulua gestares fuisse causam. In alto monte Petri herba ista salutaris timoris, quæ peccati morbi vim habet præseruandi, nascitur, pululat, & legenda nobis est, quæ Timor Domini nuncupatur.

II. *Humilis & vera sui cognitio.* Singularis quidem res, & ideo magni facienda, saluberrimum medicamen capitis morbis à natura prouisum, ne sentias supra id quod in te vides, aut habes. 26. *Cognitio sui cæleste etiam donum.* Vetus malum quod in hominum natura altas egit radices, dum se aliquid putant: cæleste donum vera sui notitia, nec cura tantùm acquiri valet. *Simile.* Humilior cogitatio nostra certè similis est suberino cortici, aut lanæ super aquas natantibus, noscimus enim nullius nos esse ponderis, aut substantiæ, donec Deus immittit menti nostræ claram sui notitiam, quæ sui pondere ad terram vsque totum hominem inclinare cogit, & verè indicat in homine nihil honoris, in Deo verò vniuersam laudis & gloriæ materiem esse. Contemplare Ægyptios seipsos & Deum ignorantes, vel non credentes vsque dum *in profundum descenderunt, quasi lapis submersi sunt, quasi plumbum in aquis vehementibus*, & ecce innotuit illis Deus; *quis similis tui in fortibus Domine*, cùm enim nostri æstimatio considerationis pondere submergitur, tunc verè cognoscimus Deum *. Et cùm inurbanitas magna est, & dum nihil prodest veritas illa, *nihil sum, & nihil valeo, pro nihilo saluus factus sum*: immittit Deus graue pondus, permittens lapsum culpæ, quo in suæ nihilitatis (vt ita loquar) abyssum profundam abeat, & saltem cum superbo Pharaone è mediis vndis attollat clamorem ad Dominum; sicut ille superbus sustulit ceruicem: docet hoc Augustinus a, *Audeo dicere superbis esse vtile cadere in aliquod apertum manifestúmque peccatum, vnde sibi displiceant qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus sibi displicuit quando fleuit, quàm sibi placuit quando præsumpsit;*

* Vide Bern. super Cant. serm. 36. *Nisi super humilitatis fundamentum.*

a Forte lib. 14. de ciu. c. 13. in fine tom. 5.

Lapsus in culpam vtilis ex permissione Dei fit. *sumpsit*; & euentus satis probauit huius medij efficaciam, ad hunc enim finem nobis proponitur Petri infidelitas, quia manifestè etiam hac via fastigium humilitatis altissimum apprehendit, quod Deus per lapsum eius præuiderat & intenderat, habet enim hoc stemma gloriæ suæ Deus, *humilians autem peccatores vsque ad terram.* *Simile.* Proficiscitur rusticus quidam in curiam regem visurus, domi egreditur regia maiestas stipata numerosa militum & custodum manu, sistunt omnes reuerentes (vtpote politici ciues) curiæ more discooperto capite, Imperatori & Domino cultum debitum exhibentes; sed rudis ille rusticus sui & debiti cultus immemor, hæret stupens rei nouitatem operto capite, at regius custos visa hominis ruditate caput armis percutiens ipsum edocet debito cultu & reuerentia videre; sic eruditus rudis homo post vigesimum annum ab euentu filios & nepotes foco assidentes proprio erudit exemplo, & cautos facit suo periculo. Præteribat Assertor Rex noster per vitam, vel viam huius sæculi, tot mysteria & cælestia sacramenta perficiens; è villula nostra tumens Petrus & præsumens accessit, *vt videret finem*; locum præoccupauit, sed honoris & subiectionis Deo debitæ oblitus, & omnino nesciens infirmitatem suam, permisit Omnipotens vt ancillæ colu & fœminarum ictibus & manibus eruditus euadat. Idcirco igitur, ait Chrysostomus, *permisit vt caderet vt in omnibus disceret Christo parere*, & addit, *quare verbis Christi, cùm Petrus non crederet, à rebus ipsis eruditur*; qua doctrina ita est noster Petrus edoctus vt Ecclesiam conuocet illam altissimam humilitatem suo exemplo docturus, sapientésque vt in suo capite experimentum capiant admonet, diuinique timoris vtilissimam artem ediscant, qua seipsos sub potenti manu Dei sciant humiliari, *Humilians autem peccatores vsque ad terram, hasta el legano de su proprio conocimiento los haze baxar.*

27. *a De victoria verbi Dei c. 12.* Subtiliùs Rupertus [a] de cordis nostri leuitate disserit, dum creaturam vllam siue hominem, siue Angelum accipias, affirmat nihil honoris vel pondus regiminis posse sustinere, cúmque Petrus caput Ecclesiæ crearetur, opus fuit Christo ipsum priùs pondere humilitatis firmare. *Quia ergo* (ait) *tam Angelus, quàm homo de nihilo creatus creatura leuis & nullius ponderis est, nisi ipsum per quod creata est Verbum increatum per amorem suscipiat, nullum Dei donum ferre potest humiliter*, quanto minus caput esse Ecclesiæ: vt ergo Petrus sit caput & Verbi vicarius, opus est vt humilietur sub potenti manu Dei. Contempletur oportet hanc doctrinam, qui alios regere, iudicare & præesse ambit, & videat quanta deceat humilitas hominem vanissimum, & animum suberis corticem leuitate superantem sine vllo humilitatis pondere.

28. *Mansuetudo & compassio dona Dei.* III. Diuina quoque dona sunt animi mansuetudo, & compassio, & quæ in Dei honorem maximè cedunt; nec enim vsquam illi ferrea viscera placuerunt, nec decet pietatis ministros Stoicum vel indomitum cor sicut prophani habere solent. Bonum nuncium vobis peccatoribus assero, quoniam peccatori clauis seu potestas in carcerem mittendi & absoluendi tradita est, ipsi planè nocuit in peccatum lapsus qui vobis profuit; *qui condolere possit his qui ignorant & errant.* S. Gregorius [a] *a Hom. 21. in Euang.* in hunc sensum accepit. *Considerandum nobis est cur omnipotens Deus eum quem cuncta Ecclesia preferre disposuerat, ancillæ vocem pertimescere, & seipsum negare permisit, quod nimirum magna actum esse pietatis dispensatione cognoscamus, vt is qui futurus erat pastor Ecclesiæ in sua culpa disceret qualiter aliis misereri voluisset*, & in piscium captura eandem illi adumbrauit doctrinam, imperans in dextrum nanigij rete mittere, & tam numerosam cepit piscium multitudinem, vt vires ad extrahendum non valerent, ac si verbo diceret: Si placet lucrum animarum Petre, in dexteram mansuetudinis declina, nam pro votis eueniet quod animo cupis.

IV. Lacrymarum opus est omnino diuinum, opus planè vt gratiæ virga petra tangatur, secus cor nostrum lapideum, frigidum ac durum perseuerabit. Negationes ad numerum redigamus, inde lacrymæ, inde indulgentiæ manabunt. Hoc de seipso videtur Iob asserere. *Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis. vos señor me contastes mis negaciones pero tanbien me las perdonastes. Vitam meam annunciaui tibi*, ait Dauid, & Hieron. *Secretiora mea numerasti, pone lacrymam meam in conspectu tuo, pues teneis cuenta con mis pensamientos recebid tanbien en quenta mis lagrimas*, in Hebræo, *in vtre, in lagu*ncula, vel in sacculo tuo. *no las dexes perder señor como agua*, ne sicut aquam huc illúcque diffluì permittas, sed tanquam vinum asserua, *sed parce peccatis meis.* Pagninus, *non differas punitionem meam*, vt aiebat Aug. *hic vre, hic seca*, nihil nunc serues quod à me postea exigas. Proh infelix senex, fatere palàm scelus, en tormentum minatur. Nescísne hominem istum? hisce indiciis diffamaris. Nam sunt qui testificentur te illum filium Dei asseruisse, & ingenuè confessum fuisse, & cum eo frequenter conuersatum, negas? at extenderis in equuleo, *Tormento & pœna interrogemus eum*, ait Sapiens, sed quem? discipulum, cedet & hoc in dedecus & ignominiam magistri, *quoniam filium Dei se fecit*, hoc enim asserebat magister, & hoc ipsum discipulus fassus est, qui modò negat. Extendatur in equuleo, sine mora fatebitur, fortè se hominem istum agnouisse.

29. *Lacrymarum opus diuinum.* *Iob 14. 16. Quoties Petrus negauit.* *Psal. 55.* *Sap. 2. 19.*

Primo loco fœminea lacerta & vires ancillarum torquent Petrum; dum ancillula quæ ipsum iuxta aulæ ianuam aspexit sic alloquitur, *& hic cum illo erat.* Turbatur Petrus, & ex homine subitò præ pauore factus est puer. Subministrat à longè, alta voce clamans, *ita sanè*, verissimum est quod ais, *ex illis est*, me Hercle. *esse fue tormento de toca.* Sed quod valde Petrum afflixit, & quod non erat extorquet. O fœminæ, quot claros fortitudine, sapientia & prouidentia viros subuertistis? ó molle tormentum fœmineum, sed quod silicea corda vel lapidea in blandam ceram conuertit, *mulier non noui illum.* Chrysostomus [b], *Quid ais Petre, os plenum fidei & amoris in odium & perfidiam conuersum est, idque nondum admotis tormentis de muliere simpliciter interrogante? tormento de toca.*

30. *Tormento de toca mugeril y flaco.* *b In Mat. 25.*

Nouo tormenti genere interrogetur, & viriles accedant vires. Eia vos milites arctiùs 31.

funes

funes stringite. Adest vnus post pusillum, & dixit, tu ex illis es. Petrus verò, *O homo non sum*, horæ ferme spatio transacto accessit alius, aitque, hic cum illo erat, nam & Galilæus est, nonne audistis barbarum Galilæorum sermonem? dubio procul cum eo erat; contestatur iterum, *nam & loquela tua manifestum te facit.* Sed quid Petrus ad hæc? O homo, iuramento assero me hominem istum non vidisse, & si illum noui dira omnia super me imprecor quæ Deus cæli in me vnum congeret. O magister diuine, qui talia audis! ô homines quæ & quanta nostra infirmitas. Quis tui animi dolor Seruator hominum, cùm in perobscuro & tetro illo habitaculo inter opprobria reliqua & vocem amici fidem tibi debitam abnegantis excepisti? ô Petre nolo modò tecum contendere, quoniam & lapis durus & cæcus es, donec gratiæ virga percussus ad meliorem mentem redeas. Quàm bene huic euentui quadrant verba Iobi, *Mons cadens defluit*, montes
Iob 14.18. etiam ingenti terræ motu concussi dissipatique videntur, *& saxum transfertur de loco suo*, & immania saxa ex suis sedibus excussa, atque aliò translata, mons & rupes è loco commotæ sunt, *lapides excauant aquæ*, durus quidem lapis, sed emollitur lacrymis. Septuaginta, *leuigauerunt aquæ & hominem; ergo similiter perdes? bemoz. de dexar perder a Pedro señor?* permittendumne Domine vt petra & Petrus noster sic agatur in præceps? haudquaquam Domine, de eius reparatione agamus.

32. *Respexit Iesus Petrum, & egressus foras fleuit amarè.* Grauis morbus efficacem curationem desiderat: eam adhibet Seruator hominum, & peritissimus animarum medicus, imitatus medicorum industriam, qui cum aliquo morbo peracuto regem aut principem tentari animaduertunt, eorum salutis cupidi nouum medicamentum excogitant: in quo simplicia sic attemperant, sic miscent, vt suauitate & efficacia cætera longè antecellant, demùmque felici euentu suam firmant efficaciam, & à rege quem in pristinam valetudinem reuocauit, medicina illa nomen acquirit, & iam regia potio passim ab omnibus vocitatur. Idem contigit lacrymarum medicamini excogitato & inuento à cælesti medico, vt summum Pontificem & Ecclesiæ principem Petrum ad vitam è morte reuocaret. Dicat Leo Magnus [a]. *Ob hoc sicut apparet hæsitare permissus, vt in Ecclesiæ principe remedium pænitentiæ conderetur.* Permisit Dominus Regem grauiter ægrotare, vt apud reliquos lacrymarum medela famam & nomen acquirat, sitque in posterum in ægrotantium vsu frequentissimum. O diuinæ mentis inuentum! ô medium & remedium vnicum ad salutem infirmis & debilibus. Auscultate mortales malorum vestrorum medicinam, omnes enim Ecclesiæ Patres & Doctores congregati sunt, vt hoc mixtum componerent, & hanc magnifaciendam aquam exprimerent. Chrysostomus duos scripsit libros, in quibus methodum docuit, & artem huius medicinæ conficiendæ.

Medicinam efficacissimã lacrymarũ in Petri lapsum spiritus instaurauit.

a Serm. 9. de passione Domini.

33. Primò est opus vt anima ad instar matrisfamilias vnguentum pretiosum componere volentis se præparet: quæ postquam in idoneum locum se recipit, ancillas vocat, singulisque quid faciendum sit docet, & iubet, tu in lance specierum & aromatum quantitatem debitam pondera, tu eadem aromata tere, & comminue in mortario, tu per tenuissimum velum subtilissimos puluercs excerne; alteri demum commiscere imperat, vbi videre est qua ratione omnium animos & sensus manusque habeat, ad id operis conficiendum intentas. Chrysostomus [a], *Vnguentum istud (ait) compunctionem dico cordis componere atque formare quisquis desiderat, omnes corporis sui sensus ad semetipsum congreget, tota cogat sollicitudine vigilare, & in hoc tantùm quod propositum cogat intendere*; nec enim bene deplorantur peccata in plateis theatrisve: nec leuis fœmina putet lacrymas stillare oculos liberè vagos, nec ad id conducere garrulam linguam. Imò oppositum facientem Magdalenam sequatur sola vt illa sedeat, sileat; se ab omnium oculis eripiat, & in abdita domus penetralia condat, & sæculo mortuam existimet. Hæc enim muliebrem ornatum proiicere, specula confringere, cilicinas pro delitiosis vestes induere, risum aufugere, fletum adamare docebunt. *Sola enim est quæ facit animam horrescere purpuram, & desiderare cilicium, amare lacrymas, fugere risum.* hæc enim medicina vt ignis vitia consumit, vt aqua ignes concupiscentiarum extinguit, vanas solicitudines fugat, & vt ventus puluerem, sic malas cogitationes dissipare solet.

Ars diuina lacrymarum. Simile.

a Lib. de cordis compunctione. tom 5.

Compunctio cordis procuranda.

34. Sed quibus ex simplicibus conficienda sit medicina videamus. Ambrosius ait à cælo asportandam, quoniam Christi oculis & gratiæ auxiliis indigemus. Gregorius Magnus. E terra etiam colligendæ herbarum radices quæ vim habent lacrymas excutiendi. Probat Ambrosius, sine Christi aspectu & gratiæ auxilio nos operam perdere. *Bona lacryma quæ culpas lauant, sed & quos Iesus respicit plorant delictum: negauit primò Petrus, & non fleuit, quia nahnt non respexerat Dominus: negauit tertiò, & respexit Iesus, & ille amarissimè fleuit. Si ergo necessarij sunt oculi tui Deus, respice in me, & miserere mei*; ibi te constitue vbi herbam hanc cælestem colligere queas, neque enim inuenitur vbique, fenestram deserat fœmina, & vir seipsum à malignantium conuentu seducat, templum visita, & cura diligenter diuinum aspectum ad te conuertere, quo sine frigidus hærebis & miser, vt Petrus, ea enim Christi oculis vis inest. In cuius probationem aduerte hominis formationem manibus operatam, quod est dicere (vt notat Augustinus [b]) hoc opus suam omnipotentiam patrasse, nam ad tale opus sat erat vnicum attributum *creatorem cæli & terræ*, at vnius animæ reparationem oculi operaturi sunt. Quia sicut in humanis oculis, vt docuit Philosophus, omnes hominis perfectiones relucent, sic cùm audiâ diuinos oculos totos esse ad tuam reparationem intentos, intellige totum Deum requiri ad tuam significationem & reparationem patrandam, téque totum ad imaginem suam denuò refingendum. *Vidi te (ait per Ezechielem) conculcari in sanguine tuo*, & cum recta via te possem præterire, nihil curans ita *transiui* vt oculos in te miseram conuerterem, nec in tuo sanguine voluntatem reliqui, sed vitam dedi, *dixi, viue*, vnóque oculorum intuitu tot te misericordiis ornaui, quot indiget animus in immenso malorum pelago deiectus; ita sanè fuit expertus Dauid, cùm sic precabatur. *Secundum multi*

Ex quibus componitur hoc pharmacum.

Auxiliũ gratia præit, sed no vbique inuenitur, fuge occasiones.

Vis maxima & diuina oculis Christi ad conuersionem.

b Lib. 6. de Genesi ad literam.

Cap. 16. 6.

Psalm 50. 3.

multitudinem miserationũ tuarũ respice in me, meis enim oculis perseuerantiam & firmitudinẽ dedi. Quis enim lapidem sic comminutum in pristinam soliditatẽ redderet nisi Christus, & ipsius aspectus benignus, *Firmabo super te oculos meos.* Citò igitur (ait Leo [a]) *in soliditatem suam rediit petra, tantam recipiens firmitudinem, vt quod in Christi expauerat passione, in suo post supplicio non timeret.* Fratres mei nihil erit ad salutem vtile sine huius cælestis medici oculis: nolite quæso illum iniuriosè scelere vestro lacessere. *Honora medicum propter necessitatem.* Aduertite quòd illo quàm maximè egemus omnes, est enim medicus moribundos à morte reuocans, vt tradit Dionysius [b]. *Deus est conuertens & reducens eos qui diuinam in se corruperunt imaginem.* Respexit Petrum, &c.

Psalm. 31. 8.
a Serm. 9. de passione, in fin.
Eccli. 38. 1.
b De diuin. nominibus.

35. E terra quatuor herbarum genera excutiendi lacrymas vim habentia colligenda sunt, ortúmque habent suum quatuor in locis: quarum naturam accepimus à sancto Gregorio [c]. *Quatuor sunt qualitates quibus iusti viri anima compunctione vehementer afficitur, cùm aut malorum suorum reminiscitur, considerans vbi fuit*; cùm enim in Damascenum migrat agrum, ibi colligit eius quod fuit memoriam. Quis animus non ploret, & quàm largissimè lacrymas fundat, pro regno, pro Deo, pro felicitate, pro immortalitate amissas, pro vita, pro annis in vanitate consumptis.

c Moral. lib. 23. c. 21.

Aut iudiciorum Dei sententiam metuens considerat vbi erit? Abit etiam in vallem Iosaphat, iuxta tribunal iudicis reperit, & affert eam sui finis vltimi considerationem, *quid de me futurum est? quid ergo erit nobis?* quis futurus nostræ vitæ exitus, fortè profuturum est nobis nomen Christo dedisse? Proh dolor! si ad inferos deturbarer? infelix casus & stultus, si lacrymæ præsentes ab illo valent continere.

Iudicij præmeditatio.

36. *Aut cùm mala vitæ præsentis attendens considerat vbi est.* Vlterius graditur, & in hanc descendens lacrymarum vallem miseriarum fasciculum colligit, & tot & tam diuersis, quibus hoc sæculum nostrum abundat, herbæ planè ita validæ ad fletum suscitandum, vt non solùm viuos, verùm & mortuos oculos ad riuos lacrymarum fundendos excitare posse videantur. Quæ vita hæc nostra? quot pericula corpus & animum circunstant? vbi possibile Deum amittere si liberiori oculo fœminam aspicio, si prauum desiderium admitto? quid est in ea quod non inuitet ad planctum? vita hæc carnificina est, vbi mors, non secus atque agnus trahitur in macellum, me ducit ad se, vbi si tollat oculos nihil videt, nisi sociorum animalium pelles, corporum frusta, sanguinem fusum, canes illum lambentes, clamores, gladium & diuisionem illam membrorum plebem certatim postulantem. O vita misera! Quis in te & in se tot miserias calamitosas & miseras calamitates non lugeat?

Mala vita præsentis cogitata quid agant.

37. *Aut cùm bona supernæ patriæ contemplatur, quæ quoniam nondum aspicitur lugens, conspicit vbi non est.* Sed quid si in Thaborem montem ascendat mens vbi colligat æternæ felicitatis viuidam cogitationem. Quod est bonum quod amitto? quo modo arceor ab eius possessione? vt sum distãs à cælo ab hæreditate mea? ab vltimo & felicissimo fine? à requie per æternitatem mansura? Quatuor istæ herbæ componunt medicamentum hoc, permiscendaque sunt in mentis consideratione, quo facto experieris mira quæ operatur in animis.

Sed vide priùs cui malo lacrymas applices; quoniã, vt optimè Augustinus [a], propter Didonem mortuam nequaquam fundendæ sunt. *Flebam* (inquit) *Didonem mortuam, quæ se occidit, ab amore tu Ænea.* Proh insania mea! Didonem cupidinis flammis extinctam lugebam; *cùm interea meipsum in his à te morientem* (*Deus meus vita mea*) *siccis oculis ferrem miserrimus.* Sed nec morte filij filiæve casu aut rei familiaris iactura excitato dolori medetur chrisma: nam, vt ait Chrysostomus [b], *peccatum solum corrigit*, nec enim decet medicinam cordi medendo institutã domus supellectili applicare, *nulli horum prodest tristitia; sed tristatus est, peccatum deleuit; ergo peccatum solum corrigit.*

a Lib. 1 confessio.
Tandem propter peccata fundẽda sunt lacrymæ.
b Ad popul. Hom. 5.

38. Sed quis in planctu tenendus modus? Discite, ait Chrysostomus, ab vna ex his fœminis seu mortem, seu viri miseram fortunam, seu primogeniti è vita excessum præmaturum lamentante, tremet, stupet & veluti è cælo misso fulmine perculsa omni prorsus consilio destituitur. Delitiæque ornamenta muliebria & voluptuosa lenocinia euanidæ instar vmbræ procul pelluntur. Nihil de victu, nihil de comæ seu corporis cultu cogitandum, speculum occultatur, domus spoliatur, nil præter ieiunium, lacrymas, singultus, suspiria: vbique conuerte oculos, & considera, quæ ibi temperantiæ, continentiæ, silentij & quietis, humilitatis altissimæ, mansuetudinisque ineffabilis inauditæque pietatis sanciuntur leges? domus rapitur supellex; rapiatur, furantur bona: quid interest? de nulla re cura animum subiit. Non hìc de illa auaritia vniuerso non extinguenda mundo, quæ tota est in perituras congregando diuitias, agitur. Honor fumus putatur, vt tenera est. Nec mentio lætitiæ hortorum, aut per vrbem inambulantium habenda, sed nec seruus nisi lugubrem vultum præseferat auditur, nec alacri quamuis familiarissimo datur ingressus. Materia sermonis rerum vanitas, mundi fallax aspectus: omnia alia procul esto, vbi nihil adest nisi lugubris vestis, inculta facies, & si interna aspicias, & montem scruteris, vnicam in mente reperies defuncti mariti atram imaginem, aut tumulum mœstissimum, *atque ex omni parte anima per dolorem luctus tanquam in quodam sacrario collocata nouis nunc de natura humana imbuitur disciplinis. Sic oportebat nos salutem nostram lugere perditam, atque animam nostram mortuam lamentari: exhibeamus nos animæ nostræ quod illi exhibent carni alienæ.*

Modus in lacrymis quis.
Descriptio viduæ deplorãtis.
Alijs verbis hæc describit Chrysost. tom. 5. *de compunctione cordis.*
Compunctionis exemplar.

39. Sed quisquis doctrinam lacrymarum discere voluerit, Petrum attentè contempletur, vtpote perfectissimum lamenti exemplar. Vt enim oculis Christi illuminatus quod facinus perpetrasset aduertit proprio contectus pallio (signum mœroris) canos euellere, barbam & vultum malè tractare, & faciem lacrymis cælósque suspiriis complere cœpit. Heu (clamat) anima mea, magister mi! ego abiuraui te ignorare? Petrus Iesum vnigenitum Patris? nec non intemeratæ Virginis & matris? eum quem meorum captum video vinculis peccatorum, & pro me in vinculis manet. Proh cani indecori! infelices anni; sed quid plorandum priùs inter tot lacrymandi causas? incipiam hìc Domine (ait Petrus) & finem luctui non ponã, nisi cùm finem vitæ

Planctus D. Petri.

by Google

vitę imposuero. *cœpit flere.* Cælestem medicū casus talis,& adeò grauis morbus desiderat. Obliuiosus homo, frigidus, cæcus, surdus, nec non & debilis, quem gallus memoria, fœminæ fortitudine superauit? Proh cæli! & qui in iis adestis Angeli, nec non Apostoli, adeste, factum abiuro, testificatus sum falsò; totum reuoco, & quod priùs dixi, & semper dicam, & credam vbique terrarum, videlicet eum esse vnigenitum Dei, ratum volo & firmum. Insuper quod addidi me illum non noscere indictum assero, & ex infirmitate lapsum protestor. Nosco modò, quoniam illum noui cuius mirabilia & probaui, & probabo, à quo spero animi salutem in hoc seculo, & æternam insuper ex tuis meritis mihi asseruatam confido firmiter.

40. *Fortè rediit ad cœnaculū ad Mariam sanctissimam.*

Quò iturus Petrus, nisi ad fontem Siloe, vbi tacitæ decurrunt aquæ instar cæci alterius qui ad natatoriam illam missus est: ad cœnaculum, ad cælorum Reginam, in riuos lacrymarum totam se effundentem, cursum dirigit. Sed quî subitò motus excitantur in virgineo pectore, cùm audit Petrum pulsare, aperiuntur illi ianuæ, ingreditur Pontifex: sicut quondam ille Episcopus coram Rege vt illum cum populo placaret; *procul à Rege constitit mutus, pegose Pedro alas paredes como sombra muda. lacrymans, llorando blandamente, deorsum inclinatus, sin osar mirar a la Virgen, latitans, como quien amagaba a esconderse, quasi omnia illa patrasset, como mal hechor.* Donec in Virgine illam ad viuum filij pietatis imaginem expressam intuitus accedit, & ad ipsius prouolutus pedes sic orat: O misericordiarum mater! ô pietati sacratum Templum, aperi ianuas infideli Pontifici qui fidem abnegauit Deo, attamen te visitaturus vt indulgentiam mereretur, aduenit. Proh dolor! Virgo afflicta, ne me de filio roges, noli audire tumultuosam comprehensionem, Iudæ traditionem, percussum formosum vultum dira alapa, ictus, sputa ignomias, probra opprobriaque in illum congesta in tam breui horarum spatio. Sat sit magistra & Domina mea, ab vno discere potes crimine omnia: ego præ cæteris & familiarior & charior, & meo videri fortitudine superior non semel aut bis, sed pluries abnegaui, testatúsque iuramento sum nusquam ipsum agnouisse hominem, sicque ignotum omnibus, illusum despectúmque deserui; veni ad pedes tuos, à quibus faxit non discedam, sed miseræ & malè moratæ senectuti finem imponam: veni, inquam, radicitus euulsurus indecoros canos, veni coram te cor & viscera effusurus, debitásque pœnas sumpturus de tibi non merenti illata iniuria.

Chrysost. Hom. 10. ad populum.

41. Eia Petre, sat doloris, sat lacrymarum sit, surge, surge ergo. Ne ad pedes fœminæ prouolutus iaceat sacerdos & Pontifex, nisi fortè ignoras ad quam elapsa nocte fueris euectus dignitatem: neque dolorem meum vltrà crescere facias. Doleo quidem in tali & extremo tempore filium talem amicum amisisse, & à familiarissimo fuisse desertum, sed noscis illum Petre natura misericordem & benignum, & nosti, ni fallor, qua & ego te complector charitate. Id certè magnifacio, & pergratum mihi supra modum duco, videlicet quòd ad me primus peccator confugeris, & me aduocatam pro adipiscenda venia omnium primus inuocaueris. Igitur lapsis omnibus id meo nomine dices, vt

Ad Mariam primò confugiat pœnitens.

quamprimum ad me post lapsum recurrant, nam erigam, solabor, & apud filium Deum & iudicem patrocinabor. Surge Pontifex, nam etsi mater offensi filij, nolo tamen, vt dixi, iam fœminæ vllius ad pedes prouolui, sacerdotium maximè, cùm id ego haudquaquam permittam, sed indecens iudicem. Erige iam pastor Ecclesiæ, & si preci reluctas, imperio pare, & reuoca spiritum qui ad tribunal clementiæ causam detuleris. Sed quis rubor Petri vultum operuit, qui singultus suspiriis admixti emittuntur ex pectore? quo gemitu quæ ad illam vsque horam contigissent referebat? O sacrum domicilium, in quo tot fuere sacramenta peracta.

Sic plangenda peccata & sic abluendi peccatorum animi, imò sic baptizandi; quare, vt ait Leo, *felices lacrymæ quæ ad diluendam culpam negationis, virtutem sacri habuere Baptismatis.* O felices lacrymæ, quibus Petrus veluti Baptismate Christo regeneratur & nascitur. Quid lacrymæ, ait Basilius [a], nisi malesani animi halitus & sudor vnà cum morbo ab animo expulsus, defœcatum sanguinem è venis cordis aut animi ad oculos auocatum lacrymas existimat Nissenus, signaque vulneris in corde existentis, quibus pestifer tumor exhalitur, & culpæ flamma mitescit. Animi sanguinem nuncupat Chrysostomus [b], animū ipsum instar martyrij abluentem, per sanguinem cælum Martyr ingreditur, & per lacrymas Magdalena & Petrus cælesti potiuntur beatitudine. *An verò propterea cruorem effudit, an potius lacrymarum fontes.* & Hieron. *O lacryma humilis tuum est regnum, tua est potentia, tribunal iudicis non vereris, accusatoribus tuis silentium imponis, vincis inuincibilem, ligas Omnipotentem, & quod difficillimum predicatur, cælum expugnas non vi, sed lacrymis:* sicut paruuli, qui omnia lacrymis extorquent. *Oratio Deum lenit, sed lacryma cogit; hæc vngit, illa pungit.* Proh quanta lacrymarum vis quæ homines mites reddit, placent Angelis, confundunt dæmones, ligant Omnipotentis manus, lacryma virtutū basis, vndę quibus spōsi Christi hortus irrigatur & vernatur. Ignis exurens *vitiorum spinas,* sine his pelluntur virgines, cum eisdem meretrices ad Christi pedes. Tormentum quo animi clari torquentur honestè, & delicta vix confessa delentur; aquæ odoriferæ ex variis floribus ad amoris ignem & fornacem exhalatæ, aqua demoliens peccatoris duritiem, lacryma quæ spem generat reparandæ vitæ in sicca scelerati hominis vite. Linguæ sunt quæ Deum sine strepitu alloquuntur, grana benedicta à primo Ecclesiæ Pontifice, quibus indulgentiam & veniam assequuntur lapsi, & animas non solùm à purgatorij pœnis eripiunt, verùm ab æterno cruciatu potentissimè redimunt. Hos globulos lacrymarum percurrite, seu potiùs effundite largiùs, & vultus attollite: nam Ecclesiæ parens & Hierusalem nouæ ianitor, & qui Dei in terris vices gessit, vobis aditum lætissimum patefaciet, ad gratiam in hoc sæculo, & gloriam in futuro.

42. (margin, beside "Sic plangenda")

a Hom. de castita.

Lacrymarum officia & nomina.

b Serm. 11. de pœnit. tom 5. & Niss. serm. de beatitudine.

Effectus lacrymarum & efficacitas mirabilis.

Emendatum ergo illum dimittam. Luc. 23. 16. §. 2.

43. Theatrum mundi totius facta est Pilati domus, spectaculum in ea toti proponitur mundo; grande quidem (inquit Rupertus [a]) mundo & Angelis & hominibus, vt à seruis peccati princeps libertatis seruilibus modis cæderetur. Contremiscat in Redemptoris sui supplicio terrena substantia (ait Leo [b]) rumpantur infidelium mentium petræ, & qui mortalitatis grauabantur sepulcris, discussa obstaculorum mole prosiliant. Summus iste Christi vicarius gentium animos, quibus nondum lux erat oborta veritatis, allicit & inuitat, pro certo habens, licet ignorantiæ tenebris consepultos, licèt & ex silice natos, hoc spectaculo excitandos & emolliendos fore; & quidem res ita se habet. Nam cùm diuinū verbum peruaderet in vltimas barbarorum oras, hac dulci memoria perculsi agrestes & efferati animi sese Christianæ fidei subiecerunt. Quique antea humana carne vitam propagabant, illius publicè macellum & carnarium habentes, breui dierum spatio acerbissimos filij Dei cruciatus, & turpissimam mortem auribus accipientes lacrymabundi & gemebundi Domino manus & corda dederunt. Quæ non Christianorum pectora coget Christi Domini passio? quanto vberiores & copiosiores fructus ex diuite pinguíque fidelium solo ipsius amore, fide & sanguine sperabit?

a In Ioan. 19.

b Serm. 13. de passione Domini.

Christi diuerberatio quantam vim habet ad permouendos animos.

Historia Societatis Iesu tom. 1. lib. 8.

44. Leges latæ ad crimina & grauissima scelera punienda, cùm ex æterna lege veluti ex fonte manarint, omnes ad supplicium & emendationem faciunt delinquentiū, & contendunt quantum possunt ita punire delictum, vt viuat illius reus & auctor. Verumenimuero si facinus naturam excedat, pœna est æquanda delicto; equitem eques occidit, gladio cadat interfecto qui alium cecidit, in edito tabulato carnificis manu. Nota dedecoris sempiterni. Prædonum more grassatur ille, in viis regiis, in patentem campum prodeat ad supplicium, suspensus alligetur, ad palum configatur sagittis. Patrem quis interficit, nudus includatur in cuppa, aut obnolutus, & obligatus bouinò corio deiiciatur in profluentem, omni careat elemento viuendi (inquit Tullius) qui vitam illi eripuit, à quo vitam acceperat, nec terra, nec aqua, nec aëre, nec igne fruatur. At quando verberum pœna est, scelus cōpensatur, legislatoris animus est quamuis reus dolore & ignominia afficiatur, emendationem illius adhuc minimè fore desperandam. Ne intueamini innocentissimum Dei filiū verberibus cæsum iussu Pilati: licèt enim iudex esset, non in Dominum illi fuerat facta potestas. Quid quòd ipse innocentem esse ingenuè confessus est, vnde liberare illum optabat. Sed stultus & imprudens vt voti compos euaderet atrocius ipsissima morte supplicium excogitauit, adhæc bis Dominum verberarunt, cuius rei testes sunt binæ colūnæ, idque Marcus & Matthæus attingunt *. Lex etiam Romanorum eum verberandi qui morti addicitur, quam Titus Liuius insinuat, & grauissimi auctores confirmant: quare prima verbera non iudicis, sed Patris extiterunt, quod verba ipsa declarant. *Emendatum ergo illum dimittam, ya que vosotros no os atreueis en mendar en vuestra rabia y furor y ole en mendare a el*, non in culpa qua caret, sed in pœna, Patris erunt verbera. Hoc est in causa cur regius Vates Dauid cùm illi à Deo pœnarum fieret optio, vtrum magis eligeret, bellum, famem aut pestem, non furentis belli sæuitia, non dira fame confici regnum, sed pestem elegit. Non bellum, hoc enim supplicium hominum fit manu atrociùs quidem, & omnibus crudeliùs: non famem, hæc enim pauperes excruciat potius & diuexat, quàm diuites; pestem volo. Cur sanctissime Vates? cur? quia flagellum hoc in manu Domini est, & tandiu pestis grassabitur, quandiu erit operæpretium vt me corrigat & emendet. Præterea quando conuertam oculorum aciem, & flagellum suspiciam in manu Dei mei Patris, regalia terga nudabo, & dicam †, *Ego sum qui peccaui, isti qui oues sunt quid fecerunt?* in me tuus deſæuiat furor, me feriat nocentem tuæ iræ districtus gladius, pulser ego. Flagella patris amantissimi ad emendationem & correptionem peccantis erunt, minimè ad interitum. Idem obseruauit Polychronius [a]; rogat enim cur in liberorum Iob interitu, Deus non armauit hostes, sed vehementissimum ventum aduersùs filios Iob, ludentes & conuiuantes? ideo nempe, vt statim Iob Deum irrogasse illi hoc flagellum existimaret, solius quippe Dei, ventos esse flagellū quis neget? Adolescentes verò punitos vento fuisse, Deum indicatur esse auctorem, pius pater emendare vult illos, non perdere. Hæc est causa, inquit Ambros. [b] cur ita puniat improbos, vt illis vitam non adimat. *Nolo mortem peccatoris.* Nam illius vitam seruando culpa deletur, ipsúmque reum iudicem carnificémque constituit. *Etenim cùm reus occiditur, persona magis, quàm culpa punitur, vbi verò culpa deponitur, absolutio personæ est pœna peccati.* Ito bona pace peccator, te ad vitæ frugem recipe meliorē. Quid hoc est summe Deus? ad quid illi pacem benigna voce denuntias? vt ipse sibi inferat bellum, & millies ipse culpam occidat, quæ mihi semel erat dira morte punienda, séque verbere pulset, & acerbissimum concipiat corde dolorem, pereat scelus, & filius resipiscat.

Seuera iustitia emēdationem in suppliciis procurat.

Flagellatio paterna est animaduersio.

* Marci 15.

Flagellis cæsum vt crucifigeretur.

Hieron. in Epitaphio Paulæ tom. 1. epist. 27. ad Marcellam. refert Raphael Volaterranus in sua Antropologia lib. 22. & Onuphrius Panuinus tractatu de septem Ecclesiis vrbis Romæ. Docet Eckius de passione Christi c. 6 Mald. in cap. 17. Matth. numero 23. & Malonius de more Romanorū. Liuius 6. decade 3. producti Capani omnes, virgísque cæsi ac securi percussi sunt.

45.

† 2. Reg. 24. 17.

a In Caput 1. Iob.

Paternè punit Deus vt emendet.

b Epist. 76.

46. Hunc verbi huius sensum esse puto, *emendatum ergo eum dimittam.* In Christo Domino veluti in summo omnium nostrûm capite æternus Pater crimina nostra puniebat, teste sancto Leone [c], & Augustino, ita vt suppliciis delicta æquarentur. Vnde nostrarum interitus animarum, crucis morte, furta commissa, latronū ignominia inter latrones suffixus ligno, gula præterea felle compensabatur. Restabat caducam & miseram carnē affligere, quæ impudenter peccat circumfluēs voluptate: benignissimi igitur Parentis extitit pœna, dolor scilicet, & ignominia, vt viuat ipsa, & in se carnificis personam induendo acriter inuehatur. Ecce miser & miserande homo, & tu amens & petulans mulier tuorum pœnam delictorum: ecce malæ crucis & putridæ supplicia, huius, inquam, mali dæmonis administræ, & turpissimæ lenocinantis præstigiatricis instar & maleficę, prodeat in amplissimum theatrum, vt scelerum suorum pœnas luat, quæ nisi in Deo emendata fuissent, adeò grauia sunt mala, vt illis nulla medicina foret, hoc est illud *ergo* Pilati. Peccasti tu, ô peccator, & temere fecisti, nec soluis, det pœnas innocentissimus Dei filius. *Emendatum ergo.*

In Christo veluti in capite omnia nostra crimina punita.

c Serm. de passione Domini 9. & 12. & 18.

Caro flagellis Christi corripitur.

Erras

47. Erras inique index, malè infers, non seipsos puniunt filij protoplasti Adæ; filium ergo Dei puniamus: illi minimè correptos deprauatósque mores emendant, insontem emendemus. In media luce cæcutis, agesis ea ex parte qua Deus candor est lucis æternæ, character naturalis, & expressa Patris imago emendari non potest; ea verò ex parte qua homo virginalis est caro, cælis ipsis purior & splédidior, licèt naturæ patibilis, totus iste innocens est, vt fateris, Quid in illo igitur restat emendandum? quid quòd sic tantopere vis illum corrigere, cur diro verberum supplicio? contingit in hoc quod euenire solet inter duos nobilium parentum filios; hunc alius malè compositus insontem maledictis onerat, petit manu, non vlciscitur puer, parentes rei huius spectatores assistunt, ait intra se pater insontis, & iniuria petiti; corripiétne petulantem filium genitor? Si videt haudquaquam filium à patre puniri, illo spectante innocentem suum filium corripit, atque castigat; eia fili, inquiens, iterum ne abeas in societatem cum filio tam inurbani parentis.

Emendat in Christo errores & crimina nostra.

Simile.

48. Quid agis bone Pater, cur innocentem emendas? minimè gentium, ait, non innocentem, sed reum & sontem corrigo, illius honorem his verberibus pulso, illum pudefacio; si enim ille aliquo duceretur honore, corripuisset filiū suū. Caro nostra peccauit, innocentissimum Dei filium læsit, expectauit si fortè seipsum corriperet homo, si lasciuiens corpus frangeret atque debilitaret. Ante illius oculos Agnum, columbam, vitulum mactari iubebat, delicata & impudica caro labores subterfugiebat, & patrati delicti pœnam recusabat; hac de causa obdurato spectante populo filium suum amantissimum corrigit, & emendat. Cur fili artus induisti humanos? cur tam vili carne tectus? cur sociam habuisti humanam naturam? cur adeò informem Adami formam accepisti, & cum perditissimis & barbaris societatem contraxisti? Vide summe Pater, illius carnem nulla labe conspersam, purissimam, virginalem atque innocentissimam. Ita est, inquit, sed tamen ad hæc ille voluptati deditus, & carnis illecebris irretitus conuertet aciem oculorum, animaduertet turpissima muliercula quid faciendum sit postea in trunco corporis arido, si viride & floridum lignum tot tantique feriunt ictus. Discet hac ratione emendare seipsam, & verebuntur omnes illius Dei violare præceptum, qui ad hoc vt illorum pœnas sumat, & effrænatos carnis impetus contineat; filium pulsat, innocentem emendat. Id attigit D. Augustinus [a]. *Quod dicit venundatum sub peccato, intelligendum est quòd vnusquisque peccando animam suam diabolo vendit, accepta tanquam pretio dulcedine temporalis voluptatis, vnde Dominus noster Iesus Christus Redemptor dictus est, quia venditi eramus.* Eò iam temeritatis & audaciæ prorupimus (inquit Augustinus) vt breui voluptate allecti diaboli seruituti colla subdamus: laxatis iam voluptatum habenis carnis libido furit atque bacchatur. Vnde probat & infert summopere expediuisse vt Seruator nostros emendasset errores, veluti si emptiones & venditiones iniquas rescinderet. Eo modo quo si pater aliquis plures habens liberos Carthaginem peteret, ibique filium inueniret qui propter decem aureos numos, quos ludendo profuderat, sese liberè triremibus addixisset; alius verò pretiosa argentea vasa & aurea furatus est, atque vt inde pauculos numos haberet minimo pretio aut nullo vendidit: vtprimum id pater animaduertit, festinat vt redimat, errorésque filiorum emendet. *Verè* (inquit Augustinus) *Redemptor dictus, quia venditi eramus.* Date mihi animas, vasa aurea, abaci mei, obsistit dæmon atque reclamat, voluptates soluat quas tribuimus filiis suis, & carnis delitias corporúmque oblectamenta à filiis vsurpata. Placet, ait Redemptor & Pater, id omne, abundè satis mea dabunt terga pulsata verberibus, luam ego pœnas, & debilis & caducæ carnis in me emendentur errata, quæ nihilo delusa à dæmone pigneratur animas, seséque vt in barathro remiger dirissimæ libens & volens subdit seruituti. *Emendatum ergo.*

Seipsum exēplo Christi corripiat peccator.

a Lib. expositio. quarundam propositionū ad Rom. propositione 42.

Summopere profuit vt Christus nostros emendaret errores.

Simile.

Errata nostra carnis quàm libens Pater in seipso emendat.

49. Hoc est quod lacrymarum riuulis obortis regius Vates Christi personam agens conquerebatur. *Congregata sunt super me flagella, & ignoraui: dissipati sunt, nec compuncti*, vel, vt legit Augustinus, *ignorauerunt*; tot támque innumeris flagellis mea terga pulsarunt (vt vitam eriperent à manibus Iudæorum) vt ipsa morte sæuiores fuerint, nec vnus fuit carnifex & crudelitatis minister, sed plures, ideo Symmachus vbi nos *flagella*, legit ipse *percussores*, alternis vicibus viribúsque recuperatis flagellantes, donec quasi leprosum reliquerunt: vnde *flagella* idem est quod *lepra* in Hebraico sermone. Immane adeò tormentum & scelus, vt ipse qui summa est patientia asserat, *ignoraui, recibiendelos estàba y no lo acababa de creer*, tanto sensu & dolore ea accipiebam, fidem enim superat talis támque sæua crudelitas. Notat Rupertus [a], cùm Christus Dominus militibus occurrit in horto,

Psal. 34.

Ingrati carnis suæ amatores flagellis & carni parcūt.

a Lib. 13. in Ioan.

50. exiuit ad eos, satis conscius omnium quæ ipsi euentura erant, *Iesus itaque* (ait Ioan.) *sciens omnia quæ ventura erant super eum processit*, & dixit eis, *quem quæritis*? Domine quorsum rogas quod bene nosti? quare non ingenuè asseris, *ego sum quem vos quæritis*, sicut postea dixisti. Non dixit: *Ecce ego*, quia me quæritis; sed, *quem quæritis*, non vtique quia ignorasset, sed quia res sunt ita arduæ, & vincunt expectationem, vt vix credere possimus etiamsi præsentes sint, talem perpessionem, talem comprehensionis formam, talem tumultū, talem contradictionem, talia flagella, qua ratione Christus cognoscat si nulla causa vera nititur, & quod nō est nō scitur. *Quia reuera talem persecutionis modum veritas nescit, falsum ignorat*, & ideo ait, *congregata sunt super me flagella, & ignoraui, açotando me estauan y no lo creia*, dolor enim vincebat fidem rei, & sæuitiæ erga eum qui minimè merebatur: ea fuit vestra sæuitia (ô barbari) vt mansuetudinem diuinam Christi vestra crudelitate non læsistis solùm, verùm æquasse videmini, nam cùm quadam die honori Patris consulentem *Zelus domus suæ comedisset illum*, eò tantum eius ira processit vt manu sua non flagellum, sed quasi flagellum arripuerit, *cùm fecisset quasi flagellum de funiculis*, ardens iste zelus cùm feruentior est vmbram tantùm funiculi cogit facere; hæc verò mansuetudo à vobis tot plagis læditur, *vt ignoraret*, & quasi non crederet reuera pulsari, *& ignoraui.*

Ioan. 18. 4.

51. Sensus verò horum verborum percommodè pro simili superiùs posito quadrat. *Vndè mihi verbera, & tot, & tanta? Ignoraui*, culpa

Innocens flagellatur & ignominia afficitur.

omni careo, vnde mihi nuditas & ignominia, támque ingens & ab orbe condito nota dedecoris inaudita? adeò vt verbera, licet tot & tanta, quasi non perciperem præ pudore & vexatione dedecoris. Velim ad hoc vti peracta sit hæc flagellatio intelligatis (describenda est hic flagellatio Saluatoris, vt est hic in narratione Passionis dominicæ discursu 1. de Passione, suprà discursu 109. num. 41.) eò prorupit petulantia militum spectantium, vt non siluerit Dauid ingens dedecus; *Ipsi verò considerauerunt & inspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* (Psal.21.19.) Deprehendemus autem huius ignominiæ magnitudinem, si verba Chrysologi deprehendamus. Nonne vides, inquit, quanta sedulitate parens prodigi filij statim è vestigio ad primum verbum perspecta filij nuditate iubet, *Citò proferte stolam primam, & induite illum, presto presto vestidmelo ricamente.* (Ingens supplicium nuditas.) Hæc prima verba absolutionis & indulgentiæ tot criminum fuere, & prima quidem & statim emissa: nullo alio verbo corripit quem nudum videt, nam omnium criminum pœnas in vna nuditate punitas & collectas vidit.

52. *Sustulit filij crimina, qui non sustulit nuditatem.* Vis intelligere vim huius verbi, diximus Christi nuditatem fuisse ad puniendam inuerecundiam & petulentiam omnis carnis, quæ tanta erat vt vix sine rubore cogitari possit. Collige igitur in vnum carnis vitia ignominiosa, & nefanda genera peccandi, prostitutæ mulierculæ, petulantis iuuenis, impudicorum & nefandorum sæculorum, quæ turpitudine & licentia viuendi sordidissima fuere. Vides hæc crimina, vides has sordes, has omnes Christus vna die aboliturus prodiit in theatrum & compluuium Pilati, vt pænè eisdem verbis asseruit Paulus, *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, el salio hecho hijo prodigo vestido de nuestras affrentas.* Talisque fuit ostensio nuditatis vt æternus Pater absoluerit, missa fecerit omnia impudica & inuerunda peccata, *sustulit filij crimina, qui non sustulit nuditatem:* imò tolerabiliora visa sunt omnia peccata, quàm nuditas filij, & ideo ait, *Non sustulit nuditatem, no era negocio lleuadero ni tolerable mas lo era suffrir todos los atreuimientos de la carne y perdonar todas sus desenbolturas, & ignoraui.* Vnde ergo mihi nuditas támque ingens ab orbe condito nota dedecoris inaudita, adeò vt verbera licèt tot & tanta quasi non perciperem præ pudore & vexatione dedecoris; egóne omnium oculis, omnium linguis, omnium digitis notatus? Bone Iesu, inquit iudex id fieri vt emenderis. Ego verò in quo, aut in quem peccaui? *ignoraui,* nec faciem eorum à quibus flagellabar vidi, nec cognoui, illud est proculdubio vt illorum errata emendes, vtque in tuam purissimam carnem laniatam & dilaceratam oculos conuertentes sese recipiant, & suæ lasciuientis carnis impetus comprimant, & diro verbere pulsent. Non id erit, inquit Agnus mansuetus, *dissipati sunt, nec compuncti.* Chaldæa lectio habet, *lacerauerunt carnem meam: sed ego non eliciebam san-*

53. *guinem*; acerbissimos cruciatus ego pertuli, acuminatisque verberibus dirupto delicato corio ossa ipsa carne nudarunt, vt inquit B. Brigita [a], sanctissimæ Virginis & matris personam induens. *Ego quæ astabam vidi corpus eius verberatum & flagellatum vsque ad costas.* Solui quidem, solui sanguine exhausto venarum, sed proh dolor! stimulat & pungit animum acerbior recordatio, & quasi morsu quodam viscera ipsa disrumpit ingratitudo; nam *non eliciebam sanguinem*, hoc est, nullus fuit qui ad emendationem constrictum se teneri putaret, illic erant & persistunt hodie, ante illorum ora oculósque hoc diuinæ spectaculum æquitatis obuersabatur, nec ille effrænatam libidinem comprimit, nec illa lasciuiam morúmque leuitatem deponit; nec ille malè parta bona restituit, nec curat alius neces illatas piare lacrymis ex imo corde profusis. Enimuero confirmo illis amoris legibus vel esse parendum, aut iustitiæ & seueritatis legibus standum fore. Priùs cum illis agam amore, si voti compos non euasero, mox cruces & tormenta minabor. Olim ita permagno habebantur Lacedæmones, vt cùm in alia quadam vrbe firmare & stabilire leges ardenter optarent, legatum mitterent: qui, eo die quo ferendæ leges erant, cùm tot ad amplissimum theatrum etiam nocentes confluxissent vt leges audirent, in medium theatrum, gladium, vincula, catenásque proiecit, & quasi mutus & elinguis nec verbo habito abiit. Fiat digressio hîc, & abire se fingat concionator ad compluuium Pilati, describat tormentum, flagellationem, sanguinem, flagella, sicut habes in historia Passionis discursu 109. & statim regrediatur. Fratres, ait Chrysostomus [b], aliis diebus argumentis contendat orator tum verborum copia sententiarúmque pondere disserat, hodie verò lacrymis & silentio agat necesse est. Omnes deliquistis, omnes peccauimus, illi quidem gladio digni, hi catenis, alij verberibus. Accipite ergo, produco & in medium proiicio virgas, catenas, flagella, spinas, crucem, quibus Deum ipsum nostrum amantissimum omnium punierunt. Domini huius dulcis amor, blandaque eius vis quem non cogit, vt quod suum est vnusquisque amanter accipiat: non hæc concio quæ argumentis conuincit, sed viua expressio cruciatuum acerbissimorum dilecti cordis nostri Iesu, & spirans adhuc imago; erubesce & verecundare, totus petulans & imprudens adolescens, quem nec mollit amor, nec Dei timor exterret, & tu delicatule delitiis circumfluens grauem experire dolorem; vincula cape, liga manus qui vltioni & vindictæ inhias, túque Dei serue fac vt tibi catenas serues amoris. Quid alias leges quæritis? inter Christianos nullæ aliæ sunt, teste Leone [c]. *Legem ergo viuendi nobis remedia nostra sanxerunt, & vnde data est nobis forma, vnde mortuis est impensa medicina.* Lex nulla est alia præter eam quam nobis medicina tulit morborum nostrorum, verberibus & suppliciis scelera nostra punita sunt, eisdem equidem à vobis compensanda sunt. Hæc est lex, quòd si vos tantillos tantus non permouet amor, id à vobis iustitiæ seueritas exiget.

Nam licèt omnia Deus homini largè effusséque donarit, & præter gloriam suam nullum aliud fœnus exegerit, verùm vt rerum exitus & effectus nobis ostendunt, dolores 54.

sacræ

a In suis reuelationibus lib. 1. c. 10. & lib. 4. c.70.

Nullus ad Christi imitationem vt par est se castigat.

Exactio fiet ab ingratis peccatoribus.

Primero los combidare con leyes de amor y sino basta entrara el vigor de iusticia.

Legatur Plutarchus pœna coercendos ad obseruandas leges significat.

b Hom.63. in Ioan.

Ipsa Christi flagellati memoria viget atque persuadet.

Lex viuendi est nobis medicina passionis.

c Ser. 7. de passione.

Exigit à nobis vsuras sanguis & dolor pro nobis impensus.

a Ser. 114. de tempore.

sacræ per passionis acerbissimi cruciatus ab auara nostra natura fœnus exposcunt, vnde Isai. 50. inquit, *Dedi corpus meum percutientibus, & genas meas vellentibus.* Septuaginta habent, *Dedi dorsum meum ad flagella, & faciem meam ad alapas.* D. Augustinus [a] peracutè ponderauit verbum illud *dedi*, eo modo quo antea dixi. Perpende inter hæc qui pro nobis talem pecuniam dedit, hoc est, *qui flagella pertulit, & alapas, qualem à nobis vsuram exactutus est, in passione enim Domini illa prophetia impleta est, corpus meum dedi ad flagella.* Nudaui terga mea vt miser homo debito solueretur, verùm ita factum est mutuum hoc vt iure quidem optimo fœnus possim exigere, non enim aurum aut argentum est, *non auro & argento redempti estis,* inquit Petrus, *sed pretioso sanguine*; numi enim ex se steriles sunt & infœcundi, sanguis verò Christi & dolores fœcundissimi.

Fœcundissimus Christi sanguis fœnus exigit.

b Serm. de cruce & passione.

Vnde meritò *semen Martyrum*, appellatur, sanguisque fructifer vitæ bonorúmque æternorum, à D. Athanasio [b]. *Suum omnino sanguinem in terram profudit, vnde factum est vt in ea pro spinis bona & vita repullulascerent*; & his duobus sanguinibus permixtis
55. certior vberiórque fructus percipitur. Quare si homo Christo non satisfacit, reddito fœnore, exigitur ab illo lucrum cessans, damnúmque emergens. Idem excellentissimus Christi Martyr Cyprianus aduertit. *Posui dorsum meum ad flagella*, perpendit Cyprianus verbum illud, *posui*, illorum enim videtur esse verbum qui ineunt contractum societatis. Ecce istud pono, hoc summum est & præcipuum quod integrum saluúmque permanere volo, fidei creditæ datæ & acceptæ pecuniæ extet chirographum, hoc posui, hoc solui. Societatem cum Christo iniuimus, æquum est vt nos cura solicitet si respondemus, & satis illi facimus, si quod summum maximúmque est perseuerat, si ex vtraque parte compensantur sumptus, quid lucramur, quidve consumimus, Christus Dominus corpus suum posuit, ego meum dedi, *posui dorsum meum*; Christus vitam animámque suam posuit, ego acceptam Domino reddidi; *pono animam meam.* Christus infinitam charitatem posuit, ego finitum creaturæ amorem dabo. Si barbaræ gentes incultæque nationes hunc sanguinem, hæc merita, hunc amorem agnouissent, quid egissent? Si agrestibus Indis has commendasset diuitias, quid fecissent? quomodo acceptum Martyres & Apostoli retulerunt? Quid ego illi debeo? minimè id à me, dicis, carnifices exigunt; nihil interest, id exposcit societas quam cum eo iniisti. Quid si crastina die acceptor mortis accederet, corpúsque voluptatibus deditum carnis oblectamentis irretitum, sine aliquo signo flagellati & cruci affixi Domini reperiret, sine vibice & liuore ex suis quos ipse posuit in societate inita.

Dimembratio sui corporis necessaria ad soluendum Christo debitum amoris & sanguinis.

Conuertite mentis oculos ad fidelem seruum die noctéque vacantem Deo sine crimine, ciliciniis vestibus indutum, carnem suam diro verbere pulsantem, carnificis instar in seipsum desæuientem. Ad quid serue Dei teipsum ita diuerberas & affligis? ad quid monialis Virgo delicata membra diuexas & discrucias? num commissorum scelerum satisfactionem Deo debetis qui nunquam lethalis peccati maculam contraxistis? minimè, inquiunt. Sed in societate Christus amorem posuit ardentissimum, & illius amori qui tot & tanta mei causa profudit, hoc debemus quod facimus, quod possumus exhibemus. Atque etiam ne rationis tempore vox illa mihi obnuntietur, hinc abi, hinc recede, partem in societate nullam habes, nihil de te recitant codices. Posui ego quinque millia verbera, nec tu flagellum aut vellicatum vnum corpori tuo intulisti. Hoc regius Vates agebat, *& cogitabo pro peccato meo.* operæpretium est recognoscere solutiones manifesti sceleris, eadem
cura pungebat Apostolum dati & accepti ra- 56.
tiones exæquans, *A Iudæis quadragenas vna minus accepi, ter virgis cæsus sum. Castigo corpus meum.* Lucrum etiam cessans exposcet, cui namque flagellum factum est nisi peccatori, *flagellum equo, & chamus asino, & virga in dorso imprudentius.* Ignarum peccatorem feriat virga, pulset flagellum; cur virgam appellat? quia regalis redditus & tributum est, & sceptri diuini, vnde Iobus qui se haud debitorem esse sciebat, *Auferat*, inquit, *à me virgam suam, calamitatem & flagella*; & Origenes breui multa complectitur, *Indigent virga quotquot ex credentibus pecudum more viuunt.* Quare Iob, *auferat à me*, Hebraic. *desuper me virgam suam*, id est, ne mihi impingat flagellum, ne me pulset tundátque virga, non enim ex illorum ego numero sum quos tua virga quærit.

1. Cor. 11.

Flagella opportuna sunt peccatori pigro.

Renta real que deue pagar los principes al sumo rey el castigo de si mismos.

Quid plura? virgam vocat flagellum, vt 57.
ostendat illi simul cum imperio obuenisse hunc censum, & pœnam probis improbísque imponere. Vnde illa gestat insignia quæ tribuit Zacharias iuxta consuetudinem quæ inter maximos quosque Imperatores percrebuerat. *Duplex est illa eius virga, altera quam vocauit decorem, altera quam vocauit funiculum.* Decorem vocat pœnam impositam iustis, funiculum acerbitates, pœnas, & cruciatus & flagella peccatorum: vtque declaret ex quo virga hæc excorticata fuerit in sacra perpessione omnes teneri vt illius similitudinem quandam exprimere conentur, regaléśque redditus verberum suorum acerbissimarúmque pœnarum illi persoluant, séque tributariòs esse existiment virgarum tam impij quàm pij, quibus illorum Dominus fuit pulsatus, inuentum perantiquum atque præclarum illius pastorum omnium facile principis Iacob, quem cùm locupletare vellet Deus, & illius nomen ab iniuria vindicare, singularis illius mentem subiit cogitatio, cælo potius illapsa, quàm orta solo in canalibus proponendi decorticatas virgas, quæ partim detractos cortices, varióśque colores habebant: nam postquam egressa est virga hæc de radice Iesse, & nudatam cortice intuemur, pudere nos debet si tales desideriorum fœtus non concipiamus, & tantùm exemplum nos superfluum denudare compellat, & in terga sæuire, vsque dum detractæ pellis agno innocentissimo nos reddat germanos & persimiles, & hoc ex iustitia postulat, *respondebit mihi cras iustitia mea*, & dixit, *respon*

Causa exemplaris flagellatus Christus vt plura flagella & dolores efficias.

Gen. 30.

Isai. 11. 1.

respondebit, quia clamat contra peccatorem vox sanguinis, & vulnera & excorticata caro Saluatoris multipliciter postulat solutionem ad æquitatem: nam, vt ait Rupertus [a], *singulæ plagæ vel percussiones grandem vocem habuerunt.* Sicut contra diuitem aperta erant (inquit Chrysologus) vulnera Lazari, *vt in admonendo diuite, tot essent pauperis ora, quot vulnera*; itaque ex iustitia tantus sanguis à nobis postulat compensationem.

a Lib. 13. in Ioan.

58. Virga etiam nuncupantur verbera, quia ex hac die summum locum obtinent verbera maximopere nobilitata, regiis sceptris sacrisque tiaris longe præstantiora. Quondam cecinerat Vates, *Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*, Deum dedecent virgæ & verbera, verùm postquam virgam gestauit, humerisque suis & tergis imposuit, honoris insignia extiterunt, in sublimi est Deus, in imo verbera, aiebat Dauid, non illuc appropinquabunt, & si fortè sese demittat, certè exaltabit illa. Saxum ingens aut homuncio minimè sese gigantis humeris poterit imponere; verùm si se demittit gigas, oneratque humeros suos, videtis iam æquè saxum sublime esse giganti; humile quidem est sese punire, mancipiique instar verberare corpus, at iam sese demisit Altissimus, suisque humeris verbera Deus imposuit, cælis ipsis sublimiora sunt.

Iam verbera nobilitata sūt à Christo.
Psal. 90. 10.

59. Propterea sanctus Dauid mox sese huic dulci tormento addixit, & regia terga nudauit; *quoniam ego in flagella paratus sum*; quid ais summe Rex? quid verberibus cum purpura? quid virgæ cum sceptro? imò, inquit egregius Augustinus [b], percommodè venit, *Dauid autem sanguine elicito longè melius quàm murice vestem carnis purpurabat.* Hoc est præclarum inuentum variandi colores, tingendique corpora purpura regali. Nazianzenus oratione quadam contra Iulianum breuiter modum narrat quo hæc est inuenta tinctura, &c. *An non eam Tyriis abicies, à quibus pastoralis ille canis prodit, qui ex eso murice labiisque cruore perfusis pastori florem indicauit, ac per eos vobis imperatoribus pannum illum superbum porrexit.* Res ita se habet, pecuarius canis coccum ore acceptum vbi vermiculus iste latebat, quo tenues panni inficiuntur, dentibus contriuit: mox ora maduerunt sanguine, & coccineum contraxere ruborem: canis ora pastor intuitus roseo madefacta cruore, linguámque summa labra iteratò lambentem, ea voluit flocco lanæ mundare, cruorem omnem lana collegit, rapuit pastoris oculos optimus ille color, animumque adiecit aptum fore sanguinem illum ad inficiendas lanas, inde coccineæ vestes, purpura regalis inde suum nacta principium. Inde mirabilis quædam similitudo suum sumit exordium; de se enim Dominus affirmauit, *Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominis*, &c. Notat hæc interpretans Georgius Venetus [c], verbum originale *iahla*, *vermis*, idem esse ac illud quo in aliis locis murex in Scriptura dicitur. Appropinquauit Iudaicus populus, & canis ille legalis qui pecus illud custodiebat, dentibúsque suis vermiculum contriuit, & dixit, *Sanguis eius super nos*, vt ignominiæ notam illi inurerent. Errastis toto cælo, inquit Athanasius [d], & purpuram subministrastis qua sunt ornandi filij magni huius Regis, atque ab hostium incursibus protegendi. Sic Nahum, *Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus eius in coccinis.* Adamante durius scutum veluti præcedet, columnæ innixus, illum sequentur sui sanguine rubricati. Pagninus, *Clypeus eius rubefactus est*, & Septuaginta verterunt, *arma potentia eius ex hominibus, viros fortes illudentes in igne, habenæ curruum eorum in die præparationis eius*, hoc est, *qui cùm infirmi, mortales & passibiles sint, non aliter melius quàm pro Christo patientes fortitudinem ostentant, no es flaqueza ni vaxeza sino gloria y fortaleza castigar su cuerpo. Non est hoc humilitati aut imbecillitati dandum, sed gloria & fortitudini.* Ob-

Regesnon dedecet flagellatio sui.
b In Psal.
Purpura origo.
Vide P. Lorinum.
c Lib. 1. suæ harmoniæ.
d Vbi suprà.
Cap. 2. 3.

60. seruandum tamen non sufficere, Christum Dominum sanguinem suum profudisse, sed necesse vt tu quoque des sanguinem, & sanguis sanguine misceatur. Hæc verè purpura, vt ait Augustinus [a], quia purpura est valdè similis cocco, propterea appellata vestis illa coccinea, vel quia erat *δίβαφα*, de qua Plinius [b], hoc est, bis tincta, semel colore coccineo, & iterum purpureo, de quo in Exodo 16. *cocco bis tincto*, hoc est, vt habet originalis lectio, *vermiculo & cocco*, Christi sanguis cum vestro sanguine ad tincturam coniungatur. Quid si non præstatis? minimè tali tantóque amori, sumptibus, doloribus, facitis satis. Pulcerrima erat Salomonis vestis purpurea. *Sicut purpura regis*; verùm quod plus decoris afferebat, illi argenteæ erant vittæ, quibus distinguebatur, *los pasamanos y faxas de ilo de plata salian mucho en la purpura real, vincta canalibus.* Argentea fila canales vocat. Pulcer Rex noster Christus: at quando illius sanguini fidelium sanguis atque dolores coniunguntur, auro & argento purpura eius variatur, pulcrior sanguine nostro, lacrymis nitidior, dolore splendidior apparet, *vincta canalibus*; vesti enim Ecclesiæ etiamsi sanguine Christi tincta sit, deesse videbantur canales nostri sanguinis, *la guarnicion de nuestros dolores*, quam satagebat, vt perficeret Paulus, *adimpleo ea quæ desunt passionum Christi*, &c. & vincta dicitur canalibus, hoc est, constricta: nam quis est qui non in hoc amoris iudicio vinctum se esse fateatur. Iob 14. *Saltem intellige quòd non æquo iudicio Deus afflixerit me, & flagellis suis me cinxerit.* Non labores meos acri seueróque iudicio, & æqua lance librauit Deus, sed amore, ad id credendum non leni ducor coniectura; nam meipsum doloribus cinctum ac circundatum video. Amor est, is me cogit, is me illaqueat & irretit, vnde alij legunt, *retibus suis me cinxerit*, vtprimum flagellis cæsus est Deus meus, vinctum me esse sum ingenuè fassus, iudicium amoris est, processus huius causæ & tabulæ, pulsata sunt terga Redemptoris, accusant & exigunt ante columnam vt luam amoris pœnas, quas pro me passus est, æquissimæ stabo sententiæ, vicit amor, vicit hoc pectus, vicit delicata terga, conuicit hos homines, huic seueritati consonet præconium, *hoc supplicium prescribit, & iubet amoris lata sententia, & diuina iustitia, vt caro horum peccatorum verberibus pulsetur, ob eum sanguinem & amorem, quem ad eorum tingendas stolas gloria innocentibus Agnus profudit.*

Tu quoque sanguinem sanguine respondere teneris.
a Lib. 3. de conc Euāg. tom 9. & D. Athan. vbi suprà.
b Lib. 9. c. 13. & 41.
Pulcerrimus factus est Christus flagellis cæsus.
Coloss. 1. 24.

Et

Et (milites) plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius: & genuflexo ante eum illudebant ei. Matth. 27. 29. §. 3.

61. In tanta rerum grauitate dubia & pendente lite ante tribunal præsidis Pilati, qua de vita Christi Domini, de salute generis humani vniuersa iudicium expectatur, edit nouum inuentum communis hostis, & Christi Domini diuinitatem velare cupiens, illúmque hominem, & è fæce plebis quidem, vera corona indignum ostendere conatus, dat ludos populo acerbitate plenos, exhibet iocos plenos sanguine. At lusit cum sapientia Dei, cuius diuinitas nunquam illustrior apparuit, quàm inter has nebulas, inter hæc iniuriarum obiecta vela & vmbras, id quod non tacuit Clemens Alex.[a] his verbis. *Quem Iudæi exacerbauerunt, vt se Deum ostenderet, hoc de eo in altum sublato testati sunt.* Sicut enim per risum veritas aliquando patefit, sic etiam per ludum: in ludo dæmon sese prodit, in ludo Christus Dominus suam diuinitatem ostendit. Pollet callidus hostis suo cum malo didicisse quantum in his similibus ludis lucri & operarum amiserit. Collusit cum Ioseph, Abrahamo, Iacobo & Iob; sponsionem verò quam sibi fecerat, vbique amisit, nihil emolumenti, plurimum damni vbique referens, Nazianzeno teste[b]. Curat (inquit) dæmon iustis tenebras offundere, illorum merita & virtutes probro & iniuriis afficere, vt sit viua & victrix semper corona superbiæ: sed contrarium omnino votis accidit, *afflictionibus inclarescit, ac vita molestias virtutis segetem existimat, contrariisque rebus ornatur.* Collusit cum Ioseph, cúmque iam fratres inuidi amisisse pignus eum existimarent, collusórque dæmon eò rem deduxisset, vt reliquum honoris, castitatis ac vitæ amittendum videretur, ibi ludo quasi inuerso cælum dedit lucrandum totum quod Iosephum amittere collusor dæmon intendebat.

Quasi per lusum dæmon terribili tormento & afflixit & dehonestauit Iesum.

[a] Lib. 2. pædagogi. c. 8.

Per ludū dæmon se prodit & Christus suam diuinitatem ostentat.

[b] Orat. ad Maximum.

62. Age iam videamus qua demum ratione cum Iosepho colluserit. Prætulerat Deus, illustrioremque reddiderat Iosephum suis fratribus illa specie, qua sol, luna & stellæ stellam vnam, & fasces fascem vnum præ cæteris eleuatum adorabant. Et quidem regnum adhuc somnium erat, sed moras non patitur hostis, armat inuidiam fratrum, puteo demergunt, pretio tradunt, inuitat turpiter impura fœmina: quæ vt omnem lasciuientis animi suspicionem à se expellat, in vincula coniicit. Ah, ah hostis quidquid lucri sperabas inopinatò amisisti. Rationem autem & modum ex Philone discamus. Vocat hic Philosophus humanam vitam *carcerem somniantium, inter quos ciuilis & prudens vir sicut Ioseph somniorum interpres est, qui hominum vigilantium somnia exponit, & plerosque ab erroribus liberat.* In hos compedes Iosephum coniecisti? grande tibi parasti malum qui prudentem virum, cúmque honore nudum socium facis curialium, qui addicti sunt carceribus. Ecce constituisti doctorem qui mentes hominum errore liberet, & veluti de somno excitet. Prælectioni intende, quæ duas habet partes: prima est, *Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus*; cuius doctrinæ duos etiam auditores habet Ioseph, Pharaonis pincernam, atque pistorem, vtrumque vinctum. Bone Deus quàm bene & quanta mentis intentione excipient docentis verba, inter vincula & compedes quàm multa audiuntur. *Cùm audiisset Ioannes in vinculis opera Christi*, &, *Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Nolite confidere in principibus in quibus non est salus, no confieis en principes cuya gracia es achacosa, in quibus non est salus.* Valetudine parum firmi læuissima de causa ægrotare solent: sic principes. En præ manibus huius doctrinæ exemplum, nam si credendum est Hebræis, ideo damnati & in carcere tenebantur hi duo regis ministri, quòd in potu reperiissent muscam, & in pane lapillum, vel saltem, vt ait Philo, *quod non rectè suis ministeriis fungerentur*, ideo principum gratiam fœno Isaias comparauit, *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni, flor de sola esperança que apenas llega a mañana*, hodie est, & cras in clibanum mittitur.

Lu^tis dæmon vt perdat Iosephū fit inter doctorem. [partly illegible]

Ambitiosorum insomnia.

Isai. 26. 16.

Isai. 40. 6.

63. Secunda pars lectionis errores hominum excutit, dormientes ac somniantes excitat. Quot quantósque lectio præsens auditores habet omnes vtique dormientes, quos Ioseph excitabit. Ecquis verò in primis neget somnium esse vitam, vbi quod videtur existere non est: vidisti iam occasum infantiæ, pueritiæ, adolescentiæ, iuuentutis & virilitatis, & nunc viuere dicis, somnias vtique, & citò quidquid vixisti somnium dices, somniant diuites, Dionysii, Crœsi, Alexandri & Cæsares se Deos esse, vel annos sibi plurimos promittunt; excitat hos leuiter Iosephus, *Stulte hac nocte repetent animam tuam.* Somniat ille se talem esse quem rex vocet, cui grauissima Reipublicæ negotia committat. Factum bene, in manu est familiaritas regis. Heu insipiens fingis te amicum regis, cùm si Deo inimicus, tyrannus subditis, amicis ingratus, creditori iniustus, omnibus, mendax & familiaritatem regis venaris? Somnium est totum hoc. Somniant, inquam, quia id verum & facile iudicant, quod natura tanquam monstrum abhorret. *Porque passion y soberbia de ministros* (dixo el Español) *es enemiga de la ley natural destruycion de reyes y carcoma de regnos como tendran cerca desta lostales los sabios Reyes.* Quid somniat rex somno deditus? *Rex sum, & quid potest resistere potestati meæ*, faciam quod libuerit. Excita Ioseph Nabuchodonosorem, & qui se Deum fore somniauerat, brutum animal & agreste se esse comperiat, triaque hæc illi verba Hispanè dicito, *No ay Rey que sea señor del officio arancel tiene natural, diuino y humano si sale del ay del rey ay del reyno.* Dormit somniatque alter qui pecunia obtinere putat episcopale munus; excita quàm ocyssimè, dicitóque suos illi ludos, habitum, confabulationes, excursiones vigiliásque nocturnas non esse opportuna exercitia ad episcopatum; sin verò in sedem ascenderit, mirantes ac pænè attoniti dicent vniuersi quod Hispanus aiebat, *Que ay monstruos de fortuna como de naturaleza de quien se santiguan las gentes. fulano con hara? fulano con mitra? fulano con corona sacerdotal? cosa de sueño.* Quid lucri refers dæmon, amisisti eu principum magistrum quem vile mancipium existimaras, *vt erudiret principes eius*, expectas

Vita somnus.

Somniant diuites.

Luc. 12. 20.

Somniant principes.

Somniat rex.

expectas adhuc, citò geret vicem regis inuita etiam domina, quæ de ſpoliatione pallij ſibi gratulabatur.

64. Huius omnino euentus haudquaquam memor communis hoſtis diuini adhuc Ioſephi Chriſti Domini fratres incitat, Iudæos, inquam, quia inter eos ſibi Regis & Meſſiæ nomen adſcribebat. Age iam ludamus, conſtituamus illum Regem: conueniunt milites à Iudæis, ipſóque dæmone ſtimulati; cúmque Seruatorem nudaſſent, chlamydé illicò purpuream afferunt, ab interiori parte apertam, ad collúmque confibulatam regum inſigne, ſed quæ forte iam vſu viluerat. Hanc illudentes induunt, hanc tibi ô Rex mittit purpuram Rom. Imperator, te certè dignam, faciémque ſputis fœdant, & ad ſedile regium deducunt. Addunt coronam purpuræ certè parem acutis intertextam ſpinis, iiſque duriſſimis, quales nunc cernimus, eámque in altum tollentes toti capiti, temporibus ac fronti imponunt. Qui Rex (inquiunt) auidè eſſe cupiebas, minimè abſque corona mori decet, certè tali quæ affectatæ poteſtatis reo maximè competat; has etenim ſpinas hæ tuæ ambitiones tibi pepererunt. Cædunt interim fuſtibus ſacrum caput quod ſubinde compungunt dura ſpinarum ſerta, effluens ad faciem ſanguis oculorum obſcurat lumen. O Deus! quantum ſeſe abiecit ac demiſit illud Angelorum & hominum ſacratum caput, vt nos poſſemus caput efferre? *Gloria mea, & exaltans caput meum*; arundinem pro ſceptro donant, leuitatis nota, inſimulantes regnum ipſius inſtabile omnino eſſe, & infirmum purúmque iocum oſtendentes: addunt itaque Regis inſignia vt iocentur, tollunt vt feriant atque percutiant.

Ludus etiam eſt Seruatore dæmon.

Quaſi per ludum inauguratur Rex Chriſtus.

65. Quid demum reſtat adhuc, hoſtis dire, ſuperſunt ne plura iocorum inuenta Ioſepho noſtro? Heu ſtulte, amiſiſti ludum. En inter tot mala ſe Deum oſtendit, *afflictionibus inclareſcit*, en de ſpinis triticum & vuas legit. *De ſpinis vuas virtutis ſegetem.* En videas inſtrumenta dedecoris gloriæ & honoris fuiſſe, contrariiſque rebus ornatur. Hîc videas commendari infamiam, peſſundare honorem, ſeria mundi contemni, ludicra in pretio eſſe; hîc tandem in honore eſſe Regem videas, quem vt contemneres Regem feciſti.

Nazianz. ſuprà. Matth. 7.

Deluſus eſt dæmon dum Chriſtum illuſit.

Purpura induis, an non in ea eius Eccleſiam populóſque ſibi ſubditos cóſpicies? purpura ſanè induis pannoſa ac vili ſine ſplendore aliquo, aut dignitate, ſed quam ſuo ipſe cruore ita infecit, vt regia planè veſte indutus exinde prodierit, *his omnibus velut ornamento veſtieris.* Primi parentis crimine inueteratos iam ſuos inuenit, ſicut veſtem attritam, ſed ad ſua illos admouens vulnera nouo exinde decore ac pulchritudine, illuſtrauit, & illi ſolùm in ſuis numerantur, *qui lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.*

66. Coronam per iocum imponis? An non deceret magis Romanam? Erraſti toto cælo. Romana victrix è tuo ipſo capite hoc facto coronam abſtuliſti. Tertullianus [a]. *Illam impietatis contumelioſam coronam populus non conſciuit, Romanorum militum commentum fuit ex vſu rei ſecularis.* Erraſti dæmon, tibi bellum infers, ait Athanaſius [b]. *Nam tametſi ea quaſi per contumeliam agebant, efficiebantur tamen inde vt ab eo latenter ſpoliarentur dæmones.* Hanc decebat illi coronam imponi, quæ fixa permaneret, nulla enim ratione è capite decidere, aut regnum eius finiri poteſt. Sed quid feciſti rhamno coronans? quia, vt quidam ait, plena ſentibus & hericio ſimilis, amuletum eſt, ſeu antidotum contra phantaſmata, &, vt Medicus ait, rami eius valuis (vel vt alij) belluis impoſitos beneficia depellere, vnde ortum habuit adagium, *Progigne rhamnum malorum depulſorem.* Hoc igitur effeciſti, nempe vt Chriſtus corona ſua dormientes excitet, tollat ſomnia ac phantaſmata, & in hoc mortalis vitæ carcere, ad mentem reuocet amentes iſtos homines. Quem tibi locum ſuperbia aſſumes? cùm caput Chriſti Domini videas adeò contumelioſè coronatum? Mulier ſtulta non eſt phantaſma aut ſomnium, tua hæc leuitas cultus capitis ac fuci, nónne veneficia iſta diſſoluet caput vndique ſpinis terebratum. Turpis libido, monſtrum effræne, quod mentem poſſides, & corpus fœdas; nónne his lacerum ſpinis fugies Chriſtiani caput?

a De corona militis.

b Ser. de cruce & paſſione.

Hier. fuiſſe ex rhamno, in c. 3. Abac. & in cap. 2. Aggæi. Cœlius Rhodiginus lib. 5. lect. antiqua. cap 9. Dioſcorides c. 102. lib. 1.

Sceptrum offers arundineum, ſed tuo te gladio iugulas, hoc enim redacturus erat in ſuam poteſtatem regna, gentes ac populos. Quod ſi ferreum eſſet, illóſque contereret tanquam vas figuli, illi forſan vis illa tribueretur; nunc verò non virtuti arundinis, ſed dextro ſuſtinentis brachio tribuitur; ob id enim ſuos legit Apoſtolos Chriſtus Dominus pauperes, & humiles, vt mundum fuſtibus arundinibúſque cæderet, eóque magis ſuam virtutem ac potentiam demonſtraret. Hi enim homines adeò infirmi (ſi bene ô Roma meminiſti) diuini Spiritus virtute roborati potentiſſimum fuere ſceptrum Regis Chriſti, quos ab arce Sion miſit ad conſternandos hoſtes, redigendámque Romam in ſcabellum pedum eius: vt eo tandem modo ſerpens callidiſſimè caput tibi contereret; vulgare eſt enim quod de arundine innotat S. Athanaſius, *cùm arundo illi à diabolo porrigeretur, ignaro quòd contra ſeipſum gladium acueret; dicitur enim arundo ſerpentibus lethalis eſſe.* Demum Dauidi arma tribuis, vt tibi caput amputet. 67.

Sceptrũ Chriſti arundineũ Apoſtoli.

Demum dum velles illudere, rem feciſti quam ſolus poſſet Deus perfeciſſe, ludibria ſcilicet in honore haberi, honores peſſundari, hoc ex Chryſoſtomi verbis infero, ait enim, *Quod ſiebat in Chriſto, vltimus contumeliis terminus erat,* aiunt medici ſalubrem habitum corporis ſuos habere terminos ac certas metas, quæ ſi attingantur, retro labi ſtatim neceſſe ſit, & ſic repentè ſolent firmiores ægrotare. Itaque eſt ſignũ ægritudinis, ad pondus quodammodo compoſita valetudo. Quid egerat dæmon? ſummum honoris culmen in Romano capite locarat; ſummam cõtumeliæ notam, ait Chryſoſtomus, in Chriſto Domino locat, *vltimus contumelia terminus erat,* atque adeò effectum eſt vt ſummus ille honor Romæ grauiter repentéque ægrotaret, & in contumeliam ac dedecus mutaretur; conſularis dignitas iam ſordet, Imperatoria maieſtas vilipenditur, rhetorum eloquentia flocci fit; è contra verò contumeliæ vltimum terminum attigerunt, à quo retrocederent, adeóque grauiter ægrotarent, vt omnino conſumi neceſſe foret, eo vſque vt iam ludibria ac contumeliæ, & quidquid vile & iniurioſum reputabatur, in pretio & in honore ſit. Idem potentiæ mundanæ contingit, quæ etiam morbum contraxit, in imbecillitatémque redacta eſt, imbecillitas verò in fortitudinem mutata: ſicque qui regna vicerat, à piſcatoribus & puellis 68.

Ludibria & iniuria ex hac die in honore habentur.

lized by Google

puellis vincitur, & victæ olim puellæ, Io, nunc victrices clamant. Vide an vincat noster Ioseph, ad hæc hera, hoc est, Synagoga quæ pallium abstulit, & nudum relinquit, seipsam etiam perdidit, suis oculis lucem pallio abstulit, vt Christi Seruatoris mysteria non perciperet. Tandem ex hoc ludo stultitiæ notatus abiit dæmon, inquit D. Leo [a]. *Neque ipse itaque diabolus intellexit quod sæuiendo in Christum suum destrueret principatum, quòd antiquæ fraudis iura non perderet, si se à Domini Iesu sanguine contineret: sed malitia nocendi auidus dum irruit ruit, dum capit captus, & dum persequitur mortalem incidit in Saluatorem*; ignorabat esse in ludo Saluatoris manum.

Perdidit principatum dæmon.

a Serm. 9. de passione.

69. Sed nondum satiatus hoc ludo alium subinde machinatur, ad lusum de diuinando percutiente Iobum prouocat. Lusio est quando facies eius, cui sors obtigit, strophiolo velatur, pugnóque tandiu eum percutiunt, quousque percussorem diuinat. Cum Iobo hac ratione collusit, vt videbimus, ea semper industria vt manum absconderet; cúmque ludus e voto cessisset, ausus est cum Dauid colludere, & manu hominis, dæmoniaci, Saulis & aliorum caput regium percutiebat, vt ex illo coronam deiiceret, (semper enim quæ est eius superbia, eò ictum dirigit, vnde ablatam sibi coronam dolet:) at verò Dauid diuino ductus afflatu seriò ludum agi animaduertit, dæmonque perditus & illusus abiit, res habetur 2. Reg. 16. Leuat primò in Dauid manus proprius filius (quis id etiam per lusum crederet) in eámque fortunam pattem redegit vt iret *scandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite*; omnésque pariter vicem istam deflebant. *Et omnis populus qui cum eo erat, operto capite ascendebat, plorans.* Duplicat ictum homo vilis è tribu Beniaminica sine splendore ac pretio, hic ex proximo colle sic lapides & maledicta coniicit. *Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial, eso si salir salir vaya vaya el hombre cruel hijo del diablo. Salir vencido vos os lo mereceis por intruso en el reyno y vsurpador de la corona.* Percute eum, & interfice (inquit Abisai filius Saruiæ:) siste, inquit Dauid, *noli mates, dimitte eum*, dæmon est qui in ludo versatur, eius hæc est manus; *si enim filius meus, qui egressus est de vtero meo, quærit animam meam, quanto magis nunc filius Iemini*. Tace, Deus est in ludo: Deus? ipsissimus, inquit Dauid. Vult me Deus felicem reddere, nihil superest nisi attendere, adest enim nobis Deus, *Dominus præcepit ei vt malediceret Dauid*, Deus in ludo est, & quáuis ipse non percussit, ipse tamen velle significauit, *el le hijo del ojo*, & hoc est quòd Complutensis legit ex Græco, *dixit ei*, id est, illi permisit. Quid hoc? Deus sic homines vilissimos ad tantum opus eligit, vt Regem exerceant, & sanctum efficiant? Ita planè, ait Dauid. Aduerte, *hic est filius Iemini*, quod hîc non est nomen proprium, vt notat S. Basilius, & videre est in Dictionario Complutensi. Sed significat, *dextera manus*, ac si diceret, hæc est Dei dextera manus, licèt enim non sit filius Iemini, mihi verò ita erit, & filius dexteræ, eius enim causa Deus & in hac vita & in iudicij die cum patientibus ac mansuetis ad eius dexteram sedere faciet; hi verò qui me impetunt, lapides adamantini sunt in diadema meum. Deus est qui lapidem iacit, & manum celat tanquam à diuina manu iactum, suscipe, & pretiosum inuenies.

Lusum adinuenit cum Iob de diuinando percutiente.

Tellus & obscuratus colludit Deus cum sanctis in tribulatione.

Beati mitis & qui persecutione patiuntur.

70. Explicemus amplius hoc mysterium, modúmque videamus quòd Deus illuserit dæmoni, cùm ipse vellet Christo illudere. Cùm Deus habeat suas voluptates ac delitias cum hominibus, *& delitiæ meæ esse cum filiis hominum*, colludit aliquando cum eis, eo præsertim ludo, qui in diuinando percutientem manum totus positus est. Iam ludum nostis, eiúsque leges quæ semel cognitum percutientem sedere iubent, & tueri ac ferre percutientes, ad hanc ludendi normam videtur prouocasse Deum amicum suum Iob: percutit in bonis rei familiaris. Heus Iob diuina, si vales, percutientem. Hæc est manus, inquit Iob, Sabæorum, qui sanguine meo satiari cupiunt. Nô agnouisti, erras toto cælo. Percutit rursus in filiis. Ventus hic est (respondet Iob) meæ calamitatis auctor, qui domos filiorum meorum solo æquauit, qui chara mea pignora adhuc viuétia tumulauit. Nec modò cognouisti, Iob sancte, adhuc ludum tuebris. Tertiò percutit corpus. Hæc, inquit, manus est ægritudinis, quæ me lepra obtexit, in sterquiliniumque deiecit. Nec modò nosti percussorem. Percutit tandem in amicis, qui illi aduersabantur, háncque extollit vocem sanctus Iob, *Manus Domini tetigit me.* Manus hæc est Domini, cognouisti percutientem sancte Iob. Surge, tueatur ludum Deus ipse quem comprehendisti, stet legibus ludi, ictúsque sustineat. O summam clementiam, sic Deus fecit, & diuinus Rex leges ludendi seruans hodie velatis oculis ludum tuetur, & cum eo colludebant in domo præsidis, dicentes: *Prophetiza nobis Christe, quis est qui* 71.
te percussit: adiuina quien te dio sustinens pro Iob & toto humano genere (cuius ille erat typus) tam graues ictus. Ad hunc ludum suos prædestinatos lacessit Deus, percutit medio inimico infama, honore, réque familiari. Dices, hic ergo est meus inimicus, qui summo me odio curat perdere. Non agnouisti, ibi permaneas necesse est, quousque percutientem manu noueris. Percutit secundò. Hæc demum ægritudo ex hoc nascitur cibo vel labore, ex hac molestia; non cognoscis, non surges donec Deo clames: Tu es, *percussisti me Domine, & eruditus sum*; tua hæc manus est Domine, iam teneo, iam te meis oculis intueor. Sic (inquit Christus) cognouisti percutientem, sat est verberum, id vnum desidero vt noueris te, & noueris me: ego tui causa ascendi, crucem tuli, mortem patienter sustinui, delusus abiit dæmon dum me percutere credidit, nec ita cecidit: sed Patris cælestis consilium fuit ea me ratione coronare. Hunc ludum, hánceque sæuitiam bene percalluit Augustinus in Psalm. 90. *Diabolum non videbat Iob, sed potestatem Dei intelligebat, totam gloriam Deo dabat, potentiam diabolo non dabat, etsi abstulit diabolus bona, sed ille Deo tribuit: Dominus dedit, Dominus abstulit*, &c.

Ludit Deus cum Iob.

Illusio Christi vnde ortum habuerit.

Ludentem Deum comprehēdit Iob. Dominus dedit.

Illud vlteriùs negotij dæmonis erat, vt dum cruciaret spinis, coronam & hæreditatem nobis auferret; res verò contra votum accidit, Seruator enim è suis laboribus coroná texuit, suóque fixit capite, vt ex illis coronæ regiæ maioratum constitueret in perpetuum duraturum inter suos, vt qui labores & ærumnas sustinuerint, iidem filij Dei habeantur, cùm sint eius hæredes. Sunt in regia domo bona nonnulla, quæ non constat liquidò domum sequantur néene, quid agat Rex? bona illa coronæ ligat, vinculúmque constituit, quo præstat vt in honore illa sint, & certa maneant. Mirabantur quotquot Adamum principem, spinis vndique septum cernebant; 72.

Corona ista coronam nobis adimere moliebatur.

Labores & ærumnæ ac spinæ Adami in hæreditate assumuntur & nobilitantur.

mirabantur terram in tributum spinas, labores, contumelias ac dolores offerre: non latebat sanctos sapientésque viros medicinam id esse, pharmacúmque à Domino confectum. Duas in partes diuisum erat eius testamentum, altera gloriam continebat, hæc verò diuina erat, proindéque alienari non poterat; altera verò labores, quibus eius filiis gloriam & beatitudinem consequi debebant. Quid verò facto opus esset, ne bona hæc spe fallant? ligentur coronæ, afferunt & congerunt dolores, spinas & contumelias, vt figantur capiti Saluatoris. Videbunt nunc filij mei quanti fieri debeant labores & ærumnæ: videbunt nunc in partem ingredi maioratus, rectéque colligi, *si compatimur, & conregnabimus.*

73. Nunc cognoscent meliorem in meo testamento recepisse partem qui labores accepere, sicque monet iuris prudentissimus Ecclesiasticus, *Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore sustine.* Si testamentum parentis tui audieris, dixerintque in eo tibi labores & ærumnas relinquere, læto animo accipe, legatum enim est parentis, dolorúmque Christi coronæ deuinctorum. Est verò non modicum discrimen, etenim in Christo Domino tanquam in capite bona hæc maioratus, dolorum & contumeliarum simul fuere, atque adeò tot tantæque fuerunt spinæ & contumeliæ; sicque contemplatur Anselmus [a] nihil esse doloris quod in Seruatore Domino non congereretur. *Regali purpura induitur, sed plus in ea despicitur, quàm honoratur: sceptrum in manu gestat, sed eo ipso venerendum caput feritur; adorant coram ipso genibus flexis in terra, & Regem conclamant, & continuò ad conspuendas amabiles genas eius subsiliunt, maxillas palmis concutiunt, & honorabile collum exhonorant.* Ex tot in Christum congestis doloribus solum obuenit tibi vnicum verbum contumeliæ, vel alapa vna, sputum vnum oris maledicentis, vt omnibus constet gloriam quam suo corpori nobisque promeruit, omnibus simul doloribus laboribúsque obtinuisse, *virum dolorum*: cùm verò nos testamento hæredes vocat, spinam vnicam relinquit, frustum crucis, clauum vnicum, capillum vnicum ex his quos rabies Iudaica auulsit, idque totum eo fine tendit, vt laborum semitam faciliorem reddat, ablatis spinis, & onere laborum. Hoc nos duo sacræ paginæ loca docent. Isaias enim prædicans coronam Christi, onúsque nostrorum criminum, quod sibi imposuerat, portabit vtique, inquit, feret pœnas nostras; *arguam eum in virga virorum*, flagello fortium percutietur, patietur vt vir fortis, eius verò filios vnica tantùm spina feriam, neque enim vires aut patientia suppetunt ad maiora toleranda. Sic enim per Isai. loquitur, *Non enim in ferris triturabitur gith, nec rota plaustri super cyminum circuibit: sed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo*; vt enim molatur cyminus, vel nigella (*la neguilla*) vel synapis, non opus est mola, aut pistrino, quî enim ferre poterunt tam graue pondus; & ideo Septuaginta, *non enim cum duritia mundatur melanthium, nec rota plaustri circuit super cyminum*; quî enim ferre poterunt tam graue pondus semina hæc, adeò minutula, satis est ad executiendum virga ad comminuendum mortarium æneum, *panis autem comminuetur. el trillo y la muela sean para el trigo.* Cùm te morbo affici, laboribúsque affligi videris, dicito: Dominus meus verè passus est, tribula tanquam spica comminutus: ego autem tanquam cyminus, aut gith, granúmve sinapis. Spina vnica leonem domat, vt ille alius aiebat, *Quantula est punctura spinea, & quantum hominem domat*; harum verò sertum Deo meo imponunt, mihi vnicam: cùm tibi applicuerint adorato eam tanquam hæreditatem tuam, reliquiam patris, instrumentúmque futuræ tibi gloriæ & beatitudinis.

Cap. 24.

a In speculo c. 32.

Exiguis laboribus & doloribus nostris coronã donat Christus.

2. Reg. 7. 14.

Isai 28. 27.

Pastor apud Theocritum.

74. Dæmoni tandem permisit Dominus tale inuentum, vt in eo magis suum amorem ostenderet, planúmque fieret se amore crucem & mortem subire, ideoque coronari voluit in signum & argumentum spontaneæ voluntatis, & læti animi quo pro nobis mortem obibat, corona enim lætitiæ signum & symbolum fuisse, testantur verba Ezechielis, *mortuorum luctum non facies, corona tua circumligata sit tibi.* Ne fleueris, sed potiùs lætare, signúmque lætitiæ in capite constitue, ne illud aperias, tolláſve inde tiaram sacerdotalem.

Spinea corona amorẽ Christi maximè manifestauit.

Cap 24.

Insuper nobis Dominus semper voluit ostendere se tam durum iter ad nostram salutem amore suscepisse. *Ecce ascendimus Ierosolymam,* &c. *Pono animam meam, & iterum sumam eam, nemo eam tollit à me.* Sed clariùs id de suis doloribus & spinis testatur. *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Veni*, veni, inquam, vt meum munus præstarem, id enim significat *veni*: sicut Ioan. 5. *Hic est qui venit per aquam & sanguinem Christus Iesus.* Rursus testatur se descendere sponte, & magna animi propensione, hoc enim significat *veni*: sicut, *venit Spiritus sanctus super eos sicut auis super pullos suos*; egometipse accessi ad dolores & ærumnas. Rem hanc voluit Deus Abrahamum priùs repræsentare, cui ait puer, *Vbi est victima pater mi?* illi verò, *Dominus prouidebit sibi victimam*; taceas fili, sacrificium enim hoc Domini est, ipse sibi ordinauit mortem eo modo & tempore quo suus illi amor præscripserit. Qua ratione ordinabit? Primò efficiet vt montem ascendat, ibique altare construat. Ambrosius [a], *Quanta molimina immolaturi ne raptus subitò ad immolandum æstimetur, que de rodeos, que de espacios y apparatos para que se vea no es furia de ira sino ardor de amor.* Nequis existimaret passionem esse, subitúmque iræ motum, sed amorem potiùs ac religionem, ideoque Seruator Christus moras aliquandiu morti suæ addebat, ne ad mortem rapi, sed venire crederetur. Quid amplius egit? eo tempore quo immolaturus erat Isaac, illi dicitur: Siste; cúmque illi nihil vlteriùs diceretur oculos post tergum conuertit, vidétque arietem inter spinas hærentem. *Detentus, seu interceptus in planta Sabec*, sic Septuaginta. Quis huc arietem attulit? Hebræi illum arietem fuisse creatum à Deo die sexto mundi, quando cætera animantia condita sunt, & per tria circiter annorum millia seruatum esse ad hunc finem & vsum. Meræ sanè nugæ & delirium Hebræorum: sed quod satis aptè cadit ad explicandum id quod ait Ioan. *Agnus qui occisus est ab origine mundi.* Alij dicunt Angelum attulisse. Sic Alcuinus, Angelum, ait, aliunde eum transtulisse, taceas, inquit Agnus, egomet veni. *Veni in altitudinem maris.* Quando igitur tali portentum visum est vt aries vepribus nocentibus & implexis aculeis sic irretitus & tenaciter inhærescens stet immolandus? Apage, *ipse venit*, ipse se irretiuit inter

Mat. 20. 18.
Ioan. 10. 17.

Psal. 68. 3.

Amore venit ad mortem nõ vi raptus.

a De Abrahã, & catena Lipomani.

Apoc. 13. 8.

inter omnia nostra crimina. O agne mitissime, nunquam crederem spinas eò ascensuras vt sacrum caput tangerent, nouum adeò prodigium vt ipsummet ostentet sui causam, amorem scilicet. *Veni*, ego ipse veni.

75. Alterum sui erga nos amoris argumentum est suæ mortis instrumenta hìc reliquisse. Planum id fiat ex vltimo loco, vltimisque ferè verbis diuini illius amantis. Pendebat in cruce, ad cælum oculos conuertit, profértque verba, quæ bene homines non intellexere, *Eli*, *Eli*, &c. illudentésque dicebant, *Eliam vocat iste*, vult vt Elias veniat, eúmque liberet. Videamus num veniat Elias. At non ea fuit causa, sed qui prælium ex amore suscepit, amore prælium finire voluit, idque præstitit quod summi duces aut reges solent. Qui quando se in extrema fortuna belli esse vident, nec posse belli cladem effugere, recusant se tradere vili & abiecto militi, quærúntque strenuum ducem, &, si fieri possit, æqualem, cui se dedant. Galliæ rex Franciscus Carolum vocari Imperatorem iubet, ita Seruator Christus cùm se vndique mortis doloribus circumseptum videret ab omnibus desertum, à maximo etiam amico, Patre scilicet æterno, qui pro nobis omnibus tradidit illum, leuauit oculos, & galeam, si fortè videret cui tradere se posset, *& non erat qui cognosceret me.* Sed vidit alium æqualem sibi, amorem scilicet, spiritúmque suum, & oblatus est per Spiritum sanctum, in eiúsque manus animam tradidit, *In manus tuas Domine commendo spiritum meum*, córque suum demisso vultu accepit, inclinato capite, quasi ad nidum columbæ amoris aspiciens, ibique animam tradidit, ac si palàm diceret: Tui ô amor, tui ô cor meum, causa mortem tulli, hîc mortis meæ causa fixa inhæret.

Alterũ amoris Christi erga nos argumentum ex reliquiis corona spinea.

76. Sed si quando mi Rex de cursu temporis in dubium vertatur, num Galliæ Rex fuerit captus, séque Carolo dederit, qua tandem ratione id futura sæcula noscent? Qua? si tunc proferat Hispania florem lilij, coronámque spinarum, quam ex eo tempore vsque ad nostrum possidet. Verebamur ne dæmon Seruatoris nostri amorem pretiosaque ludibria vellet abscondere, timebat etiam Deus nostram ingratitudinem. Quid ageret? coronam suam nobis tradidit, totum per orbem suas disseminauit spinas, vt amoris & gratitudinis fructus colligeret, & quemadmodum Iudith templo dicauit vniuersa vasa bellica Holofernis, quæ dedit illi populus, & conopæum quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, totúmque hoc obtulit templo, *in anathema obliuionis, para des comulgar el oluido*; sic Seruator noster nobis suas spinas reliquit in anathema Christiani hominis, *para des comulgar al ingrato*, qui in honore non habuerit hàs contumelias, qui se non coronauerit hac vera gloria.

Noluit in dubium verti an pro nobis ærumnas & crucem pertulerit.

Quorsum reliquias spineæ coronæ per orbem sparsit.

VERBVM SPIRITVS sancti. Apoc. 1. vers. 5.

Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, &c.

Septem verba Christi in cruce expenduntur.

DISCVRSVS CXI.

SPECTACVLVM meritò nuncupatur summi Dei & hominis in crucem ascensus, nam si quid visu dignum aliquando, hoc maximè fuit. Ibi enim infinita Dei sapientia spectatur, quæ vt è vita decedat, eam mortem eligit, qua nulla erat ea tempestate horribilior & acerbior, turpior & indignior, vt interclusum cæli aditum aperiret, & mundi lucidiora validioraque arma obtunderet & hebetaret, addendo suis discipulis vires & animum, vt illum iam veluti debellatum hostem atque deuictum ipsi proterant atque conculcent, metum omnem deponant, licèt in summas angustias redigantur. Magnum quidem spectaculum tum personæ quæ sese dat in aspectum, tum adstantium multitudinis, & ratione rerum earum quæ oculis spectanda, & animo æqua mentis lance libranda proponuntur.

1. Spectaculum mirabile mors Christi.

Magnum spectaculum.

SVMMA DISCVRSVS.

Qui prodit filius Dei est, in paupertatem redactus post hominum memoriam inauditam, nam illi omnia defuerunt; lectus defuit, in quo moreretur, defuit quo se tegeret, nisi honestatis ergò linteum datum illi fuisset vt nudata membra velaret. Qua verò ambrosia, quóve nectare sitim restinxit; & pectus anhelans recreauit; nisi fellis & aceti potione? & Dominus his omnibus caruit quæ seruus iudicat esse necessaria, *habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* Nec vestes dare cui volebat fuit illi permissum; ita verò illum dereliquerunt homines, vt verè sub illius persona dictum sit, Psalm. 141. *Considerabam*, &c. *& non erat qui cognosceret me: amici mei de longè steterunt, posuerunt me abominationem sibi.* Eóque maior casus iste fuit, quo ex altiori loco fuit deturbatus. Verè cum Iobo potuit identidem dicere, *Eleemosyna, & quasi super ventum ponens elisisti me validè.* Nam ad summum fastigium dignitatis euectus in templo Synagogis, omnium ordinum frequentia, gratis acceptus auribus, terrà marique nominis mei fama vulgata, tot tantisque miraculis illustratus, derepentè deiectus sum, fama in infamiam versa est, nomen in ignominiam, decus in dedecus, in odium mutatus est amor, vt scriptum fuerat, *quia odio habuerunt me gratis.* Iudæi ipsi acerbissimam mortem contra illum iniquitate summa moliuntur. Romani inferunt ferinam barbariem crudelitate inaudita. Sacerdotes & legis periti fermenti instar erant, quo totius populi massa infecta & corrupta est, in auctorem vitæ inuidię follibus adflabant ignem popularem, concepta inextinguibilis flamma pectoribus exardebat. Cruci affixum canino dente rodebant, iniuriis & maledictis laniabant. Denique omnium voluntates, omnium animos, summorum infimorúmque, probè vidit expositos Christus Dominus; discipulos imbecilles fractósque animo esse expertus. In duodecim parum firmitatis & fidelitatis inuenit. Iudas traditor factus, dúxque sceleratissimæ cohortis, quæ ausa est tur

2. Personæ quæ se dant in aspectum.

Christi eximia paupertas.

Iob 30.22.

Passio Christi ex multis capitibus acerbissima.

turpiſſimas in Ieſum manus inijcere. Alius in præſentiarum ter illum negauit; cæteri omnes fugæ ſe dederunt. O rem ab orbe condito inauditam! O ſingulare exemplum rerum humanarum inconſtantiæ, & perpetuæ volubilitatis, & immotæ mentis, quā tenetur exhibere Chriſtianus. Acerbiſſimè torquebat ſanctiſſimū pectus carentia amicorum. *Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens*, cuius ſolummodo ſanctiſſima mater forti magnóque animo ſemper extitit, eúmque in ſumma ignominia comitata fuit: verùm cùm nihil præſtare iam poſſet, ſui præſentia acerbiſſimum augebat dolorem. Tunc Pater æternus, qui poterat, illius cauſam ſuſcipere noluit, quod Domini ſtimulabat animum: his namque dictis illum petebant hoſtes, irridentes, & iactantes, *Sperat in Deo, liberet eum Deus. Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me.*

Pſal. 21. 15.

3. *Summa infamia & dedecus Saluatoris.*

Quis verò inſequi dicendo valeat quot modis, quámque grauibus eius labefactatus honor, & nomen ignominiæ labe notatum, cùm generoſum illi pectus inditum eſſet, ingenuúſque animus, tanta præſertim apud omnes nominis æſtimatione comparata. Publicè captus ſceleratiſſimi latronis inſtar, iniuriarum mille excogitati modi, tanquam à gente quæ antea decepta & eluſa fuerat, quæque volebat præteritum corrigere errorem: inde factum eſt vt facillimo negotio perditiſſimi teſtes inuenirētur, cauſaque fœdiſſimis criminibus repleretur, ipſeque maledictis iniuriiſque affectus vulgata apud omnes infamia ad ſceleratiſſimos iudices deferretur. Quid plura? ſententia in eum lata veluti in ſeductorem, blaſphemum, execrandum, morti turpiſſimæ addicendum, quam omnis populus, barbaræ gentes, viliſſimi quique homines, athei, carnifices popoſcerunt. Quæ delicta? læſam ab illo imperatoriam maieſtatem fuiſſe teſtabantur: prædonem Romani diadematis extitiſſe, pacis perturbatorem, totum ex fraudibus fallaciiſque compoſitum, non habentem partem viri boni, nouæ & perturbatiſſimæ doctrinæ auctorem maleficum, incantatorem, ficta miracula vi & cacodæmonum arte patrantem, quique gentes attonito ſimiles ſtupidas reddebat, ſeſéque triū dierum ſpatio molē templi erectūrū iactabat. Quis enumeret ea quæ ad acerbiſſimas iniurias faciunt, vim & armorum ſtrepitum, vincula, vociferationes, irriſiones, ludos, dicteria, verbera, mortem inter homines ſceleſtiſſimos?

4. *Summa dolorum Christi & cruciatuū.*

Dolores hi fuerunt vt nouis cruciatibus locus ſupereſſet nullus: à planta pedis, dilaniatis tergis, toto corpore diris notato verberibus, fractis humeris, graui pondere crucis pectore diſrupto, & protenſo, ſpinis confoſſo capite, vellicatis capillis, depilata barba, colaphis concuſſa facie, venis exhauſtis perariduṁ os torquente ſiri felle & aceto potata lingua, cruribus brachiiſque exteſis, ſuiſque locis ita dimotis, vt oſſa omnia numerari poſſent, manibus pedibúſque terebratis, corporis ipſius pondere premente maiora, & latiora vulnera patebant. Cùm enim noſtri cauſa pati vellet Deus, vt Deū diuinámque maieſtatem decebat, tot tantóſque labores fuit perpeſſurus, integrū ſemper animum infractáſque vires oſtendendo, vnde nec animo concidit, neque vnquam defecit, vt tantæ maieſtatis dignitas poſtulabat. Æquitatis & veritatis cauſa hæc omnia pertulit, vtque honori Dei conſuleret qui pater erat, noluit cùm Deus etiam eſſet ſibi filij Dei honorē aſſumere, totum ſe paternis manibus permittens, totam illi cauſam ſumma fiducia cōmiſit, ſe acerbiſſimæ crucis morti tradendo, & charitatis incendio quo conflagrabat, ita copioſè genus hominum redimendo, vt cùm minima ſanguinis gutta mille mundos ab omni labe piare valuiſſet, nimio amore ſuccenſus ſanguinem omnem exhauriri paſſus eſt, vt non modò ſacro irrorari cruore, aut madefieri, ſed lauari poſſemus. Apoc. 1. *Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.*

5. *Svbdivisio discvrsvs. Perſona huius ſpectaculi.*

Sed quia in ſpectaculis in id oculi maximè intendunt, vt perſonas, habitum, & verba conſpiciant, ideo hæc tria à nobis expendenda & quaſi oculis ſpeculanda. In primis hoc diuinum ſpectaculum ſuo digniſſimū conſpectu Pater æternus placidiſſimis oculis intuebatur. Quo gaudio perfundebatur egregia facinora videns quæ filius amantiſſimus cruci affixus forti magnóque animo patrabat ad eius nominis gloriā ſempiternam; nam ſi apud ſeculum incredibili gaudio triumpharet parens, ſi in ſolem in pugnam filium prodeuntem videret, cataphractum aptè inſidentem equo, quíque forti animo ſuos aggrederetur hoſtes, funderet atque proſterneret, maximè ſi in hoc certamen deſcenderet paternarum iniuriarū cauſa perculſus, atque honori ſuo ſatisfaceret, quam, obſecro, ſpiritu caperet voluptatē ſempiternus Pater iucundiſſimo conſpectu amantiſſimi filij opere mandata exequētis, trāquillo pacatóque animo cruci affixi æternum nomen ab ignominia, famam ab infamia vindicantis. Quòd ſi fumo & brutorum animātium ſanguine placabatur, & ſuauiſſimi inſtar odoris illi eras beſtiarū hoſtia, quid de hoc holocauſto gratiſſimo vnigeniti filij putandum eſt? Quapropter hoc facto holocauſto, reliqua diſplicuerunt: & hoc ſolum ſemel peractū pro tantis fuit omnium decurſu ſæculorum: tanto enim ſacrificio placatæ diuinæ iræ iuſtitiæ pleniſſimè ſatisfactum, propitia miſericordia manſit, venia conceſſa delictis, conciliatus mundus eſt Patri, & dona gratiæ & gloriæ promerita ſempiternæ.

6. *Facta notanda.* Pſal. 21. 19. *Nuditas Saluatoris.*

II. Mortalibus oculis nihil mirabilius quàm Saluatoris nuditas extrema, quod non ſiluit Propheta ore Chriſti loquens, *Ipſi verò conſiderauerunt & inſpexerunt me*; ita quidem præ pudore nuditatis afflictus vt coactus ſim in veſtimenta mea oculos conijcere, quaſi cupiens vt mihi mutuo ſaltem vſque ad ſepulcrum milites darent, quod ita longè abfuit vt diſciſſa omnia meis oculis viderim. *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea.* Hæc nunc dolent mitiſſime Agne, doleant perforatæ manus, & diſciſſa caro, & pedes confoſſi, pereāt veſtes. O, inquit tot ſpectatoribus curioſis & petulātibus, non vultis vt ad veſtes oculos conijciam? *foderūt manus meas*, &c. graue tormentū; *ipſi verò*, quod grauius omnibus fuit, *conſiderauerunt & inſpexerunt me*; & tanquā rem grandē & pæne incredibilem, Euangeliſta prudens dixit, *& milites quidem hæc fecerunt*, fecerant reliqua, ſed hoc vltimum tormentum dedecoris non tacendū, non ignorandum, militare quidem, & quod Agnum maximè torquebat, atque adeò dilectus diſcipulus diſertè affirmat. Putáſne etiam myſterio vacare quòd poſt fractionem crurum latronum Chriſti quidem crura non fregerunt, ait,

Ioan. 19. 24.

Exod. 12. 46. Zachar. 12. 10. ait, vt impleretur Scripturæ. *Os eius non confringetis, & videbunt in quem confixerunt.* Nam hæc verba non de cruce agunt solùm, nec ad hoc adduxit Ioannes, sed occurrit dubitationi alicuius qui poterat dicere, cur Christus inter dolores non expectauit fractionem crurum, certè anteuertit dolorem? verùm huic suspicioni respondet. Verum est vno loco Scripturæ à dolore eximere ipsum, verùm alia est quæ non minori submittit, & ita licet non fregerunt eius crura, *verùm conspexerunt eum, pararon se a mirar al que auian crucificado desnudo*, & hoc spectaculum & dedecoris & doloris plenum est. In hoc autem spectaculo nuditatis & vim amoris & summam hominum malitiam libeat contemplari: nam si vinum nudauit Noe, vt be-

7. a In Gen. ne notat Chrysostomus [a], at hoc secretò accidit, & sub tecto, *considera quod hoc non foris illi accidit, sed in domo sua*, quod ne ignoremus

Gen. 9. 21. Scriptura ait, *Nudatus est in tabernaculo suo*; itaque vinum id potuit obtinere, vt vir sanctissimus intra priuatos parietes seipsum nudaret, si eius malitia eò progressa est vt patris nuditatem vulgauerit, *& nunciauit duobus fratribus suis foras. Vt malitiæ vehementis studium videas eius qui nuditatem vulgare fuerit ausus.* Post decoctam ebrietatem comperiens Noe filij Cham impietatem, & Sem & Iaphet reuerentiam, qui cæcis vel conuersis luminibus eum cooperuerut, per prophetiam ad Christi tempora prosiliens ait, *Habitet in tabernaculis Sem.* O malum! ne Deo vnquam contingas, *habitet*, cùm in terris templum eligat, *in tabernaculis Sem*, habitet vbi nihil tale contingat. Certè, vt Prophe-

Non errabit quis si dixerit benedictiones illi prophetias esse. ta loquitur, ait Chrysostomus, ita impletum est, vt ait Theodoretus. Verumenimuero non amor solùm Christum meum intra parietes templi nudum proponet, sed vis amoris in compluuio Pilati efferet, & in Caluariæ montem, *videbunt in quem confixerunt*, in quo iam malitiam insignem filiorum Sem ostendit, *nam de Sem Hebræi, de Iaphet populus gentium nascitur*, ait Hieron. Quare qui pij extiterunt erga parentem, impij sunt contra Christum, *ipsi*, id est, Iudæi, *considerauerunt me.* Ibi solùm vulgauit nuditatem eius filius Cham, hîc verò caro eius honestatis plena virgineo educta ventre coram omnibus propalata est. Sed verba iam post facta notemus.

Pater ignosce illis. §. I.

8. Summo gaudio quod Pater hauriebat æter-

Verba consideranda. nus, quódque tali tantóque recreatus spectaculo præmóstrabat, & placidissima victima, quam illi filius immolabat, vsus fuit Dominus Iesus, vt hominibus non modò piis & sanctis, sed etiam impiis faueret, & his qui tunc in illum grauiter peccabant veniam patrati sceleris dari pro-

Quare primū pro inimicis oratur. caretur. Cúmque iam omnia corporis membra fracta & vulnerata marcescerent præter linguā quam sanguinis profusione & incredibili labore cruciatuum peraridam, & ex felleo poculo quo illum potarunt, amarissimam habebat, illâ peccatoribus veniam petit, quod quidem certissimum signum fuit hunc omnium maximum extitisse dolorem, qui illum magis stimulabat, & pungebat, & acerbissimos dolores nō curans in media pœnarum abysso in Oceano cruciatuū, & amarorum, paternas iras placare contendit, quæ maximopere pertimescendæ erant, ne propter horrendum facinus innocentissimi filij occisi, atrocissimum & immensum supplicium in genus hominum importarent: & veluti Pontifex noster eo tenore, quo tormenta iterabantur, iterabat has preces multoties, vnde non, in-

quit Euangelista, dixit hæc verba, sed *Iesus autem dicebat: Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Luc. 23. 34.

Si duos inter montes vocem emittas, du- 9.

plex resonat echo, pariterque respondet: medius erat constitutus Christus inter matrem & Patrē grauiter læsos, clamans, *Pater ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt.* Respondet Pater, fili mi quo iure illis veniam deprecaris? te innumeris & dirissimis acceperunt verberibus, & vis vt illis condonem, cùm tu sis flagellis cæsus? *Pater ignosce illis.* Vide fili mi, tuum & præclarū & sacrosanctum caput spinis lancinarunt, totúmque illud est vulnus: *Pater ignosce illis.* Considera nate charissime te adhuc huic ligno suffixum, descriptum Regem colaphis cæsum, excreationibus fœdatum, arundine percussum. *Pater ignosce illis.* Respice decus meum, nudus pendes in cruce? malo clauis configi Pater, quam illos insequi; malo confixas manus, quàm solutas ad vindictam: ad quid tanta benignitas, tantus amor, cara soboles? vt quando ferreum aliquod pectus sibi mala inferentibus parcere recusarit, se statuat manere ante crucē, & videat, & audiat magistrum suum docentem iniurias cōdonare. Personat mons alius Mariæ. *Mater ignosce illis.* Do veniam fili, vt fœminæ imbecilles discant adamantina corda mollire. *Da veniam mater.* Quid amplius præstare possum fili, quàm sinere filium meum amantissimum peccatorum manibus occidi, illorúmque simul esse patronam, ne illos comprehendat, & capiat diuina iustitia. O piissima, ô generosissima corda, ô suauissimam & dulcissimam vocem, resonet echo, reddant similem vocem nobilia & sublimia pectora, *haga eccho esta voz en altos y generosos pechos*; ibi enim placidissimæ voces audiuntur, non in humilibus & abiectis pietas hæc est, & Christi Domini eiúsque sanctissimæ matris pulcerrima similitudo. Qui *Patris* nomine iteratò & ab eo & à ma-

tre, vt ait Bonauentura [a], idem obsecrabat; quo a In stimulo diuini amoris.

affectu putas preces has virginei pectoris intima penetralia susceperunt, edocta deinceps impiis dare veniam facilis? quo animi ardore precibus preces, amori copulauit amorem? aliam rationem adiungit.

Quia nesciunt quid faciunt. Quæ verba siue in 10.

Romanorum & eorū inscitiam cadant ministrorum, vt quorundam fert sententia, siue in ignorantiam Iudæorum haud culpa vacantem, vt auctor est August. Non omnis ignorans immunis à culpa est, ille autem ignorans potest excusari à pœna, qui à quo disceret non inuenit, istis autem hoc ignosci petit qui habentes à quo discerent operam non dederunt. Orauit igitur ne postea consideratio tanti facinoris eos in desperationem adduceret. Verùm quid ad hæc clementissime Domine, nónne dixisti. *Viderunt & oderunt me &c. Patrem meum, & scitis, & vnde sim scitis.* Ad hæc respōdet Dominus se agere de Romanis insciis, & de vulgaribus Iudæis qui sacri instrumenti mysteria retrusa legem & oracula Prophetarum penitus ignorabant. De his verò sacerdotibus, & scribis, videlicet, qui scientes & volentes inauditum scelus commiserunt, non verba fecisse Christum Dominum, non leue

Glossa ordinaria in illud Isai. 53. & pro transgressoris, &c. vide Simon Cassia. lib. de passione. *De quæstionibus veteris Testamenti.*

Ioan. 15. *Orat pro Iudæis vt in spē veniæ reuocet.*

argumentum est nullum ex his, quod sciamus, ad meliorem frugem sese recepisse: nam si efficaciter pro illis preces ad Patrem profudisset, proculdubio salui fuissent, verùm id inueterata malitia eorum demerita est. Ita enim est graue malitiæ scelus vt eum etiam fauorem qui barbaris gentibus fit, & iis qui impias manus Seruatoris nostri sanguine cruentarunt, prorsus demereatur, &c. Verùm Christe bone iterum rogo, cur in acerbissimo mortis agone cùm posses vnico parcere verbo, & id repetere quod aliàs consueueras, *remittuntur tibi peccata tua*, modò non præstas, sed supplicem libellum ad Patrem mittis? Hic peracutè Chrysostomus, vt nobis spirans exemplum & viuum ad imitandum proponeret pro inimicis deprecandi Deum. Dominus dixerat, *Orate pro persequentibus vos*; hoc etiam crucem ascendens fecit, dicens: *Pater dimitte illis, non quòd ipse non posset relaxare, sed vt pro persequentibus orare doceret non solùm verbo, sed opere, vt quod magis à nobis expetebat indicaret, mutuum amorem & charitatem.* Postremum quod morti proximus Rex præstat, id est, Principem vocat, eique aureum sigillum, regalem annulum dat, accipe fili, ex hac hora Rex es, & Regis filius, in hoc te agnoscent & reuerebuntur; ita Paulus asseruit 2. *Cor.* 1. Vocauit Christus Dominus hominem æternitatis hæredem, & filium adoptiuum, *Vnxit nos Deus, qui & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris*, ferrea nostra corda & adamantina pectora molliendo, vt sigillum exprimeretur, signauit, qua in parte signantur filij, *in cordibus nostris signo & igne charitatis, charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, & ipse ait, In hoc cognoscent quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem.*

Potuit remittere verbo, sed noluit vt exemplum proponeret condonandi.

Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. §. 2.

11. Ita bonis artibus & industria rem totã Christus peregit cùm diuina iustitia vt causam à nostro infensissimo hoste extorserit, mortémque præcipitem dederit, & illius sententiam deletam æternæ cruci suffixerit, & adiudicata latroni causa liberum esse pronuntiarit. Isai. 25. *Et præcipitauit in monte isto.* Hebraicè, *ballot*, inuolucri, *faciem vinculi colligati*, & D. Paulus, *delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, & præcipitauit*, & euertit irritúmque fecit, vt venia facta prædoni spem non modicam indulgentiæ obtinendæ ingeneraret. *Deus qui iustificat* (adde tu etiam latronem) *quis est qui condemnet*, id est, quis audet filium spei præcidere? Tandem in hoc monte qui iam ex carnario & ex regione mortis in scabellum pedum Dei nostri mutatus est, tot tantorúmque miraculorum spectatores eritis vt aliis inuicem vix cedant alia, hæcque alia innumera excipiât. Quid enim singularius quàm oculis cernere eundem hominem eisdem artibus saluum & incolumem fieri, quibus antea damnabatur. Nónne nouum est vbi primus homo propter vnius pomi vilissimum furtum ab excelso dignitatis gradu deiectus est, paradiso expulsus, nunc verò latroni propter aliud egregium commissum latrocinium cælorum ianuæ reserentur. Ille misellus qui pomum vnũ solummodo rapuit, hic cælum ipsum, cuius aditus adhuc erat interclusus, aggreditur, fitque voti compos? Cyprianus [a], *Nullus latro huic valet comparari, nam alij latrones latrocinio vitam perdunt, hic autem latrocinio vitam furatur sempiternam.* Nónne inauditum latronem hunc felicissimum, sortiri finem haud deposita arte furandi? cùm vulgare ac commune sit huius farinæ homines tandem turpissima morte puniri? Nónne portenti ac miraculi instar, hunc ab acerbissimis inferorum cruciatibus subtrahere corpus & morti vitam subripere potuisse, cùm horum hominum stipendium sit interitus, quem statim inferni pœna subsequitur? Nónne visu dignum in ipso latrocinio à iustitia capi furem, indemnémque euadere, & saluum esse; furari enim illic non crimen fuit, alienarum quippe satisfactionem culparum rapuit, qua suis culpis liberatus iustitiæ manus effugit. Quòd si huius latrocinij 12.
pœna ab illo repetenda esset, non inclamaturus esset præco: *Iudicium hoc est, iustitia hæc est*; sed, *hæc misericordia summa est, quam diuina bonitas & infinita clementia huic nocenti præscribit, ni se ade decir que tal pague sino quiental haja que tal lepaguen pues tal hecho nomobece pago, sino paga y premio.* Nónne videre est in ipso meridiano sole insidiari latronem, dignoscere pœnas quas Christus Dominus perferebat haudquaquam Christi esse, sed à nobis furatas, & hunc diripit latro in meridiana luce, & iubilæi & indulgentiæ annos æternos concedi? quid quòd dies illi & sententia dicitur non exilis à patria in vltimas oras, sed à peregrino solo in patrium cælum? Quid plura commemorem? adeste animis qui adestis corporibus, omnis latro totis artubus contremiscit ad iustitiæ nomen, totúsque perhorrescit, bonus iste latro quieto pacatóque animo est, diuináque iustitia vtitur ad suam causam, eáque intercedente se seruat incolumem. Magna sunt hæc, sed id maius omnibus miraculũ, quod Ambrosius [b] suæ mentis lance ponderauit, tunc enim spurcissimo ore in Christum maledicta spiculata lingua contorquens, *nam fortasse iste conuiciatus est, sed repentè conuersus* non solùm latronis artibus valedicat, sed etiam repentè concionatoris munere fungitur, & in prima sacri celebratione quam summus Pontifex faciebat, pulpitum furcifer ascendit, & apud regiam sacrámque maiestatem côcionatur. Primò enim Spiritum sanctum expectauit, qui illum illapsu suo ad tam sublime munus, tantam vocaret dignitatem, ad illúdque ritè præstandum gratia, & sapientia informaret. Secundò diligenter dedit operam concioni parandæ in aperto libro quem propositum ante oculos, séque diuinitus illustrantem in ara crucis lustrabat Christum, nempe Iesum. Tertiò benedictionem supplex deprecatus est, deinde sua oratione fidem socio proponit, timorem prædicat, increpat, hortatur, & vix horæ spatio gratiam & gloriam obtinuit sempiternam. O egregiam & verè magnam concionem! magna quidem fuisti, & eris in æternum, solus ego te reddere paruam vereor mei ingenij paruitate atque tenuitate.

a Serm. de sancto latrone.

Col. 2. 14.

Mirabilia in conuersione latronis.

b Lib. 10. in Luc.

DIVISIO DISCVRSVS.

Primò enim Spiritus sancti gratiam excitantẽ expectauit, vt notat Cyrillus; aliter enim vnde initium salutis habere potuit, non quia incolumes transire in Ægyptũ permisit Iosephum & Mariam, non quia madefactus fuit Christi sanguine 13.

Excitatur à gratia.

Nyssenus orat. 1. Quadragesimæ. guine, & ille veluti salutari vnda piatus, nec enim illa baptismalis aqua erat, nec verba prolata, & multo pòst lanceæ vulnus inflictum est. Sat meliùs idem Augustinus [a], qui hoc dixit, proprio ait sanguine tinctum fuisse. *Baptismus flaminis satis erat vel inuisibilis Dei sanctificatio.* Singularis etiam causa & prærogatiua est cum Petro Damiano [b] affirmare B. Virginem ad dexteram stantem pro illo preces effudisse, primumque extitisse peccatorem qui sanctissimæ Mariæ rogatu resipuit. Verùm quid dicemus si B. Virgo nondum ad crucem vsque peruenerat, illam enim allocutus primùm fuisset filius amantissimus. Dicat verò aliquis, quod Hieronymus attingit, *Sole fugiente, terra commota, saxisque disruptis, & ingruentibus tenebris, vnum latronem cœpisse credere & confiteri*, certè causam per accidens diceret quis esse, sicut ait Aristot. *Me deambulante coruscauit, aut tonauit.* Quot & quanti idipsum conspexerunt, nec vitas moresque mutarunt, nónne immanitate barbari milites incredibilem Domini patientiam viderunt, silentium Pilatus admiratus, voces sacerdotes auribus exceperunt. Parum hæc prosunt nisi Spiritus sancti gratia pulset. *Quæ virtus te illuminauit*, rogat Cyrillus, *quis te docuit adorare contemptum & simul crucifixum? O lumen perpetuum illuminans obscuratum.* & D. Leo [c]. *Quæ istam fidem exhortatio persuasit? quæ doctrina imbuit? quis prædicator accendit? non viderat prius illa miracula, cessauerat tunc languentium curatio*, &c. *& tamen Dominum confitetur, & Regem quem videt supplicij sui esse consortem. Inde ergo oriebatur hoc donum, vnde accepit fides ipsa responsum, de la misma turquesa de donde salio voz tan real ay seras con migo, de esa salio gracia tan poderosa, don y luz de entendimiento, à luce quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

a Libro 3. quæst. super Leuitic. 84. q. tom. 4.

b Serm. de quodam.

c Serm. 2. de passione Domini. August. serm. 130. de tempore. Chrysost. serm. de latrone.

Crux maximè iuuabat ad conuersionem etiam. Præter gratiam autem iuuat non parum in cruce esse, maximè ad concionandum, in qua positi nihil reformidant, nihil sperant, nihil non exponunt, tuti iam & securi crucem esse pulpitum, & iam de numero viuentium pænè deletos esse, & inter mortuos adnumerandos, horum princeps Paulus aiebat, *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, el metrata ami como crucificado yo a el sendas nos tenemos calle y callemos.* hac luce illustratus Christianus orator sacræ nauat operam dictioni.

Gal. 6. 14.

14\. Secundò, sustulit in cælum oculos, & in crucis pluteo * librum suspexit, Christum videlicet intus & foris descriptum, explicatum & extensum in cruce, primisque lustratis lineis mysteria omnia Dei probè calluit, quod Paulus postea prædicauit. *Quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum*, Cyprianus & Augustinus deligunt. Augustinus, *Non frustrà tale genus mortis elegit, nisi in eo quoque latitudinis huius & longitudinis & altitudinis & profunditatis magister existeret.* In altiori parte crucis spem perdiscit, & veram in Dei misericordia fiduciam, quam ita liberalem videt etiam erga inimicos, his verbis auditis nouos spiritus sumpsit, & mihi etiam veniam dabit, qui pro inimicis exorat. *Per ea quæ homo cognoscit præstita discat sperare promissa, & præteritam Dei misericordiam, quasi cautionem teneat futurorum, confiad vos viendo al ladron y otros confiaran viendos a vos perdonado.* Confidat ergo timidus Iacob cùm iuxta se videt scalam cælum pertingentem, & filium hominis innixum scalæ dicentem, *Hodie mecum eris in paradiso. Ero custos tuus quocunque perrexeris.* Eia concionator ne hoc obliuioni tradas quod spe cadentes animos erigit. Hebr. 4. *Habentes ergo Pontificem* (sacerdotem) *magnum, qui penetrauit cælos, Iesum filium Dei, spei nostræ confessionem teneamus.* Crucem præuiderat Iob, ait Gregorius [a], qui cælesti spe excitatus aiebat, *Quasi arbori auulsæ abstulit spem meam, & sic me habuit quasi hostem suum, parece que de raiz me qui so arrancar de su asperanza.* Verùm *etiamsi occiderit me, sperabo in ipso.* Quare, vt ait Ambrosius, plus offendit Deum Iudæ desperatio, quàm filij Dei proditio, semper enim est paratus misereri, *nec sera est pœnitentia, si vera*, aiebat Cyprianus [b], *nec irremissibile, quod est voluntarium*; ideo in exemplum aliorum latronum iste proponitur, ait Augustinus [c], *vt consolatio ac spei esset totius populi, absolutio vnius desperati, & priuatum donum in publicum cresceret beneficium.* Secundò, legit in crucis brachiis minimè sufficere ad salutem si Christus brachia pandat, sanguinémque profundat, sed vt nos etiam nostrum impendamus, quod ipse mox præstitit, & confessione & correptione proximi facta. Corde credidit, & ore confessus est, & socium hortatus, cætera membra libera non erant. Quæ potuit fecit, sicque ausus est petere regnum. Vides non tam facile, sicut nouatores dictitant, peccatorum remissionem impetrari post Baptismum. Tertiò, in longitudine crucis longitudinem legit, & perseuerantiam audiebat Seruator noster dicentes, *Descendat nunc de cruce si filius Dei est*, & ipse perstitit immotus; propterea, inquit Bernardus, quia filius Dei est manet in cruce, donec dicat, *consummatum est*, sicque vocatur à Paulo, *consummatorem Iesum*; ne leuiter contingat, ob vanam persuasioné monachum aut monialem de cruce descendere, sed dicat, *Nos quidem digna factis recipimus, bien estamos a qui el ladron en la horca parece bien.* Quartò in extremo crucis pede recondito profunditatem legit, *profunditatem significat gratuita gratia.* O iudicia Dei, vt latro confiteatur eum in cruce quem nunquam viderat, discipuli verò fugiant quem mortuos suscitare conspexerunt! O profunda Dei iudicia, vt eodem tempore quo fit saluus latro iste, aliam arborem conscendat perditissimus Iudas, & laqueo se suspendat! O iudicia Dei, vt in eodem lecto decumbant, in duobus, inquam, patibulis, hic verò saluus fiat, ille in æternum pereat! Arcana gratiæ Dei, ait Augustinus, certè mirabile est in hoc libro fidem & sapientiam Verbi didicisse, cùm potiùs in crucifixo fidem amittere deberet, immo, vt ait Hilarius [d], ex infirmitate diuinitatem venatus est, *Credo eum ad hanc beatæ confessionis fidem auditus & gemitus accendit, transeunte palmas Christi claue, & regnum Christi per infirmitatem in Christi corpore didicit, al arrancar gemidos el Saluador conocio que era hijo de Dios, admirable fee.* Cognouit igitur innocentiam, cum qua, summa illa patientia coniuncta, argumentum diuinitatis fuit. Eia beate concionator, cathedram conscende, sat studuisti, vincis fidem & sapientiam Patriarcharum, Chrysostomo teste [e], cruce nos præmuniamus, *haced la cruz predicador santo*; primò enim concio hæc est quæ in cruce exorsum habet.

* Miro a Christo como libro puesto en el atril abierto escrito dentro y fuera.

P. Salmeron in hæc verba Pauli citat alios.

a Moral. in Iob. 19.

b Contra Nouatum.

c Suprà.

15\. *Cooperatio nostra iungitur.*

Profunditas iudiciorum Dei.

d Lib. 10. de Trinitat. *Fides mirabilis latronis.*

e Ser. 2. de bono latrone. *Hoc autem dico non vt sanctis de regno*, &c.

habet. Cor tuum dirige ad cæli reginam Mariam, hic enim est iuxta te, vna & extrema hora vitæ superest. *Faue ô purissima regina,* fauit ipsa, maximè cùm filium suum videret latronis causam suscipientem benignè, vt quod orat obtineat.

Si forsitàn ibi iã aderat Maria sanctissima.

16. *Neque tu times Deum qui in eadem damnatione es?* Eò contemptus & irrisionis deductus est Dei filius, vt latrones etiam ausi fuerint in illum iactare blasphemias; quos cùm verecundia mutos & elingues continere debuisset, perfricta fronte, temerario ausu, & diabolico furore in Christum conuiciabantur: nam eorum alter pœnarum impatiens ex adstantibus blasphemare didicit, & addebat; Quòd si verum erat quod de se & suo regno sparserat, non modò seipsum, sed eos etiam liberaturus erat pœnarum socios. *Si tu Christus es,* aiebat, *teipsum & nos libera.* Sed quia non es, ac si diceret, pateris ipse & nos, quæ enim occasio dari vnquam poterit aptior ista, in qua tu incolumis, nósque soluamur: sed quia nostræ infelicitatis fuit cum mendaci & fraudulento homine pati, ideo nulla nobis medela, nullum solatium tantis malis. Vide blasphemias, pœnas nempe suas tam debitas sceleribus à se commissis Seruatori Christo tribuere.

Petulantia latronum.

Blasphemat vnus.

Alter verò qui oculis fidei spectaculum illud fontem totius gratiæ & sanctitatis suspiciebat, alta mente perpendens incredibilem patientiam & silentium singulare, diuina luce perculsus Regem esse cognouit, acriter omnes increpauit, Hebræe popule, sine lege, obcæcate, cur Regem tuum & Dominum negas, & in illum blasphemas? Nobiles diuites qui serpentinas linguas caninósque dentes acuitis ad aliorum famam noménque rodendum, occludite ora, potentissimum Numen reueremini, quo viso in cruce cæli columnæ contremuerunt, & ipsissimæ lucis fontes turbati & lacrymati fuerunt, & tu latro nequissime in patibulo inique loqueris, sicut isti cæci Iudæi, cur maledictis innocentem petis? obcæcari sacerdotes, & linguas exacuere nihil mirum, verecundiæ enim fines transierunt, Pilatus verò timore victus humano, & hi principes laudis & gloriæ cupidine ducti persistunt tenaces, vt tollatur è medio ille qui eorum honoribus & lucris aduersabatur. *Verùm nec tu times Deum?* cùm in te tam turpe fœdúmque sit carere timore? O verè magnum & munificum Dominum, quàm promptus, quàm paratus es, vtrumque illustras & illuminas, & ne periret alius, socium concionatorem constituis. Nullus enim aptior & cōmodior esse poterat quàm sodalis. *Nos quidem iustè, hic verò nihil mali gessit, mas que lo pecco este innocente.* Eia innocentissima Virgo, ecce testem alium innocentiæ filij amantissimi, hæc est vera fides quam prædico, pro qua lætus occumbo, iámque martyrij palmam obtineo, huius Regis mihi manu reddendam.

Quibus permotus sit latro ad credendum & sperandum.

Sodalis sodali datur vt conuertat illum.

17. *Domine memento mei dum veneris,* &c. Deus meus, durus & acerbus conflictus ad beneficia postulanda; saltem memento mei in regno tuo, hic enim non audeo obsecrare, sed firmiter credo te Deum esse, nec deesse regnum, resurrectio est futura, nihil aliud in hac vita supplex deprecor nisi meorum veniam delictorum, quam das non petentibus inimicis. Da veniam Domine, & tui regni fac me esse participem, non enim es tu velut pocillator Pharaonis immemor Iosephi socij vinculorum, mutentur manus non hic, sed in calesti patria; hic tu perfers quod nequaquam merebaris, sed quod ego merebar vt nocens; fac me Domine vt in tuo regno recipiam quod nullatenus mereor, sed quod tu mihi promereris, te confessus fui, *memor esto verbi tui seruo tuo in quo mihi spem dedisti.*

Inter tot maledicta hanc piam petitionem excepit, maioraque beneficia in eum contulit quàm ea quæ postularat, *Hodie mecum eris in paradiso.* Pontifex plenariam concessit indulgentiam. *Hodie.* O ditissimum munus & donum, *dignum fiat* æterni Pontificis, primi, optimi, maximi! O Iobilæum & diploma sigillo pendente proprij sanguinis & annulo pontificio decoratum! ingens prudentia latronis, expectare in lubrico mortis transitu vt ipse Dominus transeat. Domini Domini exitus mortis, mira fidei audacia, *nactus occasionem vitam rapuit, arte furandi pulcrè & solerter abusus, con este hurto remedio todos los passados.* Sed non mirum, ait Guerricus, cælum & Rex cælestis superari & expoliari cupiebat. *Absit vt aduersus te fortis sit, peccador si sales a essafar a tu Dios no se hara fuerte, qui infirmari pro te vsque ad mortem voluit, desiderat à te vim pati, desideras à te superari.* Oportet igitur vt feliciter in exitu mortis te geras; *facere iudicium, vt iste, & misericordiam* erga proximum, *& ambulare cum Domino Deo tuo, iren compania del dos por el paso estrecho y peligro de la muerte.* Quomodo hoc meritus est, rogat Cyprianus [a], fit aliquis familiaris alicuius collegij, & postea in collegium ascribitur; *sic in cruce latro confitens non tantum indulgentiam meruit, sed Christi familiaris effectus, elo ay familiar, factus est particeps regni per confessionem, factus est collega martyris.* 18.

Nyssenus orat. 1. de Quadrag. Martyr.

a Suprà. Augustinus lib. 1. de animæ orig.

Iam à te audio humana socordia, *liberalis est Deus, & munificentissimus, qui latroni ignoscit, parcet etiam mihi?* Hoc valeret si causæ non superessent & iustissimæ rationes. Primò lucrum proprium Christum mouebat, & licèt mercator non nisi magno pretio domi res suas vendat, verùm in nundinarum fine pretium minuit, vt bene numatus recedat: at si sarcinas suas componat, & liget, in taberna sua venales proponit, non vult nisi percommodo pretio & expensis æquissimo vendere. Paruo vendebat Christus in terris degens, & huic latroni in nundinarum fine pæne gratis merces dedit, at sarcinas composuit, & in cælum detulit, *assumptum est in gloria,* ibi iusto fuit vendendæ pretio, & solùm violenti rapient; tu verò putas gloriam te accepturum gratis? erras si mortem expectas, ait Emissenus [b], *Ille nec salutis tempora sciens distulit, nec remedia status sui in momenta vltima infelici fraude posuit, nec redemptionis suæ spem in desperationis nouissimum reseruauit, nec religionem antè, nec Christum sciuit: ad consequendam fidem non fuit extrema illa hora, sed prima: opus ergo est vt homo quotidiano actu prouideat & procuret bonam consummationem.* Nota *prouideat*, fa- 19.

Reprimitur nimia fiducia, & socordia peccatoris pungitur.

b De bono latrone.

tuus

tuus enim esset qui iter aggrederetur, & necessariis præparatis solam pecuniam non asportaret, confisus in eo quòd altera die iter quidam agens sacculum aureis numis plenum inuenit. O stultitiam, necesse est quotidano actu prouidere, nec fortuitum casum in vanam spem detorquere, sed in Christo sperando bona opera ad exitum vsque prouidere.

Mulier; ecce filius tuus.

§. 3.

Luc. 23. Matth 27. Marc. 15. Admiratione defixa obstupescebat B. Virgo, & appropinquare ardenter optabat, vt lugubre & funestum spectaculum cruci proxima cerneret: illam notæ personæ comitabantur, eas inter sanctissimas fœminas, quarum diuturnam iucundamque nominis memoriam sacra Euangelij pagina seruat: tum ob singularem pietatem, fidem, amorem, tum quia ad Caluariam vsque diuam Virginem sunt secutæ.

20. Matth 27. Ioan. 19. Verùm cùm iam lata sententia esset opere completa, & insons, & sontes vtrinque ex crucibus penderent, Iudaicúsque populus furialibus actus impulsibus corde concepta vomeret lingua venena; iámque diabolici ministri fatigati ab iniuriis abstinerent, subitò periculi timore quem illis repentinæ tenebræ vndequaque diffusæ iniecerant, sese colligere cœperunt, & recedentes accedentibus dedere locum. Tunc sanctissima Maria hanc occasionem non negligens, & vmbra qua tegebatur à sole deducta, qui visus est obscurari vt virgineo pudori in publico & patenti loco faueret, & potiùs diuino Spiritu acta appropinquauit vt cor suum & viscera sua etiam in cruce confixa requireret. *Accedit beata Virgo ad crucem.*

21. *Stabat autem.* Excelso magnóque animo, infractis viribus & impauida cum aliis Virgo stabat. O fortitudinem animi inauditam! ô constantiam singularem, terra nutabat, orbis concutiebatur vniuersus, cælorum columnæ contremiscebant, & virginea membra immota perseuerant, petræ scindebantur, & durissima saxa suis dimota sedibus disrumpebantur, impauidúmque manet virgineum pectus, furebant venti, mugitu horrisono & vniuersitas conturbata permiscebatur, & nauis Mariana in his fluctibus nec tantillum quidem à diuina voluptate & nutu deuiabat.

22. Quem dolorem in animo toleraret? parem amori. Illum amabat propter diuturnos, diurnos nocturnósque sermones, quos cum illo habebat veluti amicus cóiunctissimus cum amico: illum amabat ob singularem & diuinam doctrinam, quam ab ipso vti vnica discipula auribus acceperat; illum amabat propter innumera beneficia, quæ in illam veluti Dominus in ancillam contulerat; inde reuerentia & eximius cultus quo illum obseruabat, ita vt eius in conspectu nec tollere oculos auderet; verùm in hac die ante illius oculos positam cruci vicinam cogebat amor, vt ea respiceret quæ sine grauissimo dolore perferre nequibat; tollebat oculos vt contemplaretur Iesum, & statim illos demittebat. Illum etiam amabat vt mater vnigenitum: si immanes belluæ permittunt se in frusta secari, si irrumpunt armatas acies, flammasque voraces, vt filios liberent: quòd si inuenta est mater quæ prodiit in medios leones vt filium suum a rapacissimis ferarum vnguibus erueret, & lacrymis & blanditiis & vocis affectu demisso chara pignora recuperauit, quid tu Virgo mater faceres, cùm amantissimum filium tuum paritérque Dei diræ mortis vnguibus tenacissimis dilacerari, & manibus mortis mortalium carnificis? Amabat denique filium tanquam Deum suum, conditorem suum, Redemptorem suum, sanctitatis suæ auctorem: amor hic non frigidus, non remissus, qui sæpenumero cadit in matres, sed feruentissimus diuino Spiritu confirmatus, non hic amor terminis circumscribendus humanis, hic hodierna die crudelissimi carnificis munere fungitur, vt filium matrémque dilaceraret simul, maternóque cordi dominaretur, eaque vulnera illi infligeret quæ sacratissimo corpori filij illata fuere, quid illa sentiret, cùm filius ita se haberet quæ in filio vndequaque vulnera dispersa erant, hæc coniuncta & collecta in corde Virginis, discipulæ, dilectæ, amicæ, filiæ, creaturæ, matris, sponsæ, redemptæ singulariter, & omni sanctitate ornatæ, quo dolore illam afficerent. *Dolor Virginis quantus de causis exortatus.*

Nihil dicam quod vile non sit cum tua maiestate collatum, ô Virgo, innumeris petita doloribus, amor quem verbis conabor exprimere, frigus & gelu erit, si cum tuo componatur, dolor quem adumbrare contendam, gaudium & voluptas erit, si cum tuo conferretur. Notat D. Epiphanius, generationes & filios Nachoris enarrans, inter eos genuisse Thara, primum & præcipuum statuarium, vnde idololatria suum duxit exordium, propter quod Deus illum acerbissimo supplicio multauit. Nam primùm in conspectu suo emori filium vidit, cùm ad illud vsque tempus primò patres è viuis excederent. Quod de morte naturæ ordine seruato intellige (inquit Epiphanius) nam morte violenta sublatus est Abel prior Adamo, & nullus vnquam ex prioribus hominibus filius ante patrem mortuus est, sed patres ante filios, vnde admiratione ducta Scriptura adnotauit, dicens, *& mortuus est Aran in conspectu Thare patris in terra natiuitatis.* Itaque ad puniendum cor impij parentis nullum supplicium maius excogitari potuit, quàm filium è medio tollere ante ipsius oculos. Quòd si hic acerbissimus dolor est etiam impio qui solari animum poterat, cogitans id esse suorum supplicium delictorum, illóque pro peccatis Deo satisfacere quem sanctissima mater & innocentissima, mente animóque hauriret dolorem, cùm ante illius oculos obuersaretur amantissimus filius emoriens, non blandè strato lecto decumbens maternis deliciis & amoribus, sed in durissimo crucis ligno infinitis cruciatibus diuexatus. Quare Christum decuit suorum obliuisci malorum, maternósque solari dolores. 23. *Dolor Virginis comparatur.* Gen. 11.28.

Verumenimuero hos omnes dolores longè maximè superat ille quem sapientissimus Simeon 24.

meon vaticinatus est. *Et tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit*; id verò eò dirigetur, *vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes*, vt te illius esse matrem multi deprehendant. Qui sunt isti? multi. quæ locutio in sacro instrumento omnes gentes, Iudæos, hæreticos innuit, vt certò sciant te illius esse matrem & virginem. Iosephum verò, non esse verum patrem, & alia fidei mysteria patefiant ad reuelandas multorum cogitationes, eorum scilicet, qui suspicabantur te non esse illius matrem. Ad hoc autem,

P. Mald. in Luc. 2.

25. *Tormento amoris interrogatur Virgo vt mater Dei & nostra cõperiatur.*

Ponite vobis ob oculos acerbitatem torturæ quam leges & iudices aliquando præscribunt, vt veritatem extorqueant, quæ quidem ab hominibus vix ferri potest, fœminæ ad vocem cohorrent. Vnde quando crimen est commune Patri & filio, aut fecit aliquid filius, iudices filiu, prius torturâ filium cruciari iubent, & compendio vtuntur, ne eadem patrem afficiant; nam statim confitetur, præsertim si mater est quæ torqueri filium videt, se continere non potest, vt viscera sua & vitam vitæ suæ, animæque suæ spiritum tam acerbè torqueri permittat. Idipsum fecit Deus vt parentes cruciaret, & veritas in lucem prodiret. Ismaelem filium ancillæ Abrahæ in torturam coniecit, vt matrem emendaret, cúmque illa filij mortem ferre non posset, in animum induxit suum filium, ne natum morientem videret. Proiecit puerum, & sese inde recepit, *non videbo morientem* puerum, morientem infantem, *& ipsa eleuauit vocem suam, & fleuit.* Obmutesce ô mulier, non tu cruciaris, aut torqueris, falleris, inquit illa, in filio meo diuexor, & morior. Quare Angelus compendio vsus cùm matrem solari debuisset, ad filium diuertit, noli timere, *quia exaudiuit Dominus vocem pueri*, vocem illius dixeris potiùs, ô Angele, ipsa enim vociferabatur. Verum est, ipsa præ amore flebat, & in filio suo animam efflabat, & puer cruciatus illam diuexabat. Hoc fuit præclarum inuentum & ingenium Salomonis ante meretricum oculos filium statuere, illúmque quasi in torturam vocare. Date gladium districtum, diuidite statim, veræ matris viscera contremuerunt, commota quippe sunt viscera eius, dilectum enim filiolum ipsa animabat, tunc cordis arcana detecta sunt, & vera mater est deprehensa.

26. Eia magna mater, pro foribus stant iam iudices acerrimi, seueritas & crudelitas impiorum, ad torturam vocaris, à qua etiam nobiles in magnis causis exempti non sunt, veritas extorquenda est modò, *istne hic filius tuus, est Dei filius*: Patrem nouit in terris? Nunc detegetur soli cælique domina. Age verò, quid præstitit diuina iustitia? filium nempe produxit in publicum omni veste nudatum, vt mater incredibili rubore suffunderetur: acuminatis clauis ligno suffigit vt cor illius transfigeret eam crucis ense confodit, & duplicatis torturis ita cruciauit vt statim innotuerit etiam gentibus, filium esse Dei; eisdem pœnis manifestatum fuit beatissimam Virginem tanti filij matrem esse, claréque perspectum, eum dolorem, eas lacrymas, eam serenitatem, animi tranquillitatem non nisi eius esse posse, quæ verè mater esset tanti filij, nimirum Dei; quem igitur dolorem Deipara senserit, vos ipsi penditote, quæ vniuersus causa fuit vt crederet mundus, quod Christus Dominus miraculis, operibus, acerbissima cruciatuum omnium perpessione quantum potuit contendit, vt crederet quoque Martyres sanguine profuso testati sunt: *vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes, vt putabant filium Ioseph*, inquit D. Lucas, tunc vsque Iosephi filius habebatur hodie compertum est, id quod erat, scilicet Iosephum hic nihil habere, nam ipso viuo, aut licet superstes esset, Virgo Ioanni commendatur. Obseruauit hoc Arnoldus Abbas [a], *Ioseph qui catenus ministrauerat te subrogato cedit* (agit de sancto Ioanne) *nec maritalia iura opponit, vt obstruatur os loquentium iniqua in posterum, quia matrimonium illud dispensationi diuinæ, non copulæ carnali seruierat.* Hoc testimonium integritatis matris Christus in fine perhibuit, vt haberet Ecclesia sancta ex Euangelio lapidem quem Bonosij Heluidij hæreticorum impudenti fronti infigeret. Talis ac tantus sanctissimæ Virginis extitit cruciatus, vt arcana mysteria reserarit, & latentes veritates exposuerit.

Mater Dei in cruciatibus deprehenditur esse.

a Tractatu de septem verbis.

Stabat autem iuxta crucem Iesu mater. Ac si diceret, si consequi non valetis in filio quantus fuerit dolor, virgineum & crystallinum speculum consulite, & in matre non adumbratum, sed expressum cernite dolorem. Ingrederis ægroti domum, & in facie illius qui ægrotum ardentiùs amat nosti qui valeat? Matrem aut sponsam hilarem alacrémque inueni, meliuscule se habet: at si lacrymabundas, subtristes, pallidas, ne roges qui valeat. Sic in sanctissima Maria filij cruciatus & dolores relucent, licèt grauis tempestas exoriatur. Euri notique fremant in paruo fluuio, non ingentes excitat fluctus, verùm in aperto mari vbi sæuit bacchatúrque tempestas, ad cælum vsque ingentes pertingunt moles aquarum: in eo qui parum Christum amat, sacræ perpessionis memoria & horrida tempestas non tumentes & sonantes procellas mouet, at in mari magno, in amoris Mariæ Oceano virgineo pectoris ingens excitata procella est. Hoc speculum nobis consulendum est; si colores pallidos, si faciem confectam macie, liuida labra, sedatáque membra cruore cruci affixi vidimus contemplari, in hac sponsa virgine & matre, in hoc mari & fideli teste visuntur hæc omnia; huius est hominum tegentes tenebris ignorantiæ obrutas illustrare, obscurámque errorum caliginem depellere, *vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* 27.

In matre filij dolores apparent.

Sæua tempestas in mari Mariæ excitata.

Cùm vidisset ergo Iesus matrem. Illam fuit intuitus ex cruce, eáque visione amoris tactus, affectus, & commotus, pluris æstimauit oculos suos, quàm populum omnem adstantem, præsertim cùm nudus esset expositus, tot tantísque notatus ignominiis, in eius aspectu. Vt enim Pelusiota [b] affirmauit, contumeliarum ac suppliciorum magnitudinem spectatorum & consciorum multitudine ponderare homines consueuerunt, eo maior dedecoris & infamiæ nota subitur, quo maior testium numerus. Qui verò huius spectaculi oculari testes? Discipulus, tantaque mater, eam videt, quæ ipsum antea viderat omnium ore, omnium linguis commendatum, eam vidit, & eo tempore 28.

quo

b Lib. 1. epist. 313.

Ingens dolor accidit Christo ex matris præsentia.

Digitized by Google

quo homines nec videre suos vellent, nec videri ab eis, tunc in sublimi positus, matri proximus vt eum spectare, & ab ipsa spectari posset, vultum speculatus, lacrymasque fluentes, quæ totius oris summa compositione atque modestia genas irrigabant. Dubiumque non est quin in illo conflictu sacrosanctum Christi Domini cor fuerit confixum, ignominiam matrisque suæ dolorem videns; quique lacrymatus est visa peccatrice flente Lazari fratris mortem, quid faceret spectata viua morte matris illum deplorantis, lacrymas sanguini, gemitibus gemitus mortis miscebat.

29. *Iucunditate affectum esse vi sa matre.* Ex alia verò parte certum est incredibilem hæsisse animo voluptatem hora illa fatali matris iucundissimo conspectu recreatum, hócque singulare obsequium plusquam omnia fecisse, & æstimasse non dubium, quòd ex ea fide ducebat ortum, quam Oceanus ipse pœnarum extinguere, nec ardentissimi flammam amoris minuere posset. Cùm igitur illam videret eo tempore quo amplissimum cælorum regnum in suam redigebat potestatem, quæ spolia, quæ charismata illi largè effuséque donaret? Omnia pietatis & magnitudinis nomina, scilicet Reginæ, Imperatricis summæ, peccatorum optimæ patronæ, in illa reposuit; præter hæc gratum sese exhibere illic huic amori voluit. Cùm enim ita se res haberent vt potiùs eius oculos ab illis auocarent, & cùm obscurati iam esset mortis imagine, conglutinati sanguine qui fluebat à capite, matris tamen præsentiam sentiens nouas sumpsit vires, vt illã intueretur, palpebrísque vi complicatis atque constrictis vt potuit sanguinem excussit, & oculos aperiens in maternis oculis fixit, innuénsque capite ad Ioannem, vt ait B. Brigita [a], inquit, *Mulier ecce filius tuus.*

[a] Lib. 4. c. 7. circa mediũ.

30. *Mulier.* Ne si matrem appellem te non esse Virginem falsò reputent, *factum ex muliere. Mulier*, ne mundus te vt Deus suspiciat, pulcritudinem incredibilem, patientiam inauditam admiratus. *Mulier*, vt videant mei discipuli, omnia mea, vitam sanguinémque profundere, nulla matris amantissimæ habita ratione. *Mulier*, quia sublimem humilitatis tuæ virtutem probè noui, eáque delectaris, etiamsi matris nomine non te donauerim. *Mulier* inter omnes fortissima, & quæsita à Salomone, *mulierem fortem quis inueniet? Mulier*, ne doloribus dolores superaddam compellans te dulci nomine matris. *Mulier* ea ratione, qua morti proximus eques cùm iamiam agit animam, præsentem vxorem videns pænè viduatam sponso, ait: Misella vidua vale; sic beatissimam Virginem matrem, citò amantissimo orbandam filio alloquens natus, inquit, *Mulier*, non mater, nam iam morior, & quàm proximè tuo spoliata thesauro per tres dies mater non eris. Denique *mulier*, sicut aliæ quæ filiis carent; auoca à me oculos mulier in dilectum discipulum, tuorum aciem conuerte oculorum, fili mi quæ hæreditas est hæc, filij mei vicem Zebedæi filius sortietur: tot nomina contraxisti, tanto ære alieno oppressus moreris, vt vnde nec dos mea integra mihi supersit? Eia summa domina ad bonum nostrum omnia faciunt, hodie mater omnium constitueris, dum mater efficeris Ioannis. Excipe, inquit Paulus, Philemonem sicut viscera mea, quem in vinculis genui. Vide quo tempore dilectus tuus nos filios tuos facit, cùm est in cruce. O ter quatérque beatus homo qui talem nanciscitur matrem, felices nos omnes qui talem matrem habemus, diuitiæ sunt hæ dignæ Christi cruce. Verè Maria viuentium mater, Eua namque nouerca fuit.

Epiphanius hic.
Aug. Matth. 23.
Burgensis.
Cyrillus.
Chrysost. hom. 84. in Ioan. tom. 3.

Ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Tali tantóque amoris pignore locupletatus in sua accepit Mariam; & quid *in sua*, significat? centuplum erat à Christo promissum Apostolis suis, & omnes hanc hæreditatem expectabant: cùm igitur Ioannes legatum vidit magistri, & donum cæleste, ait: Mihi Domine nihil optandum ampliùs, non centuplum teneo, sed gratiam & gloriam domi iam reseruo; quid vltrà quærendum? his in æternum potiar. 31.

Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me. §. 4.

32. Singulis horis augentur mansuetissimi Agni dolores, eóque iam ventum est, vt vix credi possit nisi ab eo qui verus est Deus, eos cruciatus perferri potuisse. Vt verò illorum magnitudo pateat, aduertendum est in Christo Domino ad extremum vsque spiritum ita viuidum fuisse sensum, & ita dolores doloribus successisse, sicut aquæ quæ in stagnum decurrunt, non se inuicem impedientes, omnésque pellucidæ visuntur, & aliæ alias excipiunt. In nobis dolor aliquis ingens si grauissimus sit, inquit Aristot. corrumpit sensum membrorum dolore vexatum, stupitum reddit vt minus percipiatur. Hinc Isidorus Pelusiota [a], *Qui incurabili furore correpti sunt præ doloris magnitudine sensum quoque doloris amittunt.* Diuturnis acerbissimísque cruciatibus animus corpúsque indurantur ne vtrumque grauiùs torqueatur. Ad hæc Seneca: *Optimam doloris esse naturam quod non potest nec qui extenditur magnus esse, nec qui est magnus extendi.* & alibi, *Citò partes doloris obstupescunt, & ipso dolore sensum doloris amittunt.* Christus Dominus æquè primam iniuriam & dolorem sensit, ac extremam, & ex quinque millibus verberum æquè primum ac vltimum sensit. Exacuite paululum mentis aciem, & videbitis tres dolorum torrentes, qui pariter in illius sanctissimum cor & corpus influunt, in primis turbidus iræ riuulus paternæ nostrorum scelerum causa, quæ in Christo Domino punienda erat, impetum fecit; cúmque ipse perfectè criminum grauitatem atque malitiam penetraret, quæ mentis animíque diuexatio, quæ corporis omniúmque membrorum dilaceratio, quæ pugna & lucta iræ tantæ maiestatis tot tantísque læsæ criminibus, petitæ iniuriis quas iam vlcisci volebat: quæ manus tua & concilium tuum prædefiniuit fieri. Flumen aliud rapidum inundat infensissimorum inimicorum malitiæ, crudelitatis odio incensæ, flagrantissimi desiderij quo illum è medio tollere, noménque penitus abolere atque infra mortuos amandare ardenter optabant. Quid non facerent cùm in illorum manus innocens venisset, cùm quasi extremum naturæ solatium sit vlcisci, & impleri vindicta, ad satietatem vsque *implebitur anima mea. Canes multi*, inquit Dauid, *tauri pingues*; sacer verò Euangelista vt breui multa complecteretur, ait: *Iesum autem flagellatum tradidit voluntati eorum*, voluntati, inquam, infensæ, inuidia inflammatæ, & sangui 33.

Dolor dolori locũ sine impedimento dabat.

[a] Lib. 2. Epist. 245.

Triplici dolore cruciabatur Dominus.

sanguinem illius auidissimè sitienti. Portam aliam aperite. Nimiúsque amor (teste Paulo) Seruatoris nostri Dei, ingreditur laborum cupidissimi. Quid non toleraret? arbitror amorem finis iam imminentis cruciatuum impatientem in verba prorupisse, *Ut quid dereliquisti me*, non queror iniurias, non acerbissimos dolores quos perfero, sed quod iam tempus patiendi finitur, quòd vires iam desint. O vtinam iam noui dolores adderentur modò vt iterum pro homine possem innumeros perpeti cruciatus. Saturabitur opprobriis, tam ingens stomachus, cuius calor infinitus est amor, quibus cibis repleri poterit. Et dicere, satiatus sum? cum his omnibus vinam mortem coniungite, quæ est ignominia, infamia, eaque maior quo maior extitit felicitas. Quod malum adeò magnum est, vt non dubitarit Cleopatra sibiipsi vitam adimere, ne se captiuam ex regina factam videret. Cato Vticensis, Sardanapalus, Otho, aliique innumeri idem præstiterunt, *nihil infelicius quàm ex beato miser*. Et alius, *Miser sanè qui* vel temporis momento ex vniuersa felicitate exciderit. Audi quid Isai. de Christo Domino dicat, *& exaltabitur, & elevabitur, & sublimis erit valde. Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum*. Ecce paucissimis verbis Propheta Christi Domini mortis expressit ignominiam omnium plausu & gratulatione exceptus, hodie vinculis collo iniectis ad crucem rapi; stagnent omnes hi dolores. Eritne plus vltra dolorum? ita, hos omnes longè maximè superat, talem tantúmque filium à Patre fuisse derelictum: inde igitur orta est illa vox Iobi patientissimi, *Clamo, & non exaudis me. Sto, & non respicis me.*

Saturari voluit opprobriis Christus.

Officina tortorum.

Lucianus tom. 2. in dialogo Charon.

Cap. 52. 13.

Derelictio parentis summus dolor.

34. Et D. Chrysostomus inquit, id maximè cerni in lasciuienti homine qui se contemni aduertit à mulierculis, quæ res amatoribus ægritudinem affert intolerabilem, tristi fœdantur ora pallore cadaueris instar, eo quòd scorti vultum non liberalem, sed grauem, nutum contrarium viderit, aut ieiuna verba alio vocis sono prolata sine blanditiis, sine delitiis auribus exceperit, repulsæ impatiens perit. Sapienter Philosophus eleemosynam ab statuis & simulacris petebat, rogatúsque respondit, se id facere vt patientiam in petendo, nihil obtinendo exerceret. Quid igitur Dominus noster sentiret derelictus à Patre, & eo tempore quo obedientiæ causa paternæ tot, & tanta tolerabat. Digna quidem circunstantia & ratio, vt à diuino spiritu reuelaretur Prophetis, ipsíque illam orbi toto diffunderent, nósque ab ore Christi Domini audiremus: Qui cùm iam Spiritum emittere vellet, exhaustis venis, viribus fractis, singulari miraculo quantum potuit, voce contendit, vt animi corporísque acerbissimos dolores exponeret, séque esse, de quo Psalmus erat inscriptus, *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me?* O diuinæ iustitiæ arcanum, paritérque misericordiæ: iustus in laboribus derelinquitur vt impij & scelerati fouerentur & salui fierent. Si magnatis alicuius princeps, filius & hæres in lecto decumberet febri laborans, alibi vilissimum mancipium in lecto iaceret, contingerétque serui salutem in discrimen vocari, accurrit medicus quem herus & dominus comitatur, pulsus venarum tentat ægroti serui; aduolate, inquit, adducite potionem auro puro, & gemmis permixtam, vt recreetur cor, sumátque vires, dentur in scutella distilla roborantia, & confirmantia naturam. Si tunc filius qui in lecto ægrotat naturali sensu permotus quereretur, itane patet de me nulla fit mentio, cur nō meæ saluti prospicitur salutaribus medicamentis, nónne ego filius? quæ lex, quæve æquitas id præscribit? Quiesce fili, non vitæ periculum subis, videtur tibi doloribus vexato nos obliuionem tui cepisse, haud ita est: sed quia minimè periclitaris? minimè, febri corripior ardente, nullúmque est periculum? Nullum verò hunc seruum morbus oppresserat, & ad mortem citissimam rapiebat. Æternitatis hæres Christus scelerum nostrorum pœnis iactatus in crucis duro lecto iacebat, & alibi proximè vile mancipium, bonus, inquam, ille latro, decumbebat; ingressa est misericordia vt seruum sanaret ægrotum. Itur mox ad patentem gratiæ officinam, inde antidota & medicamenta, inde auxilia efficacia, inde potiunculæ salutares fidei, spei & charitatis delatæ fuerunt. Cur tanta celeritas? quia morbus infestissimus erat, peccati scilicet. Clamat filius, *Heli, Heli, Deus, Deus meus*, & pater amantissime, nullo filius solatio recreabitur? Quiesce fili, licèt enim doloribus diuexeris, culpa vacas: hic verò peccatorum peste laborat, adeóque ingens malum peccatum est, vt malim potiùs te sine scelere occumbere omni solatio destitutum, quàm hunc peccatorum labe infectum cruciatibus addici sempiternis. O diuinam iustitiam! ô clementiam Numinis singularẽ! ô mortales si consequi possetis, quid sit peccatum, cùm data occasione filij & mancipij grauiter laborantis ad seruum inuolat misericordia, ne in seuerissimæ iustitiæ veniat manus. O mira dignatio Dei! *Qui vt seruum redimeres filium tradidisti*, inquit Gregorius, & ideo priuaris omni solatio vt corpus Ecclesiæ, Virgines, Martyres & monachi in tormentis & verberibus postea per summam voluptatem cælesti gaudio abundè fruantur.

In salutationis periculo potius succurrit Deus homini quàm filio.

Simile.

Quàm imperiè latroni subuenit.

Grauitas peccati.

Sed tu cælorum terrarúmque Regina quid ad illa verba respondisti? Eia Mariane mons, quam vocem vt echo reddidisti, *Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* ô fili cordis mei, ô viscera mea, si te Pater minimè consolatur, cur non ad matrem aciem dirigis oculorum; dubio procul, quia vides ipsam ita etiam esse destitutam, vt iterare posset eandem vocem, *dereliquisti me*. Tu fili amantissime dereliquisti me. Pater æternus te dereliquit vt peccatorum totus rueres in amplexus, *por abraçar peccadores me aueis dexado a mi hijo mio ellos os daran el pago*; illi obliuione tui & ingratitudine debita tanta compensabunt. *Pater meus, & mater mea dereliquerunt me*. Deus meus mei causa derelicte, & me vnquam tui capiet obliuio? Si pusionem ad valuas proiectum videres vagientem, expositum, inscriptione in facie sinu exposita, quæ nomen illius, baptisma, & bonis parentibus prognatum esse testatur, non leuibus verò coniecturis nobilissimi viri filium esse appareret, quem mater proiecisset vt seruulum adoptaret, atque nutriret: certè parabola hæc esset quæ in nullo contigit vnquam, nisi in te Christe Iesv, vita mea & Deus cordis mei, ad portas clementissimi proiecte parentis gemens flebiles voces iterans, *Heli, Heli*. Quomodo vocatur infans iste? nomen indicat, Iesvs, quæ forma tam elegans Nazarenus floridus,

35. *Quàntus beatissimæ matris dolor in derelictione filij.*

Simile.

Puer derelictus Christus.

floridus, quibus maioribus ortus? Regis filius est, *& in hoc natus Rex Iudæorum*; quare me dereliquisti? cùm talis tantúsque elles, cur te proiecerunt, & dereliquerunt? vt mancipium vilissimum ex fæce & sordibus trahens originem filios mali compositi parentis, latronis, gulæ ventrísque dediti adoptaret. O Deus meus, vnica spes mea, salutis assertor humanæ, quot & quanta tibi debeo? Tu verò hæc omnia approbas? libentissimè; dum seruus accepta beneficia in me referat. Id ipse ingratus minimè præstabit Domine; sed quando natu grandior erit, tui suíque immemor, tibi mortem inferet, & in te peccabit, nulla beneficiorum habita ratione. O mortales, hac de causa quantum possum voce contendo Patrem compellans.

Orig. super Mat. hom. 35.

36. Non fuit à Verbo derelicta humanitas quæ indissolubili nexu cum illo erat coniuncta, nec animæ defuit clara visio Dei ex primo sacratissimi conceptus tempore, sed diuino consilio id volente: eam amaritudinem sensit quam lege communi sentiunt hi qui Dei visione nó fruuntur, nec desperauit is qui omnem spem in Patre collatam habebat, vt filius obedientissimus, sicut paulo ante veniam à Patre interfectoribus impetrauit, nec enim fieri poterat vt talis Pater talem filium derelinqueret. *Et qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum; quoniam ego quæ placita sunt ei, facio semper.* Sed illo breui tempore sacræ perpessionis dereliquit, illum quoad cruciatus, & illorum sensum acerbissimum, nec minuendo pœnas, quia non expediebat, nec lætificando internè animam eius quo maximè recrearetur. Sed hoc abstulit Pater vt nobis maxima consolatio superesset, cùm videremus labores cum summo animi sensu & tristitia tolerasse, propterea immensæ gloriæ torrentem contiuit. *Longè à salute mea verba delictorum meorum.* Procul procul absum ab obtinenda salute, & tantorum remedio malorum, quia hominum causam suscipere volui, & onera suorum scelerum meis humeris imponere.

Quænam hæc derelictio.

Ioan. 8. 29.

D. Cyrillus de recta fide ad Reg. paulo post principium. Naz. orat. 4. Theologiæ, Euthym. c. 67. in Mat. Damasc. lib. 6. de fide c. 24. &c.

Sitio. §. 5.

37. Generis Seruator humani ita sui compos erat ac Dominus, tot cruciatibus affectus, tot iniuriis petitus, tot doloribus fractus, vt Scripturas omnes veteris instrumenti quasi ob oculos positas cerneret atque lustraret. Vidit iam omnes opere adimpletas, *Ioan. 19.* deerat solummodo hæc, *& in siti mea potauerunt me aceto.* Corporis fuit hæc sitis quæ illum & vehementissime torquebat, nam agonia & sanguineus horti sudor cutis nostræ salutis plena insomnisque traducta, frequentes itationes diei illius ad tribunalia, acerbissimi dolores, tantique sanguinis emissio venas, corpúsque exhauserant. Psal. 21. *Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis.* Cúmque ita necessitas vrgeret, facileque remedium esset, scilicet frigidæ poculum, non efflagitauit illud, non questus est, sed solummodo amicis veluti suam exposuit voluntatem. O beatissima Virgo, quem animo dolorem concepisti, cùm te impotentem esse sensisti ad filium tuum hoc breui solatio recreandum. Verumenimuero, quæ sitis est hæc Domine quæ tormentorum crucísque obliuionem inducit, nisi bonorum meorum sitis ardentissima; quæ alia nisi ex amarissima veniens potione quam mei causa bibisti, & felix omen est signúmque salutis post purgationem sitis. *Optimum signum purgationis sitis.* Si sitis hæc lacrymarum est pœnitentiæ, illam meæ lacrymæ restinguere curabunt. Ego verò tuis immanior hostibus audeo mei duritia cordis tibi succurrere? O saxum durissimum da benignè aquam. *Sitio.* O ardentissimam charitatem, postquam enim ore patulo flumen ebiberat passionum, *intrauerunt aquæ vsque ad animam meam*; potionem sitiebat quæ dolores acerbissimos augeret. *Sitio.*

Corporea sitis multis de causis vexabat Christum.

Dolor Virginis in siti filij.

Felix omen sitis post purgationem delictorum.

Vas erat illic aceto plenum, vt mos erat in simili reorum supplicio, vt cruci damnatorum vires confirmarentur; acetum enim mixtum hyssopo vires addit. Cùm igitur sitim suam declarasset, aliqui illum irrisissent, dicentes ab illo Eliam vocatum, miles quidem vt iocum vlteriùs protraheret, irrisionémque grauiorem redderet, citò accurrit; & acetum felle commixtum ori imposuit, vt spiritum retineret, si fortè vocatus veniret Elias; fallaces illas delitias ore Christus excepit vt sequentia proferre verba valeret.

Quo calice potatus est Saluator.

Consummatum est. §. 6.

Gubernator nauis, ad instar speculantis corui, cùm primùm videt littora proxima, portúsque propinquos, voces ingeminat, terra, terra. Christus huius nauarchus Ecclesiæ, ex crucis suæ naui mille bonæ spei antiquarum nouarúmque rerum promontoria vidit, & dixit, *consummatum est.* Hilarius [a]. Iam Scripturæ opere confirmatæ, & Arnoldus Abbas [b]. *Nec tantum* (ait) *passionum suarum finem, sed illarum etiam obseruantiam intelligi voluit, quia iam veritas dixerat*: Ecce adsum. Iam figuræ & veritatis adumbrationes præteritæ; mea in agno mansuetudo, in tauro fortitudo, obedientia in vitulo, in oue simplicitas, in columba & turture meus adumbrabatur amor, *consummatum est*; iam me esse mansuetum, fortem, obedientem, simplicem & feruentissimum amantem, deprehensum est. 38.

a Ioan. 19. b De septem verbis Christi. Biblioth. Antiquorũ Patr.

Consummatum est. Ecclesiæ ædificium, de quo Esdras, *vsque nunc ædificatur, & non accepit consummationem*; lex enim nihil ad perfectum duxit, *Christus autem viriliter agens & cum quo Deus erat, non dimisit Ecclesiam, donec perficeret omne opus ministerij domus Domini melius quàm Salomon*, cui verba dicta fuerant à Patre Dauid.

Cap. 5. 16. Hebr. 7.

Consummatum est. Mater amantissima; portus iam visitur iucundissimus, & extrema meta dolorum ad clausulam vsque perorationis meæ, quam susceperam hominis causam ad finem vsque perduxi. *Dixi.* Iam amarissima potio hausta & exhausta, quæ mortalibus erat ablatura salutem, súntne plures amaricationes ebibendæ?

Consummatum est. Iam cælesti obedientia Patris nequit esse sublimior, cùm ad patibulum crucis abiecerit filium, iam obtemperantia filij lineas contingit extremas, non plus vltrà obedientiæ, *consummatum est.* Summa sacramenti crucis arcani hæc est. Verbum quod ille solus qui opere expleuit proferre potuit, æternæ sapientiæ breuis nota, *cifra del saber diuino*, breue compendium Dei Virginisque filius pendens in cruce cum hoc titulo, *Consummatum est.* Nam hoc ænigma quod Iudæis scandalum, gentibus stultitia fuit, nobis virtus, Deique sapientia est. 39.

Consum

Consummatum est. Profugus exulabat Adamus perditissimus decoctor bonorum gratiæ, pro carcere patebant inferorum barathra, nec omnino contracta debita soluebantur, hac enim de causa in æternum durant infernales pœnæ. Sed Dominus, qui diues est in misericordia, se vadem dedit pro nobis, & munificentissimus debita omnium voluit abolere; *quæ non rapui tunc exsoluebam.* Et licèt creditor iste liberalissimus bonis omnibus fuerit spoliatus, nostræ tamen fuit assertor libertatis, & tartarorum regna diripuit, *expolians principatus & potestates*, fixúmque chirographum in cruce reliquit, incredibiléinque liberalitatem & munificentiam Imperatoris Adriani infinitis superauit interuallis. Qui cùm debitores fisci omnes congregasset, ingentémque pyram incendi iussisset, attoniti & stupidi subito correpti pauore hærebant omnes. Tunc Imperator chirographa omnia contractuum omnium in médias flammas proiici imperauit, quibus multæ myriades continebantur. Estote bono animo, ite bonis auibus, soluta sunt iam omnia. Sic Christus Dominus, sed copiosiùs, crucem ascendens ait, *Consummatum est*, omnia compensaui, satisfeci, estote securi, *Consummatum est*, & quia consummator erat incepti operis, de cruce noluit descendere, exemplo nos instruens, ne deficiamus, ne audiamus: Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare, *respicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum.*

Coloss.2. Luc.14. Hebr.7.2.

40. *Dolor Virginis.* Tunc beatissima Virgo aciem conuerteret oculorum, si fortè hoc verbo vitam vita sua finiret: quo sensu tangeretur cor tantæ matris, cùm amantissimi filij vultum intuens, macie & pallore confectum repentina mutatione, instantem mortem præsentiret: quem animo dolorem hauriret, cùm fœdatam & turpatam faciem, demissum caput, pectúsque tumescens videret. O castissimi oculi in hunc diem reseruati, vt diri carnificis munere fungebamini; filium videbat beatissima Virgo tot tantisque doloribus vexatum, nec illi poterat opem ferre, nec à Patre derelictum consolari, abeuntem suspicit, nec mutuis amplexibus frui, nec cum abeunte abire dabatur, in virgineo pectore cor erat, sed suam sedem linquere nitebatur, ardentissimo nati sui desiderio. Tunc subitò animaduertit nouos spiritus nouásque vires sumi à filio, & summa pectoris organorúmque integritate elatam sonorámque vocem emittere.

Pater in manus tuas commendo spiritum meum. §. 7.

41. *Summa Dei colendi disciplina.* Dicta omnia & facta Christi Domini nostræ lectioni deseruierunt, potissimum verò hoc extremum verbum omnis doctrinæ, omnísque disciplinæ summa fuit, quæ ad cultum eximium & reuerentiam Patris singularem, & ad omnes spes collocandas in illo pertinebat: atque vt animæ nostræ saluti consuleretur maximopere faciebat. Primum præstitit commendans animam Patri. Si manibus alicuius tradas aliquid, hoc est illius voluntati commendare illud, atque permittere, vt quod libuerit faciat; si quid est magni pretij, credis illius fidelitati & veritati, & fidis ipsi cui rem credis: si ergo homines qui mendacium & iniquitatem instar aquæ ebibunt, hoc modo tantopere cohonestamus, res

Nostra cum diuina voluntate Patris adhæsio.

nostras illis committendo, quanto magis res nostras, nosmetipsos Deo credemus? Sanctus Dominus, *& fidelis in omnibus operibus suis;* præcipuè cùm nihil manibus illius permittere possimus quod ab illis non acceperimus, quo tenemur eius imperio subdi, *sub potenti manu Dei, a lo que dispusiere de nos*, etiam quando nos affligit, *etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.* Hæc igitur præcepta summus Magister Christus in principio passionis in horto & nunc in fine opere confirmauit. *Pater si possibile est transeat à me calix iste*; cúmque Patris voluntatem expressam videret, in Petrum acriter inuectus est, *calicem quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam*, &c. Ita similiter nunc paterni amoris non immemor qui tot illi tormenta imperabat repetit *Pater*, cúmque certò sciret se resurrecturum die tertia, eámque gloriam meritis suis debitam esse, nec ipse sumere illam sibi voluit, sed à paterna manu expectare, & hac de causa spiritum suum illius manibus commendauit, fideli veluti depositario, qui tempore constituto tertia die illi corpori restituturus donis, dotibúsque decoraret. *Pater in manus tuas*, &c. Disce ô Christiane animæ tuæ rationem habere, vtque in morte illam Deo tuo commendes, nunc cùm vita manet commenda. Te dubium & hærentem alloquitur, vt res omnes Christi committas, vt sic securiùs & cum maiori fiducia possis dicere, hanc animam quoque tibi commendo clementissime Domine: fidelis namque es, & salutis meæ sedulus procurator, proba aquâ priùs vas illud cui mox liquores infundere vis, parui ne pendenda anima? ergo quam postea Christo es commendaturus, nunc cruci affixum adi, illi eam commenda, experire vas illud & vulnera infunde, lacrymas, amorem, sanguinem, dolorem, vt postea fidentiùs animam tuam illi credas.

His verbis Seruator noster iustorum nomine, possessionem sumit manuum Dei Patris, quæ sunt tutissimæ sedes animarum, & munitissima loca, nullis mortis infestata periodis. *Iustorum animæ in manu Dei sunt*; quo peracto curarum suarum curæ maximæ finem imposuit. Cùm de nostris animabus quid futurum sit prorsus ignoramus, quis enim est tam vecors & sine lege, quem hæc cogitatio non pungat, & stimulet, illius instar qui velatis oculis vitta, cogitur de altissima arce exilire, aut veluti puer supra parietem stans, qui cum fiducia in paterna brachia illum benignè excipientia celer inuolat. Si enim in nobis ipsis spes nostras collocemus diuinæ præscientiæ cogitatiône demergimur, *cogitatio præscientiæ auertit sensum*, quis mei finis? quid tunc faciam miser, in promptu est Pater, dicito ei, *In manus tuas commendo spiritum meum.* 42.

Manus Dei Patris possessio iustorũ sunt.

In dubitationibus futuræ salutis spes in Deo desigenda.

Quantum potuit voce contendit vt hæc verba proferret. Iesus autem iterum clamans, *Voce magna emisit spiritum.* Ex D. Lucas quid dixerit declarauit, *Pater*, &c. & hæc dicens expirabit. Vocem extulit vt securitatem & fiduciam præmonstraret, veluti triumphator, & victor. Vtque deprehenderetur Deum esse, quod intulit facile barbarus & Ethnicus centurio, quare post diuturnum silentium hæc vox conceptam Patris reuerentiam satis declarauit, & quanta solicitudine negotia cum illo transigebat nullatenus cum hominibus conferenda; non enim semel 43.

Luc.23. Matth.27. Marci 15.

Negotiandi cum Deo.

Vox magna emissa à Christo quid denotet. semel aut bis, sed tertiò tam breui tempore Patrem est alloquutus. Secundò etiam, vt ostenderet qua ratione exaudiebatur à Patre: nam licet surdus, aut procul abfuisset, tam claram & altam vocem percipere potuisset; quanto magis cùm *Pater esset in filio*. Vocem extulit denique vt peccatorum meorum clamores destrueret, vt nequaquam audirentur, quæ validius & melius quàm Cain hunc Abelis sanguinem præconio declarabat.

44. *Emisit spiritū vt Dominus mortis.* His prolatis verbis summus Dominus, per quem capita nostra leuauimus, suum sacratissimum demisit spiritum, & id eo modo præstitit, vt supremum Dominum mortis esse ostenderet, ore, capite oculisque compositis, innuens morti, peracto negotio ad quod venerat, *potestatem habeo ponendi animam meam*; hoc finito se comparauit ad mortem, ea ratione quæ dignitatem & maiestatem talis tantæque personæ decebat. Stans enim obiit magnanimi & inuicti instar, & ne mors illius caput deiiceret, ipse supra pectus blandè demisit, mox maciem contraxit extremá, frigido sudore correptus, totúmque corpus in cruce contremuit; Patríque spiritum suum tradidit, & sacratissimum sanguinem in generis salutem humani.

45. *Luctus tempus & quieta meditationis.* Erumpant lugubres clamores, eiulatus, suspiria audiantur; ita enim debita sunt hæc omnia, vt nimia videri minimè possint. Tu Patrem deploras, ego fratrem; tu matrem lacrymis prosequeris, sanctissima Virgo filium suum plangit: omnes habent iustam lacrymarum causam; sacerdotes, quia periit sacerdos ille, cui dictum est, *Tu es sacerdos in æternum*; reges, quia Rex regum moritur lacrymentur. Plorent duces Ducem nostrum occumbentem, id sentiant pullati parietes, totúmque palatium atris opertum vestibus tenebrescat: demisit caput moriens, sciens nos quæsituros vulnus lateris, & ibi aquas bibituros esse vitales: igitur vt accedentibus oscula daret, demittit caput. Quis tanti amoris immemor esse potest? quis has delitias renuat? *Mei causa mortuus est Deus meus*; obiitne dilectus meus? ita sanctissima Domina, huc confluant sæcula omnia, huc ætates omnes occurrant, vt tanto Regi iusta persoluant. Tu lex naturalis sume exordium, age dic. *Credo quòd Redemptor meus viuit*, tu lex scripta responde. *Qui Lazarum resuscitasti* à monumento fœtidum, *qui venturus es iudicare viuos & mortuos, redde filium matri tuæ*; & tu lex euangelica sponsa beneficiis & donis ornatior cæteris, vocem tolle, tui sacerdotes ingeminent. *Requiem æternam dona ei Domine, & lux æterna luceat ei*, cum sanctis tuis in æternum, quia filius Dei est. Sempiternus Deus tandem conquiescat, id amor, labores, merita iure optimo exigunt. Cælum te ô beatissima Virgo soletur: Christus enim meus sicut Abel in cruce defunctus adhuc loquitur.

Cur demisso capite cedit.

De planctu Virginis. §. 8.

46. Ruth 1.20. *Ne vocetis me Noemi, id est, pulcram, sed vocate me Mara, id est, amaram, quia amaritudine valde repleuit me Omnipotens. Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus.* Nulla verba cadere commodius possunt quàm hæc alterius matris & viduæ, vt omnium animi sensúsque permoueantur incredibili dolore per-

culsi, quo sanctissima Deipara ex hoc temporis articulo acerbissimè cruciatur: binos enim filios simul extinctos lacrymabunda conqueritur, filium æterni Patris & suum, teque miserum peccatorem gratiæ filium & adoptionis; moritur non solùm filius Virginis, sed miser etiam peccator, cuius lethalem culpam deflet etiam mater Maria. Omnino viduatur nostra Noemi sanctissima, duobus charissimis orbata filiis. *Noemi* (inquit Bonauentura) *amara fuit, quia duo filij sui erant mortui. Noemi pulcra, & amara, significat Mariam: duo autem filij Mariæ sunt homo Deus, & homo purus, vnius enim corporaliter, alterius spiritualiter mater est Maria. Isti duo filij Mariæ ambo mortui fuerunt in passione, vnus in corpore, alius in mente, vnus crucis acerbitate, alius mentis infidelitate, & ideo viscera Mariæ valde repleta fuerunt amaritudine.* Clarè liquet ex huius seraphici Patris verbis peccatorem maiorem & acerbiorem beatissimæ Virgini afferre dolorem, quàm mors filij, cuius amaritudo quanta potuit fuit maxima. Quis simile verbum ausus est vnquam affirmare? sed id fateamur necesse est, nam qui peccat, Christi Domini mortem iterat, & ex se ligno affigit, seipsum interficit, & cruciatibus sese addicit æternis. Igitur primò filij Principis dolorem pendamus, & inde non leui ducti coniectura pœnam quam ex impij morte excipit colligemus.

Duos deflet filios Maria sanctissima.

Maiori dolore afficit Virginē mors peccatoris quā filij.

Quia longo temporum decursu omnium gentium more percrebuit, naturæ & orbis vniuersi confirmato consensu, vt scilicet filij benè morati patrum funera comitentur, fracto præ tristitia corde riuulis lacrymarum obortis, velatis pullatā veste capitibus, illis iusta persoluant, nos etiam venimus vt Patris nostri diuinique Regis frigido in marmore inclusi, deiecto diademate, regia auctoritate deposita, mortis spectaculo adstantes, debito parentemus. 47. *Parentandi obsequia antiqua.* Magis magísque obstringimur, quia sanguinis & vitæ suæ profusione munificentissimè erga nos se gerens, constituit hæredes. Templa igitur & sacras ædes frequentamus hodierna die, obtectis atra veste parietibus, dolorem tristitiámque animis conceptā præmonstrantibus ad Parentis nostri funus deducendum, qui ingenti dolore, incredibili sensu verbis verberibúsque fractus, laboribus innumeris quassatus, nos in crucis patibulo regeneratione mirabili, in lucem & libertatem asseruit, vitæ sempiternæ & morte sua suos nos fecit hæredes, & regni sempiterni. Quid mirum si lacrymarū fontes erumpant illius causa, qui prior sanguinem suum effudit. Non me latet sanctissimum Ioseph, in morte patris amantissimi Iacob super venerabiles canos procidisse, *ruit super faciem Patris flens, & deosculans eum.* Lacrymis his lacrymas compensauit, quas bonus Pater profuderat quādo ferarum faucibus voratum esse cogitauit; quandóque fratribus suis illum anteposuit, hæreditate terræ Sichem liberabitur illi tributa. Quid quòd non ingratus filius iussit vt spatio septuaginta dierum paternam mortem tota defleret Ægyptus, ita vt lacrymæ, voces, eiulatus, suspiria, lamenta ex vicinis prouinciis audirentur, & omnia dissonis & inconditis clamoribus personarent: inditúmque nomen loco in quo parentatum fuit, ex gemitu, & Ægyptiaco vlulatu, vocatúsque est nomen loci illius planctus 48.

Lugendi causæ multæ in obitu parentis optimi. Gen. 39.

ctus Ægypti. Grauioribus multo compellimur rationibus Ecclesiæ filij, & veri Iacob non senio confecti, aut matura ætate vita functi, sed in vere & flore ætatis suæ tres supra triginta annos attingentis sole ipso pulcrioris mortem deflere parentis, qui nos ferarum vnguibus laniatos videns sæpenumero copiam fudit lacrymarum, & oculis madentibus sanguine ex imo cordis affectu lacrymis Patrem exorans nobis extremum vale dixit. *Cum clamore valido & lacrymis.* Venimus hodierna luce vt defunctum hominem cernamus, potiùs dicam hominem qui cùm verè obierit desiit esse homo in triduo, quia reipsa anima seiuncta fuit à corpore, non à diuinitate: matrem simul expectemus, tali tantóque filio orbatam, quo melior vel maior nullus vnquã esse potuit: sicut enim cum Christo Maria sine Ioanne locuples & diues erat societate summa, ita cum Ioanne sine Christo sola meritò vocari potest, *Egressa sum plena, & vacuã reduxit me Dominus,* & hinc eius solitudo & lacrymæ exordium sumunt, fluidus iam deficit humor qui possit lacrymas subministrare, illorum tanta copia fuit, vt omnino fontes restagnarint. Pauperrimum hominem intuemur omni apparatu ad funus destitutum, omni carentem sepulcro: matrem etiam innumeris petitam laboribus, angustiis fractam, vexatam conuitiis, & omnium dolorum genere circumseptam; quem non moueat tantus filius? ex cuius corde lacrymas nõ eliciat tanta mater. Quare non lamentatrices & querula mulierculatum suspiria vocamus, sed veros animi sensus, veras lacrymas, verum dolorem exposcimus? Procul absint externi incompositi actus, nec desint certissima signa æstimationis huius operis; hæc enim pietatis officia summo parenti ac Domino debemus.

Matris lacrymis lacrymas afficimur.

Veros deploratores quærimus.

49. Primam igitur lacrymarum causam excutiamus. Caluariæ montis culmen conscendamus, & æqua lance ponderemus, librum diuinitus illustratum & cocco tinctum sanguinis quasi in sublimi crucis pluteo positum & apertum; sic enim mundi salus & scripta redemptionis scribuntur, nec aliter eiusmodi characteres efformantur, *sine sanguinis effusione non fit remissio.* Hic elucet & oculis lustratur humanis sapientia & sciẽtia æterni Numinis, Dei virtus & Dei sapientia. Hic diuinæ perfectiones & attributa omnipotentię, iustitiæ & infinitæ misericordiæ demonstrantur; legit hæc Centurio. Sat bene quando in illas voces erupit, *Verè filius Dei erat iste.* Hìc dimensiones quas tantopere Euangelij præco Paulus optabat, vt nos omnes probè teneremus, *quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas & profundum, scire etiam supereminentem scientiam charitatis Christi.* Hìc diuini amoris incredibilis vis cernitur, qui perfectiori modo soluit & dissoluit omnia, trahitque ad se sicut magnes. Hìc paterna liberalitas & munificentia, hic seuera iustitia, hìc æstimatio quam vnius solummodo animæ Deus habet: hìc mundi vilitas, spurcitia, qui hæc omnia habenda esse ducit; hìc culpæ grauitas quæ tanti sanguinis pretio compensanda fuit. *Alta plaga, alta indiget medicina.* Saxa durissima disrumpuntur hoc horrendo spectaculo perculsa. Tu verò nec sentis? *O insensati Galatæ*, ante quorum oculos Christus præscriptus est, & quasi liber apertus. *Lapides clamabunt, & lignum quod inter iun-*

Christus in cruce liber sicut in pluteo positus.

Ephes. 3.

cturas est, &, teste Augustino, *crux contra te portabitur, clamabunt verbera, cicatrices conquerentur.*

Stabat autem iuxta crucem mater Iesu. Mariam inter & crucem medius est solus Iesus, nullus vicinior, ipsa præit omnes, ad caput lecti stans animo forti, magnóque perseuerans. Verùm ad quid tam proxima cruci? Primò vt sanctissimum corpus non sine ardenti cereo & splendenti face maneret. Secundò, quia tria patibula visebantur, trésque infami addicti supplicio, & summopere decebat testem adesse innocentis, qui posset inter sceleratos & sontes insontem cognoscere. Tandem quando in aduerso monte Thabor gloriam & maiestatem suam patefecit, munus hoc exercuit Pater æternus, & illius cælo delapsum oraculum prostrati Apostoli exceperunt. Attamen, quia acerbissimi dolores & atroces pœnæ in Deum cadunt ex parte matris, stet proxima ipsa, & quis sit ostendat vniuersis. 50.

Prima iuxta Christum Maria.

Age verò cur pedibus perstat immota? præsertim cùm omnia ex statu suo cecidisse videantur. Sol radios lucis amisit, ex firmitate sua deiecta est terra, lapidum fortitudo contusa, integritas comminuta. Christus magnes erat matris suæ, idémque claui manus pedésque filij transfigentes cor etiam virgineum configebant: quid quod magnanimus in bello non se colligit, non furtim diuerticula quærit, non caput corpúsve demittit, ænei globi exilientis perterritus ictus, indignãm de beatissima Virgine opinionem animo concipit, qui illam deliquium animi passam, aut virilis pectoris fractas fuisse vires opinatur: hoc enim doloris impotentia est, sensúmque temperat & imminuit. *Posuit me quasi signum ad sagittam; stantem*, constantem, & inuicto animo perseuerantem.

Cur stans describitur, malè pingitur deliquũ passa.

Et vnus militum lancea latus eius aperuit. Adhuc satiati non erant Iudæi sanguine Agni, immanes tigres, lupi rapaces, nec sibi fecerant satis principes scelerum: sed duri & obdurati in perfidia & feritate nouos cruciatus, noua tormentorum genera moliebantur, nouas iniurias Seruatori nostro inferre machinabantur, eásque religionis & sanctitatis velo obtegere volebant. Cúmque præscriberet lex *Deuteron.* 21. 22. ne corpus in cruce maneret, sed in ipsa die sepeliretur, *quia maledictus qui pẽdet in ligno*, ne fœdaretur terra viso diu corpore in patibulo, huic maledicto obiecit sese Christus Dominus quòd peccata nostra fuerant promerita, vt nos omnem benedictionem consequeremur, quam illius sanguis & virtutes nobis comparauerant. Huius legis causa, & quia die crastino celebre sabbatum agebatur, néve loquendi ansa præberetur, quisque enim vt libebat de vita functo sermones vsurpabat, prodigia & portenta erant inaudita; Centurio quoque & milites filium Dei esse fatebantur, eia de sepultura agatur; Præsidem adeamus, & eorum crura frangantur, & ocyùs festinet tormentum. 51.

Manifesta infamiæ nota Christo Domino inurebatur, cùm illius causa eadem cum latronibus haberetur. Cúmque illum medium inter furciferos Iudæi posuissent (adhuc rabidè in impio proposito perseuerant, & prodigia filij Dei parui faciunt, quæ terra cælúmque ediderat. Cruciatus erat acerbissimus, nec nisi sceleratissimi grassatores fractione crurum 52.

vitam

vitam finiebant; ea verò erat infamia, vt cum Christus ad omnes se abiecerit, ad hanc noluerit, imò Prophetarum oraculis erat antea vetitum, *os non comminuetis ex eo.* Quare obiit quando voluit, & inuidiam illorum & diligentiam elusit. Accesserunt ministri, & pius latro nouo cruciatu affectus ad cælum euolauit. Ad crucem Domini ventum est incredibilis terror, prodigiis editis, & tenebris vndequaque diffusis, omnibus erat iniectus, inhorrebant capilli, horror illos continebat, ira furórque impellebat, & adulatio quam Pontificibus exhibere putabant. *Ad Iesum autem cùm venissent, viderunt eum iam mortuum*, vt certiores redderentur diligenter inspicerent, faciem pallore confectam & diligentiùs matris aciem oculorum viuum & spirans filij exemplar, quæ magis appropinquans, & suis munita armis, vocis scilicet animique demissione & lacrymis potentius ad cælos ipsos permouendos manibus supra pectus actis in crucem hæc verba proferret. Si lacrymæ afflictæ fœminæ & humana ope destitutæ in humanis pectoribus quidquam valent, obsecro vos vt tormentorum iam finis sit, acta sufficiant, defunctus iam est, sed non mirum quòd dubitetis adhuc, cùm me viuam & stantem spectetis: cesset iam in generosis pectoribus victionis appetitus. Contra me verò quid habetis vt in me desæuiatis? si quidquam est, in me ferrum, in me conuertite arma, & turpi immanique facto piorum nomen famámque relinquetis, dum potius matrem quàm filium iam mortuum confoditis. Si huius innocentis oculis læsi estis, quando in vobis figebat oculos, iam obscurata, iam fracta lumina sunt; si ore, quando in vos grauiter inuehebatur, iam clausum est, iam mortuum; si manibus & pedibus, iam clauis transfixos illos videtis. Hæc inter verba quæ hircanas etiam tigres permouissent, vnus militum perditissimus quasi a carcere incipiens equo cucurrit, festinat; vibrat & dirigit hastam, & in Christi Domini latere portam reserat, nutat crux, sacrosanctum corpus totum contremiscit, & ad eius sensum vel motum orbis commouetur vniuersus, tristissimæ matris mutatus est color, frigidusque sudor virginea membra madefacit, ictúsque carni Christi inflictus inafflictæ matris animam exiuit. O ferox & immane brachium! Ioab tres lanceas corde in vno fixit, nequissime tu tria corda sanctissima vna hasta configis? & his furialibus facibus accensus cucurrit, vt diuâ Brigita [a] asserit, *& sic astantibus turbis in circuitu venit vnus accurrens cum furia maxima, & infixit lanceam in eius latere dextro, tam vehementer, & validè, quod quasi per aliam partem corporis lancea voluit pertransire*: & alibi, *In corde punctum erat tam amarè & immisericorditer, quòd pungens non destitit donec lancea attingit costam, & ambæ partes cordis essent in lancea.* Si verò militis animum perpendamus,
53. ortum suum ducere videtur ex pœnitudine festinæ mortis, quod illorum conatus Christus Dominus elusisset, summa immanitas quanta potest esse maxima contra mortuum desæuire quæ cordis arcana penetrare ausa est. Hac de causa Ecclesia cetera instrumẽta sacræ perpessionis dulcia vocat; hastam verò crudelem appellat. Quo vulneratus insuper, mucrone diro lanceæ; verùm Dominus id permisit vt tanti solatij, tantorum mysteriorum ianua aperiretur, teste Augustino. *Vigilanti verbo Euangelista vsus est, vt non diceret, latus eius percussit, vulnerauit, aut quid aliud, sed aperuit*, ostendens non sine arcano mysterio ianuam patefactam, vt nos illius penetralia cordis ingrederemur, vtque illius diuitiæ in nos deriuarentur. Nam dicitur, *Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit*, & ex Christi corde omnium vita prouenit; quare non expediebat vt sibi soli reseruaretur, sed vt largè fuséque omnibus donaretur, & ex latere suo Ecclesia secunda Eua formaretur. Sicut prima fœmina Gen. 2. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.*

Cur noluit Christus vt frangerentur eius crura. Ioan. 19.

Latus Christi aperitur.

Dolor Virginis.

a Lib. 7. reuelatio. cap. 15 prope finem.

Lib. 5.

Ianua consolationis vulnus lateris.

Prou. 4.

Ephes. 5.

54. Latus hoc tristium est solatium, imbecillorum & tribulatorum robur, effugium afflictorum, per huius aluearis ostium ingrediuntur & egrediuntur apes sanctæ ad fauos mellis construendum: hoc petræ foramen hericij & columbarum, hæc porta est arcæ Noemi: hæc est ianua splendida, auro pulcerrima veri templi diuini Numinis, vbi mendici & ægroti optata valetudine potiuntur. Hæc porta cuius auream clauem Dei familiares & fideles amici gestant. Quàm verè regum palatia & principum laqueata limina contemnunt, qui copiam intrandi per hanc ianuam habent in cellas vinarias condito vino abundantes ad secretius Dei cubiculum, *hæc porta Domini, iusti intrabant per eam*, hoc cõsolatoriũ omnis bonæ cogitationis, & diuini amoris fornax, hoc rationale summi Sacerdotis, in quo omnes descripti sumus, & quamuis mortuus iam hoc vulnus acceperit, ad singulare decus & ornamẽtum corporis gloriosi, ad lucis & amoris beneficia vera & solida sunt, non quæ homines fingunt. Huius rei causa quando Dominus allicere & oblectare volebat Apostolos, & illorum animos pacatos tranquillósque reddere, mox illius vulnera ostendebat, & patentissimum latus, in quo præexcellentiam, & non plus vltra amoris admiratione defixi spectabant. Antea iactabat in Canticis cap. 4. *Vulnerasti cor meum*, nunc non solùm vulnerasti, sed etiam aperuisti; *latus eius aperuit. Et continuò exiuit sanguis & aqua.* Semper illi superest aliquid quod munificentissimè largiatur, vitam profuderat, &c. Et quod pauperibus daret quando tale tantúmque ostium aperiretur, sibi reseruauit, quare sanguinem illum & aquam nobis dedit, qui inter angustias patientis animi & acerbissimos dolores vt auxilium diuino cordi subministraret, sese collegerat, & quasi liquor qui ex fracto vase effluit, nec gutta in illo remansit, & post sanguinem aqua profluxit, ac si clamaret amor, nihil sanguinis, sed amoris adhuc multum superest. Et in cruce mansit Seruator noster viuæ instar imaginis & spirantis diuinæ bonitatis reserato corde ad sese communicandum, & profundendum, & brachiis deductis ad creaturas omnes amplexu paterno excipiendas.

Ioseph autem. Huius orbis reges, quia cum vita imperium simul regnúmque finitur, cùm primùm moriuntur parui fiunt, & obliuioni mandantur, verùm Rex noster cùm suum regnum morte sua sub ditionem potestatémque subiecerit, cùm primùm vita finita fuit, antequam è patibulo tolleretur, illius gloria & maiestas vulgata fuit, vt impleretur, *Dominus regnauit à ligno*; 55.

Nunc Christi imperium effulget.

illic enim creaturæ omnes summa pietate, summa religione illum coluerũt, & Pater coæternus sui muneris esse voluit, ne diu maneret in cruce, is qui paterna obedientia ductus ex illa descendere recusauerat.

56\. *Gloria sepulcri Christi.*

Nam hoc tempore sole iam in occasum vergente excitauit Deus ex nobilioribus ciuitatis Ierosolymæ binos, alium senatorem, aut instatum patrem, alium sapientem & magistrum Iosephum ab Arimathea ciuitate Iudeæ Rama nuncupata; illũ professione Pharisæum, vt tanto cultu & honore Christus de cruce deponeretur, quanto dedecore & ignominia actus fuerat in patibulum, & funus eius gloriosum haberetur. Hæc frigida & velata corda fructus & feruor sanguinis Christi recentis & calentis ita inuasit, vt antea timidos & politicos in leones audaces repentè mutarit; *Audacter petijt corpus Iesu*, Pilatum adierunt, tristitiam lacrymásque continentes. Nos ignoramus (inquiunt attemperato vultu) iudex humanissime à te aliter causam hanc definiendam fuisse, si liberæ tuæ voluntati permissa foret: scimus quò vulgi repentinus motus, ardens ira & magnatum conspiratio deueniat. Credendum est te nullatenus mortuo denegaturum sepulturam, qui tantopere optasti liberare viuũ, & eum manibus eripere Iudæorum. Quare rogamus te & obsecramus, vt permittas nobis tradi corpus Iesu, vt saltē in morte debita soluamus illi cui viuo obsequi nos humanæ rationes prohibuere.

57\. *Quid mirabatur Pilatus.*

Obstupuit Pilatus, nam forsan perseuerabat iniustæ mortis pœna, cúmque vitã illius optaret, vix adduci poterat vt crederet iam obiisse, illum morsu quodam iniquæ sententiæ cruciabat conscientia, & vanè remediũ aliquod præteriti lapsus futurum sperabat, secum ipse cogitabat, & è memoria delere non poterat iniquam mortē Seruatoris, grauitatem & ea omnia quæ cum illo transegerat. Iam indicabat aut esse filiũ Dei, aut eum virum, cui vita perpetua deberetur. Tandem iniquissimus iudex incredibili timore perculsus prodigia cernēs forsan noua inuēnta machinaretur, vt à morte Dominum vindicaret, aut non sine miraculo volente Numine Christus liberaretur, ipse conquiescere vix poterat, nec diu in sede manere, dubius & anceps, attonito similis, maximè cùm illi obnuntiatum fuit iam obiisse, Christi Domini vitam latronũ vitam longiorem putaret: & impius non corpus Domini tenerum & delicatum, non ieiunia, non insomnes noctes, non conciones habitas, non verbera, non iter ad Caluariam curabat, nec animaduertebat ingens fuisse miraculum trium horarum spatio in cruce vixisse. Sed expediens fuit hæc præsidis dubitatio, vt Christi Domini mors certior haberetur.

Insana Pilati admirationis si prædictas habuerit causas.

58\. Iudex respondit libenti animo id sese facturum, & mox ad Centurionem mittit, qui à custodiis erat, vt corpus tradat. Manifestè cernitur diem esse liberalium nundinarũ, cùm reliquiæ sacratissimi corporis integri tam facilè conceduntur. Stabat Deipara sola, licèt Ioannes socius & filius aderat, tunc parui momenti erat illius præsentia & societas, nam quis scalas adferret, quis linteamina, quis vnguenta, quis excauati saxi septem dabit pedes, vbi hæc arca Noe & Princeps pacis conquiescat? Huc accurrite pia corda, huc pij animi festinate agmine facto, & nos omnes fideles socios sanctissimæ Virgini exhibeamus, velum remoue cæli terræque regina, faciem tuam contemplemur, maxima Princeps, oculos intueamur, ne ambo lumina cæli eclipsim patiantur eo die, tempore eodem, ne simul patre ac matre orbemur, ne omnia solatij ostia claudãtur, iam qui nos tuebatur obiit. Tu Aquila generosa regales explica alas, pacifici venimus; serui defuncti sumus filij tui, videamus fluctus lacrymarũ, videamus fontes Hesebõ. *Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte.* Quis hæc lumina sole splendidiora obscurauit, quis fœdauit hunc vultum, quis decoram hanc faciem, mare terrásque serenantem turpare potuit? quis gratissimum hiantem cæli florem marcescere fecit doloris falce præcisum? non respondet, dilectum Domini audiamus narrationis suæ filum sequentes.

Tripera Mariæ dolor.

Socios nos beatissimæ Virgini exhibeamus in planctu.

59\. *Pietas nobilis Nicodemi & aliorum.*

Iter Caluariæ religiosi illi viri, non sine familiis, instrumentis muniti necessariis publicè parati aggrediuntur, non vt antea noctis silentium & tenebrarum vmbram expectat Nicodemus, non sumptibus, non autoritati, non honori, &, quod magis est, non legi parcunt, *Num.* 19. qua seuere prohibebantur mortuos tangere; si quisquam verò tetigisset eos, immundus habebatur, vt nulla idololatriæ tribueretur occasio, non hæc omnia formidarunt, & Iosephus sepulcrum, quod sibi parauerat, Christo dedit, se felicissimum reputans quòd vitæ thesaurum eo in loco excepisset, quem in morte sibi seruauerat, resurgendi spem concipiens, & Christum Dominum tanquam orbis vniuersi instauratorem, legis & testamenti noui auctorem eximio cultu venerans. Quare nouum sepulcrũ exhibuit, & magnum quid præstitit, docens nos, qua reuerentia, qua religione à nobis corpus Domini sit colendum. Non somno se dederat Nicodemus, sed eodem tempore vnguenta parauerat, & mixtionem myrrhæ & aloes secum asportabat, quasi libras centum, *Ioan.* 19. Non in animo fuit illum pigmentis, cassiæ, nardo & aloë replere, ne putresceret; probè enim tenebat intus latere diuinitatē præseruatricem: quare nec aperuit, nec euisceràuit, aut oleum & balsamum infudit, sed integrum reliquit, & dispositum ad resurrectionem mox futuram: verùm vnxit illud & balneauit, & quasi illud in speciebus aromaticis natare fecit, illi honorem exhibens sui desiderij & amoris summa liberalitate.

Vnguentis perfudit corpus amoris ergò, sed resurrectionis spe.

60\. Stabat sanctissima Virgo corporis defuncti filij socia crucis mysterio præsentiam exhibens, & lampadis instar fide & charitate ardens aliarum rerum immemor sese diuinæ voluntati accommodabat, sese in officio & proposito continebat, patientia & perseuerantia instructa. Nullus cogitãdo consequi potest quæ Virginis cor altum & arcanũ hoc breui temporis internallo crucis mysteria sacra cõmentatione & meditatione penetrauerit. Cælestis Regina & magistra doce nos, legemus in hoc libro aperto scripto intus & foris: age Deipara, explica quæ iuxta crucem didicisti, scintillas huius noui ignis & ardores amorem spirantes sparge, quos Dei filius pro peccatoribus occisus accendit. O diuinum sacrarium sanctissimæ Triados, in cuius pectore prima & præstantiora gratiæ opera facta sunt.

Prima omnium Maria crucis mysteria cogitat & colit vt par est.

61\. Cùm verò tot tantique festinarēt, auditus est strepitus; qui q; crucē armati custodiebāt, turbati sunt,

ſunt ; maximè verò Deiparæ Virginis cor. Prodiit Ioannes quaſi ſpeculator, vt quid illud eſſet diſcuteret : cumque lugubrem habitum, ora oculóſque ſubtriſtes, inceſſum moderatum & compoſitum, in genua interim prouolutos, & ſanguinis veſtigia adorantes homines cerneret, non leui ductus coniectura collegit Ioannes non bellum, ſed pacem quærere. Hoc ſpectaculo viſo tranquillo pacatoque animo fuit, ad Mariam redit : bono animo, inquit, eſto piiſſima mater, amici ſunt, & ſerui filij tui, vt opinor, prodi iterum fili mi, quem genui in die doloris mei, inquit Maria, rem certò examina. Exiit iterum, illos nouit, in mutuos ruunt amplexus, dirumpuntur præ dolore muti, & elingues lacrymantur, nec verbum proferunt, ſeſéque iam capiunt : appropinquauerunt cæteræ mulieres, & aliæ quas pietas vocarat, inter quas media Virgo ſtabat. Veniunt principes confratres funeris Dei, illic primò ſiſtunt, primaſque preces ante crucem ſanctam, profuſis riuulis lacrymarum primi omnium crucem venerantur, mille oſcula figunt in ligno, tundentes pectora ſua. Veniam à crucifixo, vitam à mortuo deprecantes. Quando verò ad matrem ventum eſt, illic non iam riuuli, ſed flumina lacrymarum erupere ; vnguentum quidem pretioſum, quod impiis cordibus portabant, flebat illa, flebant illi, nec fieri poterat, vt verbum aliquod audiretur. Verùm cùm nox non permitteret moras, primaque Eccleſia vicinior, eſſet ſancta Maria maior, in genua prouoluuntur. Da veniam, facilis beata Virgo, dicerent, dies hæc veniæ eſt : ſi enim eos nos exhibuiſſemus quos decebat, prius obituri mortem eramus, quàm ille obiiſſet ; feliciſſimi vos qui his crucibus addicti honeſtam occaſionem nacti eſtis cum eo moriendi. Abſit ſanctiſſima Virgo, nos participes fuiſſe conciliabuli ſatanæ ; continuimus nos domi noſtræ, ne videremus aut audiremus ea quibus mederi non poteramus. Verùm decretum diuinum fuit, vt pro omnibus occumberet. *Hunc definito conſilio, & præſcientia Dei, traditum*, &c. tam feſtinanter omnia acta ſunt, vt vix nos parare potuerimus : tui copia facta quod poteramus modò opere exequemur. Qua modeſtia, qua comitate, quibus verbis & lacrymis beatiſſima Virgo reſponderet ! Noui veſtrum animum, inquit, & nunc denuo obligor nouo ſeruitio. Non vos latet erga minora obſequia, ſeſe gratum exhibuiſſe, ipſe rependet, & largiter compenſabit, verba vſurparet Dauidis ad viros Iabes Galaad, *Benedicti vos a Domino, qui feciſtis miſericordiam hanc magnam.* His dictis, 1. Reg. 2.

Acceſſus ad crucem Ioſephi & Nicodemi.

Primæ preces ante crucem funduntur.

62. Salutant crucem, *flecte ramos arbor alta*, præcipue tali ac tanto diues fructu. Scalas admouerunt, nec rem ſeruis permittentes ipſi conſcenderunt, & excipiebant quod refigebant. O ter quaterque beati, qui primis amplexibus corporis cruci affixi frui, ex pretioſo ſanguine qui ex vulneribus fluxerat decorari & ornari potuerunt. Alius amplexus eſt corpus dum pedes alius refigebat. Expectabat Virgo vt brachiis ſuis filium gremioque exciperet, nec celebriori pompa & apparatu excipi poterat. Egregia ciuitas Mariana, magnanimum bellatorem triumphantem iam excepit. Felicitas noſtra eſt theſauros hos in Maria recondere nobis voluiſſe Deum, vt ipſa mendicitatem noſtram amplexibus, oſculis, lacrymis & pietate suppleret. Dato mihi filium meum Seruatorem meum, & ea ratione, modeſtia & grauitate verba temperaret ſua, quæ ego non valeo ad quidquam exprimendum, nec verbis explicari poteſt.

63. Quia iam ſerò erat illis filium ſuum exhibuit ; ſanctum funus comitati fuere piiſſimi viri familiæ, fœminæ & ſpirituum agmina beatorum. Hîc de Virgine nihil Matthæus, nec Marcus, nec Lucas, nec aſſerunt ipſam funebri pompæ interfuiſſe, & forſan illam prohibuerunt viri boni. Interim te ô crux ſanctiſſima, altare ſingulare, & ſummi Pontificis priuilegiis & diplomatibus inſignitum adoraret. Sacrum corpus vngitur, & in nouo tumulo collocatur, mundo linteamine inuolutum, & D. Ioannes epitaphium ſcribit manu ſua, *Ieſu Chriſto qui eſt teſtis fidelis, Primogenitus mortuorum, princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum & ſacerdotes Deo & Patri ſuo. Ipſi gloria & imperium in ſæcula ſæculorum Amen*, Apoc. 1. Subſcripſit & aliud, ſecundus poſt Ioannem Theologus, Athanaſius [a]. *Immortalitatis locus, officina reſurrectionis, diſſolutio ſepulcrorum, in quo mors deſinit eſſe mors, in quo vita fuit finem non habens.* Tertium ego,

a Orat. in Paraſceuen.

Liquiſti exuuias gelido ſub marmore : ſed non
Quantus eras Deus tam breuis vrna capit.
Pro tumulo ponas orbem, pro tegmine cœlum,
Pro facibus ſtellas, pro pheretro empyrion.

méque tecum in ſempiternum regnare concede.

VERBVM DEI RECTI SERMONIS auctor, lingua, taciturnitatis, & ſermonis diuini frænum inicit, & vitia corrigit.

INSTITVTIO XXXVIII.

64. CVm toties ad te diuinum iteratum ſit verbum, fas non eſſe arbitror, ô mi Homo, illo auctore atque docente ignotam homini atque intactam relinquere ſilentij virtutem, maximè cùm illi, ad quos ſermo Dei fit, etiamſi antea copioſè dicere ſolerent, parcioris & attenuatæ linguæ à Deo facti ſint, atque adeò vel prudentiſſimi ſilentij, vel diuini ſermonis colloquia quaſi fræna ori iniiciunt, ne in vana, otioſa & turpia

SCOPVS ET PARTITIO INSTITVTIONIS.

Digitized by Google

turpia prolabatur. Nunc ergo exemplo discipulorum in Emaus tendentium diuina colloquia misceamus,

I. Probat illud primum Moysis euentus, cuius linguam sermo Dei auditus inopem & exiliorem fecit. *Ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ sum.* Exodi 4.10. Videris Domine frænum ori imposuisse verbis tuis, & plumbea lingua loqui, nec multum, nec distinctè ego eloquebar, vt vertunt Septuaginta (nam *eloquens* vertunt, *facilis ad loquendum*;) ego itaque *ab heri & nudiustertius*, hoc est, iam olim, exigui & ieiuni eram sermonis, vt maturè loquerer verba attenuaueram (ait enim author Græcus in Catena) *ita se assuefecerat vt tutius cautiúsque loqueretur*; nunc ergo mirabilius est ea pauca verba mihi ex consortio tuo ademisse. Cæterùm opportune ad munus legati Dei tardior lingua datur, & longiores manus ad opera mirabilia patranda conceduntur; legatio enim diuina non multiloquium, nec prophanam petit eloquentiam, sed opera. Quamobrem manus frequens mentio fit. *Quid habes in manu tua? & mitte in sinum manum tuam*, vt inopiam verborum opere & manu compensandam intelligat; ideo ait, *non sum eloquens*, & Hebr. ex Caietano, *non vir verborum ego.* nam qui Deum ita familiariter conuenit, & audit, parcior verbis & largior operibus efficitur. Disce hoc ex ipso Verbo incarnato, quod etiamsi locutum est, ita tamen, *vt nunquam sic locutus sit homo*; quare? quia etiamsi verba effundebat, ipsa tamen quasi manus erant, & omnipotentiæ instrumenta. *Portans omnia verba virtutis suæ, no le era necessario a Christo mas que abrir la boca y dezir vna palabra.* Hebr. 1.3.

Silentiores fieri consueuerunt qui cum Deo familiariter agunt.

65. Quam virtutem cùm non habeant humana verba, operæ pretium erit ea attenuare, vt opera copiosiora sint. Nam qui Deum conueniunt, & diuina legunt, vel auscultant verba, si eloquentiores, vel effusioris sermonis sunt, certè vnum è duobus ostendunt, vel Deum non audiisse, vel tarditatem & inopiam operum linguæ volubilitate velle compensare. Vndénam quæso colligit Eli Samueli Dominum fuisse loquutum? certè ex silentio. Deus enim quibus loquitur taciturnitate donat, & virtute quæ in verbo suo est armat, & munit, ita vt aduersariorum vires frangat, & obturet ora: vt experta loquitur sponsa, *Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est, como se desata el yelo al soplo del ayre caliente assi se resoluio mi alma con la palabra del Señor*, Cant. 5.6. imò & venter meus contremuit, & frangi cœpit miseratione. Quando, quæso, ad te diuina vox facta liquefecit animum, nam ad eius blanda verba ô quàm dura & subrustica fuisti, sed furtiuè aliquod verbum in discessu loquutus est Dominus, quo liquefacta est anima eius, & sicut cera liquata, vel metallum, ad omnia paratissimum est, & nihil esse ex se vult, nec annulum, nec torquem; ita anima ad quam sermo Dei fit, indifferens ad omnia est; quare dum comperit animam suam, hoc est, sponsum, egressam esse, ipsa etiam egressa est, vt ipsum quæreret. *Anima mea egressa est à me, vt dilectus locutus est*; debuit enim blanda voce ipsam ad se rapere, etiamsi verba non audiamus. *Sicut cùm audissent vocem Domini deambulantis ad auram post meridiem*, absconderunt se primi parentes: *quid autem loqueretur, non est scriptum*, ait Caietanus, vt notum sit verba Dei & peccatores pudore, & eloquentes taciturnitate, & amicos silentio afficere.

66. II. Nostras igitur linguas prudenti silentij fræno coërceamus. Nam sicut *in multiloquio non deerit peccatum, ita qui moderatur labia sua prudentissimus est.* Prou. 10.19. *Multiloquium autem est superflua loquutio* (ait Augustinus [a]) *vitium scilicet loquendi amore contractum*, à quo multa incommoda manant. Primò oculus animi, intellectus videlicet, vt ait Climaçus [b], quem silentium purificat, & illuminat, multiloquium obnubilatur, & hebetatur. Secundò, *In multiloquio non deerit peccatum*, nam qui multa verba facit, etiamsi quædam vtilia & honesta proferat, nonnunquam inutilia & superflua miscebit; hoc enim habet lingua garrula, vt vel nesciat quid loquitur, vel in turpia prolabatur Nam, vt ait August. [c] *Plerumque loqui amant etiam qui nesciunt quid loquantur, vel quomodo loquantur.* Quod ex ipsa philosophia liquet, nam cùm ad loquendum priùs effingere verba mentis opus sit, & imagines apud se retinere eorum conceptuum, quos verbis exprimimus, qui multum loquitur, certè apertè indicat nescire quid loquatur, cùm non possit tot verba mentis effingere apud se, quot verba sonant, *no se da manos ni ay lugar de dexar modelos y verbos mentis el que mucho habla.* Vel secundum sequitur, ait Augustinus [d], *Dum multa bona proferri videntur, sæpe contingit vt à bonis locutio incohoata ad aliquod prauum deriuetur. Hoc ipsum sancta Scriptura ait, In multiloquio non deerit peccatum.* Vel tertium sequitur, vt labente

Multiloquiū cum peccato est.

Peccant in multis multum loquentes.

a Lib. 1. contra Cresconium c. 1.
b Infra.
c Hic proximè citatus.
d Tract. de conflictu vitiorum.

Digitized by Google

te lingua qui multum loquitur in mortifera & lethalia crimina delabetur, vt ait Chrysostomus [a], & Ambrosius [b], *Nos autem claudamus ostium ne culpa intret, ne lapsus aliquis sermonis exeat: intrat culpa si lapsus exierit. Ex multiloquio* (inquit) *non effugies peccatum; exiuit multiloquium, peccatum intrauit, quia in multiloquio nequaquam qui exit sermo tutinatur: imprudenter labitur, licèt ipsum vltra mensuram loqui grande peccatum non sit* [*]. Nunc iam de silentio agit. *Qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est.* Nam silentium (ait Ambrosius) est animi tutum *asylum; quamplures vidi in peccatum loquendo incidisse, vix quemquam tacendo.* Illi non effugiunt peccatum, quia tacere nesciunt, nam fugientium habitus est tacere. Seneca [c]: Qui fugit, silentia noctis captat, silens pergit, & non solùm opprimit verba, sed etiam halitum, putans omne illud ab aliis audiri posse quod ipse audit, pedes suspenso gressu mouet, neu perstrepant plantæ. At qui tacet, comprehendi non potest, in primis quia ipsa taciturnitas sapientia est, vt aiebat Seneca, *Taciturnitas stulto homini pro sapientia est.* Bis igitur est sapiens qui tacet, & quia tacet, cùm ipsa taciturnitas sapientia sit. In silendo præterea vita agitur & anima, nam non frustrà dictum, *Qui custodit os suum, custodit animam suam.* Sicut enim ad vnam portam vrbis multæ vergunt, & inferuntur viæ, sic etiam multis ex locis veniens mors multis ingreditur modis, vbi os patet. Chrysostomus [d], *Ad os multa sunt via interitus, vt quando quis obscœna verba loquitur, quando verbis scurrilibus vtitur, quando vanam præsefert gloriam, quando se magnificè iactat,* &c. Multis ergo modis moritur animus, multæ pesti patent viæ: sit igitur silentium vrbis custos ne tota gens pereat. *Qui enim custodit os suum, custodit animam suam.* Verùm ne fugias frænum silentij, audi quo nomine nuncupetur à Spiritu sancto. *Et dedi*, inquit, *inaurem super os tuum.* Hoc monile silentium est, quod iure inauris appellatur, & gemma pretiosa super os pendente nobis exprimitur, quia etiamsi gemmas & margaritas ex ore proferat eloquens, nulla vni silentio erit comparanda. Inauris vna vni ori adhibetur, vt sit ornamentum naturæ silentium: nam qui auriculas duas ad bene audiendum dedit, os vnum ad bene loquendum concessit, vt eleganter Basilius notat [e]. Natura loquendi audiendique modum ad proportionis regulam metiens duas aures, linguam vnam nobis affinxit: quasi & duplum disciplinæ causa audire debeamus, & ad ea quæ rogamur sesqui altera proportione contractum referre sermonem. Climacus verò [f] silentij vtilitates paucis conclusit. *Est enim taciturnitas mater orationis, captiuitatis reuocatio, ignis diuini amoris obseruatio, cogitationum diligens inspectio, specula hostium, carcer luctus, lacrymarum amica, memoria mortis operatrix, suppliciorum pictor, iudicij indagatrix, sagax mœroris subministratrix, inimica fiducia, quietis coniux, ambitiosa doctrina aduersatrix, scientia adiectio, speculationis opifex, secretus in Deum profectus, occultus ascensus.* quæ omnia munera si metaphoram & allusionem spectes, silentium requirunt, captiuus ad fugam, specula & explorator, pictor, indagatrix, coniux, quietis occultus ascensus. Nihil boni sine silentio fit: nihil melius silentio, vt ait Nazianzenus [g]. *Loquere sane si quid silentio melius & excellentius habes: at vbi silere præstat quàm loqui, silentio acquiesce.*

67. Silentij laus prudentissimi.

III. Cæterùm dum loquendum est, sit pro fræno Dei sermo & diuina colloquia, vt ait Basilius [h], qui Paulum admonentem inducit. *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei vt det gratiam audientibus.* Et subiecit illud, *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis. Quàm verò periculosa res sit contristare Spiritum sanctum quid opus est vt dicatur.* Tenemur itaque de Deo miscere sermones & ex munere, & ex vtilitate huius contractus, & ex obligatione spiritus quem accepimus, & quem bonorum malorúmque operum testem habemus: 68.

Dei sermo frænum. Diuini miscendi sunt sermones. SVBDIVISIO INSTITVTIONIS.

In primis enim vnusquisque lætatur & gloriatur in opere & munere suo, nostrum autem munus est de Deo loqui. *Ministerium verbi quod accepi à Deo Iesu testificari*; hoc nostrum munus, in hoc res omnes, lucraque nostra sita sunt: Si agricolam agis, *semen est verbum Dei*: si militem agis, *gladium spiritus quod est verbum Dei*: si medicum imitaris, *etenim neque herba, neque malagma sanauit eos; sed sermo tuus Domine qui sanat omnia.* De hoc igitur munere gloriari oportet, nec opus sit secretiora loca quærere vt de Deo loquamur, ansam autem abripiamus à quacumque oblata occasione, sicut *Luc.* 14. Christus inter epulandum disseruit, non de vino, non de epulis, sed de virtutibus. Vnde Paulus ait, *Sermo vester semper in gratia sit sale conditus: vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere.* 68.

Munus nostrum est de Deo loqui.

a Homil. in Psal. 140. b Lib. 1. de Abel & Cain c. 9. * Vide Gregorij verba in pastorali 3. parte admonitione 15. c In prou. Prou. 13. 3. d Hom. 140. Ezech. 16. 12. e De vera virginitate. f In scala paradisi gradu 11. g De moderatione in disputat. seruanda. h In reg. breuioribus c. 24. Ephes. 4. Coloss. 4. 6.

dere. Apponatur sicut sal, vt cui placuerit inde assumat granum salis, sin autem nemo sal accipiat, iterum apponitur. Sermo autem naturalis sit, & vt occasio incidit, & ab iis quæ ad manum sunt: nam in suggesto pro concione loqui de Deo obtenta benedictione, attendente plebe, & superpellicio induto; pulsataque campana, quid mirum de Deo loqui, & humilitatem extollere, & charitatem commendare: at in familiari colloquio vnusquisque eructat ea quæ in corde habet, ex hoc enim pendet sanctitas & puritas religionis: sicut econtra praua colloquia mentes sensusque spirituales corrumpunt. *Nolite seduci fratres, corrumpunt bonos mores colloquia praua.* Vnde cùm Christus mensas flagello diruit, etiam in oues deseuiit, quæ iuxta templi atrium in curriculo otiosæ erant. Et quid mali agunt oues? & quid boni quæso agunt? nihil; ouis enim vel in campo depascens, vel in altari ardens, in holocaustum deberet esse. Sic otiosi sunt, & flagris digni, qui nec orationi incumbunt, nec rebus temporalibus intendunt, sed otiosi in curriculis colloquia miscent inutilia. Vnde sicut linguæ in signa sunt nationibus, & linguis maximè distinguuntur; sic in Dei sermone à prophanis & secularibus valde distamus, vt bene Chrysostomus [a]. *Collocutio etiam eorum simili tranquillitate ornatur: non enim quemadmodum nos, alium principē esse factum, alium principatu excidisse, mortuum esse alium, & hæreditatem illius in alterum deuenisse, cæteraque huiusmodi, quæ nihil ad nos pertinent, colloquuntur: sed de futuris semper philosophantur, & quasi alium quàm nos orbem habitantes, quasi in cælum translati, ac ibi viuentes sic de cælestibus semper de sinu Abrahæ, de coronis sanctorum, de societate Christi disputant; præsentium autem nulla apud eos commemoratio, nullus sermo est. Sed quemadmodum nos nunquam quid formicæ in cauernis suis faciunt dicimus, eodem illi modo quid nos facimus nolunt cogitare, sed de summo Rege, de bello aduersus diabolum, de fugiendis insidiis eius, de virtutibus & vita sanctorum, diligenter meditantur.* Mox subdit quantum distent à secularibus monachi qui de Deo loquuntur. *Sed monachi Angelis æquales longè à rebus huius sæculi absunt, omnibus enim alio quodam modo, quàm nos vtuntur, omniaque illis à nostris aliena sunt, cibus, indumenta, domus, calcei, locutio. Si quis verè colloquentes illos & nos audiret, cognosceret continuò, dignos cælorum illos, nos verò etiam indignos terrarum esse.*

In familiari congressu sermo Dei miscendus.

1. Cor. 15. 33.

a Tom. 2. hom. 70. ante fine.

Qualia colloquia sanctorum in deserto.

Ad eos autem qui Dei colloquia miscent quàm proximè Deus adest, vix aiebat sponsa, *Osculetur me osculo oris sui*, cùm iam præsentem sentit & alloquitur sponsum, *Meliora sunt vbera tua vino*; licentiam istam & proiecta amoris verba dedisse, ô sponse tu in causa es, & tuus iste odor. Tu fecisti ô sponse (ait Bernardus [b]) qui in dulcedine vberum tuorum tanta me dilectione lactasti. Et quo pacto iam sentis præsentem? Respondet Bernardus, *Vtique libens appropiat de se loquentibus.* Sicut de euntibus Emaus notat Basilius infrà. Iam verò verba Pauli ponderemus, quæ de nostro lucro vel damno agunt.

b Serm. 9. in Cant.

70. *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.* Anselmus [c], id est, *nullus sermo malus procedat ex ore vestro, no seos vaya palabra mala*, sed comprimite illum ne possit exire: sed si quis est in corde vestro bonus, procedat non otiosè, *sed ad ædificationem fidei*; vbi ostenditur, quia nec bonus sermo proferri debet, nisi ad ædificationem, vnde Propheta, *Obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis.* Ad hoc denique proferatur, *vt det gratiam audientibus*, id est, vt auditores per eum hauriant dulcedinem supernæ gratiæ, & promoueantur in bonis operibus. Motiuam causam subdit, *Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei*, recedet enim à vobis quasi offensus & contristatus, nam scriptum est, *Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate.* Ad similitudinem hominis puta dictum, nam ille in se non contristatur, sed quasi contristatus egreditur. Vel quia contristantur sancti, in quibus habitat Spiritus sanctus, charitas enim eius facit vt contristentur de aliorum detrimentis. Vel contristatur, quia pios Ecclesiæ præpositos nostris prauis moribus contristamus, maximè cùm in hoc spiritu signati sitis, & nobilitati, & quasi signo & annulo illustres facti. Sic Anselmus. Maximè autem munus corrigendi verba pertinet ad Spiritum sanctum, quia à Verbo procedit, & sicut contumeliosa res est alicuius genus nota aliqua vel verbo attingere, ita cùm spiritus à Verbo spiratur, nihil absonum, nihil non diuinum in Verbo tolerat, *& hoc quod continet omnia scientiam habet vocis*, & ita quasi Dominus omnium ius in omnes linguas habet, & exitus regni sibi reseruat, ne quod malum verbum procedat de ore vestro.

c In ad Ephes. 4.

Sermones praui comprimendi.

Psal. 38. 3.

Sap. 1. 5.

Contristatur Spiritus sanctus.

Vnde

Iob 17.3.

71\. Lingua dominatur spiritui.

Vnde Iob ipsum spiritum custodem sensuum deprehenderat, dum aiebat, *Donec fuerit spiritus in naribus meis* (alij *Spiritus sanctus*) *non loquentur labia mea iniquitatem*; ipse enim est pro foribus vt attentè & meditatè verba efferantur: ad hoc ipsum, linguis dispertitis ac variis descendere voluit, vt in illis duodecim & septuaginta duobus discipulis regiones omnes, quas describunt Geographi, omniumque gentium linguas vsurparet, *in quo signati estis.* Alij explicant de spiritu per gratiam sanctificante, est enim non leue signum sanctitatis internæ externa ista de Deo locutio; alij de signo prædestinationis, est enim indicium eius lingua cælestium jam vti. Ego verò de signo & annulo quo nobilitamur in Baptismo, & cælestis Hierusalem ciues ascribimur, atque adeò tenemur vrbano sermone loqui, non agresti & rustico, sed qui aulicas & nobiles decet, qui sermo rudis ac inurbanus tunc maximè deprehenditur, cùm coram Rege & Angelis sumus, vt Isaias fatetur: nam cùm vidisset Deum throno assidentem, & astantes Cherubinos alterum ad alterum, insigne sancti nomen iterantes, *Sanctus, Sanctus*, cùm ipse *sanctus* tertio loco vt par erat dicere non posset, labia, hoc est, sermonem inelegantem & inquinatum habere cognouit: vt grauis adnotat Basilius [a]. *Non absimile verò est Prophetam tum descendisse ad conscientiam propriæ impuritatis per labia contractæ* (*por la lengua me a entrado el mal*) *quum vidisset functionem illam spirituum Seraphici ordinis, aliud nihil esse quàm vt Deum deprædicarent sanctum; fuerat enim is loquutus quæ humana sunt, suámque linguam subinde inquinarat verbis mundi istius concernentibus euanidam vanitatem, & ea conferens cum laudibus Seraphicis compunctus est, tum quia aliud nihil loquuntur. Tantum sanctificationem proclamant diuinæ maiestatis*; & remedium subdit, *Vnus de Seraphim in manu habebat carbonem, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum: carbonem igitur sentiamus eum innuere veridicum sermonem qui ad tollendum è medio mendacium, & ferueat ignis instar & ad vincendum sit instructus, siquidem vtrique adiuncta fuerit ex animo efficax virtus operis: manum enim illius seraph intelligere conuenit esse facultatem bona exequendi.* Diadocus ait carbonem illum esse *lumen sermonis.* Origen. in Cant. *Labia tua sicut vitta coccinea*; capilli dissoluti & passi verba inutilia, otiosa & vana significant, pulcra autem & frugi verba & doctos sermones vitta coccinea verbi Dei constringit. Nissenus, *Sicut areola aromatum genæ tuæ*, nam debet esse os totum quasi pharmacopolæ officina ad diuersos animorum morbos comparata & instructa, iam acrem & acidam correptionem, iam dulcoris plenam exhortationem, iam odoratissima contemplationis colloquia, iam denique purgantia verba depromentes, vt ait Paulus. *Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Christi, quia non in vacuum cucurri*, &c. id est, in honorem Christi, *es honrra de Christo que este miboca llena de todas drogas y medecinas y no como botica de aldea que no hallareis sino ruda y cabeçuelas o pan de rosas.* Sim ego, & vos etiam sitis, salus, & salutis medici verbo Dei instructi. O quanti pereunt! ô quanti salutem in inferno deplorant, quia ille vir religiosus vel concionator non est in tempore vera locutus: ecce vnde cessant lucra verbi Dei.

a In Isai. c. 6. in hæc verba.

Recti sermones.

72\.

Phil. 2. 16.

Instructissimus rectis Dei sermonibus.

73\. Nam incommoda quidem mali sermonis, & damna quæ ex vaniloquio emergunt, quis referat? linguæ vitia, gulæ soboles esse affirmat Gregorius, & sunt sine dubio cognata, palato quippe & ore omnia gignuntur, otiosa verba, quæ etsi venialia sunt, periculum tamen afferunt grauioris peccati. Sed linguæ flagitia Bernardus [b] breuiter commemorat. *Quis numeret quantas modicum linguæ membrum contrahat sordes? est lingua dissoluta sermonibus otiosis, est lingua impudica, est & magniloqua, quarum prima lasciuia, sequens arrogantiæ famulatur, la vna estercera dela torpeza, la otra le lleua la falda a la arrogancia. Est etiam lingua dolosa, & item maledica, quarum altera in falsiloquam & adulatoriam subdiuiditur: altera verò nunc in facie contumelias irrogat, nunc detrahit in occulto.* De hoc vitio vltimo aliquid dicamus vt damna inde emergentia pensemus in primis. Inurbanus fit detractor & barbarus, quare sicut valde detestamur barbaros illos qui humanis vescuntur carnibus, ita horrere debemus detractores. *Cauete ne si inuicem mordetis, inuicem consumamini.* Nam quis non horret aspectum detractoris carniuori manibus & dentibus sanguine

b Ser. de triplici custodia.

Gal. 5. 15.

güine humano inquinati. Illud barbarum est ad carnem suam nutriendam eiusdem speciei vitam & sanguinem habentes deuorare, & hoc brutum est, & immane facinus, ad proprium honorem nutriendum, eos qui pariter in honore sunt lacerare, & dentibus premere, immane autem vitium ingenti etiam supplicio mulctatur. Deus enim permittit vt detractores in turpia & manifesta vitia delabantur, vt sicut illi alienas mordebant carnes, sic ab aliis vsque ad satietatem dentium impune deuorentur, & fama ipsorum publicè pereat. Et ita Moyses de Maria dixit, *Ecce iam medium carnis eius deuoratum est à lepra*, & sicut ipse alios serpentino ore inuasit, sic etiam serpentibus mulctatur, vt ait Paulus, *nec tentetis Christum sicut quidam eorum tentauerunt; & à serpentibus perierunt*. 1. Cor. 10. Hæc tentatio fuit alia detractio (Numerorum 21.) *Cur eduxisti nos de Ægypto, &c. quamobrem misit Dominus ignitos serpentes, tratan a los tales como tocados de mal contagioso.* Illos etiam Dathan, Chore & Abiron terra deuorauit, nec sat fuit extingui & sepeliri, ait Ambrosius [a], *ne cælum aspectu, aërem halitu, mare contactu, terram sepulcro macularent*, tanquam à peste confecti profundiori foueæ commendantur, & in parricidarum morem, elementorum omnium vsu bonisque priuantur. a Epist. 5. Num. 16. Moysi etiam cui ad eloquia Dei mare aperit signum ad Mariæ loquelam terræ promissæ fores præcluduntur, & ne putares Deum quid prauum loqui, etiamsi praua permittat, ipsa opera damnationis; & mala quæ infert, non sermonem, sed silentium appellat. *Domine ne sileas à me, no me sentencieis no me condeneis no digais palabra tan terrible.* hæc autem verba vocat silentium. Spiritus sanctus ex his contristatur, non solùm quia etsi detrahimus absenti, tamen præsens est spiritus qui continet omnia, & scientiam habet vocis; sed etiam quia munus eius & rectum sermonem dare, *estocarle en su officio y desacreditarle su mercaduria*; ideo Dauid enixè & instanter Spiritum sanctum postulabat; & ad quid Dauid.? *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* Psal. 50. 17. nam sicut ille vindicator est vitiorum linguæ, sic gubernator est linguæ, & eorum qui Dei verbis assuefacti cælestem conuersationem iamiam in silentio & in Verbo diuino incipiunt experiri, vt eleganter Tertullianus hoc claudit epilogo. Cui ergo illa Angelorum circunstantia nón cessat dicere, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Proinde & nos Angelorum, si meruerimus, candidati, iam hinc cælestem illam in Deum vocem & officium futuræ claritatis ediscimus, hoc quantum ad gloriam Dei, &c.

VERBVM PATRIS.
Iob 42. vers. 10.

Et addidit Dominus omnia quæcumque fuerant Iob. Et fuerunt ei septem filij, & tres filiæ, &c.

Christi ad vitam reducis gloria, & exultantis Ecclesiæ termaxima lætitia, & spes immortalitatis describitur, decantatur.

DISCVRSVS CXII.

1. CHRISTVS Dominus (pascha nostrum, gloria, & iubilatio nostra), est ille, (vt aiebat D. Irenæus [a]) quem antiqua cecinerunt oracula, quem visiones Patriarcharum repræsentabant, quem respiciebat lex, quem præcursores nuntiabant Prophetæ, *Christo fue a quien cantaron los antiguos oraculos, a quien representaron las visiones de los patriarchas a Christo miraua la ley de Christo trathian nueua sus precursores los prophetas pues estaua puesto por blanco de todos los pueblos, fue la piedra de anillo del mūdo el espejo de eterna verdad a quien an mirado todas quātas sean dicho y escrito, si quitas de estas letras a Christo son plenas de muchachos de escuela, burlas de niños theologia digna de Hebreos, erisos espinosos de castaña sin medulla, cuerpo sin alma, sombra sin cuerpo, imagen sin persona por eso le llama S. Pablo apice claue consumacion, que si a este arco y bobeda le faltase la claue no estauamos aqui seguros, asi esas letras son de muerte si de ellas faltase Christo.* positus enim fuit *in signum populorum*; ipse est desiderium collium æternorum

a Lib. 4. contra hæres. c. 37. D. Aug. lib. contra Adimant. c. 28.

1. Petri 1. P. Prado sect. 2. in Ezech.

tum: *La piedra del anillo que desseaua el mundo, ipsum exquisierunt quicquid de futura nobis gratia prophetarunt: a el como a espejo de eterna verdad an mirado todas las verdades que se an dicho escrito o leydo.* Christum si ab his litteris tollas, Scripturæ erunt egena & infirma puerorum elementa, infantum nuces, Iudæorum digna Theologia; sunt hirsuta castanearum opercula sine medulla, sicut cadauer sine anima, sine corpore vmbra, sine persona imago, promissiones vanæ, mandata intolerabilia, leges mortis, litteræ damnationis administræ, chirographa decreti interitus, denique præcepta non bona, in quibus non viuunt, qui Christum ignorant. Ideo optimè D. Paul. vocat illum, *finis legis Christus.* (Rom. 9.) Hebraicè *calah*, consummatio, perfectio, summa, scopus, ad quem lex ipsa destinatur. Vniuersa lex nihil aliud fuit, quàm prima lineamenta, & transumpta imago Christi, quam formauit spiritus; labiis, & linguis Prophetarum, vt penicillis vsus est; ceremoniæ, ritus, sanguis taurorum, & vitulorum, varia vestium sacerdotalium, & cortinarum ars, colores erant, quibus omnia Saluatoris opera figurabantur, sicque exprimebantur ad viuum (sicut acutè adnotauit Beda) vt cùm Christus Dominus morti proximus esset, in cruce, tergo verberibus dilacerato, spinis compunctus, clauis confixus, sciens quia vnum tantùm desiderabatur implendum, dixerit, *sitio*, quasi in memoriam reuocans illis fel, & acetum. Scio equidem in nullo vos mihi leuamen mortis procuraturos; verùm aduertite huic perfectissimæ imagini fel; & acetum in ore deficere, vt primis lineamentis Prophetarum concordet. Sicut egregiæ illi equi imagini, quam pingebat Apelles *; nihil oculis, nihil corpori, neque pedibus ad motum vsque dispositis deesse videbatur; spumam autem cùm adhibere vellet ori fræna mandentis equi, (deficiente arte,) omnino desperans spongiam albo colore madentem in os equi proiecit, vbi fortuna artis defectum sic compensauit, vt nihil præstantius, nihil effectum sit consummatius. Similiter cùm perfectissima esset Christi morientis imago, Prophetarum lineamentis conformata, reuocat in memoriá Synagogæ fel; illa verò inops mentis, & artis, spongiam aceto plenam ori adhibet. Quo facto, *vt impleretur Scriptura, consummatum est*, dixit Christus, mortis imagini nihil deest. Hinc iam videre licet, vt si Christum ex his litteris tollerẽ, vniuersa deleretur Scriptura. Quam artem exhibuit ille Phidias insignis statuarius, qui cùm eleganter pingeret Mineruam, sic medio ipsius clypeo suum proprium affixit vultum statuæ occulta arte alligatum, vt si quis illum vellet abstrahere, necessariò etiam dissolueret atque confunderet ipsius statuę compositionem. Eadem ratione sic Christus in Ecclesiæ clypeo, & sacræ Scripturæ imagine viuam sui vultus imaginẽ depinxit, vt qui opus intueatur, videat authorem, & qui Christum tollat, Ecclesiæ & Scripturæ harmoniam confundat, & veram tollat soliditatem ac veritatem.

* Vel, vt alij, Nealces. Plin. lib. 35. c. 10. Valer. Max lib. 8. c. 11. indice verbo *Nealces.* Idem de Protogene refertur in spuma canis. Raderus

2\. epigr. 13. Mart. versu, *O quantum est subitu casibus ingenii.*

3\. *Resurrectio Christi in tribus filiabus Iob præsignata.*

Inter hæc autem prima lineamenta illius antiquæ paginæ, illa illustriora fuere, quæ Deus in familia Iob fortunanda & post miseriam & vastationem vberiùs adaugenda depinxit, & adumbrauit. Cuius cùm fortunam cumulatiùs, & opulentiùs diuina prouidentia vellet instaurare, duplicia omnia dedisse fertur septem filios, & tres insuper filias, quales repertæ non sunt in vniuersa terra. Cùm igitur in verbis istis lux noua resurgentis Christi tecta veniat, liceat hodierna die (in qua Christus Dominus Scripturas exponit) latiùs nos hæc verba explicare. Iuxta quæ verba inquiro priùs, cùm Dominus quæ ad camelos & iumenta pertinebant, duplicia reddiderit Iob quàm dæmon abstulerat, quare non quatuordecim filios reddidit, sed septem tantum; cuius ratio est quam Doctores [a] sacri afferũt, quia alia quæ perierant (puta cameli, & asinæ, oues, & boues) omninò perierant, & in sæculum cùm animæ eorum mortales & perituræ sint: at cùm animus hominis immortalis sit, & corporibus resurrectio maneat æterna, cùm in Abrahæ sinu septem haberet animas, alias septem addidit Deus vt illi & nobis iam extunc nostræ resurrectionis lumen affulgeret, & spes nostra erigeretur. Pergamus ad nomina trium puellarum. *Et vocauit nomen vnius Diem, & nomen secundæ Cassiam, & nomen tertiæ Cornustibij.* (Iob 42. 14.) Primam itaque vocauit *Diem*, libeat Christiano nomine illas baptizare, prima dicatur *Diana*; secunda, quæ erat Cassia, *Cassilda* nominetur; tertiam Cornustibij in *Corneliam* commutemus; vna quasi dies clara, altera Cassia species aromatica, tertia cornu Amaltheæ. Vide quibus coloribus iam Christi resurgentis gloria monstratur. Duo tamen inquirenda supersunt; primum, quare filiorum nomina non exprimuntur, nec describuntur illi sicut filiarum. Dubium esse non debet viros insignes & præclaros fuisse, hoc autem non constat sicut de fœminis, quare has, non illos nominat; in Dei enim libro qui non meretur nomen non habet. Vel quia describens filias viros satis laudatos relinquit, quia si quod infirmum est, & instabile, qualis est mulier, apud sacram Scripturam in ea tale nomen meretur quod est virile, & fortè certum est nomen & laudem promereri, vt in hoc Deus iustorum felicitatem ostendat, in quibus etiam infirmitas, imbecillitas, & despectus gloriam & nomen meretur. Quare quod in Christo infirmitatis & mortis speciem habuit, hodierna dies gloriosum & refulgens ostendet, vt ex hac discatis persecutiones, honorem, paupertatem, diuitias, tentationem, victoriam, afflictionem, & ærumnas æternas felicitatem parere, ita vt quasi paschali lætitia exultent: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis.* (2. Cor. 12. 9.) Secunda quæstio est, quid mysterij afferant hæc nomina. *La primera Diana alua o aurora mañana hermosa gentil fresca que iua creciendo en hermosura y haciendose muger de esperanças. la segunda, canela, sana olorosa fragrante de lindo color y estima y fama. la tercera Cornelia. la misma compostura y pintura era como vna imagen pintada o como el cuerno de Amalthea fecunda fertil paridera todo esto se quedo muy en la corteza mas significan estos nombres.* Chaldæus Paraphrastes simul & Nissenus Gregor [b]. solam externam pulcritudinem descriptam putant variis his nominibus. Vt prima esset quasi aurora clara, & in pulcritudine crescens; secunda fragrans, & optimi coloris; tertia cornu stibij pulcra, cultissima, & quasi ipsa species. *el mismo afeita y compostura.* Nicetas autem & alij aliquid vltra corticem requirentes euentus (aiunt) vitæ Iob in tribus filiabus & earum nomi

[a] S. Gregor. S. Basilius. V. Beda. Nissenus. S. Thom. additalias, supposito quod bona duplicia erant oportuisse filios non duplicari, vt vnicuique duplex contingeret hæreditas, & sic feliciores essent

Nomina puellarum.

4\.

[b] Orat. 9. in Cant.

nominibus expressos, & in posteris impressos mansisse, sicque de more Patriarcharum primæ filiæ nomen *Dies* indidisse, quo priorem vitæ partem significaret, quæ clara fuit vt dies, & ab exiguis crepusculis & principiis ad felicitatem claram peruenit, cui tamen nox tribulationis successit. Secundæ nomen *Cassia* tempus calamitatis, nuditatis, & spoliationis significat. Tertia verò felicissimam fortunam repræsentat, quando Deus plenis vlnis retulit, quod abstulerat;
5. Hebraice enim sonat cornu conuersionis, *cuerno de buelta*: vel meliùs, *restitucion y buelta de cuerno (que esto significa la punta del animal en la sacrada escritura, aunque el abuso del Español tiene como otras muchas tachada esa palabra)* hoc est, fortitudinis, abundantiæ, diuitiarum, quæ cornu nomine significantur. Ego verò non sine authore existimo, cùm Spiritus sancti occulta ars fuerit, his lineamentis filiarum Iob vmbram resurrectionis extendere, illud egisse, quod Zeuxi refert antiquitas, qui cùm perfectissimam intituerer Diuæ picturam, sex vocatis apud se virginibus ex vnaquaque, quod pulcrius erat, imitatus, vnam ex omni parte pulcram peregit imaginem. Sic diuinus ille artifex Iobi, & meliùs Christi resurgentis gloriam adumbrans tres puellas vestit, & ornat; primam pulcritudine, & hilaritate; secundam fragrantia, & cutis specie; tertiam abundantia, diuitiis, & fœcunditate, vt vna figuret vitam, altera mortem, tertia denique resurrectionem, omnésque simul ter maximam Christi felicitatem summa cum proprietate ostendant, vt iamiam videbitis.

Tegit spiritus nomine filiarum trinam ... maximè resurrectionis gloriam.

6. Primum gloriæ Christi nomen est *Dies* Diana, egregiè factum est, hoc enim nostrum thema concionis erat: *Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea: esse si que es dia esta si que es mañana.* Omnia tempora constituit Deus. *Tu fabricatus es auroram, & solem: æstatem, & ver, tu plasmasti ea.* Sed hæc dies vera Dei nuncupatur, & canitur, in illa enim opus Deo dignum ad perfectionem, & effectum duxit. *Hæc dies, esse si que es dia, dexa me esse para mi.* Alij enim dies vitæ meæ temporalis mei erant & vestri, in quibus mea fruens gloria vestram ferebam ignominiam & pœnam. Hæc verò dies tota in meam gloriam dicata & vindicata est, omni ablata pœna: *exultemus & lætemur in ea.* Cœpit dies hæc quasi aurora, ideoque dicta est *dies*, alba aurora prædicta est etiam a Propheta Osea: *quasi diluculum præparatus est egressus eius. que se traço su salida gloriosa como la mañana. Embia la mañana primero vn luçero despertador que annuncia como se allega el sol, tras el se sigue blanquearse el cielo por la parte que el lucero subio con claridad que se acerca, van se encerrando las estrellas en el cielo como en vn mar de leche. a su luz se recojen los malhechores por que no los afrente salen los cuidadosos labradores a poner mano en su labrança, y hacenles musica las auecica parleras gorjeando desde sus nidos enseñandonos con su natural instincto agradezcamos a Dios la luz santa, &c. a cabo de rato parecen coronadas de fuego las cabeças de los montes donde primero hiere el sol luego se tiño todo el ayre de oro de luz desatado en valles y vegas.* Mittit aurora sidus fulgentissimum luciferum Solis præcursorem, nuntium & excitatorem, pòst albescente cælo quasi in lactis pelágo sensim sidera merguntur, tunc consceleratî homines, & ad vim præparati lucem refugiunt, & tanquam fera animantia vbi lucere cœpit aurora, ad cubilia recedunt. Agricola verò diligens assiduo labori boues parat, & rus ingreditur. Iam verò canoræ auiculæ & passerculi matutino cantu, & naturali instinctu grates referre Deo docent sanctæ nascentis lucis. Iam tenuis auster corpora nocturna quiete æstuátia refrigerat; prima tamen luce exurgens aurora iã super virentia minutissima scribrauerat margaritas. Adhuc crepusculum matutinum durat, quod claritas Solis efficit, qua solùm expergiscimur, & obscuram colorum differentiam sentimus, sed ecce repentè montium vertices & capita quæ sol primò videt, igne quasi coronata rufo colore splendentia, inde tamen ad infimas valles descendit, aërem cunctaque aureâ luce perfundens, & gaudio mortales; *quasi diluculum præparatus est egressus eius.* Sic Christi reuiuiscentis diluculum præparatum est. Primò enim Angelus tanquam lucifer ad nos somno excitandos missus est, *tanquam fulgur.* post quem albescere cœpit cælum, venit enim *in vestibus albis*, fugerunt inopinatam lucem armati, qui custodiebant sepulcrum, dum assiduo labori solicitæ exeût mulieres operi vnguendi Christum intentæ cùm iam duos Angelos orientem solem Christum annuntiantes vident. Suam etiam hoc mane crespusculum & 7.
quasi dubiam lucem habuit, in quo paulatim duo, qui ibant in Emaus, tenebras expulerunt ignorantiæ, donec ad panis fractionem sol ipse affulsit. Ecce tamen iam capita altissima montium sole splendent, Maria mater sanctissima, alta illa per pœnitentiam Magdalena, Petrus item sanctitatis & Theologiæ culmen. Post hæc tamen etiam absconditæ valles, vbi discipuli latebant, lumine Solis perfunduntur, *sicut diluculum*, sicut dies, sicut Diana. Iam tibi ô mater Ecclesia bonos precari dies licet: *Hæc dies, quam fecit Dominus.* Æterne Pater illuxit tibi hæc dies? *es de dia en vuestra casa*? ita. Hæc mea dies est, in qua consummata ostensa est, & immensa sapientia, & incomparabilis potentia, & ineffabilis bonitas. Age Virgo sanctissima, illuxit etiam tibi sol? *es de dia por alla*? hæc dies mihi facta est, iam mei oculi serenitate gaudent, dum transacta hyeme terra corporis filij mei Nazarenis floribus imò cælestibus conuestita apparuit. Dies & natalis eius, & mei partus, dum titulo illo matris Dei quod per tres dies amiseram iam in sempiternum fungor. Et vos Angeli noua luce fruimini? ita, nobis hæc dies illuxit, dum capite illo quondam spinis coronato, immortali & impassibili immortalitate coronamur. August.[a] *In quo mihi salutem dedit.* Mortales vobisne lux orta est? vtique, cùm in hac die litteræ nostræ libertatis quas Pater concesserat, nouo resurrectionis sigillo firmantur: *Exultemus & lætemur in ea.* Vni peccatori grauis & inuisa lux est, quia adhuc in tenebris est. Vocatur hæc gloria Psalterium: *Exurge gloria mea, exurge Psalterium & cithara,* quia musica tristes tristiores reddit, sicut exultantes exhilarat; sic etiam his diebus tristiores sunt peccatores. Sicut milites *qui præ timore exterriti sunt, & facti sunt velut mortui.* Sanctæ verò mulieres iubilantiores redduntur, dicente Angelo: *Vos autem nolite timere, scio enim quod Iesum, qui crucifixus est, quæritis.* Talis est huius diei lætitia, vt vitam & longos annos eius sola recordatio luce & gloria repleat. 2. Tim. 2. *Memor esto Dominum Iesum resurrexisse à mortuis*; est enim

Psal. 117. Dies diem designat resurgentis Christi.
Ps. 73. 16.
Pascha in resurrectione Christi diluculum, dies, aurora.
Os. 6. 4.
Lux & lætitia huius diei quo pacto diffusa est in omnes.
a In Ps. 117.
Lætitia huius diei instar musica.

enim hoc mysterium sol, aurora, dies, & Diana fidei, & veritatis.

8. Secundo loco nata Cassia, seu Cassilda vocatur, in qua pulcritudo corporis quondam decore & diuitiis spoliati ostendebatur: in Saluatore autem ineffabilem splendorem, quo circumfusa est caro eius, significat. Audeamus tamen huius gloriæ fontem, vnde illa manauit. Iacebat corpus in sepulcro, cui fuerat mandatum, atro, cæruleo colore, & pallore conspersum, grandi lapide, & sudario velatum, cùm ecce triumphans de inferno sanctissima anima, quæ illustri animarum pompa ad corpus redit, & virtute diuinitatis quæ tam corpori, quàm animæ iuncta erat, anima corpori reuincta est. Passio enim opus fuit Christi in quantum homo; resurrectio tamen Christi in quantum Deus. *Qui crucifixus est in infirmitate nostra, tamen viuit ex virtute Dei.* Statim redit ad vitam, resumptóque sanguine arterico, quem in passione profuderat, qui, vt ait D. Thom. ad veritatem & integritatem corporis animalis pertinet, surgit palpabilis: *palpate & videte*; incorruptibilis & immortalis: *iam non moritur*; subtilis, non ablato lapide; specie splendoreque clarissimo, iam cærulea caro, & pallida facies clariùs splendet sole, collucent vulnera plusquam sydera in frigida & serena nocte fulgentia. *Haueis visto en vnas iustas reales vn cauallero con vnas armas doradas cubiertas de vn tafetan carmesi golpeado a trechos y descubriendo por los golpes el oro de las armas. asi salia por las llagas el oro de la gloria que de dentro procedia.* Vidisti in torneamento equestri prodeuntem principem auratis armis vestitum, supra quæ vestem sericam multimode scissam, vt & arma colluceant, & radij lucis inter scissuras ingenti nitore micent. Sic corpus, sic animæ gloria per vulnera, & scissuras corporis clariùs emicabat: *Conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia. la hermosura de sus cabellos competia con los rayos de el sol y si le rindieron luego los rielos de oro a su fineza. los ojos podian prestar claridad a las fuentes mas limpias que salen en las sierras los blancos y finos diamantes puestos cabe la frente parecian turbios y escuros los claueles saticados de blanco y carmesi rayados ante su rostro parecian lacios y pisados flores. el cuello mas lindo que el marfil el cuerpo todo claro y blanco broslado y recamado con el oro del anima que por mill partes se descubria y hacia vn brocado de tres altos gloria del cuerpo. hermosura del alma luz inaccessible de la diuinidad.* Clarior denique & illustrior syderum, Solis, & lunæ splendore clarissimo, pulcerrimo florum viridario pulcrior. *lo hermoseado los jardines lo bello de las huertas frutiferas la flor blanca del peral y la encarnada del almendro y la pintada del mançano.* mecum est. *Pulcritudo agri mecum est, pulcritudo panaris mecum est.* Quod felix faustúmque sit tibi gloria tanto potiri. *haga os buen prouecho señor mio goze se vuestro cuerpo descortezado desnudo azotado, con la ropa de la gloria.* Gaudium meum est te gaudere; glorior, dum gloriaris. Vnum tamen à te peto, *hazed me señor vna merced.* Quando puerum alias ore venusto gratum, capillis aureis, & crispis cincinnis, rosis in facie natiuo calore expressis, vestem aliquam auream egregiè adaptatam induunt, totus sale conditus videtur, & Angelum repræsentare, statim omnes dicunt, viditne puerum mater eius? deferatur ad matrem. O formose iuuenis, qui vincens hasta dæmonem tuo pectori infixam tulisti. *galan venis con las armas doradas y las cinco flores de lis.* Tam insigni victoria parta vexillum rubro colore explicatum ferens adeas obsecro matrem, visita sanctas animas, vt in noua veste nuditatem primam egregiè compensatam intueantur, vt Dei serui à cruciandis, & mortificandis corporibus non desistant, certi post nuditatem splendorem, post flagella dotes cælestes, post mortalitatem gloriam illis in cælis conseruatam.

Pulcritudo corporis Christi resurgentis.

2.Cor.vlt.

Psalm.29.12.

Psalm.49.11.

Tertia filia Cornustibij, seu Cornelia nuncupata est, quo nomine primò vbertas maxima significatur, sicut cornu illud tauri Amalthea manibus sustentari, omnibus floribus & plantis conuestiti. *la punta del toro hecha vergel de flores y frutos en manos de la fingida Diosa Amalthea.* Horatius, 9.

> *Iam fides, & pax, & honor, pudórque*
> *Priscus, & neglecta redire virtus*
> *Audet, apparétque beata pleno*
> *Copia cornu.*

Figurabat ergo in Iobo & in Christo summam redeuntem Felicitatem. Alter tamen sensus est Vatabli, quem nouus sequitur author, In Hebræo cornu animalis significat abundantiam, diuitias, & potentiam, & sonat *cornu bapac.* hoc est, *cornu conuersionis*, quasi diceret, attendite qua ratione Deus lapsam felicitatē in pristinum statum reuocet. Egregia quidem expositio, & quæ Dei morem apprimè explicat: solet enim Deus iustos his temporaneis rebus expoliare, & cum penè extinctam eorum felicitatem putares, omnia bona quasi furto sublata cumulatissimè restituere, vt in vno potens, in altero prouidus conspiciatur. Fertur quidam rex proceribus regni sui in latissimo maris portu super aquam grande conuiuium apparasse, firmatis iam mensis in ipsa aquarum instabilitate quod magnum erat, aliud mirabilius, & post homines natos inauditum peractum esse, omnia enim pocula aurea & argentea postquam semel vini compotationi inseruissent, mittebantur in mare; discum, lances, patellæ aureæ, cælatæ, & argenteæ pariter post missus eiiciebantur in aquas, sicque omnia vasa abaco exposita exterminata sunt. O augusta liberalitas, & in sæcula commemoranda! ita visa vobis est? verùm expectate paulisper; modica enim est, & cautior, quàm putatis, hic enim rex potens in conuiuio apparando prouidus fuit vt retia amplissima expanderentur ante omnia, quæ sub aquis, quidquid præcipitatum putabatur, colligerent, & ablatis mensis, retractis retibus in terram omnia, quæ perierant, cum immensa piscium multitudine inuenta sunt.

Lapsam felicitatem Iob Deus summa prouidentia instaurauit.

Pergit Deus vt patientiam Iobi ostendat, suámque seruatricem sapientiam, & initio historiæ minutatim omnia & sigillatim in codicem refert. *haze inuentario de toda la hazienda de Iob.* Nati sunt ei septem filij, & tres filiæ, & fuit possessio eius septem millia ouium, & tria millia camelorum, quinquaginta quoque iuga boum, & quingentæ asinæ, &c. Quare Domine hæc memoriæ commendas? modò videbitis. Incipit bona omnia excutere de manibus, mactat, vastat, demolitur, omnia depopulatur, & 10.

Iob 1.

& ipse Iob in sterquilinium à regio throno descendit. O incredibilis prodigalitas sic bona, iustósque tuos prodigis? expectate me, dicit Dominus, ecce ego meæ prouidentiæ latissima & oculis plena retia dilataui & extendi, vt periret nihil; trahite rete, considerate omnia in
Iob 42. fine historiæ. *Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis quàm principio eius, & facta sunt ei quatuordecim millia ouium, & sex millia camelorum, & mille iuga boum, & mille asinæ, & fuerunt ei septem filij, & tres filiæ.* Hoc ipsum Propheta ille Ionas, in quo Christi resurrectio adumbrata est, ostendit. Nauigabat in Tharsis, facta autem magna tempestate mittuntur sortes, & cecidit sors super Ionam, mittitúrque in mare. Quare Domine sic præcipitas Prophetam aliàs
Eadem prouidentia ostenditur in Iona. fidelem & sanctum? Expectate: *& præparauit Dominus piscem grandem, vt deglutiret Ionam,* quasi rete os ceti amplissimum expanderat, vt reciperet Ionã, vt ibi moriatur? minimè, dicat ipse. Et ego dixi: *Abiectus sum à conspectu oculorum tuorum, perdido va Ionas. Veruntamen rursus videbo templum sanctũ tuum, non moriermos de esta. Nam*
II. *tu subleuabis de corruptione vitam meam.* Intrauit
Item in Dauide. Dauid quasi natator in altitudinem maris, qui etiamsi spiritum attraheret, & memoria Dei sustentaretur, contrariis fluctibus tranare cupiens attenuatur spiritus, ingurgitatur os, vires deficiunt, & aquæ vsque ad coronam ipsam & caput attingunt, omnia reflant votis, rident ex vna parte inimici, lugent ex altera amici, iamiam demersum putabant. *ya le da en la corona el agua no voluera a ser rey.* Tu tamen Domine occulta prouidentia expandisti manus, sustentasti, erexisti, & liberasti me. *Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Ha señor mio ya me contaban por muerto y por humido, mas tu tenias tendidas las redes y me cojiste en tus manos y me voluiste a mi reyno.* Vocatur ergo Christi resurrectio felicitas reddita, & instaurata, quia licèt nudari, crucifigi, & sepeliri videbatur, Patris tamen potentia rete expansum tenebat, & anima sanctissima in vna limbi descendens quasi proiecta, dum diuinitas rete colligit, non solùm ipsa reducitur, sed secum affert sanctorum Patrum animas, vt de illo dictum sit, *Proiecisti manum tuam vt non periret. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

12. Quæ omnia egregia Tertulliani obseruatione claudam, hoc idem in natura quotidie contingere. *Dies moritur in noctem, & tenebris vsquequaque sepelitur, funestatur mundi honos, omnis substantia denigratur, sordent, silent, stupent cuncta, vbique iustitium & quies rerum: ita lux amissa lugetur: & tamen rursus cum suo cultu, cum dote, cum sole eadem & integra, & toto vniuerso orbi reuiuiscit. Mira ratio de fraudatrice seruatrix, vt reddat intercipit, vt custodiat perdit, vt integret vitiat, vt etiam ampliet priùs decoquit, siquidem vberiora & cultiora restituit quàm exterminauit reuera fœnore in interitu, & in iniuria vsura, & lucrum in damno semel dixerim vniuersa conditio recidiua est. Omnia in statum redeunt cùm abscesserint: totus igitur hic ordo reuolubilis rerum, testatio est resurrectionis mortuorum. La muerte del dia es la noche el sepulchro las tinieblas en tierra se la honrra y luz del mundo enlutanse todas las cosas desaliñanse callan pasmanse como la biuda triste haze pausa todo y hacen se honrras del sol, pero mira como otra vez resuscita glorioso con su sol con sus rayos con su resplandor. admirable prouidencia quitar para guardar interrumpir para retornar perder para guardar dañar para mejorar abrasar y gastar para augmentar. Pues claramente vemos que buelue mas crecido y hermoso y arrebolado lo que pareze auia derrivado aqui a la verdad se vee que ay ganancia en el morir prouecho en la iniuria logro en el daño y para decirlo en vna palabra todas las cosas y su condicion es de tercianario vn dia padecen pero otro descansan todas se van para voluer y estas sus idas y bueltas os dicen à vos hombre que aunque morireis, resuscitareis.*

Altera stibij proprietas ea est quam refert Plinius *lib. 33. cap. 6.* clariores reddere oculos, 13.
hunc effectum similiter præstat hodie Christi Domini resurrectio quæ quasi cornustibij oculos & fidem duobus discipulis pergentibus in Emaus restituit, inter quos Saluator incedebat: *oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent, ea caminantes de que se trata?* de Iesu Nazareno, quia tertia dies est hodie, nec ab inferis rediit. *O stulti & tardo corde ad credendum,* date Moysem, date Prophetas, date Psalmos, legite, audite, videte. Quid dubitatis? de mea incarnatione? nónne vidit Moyses ardentem rubum candidis floribus vestitum? (vt ait Philo) in quo Deus ipse medicus apparuit, nec rubus nec flores conflagrabant? ego eram Patris verbum, de virginea carne plasmandus, quæ nec humanæ fæcis labe, nec culpæ ardore, nec passionis æstu consumenda erat. Dubium est de morte? Cùm Dominus dextram Abrahami iamiam filij ceruici minantem suspensam tenuit, & vice eius arietem spinis cornibus hærentem supposuit, quid hac iam testati volebant, nisi Deum, qui cùm mortem in hominem intentabat, & illum cum omni carne delere vellet, filium vidit tanquam agnum hærentem in spinis laborum & ærumnarum hominum, illúmque morti addixit, in totius populi salutem? Dubitatis de resurrectione? Cùm Oseas post Israelis plagas, & dura verbera eius felicitatem prænuntiauit, nónne dixit, *Viuificabit nos post duos dies, & die tertia suscitabit nos?* *Luce huius*
cap. 6. quasi diceret Redemptorem morte & se- *mysterij om-*
pulcro vitam omnium & mortem instauratu- *nia alia my-*
rum. Et hoc ipsum non iam etiam in Iona fa- *steria collu-*
cis adumbratum vidistis? Veniunt in dubium *strantur. Simile.*
mysteria reliqua? legite Psalmos, & sicut in regia aula depicta solent esse bella, historiæ, & egregia facinora viuis coloribus & eximia arte, fenestræ tamen clausæ sunt: si autem bono lumine conspiciantur, omnia sigillatim possumus intueri; sic Christi Domini illuminatione hæc omnia subitò perspicua facta sunt. Videte meã
ex patre generationem: *Filius meus es tu, ego ho-* Psalm. 2.
die genui te. Æqualitas cum Patre illa est: *Di-* Psalm. 109.
xit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Incarnatio: *Descendet sicut pluuia in vellus,* Psalm. 71.
& sicut stillicidia stillantia. Natiuitas: *Homo natus* Psalm. 68.
est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus. Adoratio magorum: *Reges Tharsis & insulæ mune-* Psalm. 71.
ra offerent: reges Arabum. Præsentatio; *Susce-* Psalm. 47.
pimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. Baptismus: *Vox Domini super aquas, Deus* Psalm. 28.
maiestatis intonuit. Dominus, &c. Triũphi dies & palmarum: *O Domine bene prosperare o benedictus* Psalm. 117.
qui venit. Traditio Iudæ: *Qui edebat panes meos* Psalm. 40.

magni

magnificauit super me supplantationem. Casus
Psalm. 108. eius & interitus : *Episcopatum eius accipiat alter.*
Psalm. 109. Sacramenti institutio : *Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.* Concilia
Psalm. 2. contra ipsum : *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?* Accusatio & flagella :
Psalm. 34. *Congregata sunt flagella super me, & ignoraui.* Fel
Psalm. 68. & acetum : *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt.*
Psalm. 87. Silentium mirabile: *Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore,* &c.
Psalm. 21. Crux & claui : *Foderunt manus meas & pedes meos, & dinumerauerunt*, &c. Mortis op-
Psalm. 30. petitio : *In manus tuas commendo spiritum meum.*
Psalm. 87. Sepulcri mandatio : *Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in vmbra*, &c. Resurrectio:
Ibid. *Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi, &*
Psalm. 71. *adhuc tecum sum.* Regnum : *& dominabitur à ma-*
Psalm. 95. *ri vsque ad mare.* Gloria & principatus : *Dicite in nationibus, quia Dominus regnabit à ligno.* Spi-
Psalm. 103. ritus sanctus : *Emittes spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Prædicatio mea:
Psalm. 18. *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines*
Psalm. 67. *orbis terræ.* Ascensio in cælum : *Ascendisti in altum, captiuam cepisti captiuitatem.* Cæcitas Iu-
Psalm. 68. dæorum : *Obscurentur oculi eorum, & dorsum eo-*
Psalm. 2. *rum semper incurua.* Gentium vocatio : *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* Aduen-
Psalm. 71. tus secundus : *Deus iudicium tuum regi da. Deus*
Psalm. 49. *manifestè veniet.* Ecce picturam mei his quasi
14. coloribus Prophetarum perfectam omnino, & à me expressam. De quo insuper dubitatis? an vobis etiam statuta sit resurgendi dies? reuocato in memoriam cùm Dominus vocauit Ezechielem *cap.* 37. & ossa arida, quibus plenus erat campus, ostendit, & ad tot excitanda corpora, aptanda, & viuificanda ossa hoc solum iubet. *A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super mortuos istos, & viuant.* Certè multa millia spirituum necessaria erant, sed vnus vocatur Spiritus sanctus, qui primò insufflauit in faciem hominis, qui etiam quia Deus est, suscitauit Iesum; hic vnus insufflans omnia mortalia cor-
Rom. 8. 11. pora suscitabit. *Quod si spiritus habitat in nobis, qui suscitauit Iesum à mortuis, viuificabit etiam*
Æterna vita futura fides mysterio resurrectionis & sacra Scriptura firmatur. *mortalia corpora nostra.* Quid denique in dubium vertitis? sitne alia futura vita? O stulti ne tardos & hebetes Philosophos consulatis, sed me qui vos ad certam indubitámque finis vestri gloriosi, & perpetuæ felicitatis cognitionem per fidem perduxi. Quorsum enim ego vitam, sanguinémque profudi? *nonne quia oportuit pati Christum, & sic intrare in gloriam suam?* Ratio est B. Dionysij [a], Damasc. [b] Ambros. [c] *si in hac vita*, &c. Si secundùm hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest si mortui non resurgunt. Quæ enim iustitia esset Patris mei, si bene agentes non remunerentur, & illum offendens non puniatur? Actiones autem meriti, aut demeriti sunt huius compositi naturalis; ergo & præmium toti reddendum est composito, totus homo aut afficiendus resurrectione, aut damnādus *. Similiter anima cùm sit actus corporis physici & organici, naturalem ad illud affectum habet; ergo felicitas, quam Deus retribuet iustis, perfecta non esset nisi affectibus naturalibus satisfaceret, temporalis enim beatitudo in pallio, & in calceis, & in pulcritudine modò est; futura ergo est alia vita, in qua felicitas non in externis his, sed in anima, in mente, in voluntate, in corpore & sensibus eius consistat. Ad hæc asserentes aliam vitam homines virtutem amplexantur, vitia refugiunt; est ergo altera futura vita. Probatur consequens, quia sequeretur id quod nō est, esse causam eius quod est, & quod *nihil* purum est, esse causam
15. virtutis, sicque melius esset nullum bonum esse, & malum homines bonæ frugis esse, & quod non est, melius esset quàm quod est bonum, cùm causa eius sit. Illud tamen maximè mouet, quia aliàs homines omnes creati fuissent nullo authori proposito fine, creati enim essent ad meram & æternam priuationem: qua autem ratione credibile est perfectissimū summi authoris opus, quale homo est, in sempiternum nihilum formatum, & reformatum, & ad viuos iterū vocatum, vt in Lazari resurrectione contigisse vidimus. Et Deus vt stultus, & insipiens homuncio (hæc enim est insipientia, quæ finem non respicit) sine vllo fine defatigaretur, & materia & forma potiùs cuperent, & eligerent nihil esse quàm homines esse. Ecce qua ratione resurgens vitæ gloriosæ pignora concedo. Et vos stulti dubitatis.

Futura vita fides etiā ratione fulcitur.

16. Concedite panem quem sumens gratias agens † consecrauit de more suo, quo solum Christum cognouerunt, flagrabant corda, & reliquos sui gaudij participes efficere properabant. In quibus duo in nostram doctrinam docenda supersunt; primum, vt cognoscerent Christum, non tanti momenti fuisse verba & scripturas, quàm panis fractionem & communionem, & hoc dedit resurrectionis signum coràm illis manducare, quia non satis est vobis, ô Christiani, plurimas conciones, plures Scripturæ locos auribus excepisse, videte qualiter communicastis, in forma enim & affectu quo diuinum panem fregistis, & sumpsistis, cognoscetis an animus resurrexerit ad vitam gratiæ; nam si ad eadem reuertitis, malum; si verò immutatio morum fit, bonum signum: omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Hinc secundum oritur, nempe aliquos vestrûm esse, sicut qui in diuersorium intrant, qui quamprimò de cibo agunt, quid habemus edendum? *Que ay de comer?* edunt, & quàm properè iterum iter arripiunt, *comen para pasar adelante.* Sic multi communicatis vt vlterius ad vitia progrediamini, & itinera trita malè viuendi peragatis. Ideo plorans post tantam lætitiam dat finem concioni. Bernardus [a]: Obnubilat fratres solemnitatis lætitiam materia tristior, sed ipsius plangimus solemnitatis iniuriam, quam dissimulare non possumus. Proh dolor peccandi tempus, terminus recidēdi facta & resurrectio Saluatoris! *termino de quartanario la paschua oy no he de peccar ni mañana es et roy esta con la fiebre;* quare, quia surrexit Christus, quasi Christus resurrexerit ad prandia & conuiuia, ac vitia, & non nostram iustificationem. Sic honoratis Christum? sic iterum traditis? eò vestra illa humiliatio tetendit? *Sed vos neutrum honoratis, ex sola consuetudine temporis, & simulatione quadam humiliatio illa processit.* Iustorum verò vera gaudia, sicut vera tristitia, vera nuditas in splendorem, vera felicitas gratiæ, vera & ter maxima gloria.

† Chrysost. in Matth. Theophyl. Titus Bostrenus in catena S. Thom. super Luc. Aug. lib. de consensu Euangelistarū. Beda in Luc. P. Damianus de diuinis officiis.

Sacra epula vtiliores quā plurima conciones.

a Lib. de cælesti Hierarchia c. vlt.
b Lib. 4. de fide orth. c. 28.
c Tom. 2. Pauli 1. Cor. 15.
* Durand. in 4. dist. 43. Franciscus Mairō. August. tom. 5. lib. de ciuit. demonstratiuā appellauit rationem largè sumpto nomine demōstrationis.

a Serm. 1. de resurrectione.

VERBVM FILII.
Luc. 24. v. 13.

Ecce duo ex discipulis ibant ipsa die in castellum nomine Emaus.

Trinam eius natiuitatem ad vitam & gloriam in nostram vtilitatem redundasse, & aditum ad cælestia per labores & mortem reserasse ostendit.

DISCVRSVS CXIII.

1. CVRREBANT simul, & indiuidui comites in Christo nostro erát, humilitas & gloria; eius etiam gloria cum nostrâ vtilitate simul vbique inueniebatur. Nam cùm amor Christi proprium decorauit dedecus, ignominiásque gloriosas reddidit, & cùm charitatem suam commendauit amãdo homines inimicos & scelestos, effectum est vt tam in humilitate, quàm in gloria eius amor apparuerit, & eluxerit, vt facilè videre est in hodierno mysterio, in quo videbitis illum è sinu & gremio Patris ad crucem descendere, è cruce ad sepulcrum, ex sepulcro ad limbum, ex limbo tandem ad homines, & ad Patrem reuerti, in omnibus tamen his viis & itineribus acquirendo venit, & sibi gloriam & nobis vtilitatem, & charitatis & amoris indicia. Vnum tanti mysterij exemplum afferam margaritæ & vnionis, qui valde pulcer & venustus ex triplici ortu nascitur. Primò ex sole, qui tenero ac blando rore fulgentibus & splendentibus radiis matutinis margaritam cõponit, postea ex materno vtero, videlicet ex conchylio tereti & candido candidus & perlucidus oritur: postremò ex mari quasi iam tertiò nascitur, in quo nihil vel æstimationis, vel pretij amittit, eo quòd Oceani se visceribus abdiderit, occultarit atque absconderit, sed nouum nitorem, venustatem & nobilitatem comparauit. Aliud exemplum est Solis, in quo triplicem alium ortum inuenio, illum namque cælum & manus summi Patris solem suũ oriri facit super bonos & malos. Alter est ab aurora cãdida inter tenerum rorem & picturatas nubes colorum diuersitate variegatas. Tertiò mare illum nobis per tot horarum spatium celat, in cuius aquis tanquam in Iordane repuerascit, quotidie parit. Et vt gradum à natura ad politicum mundũ & res diuinas faciamus, dies qui clarior orbi illuxit; fuit vtique ille, in quo Ioseph Patriarcha in lucem editus est, qui ita fulgentes radios iaculatus est, vt necessum visum fuerit Parenti eius gloriam diuidere, & illum ter maximum appellare, & tandem demonstrare eius humilitatem gloriam fuisse. *Omnipotens*, inquit senex Pater, *benedicet tibi benedictionibus cæli, Dios eterno te bechará la benedicion del cielo. Deorsum* (verò) *benedictionibus vberum & vulua*, terra mater, & quæ te genuit pulcerrima Rachel pulcritudinem, lætitiam & numerosam prolem tibi tribuent, & si sors tua atque fortuna eò te deduxerit vt fratres tui in aliquem te puteum detrudãt,

Omnia Christus ad nostrã vtilitatẽ dirigebat.

Nihil gloria amisit.

SVMMA INTRODVCTIONIS.

Simile.

Simile.

ex eo velut pretiosa gemma, & velut orbis sol orieris. Tertiò, *Et benedictionibus abyssi iacentis*, tres istas natiuitates & ortus glossa interlinealis de Christo nostro ac de nostra per ipsum resurrectione intelligit, quæ hodie nascitur, ac renascitur, & ex quolibet horũ ortuũ nobilior sibi & præclarior oritur Christus, nobisque vtilior & gratior, & manifestè apparet nihil illũ perdidisse, eo quòd amore hominum sese abiecerit, sed potius multũ sibi honoris & gloriæ comparasse.

Nihil amisit Christus quòd ad mortem crucis se demisit.

2\. Primus eius ortus fuit à Patre qui illũ æqualem sibi in sanctorũ splendoribus genuit, qui licèt tanta præditus erat gloria, ad homines tamen descendit, & crucem ac mortem amplexatus est. O via! ô expeditio amore plena! nullo modo percipi ac declarari posset eximius iste tuus amor nisi æternus Pater illum extolleret ac declararet, qui intuens te hodie resurrexisseà mortuis, ait, *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, licèt non pauci Ecclesiæ Patres hunc locũ de æterna generatione interpretentur, alij de temporanea, vt Chrysostomus, Greger. Nyssen. qui omnes iuxta litteralem sensum admitti possunt, cũm certò constet eundẽ Scripturæ locum plures aliquando literales sensus inuoluere. Sed inter huiuscemodi sensus iure propriissimus appellandus est ille qui de resurrectione intelligitur, vtpote qui regulas omnes literalis expositionis continet. Primũ, quia allegatus est locus à Paulo ad cõuincendos de Christi resurrectione Iudæos, & abs re esset si ad conuincendos Iudæos non germanũ sensum, iuxta quem talem locum intelligebant, ipse adduceret. & illud, *Dominus dixit ad me*, vt notauit Basilius, nõ propriè de generatione æterna intelligi potest, cùm inueniatur illud nomen *Dominus*, & qui per talẽ generationem genitus est æqualis sit Patri: & nunquam Christus Patrem Dominum nuncupauit, nisi postquam naturam humanã assumpsit. Nec minus de eius ex Virgine ortu potest declarari, per hanc namque generationem in lucem datus est similis Patri, mortalis, & ad perpetiendum aptus & idoneus. Vnde D. Paulus de generatione temporanea agens hæc verba protulit, *Misit Deus filium suũ, factum ex muliere*, non dixit, genuit Deus filium suũ ex muliere, sed, *misit Deus filium suum, factum ex muliere*, vbi totam filij sui generationẽ attribuit matri, per illã namque omnino illi similis natus est: at resurrectio quia ex sepulcri vtero immortalis & gloriosus egreditur, Patri tribuitur, *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Sed

Eximius Christi amor morientis & resurgentis.

D. Cyrillus lib. de fide ad Reginas, Athanasius serm. 3. contra Arianos, Aug. super Psal. Chrys. Hom. de fide in Christo, Nyss. de cognitione Dei.

Gal. 4.

3\. quàm verè ac propriè hoc dictum fuerit, hac cõparatione constabit, habet eques quidam filiũ quem summo amore prosequitur, huic dat aliquem seruulum qui in eius obsequiũ diligenter incumbat, alios præterea pueros qui cum illo viuant, degant & ludant, quos ita arctè puer diligit vt semper cum illis agat, mãducet, ludat, currat; accidit aliquando inter currendũ vt seruulus & puerulus præcipites è scalis ruant, accurrit parens, aduolat mater, accipiũt vlnis paruulum, illúmque viuum & incolumem intuentes dicũt, hodie nobis nasceris fili quando à tali discrimine liberatus es, *Inquieta res est amor* (inquit Laurentius Iustinianus) & *proprijs stimulis agitata.* Creauit Deus seruulũ hominem vt æternũ Verbum, cum quo ludere posset, haberet, *ludens corã eo, ludens in orbe terrarũ*, hunc eo dilexit amore, vt cùm in crucẽ atque mortẽ præceps ruerit, ruerit ipse, quẽ hodie accipiens parens dicit, vt notauit Ambros.

Simile.

Amor vilissimi hominis ad sepulcrum Christum exturbauit.

Ambros.[a] *tunc quãdo resurrexit filius à mortuis, Patris vox resultauerit filius meus es tu,ego hodie genui te*; hodie mihi nasceris fili mi. Deinceps primogenitus mortuorum nominetur, vtpote qui in mortem & sepulcrum descendens primus resurgit. Amisit ne aliquid Christus in hoc lapsu? prorsus nihil, imò per illum habuit vt pro Dei filio ab omnibus cognosceretur. Facit ad hanc rem historia illa 2. *Reg.* 3. quam Dionysius Carthusianus[b] refert. David regiam maiestatem deponens & abiiciens, Nabal Carmeli vxorem duxit, sed cùm statim grauida appareret, cuiúsnam proles esset dubitabatur; cùm populi dubitationem Rex intelligeret, infantem recens natum Danielem appellauit, quod nomen interpretantur *iudicat Dominus, cui repentè*, inquit Dionysius, *facies & forma immutata est*, & ita parentis David retulit lineamentum, proportionem & formam, vt nemo deinceps dubitare posset quin eius filius esset; qua re factum est vt alterum illi imponeretur nomen *Cheleab*, videlicet quòd *similis patri* sonat, & sic ad concordiam reuocari possunt diuersa nomina huius Dauidis filio imposita, vnum 2. *Reg.* 3. aliud 1. *Paralip.* 3. Eodem modo Christus ex secundo ortu ita humilis & abiectus & parum Patri similis processit, vt dubitarent homines an esset Dei filius. *Filium Dei se nominat, videamus si sermones eius veri sunt. Si enim est verus filius Dei, liberabit illum, & si filius Dei est, descendat de cruce.* Moritur Christus, & cùm minus putabant homines esse Dei filium, à mortuis illum Pater excitat, eius immutans formam, hoc enim nomine in libro Iob resurrectio, *immutatio* appellatur, vt tali dubitationi nullus iam locus relinquatur. Pater præterea id affirmat, dicens, *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Nunc mihi similis ortus es, vt recens natus tam raro certóque splendore, vt illum Athanasius prædestinationem compellarit, *qui prædestinatus est, filius Dei, hoc est, declaratus ex resurrectione mortuorum*, id est, post resurrectionem, vt reges, principes & optimates intelligant nihil autoritatis & æstimationis perdere, neque eorum gloriam imminui quando ex regio fastigio in xenodochia, in domos pauperum amor eos demittit, sed potiùs inde nomen filiorum Dei & gloriam maiorem comparant.

[a] Lib. 5. de sacramentis c. 1. Hom. 4.

[b] Ibid.

4. *Demissio Christi nihil abstulit maiestatis.*

Matth. 27.

Vide P. Toletũ comment.... epist. ad Rom.

5. *Secundus ortus ex limbo fuit, & benedictionibus abyssi iacentis.* Quò te Domine tuus iste amor deduxit? eo, inquit Dominus, in vos affectus sum amore, vt meum locare solium, paschaque in inferno celebrare, dum vos ibi comites ac socios habeam, nulla ratione dubitarim. *Dura sicut infernus æmulatio.* Optimè amor & humilitas conueniunt, & ad sua perpetranda facinora amor cum humilitate societatem iniit. Hinc est vt nullus adeò humilis & despectus locus inuentus sit, quem non amor Christi penetrauerit, propter nos namque neque exiguum illud in vtero virgineo corpusculum suscipere, neque reclinari in præsepio, neque ad limbum descendere, neque hominum pectora sub vini & panis speciebus intrare recusauit, potiùs hæc omnia loca quantumuis arcta & despecta, sicut paradisum duxit, hoc namque nomine limbum, quia ibi cum hominibus erat, compellauit. & hoc sibi velle existimo illud, *Hodie mecum eris in paradiso*; ideo quidem mihi paradisus erit, *quia mecum eris*; si enim primus voluptatum & delitiarum locus paradisus ideo vocatus est, cùm delitiæ Christi sint esse cum filiis hominum, vbicumque cum illis sit, suum habebit paradisum. Vt hinc discatis carceres, cœnobia & cellas, dummodo Deum in illis habeatis, vt paradisum voluptatum ducere. Amisit ne Deus aliquid in hoc descensu? potius perfectam quandam victoriam consequutus est, inquit D. Thom.[a] Christum descendisse, *vt totam peccati pœnam sustineret*, illam scilicet quæ animæ cum diuinitate coniunctæ non repugnabat. Quæ nam est ista pœna? damni ne? minimè, quia huiuscemodi animæ repugnat; sensuum ne? illos non habet anima; quomodo igitur pœna vocanda est, cum portio inferior absit, & animæ descensus pœna esse non possit? præterquam quòd sanctorum Patrum animæ, vt primùm animam Christi plenam gloria viderunt, neque locum, neque pœnam senserunt: ergo anima Christi non ad implendas & sustinendas pœnas descendit? verùm ait D. Thomas, ex Paulo, *Qui ascendit ipse est qui descendit in inferiores partes terræ, vt impleret omnia.* Expendite illa verba, *impleret omnia.* Solet quis dux aliquam ex hostibus victoriam reportare, dicunt tamen rerum militarium periti non nisi post tertium diem consummatam victoriam esse, nec decantandam, quapropter victores milites fugientes hostes insequuntur, & profligandis insistunt, & ipse dux per tres integros dies arma non ponit. Vicit in monte Caluariæ Christus, ac fugauit mortem & infernum, qui vt perfectam esse victoriam demonstraret, hostes ita insequutus est, vt illos in æternum concluserit. Ideo namque armatus ad limbum descendit, *vt impleret omnia, expolians principatus & potestates, traduxit confidenter, triumphans eos in semetipso.* Nec non vt gloriam accidentalem compararent, videntes in ipso incarnationis mysterium quod in diuina conspexerant essentia. Amisítne aliquid noster Ioseph? nihil quidem perdit prælatus ex eo quòd fratres suos velut Ioseph inuisat, is namque quemlibet locum licèt inferno similem per seipsum, non verò per ministros quamuis Angeli sint, debet inuisere. Angeli sanè sanctorum Patrum custodiæ addicti erant, qui dubio procul eos quotidie crebra nouorum reuelatione mysteriorum solabantur, animam Christi, cùm Patrum beauit animas, comitati sequutíque sunt, & tamen quamuis Angeli & sancti erant, efficere minimè potuerunt quod fecit Christus. Quid in causa fuit, quæso, vt solùm Petri vmbra ægris salutem daret? nullam aliam rationem posse assignari existimo, nisi quòd pastoris ac prælati vmbra erat, quo præsente (nam aliter vmbra non fit) conferre ipsa vmbra poterat salutem, vt inde intelligatur quàm necessaria vtilísque sit pastoris præsentia, quandoquidem ipsius vmbra ægrotos & infirmos sanat. Nunquam Giezi, quamuis Elisei baculum gestabat, paruulum à mortuis excitare potuit, donec Propheta aduenit. Itaque ex hoc ortu nihil Christo detractum gloriæ, imò sanctorum insigni comitatu circundatus describitur, *in splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te.*

Ineffabilis Christi amor erga homines.

[a] Opusculo 5.

6. *Amore & humilitate omnia impleuit Christus.*

Ephes. 4.

Ephes. 2. 15.

Inuisat prælatus eues & subditos suos.

Cur solius Petri vmbra tantùm suos ægrotos sanabat.

7. Tertiò tandem nascitur ex pulcra aurora, Maria scilicet, quia per tres integros dies, eo quòd amisit filium, nomen etiam matris amisit

Maria sancta, iam lætitia & reparata gloria.

sit, illum tamen simul cum amisso nomine recuperat, & pluris æstimat natam ex suo vtero geminam, quia illam nouis conspicuam & illustratam splendoribus cernit. *Hæc dies quam fecit Dominus, esto si que es dia.* Natus recenter paruulus exhilarat vnicus domum, & profusis gaudiis implet, hodie nascens ex Patre & matre absque illius dolore Christus, tandémque ex inferno non sine illius cruciatu atque mœrore solutis doloribus inferni clarissimum & lætissimum offert diem. Nunquam nisi binæ & associatæ nascuntur gemmæ, ideo namque vniones appellantur hodierna die; cum ista gemma oritur alia, spes videlicet nostræ redemptionis, vt videas tandem non sine fœnore nostræ vtilitatis, & gloriæ suæ, hæc itinera Christum peregisse, & tot ex humilitate & demissione ortus fecisse.

Spes nostræ resurrectionis cum Christi resurrectione firmior fit.

8. Nunc autem Domine quandoquidem implenisti omnia, *vt impleret omnia*, Patrique dedisti filium, Redemptorem terræ, liberatorem limbo, dæmoni supplicium, gaudium matri, diémque Dominicum lætum & hilarem fecisti, linque iam homines & quiesce, imitare parentem, de quo dicitur: *Benedixit Dominus diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit Deus vt faceret.* Hunc diem consecrauit suæ quieti. Qui finis in hoc Gregorius putat consecrasse vniuersi consummationi, cùm vltimam manum imposuit, & est fundamentum huius sententiæ in ipso textu, *& compleuit Deus die septimo opus suum quod fecerat.* S. Augustinus, Consecrauit (inquit) ac dicauit suæ liberalitati, qua naturam & proprietatem omnibus impertitus érat creaturis, est namque proprium generosi ac liberalis animi illũ diem festum ducere, in quo aliqua beneficia contulit, vnde pro illis Ecclesiastici verbis, *Particula boni diei non te prætereat*, posuit alter, ex Græco, *particula boni doni non te prætereat.* Quod indicare videtur textus, inquit Augustinus, dum illa subiunxit verba, *Requieuit ab omni opere suo quod creauit Deus vt faceret*; ac si diceret, hac vos creaui die, alia ad me reuertemini, alia supersunt dona, adhuc alia largiri volo, creauit vt faceret, *hizo a quien hacer bien.* Aliter hunc locum Augustinus [a] exponit, dum asserit hunc septimum diem Deum dicasse independentiæ quam à creaturis habet, quod idem est ac si diceret, solùm has omnes res Deum creasse, non quòd illis ad suam gloriam indigeret, sed vt se liberalem ac beneficum præstaret. *Non dixit, requieuit ab omni opere quod patrauerat, sed requieuit ab opere: non requieuit in opere quod creauit, sed ab opere requieuit die septimo, id est, non in aliqua creatura tanquam eius bono indigens, sed in die septimo, id est, angelicam naturam ad requiem suam deduxit.* Et Lyra [b], *Sic nos post bona opera requiescere fecit.* Sed neque hoc doctrina vacat, nunquam videlicet animam die frui posse festiuo, donec se à creaturis independentem videt. Nec vera requie potitur nisi cum abdicatis omnibus ens per se in quantum potest Deo assimilari studet. Alteram interpretationẽ & causam affert D. Paulus, dixit enim in quodã loco de die septima sic: *Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis*; & in isto rursum: *Si introibunt in requiem meã*, vt indicaret post huius vitæ labores aliam esse laboris expertem, sic Augustinus [c]. *Video enim per totum textum diuinarum scripturarum sex quasdam ætates*

Cur requieuisse dicitur Deus die septimo.

Cap. 14. 14.

a Tom. 4. lib. Quæst. 83. quæst. 141.

b In hunc locum.

9.

Hebr. 4. 4.

c Tom. 1. contra Manichæos c. 23

operosas certis quasi limitibus esse distinctas, in septima separatur requies. Nunc ergo Augustinus philosophatur. Quãto celebrior est & requie dignus hic resurrectionis dies, in quo redẽptionis opus cõsummatu est, quam ille creationis: dedicandus vtique erat consummationi, vt aiebat Gregorius, vel liberalitati, vt dicebat Augustinus: siquidem resurgẽs omnia perlustrat, & replet donis discipulos; vel independentiæ attributo dicandus erit, in quo Christus etiam dotibus corporis gloriosior, & ab omni malo semotus, nec cibo, nec potu, nec somno indiget; vel dedicandus erit requiei post laborem, vt volebat Paulus, quandoquidem peracto passionis opere noua pignora dat resurrectionis, & futuræ quietis. Iam ergo Domine singulari gloria præditus es, impone vltimam manum operi, homines relinque. Nequaquam, inquit Dominus, sed illos potiùs meæ gloriæ participes efficiam, sequar illos, cum peregrinis peregrinus ero, cum illis qui dubitant & hærent animis quasi ignarus, si desint homines gloriam nolo; his enim rebus etiamsi me ad limbum demittam, nihil meæ æstimationis & dignitatis amittam, sed me Deum verum esse demonstrabo.

Duo ex illis. Hoc verbum mysterij resurrectionis compendium est, & quamuis de duobus discipulis videatur loqui, declarat tamen quod Christo, duabus composito naturis accidit. Refert Ecclesiasticus quoddã emolumentũ quod ex fratrum societate percipitur. *Melius est duos esse quàm vnum, habent enim emolumentum suæ societatis. Væ soli, quia si ceciderit, non habet subleuantem se:* inde fit, vt siquis occumbat, seipsum excitare à mortuis non possit. Non habet eius natura socium qui possit opem ferre. *Non habet subleuantem se*; in Christo tamen erat duplex natura, diuina scilicet, & humana, arctissimo amicitiæ vinculo vnita atque constricta: humana nullo modo, nisi opem diuinã ferret, se à mortuis excitare potuisset. Crucifixus est ergo ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute Dei. Quoties hominibus contingit membrũ quod gladius penitus non abscidit, iterum per neruos sensim consolidari? Sic quãdo acutus mortis ensis Christum Patris brachium percussit, diuinitatem secare non potuit, per quam vita quam in cruce Christus amiserat iterum instaurata fuit. Nam licèt in Christo duplex tantùm fuit natura, erat attamen triplex substantia, corpus, anima & verbum: oportebat namque vt mediator inter Deum & homines vtrumque participaret extremum, & demum vt vestigium aliquod Trinitatis aperiret. Solet igitur accidere vt tres homines arctissimo familiaritatis & amicitiæ nexu constricti iter aliquod arripiant, aliquáque orta contentione duo inter se dissideant. Tertius autem, cum quo dissidentes amicitia coniuncti sunt, eos inter se componit, ac dextras iungit. In Christo corpus & anima diuisa sunt, diuinitas autem quæ cum vtraque coniuncta mansit, ea iterum coniunxit, ac copulauit resurrectionis die. Erat insuper in Christo non triplex substantia solùm, sed vita triplex, vna naturalis à Patre, altera gratiæ vnionis, & altera ex iustitia in resurrectione. Vnionis vitam ipsemet Dei filius operatus est, qui cùm se corpori & animæ vnitum, hæc autem inter se disiuncta conspexisset, illa ad concordiam & vnionem haud inferiorẽ prima reuocauit, per quam

10.

Ex diuinitatis non consortio sed vnione potentia resurgendi erat.

Eccles. 4.

2. Cor. 13.

Simile.

vnio

vnionem infinitum meruit, vnde planè colligetis, illum qui dissidentes componit, ac conciliat, nihil perdere, sed potiùs diuinum opus imitari. Hinc similiter colligitur, propria virtute à mortuis Christum resurrexisse. *Deus noster Deus saluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis.* Frustrà quidem huic defuncto portas mors oppilauit; frustrà enim præfectus carceris fores claudit, si clauem secum vinctus habet qua possit aperire. *Habeo claues mortis & inferni*, & ita de custodia viuus egrediar. Mortuus sum, & ecce sum viuens in sæcula sæculorum, & non moriar iterum. Cùm aliquem exire è carcere omnibus liberum & solutum vinculis & catenis conspicitis, dicere soletis, iam hic liber permittitur abire, non iterum ad carcerem ducetur: at verò si catenis & compedibus obstrictus ac ligatus exeat, statim dicitis ad aliquam veritatem attestandam duci, & iterum in carcerem detrudendum esse. Exiuit Lazarus è custodia mortis, ligatus vinculis, *Ioan.* 11. manibus & pedibus institis, vt Christi attestaretur potentiam, quo testimonio dicto iterum in carcerem ductus est, vnde Paulus, *Christus non moritur, mors illi vltrà non dominabitur. Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber*, vt intelligatis non casu factum quòd duo simul fuerint, *vno ex illis*, nec mysterio carent verba quæ sequuntur.

Habuit ferè Christus claues vitæ ac mortis.

Psal. 67. 21.

Simile.

Longè aliter ebigit Lazarus resurgere ac Christus.

Rom. 6. 9.

11. *Ipse appropinquans ibat cum illis.* Quid Domine te ad hos traxit? cruciatus nempe, & passionis meæ colloquia, & verba quæ miscent, de Deo namque institutus sermo & itineris incommoda leuat, & ipsum sacra quadam vi trahit & allicit. *Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Præterea, vt inquit Augustinus, *cantat in nocte qui latrones timet.* Si times quòd ex occulto te veluti prædo superbia aggressura est, aliqua de Christi iniuriis decanta, adoriri te vult effrænata voluptatum cupiditas, Deum affixum cruci canta, *cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.* Facile quidem onus legis porto, quid verò hoc onus subleuat? *Memor fui, & delectatus sum.*

Sermones Dei ad omnia vtiles.

12. *Qui sunt hi sermones.* O quàm bona de Christi absentia tristitia, hanc si habuerimus, læti esse debemus, si nobis desit, tristes & miseri, reliqua omnia citò transeunt, & euanescunt. Cerei lux quandiu durat, cera durat, & lucet, qua consumpta extinguitur, ac tenebrescit. O homo tua lætitia atque iucunditas non poterit nisi quod voluptatis carnalis cera durare, quæ cras finitur, & illi fumus & tenebræ succedunt. Bibite ergo de vitæ fonte qui Deus est: si ad alia autem accedatis, non ad verum fontem, sed ad vmbram fontis acceditis. *Præterit figura huius mundi*, quærite verum fontem. Psalm. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Et quia de Christi absentia tristabantur, nullum hominem inueniri posse putabant, qui eos alia de re tristitia affici existimaret, & ita dixerunt: Tu solus peregrinus ès in Hierusalem, Græcè *aduena*, vel alibi habitans? nihil hoc responso commotus est Christus, sed qua solet mansuetudine interrogat, quæ?

Gaudia in Christo. Tristitia de Christi absentia. Simile.

Quæ? O amoris profunditas! ô diuina fames, tale solet præbere responsum qui nimia fame laborat; post multos deuoratos cibos. Quid hæc omnia (inquit) si meam famem attendas, & videas? quis poterit Domine tibi apposita ciborum fercula recensere? quis illum Ionæ piscem à quo absorbendus eras? quis mortem & sepulcrum? quis opprobria, sputa, ludibria & verbera? Sed quid hæc, dicit Dominus, ad meum amorem. Portabat summus Pontifex ac sacerdos duodecim tribuum nomina duobus insculpta lapidibus, quod magnum alicui onus videri poterat, sed minimè erant oneri, illa namque etiam in pectore celata auro gestabat, & amor tale onus leue suaueque reddebat.

Fames laborum & ærumnarum Christi.

De Iesu Nazareno qui fuit vir Propheta, potens in opere & sermone. Peregrinum instruunt & erudiunt, sed tacentes Christum verum Dei filium esse, pro isto testimonio verba operaque substituunt, & primùm opera, quæ si deessent, non facile hominibus se Deum esse persuaderet. Ego enim saltem, inquit Tertullianus [a], illum Deum esse non crederem, nisi opera digna Deo perpetrasset. Quo vestigio in cognitionem Dei tui (Marcionem alloquitur) venire potero? si nullum bonorum operum vestigium aut signum conspicio? *Quantò honestiùs per aliqua propria molitionis indicia cognitionem sui præstruxisset, maximè apud eum cognosci habens, apud quem ex operibus ab initio cognitus non erat, oportebat vt Deus ex operibus cognosceretur, & sine causa esset qui rem non haberet, quia res omnis causa est, vt sit aliquis cuius res sit: in tantum Deum dignius credam non esse, quàm esse sine causa.* Nunquam verba sine operibus plenum de sanctitate perhibent testimonium. Sicut si quis laudet aliquod medicamentum, quod quidem non aliud est, quàm si laudet aliquod medicamentum, & ipse eodem morbo, ad quem vtile & salubre esse dicebat, laboret. Bonauentura [b], *Regula ingenij tui, & Zelus iustitiæ tuæ, primò reformet in te exemplar artis tuæ aliis imitandæ. Ostende in proprio cuius peritia sis in opere alieno.* Addit *coram Deo, & hominibus*; iam ergo nobiles & optimates ne illis operibus quæ Deo solùm grata acceptaque sunt, contenti sitis, videat vos plebs animam frequenter expiare, crebrò ad opiparum & lautum Eucharistiæ epulum accedere. Merces lege prohibitæ clam occultéque venduntur: at quæ per leges permittuntur, palàm exponuntur venales, quia ciuium commodo vtilitatique deseruiunt: vos autem econtra prohibitas lege merces, peccata scilicet, murmurationes, &c. palàm proponitis, non attendentes capitis pœnam, qua qui tales vendunt merces, per diuinas leges damnantur; merces verò vtiles, quales sunt pectus confessario aperire, eleemosynam largiri, secretò venditis. Talia igitur opera palàm pertractate, vbi vos videre queant omnes. Illa animalia *Ezech.* 1. erant, *quasi aspectus ignis ardentis, & quasi aspectus lampadarum*: ardeat igitur in vobis ignis, & splendorem fulgorémque hominibus iaculetur. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra.* quem licèt potentem opere, & sermone, *principes nostri tradiderunt eum in damnationem.* 13.

Optimũ sanctitatis & diuinitatis testimonium ex operibus.

a Contra Marcio. lib. 1. c. 12.

b Lib. de informatione nouitiorum.

Simile.

O stulti & tardo corde, nonne hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriã suam. Gloria quidem sua erat, & *suam* appellat, vt illud *oportuit* non sibi, sed nobis aptetur; nostra enim salus agebatur: sed ipse suam reposuit, & ne sine no- 14.

bis esset in gloria potiùs indicauit pati, & patiendo emere illã, quàm solus penetrare cælum, vt non obscurè tam opere, quàm verbo indicauit, *Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego & illi sint mecum, vt videat claritatem meam quam dedisti mihi*; illud *volo*, quam Ethnã amoris igne flagrantem claudit, tum charitatis ardorẽ ostendit? & illud *intrare in gloriam suam*, vt nos incitaret dixit, indicaretque quòd in domo Patris sui mansiones multæ sunt, quas quidẽ omnibus illuc ingredientibus per mortem præparauit dispositque. Sed poterat quis obiicere, hæ cælestes mansiones ac sedes, illique qui eas occupaturi erant, non poterant nisi te mortuo disponi? cui Dominus respondet, supposito decreto ac voluntate diuina, nec ego, nec quiuis alius, nisi per mortem, tribulationes ac dolores, gloriam intrare potest, & si alia ad gloriam esset via, illam ego vobis indicassem: hoc namque sibi vult illud, *si quominus dixissem vobis*; quod quidem dixit vt illis, qui sine pœnitentia & laboribus se cælum intrare posse credunt, nullum aliud esse iter ostenderet. Dauid, *Sicut lætantium omnium nostrûm habitatio est in te*, vel vt alij legunt (Lombardo teste) *Sicut parturientium omnium nostrûm habitatio est in te*: vt enim cælestem intrare gloriam possimus, dolores sunt valde necessarij, qui nulla alia re melius poterant declarari, quàm parturientis comparatione. Sunt mulieres aliquæ summa rerum inopia laborantes, qua tamen inopia Regina libera est. Aliæ inornatæ & rudi veste contectæ, quibus vestibus mercatoris vxores affatim abundant, aliæ quæ otium quietémque nancisci summopere desiderant, omnes tamen quæ filios conceperunt, huic vni incommodo obnoxiæ sunt magno illos cum dolore pariendi, etiamsi regina sit, si virginem excipias Mariam; & ita, *sicut parturientium omnium habitatio est in te*, quapropter ad cæleste regnum ingrediendum labores necessarij sunt omnibus, à D. Paulo ad minimum vsque, qui illuc intraturus est, hæc enim duo ipse Paulus enumerat, *non ego, sed gratia Dei mecum*; gratia, inquit, necessaria est, & præterea, *in laboribus, in tribulatione*. Quod inuolutè dixisse Iob testatur Chrysostomus, *Homo nascitur ad laborem, & auis ad volandum*, quod sic declarat. Sicut enim auis nunquam in altum erigitur, quin priùs pennas extendat, quatiátque, & illas ventus impellat, ac feriat; sic homo non potest ad cælum aduolare, nisi alas suas extendat, patiatúrque labores, *sic oportuit pati Christum*, & per hanc laborũ viam viam cæli pandere: nam si alia esset, *si quo minus dixissem vobis, ya os la hubiera yo mostrado si otra senda hubiera para el cielo*. Ad hoc videtur allusisse D. Petrus, dum scribit, *Charissimi nolite peregrinari in feruore qui ad tentationem vobis fit, quasi noui aliquid vobis contingat, sed communicantes Christi passionibus gaudete, vt in reuelatione eius gaudeatis exultantes. Nolite peregrinari.* S. Cyprianus, *Nolite mirari ardorem accidentem vobis.* Ne sitis veluti peregrini qui omnia admirantur & stupent, non est cur tribulationes miremini, cur illæ vos retardent & detineant. O stulti & tardo corde, cùm nullam aliam rem frequentiùs videatis, hásque in domo vestra & patria, nónne Abraham detrusus in fornace fuit, *fornace ferrea* Isaac sub gladij ictu? reliqui sancti in speluncis abditi laboribus angustiisque circumsepti, pauperes lapidati? Si igitur omnes hoc susceperunt iter, *nolite peregrinari*, ac si peregrinari volueritis, iter versùs Hierusalem arripite, præsepe illud inspicite, illas asperas vias, Pontificum prætoria, oliuarum montem, Caluariæ etiam, vbi occisus est Patris vnigenitus filius, qui hisce gressibus valuit ascendere in cælum, ne vestros admiremini, sed potiùs eos cum illo coniungite, & adaptate. O Domine, hic vbi per summam humilitatem pedes Iudæ lauasti, me deprimere & abiicere volo, ieiunare vbi quadraginta diebus inediam sustinuisti, mori vbi occisus es. O peregrine sanctè tuis inhærebo vestigiis, & illa sequar, à via nunquam recta declinans, sicut declinant ac deflectunt miseri hæretici, qui vt suis pareant cupiditatibus & affectibus, vias delitiarum quærunt, quæ vt vera præcipitia in infernum ducunt, *tua verò via in gloriam suam*; *si quominus dixissem vobis*, si aliæ viæ in cælum ducerent, quibus nisi vobis filiis & amicis patefacerem?

Ad gloriam non sine bonis operibus aspirandum. Ioann. 17. — Psal. 86.7. — 15. *Gaudia cælestia labores præcedant necesse est.* — 1. Petri 4. — *Exempla patientiæ & tolerantiæ ad futuram gloriam consequendam.* — *Miseri hæretici.*

16. *Et appropinquauerunt castello quò ibant, & ipse finxit se longiùs ire.* Non rarò Deus simulat se ab anima recedere, ab illáque amouet iucunditatem, & lætitiam, & tribulationes ac perturbationes immittit. Domine ne à nobis modò recedas, sed potiùs quia serò est nobiscum maneas. Non poterat Christo sol occidere qui in fulgentissimo æternitatis die erat, sed nos illum rogare ne à nobis eat, docet. Sicut pullus hirundinis sic clamabo, *mane nobiscum Domine.*

Absententia Dei. — *Residentes in peccatorum corripiuntur.*

17. *Cognouerunt eum in fractione panis.* Dominum dum eius suscipiebant corpus cognouerunt; non pauci ex vobis sunt, iter peragentibus similes qui in hospitio manducant vt viam deinde suam prosequantur. Sic corpus Christi manducatis ad ambulandum in peccatorum & iniquitatum via, & ita vobis Christus non dicitur surrexisse. Paulus namque inquit, *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Origenes [a]. *Traditus est Christus propter peccata nostra, surrexit propter iustificationem nostram.* Si surreximus Christo qui nostra iustitia est, & vitam nouam degimus, haudubiè nobis surrexerit Christus: at si hominem veterem cum actibus suis non deposuimus, sed in iustitia viuimus, audeo dicere propter nostram iustificationem Christum minimè surrexisse; *quia qui hæc agit, hic se ostendit credere in eum qui suscitauit Iesum Dominum nostrum à mortuis, & huic verè fides reputatur ad iustitiam. Neque enim possibile est vt habenti in se aliquid iniustitiæ possit iustitia reputari, etiamsi credat in eum qui suscitauit Dominum Iesum à mortuis, iniustitia namque cum iustitia nihil potest habere commune.* Ita ergo & credentibus quidem Christo, nec tamen deponentibus veterem hominem cum actibus suis iniustis fides reputari non potest ad iustitiam homines, qui cum Deo amicitiam inierunt, & postquam paschalis dies florum illuxit omni deposita de morte Christi concepta tristitia habenas voluptatibus remittunt & laxant, ad resurrectionem exierunt, sed mortui, vix enim in illis vita gratiæ per noctem integram durauit, quod quidem manifestè declarat confessionem, communionem & pœnitentiam vanam ac fictitiam fuisse. Videre est in palæstræ ludo tympanorum sonitum, buccinarum clangorem, armatos equites appressis galeis summa vi ac celeritate sese hastis petentes nonnunquam per summam vim ab equis se deiici

1. Cor. 15. 51. — a In epist. ad Rom. c. 4. — *Videtur Christus non surrexisse his qui in peccata recidunt, vel nõ surrexerunt.*

deliciantes, quos videas finito ludo magna cum familiaritate vrbem simul concursare, erat namque vmbratilis ac fictitia pugna præterita, accessistis, nonnulli ad confessarij pedes, ad eósque reuoluti crebris è visceribus intimis extractis suspiriis videbamini acrem de peccato dolorem concepisse, appresśisque galeis & clausis oculis fregistis hastas, vos ferreis propositis armastis, nusquam ampliùs talem conueniam fœminam, sed vix inclamatum ac decantatum Alleluia fuit, quando ad occasionem reuersi cum illa per hortos ac viridaria deambulatis, pœnitentia quidem præterea fictitia fuit. Si *consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite*, vbi Christus cum Patre regnat in sæcula.

VERBVM SPIRITVS sancti. Apoc. 19. v. 1.

Post hæc audiui quasi vocem turbarum multarum in cælo dicentium: Alleluia: salus, & gloria, & virtus Deo nostro est.

Vrbem lætitiæ Christus resurgens ædificat. Alleluia vbique cantatur. Verba, vestes, gaudia cum cælestibus miscentur, & dotes corporis mysticæ animæ præbentur.

DISCVRSVS CXIV.

1\. IN effrænatæ superbiæ, iactatæque arrogantiæ impiæ Babylonis, supplicium extremum, & in epitaphium tartarei busti, in quo Babylon iacebat sepulta ac prostrata à forti Angelo Christo Domino; Ioannes testatur cælum dixisse, conticescant citharæ, Martiæ tubæ & delicatæ fistulæ conticescant, sileant omnia lætitiæ organa, omnia iucunditatis instrumenta; hic iacet tenebrarum & mœroris vrbs, *& vltrà non inuenietur*, non vltrà luctus, non mœror in terra: & extemplo & è vestigio in noua lætitiæ vrbe omni ex parte sonuerunt tubæ proclamantes, *Alleluia, laus & gloria & virtus Deo nostro, parauienes triumphos victorias y hazañas al vencedor al fundador de la ciudad de alegria.* Euge triumphator Rex & institutor vrbis iucunditatis & lætitiæ, vrbis in qua omnes læti existunt; omnibus est lætitia, omnes Alleluia exclamant. Vox hæc adeò fuit sonans, adeò perstrepens, vt esse solet ingentis bombardæ iactus, cùm missa plumbea glande valles ad eius sonitum moueri, montes tremere concutique videntur, & horrisono fragore, & de præruptis montibus resonat echo; sic ergo vt crepuit vox hæc lætissima cælites responderunt, dicentes, *Alleluia*; & arx & thronus regius iterum dixerunt Alleluia, *& vox de throno exiuit*, *Alleluia*, & mare reboauit, *vocem aquarum multarum dicentium Alleluia.* Omnia præ gaudio gestiunt, præ gaudio, inquam, nouæ vrbis quam Deus constru-

Vrbs lætitiæ.

Ciuitas exultantium.

ctururus erat, de qua Tobias, *Hierusalem* (inquit) *ciuitas Dei conspiere Domino in bonis tuis, & benedic Deum sæculorum per vices eius Alleluia cantabitur. Benedictus Deus qui exaltauit eam, Amen.* Non potest fieri omnes cuiuscumque vrbis accolas lætos existere: si enim ille charissima fruens libertate exultat, pérque confertissimas vias iucundus obambulat; hic vinctus compede & cæco carcere conclusus perenniter illacrymans suam sortem miserè deplorat. Si recèns natum filium parens dulcissima blando sinu refouet, infans multorum indigus deflet in noua vrbe orbis cuius iam incola numeratur: si hæredes isti gestiunt ob initam bonorum possessionem, domus defuncti illius, lugubri & funesto fœdatur ornatu. Quidnam verò est huius rei causa? proculdubio non aliud quàm vrbem hanc in valle lacrymarum tetro innixam fundamine, prauo climate non æquis influxibus gaudere, nemo tamen malo adhibet medicinam, quamuis omnes eo infestentur. Sita est vrbs nostra & hæc militans Ecclesia in lacrymosa valle; necesse ergo est aliquos flere, quamuis alij collætentur. Hocque adeò est verum, vt ipse Deus homo factus, mortalem agens vitam, his se legibus subiecerit. Nascitur in præsepio, lætantur orbes stellati, Angeli concinunt, ipse tamen recèns natus plorat, matrem angit pauperies, & cura pueri atque in tempestiuitas hiemis & loci: cruci configitur, & descendit ad sanctos illos vinctos in faucibus Orci, vt illos inde ad æternum gloriæ maioratum perducat, & tunc in defuncti Christi ædibus, in toto orbe sol denigratur, & luna tenebrescit, lapides concutiuntur, & elementa omnia quasi complorare videntur. Quid ergo putas fore in hominum solemnibus & gaudiis? nónne aliquando animaduertisti humana gaudia, cæli mœroribus disturbari, & dum illi nimia lætitia relaxantur, mœrent in cælo; econtra verò cùm pœnitentes mœrent, lacrymas fundunt, & tergum cruentant, & pectora percutiunt, lætantur cælestes chori, *super vno peccatore pœnitentiam agente.* O vallem lacrymarum, cui nullus dies lætus ex toto oritur, animos age, nam hodie tibi suborietur communis perpetuaque lætitia.

2\. *Vita ex lætis & tristibus verè composita est.*

3\. Peregrinus qui hodie resurgens, discipulis comitem sedat, eósque carpit ob tristitiam quam ostentare videntur, *Qui sunt hi sermones quos confertis, & estis tristes?* satis bene ostendit & peregrinam & cælo delapsam huius diei lætitiam. Hodie ciuitas pristinum deseruit locum, & vetus clima, iam est vrbs cælestis, *Hierusalem nouam descendentem de cælo.* Quid de die dicam? nullus lætior illuxit, *hæc est dies quam fecit Dominus*, præconium quo camera cælestis reboat recentissimum est, & Deo dignum, *exultemus & lætemur in ea*: ac si diceret, iubet Rex omnibus vt lætitia perfundantur, & præsultent gaudio, *manda el Rey nuestro señor que todos se alegren.* Vnde Nissenus [a] edictum tale cùm audit miratur. *Opus non est graue, nec difficile effectu, exultemus & lætemur in ea. O mandata præclara! ô dulcem constitutionem, quis sine mora atque procrastinatione talibus præceptis non obtemperabit? imò quis non in damno ponet vel exiguam ipsorum dilationem. Deleuit enim, & erasit omnem penitus memoriam contra nos falsæ condemnationis.* Ne autem aliqua ex parte gaudia

Luc. 24. 17.

Ecclesia exultat lætanti.

a Orat. de sancto & salutari festo Paschæ.

dia noſtra interturbari potuiſſent, mortem con-
cluſit, ac nomen inferni quo gaudebat ſuſtuliſſe
viſus eſt. Gen. 42. *Canos meos ad inferos.* Vt autem
hæc omnia legitimè fierent, leges & ſtatuta pri-
a Tom. 1. in Pſal. 117. ſtina abrogauit. Chryſoſtomus [a], *Nouam & ex-
ternam politiam in vitam induxit*, mortem ſom-
num, interitionem dormitationem appellauit.
Ioan. 11. *Lazarus amicus noſter dormit.* Quia autem ra-
Ex morte Chriſti & mortificatione lætitia. tioni conſentanea debet eſſe lætitia, tot tantáſ-
que lætitiæ cauſas addit, vt vix aliquando addi
tales potuerint: mortem ſcilicet Chriſti, eiúſ-
que reſurrectionem, noſtrámque futuram. Et
vt potior & iucundior nobis ſit lætitia, ad-
iunxit mortificationem, mœrorem, planctum,
cum Chriſto, & commori Chriſto, & ad hos ſic
4. mortificatos Angeli loquuntur, *Ieſum quæritis
crucifixum*, *vt qui gloriati ſunt in cruce cum Chri-
b Ser. de reſurrectione. ſto* (ait Cyprianus [b]) *regnantes crucifixo beata
fierent perennitatis participes.* Ex quo veluti re-
c Orat. de Paſcha ſurrexiſſe comprobantur, cum Nazianzeno [c]
aſſerentes, *Heri cum Chriſto in crucem agebar,
hodie ſimul glorificor: heri conſepeliebar, hodie ſimul
reſurgo.* Et quidem Damaſcenus ſic inquit, *O
Chriſte tecum inhumabar, hodie tibi ad vitam re-
denti coniungor.* Rex huius vrbis perquam læ-
tus eſt. *Conſcidiſti ſaccum meum, & circundediſti
me lætitia.* Et Regina exultans audiuit, *& lætata
eſt Sion*, & famuli & curiam incolentes, *ſicut læ-
tantium omnium habitatio eſt in te.* Talem autem
lætitiam cum inſenſibilibus etiam partitus eſt
Deus, *abietes quoque lætatæ ſunt*,

Horatius. *Iam fugere niues, redeunt iam germina campis
Arboribúſque decor.*

Iam ignaua hiems, pigra, & deformis, iam pro-
lixarum noctium teter vultus, ſegníſque proſpe-
ctus, iam cæli rupto nubium denſarum nigro
velo faciem oſtendunt lætam & formoſiorem,
ſuaues Zephyri ſpirant, iam prata quæ canis
albicarant, pruinis rutilant, ſplendent floribus,
camporum viriditate imbuuntur, ſpe induun-
tur, arbores rediuiuæ, peramœnis frondibus flo-
ribúſque veſtiuntur, ſanguis augeſcit, ægri ani-
mos erigunt: valetudo bona recuperatur, ex-
pellitur mala, ſpes deníque vitæ iuueneſcit. Sed
quid ita? certè lætitia præſens eſt quaſi præcur-
ſatrix aurora illius magni Solis, aduentus il-
lius magni Regis, qui reſurgens hominibus par-
titur Alleluia multiplex, ſimul & Angelis. Om-
nium denique huius ciuitatis accolarum pecto-
Iſa. 51. ra lætitia replet. *Gaudium & lætitia inuenietur
in eā, gratiarum actio & vox laudis.* Ad eundem
conſpirant cantum cælites & terreni: illinc re-
ſonat acutum Angelorum, hinc ſuaue mulie-
Omnium concordia lætitiam auget. rum ſanctarum, deinde Apoſtolica reſonat al-
titudo, demum ſubmiſſum patres cantum edunt,
quos limbi carcer comprimit. Dauid Pſalterium
ſonorum verberat plectro. Ieremias plorator il-
le loco threnodiæ & planctus Alleluia ingemi-
nat. Duo qui in Emaus petebant ſuauiſſimum
duo replicant, ſola ſingultibus concinit Magda-
lene, ſolus lacrymis Petrus, & ſimul omnes
Agno benedicunt, eiúſque *vim, diuinitatem, ſa-
pientiam, fortitudinem* ſummis extollunt laudi-
bus, & defixis mentium obtutibus in agno hæ-
rent tam eiús laudes mentis ſilentio, quàm vo-
cum melodia celebrantes; auſcultemus nos, &
cum omnibus omnes exultemus, eſt enim cur
ita faciamus, cum vnoquoque gaudia mi-
ſcentes.

5. Primum Alleluia multæ ſimul tubæ conci-
nuere. *Audiui vocem turbarum multarum*, ſalus,
lætitia, gloria Deo noſtro qui reſurrexit, qui ſe-
ſe e mortuis ſomno excitauit, *quia vera & iuſta* *Fidelis Deus in promiſſis.*
ſunt iudicia eius, Deo, inquam, qui nos minimè
decepit, ſed potiùs ſuas omnes pollicitationes
modò confirmauit & corroborauit quaſi ſigillo,
tuta eſt iam lætitiæ noſtræ radix, Agnus qui oc-
ciſus eſt ſecuram facit, & ſignacula aperit, at-
que eorum nobis reuelat arcana, hoc enim my-
ſterium eſt ſignum pendens quod ratas facit
Scripturas, *ſurrexit ſecundùm Scripturas*: licèt
autem huius Agni occiſores eius obſignare vo-
luerint monumentum, non tamen aduertentes
quod agerent, ſigillum fidei impoſuerunt, ſur-
rexit ſiquidem è ſigillatis lapidibus. Sine hoc
ſigillo *inanis eſt fides noſtra*, teſte Paulo, *ſurrexit* 1. Cor. 15.
ſecundùm Scripturas. Certè ſine reſurrectione & *Sigillum myſterium Chriſti reſurrectio.*
fides noſtra, & Euangelium eſſet veluti epiſto-
la ab Indis ad aliquem miſſa, in eáque illè ad
quem mittitur commonefieret vti in Hiſpalen-
ſem domum adiret, in quam Indicæ diuitiæ aſ-
portantur, Hiſpanè *caſa de la contratacion*, petát-
que centies ſeſtertium aureorum, ille lætus
abiens quaſi res è votis ceſſerit, animaduertit
deinde epiſtolam ſine ſubſcripto mittentis no-
mine aduenisse, irritas eſſe ſpes ſuas intelligit.
Aut ſi in teſtamento quis inſtitueretur hæres
ingentium facultatum, teſtamentum tamen ne-
que acceptatum, ſignatum vel ſubſcriptum eſt.
Eſt enim reſurrectio firmamentum vniuerſi no- 6.
ſtri boni, &, teſte Ambroſio [a], *ſignaculum pro-* a Tom. 5. in 1. ad Tim. 2.
miſſionis Dei fides noſtra eſt quæ firmat Dei verba.
Ac ſi diceret, reſurrectio eſt Dei ſyngrapha, qua
omnia à nobis bona rata fiunt. Et nemo meliùs
Chriſto expreſſit, dum ſe nominans inquit,
hunc enim Pater ſignauit Deus. Horum autem Ioan. 6.
verborum ſenſus eſt iſte. Cùm Chriſtus Iudæis
cæleſtem quendam cibum ſe daturum pollicitus
fuiſſet, cibum, inquam, æternum & immorta-
lem, illi capita nutabant, torquebant ſuper-
cilia. Tunc Chriſtus vt ſibi liberaliter in hac
re darent fidem, verba verbis grauiſſimis ſigil-
lat, *Hunc Pater ſignauit Deus.* Neque verò Au-
guſtinus, Cyrillus & Hilarius longè ſunt ab hoc
ſenſu, reſpondent enim Chriſtum ſigillatum,
*quia omnem in ſe paternæ formæ plenitudinem
ſignantis ſe, Dei, contineret*, id eſt, *homouſios eſt
Patri qui vobis loquitur.* Diuinus de diuino, imò
& Deus de Deo, quódnam huius ſignum? Bene
rogaſtis. Reſurrectio prorſus hæc Deum illum
oſtendit qui ſeſe è mortuis excitauit. Sic diui-
nitatem ſigillat Paulus ex reſurrectione ad
Rom. 1. *Qui prædeſtinatus eſt*, id eſt, *de-
claratus filius Dei.* Sed ex quo? *ex reſurrectione
mortuorum*, hoc eſt, poſtquam reſurrexit; robu-
ſtum certè lætitiæ noſtræ fundamentum.

Et vox de throno, dicens, Alleluia. Hæc vox 7.
iucunditatis ad Dei vſque thronum acceſſit, &
ibi repercuſſa echo retonuit, *Alleluia.* Quid er- *Maria beatiſſima gaudia de Chriſto redeunte ad vitā.*
go, de throno vox? ergo animatus thronus eſt
iſte? viuus ergo thronus & Dei ſolium. Eſt ergo
Maria? eſt vtique, affirmat Petrus Damianus,
Athanaſius & Rupertus in verſum illum, *Thro-
nus eius ſicut ſol in conſpectu eius, & ſicut luna per-
fecta in æternum, & teſtis in cælo fidelis*, luna ple-
na Maria, licèt inter ipſam & ſolem ſuum ſe-
pulcri terra interpoſita ſit, nunquam tamen
eſt eius fides diminuta, nunquam eclipſim eſt
paſſa. Sicque ſecundum Alleluia Mariæ cani-
tur. Vt verò B. Virgini gaudium hoc cumu-
latiſſimum

latissimum cælum daret, duo præstitit, primò diem hunc lætissimum esse dedit, deinde vt hoc die Christus nasceretur. Alios itaque dies fecit Dominus Deus sole circumuersante sese per orbem terrarum: hic autem dies à Deo factus est, *quam fecit Dominus*. Augustinus [a] rem hanc adeptus est. *Quomodo Maria Virgo mater Domini inter omnes mulieres primatum tenet, ita & inter cæteros dies hæc omnium dierum mater est.* Et vt hanc sententiam confirmet Bernardus [b], addit reliquas mulieres cum Maria comparatas, perinde se habere ac si nox cum die conferretur, hincque inferri licet, reliquos dies ad hunc relatos nullatenus diei nomen mereri. Sed inest graue periculum futuræ diei, nescit enim homo quid superuentura pariat dies, *trahe con sigo gran Zozobra el dia de mañana que trahera?* Nam perquam læta est dies illa qua vrbs diu obsessa capitur, captorum tamen & lacrymas & singultus quid opus est enumerare? Naualis victoriæ dies perquam lætus est, sed qualis oro terror? conflictus qualis? Nullam malleator Vulcanus requiem capit, fumosæ nubes diem obsepiunt, deglutit Tartarus Turcas, & Pontus naues persorbet. Quæ verò lætior dies illa qua matri recèns nuptæ soboles nascitur, attamen ad vallem lacrymarum exiens, proles deflet, matre præ dolore agente animam. Dies autem hæc Virgini facta est omnino lætissima, quia Deum hominem immortalem, vt sic dicam, parit, lætitiam simul & gaudium vniuersi & filium vocat, cùm sic affatur, *filius meus es tu, ego hodie genui te.* Hodie mihi natus es fili mi, hodie rostratas inimicorum naues ad ima deieci, hodie regnum cælorum diu quæsitum conquiritur, & possidentur cælestia gaudia.

a Ser. 136. de tempore.

b Ser. 3. in Salue.

Omnium dierum præclarissimus dies Paschalis.

8 Quis tamen est iste qui matri hodie nascitur? qui mortuus fuerat. O quāta gaudia matris! mos est filios principum holosericis auro intextis induere: indue ergo sic passionem qui cultissimis indumentis adornatus totus est monile elegātissimum. Quis hunc sic videat vestitū qui extemplo non cupiat vt ante matris suæ oculos obuersetur, *no falta sino que lo vea su madre llenenselo a su madre.* Feratur ad matrem, aiunt omnes. Cumulatissima lætitia Angeli affecti sunt, aspicientes Seruatorem mundi decenti vestitum cultu, ex auro cælesti diuinitatis intertextum, gloriæ quoque dotibus ornatum, protinúsque proclamantes dicere visi sunt, feratur ad Virginem. Euge Virgo beatissima, triumphator adest, *dilecti, dilecti*, id est, valde amati, spoliorum distributoris, *speciei domus diuidere spolia:* ecce speciosissimum forma super filios hominum, existebat sacrata Christi anima in sacro corpore vt in crystallina laterna niuea candela esse solet: vt sol in gramineo prato, & illico refulsisse visa est, & nituisse, vt primo vere in agris speciosissimis niter sol. Si autem corpus augustissimum Christi diaphanum remansit, quam admirationem gigneret illud effectum videre dignissimum sacrarium diuinissimorum mysteriorum? In sapphiro notant gemmarij puncta quædam auri pretiosissima conspici, quæ intra cæruleum lapidem sine obice aspiciuntur: sic & ego reputo corpus illud tanquam ostentatoriam argentarij mensam quæ omnia quæ in se continet, transeuntibus simul ostentanda dilucido speculo offert. Quàm dignum foret visu illud purpureum iecoris pignus, ex eóque exeuntes venas

Cōsentaneum rationi primā inuisisse matrem Christū.

Decor Christi resurgentis.

omnes aspicere tanquam purpureos corallij ramos, opertas cæruleo cutis velo; demum per candidissimum corpus protensas venas sicut lilia mixta rosis, aut sicut sapphirum in candido ebore, intersertas. Quàm aspiciendum illud cor veluti ardentium pyroporum racemus in medio pectore solium tenens, progredientésque ex illo tot arteriæ eodem motu commotæ; quàm admirandum cerebrum illud Deificum quod origo est subtilium croceorúmque crinium in capite, & in toto corpore multiplices bene ducti nerui, ita motui destinati sicut chordæ citharæ argutæ atque optimè temperatæ. Quid de vulneribus dicam? quæ in manibus, pedibus atque latere videbantur, rosas rubentes superare? Quid verò opus est prospectare eburneorum ossium cultam illam constitutionem? O suauissimum Deitatis sacrarium, quis te possideret, illo tu fruere Virgo superna sic purpura passionis indutum, illámque nos induere dignare. Quæ sunt scissuræ istæ, fili mi, in decentissimo vestitu? vulnerum notæ sunt ô parens, ne segnis homo existimet me in præterito cōflictu dormitasse cùm trophæa quæ aspicis ab hoste tuli, *conscidisti saccum meum*, vulneribus malè habitus sum, sed ipsis vulneribus *circumdedisti me lætitia.* 9.

Postquam in Virginis montibus echo resonuit, & Alleluia ingeminatum est, in sanctarum mulierum præcordiis iterum audiri cœpit, *Alleluia*, semper enim fœminæ gloriam superaddiderunt præliis populi Dei. Ipsæ ergo nuntiaturæ erant Apostolis lætissimum illud resurrectionis nuncium. Viros enim hodie & pietate atque virilitate antecedunt; his enim præ diffidentia ferme deficientibus Dauid ait, *Expecta Dominum, viriliter age.* Hodie autem sententiam commutare facilè possumus, atque sic effari, *expecta Dominum, muliebriter age:* operare sicut hodie mulieres operari animaduertis, homines enim Apostoli muliebriter antè operati sunt, fugére siquidem ad circumuicina castella, mulieres verò viriliter egerunt. Hodie proculdubio miraculum illud quod in principio mundi contigit innouatur. Euam Deus ex hominis costa efformauit, vacuúmque costæ locum carne adhibita repleuit: *repleuit carnem pro ea*, inquit sacra Scriptura; hodie verò homines valde carnei ostenduntur, valde timidi sese demonstrant, dum in tuto se locant, mulieres autem osseæ veluti cohortem armatam furiosorum militum non metuunt, robur non amittunt plusquam fœmineum, neque diffidunt, (quod pluris est) imò plusquam homines confidunt. Pergit Deum locuturus Moyses ad montem, diffidit interim populus, tantámque moram minimè sustinendam arbitratus Aaronem adit, *Fac nobis*, inquiens, *Deos*. O rem nefandam! at non legimus Mariam sororem, vel vllam ex mulieribus in hanc postulationem conspirasse, homines illi furentes insania Deos petierunt externos, fictos, falsos, mulieres diuinitati veræ paulo obsequentiores extiterunt. Nostræ autem non Caluariam tantùm adierunt, sed & sepulcrum, mortuorum non horrent cadauera, *videre sepulcrum* Magistri memores charitatis stimulis actæ & accensæ, at fortè obliuiosæ erunt, sicut Apostoli, qui ad eandem Saluatoris mensam soliti erant cibum capere, eum dereliquerunt; mulieres verò quæ cibum ministrabant sequutæ sunt eum in cæcæ noctis caligine tenebrarum arbitrio ductæ bustum

10.

Piarum mulierū & sanctarū animarum lætitia.

Psal. 26. 14.
Viriles fœminæ & mascula fortitudo fœminarum.

11.

stum

ftum & fepulcrum quærunt. At faltim dices, pigræ fuerunt, vel ferò veniunt, aut in comenda facie, aut in torquendis crinibus illas distentas, quis dicat? Siquidem abiere ad monumentum, *cùm adhuc tenebræ essent valde mane*, quod officium fi ex fœminis nostræ ætatis aliqua præstitura effet vngendi Christi corpus, certè ad meridiem itura effet. Sed quid attinet referre, fortè vacuas abiisse? absit, prorsus non vacuæ, *nam portantes quæ parauerant aromata*, pietas crumenam tetigit (vltimum pietatis indicium) & aromata emerunt. Sed quid hoc intereft fi obmurmurantes, famam alienam difcindentes, nocturna libertate protectæ ibant, fed non ita Euangelium refert, quòd dicebant ad inuicem, *Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti.* O fœminas viriles! ô virorum iniurias! ô fœminas lætitia refurrectionis non indignas, aufcultate precor, ingeminatur enim iterum atque iterum reboans Alleluia.

12. *Lætitia eorum qui in limbo erant.*

Et iterum infonuit Alleluia, in profunda valle, *quia regnauit Dominus Deus noster omnipotens.* Ecce lætitias limbi qui lacrymofo præ lætitia concentu proclamauerunt Deo, *fidelis & verax qui pollicitationes datas impleuit.* Finge tibi, ô amice lector, omnibus Algerij captiuis conftare certò Hifpanum regem illuc ad eos à fæua captiuitate eximendos cum potentiffimiis copiis iturum: conftérque hoc regia fyngrapha. Finge item illucefcente die inopinatò Hifpanas copias ad Algerianas turres, vel oram maris appropinquare; quæ captiuorum lætitia, ex infperata illa regij exercitus præfentia? quæ Maurorum trepidatio? quis terror? quæ formido? Videte nunc fyngraphen in quam coniecti erant oculi omnium Patriarcharum, qui in limbo detinebantur. *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua.* Hanc omnes vincti Patres obferuabant, & tanquam cordiacum medicamentum pectori admouebant, cùm hodierna luce vexillum illud Deificum Chriftum Dominum quinque plagis rubicundis decorum tartareas luftrantem & illuftrantem domos confpexere, & facram animam veluti ftellatum enfem relicta corporis vagina in fepulcro admirati funt. Hoc enfe diuinitas contra terros Orci dominos humani generis inimicos vfa eft, *Effunde frameam, & conclude aduersùs eos*, hac catenas difcidit, hac confregit æreos compedes, & ferreas manicas difiecit. O gaudia! ô lætitias vinctorum! ô angelicas voces! *surrexit, non est hic, præcedet vos in Galilæam.* Angeli proclamarunt. O Apoftolica præconia! *surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni*, intonant peregrini difcipuli.

Simile.

Psal. 34. 4.

13. *Hominum lætitia & gaudium inenarrabile.*

Humanæ voces defiderabantur, quæ tamen refonant lætiffimæ, *Alleluia, fidelis & verax, & cum iustitia iudicat & pugnat.* Euge ciuitas Dei, euge fuperni ciues, *abstulit Dominus iudicium tuum*, vrbs cælica, en mors non eft mors, fepulcrum non eft fepulcrum, refurgemus. O lætam vocem! ô æternum bonum, quod folum hominibus lætitiam tantam poteft præbuiffe. Eia ergo obuiam me dedo his viam agentibus (inquit Chriftus.) Quid hoc boni homines? Quænam eft ifta mœftitia *ambulantes*, & eftis triftes, hæc veftra demiffa facies neutiquam decet refurrectionis gloriam fpectantibus, animos fumite timidi & exanimati homines, Scripturas euoluite; omnes illæ refurrectionem prædicant, refurrectionem omnes teftificantur. Nonne leonis nomine Chriftum infignuit Scriptura? Si ergo leo caput erigit, totum exurget corpus? id Ioannes expreffit dicens, *Vicit leo de tribu Iuda radix David.* Eft itaque leo & fimul radix, & aliorum origo; fi leo capax mortis, radix, figura eft refurrectionis. Annotare deinde libet ad mortem vfque *Agni* nomine Chriftum infignitum; à morte autem *leonis*, qui cùm dormire putabatur oculos habebat apertos, fepelierunt occifum leonem infidi Iudæi, atque ab eifdem cuftodes ad fepulcrum pofiti fuere, minimè attendentibus ad attributum *radicis* quo gaudebat, ob quod refurgit & fecum refurgens iuftos patres exfufcitat, & mole fepulcri teterrimi, illos, inquam, iuftos, qui in ipfo veluti in radice & capite feruabantur. Ideo Ioannes dixit Chriftum effe radicem Dauidis, dicendum videbatur Dauidem Chrifti effe radicem, id eft, Chriftum Dauidis propaginem, fed non ita, potiùs Chriftus radix eft Dauidis, robuftorum radix Dauidigenarũ pater; fed in quo, obfecro, Dauidis oftenfa eft fortitudo? prorfus in eo quòd cùm à Saule fugeret in cauernam, Odollam ingreffus eft, ab omnibúfque mortuus habebatur, quia confpexerant in eandem cauernam Saulem introgreffum fuiffe, virũ armis deditum, Dauidique infenfiffimum: fed ex aduerfo res contigit, Dauid enim victor è cauerna exiit, cùm oram chlamydis Saulicæ abfcidiffet. Sic Chrifto accidit, tefte Athanafio [a], fic afferente, *Non potuit Christi corpus extinctum manere, eo quòd vitæ sacrarium esset, mortuum est vt mortale, & reuixit per suam quæ in ipso erat vitam.* Sic cuilibet Chriftiano continget, qui fecundùm hominum opinionem iactatus ad extremum ad fepulcrum defcenderit, ex eo namque & viuus & victor exiuit, *vicit leo*, exurgit Chriftus trophæorum nobilitate illuftris, fpoliis fumptis ab Orci infami cauerna, & à mortis audacia. Cum Chrifto fpes noftra refurgit, & mortem perterritam relinquit, atque deftructam. *Nouissima autem destruetur inimica mors*, quam ruinam multo antè præsenferat mors ipfa cum abfcondi animaduertit fortitudinem Chrifti in crucis famofa infirmitate, *ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciẽ eius ibit mors.* Id mors timebat, ait Ephrẽ, fibi hac die finẽ imponendum, ac veluti pueri vitam intrant cum lacrymis in prognofticon mortis, fic mors in fui finis prænuntium ea ipfa die qua mundum eft ingreffa & Abel obiit, lacrymis fuum finem præmonftrauit; *sanguis eius clamat ad me de terra*, præfentit mors Abelem refurrecturum, ipfa deflet, homines autem infonant Alleluia.

Resurrectionis spes non lætitia perfundet.

Christus Agnus & leo radix.

Resurrexit & dominatur.

a De humanitate Verbi eiúfque corporali aduentu fol. 1.

1. Cor. 15.

Mors extincta à Christo resurgente.

14.

Firmat hoc gaudium fpei refurrectionis ftabile firmamentum. Voluerunt fcelerati homines fuis voluptatibus larga fecuritate feruire, quod vt tutius facerent vitaréntque confcientiæ morfus, in fuis cordibus feuerunt hoc mendacium: mors eft vltimus rerum terminus, non eft refurrectio. Ex nihilo nati fumus, & poft hoc erimus quafi non fuerimus, cafu nati fumus: ac fi dicerent, in cafum venimus mortem, cafu fugiemus vitam, cafu moriemur: animaduertite hos homines neque Deum Creatorem agnofcere, fi enim agnouiffent, ianuã vel faltem rimam aperuiffent æternitati. Sed quid de animæ fenferint Philofophi & ftulti peccatores, Arift. [b] & Salomon [c] collegerunt.

b 1. De anima.

c Sap. 2. 22.

legerunt. Heraclides animam *vaporem* dixit, verùm alij stultiores multo ante dixerant: *quoniam fumus afflatus est in naribus nostris.* Diogenes animam appellauit *aerem*, sed alij multo antè dixerãt *sermonem*, hoc est, ventum labris compressum. Tertiò Hipparchus & Democritus *scintillam* nuncuparunt; & stultior alius palmam arripuerat, dixit enim esse *scintillã*. Quartò Melissus Italicus delirauit, argentum viuum putans esse quod commouet corpus, verùm delirium hoc, ait Salomon, aliorum fuit, *scintilla ad commouendum cor nostrum.* En fundamentum ex quo isti laxiorem vitam suscipiendam inferebant. Christus verò contrario modo processit, ait acute Origenes [a]: nam sicut in falso fundamento licentiam viuendi turpiter æterna desperantes fundarunt, ita econtra Christus ex vna veritate, ex vno & maximo miraculo, & ex vna resurrectione particulari, infert vniuersalem resurrectionem. Et quidem res sic est peracta, seuit seipsum in sepulcro & morte, & in seipso nos inseruit, ac quemadmodum insertum in rigidissima hieme pannosis frustis esse solet inuolutum, luto & spinis circundatum, quod qui viderit, proculdubio mortuum existimabit simul cum arbore: si autem primo ineunte vere arborem germinantem conspectet viuam extitisse insitionem, (cùm mortua putabatur) firmiter asseret eodem pacto Christo contigisse, atque nobis, simul animaduertet qui Paulum audierit Rom. 6. *Christus resurgens ex mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus; si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.* Bene ergo viuite fratres, vnusquisque ferat onus suum patienter, in seipso nos inseruit Christus, ac sicuti eius mors, mors non extitit, sed mortis potiùs similitudo, teste Paulo, ita & nostra mors, mors nõ erit, claudimus enim oculos cùm morimur, sed vt videre possimus. Sicut cùm puella germen elegans floris cariophylli, vulgo *clauel*, eradicatum vult replantare, quid fiet vt radices mittat? Morsu pedem eius aperit, & intus tritici granum aliquod recondit, atque vtrumque sepelit, granóque citissimè agente radices germini vita, succus & alimentum præstatur, vt etiam mittat radices, quo fit vt ex coniunctione cum grano illo germini emortuo vita restituatur. Non dissimiliter homini contigisse potest existimari, qui erat veluti germen sine radicibus: at cùm grano illi quod de cælis in terram descendit coniunctus est, vitæ radices mittere incepit, atque cùm mortuus putabatur, resurgente Christo resurrexisse commonstratur, & ideo proclamat, *Alleluia: si enim complantati facti sumus*, similésque morti & laboribus ipsius effecti simus, eius in nobis erit similitudo, vel similis resurrectio.

a Lib. 5. c. 6. epist. ad Rom. tom. 2.

Spes firmissima resurgẽdi.

Alias rationes vide apud P. Salmeron tom. 11.

15.

Cælestes gratulationes & gaudia.

Cõsonæ his terræ vocibus in cælo voces aliæ exaudiuntur, quas Ioannes exaudiuit. *Dignus est Agnus qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & gloriam.* Fortissimus appelletur Christus, fortissimus enim est qui propria virtute resurrexit; ideo accipiat virtutem. Quòd autem ex ista Christi resurrectione nostra sequatur, innuunt verba sequentia, *& diuinitatem*, Deo enim coniuncti sumus, resurgemus dubio procul. Olympiodorus [b] in illud Ecclesiastæ, *Si dormierunt duo, fouebuntur mutuò, vnus quomodo calefiet?* oua in nido derelicta nec procedent in pullos, neque vitam adipiscentur. Accedat ergo parens auis, & fecundo calore foueat oua, pullúmque educat. Hoc modo Christus homines a morte ad vitam excitauit. In quem sensum August. [a] illud Psalm. 90. *Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis*, de Christo exponit, super quem alæ diuinitatis expansæ sunt: & S. Paulus sic ait; *Quòd si spiritus, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in nobis, viuificabit etiam mortalia corpora nostra:* ergo sic sub pennis eius sperabis; licèt ingrediare sepulcrum velut frigida ouũ mortalitatis sacco indutus, ibi Solis huius diuini calorem persenties, *& sanitas in pennis eius.* nam ibi spes vegeta est, vbi frigida ossa requiescunt. Sed quid expectatis? ingenuè respondent ex præconcepta spe, *Expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, & ideo virtutem & diuinitatem illi attribuunt.*

b In Ecclesiastis verba.

a In Psalm. 90.

16.

Sapientia resurgentis.

Sapientiam. Sapientissimum vocant, qui ex Agno repentè leo factus, qui ardentibus oculis & terribili rugitu inquit peregrinis, *O stulti & tardo corde ad credendum.* Scripturas lustrate, euoluite sacra Biblia, & veluti si canis molossus aduocati alicuius librum ore capiat, vnguibus & dentibus ita tractat, vt nec pagina paginam, nec codex codicem cognoscat. Sic ille leo fortissimus totam euoluit & reuoluit Scripturam, librum videlicet illum septem sigillis insignitum. Scite, inquit Rupertus, librum tradite, intelligenti traditis. Versate illum, ait hic diuinus leo, & statim in prima pagina aperto sigillo primò meam incarnationem inuenietis. Nónne conspicitis Iacob dormientem lapidibus tanquam blando puluillo subnitentem tradentémque caput? nónne scalam cælos attingentem videtis? nónne Deum scalæ innixum? nónne infra scalam Iacobum? en ipse est Deus humanitate indutus qui totos scalæ gradus descendens ascensum parauit hominibus, & descensum Angelis. Secũdum deinde signum reserate. En adest iuuenis super struem lignorum positus, en adest pater iamiam dissecans caput, adest & agnus inter spinas paulo pòst pro iuuene immolandus, adest & mons Moria qui & Caluariæ mons est, nónne hæc omnia Christi passionem præseferunt? Ad tertium oculos adiicite, vt & ibi lætissimum æquor, immanissimam belluam, prophetam transfugam, pro terra mare, pro mari ventrem tribus diebus in ingenti machina illa incolentem contemplemini, vbi eundem videbitis Prophetam in Gentilium oram & littora iactatum ex illo ventre immenso; meæ quidem est symbolum resurrectionis postquam à Iudæa ad gentes per prædicationem resiliui. Adest in quarto Elias cælum conscendens, pallium Eliseo relinquens, & ego cælum ascẽsurus sum, vobis & matrem meam & meum corpus in eucharistico cibo relicturus Quintum, aduentum Paracleti claudebat. Nónne videbitis campum ossibus plenum, sicut ostensus est Ezechieli, & tamen ad omnia illa ossa vnus inuocatur, & vnus venit spiritus, vt notat Ambrosius; certe multa millia spirituum opus esse videbantur, sed indicatur vno Spiritu sancto vniuersum mundum esse viuificandum. *Effundam de spiritu meo super omnem carnem.* In sexto ostenditur Templum Salomonicum à gentibus fabrefactum seruis Tyrij regis, nam

Simile.

Signa referens Christus libri signati.

Resurrectionis umbra.

nam & ego gentes ad meam Ecclesiam conuocabo: cum vobis erunt in meo templo, adlaborabunt simul, cum vobis adnumerabuntur, *incipiens ab Ierusolymis.* Nónne in septimo horrisonam iudicij auditis tubam, & tertiü clangorem? nónne fulgentia ignis arma conspicitis? *assumet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum.* Nónne sapientissimus est: vocate ergo iure sapientissimum.

Sap. 5. 18.

17. *Fortitudinem.* Robustum vocate, strenuum ducem, strategematis potentem. Quo autem strategemate vsus est? quo vti solet expertus scachiæ lusor, qui victum se simulat, aliquos suorum militum abditos seruans, vincique sese fingens militum suorum aliquos mactari permittit, ipseque tandem vincit hostem, cunctū militem aduersariū mactat. Hic fuit Redemptoris astus (sic loqui fas sit) accessit ad crucis tabulam quasi scachia lusurus cum morte dedit se in cibum, mactari se permisit vt mortem cautè mactaret. *O mors, ero mors tua, morsus tuus ero inferne*, absorpta est mors in victoria, manducasti ô mors vitam, manducabere tamen à vita. Non infimæ auctoritatis Doctor ad venationem ire nos iubet in illa verba Gen. *Ad prædam ascendisti fili mi*, sicut ad venationem exit Princeps noster, ait Ioannes de sancto Geminiano, vt mortem capret, & quidem cepit. Ferox animal est siluaticus taurus, & armis terribilibus instructus, duplici acuto cornu armatus, ex torosa ceruice prominenti, ac simul rubri coloris notissimus inimicus venator, vt eū capiat rubro colore induitur, atque validissimū robustæ arboris truncum amplexans iras tauri concitat, ille venatorem adoritur colore rubro inimico prouocatus, sed venator ictum fugit perquam celerrimè, expectátque vt brutum impingat in arborē, trunco figitur, cornua remorante trunco, tunc venator accedit, cornua torquet & detorquet, belluámque ad terram illidit. Sic Christus rubro mortalitatis indutus, atque arbori crucis infixus, mortem delusit, separata à sacrato corpore sacra anima, & quasi abscondita & refugiente diuinitate confixit mortem cruci, cámque torquens & retorquens *remanserunt cornua in manibus eius, & ibi abscondita fortitudo eius.* Ergo bene cælestes eius concinunt *fortitudinem.*

Ludo mundū lucrauit ac peperit.
Como al juego del Xedrez se dexo comer muchas piezas y al rey y despues las gano todas y que bolcasse la bolsa de to los bolsre boxe.
Os. 13. 14.

Simile. Venationis in modum dæmonem mortémque superauit.

18. *Et benedictionem.* Hoc tam illustre beneficium spasmum & stuporem pro gratiarum actione postulabat, quapropter cùm reuerendi illi senes animaduerterunt esse in eius manibus vulnerum notas, *ceciderunt proni in facies suas, & adorauerunt viuentem in sæcula sæculorum.* Verè hic erat ingentis huius sacramenti terminus dignissimus, sicut & illius quod accidit in Tobiæ domo, vbi peregrinus alter, ille scilicet Raphael, Tobiam iuuenem duxit, & reduxit, coniugio copulauit, diuitem effecit, patri senescenti restituit oculos, póstque disparuit, cùm dixisset, *Benedicite Dominum, & coram omnibus viuentibus confitemini illi, quia fecit vobiscum misericordiam suam.* Ego non homo, sed Angelus Dei sum; turbati sunt. Ne turbemini, *benedicite Dominum*, & concinite ei; tunc ceciderunt in facies suas, & per tres horas neque mutire ausi sunt, tantum benedicere Deum audebant; nónne hæc omnia in vestro conspectu renouata conspicitis, Christus viator fit, iter aggreditur, sedet, comedit, & postea non comparet: suum sacratum corpus in cibum eis præstitit, & abiit. Benedicite ergo Dominum vos qui ad castellum Emaus properatis. Quis autem neget tali beneficentia fulfultos discipulos illico ad terram vsque se deiecisse, nónne prædixeram? ait Tobias. *Hierusalem ciuitas Dei confitere Domino in bonis tuis per vicos eius, Alleluia cantabitur, benedictus Dominus qui exaltauit eam.*

Quanta gratiarum actiones Christo fieri debent.

Tobiæ 12. 6.

Iuxta hymnum hunc & animæ lætitiam sunt huius ciuitatis accolarum vestimenta, easdem enim dotes quibus Christus exurgens ex mortuis ornatur, in satis pulcra animarum vestimenta ministrat, *claritatem, subtilitatem, impassibilitatem.*

Claritatem hanc illis cōcedit, dum ante eorum oculos Scripturas absconditas reserat. Nouit fatalis mulierum consuetudo partus quosdam aliquando edi præmaturos quidem & intempestiue effusos, quod oritur ex eo quòd parens prægnans aliquid summò desiderio & nixu concupiuit, dum vterum gereret, *fele antojo algo*, quod tamen non est adepta, proles autem sic nata ne primum quidem lac degustare solet, adeò cibū omnem exhorret. Quod ergo in hanc ægritudinem medicamen? illinienda sunt recens natæ sobolis vel summa labra illo quod mater enixè desiderauit, illico enim maternæ mamillæ admouebit mamillæ labella. Edidit in cruce Ecclesiam Christus, teste Augustino, filiū dolorum partu satis præmaturo, quandoquidem non ita citò Christus moriturus erat, propter elegantem corporis constitutionem; aliquid ergo desiderasse Christum quis est qui ambigat, cùm ipse dixerit, *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec impleatur.* Hoc stimulatus desiderio diem obiit extremum discipulis ex ipso renatis, qui veluti immaturus fœtus euangelicæ veritatis mamillæ labra non admouere affectabant. Quid ergo faciendum? id quod mystica mater satis expetiuit, in cibum illis ministretur, & ideo de morte loquebatur cum illis Christus, *Nónne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam*, vt sic oculos aperiret, lucem tribueret, claritatem cognitionémque Scripturarum largiretur. Soboles partu præmaturo editæ cæcæ nascuntur in celeritatis pœnam, vt deinde lambens mater restituat ocellos, sicut Christus Scripturarum memoriam refricans.

19. *Vestimenta fidelium cum Christo resurgentium ad gratiam. Simile.*

Agilitatis deinde dotem elargitur. *O stulti & tardo corde ad credendum*: o satis ignaui, vbi est illa celeritas quā fides exposcie. August. ponderat Dauidem sibi contrariū videri, Psalm. enim 141. ait, *Non est qui requirat animam meam*, & Psalm. 39. *Confundantur qui requirunt animam meā.* Num sibi contrarius est Dauid? August. respondet. Minimè, inquit, *alij enim quærunt me ad occidendū, alij non me quærunt ad imitandū*, & cōfundantur omnes hi qui peccatis se illigant, illi quia veloces sunt vt meum fundant sanguinem, suísque sceleribus me in crucem iterum agant, isti, quia lignei & plumbei ad imitandum me sunt, & confundantur. O malus pudor! tardi ad rem tantam! ad hoc ergo agilitatem discipulis impertitur Christus, vt ostendant (esto sint graues vt sepulcralis lapis) in illis Deum verè commorari; neque longè ab hoc sensu Chrysologus [a]. *O beatus lapis, qui Christum & reuelare meruit, & velare: operuit & discooperuit, quia adueluutus probauit mortem, & reuolutus extitit resurrectionis assertor*; cùm enim quis ad bonum transuolat, signum 20.

Tarditas formidi Deo.

a Ser. 74.

Google

gnum exhibet in se habitantis Dei, & volatusille est testis Dominicæ resurrectionis, & quòd tu iam Christi es habitaculum. *O beatus lapis qui Christum meruit celare, & reuelare per leuitatem.*

21. Tertiò *subtilitatem* confert, quæ gloriosi corporis propria dos est, illúdque efficit per minutiores rimas penetrari, imò per vastissimum murum, & sine difficultate pertransire, & sine labore. Optas ô Christiane cognoscere, an è sepulcro subtilis surrecturus sis, sit anima subtilis, difficultates transgredi te oportet, moras perfringere, quæ ad Dei studium obstare potuissent. Hæc subtilitas animæ est index subtilitatis corporis, sed discipuli hac & illa carebant, nónne perpigros animaduertis, *nos autem sperabamus*, &c. non sic Dauid, sed, *in Deo meo* (inquit) *transgrediar murum.* Non sic mulieres, quæ de reuoluendo lapide sollicitæ, quia difficultates amoliri conabantur, lapidem ipsum reuolutum inuenerunt. Præcepit quondã Deus ad muros Ierichuntinos conclamare tubis ad arma, & exercitum illuc admoueri, illóque admoto tubarum crepitu vocúmque sonore mœnia cecidere ad solum. Augustinus [a]. Vt quid armas, ô Deus, tubis & gladiis, si tu solus pugnaturus eras? vt quid militum manus? Non ita est (inquit Dominus) ego solus non pugnaui, illi pugnauerunt; cùm enim se viæ primùm accinxerunt, atque ad arma admouere manus, illico ad Ierichuntina mœnia properauere, statim ac vocum sonitu acclamatum est, & seipsos propriis vocibus deuicerunt, mœnia prostrata, turres dirutæ sunt. Vult Deus crepare tubas, arma fulgere, militum animos ostentari, vt ipse faciat, vt ipse vincat. O homo, vult Deus vt velis, si enim voluisse tete ab ipso excitatũ conspexit, factum est, manus operi adiicit ipse Deus. Nónne mulieres lapide non paruo clausa ostia sepulcri viderant, properant tamen, & reuolutum lapidem inueniunt, *Inuenerunt lapidem reuolutum.* Accingere ergo tu operi, Deúsque arduitatum montes complanabit.

Rumpere moras & abrumpere difficultates oportet.

a Hic.

22. Vltima beatorum dos *impassibilitas* est, & qua beati his malis, quæ nos patimur, liberi omnino sunt; non enim anguntur siti, premuntur fame, calore fatigantur, frigore torquentur. Hæc animæ adaptanda sunt; vult enim Deus eorum qui consurrexerunt cum Christo animas mystica quadam impassibilitate frui, peccatis effici (sic dicam) intractabiles, extraneas peccatis, & quasi impeccantes; licèt enim rusticum corpus sit, & ad ima decliue, animæ quæ resurrexere immortalitatem ad peccatum per gratiam consequantur oportet. Paulus ad Rom. 6. *Christus resurrexit ex mortuis per gloriam Patris, ex quo iam non moritur.* Resurgit nunquam moriturus, quia est mortuus, *per*, id est, *propter gloriã Patris*, qui ideo iure tali honore filium cumulat, nunquam scilicet interituro honore. Ex quo argumentari licet, Christus mortuus est, & resurrexit, vt mortua anima resurgat, fiatque impassibilis ad peccata: æquum ergo erit animam nunquam peccati labe sordidare sese, ob eiusdem Christi gloriam, alioqui mortalis fiet, imò morietur peccato, Christúmque honore decentissimo priuabit. *Ita nos in nouitate vitæ ambulemus, vt non regnet peccatũ in vestro mortali corpore,* ait Paulus; en illationis factæ vim ex ipso Paulo elicitam, nihil nobis ac peccato commune sit. O dulcissime Iesu, quàm est decens te hoc dominio nequaquam priuare. O quàm digni sunt peccati nouatores, & recidentes in mala, maledictione illa quæ iactata est in reædificantes Ierichuntinos muros. *Maledictus homo qui ædificat muros Iericho.* Maledictus qui semel diruta peccata reædificat, & prauis moribus quasi delet huius sacramenti veritatem. Vt enim Pater fidei ait, nos vitæ renouatione Christum surrexisse testamur, atque hoc mysterium reddimus credibilius. *Ipsa* (nempe mors & resurrectio inquit) *gentes ab actionibus suis compescat, vt adulter adulteria non committat, homicida à cædibus abstineat, atqui istud officium est non mortui, sed viui, & potissimum Dei trahere ad pietatem, virtutem persuadere, immortalitatem perdocere, & cælestium desideriis excitare,* nempe vel eo tantùm quòd ad cælestia inhiamus, ad cælum natos nosmet ostendimus, vbi securissima fruemur pace, otio sanctissimo, dũmodo hîc gratiam adepti simus, nanciscemur gloriã sempiternam.

Mystica impassibilitas vt iterum peccato non se submittat.

Rom. 6. 12.

Ad peccata redire Christianum iniquissimum est.

Athanasius suprà.

VERA CONTRITIO QVÆ SAVCIAT *animam, ad confessionem, compunctionem, & vindictam excitat; verámque tristitiam, gaudium & sanctitatem infert.*

INSTITVTIO XXXIX.

Cvm lætissimus esset & festiuissimus pœnitentiæ dies Deo, Angelis, & hominibus, atque ipsi maximè pœnitenti; cúmque vellem te (Vir præstantissime) in fletum & veras lacrymas adducere, canentes inueni duos seuerissimos viros, qui vix vultũ à mœstitudine, oculos à lacrymis temperarunt, Dauid vnum, Basilium alterum pariter concinentes audiui. Cuius cùm rei causam inquirerem, quare nos cantu & Psalmis velint in fletum adducere, reperi canticum esse Angelorum, qui cùm nos in luctu sumus, ipsi in cælo præsultant gaudio, & gloriã Saluatori decantant. Deus autẽ ipse nouo, & maiori, & qui vix credi potest præ gaudio non exultat solùm, sed & saltat: quod ipse textus indicare videtur. *Gaudium,* inquit, *est in cælo coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. ay en el cielo sarao.* Et qui ascunt festis? Angeli; & qui sunt spectatores? Angeli. Quis ergo cantat, & lætitia exultat? Deus; ipse vtique est qui maiori perfunditur lætitia, & aulam omnem festiuissimo replet gaudio. Incipit ergo lacrymari 23.

Psal. 29.

Digitized by Google

præ gaudio Dauid. *Psallite Domino sancti eius, & confitemini memoriæ sanctitatis eius.* Vos qui aliquando deliquistis, & vos qui à delinquendo nunquam cessatis, Dei omnino immemores: recordamini, quia offendistis Dominum. *Confitemini memoriæ sanctitatis eius.* Videte rem mirabilem, cùm adhuc peccatores & Deo offensi conueneritis, sancti & iusti in vestras ædes redire facili negotio potestis. *Mirad que estrañeza y que nueua arte de hacer sanctos a quien vn momento podeis todos ser sanctos y iustos.*

Vis mirabilis contritionis.

INTRODVCTIO INSTITVTIONIS.

24. Igitur hæc dies festo dicata est illius artis (artem voco doctrinam istam quæ nos ad impetrandam gratiam istam maximè iuuat) quam *memoriam sanctitatis* appellat Dauid, hoc est, efficiendi repentè & è vestigio sanctos. *Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate ipsius, ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.* Non est (inquit Basilius) tautologia, eiusdem videlicet sententiæ repetitio. *Vita in voluntate eius*, hoc est, statuite apud vos, & vt rem certissimam tenete, Deum vestram salutem & vitam primò & per se velle & optare, *vult omnes homines saluos fieri.* Sed quia vestræ valetudini consulit, seueritate vtitur, *& iram in indignatione ostendit.* Quæ verba quia difficilia opportuna similitudine explicat. Est in vrbe chirurgus iam prædiues, & bene numatus, & qui ex prima sua voluntate neminem ægrotare, neminem vulnus excipere cupit; sed quid agat, cùm multi ex ciuibus rixantes gladiis se inuicem vulnerarunt, tunc iram in indignatione distingit, & irato vultu pedem huius dissecari iubet, manum alterius multis consui punctis, & aliorum vulnera alligari. Clamant, dolent omnes, sed ipse bono animo esse iubet, crastina die ridebitis; & magnum doloris leuamen est, chirurgum vitam potius quàm lucrum amare. Venit igitur ad vos hodierna die seuerissima pœnitentia, ponite hoc in cordibus, vestram valetudinem exoptare, *vita in voluntate eius*: cogunt tamen vulnera vestra iram cum indignatione miscere, corrigere, premere, excutere lacrymas. Sed gaudete, *ad vesperam enim demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.* Vnde Paulus, *Epistola illa*, (ait) *etsi ad horam vos contristauit, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Quæ enim secundùm Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Adduxi vos non ad resipiscentiam, aut nudam retractationem præteritorum peccatorum, sed ad veram pœnitentiam & dolorem, non carnalem & sæcularem, qui ex nimio amore & amissione bonorum sæculi nascitur; dolor enim & pretiosæ lacrymæ Christianorum non alia de causa quàm peccati fundendæ sunt, vt rectè admonet Chrysostomus [a]. Mox subdit septem affectus tristitiæ secundùm Deum: *ecce enim hoc ipsum, secundùm Deum contristari vos, quantam in vobis operatur solicitudinem, sed defensionem* (hoc est, imò defensionem) *sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam.* Mirabiles quidem effectus, & qui iubent nos causam vnde manant inuestigare.

Simile.

2. Cor. 7. 8.

a Hom. 5. ad popul.

25. Fons igitur & origo horum effectuum *contritio* est; *dolor* nempe *de peccatis*, vt definit Thom. *assumptus cum proposito confitendi & satisfaciendi.* Definit naturam tum vt est actus virtutis, tum vt est pars sacramenti, ordinem habens ad reliquas partes eiusdem sacramenti. Qui dolor propriè contritio dictus in voluntate consistens, cùm de ipsis peccatis sit quæ tanquam vltimo fini contraria super omnia displicent, rectè dolorum omnium maximus dicitur; non tamen is quem ipsa ratio de peccatis in sensitiua parte facit.

26. Dolor igitur sit talis vt sauciet animam, & sine sacramento prosit, etiamsi ordinem habeat ad illud. Sacramentum porrò, sine dolore vacuum est. Pungat animum dolor amoris spiculo, & ad mortem si fas est sauciet, vt de quodam refert Thomas Cantipratanus [b], qui ipso doloris telo confossus interiit, vix leuissima pœnitentia & pœna adimpleta; quia, vt ait Beda [c], *Acceptabile est Deo quidquid bono animo obtuleris, qui cor, & non substantiam pensat, & non quantum in eius sacrificio; sed ex quanto affectu offeratur attendit.* Anima enim, vt ait August. [d] non pedibus, sed affectionibus mouetur. *Affectiones motus animarum sunt.* & addit Thom. [e] *Dilectio ad Deum sufficit mentem hominis firmare in bono, præcipuè si vehemens fuerit; displicentia autem culpæ præteritæ cùm fuerit intensa magnum affert dolorem.* Ex quibus infert amore satisfactionẽ compensari, vt dicemus. Quare qui reliqua ad verá confessionẽ obtinere vult, prius de radice omniũ, vero scilicet amore curet. Nã, vt ait Isidorus, *qui inordinatè virtutes comprehendere nituntur, citò periclitantur, sicut herba quæ tanto festinantiùs pereunt, quãto celeriùs crescunt: at contrà arbores alta radice fundatæ, ideo perdurant diutius, quia gradatim ad profectũ perueniunt.* Ideo exẽplo explicabimus quid attritio, quid deinde vera contritio sit. Ingrederis domum alicuius principis, inuenis primò seruam, dic amabo

Dolor ipse satisfacit.

Quid attritio, quid contritio. Simile.

b In lib. exemplor. parte 5.

c In Cate. D. Thom.

d In Ioan.

e 3. contra Gen. c. 154.

Turca

Turca quare libenter in heri tui seruitute manes, eique ad nutum obtemperas? O 27.
Pater vrget timor flagri, accensæ facis, & ferri candentis, & vox illa regalis, iniicite manicas & compedes huic architecto scelerum & sceleratissimo seruo. Penetras ad secretiora domus, & honestam puellam videns interrogas: Quid est quæso virgo, quod te domi in honestate & pudicitia continet? quid? vitij horror, fœditas eius, formido, pudor, cui non æterna solùm, sed temperanea etiam addita pœnitentia est. Et vos ò pueri principis filij, quid paterno amori & obsequio obsequentissimos facit? quid? parentis amor, prouidentissimi patris tutela, vestes istæ, mensa illa, paterna cura, ampla domus, & ea qua me cura ab incunabulis ambo parentes prosecuti sunt. Audes ipsam principis vxorem rogare, domina mea obsecro te quid super alias fœminas maritum tuum diligere, decori & honori fidelicissimá esse cōpulit? Quid? hoc ab vxore nobilissimi principis rogas? quæ perspectas habeo mei sponsi dotes, nobilitatis prærogatiuam, dignitatem, liberalitatem, amorem, erga me prouidentiam; colo illum vt par est clarissimum, dignum qui ab omnibus non suspiciatur solùm, sed ametur. Sic doles tu peccator timore flammæ instar mancipij, dolor tuus attritio est, cum qua potes ad sacramentum confessionis accedere, tu fœditate peccati & pudore de cogitato turpissimo peccato, quod iam execraris, vel pœnis quas times, attritus es, &c. Illi verò qui iam de peccatis dolent ob accepta beneficia à bono parente offenso & iniuriato contriti dicuntur; qui verò intimè Deum & cognouerunt, & perpendentes eius bonitatem, largitatem, amorem, dolent de peccatis, maximè contriti sunt, dolor enim ex amore nascitur, quo Deum super omnia prosequuntur.

Quàm autem operæpretium sit salutarem istum dolorem & contritionis actum sæpe repetere, multa suadent, & quia initium sapientiæ timor Domini est; & quia 28.
reliquæ deuotiones & orationes imò indulgentiæ hac præuia contritione assumi deberent, illa omnibus anteferenda est: at saltem anteponenda, & exercenda vt reliquæ effectum sortiantur: nam licèt illæ vt artificiosæ & nouæ gratiores sunt, minus tamen quàm illa vtiles. Deinde quia saltem in hora mortis conteri necessarium esse probabilissimè asseritur, ad rem autem tam sublimem, diuinam & arduam, qualis est dolor super omnia repentè, quis poterit peruenire nisi assuetus, nisi exercitatus? quis poterit in negotio, in quo vita & salus agitur, syngrapham suam & nomen scribere, si scribendi sit ignarus, *aunque le vaya la vida no hechara vna firma el que nunca aprendio a escreuir.* Præterea quanti immatura morte præripiuntur, confodiuntur gladio, & in campo sine tecto, sine teste, sine presbytero, morte intercipiuntur, qui breuibus his syllabis summæ virtutis, vt ait Ambrosius, *peccaui*, salutem consequuntur. Sit licèt certum sacramento fieri hominem de attrito contritum: at ista doctrina certa éstne fidei definitione stabilita? tandem etiam, licèt in sacramentis administrandis & recipiendis adsit prouidentissimus Deus, ne quid negligentiæ, fallaciæ, & erroris contingat: sed quid si euenerit in Baptismo, aut in absolutione defectus, nónne bonum est vera contritione quemuis defectum resarcire? Ergo nihil te securum reddit sine contritione; hac verò posita etiamsi cætera desint sine culpa, sufficit, potens est delere peccata cum proposito confitendi, si per tempus & occasionem liceat: illa ergo super omnia æstimanda, & iteratò & sæpe, imò semper exercitio mandanda, maxime cùm vna sit contritio quæ reliquas partes, quas Paulus enumerat, cumulatè explet, vt iamiam expendimus. Assuesce igitur hæc breuissima verba non tam efferre lingua, aut in charta legere, quàm vero cordis sensu, vt ita dicam, verè & seriò sentire. *tratad verdad con Dios, y decid de veras esas palabras. que del naufragio no le que da al alma mas que esa tabla. suma y cero delo que deue, y con que cierra su eternidad su pena: potro de confesion que no reserua reyes ni nobles. trato de cuerda honrrado. Quinta essencia distilada en ascuas de amor con que rebienta en vn punto el apostema, le laba le sana: aguja tocada y palabras diuinas que siempre guian al hombre a su fin y norte.* Libeat hîc sacro Ecclesiastæ & concionatori illa verba altè, deuotè & fideliter efferre, quæ populi affectum excitent, memoria retineantur, & quacumque de causa repetantur.

Hic igitur dolor vbi verus est operatur *solicitudinem*, inquit Paulus. Sicut in Da- 29.
uide, sicut in Petro, sicut in ipso Paulo, vt ponderat Chrysologus. *Quis in sæculo peccauit enormiùs Paulo? quis in religione grauiùs Petro, illi tamen per pœnitentiam meruerunt assequi non solùm ministerium, sed etiam magisterium sanctitatis*, non quidem in otio & torpore, sed in solicitudine, sicut ille. *Quoniam iniquitatem meam annuntiabo,*

tiabo, & cogitabo pro peccato meo, gran deuda es la mia vamos ganando para el desempeño. Psal. 37. 19.
Prædicat pœnitentiam Niniuitis Ionas, qui etiamsi quadraginta dies illis ante desolationem promittit, cùm Deum iratum vident, & Prophetam insolenti & nouo habitu post varios euentus ad eos appulisse statim, è vestigio nulla interposita mora pœnitentiam aggrediuntur. Expectate ô ciues saltem ad vigesimum diem; minimè, inquiunt, cogunt in vnum pueros mulieres. Ipsa denique muta animantia & ieiunio confici imperant, & fletû atque ciulatu aërem, mundum thronúmque Dei compleuerunt. res ita magna non differenda est. Admissis & hospitio receptis à Raab exploratoribus, cùm in exercitum repetere parant, præmium hospitalitatis petit illa, spondent ipsi, voca, inquit, antequam ingruat exercitus in domum tuam, parentes, & consanguineos, & omnia quæ tua sunt, quasi in immunem locum; fiet enim vt omni populo & vrbe penitus expugnata sola *Raab viuat, & parentes eius*; sit autem signum funiculus iste coccineus ligatus de fenestra, qui tamen pedem domo tua extulerit, sanguis eius peribit. Statim illa cùm vix egressi erant, vittam coccinam de fenestra appendit. Expecta mulier, quid times, nondum regressi ad Iosue milites, nullus belli crepitus, aut fragor, nulla vox rumórve belli, nondum insonuere tubæ. Hó, inquit illa, res tanti momenti, támque facilis factu, maximè mulieri (vt aiunt) purpurariæ vittam coccineam appendere, ex qua salus mea & generis mei pendet, protelanda est? in crastinum differenda? Veniet vtique Iesus iratus, qui denuntiauit mundo extremam desolationem, & licèt nondum personent tubæ, neque arescant homines, nec stellæ de cælo cadant, licèt nondum tempus Quadragesimæ impendeat, nec voces concionatorum vrgeant, vos ô viri prudentes, in tanto salutis negotio nolite cunctari, cùm res æterni ponderis ex leui funiculo purpureo pendeat, ex verbis, inquam, quæ Christus suo sanguine tinxit, & ad fenestram oris in verum signum salutis cunctorum, qui in Ecclesia sunt, iussit proponi. Sed quia hæc communia hominibus sunt, promptitudo ad vitium, & procrastinatio ad salutem, premam hoc aliis exemplis. Post murmur filiorum Israel, iratus Deus misit ignem Domini in eos, deuorauítque extremam castrorũ partem; cur obsecro nõ primam partem combussit, sic enim fieret, vt absumptis primis reliqui eruditi resipiscerent & pœniterent? verùm ideo factum existimo, vt primi maturarent gressum simul & pœnitentiam: postremos verò vtpote tardiores in incessu, & lentiori gradu iter agentes, castigaret atque puniret. Quid enim boni post se tarditas potest expectare quàm ignem. Ideo in die mala timebat Dauid, *Iniquitatem calcanei sui*, id est, extremam ducere vitam, persistendo in malo sine pœnitentia. Nam, vt ait Eusebius Emissenus [a], *periculosissima est in vltimum diem promissa securitas: opus est vt homo quotidiano actu procuret, & prouideat bonam consummationem.* & Ambrosius [b], *Corrige te hodie propter cras, ipsa res est quæ multos occidit, cùm dicunt, cras, cras, & subitò ostium clauditur: remansit foras cum voce coruina, quia non habuit gemitum columbinum; cras, cras, corui vox, geme vt columbus, crastinum diem quis tibi promisit?*

Præparatio ad iudicium, contritio & dolor.

a Hom. de beato latrone.
b Ser. 16.

30. *Sed defensionem.* Vera defensio est accusatio sui, & excusatio Dei; nemo enim cùm tentatur, à Deo tentatur, ipse enim neminem tentat, clara fit accusatio peccati. Ambrosius [c], *Reuela Domino viam tuam*, & in Psalm. 118. *Vias meas enuntiaui. Confitetur errores, non negat lapsus, si enim se accusauerit iustus, vocem parati accusatoris excludit.* & lib. 2. de pœnitentiâ c. 7. *Praueni accusatorem tuum, si teipsum accusaueris, accusatorem nullum timebis, es como dar sus descargos el hacer se a si mismo los cargos y no hechar a Dios ni al demonio la culpa.* Rupertus [d], *Post voluntatem peccati, & post effectum operis, & post vsum peruersum, quæ tria sunt, additur defensio peccati, quod quartum est, & hic nullus veniæ locus est.* & Chrysostomus in locum Isaiæ, secundùm Septuaginta, *Dic tu iniquitates tuas primus vt iustificeris, praueni authorem, & rape sermonis principium, & accusatorum linguas obmutescere facies.* & alibi [e], *Miser & infelix rem cùm facis non erubescis, erubescis cùm pœnitere, & confiteri debes peccata.* Vocatur autem defensio ipsa apertio criminis, quia, vt ait Tertullia. [f] *Confessio satisfactionis consilium est, dissimulatio contumaciæ.* Bernardus [g] defensionem istam optimè describit; & addit. *Reuelanda itaque sunt Deo quæcumque mala committimus, nullámque quærendam excusationem in peccatis, multo minus eam quæ culpa in Deum refundatur auctorem, cùm ipse intentator malorum sit.* Itaque confessionem defensionem appellat, de qua nos infrà institutione 41. Pergo ad alia.

Accusatio sui excusat peccatorem.

c In Psal 39.
d In 1. Reg. 15.
e Hom. 10. in Gen.
f Lib. de pœnit.
g De gradibus humilitatis.

31. *Sed indignationem.* Satisfactio & vindicta ista, ait Concil. Trident. [h] est *actio vel punitio*

h Sess. 14. c. 9.

punitio criminum à nobis commissorum, vel sponte suscepta, vel sacerdotis arbitrio pro grauitate delicti imposita. Hærent hîc pœnitentes, & dæmon ille qui dicebatur *claudens bursam*, ingentem animarum cateruam in barathrum ducit. Ideo grandem illam præmisit vocem præcursoris, *facite fructus dignos pœnitentia*, explicat Gregorius [a], condignam exhibere satisfactionem mortales, qui talem tantúmque Deum offendistis. *Delitiis antea & temulentia diffluebas, ieiunio & aqua potu vtrumque compensa*, aiebat Chrysostomus [b], & Tertullianus [c], *Offendisti, sed conciliari adhuc potes, habes cui satisfacias, & quidem volentem.* Cyprianus [d], *Dominus orandus est, Dominus nostra satisfactione placandus; orare oportet impensiùs, & rogare, diem luctu transigere, vigiliis ac fletibus noctes ducere, stratos solo adhærere cineri, in cilicio & sordibus volutari.* & Hieronymus [e], *Qui peccator est, & quem remordet propria conscientia, cilicio accingatur, & plangat vel propria delicta, vel p puli, & ingrediatur Ecclesiam, de qua propter peccata fuerat egressus, & cubet vel dormiat in sacco, vt præteritas delitias, per quas offenderat Deum, vitæ austeritate compenset*, de qua satisfactione agemus *institutione 41.*

Pœna non est grauis verè pœnitenti.

a In Euang. hom. 20.
b In Matth. hom. 10.
c De pœnitentia.
d Ser. de lapsis.
e In c. 1. Ioelis.

Sed vbi vera contritio est, verus amor, quàm facilis confessio, quàm sine excusatione culpa, & quàm seuera pœnitentia & punctio delicti sit aperiamus. Liquet hoc in Petro & Magdalena, quæ etsi facilè ad pœnitentiam adducti sunt à Christo, ipsi tamen non gratis indulgentiam accipere voluerunt, sed amore compensant, & graui punctione, & amaris lacrymis in satisfactionem compunguntur. quod eleganter attigit D. Chrysostomus [f]. *Si quis*, inquit, *erga Christum eo amore est, quo debet, quid dicam intelligit quoque modo, ne ipso quidem ignoscente* (Deo) *quin in seipsum animaduertat* (pœnitens) *non sustinebit, si alguno ama como debe a Iesu Christo no sera el tan facil en perdonarse quando peca como a Christo en perdonarle.* Nam licèt Deus illis liberaliter indulgeat, quoad vindictam, & pœnã, sententiæ non acquiescunt, & qui amant hoc intelligunt, ait, qui amatores sui nimis sibi indulgent, Dei verò amatores odio carnem & vitam prosequuntur, de quo odio Dominus ait, *Si quis non odit animam suam, non potest meus esse discipulus*, & Matthæus ait, *non est me dignus, el que no se quiere mal a si mismo no me merece.* Et vrget quidem ratio. Nam Christus sibi non pepercit vt nobis parceret; tu qui propria doles & punis, cur tibi parcis? ipse non parcit benefacere, tu quare cessas malefacta punire. Solue igitur saltem amorem eius, & castiga carnem in signum amoris: nam si ita teipsum punis, vel puniri amas, maiori ratione gaudere potes, quàm ille qui veniam sine pœna accipit. *Maior consolatio futura est ei qui cùm tam facilem ac benignum Dominum offenderit, pœnas luit* (si amat Christum) *quàm ei de quo supplicium non sumitur, mejor le sabe al que ama, la pœnitentia que le hechan que le sabe al otro el irse sin ninguna.* Nam habet quidem solatium amoris Dei, etiamsi vt infirmus aliquando deliquit. Sicut cùm aiebat Dauid, *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt, quando me castigais con menos rigor y quando con maior vel virga vel baculo*, tunc maiori gaudio perfundor, quia & amo, & auctor sum peccati & sceleris quod tu remisisti. Quòdsi tu remisisti quia amas, quid mirum, ego puniam meipsum, quia amo. 32.

f Hom. 12. in cap 5. 2. ad Corinth.
Luc. 14. 26.
Cap. 10. 37.
Psal. 22. 4.

Dei amatores facilè pœnam peccatis impositã sustinent.

Leuissima igitur omnis pœna videtur amanti, & ex corde dolenti, & ipse contra se indignatur, sicut ait Paulus, *Operatur indignitatem.* Sicut cùm seruus vicini vestri iniuria vos affecit, & vicinus conscius delicti serui, nullo illum plectit supplicio, certè non leuem suspicionem infert consensisse sceleri; sin verò asperè punit, haudquaquam placuit scelus. Peccauit corpus, mancipium animi: qua die igitur animus corpus macerat & affligit, peccati detestationem verúmque dolorem testatur, quæ verò delicatè & molliter, consentire videtur adhuc peccato, vel nulla conteritur pœnitentia, *no le pesa del mal hecho el que no castiga al esclauo mal hechar.* Vnde fit vt ei qui sibi non parcit Deus libentissimè indulgeat, vt ait Cyprianus, *Cùm iudicis & tortoris vices non parcens peccator assumit, semetipsum persequens, dum confessionem confusione honorat, holocausti huius incensio coram Deo veniam impetrat.* Hinc fit vt piissimi sui carnifices facti sint veri pœnitentes, vt notauit Hieronymus. *Cúmque à nobis crebriùs moneretur Paula vt parceret oculis, aiebat, turpanda est facies quam contra Dei præceptum purpurissa & stibio sæpe depinxi: affligendum corpus quod multis vacauit delitiis, longus risus perpeti compensandus est fletu.* & Dauid, *Quoniam ego in flagella paratus sum.* Quare sic te pœnæ submittis? *quoniam dolor meus in conspectu meo semper*, at inde pura confessio manauit; *quoniam iniquitatem meam* 33.

Simile.

annuntiabo, a voces diria mis peccados. Et cogitabo pro peccato meo, y 'andare a te sorando para pagarle a Dios. Gaudio vano priuanda est caro, & nociua delectatione quæ arcet ab amplexu sponsi animam, & restinguit amorem. Chrysostomus [a], *Timenda sunt Christianis præsentis sæculi gaudia, & optanda pro deuotione mæstitia, quæ cælesti lætitia reparatur. Sæculi est quodcumque lætatur, Dei est quod pro iustitia affligitur*, ibi experimento comperies datam tibi vallem Achor, id est, contritionis & acerbitatis ad aperiendam spem, & canes ibi iuxta dies antiquos iuuentutis tuæ, Amen.

a Hom. 1. de Martyribus 1. tom. in fine.

VERBVM PATRIS.
Psalm. 50. vers. 1.

Miserere mei Deus, secundùm magnam misericordiam tuam.

Radicem spei sanat, diffidentes in peccatis suis confirmat: fœminis addit animos, blandè allicit, lacrymas elicit, facilè indulget.

DISCVRSVS CXV.

1\. CAINVM meritò caput iniquorum criminosissimum hominum, magnus vocat Augustinus [a], nam disrupto charitatis vinculo maximum malorum inuidiam & homicidium primus in mundum induxit, & summum bonum ægris mortalibus, spem in Deo & pœnitentiam abstulit. Primum quidem grauissimum homicidij crimen exaggeratione non indiget, cùm Gregorius Magnus [b] Dauidem non reueritus affirmet, *Quid Dauid homicida scelestius? Quid Vria mundius?* addit ipse Dauid, *Quod crimen difficilius dimittitur, quæ macula tardiùs eluitur?* Nam & ipse, vt notauit Theodoretus, huius potissimum peccati veniam precatur, *Libera me de sanguinibus, & peccatum meum contra me est semper*, terrerat enim conscientia improbos, eos præsertim qui innocentem sanguinem fuderint. Et quidem illud *contra me*, forense verbum est, & in accusatione vehemens testis molestus & accusator acerrimus in faciem testimonium dicebat in reum. Et quæ sunt tabulæ & volumen vbi crimen litteris est consignatum? Respondet D. Basilius, manus homicidæ sanguine imbutæ. *Nonnulli enim asserunt eam labem quæ ex concreta permixtione sudoris & sanguinis humani inserta sit vestimento nullo pacto detergi posse, sed semel in gestam alterationem per tincturam sanguinis vnà cum vestimento consenescere.* Duo, inquit, claudit homicidium & ablationem sudoris, hoc est, eorum quæ sudore parta sunt, & sanguinis, hoc est, vitæ, qua nullum in natura maius est bonum. Tale igitur crimen tanquam grauis accusatio Caini, in qua non effusi sudoris tantùm, sed sanguinis etiam fraterni, agitur, quod putauerit ipse nec purgari posse delicto, neque maculam satis elui posse pœnitentia, quin potiùs constans in se iudicium & sententiam dixit, *Maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear.*

a Lib. 15. de ciuitate Dei.

b 3. Moral. c. 21.

Immane peccatum homicidium.

2\. Secundum peccatum, nempe abstulisse mundo spem veniæ & pœnitentiæ, egregiè Paraphrastes Ierosolymitanus fatuitatem & stultitiam nuncupauit. *Dixit autem Cain ad Dominum, fatuè admodum maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear*; quo verbo allusisse videtur ad speciem ficulneæ, quam Græci vocant *sycomorum*, *Latini ficum fatuum, biguera loca*, quia multis insuauibus & amaris ficubus abundat: corriguntur autem si semel compungantur, vt succus ille sensim effluat, & purgentur fatua ficulnea. Erat proculdubio Cain, octo ad minus fructus amarissimos protulit, peccata videlicet, quæ hoc loco enumerat Hieronymus [a]. Nam si compunctionis dolore compungeretur, veræque pœnitentiæ lacrymas funderet, suaues & dulces fructus spei in Deum mundo intulisset, quas octo causas sperandi in Deum Hugo refert [b]. *Quia largus, potens, quia rogat vt petamus, quia pater est benignus & verax, inuare solitus, propinquus & frater, agrè amittens oues, pro quibus denique tanta passus*, & cùm sanare vellet ficulneam illam fatuam Israelem Baptista, sic pro concione effabatur, *facite fructus dignos pœnitentia*, nam verbo illo *pœnitentia* in ablatiuo posito perinde est ac si dicat, insuaues fructus Deo tuo refers ó Iudæa, caue ne illi fel tandem propines, nunc tempus est corrigendi fructus *pœnitentia*, sola enim compunctione etiam amarissima peccata dulcescunt; imò & homicidium quo nihil scelestius. Audi Isai. *Cùm extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam; manus enim vestra sanguine plena sunt.* Sed remedium superest, *Lauamini, mundi estote.* O Domine, quia labes ista difficile eluitur, quinimò perfacilè, *pungite corda vestra, dad vna punzada en essos coraçones*, & mutabuntur fatui fructus in sanctos, & Deo gratos. *Auferte malum cogitationum vestrarum, quiescite agere peruersè, discite bene facere.* Post hæc autem *venite, & arguite me, nam si fuerint peccata vestra sicut coccinum, quasi nix dealbabuntur.* Cain ergo fatuè admodum dixit, *Maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear.*

Cain primus abstulit mundo spem veniæ.

a In Gen.

b In Psal. 36. citatur à Lorino.

Pœnitentia etiam acerbissima + mitia dulcescunt.

Cap. 1. 15.

3\. Inter fœminas autem nulla imperitior vxore Iob, quæ ablatis omnibus, à corde Iob radicem spei penitus euellere tentauit. *Adhuc permanes in simplicitate tua? aun toda via estas en tu necedad?* Nota, antequam progrediar, verba Aristotelis [c]. *Mulier magis inuida & querula & maledicentior & mordacior, propterea anxia &* despe

Vxor Iob radicem spei euellere voluit.

Iob 2. 9.

c Lib. 6. histor. animal.

desperans magis quàm vir, atque imprudentior. Ecce igitur in desperationem labitur, *Benedic Deo, & morere.* Chrysostomus, Apollina. & Basilius. *Lacesse Deum vt te interimat, quid tibi superest sperandum, manibus tuis more impiorum mortem accerse, postula mortem sicut Cain. Quicumque inuenerit me, occidet me, mateme el primero que me encontrare quiero hazer algo porque me ahorquen y salga al fin de penas*, & quid ad hæc Iob? *Quasi vna de stultis mulieribus locuta es, haueis hablado como necia y vil y de malos respectos.* Hispani *tonta*, non tu regis vxor, sed è media turba muliercularum vna es: clarius autem Chaldæus, *quasi vna de fœminis quæ operata est ignominiam in domo Patris sui locuta es: haueis pecado en hablar de esa manera, como la donzella que haze desaguisado en casa de sus padres*; in occulta enim violatione virginis duo fœminis communia accidunt, *& facile decipi*, vt ait Aristot. *& desperare remedium, creense de ligero y desesperan del remedio que ya no es otro sino dezirselo a su padre.* O stulta, quasi diceret, quàm facile decepit te dæmon, dæmonis enim verba sunt ista, qui patrato scelere illud primum molitur vt fœminæ desperent à bono Deo, & optimo parente. Stulta quidem cogitatio, inquit Ambrosius [a], nec enim lapsæ & violatæ virgini ablata est spes veniæ, imò magis excusatur Thamar quàm ego. *Fortasse adolescentula lapsa sit, occasionibus delictorum decepta ac præcipitata sit, peccamus & seniores. Illi de ætate suppetit excusatio, mihi iam nulla, illa enim debet discere, nos docere. Ergo iustificata est magis Thamar quàm ego*; non ergo erubescamus dicere grauiorem nostram culpam esse quàm eius quem arguendum putamus, quia dixit hoc Iudas qui arguebat Thamar, *iustificata est magis Thamar quàm ego.* Igitur fœminis non est ablata spes veniæ, & contrarium fatuè admodum cogitatur, creditur, dicitur.

a De pœnitentia lib. 2. c. 8. Gen 38.

4. Venit igitur hodierna die Spiritus sanctus ad hanc mundi stultitiam profligandam, & corrigendam fatuitatem, tam hominum, quàm fœminarum, desperatio autem talis esse potest, vt difficilis omnino fiat eius reparatio, spes enim est quasi radix hominis: vnde Iob, vt miseram desperati hominis conditionem in seipso adumbraret, ait, *Destruxit me vndique, & pereo, & quasi auulsæ arbori abstulit spem meam*, clarè & dilucidè in originali, *recedere aut abire fecit spem*, nulla iam spes recuperandæ fortunæ. Sic desperans animus quasi conuulsa arbor omnis viroris gratiæ recuperandæ spem amittit; & de infidelibus D. Iudas, *arbores autumnales marcescentes bis mortuæ eradicatæ, arrancados de guaxo*, semel & iterum mortuæ tum defectu fidei, tum etiam defectu spei. Attende igitur qua ratione peritus iste agricola arbores istas corrigit in Dauide priùs, deinde in Magdalena. Audi Dauidem.

CARDO DISCVRSVS. *Desperationẽ tollit & in spem vocat Christus.*

Iob 19. 10.

Iudæ 12.

Corrigitur desperans animus

5. *In finem Psalmus Dauid cùm venit ad eum Nathan Propheta quando intrauit ad Bethsabee;* Vide victoriam quam per pœnitentiam retulit de Deo ipso Dauid, quæ vt clariùs eluceat, hunc Psalmum edidit, cùm natus erat filius susceptus ex adulterio, cùm impœnitens per annum ferè perseuerasset, cùm denique venit ad eum Nathan Propheta. Et qualis erat tunc Dauid? contemplare arborem iuxta aquas consitam, quæ altas habet radices, & illas infra terram latissimè propagauit, truncus eius horridus, & immanis cortice obductus, ramos longè latéque diffudit, ineunte vere, floribus deinde foliis vestita viridatate, proceritate & venustate pascit oculos, en repentè fulmen discissa nubes perrumpit, impetu vehementi fertur incitata celeritate, & petit à summitate arborem ingenti strepitu, & fragore horribili, truncum adurit, fumigant rami, tota arbor horribili deformitate, & intolerabili fœditate, tetróque aspectu in perpetuum deuastata manet. Solæ radices iuxta aquam spem conseruant instaurandæ arboris in futurum. O vera Dauidis imago, & peccatoris excidentis à gratia, in quo tamen & prædestinationis signa & radices fidei & spei relictæ sunt; depinge, obsecro, cogitatione florentem Dauidem, neque enim hæc verbo facilè exprimam, cùm ecce subitò graui peccato quasi fulmine peritur, remanet truncus rex, & sine corde, rami fumo & fœtore deformes, tremor vndique & pauor ignorantium & sciscitantium, quando exalationes & vapores succensi sunt, & conflatum hoc fulmen; ac tandem ictu fulminis fœtor adulterij diffunditur, homicidij horror metum incutit, vniuersaque Dauidis domus vna die corruisse videtur; certè omnia ista alta voce videntur spe abiecta dicere, *Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear.* Sed remanent adhuc radices spei, his parcit fulmen, ecce denuo per pœnitentiam instauratur, & ecce ad Dei misericordiæ templum quasi ad immunem locum confugit, en viam aperit pœnitentiæ, & fatuitatem Caini corrigit, dicens,

Psal. 50.

Qualis Dauid in peccato describitur. Simile.

Radix spei in peccatore viget.

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam; Miseriarum summa, Domine, peccatum meum est, inter peccatores scelerātissimus ego grandia mala, ingratus, perniciosus aliis, commisi; magnas igitur à Deo magno misericordias exposco, miserationes multæ arguunt peccata multa *, adulterij, fraudis, proditionis, rapinæ, homicidij tum Vriæ, tum eius occasione aliorum multorum; *dele igitur multitudine miserationum multas iniquitates meas*; sciant saltem ex me spem salutarem relictam esse, qua peccatores ad diuinam expectationem inducam. *Amplius laua me ab iniquitate mea*, multum laua me & vsquequaque, tali enim emundatione indiget culpa turpitudinis. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.* Scio tibi gratissimum cognito peccato immenso non sicut Cain desperasse, *minor est iniquitas mea misericordia quā posco, tibi soli peccaui, & malum coram te feci*, non esset Domine qui auderet arguere regem, accusare, & punire: quis enim audeat dicere Regi *, Apostata ego fateor meum crimen, neque absolutè est qui diiudicare valeat, cùm omnes peccatores sint †, nec vim æstiment offensæ diuinæ, mihi enim pro minimo est iudicari ab humano die, hoc est, ab hominibus, *tibi soli*, vt iudici * crimen aperio; tu solus manum tuam à me abstine, & hoc sufficit. *Tibi soli peccaui, estoy por dezir Señor que este mi peccado cede en gloria vuestra y que antes ganais en el que perdeis.* Duplici de causa, prima *vt iustificeris in sermonibus tuis*, iustitia enim tua per meam iniustitiam patefiet, cùm scilicet nouerint mortales enormia scelera non immutasse promissum

6.

Vox plena fidei & spei erudit peccatores.

* Lorin & citat Aiguanum.

* Iob 34. 18. Chrysost. Cyril in hūc locum.

† Ambros. Augustin. Hieronym. Gregorius, Beda hic.

* Ambros. hic & epist. 7. editionis veteris.

Gloriosum facit Deum indulgentia delicti ac per cõsequens pœnitentia.

Rom. 14.

sum diuinum; qui sensus est D. Pauli. Secun-
7. dò, redundat hæc mea confessio in iustificationem tuam, dum egó peccatum meum carnibus mando, & ingenue confiteor, vt tenacius memoriæ legentium hæreat, & tuo honori prospiciam, nam impij & insipientes pœnas quas à me exegisti considerantes audebunt tuam iustitiam criminari, vel fidelitatem in dubium vocare; qui tamen cùm sciant quàm atrox meum fuerit flagitium, in hac causa pro te ferent sententiam, & me seuerioris iudicij facient reum, & hoc est dare gloriam Deo, vt dicebat Iosue, si confiteatur Acham peccatum suum; & apud Ezech. in-

Cap. 12. 14.

terrogantibus, *Quare sic fecit Dominus terræ huic, & quæ est hæc ira furoris eius*: Consulam, inquit, stultorum blasphemiis. *Ideo relinquam ex eis viros paucos à gladio, & fame, & pestilentia, vt enarrent omnia scelera eorum in gentibus*; relinquam eis multos inter gentes qui agnoscentes & fatentes scelera sua meam iustitiam à calumnia vindicent. *Derramaré por el mundo entre gentiles mis malos hijos para que confessando sus peccados claramente iustifiquen mis iusticias y que es poca la pena para tan grande culpa y respondere al Quare sic fecit Dominus terræ huic.* & sicut Dauid fateantur, *tibi soli peccaui.* Fateor ingenuè mea crimina tibi, vt apud humanos iustificeris, & gloriosus euadas plusquam de Cain, qui omnino ab scopo aberrans aiebat, *Maior est iniquitas mea quàm vt veniam*, &c.

8. *Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix*; quasi dicat, contra illum errorem ergo, ecce prima inter fœminas quæ fatuitatem vxoris Iob & desperationem corrigit. Ecce mulier quæ honorem fœminarum in integrum gloriosè restaurat amando & confidendo. Ecce mulier quæ viros superat, Cainum confundit, Christum gloriosum efficit, prima enim omnium ad Christum venit, non temporalia poscens, sed postulans remissionem, ac proinde ait Ambrosius [a], *Omnibus qui volunt veniam promereri magisterium præstitit.* Modum autem quem Christus tenuerit in sanando, radicem huius arboris curiosè & eleganter edissecit D. Basilius [b]. Quid agat agricola vt corrigat vitiosam arborem, punicas acidas, amygdalásque amaras, sinit vtique crescere, patulos ramos diffundere; videlicet vt amarus fructus colligatur: nequaquam, sed quadam die repentè omnes ramos amputat, & in trunco surculum, cuius medulla dulcis est, inserit, & saporis fastidio gratum in vsum mutato dulcescit. Sinit Deus aliquando peccatores excrescere, vitiorum ramos longè latéque diffundere, vt peccent ne? vt amaros fructus edant? minimè, *sed vt gratia copiosior, & Deo illustrior gloria redundet, vt sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam.* Id ergo significat hoc verbum, *Ecce mulier*, quasi dicat, vidistis superbam istam arborem quàm latissimos ramos diffuderat, fama eius omnem ciuitatem infamauerat quanti latebat sub ramis eius, quàm amaros edebat fructus? Ostēdat igitur misericors agricola misericordiæ suæ scientiam & potentiã in reddenda perfecta quæ sordidissima erat, eóque cōmendabilior erit gratia, quæ tales sanctificat. Sicut si Moysi iuberet, ostende manum tuam lepra obductam. Ecce videtis hanc manum, hæc quanto inpetior signis diuinis patrandis videtur, tanto

Prima inter peccatores Magdalena spem veniæ & remedium animæ quæsiuit.

a De pœnitentia lib. 2. c. 8.

b Orat. 7. de virtute & vitio.

Radix spei quomodo sananda.

Sinit Deus peccatorem sordescere vt emundet.

mea potentia clarior reddetur ex ea. Sicut de Samaritana dixit Ambrosius [a], *Nouo admirationis genere mulier quæ ad puteum Samariæ meretrix aduenerat à Christi fonte casta regreditur, & quæ aquam petere venerat, pudicitiam reportauit.* Quamobrem nulla fœminarum despe- 9.
ret, Deus enim honori suo prospicit, & conuersio earum est manifestatio diuinæ omnipotentiæ & sapientiæ. Religat ligulam aut funiculum in virga, (*rodea vn gitano la correguela o cinta en la vara y dale bueltas y dize veis la qual esta? esta dentro? si, dentro tira, con maña y dize catala fuera*) quem Hispani vocant *gitano*, & nodis implicatam ostendit, rogans sit ne ligata virga, an libera? cúmque tu solui nequaquam posse existimas, ille subtilissimè nudam virgam relinquit, & nodis liberam ligulam ostendit. Lusit hoc modo Christus cum Magdalena, & colludit sæpe tecum ô peccatrix mulier, præscius te ad gratiam attractarum iri sinit super virgam vitæ fragilem irretiri nodis multis & peccatis: clamant omnes te intus esse, nunquam à peccatis soluendam: clamat & dæmon te nodis teneri iam obligatam, cùm ecce Deus repentè liberam eripit, tricis & nodis solutam, & gratiæ redditam, Hoc ludo inter cœnandum lusisse Christum cum Pharisæo ponderat D. Petrus Chrysologus [b], *Vides hanc mulierem, que me le dizes dentro o fuera?* affirmat ille obligatam esse, *quia peccatrix est, falleris, inquit, remittuntur ei peccata multa*, libera est, sancta, non iam Magdalena, sed Maria, & altera Maria quæ antea erat. Nam ideo dicitur, *Venit Maria Magdalena, & altera Maria; non dixit, venerunt, sed venit; sub vno nomine venerunt duæ mysterio, non casu, venit Maria, & altera Maria, venit ipsa, sed altera, altera, sed ipsa, vt mulier mutaretur vita, non nomine, virtute, non sexu. Ideo ostentat illam Spiritus sanctus: Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, mirad el arbol amargo y azedo como le endulça Dios.*

10. *In ciuitate peccatrix.* Quare peccatricem adhuc vocas mulierem, Lucas sancte, nónne iam pudica, sancta & dilecta Christi? sanctius & religiosius egisse videreris si celasses delicta. Sic fecisse S. Ioseph erga Virginem notat Ambrosius [c], *quam cum esset iustus, noluit traducere.* Ita inquit, *non solùm ab vltionis atrocitate, sed etiam ab accusationis seueritate, iusti aliena persona est.* Idémque Ambrosius, hoc ipsum notauit in Dauide, parcite, inquiebat, seditioso & inobedienti ò duces, *seruate mihi puerum Absalon*, & postea interrogauit, *viuit puer ille*, vt atrocissimum Absalonis crimen minueret, reuocando in memoriam ipsum esse puerum, mentis impotem, & adhuc immaturæ rationis. At verò postquam suspensus interiit, & nulla iam opus erat excusatione, non puerum, sed filium vocauit suum. *Si viueret puer erat, quia parricidio petebat patrem, non enim pietatis nomen accipere debebat, sed infirmitatis; ideoque vir iustus quod religionis fuit tacuit, quod infirmitatis aspexit, vbi verò est mortuus, apud pium patrem persona criminis defuit, naturæ nomen remansit.* Existimo vno verbo respondisse nostræ dubitationi Chrysologum. 11.
Exaggerat Euangelista mulieris facinus, vt accumulet indulgentiam largitoris. Atended quan graue mancha es la de la torpeza y quan grande

a Ser. 30.

Simile.

b Ser. 74.

Matth. 28.

Cur sæpe peccata fœminæ proponuntur.

c Ser. 7. in Psal. 118.

Iusti non seuerè accusant.

2. Reg. 18.

Ibid. c. 19.

Ambr. in Psal. 118. *Gressus meos dirige.*

grande la fuerça de la penitencia que la lim-
Infame vitiũ turpitudo est si nolint prophanũ. *pia.* O turpe vitium, nullum tuæ infamiæ
notam dicendo possum addere: veruntamen
multis te infamiæ maculis notatum osten-
dam. Sic graui & diuturna vitium hoc fla-
grat infamia, quòd cùm omnium præcellen-
tium hominum & fœminarum vsu, auctori-
tate, fauore munitum fuerit, atque defensum,
omnes sese multis infamiæ notis consperse-
runt, illud verò semper maiorem turpitudi-
nem concepit & infamiam. Nulla tam vilis
& despecta res, quam regum vsus non ho-
nestet, solummodo vitium istud honoris in-
capax reperias; quis præualuit Samson in
fortitudine? vicit leonem, fregit vincula,
clauum refixit, & Gazæ fores secum detulit,
vnius tandem fœminæ amore captus, victus,
illusus, rotæ addictus est, bestiarum more.
Quid memorem Dauid in pace & bel-
lo acerrimum? cùm pastor leonum & vrso-
rum peremptor, cùm miles gigantem deii-
cit, cùm rex exercitus vincit, profligat ho-
stes populi Dei? in pace Psalmos edit, scri-
bit, cantat, quam tam infamem rem hic
rex nequeat honorare? Sed ecce semel alie-
Psal. 31. nam appetit, & peccatum suum *iniustitiam*
Psal. 77. *suam appellat. Dixi, confitebor aduersùm me*
Vitium omniũ notarum luxuria. *iniustitiam meam Domino.* Insipientiam: *Pu-*
truerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie
insipientiæ meæ: confusionem, *& confusio faci-*
ei meæ cooperuit me: immunditiam, seipsum
oderat & tædebat sui. *Amplius laua me, cor*
mundum crea in me Deus, como quien quisie-
ra hechar de si vna cosa muy immunda y no ba-
stando la quiere hazer de nueuo, ac ipsius hi-
storiæ sempiterna macula adhæsit, *eo quòd fe-*
cisset Dauid rectum in oculis Domini, & non decli-
nasset ob omnibus quæ preceperat ei in cunctis die-
3. Reg. 15. *bus vitæ suæ.* Gloriosa verba, nisi adderet, *ex-*
cepto sermone vitæ Ethei. Tertius item Salo-
mon, cognomento pacificus, omnium mor-
talium sapientissimus, ditissimus omnium, fœ-
datus à mulierculis, qua ratione malè audit
apud omnes, & in controuersiam vertitur eius
Cap. 47. salus? *Collegisti* (ait eius encomiastes Ecclesia-
sticus) *quasi aurichalcum aurum, & vt plumbum*
complesti argentum, & inclinasti femora tua mu-
lieribus, potestatem habuisti in corpore tuo, dedi-
sti maculam in gloria tua, & profanasti semen
12. *tuum, inducere iracundiam ad liberos tuos.* Vide
quomodo gloriosus & sapiens fama spoliatus
euasit. Verùm non modò priuati homines,
sed nec vrbes vitium honestarunt, quin imò
eis infamiæ æternæ notæ inustæ sunt. Sodo-
mam & Gomorrham quis, etiamsi populosas
& opulentas vrbes, infamiæ maculis eripuit?
vsque in hodiernam diem fœtor & fumigan-
tis ignis turpissimi horror perdurat, & malo-
rum extrema vno prouerbiali verbo diceban-
Isai. 1. 9. tur, *quasi Sodoma fuissemus*, &, *Audite ver-*
bum Domini principes Sodomorum, infames y
torpes. Totus denique mundus turpe hoc vi-
tium honestare nequiuit, *Omnis quippe caro*
corruperat viam suam. Quando como moço el
mundo desbarato en esse vicio se puso tan de lo-
do que mostro Dios pesar de hauerle criado. Por-
rò vitium quod nec reges, nec duces, nec re-
gna, nec orbis vniuersus vsquam potuerunt infa-
miæ nota liberare, hoc tu audentissima fœmina
tua præsumis libertate & licentia perpetrare,
defendere? & tu audax iuuenis vbique iactas &
prodis turpia tua facinora? magnam prouin-
ciam super te tollis, vitium æterna nota tur-
pitudinis infame erit, & tu qui patrocinium
eius suscipis, nihil nouum lucraberis quàm in-
famiæ labem, sicut Maria, *Ecce mulier quæ erat* Luc. 7. 37.
in ciuitate peccatrix, hoc est, septem in se dæmo-
nia continebat, & vitiorum vniuersitatem; quis
enim occidit Sichem; quis cubantes cum Ma-
dianitis, innocentémve Vriam interfecit? quis
eruit oculos Samsonis? quis deprauauit Salomo- 13.
nis cor? quis tot vrbes extinxit? tot regna profli-
gauit? non in seipsum crudelem, sed sæuissi-
mum in alios, vt notauit Ambrosius [a], & pro- a Lib. de Abele.
bat eleganter Tertullianus [b] ex eo quòd præ-
ceptum de non mœchando inter occisores & b Lib. de pudicitia.
latrones positum sit in Decalogo, *inter duos*
apices facinorum eminentissimos, sine dubio digna
consedit mœchia; quis enim talibus lateribus inclu-
sam, talibus costis circumfultam, &c. fœtum non
solùm, sed immundum; *non vocauit nos Deus*
in immunditiam, ait Paulus, & Tertull. [c] *Rem* c Vbi suprà.
immundi spiritus appellat, idcóque perditum il-
lum filium similem porcis effecit, quòd pa-
làm hodie, sicut reliqua fatetur Dauid, *Tota* Psal. 37.
die contristatus ingrediebar, Hebr. *tota die de-*
nigratus ingrediebar, seu atratus, ad hæc Chry-
sostomus [d]. *Ecce quomodo non tantum eum or-* d Hom. 77. ad populũ.
nabat purpura, quantum huius peccati macula
fœdabat. O infame vitium, vide quali senten-
tia à diuina seueritate multatum sis, in
tuam enim infamiam cælum & terra Deus.
Beati omnes in actione publica conuenerunt, 14.
te damnarunt, & infamarunt. Plato [e], *Siquis* e Dialogo 8. de legibus.
per luxuriam mulieribus commisceatur, lege no-
stra infamis fit. Præcipimus etiam vt eadem in-
famiæ labe conspergantur filij Sapientiæ 3.
Filij adulterorum in consummatione erunt, & ab
iniquo toro semen exterminabitur, los saquen al
acto del inizio vniuersal. Item præcipimus vt eo-
rum memoria deleatur [f]. *Non emittent filij eius* f Eccli. 23.
radices, & derelinquent in maledictum memoriam
illius, les pongan el sanbenito que no se les cay-
ga. Item præcipimus, *vt circulus aureus in nari-*
bus sit mulieri quæ est pulcra & fatua, que pues
ocio y arrastro la ioya de la honestidad salga
al tablado con mordaza y sanbenito perpetuo,
peccatum matris eius non deleatur. Item vt eius
bona sequestrentur, & à nemine possidean-
tur, nemo attingat pallium Ioseph quod ma-
nibus suis impura domina tenuit, vt monet
Ambrosius [g]. Item vt de numero catholicorum g Lib. de Ioseph.
expungantur, deleantur, explodantur. Ideo
enim notat Abulensis [h] Moysem benedicendo h Quæst. 1. in cap. 33. Deut.
omnes tribus omisisse Simeonis tribum, quia
princeps de tribu Simeonis luxurians fue- Num. 25.
rat, cum scorto Madianitide, & eius fac-
cus benedictus grandioribus litteris in tem-
plo sacræ Scripturæ in perpetuam rei memo-
riam proponatur. *Zambri filius Salumi, & dux*
de cognatione & tribu Simeonis. Porrò mulier
Madianitis vocabatur Cozbi filia Sur princi-
pis nobilissimi Madianitarum, pariter interfe-
cti sunt. Item vt extorres sint, & vt excom- 15.
municati habeantur, nec liceat cum eis congre-
di, contrahere, neque legatos mittere, vt nota-
uit Origenes [i] de rege Basan, & eius vrbe, quæ i Hom. 13. in Numeros.
interpretatur *turpitudo.* Vltima denique no-
stra sententia. Mandamus & quasi inimi-
ci crucis Christi ignis sempiterni flammis
manden

mandentur, pronuntiante Hieronymo sententiam, *Luxuria ignis infernalis, cuius flamma sunt peccata, cuius fumus infamia, cuius cinis immunditia, cuius scintilla praua colloquia, cuius finis gehenna.* Age mulier operi ignominiam tuam, ecce te omnes digiti indicāt. *Ecce mulier, esta es la infame,* tacere quia Magdalena est. Minimè, sed *peccatrix* non habet aliud nomen, non habet, *propter immunditiam enim*, inquit Chrysostomus [a], *proprio nomine caret, sicut ea qua fuit Uria, & infans qui ex ea natus est, sine nomine obiit; fornicatio enim & immunditia nec nominetur in vobis.* Persequar secundum quod proposui, interim autem,

Chrysost. in Mat. c. 1.
a Hom. 24. in Gen.
Ephes. 5.

16. *Quo pacto Maria ruit in tot vitia.*

Rogabis qua ratione Maria in istas vitiorum sordes ruit? nata fortè erat diuitibus parentibus puella diues, pulcra, procero corpore, & eleganti, vt constat, iuuentutem sequitur procacitas, pulcritudo humanos quærit oculos, malum, liberè vagari oculos puellæ, peius autem conspiciendam se dare, thesaurum latronibus obiicit, inertissimi sunt qui non furantur; locuples insuper erat, negotia eius opus est commendare administratoribus, *estos entran por criados y quedanse hechos amos*, inuisebatur ab adolescentibus, *poniase a la ventana arrojaban ellos los ojos con que derriban a las pobrecitas con su gorra en la mano, cara risueña desuarian en mil locuras.* Quid agis impure adolescens? Si violas virginem nobilem, quomodo eius restitues honorem? quid si perdis animam eius, quî redimes? quid si ab vno in aliud peccatum catena vitiorum constricta ducet te in infernum? Horum fortè importunitate exagitata lapsa est, & paruo summoto lapide flumen vitiorum erupit, iam nihil cogitat nisi de fenestra ad speculum, de speculo in agrum, in alienas domos, mortuam in pulcro corpore circumferens animam, impura, furiosa fit, nec verbo Dei, nec sanis acquiescit consiliis: at fortè à sorore compulsa, precibus allecta, ad speciosissimum filiorum hominum Christum contuendum quadam die venit. O bone magister, quis te venandi ceruam istam cupidissimum videret, *la cierua resurtida para vos se guardaua solas vuestras flechas le prenderan el coraçon con la amorosa yerba ella vendra a dar a los pies de tal caçador, y no faltara cuchillo de monte.* Nam ad venationem istam duos secum affert gladios, timoris, & amoris. *Ecce duo gladij*, & addit, *sufficit*, *si estos no bastan alma perdida poca esperança tenemos ad vuestra salud.* Sed ne desperare contingat, audi Redemptorem.

Venator Christus Maria dama le lenissima.

17. *Diuina Christi concio amoris gladio.* THESIS.

Vestra erigere corda, & ad spem excitare volo, ô fœminæ: quod si ad pœnitentiam induxero, nihilo puto vobis congruentius, nihil vestræ imbecillitati accommodatius. Audite Dauidem æquè ac vos turpem, & peccatorum deplorare culpam, sed Dei proprium est tegere & abscondere, estque tali natura in pietatem propensa, quæ libentiùs peccata vestra velat, & dissimulat, pœnitentiam verò atque virtutes producit, vt per Isaiam testatum reliquit. *Non clamabit, neque accipiet personam*, Hebraicè, *non vociferabitur, non eleuabit, no hara albaracas no pregonara el peccado*, vel non eleuabit, *no pondra a la verguença al peccado y al peccador, neque audietur vox eius foris, calamum quassatum non conteret, hara que no se vean ni suenen nuestras quiebras, & lignum fumigans non extinguet, vna centella de bien la auiuara a soplos para que luzga y se vea.* Libet videre in illa sententia vel absolutè fœminæ adulteræ, cuius ingens adulterij crimen non eleuauit, neque extulit spectandum populo, sed ita depressit vt se inclinans digito scriberet in terra, & quid scribebat, sanè accusationem Pharisæorum facilè delendam, vtpote signatam in monumento pulueris minimè diuturno, neque *clamauit*, sed quod minimum fuit tacens, & silens, digito scribebat in terra, & tanti fecit illas scintillas pœnitentiæ in animo adulteræ iam conceptas, vt curauerit excitare & accendere; ideo enim subdit Isai. *In veritate educet iudicium, & splendebit*, faciet (inquam) vt non dissimuletur rei veritas, sed potiùs promulgetur, & splendeat. Dele igitur iniquitatem meam. Ortum habet hoc ex duplici capite, primum ex eo quòd pœnitentia reddit hominem apud Deum charissimum, & Deum benignissimum iudicem, qui tacitus audit, iudicat & absoluit. *Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neque improperes ei*; quasi diceret, non exprobrandum peccatoris scelus, quamuis grauissimum, quod pœnitentia ablutum fuerit, quin potiùs summo honori & laudi habendum. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates*, hoc est, conteguntur quasi desuper iniecto operculo. Vnde est illud Sophoniæ, *Silebit Deus in dilectione sua, & exultabit super te in laude*, id est, si semel in gratiam redeat anima quæ se adulterij & impietatis crimine polluerit, nihil iam Deus sponsus cum illa de condonato peccato expostulabit. *no renouara la accusacion, sed silebit in dilectione, no le hablara palabra de lo passado porque la quiere bien* (*potius exultat super illa in laude*) *se alegra por la gloria que de ay se le sigue.* Hoc idem liquet maximè ex verbis illis Bethsabeæ solicitæ de Adoniæ ambitu, & de Salomonis salute, & futura regni hæreditate, aitque, futurum est, ô Rex, vt post obitum tuum censeamur, *ego & filius meus Salomon peccatores*, cuius loci sensus est: Nisi filius meus Salomon in regnum succedat, videbitur adhuc recèns in Dei memoria meum peccatum, tuum etiam ô Rex; ego itaque semper reputabor adultera, & Salomon filius ex scorto natus regno indignus. Quod longè alienum est à Deo, & à virtute pœnitentiæ, quæ cùm legitima est sic expurgat, sic delet, sic excusat, vt nihil peccatori nocere queat. Imò sicut peccatum & pœnitentia in gloriam suam redundarunt, sic oportet nobis omnem honoris & regni splendorem afferat. Quid iam amplius dicam? sit peccatum turpe, sit mulier peccatrix, sit infamia publica, sit vulnus putidum, & vlcerosum, sit plaga tumens, & non circumligata, ea est pœnitentiæ vis, vt vulnus ita curet, vt neque cicatrix, neque vestigia aliqua remaneant, *putruerunt & corrupta sunt vlcera Dauidis à facie insipientiæ suæ, vn año entero estuuo sin curarse y sin caer en ello.* Vide quàm horribilia ad aspectum erant peccata turpia in supremo rege, at subitò pœnitentiæ verbis [a], *con enfálmos y breues palabras*, *tibi soli peccaui*, ita in integrum est restitutus, vt Deus ipse per Ecclesiasticū fateatur, *præter Dauid, Ezechiam & Iosiam omnes peccatum comiserunt.* Quid ais Domine, nónne ille ingenuè fassus est, *tibi soli peccaui*, & quomodo ergo innocentem prædicas? Peccauit quidem, sed plorauit, confessus est crimen, delictum meum cognitum tibi feci,

Ratio ab exemplo.
Isai. 42. 2.
Ioan. 8. 6.
Clementia in peccatores.
Eccl. 8. 6.
Ps. 31. 1.
Cap. 3. 17.
18.
3. Reg. 1. 21.
P. Pineda videndus Salo. præuio, lib. 1. c. 3. affert etiam alios sensus huius loci.
Non solùm tegit, sed delet peccata pœnitentia.
Eximia vis pœnitentiæ.
19.
a *Vide quantū valent tres syllabæ illæ peccaui no reparece que sō palabras de ensalmo que curan de repente heridas.*
Eccli. 49. 5.
Ambros. lib. 2. de pœnitentia in exhortatione quæ est ad finem.

feci, peccata verò sic per pœnitentiam deleantur, vt neque signa labis, neque cicatrix Deo ipsi inspectanti pateat. At neque remaneat, iam
Cap.18.22. enim parum est dicere per Ezechielem, *Iniquitatum eius non recordabor*, etiamsi in spem magnam excitat, nam potest refricare memoriam delicti iam obliuioni traditi: at sic delere vt neque vestigium maneat, nec Deus iam peccatorem agnoscat, eximiæ virtutis pœnitentiæ argumentum est. Quò igitur ibis mulier peccatrix, *sordida nobilis*, quis te poterit honestare? quis ruinosam domum & inclinatam ad mortem erigere poterit, nisi qui te condidit; respice manus meas, his enim Dauidem eiúsque collapsam domum reædificaui, in die illa suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, *& reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant instaurabo, & reædificabo eum sicut in diebus antiquis*, *yo he de hazer esta obra quel peccador no tiene fuerça ni manos*, &c, *Si conuersus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo, muy de otra manera de reedificar a Dios y el da su palabra por Isaias. Paupercula tempestate conuulsa absque vlla consolatione, ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Pobrecita asolada affrentada a fuerça de tempestad y ninguna mayor que la de la culpa*, vbi passionum ventis, vitiorum fluctibus, maris vitæ volubilitate, leuitate fœminea nauis periclitatur, in pauperiem extremam redacta es, omnes lapides tui dimoti sunt de loco suo, in hoc ego meam potentiam & sapientiam tecum manifestabo, te enim quasi Romam aut Carthaginem, siue Troiam dirutam & collapsam ex recidiuis & ex fragmentis & ruinis iterum reædificabo, & sacrum mihi palatium instaurabo. *Sternam per ordinem lapides tuos, cabellos ojos y manos seran maromas y cadenas conque suba y trabe la obra asida a Christo. esos ojos llenos de terneza vana serā vedrieras por donde recibas la luz del Cielo esos oidos troneras del Demonio para batir almas seran tornos de angeles por donde entren musicas y recaudos del Cielo, con essos braços se abraçara la fabrica a la peña viua Christo los pies basas firmes sin inconstancia mugeril*, & sicut Deus in mari rubro gloriam sibi peperit de confractis curribus, de rotis disruptis, & fragmentis & spoliis inimicorum, & ex his *assimilauit*, hoc est, peregit sponsam suam gloriosam, *In curribus Pharaonis assimilaui te amica mea.* Eadem ratione gloriam sibi Deus parere solet ex ruinis & ruinosis peccatoribus, *de esos destroços anegados en sus lagrimas hare yo mi Iglesia vn Matheo vn Pablo vna Magdalena vn Zacheo que se iban a anegar destrocados*; igitur ne desperes cùm te conuulsam graui tempestate vides.

Amos 9.
Exhortatio.
Iob 22.23.
Isai. 54. 11.
20.

21. Timoris thema. Isai.33.20. Ab authoritate Prophetæ.

Vtar etiam alio gladio timoris si minus sentis amorem, *Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, & separati estis in diem malum, & appropinquatis solio iniquitatis. Ay de vosotros ricos de Hierusalem confiados en la riqueza de vuestra tierra marcados como ganado de muerte que haueys tomado aposento para la maldad dormis en lechos de marfil y lozaneais en vuestros estados y comeis lo mas gordo del rebaño. Sicut Dauid putauerunt habere vasa cantici, pensays que os han de durar vuestros deleytes*. Ex-

trahet Deus vos ab aquis fluxarum delectationum, & licet durent per mille annos, vt momentum reputabitis, si æternis deputati pœnis semel infernum gustetis. Quantum tuo videri ô mulier durarunt tua delectamenta? ad momentum, inquit. Hô! quid erit cùm hoc ipsum ex inferno respondeas, ex flammis, ex æternitate. O quàm diluti, flaccidi & exiles videbuntur quando æternis tormentis admisceantur; vix decidi in hunc tormentorum locum, dicet, cùm præterita omnia euanuerunt, quid post centum millia annorum erit? quid post centum millia millium? quid per immortalem æternitatem? O vanæ delectationes *! *Ego pœnitere non tanti emo, a tanta costa y por cosas tan vanas necedad es comprar la eterna penitencia.* * Quidam apud Plutarchum à meretricula inuitatus hoc respondit.

22. Faciliùs minorique pretio venale cælum tibi vtilem ac breuem pœnitentiam propono, quæ lætitiam immortalem comparat, *no es muy facil comprar el Cielo y la penitencia con lagrimas?* Mulier, ésne mentis compos? quare postponis honorem quo nullum præmium gloriosius inter mortales, fœminis & viris datur, vt turpi delectationi & vano lucro subseruias? Certè proximior es bestiis quàm hominibus, illæ enim non honore, sed turpi appetitu ducuntur. Mulier tuane, an aliena mente & anima viuis? æterna, Deo persimili, immortali; quare eam vile mancipium efficis eius carnis quæ citò corruptioni dabitur? Mulier éstne tibi fides, credis ob temporalium turpem vsum æternis cruciatibus obnoxiam manere? *O muger engañada que tomas a censo lo que vale vno y has de pagar eternos tormentos.* Mulier nónne animabus etiam præditi sunt pauperculi fatuíque iuuenes qui te amant? quare putidam carnem tuam dæmoni concedis, qua inescare possit bestiolas istas ignaras, & in laqueum & muscipulam inferni detineat? *& perit infirmus in tua conscientia frater propter quem Christus mortuus est*? Mulier hoc saltem accipe, menteque repone, tuum hodie concionatorem esse Deum qui rectè nouit, *aut flendum tibi esse, aut ardendum.* Crede mihi qui summa sum veritas, si quæris delectationem, puras & pudicas elige, maiorem oblectationem in castitate quàm in luxuria, in abstinentia quàm in gula, in demissione quàm in fastu, atque superbia reperies. Quid ad delectationem iucundius quam mundo vti corpore, quod Deus lustrat & illustrat suis oculis, & quasi templum inhabitat; ossa pura & candida quæ custodit Deus, lustrat & illustrat suis oculis, & quasi templum inhabitat? ossa pura & candida quæ custodit Deus, enumerat, amplexatur, si amare libet ama Deum, quid in me Redemptore tuo displicet? si delitias, requiem & satoritatem optas, quoties ego alta voce fatigatos homines inuitaui, *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* His & aliis diuinum verbum secreta & blanda manu cor Mariæ pertentat, nodósque difficultatis soluit; diuino lumine abigebat turpia, ad se moresque nouos redibat, suam iam perditionem persentiebat, turbati cœpit, deliquia pati, cor premi offensi Dei dolore, fluunt lacrymæ, obnubit faciē nouo pudore suffusam, oculos diuinos verita iam etiam humanos formidabat, singultus pectus excitat, tremore concutit corpus, & effusis singultibus internum prodit dolorē, & externas atque amaras ita bibit lacrymas, vt sapiat

Insania fœminarū impium.
Exhortatio.
23. A contraria.
Matth.11.

quàm amatum sit dereliquisse Dominum, quo ictu inflicto, & cerua amoris sagitta transfixa, in domum Simonis pransurus discedit concionator diuinus. At illa,

24. *Vt cognouit quòd Iesus accubuit.* Primum veræ bonæque confessionis, conuersionis signum, acquiescere cirò inspirationi, quæ illam excitauit. Deúmque non in suis ædibus expectauit, sed in alienis quæsiuit. *No esphereis peccador que Dios se venga a vuestra casa le haueys de ir a buscar.* neque enim frustrà dicitur cognouisse, quòd *accubuisset*, pro quo nota, Christum Dominum ductum in Herodis conspectum tacuisse, nec vllum verbum dedisse. Domine nónne Iudæ respondisti, osculatus es eum ne quid vrbanitati detraheres? respondisti etiam Pilato & Caiphæ; quare ergo vel vnico verbo quo posses

25. non vis lucrari regem, curiámque totam, cognouerat multa de Christo, & cognitioni desideria addidit, *erat enim cupiens ex multo tempore.* Ecce ergo duplici de causa non loquitur, & quia quando cognouit non quæsiuit Christum, ideo cùm præsentem habet, serò venit iam, & curiosa solùm ab illo poscit, & quia desideria diu in anima concepta, & serò vel nunquam impleta potius gratiam impediunt quàm comparant, imò in vermes teterrimos damnationis conuertunt, id enim significat, *murenulas aureas faciamus tibi, vermiculatas argento*, inaures enim quid significant nisi inspirationes quæ vermiculatæ dicuntur, quia si semel exceptæ non impleantur, sicut manna in vermes conuertuntur, quia conscientiam mordent, & in æternum non moriuntur: *cognouit igitur quòd accubuisset*, & opportunitatem nancisci curauit. Gigantem enim velociter currentem nullo meliori tempore, quàm dum accubuit, consequeris. Quid si cum illo pariter curreres, & duas vel tres sessiones concederet inter currendum, id maximè obseruares vt semper curreres, sed tunc maximè cùm ille consider, *exultauit Christus vt gigas ad currendam viam*, inuitauit animam ad cursum, & ad maturandum gressum, ad salutem consequendam: *post te curremus in odorem vnguentorum tuorum*, perculit amore Mariam, & excitauit ad cursum, ipse cùm velocior sit, multas illi sessiones concedit, *dale de ventaja muchas bethadas, quod accubuisset.* Scio mi Domine in præsepio consedisse, vt te possent deuotæ animæ adipisci, scio eò te ducere amorem, vt in cruce iaceas, & peccatores tardos & inertes expectes: nunc ergo cùm mihi accubuisti me expectas, nacta talem opportunitatem, nolo desidiosè subsidere, *surgam & quæram quem diligit anima mea.*

Ne diutius contineâs sed citò implenda desideria.

In morsum conscientiæ transit inspiratio non impleta.

26. *Attulit alabastrum vnguenti*, pergit domum, & pretiosa indumenta deponit, modestiora induens monilia, annulos, dextrariola tumultuariè abiicit, & licèt totam amor Christi & timor occupauerat, non imitata reliquas fœminas, quæ, etsi sanctæ & timoratæ, nulli operi incumbunt, & deuotionis feruore inutiles omnino redduntur: sed in media tempestate cùm omnia conculcat, proterit, obiicit, obsequij Christi memor & studiosa vas vnguenti pretiosi extunc vngendis Christi pedibus dedicat. Et quia in conuersione peccatoris hæc omnia concurrunt, primò *humilis cognitio peccatorum*, secundò dolor ingens eorum, tertiò amoris reconciliatio, quartò & satisfactio; hæc omnia ob-

Non intermis & otiosa deuotio, sed argumentosa.

Partes signaque vera pœnitentiæ explet Maria.

seruauit vera pœnitens, & opere exequitur; ideo,

Stans retro. Quis egressum eius domo describat? quis maturatum gressum contempletur vt 27.
illas longas Ierosolymæ vias breui posset emetiri. Quò vadis mulier, siste, comede & quiesce, satis in tempore poteris cubantem consequi: non comedet corpus, donec mens mea saginetur optato & concupito amore, demittit oculos, cor in Christo defigit, maturat gressum, cur Maria adolescentes non respicis, iam me nouus amor vocat, noua vulnerata sum charitate, Pastor animæ meæ aiebat, *Indica mihi vbi cubes in meridie:* omnes interrogabat, *Num quem diligit anima mea vidistis, sabeis don de come oy* IESVS *el predicador sancto el que da vista a los ciegos y alma a las desalmadas?* intrat, & ob peccatorum pudorem stat retro, pandit capillos, qui vultum contegant, faciem demittit, tenet pedes, & ore silente præ pudore cor clamore magno prorumpit.

Humilis cognitio sui.

Miserere mei Deus, misericordia misericordia señor; tibi soli peccaui, contra te speculum sine 28.
macula, splendor Seraphim, iris gloriæ, pulcritudo cæli, contra te peccaui; vbi mens, vbi memoria, vbi sensus, vbi frons & fœmineus pudor? O vtinam à ventre in tumulum translata fuissem priusquam te ô salus æterna grauiter offenderem. Quales erant oculi qui à te auersi ad creaturam conuertebantur, quale cor quod te temere despexit? turpitudini & iniquitati adhæsit? miror vtique Domine non iam diu exarsisse contra me omnem creaturam in vindictam sui Creatoris? miror quieuisse terram, siluisse mundum, non obsorbuisse mare, & ignem deuorasse? Te quæro fortem viuum animarum saturitatem, ægrorum salutem, tali medico indiget desperata valetudo, tu vulnerasti fugientem: excipe ergo venientem, purga nocentem, absolue pœnitentem, amori ego possum. O supremi consilij Angele, velim à pedibus tuis auelli nunquam, donec dulcem ex ore tuo benedictionem accipiam.

Verba pœnitentis animæ.

Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Maxima vis 29.
iam opportuna lacrymarum nouam salutis spem inducit, nam duo postulauerat Dauid, sicut & Magdalena: vnum, *Libera me de sanguinibus Deus Deus meus salutis meæ*, quo nomine in sacra Scriptura enormia quæque flagitia, præsertim verò turpia significantur; *quoniam terra plena est iudicio sanguinum.* Secundum rogat medicum, *Redde mihi lætitiam salutaris tui, señor boluedme a sanar que no ay bien como la salud*, & vocat sanitatem lætitiam, quia in bona valetudine omnia læta, omnia grata sunt, etiam ipsa pœnitentia & mortificatio suauiter exercentur si anima bene valet. hæc duo missionem sanguinis postulant, sed quis inueniat venam cordis humani, cuius tanta est profunditas, tanta vafricies, prauitas tanta? Porrò quis scindat venam ita vt mittat sanguinem tanta mediocritate ne in deliquium & desperationem inducat? O quàm sapienter bonus medicus omnia disposuit, ipse enim qui solus corda scrutatur, confessionem, contritionem & lacrymas sibi mittendas reseruauit. Quare titulus Psalmi huius quinquagesimi ex Hebræo potest legi, *Victori effundenti sanguinem, el señor que se supo sangrar por el hombre y le sabe dar en la vena al alma.* Et qua ratione

Lacrymæ spes salutis afferunt.

Ezech. 7.

Lacrymæ in salutē animæ mittuntur.

ne scissio ista fit, indicant hoc verba subsequentia, quando ingressus est ad eum Nathan Propheta; quasi dicat, ea est profunditas humani cordis, *tiene tan escondida la vena el hombre*, quòd nisi ipse sua prodat consilia, cogitationes & scelera, nemo damnare, nedum iudicare possit. Quid agat medicus? committit ipsi
3.Reg. 20. 40. ipsius examen & testimonium, sicut Achab, *hoc est iudicium tuum quod ipse decreuisti*; sicut etiam Dauidi, cui proposita est causa propria sub specie litis alienæ, & rogatus ipse iudicium tulit contra seipsum, *el se picò en la vena, viuit Dominus quoniam filius mortis est.* Ipse brachium porrigit, ipse præconizat, *tibi soli peccaui*, ego fateor grauiter deliquisse. Tunc sanguis qui in corde est calore amoris in lacrymas mutatus ex oculis profluit, tunc tumor superbiæ cessat, tunc sanguines sanguine abstergantur, tunc vera valetudo & lætitia salutaris instauratur. Absconderat igitur Magdalena peccatum suum,
Ierem. 2.23. dicens, *Non sum polluta*; cùm verò venit ad medicum, crimina aperuit, venam ita scidit lacrymarum, vt sanguis efflueret quo possit rigare pedes eius. Ideo ipsa ad animam conuersa cum Propheta admonet, *scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Nescitis hypocritæ, nolite mentiri Deo, non sit in externo cultu solùm pœnitentia, cor ipsum pungite. Quid ais Maria, quæcumque plaga cordi inflicta lethalis est, ibi enim sedes est vitæ, & defectu vnius guttæ sanguinis perit, *scindite*, inquit, *corda.* Et quæ corda? *cor contritum*, cor vetus quod peccauit, vt cor mundum renouetur; nisi enim sanguis effluat, verè de peccatis doluisse non credam, *victori enim effundenti sanguinem*, *porque el que sana coraçones y los conoce en essa vena les hiere y a ellos les haze herirse y sino sale sangre mala señal.* Nam ex sententia Hippocratis in vehementissimis doloribus, in ardentissimis febribus & inflammationibus mittendus est sanguis vsque ad animi deliquium, plorandum sine modo qui deliquit.

31. *Vade in pace.* Sic facile condonas delicta?
Cap. 63. ita, nam, vt ait Isaias, *Largitus est eis secundum indulgentiam suam, & secundùm multitudinem misericordiarum suarum.* Ita, vt sicut ad primam doloris vocem Dauidis, *Miserere mei secundùm magnam misericordiam tuam*, subitò responderit Nathan, *Dominus quoque transtulit peccatum tuum, tus penas y penitencias yo las lleuare sobre mis hombros*; sic Mariæ è vestigio respondet, *vade in pace.* Mulier, ego propter te ibo ad bellum, ego ex frigore tuo marmora ad columnam scindam, in qua vt seruus plectar flagris, vt tu libertatem consequaris fune præcingar, & obligabor vt tu in torque aureo splendeas, spineo diademate coronabor vt tu possis aurea corona redimiri, sceptra arundinea adoptabo, qua tuæ mederi possim leuitati, & ex tuo natum ore fel in ista spongia sumam, tibi mella dulcissima propinabo: clauis suffigar, vt te seruam & ancillam amoris ferro inuram: ego in crucem ascendam vt tu possis eleuari ad cælum. Vnum à te peto, vt misericordiam decantes, & laudem meam annuncies; pereat fatuitas Cain, & vxoris Iob pereat desperatio. Imò Domine nimis confident peccatores. Minimè, inquam, nam sicut ego præcepi Leuitici *cap. 6.* quòd cùm fieret oblatio pro peccato vas fictile in quo cocta

Facilitas diuina in nostris delictis condonandis.

Christus nobis pacē attulit, sibi bellum.

Nimia confidentia peccatoris locus non datur.

est, confringatur, ne ansam peccandi arripiant, dicentes, peccemus, iam enim vas in quo hostia coquenda est, factum & asseruatum habemus. Ita volui Magdalenam conterere, & omnem eam quasi hostiam comburere, vt deinceps spes sit in me qui absolui eam. Sed vos non arripiatis ansam peccandi, Magdalena enim iam non est, sed Maria sancta, pudica, gratiosa & gloriosa, *quæ in æternum victura est.*

VERBVM FILII.
Luc. 7. v. 36.

Rogabat Iesum quidam de Pharisæis vt manducaret cum illo.

Vera Magdalenæ pœnitentia omni festinatione & compendio properandum nobis esse ad Christum docet: charitatis igne itineris ardua & aspera facilè superari persuadet.

DISCVRSVS CXVI.

SAPIENTER quidem magnaque de causa intento digito D. Lucas mulierem quondam peccatricem intueri iubet verè pœnitentem, atque in cæli solio collocatam terram simul & Angelos gaudio perfundentem, tanta enim est vt tam immensa à peccatore ad eum distantia, tam longè discedit impudicus à gloria, peccatum à gratia, vt si quempiam eorum ingredi vrbem cælestem contingat, exilit præ gaudio vniuersa ciuitas, exultant ciues, vtraque lætatur Ecclesia, & lætabunda clamat, *ecce mulier.* Videte rem mirabilem & obseruatione dignam, vna animarum post lapsum verè resipuit, verè pœnitens venit ad nos. Res tamen aulæ cælestis aulici Doctores sanctissimi nobis enuntient, grauis omnes præcedit Ambrosius. *Facilius* (inquit [a]) *inueni qui innocentiam seruauerint, quam qui congruè egerint pœnitentiam.* rationémque tantæ difficultatis adiungit. *Renunciandum sæculo est*, vide distantiam, *somno ipsi minus indulgendum, quàm natura postulat: interpellandus est gemitibus, interrumpendus est suspirijs, sequestrandus orationibus, viuendum ita vt vitali huic moriamur vsui, seipsum sibi homo abneget, & totus mutetur. la oracion ha de hazer embargo y secresto de todos sus bienes tiempo cuydados ojos manos coracon y pensamiento.* vide longas vias atque difficiles. Et D. Augustinus ob hanc eandem difficultatem verè pœnitendi feliciores & fortunatiores reputat eos qui præseruati sunt eis qui post lapsum ad gratiam sunt reuocati.

Ideo tantundem, imò magis diligat, quoniam per quem me videt tantis peccatorum languoribus exui, per eum se videt tantis peccatorum languoribus non implicari, por mayor beneficio parece que tiene el no pecar que el perdon. Clariùs hæc

1.

Pauci verè & serio pœnitent.

a Lib. 2. de pœnitentia cap. 10.

2. August lib. 50. homiliarū hom 23.

a 3. Parte de pœnitentia. hæc eadem docet Aquinas [a]. In donis vel persona, vel donum consideratur: si donum per se sumimus, maius bonum est innocentia ipsa indulgentia; sin verò personam contemplemur, eximium & preclarius donũ est remissio, ob maiorem distantiam quæ est inter peccatum & gratiam, quàm inter gratiam, & naturam nudam, & donis expoliatam. Res liquet exemplo. Donat rex militari insigni Religionis sancti Iacobi tres quatuórve equites, inter quos vnus est qui quondam hostis fuit, vel inquisitione facta eius maiores proditionis vel perduellionis crimine notati sunt, vel ab externo rege stipendia tulerunt, omnes quidem commendatores sunt, sed cuinam maius beneficium impensum? amicis grande donum, eximium autem & incomparabile inimico factum est, longiorem enim distantiã regis liberalitas transgredi opus fuit, vt gratia sua afficeret hostem & perduellem, quàm fidos & nobiles. Eadem ratione cùm Deus gratiam impertit, & commendatarium efficit peccatorem, vt singulare donum prædicatur innocentiam seruare, magnum quidem, sed frequentius, vt ait Ambrosius, inter quatuor enim equites vnus hostis & proditor insigni afficitur religionis; ita ego, inquit, *facilius inueni qui innocentiam seruauerint, quàm qui congruè egerint pœnitentiam*. Quid si Tullius hoc ipsum per Lactantium [b] dicat. Videns enim hanc vsque ad Deum distantiam exclamans Cicero affirmat, *neque à Deo, neque ab authore naturæ constitutum esse modum, quo male antéacta vita resarciri temeritas queat*. Sed vires tantùm naturæ considerans egregiè expendit distantiam. Nam quis potest in natura mortuum suscitare? quis abscissam manum brachio affingere? *Ergo faciliùs inueni*, &c. Meliùs autem expendit Bernardus [c]. *Quatuor sunt genera hominum, quorum nullum est quod faciat bonum nisi vnum. Quidam sunt qui Deum nec intelligunt, nec requirunt.* Ethnici sunt isti, Romani & Athenienses, qui nec Deum habebant, nec requirebant, sed ignotum in ara relinquebant, *& hi mortui sunt, ellos contadles entro los muertos.* Alij requirunt, sed non intelligunt, illi nempe qui religiosam viuendi rationem semel amplectentes Deum verásque virtutes nunquam intelligunt. *Hi fatui sunt, son locos y peores, porque el loco por la pena es cuerdo y estos en la casa de la penitencia pierden el Iuizio con que vinieron y pierden el seso.* Tertiò alij intelligunt, sed non requirunt, qui fidem, quam ore profitentur, factis negant, *& hi impij sunt, esta es la miserable canalla de malos Christianos que pisan lo que creen y huella sobre el Cielo qui espera y dize vno con la boca y otro con las manos.* Alij intelligunt & requirunt, *& hi soli sunt qui faciunt bonum*, qui & intelligunt & operantur vt credunt; & quot sunt isti? *soli sunt*, hoc est, pauci, *non est vsque ad vnum*, vix vnus inuenitur qui viam istam peragat. At saltem non suppetit vnum exemplum? ita, sed vnum tantùm posce, *ecce mulier*. Mulier sanctissima, mulier mirabilis, electa ex millibus, qua obsecro ratione tam longum iter emensa es, tantam distantiã prætergressa, quæ illa fuit gigantea velocitas, qua exultasti ad currendam viam, de peccato ad gratiam, de turpitudine ad puritatem, de Magdalo ad cælum, de Magdalena ad Deum? Age peccatorum & peccandi magistra, doce iam pœnitentes, nec enim frustrà speculum facta es pœnitentiæ, nósque omnes cælestem istam nouámque artem perdiscere cupientes conuenimus.

Difficultas veræ pœnitentiæ.

b Lib. 2. de diuinis Institutio.

3.

Superat naturæ vires reparatio peccati.

c In Ps. 123. Deus de cælo prospexit. & serm. 37. ex paruis.

Quadruplex hominum genus.

Tres maximè difficiles longásque vias peragere opus fuit Magdalenæ, quas summatim tribus verbis Euangelista perstrinxit. *Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix* prima, mulier sum imbecilla, & ad bona opera infirma, meaque crimina & corruptus viuendi modus in ciuitate omnibus satis peruulgatus: perdidi iam pretiosiora, famam, honorem, honestatem, pergam incepto itinere, nunc deseram splendorem, ornatum, fastum & gloriam? Grandis vobis restat via ô fœminæ, non mihi nouum & mirabile esset per exiguas vestrûm ad Deum peruenire, si vitia nostri sæculi, torporem, inertiam, laqueos contemplor. Principio enim ipsa imbecillitate fœminea irretiuntur, hærent, nulla de causa nisi quia fœminæ sunt. Ieremias deplorauit hæc. *Factus est cursus eorum malus, & fortitudo eorum dissimilis. Peccador Athlante del mundo que te abraças con el Cielo con la muerte y con peligros de inferno y para Dios eres tan flaco y dessemejante?* Audi teipsum malo oppressum clamantem, *Montes, montes, cadite super nos.* Hæc in iudicio dicturos exponit Ambrosius, quia licèt montes onera sint importabilia, alia grauissima onera portare docti, montes posse sustinere putabunt; tu ergo tantis honoribus assuetus qui montes portare præsumis, quare capillum vnum præcisum de monte sine manibus, pœnitentiam videlicet sustinere nequis? *fortitudo eorum dissimilis.* Peccato iam secundò illaqueantur, *peccatrix, muger hecha a peccar peccadoriza como enfermiza*, quæ facile in peccatum ruit, & in retia peccati iniecit pedes suos, quibus aut renuit, aut difficile queit liberari. *Immisit in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat.* Vides locupletem fœminã spectatissimam, copiosa est tam scelere, quàm fastu, cepit eam diabolus retibus suis, etiamsi erecto collo obambulet, quam si extrahere velis, multis excusationibus hinc inde fugiens iam per vnam retis maculam, iam per aliam instar auiculæ effugia quærit; iniungitur illi pœnitentia, imbecillitatem causatur, denunciatur illi incerta mors; quid hoc? inquit, nondum morimur, capitur angustioribus retibus, dum iuuenum multi, multæ pecuniosæ, formosæ, & nobiles immatura morte præripiuntur. Confugit ad aliam maculam, at, inquit, magna est in omnes Dei misericordia, vrgetur inferni flammis, quibus si non in tempore resipiscat, addicenda est. Ridet illa, hæc mea forma, hoc alabastrum, hi aurei capilli, hæc corporis & cultus elegantia, tibi data nataque videtur in gehennam? apage. O lignum aridum, quò nisi in flammas properas? vides illegitimas & imperitas excusationes fœmina dignas? *in maculis eius ambulat.* Superest alius nodus, noua retia, quibus capta est cultus, ornatus, monilia, fuci, quæ omnia nec reprehendo in omnibus, nec laudo; scio enim communem excusationem, iubet maritus, placet illi, & saltem non displicet, non aliis; à marito pudica colitur & ornatur. misera & non iusta excusatio. Nam ego cultum vestrum vanissimum non accuso, sed superfluitatem, sed vitia, quæ illam subsequuntur. Accedit fur ad eximia sua scelera aperienda confessario, fateor, inquit, ô Pater, surripuisse

4.

Quàm difficilem longámque viam emensa est Magdalena. Prima venció fausto y regalo.

Causantur imbecillitatē suā fœminæ.

Peccatores dissimiles in fortitudine ad bonum & ad malum.

Iob 18.

D. Thom. in hũc locum. Fœmina excusationes.

ripuisse sericum funiculum, aut vittam sericam, exigui pretij, &. fere nullius. Perge, inquit Pater, subdit ille, obserua Pater, ex funiculo præpendebat aureum monile, pretiosis lapidibus gemmatum, & splendens. O, inquit, hinc tibi erat incipiendum. Fatemini inter confitendum intorsisse capillos, fucato colore faciem illiuisse, byssina, bombycina; holoserica ornamenta, monilia, annulos, reticula, ligulas & alia minutissima induisse, excusant vos aliqui, & vos tempora, mores causamini; minutiora sunt ista, sed in his non immoror, doleo autem ex vanissimis & leuissimis rebus omnia pendere crimina. Audi Isai. *Va qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum, ay de vosotros que traheis la maldad penaiente de cosas de nonada, vanissimas, Pero essas son tan poderosas para acarrear males y peccados como las sogas que tiran del carro.* Inde enim pendet superbia, semel enim compositæ, quem non despicitis? pendet inuidia, pendet auaritia, pendet auri cupiditas, quod enim facinus, quam non aggreditur iniustitiam vir tuus, vt tuum superbum ornatum sustentet, & satiet auiditatem. Pendet prodigalitas, pendet impietas, iam enim nullus pauper foribus vestris adest, neque illi quidquam erogandum superest, consumit omnia muliebris mundus. *Et trahitis*, inquit, *iniquitatem*, iam enim turpe vitium à Christianis ad Turcas, ad gentes, ad bruta prataque confugisset: sed vos ita trahitis, ita retibus vestris turpe vitium strato curru, lectica, lectulis ablactatis cantu, risu, citharis irretitum tenetis, vt etiamsi velit se subducere, per quam partem non inueniat. Vide *peccatrix*, quàm tibi longa restat via, quantis præpediri solet *mulier peccatrix.*

Non admodū leue est coli & ornari fœminas.

6\.

Cap. 5. Vatablus. Vanissimi videntur funes tenues, & nullius momēti, validi autem sunt sicut illi quibus trahitur plaustrum, acarreā vuestras galas los peccados a carretadas.

7\. Secunda via non minus difficilis est pœnitentiæ, humilitas, fletus, dolor, erubescentia, *Lacrymis cæpit rigare pedes eius, resuelta en ir a Dios y hazer penitencia salele al encuentro el, que diran?* Vanus iste timor gigas est potentissimus, qui non fœminas, sed viros etiam à diuino obsequio fortissime arcet. Quò pergis Magdalena, qua fronte in domum diuitis irrumpis alienam, famulis; seruis, ancillis plenam, vbi opus est per compluuia, gradus, aulas, cubicula, cœnaculum ad illum concionatorem peruenire, à quo toties peccatores increpatos audisti vitiorum turpitudinem exprobratam, qui cordis tabulas, conscripta tua facinora satis perspecta habet? Time amicas, quæ per vniuersam Ierosolymam, mensis stratis, lectulisque nihil aliud inferent, quàm tui facti noui & inusitati memoriam: tu cœnarum principium, tu extremum eris ferculum, *veis la locura en que ha dado Magdalena.* Time Pharisæum qui Christum ipsum momordit, time Iudam qui linguam æquè atque vngues acuit ad furandum, time dæmonem quem lacessis, prouocas ad arma. O quanti in tuis manibus pereunt, gigas superbissime? vnus te deiicit Dauid, qui nihil veritus dicta Michol saltat coram arca, vna inter fœminas Magdalena quæ propriis obcæcata lacrymis omnia pessundedit, & humanos respectus despiciens difficilem viam aggreditur, & tendit ad vitam, *lacrymis cæpit rigare.*

Humilitas, fletus, dolor & erubescentia pœnitentis.

Vencio el que diran.

Tertia denique via stabiliendæ pacis cum Deo difficile peragitur, *Vade in pace.* Pacis enim fœdera apud principes firmantur ægre, & tot adhibentur conditiones, quas explere vix datur viris, quid dicam fœminis? qua ratione defendes honorem, formam, domum, peccandi occasionnes, & recidendi in eadem peccata? nam nec satis est ad pedes audientis peccata accedere, nisi pacta pacis ibi incantur, veræ, inquam, pacis. Nam quas communiter vocant paces peccatores, inducias meliùs appellares. Sit ita, cessemus modò peccare, fiant tamen belli præparamenta, militum delectus, vt tempore induciarum finito, confessione peccatorum facta, recuperata valetudine fortiores vires bellum acrius contra Deum inferant. *Pax, pax, & non erat pax, sino treguas y armarse para nueuos pecados.* Vides quàm difficile sit seriò pœnitere, quanta sit à peccatore ad Deum distantia, quàm verè ab Ambrosio pronuntiatum, *Faciltus inueni qui seruaret innocentiam, quàm qui congruè egerit pœnitentiam.* 8.

Pacis statuēda cum Deo difficultas.

Quod in re difficili consilium sumam? via enim ad Deum necessaria est, qui ambulant per eam pauci, iter asperum, arduum, summis difficultatibus plenum, eritne semita, & via aliqua compendiaria, *no abria vn taxo por donde se abreuiasse esta iornada?* Est vtique in sancto Euangelio, *quoniam dilexit multum*, ama, ecce compendium. Hieronymus, *Diligamus Deum, & facile videbitur omne difficile.* Chrysologus [a], *Absolui vis, ama; charitas cooperit multitudinem peccatorum. Negationis crimine quid peius? & tamen Petrus amore solo valuit hoc delere, probante Domino, cùm dicit, Petre amas me? Ama ergo homo Deum, & ama totus, vt possis omnia sine labore vincere peccata. Tenera militia, delicati conflictus est, amore solo de cunctis criminibus reportare victoriam.* Fac vt semel ames, hic enim amor omnia superat difficilia, Audi sponsam, amisit sponsum quem noctu diúque sedulò exquisiuit, alta voce dotes eius enuntiat, & eius elegantiæ præconia, dicens, & ad excusandos hos omnes excessus qui reginam deducere videbantur circumcursare, rogare, palàm puellis alienis formam & dotes sponsi proponere, in agrum prodire, ait, *Nesciui, anima mea conturbata est, propter quadrigas Aminadab, no supe de mi no se como pude hazer lo que hize.* Quare admiraris? respondet lectio Septuaginta, *Posuit me currum Aminadab*, posuit me sicut currum regis. *Veis el mas lindo coche real de mas viuos cauallos que azorados tragan leguas y competiendo de ligere ya parece que buelan en essa plaça assi andana yo en busca de mi Dios intrepida temida como vn exercito.* Nihil de me cogitas, in nullo hærens, nihil timens, quia amabam, & quem diligit anima mea quærebam. Hæc eadem illa Prophetæ verba insinuant, fac popule Iudaice vt me ames & colas, vt Messiam & patrem, hoc vno omnia in religione mea difficilia superabis, filium dici fabri, crucem ascendisse, & sepulcro fuisse amandatum, credula enim res est amor, & ad verè pœnitentes verba conuertit, *Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis, si le dio el viento al perro demuestra buele mira pega la nariz a las y ervas, a la sendilla que pareçe les pregunta el*

9\.

Compendio vti oportet vt Deum consequaris & gratiam.

a Serm. 95.

Cant. 6.

10\.

Ierem. 19.

secreto quando esta cerca y le da el viento que arremeter que atropellar que saltar los ojos y manos se lastima y se ciega y entra por espinas cambrones y peñascos tras la presa, no cessa, que el cessar es no hauer gustado ni hallado. O si semel gustasses, si semel subodorata esses cælestia, quasi canis venaticus, numquam cessasses, cùm repentè anima instar Magdalenæ, *vt cognouit quòd Iesus accubuit, al punto que le dio el olor del combite*, vincit seipsam, maturat gressum, præcurrit aliis sociis deuota, modesta, solicita, hominum oculos, dicta & iudicia despiciens, penetrat difficilia verbera, cilicinam vestem; signum amoris, amore ducitur, non cessabit ingredi quæ amat, sed sicut *currus Aminadab, con vn rey en el cuerpo.* (Aminadab enim non peculiarem hominem, sed *principem* significat.) Vbi sunt ô Magdalena retia illa, vincula, impedimenta, quæ remorabantur gressus, qua ratione valuisti exuere ornatum, monilia, & superbum cultum? *quoniam dilexit multum.* Amor egit quod mundus nunquam perageret. Affert Plutarchus Apologum. Certamen inter se instituerunt Aquilo ventus & sol, quisnam eorum efficaciùs & faciliùs pallium homini surriperet: flante autem Aquilone quo maius vis frigoris vrgebat, eo maiore cura homo pallium
11. brachiis subiiciebat & obuoluebat, dum ecce sol quasi studio vincendi ardentiori radio æstúque feruentissimo sic in hominem irradiabat, vt præ ardoris magnitudine non solùm pallium exuerit, sed thoracem & indusium, sicque nudus in flumen altum sese immerserit. *la moralidad de Plutarcho es en el libro en que da preceptos a los casados para enseñar a la muger que mejor sacara del marido lo que le pidiere con blandura que con aspereza.* Vides quanto sit potentior ardor amoris quàm tepor culpæ? cùm enim ex Aquilonari parte, ex qua panditur omne malum, perfluat Aquilo peccati & auaritiæ, videas peccatorem centum manibus terrena detinere, sese illis immiscere & inuoluere; nec vna domo contentus totam insulam appetit, nec vno prædio latissimum agrum emit, multiplicat famulos, vestes, supellectilem, flat Aquilo, quid mirum. Verùm cùm sol iustitiæ sui amoris in animas radios emittit, vix voluntas æstum concipit. O mira mutatio, thecas aperit, distribuit pauperibus vestes, syndones, lintea offert templis, succurit viduis, iste pallium medium scindit, ille indusium coram parente suo exuit, nudúsque remanet Franciscus, ac denique tanto concepto ardore flagrat Ignatius, vt in frigidissimum lacum sese immiserit, vt à turpi concupiscentia impurum hominem auelleret, & reuocaret; quid hoc? *Amor*, qui mirabilia in Magdalena operatus est. Nam quis, inquit Chrysologus, tanto ære alieno oppressam liberauit? *vna Magdalena tan empeñada en su honor quien sino el amor la pudo sacar de afrenta y de deuda? absolui vis, ama vna muger tan despierta para el mal y tan cobar de para el bien quien la hizo feruiente y cuydadosa? amore solo. Vn coraçon profano asido a la tez de lo de fuera quien le rebento el interior apostema y le dio en vn punto sano? amore solo.* Muliebre pectus quis tantâ armauit audacia, vt ausa sit fœmina ipsis

Victoria amoris.

Vis amoris Magdalenæ Francisci Ignatij.

12.

Mirabilis discursio peccatricis.

stridentibus vinculis & catenis se coram iudice sistere, & dum omnes accusatorum linguæ soluuntur, illa eorum ligatis linguis sensus omnes soluit, effudit, & libertatem reportauit. *Absolui vis, ama*, quo magistro nouum hoc lacrymarum lauacrum inuentum est, in quo inutiles capilli vtilissimè subseruierunt? *amore solo*; quo authore mali instrumenta mundo & vano amori sublata, & pedibus Christi quasi in aram dicata sanctificata sunt? *amore solo, como pudo hazerse que vne publica peccadora cuya vida era descuido y su pena cuydados su alma ponçonna sus bienes, bienes de vn deffunto ella santificada y ellos queden depositados en Dios? amore solo, de cunctis criminibus reportauit victoriam, quia dilexit multum.*

Secunda via satisfactionis non minus ardua & difficilis quanta facilitate peragitur 13.
vbi amor est. *Lacrymis cœpit rigare pedes eius, llanto dolor satisfaction pecar restitucion confession cien mil leguas son para quien non ama.* Volo tamen ex Patrum sententia maiorem tibi ingerere difficultatem, vt quæras maiori sedulitate remedium. Cyprianus [a], *Putas facilè eum misereri tui, quem tuum non esse dixisti? Orare oportet impensiùs, & rogare, diem luctu transigere, vigiliis noctes ac fletibus ducere, tempus omne lacrymosis lamentationibus occupare, stratos solo adhærere cineri, in cilicio volutari, & sordibus: post indumentum Christi perditum nullum iam velle vestitum: post diaboli cibum malle ieiunium: iustis operibus incumbere, quibus peccata purgantur.* Sed age, quia longa sunt ista & operosa, *Viam nouam vobis demonstro, atencion y vereis el ataxo para el cielo*; via enim compendiaria est amor. Nam etsi ad summam illam vnionem cum Deo, vt ait D. Dionysius, à rebus omnibus abstractum, & à seipso nudum exposcat animum, quidam tamen non tanto discursu præditi, quidam corporalibus viribus destituti, quidam aptiores sunt amando quàm patiendo. Hi opus est Magdalenam imitentur, amor enim supplet pœnitentiam, & pænè omnium virtutum exercitia. Bernardus, *Amor omnes in se transfert, & captiuat affectus*; cùm enim aqua & igne omnia pænè mundentur, quem lacrymæ non lauant, purificet ignis, & melius fortè opus perficit charitatis ignis, quàm lacrymarum aqua, aut pœnitentiæ labor: nam & ipse amor semel excitatus reliquias peccatorum absumit, & satisfactionis debita amore melius quàm labore soluuntur. *Absolui vis, ama.* Prudens enim dixit Seruator noster, post lacrymas, post lauacrum, post oscula nullis horum memoratis, *dilexit multum*, *Señor que mucho ha hecho Magdalena todo no es obra seruil y baxa?* Ita est, ideo ista non 14.
memoraui, sed amorem & affectum, in hoc vis satisfactionis fuit, & pretij, *pagome en oro de amor que es otro era cobre vil y no de tanta estima.* Accende ô peccator ignem istum in anima tua, & salua sunt omnia, *el que se leuanta de noche a encender en vna mano toma vn duro pedernal y en otra vn hierro frio mas hiriendo aquel con este vna sola centenella que cae enla yesca basta abrasar vn mundo asi tu toma esse coraçon frio y duro y tus mismos peccados y hierros y despiertate y hierre a ti*

Leuis est pœna peccatoris amanti Deũ.

a Lib. de lapsis prope finem.

Via compendiaria ad cælum amor.

ti mismo, criador, quæ te offendi? *no me dexès como te dexe que muchos modos tienes de repararme, otro golpe conseruador mio no quiebres el ilo de vida con que me sustentas otro. Redemptor o, que nombre ganaste aqui tan illustre a qui se enciende mi alma, a qui abrio los ojos el mundo en lumbre tenemos.* Lumen ad reuelationem gentium. *Reconosced la Maiestad ofendida rendid a los pies del amor toda criatura si esso nace de amor recompensa todo lo demas.* Iste amor corpus mortificat, & quo magis inardescit, passiones debilitantur, & appetitus comprimuntur; ideo enim vtraque coniunxit Dauid, *Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea, mi alma os ama y con tan ardiente sed y amor que basta esta bestia de mil lenguas y bocas que es mi concupiscencia la arrebata la sed y el amor.* Iste amor omnia contemnere docet, omnes nouo & faciliori modo tentationes superat, non luctando, non obsistendo, sed subducendo, & quasi furando amantem. *Vence ausentando el al ma quita alla que tengo otro amor*, nullo strepitu, nullo conflictu, nullo inito certamine, sed eluso hoste, & quasi prætermisso. Amor captiuat intellectum, stimulat & accendit voluntatem, vt sine fatigatione laboret, ac denique repentè sanctos efficit, non sicut sculptor demendo, & dissecando, sed sicut aurifex qui liquefactum æs in formam infundens statim imaginem absoluit; nam si tunc Maria animam efflaret, ad æternas sedes non quasi per ignem, nec aliqua purgatoria flamma probata statim transuolaret.

15. Iter arripuit tertiò, & finem obtinuit, pacem, *vade in pace:* nam etsi fœdifragus sit peccator, nec pacta obseruet, sed gratiam prodigat, & ad peccatum redeat, amet, en in pace sunt omnia. Petrus Chrysologus [a], *Charitas nescit peccare cùm diligit, charitas non est charitas si delinquit: charitas Dei custos est sanctitatis, ay amor a la puerta del alma? señal al que estan dentro todas las virtudes y no se da puerta a vitio ninguno.* Vnde etiam solo amore omnium virtutum perfectionem adepta est; neque enim frustrà aiebat D. Paulus, *Charitas patiens est, benigna est*, &c. Charitatem enim omnis virtutum chorus comitatur. Augustinus, *Amor est omnis virtus.* Vide quàm benignam efficit matrem erga filium ægrotantem, noctes ducit insomnes, tota in condiendis cibis, in obseruandis febris horis, in pertentandis pulsibus, fronte & brachiis intenta est, quàm patiens amor matris, quæ filium nutrit, lactat, gestat? tota die; sileat tamen hic amor, si tuo, ô Maria, comparetur, quàm solicita, quàm suspensa in amore Christi, quàm patienter fert detractoris linguam Pharisæi accusantis sororis, Iudæ obmurmurantis? quàm muta, quàm elinguis amor, nescit esse verbosus, in his maximè qui aliquando deliquerunt, *callan porque tienen bien por que callar, in cubilibus vestris compungimi.* Hos admonet, inquit Chrysostomus, qui deliquerunt, & vertit Symmachus, *in cubilibus vestris tacete.* Quàm constans in amando, non vno feruore contenta, sed continuò & crebris augmentis vsque ad ignitam charitatem exarsit. *Omni tempore diligit qui amicus est*, sequitur Christum non quando ab omnibus excipitur plauditur, & cum populorum circumfusa multitudo audit, laudat & quærit sanitatem, sed cùm à suis derelinquitur, cùm vinculis, flagellis, cruci, sepulcro mandatur: it, & redit de sepulcro Ioannes, stabat autem Maria, *quæ pius ardebat cæteris*; quis fortitudinem amoris laudet? qua ratione confortat debiles, Petrum contra exercitum armat, nudum contra armatos, piscatorem contra milites, tyronem contra veteranos, discipulum mansuetudinis contra voraces lupos, Apostolum contra carnifices, Galilæum contra Romanos; & quid agitur? quid? *si percutimus in gladio, bazzendo y diziendo ni quita y pone menos que vna oreja.* Vis est amoris. Sed mittat in vaginam gladium, obsecro, sanctitas vestra, adest enim Maria fortissima multa de nocte pretiosis vnctionibus armata, amore munita, & quò pergit, in sepulcrum? grandi lapide clausum, audacissimis custodibus munitum. Quid meditaris mulier? putas de suis sedibus pulsuram milites, lapidem, corpus, aut tuis vnctionibus à te corruptione liberare? si vis tollere, quare vis vngere, nescio, neque aliud scio quàm amare. *Ego eum tollam.* 16.

Amor pænitens ne vetidas in peccato.

a Ser. 95.

1.Cor.13.4.

Silentium decet peccatorem.

Fortitudo amoris.

Fortior Maria.

Quàm persistens vsque ad finem amor, vera enim dilectio in finem perseuerat. Abiit in cælum dilectus, sed amoris tinea cùm sit absentia, & mors amicitiæ, loci distantia, nam multas amicitias silentium dirimit, & Aristoteles necessariam vocat absentium obliuionem. Si diuturna, inquit, fuerit absentia, videtur necessitudinis obliuionem offerre. Ideo absentiæ impatiens, in finem & in sponsum ardentissimè properat, pergit ad deserta Massiliæ, indéque legatos ad sponsum mittit. *Nuntiate de dilecto, quia amore langueo*, ibi septies per diem & noctem Angelorum alis à terra ad cælum eleuatur, nouum & mirabile opus, sed amoris vidisti equitem, percupidum repetendi domum, *el coche es espacioso la litera tarda la mula es lerda el cauallo se agua da ca la posta.* Cui non placet currus tardus & lentus, lectica retardat gressum, mula morosissima est, equus lassitudine & itinere frangitur; afferantur igitur equi cursores, qui sibi inuicem succedant. Statuerat diuinus sponsus Mariam quasi stellam pœnitentium ductricem fixam ad triginta & duos annos in deserto: at illa absentiæ diutinæ impatiens mittebat lacrymas, sed currunt tenuiter, & citò arescunt, suspiria aër excipit, gemitus resonant in terra, sed non semper penetrant cælum, corpus labore conficitur, age, inquit, descendant Cherubini, in quorum pœnis inequitat Deus, hi sibi septies succedant, vt possit Magdalena & absentiam ferre, & maturare gressum, & nos docere, vt omni festinatione in finem contendamus. 17.

Maria eleuationes ex amore nata.

Eleuationum Mariæ causa alia.

18. Noua tamen mihi occurrit huius mirabilis assumptionis causa, quam paucis libet explicare.

Audiendus est autem D. Bernardus [a], qui rem nouam & acutissimam in hanc nostram

a Luc. 12. serm. 3. de verbis Isai. 6. Vide Dominum,&c.

cogitationem affert. Non vacat myſterio, inquit, Chriſtum dicere, *Ignem veni mittere in terram:* opus meditabatur illuſtre, & operoſum, ſedes nempe Angelorum inſtaurare, quos ſecum traxit Lucifer. *Vult ergo Seraphim fabricare, vt ibi ſtent vnde tu corruiſti. Vino a hazer hombres que fueſſen Seraphines en el amor. Qualem ergo putas neceſſe eſſe hominem inueniri qui repudiati locum Angeli ſortiatur planè immunem ab omni iniquitate.* Attende aurificem qua ratione examinat argentum & aurum, & ignitos & ſeraphicos homines conflat. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum. Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri.* Duo ſunt qui ſtant, ecce myſterium. *Et ego quidem fratres in duobus Seraphim duplicem arbitror intelligi creaturam rationabilem, angelicam ſcilicet, & humanam.* Quid ais Doctor ſancte homo Seraphim, homo ſublimis, homo volans, homo ſex alarum, homo à terra eleuatus, homo flagrans amore? itáne mireris *hominem Seraphim factum, memento quia creator & Dominus Seraphim factus eſt homo.* Mirabilis quidem ratio, & quæ omnem euacuat difficultatem, *deſpues que Dios ſe hizo hombre no te ſpante ver hombres ſeraphicos.* Quorſum putas aggreſſus eſt opus iſtud Deus, niſi vt dæmonem exprobraret. *Ad contumeliam tuam ò ſuperbe*, qui creatus inter Angelos ſtare non meruiſti, ecce Rex noſter nouos in terra Angelos fabricaturus aduenit. *Bonum erat tibi ſi ignifer magis eſſes, quàm Lucifer.* Opus verò vtpote diuinum mirabiliter rapit animos. Addit enim textus, *ſtabant:* ſi ſtabant, quomodo volabant? in hoc mirabile eſt, ſtant nempe vt terreni, volant vt cæleſtes, ſtant vita mortali, volant ſupernorum contemplatione, ſicut de throno ipſo dicitur, *altum & eleuatum*, nec vacat verbum *eleuatum*, agitur namque de throno in quo ſedet Deus, nempe ex his
19. hominibus facto, altus tamen dicitur thronus propter naturam angelicam *eleuatus*, propter humanam, quæ terrena cùm ſit porrigente Deo manum, & ſublime eleuata eſt, *vidit non modò excelſum, ſed eleuatum ſolium, vt proinde Angelorum ſtabilis celſitudo & hominum miſericors eleuatio deſignetur.* Quanta autem ſit Seraphinorum dignitas, quantus ardor & ſplendor, & D. Dionyſius [a] deſcribit, & noſter Bernardus [b], *Seraphim in cælo ardent igne Dei, imò Deo.* non qui Deo quaſi igne flagrent, ſed gloria qua potiuntur, amore & cognitione qua in eorum animas illabitur, hoc idem in animam præſtat charitas, inquit Bernardus, vnit enim animam ſibi, & deificat per amorem: voluit igitur diuinus Artifex mulierem Seraphim conflare, qui tamen fiet nouum, & difficile opus de peccatrice materia, de tepore, de gelu ipſo, de ſordidata & omni vitio fœdata fœmina. Seraphim fabricare mirum ſanè, & arduum opus, nam, vt ait Chryſologus [c], *fama ſua famam tetigerat totius ciuitatis, iam non peccatrix, ſed totius ciuitatis facta fuerat ipſa peccatum.*

Noui Cherubim ex hominibus igne conflati.

Iſai. 6. 1.

Bernard ſer. 10. de verbis Iſai.

Charitas Seraphicos homines facit.

a De cæleſti Hierarch.
b Ad Euge.

Vide librum de diligendo Deum.

c Ser. 93.

20. Duplici inſtrumento peregit opus Aurifex iſte, luce & igne. *Vt cognouit*, vim enim quandam lux infert animæ, vt properet, & longam iſtam diſtantiam excurrat, à peccato ad gratiam, à beſtia in Seraphim, peccatum enim brutam fecit animam, vt de prodigo aiebat Chryſologus, *ex ſeipſo migrauit in beſtiam.* Hæc ergo quæ in brutos tranſierat, mores angelicos diuino affulgente lumine perdiſcit. Coloſ. 1. 10. *Vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni ſapientia & intellectu ſpiritali, vt ambuletis dignè, Deo per omnia placentes, in ſcientia Dei;* & quomodo hæc omnia fient? *in omni virtute confortati ſecundùm potentiam claritatis eius.* Hæc lux, inquit Ambroſius [a], à facie Dei in nos tranſmiſſa purgat animam, attenuat vitia, *& euaporat vitia iuſtorum.* Sicut enim ſol ex lacu immenſa vi caloris trahit & rapit ad ſe vapores, & tenuiſſimis abſumptis reliqui craſſi concretíque coguntur in nubes, quæ flante vento circumferuntur, vt pluant ſuper terram; ſic cùm illuminat Chriſtus faciem ſuam ſuper nos, euaporantur vitia iuſtorum, & in ſublime mentis elata pluuiam lacrymarum emittunt. *Salen por los ojos diſtilados los vicios euaporiçados ya delgazados con la fuerça de la diuina luz y los que eran ſe ſalen limpios y los impuros puros y los abominables, precioſos.* Exigua illa nubecula tempore Eliæ viſa eſt, *quaſi veſtigium hominis, chica ſois nube mas ſi os piſaſe Dios vos arrojariades agua;* quis putaret in ſereno cælo hila- 21.
ríque vultu Mariæ nubeculam nedum lacrymarum imbrem appariturum, ſed hæc nubecula pede Chriſti conculcata, veſtigio hominis Dei protrita, ſtatim *cœpit rigare.* Putabis ceſſaturam à lacrymis nubeculam iſtam? falleris; quod enim cœpit lux, amor perfecit, & conſeruat, ideo ait, qui finxit ſigillatim corda hominum, *dilexit multum:* quapropter etiamſi laudat lacrymas, capillos, oſcula, vnguenta, nihil ſic placuit ſicut amor & affectus, à quo procedebant. Cyprianus [b], *Ad affectum attendens vngebas vngentem, abluebas lauantem, tergebas intrinſecus pœnitentem.* Hinc etiam mirabiliores ſunt in Maria lacrymæ, *nemo enim*, inquit Quintilianus, *ſine cauſa diu dolet*, nec multo tempore lacrymæ durant, *llorar y dolerſe mucho tiempo no nace ſino de grande amor.* Vide Origenem. *Stabat* (inquit) *Maria ad monumentum plorans, amor faciebat eam ſtare, & dolor cogebat eam plorare.* Vide ergo quàm pretioſæ lacrymæ ſunt quæ per tot annos à charitate manarunt. Et hoc ſignificat quod dicitur, *cœpit rigare, comenſo con amor y el amor nunca ceſſo de llorar.* Refert Plotinus quendam à pictore poſtulaſſe imaginem fœminæ plorantis, exhibet illam pictor, & cùm vltimam appoſuit manum, cœpit lacrymari, tunc enim penicillo lacrymas expreſſit; tranſactis diebus inuiſit illam, & adhuc plorabat, & ſic per multos annos; quare? quia colores ad lacrymas, oleum ad diuturnitatem effinxerat. Lacrymari fœminarum eſt, & leui de cauſa dolor ab eorum oculis lacrymas excutit: at incipere rigare pedes Chriſti, & poſt triginta annos adhuc lacrymari, Mariæ proprium eſt, quia lacrymas eius non amor prophanus, ſed diuinus oleo & vnctione depinxit. Conſummatúmque manet opus Cherubim, iam Maria ſex alis volat coram Chriſto, nam his Seraphinis ſex alæ ſunt, inquit D. Bernardus [c], *duæ pedales, pudor de præteritis, & metus de futuris: laterales quibus velatur, timor deprimens, & ſpes ſuſtollens: capitaneæ, humilitas prouehens, & charitas perficiens.* His alis in ſublime tollitur

Mirabilis cõuerſio & mutatio Magdalenæ.

a In illum Pſal. *Illumina faciem tuã ſuper nos.*

Ipſa peccata attenuantur igne amoris.

b De ablutione pedũ.

Lacrymæ amore non citò areſcunt.

c In ſententiis.

quæ

Bern. ser. 5.

quæ in lucifero desideratæ sunt, *superbus enim ille lucifer lucem præferens, non ignem habens, alteri tantùm innixus ala casum facere potuit, non volatum.*

12. Nunc igitur respondemus quid ista assumptio significet, qua Maria septies per diem iam in cælum efferebatur, iam deprimebatur in terram. Primò vt *nequissimus ille ex hac visione & in præsens torqueretur acriùs, & grauius cruciaretur in futurum*, vt etiam aiebat Bernardus [a], & ad contumeliam suam terrena mulier seraphico amore ardens sedem, vnde ille excidit, occuparet. Secundò bellum neutrale erat inter cælum & terram, vtri eorum Maria esset assignanda, cùm assumebatur vincebat, cælum, asserens (quia Seraphim erat) ad se pertinere, reclamat autem terra, detur mihi, quia mulier est. *Ecce mulier* instabat, cælum & alis humilitatis & charitatis sursum rapiebat, *dilexit multum*, succlamat terra, detur mihi, quia *peccatrix est*: amor autem qui vtriusque partis iudicium agebat, sententiam dixit, *quia dilexit multum.* Hydropicum satiari aqua mirabile est, non minus mouet admirationem amore amorem satiatum dicere, satis est, *dilexit multum.* Approbat sententiam collegium Apostolorum, siquidem cùm omnes timore mortis in tristissima illa nocte frigore relanguescebamus, diuinus ardor huius animum occupauit, *dilexit multum.* Plaudunt Angeli sententiæ, vtpote testes oculati, qui eam vidimus solam iuxta monumentum foris plorantem, *dilexit multum.* Approbat sententiam beatissima Virgo, & meritò, cùm me nusquam in grauioribus angustiis & doloribus dereliquerit, sed indiuidua comes amoris fuerit & doloris, *dilexit multum.* Annuit etiam Euangelista Ioannes, & sine æmulatione fatetur, *dilexit multum*, quæ, me teste, ad crucem amplexandam osculandos pedes magistri accurrerit, tenuerit, perseuerauerit. Et tu desertum, vos quercus & rupes sententiam fertis? Vtique, aiunt, nobis enim testibus iam ad cælum veluti Seraphim iam ad terram vt pœnitentiæ magistra efferebatur, & demittebatur. Et tu amor ambitiose amoris quid ais? *Dilexit multum*, nullo alio potuit auaritiam amoris exsaturare, quàm amore; vt enim tandem ait Bernardus [b], *Verus amor seipso contentus est*, amor amore satiatur, amas satis est. Amor summa gratiarum est, & præmium gloriæ non requirit, sed meretur, seipso contentus, in seipso gratia, in seipso gloria posita esse videtur.

Respondetur quid illæ eleuationes Mariæ in deserto denotent.

a Vbi supra.

b De diligendo Deo c.3.

VERBVM SPIRITVS sancti. Apoc. 17. v. 3.

Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem.

Lapsum hominem in fletum adducit, veras lacrymas exemplo Magdalenæ à peccatricibus excutit, peccatis nobilem, meritis, laude & gloria cumulat.

DISCVRSVS CXVII.

1. IN hoc maximè summi pictoris Euangelistæ Lucæ ars & ingenium elucet, quòd primo penicilli ductu quasi intento digito maximum huius fœminæ malum, *quia peccatrix erat*, expressit, & indicauit; est enim proprium eorum qui secundiori fortuna potiuntur, cùm ab ea vel percutiuntur, vel exturbantur, sentire & dolere magis de externo liuore, & vibice, quàm de interno dolore. Quam in peccatoribus proprietatem agnouerunt & prædicarunt D. Bernardus, & Chrysostomus, *en las heridas del alma sienten mas el vendarse y ser tenidos por peccadores que no el dolor y mal immenso que causa su culpa.* In hoc ergo ars & industria concionatoris & confessoris est, cùm repente vittas dissecat, ligamina soluit, profert vulnera, tabem vlceris ne longiùs serpat sine misericordia patefacit. Audi D. Cyprianum [a]. *Qui peccantem blandimentis adulantibus palpat, peccandi fomitem subministrat, nec comprimit delicta ille, sed nutrit. Imperitus est medicus qui tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat, & in altis recessibus viscerum, virus inclusum, dum seruat exaggerat. Aperiendum vulnus est, & secandum, vociferetur & clamet licèt, & conqueratur æger impatiens per dolorem, & gratias aget postmodum cùm senserit sanitatem.* Hoc ergo liberaliter præstitit Lucas qui misso insigni titulo Magdali, prætermissis ornamentis, authoritate & fastu dissecuit penicillo fascias, & calamo, (qui quasi ensis aliquando rescindit) vlcera prodit, & intenta voce profert crimina, *Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, mirad hombres que cosa es peccado, qual es su medico qual su medicina entrad al Hospital Real de la Misericordia y Iustitia diuina mirad quien esta en essas camas con attention.* O conditor mortalium, horret animus, hæret & lingua, cogitans quæ paratus sum mala denuntiare. Dirige tu linguam, vimque diuini tui verbi exacue, vt dolor ipse quem de meis contra te culpis persentio corda penetret audientium, apostemata disrumpantur, & te quærant, verum nostrorum vulnerum medicum, & piissimum Samaritanum.

El mayor primor de este grande pintor Christo.

Hom. 10. v. Bernard. Epist. in Genes. 183. *es proprio de los fauorecidos de la fortuna quando les da vn golpe o les derriba sentir mas el cardenal que queda fuera que el dolor que tienen dentro.*

Sinceré & acriter vitia & carpenda, & si publica sunt propalanda.

a Serm. 5. de lapsis.

SCOPVS DISCVRSVS VERAS LVGENDI CAVSAS PROPONERE.

2. Iacet in primo lectulo sic desperata valetudine, ac lethali vulnere peccati dolens Rex potentissimus, vt Ezechieli dixerit Deus, *Fili hominis, leua planctum super regem Tyri, quando quisieres llorar de veras mira la cayda de Lucifer aquien segun Hieronimo Augustino Theodoreto y otros figura el Rey de Tyro.* Vide in æternum carbonem mutatum qui fulgebat in cælo, non immoreris, neque obstent vittæ & pretiosa ligamina sub splendore & ornatu, latet tabes fœtidissima: disrumpe per partes *tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, eras vn transumto de la cara de Dios*, sine corporis mole omnino spiritualis, in quo omnes

Veræ luctus causas proponit.

Ezech. 2.

Lapsus Angeli.

Ezech. 28. 12. Cyrillus Alex. lib. 6. in Ioan. c. 6. Greg. Moralium.

omnes superasti, qui carnem induerunt, *mejor metal es el de tu naturaleza que el de todos los que fueron hombres, in delitiis Paradisi Dei fuisti, cubriote Dios y adornote con gracia gala del Parayso no con gloria. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, que gracias que pedreria hubo en las indias del Cielo que enti no resplandeciesse? tu Cherubim extentus & protegens: tan alto tan descollado que volabas sobre todas las criaturas como guia y protector de ellas.* Sedes tua in cælo, stipatores Angeli amici igniti illi Cherubim & Seraphim, *perfectus in viis tuis: quien dira que aqui ay mal?* Absit, inquit Bernardus [a], *iniquitatem meditatus est in cubili suo, mentita est iniquitas sibi.* Ruptis enim alligaturis ait, *Donec inuenta est in te iniquitas, elo el peccado, peccasti & eieci te de monte santo Dei.* Ecce præcipiti lapsu ad inferos descendit. O Deus æquissime, conuertat oculos suos luteus homo, vt semel quid peccatum sit nouerit, cuius causa horribili & funestissimo casu ille qui mane oriebatur in tenebras conuersus æternæ obscuritati addictus ruit in infernum, ita vt communi lege nequeat eius instauratio sperari: vas namque recèns si frangitur mox reparatur à figulo, qui referet illud in rotam, semel autẽ coctum in camino ignis cõmuni modo irreparabile est. Dum luteus homo mortalis & fragilis supra rotam vitæ & libertatis impositus frangitur, labitur & delinquit, facilè restaurat eum author noster; non verò sic æternum, immortalem, durum, obstinatum & inflexibilem luciferum: *da cayda sin remedio de potencia ordinaria el Angel.* Liquet hinc peccatum quàm grande malum sit, & eo quidem grauius, quo sanctior, religiosior & spiritualior est qui delinquit, in his enim & altius vulnus est, & lapsus calamitosior: nam etiamsi mortale crimen communiter nuncupetur, quia occidit animam, in his autem viris mortiferum dicitur, quia quasi dæmonum peccatum est, & quod difficile curetur. Inuisit medicus aulicum equitem delitiis assuetum, præscribit gallinæ esum, iam, inquiunt, in quotidiano esu manducabat, & grauiùs ægrotat, præcordia vnguento isto odoratissimo vngantur, potione ista hyacinthorum & margaritarum vtatur. Iam hæc ab initio febris adhibita sunt, & morbus vehementer augetur. Age, deferatur medicamentum ex regio pharmacopolio, acrius & maioris actiuitatis; hoc iam sæpius allatum & datum ægroto est, & peius se habet. Valeat igitur, inquit, feretrum & fossam præparate, desperata eius salus. Dum ægrotanti seculari & prophano volumus subuenire, communia quædam præscribimus, vt bonis adhæreat, deuotos libros legat; fateatur crimina, sacras epulas frequentet. Sed si vir religiosus est, si monialis, si sacerdos, qui his omnibus remediis vtentes peius valent, & morbum ex ipsis pharmacis contraxerunt? valeant isti, spirituales enim medici pertenuem aiunt esse spem salutis istorum, sicut & luciferi. *Ecce.*

3. a Ser. 17. in Cant.

Lapsus seruorum Dei.

4. *Simile.*

5. *Adami lapsus.* b Serm. 35.

In secundo lectulo lapsu etiam miserando iacet parens noster Adam, quem lacrymis & planctu tristissimo Bernardus [b] prosequitur. *Exitus aquarum deduxerant oculi mei super huiusmodi animam, quæ cùm nutriretur in croceis, demum amplexatus stercora.* Si vis verè & amarè plangere, egredere & abi. *Heu quòd egregia creatura iam olim facta de grege, & nunc in peius miserabiliter producis non saltem inter greges remanere permittitur, sed post abire iubetur: ya le tratan como a bestia al Rey mi Padre.* Quæ tam funesti casus fuit causa? ea nempe, quia clauum præsumptionis nimis altum fixit; & instar rustici, cui tabula eximij pictoris traditur in altari collocanda, oscitanter ille deferens frangit, conspurcat, conterit, *rasga y mancha la imagen el tasio y mientras no se quiebra el marco piensa que no ay mal ninguno.* Accepit à Deo imaginem sui homo, fixit clauum vt appenderet illam, clauus autem non mendax solùm, sed apertum mendacium erat, *eritis sicut dij*; ruit imago gratiæ, colores delentur, sola superest natura & moles corporis, quam etiam mox in sepulcrum deuoluit iratus Deus. Tunc, inquit Bernardus, inuicem inuitant se diuinæ personæ & ironicè, vt putat Rupertus [a], colloquuntur. *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. No veis? ya somos quatro los de la Trinidad, veis a Adam el del çamarro que queria ser como Dios; el bracero cabador con el Dios glorioso? el mortal con el immortal?* sudet, ploret, doleat, dormiat, manducet, laboret, esuriat, & pustulæ signaque culpæ in faciem eius prodeant, cognoscat se mortalem. Bernardus [b], *Dicant iumenta, si loqui fas esset, ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis.* Lapsum istum comparat Chrysostomus mulo regio, qui pretiosis vasculis vitreis & figulinis vnguentis pretiosissimis refertis onustus, ruit in cœnosum & profundum locum, vbi confringuntur omnia, miscentur vnguenta, pereunt vniuersa, & mulus ipse sic luto infixus hæret vt vocibus, fustibus, aculeis vix extrahi possit. Considera hominem rationis participem quasi equum gloriæ Dei, vide pretiosa sensuum organa, vasa mirabilia, visum, olfactum, gustum, gratias, donaque cælestia scientiarum, virtutum, ac meritorum; ruit miserando peccati casu, pereunt ferè omnia, & ipse nec malum sentit, nec amissa deplorat, plorent illum qui iacturam peccati sciunt. *Asinus est blasphemus animi pondus, non ferens cecidit, accede, excita per verba, & per facta varia sit medicina.* Ne erubescas ô Parens hominum, quia te bestiis compono, tu teipsum comparasti quando peccasti. *Non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ecce quomodo de grege facta est egregia creatura*, vt ad *ecce* istud attendant principes & nobiles, quantum sit malum peccati, vt hoc vnum sanguinem eorum turpet, dehonestet, personas maculet, famam, diuitias damnet, & quasi pretiosum vnguentum muscæ istæ morientes fœdent, & suauitatem perdant, *vna neudad de vn noble o persona grande mancha pudre y corrompe toda la sangre y antepassada nobleza. Ecce.*

Superbia initium ruina & lapsus. *Simile.*

a In Genesi. Vide P. Pereyra.

6. b Vbi suprà.

Simile.

Chrysost. hom. 1. ad populum, in fine.

7. *Lapsus peccatoris in Christo redemptore satis apparet.*

In crucis etiam lecto iacet, quis? ô peccatum, Christus Dei filius nostra purgans & soluens crimina, casus iste tam funestus tamquo acerbus fuit, vt ab ipso altari diuinitatis gloria & maiestate coronatus in tantam ruit calamitatem, vt alta voce clamauerit Pilatus, *Ecce homo, hombre si quereis llorar veis aquella imagen de vuestra culpa.* Ecce qui alligat vulnera vestra, videte qualem reddiderint peccata; *o mi Dios grande es mi mal pues en vos arroja tales pintas y señales a fuera.* Age rumpamus vittas, & vulnera aperiamus, sitne peccatum in homine isto. Pilatus ingenuè fatetur,

Nullam

nullam in eo inueniſſe cauſam, explorent claui & lancea sitne peccatum, minimè eſt, neque eſſe poteſt. Hæ tantummodo litteræ extant, Pſal.21.2. *Longè à ſalute mea verba delictorum meorum, no me ſale de alla dentro eſta mal pegado es.* O maxima ponderationum, tu ſola quid ſit peccatum *Grauitas morbi peccati manifeſtatur.* oſtendis, ſi peſtis quæ vix adhæſit exitium affert, quid aget in illo qui à multis annis hac ægri- *Simile.* tudine laborat, ſi ex hoc ſolum quòd regina ſupplicem libellum à leproſo acciperet horribili hoc malo obduceretur facies, totaque caro; & opus eſſet ne præ triſtitia & mœrore interiret, hortos & amœniſſima viridaria oſtendere, & his non proficientibus interiret, quantum eſſet malum in leproſo ipſo? deſcendit de monte gloriæ ſuæ, inquit Paulus, benignitas & humanitas Saluatoris noſtri. Acceſſit leproſus homo, ſupplicem libellum offert, *ſi vis, potes me mundare.* Ieſus noſter cùm poſſet 8. nos non attingere, *tetigit eum.* Vix noſtram carnem tetigit cùm lepra noſtra circunfunditur, tali mœrori cor eius afficitur vt à primo illo inſtanti ne periret opus fuerit animam eius æterna beatitudine & Dei beatifica viſione frui, ne ab vtero virgineo ad tumulum ſubitò transferretur, & licèt non ſtatim moriatur, vt peccator eſt reputatus, & inter peccatores annumeratus; *Tu verò repuliſti eum ab emundatione, aſi le manchaſtes por de fuera que no parecia ſe hauia de purgar jamas ni dar deſcargos.* Præſtat *Lapſus reipublicæ aut regni.* hoc peccatum, cùm commune eſt, vel totius populi, vel totius familiæ; hæreſis vnius prouinciæ publicus concubinatus in vrbe vel inuidia & auaritia in Hieruſalem, hæc enim peccata Chriſto iniurioſiſſima ſunt. *Ecce*, inquit Euangeliſta, attendite qua ratione ruunt *Caſus Ieroſolymæ.* hoc peccato Ieroſolyma. *Peccatum peccauit Hie-* Thren.1.8. *ruſalem; propterea inſtabilis facta eſt, pecco y quedo ſin aſiento y fundamento y aſſi no le ſirue a Dios de nada hechola a vn rincon. Delebo* (inquit) *Hieruſalem ſicut deleri ſolent tabula.* Vaticana, *Delebo ſicut deleri ſolet alabaſtrum, era como vna porcelana de alabaſtro llenoſe de abominaciones, aſi que peccados teneis no os he meneſter poned boca abaxo eſſa porcelana que no he meneſter las ciudades el dia que tuuieren peccado.* Ecce qua ratione propter peccata poteſtas transfertur à regno in regnum, & de ſuis ſedibus exturbantur vrbes. *Ecce*, factum iam puta diſcurſum.

9. Quarto enim loco, vtpote miſerabiliorem *Miſerabilior lapſus nobilis matronæ aut Virginis.* lapſum primariæ alicuius fœminæ, refert Euangeliſta, *Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.* Quem caſum vt exprimeret Spiritus ſanctus, ſemel & iterum tragœdiam repræſentauit, alteram per Ezechielem, per Ioannem Euangeliſtam alteram. Vultis videre fœminam quæ à lectiſſima tranſiit in meretricem, à præſtantiſſima in viliſſimam, à pudica in impudiciſſimam. Videte Ieroſolymam de qua vaticinatur gran- Cap.22. dem ruinam Ezechiel. *Triumphabunt de te ſor-* S.P.Prado. *dida nobilis, grandis interitu*. Hebraicè *ſordida nobilis, polluta nomine aut fama, grandis contritione*, Septuaginta, *immunda nominata*, & multa in iniquitatibus, quanto ſublimior eras, tantò fortiùs rues. Sordida nobilis inſigniter impura, inſignis & famoſa eris interitu. Alter verò Propheta Ioannes, interitu & lapſu Romæ Magdalenæ caſum deſcribit, vt vult S. Petrus Apoc.17.3. Chryſologus. Vidit enim *beſtiam* rufi coloris, *plenam nominibus blaſphemiæ, habentem capita ſeptem, & cornua decem, & mulier erat circundata* *Beſtia inſidens Babyloni Magdalenam denotat.* *purpura, & coccino, & inaurato auro, & lapide pretioſo, & margaritis, habens poculum aureum in manu ſua, plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius, & in fronte eius nomen ſcriptum: Myſterium, Babylon magna, mater fornicationis.* Siſte mulier, contine greſſum, licèt enim nobilis appareas & regina, hodie diuinum Verbum te reuereri iubeo. Quare quaſi pudica & nobilis induta procedis? vittæ vtique ſunt iſtæ, & faſciæ, quibus tuam iniquitatem tegis, age rumpantur, pateſiat iniquitas. *Myſterium, no deſcubrais que es ſecreto.* Quid ais ſordida nobilis? ſecretum? quod ſecretum vbi peccatum publicum eſt cunctæ ciuitati? & tuæ turpitudinis inſcriptionem in tua meretricia fronte videmus. Quod eſt nomen eius? *Magna mater fornicationum, la madre de las peccadoras que con ſerlo ella daba atreuimiento a todas las de la cuidat.* Sicut in lupanari pater vulgari nomine appellari conſueuit is qui infames meretriculas eo confluentes excipit, & varias in cellas diſtribuit.

Et mulier erat. Primò dicitur mulier, & ſta- 10. tim adiungitur, *in ciuitate peccatrix*; quis hæc duo coniunxit, mulier & peccatrix? peccatum enim omnia deſtruit à fundamentis. 2. Reg. 1. *Cùm dormierit Dominus meus Rex, erimus ego &* *Peccatum deſolatio eſt.* *filius meus Salomon peccatores, declareſe vueſtra Mageſtad en ſeñalar heredero que ſino en çerrando los ojos ſeremos Salomon y yo peccadores deſtruidos hechados al hoſpital.* Quis ergo hæc duo copulauit, *mulier & peccatrix*? quod maximè locum habet in fœminis, quæ nullas vires corporis habent, quibus ad egregia facinora nitantur, nec ſcientias & artes liberales ediſcunt, nec œconomiæ domus, ſolæ illæ ſufficiunt, nedum reipublicæ gubernandæ talenta earum maiora ſunt placere viro, domum regere; filios edere & nutrire, qua de cauſa *malum neceſſarium* nuncupauit ille. Quare ſi corporis pudicitia deſit, inutilis & Deo abominabilis fit, Eccleſiaſtici 9. *Omnis mulier quæ eſt fornicaria quaſi ſtercus in via conculcabitur*, & addit, *ſedentem ſuper beſtiam coccineam.* Turpes enim, vel beſtiæ ſunt, vel proximè accedunt ad belluas. Ita Chryſologus de filio prodigo, *Ex ſeipſo migrauit in beſtiam, a pocas jornadas ſe hazen beſtias importariales irſe poco a poco por no llegar tan preſto a la poſada ſi el termino es ſer cauallo o jumento.* Nam & belluinos induunt mores, & appetitiones non ſolùm bruteſcunt, ſed intellectus & voluntas hebeſcunt, & obſcurantur. Refert Lactantius, cùm Romani vellent gratiam expendere nutrici Romuli & Remi, eam inter diuos numerando, cùm om- 11. nino profanam inueniſſent, & quam in fanis ſacra non æquum eſſet referre, lupam fece- *Lapſus nobilis & conuerſio in beſtiam.* runt, & ſub ſpecie lupæ colere non renuerunt, qui prophanam omnino reiecerant. Idem igitur quod iſti, turpem honorare & colere cupierunt. Idem tu vitiis præſtas, tranſis enim à muliere in beſtiam, & vis ſic adorari & coli. *Sordida nobilis, ſuzia y adorada*? Contraria ſunt iſta; inſuper etiam addit, *grandis interitu*; quomodo poteſt eſſe grandis interitus beſtiæ cuius non remanet anima quæ in æterna tormenta deputetur? Bene dixiſti; ſunt grandes in interitu, quia belluino more intereunt, viuunt enim ſicut gentes quæ futuram nec credunt, nec

ſperant

ſperant vitam; quare illis intereuntibus nihil aliud remanet in campo, quàm oſſa Iezabelis corroſa à canibus, fœtor & horror & omnibus pauor. *Eſtne hæc illa Iezabel.* Secundò tamen *grandis* dicitur *in interitu*, vt contraria & appoſita peccatorem in ſe claudere intelligas, *noble y ſuzia grande en la cayda poderoſa en la muerte muerta y eſclaua.* Quid hæc? diſſentiunt inter ſe iſta, ſeruus & interitus. Seruus enim à ſeruando dictus, à morte enim ſeruabantur in bello, attamen impudicus oppoſitis rebus eſt

Monſtrum ex contrariis cõpactum peccator.

compoſitus, & à ſeipſo diſſentit. Peccato enim mortuus eſt, viuus in effrænatis appetitionibus, mortuus fœtore, cæcitate, ſurditate, tepore, viuus ad noxia & turpia perpetranda, anima iacet, corpus obambulat, anima fœtet, corpus ſplendet, anima defuncta & corpus veluti feretrum gerit illam. Cyprianus [a], *Et ipſa ambulans funus tuum portare cœpiſti, & non acriter plangis,*

a De lapſis ſerm. 5.

12. *non iugiter ingemiſcis, monſtruo nunca viſto alma muerta en el ataud del cuerpo que anda y ſe va por ſu pie a la ſepultura y ſe rie y canta y no ſe llora a ſi miſma.* Bellua quidem eſt immanis. *Super beſtiam ſedere* dicitur, riualis enim qui colit illam inſtar beſtiæ; onera importabilia meretricis, ideo ſubdit, *habentem capita ſeptem, & cornua decem: ſiruenla muchos y todos deshonrrados porque a todos miente y a todos engaña* * *y conuierte en beſtias necias.* Et ſuper his ſedet illa ſecura quaſi Regina quæ ſtipatores habet, & qui cibum, munera, delitias, ornatum illi copioſè largiuntur. Mulier ignoráſne mortem tibi & beſtiæ cui inſides, impendere? Quid præſtat iter agentem inoffenſo pede ab equo ferri, ſi appetente nocte ſub finem itineris vel præcipitem agat illum, vel in cœnoſam foueam detrudat? ſi hæc præſciret ante profectionem, commiſiſſet ſe viæ? quid intereſt ferri delitiosè & lautè carnem tuam per viam tibi gratam ab inſipiente iuuene obſequio & cultu quaſi diuino veneratam, ſi tandem ſenectutis nocte imminente excipiant te rugæ, putidi dentes, turpis halitus, pallore & macie confectum corpus, & beſtia qua veheris, ſicut mulus Abſalonis ſuſpenſam tuis capillis relinquet, *& mulus cui inſederas pertranſiuit, dexarate la beſtia al llegar a la poſada y el falſo y el traydor hara eſcarnio de ti ſuzia y enlodada infamada vieja, inutil, enredada en peccados y ſin Dios?* Nunc dum per tempus licet, te admonitam volo, reſpice beſtiæ colorem, qui index ſolet eſſe naturæ equorum, & conditionem ſubindicat brutorum, rubeus color eſt, illud innuens, te oſtentui dandam fore ab ipſa, & extremæ confuſioni, *que te ha de ſacar a la verguença y ponerte colorada quando por ſer publico no tenga remedio tu peccado.* Sed ais,

* *Pienſa cada vno de los amantes que es ſolo y que le guarda ſu decoro y en gañaſe que andan ſiete en la danza y no ſe veen con vnos alos otros.*

Simile.

Dehortatio à turpitudine.

13. Impoſſibile eſt prodire mea crimina in conſpectum aliorum, nec de gradu honoris & dignitate mea poſſe dimoueri, nónne vides purpura, monilia, gemmas & aureum poculum, quo amorem, vinum & iuuenilia oblectamenta propino? *Sedeo Regina, & vidua non ſum, & luctum non videbo.* O ſtultam & imperitam fœminam, interim dum hæc iactas, de tuo grandi interitu agitur. *Eſtaſe abriendo el infierno y trahen vna rueda de molino y derriban la beſtia y tu eſtas tan deſcuydada?* Audi præconium.

Error inſanus peccatorũ maximè turpium fœminarum.

Apoc. 18. 7. *Quantum glorificauit ſe, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum*; & quis ſententiam dixit? *fortis Deus qui iudicauit illam.* Date ô miniſtri locum; ſiſtite. Videte quia Angelus eſt forma & decore: apage ſis fallax pulcritudo, Lucifer maiori decore prælucebat. Reueremini ſaltem Reginam. Eua item Regina erat, Princeps etiam Adam, & in pœnarum ærumnam lapſi ſunt. Æſtimate ſaltem pretioſa indumenta, lapillos, margaritas. O inſana & crudelis, nónne iſte tuus immoderatus cultus & exceſſus Chriſtum ſic nudum & deſpectum in domo Pilati conſtituit, ſuſtinete ſaltem, reſtat aureum poculum pretioſum: viget adhuc vinum, guſtus, delectatio, iuuentus, *moza es y rica aun eſta para plazeres.* O audaciſſima & plena ſcelere, Ieroſolyma nónne vas 14.
erat alabaſtri? & ex quo inuenta eſt iniquitas in ea repulit, Deus exturbauit, deleuit? age ruat in infernum, *Væ ciuitas, ay ay de la peccadora llorenla que ella no ſabe llorarſe.* Vides Magdalena? huc peruenies, hic tuus interitus & finis delitiarum, vide rudis beſtiola contra te eſt, Angelus magni conſilij qui diſtricto enſe obſtat greſſum ne vltrà peccando progrediaris, reuerere Chriſtum, time enſem diuini Verbi, *reuertere, reuertere Sunamitis, bueluete a mi alma ſabe bien trocar tus amores ſuzios por los limpios y deleytables, torpes por los caſtos, temporales por los eternos.* Si regreſſum putas difficilem, dicito mecum, *Amodo voca me, Pater meus tu es, dux virginitatis meæ, llama me Padre yo te ſacare del cieno en que eſſa beſtia te ha metido amame como a eſpoſo yo te amare con amor nueuo.*

Ibid. 10.

Quia beſtia erat Magdalena quam ignis ſolet arcere & frenare. Ideo Chriſtus Dominus radios lucis in eius oculos iaculabat, & ignita verba effundebat, hiſque & mentem deſuper illuſtrabat, & ſenſim ligamenta & impedimenta cremabat. Sicut cùm *Iudicum* 15. comprehenſum Samſonem ducebant Philiſtæi fortiſſimè religatum, vbi venit ad locum maxillæ, *irruit ſpiritus Domini ſuper eum*, & ſicut ignis ſicca farmenta comburit, & frangit, ſic ille funes fortiſſimos manuum diſſecuit. Peruenit Magdalena ad locum maxillæ, ad mortis memoriam, ad oſſa pallida, ad vermes, ad putorem, ibi ſpiritus cor exagitare cœpit, vrere impedimenta, excuſationes, timores frangere; & quid de iſtis tuis capillis? perge, inquit, mox enim demetet mors, ſenectus in canos rediget, & quid de his promiſſis epiſtolis & pignoribus, mitte iſta, ſtipulæ enim ſunt ex hominum infirmitate elapſæ, mendaces ſicut ipſi atque fallaces, nunc ſequeſtranda eſt tanta pulcritudo, tanta ſupellex abdicanda, quid multum agam, volo mortis præuenire falcem, maciem ieiunij macie commutare, & tu mulier ſola tantum adibis opus, & facinus aggredieris? ignoras prorſus, ſola non ſum, adeſt iam Deus mihi, quis enim vrget animum, quis excitat mentem, quis immittit ſpiritus. O mala peccata! ô iniuriatus Deus, vbi eram, vbi ſum? quid tandem ero? ſauciatur mulieris cor, & inter has premitur anguſtias, contremiſcunt oſſa, rigent capilli, frigent inter aureos annulos manus & digiti, albeſcit, hæret & cor per oculos exprimitur, & in lacrymas ſe totam effundit. Et ſicut Samſon maxillam beſtiæ ſanie & pædore plenam arripuit, qua mille interemit Philiſtæos; ſic Maria mortis memoria delectationum lenocinia fugabat, ſuperbiam & faſtum demittebat, veſtes exuit pretioſas, commu

15. *Ignis inferni meditatio arcet à libidine.*

Conuerſio Magdalenæ.

communem & honestam induit, & quidquid prophanos mores redolebat, mirabili fortitudine calcat, conterit & prosternit, arreptóque pretiosi vnguenti liquidi vase, eò se confert, vnde trahi & euocari persentit.

16\. Venit Christus inuitatus in domum Simonis, recumbit cum reliquis: & dum omnes epulis intendunt, amor animarum Christus fastidit, eas meliori ferculo saturandus. *Ego* (aiebat) *alium cibum habeo quem vos nescitis, otro plato espero yo de mas gusto vna perdiz a Zorada que vedra agora huyendo desalada rendida a la verdad y palabra de Dios.* Et ecce, vt cognouit mulier, hoc est, vix percepit culpæ fœditatem, cùm eodem & maiori impetu ad fontem salutis accurrit, quàm antea in via iniquitatis ambulauerat. Quis enim semel cognito peccato diutius in illo potest immorari? De camelo refertur antequam bibat, aquas interturbare, nam si simul sui speciem turpem & fœdissimam inter bibendum videret, ægrè posset aquis exsaturari, vel terreretur sui imagine. Idem nobis eueniret si vnius peccati fœditatem semel spectaremus. Ideo Dauid, *Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me, mas y mas señor me limpiad*; quorsum ista repetita lauatio? *quoniam iniquitatem meam ego cognosco, porque no ay agua que baste para tal mancha*, & peccatum contra faciem meam obuersatur, ita vt factus sim mihimetipsi grauis, & quæram subleuatorem; sicut Magdalena, *quæ vt cognouit*, statim ac ad se conuertit oculos non quiescit, donec lauacrum suæ turpitudinis quærat.

Oblectat Christum peccatoris conuersio.

Plinius de Camelo.

Peccati fœditas.

17\. Et intrat in alienam domum amor præceps Magdalenæ, persiste mulier, nam & domus externis inuitatis scatet, & nobiliorum conuiuantium oblectamenta irrumpes, nec enim conuiuio lacrymæ congruunt, nec peruulganda peccata, nec conuersio publica debet esse. Falleris, inquit illa, ego tenebras peccati feci, prodeant in lucem, nouerit mundus turpitudinem meam, *tenebræ non obscurabuntur à te*, illa enim anima, inquit Augustinus, obscurat tenebras, quæ crimina tegit, & taciturnitate eorum auget grauitatem. Discite peccatrices non excusare, non operire, non vti ambagibus, nec saliuam deglutire, confitendo palàm fiant peccata, dicendo quæ non erubuistis perpetrando. Intrabo (inquit Magdalena) sed *stans retro*, quia solius Christi pudore deterrebatur, nos verò imbecilliores homines formidamus; noluit etiam prudens diuinitatem contemplari à se grauiter offensam, sed ad humanitatem quasi ad immuné locum confugit. Sicut Dauid cùm sensit ob peccata sua puniri filij perduellione & bello, noluit apud se habere arcam, sed monet Sadoch sacerdotem, *reporta arcam Dei in vrbem*; rationem reddit Theodoretus, sanctam Dei legem conculcaui, nolo accusatorem mecum deferre. In arca enim condita erat lex quæ & homicidium & adulterium prohibebat, quæ aduersùs illum accusatoris munus agebat. *Stans* igitur *retro* ingentis proceritatis mulier vt melius munus obiret lauandi pedes Christi in lecto eminentiori recumbentis, passis capillis, lacrymis profusis, abluere & extergere cœpit. *Cœpit rigare pedes eius.* Qua ratione, inquis, fit vt terra pluat in cælum, quis potest à petulantibus oculis lacrymas elicere? O noua doctrina! ó noua lux, noua per Christum inuenta disciplina. *Timorem & metum & probationem inducet, no sia de qualquiera liquor tan precioso como las lagrimas, & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ sua, darale tormento basta que confiesse, donec temet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius.* Sua disciplina excruciat, donec fides animi eius constiterit, & eum per iura sua reddiderit probatum? Quæ est ista doctrina, qui cruciatus? Respondet Augustinus, *Tu autem retorquebas me ad meipsum, vt viderem quàm vlcerosus & tortuosus essem*, inde enim oritur planctus si semel nos spectauerimus; quare consultò natura prouisum est vt idē esset instrumentum videndi & plorandi, vt tot causis lacrymandi perspectis facilè in lacrymas effunderemur. Ergo istud erat tormentum, inquit Augustinus, retorquere me ad meipsum vt tot causas plangendi perspicerē. Cùm igitur Christus ad seipsum conuertit Mariam, totam se effudit in lacrymas, & in tormento fassa est in multis peccasse. Dat labia vt adorent, dat manus vt ministrent, dat oculos vt plorent, dat capillos vt tergant. Dat intellectum formandis rationibus, dat memoriam refricandis criminibus, dat voluntatem pactis pacis stabiliendis, totam se exhibet peccatricem, sed ipso cruciatu se purgat à crimine, *al rebes de aca que si confiessan se condenan se callan se purgan del crimen.* Probat autem Mariam vt lacrymas illi fidat, non enim sic facilè cuique dantur. Dauid, *Posuisti lacrymas in conspectu tuo, gustais de ellas tanto que ni las perdeis de vista.* alia lectio, *in rationario tuo, pusiste por desquento en vuestros libros de caxa mis lagrimas, in thesauris suis*, legunt alij. Quasi pretiosa regis supellex, vel margaritæ singulares: alij denique, *in laguncula tua*, tamquā odorifera aqua, qua graueolentiā vitiorum Christus non sentiebat, quod non sine admiratione dixit Pharisæus, cùm ait, hic nondum subodoratus est, *quia peccatrix est*. vel, *in laguncula*, quasi pretiosum vinum seruat, vt obseruat D.Basilius [a], ideo enim cùm volumus non ploramus, & sæpius nolentes lacrymamur; quia sicut pretiosum vinum solùm ad degustandum concedit, & cùm regustare cuperemus, recondit & asseruat sibi, *osculabatur pedes eius*; vide Christi gratiam, pedibus manum porrigit, qua ad gratiam eleuet, pedibus conculcat & subleuat, *con los pies le da la mano ella toca y la desloca obra de los pies de Christo es esta mudança que bien se hecha de ver donde andan sus pies, vestigia eius exuberent super capita nostra.* Ambrosius: Humiliemur Deo, & eius pedibus prouoluamur, vt sint pedes eius super capita nostra, *que rebote en nuestra cabeça los pies de Christo, hoc est, vestigia eius, aya señal de que passo por alli Iesu Christo el me toca y me desloca.* O quàm perspicua sunt vestigia in oculis quos tangit Christus, quàm demissum caput quod Christus pede calcat, quàm honesta ornamenta quæ Christus pessundedit, quàm verecunda frons & facies quam conculcant Christi pedes, inde enim à Christi pedibus Magdalena modesta, humilis, verecunda discessit.

Vis amoris animæ omnia superat difficilia.

Palàm confitendo peccata.

2.Reg.5.

P.Prado in Ezechielem cap.23.

Mirabilis pluuia lacrymarum.

Eccles. 4.19.

18\.

Quanti Deus lacrymas faciat.

a In regulis breuioribus.

Modestia compunctionis & veræ conuersionis signum.

19\. Age iam verbis Maria, manifesta cor tuum; quare sic taces? nusquam reperies os ad loquendum aperuisse. Auditor enim suæ confessionis etiam tacentem auscultabat, & secreta cordis inspiciebat, sed loquitur lacrymis, quo nullus melior

Silentium Magdalenæ.

melior loquendi modus, quia à corde procedit; *non taceat pupilla oculi tui*, quibus etiam amaros gemitus & animi sensa permiscebat. Peccaui, peccaui Domine, ego sum peccatrix illa quæ te grauiter offendit, cælum violaui, terram maculaui, aërem ipsum fœtore meorũ criminũ contaminaui. Ego sum laqueus & muscipula quam ad capiendas animas armauit satanas, ego altum præcipitium ex quo in barathrum homines exturbabat. Sed tu ô Domine, bonitas es sempiterna, cæli mundities, castus & purus amor, Pater misericordiæ: tu igitur sol iustitiæ illumina tenebras istas, *quoniam tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur.* Tu solus potes lumen inferre, à te solo vitam & inspirationem expecto. *Tibi enim soli peccaui*, tibi soli, licèt enim multorum oculos, multorum animas offendi, animam perdidi, hæreditatem amisi, sed super omnia doleo tibi iniuriosam fuisse. O vtinam omnia mecum pariter in sempiternum perdidissem, téque nunquam offendissem. *Et malum coram te feci*; licèt enim testes sint cælum, infernus & quisque mortalium, ante quorum conspectum sine fronte peccaui, solo tamen pudore suffundor, cùm oculos tuos non fuisse reueritam cogito; te coràm turpis ego? qua ratione pondus Dei videntis pertuli, fugiebam hominum intuitum, & coram te malum facere non erubescebam? *Miserere mei vt saltem iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Perdonad señor mio si quiera, porque si algun dia los hombres atreuidos os tomassen residencia sehallen fieles vuestras iusticias y firmes vuestras palabras.* Vide mi Rex, occasionem arripe, opportunitatem, nusquam enim occurret tibi alia amplior, præclarior & melior ad tuam misericordiam in extrema miseria ostentandam, *vt iustificeris & vincas*, vt mecum confundas qui te iactant crudelem & immisericordem, *laude mea infrænabo te, si yo gano perdon vos ganareis honrra.* Patrone & aduocate meæ causæ, vis deinceps in tractandis causis summam laudem acquirere inter mortales? in qua melius quàm in hac grauissima lite & pænè desperata? Medice peritissime, vis maximum tuæ peritiæ præbere specimen? medere igitur animæ meæ, cuius morbi grauitatem tot accusant peccata. Hæc apud se dicebat cùm sicut piscis palpitabat in arena cognitionis suæ, & in portu diuinæ misericordiæ, cuius vestigia tenebat, *& osculabatur pedes.* O mulier non mulier! ô virile cor! ô dolor intensus & acris! ô amor ignitus & potens, non præcidisti capillos capitis fortissimo Samsoni vt tenere posses, sed infirmitate tuorum vincis, alligas, manibúsque superas tuis, persiste, nec dimittas; nec enim à te discedet antequam *nox tua sicut dies illuminetur*; rigabat pariter & vngebat, tergebat simul & osculabatur, omnia idola ad pedes confessoris prouoluebat; fac & tu similiter prophana mulier, libellos, ligulas, linteolos, litteras, capillos, reliquaque vanissimi amoris pignora abiice, sicut in Actibus legitur, *qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus.* Sic Maria omnia peccandi instrumenta sequestrauit, & amoris flammas combussit.

Planctus verè pœnitentis.

20\. Isai. 48. 9.

Vera conuersionis signa curiosarũ & vanissimarũ rerum instrumenta abdicare.

Act. 19. 19. P. Lorinus Magos intelligit. & non Christianos, nã,

21\. Sed quare obsecro semel effusas lacrymas & vnguenta extergis & colligis? putabimus inuitam eas effudisse. Nam capillis capitis tui tergebas; lacrymæ peccatorum nequeunt per se tantum debitum peccati persoluere, at si simul Christo eiusque meritis adhæserint, satis supérque satisfaciunt, imò quasi debitor cæli reddédi Deus constituitur, ideo peringeniosè sedula mulier infirmas licèt & imbecilles aquas, vnguenta & capillos resumit, & seruat. Cùm corpus alicuius beati effertur, & pompa solennis instituitur, omnes vos globulos piaculares proiicitis, vt corpus attingant, si non tetigerunt, non multum curatis in tanta multitudine repetere, at si tactu sacri corporis sanctificatos videtis, illic oculos dirigere, & manum porrigere non cessatis, donec reddantur globuli. Crystallinæ Mariæ lacrymæ erant. *cuentas eran para hazer cuentas con Dios y pagar peccados.* Sed opus erat vt corpus Christi sancti sanctorũ attingerent. Quas enim non tetigisse videt, sed ex turpi affectu leuiter, vt solent, vanáque de causa fluxisse, neque æstimat, neque colligit; has verò quas iã sacer tactus sanctificauerat, & Deo dignas effecerat, quasi thesaurum reputat vnamquamque, & apud se recondit. Monet diuites, admonet peccatrices, vt inutilia & superflua nunc ad pedes Christi, hoc est, pauperis iactitét, nunc tempus opportunum sanctificandi, diuitias erogando in pauperes, purificando oculos & labia, manus & corpus, cùm Christi corporis exequias celebramus, & effertur per vias, & in monumentis iacet: mittite nunc aquas lacrymarum, panem, diuitias & omnia ad pedes Christi peccatorum redemptio fient.

vt ait Eusebius, nec Christus præstigiator fuit, nec eius discipuli istius præstigiis infames ferebátur.

Quare colligit & extergit lacrymas. Opera nostra ex Christi meritis & gratia virtutem merendi habent æternam.

Eleemosyna vnde valorẽ sumant, illa gratissima quæ in sanctis diebus passionis Dominicæ elargiuntur diuites.

22\. *Vade in pace.* Vbi sunt Domine pacta pacis, sic impunè abire liberam finis peccatricem? adiiciantur conditiones, firmetur pax, nihil infirmitati fœminarum fidendum putes. Ita fiet, inquit, ex vtraque parte, pax stabilietur ex parte Magdalenæ, id præstatur quod Deus in lege ad confirmandam pacem exhiberi iubebat. Præscripserat enim Deus præcipuum inter sacrificia holocaustum, quod soli Deo placando impendebatur, nihil animalis relictum quod non igne absumeretur, caput, pedes, viscera, in suauem odorem diuinæ Maiestatis cremabantur: firmetur pax cum peccatrice, erant Christi pedes altaria, quales vidit eos Ioannes *Apoc.* 1. ex ære factos vt in illis charitatis igne vita Martyrum, viscera & cuncta pro Christi nomine relicta quasi holocausti hostia comburantur. Igitur prima inter peccatrices, prima inter nobiles, non postrema inter virgines & viduas, seipsam in altare proiicit, integrum sui exhibet holocaustum, manus, oculos, capillos, os porrigens, & oscula in signum initæ pacis quam vouerat nusquam Deum vlteriùs offendendi, frangens simul pretiosi vnguenti alabastrũm, nulli enim sumptui, nulli pretio parcit verus amor, vbi enim pacis fœdera cum Deo firmiter & verè stabiliuntur, nec æstimantur diuitiæ, nec reseruantur odores, & vnguenta & alabastri corpus frangitur; ægra fit bona valetudo, marcescit flos decoris, aurum capillorum obscuratur, omnia enim si igne absumi videntur, igne ipso amoris purgantur, & splendidiora redduntur, illæ enim quæ post lapsum & pœnitentiam adhuc ornatæ, superbæ ac de rebus minimis querulæ sunt, *remiradas puntosas, compuestas*, infirmæ pœnitentiæ dant signa; quapropter die quadam cùm populum absol-uere

Quomodo pacta pacis ineunda sunt peccatori cum Deo.

Holocaustum fit Maria vt pacem stabiliat cum Deo.

Donde las pazes son de veras y el amor fino ni se perdona alas riquezas ni alos preciosos olores ni al cuerpo mas de alabastro qui ebrese la salud marchitese el color y losania escurecese el oro que el fuego del amor lo afinara.

uere vellet Deus, eos, qui probè nouerat, priùs ornatum, monilia & arma deponer, iussit. *Iam nunc depone ornatum* * *tuum, vt sciam quid faciam tibi.* Deposuerunt ergo ornatum suum à monte Horeb; hæc enim abdicatio ornatus signum est non leue veræ conuersionis.

Exod. 33. 5. * Ornaméta, monilia, vestes, & arma significat, sed præcipuè arma apud Senecam.

23\. Firmat pacem ex parte sua Christus, ablato priùs à Magdalena munere sordido & prophano, quo quasi excommunicata inter fœminas fungebatur; quod erat munus? qui arma defert ad infideles sic graui se vinculo astringit, vt in bulla cœnæ semel excommunicet Pontifex, & sibi absolutionem velit reseruari; fungebatur sacrilego illo munere Maria, porrigebat enim arma dæmoni ad perimendas animas fideles, & bellum acre inferendum, quo vita & gratia ablata in seruitutem inferni darentur. *Mirad muger Christiana como os vestis que vida es la vuestra que palabras que este cargo se os haze tan graue y no tan facil de absoluer como vos pensais.* Vide tu Christiana mulier qua te ratione ornas,& comis,quæ vita,qui mores,quæ verba tua sunt, eodem crimine in iudicio accusaris. Arma erant vestes, puluis tormentarius fucus, & pigmenta ignis fauores, sagittæ desolatoriæ verba,sclopi lenæ & famuli,tormenta petulantia publica, quæ igne & fumo infamiæ & strepitu & bombo scandali vniuersam vrbē exterrent,& impudicæ incitantur ad malum,pudicæ trementes admirantur ruinam, *Iesus, Iesus! fulana & mala? la noble? la santa? bombarda que derriba, assuela, y espanta: estne hæc illa Babylon*, &c. Agite igitur ô fœminæ, inquit Paulus, agite infirmæ ad bonum, fortes ad malum, ne arma exhibeatis contra Christum. *Neque exhibeatis corpora vestra arma iniquitatis, mirad que es peccado reseruado bolueos a Dios ren dedle las armas, & membra vestra arma iustitia Deo.* Absoluit igitur summus Pontifex Mariam hoc crimine pessimo, & efficit ex eius armis quod solent industrij duces, qui cùm iam hostes fundere incipiunt, vt ad internecionem vsque deleant, tormenta bellica quæ capiunt eadem retorquent in hostes, & quibus ipsi oppugnabantur, librant in ipsos, mœnia quatiunt, profligant omnes. O quanto tempore dæmon Magdalenam quasi tormentum idoneo loco in ciuitate constituerat ad oppugnandos & demoliendos filios Dei capillis, oculis, ore, manibus, corpore, cepit eam hodierna die dux noster, retorquet eam, & dirigit in prophanos, mundum, dæmonem, homines, & fœminas, *& mutent gentes fortitudinem suam, este trueque haueis de hazer*,vt sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete modò seruire iustitiæ in sanctificationem. Secundò eam in peccatores dirigit. Quid vultis oculi impudentissimi pleni adulteriis, *llenos de adulterios hasta los ojos*, qui quidquid visu cernitis corde concupiscitis? contra vos mittit Christus oculos Mariæ, humiles, modestos, abstinentes, lacrymantes & in Christum intentos? Otiosi, lenes manibus, auari, inertes & pigri, ecce contra vos librat tormenta ista, manus huius lectissimæ dominæ, quas in ancillæ manus mutauit liberales, deuotas, puras, obsequij plenas. Quid ais elata mulier, plena fastu, quæ inter omnes eminere vis, & omnis tibi angustus locus, nullus tua superbia dignus videtur, ecce superbos tuos quatit muros abiecta mulier quæ se Christo demittit, & caput serpentinum ad pedes prouoluit, vt sic extinguat serpentis superbiam, caput proterat & pessundet. Quid ais turpis & impudica iuuentus? delitiose diues? peccatis onustus? qui nunquam doloris lacrymam effudisti,nec emollisti pectus, nec gemitum ex duro corde misisti? iacitur contra te tormentum istud pœnitentiæ. Vbi est dolor? vbi timor? vbi publicorum facinorum confessio & compensatio, quam habes indulgentiæ securitatem, qualis est ista tua obliuio tanti iniuriati Numinis; quasi iam chirographum salutis teneres, & eum in ratiociniis debitorem constituisses, euolue præteritos annos, turpis vitæ non recordaris, violatæ virginis, iuramenti falsi, pecuniæ malè partæ, scandali exhibiti? praui consilij dati, quo bono opere hæc delere & compensare conatus es? Age ergo Maria, mitte alabastrum contra thecas auati diuitis, contra abacos apparatissimos, contra fucos & vnguenta ambitiosæ fœminæ placendis viris, contra delicatas cutem curantes, genio indulgentes: proiice omnes simul in maxillæ locum, mortem videlicet, & sepulcrum; personet huius pœnitentiæ fama per vniuersum orbem, dicant vniuersi, iam peccatricem esse pœnitentem, ornatam, incompositam,aulicam, solitariam, omnibus peruulgatam, soli Christo sponso dicatam. Et sicut Babylonis magnæ casum in abyssum cælestis cantus excepit, sic Mariæ conuersionem & pietatem Christi summis laudibus celebrat Isaias, *Laudate cælum, quoniam misericordiam fecit Deus. Iubilate extrema terræ, & resonate montes laudationem saltus, & omne lignum eius, quoniam redemit Dominus Iacob.* O noua rerum mutatio, qui fieri potuisti? quis ornauit impuram, fractam reparauit, lapsam erexit? Rectè rogas. Christus Dominus quasi figulus refecit atque refinxit in diebus carnis suæ cùm peccatores ad pœnitentiam alliciebat, ornabat gratia, præparabat ad gloriam.

Apoc. 17. Rom. 6. Strategema summi ducis Christi. Isai. 41. 24. 25. Apoc. 18. Cap. 44.

ducunt, lege scilicet, & Euangelio oblectari. Porrò modestia, quæ nihil curiosè cogitat in alienis vultibus, necessaria est. Sermo & breuis sit (ait Cyprianus [a]) *& sobrius risus. Signum est enim animi facilis & remissi, nam contactus recedat etiam honestus, cogitetur quàm honestum sit vicisse dedecus, quàm inhonestum victum esse dedecore.* Virtus denique abstinentiæ moderata, cum virginitate, inquit Basilius [b], *aduersùs gustum tota intentione pugnabit, fontésque voluptatum ventris & impudicitiæ fomitum, à principio castitatis studio siccabit.* Plura apud Nyssenum, Ambrosium, Hieronymum, quos citat Busæus de statibus, verbo *Virginitas. c. 41.*

a Suprà.

b Lib. de vera virginit. ex morum puritate, &c.

III. Sexaginta etiam fortes lectulum tuum ambiunt, omnes tenentes gladios. Timor Dei primo loco. *Bonum enim est tibi* (ait Augustinus [c]) *ô anima virginalis, vt sic quomodo virgo es, sic omnino seruans in corde quòd renata es, seruans in carne quòd nata es, concipias tamen à timore Domini, & parturias spiritum salutis.* 29.

c Lib. de virginitate.

IV. Sed quorsum te ô alma virtus ad hæc teterrima spectacula inuitaui? turpe enim est de rebus turpissimis agere, quas Christianus animus horret, & oratio omnis reformidat; quásque homines pulso pudore grauissimis peccatis inuoluti seipsos obscœnis vsibus subiugarunt. Habet enim hoc singulare libido vt non solùm peccantes polluat, sed spectantes: qui enim videt occidere, aut furari, aut dedecus alterius audit, ita offendi solet his visis, & corde ab eis recedit, & abhorret, vt aspectu non coinquinetur: at qui turpia videt, quàm solicitus debet esse ne per aspectum cor & animam effundat. Quamobrem spectatores & testes rei efficiuntur, & eodem peccato delinquunt. *Alia quoque omnia mala* (aiebat Saluianus) *agentes polluunt, non videntes, vel audientes:* vt notum sit omnibus mortalibus quàm acrem habeant aduersarium etiam ab ipsis Angelis spectatoribus formidandum. Dubitabant equites illi quænam rerum omnium esset fortissima, quibus facilè quæstionem dissoluit Ecclesiastes; *Lustraui vniuersa animo meo, vt cognoscerem errorem imprudentium, & inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus est venatorum, qui placet Deo, effugiet illam.* Attendite spectaculis. 30.

Cap. 7. 26.

Principio enim turpis & petulans fœmina vel solo eius aspectu lædit iustos, polluit sanctos, vt de sancto Loth D. Petrus affirmat: *aspectu enim & auditu iustus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant, padecia tormento el alma del iusto para conseruar castos los ojos.* Prodiit inter Corinthios quasi immane monstrum homo fornicatione & incestu infamis, ad cuius aspectum cùm è vestigio vniuersa Ecclesia fidelium non expauit, nec lacrymas fudit. O qualem audiuit ex ore Pauli animaduersionem. *Auditur inter vos fornicatio, & non magis luctum habuistis, miedo tengo que no os pesa de lo que veis, pues tan feo espectaculo no saco luego lagrimas por los ojos.* Vides, ait Chrysostomus, vt omnes vnius tantùm inhonesti causa puniat, nec destitit, donec in secunda epistola exultans ait, *Gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam*; pœnituerunt enim adstantes omnes fideles, quia inter eos tam miserum spectaculum toleratum est, nam, vt prosequitur Saluianus, non solùm hoc vitium agentes & audientes polluit, *sed ita noua in arguendo harum turpitudinum probrositate res euenit arguenti, vt cùm absque dubio honestus sit qui accusare ea velit, honestate tamen integra ea loqui & accusare non possit*, vnde Lactantius [d] vix honestè de templis & spectaculis Gentilium loqui potuit. *Celebrabantur*, inquit, *illi ludi cum omni lascinia. Nam præter verborum licentiam, quibus obscœnitas omnis effunditur, vsque ad satietatem impudicorum luminum cum pudendis motibus detinebantur.* Ad nuptias præterea scorta vocabantur, & tibicines. Quam consuetudinem reprehendit Cyprianus [e], & Chrysostomus [f], qui non in hæc turpia grauissimis verbis inueliuntur, sed in ea quæ leuiora tibi videbuntur, si 9. caput Ecclesiastici legis. Nam *concupiscentia sicut ignis exardescit*, ab intus enim & ignis fomitem habemus, & copiosam materiam. Sicut figuræ illæ & chartaceæ statuæ Herculis, aut Iouis, quæ cùm intus sulphureo puluere plenæ sunt, etiamsi exteriùs clauam tenere, & septem illa capita serpentis conterere posse videatur, vix vna scintilla ignis insilit, cùm tota in flammas & fumum & horribilem crepitum resoluitur. Itaque ne minutiora & leuiora putes consilia modestiæ & castitatis, nam qui hæc contemnunt, non leue impuritatis argumentum præferunt. Sicut cùm intrat vir politus & elegans in molam olei, quàm attentè circunspicit, pallium plicat, parietes fugit, ne gutta olei alicunde resiliat. Quòd si maculam accipit, amaro animo est, & domi fel afferri iubet, vt excutere possit. At eodem tempore videas qui rotæ deseruiunt pannosos, oleo madentes, fuligine plenos, nullo olei metu trabem amplexantur,

31. Lædit spectata fœmina.

1. Cor. 5. 1. & 2.

d Lib. 1. de falsa religione.

e Lib. de disciplina & habitu Virginum.

f Ad Ephes. 5. hom. 10.

xantur, scrinia olearum euoluunt, componunt & infertiunt. Súntne hi feliciores, quia sine formidine sunt? Absit; ita similiter iustorum est ambulare immaculatè in via Domini, & si labem aliquam contrahunt amarè flere, & fel lacrymarum super maculas cordis effundere; turpes verò, qui iam proiecti sunt in omne nefas, & impuritati se subiugarunt, quasi desperantes posse tandem munditiem recuperare, tradunt se, vt ait Paulus, omni turpitudini, & execrandæ libidini.

32. Secundò loco turpis luxuria in theatrum prodit, cuius vim etiam Angelos sensisse
Timeant Angeli & homines. autumarunt aliqui, in illa verba, *videntes filij Dei filias hominum*, cùm ibi de filiis Seth
mentio fiat, non de Angelis. Quos autem sic deiecit atque prostrauit, vt vix vnus
ex hominibus mundus in mundo sordidissimo repertus sit, & hunc in arca custodiendum putauit. *Fac tibi arcam, & clausit eum Dominus deforis*, ne ad eum castigata orbis
turpitudo confugeret. Sed licèt cautè omnia facta sunt, ne luxuria intraret in arcam irrito conatu laborasse Noe, obseruant Doctores. *Ingressus est Noe*, ait Chrysostomus [a], *& filij eius, & vxor eius, & vxores filiorum eius cum eo in arcam propter aquas diluuij*. Vide cautelam, cur enim vir & vxor non simul coniunguntur in ingressu, & in enarratione, & cur si eos Deus coniunxit, eos separat sacra Scriptura? Deinde notatu dignum censeri debet cur parentes filiis non præferantur, sed filij Noe matrem præcedant, dicitur enim, Noe, & filij eius, deinde vxor illius. Rem attigit Ambrosius [b], *Apertè, & velut ordine ipso ingressionis vocem quandam iustus emittit, tempus illud non esse delitiarum, quo omnibus immineret interitus, quàm enim indecorum vt quo tempore viuentes morerentur, eo morituri generarentur*; huic tamen admonitioni minimè cessit impius Cham, namque, vt D. Chrysostomus asserit, Cham generationi in arca operam dedit, vt ex Scriptura colligitur. *Erant ergo filij Noe qui egressi sunt de arca Sem, Cham & Iaphet. Porrò Cham ipse est pater Chanaam.* Dignum hîc fuerit (ait Chrysostomus) vt inquiramus quare diuina Scriptura hos tres filios commemorando subdit, Cham autem erat pater Chanaam. Ne putetis obsecro hoc sine causa fuisse adiectum, voluit autem per hoc nobis illius intemperantiæ nimietatem insinuare, & quòd neque calamitatis magnitudo illum coërcere potuit, neque tanta in arca angustia irrefrænatam illius concupiscentiam sedauit, sed quamuis senior nondum filios procreauerat, hic incontinentiæ deditus in tempore tantæ indignationis, & generalis interitus, quo orbis comprehensus est, rei venereæ deditus fuit, iam statim ab initio mentis suæ malitiam monstrans, & quid mirum eius si causa mox maledictionem suscipiat Chanaam. Sufficere enim debebat ad extinguendam libidinem tantus luctus, & nihil flammam & insaniam hanc ita comprimere potest vt tristitiæ vehementia & calamitatis excellentia. Hæc Chrysostomus. Vides vt resiluit ex arca, hoc

a In Gen. 7. n. 7.

b Lib. de Noe & arca c. 21.

Gen. 9. 18. Chrysost. hom. 28. ibidem.

33. ipsum contigit cùm quasi sal resiluit ex Sodomæ incendio, nam dum illæ vrbes cælesti conflagrant igne, illa è flammis Loth insectatur, & dormientem aggreditur, & in congressum filiorum aduoluit, maritúmque filiarum efficit. Inde iniquitas ista effluxit pane & abundantia saturata, vt ait Ezechiel, & statim ex ipsa dispositione membrorum, ait Tertullianus [c], quid posset orbi & homini contingere, patuit, *pro dispositione membrorum ordo vitiorum prior venter, & statim cætera sagina substructa.* Appendices gulæ lasciuia atque luxuria est. Et Hieronymus [d], *Venter mero æstuans citò despumat in libidines.* Venit secundò, instructa armis, luxuria, mollitie scilicet vestium, arma quidem meretricia, vt liquet ex Apocalypsi, & asserit Tertullian. *Quid minus habent infelicissimæ illæ publicarum libidinum victimæ?* Patronos affert otium & delectationem, quorum patrocinio facilè in concupita peruenit, nam *sicut ostium vertitur in cardine suo, sic piger in lectulo suo*; otiatur enim corpore, mente tamen omnia prata pertransit. His itaque armis instructa libido quem non deiiciat gigantem.

Gen. 19.

Cap. 16. 49.

c Lib. contra Psychicos.

d Ad Oceanum tom. 3.

Cap. 17. 4.

Prou. 16. 14.

34. Venit in theatrum Dauid. O triste spectaculum, bene in primis saturatus & potatus, & in domum Vriæ epulas misit [e], *& egressum Vriam de domo regis secutus est cibus regius*, vt sic incitaret ad congressum cum vxore, & meliùs celaret adulterium, vt bene ponderauit Theodoretus *. Otiosus deinde mansit rex, vt ipse postea deplorat per singulas noctes. Comitatum autem eius Tertullia. vno verbo descripsit [f], *Suggestum & pompam aspicio mœchiæ, hinc ducatum idololatriæ antecedentis, illinc comitatum homicidij insequentis.* Hinc factum est vt in turpissimum adulterium ruerit, quod ipse vocat suam insipientiam, *à facie insipientiæ meæ, suam iniquitatem, suam immunditiam, suam curuitatem.* Grauitatem autem huius criminis & huius libidinis fœdi

Adulterij [illegible].

e 2. Reg. 11.

* Rex cùm eum rursus iussisset manere conuiuio excepit, frequétique ac liberali inuitatione vltra modum coëgit bibere, vt irrigata cupiditate ad coniectionem citiùs & alacriùs incitaretur.

f Lib. de pudicitia c. 5.

Prou. 6. 30.

fœditatem ex ore sapientissimi filij Salomonis audire libeat. Postquam enim dixerat, *Non grandis est culpa cùm quis furatus fuerit: furatur enim vt esurientem impleat animam: Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam.* In quæ verba Chrysostomus [a] ait, *Vtrumque (inquit Salomon) peccatum est, scilicet furtum, sed alterum minus, alterum maius: quòd alteri quidem prabuerit occasionem peccandi fames, alteri adempta sit excusatio. Verùm hic quoque dicet aliquis compellitur naturali concupiscentia, at non permittit elabi illum vxor quæ ei sorte obtigit, sed instat potiùs, eripiens illi veniam, ob id enim matrimonium & vxoris legitimus vsus conceditur, ne quid horum excusare possit maritum. Itaque quemadmodum gubernator in portu faciens naufragium haudquaquam vllam impetraret veniam, sic neque is, cui per coniugium concessum sit quo lapsum effugiat, tamen aliena perfodit matrimonia.* Præterea adulterium furto esse quamsimillimum, ipse Nathan Dauidi ostendit, nam dignus est perdere animam suam, vt ait Salomon, & ipse Dauid audita parabola diuitis, qui ouem vnam paruulam vsurpauerat, confirmat, *Viuit Dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc.* Et licèt aquæ istæ furtiuæ dulciores videantur, attamen adulteri & furta latronis sunt persimilia, plena periculo & metu, vt eleganter prosequitur Chrysostomus, nam quæ potest esse voluptas, vbi metus, vbi discrimen, vbi periculum, vbi tantorum malorum expectatio, vbi tribunalia, vbi accusationes, vbi iudicis ira, vbi ruina, vbi gladius & carnifex, vbi barathrum ac deportatio? quomodo denique feret conscientiam redarguentes, amarulentam accusationem vbique secum ferens? At dices, solabitur Dauid mœrorem suum spe diuinæ misericordiæ & veniæ, nolo sic peccantibus spem veniæ præcidere. Ceterùm audi Augustinum. *Hac crimina* (inquit) *in veteri lege nullis sacrificiis mundabantur*, est enim ex omnibus criminibus cui minus diuina debetur clementia. Atque adeò soli adulterio expurgatio per sacrificia denegatur; & id insuper notandum, *tunc omnimodo prohibitum erat ab alio contaminatam viro recipere vxorem.* Rationem autem huius, licèt subtiliter, Sapiens in sequentibus verbis inuoluit. *Turpitudinem & ignominiam congregauit sibi, & opprobrium illius non delebitur.* Vis scire quare abhorreat vxor adulterum, & econtra? quia, vt ait Chrysostomus [b], quod *cænum sit incesta & adulterà fœmina, te præter rogabo neminem, qui eo, quoad fueris obuolutus, quantum te eius rei pudeat,* quantum etiam post delictum immundum te videas, *& sordida tum ducas, non ignoras*; omitto filium, qui inde decus tibi nascitur. Si enim mortem obieris, extabunt tibi ad ignominiam monumenta. Quid igitur omnia turpitudine comples? omitto etiam legis diuinæ probra, scilicet traductiones, lapidationes, atque explorationem illam, seu quæstionem quæ per aquas illas probatorias fiebat *. Veniam enim ad illa verba quæ sequuntur, *perdet animam suam, quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ.* Rogo ergo cur si in superioribus adulterium furto comparauit, nunc dum de venia agit, spem adimit adultero? *perdet animam, nam zelus & furor viri non parcet.* Magnus Hieronymus facilè nodum exsoluit, zelum istum & furorem mariti vmbram esse Christi in iudicio extremo nequaquam placandi. Et bene quidem, & subscribit glossa interlinealis, & Lyra. Sed tam Hieronymus, quàm Chrysostomus, qui de intolerabili ira & furore, quo maritus exardescit, instar illorum qui à dæmonibus agitantur, explicat, mysterium in hoc latere putarunt: nam & hæc ira facilius quàm par esset restinguitur in plurimis viris, non omnes ita implacabili ira corripiuntur, quin potiùs vel consentiunt, vel ex præuio contractu (quod iniquius est) honori cedunt: igitur de alia ira, & de alio viro, cuius furor non parcet, intelligendum est. Atque adeò statuendum, Deum esse maritum omnis coniugij, vnde nihil interest maritum mollem esse, & facilè placabilem, Deus est qui irascitur, ille iniuriæ vindex est. Sicut de Dauid refert textus, qui pariter eum qui, rogante ipso, Saulem interfecit, neci adiudicauit, & duos fratres, qui tulerunt caput Isboseth, pari pœna puniuit. Et quidem non miror hos morti tradi, qui domi quiescentem regem ausi sunt perimere: ille verò ô Dauid quare interficitur si rogatus ab ipsomet Saule mortem inflixit. Rationem reddit Dauid. *Quare non timuisti mittere manum tuam vt occideres Christum Domini?* Nam licèt eum te rogantem non offendisses, nónne æquum erat Deum vnctionis auctorem reuereri, morieris, licèt te rogantem interfeceris, sicut si prodidisses eum. Nunc ergo intelliges non posse maritum ira à se abdicare vxorem, vt adulter non peccet, & iniurius sit: nam licèt taceat homo, & furor viri resideat, Deus verò non taceat,

35. (margin, beside "cusatio. Verùm hic quoque dicet aliquis…")
36. (margin, beside "soluit, zelum istum…")
37. (margin, beside "rogatus ab ipsomet Saule…")

[a] Hom. 3. de verbis Isaiæ.

Adulterium furto comparatur.

Prou. 6.

[b] Hom. de carnis concupiscen.

* Lege Tiraquellum, & Petrum Greg in leg. 13. connubial. & Gregor. syntagmate iuris lib. 36.

Digitized by Google

tacet, qui est matrimonij auctor, paranymphus & parochus, & qui postea sacramenti sanctitate rem omnem sancti coniugij honestauit, vt ipse apertè *Malachiæ 2.* declarat, *quia Dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ*; atque adeò offensa in Deum refunditur: nam *quod Deus coniunxit, homo non debet separare.* Quæ omnia Matth. 14. 6.
facilè vno verbo Abimelech confirmantur, cùm enim illi redderetur causa ægritu- Gen. 20. 6.
dinis quam contraxerat; qua impotens factus est, vt aliquid de Saræ honore detraheret, ait Deus, *Custodiui te ne peccares in me.* Vides quàm directè adulter contra Deum peccet. *Aduertendum est* (ait Augustinus [a]) *& notandum in Deum peccari, quando ta- a Quæst. 49.
lia committuntur.* Nam licèt in aliis casibus Deus directè offenditur, at in hoc (etiamsi consentiret Abraham) in Deum offensa refunderetur, quia solus Deus posset nodum soluere qui fecit, non verò vir, vnde vt hanc auctoritatem ostenderet inscio marito illius adulteræ, quæ ad eum allata est, liberam abire fecit. Et Dauid ad Deum vnicè offensum, & solum vindicatorem accurrit, veniam adulterij postulans, *tibi soli peccaui, & malum coram te feci*, &c.

38. Ceterùm in hac offensa, magis reos esse viros, quàm fœminas, mordicus defendit Augustinus, & statuit Nazianzenus [b]. *Hanc legem haudquaquam probo, hanc consue-* b Orat. 1. de pace. Exod. 20. 17. Deut. 5. 21.
tudinem minimè laudo, viri erant qui hanc legem sanxerunt, ac propterea aduersùs mulieres lata est, maximè cùm diuina lex potius fœminæ, quàm viro faueat, & Paulus apertè ad Corinthios scribens, supplicio adiudicet turpem illum adulterum & incestuosum, nulla adulteræ mentione facta, imò dum illa tacet, sicut Sara coram Abimelech, & dum ipse inscius est, nihilominus ipse, non ipsa, reprehenditur, vt liquet ex textu, *in simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc*, & ipse Deus confirmat, *& ego scio quòd simplici corde feceris*, nihilominus ipse qui nescit nuptam esse, punitur & infirmatur, ipsa verò libera manet. Sicut illa cui solùm dicitur, *Nemo te condemnauit, neque ego te condemnabo: vade in pace.* Addam præterea huius pietatis & miserationis causam, adeò fœda est luxuriæ culpa, adeò turpis & obscœnus libidinis lapsus, vt satis sit impudicos ad pudoris tribunal semel trahere, & per hoc impunè abire permittere. Describe aut finge tibi cogitatione nobilem puellam deperditè amantem iuuenem, quem ipsa circuit, & quærit, & tandem in inferiori domo eius vocat, & mille modis in amorem suum rapere studet, tunc senex pater iuuenis audiens querulam vocem lacrymásque fœmineas, scipione insistens descendit, & sic repentè stupidum iuuenem, & flentem illam comprehendit. Quid agat senex? nihil; quid dicat? nihil; quibus verbis virgini nobilissimæ nefas hoc & audaciam exprobret? nullis. Sed pudore suffusam abire iubet, in paternas ædes antequam sentiri possit, & ad iuuenem conuersus id solum verbum dat: Ite, recedite; æquum sanè iudicium, fœditas enim luxuriæ satis punita manet ipsa sui confusione. Quamobrem cùm coram summa innocentia Christi summa puritate ista paupercula seminuda passis capillis, & demissis oculis, oblata est, & obtrusa in mediam plebis multitudinem, hoc vno verbo punit & absoluit, *Vade in pace*, sat est ad tribunal pudoris vocasse fœminas; *andad tened verguenza, que los espectaculos de Venus son como actos de Inquisicion del qual el mas bien librado sale con vn Sanbenito y le dicen andad no volvais a pecar.*

39. Per hoc autem ne putes impunitum abire graue crimen, ipsi Deo supplicium irrogare solùm permittitur: patet hoc *Iudic.* 20. Iussit Deus congregari *quadringenta millia peditum pugnatorum*, vt adulterium quod Gabaonitæ cum vxore Leuitæ commiserant vindicarent, & viginti millia hominũ ex tribu Benjamin interfecti sunt, & periisset quidem omnino, nisi ex tribu ista, vt notauit Hieronymus [c], oriundus c In epitaphio Paulæ.
futurus esset Paulus. *& tribubum Benjamin trecentos viros propter Paulum Apostolum reseruatos.* Rei quidem mirabilis causam, cur hi fideles, qui in Dei nomine conuenerant, in prælium extincti sint, non siluit Spiritus sanctus, nimis enim de suis viribus præsumentes victoriæ laudem sibi arrogarunt. *Et fortitudine & numero confidentes*, Iudic. 20. 22. at cùm hæc expeditio belli in punitionem adulterij facta erat, grauiter tulit Deus, vt ipsi sibi vindictam & vires arrogarent, cùm solùm ministri & carnifices essent, vt discant viri etiamsi post extinctam vxorem manus effugiant iudicium, Deum non posse effugere, qui crimen hoc sibi reseruat puniendum, Deus enim *adduxit Euam ad Adam*, & alibi creauit vt adduceret, & manu sua traditam acciperet, ne in illam manus inferret sine Deo & creatore & auctore nuptiarum, & qui solus est iniuriarumq́ vindicator, & qui liberam abire etiam posita lege iubet adulteram; etsi de hac lege dubium sit apud Maldonatum, vide.

Miraris

Miraris ô virginitas, vt ait Tertull. *Quousque infirmitas ista impudentissima in expugnando meliora perseuerabit? quandiu causabimur carnem*, quasi destitutam gratiæ viribus, quod quàm falsum sit, vide quæ subdit. *Sed præmisit, & spiritus promptus est, vt vincat spiritus carnem, recedat quod infirmum est fortiori, pensaras que estos desastres y caidas de la carne son por falta de padrino no, que el Espiritu santo lo es*, sed quod per vim non obtinet, pertinaciter insistendo tandem obtinet, vnde verum est quod ait Augustinus, *Inter omnia certamina Christianorum perculosiora sunt prælia castitatis, vbi continua pugna*, atque vbi periculum est si cautela & solicitudo absit, iam non ex infirmitate, sed ex malitia & socordia peccamus. Adde, illecebram delectationis sic libidinosos obligasse, & subiugasse, vt non solùm pulso pudore lucra huius vitij, non filiorum & speciei propagationem quærat, vnde cùm ad iudicium conscientiæ & pœnitentiæ vocatur, vt notat Hieron. non solùm facti non pudet, nec pœnitet, *verùm in ipso tempore pænitendi titillationes patitur*, vt videas quàm difficilis sit huius peccati pœnitentia, maximè cùm crebra sit in illum reincidentia. Bene dixit August. *Continua pugna, rara victoria*: adde tu, *& rarior venia*, quia plures sunt qui in hoc peccatum ruunt, pauci qui resurgunt, & veniam mereantur; loquatur noster magnus Petrus 2. Petri 2. *Euersione condemnauit* (Deus quinque illas vrbes) *exemplum eorum qui impiè acturi sunt, ponens; iniquos verò in diem iudicij reseruare cruciandos*, & quos maximè? subdit, *Magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, muchos condenara el dia, vltimo y principalmente deshonestos.* Si ergo qui delinquunt in hoc plures sunt, & pauci qui resurgunt; ergo plurimi eorum damnandi sunt. Tu ergo ô virginitas gaudeas quòd in tuto sis, & in sublimi loco collocata; nemo nisi fugiendo liber euadit, imò tu, etiamsi in sublime ascenderis, virginitatem in timore & humilitate conserua. *Iam iustè viuis*, ait August. [a] *iam piè viuis, pudicè, sanctè, virginali castitate viuis, adhuc tamen hic viuis, & non humiliaris audiendo. Nunquid non tentatio est vita humana super terram? Non te à præfidenti elatione reuerberat: væ mundo à scandalis! non contremiscis, ne deputeris in multis quarum refrigescit charitas, quoniam abundat iniquitas; non percutis pectus cùm audis: Quapropter qui se putat stare videat ne cadat.* Gratulor itaque tibi, & nobiliora spectacula tibi in Christo & in Virgine propono, nam, vt ait idem August. præcipuum magisterium & virginalis integritatis exemplum in ipso Christo contuendũ est, qui Virgo ex Virgine nasci voluit, vt te sanctorum matrem gloriæ decus sibi consecraret, & æternæ beatitudini in perpetuum ascriberet.

[a] Vbi suprà.

VERBVM PATRIS.
Cant. 5. vers. 2.

Ego dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulsantis, &c.

Nuptiarum & ducendæ vxoris leges à Christo & Ecclesia perdiscit in Canticis.

DISCVRSVS CXVIII.

1. POSTQVAM ea complexi sumus, ô vir spectatissime, quæ tangunt ea, quæ ad institutionem, regenerationem, parentem, pietatis matrem, conceptum, ortum, pueriles annos, prima studia iuuentuti tuæ opportuniora esse videbantur, iam discursum istum spiritualibus tractandis nuptiis impendam; ad quas si serius quà par est vocatis, id rei difficultati assignes, non præpostero ordini verbi Dei, nam, vt ipse testatur spiritus, *Pars bona mulier bona, in parte bona timentium Deum dabit viro pro factis bonis*, quam vtique sortem & dæmon ab initio, vt nuptialem gloriam minuat, labe conspergere; & canino ore hæreticorum vel mordere, vel fastidiosè respuere, vel petulanter impugnare conatur. Tu verò Verbo Dei, & Spiritui sancto nuptiali pronubo & duci, sanctisque Doctoribus, grato adesto animo, & attento.

Eccli. 26. 3.

Spirituales & corporales nuptiæ laudantur.

2. Elegantis ingenij Græcis summopere laudatus Doctor Nissenus [a] obseruauit, quoties Deus mundum in meliorem statum & speciem voluit instaurare, rota vsus est figuli, in qua vastum & informe lutum naturæ humanæ termaximè ad speciem & egregiam formam elaborauerit. Obuiat huic Gregorio Gregorius alter [b] proprio Theologi nomine insignitus, & consensu pari sanctum MATRIMONIVM *Patrem sanctorum appellat (padre de los hyos de Dios)* quamobrem cùm Deus filios sibi adoptaret, opus fuit nuptias restaurare, & Parentem filiorum Dei matrimonium fundare, fundatum stabilire, stabilitum sacramenti fructu & gloria cohonestare. Modus autem, & noua ratio fuit quam cum Nisseno [c] egregius etiam Doctor neotericus [d] obseruauit, imponere videlicet hominem in Galilæa, hoc est, rota, ibique naturam humanam assumere, vocare Apostolos, in mundum Euangeliũ prædicare, imperans & obiurgans, *Viri Galilæi quid statis aspicientes in calũ, cùm debeatis mundum reuoluere?*

[a] Orat. 2. de resurrectione.

A matrimonio renouatio mundi incipit.

[b] Orat. ad Virg.

[c] Suprà.

[d] Cardinalis Toletus Luc. 10. *In ciuitatem Galilææ.*

Renouationis matrimonij patrandi Cana Galilea.

reuoluere: & hodierna denique die in Cana Galilææ, quæ *zelo rota* interpretatur, iteratam mundi renouationem incipere. *Multiplicem enim, & admirabilem reuolutionem, &, vt ita dicam, rotationem suo aduentu effecturus erat in mundo.* Triplicem hanc reuolutionem, & triplices nuptias, explicabimus, adscitis ad hoc Spiritus sancti verbis ex Canticis, quibus spirituales nuptiæ Christi & Ecclesiæ peraguntur, vnde tibi ducendæ vxoris forma petenda est, & amor spiritualis expetendus.

PARTITIO DISCVRSVS.

Ex canticis connubiales leges assumuntur.

3\. Imposuit docta Dei manus alto consilio & prouidentia, inquit Tertullianus [a], informe illud lutum in rota diuini verbi, & breui rotatione euasit imago Dei efficta, suo factori persimilis, hucusque tamen nondum factus est *Sanctorum Pater*, sed ecce misso sopore in Adam è latere suo Euam fabricauit, quam ipse destinauerat in vxorem, quo excitato ad rem tanti momenti, & quæ attentè & meditatè fieri debet, non casu, non in via sicut Thamar, non in aëra sicut Ruth, non in nocte, nec per epistolas, sed in meridiano lumine, dixit, placet tibi in vxorem? & ille exclamauit, *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea*; non ita placent mihi animantia priùs adducta, non congruunt mihi: nam & specie dissimilia, & insuper ratione & mente carent. Hæc mihi simillima est rationis particeps, consilij, sermonis, denique carnis & ossis mei portio.

a De resurrectione carnis.

Naz. supra.

Non temere nuptiæ ineundæ.

4\. Modò igitur dum tibi placuit, nec aliam similem reperisti, iam dum edormiisti consilium, age, celebremus has cum solemnitate nuptias, ego ero parochus, & quis erit testis? ego & Angeli, & quis sedium & locorum ordo? ego medium locum teneo, tu sinistram vir, sponsa dextram, vt iam discas cum honore vas istud fragile possidere, quæ ita ritè peracta fuisse, duo eiusdem spiritus loca testantur, à vero harum litterarum magistro Hieronymo interpretata. Et quis priùs locutus est? textus ait, Adam loquutum, *dixitque Adam.* Sed Verbum æternum, quod ibi aderat, Deum præloquutum affirmat. *Qui fecit ab initio hominem, dixit* *. Quomodo igitur hæc in concordiam veniunt? optimè quidem, si ceremonias, vt dixi, consideras. Cùm nuptiæ celebrantur, medius adest parochus, & acceptis vtriusque manibus ait, verba eadem mecum proferte, *dezid con'migo*: Ego Petrus accipio te Mariam in vxorem, itaque & ipsi loquuntur. Et parochus pariter loquitur, introduxit ergo Moyses Deum loquentem ex Adami sententia, & cum eo simul, vt suo dicto nuptias confirmet, nec fidem frangat, & sunt etiam verba Adami, quæ verba talem vim habent, vt cùm duo nepotes Adami post longa tempora ad iudicem Ecclesiasticum accurrerent, diuortia adinuicem postulantes, Propheta vehementer excanduit, & obiecit parochi maiestatem, præsentiam & testimonium, vt eos à diuortio absterreret, vt explicant Hieron. & Theodoretus. *Nonne vides, quia Dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ, quam tu despexisti, & hæc particeps tua; & vxor fœderis tui? acordaos por mas señas que dixistes, hoc nunc os ex ossibus meis, nunc, esta vez, sera mia y tan mia que seremos vna cosa*; & ita quidem mihi grata vt ego & posteri mei, qui parentes habebunt, *propter hoc dimittet homo patrem*, &c. Matth. 19. hoc est, *quamobrem*, vel *propter hanc*, Gen. 2. ne

Prima nuptiæ quo pacto celebratæ.

Quis prior locutus.

Gen. 2.

Matth. 5.

* Ex Eph. 5. quæ verba non sunt Pauli, sed Adæ, quia ab eo Deo suggerẽte & inspirante pronunciata sunt, vt eruditè D. Salmeron in Ephes. 5.

Diuortia haudquaquam ferenda.

Malach. 2. 14.

ab ea diuidi contingat, *relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ.* quæ de habitatione tantum intelligo cum D. Thoma [a], nam in necessitate extrema tenetur prius homo parentibus, quàm vxori subuenire.

a 2. 2. Quæst. 26. art. 11. ad 1.

5\. Hoc fuit primum sponsi verbum, nec insipiens (vt assolet) sed sapientia & prudentia plenum. Secundum fuit, *Hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est.* Verbum quidem mirabile, & mysterio plenum, ego nuncupor *homo*, vocatur ipsa *hembra*; vocor ego *vir*, vocetur ipsa *vira*, vel *virisa*; vocor Hebraicè *is*, ipsa dicatur *issa*: sed vt summa inter vtrumque sit pax Deus sit medius, adsit nostris nuptiis. Vnde non sine lepóre obseruauit Magister Hebræus, in voce אשה *issa*, contineri nomen contractum Dei יה *ia*, qui est auctor coniugij, & quamdiu hoc nomen in coniugio manet (& coniuges Deum timent, & mutuo sese amant) tamdiu nuptiis Deum adesse, & benedicere. Si verò inuicem oderint, & Dei obliuiscantur, tum illud nomen coniuges abiicere; itaque sublato *iod*, & *he*, ex quibus fit *issa*, tantùm remaneret אש אש *esch esch*, id est, *ignem & ignem*, scilicet ignem rixarum, & molestiæ in hac vita, in altera verò ignem æternum. Quod ita euenisse probat historia. Nam dæmon, qui sicut canis omnibus adest nuptiis, *perro de todas bodas*, celebritatem turbauit, & nondum consumpto pane illo dulcis gaudij confregit vasculum, cùm vix à rota eductus est, fregit priùs mulierem ictu graui, quo diuina contudit viscera & cor, *tactus dolore cordis intrinsecus, delebo*, inquit, *hominem quem formaueram, yo dare buelta a la rueda y deshare los gentes de barro.* Mulier excusauit crimen, alienam malitiam incusans, *serpens decepit me*, muliercula sum, improuida, simplex, & fraudis nescia; ideo, vt bene notat Chrysost. [b] hortatur D. Petrus maritos 1. Can. 3. *Viri similiter cohabitantes secundùm scientiam, & quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem: acordaos que teneys vidros en casa y que comenzo ella a flaquear.* Æternus Pater accensus ira, sicut pater in filium, vas proiicit, ita tamen vt possit demittere sumit caput, & ictum infligit parieti; sic Deus maledixit serpenti vt corrigat filium, *Ipsa conteret caput tuum*, & maledictionem quam videbatur imprecari homini, in terram proiecit, *Maledicta terra in opere tuo.* Itaque matrimonium Patrem sanctorum reiecit, impleuit ærumnis, pudore, dolore & affectu immoderato, & abstulit spiritum, quò quasi sale conseruabatur, & muniebatur caro, dicens, *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est, no fiare yo mas mi spiritu de carne tan flaca.* Cœpit matrimonium labe conspergi, & posteri Seth sancti, religiosi, Deique obsequentes filias Caim adamauerunt, filias nempe hominum, allecti solùm amore pulcritudinis, *quòd essent pulcræ*, monstra ex hac coniunctione nascuntur gigantes superbi, quorum causa deletur orbis aqua. Nec veniente lege scripta solidior facta est massa, nec firmiora vascula, quin potiùs ab vno thalamo septem viros confractos in luxuriæ ardore, ad ignem sempiternum aduoluit.

Sit medius Deus inter coniugates. Abraam Benesra.

Gen. 2. 8.

6\.

b Hom. 18. in Gen. 1.

Audiant viri, & imitentur mosi Abraam lenitatem & sanctum honorem ac reuerentiam mulieribus tribuant vt & imbecilli vascula portent, & concordia vinculum crescat.

Nil melius se habuit matrimonio in lege scripta.

7\. Secundò tamẽ mundum renouare in Galilæa, & alias nuptias, meditatur spiritus, quibus carnem refingat, hominem redimat, & veram matrem filiorum Dei Mariam & Ecclesiam consti

Secunda renouatio mundi & matrimonij incarnatione.

constituat. Maiestatem & splendorẽ harum nuptiarum scandalum dixerunt Iudæi, & gentes stultitiam: ad illas autem inuitata est per Angelum Maria sanctissima, & ab illa vocatus est & IESVS. Deinde discipuli adfuerunt, cecinit epithalamium rex Dauid *Psalm.* 44. sponsi præcipuè dotes; Ioannes verò sponsi amicus *Apoc.* 12. sponsæ pulcritudinem mirabiliter extulit, cui celebritati adfuisse videtur & Salomon, qui nihil aliud in toto illo mirabili cantico describit, nisi cæleste connubium Christi, & Ecclesiæ, vt in ipsis speculum proponeret, formámque nuptiarum, vt Paulus dixit, *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia*, indéque tanquam ab exemplari matrimonij leges ambo coniuges petere debent, vt apertè idem Paulus docet, *Viri diligite vxores, sicut Christus dilexit Ecclesiam.* Igitur contemplare ex vna parte incarnationis nuptias, & scenas illas ac repræsentationes, quas mysteria vocamus, & ex alia scenas, quas Salomon describit in Canticis, & apprimè respondere sibi videbis, & nuptiarum leges à Christo & Ecclesia descriptas accipe, & tam nuptiis animæ, quàm corporis accommoda.

Ephes. 5.

Ephes. 2.

SVMMA DISCVRSVS.

8. Exordia nuptiarum. Cant. 5.

Ego dormio, & cor meum vigilat. Principio in nuptiis sponsus vocare sponsam ad nuptias multo mane properabat, congregatis illis, qui honoris gratia comitabantur nuptias; vir enim debet esse qui fœminam circundet, nam prodigij instar esset si fœmina vnquam viri coniugium ambiret; in hunc finem explicant aliqui id Ierem. 31. *Quia creauit Dominus nouum super terram, fœmina circumdabit virum.* Ideo Virgo sanctissima & Ecclesia rem artificiosè & fideliter narrant, *Ego dormio, & cor meum vigilat, yo que me duermo, y aunque a penas dormia del todo sino medio velando; vox dilecti mei pulsantis aperi mihi*, &c. *y elo aqui llama mi Dios*, cœpitque amatorium bellum, venit ad arma, milléque industrias molitus est, & alliciens dixit, *Veni, aperi mihi*, nam & te per multa sæcula expectaui, & humanas ærumnas, cæli terræque iniurias expertus sum, vel experiri tui causa non renui: adest iam primum ver gratiæ, redoléntque campi flores, meum aduentum expectantes. Quòd si hæc nihil præstant, conabor reserare fores, & quia consensum expecto, malo te beneficiis allicere & donis. Et ita, de more amantium sponsæ fores ornauit coronis, & vnguento perfudit pessulum, ex quo sponsæ digitis cùm aperiret aliquid vnguenti illapsum est. Quorsum hæc diuinæ sponsæ? vt nempe cùm ad se redeat, & ad meliorem mentem crescat amor, consideratis & quæ gessit & quæ pertulit sponsus. Vnde sequitur, *Venter meus intremuit ad tactum eius, a lau, super ipsum*, & ita vertunt Septuaginta, *doluerunt viscera mea, diome vn buelco el coraçon*, eo quòd sponsum sic amantem molitur, & noctis incommoda subeuntem inurbanè repulerim, *Anima mea liquefacta est, yo no estaua en mi, sin seso y sin alma estaba yo quando no le abri.* Vt primùm discant virgines non statim cuicunque amanti & roganti, nec qualicumque industriæ & diligentiæ iuuenum annuere, *no se rinda luego a qualquier festexo*; neque hoc inurbanitati, sed honestati tribuendum, ideo admonebat Pythagoras, *Ne temere cuiquam des manum.* Et antiqui manum oculatam depingebant, & in ea ramum pulegij, vulgo *poleo*, temperantiæ symboli, quia præseruat caput contra ebrietatem: igitur sit oculus & mens rectúmque iudicium in manu coniugis, & non intemperanter ad nuptias, nec amorẽ ebrius properet. Melius autẽ Ambrosius [a] notauit. Cùm Rebbeca ducenda erat ad Isaacum, rogat Pater, *Vis ire cum homine isto, consulit de itinere, non de matrimonio Rebecca, non de sponsalibus, sed de die profectionis, quoniam non est virginalis pudoris eligere maritum, mulier expetita magis videri debet, quàm ipsa virum expetisse*: errant igitur isti ob intemperantiam & prauum affectum, sicut Samson qui cæcis oculis, hoc est, temere & inuitis parentibus manum Philisteæ dedit, rogetur fœmina, hæc erit in amore firmior, & non aliis facilem formidauit, qui sibi constantem semel inuenit. *No se mueua por la golosina ni la codicia de los doncillos, por la musica o soneto de algun poeta farnoso o algun romancillo sucio cantado al son de vna guitarra ronca, entrabierta la puerta dan la mano a vn iouen verde que en la otra tiene el b. oquel y el ceso aun no ha venido al casco.*

Nõ facilè annuat etiam sponsa viro futuro.

Ant. Brixian. tom. 1.

a Lib. de Abraam. 1.

9. Secundò deliberatum iam habens matrimonio iungi, rectam intentionem erga Deum habere curabit, hoc enim ait Augustinus [b], est *Christum ad nuptias euocare, nam matrimonium ex eo appellatũ est, quòd non ob aliud debet fœmina nubere, quam vt mater fiat.* Non amore concupiscentiæ flagrans feratur in sponsum, sed Christum in sponso amet, & præclara eius dona æstimet, loquatur speculum. Antequam sponsa inueniat Christum, rationem reddit cur ita anxiè & sedulò quærat illum. *Introduxit me Rex in cellam vinariam*, speciem sui mihi dedit Rex meus, talem támque suauem, vt iã viuere illo absente nequeã, *memores vberum tuorum super vinum*, nec aberrat meus amor, *nam recti diligunt te*, hoc est, recti id sibi proposuerunt vt te vnum Deum intueantur, ad te totis ferantur viribus animi, nam recti non sunt si ad alium detorqueant affectum. *los sabios y acertados a vos os aman descaminado va el que otro amare*, & ego te diligo, *quia rectitudines diligunt te*, id est, omnes rectitudines insunt tibi, nihil est pulcrum & optabile quod in te non admiremur. Hebraicè verò *in rectitudinibus diligunt te*, hoc est, puellæ te amant amore syncero, & tu Domine cur illam diligis? quia pulcram? minimè, ait *enim nigra sum, sed formosa*, nec faciem colit, ideo ait, *vineam meam non custodiui, no he cuidado de lo que es tan proprio de desposadas*; diligis quia nobilis est? minimè verò, imò à seruitute ad thalamũ duxi; quare ergo? non alia de causa, inquit, nisi quia amo vt redimam, vt saluem, *tradidit semetipsum pro ea.* Ita maritus intentionem non in externam speciem & decorem dirigat, sed in amorem, amore enim etiam acerba & amara quæque dulcescunt, aspera quęque & onus graue coniugij facillimè tolerabit; ita vt licèt intereat filius, temperet à luctu vxoris memoria & amore. 10.
vos no estays aqui señora pues eso me basta. Chrys.[c] *Licet enim omnia proiicias, nihil molestius continget quàm non habere domi beneuolam vxorem.* Sicut qui in eadem crumena & communem pecuniam & numum aureum ferebat: nam si furto surripuit latro vulgarem monetam, non sentit dummodo ibi manserit numus aureus. Sicut de Isaac legimus, *Introduxit Rebeccam in cubiculum matris suæ, & accepit eam vxorem, & in tantum dilexit illam, vt dolorem qui ex morte matris acciderat temperaret.* Iacob item captus suæ Rachelis

b Lib. 19. contra Faustum.

Finis nuptiarum proles.

Recta intentio inter cõiuges.

c Hom. 26. in 1. Epist ad Corinth. hom. 4.

Simile.

Gen. 24.

omnes ſuperaſti, qui carnem induerunt, *mejor metal es el de tu naturaleza que el de todos los que fueron hombres, in deliciis Paradiſi Dei fuiſti, cubriote Dios y adornote con gracia gala del Parayſo no con gloria. Omnis lapis pretioſus operimentum tuum, que gracias que pedreria hubo en las indias del Cielo que enti no reſplandecieſſe? tu Cherubim extentus & protegens: tan alto tan deſcollado que volabas ſobre todas las criaturas como guia y protector de ellas.* Sedes tua in cælo, ſtipatores Angeli amici igniti illi Cherubim & Seraphim, *perfectus in viis tuis: quien dira que aqui ay mal?* Abſit, inquit Bernardus [a], *Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo, mentita eſt iniquitas ſibi.* Ruptis enim alligaturis ait, *Donec inuenta eſt in te iniquitas, elo el peccado, peccaſti & ejeci te de monte ſanto Dei.* Ecce præcipiti lapſu ad inferos deſcendit. O Deus æquiſſime, conuertat oculos ſuos luteus homo, vt ſemel quid peccatum ſit nouerit, cuius cauſa horribili & funeſtiſſimo caſu ille qui mane oriebatur in tenebras conuerſus æternæ obſcuritati addictus ruit in infernum, ita vt communi lege nequeat eius inſtauratio ſperari: vas namque recens ſi frangitur mox reparatur à figulo, qui referet illud in rotam, ſemel autē coctum in camino ignis cōmuni modo irreparabile eſt. Dum luteus homo mortalis & fragilis ſupra rotam vitæ & libertatis impoſitus frangitur, labitur & delinquit, facilè reſtaurat eum author noſter; non verò ſic æternum, immortalem, durum, obſtinatum & inflexibilem luciferum: *da cayda ſin remedio de potencia ordinaria el Angel.*

3. a Ser. 17. in Cant.

Lapſus ſeruorum Dei.

Liquet hinc peccatum quàm grande malum ſit, & eo quidem grauius, quo ſanctior, religioſior & ſpiritualior eſt qui delinquit, in his enim & altius vulnus eſt, & lapſus calamitoſior: nam etiamſi mortale crimen communiter nuncupetur, quia occidit animam, in his autem viris mortiferum dicitur, quia quaſi dæmonum peccatum eſt, & quod difficile curetur. Inuiſit medicus aulicum equitem delitiis aſſuetum, præſcribit gallinæ eſum, iam, inquiunt, in quotidiano eſu manducabat, & grauiùs ægrotat, præcordia vnguento iſto odoratiſſimo vngantur, potione iſta hyacinthorum & margaritarum vtatur. Iam hæc ab initio febris adhibita ſunt, & morbus vehementer augetur. Age, deferatur medicamentum ex regiò pharmacopolio, acrius & maioris actiuitatis; hoc iam ſæpius allatum & datum ægroto eſt, & peius ſe habet. Valeat igitur, inquit, feretrum & foſſam præparate, deſperata eius ſalus. Dum ægrotanti ſeculari & prophano volumus ſubuenire, communia quædam præſcribimus, vt bonis adhæreat, deuotos libros legat; fateatur crimina, ſacras epulas frequentet. Sed ſi vir religioſus eſt, ſi monialis, ſi ſacerdos, qui his omnibus remediis vtentes peius valent, & morbum ex ipſis pharmacis contraxerunt? valeant iſti, ſpirituales enim medici pertenuem aiunt eſſe ſpem ſalutis iſtorum, ſicut & luciferi. *Ecce.*

4.

Simile.

5. *Adami lapſus.* b Serm. 35.

In ſecundo lectulo lapſu etiam miſerando iacet parens noſter Adam, quem lacrymis & planctu triſtiſſimo Bernardus [b] proſequitur. *Exitus aquarum deduxerant oculi mei ſuper huiuſmodi animam, quæ cùm nutriretur in croceis, demum amplexatur ſtercora.* Si vis verè & amarè plangere, egredere & abi. *Heu quòd egregia creatura iam olim facta de grege, & nunc in peius miſerabiliter producens non ſaltem inter greges remanere permittitur, ſed poſt abire iubetur: ya le tratan como a beſtia al Rey mi Padre.* Quæ tam funeſti caſus fuit cauſa? ea nempe, quia clauum præſumptionis nimis altum fixit; & inſtar ruſtici, cui tabula eximij pictoris traditur in altari collocanda, oſcitanter ille deferens frangit, conſpurcat, conterit, *raſga y mancha la imagen el Zafio y mientras no ſe quiebra el marco pienſa que no ay mal ninguno.* Accepit à Deo imaginem ſui homo, fixit clauum vt appenderet illam, clauus autem non mendax ſolùm, ſed apertum mendacium erat, *eritis ſicut dij*; ruit imago gratiæ, colores delentur, ſola ſupereſt natura & moles corporis, quam etiam mox in ſepulcrum deuoluit iratus Deus. Tunc, inquit Bernardus, inuicem inuitant ſe diuinæ perſonæ & ironicè, vt putat Rupertus [a], colloquuntur. *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum, No veis? ya ſomos quatro los de la Trinidad, veis a Adam el del çamarro que queria ſer como Dios; el bracero cabador con el Dios glorioſo? el mortal con el immortal?* ſudet, ploret, doleat, dormiat, manducet, laboret, eſuriat, & puſtulæ ſignaque culpæ in faciem eius prodeant, cognoſcat ſe mortalem. Bernardus [b], *Dicant iumenta, ſi loqui fas eſſet, ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis.* Lapſum iſtum comparat Chryſoſtomus mulo regio, qui pretioſis vaſculis vitreis & figulinis vnguentis pretioſiſſimis refertis onuſtus, ruit in cœnoſum & profundum locum, vbi confringuntur omnia, miſcentur vnguenta, pereunt vniuerſa, & mulus ipſe ſic luto infixus hæret vt vocibus, fuſtibus, aculeis vix extrahi poſſit. Conſidera hominem rationis participem quaſi equum gloriæ Dei, vide pretioſa ſenſuum organa, vaſa mirabilia, viſum, olfactum, guſtum, gratias, donaque cæleſtia ſcientiarum, virtutum, ac meritorum; ruit miſerando peccati caſu, pereunt ferè omnia, & ipſe nec malum ſentit, nec amiſſa deplorat, plorent illum qui iacturam peccati ſciunt. *Aſinus eſt blaſphemus animi pondus, non ferens cecidit, accede, excita per verba, & per facta varia ſit medicina.* Ne erubeſcas ô Parens hominum, quia te beſtiis compono, tu teipſum comparaſti quando peccaſti. *Non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Ecce quomodo de grege facta eſt egregia creatura,* vt ad *ecce* iſtud attendant principes & nobiles, quantum ſit malum peccati, vt hoc vnum ſanguinem eorum turpet, dehoneſtet, perſonas maculet, famam, diuitias damnet, & quaſi pretioſum vnguentum muſcæ iſtæ morientes fœdent, & ſuauitatem perdant, *vna neudad de vn noble o perſona grande mancha pudre y corrompe toda la ſangre y antepaſſada nobleza. Ecce.*

Superbia initium ruina & lapſus. *Simile.*

a In Geneſi. Vide P. Pereyra.

6. b Vbi ſuprà.

Simile.

Chryſoſt. hom. 1. ad populum, in fine.

In crucis etiam lecto iacet, quis? ô peccatum, Chriſtus Dei filius noſtra purgans & ſoluens crimina, caſus iſte tam funeſtus támquo acerbus fuit, vt ab ipſo altari diuinitatis gloria & maieſtate coronatus in tantam ruit calamitatem, vt alta voce clamauerit Pilatus, *Ecco homo, hombre ſi quereis llorar veis aquella imagen de vueſtra culpa.* Ecce qui alligat vulnera veſtra, videte qualem reddiderint peccata; *o mi Dios grande es mi mal pues en vos arroja tales pintas y ſeñales a fuera.* Age rumpamus vittas, & vulnera aperiamus, ſitne peccatum in homine iſto. Pilatus ingenuè fatetur,

7. *Lapſus peccatoris in Chriſto redemptore ſatis apparet.*

Nullam

nullam in eo inuenisse causam, explorent claui & lancea sitne peccatum, minimè est, neque esse potest. Hæ tantummodo litteræ extant, Psal.21.1. *Longè à salute mea verba delictorum meorum, no me sale de alla dentro este mal pegado es.* O maxima ponderationum, *Grauitas morbi peccati manifestatur.* tu sola quid sit peccatum ostendis, si pestis quæ vix adhæsit exitium affert, quid aget in illo qui à multis annis hac ægritudine laborat, *Simile.* si ex hoc solum quòd regina supplicem libellum à leproso acciperet horribili hoc malo obduceretur facies, totaque caro; & opus esset ne præ tristitia & mœrore interiret, hortos & amœnissima viridaria ostendere, & his non proficientibus interiret, quantum esset malum in leproso ipso? descendit de monte gloriæ suæ, inquit Paulus, benignitas & humanitas Saluatoris nostri. Accessit leprosus homo, supplicem libellum offert, *si vis, potes me mundare.* Iesus noster cùm posset
8. nos non attingere, *tetigit eum.* Vix nostram carnem tetigit cùm lepra nostra circunfunditur, tali mœrori cor eius afficitur vt à primo illo instanti ne periret opus fuerit animam eius æterna beatitudine & Dei beatifica visione frui, ne ab vtero virgineo ad tumulum subitò transferretur, & licèt non statim moriatur, vt peccator est reputatus, & inter peccatores annumeratus; *Tu verò repulisti eum ab emundatione, asi le manchastes por de fuera que no parecia se bania de purgar jamas ni dar descargos.* Præstat *Lapsus reipublicæ aut regni.* hoc peccatum, cùm commune est, vel totius populi, vel totius familiæ; hæresis vnius prouinciæ publicus concubinatus in vrbe vel inuidia & auaritia in Hierusalem, hæc enim peccata Christo iniuriosissima sunt. *Ecce*, inquit Euangelista, attendite qua ratione ruunt *Casus Ierosolymæ.* Thren.1.8. hoc peccato Ierosolyma. *Peccatum peccauit Hierusalem; propterea instabilis facta est, pecco y quedo sin asiento y fundamento y assi no le sirue a Dios de nada hechola a vn rincon. Delebo* (inquit) *Hierusalem sicut deleri solent tabulæ.* Vaticana, *Delebo sicut deleri solet alabastrum, era como vna porcelana de alabastro llenose de abominaciones, asi que peccados teneis no os he menester poned boca abaxo essa porcelana que no he menester las ciudades el dia que tuuieren peccado.* Ecce qua ratione propter peccata potestas transfertur à regno in regnum, & de suis sedibus exturbantur vrbes. *Ecce*, factum iam puta discursum.

9. *Miserabilior lapsus nobilis matronæ aut Virginis.* Quarto enim loco, vtpote miserabiliorem lapsum primariæ alicuius fœminæ, refert Euangelista, *Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.* Quem casum vt exprimeret Spiritus sanctus, semel & iterum tragœdiam repræsentauit, alteram per Ezechielem, per Ioannem Euangelistam alteram. Vultis videre fœminam quæ à lectissima transiit in meretricem, à præstantissima in vilissimam, à pudica in impudicissimam. Videte Ierosolymam de qua vaticinatur gran- Cap.22. S.P.Prado. dem ruinam Ezechiel. *Triumphabunt de te sordida nobilis, grandis interitu*, Hebraicè *sordida nobilis, polluta nomine aut fama, grandis contritione*, Septuaginta, *immunda nominata*, & multa in iniquitatibus, quanto sublimior eras, tanto fortiùs rues. Sordida nobilis insigniter impura, insignis & famosa eris interitu. Alter verò Propheta Ioannes, interitu & lapsu Romæ Magdalenæ casum describit, vt vult S. Petrus Apoc.17.3. Chrysologus. Vidit enim *bestiam* rufi coloris, *plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem, & mulier erat circundata purpura, & coccino, & inaurato auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius, & in fronte eius nomen scriptum: Mysterium, Babylon magna, mater fornicationis.* *Bestia insidens Babyloni Magdalenam denotat.* Siste mulier, contine gressum, licèt enim nobilis appareas & regina, hodie diuinum Verbum te reuereri iubeo. Quare quasi pudica & nobilis induta procedis? vittæ vtique sunt istæ, & fasciæ, quibus tuam iniquitatem tegis, age rumpantur, pateflat iniquitas. *Mysterium, no descubrais que es secreto.* Quid ais sordida nobilis? secretum? quod secretum vbi peccatum publicum est cunctæ ciuitati? & tuæ turpitudinis inscriptionem in tua meretricia fronte videmus. Quod est nomen eius? *Magna mater fornicationum, la madre de las peccadoras que con serlo ella daba atreuimiento a todas las de la cuidat.* Sicut in lupanari pater vulgari nomine appellari consueuit is qui infames meretriculas eo confluentes excipit, & varias in cellas distribuit.

Et mulier erat. Primò dicitur mulier, & sta- 10.
tim adiungitur, *in ciuitate peccatrix*; quis hæc duo coniunxit, mulier & peccatrix? peccatum enim omnia destruit à fundamentis. 2. Reg. 1. *Cùm dormieris Dominus meus Rex, erimus ego & filius meus Salomon peccatores, declarese vuestra Magestad en señalar heredero que sino en çerrando los ojos seremos Salomon y yo peccadores destruidos hechados al hospital.* *Peccatum desolatio est.* Quis ergo hæc duo copulauit, *mulier & peccatrix*? quod maximè locum habet in fœminis, quæ nullas vires corporis habent, quibus ad egregia facinora nitantur, nec scientias & artes liberales ediscunt, nec œconomiæ domus, solæ illæ sufficiunt, nedum reipublicæ gubernandæ talenta earum maiora sunt placere viro, domum regere, filios edere & nutrire, qua de causa *malum necessarium* nuncupauit ille. Quare si corporis pudicitia desit, inutilis & Deo abominabilis fit, Ecclesiastici 9. *Omnis mulier quæ est fornicaria quasi stercus in via conculcabitur*, & addit, *sedentem super bestiam coccineam.* Turpes enim, vel bestiæ sunt, vel proximè accedunt ad belluas. Ita Chrysologus de filio prodigo, *Ex seipso migrauit in bestiam, a pocas jornadas se hazen bestias importariales irse poco a poco por no llegar tan presto a la posada si el termino es ser cauallo o jumento.* Nam & belluinos induunt mores, & appetitiones non solùm brutescunt, sed intellectus & voluntas hebescunt, & obscurantur. Refert Lactantius, cùm Romani vellent gratiam expendere nutrici Romuli &
Remi, eam inter diuos numerando, cùm om- 11.
nino profanam inuenissent, & quam in fanis sacra non æquum esset referre, lupam fecerunt, & sub specie lupæ colere non renuerunt, qui prophanam omnino reiecerant. *Lapsus nobilis & conuersio in bestiam.* Idem igitur quod isti, turpem honorare & colere cupierunt. Idem tu vitiis præstas, transis enim à muliere in bestiam, & vis sic adorari & coli. *Sordida nobilis, suzia y adorada*? Contraria sunt ista; insuper etiam addit, *grandis interitu*; quomodo potest esse grandis interitus bestiæ cuius non remanet anima quæ in æterna tormenta deputetur? Bene dixisti; sunt grandes in interitu, quia belluino more intereunt, viuunt enim sicut gentes quæ futuram nec credunt, nec sperant

ſperant vitam; quare illis intereuntibus nihil aliud remanet in campo, quam oſſa Iezabelis corroſa à canibus, fœtor & horror & omnibus pauor. *Eſtne hæc illa Iezabel.* Secundò tamen *grandis* dicitur *in interitu*, vt contraria & appoſita peccatorem in ſe claudere intelligas, *noble y ſuzia grande en la cayda poderoſa en la muerte muerta y eſclaua.* Quid hæc? diſſentiunt inter ſe iſta, ſeruus & interitus. Seruus enim à ſeruando dictus, à morte enim ſeruabantur in bello, attamen impudicus oppoſitis rebus eſt

Monſtrum ex contrariis cōpactum peccator.

compoſitus, & à ſcipſo diſſentit. Péccato enim mortuus eſt, viuus in effrænatis appetitionibus, mortuus fœtore, cæcitate, ſurditate, tepore, viuus ad noxia & turpia perpetranda, anima iacet, corpus obambulat, anima fœtet, corpus ſplendet, anima defuncta & corpus velnti feretrum gerit illam. Cyprianus [a], *Et ipſa ambulans funus tuum portare cœpiſti, & non acriter plangis,*

a De lapſis ſerm. 5.

12. *non ingiter ingemiſcis, monſtruo nunca viſto alma muerta en el ataud del cuerpo que anda y ſe va por ſu pie a la ſepultura y ſe rie y canta y no ſe llora a ſi miſma.* Bellua quidem eſt immanis. *Super beſtiam ſedere* dicitur, riualis enim qui colit illam inſtar beſtiæ; onera importabilia meretricis, ideo ſubdit, *habentem capita ſeptem, & cornua decem: ſiruenla muchos y todos deshonrrados porque a todos miente y a todos engaña * y conuierte en beſtias necias.* Et ſuper his ſedet illa ſecura quaſi Regina quæ ſtipatores habet, & qui cibum, munera, delicias, ornatum illi copioſè largiuntur. Mulier ignoráſne mortem tibi & beſtiæ cui inſides, impendere? Quid præſtat iter agentem inoffenſo pede ab equo ferri, ſi appetente nocte ſub finem itineris vel præcipitem agat illum, vel in cœnoſam foueam detrudat? ſi hæc præſciret ante profectionem, commiſiſſet ſe viæ? quid intereſt ferri delitiosè & lautè carnem tuam per viam tibi gratam ab inſipiente iuuene obſequio & cultu quaſi diuino veneratam, ſi tandem ſenectutis nocte imminente excipiant te rugæ, putidi dentes, turpis halitus, pallore & macie confectum corpus, & beſtia qua veheris, ſicut mulus Abſalonis ſuſpenſam tuis capillis relinquet, *& mulus cui inſederas pertranſiuit, dexarate la beſtia al llegar a la poſada y el falſo y el traydor hara eſcarnio de ti ſuzia y enlodada infamada vieja, inutil, enredada en peccados y ſin Dios?* Nunc dum per tempus licet, te admonitam volo, reſpice beſtiæ colorem, qui index ſolet eſſe naturæ equorum, & conditionem ſubindicat brutorum, rubeus color eſt, illud innuens, te oſtentui dandam fore ab ipſa, & extremæ confuſioni, *que te ha de ſacar a la verguença y ponerte colorada quando por ſer publico no tenga remedio tu peccado.* Sed ais,

* *Pienſa cada vno de los amantes que es ſolo y que la guarda ſu decoro y en gañaſe que andan ſiete en la danza y no ſe veen con vnos a los otros.*

Simile.

Dehortatio à turpitudine.

13. Impoſſibile eſt prodire mea crimina in conſpectum aliorum, nec de gradu honoris & dignitate mea poſſe dimoueri, nónne vides purpura, monilia, gemmas & aureum poculum, quo amorem, vinum & iuuenilia oblectamenta propino? *Sedeo Regina, & vidua non ſum, & luctum non videbo.* O ſtultam & imperitam fœminam, interim dum hæc iactas, de tuo grandi interitu agitur. *Eſtaſe abriendo el infierno y traben vna rueda de molino y derriban la beſtia y tu eſtas tan deſcuydada?* Audi præconium. *Quantum glorificauit ſe, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum*; & quis ſententiam dixit? *fortis Deus qui iudicauit illam.* Date ô miniſtri locum; ſiſtite. Videte quia Angelus eſt forma & decore: apage ſis fallax pulcritudo, Lucifer maiori decore prælucebat. Reueremini ſaltem Reginam. Eua item Regina erat, Princeps etiam Adam, & in pœnarum ærumnam lapſi ſunt. Æſtimate ſaltem pretioſa indumenta, lapillos, margaritas. O inſana & crudelis, nónne iſte tuus immoderatus cultus & exceſſus Chriſtum ſic nudum & deſpectum in domo Pilati conſtituit, ſuſtinete ſaltem, reſtat aureum poculum pretioſum: viget ad-

Error inſanus peccatorū maximè turpium fœminarum.

Apoc. 18. 7.

huc vinum, guſtus, delectatio, iuuentus, *moza es y rica aun eſta para plazeres.* O audaciſſima & plena ſcelere, Ieroſolyma nónne vas erat alabaſtri? & ex quo inuenta eſt iniquitas in ea repulit, Deus exturbauit, deleuit? age ruat 14.

in infernum, *Ve va ciuitas, ay ay de la peccadora llorenla que ella no ſabe llorarſe.* Vides Magdalena? huc peruenies, hic tuus interitus & finis delitiarum, vide rudis beſtiola contra te eſt, Angelus magni conſilij qui diſtricto enſe obſtat greſſum ne vltrà peccando progrediaris, reuerere Chriſtum, time enſem diuini Verbi, *reuertere, reuertere Sunamitis, bueluete a mi alma ſabe bien trocar tus amores ſuzios por los limpios y deleytables, torpes por los caſtos, temporales por los eternos.* Si regreſſum putas difficilem, dicito mecum, *Amodo voca me, Pater meus tu es, dux virginitatis meæ, llama me Padre yo te ſacare del cieno en que eſſa beſtia te ha metido amame como a eſpoſo yo te amare con amor nueuo.* Ibid. 10.

Quia beſtia erat Magdalena quam ignis ſolet arcere & frenare. Ideo Chriſtus Dominus radios lucis in eius oculos iaculabat, & ignita verba effundebat, hiſque & mentem deſuper illuſtrabat, & ſenſim ligamenta & impedimenta cremabat. Sicut cùm *Iudicum* 15. comprehenſum Samſonem ducebant Philiſtæi fortiſſimè religatum, vbi venit ad locum maxillæ, *irruit ſpiritus Domini ſuper eum*, & ſicut ignis ſicca ſarmenta comburit, & frangit, ſic ille funes fortiſſimos manuum diſſecuit. Peruenit Magdalena ad locum maxillæ, ad mortis memoriam, ad oſſa pallida, ad vermes, ad putorem, ibi ſpiritus cor exagitare cœpit, vrere impedimenta, excuſationes, timores frangere; & quid de iſtis tuis capillis? perge, inquit, mox enim demetet mors, ſenectus in canos rediget, & quid de his promiſſis epiſtolis & pignoribus, mitte iſta, ſtipulæ enim ſunt ex hominum infirmitate elapſæ, mendaces ſicut ipſi atque fallaces, nunc ſequeſtranda eſt tanta pulcritudo, tanta ſupellex abdicanda, quid multum agam, volo mortis præuenire falcem, maciem ieiunij macie commutare, & tu mulier ſola tantum adibis opus, & facinus aggredieris? ignoras prorſus, ſola non ſum, adeſt iam Deus mihi, quis enim vrget animum, quis excitat mentem, quis immittit ſpiritus. O mala peccata! ô iniuriatus Deus, vbi eram, vbi ſum? quid tandem ero? ſauciatur mulieris cor, & inter has premitur anguſtias, contremiſcunt oſſa, rigent capilli, frigent inter aureos annulos manus & digiti, albeſcit, hæret & cor per oculos exprimitur, & in lacrymas ſe totam effundit. Et ſicut Samſon maxillam beſtiæ ſanie & pædore plenam arripuit, qua mille interemit Philiſtæos; ſic Maria mortis memoria delectationum lenocinia fugabat, ſuperbiam & faſtum demittebat, veſtes exuit pretioſas, commu

15. *Ignis inferni meditatum arcet à libidine.*

Conuerſio Magdalenæ.

communem & honestam induit, & quidquid prophanos mores redolebat, mirabili fortitudine calcat, conterit & prosternit, arreptóque pretiosi vnguenti liquidi vase, eò se confert, vnde trahi & euocari persentit.

16. *Oblectat Christum peccatoris conuersio.* Venit Christus inuitatus in domum Simonis, recumbit cum reliquis: & dum omnes epulis intendunt, amor animarum Christus fastidit, eas meliori ferculo saturandus. *Ego* (aiebat) *alium cibum habeo quem vos nescitis, otro plato espero yo de mas gusto vna perdiz a Zorada que vēdra agora huyendo desalada rendida a la verdad y palabra de Dios.* Et ecce, vt cognouit mulier, hoc est, vix percepit culpæ fœditatem, cùm eodem & maiori impetu ad fontem salutis accurrit, quàm antea in via iniquitatis ambulauerat. Quis enim semel cognito peccato diutius in illo potest immorari? De camelo refertur antequam bibat, aquas interturbare, nam si simul sui speciem turpem & fœdissimam inter bibendum videret, ægrè posset aquis exsaturari, vel terreretur sui imagine. Idem nobis eueniret si vnius peccati fœditatem semel spectaremus. Ideo Dauid, *Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me, mas y mas señor me limpiad*; quorsum ista repetita lauatio? *quoniam iniquitatem meam ego cognosco, porque no ay agua que baste para tal mancha,* & peccatum contra faciem meam obuersatur, ita vt factus sim mihimetipsi grauis, & quæram subleuatorem; sicut Magdalena, *quæ vt cognouit*, statim ac ad se conuertit oculos non quiescit, donec lauacrum suæ turpitudinis quærat.

Plinius de Camelo. *Peccati fœditas.*

17. *Vis amoris animæ omnia superat difficilia.* Et intrat in alienam domum amor præceps Magdalenæ, persiste mulier, nam & domus externis inuitatis scatet, & nobiliorum conuiuantium oblectamenta irrumpes, nec enim conuiuio lacrymæ congruunt, nec peruulganda peccata, nec conuersio publica debet esse. Falleris, inquit illa, ego tenebras peccati feci, prodeant in lucem, nouerit mundus turpitudinem meam, *tenebræ non obscurabuntur à te*, illa enim anima, inquit Augustinus, obscurat tenebras, quæ crimina tegit, & taciturnitate eorum auget grauitatem. Discite peccatrices non excusare, non operire, non vti ambagibus, nec saliuam deglutire, confitendo palam fiant peccata, dicendo quæ non erubuistis perpetrando. Intrabo (inquit Magdalena) sed *stans retro*, quia solius Christi pudore deterrebatur, nos verò imbecilliores homines formidamus; noluit etiam prudens diuinitatem contemplari à se grauiter offensam, sed ad humanitatem quasi ad immuné locum confugit. Sicut Dauid cùm sensit ob peccata sua puniri filij perduellione & bello, noluit apud se habere arcam, sed monet Sadoch sacerdotem, *reporta arcam Dei in vrbem*; rationem reddit Theodoretus, sanctam Dei legem conculcaui, nolo accusatorem mecum deferre. In arca enim condita erat lex quæ & homicidium & adulterium prohibebat, quæ aduersùs illum accusatoris munus agebat. *Stans* igitur *retro* ingentis proceritatis mulier vt melius munus obiret lauandi pedes Christi in lecto eminentiori recumbentis, passis capillis, lacrymis profusis, abluere & extergere cœpit. *Cœpit rigare pedes eius.* Qua ratione, inquis, fit vt terra pluat in cælum, quis potest à petulantibus oculis lacrymas eli-

Palàm confitēdo peccata.

2. Reg. 5.

P. Prado in Ezechielem cap. 23.

Mirabilis pluuia lacrymarum.

Fr. Garciæ Euang. Conc. Tom. 1.

cere? O noua doctrina! ó noua lux, noua per Christum inuenta disciplina. *Timorem & metum & probationem inducet, no sia de qualquiera liquor tan precioso como las lagrimas, & cruciabit illum in tribulatione doctrina sua, darale tormento basta que confiesse, donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius.* Sua disciplina excruciat, donec fides animi eius constiterit, & eum per iura sua reddiderit probatum? Quæ est ista doctrina, qui cruciatus? Respondet Augustinus, *Tu autem retorquebas me ad meipsum, vt viderem quàm vlcerosus & tortuosus essem*, inde enim oritur planctus si semel nos spectauerimus; quare consultò natura prouisum est vt idē esset instrumentum videndi & plorandi, vt tot causis lacrymandi perspectis facilè in lacrymas effunderemur. Ergo istud erat tormentum, inquit Augustinus, retorquere me ad meipsum vt tot causas plangendi perspicerē. Cùm igitur Christus ad seipsum conuertit Mariam, totam se effudit in lacrymas, & in tormento fassa est in multis peccasse. Dat labia vt adorent, dat manus vt ministrent, dat oculos vt plorent, dat capillos vt tergant. Dat intellectum formandis rationibus, dat memoriam refricandis criminibus, dat voluntatem pactis pacis stabiliendis, totam se exhibet peccatricem, sed ipso cruciatu se purgat à crimine, *al rebes de aca que si confiessan se condenan se callan se purgan del crimen.* Probat autem Mariam vt lacrymas illi fidat, non enim sic facilè cuique dantur. Dauid, *Posuisti lacrymas in conspectu tuo, gustais de ellas tanto que ni las perdeis de vista.* alia lectio, *in rationario tuo, pusiste por desquento en vuestros libros de caxamis lagrimas, in thesauris suis*, legunt alij. Quasi pretiosa regis supellex, vel margaritæ singulares: alij denique, *in laguncula tua*, tamquā odorifera aqua, qua graueolentiā vitiorum Christus non sentiebat, quod non sine admiratione dixit Pharisæus, cùm ait, hic nondum subodoratus est, *quia peccatrix est.* vel, *in laguncula*, quasi pretiosum vinum seruat, vt obseruat D. Basilius [a], ideo enim cùm volumus non ploramus, & sæpius nolentes lacrymamur; quia sicut pretiosum vinum solùm ad degustandum concedit, & cùm regustare cuperemus, recondit & asseruat sibi, *osculabatur pedes eius*; vide Christi gratiam, pedibus manum porrigit, quæ ad gratiam eleuet, pedibus conculcat & subleuat, *con los pies le da la mano ella toca y la desloca obra de los pies de Christo es està mudança que bien se hecha de ver donde andan sus pies, vestigia eius exuberent super capita nostra.* Ambrosius: Humiliemur Deo, & eius pedibus prouoluamur, vt sint pedes eius super capita nostra, *que rebote en nuestra cabeça los pies de Christo, hoc est, vestigia eius, aya señal de que passo por alli Iesu Christo el me toca y me desloca.* O quàm perspicua sunt vestigia in oculis quos tangit Christus, quàm demissum caput quod Christus pede calcat, quàm honesta ornamenta quæ Christus pessundedit, quàm verecunda frons & facies quam conculcant Christi pedes, inde enim à Christi pedibus Magdalena modesta, humilis, verecunda discessit.

Eccles. 4. 19.

18.

Quanti Deus lacrymas facit.

a In regulis breuioribus.

Modestia compunctionis & vera conuersionis signum.

Age iam verbis Maria, manifesta cor tuum; quare sic taces? nusquam reperiès os ad loquendum aperuisse. Auditor enim suæ confessionis etiam tacentem auscultabat, & secreta cordis inspiciebat, sed loquitur lacrymis, quo nullus 19. *Silentium Magdalenæ.*

 melior

melior loquendi modus, quia à corde procedit, *non taceat pupilla oculi tui*, quibus etiam amaros gemitus & animi sensa permiscebat. Peccaui, peccaui Domine, ego sum peccatrix illa quæ te grauiter offendit, cælum violaui, terram maculaui, aërem ipsum fœtore meorũ criminũ contaminaui. Ego sum laqueus & muscipula quam ad capiendas animas armauit satanas, ego altum præcipitium ex quo in barathrum homines exturbabat. Sed tu ô Domine, bonitas es sempiterna, cæli mundities, castus & purus amor, Pater misericordiæ: tu igitur sol iustitiæ illumina tenebras istas, *quoniam tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur.* Tu solus potes lumen inferre, à te solo vitam & inspirationem expecto. *Tibi enim soli peccaui*, tibi soli, licèt enim multorum oculos, multorum animas offendi, animam perdidi, hæreditatem amisi, sed super omnia doleo tibi iniuriosam fuisse. O vtinam omnia mecum pariter in sempiternum perdidissem, téque nunquam offendissem. *Et malum coram te feci*; licèt enim testes sint cælum, infernus & quisque mortalium, ante quorum conspectum sine fronte peccaui, solo tamen pudore suffundor, cùm oculos tuos non fuisse reueritam cogito; te coram turpis ego? qua ratione pondus Dei videntis pertuli, fugiebam hominum intuitum, & coram te malum facere non erubescebam? *Miserere mei vt saltem iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Perdonad señor mio si quiera, porque si algun dia los hombres atreuidos os tomassen residencia sehallen fieles vuestras iusticias y firmes vuestras palabras.* Vide mi Rex, occasionem arripe, opportunitatem, nusquam enim occurret tibi alia amplior, præclarior & melior ad tuam misericordiam in extrema miseria ostentandam, *vt iustificeris & vincas*, vt mecum

Planctus verè pænitentis.

20. confundas qui te iactant crudelem & immisericordem, *laude mea infrenabo te, si yo gano perdon vos ganareis honrra.* Patrone & aduocate meæ causæ, vis deinceps in tractandis causis summam laudem acquirere inter mortales? in qua melius quàm in hac grauissima lite & pænè desperata? Medice peritissime, vis maximum tuæ peritiæ præbere specimen? medere igitur animæ meæ, cuius morbi grauitatem tot accusant peccata. Hæc apud se dicebat cùm sicut piscis palpitabat in arena cognitionis suæ, & in portu diuinæ misericordiæ, cuius vestigia tenebat, *& osculabatur pedes.* O mulier non mulier! ô virile cor! ô dolor intensus & acris! ô amor ignitus & potens, non præcidisti capillos capitis fortissimo Samsoni vt tenere posses, sed infirmitate tuorum vincis, alligas, manibúsque superas tuis, persiste, nec dimittas; nec enim à te discedet antequam *nox tua sicut dies illuminetur*; rigabat pariter & vngebat, tergebat simul & osculabatur, omnia idola ad pedes confessoris prouoluebat; fac & tu similiter prophana mulier, libellos, ligulas, linteolos, litteras, capillos, reliquaque vanissimi amoris pignora abiice, sicut in Actibus legitur, *qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus.* Sic Maria omnia peccandi instrumenta sequestrauit, & amoris flammas combussit.

Isai. 48.9.

Vera conuersionis signa curiosarũ & vanissimarũ rerum instrumenta abdicare.

Act 19 19. P. Lorinus Magos intelligit. & non Christianos, nã,

21. Sed quare obsecro semel effusas lacrymas & vnguenta extergis & colligis? putabimus inuitam eas effudisse. Nam capillis capitis tui tergebas; lacrymæ peccatorum nequeunt per se tantum debitum peccati persoluere, at si simul Christo eiusque meritis adhæserint, satis superque satisfaciunt, imò quasi debitor cæli reddédi Deus constituitur, ideo peringeniosè sedula mulier infirmas licèt & imbecilles aquas, vnguenta & capillos resumit, & seruat. Cùm corpus alicuius beati effertur, & pompa solemnis instituitur, omnes vos globulos piaculares proiicitis, vt corpus attingant, si non tetigerunt, non multum curatis in tanta multitudine repetere, at si tactu sacri corporis sanctificatos videtis, illic oculos dirigere, & manum porrigere non cessatis, donec reddantur globuli. Crystallinæ Mariæ lacrymæ erant. *cuentas eran para hazer cuentas con Dios y pagar peccados.* Sed opus erat vt corpus Christi sancti sanctorũ attingerent. Quas enim non tetigisse videt, sed ex turpi affectu leuiter, vt solent, vanáque de causa fluxisse, neque æstimat, neque colligit; has verò quas iã sacer tactus sanctificauerat, & Deo dignas effecerat, quasi thesaurum reputat vnamquamque, & apud se recondit. Monet diuites, admonet peccatrices, vt inutilia & superflua nunc ad pedes Christi, hoc est, pauperis iactitét, nunc tempus opportunum sanctificandi, diuitias erogando in pauperes, purificando oculos & labia, manus & corpus, cùm Christi corporis exequias celebramus, & effertur per vias, & in monumentis iacet: mittite nunc aquas lacrymarum, panem, diuitias & omnia ad pedes Christi peccatorum redemptio fient.

vt ait Eusebius, nec Christus præstigiator fuit, nec eius discipuli istius præstigiis infames ferebátur.

Quare colligit & extergit lacrymas. Opera nostra ex Christi meritis & gratia virtutem merendi habent æternam.

Eleemosyna vnde valorẽ sumant, illa gratissima quæ in sanctis dubus passionis Dominicæ elargiuntur diuites.

Vade in pace. Vbi sunt Domine pacta pacis, sic impunè abire liberam finis peccatricem? adiiciantur conditiones, firmetur pax, nihil infirmitati fœminarum fidendum putes. Ita fiet, inquit, ex vtraque parte, pax stabilietur ex parte Magdalenæ, id præstatur quod Deus in lege ad confirmandam pacem exhiberi iubebat. Præscripserat enim Deus præcipuum inter sacrificia holocaustum, quod soli Deo placando impendebatur, nihil animalis relictum quod non igne absumeretur, caput, pedes, viscera, in suauem odorem diuinæ Maiestatis cremabantur: firmetur pax cum peccatrice, erant Christi pedes altaria, quales vidit eos Ioannes *Apoc.* 1. ex ære factos vt in illis charitatis igne vita Martyrum, viscera & cuncta pro Christi nomine relicta quasi holocausti hostia comburantur. Igitur prima inter peccatrices, prima inter nobiles, non postrema inter virgines & viduas, seipsam in altare proiicit, integrum sui exhibet holocaustum, manus, oculos, capillos, os porrigens, & oscula in signum initæ pacis quam vouerat nusquam Deum vlteriùs offendendi, frangens simul pretiosi vnguenti alabastrũm, nulli enim sumptui, nulli pretio parcit verus amor, vbi enim pacis fœdera cum Deo firmiter & verè stabiliuntur, nec æstimantur diuitiæ, nec reseruantur odores, & vnguenta & alabastri corpus frangitur; ægra fit bona valetudo, marcescit flos decoris, aurum capillorum obscuratur, omnia enim si igne absumi videntur, igne ipso amoris purgantur, & splendidiora redduntur, illæ enim quæ post lapsum & pœnitentiam adhuc ornatæ, superbæ ac de rebus minimis querulæ sunt, *remiradas puntosas, compuestas*, infirmæ pœnitentiæ dant signa; quapropter die quadam cùm populum absoluere

22.

Quomodo pacta pacis incunda sunt peccatori cum Deo.

Holocaustum fit Maria vt pacem stabiliat cum Deo.

Donde las pazes son de veras y el amor fino ni se perdona alas riquezas ni alos preciosos olores ni al cuerpo mas de alabastro que ebrise la salud marchitese el color y lozania escurecicase el oro que el fuego del amor lo afinara.

nere vellet Deus, eos, qui probè nouerat, priùs ornatum, monilia & arma deponer, iussit. *Iam nunc depone ornatum* * *tuum, vt sciam quid faciam tibi.* Deposuerunt ergo ornatum suum à monte Horeb; hæc enim abdicatio ornatus signum est non leue veræ conuersionis.

Exod. 33. 5.
* Ornaméta, monilia, vestes, & arma significat, sed præcipuè arma apud Senecam.

23. Firmat pacem ex parte sua Christus, ablato priùs à Magdalena munere sordido & prophano, quo quasi excommunicata inter fœminas fungebatur; quod erat munus? qui arma defert ad infideles sic graui se vinculo astringit, vt in bulla cœnæ semel excommunicet Pontifex, & sibi absolutionem velit reseruari; fungebatur sacrilego illo munere Maria, porrigebat enim arma dæmoni ad perimendas animas fideles, & bellum acre inferendum, quo vita & gratia ablata in seruitutem inferni darentur. *Mirad muger Christiana como es vestis que vida es la vuestra que palabras que este cargo se os haze tan graue y no tan facil de absoluer como vos pensais.* Vide tu Christiana mulier qua te ratione ornas, & comis, quæ vita, qui mores, quæ verba tua sunt, eodem crimine in iudicio accusaris. Arma erant vestes, puluis tormentarius fucus, & pigmenta ignis fauores, sagittæ desolatoriæ verba, sclopi lenæ & famuli, tormenta petulantia publica, quæ igne & fumo infamiæ & strepitu & bombo scandali vniuersam vrbē exterrent, & impudicæ incitantur ad malum, pudicæ trementes admirantur ruinam, *Iesu, Iesu! fulana & mala? la noble? la santa? bombarda que derriba, assuela, y espanta: estne hac illa Babylon*, &c. Agite igitur ô fœminæ, inquit Paulus, agite infirmæ ad bonum, fortes ad malum, ne arma exhibeatis contra Christum. *Neque exhibeatis corpora vestra arma iniquitatis, mirad que es peccado reseruado bolueos a Dios rendedle las armas, & membra vestra arma iustitiæ Deo.* Absoluit igitur summus Pontifex Mariam hoc crimine pessimo, & efficit ex eius armis quod solent industrij duces, qui cùm iam hostes fundere incipiunt, vt ad internecionem vsque deleant, tormenta bellica quæ capiunt eadem retorquent in hostes, & quibus ipsi oppugnabantur, librant in ipsos, mœnia quatiunt, profligant omnes. O quanto tempore dæmon Magdalenam quasi tormentum idoneo loco in ciuitate constituerat ad oppugnandos & demoliendos filios Dei capillis, oculis, ore, manibus, corpore, cepit eam hodierna die dux noster, retorquet eam, & dirigit in prophanos, mundum, dæmonem, homines, & fœminas, *& mutent gentes fortitudinem suam, este trueque haueis de hazer*, vt sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete modò seruire iustitiæ in sanctificatio-

Apoc. 17.
Rom. 6.
Stratagema summi ducis Christi.
Isai. 41.

nem. Secundò eam in peccatores dirigit. Quid vultis oculi impudentissimi pleni adulterijs, *llenos de adulterios hasta los ojos*, qui quidquid visu cernitis corde concupiscitis? contra vos mittit Christus oculos Mariæ, humiles, modestos, abstinentes, lacrymantes & in Christum intentos? Otiosi, lenes manibus, auari, inertes & pigri, ecce contra vos librat tormenta ista, manus huius lectissimæ dominæ, quas in ancillæ manus mutauit liberales, deuotas, puras, obsequij plenas. Quid ais clara mulier, plena fastu, quæ inter omnes eminere vis, & omnis tibi angustus locus, nullus tua superbia dignus videtur, ecce superbos tuos quatit muros abiecta mulier quæ se Christo demittit, & caput serpentinum ad pedes prouoluit, vt sic extinguat serpentis superbiam, caput proterat & pessundet. Quid ais turpis & impudica iuuentus? delitiose diues? peccatis onustus? qui nunquam doloris lacrymam effudisti, nec emollisti pectus, nec gemitum ex duro corde misisti? iacitur contra te tormentum istud pœnitentiæ. Vbi est dolor? vbi timor? vbi publicorum facinorum confessio & compensatio, quam habes indulgentiæ securitatem, qualis est ista tua obliuio tanti iniuriati Numinis, 24.
quasi iam chirographum salutis teneres, & eum 25.
in ratiociniis debitorem constituisses, euolue præteritos annos, turpis vitæ non recordaris, violatæ virginis, iuramenti falsi, pecuniæ malè partæ, scandali exhibiti? praui consilij dati, quo bono opere hæc delere & compensare conatus es? Age ergo Maria, mitte alabastrum contra thecas auari diuitis, contra abacos apparatissimos, contra fucos & vnguenta ambitiosæ fœminæ placendis viris, contra delicatas cutem curantes, genio indulgentes: proijce omnes simul in maxillæ locum, mortem videlicet, & sepulcrum; personet huius pœnitentiæ fama per vniuersum orbem, dicant vniuersi, iam peccatricem esse pœnitentem, ornatam, incompositam, aulicam, solitariam, omnibus peruulgatam, soli Christo sponso dicatam. Et sicut Babylonis magnæ casum in abyssum cælestis cantus excepit, sic Mariæ conuersionem & pietatem Christi summis laudibus celebrat Isaias, *Laudate cæli, quoniam misericordiam fecit Deus. Iubilate extrema terræ, & resonate montes laudationem saltus, & omne lignum eius, quoniam redemit Dominus Iacob.* O noua rerum mutatio, quî fieri potuisti? quis ornauit impuram, fractam reparauit, lapsam erexit? Rectè rogas. Christus Dominus quasi figulus refecit atque refinxit in diebus carnis suæ cùm peccatores ad pœnitentiam alliciebat, ornabat gratia, præparabat ad gloriam.

Apoc. 18.
Cap 44.

Digitized by Google

ducunt, lege scilicet, & Euangelio oblectari. Porrò modestia, quæ nihil curiosè cogitat in alienis vultibus, necessaria est. Sermo & breuis sit (ait Cyprianus [a]) *& sobrius risus. Signum est enim animi facilis & remissi, nam contactus recedat etiam honestus, cogitetur quàm honestum sit vicisse dedecus, quàm inhonestum victum esse dedecore.* Virtus denique abstinentiæ moderata, cum virginitate, inquit Basilius [b], *aduersùs gustum tota intentione pugnabit, fontésque voluptatum ventris & impudicitiæ fomitum, à principio castitatis studio siccabit.* Plura apud Nyssenum, Ambrosium, Hieronymum, quos citat Busæus de statibus, verbo *Virginitas. c.* 41.

a Suprà.

b Lib. de vera virginit. ex morum puritate, &c.

III. Sexaginta etiam fortes lectulum tuum ambiunt, omnes tenentes gladios. Timor Dei primo loco. *Bonum enim est tibi* (ait Augustinus [c]) *ò anima virginalis, vt sic quomodo virgo es, sic omnino seruans in corde quòd renata es, seruans in carne quòd nata es, concipias tamen à timore Domini, & parturias spiritum salutis.* 29.

c Lib. de virginitate.

IV. Sed quorsum te ò alma virtus ad hæc teterrima spectacula inuitaui? turpe enim est de rebus turpissimis agere, quas Christianus animus horret, & oratio omnis reformidat; quásque homines pulso pudore grauissimis peccatis inuoluti scipsos obscœnis vsibus subiugarunt. Habet enim hoc singulare libido vt non solùm peccantes polluat, sed spectantes: qui enim videt occidere, aut furari, aut dedecus alterius audit, ita offendi solet his visis, & corde ab eis recedit, & abhorret, vt aspectu non coinquinetur: at qui turpia videt, quàm solicitus debet esse ne per aspectum cor & animam effundat. Quamobrem spectatores & testes rei efficiuntur, & eodem peccato delinquunt. *Alia quoque omnia mala* (aiebat Saluianus) *agentes polluunt, non videntes, vel audientes:* vt notum sit omnibus mortalibus quàm acrem habeant aduersarium etiam ab ipsis Angelis spectatoribus formidandum. Dubitabant equites illi quænam rerum omnium esset fortissima, quibus facilè quæstionem dissoluit Ecclesiastes; *Lustraui vniuersa animo meo, vt cognoscerem errorem imprudentium, & inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus est venatorum, qui placet Deo, effugiet illam.* Attendite spectaculis. 30.

Cap. 7. 26.

Principio enim turpis & petulans fœmina vel solo eius aspectu lædit iustos, polluit sanctos, vt de sancto Loth D. Petrus affirmat: *aspectu enim & auditu iustus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant, padecia tormento el alma del iusto para conseruar castos los ojos.* Prodiit inter Corinthios quasi immane monstrum homo fornicatione & incestu infamis, ad cuius aspectum cùm è vestigio vniuersa Ecclesia fidelium non expauit, nec lacrymas fudit. O qualem audiuit ex ore Pauli animaduersionem. *Auditur inter vos fornicatio, & non magis luctum habuistis, miedo tengo que no os pesa de lo que veis, pues tan feo espectaculo no saco luego lagrimas por los ojos.* Vides, ait Chrysostomus, vt omnes vnius tantùm inhonesti causa puniat, nec destitit, donec in secunda epistola exultans ait, *Gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam;* pœnituerunt enim adstantes omnes fideles, quia inter eos tam miserum spectaculum toleratum est, nam, vt prosequitur Saluianus, non solùm hoc vitium agentes & audientes polluit, *sed ita nouâ in arguendo harum turpitudinum probrositate res euenit arguenti, vt cùm absque dubio honestus sit qui accusare ea velit, honestate tamen integra ea loqui & accusare non possit,* vnde Lactantius [d] vix honestè de templis & spectaculis Gentilium loqui potuit. *Celebrabantur,* inquit, *illi ludi cum omni lasciuia. Nam præter verborum licentiam, quibus obscœnitas omnis effunditur, vsque ad satietatem impudicorum luminum cum pudendis motibus detinebantur.* Ad nuptias præterea scorta vocabantur, & tibicines. Quam consuetudinem reprehendit Cyprianus [e], & Chrysostomus [f], qui non in hæc turpia grauissimis verbis inuehuntur, sed in ea quæ leuiora tibi videbuntur, si 9. caput Ecclesiastici legis. Nam *concupiscentia sicut ignis exardescit,* ab intus enim & ignis fomitem habemus, & copiosam materiam. Sicut figuræ illæ & chartaceæ statuæ Herculis, aut Iouis, quæ cùm intus sulphureo puluere plenæ sunt, etiamsi exteriùs clauam tenere, & septem illa capita serpentis conterere posse videatur, vix vna scintilla ignis insilit, cùm tota in flammas & fumum & horribilem crepitum resoluitur. Itaque ne minutiora & leuiora putes consilia modestiæ & castitatis, nam qui hæc contemnunt, non leue impuritatis argumentum præferunt. Sicut cùm intrat vir politus & elegans in molam olei, quàm attentè circunspicit, pallium plicat, parietes fugit, ne gutta olei alicunde resiliat. Quòd si maculam accipit, amaro animo est, & domi fel afferri iubet, vt excutere possit. At eodem tempore videas qui rotæ deseruiunt pannosos, oleo madentes; fuligine plenos, nullo olei metu trabem amplexantur, 31.

Lædit spectata fœmina.

1. Cor. 5. 1. & 2.

d Lib. 1. de falsa religione.

e Lib. de disciplina & habitu Virginum.

f Ad Ephes. 5. hom. 20.

xantur, scrinia olearum euoluunt, componunt & infertiunt. Suntne hi feliciores, quia sine formidine sunt? Absit; ita similiter iustorum est ambulare immaculatè in via Domini, & si labem aliquam contrahunt amarè flere, & fel lacrymarum super maculas cordis effundere; turpes verò, qui iam proiecti sunt in omne nefas, & impuritati se subiugarunt, quasi desperantes posse tandem munditiem recuperare, tradunt se, vt ait Paulus, omni turpitudini, & execrandæ libidini.

32. *Timeant Angeli & homines.* Secundò loco turpis luxuria in theatrum prodit, cuius vim etiam Angelos sensisse autumarunt aliqui, in illa verba, *videntes filij Dei filias hominum*, cùm ibi de filiis Seth mentio fiat, non de Angelis. Quos autem sic deiecit atque prostrauit, vt vix vnus ex hominibus mundus in mundo sordidissimo repertus sit, & hunc in arca custodiendum putauit. *Fac tibi arcam, & clausit eum Dominus deforis*, ne ad eum castigata orbis turpitudo confugeret. Sed licèt cautè omnia facta sunt, ne luxuria intraret in arcam irrito conatu laborasse Noe, obseruant Doctores. *Ingressus est Noe*, ait Chrysostomus [a], *& filij eius, & vxor eius, & vxores filiorum eius cum eo in arcam propter aquas diluuij.* Vide cautelam, cur enim vir & vxor non simul coniunguntur in ingressu, & in enarratione, & cur si eos Deus coniunxit, eos separat sacra Scriptura? Deinde notatu dignum censeri debet cur parentes filiis non præferantur, sed filij Noe matrem præcedant, dicitur enim, Noe, & filij eius, deinde vxor illius. Rem attigit Ambrosius [b], *Apertè, & velut ordine ipso ingressionis vocem quandam iustus emittit, tempus illud non esse delitiarum, quo omnibus immineret interitus, quàm enim indecorum vt quo tempore viuentes morerentur, eo morituri generarentur*; huic tamen admonitioni minimè cessit impius Cham, namque, vt D. Chrysostomus asserit, Cham generationi in arca operam dedit, vt ex Scriptura colligitur. *Erant ergo filij Noe qui egressi sunt de arca Sem, Cham & Iaphet. Porrò Cham ipse est pater Chanaam.* Dignum hîc fuerit (ait Chrysostomus) vt inquiramus quare diuina Scriptura hos tres filios commemorando subdit, Cham autem erat pater Chanaam. Ne putetis obsecro hoc sine causa fuisse adiectum, voluit autem per hoc nobis illius intemperantiæ nimietatem insinuare, & quòd neque calamitatis magnitudo illum coërcere potuit, neque tanta in arca angustia irrefrænatam illius concupiscentiam sedauit, sed quamuis senior nondum filios procreauerat, hic incontinentiæ deditus in tempore tantæ indignationis, & generalis interitus, quo orbis comprehensus est, rei venereæ deditus fuit, iam statim ab initio mentis suæ malitiam monstrans, & quid mirum eius si causa mox maledictionem suscipiat Chanaam. Sufficere enim debebat ad extinguendam libidinem tantus luctus, & nihil flammam & insaniam hanc ita comprimere potest vt tristitiæ vehementia & calamitatis excellentia. Hæc Chrysostomus. Vides vt resiluit ex arca, hoc

a In Gen.7. n. 7.

b Lib. de Noe & arca c. 11.

Gen. 9. 18. Chrysost. hom. 18. ibidem.

33. ipsum contigit cùm quasi sal resiluit ex Sodomæ incendio, nam dum illæ vrbes cælesti conflagrant igne, illa è flammis Loth insectatur, & dormientem aggreditur, & in congressum filiorum aduoluit, maritúmque filiarum efficit. Inde iniquitas ista effluxit pane & abundantia saturata, vt ait Ezechiel, & statim ex ipsa dispositione membrorum, ait Tertullianus [c], quid posset orbi & homini contingere, patuit, *pro dispositione membrorum ordo vitiorum prior venter, & statim cætera sagina substructa.* Appendices gulæ lasciuia atque luxuria est. Et Hieronymus [d], *Venter mero æstuans citò despumat in libidines.* Venit secundò, instructa armis, luxuria, mollitie scilicet vestium, arma quidem meretricia, vt liquet ex Apocalypsi, & asserit Tertullian. *Quid minus habent infelicissimæ illæ publicarum libidinum victimæ?* Patronos affert otium & delectationem, quorum patrocinio facilè in concupita peruenit, nam *sicut ostium vertitur in cardine suo, sic piger in lectulo suo*; otiatur enim corpore, mente tamen omnia prata pertransit. His itaque armis instructa libido quem non deiiciat gigantem.

Gen. 19.

Cap. 16. 49.

c Lib. contra Psychicos.

d Ad Oceanum tom. 3.

Cap. 17. 4.

Prou. 26. 14.

34. *Adulterij semita.* Venit in theatrum Dauid. O triste spectaculum, bene in primis saturatus & potatus, & in domum Vriæ epulas misit [e], *& egressum Vriam de domo regis secutus est cibus regius*, vt sic incitaret ad congressum cum vxore, & meliùs celaret adulterium, vt bene ponderauit Theodoretus *. Otiosus deinde mansit rex, vt ipse postea deplorat per singulas noctes. Comitatum autem eius Tertullia. vno verbo descripsit [f]. *Suggestum & pompam aspicio mœchiæ, hinc ducatum idololatriæ antecedentis, illinc comitatum homicidij insequentis.* Hinc factum est vt in turpissimum adulterium rueris, quod ipse vocat suam insipientiam, *à facie insipientiæ meæ, suam iniquitatem, suam immunditiam, suam curuitatem.* Grauitatem autem huius criminis & huius libidinis fœdi

e 2. Reg. 11.

* Rex cùm eum rursus iussisset manere conuiuio excepit, frequẽtique ac liberali inuitatione vitra modum coëgit bibere, vt irrigata cupiditate ad coniunctionem citiùs & alacriùs incitaretur.

f Lib. de pudicitia c. 5.

Prou. 6. 30.

fœditatem ex ore ſapientiſſimi filij Salomonis audire libeat. Poſtquam enim dixerat, *Non grandis eſt culpa cùm quis furatus fuerit: furatur enim vt eſurientem impleat animam. Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam.* In quæ verba Chryſoſtomus [a] ait, *Vtrumque (inquit Salomon) peccatum eſt, ſcilicet furtum, ſed alterum minus, alterum maius: quòd alteri quidem præbuerit occaſionem peccandi fames, alteri adempta ſit excuſatio. Verùm hic quoque dicet aliquis compellitur naturali concupiſcentia, at non permittit elabi illum vxor quæ ei ſorte obtigit, ſed inſtat potiùs, eripiens illi veniam, ob id enim matrimonium & vxoris legitimus vſus conceditur, ne quid horum excuſare poſſit maritum. Itaque quemadmodum gubernator in portu faciens naufragium haudquaquam vllam impetraret veniam, ſic neque is, cui per coniugium conceſſum ſit quo lapſum effugiat, tamen aliena perfodit matrimonia.* Præterea adulterium furto eſſe quamſimillimum, ipſe Nathan Dauidi oſtendit, nam dignus eſt perdere animam ſuam, vt ait Salomon, & ipſe Dauid audita parabola diuitis, qui ouem vnam paruulam vſurpauerat, confirmat, *Viuit Dominus, quoniam filius mortis eſt vir qui fecit hoc.* Et licèt aquæ iſtæ furtiuæ dulciores videantur, attamen adulteri & furta latronis ſunt perſimilia, plena periculo & metu, vt eleganter proſequitur Chryſoſtomus, nam quæ poteſt eſſe voluptas, vbi metus, vbi diſcrimen, vbi periculum, vbi tantorum malorûm expectatio, vbi tribunalia, vbi accuſationes, vbi iudicis ira, vbi ruina, vbi gladius & carnifex, vbi barathrum ac deportatio? quomodo denique feret conſcientiam redarguentes, amarulentam accuſationem vbique ſecum ferens? At dices, ſolabitur Dauid mœrorem ſuum ſpe diuinæ miſericordiæ & veniæ, nolo ſic peccantibus ſpem veniæ præcidere. Ceterùm audi Auguſtinum. *Hæc crimina* (inquit) *in veteri lege nullis ſacrificiis mundabantur*, eſt enim ex omnibus criminibus cui minus diuina debetur clementia. Atque adeò ſoli adulterio expurgatio per ſacrificia denegatur; & id inſuper notandum, *tunc omnimodo prohibitum erat ab alio contaminatam viro recipere vxorem.* Rationem autem huius, licèt ſubtiliter, Sapiens in ſequentibus verbis inuoluit. *Turpitudinem & ignominiam congregauit ſibi, & opprobrium illius non delebitur.* Vis ſcire quare abhorreat vxor adulterum, & econtra? quia, vt ait Chryſoſtomus [b], quod *cœnum ſit inceſta & adultera fœmina, te prater rogabo neminem, qui eo, quoad fueris obuolutus, quantum te eius rei pudeat, quantum etiam poſt delictum immundum te videas, & ſordida tum ducas, non ignoras*; omitto filium, qui inde decus tibi naſcitur. Si enim mortem obieris, extabunt tibi ad ignominiam monumenta. Quid igitur omnia turpitudine comples? omitto etiam legis diuinæ probra, ſcilicet traductiones, lapidationes, atque explorationem illam, ſeu quæſtionem quæ per aquas illas probatorias fiebat *. Veniam enim ad illa verba quæ ſequuntur, *perdet animam ſuam, quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ.* Rogo ergo cur ſi in ſuperioribus adulterium furto comparauit, nunc dum de venia agit, ſpem adimit adultero? *perdet animam, nam zelus & furor viri non parcet.* Magnus Hieronymus facilè nodum exſoluit, zelum iſtum & furorem mariti vmbram eſſe Chriſti in iudicio extremo nequaquam placandi. Et bene quidem, & ſubſcribit gloſſa interlinealis, & Lyra. Sed tam Hieronymus, quàm Chryſoſtomus, qui de intolerabili ira & furore, quo maritus exardeſcit, inſtar illorum qui à dæmonibus agitantur, explicat, myſterium in hoc latere putarunt: nam & hæc ira facilius quàm par eſſet reſtinguitur in plurimis viris, non omnes ita implacabili ira corripiuntur, quin potiùs vel conſentiunt, vel ex præuio contractu (quod iniquius eſt) honori cedunt: igitur de alia ira, & de alio viro, cuius furor non parcet, intelligendum eſt. Atque adeò ſtatuendum, Deum eſſe maritum omnis coniugij, vnde nihil intereſt maritum mollem eſſe, & facilè placabilem, Deus eſt qui iraſcitur, ille iniuriæ vindex eſt. Sicut de Dauid refert textus, qui pariter eum qui, rogante ipſo, Saulem interfecit, neci adiudicauit, & duos fratres, qui tulerunt caput Isboſeth, pari pœna puniuit. Et quidem non miror hos morti tradi, qui domi quieſcentem regem auſi ſunt perimere; ille verò ô Dauid quare interficitur ſi rogatus ab ipſomet Saule mortem inflixit. Rationem reddit Dauid. *Quare non timuiſti mittere manum tuam vt occideres Chriſtum Domini?* Nam licèt eum te rogantem non offendiſſes, nónne æquum erat Deum vnctionis auctorem reuereri, morieris, licèt te rogantem interfeceris, ſicut ſi prodidiſſes eum. Nunc ergo intelliges non poſſe maritum ita à ſe abdicare vxorem, vt adulter non peccet, & iniurius ſit: nam licèt taceat homo, & furor viri reſideat, Deus verò non tacet,

Margin notes: a Hom. 3. de verbis Iſaiæ. — 35. — Adulterium furto comparatur. — Prou. 6. — b Hom. de carnis concupiſcen. — * Lege Tiraquellum, & Petrum Greg. in leg. 13. connubial. & Gregor. ſyntagmate iuris lib. 36. — 36. — 37.

Miraris ô virginitas, vt ait Tertull. *Quousque infirmitas ista impudentissima in expugnando meliora perseuerabit? quandiu causabimur carnem*, quasi destitutam gratiæ viribus, quod quàm falsum sit, vide quæ subdit. *Sed præmisit, & spiritus promptus est, vt vincat spiritus carnem, recedat quod infirmum est fortiori, pensaras que estos desastres y caidas de la carne son por falta de padrino no, que el Espiritu santo lo es*, sed quod per vim non obtinet, pertinaciter insistendo tandem obtinet, vnde verum est quod ait Augustinus, *Inter omnia certamina Christianorum perculosiora sunt prælia castitatis, vbi continua pugna*, atque vbi periculum est si cautela & solicitudo absit, iam non ex infirmitate, sed ex malitia & socordia peccamus. Adde, illecebram delectationis sic libidinosos obligasse, & subiugasse, vt non solùm pulso pudore lucra huius vitij, non filiorum & speciei propagationem quærat, vnde cùm ad iudicium conscientiæ & pœnitentiæ vocatur, vt notat Hieron. non solùm facti non pudet, nec pœnitet, *verùm in ipso tempore pœnitendi titillationes patitur*, vt videas quàm difficilis sit huius peccati pœnitentia, maximè cùm crebra sit in illum reincidentia. Bene dixit August. *Continua pugna, rara victoria*: adde tu, *& rarior venia*, quia plures sunt qui in hoc peccatum ruunt, pauci qui resurgunt, & veniam mereantur; loquatur noster magnus Petrus 2. Petri 2. *Euersione condemnauit* (Deus quinque illas vrbes) *exemplum eorum qui impiè acturi sunt, ponens; iniquos verò in diem iudicij reseruare cruciandos*, & quos maximè? subdit, *Magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, muchos condenara el dia, vltimo y principalmente deshonestos.* Si ergo qui delinquunt in hoc plures sunt, & pauci qui resurgunt; ergo plurimi eorum damnandi sunt. Tu ergo ô virginitas gaudeas quòd in tuto sis, & in sublimi loco collocata; nemo nisi fugiendo liber euadit, imò tu, etiamsi in sublime ascenderis, virginitatem in timore & humilitate conserua. *Iam iustè viuis*, ait August. [a] *iam piè viuis, pudicè, sanctè, virginali castitate viuis, adhuc tamen hic viuis, & non humiliaris audiendo. Nunquid non tentatio est vita humana super terram? Non te à præsidenti elatione reuerberat: væ mundo à scandalis! non contremiscis, ne deputeris in multis quarum refrigescit charitas, quoniam abundat iniquitas; non percutis pectus cùm audis: Quapropter qui se putat stare videat ne cadat.* Gratulor itaque tibi, & nobiliora spectacula tibi in Christo & in Virgine propono, nam, vt ait idem August. præcipuum magisterium & virginalis integritatis exemplum in ipso Christo contuendũ est, qui Virgo ex Virgine nasci voluit, vt te sanctorum matrem gloriæ decus sibi consecraret, & æternæ beatitudini in perpetuum ascriberet.

a Vbi suprà.

VERBVM PATRIS.

Cant. 5. vers. 2.

Ego dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulsantis, &c.

Nuptiarum & ducendæ vxoris leges à Christo & Ecclesia perdiscit in Canticis.

DISCVRSVS CXVIII.

1. POSTQVAM ea complexi sumus, ô vir spectatissime, quæ tangunt ea, quæ ad institutionem, regenerationem, parentem, pietatis matrem, conceptum, ortum, pueriles annos, prima studia iuuentuti tuæ opportuniora esse videbantur, iam discursum istum spiritualibus tractandis nuptiis impendam; ad quas si serius quã par est vocaris, id rei difficultati assignes, non præpostero ordini verbi Dei, nam, vt ipse testatur spiritus, *Pars bona mulier bona, in parte bona timentium Deum dabit viro pro factis bonis*, quam vtique fortem & dæmon ab initio, vt nuptialem gloriam minuat, labe conspergere; & canino ore hæreticorum vel mordere, vel fastidiosè respuere, vel petulanter impugnare conatur. Tu verò Verbo Dei, & Spiritui sancto nuptiali pronubo & duci, sanctisque Doctoribus, grato adesto animo, & attento.

Eccli. 26. 3.

Spirituales & corporales nuptiæ laudādæ.

2. Elegantis ingenij Græcis summopere laudatus Doctor Nissenus [a] obseruauit, quoties Deus mundum in meliorem statum & speciem voluit instaurare, rota vsus est figuli, in qua vastum & informe lutum naturæ humanæ termaximè ad speciem & egregiam formam elaborauerit. Obuiat huic Gregorio Gregorius alter [b] proprio Theologi nomine insignitus, & consensu pari sanctum MATRIMONIVM *Patrem sanctorum appellat (padre de los hyos de Dios)* quamobrem cùm Deus filios sibi adoptaret, opus fuit nuptias restaurare, & Parentem filiorum Dei matrimonium fundare, fundatum stabilire, stabilitum sacramenti fructu & gloria cohonestare. Modus autem, & noua ratio fuit quam cum Nisseno [c] egregius etiam Doctor neotericus [d] obseruauit, imponere videlicet hominem in Galilæa, hoc est, rota, ibique naturam humanam assumere, vocare Apostolos, in mundum Euangeliũ prædicare, imperans & obiurgans, *Viri Galilæi quid statis aspicientes in calũ, cùm debeatis mundum reuoluere?*

a Orat. 2. de resurrectione.

A matrimonio renouatio mundi incipit.

b Orat. ad Virg.

c Suprà.

d Cardinalis Toletus Luc. 10. *In ciuitatem Galilææ.*

Renouationis matrimonij ratio in Cana Galilæa.

reuoluere: & hodierna denique die in Cana Galilææ, quæ zelo rota interpretatur, iteratam mundi renouationem incipere. *Multiplicem enim, & admirabilem reuolutionem, &, vt ita dicam, rotationem suo aduentu effecturus erat in mundo.*

PARTITIO DISCVRSVS.

Triplicem hanc reuolutionem, & triplices nuptias, explicabimus, adscitis ad hoc Spiritus sancti verbis ex Canticis, quibus spirituales nuptiæ Christi & Ecclesiæ peraguntur, vnde tibi ducendæ vxoris forma petenda est, & amor spiritualis expetendus.

Ex canticis connubiales leges assumũtur.

3. Imposuit docta Dei manus alto consilio & prouidentia, inquit Tertullianus [a], informe illud lutum in rota diuini verbi, & breui rotatione euasit imago Dei effecta, suo factori persimilis, hucusque tamen nondum factus est *Sanctorum Pater*, sed ecce misso sopore in Adam è latere suo Euam fabricauit, quam ipse destinauerat in vxorem, quo excitato ad rem tanti momenti, & quæ attentè & meditatè fieri debet, non casu, non in via sicut Thamar, non in aëra sicut Ruth, non in nocte, nec per epistolas, sed in meridiano lumine, dixit, placet tibi in vxorem? & ille exclamauit, *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea*; non ita placent mihi animantia priùs adducta, non congruunt mihi: nam & specie dissimilia, & insuper ratione & mente carent. Hæc mihi simillima est rationis particeps, consilij, sermonis, denique carnis & ossis mei portio.

a De resurrectione carnis.

Naz. suprà.

Non temere nuptiæ ineũdæ.

4. Modò igitur dum tibi placuit, nec aliam similem reperisti, iam dum edormiisti consilium, age, celebremus has cum solemnitate nuptias, ego ero parochus, & quis erit testis? ego & Angeli, & quis sedium & locorum ordo? ego medium locum teneo, tu sinistram vir, sponsa dextram, vt iam discas cum honore vas istud fragile possidere, quæ ita ritè peracta fuisse, duo eiusdem spiritus loca restantur, à vero harum litterarum magistro Hieronymo interpretata. Et quis priùs locutus est? textus ait, Adam loquutum, *dixitque Adam.* Sed Verbum æternum, quod ibi aderat, Deum præloquutum affirmat. *Qui fecit ab initio hominem, dixit* *. Quomodo igitur hæc in concordiam veniunt? optimè quidem, si ceremonias, vt dixi, consideras. Cùm nuptiæ celebrantur, medius adest parochus, & acceptis vtriusque manibus ait, verba eadem mecum proferte, *dezid con migo*: Ego Petrus accipio te Mariam in vxorem, itaque & ipsi loquuntur. Et parochus pariter loquitur, introduxit ergo Moyses Deum loquentem ex Adami sententia, & cum eo simul, vt suo dicto nuptias confirmet, nec fidem frangat, & sunt etiam verba Adami, quæ verba talem vim habent, vt cùm duo nepotes Adami post longa tempora ad iudicem Ecclesiasticum accurrerent, diuortia adinuicem postulantes, Propheta vehementer excanduit, & obiecit parochi maiestatem, præsentiam & testimonium, vt eos à diuortio absterreret, vt explicant Hieron. & Theodoretus. *Nonne vides, quia Dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ, quam tu despexisti, & hæc particeps tua; & vxor fœderis tui? acordaos por mas señas que dixistes, hac nunc os ex ossibus meis. nunc, esta vez sera mia y tan mia que seremos vna cosa*; & ita quidem mihi grata vt ego & posteri mei, qui parentes habebunt, *propter hoc dimittet homo patrem*, &c. Matth. 19. hoc est, *quamobrem*, vel *propter hanc*, Gen. 2. ne

Primæ nuptiæ quo pacto celebratæ.

Quis prior locutus.
Gen. 2.
Matth. 5.
* Ex Eph. 5. quæ verba non sunt Pauli, sed Adæ, quia ab eo Deo suggerēte & inspirante pronunciata sunt, vt eruditè D. Salmeron in Ephes. 5.

Diuortia haudquaquam ferenda.

Malach. 2. 14.

ab ea diuidi contingat, *relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ.* quæ de habitatione tantùm intellige cum D. Thoma [a], nam in necessitate extrema tenetur prius homo parentibus, quàm vxori subuenire.

a 22. 2. Quæst. 26. art. 11. ad 1.

5. Hoc fuit primum sponsi verbum, nec insipiens (vt assolet) sed sapientia & prudentia plenum. Secundum fuit, *Hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est.* Verbum quidem mirabile, & mysterio plenum, ego nuncupor *homo*, vocatur ipsa *hembra*; vocor ego *vir*, vocetur ipsa *vita*, vel *virisa*; vocor Hebraicè *is*, ipsa dicatur *issa*: sed vt summa inter vtrumque sit pax Deus sit medius, adsit nostris nuptiis. Vnde non sine lepore obseruauit Magister Hebræus, in voce אשה *issa*, contineri nomen contractum Dei יה *ia*, qui est auctor coniugij, & quamdiu hoc nomen in coniugio manet (& coniuges Deum timent, & mutuo sese amant) tamdiu nuptiis Deum adesse, & benedicere. Si verò inuicem oderint, & Dei obliuiscantur, tum illud nomen coniuges abiicere; itaque sublato *iod*, & *he*, ex quibus fit *issa*, tantùm remaneret אש אש *esch esch*, id est, *ignem & ignem*, scilicet ignem rixarum, & molestiæ in hac vita, in altera verò ignem æternum. Quod ita euenisse probat historia. Nam dæmon, qui sicut canis omnibus adest nuptiis, *perro de todas bodas*, celebritatem turbauit, & nondum consumpto pane illo dulcis gaudij confregit vasculum, cùm vix à rota eductus est, fregit priùs mulierem ictu graui, quo diuina contudit viscera & cor, *tactus dolore cordis intrinsecus, delebo*, inquit, *hominem quem formaueram, yo dare buelta a la rueda y deshare los gentes de barro.* Mulier excusauit crimen, alienam malitiam incusans, *serpens decepit me*, muliercula sum, improuida, simplex, & fraudis nescia; ideo, vt bene notat Chrysost. [b] hortatur D. Petrus maritos 1. Can. 3. *Viri similiter cohabitantes secundùm scientiam, & quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem: acordaos que teneys vidros en casa y que comenzo ella a flaquear.* Æternus Pater accensus ira, sicut pater in filium, vas proiicit, ita tamen vt possit demittere sumit caput, & ictum infligit parieti; sic Deus maledixit serpenti vt corrigat filium, *Ipsa conteret caput tuum*, & maledictionem quam videbatur imprecari homini, in terram proiecit, *Maledicta terra in opere tuo.* Itaque matrimonium Patrem sanctorum reiecit, impleuit ærumnis, pudore, dolore & affectu immoderato, & abstulit spiritum, quò quasi sale conseruabatur, & muniebatur caro, dicens, *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est, no stare yo mas mi spiritu de carne tan flaca.* Cœpit matrimonium labe conspergi, & posteri Seth sancti, religiosi, Deique obsequentes filias Caim adamauerunt, filias nempe hominum, allecti solùm amore pulcritudinis, *quòd essent pulcra*, monstra ex hac coniunctione nascuntur gigantes superbi, quorum causa deletur orbis aqua. Nec veniente lege scripta solidior facta est massa, nec firmiora vascula, quin potiùs ab vno thalamo septem viros confractos in luxuriæ ardore, ad ignem sempiternum aduoluit.

Sit medius Deus inter coniugatos.
Abraam Benesra.

Gen. 2. 8.

6.

b Hom. 18. in Gen. 1.
Audiant viri, & imitentur tusti Abraam lenitatem & tantum honorem ac reuerentiam mulieribus tribuant vt & imbecilli vascula portent, & concordia vinculum crescat.

Nil melius se habuit matrimonio in lege scripta.

7. Secundò tamē mundum renouare in Galilæa, & alias nuptias, meditatur spiritus, quibus carnem resingat, hominem redimat, & veram matrem filiorum Dei Mariam & Ecclesiam consti

Secunda renouatio mundi & matrimonij incarnatione.

constituat. Maiestatem & splendorẽ harum nuptiarum scandalum dixerunt Iudæi, & gentes stultitiam: ad illas autem inuitata est per Angelum Maria sanctissima, & ab illa vocatus est & IESVS. Deinde discipuli adfuerunt, cecinit epithalamium rex Dauid *Psalm.* 44. sponsi præcipuè dotes; Ioannes verò sponsi amicus *Apoc.* 21. sponsæ pulcritudinem mirabiliter extulit, cui celebritati adfuisse videtur & Salomon, qui nihil aliud in toto illo mirabili cantico describit, nisi cæleste connubium Christi, & Ecclesiæ, vt in ipsis speculum proponeret, formámque nuptiarum, vt Paulus dixit, *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia*, indéque tanquam ab exemplari matrimonij leges ambo coniuges petere debent, vt apertè idem Paulus docet, *Viri diligite vxores, sicut Christus dilexit Ecclesiam.* Igitur contemplare ex vna parte incarnationis nuptias, & scenas illas ac repræsentationes, quas mysteria vocamus, & ex alia scenas, quas Salomon describit in Canticis, & apprimè respondere sibi videbis, & nuptiarum leges à Christo & Ecclesia descriptas accipe, & tam nuptiis animæ, quàm corporis accommoda.

Ephes. 5.

Ephes. 5.

SVMMA DISCVRSVS.

8. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Principio in nuptiis sponsus vocare sponsam ad nuptias multo mane properabat, congregatis illis, qui honoris gratia comitabantur nuptias; vir enim debet esse qui fœminam circundet, nam prodigij instar esset si fœmina vnquam viri coniugium ambiret; in hunc finem explicant aliqui id Ierem. 31. *Quia creauit Dominus nouum super terram, fœmina circumdabit virum.* Ideo Virgo sanctissima & Ecclesia rem artificiosè & fideliter narrant, *Ego dormio, & cor meum vigilat, yo que me duermo, y aunque a penas dormia del todo sino medio velando; vox dilecti mei pulsantis aperi mihi*, &c. *y elo aqui llama mi Dios*, cœpitque amatorium bellum, venit ad arma, milleque industrias molitus est, & alliciens dixit, *Veni, aperi mihi*, nam & te per multa sæcula expectaui, & humanas ærumnas, cæli terræque iniurias expertus sum, vel experiri tui causa non renui: adest iam primum ver gratiæ, redoléntque campi flores, meum aduentum expectantes. Quòd si hæc nihil præstant, conabor reserare fores, & quia consensum expecto, malo te beneficiis allicere & donis. Et ita, de more amantium sponsæ fores ornauit coronis, & vnguento perfudit pessulum, ex quo sponsæ digitis cùm aperiret aliquid vnguenti illapsum est. Quorsum hæc diuinæ sponsæ? vt nempe cùm ad se redeat, & ad meliorem mentem crescat amor, consideratis & quæ gessit & quæ pertulit sponsus. Vnde sequitur, *Venter meus intremuit ad tactum eius, a lan, super ipsum*, & ita vertunt Septuaginta, *doluerunt viscera mea, diome vn buelco el coraçon*, eo quòd sponsum sic amantem molitur, & noctis incommoda subeuntem inurbanè repulerim, *Anima mea liquefacta est, yo no estaua en mi, sin seso y sin alma estaba yo quando no le abri.* Vt primùm discant virgines non statim cuicunque amanti & roganti, nec qualicumque industriæ & diligentiæ iuuenum annuere, *no se rinda luego a qualquier festexo*; neque hoc inurbanitati, sed honestati tribuendum, ideo admonebat Pythagoras, *Ne temere cuiquam des manum.* Et antiqui manum oculatam depingebant, & in ea ramum pulegij, vulgo *poleo*, temperantiæ

Exordia nuptiarum.
Cant. 5.

Nõ facilè annuat etiam sponsa viro futuro.

Ant. Brixian. tom. 1.

symboli, quia præseruat caput contrà ebrietatem: igitur sit oculus & mens rectúmque iudicium in manu coniugis, & non intemperanter ad nuptias, nec amore ebrius properet. Melius auté Ambrosius [a] notauit. Cùm Rebbeca ducenda erat ad Isaacum, rogat Pater, *Vis ire cum homine isto, consulit de itinere, non de matrimonio Rebecca, non de sponsalibus, sed de die profectionis, quoniam non est virginalis pudoris eligere maritum, mulier expetita magis videri debet, quàm ipsa virum expetisse:* errant igitur isti ob intemperantiam & prauum affectum, sicut Samson qui cæcis oculis, hoc est, temere & inuitis parentibus manum Philisteæ dedit, rogetur fœmina, hæc erit in amore firmior, & non aliis facilem formidauit, qui sibi constantem semel inuenit. *No se mueua por la golosina ni la codicia de los doncillos, por la musica o soneto de algun poeta sarnoso o algun romancillo sucio cantado al son de vna guitarra ronca, entrabierta la puerta dan la mano a vn iouen verde que en la otra tiene el b. oquel y el cesto aun no ha venido al casco.*

a Lib. de Abraam. 19.

9. Secundò deliberatum iam habens matrimonio iungi, rectam intentionem erga Deum habere curabit, hoc enim ait Augustinus [b], est *Christum ad nuptias euocare, nam matrimonium ex eo appellatũ est, quòd non ob aliud debet fœmina nubere, quam vt mater fiat.* Non amore concupiscentiæ flagrans feratur in sponsum, sed Christum in sponso amet, & præclara eius dona æstimet, loquatur speculum. Antequam sponsa inueniat Christum, rationem reddit cur ita anxiè & sedulò quærat illum. *Introduxit me Rex in cellam vinariam*, speciem sui mihi dedit Rex meus, talem támque suauem, vt iã viuere illo absente nequeã, *memores vberum tuorum super vinum*, nec aberrat meus amor, *nam recti diligunt te*, hoc est, recti id sibi proposuerunt vt te vnum Deum intueantur, ad te totis ferantur viribus animi, nam recti non sunt si ad alium detorqueant affectum. *los sabios y acertados a vos os aman descaminado va el que otro amare*, & ego te diligo, *quia rectitudines diligunt te*, id est, omnes rectitudines insunt tibi, nihil est pulcrum & optabile quod in te non admiretur. Hebraicè verò *in rectitudinibus diligunt te*, hoc est, puellæ te amant amore syncero, & tu Domine cur illam diligis? quia pulcram? minimè, ait enim *nigra sum, sed formosa*, nec faciem colit, ideo ait, *vineam meam non custodiui, no he cuidado de lo que es tan proprio de desposadas*; diligis quia nobilis est? minimè verò, imò à seruitute ad thalamũ duxi; quare ergo? non alia de causa, inquit, nisi quia amo vt redimam, vt saluem, *tradidit semetipsum pro ea.* Ita maritus intentionem non in externam speciem & decorem dirigat, sed in amorem, amore enim etiam acerba & amara quæque dulcescunt, aspera quçque & onus graue coniugij facillimè tolerabit; ita vt licèt intereat filius, temperet à luctu vxoris memoria & amore, *vos no estays aqui señora pues eso me basta.* Chrys. [c] *Licet enim omnia proiicias, nihil molestius continget quàm non habere domi beneuolam vxorem.* Sicut qui in eadem crumena & communem pecuniam & numum aureum ferebat: nam si furto surripuit latro vulgarem monetam, non sentit dummodo ibi manserit numus aureus. Sicut de Isaac legimus, *Introduxit Rebeccam in cubiculum matris suæ, & accepit eam vxorem, & in tantum dilexit illam, vt dolorem qui ex morte matris acciderat temperaret.* Iacob item captus suæ Rachelis

b Lib. 19. contra Faustum.

Finis nuptiarum proles.

Recta intentio inter cõiuges.

10.

c Hom. 26. in 1. Epist. ad Corinth. hom. 4.

Simile.

Gen. 24.

Amor salutis æternæ.

Portum salutis existimet esse vxorem.

Rachelis amore quos labores, dolos & probra non exantlauit? Amet autem illam sicut Christus, *vt saluet animam eius, vt eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ*; teneat eam quasi suæ salutis portum, *etenim portus est mulier*, (inquit Chrysostomus) *& magnum securitatis remedium*, & siquidem caput est mulieris, erudiat illam, & præeat sicut sol exemplo lunam suam, Christi facies sicut sol resplenduit, non pedes, indéque splendida facta est Ecclesia, splendor in marito sit.

11.

Ornatus modestus.

Tertiò iam de ornanda sponsa agamus, nec enim minor cura in hoc collocanda est, sicut in ornanda & instruenda naui, nunquam enim est satis instructa, sed ô quàm facile hoc præstat Christus. Audi primos congressus, & prima sponsi verba cap. 1. *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea.* In te ô mea sponsa apparebit hodie viuum quoddam exemplar eius sponsæ quæ à Dauide *Psal.* 67. in triumpho de Pharaone proponitur. Tu te descripsisti nigram, custodem vinearum, & quæ inter medios tripodes aliquando dormieris, ego te colam & ornabo sicut columbam deargentatam, & educam pallore auri à tergo vestitam, & sedentem in aureo reclinatorio, & aureis monilibus ornabo. Quid aiebas? quid fassa es contra morem fœminarum fœdam & nigram esse? tace, pulcerrima subitò effecta es *. Nam *pulcra sunt genæ tuæ sicut turtures, collum tuum sicut monilia.* Septuaginta, *in turturibus & in monilibus, yo os dare la joya de la verguença primera joya de las mugeres*: nam in genis est sedes pudoris atque modestiæ, in collo autem vis obedientiæ pro monili erit, qua non erecto incedas collo, neque elato & peruicaci, sed inflexo & submisso, cum summa obsequendi facilitate. *Murenulas aureas faciemus tibi*, &c. sicut à contrario Isai. 48. *Scio quod durus es, & neruus ferreus ceruix tua. Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento*, iam te non vt columbam speciosam, sed vt Reginam ornabo. Nam si monialia efformata in serpentis similitudinem vel collo vel brachio placent fœminis †, ego tibi in obedientiæ præmium murenulas promitto (vt optimè etiam exposuit Bernardus) nam sicut ferrea ceruix & indomita dignissima est quæ ferreis vinculis constringatur: sic quæ nutu Dei facile in quácumque partem versatur & flectitur, dignissima est, quæ monilibus splendeat. *Quàm pulcri sunt gressus tui in calceamentis, o que chapines os tengo, filia Principis, chapines de Reyna*, quocunque pergis amorem eximiũ sponsi profiteris, sed in te magis magísque placet, nempe quòd ea quæ tibi pro Reginæ calceamentis tributa assignaueram *, ea tu in pauperes erogas, & quæ reliquæ pedibus subiiciunt ad proceritatem, tu in miserorum vsus & solatia conuertis, & eleemosynis ascensum in cælum præparas. *Iunctura feminum tuorum monilia, los alamares del lado los broches que cierran la vestidura o las argolluelas del pie.* Igitur tu eximia laude digna es, quia pedem domi contines, nec garrula es, & vaga, & quietis impatiens, & præterea tua non est discissa vestis, sed clausa & confibulata, vt nulli pateat. Ita Rupertus. Nolo exquisitè prosequi monile ventris instar crateris mundissimi, in quo castitas tua resplendet. Nolo laudare aceruum tritici, hoc est, fœcunditatem cum castitate, *vallatam liliis*, nam post partum & manes pulcra, & suauis, & honesta. Tota denique ornata, pulcra & polita, non tam ornatu externo, quàm virtutibus & donis spiritualibus. Quod obseruare iubet D. Chrysost.[a] omnia monilia Ecclesiæ, inquit sponsus, virtutem aliquam eius repræsentare. *Quia non vxoribus opes, sed virtus diuitias preparat: nam quæ vtilitas maximè dotis est cùm inepta, & prodiga vxor sit? quid si lasciua? quid si ebria?* Hoc igitur quod ad monilia pertinet, meum est prouidere, inquit sponsus, vide enim quæ tibi sunt præparata, tuisque sociis & comitatui. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem, entreme a ver los aparadores y vierades alli todo quanto alegra el coraçon y regala el paladar, contra me charitatem, inuenciones de amor.* Vide aquam mundissimam Baptismi, iam etiam olet vnguentum confirmationis, crater æneus pœnitentiæ patet sordibus abluendis: mensa carne & sanguine panéque cælesti abundat, omnia mihi parata & quasi ad insidias & capiendum cor meum ordinata. Tua tua sunt Domine, en vulnerata sum, *fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo*, vt discant coniuges debere maritum non esse bonorum dissipatorem, sed abundare debere domum ne ab alio emendicare debeat, cupedias, bellaria & alia quibus oblectantur fœminæ, neque dotem eius decoquat, sed duplicato labori, quàm si solutus esset ab vxore, incumbat. Ac denique si ipsa ægrotat, non deambulet ipse in plateis, sed vix se dicat ægrotare cùm sentiat ipse & doleat, *Laua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, elo aqui que al primer dolor de cabeça esta a la cabeçera.*

* Aug. Ps. 95. *Confessio & pulcritudo in cõspectu eius.* Vis esse pulcer confitere, fœdus eras confitere vt sis pulcer: qualis autẽ sponsus noster qui fœdã amauit vt pulcram faceret.

Verecundia.

12.

† Cl. Alex. lib. 1. Pædagogi. c. 12.

* De more Regũ, vt Cicero refert, solere barbaros reges Persarum ac Syrorũ vxoribus ciuitates attribuere, hoc modo. Hæc ciuitas mulieri redimiculũ præbeat, hæc in collum, hæc in crines, & India persitabat Catharinæ Reginæ Lusitaniæ magnũ auri pondus pro calceamentis. Cicero in Verrem. act. 5. & P. Gaspar Sãctius in Cant.

Vxor etiam de concessis à marito eleemosynas faciat.

Domi se contineat.

13.

a Hom. 26. in Matth. tom. 2.

Summum penes sponsi curam fiere solebat.

Vir non sit bonorum dissipator, aut lusor.

Laboret.

In ægritudine adsit.

Cant. 2. 6.

14.

Celebratio nuptiarum.

Quartò iam pompæ tempus adest, & migrandi in domum sponsi maximo plausu, quod in vita Saluatoris nostri mirabile fuit, resplenduit enim eius facies sicut sol, Apostoli sicut luna: coruscauit miraculis, ipsi etiam mirabilia patrarunt, & ad gentes migrare tentabant, cùm Hierusalem talem gloriam demirata est, & ait ex mente D. Thom. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto delitiis affluens, innixa super dilectum suum?* Itaque imitetur sponsus Christum, qui Æthiopissam adamauit, honestauit & extulit, ita vt in admirationem raperentur Iudæi. *Quæ est ista, etiam in nationes Spiritus sancti gratia effusa est:* vt discant coniuges nihil sic eorum corda commouere, quàm cùm alter alterum paruipendit. Ideo ait D. Petrus honore inuicem debere præueniri, ne sua oratio impediatur, perturbatum enim cor nulla ratione Deo vacare potest. Chrysostomus[b], *In rebus spiritualibus multam habebimus commoditatem, si vnanimes hoc iugum traxerimus.* Nam si orationes eius qui dissidet odio cum proximo suo nequaquam Deus exaudit, multo minus eius qui à proximiori sibi vxore discordat. Quamobrem nunquã præsente vxore alterius decorem, vel quid simile laudet, nam inde facilè colligunt maritum aliò oculos detorsisse, & fortè adamasse, vel saltem non sic ipsam illi sicut cæteras placuisse. Multo minus etiam affirmet potuisse aliam duxisse, etiamsi quam ille refert lectissima sit, nam suam semper vt vnicam & singularem debet reputare, *Vna est dilecta mea, vna genitrici suæ, como vna madre ama y recoge el amor en vna hija vnica, assi os amo yo?* Ipsa etiam vicem amoris huius rependat, & ita decorum sibi videri asserat, vt nullam maculam in

Non paruipendat sponsam, nec ipsa contemnat virum.

b Hom. 26. tom. 4.

Nullam præter suam laudet.

Vnicam reputet esse suam.

in eo, sed quamplurimas causas amādi inuenisse fateatur. *Dilectus meus cādidus & rubicundus, electus ex millibus, no pienso que nadie le hecha el pie delante, electus ex millibus*, nec defectū aliquem attentè inspiciat, sed absolute apud se statuat, *totus est desiderabilis*, & licèt alter donis & gratiis emineat, sibi tamen nemo optatior, nemo opportunior & gratior, sicut mater quæ nullum alium filio suo præponendum iudicat. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* his poterunt instructi virtutibus prodire in publicum, incedent enim securi, alacres, *sicut castrorum acies ordinata.*

Vnicum reputat ipsa sumum.

15\. Quintò in medio itinere de antecœnio agitur, *tratan de dar colacion*, quia ante mortem suam Christus cœnam instruxit amoris, calicem & delitias corporis sui. *Bibi vinum meum cum lacte meo, comedite amici, bibite & inebriamini, ad saturitatem charissimi.* Communicemus dona cum amicis & sodalibus, qui honoris causa nostris nuptiis intersunt, spargamus dona, missilia distribuamus, mustacea & apophoreta, nam de me dictum est, *Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus.* Igitur panem istum Eucharistiæ gustate, *& videte quam suauis est Dominus*, quasi dicat: Ne putent coniuges delitias sibi solis seruatas, habent alias spirituales delitias virgines, viduæ & presbyteri mei & religiosi, habent alias nuptias, alium amorem, vnionem, & communionem, cui comparatum matrimonium vmbra est, sicut aiebat Paulus, & explicat Thomas. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Duo enim hæc necessaria erant ad exhilarandā tantam solemnitatem, epulæ nempe, & nuptiæ, sine quibus non esset plenum gaudium in terra. Ideo ait, *comedite, bibite. Caro mea verè est cibus*, cætera namque non poterant exhilarare sponsam, monilia, plausus, currus, sodales, & vnguenta. Nam licèt sponsum suum fuerat contemplata, nihil ad esum vidit, & vtique sine cibo & potu nullum est gaudium, *sin comer nō beber no ay plazer.* Pergit ille alter ad Indos, funus suum & exequias viuens adhuc sibi peragens, *fames sacra, descomulgada*, & in omne scelus præparata. *Quid non mortalia pectora cogis?* hoc morbo laborauit Midas, auri enim auidus cùm omnia aurum fierent, & nihil fieret panis, fame periit. Donum etiam gratissimum est pulcritudo, agitur de equite vxori locando, & miris laudibus extollunt puellam à nobilitate, ab arte acu pingendi, à pulcritudine, nihil tamen de dote agunt, ait ille, optima sunt ista, sed post prandium opportuna, nihil præstant Indiæ, aurum Midæ, maiorum imagines, nisi adsit cibus. Habebat vtique antiqua sponsa Deum suum sicut nos, *sed caput eius aurum optimum, manus eius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis, manus eius orbes aurei*, &c. Ecce tibi Deus bene numatus & nobilis, sed non est Iesus, neque esus, *no es de comer esse Dios*, & ita illæ nuptię carebant alacritate, *que si no ay comer no ay plazer.* Nunc igitur sponsus totus est comestibilis, & potabilis. *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Hoc ponderauit August. in illud Pauli, *Omnes sub nube fuerunt, omnes mare transierunt, &c.* cū illis nuptias celebrauit. *Idem itaque in mysterio cibi & potus illorum qui noster, sed significatione idem, non specie, quia idē ipse Christus illis in petra figuratus* (quæ mādücari nequit) *nobis per carnē manifestatus, tenian a Christo mas era piedra*

Christi exemplar.

Cant. 5.

Psalm. 33.

Spirituales nuptiæ quas etiam presbyteri adimus & participes sumus.

Ephes. 5. 32.

Epulæ exhilarāt nuptias.

Epulæ eucharistica nuptias nostras exhilarant.

16\.

y era arra y era vara, y era figura, no era de comer y se mus iasiron, caro autem mea vero est cibus. Insuper autem eisdē epulis nuptiæ Christi cum carne & anima nostra celebrantur, ne aliquid tantæ lætitiæ deesse videretur; hac enim de causa inquit S. Theodosius Martyr, & Theodoretus [a], noluit se tangendum dare vni Mariæ Magdalenæ, volebat enim ipsa mortalis sponsi experiri amorem & qualitates: at ipse eam corrigit, noli me tangere sola, habeo enim alias sponsas quibus post ascensum in cælum tangendum & tractandum me dabo. *In sacramento videlicet Eucharistiæ, ibi enim sacerdotes Christum attractamus, & osculamur.* Sicut sponsa petit, *Osculetur me osculo oris sui. Neque verò*, inquit, *offendi quis debet verbo osculi, siquidem in ipso mysterij tempore membra sponsi prendimus, osculamur & amplectimur, & veluti sponsali coniunctione cum eo copulamur.* En nostras nuptias.

a Commētar. in Cant. & apud Tunam lib. 3. de dogmaticis characteribus.

Sextò, sed vbi ad domum sponsi perueniunt, noui ritus instituuntur, & obliuisci domum suam & domum patris sui iubetur sponsa, & ab antiquis multoties in gyrum vertebatur, vt quasi dedoceret eam sponsus aliam viā aliāmque domum præter suā ipsam quam iam intrat. In ipso tamen domus aditu, in quam inducitur sponsa, præcepta quædam connubialia ab sponso tradebantur, hoc significant illa verba, *ibi me docebis, alli señor me direys las mil leyes alli me dareys el vexamen.* Incipit igitur Christus sicut in die ascensionis suæ Ecclesiam suam publica reprehensione carpere, vt spiritus deprimat insolentes, si qui fortè ex tanto plausu atque commendatione nati sunt, sicut in doctorali laurea videmus. Quare Romanis, vt tradit Plinius [b], & Plutarchus [c], mos fuit vt nubentes puellas comitaret colus compta, & fusus cum stamine, vt discat noua nupta dandam esse operam lanificio, & alta voce dicebatur, *Thalasim*, quasi dicerent, *rueca y aspa*, ita sponsus monet suos piscatores antiquæ fortunæ vnde assumpti sunt ad tantam dignitatem, *Sub arbore malo excitaui te*, hoc est, suscepi, & dixi, *viue*, itaque ex luto egenam & sordidam excitaui, vt sedeas cum principibus, & vt filia principis haberis. Libeat igitur sponso suam sponsam edocere, & admonere quæ omnia illa libenter excipiet.

17\. *Iubetur aliā præter sponsi domum obliuisci.*

Ascēsio Christi & correptio discipulorum.

b Lib. 8. c. 4.
c Problem. cap. 30.
Labores sponsæ.

Ezech. 16.

Et primùm admonetur, *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachiū tuum.* Iure optimo à te peto, vt siquidem a me vitā accepisti, mihi viuas, mihique vni omne obsequium præstes, quod vt notum sit omnibus, *pone me vt signaculum*, sis meo signo notata, ne cor & brachium alterius sit, sim ego meaque imago quæ in pectore tuo & in brachio splendeat, vt meam esse omnibus publico testimonio profitearis. Itaque sciat vxor omnino esse viri sui. Ideoque *fons signatus* appellatur, & sicut similitudo sigilli cera imprimitur, & manet in eadem forma; sic oportet vt inter coniuges omnia sint quamsimillima, & si sponsus sit sanctus, ad eius mores quàm studiosissimè sicut mollis cera fingi se patiatur sponsa, neque aliquid exprimat in moribus quod non fuerit priùs ab sponso impressum: ac denique sponsi effigiem præferat, quasi post Deum, charissimi & nunquam obliuiscendi. *su medalla y su idolo sea su marido*, Gen. 35. Idola quæ data sunt Iacob à turba domestica in annulis erant, atque inauribus, vt ex Chaldæa & Septuaginta liquet, data sunt idola quæ erant

18\. *Prima lex vt ipsius tota sit, & ipsi viuat.*

Cant. 4.

in manibus & auribus, & Oseæ 2. dicit adulteræ, *Auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio uberum suorum*. hoc est, præsta mihi quod externi populi præstare solēt honoris idolis suis, & tolle imaginem adulteri. *Quia fortis est vt mors dilectio, dura vt infernus æmulatio*, puta te ab hac die ciuilem quandam subiisse mortem, & sicut cadauer meo arbitratu & amore & ductu regendam esse, sic enim status quem sumis aut quædā mors est, aut certè viuū
19. quoddam simulacrū. Scito ergo zelum & furorem viri non parcere in die vindictæ, neque acquiescere cuiusquam precibus, quia fortis est vt mors dilectio, idest, pro seruando connubiali pacto ac fide etiam cū morte congredi debes. Ciuilis ergo mors est amor & vita amantium, sed quam ipsi sponte subeunt, lampades eius lāpades ignis, excruciat enim cor zelus, & commouet non secus atque igne supposito vasta etiā moles de loco suo impellitur. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*, moneo te, quasi dicat, duo solere constantiam fœminarū expugnare, & metum & munera; igitur si verè me amas, omnia aduersa ignem charitatis tuæ non poterunt extinguere, etsi amor non vulgaris, & quasi mercenarius sit, maxima etiam munera & dona despiciet. *Si dederit homo omnem substantiā quasi nihil despiciet eam.*

Ciuilis quædam mors amor sponsalitius.

Cant.8.7.

Videntes autem virgines quàm seueras leges imponit sponsus, aiunt ad illum. *Soror nostra paruula est, & vbera non habet; quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est?* Tenera nimis est fœmina, qui poterit præmuniri puella cōtra potentiorum vim, & insidias, quibus euerti solet ætas firmior; quando ergo *sermo instituatur contra eam* (vt legunt Septuaginta) quid consilij capiendum? Respondet, *Si murus est, ædificemus ei propugnacula argentea, & si ostium, compingamus illud tabulis cedrinis.* Duobus, inquit, solet sponsa à coniugali officio abduci, minis, & muneribus. Eisdem ergo conabimur in officio & fide continere, muneribus & minis; si enim *murus est*, & firma, vt nulli præbeat ad vrbē, id est, ad seipsam ingressum, si etiam pulsata nulli respondet, neque aperit magis quàm murus, ornetur talis vxor, colatur, si fieri potest, argenteis propugnaculis, sicut turris Dauid. *Ioyas y mas Ioyas que bien las merece.* Si verò porta est omnibus peruia, quæ facilè versatur, & respondet, *pulsate, & aperiet*, id est, quæ tentari facilè patitur, & vinci, claudatur tabulis cedrinis, *llaues y mas llaues*, ita vt venire non possit in hominum conspectū, sed odor optimus efflatus per fenestrā apud homines conspicuam illam & famosam faciat, sicut Iudith, sepiam, inquam, eam spinis, si opus
20. sit, & maceria, *emparedarla y cerrarla*, vt Oseæ 2. dicitur. Maximè autē obseruet ipsa, nullam præbeat ansam, vt zelotypus maritus fiat, nec leuitate morum, nec incessu, nec egressu & visitatione aliorum, qui nō decent, *Væ enim illi per quem scandalū venit*, nec enim satis est castā esse vxorē, sed appareat esse: nec de hoc admoneri opus sit, nam in toto isto libro nusquam inuenies zelo aliquid agere, aut dicere sponsum, quare ipsa hoc tacuit, neque verbo aliquo conquesta est, ipse etiā omnem auferat occasionem zelotypiæ, sed ne ipsa etiā grauis sit illi, & molesta, quia videt illum gratiosum, elegantem & dilectum à multis, imò cùm inuisitur, laudatur, gaudeat ipsa, *dicat electū esse ex millibus*, & inuitet ad visendum illū cùm elegantior est, *filiæ Hierusalem videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua.* Quòd si zelotypum sentiret maritum, blandè ipsa alloquatur, & secretò. *Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacē reperiens.* Imponit meus sponsus leges libenter, & constanter, ne dicam, fortiter officia vxoris fidelissimæ præstabo, ego enim sum murus, vbera mea sicut tuis, cor enim defendit corpus, sicut turris, murum, dura sum, indomita, armata, extunc maximè, cùm facta sum regina Salomonis, & pacifica, *vna Reyna y vna muger principal no se conquista facilmente seguro puede estar su marido*; omnia mihi abundè suppetunt cum meo marito, non est quid expetam, & præterea turris sum munita nimis. Quòd si maritus experiri vellet an muneribus possit expugnari, vel gaudeat donis, videat quid oporteat respondere, ipse enim ait, *Vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos, vir affert pro fructu mille argenteos*, &c. *mil reales nos renta la viña y docientos para los que la guardan essos os doy yo para chapines.* Quid ad hæc illa? mille tui pacifici, vel pacificè, Cōplutensis. O dilecte, reddo tibi vineam, tibi sint mille argentei, mihi sat est si abs te amer, *no he menester yo dones ni joyas para amar os, mis viñas y mi aranjuez tengo yo en vos*, tu me nudam adamasti, ego te etiamsi opulentus non esses, diligerem.

Ibid.8.

Quibus nam fulcienda est infirmitas sponsa ne cedat oppugnata.

Cant.4.

Matth.7

Cast. duo feminarum. Odor optimus & fama coniugum.

Matth.18.7.

Processit zelus à castissimis nuptiis.

Iubeat ipsa secretò, ut viro pacato sit animo, quia firmus eius est amor.

Nobilissima, securissima & firmissima esse debeat.

Vbi iam liquidò constat reciprocus amor vtriusque sponsi, iam ad conficiendam scripturam testibus & legitimo contractu venitur de Hebræorū more, vt graues authores affirmāt *. Age iam, amici intersunt, & nomina nostra scribi in tabulis expectant, & voluntatem tuā præstolantur, *Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam, señora aldeana señora nimpha que viene entre ramos y flores cante vn villācico y deme el si embuelto en honestas y castas palabras.* Cui illa statim, *Fuge dilecte mi, assimilare capreæ hinnuloque ceruorum.* Fortè est hymnus ore & decoris gestibus cantatus, de more dialogi, & dramatis, quod ita dari solebat, teste Philone, atque adeò manum porrigit sponso, & ait, *fuge* †, accelera, festina, iā teneo quem experierā, & inuenire foris desideraueram. Igitur festinationem petit, vt à prima die sciat maritus nusquā longas trahere moras, nec diu absentem cōmorari, nec sæpius inuitari ad mensam alienā, ad lectum nunquā nisi admonita priùs vxore exemplo sit diuinus sponsus, qui ad cælū migrans voce dulci reuocatur [a], *Fuge dilecte mi, assimilare capreæ.* & Apoc.[b] clariùs dicitur, *Veni Domine Iesu, queda os con migo señor he de quedar sola*, quorum verborū ea fuit vis, vt quasi Christum terris præsentem consecrauerit. Ideo addit, *ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.*

21\.

Contractus matrimonij.

* Tertullianus de velādis virginibus, ex Philone lib. de specialibus legibus longè ante mediū, & Tobi.c.7.

Longas non trahat moras maritus.

† Hebraicè *barach*, & fugere & festinare significat. & fugiētes anni & fugiētia vita dicuntur & fugax pro veloci. Veni, quasi dicat, iā ampliùs ne abeas. *Sed accelera, fuge, apresura os.*

22\.

Tertiò iam in Cana Galilææ diuinus artifex Patrem filiorū Dei matrimonium renouare molitur. Nam licèt primæ nuptiæ fuerunt in paradiso, & secunda renouatio à duobus præclarissimis vxoribus Maria & Ioseph inceperit, modò verò nuptias omnes & familias instaurare contendit, & hoc in *Cana Galilææ in Zelo rota*, nam videtur ad inuidiam & æmulationē dæmonis voluisse honestare, & exaltare matrimonium, stabiliens illud gratia, & sacramentum instituens, quare ipso tunc patrato miraculo quid in matrimonio perageretur ostendit, nempe naturalem contractum frigidum, & sicut aquam conuerti ab

a Cant. 8. 14.

b Cap. 22. 20.

Tertia renouatio in rota, hoc est, in Cana Galilææ.

Miraculum nuptiarum quid denotet.

ab hac die in vinum, in sacramentum videlicet, quod suauiter & cũ gratia suscipitur & toleratur.

Nunc verò verba Mariæ sanctissimæ, & quæ respondit Christus, veniunt intelligenda, *Vinum non habent*; cui ille, *Quid mihi & tibi est mulier, nondũ venit hora mea*; intendebat enim Dei mater clarificationem Domini, & nouæ legis manifestationem, quorũ primum per illud miraculum fiebat, secundũ in eo etiam repræsentabatur, & cùm ad hoc electa esset domina vt iustificatrix & cooperatrix Christi, quia bonũ non erat hominem esse solum, sed oportebat esse adiutorium simile sibi, vt vir viro, & mulier mulieri damni operatrici opponeretur, & sicut illa virum in malum excitauit ad ruinam, ita Maria Christum ad reparationem inuitat. Hanc autem

23. dignitatẽ cooperandi Christo non habuit Maria ex eo quòd dedit Christo carnem, sed ex eo potiùs quòd accepit illa de spiritu eius, & quasi ex costa eius fabricata est; ideo Dominus non pro eo quòd non intelligeret hoc Maria, sed propter nos carnales instruendos dixit, quid mihi & tibi mulier, non negando coniunctionẽ carnis, vt blaterant hæretici, sed potiùs quòd ad id operis nõ erat illa carnis coniunctio per seipsam respicienda, sed potiùs coniunctio spiritus, per quam ipsa erat ab eo nata, & arctissimo vinculo charitatis coniuncta. Vnde tam longè abest vt verba sonent repulsam, vt potiùs amoris scintillæ sint, *Mulier quis te tam arctè mihi coniunxit?* quis me cogit amor, quæ vis ista tua erga me? *que hechizos son estos muger?* Bene dicitur mulier à molliendo, vel quia *mollis*, vel quia malleus, tundit enim cor vsque dũ vincat illud; mulier igitur quæ tua mollitudine amoris plena me filiũ Dei manifestari cogis? ita Domine, ita oportet vt mundum renoues, & massam istam fragilẽ confirmes, & honestas nuptias, in quibus à gentibus mille absurditates fiebant; cùm iam igitur certum est vinum defecisse, & naturam indigere gratia; age igitur fili manifesta teipsum.

24. Venit igitur nouus Adam Christus cum sua Eua ad rotam, hoc est, Galilæam, & renouat matrimonium, & in tantam dignitatem eleuat, vt exclamet D. Paulus, *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia*, hoc de carnali coniugio vos certos esse volo in sacramenti dignitatem & significationem euectum esse, quia signum & symbolum est contracti coniugij inter Christum & Ecclesiam; quare locum istum de Christo & Ecclesia intelligendum puto, inquit Paulus, & explicat Hieron. & Epiphanius, *in Christo*, hoc est, de Christo, sicut alibi, *Ego confido in vobis, id est, de vobis; veruntamen & vos singuli vnusquisque vxorem suam diligat*, ego allegoricè explicaui verba Genesis (exponit OEcumenius) volo autem sensum litteræ vos retinere, & de vobis dictum intelligere. *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & vxorem suã diligat sicut seipsum.* Hieron. *sicut seipsum*, intelligite non amore solùm spirituali, sed carnali, etiam dilectione, casta tamen & sancta, & ad solum propagandum intenta.

Nouus Adã Christus, Eua Maria.
Ephes. 5. 32.

Amor coniugum vigeat.

25. Quia verò periculum imminebat in nuptiis, sicut & in cæteris gradibus, & muneribus, speciali sacramento muniuit imbecillitatem naturæ, quod optimè S. Fulgentius [a] declarauit. *Scimus nuptias non esse peccatum, sed Dei opus, & Dei donum, quas ipse Dominus connexuit fidei vinculo, gratificauit benedictionis dono, multiplicauit propagationis augmento*; ille enim Dominus qui quasi sol illuminat mundum, & quasi sol ingreditur de thalamo suo, tenebras non solùm propellit, quas primus serpens in terrã inuexit, sed de remedio agens omnia lucis claritate perfundit, vt inoffenso pede ad cælum nouum hominem dirigat. Quare cum in tribus rebus esset periculũ offensionis, ibi se Christus quasi lampadem constituit fulgentissimum. Primus locus erat mensa, vbi primus homo mortem hausit, & mortis periculum imminebat; ideo in mensa carnem & sanguinem suum sub specie cibi contra primi esus venena mortifera opposuit. Secundò periculum æternæ offensionis erat in morte, nec poterant fluuium illum trancere mortales, ideo in equo crucis sese offert, & ibi affixus manere voluit, vt inuitet homines, vt libenter mortem oppetant, ipso præduce. Tertiò denique quia in nuptiis, vnde oriũdi filij Dei & regni hæredes futuri erant, illecebrarum carnaliũ offendicula immoderatæ concupiscentiæ laqueos iniecerant; ideo ibi adesse inuitatus non renuit, & nuptiales epulas benedicere, thalamos consecrare, coniugisque carnalis solemnia ad magni sacramenti mysteria transtulit. O verè pater futuri sæculi, qui in *Zelo rota*, hoc est, *in Cana Galilææ* voluendo & rotando hominem ad te conuertisti, perfice eos quos condidisti, vt non sicut impij in circuitu, id est, rerum creatarum amore versentur, sed ad te finem verum sæculorum parentem, nunquam rediturí, conuertantur gratia & gloria.

a Epistola 3. intra med. & princ.

Adest Christus vt nuptias sanctificet.

VERBVM FILII.
Ioan. 2. v. 1.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi.

Ad onera grauia matrimonij sustinenda cælestibus donis coniugalis thalamus, quasi columnis fulcitur, & floribus, ac malis nouæ legis gratiæ stipatur.

DISCVRSVS CXIX.

IMMENSAS illas Deitatis iam diu reconditas diuitias, in nuptiis Cana Galilææ Christus adhortante & impellente matre depromens, totius humanæ naturæ columen, diuturnitatem & instaurationem prætendisse demonstrat. Columna enim non nisi supra basim suam erigenda est, basis autem gratiæ natura est; in nuptiis igitur naturæ operæpretium fuit gratiæ columnas excitari & collocari, grandi priùs patrato miraculo. Verùm cùm leges, vt aiebat Festus, neminem damnant, nisi priùs testes & accusatores inducantur, vt ab eorum se dictis purget, cùm vetus lex virginitatem accerseret, & accusaret, proposita summa matrimonij necessitate, voluit hodierno conuiuio & miraculo Christus virginitatem matrimonio anteferre, citatis ad hoc ambabus partibus, vt in eodem loco conuenirent. Sed cùm actio ista iudicialis non eò tenderet, vt damnaret nuptias tanquam iniquas, sed vt virginitatem meliorem, & excellentiorem ostenderet, 1.

Renouatio humani generis in Cana Galilæa incipit.

Actor. 25.

Concordia inter virginitatẽ & matrimonium seruata vtriusque dignitate.

deret, voluit hac sua præsentia nuptias honestare, haudquaquam malum esse matrimonium ostendens. Et sicut iudices bona verba dant infirmiori & debiliori parti, sic Christus Dominus cùm aliis multis in locis sententiā pro virginitate dixerit, illámque quasi Christianæ militiæ vexillum non solùm super Ecclesiæ arcem explicatum, sed super cælestis aulæ testudines & turres collocatum, colendam duxerit, hodierna die vult vt saltem bona verba demus sanctis nuptiis, vt summi concionatores Paulus & Augustinus [a] adnotarunt. *Paulus exhortatur ad virginitatem vt aliquantulū etiam à nuptiis deterreret, tribulationem carnis habebunt huiusmodi. Modestè sanè, non tanquam à re mala & illicita, sed tanquam ab onerosa & molesta. Tribulatio autem est in suspicionibus zeli coniugalis, in procreandis filiis, atque nutriendis, in timoribus & mæroribus orbitatis, quos neque nos exaggerare debemus, ne ipsis non parcamus, quibus parcendum existimauit Apostolus, hoc enim significauit Apostolus, postquam dixit, tribulationem carnis habebunt, huiusmodi addens, ego autem vobis parco, hoc enim est, nolo recensere labores qui hunc comitantur statum.* Sed bono animo esse iubeo cōiuges litigantes, habet enim vtraque pars suos patronos, virgines habent in conuiuio Virginem, habent matrem Iesu, & sponsam Ioseph Mariam, qui matrimonio iuncti sunt; quare primum libellum supplicem ad Virginem, ad nuptam, ad tutricem nostram mittamus.

Honoranda nuptia. a Lib. de sancta Virginitate c. 16. 1. Cor. 17.

Moderatè de oneribus sancti matrimonij loquendū.

2. Sancti matrimonij incommoda grauia quidem, sed non importabilia primus retulit Christus Dominus, quia cùm dixisset vxorem semel ductam non nisi ob adulterium posse dimitti, & illa viuente, maritum non posse aliam ducere, nec ipsam sic dimissam sine scelere adulterij ab alio duci posse, discipuli dixerunt, *Si ita est, causa hominis cum vxore non expedit nubere*, quorum sententiam Christus non solùm probat, sed etiam maximè probat, vúltque eos eò perfectionis adducere, vt quod verbis dixerant, moribus ac rebus præstent, *redobla el señor la sentencia dicha porsi los Apostoles auian dicho con la boca chica que no querian casarse lo dixesen de veras y lo affirmasen en su dicho y lo pusiesen por obra*; quod & postea fecerunt, proponit enim illis tanquam agonotheta præmium manu tenens, & in stadio currentes clara voce cohortatur, *qui potest capere capiat.* Hieronymus [b]. Proponit, inquit, agonothetes præmium, inuitat ad cursum, tenet in manu virginitatis brauium, ostendit purissimum fontem, & clamat: Qui sitit, veniat ad me, & bibat, & qui potest capere, capiat. Paulus etiam ab hoc onere vxoris ducendæ Corinthios absterrere videtur. Primò enim dicit generatim [c], *Bonū est homini mulierem non tangere.* Secūdò [d], *Volo autem omnes homines esse sicut meipsum*, id est, vxoris expertem. Tertiò [e], *De virginibus autem præceptū Domini nō habeo, &c. bonū est homini sic esse*, id est, sine vxore. Incommoda autem, quia nota, prætermitto, quæ notant August. & Chrysost. [f] nempe quòd mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir, & econtra. Alterum quòd coniuges magis obnoxij sunt tentationi satanæ, quàm cælibes. *Iterū*, inquit Apostolus [g], *reuertimini in idipsum* (nēpe ad officia coniugalia) *ne tentet vos satanas per incontinentiam vestram, est enim voluptatum appetitio insatiabilis*, vt notauit Arist. [h] & experientia probat. Chrysost. *Pudicitiam is qui vxorē habet, facilè seruare posse videtur, verùm sic quoque longè plures videas lapsos ex coniugatorum, quàm monachorum ordine, neque enim tam multi ex monasteriis ad matrimonia accedunt, quàm ex iugali toro se ad scorta recipiunt.* Tertium, quia coniuges etiam voluptates carnales quas quærunt rarò inueniunt. *Si acceperis*, ait Apostolus, *vxorem, non peccasti: tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi.* In quæ verba Hieron. [a] ait, *Nos ignari rerum putabamus nuptias saltē carnis habere lætitiā: si autem nubentibus tribulatio est, quid ergo erit reliquum propter quod nubant? cùm & in spiritu & in anima & in ipsa carne tribulatio sit.* Quantum incommodum est, quia coniugati rarò possunt orationi, ieiuniis aliísque piis exercitationibus vacare, tum quia citra mutuum consensum non possunt. *Nolite fraudare inuicem*, ait Paulus [b], *nisi fortè ex consensu ad tempus vt vacetis orationi, & iterū reuertimini in idipsum*: tū etiā quia otiū non datur seruiendi Deo, vt ait Paulus [c], & ponderat Basilius [d], *Nam quæ mortali connubio coniuncta est ad suam ipsius curam viri quoque altera adiecta geminam in vna anima ex coniuncto sibi corpore solicitudinem necessariò sustinet, &c.* *

Matth. 19. *Non importabilia onera matrimonij.*

b Lib. 1. in Iouini. c 1. Cor. 7. 1. d Ibid. 7. e Ibid. 25. f In lib. de virginitate, & hoc loco. g 1. Cor 7. 5. h Lib. 3. de morib. cap. vlt. Cassianus collat. 21. in lege qua cōniugiorum iura seruantur, quāuis cohibita luxuriæ euagatio vni tantùm fœminæ tamē mācipatur, difficile tamen est vt ignis, cui etiam studiosè pabula suggerūtur, ita præfixis terminis includatur, vt

3. non etiā ex trauagatus amburat, quidquid attigerit.

a Ad Ioninia. lib. 1. b 1. Cor. 7. 5. c Ibid. 34. d Lib. de vera virginitate. * Pluta de incommodis matrimonij Naz. in carmine, & Hieron. lib. 1. Heluid. Hieron. ex Ethnicis scriptoribus lib. 1. alia ex Theophrasto vide verbo *Matrimonium*, Busæo de statibus. § ex aureolo.

4. Adeò graue est pondus quod his quatuor incommodis super se tollit carnale connubium, vt nulla ratione stare posset, nisi ab auctore naturæ & gratiæ quatuor fulciretur columnis, in quibus tanta moles consisteret. Nam naturæ auctor Deus Pater, duas supposuit columnas, quibus matrimonij actio honesta, licita & vtilis semper redditur, alias duas adiecit Christus naturæ reformator, prima est bonum prolis, secunda fides coniugum, hoc est, fidelitas in seruandis mutuis promissis, tertia sacramentum, hoc est, insolubilitas à Christo Domino declarata, *Quod Deus coniunxit, homo non separet*, & gratia item muniuit. Quartum est Christi Domini præsentia in nuptiis quam Euangeliū refert. Tria illa prima bona luculenter exprimit Augustinus [e]. *Quod bonum habent nuptiæ, & quòd bona sunt nuptiæ, peccatum esse nunquam potest. Hoc autem tripartitum est, fides, proles, sacramentum. In fide attenditur ne præter vinculum coniugale cum altera vel altero concumbatur, in prole vt amanter suscipiatur, benignè nutriatur, religiosè educetur, in sacramento autē vt coniugiū non separetur & dimissus, aut dimissa, nec causa prolis alteri coniungantur. Hæc est tāquā regula nuptiarū, qua vel naturæ decoratur fœcunditas, vel incontinentia regitur prauitas.* Hæc quatuor bona sigillatim expendamus.

Fulcitur matrimonium ad ferēda onera. e Lib. 9. de Genesi ad literā, & lib. 2. c. 7. de peccato originali contra Pelagium, & ibid. cap. 34. prosequitur, & lib. de bono cōiugali, & de sancta virginitate c. 12. *Ingens bonum prolem Christo generare.* † Nam peccatum esse veniale vti coniugio ad vitandā fornicationem solam, tenēt Theologi Thom. Bonauentura, disp. 31. August. lib. 1 de nuptiis c. 10. Sed ad populū minimè in concione dicēdū puto: sed finem viri esse prolem, finem vxoris esse matrem fieri, vnde matrimoniū dictum esse, ait August. lib. 19. contra Faustū. f 1. Tim. 2. 15.

5. Primum bonum, nempe procreare filios, educare & instituere ex Christi exēplo, & Ecclesiæ, gloriosum redditur, qui semper filios spirituales per Baptismum gignunt, & per Eucharistiā nutriunt, per confirmationē roborant, per ordinem ad certum statum destinant, itaque procreandæ prolis causa torum eorū honestum & immaculatum facit †. Præter hoc autem vtilitas & securitas maximè à D. Paulo meo videri honestè & pudicè indicatur [f]; docet enim media ad salutē. Ad hoc autē incōgruum duco mulierem docere in Ecclesia, quia, vt ait Chrysost. *est fermè loquax muliebris sexus*; Paulus verò addit rationē, *Adam enim primus formatus est, deinde Eua, & Adam non est* (primò) *seductus* (sic Theodoretus;) *mulier autē seducta in præuaricatione fuit*; quia, vt putat Theophyl. Adam nō fuit seductus à serpente, sed persuasus à muliere. *No se saluara bien por esta puerta*

la muger, mal le saldra el hablar; qua ergo via poterit salutem obtinere? tunc ait, *saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide & dilectione.* Opportune quidem hæc addidit si Tertullianum [a] auscultamus. Euenit nocentissimum virum in suspendium ferri iam audita sententia præconio publico, at ille vt effugiat prophanos iudices fugit in locum sacrum, obiter autem arrepto infante, aut puero, se in turrim Ecclesiæ confert, nam & immunitas loci proteget eum, & infans non finet eum fame perire. Sic vos ô fœminæ Paulus accusat, *Adam non est seductus*; plectatur ergo mulier, hoc est, pereat genus mulierũ. Sit ita, ait, ego sententiã & præconium dicam. *Tu es diaboli ianua, tu es arboris illius resignatrix, tu es diuinæ legis prima desertrix, tu es quæ eum inuasisti quem diabolus aggredi non valuit, tu imaginẽ Dei hominẽ tam facile elisisti: propter tuum meritũ*, id est, *mortẽ, filius Dei mori habuit*, pergat in patibulũ; quid remedij superest? arripere infantẽ, filium generare, parere, educare, & confugere in Ecclesiã. Vide Domine, in quibus occupata est ancilla tua, *saluabitur autem per filiorum generationẽ*, dummodo in fide & dilectione maneat, *creed y amad y tened hijos y veis ay el camino llano del cielo.* Hinc liquet quare dixerint nonnulli, vt refert Theophylactus, nomine *liberorum generationem*, intelligi sanctissimæ Mariæ partum; ingeniosa quidem & in gratiã fœminei sexus interpretatio. Nam cùm in B. Virginem & originale peccatum & actuale sicut alias fœminas vellent impetere, illa arrepto de sinu Patris Verbo filium peperit Saluatorem, non tantùm sui, sed aliarum fœminarũ, quam cùm sic videt filium in gremio gestantẽ, exclamat Origenes [b], *Meritò meritò Virgini salua sunt omnia quæ omnium genuit plasmatorẽ & redemptorem*; etiam Virgo purissima salua facta est per filij generationem, & ita quidem salua, vt nec originale conceptionẽ, nec actuale vitam, nec vir conceptum, nec dolor partum violauerit, quia talem filium habuit. *Salua sunt omnia*; sic etiam ait Ephesina Synodus, matres Christi appellandæ sunt matronæ quæ filios genuerant Christo. Sed quid dicendum de virginibus, quid de viduis, quid de innuptis & cælebem vitam agentibus, quæ filios minimè generant? Ideo Ambrosius, & August. [c] Græcorum sequuntur lectionem, & interpretationem. Nomine *filiorum generationem* interpretãtur bona hominis opera, quam prolem habere profectò possunt virgines etiam, & viduæ. De hac spirituali generatione filiorum per mentem, orationem & contemplationem vide *disc.* 120. §. *primum quod admiramur*, in locum Cant. 7.

Saluatur mulier non concionando, sed filios generando & nutriendo.

a Lib. de habitu muliebri.

Simile.

6.

Refert P. Magalianes in hũc locũ 1. Tim. 2.

Maria concepta sine peccati originalis macula.

b Alibi citatus, & à Castro de concept. B. Virginis.

c Lib. 11. de ciuit. c. 7.

7. Secundum bonum fidei, nempe coniugum, id est, fidelitatem, huiúsque fidelitatis leges & coniugalia debita non nisi adhibita pulcra & mundissima similitudine exprimi possunt, eam adinuenit Spiritus sanctus per Salomonem, qui cùm domum & torum coniugale vellet adumbrare, *ferculum fecit* in primis *de lignis Libani*, ex cedro incorruptibili & odoratissimo, in domo enim coniugum nihil non purum & incorruptũ debet esse, *tigna domorum nostrarũ cedrina, laquearia nostra cypressina: columnas eius fecit argenteas*, quia cùm apertum deberet esse ferculum, quidquid apparebat candidum erat & pellucidum: nam, licet cõiuges sint quando in conspectu sunt hominum, nihil non castum & candidum debet apparere, castitas enim & mũdicies sicut columnæ sustentant fidem matrimonij. *Reclinatorium eius au. cum, la popa de la carroza.* Dignitatem sancti matrimonij denotat, in qua placide animæ recumbunt, & sic gestantur ad gloriam. *Ascensum purpureũ*, id est, integumentum, *la cubierta de la carroza el cielo de la cama era de grana*; quia amor coniugalis illis pro cælo est, & cælum illis parat si supra columnas argenteas, hoc est, in castitate & decore pudicitiæ extensum sit. *Media charitate constrauit*, hoc est, multa amoris emblemata posuit, non quidem Venerem & cupidinem turpi nuditate pellicientes, sed vel columbas, vel alia ingeniosa signa amoris coniugalis. Vel nomine *charitatis* ipsi sponsi intelliguntur, qui alibi, *Soli & lunæ* comparantur, & stellæ videbantur esse nobiles fœminæ, & virgines, quæ lampades præferebant. *Pulcra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata.* & Dauid solem sponso comparat, *sicut sponsus egreditur de tabernaculo suo.* Verumenimuero hanc elegantem similitudinem videtur Salomon ex visione Ioseph accepisse. *Vidi* (inquit) *per somnium quasi solem, & lunam, & stellas vndecim adorare me.* Illustris quidem species familiæ, in qua Pater sol est, mater luna, filij stellæ. Hanc similitudinem videtur D. Ambrosius [a] vsurpasse, vt ostendat puerum Iesum à Maria & Ioseph fuisse adoratum. Hunc ordinem declarauit Paulus, *Mulieres subditæ sint viris suis, sicut oportet in Domino. Viri diligite vxores, & nolite amari esse ad illas. Filij obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum est coram Deo. Patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant. Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes.* Ecce totius bene ordinatæ familiæ symbolum.

Cant. 3.

Nihil non castũ appareat inter coniuges.

Simile.

Gen. 37. 9. *Familia optima descriptio.*

a Lib. de Ioseph Patriarcha. c. 2.

Coloss. 3.

Sol maritus est, qui tria nomina in sancta habet lingua. חמה *Chamah*, שמש *Semes*, חרש *Cheres.* *Chamah* dicitur sol à calore quem efficit quo terram fouet, sic Pater calefacit fouétque familiam, friget namque absque patrefamilias domus; quare per vnam diem longè abesse à coniuge non permittendum, & eos qui longè absunt, vel tempore, vel loco, minimè absoluere oportebit. *Semes* verò dicitur à conseruando, seu generando, quòd familiam continuata generatione conseruet. Nam vir debet duplo magis laborare, quia in duobus corporibus viuit. *Viri debent diligere vxores vt corpora sua.* Dotem eius conseruet, nec cogat oppignerare sua bona ad soluenda sua debita, ne per lusum aut immoderato sumptu bona decoquat, non cogat in morte cui ipse velit bona testamento relinquere, conseruet vt sol, & augeat omnia, ne quasi vidua adhuc viuente viro deploret. *Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima eius, occidit ei sol cum adhuc esset dies. Cheres* sex punctorum nomen significat etiam *solem*, aliàs *testam*, quòd sicut testa præacutis feriat cuspidibus, ita sol radiis omnia penetret, quia licèt sol sit & pater, credat tamen fragilis esse naturæ, & testam fragilem esse vxorem; quare summo eam colendam honore, vt ait D. Petrus, *viri cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo impertientes honorem, &c. como vaso de vidro porque no se quiebre*; aliquando enim asperum verbum grauius fert quasi fustibus peteretur. Quòd si verbis reprehendenda est, vrbanis verbis id agat, & ratione, sicut sol qui solo splendore reprehendit quod fœdum & incom

8.

Ne diu absens sit. *Laboret vir.*

Dotem conseruet.

Ne extorqueat voluntatem vltimã.

Ierem. 19.

9.

1. Petri 3. *Fragilitati vxoris prospiciat.*

compositum est, nec alios iræ radios mittit quam lucis; ita vir nisi sedata priùs ira illam non corrigat, *quoniam mulier est gloria viri.* Seipsum dedecorat qui iniurius est vxori.

Luna est materfamilias, quia sicut luna splendorem suum mutuatur à sole, sic illa à viro lumen accipit autoritatis. Item vt luna modò plena, modò vacua cernitur, ita materfamilias vicissitudines habet generandi, modò pleno, modò vacuo incedens vtero. Præest rebus humidis luna, maximéque in pueros dominatur, quod matrifamilias in primis proprium est, nam filiorum educationi præcipuè ipsa incumbit. Omnes domi parentem sicut solent debent suspicere, & eo apparente ipse solus illuminat, non luna, nec astra; sic in præsentia mariti omnes demissè se gerant, radios obducant, solus ipse imperet, verùm in absentia eius luna, hoc est, vxor domum moderetur, & imperet, eique tam filij quàm famuli obtemperent. Et sicut astra orto iam sole diffugiunt, occidente redeunt; sic coram matre audentiùs poterunt filij prodire, & quos nec caput tegere, nec assidere præsentia patris concedit, matris verò affabilitas & benignitas hæc libenter permittat, ita tamen vt sicut astra à longè sint, & lunæ maiorem splendorem reuereantur. Sed sicut sol tantum in se splendoris habet, vt possit claram & splendidam lunam reddere; sic vir ea debet præcellere sapientia, & rerum fidei notitia, vt possit vxorem informare, stellas filiorum erudire. Habet item sol virtutem terram exsiccandi, post Solis occasum, tamen humida rorisque mater luna gubernat, æstum mitigat, madefacit herbas. Nam si contingat virum excandescere, & siccis verbis corripere famulos, taceat tunc ipsa, at illo absente prodeat, & humectet illa quod sol exsicauit, ne tristeris fili, pater est qui corripit, satius est ab illo defectus corrigi, quàm ab externis in platea obiici. Seruum similiter consoletur. O Deus bone, quàm impatiens es, & quàm acerbè fers herum tuum, nónne iam æquum esset mores Domini vestri calluisse, dum ipse iratus est, tace, & reprehensionem suscipe, crastina die mitior erit, quod ipse negat, si opus fuerit, ego libenter præstabo, dummodo ipse nihil sciat. Ob lenissima quæque statim ad extremam iram deueniendum est, & extra domum migrandum? patienter tolera, vbique est labor, vbique multa sunt perferenda. Sed in hoc semper vir grauitatem & autoritatem erga famulos seruet. Verùm sicut oriens sol splendidus omnia illustrat, cuncta exhilarat, & licèt omnes exultamus in eo, rectis oculis nemo audet suspicere, sic maritus in ingressu sic benignus & alacer se præferat, vt gestiant omnes, verùm ab omnibus suspiciatur, nec audaci familiaritate ad eum accedant. Coloss. 4. *Domini quod æquum*
10. *est, & iustum, seruis præstate, scientes quod & vos Dominum habetis in cælo.* Sed illud maximè notandum est cùm luna interponitur inter solem & terram, statim deliquium patitur sol, obscuratur terra, & apparent sidera; ita cùm vxor opponit se marito & tegere cupit, statim prodeunt filij, & famuli, & insurgunt contra ipsum; contemnitur enim vir ab vxore contemptus, econtra verò cùm sol totus se abscondit à luna terra interposita, tristatur luna, eclipsim patitur; sic mœrore conficitur vxor absente marito, cùm per alienas domos diuersatur, quia aliam interposuit, aqua, luce & lætitia priuatur: indecens quidem, & quod scandalo nocet reipublicæ, & peccato, iram Dei concitat. *Honorabile connubium, & torus immaculatus, fornicarios enim & adulteros iudicabit Dominus.* Aliud insuper notandum, ea parte quam sol lunam aspicit clara fit luna & pulcra, qua verò ipsam non intuetur, vacua, incomposita est, videtur enim nolle pulcritudinem nisi in quantum eam maritus potest intueri, hoc est, liberam ei damus potestatem ornandi & colendi se dum adest maritus, verùm si abesset, quorsum pingitur, quorsum ornatur, operiat faciem, & communem induat vestem, nam aliàs non leuem generat suspicionem ab alio sole illustrari, *Mulieres eorum insensatæ sunt, & nequissimi filij eorum: maledicta creatura eorum (id est, proles eorum) quoniam felix est sterilis, & incoinquinata, quæ nescivit torum in delicto. habebit fructum in respectione animarum sanctarum, quando Dios mirare las buenas para premiarlas grande parte os cabrà a vos.*

Vxor sicut luna.

Pueros dominat.

Temperet ira viri mater.

Ne contemnat virum coram famulis.

Hebr. 13.

Ornatur & comat se mulier suo marito.

Sap. 3. 13.

II. Duo insuper à sole & luna discere oportet, in primis honestatem, res enim vestræ non solùm licitè debent fieri, sed honestè, semel in mense noua lunæ & Solis congressio & coniunctio fit, & nihil minus videtur in orbe etiam expertissimis Astrologis, qui sola scientia id attingunt, & designant horam nouilunij; estote ergo pudici, &, vt ait Bernardus, *quod non feceris castè, facito cautè*; semel ridebant Isaac & Rebecca, & vt sic ridentes videret opus fuit regi clam & per rimulas speculari. Secundò ab vno sole vestitur luna iam ampla veste, iam angusta, iam pallida, iam alba, iam denique rubicunda, ne putet vir solo nomine mariti contentum esse debere, sed proprio sumptu vestire debere vxorem, aliàs nequaquam poterit nec infamiam effugere, nec mores petulantiores lunæ suæ corrigere. Quod in primo coniuge videre licet, qui post peccatum & pœnam, mirum est non asperè tractasse Euam, quæ locum dederat diabolo, & ab eo persuasa acceperat pomum, verùm in promptu est ratio, nam non solùm Eua pomum manducauerat, sed etiam Adam, *Tulit de fructu illius & comedit, deditque viro suo qui comedit*; cùm ergo vxor comedit, & sustentat maritum, cùm illa vestit pretiosa, & virum etiam ornat, omni priuatus est facultate interrogandi, corripiendi, etiamsi dæmonem videat clarè domum intrantem, & colloquentem cum vxore. Et quorsum hæc omnia? vt firma seruetur fides coniugij, nec locus detur adulterio, sed firma sit & stabilis columna, nec donis, nec minis, nec lenociniis à proposito diuelli queat, vt ipse cælestis sponsus admonet, *Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* & illa ait, *Si dederit homo omnem substantiam quasi nihilum despiciet eam*, vel, vt legunt Septuaginta, *cum, ninguno me podra a mi derribar.* Et bene Soli comparauimus maritum, quia, vt ait Augustinus, solus sit vir, & ipsa solius viri sit, *& licet aliquanto intemperantius & incontinentius expetant, fidem tamen sibi pariter debent, quam fidem potestatem vocat Apostolus: huius autem fidei violatio dicitur adulterium.*

Honestas decet coniuges.

Hæc si pro concione dici contingat cautè loquatur, *vna vez a solas dan, oi y luna cada mes y no ay cosa mas escondida en el cielo.*

Proprio sumptu ornet vxorem sicut sol.

Gen. 3.

Nam si de alienis comedit, priuatus est facultate interrogandi & corripiendi.

Cant. 8.

12. Tertium bonum est sacramentum connubij, quod

quod alij vocant indissolubilitatem, & in eo consistit vt alter ab altero post initum semel coniugium nunquam separetur. Hoc vocas bonum (dices) quin potiùs hoc opus, hic labor est. Fateor quidem, verùm hoc onus subleuat gratia Sacramenti, & exemplum Christi, & Ecclesiæ, quorum connubium in hoc vestro adumbratur, vt ait Paulus, *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo. & in Ecclesia*; quapropter quod ante Christum naturalis erat contractus, nunc Sacramenti gratia eleuatur, & roboratur, & in nuptiis Cana liquidò constat, naturale enim coniugium erat sicut aqua frigida, legis verò gratiæ odoratissimo vino comparatur à Moyse *ex aqua sublato*, quem potuit habere saporem matrimonium gentium; *hic* verò, nempe Christus (ait Ioannes) *venit non per aquam solùm, sed per aquam & sanguinem*; quare potuit honestatem & diuturnitatem tribuere nuptiis, vt bene Honorius [a] annotauit. *Venter eius eburneus, distinctus sapphiris.* Christus est caput, oculi sapientes Ecclesiæ, brachia actiui, pectus seu venter coniugati, qui venter omni tempore & in omni ætate pulcer fuit & honestus, qualem ebur indicat. Sed tunc tantùm erat voluntas & traditio sicut in contractu venditionis; at cùm Christus his omnibus velut ornamento vestitus etiam statum istum honestauit per gratiam sacramentalem, eburneus effectus est, castus sicut elephas, temperatus, *qui habent vxorem tanquam non habentes*, & insuper gratias inseruit tanquam sapphiros, *distinctus sapphiris.* Ad hoc autem aquam in vinum miraculosè mutat, quia ad hoc Christus aquam in sanguinem conuertit, & effudit, vt illam mundaret, & sine ruga efficeret, vt obiter discant coniuges ad stabilitatem matrimonij opus esse, vt quisque aliquid exhibeat, si opus est miracula operetur. Primum hoc miraculum Christus in nuptiis instaurandis patrauit, & primum item fuit cùm ab Adam costam eduxit ad ædificandam Euam; præstet aliquid vir ad alendam & fabricandam vxorem, ne gratis putet Euam & sociam illi datam, vt exinde sibi charior sit, quia cariùs illam emit, vt optimè notauit Theodoretus [b]. *Deus à latere Adam, fœminam finxit vt duas species inter se coniungeret, & amore conciliaret, & naturali quadam amicitia inter se copularentur, quod vt arctiùs atque tenaciùs fieret, nuptiarum vinculo coniugauit*, & cùm alter quereretur ablatam sibi costam, & mulierem sibi datam, quæ duo videntur esse infortunia, Adam verò lætatus est, & per nongentos & amplius annos ardenter dilexit, quia ex costa facta est, *costole mucho.* In illis verò coniugiis quos Isaias refert, ægre poterat amor reperiri, *nam apprehendent septem mulieres virum vnum*, nec alium sumptum exigentes ab eo, quàm, *panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur*, id solùm exigentes, *tantummodo vt inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum.* Solo nomine contentæ, ibi solùm erat vir quasi vmbra, *marido de auillo el titulo no mas, sin renta ni pension a si seria el amor.* Non sic Christus duxit Ecclesiam, immo potiùs emit, lauit, coluit & in gloriam destinauit proprio sumptu, hoc ipsum erga coniuges exhibuit in Sacramento, & seruari voluit vt velum illud ostendit quo velantur ambo iuxta altare, vt vir ad nullam aliam respiciat, nec ipsa in alios coniiciat oculos, quàm in illum à quo empta est. Quod barbarus rex etiam obseruasse videtur, nam cùm Abimelech comprehendisset Rebeccam, non sororem, sed vxorem esse Isaac, vocato Isaac dedit illi mille argenteos in velamen, & ipsi dixit, *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt, & quocumque perrexeris memento te deprehensam*, ne putes non habere virum qui tibi vmbra non sit, & protegat, ecce habet mille argenteos, quibus ita velet caput tuum, vt iam deinceps nec tu alios respicere, nec mentiri nomen, nec ab aliis videri possis, ideo Pagninus, *Ecce est tibi operimentum oculorum tuorum, de oy mas no tendres ojos para mirar a otro auiendole costado tanto, veis ay para tocas mill reales y para ayuda de costa de los que van con voz, in velamen vitlus, amad al que le costais tanto*, Caietanus, *Ecce ipse tibi maritus, & quatenus maritus velamen oculorum tuorum.*

Indissolubilitas bonū matrimonij est, iuuante gratia Sacramenti.

Gratia sacramenti matrimonij ab auctore & restauratore.

Ioan. 1. 5.

a In cap. 3. Cant.

Eleuauit Christus matrimonij contractum.

13.

b Quæst. in Gen. 2.

Isai. 4. 1.

Gen. 20.

Quartum bonum nuptiarum iam cætera bona superare videtur, nempe Mariam sua ope & patrocinio, & Christum sua præsentia & miraculo consecrasse. *Nuptiæ factæ sunt*; quasi dicat, nuptiarum oblectamenta & delitiæ transacta, illa prima die transierunt, vt discant coniuges non eas esse in coniugio delectationes, quas cæcus amor promittit, vix enim fiunt cùm factæ sunt & euanuerunt, manet tamen in illis quod sanctum, quod diuinum est, vt videre licet.

Pereunt & euanescūt humana & corporea in nuptiis de spiritualibus curandum.

14.

Et erat mater Iesu ibi. In antiqua lege nihili habebatur virginitas per se, nisi propter spem coniugij, quare virgines honestabantur nuptiis cùm viro desponsabantur, modò verò si virgo ad nuptias accersitur, ideo est, quia iam virginitas honestat matrimonium. Sicut enim rusticus qui salutiferum lignum ab Indis delatum non agnosceret, eo temere abuteretur, & in paxillum conuerteret, *hará de vn palo de la India vna estaca vn ignorante y Tasio*, medicus verò peritus, ad quàm diuersos vsus pretiosæ valetudinis adaptat; ita virginitas cælo delapsa, vt ait Ambrosius, matrimonio deseruiebat, & addicta erat nuptiis: at cùm Christus raram & angelicam ostendit, *qui potest capere capiat*, ostendit nuptias potius virginitati, quàm virginitatem nuptiis deseruire. Ideo ne facilè virgines in nuptias pergant, nec iam prouerbium sit vbique virgines Deo dicatas inueniri, *desine mortuos sepelire mortuos suos, no os profaneis entre seglares que ya viene a ser la malilla del iuego la beata falta quien aynde venga la beata.* Audite grauem Nazianzenum [a], *Matrimonium lauda, & ante matrimonium virginitatem; matrimonium libidinis venia est, virginitas splendor: matrimonium pater sanctorum est, virginitas sacrificium, tratad con Angeles pues vuestro estado se auecina a ellos. An non planè angelicum eam qua carnis vinculis alligata sit, non secundùm carnem viuere, sed natura ipsa excellentiorem esse.* Virgo verò purissima dum nuptiis interfuit vnde debeant coniuges auxilium & gratias expectare denotat. Nam & illa adfuit, & vocata matre vocatus est Iesus, & ipsa aquam in vinum conuerti obtinuit. Frequentiores Solis effectus sunt illuminare & calefacere, alieni autem & extra naturam exsiccare, pluere, sterilem reddere aridam, nam sol astra viciniora respicit atque lustrat,

Virginitas honestat matrimonium.

a In exhortatione ad virg.

ſtrat, & ex his nouis aſpectibus noui effectus generantur. Communes etiam miſericordias,& ſufficiens auxilium, quæ Deus non negat etiam peccatoribus ſi velint ad gratiam redire, etiamſi ſancti non poſtulent, pro nobis ipſe ſol iuſtitiæ ſuper bonos & malos effundit, ſed ad noua, ad rara & inuſitata auxilia obtinenda conſiderare attentè oportebit qui ſanctorum aut virginum propinquior eſt ſoli Chriſto: cùm ergo in patrandis miraculis, & nuptiis honeſtandis, virgo ſit proximior ſtella Chriſto, virgo ex hac die coniugum propitia auxiliatrix & deuota debet eſſe, ab illa, & per illam gratiam à ſole obtineant.

La abogada de los caſados la virgen cercana al ſol de iuſticia.

15. *Vocatus eſt autem & Ieſus & diſcipuli eius*; quaſi diceret; ex aduentu matris facilis fuit etiam Chriſti acceſſus, sed nihilominus *vocatus venit*. Plurima ſunt opera & negotia, ad quæ Chriſtus etiam non inuitatus (dummodo contraria intentio fores non obſtruat illi) facilè ſe inſinuat; ſicut cùm ieiunatis, oratis, eleemoſynam diſtribuitis, alia verò ſunt quæ ex ſe non adducunt Ieſum, ſicut prandium, ſomnus, delectationes, in quæ appetitu ducimini: ad hæc autem operæpretium eſt inuitare Ieſum, adhibito operi ſupernaturali fine, edam nempe vt vires comparem ſeruiendo Deo, dormiam vt diuinis vacem. *Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite*, &c. Sed præcipuè ad nuptiale negotium inuitandus eſt Chriſtus, ne appetitionis vis animum mentémque occupet, & turpi fine ducamini, ſicut ſeptem illi viri Saræ coniuges, qui ita obcæcati ad thalamum properabant, vt ante primum congreſſum à dæmone ſuffocarentur, qui vocabatur *Aſmodæus*, hoc eſt, *ignem menſurans*, & poſt certum gradum exturbabat; ipſa verò corde puro ad Deum tendit, *Tu ſcis Domine quòd nunquam concupierim virum, & mundam ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia*. Videte iuuenes & puellæ vt virgo hæc quaſi nihilum reputat virgineam puritatem corporis, quam vos inuitæ, coactæ, vel ob infamiam retinuiſtis, adhibere opus eſt voluntatem, mentémque puram, ne lupanar fiat cor veſtrum, *virum autem non cum libidine mea, ſed cum timore tuo conſenſi ſuſcipere*. Cauſam autem interitus maritorum ex Angeli ore excipiamus. *Oſtendam tibi quibus præualere poteſt dæmon. Hi qui coniugium, ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmon ſuper eos*; poſtea verò iubet orare, & iecur piſcis adurere, quæ omnia iam alibi * expendimus. Carnales enim homines, qui veluti piſces corde inflammato in aquis delitiarum innatant, extrahendi ſunt, vt quæ impura ſunt amoris Dei igne amburantur, & intentio purificetur igne ſacro charitatis. Vocatur item Ieſus, qui caput eſt Eccleſiæ, vt ſciatur à prima die maritum caput eſſe, & ipſi obtemperandum, *vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ*: illa ergo obediat capiti, & caput vxorem vt corpus ſuum amet.

Recta intentio in operibus indifferentibus.

1. Cor. 10.

Ad nuptiale negotium Chriſtus inuocetur.

Virgo ſit mente & corpore.

* Diſcurſ. 90.

Vir caput eſt.

16. *Et deficiente vino.* Si Chriſto adſtante etiam vini defectus ſentitur, quid ſi omnino tanquam à prophanis nuptiis abeſſet? ſi poſita recta intentione etiam frigent nuptiæ, & neceſſaria ad victum deſiderantur, quid ſi affectione, negotiatione aut peccatorem aggrederemini, ad quid iuuat vnquam peccatum, aut quid à cæco amore non temere factum? Vultis diuturno tempore ignem durare, ne ergo paleas, ſed ligna robuſta ſubiicite, olla enim cui paleæ adhibentur, ad inſtans feruet, & friget ad inſtans. *Sicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti; ſed & hoc vanitas.* Ignem ergo amoris qui ad triginta & amplius annos duraturus eſt, quibus lignis nutritis, an paleis, pulcræ faciei elegantiæ, & aliarum gratiarum quæ vel tempore pereunt, vel flacceſcunt annis, vel intereunt ſenectute, nónne ſatius eſt virtutibus & animæ dotibus alere ignem, in quibus Deus eſt qui nunquam mutatur. *Omnia ſicut veſtimentum veteraſcunt, & ſicut opertorium mutabis ea, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, la hermoſura ſe cacra la hazienda ſe reſuelue y pierde la fuerza enferma y los gentiles hombres ſe hacen cargados de eſpaldas y los dientes menudos como vna ſal ſe caen y ſe pindren ſe arruga el roſtro y ſe nieuan las cabezas pero la virtud que es Dios dura para ſiempre.* Vocandus eſt ergo Ieſus, à quo felicitas nuptiarum & vxor venit idonea. Prou. 19. *Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem propriè vxor prudens*, &c.

Vigeat & ardeat amor inter coniuges.

Eccl. 7. 7.

Floreat virtutibus.

Defectus præſente Chriſto ſentitur, quis ſi abeſſet ponderet? nemo quidem; ita cùm vos iam à coniugio reſilire non licet, & defectum amoris experimini antequam omnino deficiat, tenete Chriſtum, aduocate inter vos, diuinas epulas frequentantes, ſanctos legentes libros, Deum & proximum, hoc eſt, vxorem impenſiùs diligite: nam vinum amoris coniugalis facilè diluitur multis tribulationum aquis, vímque amittit omnem: at verò amoris Dei robur omnia ſuffert, omnia ſuſtinet. *Quis nos ſeparabit à charitate Dei*, &c. Igitur *deficiente vino*, hoc eſt, antequam penitus deficeret, Virgo ſubodorata eſt defectum. Sicut cùm dicitis, frumentum deſideratur in populo, non quòd granum non ſit, ſed quia paulatim deficit, ſunt aliqui qui putant ſatis eſſe prouidere Dei amorem, & vinum charitatis Dei, cùm omnino defecit, & peccatum mortale commiſerunt, tunc de confitendo agunt. At in cordibus vbi deuotio Mariæ viget, & ipſa quaſi adeſt per affectum, etiam venialis defectus vini, ſicut grauis defectus vitatur, & antequam feruor tepeſcat accenditur, ne penitus amor effundatur. Sicut incurioſi ſcribæ, qui etiamſi malè aptatum calamum & peruerſos characteres efficere vident, perſiſtunt, nec de calamo aptando curant; curioſi verò, & qui eleganter ſcribunt, vix adduci poſſunt vt lineam vnam inepto calamo exarent. Hoc ipſum in conſcientiis reperies, nam cùm ex his litteris & bonis operibus vitæ futuræ hæreditas pendeat, diſſolutè & ſocorditer ſe gerunt, vt Chryſoſtomus lamentatur [a]. *Cur nam cùm ipſe tibi infinita ſæcula promiſerit, tamen in præſenti vita laborare non vis quæ peritura & momentanea eſt; ſed ſic marcidus ac diſſolutus agis, quaſi hanc breuiorem aliam quandam inquiras.* 17.

Amor Dei alit gaudia nuptiarum.

Venialia vitanda.

a Hom. 22. ſuper epiſt. Pauli 1. ad Corinth.

Vinum non habent. Proponit Virgo rei temporalis defectum, & diſcedit, nam ſi ſpiritualia peteret, inſtaret & perſiſteret; ſed vos 18.

Orandum impenſius pro ſpiritualibus quàm pro terrenis.

con

contrà facitis, vires omnes & conatus in obtinendis transituris bonis impenditis, spiritualia verò frigidè, & serò, & sine auiditate postulatis: putantes illa bona ad præsens esse necessaria, sine spiritualibus verò optimè posse vitam traduci. Iacob iustus tantùm industria & oratione primogenitum obtinuit; malus verò Esau, quia nequam erat plorauit, vlulauit, persitit, pugnauit, litigauit. Oseas increpat
Oseæ 7.13. hos rerum terrenarum amatores. *Væ eis quoniam recesserunt à me, & non clamauerunt ad me in corde suo, & vlulabunt in cubilibus suis; super triticum & vinum ruminabant, recesserunt à me.* Quàm impensè temporalia postulat caro, *quàm multipliciter tibi caro mea? a gritos la carne pide lo que le falta el alma a su Dios tibiamente.*

19. *Quid mihi & tibi est mulier?* Mulierem vocat, à molliendo, vel quia sicut malleus est, vt vel ex hoc discatis omnia per Mariam nobis esse obtinenda, si ipsa tanquam malleus ad fores diuinæ pulset pietatis; mulier bis dicitur à Christo, at Euangelista ter vocat matrem, vt discatis, quæ ab aliis asperè vel minus honestè dicuntur, verbis honestioribus illustrare; vocatur mulier à qua infirmitatem accepit, vocatur mater vt hoc nomine & Dei filij mater, & nostra futura designetur. Amen.

VERBVM SPIRITVS sancti. Ephes. 5. v. 32.

Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia.

Exemplo illustri, vxoris ducendæ, & præclarissima formula coniugij Ioseph cum Maria, amorem, puritatem ac temperantiam docet.

DISCVRSVS CXX.

1. IS qui falsò dicitur amor, seu potiùs cæcus humor, quem pudicitiæ funambuli, & tenebriones impudici, in numerum fictum mendacémque Deorum adhortante libidine retulerunt: cùm illius oculos mortifera operiat vitta, viribúsque careat, cæcus puer semper in decretis consiliisque suis deflexit à recto tramite, &
Coniugia cupidine duce infausta. prudentiæ & veritatis. Quare coniugia hoc amore duce peracta cùm fuerint, orta patre errore, ignorantia matre, fraude nutrice, lacte veneno, exitialia monstra rabida, deformia in lucem nata nocte prodierunt. Nam cæcus nec loci, nec personarum, nec temporis habet rationem, nec videt quos maritali connubio iungat, imò Hispani germane quidem appellant eos, *a ella llaman nouia a el nouio.* Hæc forsan illius causa digressionis à Moyse factæ videtur *Gen.* 2. vbi vt primùm Deus hominem finxit, mox illi sociale parat coniugium, *faciamus ei adiutorium simile sibi;* verùm non id statim est opere executus Deus, quin potiùs peracto hominis opere, irrumpit ordinem, & notabilem digressionem fecit, & nostro videri extra propositum; priùs enim ea omnia animalia, quæ summus opifex in orbe condiderat, illi adduxit, vt nomen cuique suum imponeret, *& videret quid vocaret ea.* Et statim placidissimum postea Deus soporem induxit, & excitato à somno vxorem dedit, nam si antequam nomine suo creaturas nuncupasset vxorem vidisset sic pulcram & amabilem, in omnibus forsan nominibus errasset, vt postea contigit, inquit Rupertus. Nam vix morti fuit addictus, cùm mulierem, quæ causa fuerat fatalis interitus, vitam nuncupauit, *mater viuentium.* Verùm Spiritus sanctus, qui ipsissima sapientia est, cùm connubia machinatur, loco, tempori personísque maximè consona, diuitiis abundantibus, nobilitate præclaris, sanctitate præditis, similibus, dote amplissimis, & illa ad finem vsque faustè feliciterque perducit. Et licèt inuentionem omnem formámque nuptiarum in Adamo & Eua adumbratam fuisse dicat Paulus, *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia,* ego verò ex canticis, ex Euangelio, & ex connubio sacratissimo Ioseph cum Maria omnibus ab orbe condito feliciori, quid habeant coniuges imitandum, quid nobis de tali coniugio prædicandum sit, omnibus pensatis circunstantiis sigillatim edisseram.

Nuptiæ felices à Spiritu sancto fiunt.

INTENTVM DISCVRSVS. *Exemplar nuptiarum in Maria & Ioseph.*

I. Saltem tempus nuptiarum non videtur percommodè cadere, maximè in hoc quadragesimale ieiunium. Quid enim cum nuptiis solemne ieiunium, cum lætitia pœnitentia, cum iubilo lacrymæ, cum Alleluia & epithalamiis gemitus & suspiria? Spiritus sanctus huius est magister Kalendarij, sicque habet, *Vox dilecti mei,* hic meus est sponsus, haud difficile noscitur, *malo es de conocer i mi esposo es el que llama,* sic explicat Thomas. *En dilectus meus loquitur mihi, surge tibi,* veni tibi, quàm facilè deprehenditur huius sacri connubij illum esse auctorem, omnia ita disposuit vt nullum doloris argumentum, nullum pænè maneat offendiculum. Tellus omnis cæli speciem refert, *tempus putationis aduenit,* erant balsami vineæ, quarum vites osse feriebantur, & pro lacrymis odoriferi balsami vndantes guttæ manabant, quo vulnera sanantur: nunc ergo percommodum est tempus quando hiantes Ecclesiæ flores suaues spirant odores, cùm nempe animæ gratiæ insignibus ornatæ, & earum lethalia vulnera salutifero balsamo sanantur. *Tempus cantillationis,* tempus Zamar, Hebraicè, inde Zambra Turcarum chorea, Nyssenus legit, tempus colligendi *flores,* tempestiuum opportunúmque tempus nactus est sponsus. Quod vt magis eluceat Apocalypseos nuptias audite. Alleluia, silete Angeli, vox ista plena lætitiæ his diebus in Ecclesia non auditur. *Gaudeamus & exultemus,* gaudio triumphemus, *demus gloriam ei,* mansueto Agno Dei filio gratulemur. *Parabienes al hijo de Dios cordero manso.* Sistite, inde facessite, illum modò ligno suffigere volunt, modò gratulatorias voces mittitis? *Venite, & congregamini ad cœnam magnã Dei.*

2. *Nuptiæ Ioseph & Mariæ tempus obseruasse opportunum non videntur.*

Angele sileas obsecro, non cœnatur hoc tempore, *vt manducetis carnes regum*, abiitite hinc, nam inter Christianos prohibitus est modò carnium ejus. Scio quid annuntio, ait, *quia venerunt nuptiæ Agni, bodas bodas de Dios*, nuptiæ nuptiæ magni Dei, quæ peropportunè fiunt. Vtque clarius dignoscatis quàm tempestiue celebrentur, id caput 19. ostendit, vbi festi dies & nuptiæ celebrantur propter conuersionem superbientis Romæ, in totius orbis metropoli amplissimo theatro, & mundi parantur emporio, sponsa byssino prodit induta, hoc est, sanctitate & gratia, id cælitus clamant, *byssinum enim iustificationes sunt sanctorum*, tunc splendidior nuptiali facie surgit Ecclesia, cùm animæ gratiarum decorantur insignibus. Sponsus prodiit vectus equo, verbum scilicet Dei triumphans, ancipiti euaginato gladio, in amplissimo campo cadaueribus strato, principum, regum, tribunorum, equis equitibúsque cæsis.

3. *Comodite carnes equorum, & sedentium in ipsis.* Mox insonuit vox quæ *volantes* inuitabat aues *per medium cæli, venite & congregamini ad cœnam magnam Dei, vt manducetis carnes regum.* Nunc quando detersis peccatorum sordibus Deo grati exiitunt, nunc quando parta victoria Dei verbum gloriosum canit triumphum, & illud contremiscens Roma veneratur, & colit. Nunc quando à tenebris ad lucem, ad vitam à morte reuocantur homines, & ferit, & occidit, & sanat, equos equitésque simul, sapientes & ignaros, subditos pariter & dominos; nunc quando in barathro bellua catenis vincitur, quæ mala fraude mortalium animos eludebat, *& apprehensa est bestia*, currite, aduolate, cælestium spirituū agmina ad nuptiales tædas nunc percommodè veniunt, millies repetitæ voces Alleluia, Alleluia, nūc peropportunæ nuptiæ sanctissimæ Virginis.

Tunc exultat Ecclesia, & ad nuptias parata est, cùm à morte ad vitã gratia fideles reuocantur. Estas son sus pascuas, estas son bodas ver sanctos a sus hijos y en gracia de Dios.

A simili ex sacra Scriptura tēporis opportunitas comprobatur.

Profectus fuit Eliezer famulus Abrahæ ad quærendam sponsam Isaac. Die quadam bonus adolescens pomeridianis horis aduentum expectabat, præsaga mente diuinans spacia conficiebat, in planitiem camporum egressus *ad meditandum in agro*, materna morte perculsus tunc recenti, exiit in campum vbi visebantur sepulcra, & chara monumenta, interea vicini latera montis occupat sponsa Rebecca, non infelici quidem omine inter sepulcra apparet. Monuit eam Eliezer: Hem hic est meus herus; vt primùm audiuit hæc virgo, se nuptam esse putauit, séque velamine operuit. Nam cùm primùm videri amat & vult quælibet virgo, nuptam illam habeto, aut minimè virginem. Accessit, & illius tenuit manum Isaac, vtque nuptialia fierent, in idem cubiculum sponsam induxit, quo mater obierat, inquiens: Sit felix faustúsque aduentus tuus amantissima sponsa, tempestiuè venis, licèt modò transieris meorum sepulcra maiorum, & ad pullatam lugubrémque domum veneris, tu nos omnes incredibili perfundis voluptate, tu nostrorum lacrymas absterges oculorum, & si aliquod solatium erat materno obitu afflictis & sordidatis, tali tantáque sponsa recuperandum erat. Longè felicior & illustrior aduentus tuus ô beatissima sponsa Maria, opportuno tempore venis, tu tuúsque Ioseph, si enim ab Ecclesia tristes lugubrésque vestes, ab oculísque lacrymæ sunt remouendæ, non nisi te cum Iosepho stabili iuncta connubio fiet, *cùm esset desponsata. Opportunum igitur tempus nosti fuisse.*

II. Locus certus & determinatus templum erat, aut sponsi domus. Sanctissima Virgo templi parietibus erat inclusa, vbi vox fuit ab oraculo accepta, cælo delapsa, inquit Hieronymus, quæ virginem monebat vt nuberet. Omnes qui ex Dauidica familia trahebant ortum, confluxerunt honesti Virginis sanctæ riuales, virgas manu gestantes, emisit gemmas Iosephi virga, & floruit, vt prædixerat Isaias. *Egredietur virga de radice Iesse*, quæ est Maria, *& flos de radice eius ascendet*, hic est Christus floris instar ex illa natus. Hæc verò virga florebit in manu Ioseph, in quo indicatur nuptias cum Ioseph, datásque manus solùm deseruisse, vt manu solummodo virgam sustentaret Ioseph, & in manu sua floreret, absque eo quòd radices figat in terra, nec terram, nec quid terrenum tangat. D. Hieronymus habet candidam descendisse columbam, & in illa Spiritum sanctum monere virgines, ac iuuenes ad templum & talia connubia non nisi columbinis aduolandum esse alis, fiant à Spiritu sancto status electiones. Almus enim spiritus quasi opus arduum statum & nuptias præfinit, & e nido hanc columbam educit, vt apto sponso societur, vt inquit eloquentiæ flumen Cyprianus. *Columba animal simplex, non felle amarum, non moribus sæuum, non vnguium laceratione violentum.* Non aliter quàm diuini spiritus alis ad statum est deuolandum. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam*; nec aliter requies habetur in gradu & statu. 4.

Locus nuptiarum templi.

Ad statum fixum matrimonij aut religionis non nisi alis Spiritus sancti euolandum.

Nupsit impellente cupidine adolescens, inter angulos cardinésque portarum, aut per fenestras sese ingerendo, quomodo (quæso) ibi diuini spiritus columba nidificabit: breui ipsa adultera est, leno ille, id detestatus est Sapiens, *Quatuor sunt mihi difficilia, &c. via viri in adolescentula. Viam* interpretor opus, aut prouinciam, quam quis aggreditur, aut occupationem, aut institutum vitæ, vt in Actibus, *Si quos inuenisset huius viæ viros*, & via maris idem quod opus piscandi, & piscatores significat. Prouincia igitur adolescentis volentis inire connubium, raptim & violenter conscendere scalas, fit eo periculo, quo serpens superbæ turris fastigium conscendit, quo Aquila per inane volat, quo nauis velis destituta remísque infido se credit pelago, & licèt voti compos euadat, vestigia sui sceleris delere non poterit, nec diutius gaudio potietur. *Talis est via mulieris adulteræ*, par pari referet sequenti die vxor illius, & mille parabit scelera, & infidelis erit, eludens ignarum maritum, nullo impresso vestigio, quod miser sectari possit, séque sanctam fidelémque finget scelerata, dicens, *Non sum operata malum.* Sanctissimus Ioseph non vi rapit illam, sed blandè inuitat, *lectulus noster floridus.* Eia amor meus, dimidium animi mei puritatis amans ad altare lectuli tui omnigenis respersi floribus properemus, cúmque faber lignarius sim, pulcerrimam domum extruxi, *tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cupressina.* Templum Dei domus nostra erit cedro & cupresso laqueata, quæ suauem spirant odorem, qui corruptionem omnem fugant & pestem, ex hac domo non infamis fama prodibit, nec rodet illã caries detractionis, 5.

Prou. 30.

Actor. 9. 2.

Vide disc. 2. Isai.

vtque

vtque omnium ora claudantur, linguæque frænentur, domum meam petamus, locus enim paratus & percommodus est.

6. *Persona coniugij.*

III. Iam huius connubij personas intueri properatis. *Mater Iesu Maria Ioseph*, cuius naturæ, cuius cōditionis existunt ipsi de se fatentur, vt primùm obuij fiunt. Ille ait, *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Sanctissima sponsa veluti lilium est inter tribulos & spinas: cæteræ mulieres si cum illa cōferantur spinæ sunt, non ingrata laudi, ipsa respondet, *Pagale el fabor, sicut malus inter ligna siluarū, sic amicus meus inter filios.* Sicùt enim malus siluestribus arboribus antecellit, sic sponsus meus cæteris præstat viris. Itaque nubunt lilium & malus. Discutiamus modò an sibi conueniant, & quadrent. Primò, sponsa lilij instar prati pauperrima est, sed diues pulcritudine, quàm Deus illam decorat & exornat, non ficta, sed à natura sine pigmento. Hæc pulcritudo in libro Cāticorum describitur summo artificio, grauitate summa. *Pulcra es amica mea*, cùm id ego asseram verè pulcra es, nam qui tribuit, quíque pulcrum iudicat, sum ego, *forma arbiter petitur Deus.* Tuaque pulcritudo integritate vitæ, sanctitate morum, quasi odore perfunditur, sicut pulcerrimum suauiolénsque lilium. *Oculi tui columbarum*, alacres, simplices, casti, qui solummodo in sponso figuntur. Tecti sunt his tenuissimis membranis, veluti stagni limpidissimi & crystallini, sed patulis arborum ramis, & densi nemoris arbustis operti. Capilli tui cincti atque constricti argentea vitta, cumque sint flaui, speciem quandam referunt argenteæ lineæ, quæ Salomonis purpuram variabat. *vincta canalibus*, non vagè ad auram effusi à collo, a fronte refugi, non cincinnati, non calamistrati, nec odoriferis vnguentis perfusi, sed pexi, conspicui, nitidi, sed vt fœcundæ capreæ Galaad, quas ab arboribus fluens resina inficiebat, Solísque radiis flaua vellera collucebant. Genæ tuæ decoloratæ veluti mali punici frusta, non minio, aut purpurisso infectæ, sed colore quem roseo sanguine natura exhibuit, & dedit verecundiæ rubor, labra purpurea melius quàm murice, aut conchylio tincta, instar vittæ coccineæ aptæ diuidi, aut explicari; ita enim silentio premuntur, vt dubitationi sit locus, an sint quid integrum & simplex, an diuisum, aut si aliquando explicantur. Dentes æquè dispositi, ita vt duobus superioribus miro ordine quatuor minores respondeant, veluti agni vnicuique ex maioribus duo inferiores subiecti, *omnes gemellis fœtibus.* Quod verò in maximam rapit admirationem odor est, & oris, non malè olent, semper loti & candidi, sicut oues quæ ascendunt de lauacro, quos nec gula maculat, nec putrefacit ebrietas, nec intemperantia suis dimouet locis, nec otio nigrescunt, aut pallent, nec ex assidua bellariorum manducatione, aut sacchraro confectorum attritione dolore excruciantur. Quòd si ad collum conuertam aciem oculorum, illud videre non potero; licèt enim in alto & sublimi resideat & candicet Dauidicæ instar turris, auro ita opertum est, ac monilibus, vt videri vix possit, mille sese clypeis tegit, atque tuetur; quid si honesta & casta pectora cernam? quibus integritatis & puritatis te matrem esse ostendis? sunt etenim veluti bina hinnulorum ora inter lilia, quorum pulcritudinem fœcunditas comitatur, & filium tuum alis proprio lacte, non aliis com-

Vera pulcritudinis Mariæ …

Ambrosius lib. de virgi.

7.

mitris nutricibus. Quid si gressus inspiciam, reginæ sunt, pauci quidem, vnde sandalia munda sunt, formosi, graues, non vagi, non celeres, non molles. Corpus tuum & venter mira humorum dispositione attemperatus *non indigens poculo*, non singulis horis vocem iterans, dato vas aquæ crystallinum, aut delicatum testeum, & licet fœcundum sit, vt aceruus tritici, spirat tamen liliorum odorem, & illis veluti vallo munitur. *Caput tuum* sicut carmelus, sublime, purum, aureúsque circum illud it splendor. Quid plura? Nasus velut albicans turris aptè locatus, sagax, sine inflatione, sine ira, sine fastidio, sine ruga, tota ipsa *deuique pulcra & decora*, denique in te venustas omnis, gratiæ sales, lepores, sedem suam collocarunt, tu sancta, candida, odorifera, *sicut Hierusalem* ciuitas sancta, in qua id quod magis emicat templum est omnium nationum gentiúmque frequentia antea celeberrimum, in te verò religio, pietas erga Deum, reuerentia, & cultus elucet. Age verò cur dixit, 8.
inter spinas, quia omnis hæc pulcritudo & bonorum copia non aliunde petita, non humanis artibus comparata, non surrepta, aut arte conquisita. Præterea lilium fiduciæ symbolum est, teste Theodoreto; vt enim dixit author naturæ (non scrutator Plinius) non diuitias; non cibum quærit, sed nec Salomon in omnia gloria sua eius ornatum excedit. Spinæ enim diuitiarum symbolum auaritia comparatarum sunt. Ait igitur, *Multa filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.* Sinite virgines alias, vt amplissima patrimonia auri, argenti copiam thesaurizent ad nuptias, tu Virgo beata primas defers inter omnes, non aliter quàm lilium inter spinas. Tu lilium sine solicitudine diuitiarum in terra orbata parentibus, indotata, verùm solo Patre tuo amantissimo Deo ita ditior & locupletior omnibus eris, vt reliquæ quotquot sunt mulieres diuitiarum, dotis, mundorum muliebrium auidæ, indutæ serico & byssino, fastu & pompa incredibili tecum collatæ, horrida spineta, hispida dumeta videbuntur. Tu lilium, & sanctissimus Ioseph beatissimus in te. *Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata*; gratia verò lilij specialis in eo sita est, vt inter flores omnes, hic præcisus hiet, & albicantes ostentet opes foliorum, explicato decore ad humorem aquæ: nam cæteræ mulieres debito partus damnatæ dolori spinæ sunt, quæ inter primæ incendia culpæ crepitant: at sola sponsa Maria Christum florem emittit absque eo quòd radices agat solummodo illam in manu habente, & manu iuuante Iosepho, illo enim sustentante, honorante & comitante Nazaræum, orbi expectanti dabit, cùm esset *desponsata mater Iesu Maria.*

Fiducia in Deo symbolū est lilium, & Mariæ cœlestes gratias adumbrat.

Eccli. 26.

Virginitas Mariæ cum fœcunditate lilio designatur.

Ioseph. Prodeat iam sanctissimus sponsus, audiátque ex ore talis tantæque sponsæ maius encomium. *Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios: sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Singularis adumbratio, & cælestis ac diuini connubij delineamentum, malus inter ligna syluarum, inter ilices, inter quercus, sub illius vmbra dormiens Virgo per summam iucunditatem animi & quietē, manu habens pomum, sanctum quidem & illibatum connubium, imbecillitatis omnis expers, aut enim Dei est cum anima, aut Mariæ & Ioseph. In primis malo pulcer

9. *Sponsus sanctissimus Ioseph.*

Securitas Virginis … tali sponso.

pulcerrimæ comparatur purissimus sponsus: vt enim testatur Philo [a], arbor hæc fructus cum vmbra affert & offert, aliæ enim quæ propter patulas vmbras ad cælum vsque tolluntur vt platanus, sunt steriles. Hoc illud est quod regius Vates concinit sancti viri encomium, *Et erit sicut lignum quod plantatum est secus decursus aquarum.* Sicut vlmus, aut opaca platanus? minimè, infructiferæ sunt, *quod fructum suum dabit in tempore suo.* Vtque purum intactúmque connubium & numeris omnibus absolutum significetur, hoc in libro atque etiam in prophanis pro emblemate malus depingitur. Deinde Virgo sub vmbra, hoc est, hic meus sponsus est, ego illius sponsa, vt quidam non indoctus ex Hebræis inquit. Quando enim despondebantur antiquitus, vmbella extendebatur, sub qua desponsati verba fœderis stabilis connubij sibi inuicem dabant, & id sonat *Chupha*, cubiculum, aut vmbellam, quæ signabat cubiculum, vt patet in Isaia, cùm se sui populi sponsum fore promittit, *super omnes enim gloriam (Chupha) protectio*, velum, vmbella. &, *Extendi super te amictum meum*, non recordaris quando sub nuptiali velamine fuimus, hócque obumbrare dicitur. Hac de causa tam vrbanum est Angeli verbum Virginem alloquentis, *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi*; ne quidquam reformides, ô potentissima Regina, non hic vir alius quidquam aget, sed vmbellam extendet Spiritus sanctus, tu sub spiritus vmbra eris, eo modo quo nubes Solis arcet ardorem, inde *nubere* iungi matrimonio est, & à nubendo nubes dicta. Inquit igitur sponsa, mihi selegi sponsum, nec me fefellit animus, id testetur pomum suaue, *dulcis gutturi meo.* Hac egregia pictura bona omnia dilectissimi Ioseph breui complexa est. Sed egregius Nazianzenus [b] illustrauit. Nam vt antiqui hominem virtutibus exaggeratum proponerent, magnanimum Herculem finxerunt, & in vnoquoque facinore heroicæ virtutis actum denotabant, vnde ait Gregorius [c], *Herculem olim virtutis & probitatis figuram proposuit vetustas.* Ex illo D. Fulgentius accepit, ambo tamen ex primo Aristotele tanquam ex fonte hauserunt. Hunc Herculem orbe toto celeberrimum tria manu habentem poma finxerunt, cúmque poma, teste Plinio, symbolum sint temperantiæ, sic Græci tria virtutum genera denotabant, quæ petulantes animi motus frænant, & continent. *Primò non excandescere, secundum non esse deditum auaritiæ, dein liberum esse à voluptatibus.* Delineamenta sunt hæc nostri Iosephi, sed ducta carbone, sanctum verò Euangelium graphicè depingit, & viuis illustrat coloribus: nam iustus Ioseph tria manu gestat poma. Primum mãsuetudinis & pacis sine zelo & perturbationibus, *noluit eam traducere*, egregiis maiorum factis & virtuti respondens, ad suspicionem enim frænandum operæpretium est. Sit Dauidis filius generosi, *Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam.* Secundum, auarum non esse, non nupsit Ioseph diuitiis inhians, in ipsa thesauros omnes collocauit. Tertium, liberum esse delitiis, & carnis oblectamentis, castissimus enim fuit, ita vt asserant multi illius concupiscentiæ fomitem fuisse extinctum; quare dulces Virgo capiat somnos sub vmbra illius. Discant coniuges rectam sui status normam tenere, & huius diuinæ arboris laudes, dignitatem præstantiámque nostra percurrat oratio.

Margin notes: a Epist. in Cant. — Psal. 1. — *Quid velum & vmbella in nuptiis denotet.* — Cap. 4. — Ezech. 16. — 10. — b Orat. 2. côtra Iulianum. — c Orat. contra Iulianũ. — SVBDIVISIO DISCVRSVS.

Primum quod admiramur, eam esse Iosephi vmbram, vt ad solam illam quietis causa pulcerrima Virgo confugerit, quia arbor eo digna erat honore, illo melius, de quo dictum est, *filius accrescens Ioseph, & decorus aspectu*, alia lectio habet, *ramus accrescens Ioseph*, arbor sublimis, ramosa, fœcunda, quod aliud miraculum est, nam quî fieri potest à lilio produci fructum; & admitto sit fructiferum, sed quî poterit esse virgo semper intacta? Sed demus etiam hoc, sit filius suus ventris fructus, quomodo similis erit malo fructiferæ, hæc omnia soluit versio illa quæ sic legit, *ramus fructifer iuxta oculum*; mox hæc verba enodabo, si priùs alia D. Basilij [a] præmisero, qui Iosephum *testem ocularem & domesticũ* vocat. Illi tantum concedit Marianæ puritatis testem esse, non fructus auctorem. Quid igitur in his nuptiis prætendit Deus, quæ fuit eius mens? Respondet, *vt virginitas in honore ante omnia haberetur, & matrimonium non propterea improbaretur*, ne virginitatem extollendo nulla matrimonio laus deferretur, nec à malo fructus, nec à lilio flos, nec à virgine decor virgineus auferatur, ingentem nouitatem meditatur Deus, attendamus an fiat voti compos, nouitas est nouũ proponere matrimonium, verúmque connubiũ inter lilium & malum, ita vt nec virginitas aliquod patiatur detrimentum, nec desit fructus lilio, & eius sit fructus, licèt mali fructus appelletur. Hic verè nouus & inauditus ab orbe cõdito fructus ex cælestibus. Indiis in terras delatus, inquit Ambrosius [b], cum Isaia, *& habitabit iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij tui, & gaudebit sponsus super sponsam.* Christus cum Ecclesia nubet, Ioseph cum Maria, Pontifex cum sua Ecclesia, cum Deo anima: & nascetur sancta filiorum soboles, omnésque virgines permanebunt, quî fieri potest? nam eo tempore quo terrenis erant voluptatibus oblectandi, diuinus Spiritus vocauit eos ad præstantiorũ delitiarum vmbram, hócque illud est, *super sponsam*, superiori delectatione videlicet, caducis, & citò interituris voluptatibus, istæ excellentiores erunt, hæc est illa vox Cant. 7. *Mandragoræ dederunt odorem suum in portis nostris*, quasi dicat, statutum iam est in sacris tribunalibus contracta matrimonia derelinqui posse ante consummationem, cùm iam suauem efflant odorem mandragoræ, hoc est, flores, lilia, virginitatis maiora præmia, & virginitatis decus & decor; vbi verò est fructus bone Deus? vbi filij? nunc planè intelliges visu & contemplatione mentis filios spirituales procreari, id illud est, *ramus fructifer iuxta oculum*, nónne per Matthæum dixit, *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater & soror & mater est.* Non ante oculos vestros versatur D. Antonius puerũ manu gestans? num pater aut mater illius est, quid est hoc? Nónne Deus id promisit eunuchis mortali generatione carentibus, corporales vtique filios non habituros, sed Christum Dominũ filium contemplationis ipsorũ fore, prædixit. Conuertite nunc oculos ad Mariam, Christi verã matrem, Dei filium vtero continentem, vt primùm agnouit Ioseph *quod in ea natum est*, ea fuit illius mentis contemplatio tam efficax, vt simul in Bethleem illum pepererit Virgo in vera natura, & simul sanctissimus Ioseph vi contemplationis, *ramus fructifer*

Margin notes: 11. — a De virginitate. — *Mirabiles nuptiæ inter lilium & malum, ita vt nec flos desit fructui, nec fructus florem auferat & decorem.* — b In locum Isai. 62. 5. — *Filij spirituales per cõtemplationem ingenerantur.* — 12. — Matth. 12. 50.

a In Iosephi nat.

fer iuxta oculum ediderit eum. Vnde Gerson [a] ait puerum Iesum Iosepho similem extitisse, nam contemplationis filius in externa figura tantummodo est filius. Nec admiremini hoc, vt enim mea fert sententia, ipse Ioseph erat veluti fructus & opus purissimorum & castissimorum beatæ Virginis oculorum; ad hoc facit, *ramus fructifer iuxta oculum*: arborem diffusam ramis iuxta fontem, non mirarer ego, sed *iuxta oculum*, hoc maximopere admirandum; nam sicut oculi fœminarum prægnantium, & alij arborem fascinant, auctore Plinio, sic etiam illam fœcundant, & excrescere faciunt, non quilibet oculi, sed illius in cuius vtero Verbum æternum corporatum erat, & carne tectum. *Quantas putas consolationes*, inquit D. Bonauentura, *promissiones & illuminationes, inflammationes & internorum bonorum reuelationes recepit in transitu suo Ioseph à sanctissima sponsa sua, à dulcissimo filio Dei*, arbor quæ crescebat luce fauente Solis & lunæ, *de pomis fructus Solis & lunæ*, sponsus qui beatæ Virginis oculo fecit satis, quémque sæpenumero intuens amore summo, reuerentia eximia, ex imo cordis affectu mirabiles in sanctitate progressus habere faciebat, quis dignitatem eius commendet? vt tantus filius vtriusque sit, & coniugium & virginitas perseueret? fructus lilij sit, mali verò vmbra, res noua & inaudita. Rationes verò malum lilio tribuendi ad vmbram, & sponsum fuisse Ioseph immaculatæ Virginis, multæ extiterunt, nobisque vtilissimæ. Primam accipite. Quando enim puerum videbant sub vmbra Iosephi, & illi similem Patrem vocabant, quæ laus huic tantum sanctissimo viro concessa fuit. Acutè Eusebius notat à Christo vocatos discipulos, *Ecce mater mea, & fratres mei*, sed non inquit, *Pater meus*, honori Patris æterni consulens, & illius etiam qui in hominum opinione pater in terra habebatur. Nullique præter Iosephum tantæ dignitatis æquiuocationem detulit, quæ dignitas si adhuc non sat est sublimis, Paulus illam magis extollat. Qui vt Christi Domini supra omnes Angelos probaret excellentiam, inquit, *Cui enim Angelorum dixit, filius meus es tu?* Gratulor, gratulor, vobis sanctissime Ioannes, beatissimi Petre & Paule, diuique omnes, fruimini vestra gloria, sed si quid valet Pauli argumentum, ita efficax est, eásque vires & neruos habet, vt obmutuerit Arriana bellua, & horrisoni barathri specus conticuerint. Et eadem ratione valet ad extollendum sanctum Iosephum ad apicem & fastigium supremæ dignitatis circa eas gratias & singularia dona quæ ad vnionem hypostaticam * faciunt, & ad id quod ei maximè vicinum est, vt nomen Patris: *cui enim sanctorum dixit, Pater meus es tu.* Quemadmodum enim neminem vt Mariam matrem appellauit, sic nullum Patrem vt Iosephum nuncupauit. Deinde sub vmbra Iosephi est omine felici & prognostico, fauoris ab vtroque obtinendi. De Amazone illa Debbora *Iudicum* 4. sacri textus extat testimonium, *Iudicabat populum in illis diebus sub palma quæ de nomine eius vocabatur*; modò bellicarum rerum inibat consilium, modò pacis sub palmæ vmbra quæ illius nomine donabatur, aut (vt inquit Abulensis) quia illius fructu vtebatur,

Qualis arbor illa quæ & iuxta oculos Mariæ excrescebat & fructus eius saturauit oculos Mariæ.

Quorsum datus Ioseph in sponsum Virgini.

Ioseph pater Christi singulariter appellatur in terris.

13.

* Eximas & distinguas vt gratiâ Ioseph ab ordine gratiæ adoptionis, & Apostolicæ, in qua primas partes concedit facile D. Th. Apostolis, Iosephi verò gratia sponsi & nomē patris ad ordinem gratiæ vnionis propiùs videtur accedere.

& vitam propagabat: vel, vt Hugo, vt felici omine comparandæ victoriæ spem haberent, qui inuictam mulierem tamquam ductricem sectabantur, & ex parte sua certam palmam & victoriam haberent. Ita hæc excellentissima seruatrix & ductrix generis humani sub Iosephi vmbra residet, vt laborum suorum fructu pascatur, *& fructus eius dulcis gutturi meo.* Quàm suauis ori meo panis iste fructus sudoris mei sponsi Ioseph sub illius vmbra, nam si quis Mariam quærat, cum Iosepho pariter illam inueniet, pariterque ambos veneretur, & colat: sub illius vmbra, vt hi qui bellum atrox carni inferunt fausto omine credant casuros hostes in bello: nam cùm videant sanctissimum iuuenem, & integerrimam Virginem, cuius forma micantia cæli sydera longè superat, pariter commorantes tanta puritate quæ captum excedat humanum, ita vt Iesus Christus medium teneat, *mater Iesu Maria Ioseph* prænuntiabunt nullum futurum Christianum qui non prosternat & dissipet hostes, si in his defigat aciem oculorum, & temperantiæ castitatisque pomum & palmam referat gloriosam.

Alia causa cur desponsata est viro sanctissimo Ioseph.

14\. Magna sunt hæc, audite maiora, *sub vmbra illius*, diuini Spiritus munus Ioseph noster suo modo obibat, de quo Angelus testatus fuit, *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Sensus primus Augustini est [a], *Ne timeas æstum libidinis, quia potentia Dei tanquam vmbraculum te ab ardore libidinis defendet*, hac vmbra munitam, ô Virgo speciosior lilio, non Eurus furens, non Aquilo desæuiet, sed placidissima Zephyri aura spirabit; hoc verò Spiritui sancto debetur, atque etiam hortulano qui inuigilat, viridariúmque diligenter obseruat. Vnde Bernardus, è cuius ore melle dulcior fluit oratio, inquit, in hoc negotio fidem potius dandam esse Iosepho, quàm Mariæ, si in dubium verteretur vtrùm quis flores ex hoc amœnissimo horto sit furatus, nec ne. Marianæ enim paradisi Cherubinus & custos Iosephus est. Sic ab his Doctoribus nuncupatur, *Custos virginitatis Mariæ.* Secunda interpretatio horum verborum, *Spiritus superueniet in te*, &c. est eiusdem Bernardi. Poterat vereri Maria insolentem rem fore, & inauditam, virginem parere, nullius oculos posse tantum sustinere splendorem; igitur *obumbrabit tibi*, inuenti huius singularis ipse auctor existet; quomodo? vt tantum mysterium minimè Iosephum lateat, sicut nec Mariam latuerat, & sub illius vmbra nos non perterrefacti talem nouitatem audiremus, & summa animorum alacritate crederemus, *a sombra suya sin asombrarse el nō nosotros oyesemos tan prodigiosa nouedad.* Tertia interpretatio *obumbrabit*, sponsi munere fungetur Spiritus sanctus, vt sine viro mysterium corporati Verbi fiat. Sed ô quàm eximia laus ex hoc Ioseph accrescit: nam etsi Spiritus sanctus vicem viri obumbrando suppler, tamen non Spiritus sancti filius dicitur, sed Dei, & Ioseph, quia vmbra quæ oculis cernebatur Ioseph erat, adeò vt dæmonem latuerit partus sub illius vmbra, teste sanctis

Munus diuini spiritus obiit Ioseph.

a Serm. 50.

Vide Maldonat. hîc.

Obumbrandi munus habuit.

sanctissimo Ignatio. Nam diabolus licèt ea omnia intelligat, quibus attendit, & ad quæ se conuerrit, non tamen omnibus attendit, nec omnia obseruat, idque minus cuius vmbra tam sublimis erat, erátque sub vmbra. Vnde sicut altissimam cupressum ex vmbra metimur, superiorem omnibus Iosephum esse colligimus ex vmbra. Almi enim Spiritus vicariam fidem exercet, & ideo sub vmbra illius dormit Ioseph, dormit etiam Maria: & dulcis quidem in hac domo somnus, in qua Iesum, Mariam & Ioseph semper Angelus dormientes inuenit.

15. *Mansuetudo mirabilis Iosephi.*

Ex tribus illis igitur conditionibus sponsi prima est mansuetudo. *Inuenta est in vtero, & cùm nollet eam traducere*, non zelo statim accendi, non commoueri, non excandescere oportet; ideo Euangelista addidit, *habens de Spiritu sancto, Dios anda aqui.* hîc nomen adest, ad Deum hoc spectat, ipse probè tenet; hac enim ratione duo fugit incommoda. Primò si cui suspicionem narrat, nec silet Iosephi instar, sed si id aperit prætextu propinquitatis alicui vxorem infamat, suúmque minuit honorem, nam suspicio animo concepta de muliere est quasi stringere nodo capillum, qui quidem nodus facillimè fit, postea verò Herculeus est, nec solui potest; quod enim animo insedit difficillimè deletur, & perinde est ac si honorem poneres supra alas peruolantis famæ, quæ pro plumis ita mendaces gestat linguas, quæ ex formica elephantem faciunt. Vnum tantummodo filium regis & parentis sui Absalom interficit, & derepentè ita fama augetur, vt nuncietur patri omnes filios esse enectos, nemini suspicionem aperias, præterquam confessario qui Christi Vicarius est. Secundò duo ego video ad malum omnipotentiam Dei voluisse vsurpare ad instar Dei ficti, Manichæorum nempe; alterum est effrænata lingua, alterum immoderati zeli mariti. Deus enim suam maximè potentiam patefacit in rerum ex nihilo creatione, cùm videlicet iustum, virginem, filium ex Maria nulla opera viri intercedente creat, atque generat, & licèt exemplum non sit annihilationis, res tamen potest in nihilum impunè redigere. Hanc ergo diuinitatem sibi lingua vsurpauit corrosoris & detractoris, ait enim, illa turpiter viuit, corruit iam misera hoc verbo veluti fulmine deiecta. Hæc non est virgo, en iam ex honoris gradu in summam est prolapsa infamiam. Idem zeli efficiunt, ex nihilo malum creant, de vxore mea suspicio mihi venit in mentem. Vidisti forsan aliquid? minimè; subodoratus ne aliquid? nequaquam. Ad malum igitur omnipotens es: nam ex nihilo fingis aliquid, & Deo Manichæorum peior es, qui fingebatur ad malum esse omnipotentem, mereris proculdubio vt ad zelotypiæ infernum deturberis, & in his flammis totus exardeas. Remedium in promptu est, suspice cælum, & dic, de Spiritu sancto est, in domo mea Numen adest, scit ipse Deus, illi negotium omne committo. Si his adhuc non pacato es animo, terram consule, licèt tacitè calcet amor, vestigia tamen sui linquit impressa. Clemens Alexandri. [a] refert pulcerrimas olim mundanásque fœminas sandaliis circumcirca clauos infigere aureos solere, & amatorias salutationes imprimere, vt numerosè incedentes cupidinis artes literis notatas in incessu pulueri aut terræ insculperent, quas cùm legerent amentes amantes sectatores, magis in illarum amorem raperentur. Sic sanctissimus Ioseph, sic etiam tu frater ne præceps rapiare, sponsæ gressus considera, verbis attende, totius oris habitum nota opera circunspice, quòd si ieiunat, orat, templa frequentat, sacras adeat conciones, Dei seruos alloquitur, ne perturberis, quietum pacatúmque cor gere, dicito; *quàm pulcri sunt gressus tui filia principis*, in tam castos gressus puraque sandalia suspicio nulla potest cadere, tranquillo sum animo, *de Spiritu sancto est.*

Vir imitetur Iosephi silentium cùm zelotypia causâ suspicatur.

16.

Mulier in viis suis & incessu cognoscitur

a Lib. 2 pædagogi. c. 11.

Secunda conditio est, nullius scilicet rei amore trahi, præterquam sponsæ, nec dotis auara cupidáque solicitudine tangi, sed solius sponsæ possessione contentum accipere Mariam solam in domum tuam, illam es delaturus. Discalciatam etiam & nudam vt lilium, indotatam incomitatámque. Angeli Dei quid hoc est, nullam aliam dotem Reginæ conficis lignario fabro desponsatæ? Primò hæc non curat sponsus Ioseph, non enim est diuitiarum appetens, vt nostri temporis homines, qui in nummos, in dotem; priùs quasi in scopum oculos dirigunt, quod quidem deberet esse postremum. Mos antiquorum fuit quando despondebantur sibi inuicem annulos ad amoris vinculum significandum dare, vnde auctor est Isidorus his annulis ornari cordis digitum, inde annularis appellatus, &, teste Plinio, huiusmodi annuli ferrei olim erant, non aurei, vt ostenderent matrimonium & illius firmitudinem, non auro, non amplissimis dotibus, sed amori inniti, non possessionibus, marito enim optima possessio coniux, maritus coniugi; supra hæc verò sunt virtutes animique dotes, duobus annulis se inuicem decorant & exornant in Canticis Ioseph & Maria, & in hoc veluti vltima manus dignitati & Iosephi laudibus imponitur. Ad id duo præmitto tanquam principia. Prima Claudij Spinæi est. *Licet sanè cuique sua optare meliora, qualia sunt aliena, secum habent coniugalia.* Cætera omnia perfectiora & præstantiora potest expetere, marito dumtaxat excepto; aliud est Chrysostomi [a]. In matrimonio iunctis, inquit, elucet amor in digna æstimatione sponsi. *Vxor neminem debet putare sapientiorem, neminem fortiorem, neminem formosiorem, quàm virum suum, sed dicere, totus desiderabilis.* Hîc laqueus, hîc offendiculum est. Nam rogauit Xenophon ab vxore suo Aspasia, age dic, si vicina aurum monile splendidius tuo haberet, quid velles? suum, illa respondit. Si vestem haberet filis aureis intextam ditiorem tua, quam malles? suam. Et si meliorem esset nacta maritum? hic rubore suffusa dixit, meo præstantior esse nullus potest. Eia sanctissima Virgo responde. Si aliqua virgo foret quæ Dei genitrix esset, túque pauperis pastoris, nónne supremam illam dignitatem optares? ita. Si quæ esset fœmina quæ sese magis demitteret, nónne illius virtute humilitatis velles ornari? ita. Si quæ esset fœmina quæ meliorem sponsum haberet? minimè gentium illum optarem, nec fieri potest vt meo existat melior, nec mihi licet nuptæ Dei consilio & manu alium quærere, nec aliquis sponso meo excellentior esse potest. Id igitur satis sit probasse, Iosephum eum esse sponsum, támque mirabilem,

17. *Non auaritia causa duxit vxorem.*

Ex duobus principiis eximia laus Iosephi elicitur.

18.

a Editione 2. in Matth. hom. 48. & variatum 26.

Ioseph is est Mariæ sponsus, vt ipsa Virgo detrahi assera neminem posse sibi esse sanctiorem & ornatiorem.

lem, vt Maria filium meliorem optare potuisset, si filij Dei mater non esset; sponsum verò nec poterat, nec volebat, nec id tale cogitabat posse quoquo modo fieri, id est quod in Canticis dicitur, *Vna est dilecta mea, vna genitrici suæ.* Sicut mater vnicam filiam quam habet ardenter amat, sic domina mea, & decus meum, te redamo quasi nihil præter te mihi amandum sit, in te omnes diuitiæ meæ repositæ sunt. Et ita, *vinea fuit pacifico*, vinea pulcra ibi est, & redditus qui ex ea soluûtur illis fiuere sponsa mea. At illa respondet, quid audio Domine mi, nec ego propter vineas & oliueta tecum nupsi, *vinea mea coram me est*, in te omnes delitiæ meæ, dos mea, amor meus; propter te ergo tecum connubio iuncta non diuitiarum causa in te oculos mentémque defixi, tu mihi arrisisti, & me ita satiasti, vt nihil amplius tali viro, tam vero fidelíque amori addi posse videatur.

19. Et licèt per omnia similem sponsæ Iosephum esse monstraui, non satis, dices, laudatus manet, nisi Christo, imò Deo ipsi non pari, sed quam simili altitudine officij venit comparandus. Audi ergo Dauidem celsissimam eius excellentiam demirantem, *Secundùm altitudinem tuam multiplicasti filios hominum*, fecisti, eleuasti, suscepisti, educasti [a], erexisti, saluasti, multa cura [b] curasti, & solicitudine dignum habuisti, constituisti [c], aut collegisti, epulas instruxisti [d], accurate [e] & lautè excepisti. Sic variè legunt Doctores, & scholiastes interpretantur. Et quis est iste homo, sic à Deo exceptus, &c. *filius hominis*, quisque nostrûm; & quis est qui sic excipit & enutrit illum? *Deus Pater.* Verte ergo hæc omnia, & puer sit Deus, & homo exaltans, lactans, alens, epulas instruens, erigens, sit Ioseph, qui hæc omnia munera erga puerum Iesum præstitit, quantus erit hic vir? *Secundùm altitudinem tuam.* Certè exaltasti eum Domine: *este si que es el engrandecido*, nam dignitas paternitatis propria est & singularis, & à Deo Patre communicata, nam patris altitudo & munus est personale, notionale verò munus est commune, paternitas verò est quid proprium, singulare, eximium; altitudo ergo Iosephi ad patrem vsque ascendit, & in patre ad personale & singulare & quasi fontalem originem & munus patris quodammodo accedit, quod etiam ex communi more loquendi sacræ Scripturę desumptum comperies.

Quid? diuinã præfefert altitudinem & dignitatem.

Psal. 11. 9.

a Lectio Septuaginta.
b Hieron. ex Græco.
c Chrysostomus.
d Genebrardus.
e Budæus Comment. linguæ Græcæ pag. 881.

20. Qui enim erudit, educat & imbuit, Pater nuncupatur. Sicut videre licet 1. *Par.* 9. vbi cùm velit narrare patrē Saulis, ait, *filius primogenitus eius Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Ner*, & his fratribus Cis enarratis, iterum ait, *Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul.* Quid hoc, Cis non manebat iam cum Ner fratre numeratus? Respondet Hieron. [f] quia educauit Ner Cis, dicitur genuisse, edocuit enim illum, & verè pater fuit eius, & de Abraam dicitur, tulisse *animas quas fecerat in Haran*, Chaldęus legit, *quas legi Dei subiecerat.* Paternum etiam officium est à periculo liberare, vnde resurgenti filio pater congaudet, *ego hodie genui te, oy os naciſtes oy me naci.* Si ergo Ioseph nutrit, alit, defendit, ducit, erudit, custodit puerum Iesum, Patris nomen meretur, *& secundùm diuinam altitudinem* extollendus est, cura enim hæc paterna ita propria est Dei Patris, vt peracto officio cùm iam filium ex Ægypto vocatum, populum, inquam, in promissam terram introduxit, quasi requieuisse dicitur. *Introibo in requiem meam.* Sic vocat promissam terram, quia vsque ad illam victus, calceorum, belli & pacis curam & labores sustinuerat; cùm ergo has omnes curas vni Ioseph contulerit, singulari Patris insignitur nomine.

f In quæst. Hebraicis in hûc locum.

Tertia conditio singulare donum puritatis est, castitas enim sponsi nostri Ioseph, gloria est & ipsius stemma gloriosum. Quanti enim putas faciam ego si viribus & diuitiis polleas, si continentiæ & castitatis pomum ex tuis manibus extrahit mulier, huiusmodi homines qui de fortitudine & viribus gloriantur, cùm infirmi & luxuriosi sint. Milonem illum vasta corporis mole & voracem imitantur, quem Philosophi meritò irridebant, pomum enim manibus ipse habebat, quod centum luctatores abripere non poterant: at accedebat postea pellex & meretrix sibi dilecta, & statim frangebatur, & debilitabatur à molli fœmina, ita vt à vola manus pomum acciperet; licèt enim viribus corporis valens esset, animo tamen imbecillis & mollis, sic præstantes robore hoc tempore mulierculæ turpiter cedunt. Ioseph verò & Maria diuini Cherubini iuxta arcam Verbi incarnati positi ambo aurei, sibi similes, solidi, malleo & tribulationibus expoliti sese inuicem intuentes: ex tribus autem nostri Iosephi dignitas elucet, & sanctitas, nam illi quidem ignei videbantur, & scintillas mittebant adinuicem, *& scintillæ quasi aspectus æris candentis*, his enim exemplis quasi scintillis iusti se adinuicem ad virtutis studium accendunt, vt ait Gregorius [a], *Diuina autem pietate agitur vt ex ipsis scintillis tenuissimis audientis animus inflammetur.* Si ergo hanc vim habent scintillæ iustorum, qualem ignem inter se accenderet Ioseph & Marię exempla, verba & conuersatio. Secundò ala tangebant alam, *iuncta quæ erant pennæ eorum alterius ad alterum.* Hæc est virtutum communicatio, & bonorum operum; extendit quidam alam ad obtinendam castitatem, hæc ala tangit amorem solitudinis, hæc vocat opus & studium ad fugandum otium, otium sanctum, & secessus vocat orationem, oratio vocat sociam humilitatem, humilitas tangit despectum sui, despicientia sui appretiationem Dei tangit, æstimatio Dei amorem excitat, & vbi semel charitas ardet, chorum virtutum tanquam alas extendit, *Charitas patiens est, benigna est*, &c. Si ergo ex vna parte erat illa mulier cui datæ sunt alæ aquilæ, & in medio Christus erat, qua ratione putas ala tangebat alam, & pennæ iungebantur, & humilitas Virginis humilitatem Iosephi excitabat, qui amoris & contemplationis volatus, quā sublimes volabant. Tertiò omnino pares erant templi Cherubini, quia coniuges pares debent esse, quòd si inæqualitas aliqua toleranda est, ea vtique erit quæ ex parte vxoris contingit. Vir per omnia excellere debet, ita si inæqualitas aliqua futura erat inter pares istos Cherubinos, ea quidem ex parte Mariæ contingeret, quæ vxor erat: at satis sit parem Mariæ fuisse gratiæ donis, & gloriæ coronis.

21.
Castitas Iosephi insigne eius stemma gloriosum.

Maria & Ioseph duo Cherubini arcæ per omnia simillimi.

Ezech. 1.

a Lib. 1. in Ezech. c. 1.

FINIS TOMI PRIMI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google